N. 42

# BENEDICTI FERNANDII BORBENSIS

LVSITANI, E SOCIETATE IESV Theologi,

COMMENTARIORVM atque Obſeruationum moralium in GENESIM

Tomus Primus.

NVNC SECVNDVM PRODIT, INDICIBVS cùm locorum ſacræ Scripturæ, tum rerum memorabilium illuſtratus.

Cum priuilegio Regis.

BBN

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE

LVGDVNI,
SVMPT. IACOBI CARDON ET PETRI CAVELLAT.
M.DC.XXIII.

# AD
# MARIAM
## SEMPER VIRGINEM
## DEI MATREM

VBI primùm ſtatui mecum diuinas literas commentari: nihil mihi prius, nihil potius fuit, quàm vt tibi meos dicarem labores, ó terræ cęlíque Regina. Cùm enim poſt Deũ nihil, aut eſſe, aut fingi ſublimius te poſſit, planè meo operi ex nullius patroni dignitate maior poſſet ſplẽdor accreſcere, quàm ex tua incõparabili maieſtate. Quod verò tutius protocinium, quàm tuum? O turris Dauid, de qua mille clypei pendent, omnis armatura fortium: imò (quod præſtantius eſt) de cuius collo, pectore, vlnis pendet Infantulus ille IESVS, qui Dei Patris dextera, brachium, & ipſa eſt Omnipotentia. Securum igitur in te inueni portum: non eſt quòd fluctuet. Securum in te inueni perfugium: non eſt quid timeat qualecumque meum hoc opus. Sed cui tandem æquè me ſentio obæratum, quàm tibi: cui & homines, & Angeli, atque adeò ipſe Deus, vt Filius Matri, debitor eſt? Equidem ſic fateor. Quicquid poſſum, quicquid valeo, quicquid ſum, totum tibi acceptum adſcribo. Ergo, ô Domina rerum, etſi nequaquam parem, tuis in me beneficiis: at pro meo tamen ſtudio, meritam gratiam, debitámque refero. Suſcipe, ô ſuauiſſima Dei Mater, munus hoc meum, re quidẽ ipſa indigniſſimum tua dignitate: cæterùm animi affectu & voluntatis obſequio non indignum tuæ beneuolentiæ dulciſſima humanitate. Nam ſi peccatores in te matris ſinum & os reperiunt: cur peccatorum munera dedignentur ac reſpuant manus tuæ, quæ myrrham diſtillant, ac Dei theſauros etiam indigniſſimis materna

Cant.4.

Cant.

munificentia diſpenſant? Illo etiam, vel maximè nomine tibi debetur hæc in Geneſim commentatio: filia enim es Abrahami, & Patriarcharum auorum neptis, quorum annales resque ſanctè & feliciter geſtæ in hoc libro celebrantur. Quin verò in ipſa rerum molitione, paradiſo terreſtri, arca etiam Noëtica mirabiles ad te, vel leuiter adumbrandam colores inducuntur. Nec enim potius, ac præſentius, quàm tu ipſa cum Filio tuo, rerũ creatarum exemplar, ſcopus, ac finis architectanti Deo mũdum ſeſe obtulit. Hinc mihi quamoptimè cecidit, vt nulla toto in hoc opere commentationis ſectio deducatur: quin de te ſcribam, quin te prædicem, quin te alloquar, intuear, implorem. Quare (vt cætera deſint) tuo pulcherrimo ac dulciſſimo nomine ſatis ornata & condita mihi fluet oratio. Ergo tuum eſt opus, tuum agnoſce, tuum complectere. Si quid benè geſtum erit, & laude dignum, à tua manu eſt. Nihil enim à Deo tribuitur hominibus, quod per tuas manus non tranſeat. Quę verò ſatis multa ob humanam incuriam, ingeniíque inopiam malè ceciderint, mea quidem ſunt. Sed ea tamen tua (qua ſoles) gratia meo ſupereffuſa operi, ſic occultes, oro: vt nec animos legentium offendant: nec illa, quæ fortè bona videbuntur, malorum vitio decolorentur. Quòd ſi hoc qualecunque ingenij mei tuo nomini elaboratum, tuæ laudi deſudatum opus hilari fronte ſuſcipias, patrocinio defendas, maieſtate tua nobilites: proculdubiò efficies, vt reliqua ſubinde commentatio, maiore induſtria, felicioréque ſtudio prouehatur in tui maximi ac ſuauiſſimi nominis commendationem. Scilicet tu mihi es (ô Mater Dei) mea maxima fiducia, tota ratio ſpei meæ. Ergo iam nunc ad inſtitutum opus ex tuo ſuauiſſimo vultu, quem lætus & amans intueor, vnde mihi flatus oſtenditur, vela do.

*S. Bern ſer. de natiuit. Virg. S. German. in Vener. Zona.*

*S. Bern. ſer. de natiuit. Virgin.*

Benedictvs Fernandivs ſeruus tuus inter omnes minimus.

OPTI

# OPTIMO LECTORI.

*VOLVNTATE Maiorum, quibus neſas obſiſtere (optime Lector) compellor immaturum adhuc opus in lucem edere: argumento illud quidem arduum, ac difficile. Sed ad magna, & ardua, vel tantulùm aſpirare, laudabile multum eſt: neque verò etiam in magnis & arduis ſpes infringitur, quandiu non langueſcit induſtria. Cuius ego (vt ſpero) laudem, quòd bonorum ſtudiorum labores benè collocauerim, fortaſſe videar aſſecutus. Ergo priorem edimus tomum in priora quatuordecim capita Geneſeos. In altero reliquū de Patriarchis, ad finem vſque, volumen (Deo propitio) explicabitur. Commētandi ratio hæc erit. In primis litera exponitur. Multiplex ſubinde ex Hebræo fonte, (ipſis ad hoc præſtandum erutis radicibus) atque ex Græco ſeptuaginta interpretum idiomate lectionum varietas indicabitur. Tota denique ad literalē ſenſum pertinens expandetur ſupellex, vt ſtudioſis auribus nihil deſit. Eidem porrò inſiſtens literæ oratio expatiabitur ad mores, cùm per ſanctorum Patrum, Doctorumque ſentētias quæ ſelectiſſimæ videbuntur: tum (quod caput eſt) per diuinarum literarum teſtimonia, & locos ad ſaniorē explicatum enodatos. Ac mihi quidem certum omninò eſt, vt varia ſunt hominum ingenia, ita neminē, qui ſcribat, omnibus placere poſſe. Ridebunt plures, cauillari, potiùs quàm laudare ſoliti, quòd in tam numeroſa multitudine Patrum, atque interpretū, qui ſua in Geneſim edidere volumina, velim ego nouum aliquid afferre, aut vetera identidem inculcare. At verè dicam, etſi audaciùs loqui videar: nec nouitati rerum teſtimonium vetuſtatis deerit, quo illa roboretur: nec iſta, quo ſe exornet, illius carebit lenocinio. Maximè verò ſi quis attentiùs rem deſpiciat, aut non antiquum, aut fortaſſe hactenus non valde tritum, commentandi hoc genus iudicabit. Sed quid de ipſa ratione dicendi? Id quidē haud minùs difficile: dum illam quiſque laudat impenſiùs dictionem, quam ſuis auribus admetiatur. Rudioribus agreſtiores placent Muſæ: & omnis, vt piaculum, damnatur elegantia. Sequuntur alij opimum, & tanquam adipale dictionis genus. Nonnullis arridet comica locutio, cōciſa, truncataque. Mirum etiam eſt, quantum alij tenebras affectent, & pacuuios eruant cineres, quò recōditam quandam Latinitatem venditent. Amant alij phaleras, & fucum: & quæ nimio cultu ornata non ſit, orationem execrantur. Vno tandem verbo dicam, quod apud me ſtatū, ratúmque eſt. Non ego quidem verbis ornatis vtar, ſed tamen non abiectis: expedita tantùm erit, & perfacilè currens oratio. Verba, & modos dicendi (quicquid ſcioli indignentur) non reijciam: quibus iam vſu ipſo tritis Eccleſiaſtici Doctores vtuntur: nec enim Tullianum, ſed Chriſtianum ago autorem. Quod ſi dicendo imitari Tulli expediret: nihil magis in promptu, nihil magis cordi eſſet. Cura mihi rerum potior erit, quàm verborum. Quin etiam illas quanto potero ſtudio perſequar: hæc autem ſponte ſequentur. ſatiúſque erit, ſi abſque vllis ſalebris ſedatus amnis fluat, quàm ſi redundet, & incitatior feratur. Neque verò profiteor me nihil in quacunque materia non dicturum. Multa ſciens, & libēs præteribo; nec enim rerum & ſentētiarum congeriem vnde vnde colligimus. Cùm ea vel maxima lāus à ſapientibus prædicetur, cùm non ſolùm, quod opus eſt, dixeris, ſed etiam, quod non opus eſt, nō dixeris. At quidnam de autoribus? Conſultò profanos, & poëtas maximè, prætermittam: rarò ab iis duxerim argumenta. Satis enim eorum libros, vſque ad nauſeam multos per annos publicè profeſſus euolutaui. At colliges (inquis) ex ſterquilinio margaritas. Optimè. Sed verſandum priùs manibus lutum, vt legam, quæ vix ſuo ſe vnquam exuunt cæno, margaritas. Præſertim cùm pulchri, & puri nobis theſauri abūdēt in Eccleſia, vbi Ambroſij, Auguſtini, Hieronymi, Baſilij, Gregorij, Chryſoſtomi, & innumeri alij Patres immenſa rerum, & ſententiarū ſupellectili exiſtunt locupletiſſimi. Denique veteres longæuitate ſua, & vt verè dicam, ſanctitate, ac ſapientia venerandos lōgè frequētiùs: recentiores verò, etſi perdoctos, multo parciùs commemorabo. Igitur ſtudioſe Lector inſtituti mei rationem accepiſti. Quòd ſi fortè librum euoluas, & quicquam ex eo commodi referas, IESV Chriſto Domino, ipſiúſque Parenti Virgini acceptum adſcribe: ab hoc enim fonte defluxit. Quæ verò multa minùs placuerint, à noſtra quidem imperitia prodierunt. Ea tamen pro Chriſtiano affectu, & patienter feres, & boni conſules.*

*Mutius Vitelleſcus, Societatis Ieſu Præpoſitus Generalis.*

CVM Priorem tomum Commentariorum atque obſeruationum moralium in Geneſim, P. Benedicti Fernandij, Societatis noſtræ Theologi, tres eiuſdem Societatis Theologi, quibus id commiſimus, recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint, facultatem concedimus, vt typis mandetur, ſi ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In cuius rei fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus Romæ 25. Februarij 1617.

MVTIVS VITELLESCVS.

*Facultas R. P. Prouincialis Societatis IESV in prouincia Lugdunenſi.*

EGO BARTHOLOM. IACQVINOTIVS Societatis IESV in prouincia Lugdunenſi Præpoſitus Prouincialis: Opus quod inſcribitur, *Benedicti Fernandij, Societatis* IESV *Theologi, Commentariorum atque obſeruationum moralium in Geneſim tomus prior*, iuxta priuilegiom eidem Societati à Regibus Chriſtianiſſimis Henrico III. 10. Maij 1583. Henrico IV. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. oune regnāte, 14. Februarij 1611. conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab hominibus noſtræ Societatis compoſitos, abſque Superiorum eius permiſſione imprimant, permitto HORATIO CARDON Lugdunenſi Bibliopolæ, vt ad ſex primos annos imprimere, ac liberè diuendere poſſit. Datum Logduni die 3. Februarij 1618.

B. IACQVINOTIVS.

*APPROBATIO.*

EGO STEPHANVS CARTA Doctor Theologus, vidi, & diligenter euolui librum inſcriptum, *Benedicti Fernandij, Societatis* IESV *Theologi, Commentariorum atque obſeruationum moralium in Geneſim tomus prior*: quem (vt valde doctum, & accuratum, fideíque Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ conſonum) approbatum remitto. Lugduni 11. Febroarij 1618.

FR. STEPH. CARTA.

*R.D.D. Thomæ de Meſchatin la Faye huius libri imprimendi facultas.*

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus, & Camerarius Eccleſiæ Lugdunenſis, & Vicarius Generalis in Archiepiſcopatu Lugdunenſi: Opus inſcriptum, *Benedicti Fernandij, Societatis* IESV *Theologi, Commentariorum atque obſeruationum moralium in Geneſim tomus prior*, vt in lucem edatur, facultatem concedo. Lugduni 12. Februarij 1618.

MESCHATIN LA FAYE.

## *SVMMA PRIVILEGII A CHRIſtianiſſimo Galliarum Rege conceſſi.*

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate ſancitum eſt, atque patentibus literis cautum, ne quis in regno ſuo, aliiſve locis ditioni ſuæ ſubiectis, intra proximos annos decem, à die impreſſionis primæ Inchoandos, ac numerandos excudat, vendat, excudendum vendendúmque quouis modo, & ratione curet librum, qui inſcribitur, *Benedicti Fernandij, Societatis* IESV *Theologi, Commentariorum atque obſeruationum moralium in Geneſim tomus prior*, præter HORATIVM CARDON Bibliopolam Lugdunenſem, aut illos, quibus ipſemet conceſſerit. Prohibitum inſuper eâdem autoritate Regia omnibus ſuis ſubditis, eundem librum extra regni ſui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicunque fuerit, ad id agendum impellere, ac inſtigare, ſine conſenſu dicti HORATII CARDON. Idque omne ſub confiſcatione librorum, aliiſve pœnis originali Diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Pariſiis 7. Auguſti 1617.

*De mandato Regis,*

Signatum

BRVLART.

INDEX

# INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVI SPARSIM IN HOC OPERE EXPLICANTVR.

*C. caput, S. ſectionem, N. numerum indicat.*

## EX VETERI TESTAMENTO.

### Ex Exodo.


CAP. 1. SVRREXIT rex nouus. c.6.ſ.5.n.6.
*Opprimamus eum, ne fortè, &c.* c.7.ſ.1.n.7.
*Si maſculus fuerit, interficite.* c.3.ſ.39.n.4.& c.8.ſ.3.n.5.
*Timuerunt obſtetrices.* c.2.ſ.13.n.1.
2. *Quis conſtituit te principem?* c.7.ſ.1.n.6.
*Solue calceamentum.* c.4.ſ.17.n.6.
*Ego ſum, qui ſum.* c.6.ſ.5.n.6.
*Deus Abraham, Deus Iſaac, &c.* c.4.ſ.2.n.4.
*Clamor filiorum Iſraël venit ad me.* c.4.ſ.11.n.3.
*Conſtitui te Deum Pharaonis.* c.4.ſ.17.n.3.
*Non ſum eloquens.* c.4.ſ.3.n.2.& c.13.ſ.1.n.4.
*Mitte quẽ miſſurus es.* c.4.ſ.6.n.1.& c.33.ſ.10.n.2.
*Apparuit leproſa.* c.3.ſ.22.n.8.
*Reuerſus eſt ad Iethro.* c.7.ſ.1.n.8.
*Volebat occidere eum.* c.4.ſ.1.n.8.
5. *Occurrat nobis peſtis.* c.8.ſ.5.n.7.
*Quis eſt Dominus, vt audiam?* c.7.ſ.2.n.5.
*Vacant, & iccircò vociferantur.* c.8.ſ.5.n.4.
*Flagellati ſunt.* c.9.ſ.3.n.1.
*Fœtere feciſtis odorem noſtrum.* c.11.ſ.4.n.5.
*Orate pro me Dominum.* c.3.ſ.3.n.1.
6. *Nomen meum non indicaui.* c.2.ſ.2.n.8.
7. *Poſui te Deum Pharaonis.* c.4.ſ.3.n.3.
*Ecce percutiam virga.* c.1.ſ.1.n.7.
8. *Fecerunt ſimiliter malefici.* c.1.ſ.2.n.6.
9. *Extendens manum meam percutiam te.* c.9.ſ.4.n.2.
*Tollite plenas manus cineris.* c.1.ſ.20.n.1.
10. *Vbicunque I[illegible] erat lux erat.* c.7.ſ.3.n.5.
*Ite tantum viri.* c.3.ſ.7.n.4.& c.12.ſ.4.n.6.
11. *Poſtulet vir ab amico ſuo.* c.11.ſ.19.n.2.
12. *Menſis hic initium menſium.* c.1.ſ.1.n.1.
*Sumens de ſanguine eius.* c.3.ſ.7.n.6.& c.14.ſ.8.n.5.
13. *Primum arina mutabis oue.* c.4.ſ.9.n.4.& c.4.ſ.11.n.3.
*Dominus praecedebat eos.* c.3.ſ.6.n.8.& c.14.ſ.7.n.3.
14. *Dominus pugnabit pro nobis.* c.8.ſ.5.n.2.
*Ingreſſi ſunt filij Iſrael.* c.11.ſ.10.n.2.
15. *Currus Pharaonis.* c.3.ſ.30.n.4.
*Vbi erant ſeptuaginta palmæ.* c.13.ſ.5.n.3.
16. *Reſpexerunt ad ſolitudinem.* c.13.ſ.5.n.4.
*Dabit vobis Dominus.* c.11.ſ.6.n.2.
*Requies Sabbati ſanctificata eſt.* c.8.ſ.4.n.3.
*Anima noſtra nauſeat.* c.4.ſ.11.n.4.
*Quando ſedebamus ſuper ollas.* c.9.ſ.1.n.6.
17. *Graue cor Pharaonis.* c.13.ſ.1.n.3.
*Conflige cum Amaleeh.* c.14.ſ.4.n.6.
*Cùmque leuaret Moyſes manus.* c.5.ſ.2.n.4.& c.14.ſ.4.n.6.& c.14.ſ.7.n.1.
18. *Stulto labore conſumeris.* c.14.ſ.4.n.4.
*Prouide viros potentes.* c.14.ſ.1.n.7.& c.14.ſ.4.num.1.
19. *Vade ad populum.* c.11.ſ.10.n.5.
*Eſtote parati in diem tertium.* c.8.ſ.6.n.4.
*Conſtitues terminos populo.* c.3.ſ.7.n.8.
20. *Honora patrem & matrem.* c.9.ſ.8.n.3.
21. *Qui percuſſerit hominem.* c.4.ſ.10.n.1.
*Si bos percuſſerit virũ.* c.4.ſ.10.n.1.& c.9.ſ.2.n.5.& c.13.ſ.3.n.1.
23. *Si occurreris boui inimici tui.* c.14.ſ.[illegible].n.1.
24. *Ingreſſus Moyſes medium nebulæ.* c.13.ſ.[illegible].n.1.
28. *Audiatur ſonitus.* c.9.ſ.4.n.2.
*Mala punica.* c.1.ſ.2.n.6.& c.14.ſ.9.n.4.
30. *Facies vnguentum.* c.12.ſ.6.n.6.
32. *Fac nobis deos.* c.1.ſ.5.n.2.& c.3.ſ.4.n.4.
*Sedit populus manducare.* c.7.ſ.2.n.3.& c.13.ſ.16.n.5.
*Dimitte me.* c.12.ſ.6.n.5.
*Dele me de libro tuo.* c.1.ſ.9.n.7.& c.8.ſ.5.n.8.
*Spoliauerat eum Aaron.* c.3.ſ.18.n.2.
*Vitulum combuſſit.* c.3.ſ.35.n.2.
*Occidat vnuſque fratrem.* c.9.ſ.9.n.3.
33. *Deſcendebat columna nubis.* c.12.ſ.13.n.4.
*Oſtende mihi faciẽ tuam.* c.12.ſ.5.n.1.& ſ.6.n.2.
34. *Nullus apud te innocens.* c.1.ſ.3.n.6.


### Ex Leuitico.


1. *Pullos columbarum.* c.9.ſ.10.n.5.
3. *Sanguinem animalis non ſumetis.* c.9.ſ.2.n.2.
4. *Si ſacerdos peccauerit.* c.14.ſ.9.n.5.
10. *Arreptis thuribulis.* c.9.ſ.6.n.4.
*Quomodo potui comedere.* c.4.ſ.7.n.2.
11. *Eſtote ſancti.* c.9.ſ.4.n.2.
*Et ſus.* c.12.ſ.5.n.4.


4 F.

15. Faciet vnum pro peccato. c.14.ſ.8.n.4.
17. Anima carnis in ſanguine eſt. c.9.ſ.2.n.3.
19. Non morabitur opus mercenarij. c.8.ſ.4.n.1.
Sabbatum requietionis. c.8.ſ.4.n.3.
Non maledices ſurdo. c.9.ſ.5.n.6.
20 Sanctificamini,& eſtote ſancti. c.14 ſ.9.n.2.
23 Non comedetis vſque ad,&c. c.7.ſ.3.n.1.
25. Terram non videbis. c.14.ſ.10.n.7.
Sex annis ſeres agrum. c.8.ſ.4.n.3.
26. Comedetis vetuſtiſſima. c.14.ſ.8.n.2.
Dabo pauorem. c.3.ſ.15.n.6.

Ex Numeris.

1. Tollite ſummam congregationis. c.12.ſ.5.n.5.
12. Locuta eſt Maria & Aaron. c.2.ſ.16.n.6.& c.9.ſ.5.n.6.& c.12.ſ.5.n.6.
16. Datan & Abiron. c.11.ſ.4.n.4.
17. Virga floruit. c.3.ſ.4.n.4.
20. Hac eſt aqua contradictionis. c.14.ſ.1.n.8.
21. Fac ſerpentem aeneum. c.3.ſ.30.n.7.
22. Quem videns aſina. c.3.ſ.7.n.10.
23. Quis dinumerare poſſit puluerem. c.13.ſ.4.n.5.
Quomodo maledicam ei, cui non maledixit Deus. c.12.ſ.3.n.5.
24. Balam ſurrexit,& reuerſus eſt. c.14.ſ.9.n.5.
25. Fornicatus eſt populus. c.2.ſ.6.n.3.
Mulier Madianitis vocabatur. c.6.ſ.2.n.7.
Phinees arreptos pugione perfodit ambos. c.14.ſ.9.num.3.
Ipſi hoſtiliter egerunt. c.3.ſ.34.n.4.
31. Vlciſcere filios Iſraël. c.14.ſ.4.n.2.

Ex Deuteronomio.

4. Deus ignis conſumens. c.11.ſ.8.n.6.
6. Ligabis ea quaſi ſignum. c.9.ſ.3.n.6.
7. Quia vos dilexit Dominus. c.12.ſ.4.n.2.
8. Afflixit te penuria. c.7.ſ.4.n.10.
Obſerua,& ne quando obliuiſcaris. c.7.ſ.2.n.1.
11. Omnis locus quē calcauerit pes veſter. c.1.ſ.2.n.4.
20 Quis eſt homo, qui aedificauit. c.2.ſ.2.n.2.
23. Septimo die ceſſabis. c.3.ſ.2.n.6.
Quia noluerunt vobis occurrere. c.14.ſ.7.n.4.
25. Delebis nomen eius. c.3.ſ.34.n.4.
26. Et nunc Iſraël quid Dominus poſtulat a te. c.2.ſ.4.n.13.
Dabit Dominus cor pauidum. c.3.ſ.15.n.6.
28 Eris palpans in meridie. c.4.ſ.16.n.7.
32. Audiat terra verba oris mei. c.3.ſ.20.n.4.
Sicut aquila prouocans. c.14.ſ.3.n.7.
Pars autem Domini. c.2.ſ.5.n.7.
Incraſſatus eſt dilectus. c.2.ſ.4.n.5.& c.3.ſ.16.n.5.& ſ.31.n.5.& c.7.ſ.2.n.2.
Immolauerunt daemoniis. c.6.ſ.5.n.6.
Leuabo ad caelum manum meam. c.14.ſ.10.n.4.
Prouocabo eos. c.4.ſ.16.n.6.& ſ.6.n.4.
Fel draconum vinum eorum. c.9.ſ.5.n.7.
Si acuero in fulgur gladium. c.1.ſ.1.n.9.
33 Cuſtodierunt eloquium tuum. c.7.ſ.1.n.8.
Benedic Domine fortitudini eius. c.4.ſ.7.n.8.
34. Aſcendit Moyſes ſuper montem. c.7.ſ.2.n.1.

Ex Ioſue.

2. Funiculum iſtum coccineum. c.4.ſ.10.n.4.
3. Sacerdotes portabant arcam. c.14.ſ.9.n.2.
6. Iericho erat clauſa. c.3.ſ.19.n.3.
Circuite vrbem. c.7.ſ.2.n.5.
7. Adam tulit de anathemate. c.14.ſ.2.n.8.
9. De terra longinqua venimus. c.3.ſ.13.n.7.
Decreuit eos in miniſterio altaris. c.9.ſ.11.n.7.
10. Stetit ſol. c.14.ſ.5.n.2.
Obediente Deo voci hominis. c.12.ſ.2.n.6.
14. Trans flumium habitauerunt patres veſtri. c.11.ſ.14.n.1.
Adam maximus inter Enacim. c.3.ſ.23.n.1.
15. Dedit ei pater irriguum. c.3.ſ.27.n.5.

Ex Iudic.

1. Fuit Dominus cum Iuda. c.7.ſ.4.n.10.
3. In eis experiatur Iſraël. c.2.ſ.14.n.7.
4. Tulit Iahel clauum. c.3.ſ.30.n.4.
5. Cor meum diligit principes. c.11.ſ.14.n.8.
8. Nunquid magnus Zeb. c.14.ſ.7.n.4.
9. Vinum quod laetificat. c.14.ſ.8.n.6.
13. Vir Dei venit ad me. c.3.ſ.13.n.6.
14. Ecce examen apum in ore. c.3.ſ.35.n.3.
De comedente exiuit cibus. c.3.ſ.11.n.9.
15. Cepit trecentas vulpes. c.14.ſ.1.n.4.& ſ.20.num.5.
20. Inuenti ſunt vigintiquinque millia de Benjamin. 14.ſ.2.n.1.

Ex lib.1.Regum.

2. Impij in tenebris conticeſcent. c.11.ſ.4.n.5.
Magis honoraſti filios tuos. c.9.ſ.9.n.3.
3. Sermo Domini erat pretioſus. c.3.ſ.16.n.8.& c.11.ſ.6.n.4.
Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. c.12.ſ.4.num.2.
Samuel Samuel. c.11.ſ.14.n.8.
4. Conuenerunt Philiſthiim. c.14.ſ.4.n.2.
5. Statuerunt arcam iuxta Dagon. c.3.ſ.13.n.2.
6. Quod debetis, reddite. c.11.ſ.3.n.4.
Quinque aureos anos facietis. c.13.ſ.1.n.1.
Ibant vaccae mugientes. c.7.ſ.1.n.8.
7. Requieuit omnis domus. c.6.ſ.5.n.1.
8. Non te ſpreuerunt, ſed me. c.9.ſ.8.n.8.
9. Cuius erunt optima Iſrael. c.14.ſ.2.n.1.
Erat electus & bonus. c.6.ſ.3.n.1.
10. Dixit patruus ſuus. c.4.ſ.6.n.1.
Cuneus Prophetarum obuius. c.13.ſ.3.n.1.
11. Egreſſi ſunt quaſi vir vnus. c.6.ſ.6.n.6.
13. Filius vnius anni erat Saul. c.4.ſ.8.n.5.
14. Virtus erat gladius. c.2.ſ.16.n.4.
Maledictus homo, qui ederit. c.14.ſ.5.n.2.
15. Sed nunc honora me coram populo. c.3.ſ.25.n.1.& c.4.ſ.15.n.1.
Nónne cum paruulus eſſes. c.7.ſ.1.n.5.
Melior eſt obedientia. c.8.ſ.6.n.1.
Adducite mihi Agag. c.6.ſ.6.n.1.& 2.
16. Non iuxta intuitum hominis. c.4.ſ.3.n.2.
Vſquequo tu luges. c.4.ſ.20.n.6.
17. Videntes Philiſthiim quod mortuus eſſet. c.8.ſ.2.n.1.
Erit Philiſthaeus hic quaſi vnus. c.14.ſ.2.n.1.
Paſcebat ſeruus tuus gregem. c.14.ſ.2.n.1.
De qua progenie es. c.11.ſ.4.n.3.
18. Praeliare bella Domini. c.3.ſ.34.n.4.
Vt fiat ei in ſcandalum. c.3.ſ.37.n.3.
19. Conglutinata eſt anima. c.2.ſ.16.n.4.
Locutus eſt Ionathas de Dauid. c.8.ſ.2.n.1.
20. Vbi eſt filius Iſai. c.3.ſ.23.n.7.
21. Non eſt huic alter ſimilis. c.3.ſ.16.n.7.
Nunquid non ipſe eſt Dauid. c.14.ſ.1.n.3.
Immutauit os ſuum. c.14.ſ.10.n.6.
22. Proficiſcere,& vade. c.14.ſ.1.n.3.
Interficite ſacerdotes. c.14.ſ.9.n.8.
24. Ecce dies, de qua locutus eſt. c.13.ſ.2.n.5.
24. & 26. Nunc ſcio quod certiſſimè regnaturus es. c.13.ſ.2.n.8.
25. In faſciculo cuſtodita. c.4.ſ.9.n.4.
Venit Abigail ad Nabal. c.9.ſ.9.n.1.
Ecce famula tua ſit in ancillam. c.9.ſ.11.n.8.
28. Saul abſtulit magos. c.3.ſ.14.n.2.& c.2.ſ.16.n.1.
29. Non places ſatrapis. c.3.ſ.13.n.2.

Non

*Non aſcendet nobiſcum.* c.12.ſ.9.n.1.
31 *Ecce equites, & currus.* c.14.ſ.9.n.8.

Ex lib. 2. Regum.

1. *Sta ſuper me, & interfice me.* c.12.ſ.9.n.8.
*Non audiatur in Geth.* c.4.ſ.29.n.6.
2. *Feciſtis miſericordiam cum Domino veſtro Rege.* c.1.ſ.2.n.7.
6. *Cúmque tranſiſſēt qui portabant arcā.* c.14.ſ.5.n.7.
*Egreſſa Michol.* c.12.ſ.5.n.2.
7. *Domum faciet tibi Dominus.* c.3.ſ.41.n.5.
*Suſcitabo ſemen tuum.* c.7.ſ.3.n.3.
*Domine mi Deus.* c.3.ſ.45.n.2.
8. *Filij David ſacerdotes erant.* c.14.ſ.9.n.1.
11. *Accidit vt ſurgeret David.* c.3.ſ.12.n.3.
*Miſit Rex, & requieſcit.* c.12.ſ.9.n.9.
*Varius eſt eventus belli.* c.14.ſ.10.n.3.
12. *Pauper nihil habebat præter ovem.* c.3.ſ.4.n.3.
*Accidit, vt moreretur infans.* c.5.ſ.3.n.2.
13. *Conſolatus eſt David.* c.4.ſ.20.n.6.
14. *Faciem regis non videat.* c.3.ſ.43.n.2.
15. *Vadam & reddam vota mea.* c.3.ſ.14.n.2.
*Surgite, fugiamus.* c.3.ſ.24.n.4.
*Aſcendebat clivum olivarum.* c.12.ſ.5.n.1.
16. *Præcepit, vt malediceret David.* c.14.ſ.10.n.8.
*Hæc eſt gratia ad amicum tuum.* c.3.ſ.26.n.2.
19. *Erat autem Berzelai ſenex.* c.1.ſ.3.n.2.
*Fili mihi Abſalon.* c.5.ſ.3.n.5.
23. *Hauſerunt aquam de ciſterna.* c.12.ſ.4.n.2.
*Noluit bibere, ſed libavit eā Domino.* c.14.ſ.6.n.5.
*Cuncta ſalus mea.* c.1.ſ.7.n.6.
24. *Et addidit furor Domini.* c.11.ſ.2.n.3.
*Ego ſum, qui peccavi.* c.3.ſ.27.n.6.

Ex lib. 3. Regum.

2. *Tu noſti quid feceris mihi Ioab.* c.4.ſ.12.n.2.
*Non deduces canitiem eius.* c.4.ſ.10.n.1.
*Venit Bethſabee, & ſurrexit Rex.* c.2.ſ.10.n.2.
3. *Dedi tibi cor ſapiens.* c.3.ſ.27.n.2.
6. *Malleus & ſecuris non ſunt audita.* c.4.ſ.14.n.1.
11. *Suſcitavit Dominus Salomoni adverſarium.* c.14. ſ.6.n.5.
13. *Ait Rex ad virum Dei.* c.3.ſ.23.n.1.
*Invenit eum leo, & occidit.* c.7.ſ.7.n.4.
14. *Surge, & commuta habitum.* c.14.ſ.2.n.2.
16. *Succendit ſe cum domo regia.* c.4.ſ.13.n.1.
17. *Si erit annis his ros & pluvia.* c.8.ſ.1.n.2.
*Corvis præcepi, vt paſcant te.* c.8.ſ.2.n.5.
*Præcepi mulieri, vt paſcat te.* c.12.ſ.5.n.7.
*Vt comedamus, & moriamur.* c.11.ſ.12.n.5.
19. *Timuit Elia.* c.12.ſ.9.n.5.
*Sub iunipero.* c.3.ſ.29.n.6.
*Quid agis hic Elia?* c.3.ſ.23.n.7.
*Ecce ſpiritus grandis.* c.3.ſ.20.n.4.
*In ſibilo auræ tenuis.* c.4.ſ.19.n.6.
20. *Dimiſiſti virum dignum morte.* c.14.ſ.1.n.7.
22. *Vidi Iſraelem diſperſum.* c.14.ſ.6.n.5.
23. *Odi eum, qui non prophetat mihi bonum.* c.14. ſ.2.n.2.

Ex lib. 4. Regum.

2. *Dominus tollet Dominum tuum.* c.12.ſ.4.n.7.
*Aſcendit Elias per turbinem.* c.3.ſ.31.n.5.
*Aſcendit Eliſeus.* c.9.ſ.12.n.5.
*Fiat in me ſpiritus tuus duplex.* c.3.ſ.38.n.5.& c.4.ſ.21.n.7.
*Vbi eſt Deus Eliæ?* c.14.ſ.9.n.6.
*Sanavi aquas has.* c.9.ſ.12.n.6.
4. *Giezi poſuerat baculum.* c.14.ſ.9.n.6
*Incubuit ſuper puerum.* c.14.ſ.5.n.
5. *Venit Naaman, & ſtetit.* c.13.ſ.5.n.5.
*Vt tollam onus duorum burdonum.* c.11.ſ.2.n.5.
6. *Miſit ergò equos.* c.3.ſ.15.n.6.
7. *Surrexerunt & fugerunt.* c.3.ſ.15.n.5.
8. *Vocavit famem.* c.7.ſ.2.n.5.
11. *Poſuit ſuper eum diadema.* c.1.ſ.3.n.1.
19. *Venit Angelus & percuſſit.* c.9.ſ.7.n.4.
24. *Venit Nabuchodonoſor in Ieruſalem.* c.12.ſ.8. num.3.

Ex lib. 1. Paralipom.

15. *Cúmque adiuviſſet Deus Levitas.* c.4.ſ.10.n.2.
19. *Peregrini ſumus coram te.* c.12.ſ.5.n.5.
22. *Egreſſi ſunt ad pugnandum mente pacifica.* c.7. ſ.3.n.3.

Ex lib. 2. Paralipom.

13. *Viri pauperes.* c.14.ſ.4.n.1.
20. *Poſthæc congregati ſunt.* c.2.ſ.16.n.4.
24. *Non eſt recordatus Ioas.* c.3.ſ.7.n.3.
26. *Elevatum eſt cor eius.* c.1.ſ.3.n.10.
33. *Tunc cognovit Manaſſes.* c.1.ſ.3.n.10.

Ex lib. Tobiæ.

2. *Vide, ne furtivus ſit.* c.3.ſ.9.n.7.
6. *Canis ſecutus eſt eum.* c.1.ſ.8.n.3
12. *Quid poſſumus dare viro.* c.8.ſ.4.n.1
*Quando ſepeliebas mortuos.* c.8.ſ.4.n.1.

Ex lib. Iudith.

1. & 2. *Iuravit vt ſe defenderet.* c.5.ſ.15.n.6.
5. *Populus iſte ex progenie Chaldæorum eſt.* c.11. ſ.13.n.1.
13. *Confirma me Domine.* c.2.ſ.1.n.4.

Ex lib. Eſther.

6. *Quid pro hac fide Mardochæus conſecutus eſt?* c.8.ſ.2.n.2.
7. *Etiámne reginam vult opprimere?* c.3.ſ.17.n.2.
15. *Non morieris.* c.4.ſ.8.n.6.

Ex lib. Iob.

1. *Fuerunt Iob ſeptem filij.* c.11.ſ.13.n.3.
*Extende paululum manum tuam.* c.2.ſ.8.n.4.
*Scidit veſtimenta ſua.* c.3.ſ.19.n.2.
*Nudus egreſſus ſum.* c.12.ſ.3.n.12.
*Dominus dedit, Dominus abſtulit.* c.2.ſ.2.n.6.& c.14.ſ.10.n.8.
2. *Percuſſit Iob vlcere peſſimo.* c.3.ſ.18.n.1.
*Benedic Deo, & morere.* c.3.ſ.4.n.1.
*Si bona ſuſcepimus de manu Domini, &c.* c.14. ſ.10.n.8.
*Sicut vna ex inſipientibus locuta es.* c.3.ſ.15.n.4.
3. *Sit nox illa ſolitaria.* c.3.ſ.27.n.4.
*Antequam comedam, ſuſpiro.* c.4.ſ.19.n.4.
*Pereat dies.* c.5.ſ.3.n.1.
4. *Luteas domos.* c.4.ſ.3.n.1.
5. *In ſex tribulationibus.* c.6.ſ.7.n.4.
6. *Qui tollit ab amico ſuo, &c.* c.8.ſ.2.n.6.
*Ad increpandum eloquia concinnatis.* c.9.ſ.9.n.1.
*Vtinam appenderentur.* c.2.ſ.13.n.1.
*Nec fortitudo lapidum, &c.* c.6.ſ.6.n.3.
7. *Quid eſt homo?* c.3.ſ.1.n.2.
*Militia eſt vita hominis.* c.2.ſ.13.n.10.
*Si dormiero, dico quando, &c.* c.8.ſ.3.n.2.
8. *Si mundus, & rectus inceſſeris.* c.4.ſ.21.n.3.
9. *Verebar omnia opera mea.* c.1.ſ.3.n.7.
*Si quando ridebam ad eos.* c.9.ſ.11.n.2.
10. *Manus tuæ fecerunt me.* c.1.ſ.3.n.1.
*Inſtauras teſtes tuos.* c.3.ſ.28.n.4.
12. *Abundant tabernacula prædonum.* c.13.ſ.1.n.3.

13 Con

13. Conſumere me vis peccatis adoleſcentia. c.9.ſ.10. num.5.
Memoria veſtra cõparabitur cineri. c.11.ſ.21.n.3.
15. Sonitus terroris ſemper in auribus. c.3.ſ.15.n.5.
16. Terra non operias ſanguinem. c.4.ſ.10.n.3.
17. Putredini dixi. c.3.ſ.9.n.5.
18. Lux obtenebreſcet. c.4.ſ.10.n.1.
19. Derelicta ſunt tantummodo labia. c.14.ſ.9.n.1.
Vſquequo affligitis animam meam. c.8.ſ.5.n.7.
Repoſita eſt hac ſpes mea. c.3.ſ.39.n.5.
20. Diuitias quas deuorant. c.2.ſ.12.n.7.
21. Dulcis fuit glareis cocyti. c.12.ſ.9.n.7.
22. Fluminis ſubuertis fundamentum. c.4.ſ.19.n.1.
24. In nidulo meo moriar. c.11.ſ.2.n.4.
Non conſiderabit me oculus. c.11.ſ.6.n.3.
26. Gigantes gemunt. c.21.ſ.6.n.2.
29. Veſtiui me ſicut veſtimento. c.3.ſ.3.n.8.
30. Sub ſentibus delicias computant. c.4.ſ.22.n.10.
31. Pepigi fœdus cum oculis meis. c.3.ſ.12.n.1.
Ignis eradicans genimina. c.2.ſ.4.n.5.
Si abſcondi quaſi homo. c.3.ſ.22.n.3.
Nunquid non in vtero. c.9.ſ.1.n.2.
Si oſculatus ſum manum meam. c.11.ſ.4.n.4.
34. Violenta ſagitta. c.4.ſ.22.n.1.
35. Qui docet nos ſuper iumenta. c.3.ſ.19.n.7.
36. Deus magnus vincens ſcientiam. c.3.ſ.11.n.6.
Morietur in tempeſtate. c.7.ſ.4.n.8.
38. Nunquid mittes fulgura. c.1.ſ.1.n.2.
Quis concluſit oſtiis mare. c.1.ſ.2.n.8.
40. Vmbræ protegunt vmbram. c.3.ſ.7.n.8.
Extrahere poteris Leuiathan. c.3.ſ.12.n.6.
Sub vmbra dormit. c.3.ſ.12.n.5.
In oculis eius quaſi hamo capiet. c.11.ſ.4.n.2.
41. Corpus illius quaſi ſcuta. c.11.ſ.7.n.1.
42. Dominus autem benedixit. c.4.ſ.21.n.1.
Venerunt ad eum omnes fratres. c.4.ſ.21.n.2.

Ex lib. Pſalmorum.

1. Qui non abiit in concilio. c.4.ſ.12.n.1.
In via peccatorum non ſtetit. c.3.ſ.14.n.4.
Et in cathedrà peſtilentiæ non ſedit. c.2.ſ.8.n.7. & c.6.ſ.6.n.3. & c.9.ſ.4.n.2. & ſ.6. num.4. & c. 21.ſ.n.6. & c.13.ſ.4.n.5.
Lignum plantatum. c.13.ſ.4.n.5.
Quæcunque faciet proſperabuntur. c.12.ſ.6.n.6.
Sed tanquam puluis. c.1.ſ.2.n.6. & c.4.ſ.10.n.3. & c.13.ſ.4.n.5.
2. Aſtiterunt reges terræ. c.3.ſ.35.n.3. & c.11.ſ.7. num 1.
Ego hodie genui te. c.1.ſ.3.n.10.
Poſtula à me, & dabo tibi. c.4.ſ.21.n.4. & c.12. ſ.6.n.3.
Ego autẽ cõſtitutus sũ Rex. c.14.ſ.6.n.5. & ſ.6.n.6.
Et tanquam vas figuli confringes. c.3.ſ.51.n.5.
Erudimini qui iudicatis. c.8.ſ.7.n.7.
Apprehendite diſciplinam. c.3.ſ.21.n.1. & c.11. ſ.13.n.2. & ſ.14.n.8.
3. Ego dormiui & ſoporatus ſum. c.14.ſ.10.n.6.
Cum fugeret a facie Abſalon. c.9.ſ.24.n.4.
4. Filij hominum vſquequo graui corde. c.1.ſ.1.n.2. & c.4.ſ.22.n.1. & c.7.ſ.4.n.7.
Iraſcimini, & nolite peccare. c.11.ſ.7.n.7.
Scitote quoniam mirificauit, &c. c.14.ſ.10.n.8.
Et in cubiculis veſtris, &c. c.3.ſ.22.n.6.
Signatum eſt ſuper nos lumen. c.1.ſ.3.n.5.
5. Mane aſtabo tibi. c.12.ſ.4.n.2. & c.13.ſ.4.n.1.
Virum ſanguinum, &c. c.4.ſ.20.n.3.
Sepulchrum patens eſt guttur, &c. c.3.ſ.2.n.8. & c. 11.ſ.2.n.6. & c.14.ſ.9.n.5.
Decidant à cogitationibus. c.11.ſ.9.n.4.
6. Inueteraui inter omnes inimicos. c.1.ſ.4.n.5. & c. 11.ſ.10.n.6. & ſ.13.n.3.
Confundantur & conuertantur. c.3.ſ.22.n.1.
Diſcedite a me omnes. c.12.ſ.9.n.5.
7. De abyſſis terræ reduxiſti me. c.3.ſ.18.n.2.
Ecce parturit iniuſtitiam. c.3.ſ.17.n.4.
Concepit dolorem. c.11.ſ.3.n.4.
Arcum ſuum tetendit. c.3.ſ.21.n.2.
Sagittas ſuas ardentibus effecit. c.11.ſ.3.n.4.
Conuertatur dolor eius. c.11.ſ.4.n.3.
Et Synagoga populorum circundabit. c.14.ſ.2.n.7.
8. Piſces maris qui perambulant. c.3.ſ.32.n.1.
Inſuper & pecora campi. c.4.ſ.8.n.5.
Opera digitorum tuorum. c.1.ſ.2.n.1.
Minuiſti eum paulominus. c.3.ſ.2.n.1. & c.3. ſ.10.n.6.
Deſtruas inimicum. c.3.ſ.19.n.4.
9. Pro occultis filij. c.3.ſ.35.n.4.
Suſceptor meus es tu. c.3.ſ.9.n.3.
Adiutor in opportunitatibus. c.6.ſ.6.n.7.
Exaltas me de portis mortis. c.3.ſ.18.n.1.
Deſpicis in opportunitatibus. c.12.ſ.6.n.2.
Vt ſciant gentes. c.4.ſ.22.n.1.
Quoniam laudatur peccator. c.6.ſ.2.n.4.
Nomen eorum deleſti. c.11.ſ.11.n.4.
Periit memoria eorum. c.4.ſ.10.n.6.
10. Dominus in templo. c.1.ſ.5.n.1.
Oculi eius in pauperem. c.11.ſ.11.n.1.
Peccatores intenderunt arcum. c.3.ſ.34.n.4.
Sagittant in obſcuro. c.3.ſ.33.n.1.
11. Dixit inſipiens in corde. c.3.ſ.19.n.3.
Quoniam defecit ſanctus. c.3.ſ.16.n.8.
In circuitu impij ambulant. c.3.ſ.23.n.4. & c.4. ſ.12.n.1. & c.31.ſ.4.n.1.
Argentum purgatum. c.4.ſ.16.n.1.
13. Dixit inſipiens in corde. c.3.ſ.1.n.3. & ſ.9.n.2.
Omnes declinauerunt. c.3.ſ.7.n.6. & c.11.ſ.3.n.2. & c.13.ſ.4.n.1.
Non eſt qui faciat bonum. c.8.ſ.8.n.3.
Veloces pedes eorum. c.2.ſ.1.n.4.
Dominus proſpexit ſuper filios hominum. c.2.ſ.2. & c.11.ſ.6.n.3.
Vt videat ſi eſt intelligens. c.5.ſ.1.n.1.
15. Adimplebis me lætitia. c.3.ſ.10.n.4.
Bonorum meorum non indiges. c.8.ſ.7.n.1.
Nec memor ero nominum. c.11.ſ.11.n.4.
Delectationes in dextera illius. c.12.ſ.6.n.2.
16. Satiabor cùm apparuerit gloria tua. c.1.ſ.2.n.7.
Oculi videant æquitates. c.3.ſ.12.n.5.
Oculos ſuos ſtatuerunt declinare. c.3.ſ.19.n.5. & c.4.ſ.6.n.3.
Cuſtodias vias duras. c.4.ſ.12.n.3.
Eripe animam meam. c.4.ſ.13.n.1.
Cuſtodi me vt pupillam. c.11.ſ.13.n.3.
Igne me examinaſti. c.12.ſ.9.n.10.
A paucis de terra diuide eos. c.7.ſ.4.n.2.
17. Tranſgrediar murum. c.2.ſ.11.n.5.
Illumina tenebras meas. c.3.ſ.21.n.3.
Diſciplina tua me docebit. c.3.ſ.22.n.8.
Dolores inferni. c.3.ſ.30.n.2.
Cum electo electus eris. c.4.ſ.13.n.2.
Inclinauit cœlos. c.4.ſ.13.n.2. & c.12.ſ.6.n.3.
Tu illuminas lucernam meam. c.11.ſ.10.n.3.
Aſſumpſit me de aquis multis. c.13.ſ.5.n.4.
Poſuit tenebras latibulum ſuum. c.14.ſ.2.n.7.
Qui docet manus meas. c.14.ſ.4.n.5.
Torrentes iniquitatis. c.10.ſ.1.n.4.
18. Cœli enarrant gloriam Dei. c.1.ſ.2.n.1. & ſ.4.n.1.
In ſole poſuit tabernaculum. c.1.ſ.6.n.3. & c.6. ſ.3.n.4.
Tanquam ſponſus procedens. c.11.ſ.4.n.1.
Exultauit vt gigas. c.7.ſ.2.n.3.
Annunciat firmamentum. c.13.ſ.4.n.3.

Delicta quis intelligit. c.3.ſ.17.n.3.& ſ.26.n.1.& c.6.ſ.4.n.2.
Ab alienis parce. c.11.ſ.3.n.2.
19. Lætabimur in ſalutari tuo. c.2.ſ.11.n.3.
20. Præueniſti eum in benedictionibus. c.1.ſ.1.n.2.& c.3.ſ.17.n.3.& c.9.ſ.3.n.2.
21. Deus Deus meus quare me dereliquiſti. c.8.ſ.8.n.2.
Opprobria exprobrantium. c.1.ſ.4.n.3
Foderunt manus meas. c.2.ſ.2.n.3.
Deriſerunt me. c.14.ſ.3.n.5.
Et in puluerem mortis deduxiſti me. c.2.ſ.3.n.4.& c.3.ſ.9.n.4.
Sicut aqua effuſus ſum. c.14.ſ.3.n.7.
Erue à framea Deus. c.2.ſ.3.n.9.
Ego ſum vermis. c.3.ſ.19.n.6.
In conſpectu eius cadent. c.6.ſ.3.n.3.
Apud te laus mea. c.14.ſ.8.n.4.
22. Et miſericordia tua ſubſequetur. c.1.ſ.1.n.2.
Virga tua & baculus tuus. c.2.ſ.9.n.5.& c.9.ſ.11.n.2.& c.11.ſ.3.n.5.
Paraſti in conſpectu meo menſam. c.3.ſ.2.n.5.
Deduxit me ſuper ſemitas. c.8.ſ.7.n.3.
24. Quis eſt homo. c.3.ſ.8.n.3.
Oculi mei ſemper ad Dominum. c.9.ſ.12.n.4.& c.12.ſ.6.n.3.
25. Odiui Eccleſiam malignantium. c.8.ſ.1.n.3.
Non ſedi cum concilio. c.11.ſ.13.n.4.
Qui non accepit in vano. c.11.ſ.8.n.5.
26. Adiutor meus eſto. c.2.ſ.10.n.7.
Dominus protector vitæ meæ. c.14.ſ.4.n.5.
Ne declines in ira à ſeruo tuo. c.4.ſ.14.n.4.
Si exurgat aduerſum me prælium. c.3.ſ.15.n.6.
Mentita eſt iniquitas ſibi. c.3.ſ.7.n.1.& c.4.ſ.12.num.4.
27. Dominus fortitudo plebis ſuæ eſt. c.12.ſ.7.n.2.
28. Afferte Domino filios arietum. c.5.ſ.3.n.4.
29. Salua me à deſcendentibus. c.3.ſ.18.n.1.
Ad veſperum demorabitur fletus. c.1.ſ.3.n.12.
30. Abſcondes eos in abſcondito. c.3.ſ.15.n.6.
In manibus tuis ſortes meæ. c.12.ſ.3.n.4.
31. Beatus vir, cui non imputauit. c.3.ſ.27.n.4.
Remiſſa ſunt iniquitates. c.3.ſ.18.n.4 & ſ.22.n.4.
Pronunciabo aduerſum me. c.4.ſ.11.n.1.
Delictum meum cognitum tibi feci. c.3.ſ.22.n.3.& ſ.23.n.5.
Dum configitur ſpina. c.3.ſ.19.n.1.
Sicut equus & mulus. c.3.ſ.28.n.2.
Firmabo ſuper te oculos. c.12.ſ.3.n.5.
Pro hac orabit ad te. c.8.ſ.5.n.6.
32. Verbo Domini cæli firmati. c.2.ſ.1.n.1.
Dixit, & facta ſunt. c.3.ſ.29.n.7.
Miſericordia Domini plena eſt terra. c.3.ſ.36.n.6.
33. Quoniam non derelinquis ſperantes in te. c.12.ſ.8.n.1.
Torrente voluptatis tuæ. c.2.ſ.8.n.7.
Oculi Domini ſuper iuſtos. c.2.ſ.10.n.7.
Guſtate & videte. c.3.ſ.13.n.1.& c.11.ſ.3.n.5.
Accedite ad eum, & illuminamini. c.3.ſ.16.n.4.& c.10.ſ.1.n.6.
Prope eſt Dominus. c.3.ſ.16.n.3.
In Domino laudabitur. c.14.ſ.10.n.6.
34. Fiat via illorum tenebræ. c.6.ſ.4.n.2.
35. Dixit iniuſtus, vt delinquat. c.3.ſ.17.n.6.& c.4.ſ.12.n.4.
Iniquitatem meditatus eſt. c.1.ſ.2.n.8.
Non veniat mihi pes ſuperbiæ. c.3.ſ.13.n.4.& ſ.14.n.4.& c.13.ſ.3.n.1.
Iuſtitia tua ſicut montes. c.3.ſ.33.n.2.
Homines & iumenta ſaluabis. c.7.ſ.7.n.11.
36. Confirmat autem iuſtos. c.2.ſ.1.n.4.
Tota die miſeretur. c.1.ſ.11.n.8.
Reuela Domino viã. c.3.ſ.22.n.5.& c.12.ſ.2.n.1.
Delectare in Domino. c.12.ſ.8.n.3.
Vidi impium ſuperexaltatum. c.4.ſ.17.n.3.
Quæret locum eius. c.3.ſ.34.n.1.
Gladius eorum intret. c.3.ſ.34.n.2.
Deficientes quemadmodum fumus. c.3.ſ.30.n.2.
37. In flagella paratus ſum. c.6.ſ.2.n.5.& c.1.ſ.17.n.2.
Confirmaſti ſuper me manum. c.2.ſ.1.n.4.
Lumen oculorum meorum. c.3.ſ.19.n.5.& ſ.25.n.4.& c.11.ſ.8.n.4.
Sicut onus graue grauatæ ſunt. c.3.ſ.29.n.3.
38. Exaudi orationem meam. c.12.ſ.5.n.3.
Cuſtodiam vias meas. c.3.ſ.3.n.7.
Confundantur & reuereantur. c.3.ſ.16.n.2.
Vniuerſa vanitas omnis homo. c.4.ſ.2.n.5.
Menſurabiles poſuiſti. c.6.ſ.2.n.6.
Et nunc quæ eſt expectatio. c.2.ſ.2.n.6.
39. In capite libri ſcriptum eſt. c.1.ſ.1.n.3.
Expectans expectaui. c.2.ſ.10.n.7.& c.5.ſ.4.n.5.
Dominus ſolicitus eſt mei. c.2.ſ.10.n.7.
Nõ reſpexit in inſanias. c.1.ſ.2.n.7.& c.7.ſ.4.n.4.
Ecce labia mea non prohibebo. c.4.ſ.6.n.5.
41. Abyſſus abyſſum inuocat. c.6.ſ.4.n.1.
42. Confitebor tibi in cithara. c.2.ſ.3.n.6.
43. Humiliata eſt in puluere. c.3.ſ.9.n.4.
Quare faciem tuam auertis. c.4.ſ.13.n.1.
Humiliaſti nos in loco afflictionis. c.6.ſ.4.n.2.
44. Eructauit cor meum. c.14.ſ.10.n.4.
Dico ego opera mea regi. c.12.ſ.2.n.1.
Aſtitit regina. c.2.ſ.9.n.4.& c.9.ſ.8.n.1.& c.12.ſ.9.n.1.
Audi filia. c.3.ſ.9.n.4.
Myrrha & gutta. c.6.ſ.3.n.1.& c.8.ſ.7.n.6.
Diffuſa eſt gratia. c.4.ſ.10.n.4.
Circumamicta varietatibus. c.13.ſ.2.n.7.
Vultum tuum deprecabuntur. c.13.ſ.30.n.4 & c.14.ſ.1.n.7.& ſ.9.n.3.
Adducentur regi virgines. c.4.ſ.20.n.1.
Adducitur in templum. c.2.ſ.6.n.1.& c.3.ſ.41.n.5.
Concupiſcet rex ſpeciem tuam. c.2.ſ.6.n.1.& c.13.ſ.3.n.3.
Accingere gladio tuo. c.3.ſ.33.n.1.
In corda inimicorum regis. c.3.ſ.20.n.3.
45. Adiutor in tribulationibus. c.3.ſ.17.n.7.
Deus noſtrum refugium. c.1.ſ.4.n.14.
Adiuuabit eam Deus. c.4.ſ.9.n.6.
46. Dij fortes terræ. c.14.ſ.3.n.4.
47. Conteres naues Tharſis. c.1.ſ.1.n.12.& c.7.ſ.1.n.7.
Dolores vt parturientis. c.3.ſ.36.n.4.
48. Mors depaſcet eos. c.1.ſ.3.n.4.
Homo cum in honore eſſet. c.1.ſ.9.n.5.& c.11.ſ.5.n.4.
Comparatus eſt iumentis. c.1.ſ.10.n.1.& c.3.ſ.13.n.8.
Iniquitas calcanei mei. c.2.ſ.4.n.5.& c.3.ſ.35.n.5.& c.6.ſ.4.n.2.
Vocauerunt nomina ſua. c.11.ſ.11.n.3.
Relinquent alienis diuitias. c.13.ſ.4.n.4.
Anima eius in vita ipſius. c.14.ſ.2.n.8.
Ne timueris, cum diues factus. c.11.ſ.5.n.4.
49. Videbas furem & currebas. c.2.ſ.1.n.4.& c.3.ſ.11.n.3.
Sacrificium laudis. c.14.ſ.7.n.7.
Arguã & ſtatuã te. c.3.ſ.18.n.3.& c.11.ſ.8.n.2.
Odiſti diſciplinam. c.4.ſ.27.n.3.
50. Secundum magnam miſericordiam. c.3.ſ.21.n.4.
Iniquitatem meam cognoſco. c.4.ſ.12.n.3.
Peccatũ meũ cõtra me eſt. c.3.ſ.15.n.6.& ſ.29.n.3.
Cor mundum crea. c.6.ſ.4.n.5.

Oſſa

*Oſſa humiliata.* c.3.ſ.9.n.4.
*Sacrificium Deo ſpiritus.* c.5.ſ.3.n.4.
*Auditui meo dabis.* c.3.ſ.10.n.4.
*Et vincas cum iudicaris.* c.11.ſ.8.n.2
*Spiritu principali confirma.* c.14.ſ.6.n.3.
*Exultabit lingua mea.* c.14.ſ.2.n.8.
*Vt ædificentur muri.* c.11.ſ.6.n.6.
51. *Gloriatur in malitia.* c.9.ſ.6.n.2.
52. *Illic trepidauerunt.* c.2.ſ.1.n.8.
53. *Voluntariè ſacrificabo.* c.1.ſ.7.n.6.
54. *Quis dabit mihi pennas.* c.1.ſ.4.n.5.& c.8.ſ.5. n.7.& c.11.ſ.1.n.4.& c.14.ſ.2.n.2.
*Iacta cogitatum tuum.* c.1.ſ.4.n.6.& c.11.ſ.7.n.8.
*Vidi iniquitatem.* c.3.ſ.19.n.3.
*Molliti ſunt ſermones.* c.4.ſ.8.n.4.& c.9.ſ.9.n.4.
*Elongaui fugiens.* c.8.ſ.3.n.6.
*Extendit manum ſuam.* c.8.ſ.4.n.1.
*Præcipita Domine.* c.11.ſ.10.n.1.
*Viri ſanguinum.* c.4.ſ.20.n.3.
*Veſpere & manè.* c.2.ſ.1.n.4.
55. *Deus vitam meam annunciaui.* c.4.ſ.10.n.2.& c.11.ſ.12.n.3.
*Calcaneum meum obſeruabunt.* c.3.ſ.35.n.5.
56. *Exurge gloria mea.* c.11.ſ.10.n.6.
*Paratum cor meum.* c.12.ſ.1.n.3.
57. *Dentes peccatorum.* c.11.ſ.2.n.6.
*Furor illis ſecundum,&c.* c.3.ſ.1.n.7.
*Alienati ſunt.* c.4.ſ.12.n.1.
*Errauerunt ab vtero.* c.4.ſ.15.n.6.
*Manus ſuas lauabit.* c.7.ſ.4.n.3.
58. *Miſericordia eius præueniet.* c.1.ſ.1.n.2.
*Famem patientur vt canes.* c.2.ſ.4.n.10.
*Diſperge illos.* c.4.ſ.16.n.6.
*Fortitudinem meam ad te cuſtodiam.* c.2.ſ.5.n.4.
59. *Vt fugiant à facie arcus.* c.3.ſ.19.n.3.& ſ.22.n.2.
*Potaſti nos vino compunctionis.* c.4.ſ.11.n.5.
61. *Diuitiæ ſi affluant.* c.2.ſ.5.n.7.
*Pretium meũ cogitauerunt repellere.* c.3.ſ.20.n.6.
*Effudi in me animam meam.* c.4.ſ.17.n.3.
*Deo ſubiecta erit anima mea.* c.12.ſ.4.n.1.
62. *Deus meus ad te de luce vigilo.* c.13.ſ.4.n.2.
*Sitiuit in te anima mea.* c.12.ſ.6.n.2.
64. *Te decet hymnus.* c.13.ſ.6.n.9.
65. *Terribilis in conſiliis.* c.2.ſ.3.n.12.
*Tranſiuimus per ignẽ.* c.3.ſ.17.n.7.& c.7.ſ.1.n.5.
*Quoniam probaſti nos Deus.* c.8.ſ.1.n.6.
*Impoſuiſti homines.* c.11.ſ.6.n.2.
*Benedictus Deus qui non amouit.* c.2.ſ.10.n.4.
67 *Pluuiam voluntariam.* c.4.ſ.15.n.4.
*Æthiopia præueniet.* c.4.ſ.22.n.8.
*Increpa feras arundinis.* c.1.ſ.6.n.4.
*Domini ſunt exitus.* c.4.ſ.18.n.6.
*Diſſipa gentes.* c.11.ſ.7.n.2.
*Vt fugiant qui oderunt.* c.11.ſ.7.n.2.
*Dum diſcernit cæleſtis.* c.11.ſ.10.n.4.
*Deus qui inhabitare facit.* c.12.ſ.2.n.2.
68. *Non me demergat tempeſtas.* c.3.ſ.25.n.4.
*Veni in altitudinem maris.* c.8.ſ.3.n.3.
*Suauis eſt miſericordia.* c.3.ſ.16.n.6.
*Fiat habitatio eorum.* c.4.ſ.10.n.1.
*Obſcurentur oculi eorum.* c.11.ſ.3.n.3.
*Factus ſum illis in parabolam.* c.3.ſ.5.n.5.
70. *In te confirmatus ex vtero.* c.4.ſ.21.n.6.
71. *Honorabile nomen eorum.* c.4.ſ.22.n.6.
*Suſcipiant montes pacem.* c.2.ſ.10.n.9.
*Sicut pluuia in vellus.* c.4.ſ.19.n.7.
*Ex vſuris redimet.* c.3.ſ.17.n.3.
72. *Quàm bonus Iſraël Deus.* c.11.ſ.5.n.3.
*Mihi adhærere Deo bonum.* c.1.ſ.4.n.4.& c.4. ſ.15.n.2.& ſ.17.n.4.
*Deieciſti eos.* 1.ſ.9.n.8 & ſ.10.n.4 & c.3.ſ.12.n 4.
*Prodiit quaſi ex adipe.* c.3.ſ.26.n.5.
*Operti ſunt iniquitate.* c.7.ſ.2.n.3.
*Propter dolos poſuiſti.* c.9 ſ.12.n.8.& c.13.ſ.1.n.3.
*Vt iumentum factus ſum.* c.11.ſ.7.n.1.
*Peccatores abundantes.* c.12.ſ.7.n.2.
*Pars mea Deus.* c.13.ſ.3.n.3.
*Eris firmamentum.* c.14.ſ.8.n.2.
*Defecit cor meum.* c.11.ſ.13.n.3.
73. *Contribulaſti capita.* c.4.ſ.35.n.3.
*Pauper & inops laudabunt.* c.13.ſ.1.n.8.
*Superbia eorum qui oderunt aſcendit.* c.4.ſ.13.n.4. & c.11.ſ.6.n.9.& ſ.9.n.5.& c.13.ſ.1.n.8.& c.14.ſ.1.n.3.
74. *Confitebimur tibi Deus.* c.3.ſ.22.n.6.
*Cum accepero tempus.* c.3.ſ.21.n.6.& c.7.ſ.4.n.3.
*Operatus eſt ſalutem.* c.3.ſ.30.n.1.
75. *Illuminans mirabiliter.* c.2.ſ.1.n.2.
*Factus eſt in pace locus.* c.14.ſ.6.n.6.
*Dormitauerunt qui aſcenderunt.* c.9.ſ.5.n.6.
76. *Et dixi, nunc cœpi* c.2.ſ.1.n.4.& c.12.ſ.4.n.6.
*Renuit conſolari.* c.9.ſ.5.n.5.
*Turbatus ſum.* c.11.ſ.7.n.7.
77. *Panem Angelorum.* c.1.ſ.5.n.3.& c.3.ſ.8.n.4.
*Deduxit eos in nube diei.* c.4.ſ.12.n.6.
*Nec ſperauerunt in ſalutari.* c.4.ſ.13.n.3.
*Conuerſi ſunt in arcum.* c.8.ſ.5.n.7.
*Tanquam potens crapulatus.* c.11.ſ.5.n.1.
78. *Citò anticipent nos.* c.1.ſ.1.n.2.
79. *Perfice eam, quam plantauit.* c.1.ſ.1.n.5.
*Singularis ferus.* c.7.ſ.4.n.3.
80. *Sumite Pſalmum.* c.2.ſ.3.n.6.
81. *Ego dixi, dij eſtis.* c.1.ſ.9.n.7.& c.3.ſ.11.n.1.
*In tenebris ambulant.* c.3.ſ.23.n.5.
82. *Imple facies eorum.* c.3.ſ.12.n.4.& ſ.23.n.6.
*Qui oderunt te, extulerunt caput.* c.11.ſ.6.n.9.
*Cogitauerunt vnanimiter.* c.11.ſ.7.n.1.
*Aduerſus ſanctos tuos.* c.3.ſ.15.n.6.
83. *Pro torcularibus.* c.1.ſ.4.n.6.
*Quàm dilecta tabernacula.* c.13.ſ.1.n.7.
*Paſſer inuenit ſibi domum.* c.6.ſ.7.n.4.
*Elegi abiectus eſſe.* c.13.ſ.1.n.7.
84. *Benedixiſti Domine terram tuam.* c.1.ſ.2.n.5. & c.3.ſ.38.n.7.& c.13.ſ.4.n.5.
*Veruntamen prope timentes.* c.14.ſ.8.n.4.
86. *Fundamenta eius in montibus.* c.7.ſ.4.n.10.
88. *Viſitabo in virga.* c.6.ſ.2.n.4.
*Humiliaſti ſicut puluerem.* c.3.ſ.35.n.1.
89. *Quis nouit poteſtatem iræ.* c.3.ſ.23.n.2.
*Lætati ſumus pro diebus.* c.11.ſ.5.n.4.
*Refugium factus es.* c.3.ſ.22.n.9.
90. *Qui habitat in adiutorio.* c.3.ſ.22.n.9.
*Angelis ſuis mandauit.* c.3.ſ.9.n.3.
*Super aſpidem.* c.3.ſ.12.n.6.& ſ.35.n.4.
*Clamauit ad me.* c.3.ſ.24.n.3.& c.12.ſ.9.n.4.
*Oculis tuis conſiderabis.* c.3.ſ.39.n.5.
*Non accedet ad te malum.* c.4.ſ.14.n.2 & c.11. ſ.11.n.7.
*Quoniam in me ſperauit.* c.12.ſ.9.4.
*A ſagitta volante.* c.14.ſ.7.n.1.
*Longitudine dierum.* c.4.ſ.21.n.2.
*Iuſtus vt palma.* c.3.ſ.42.n.4.& c.4.ſ.21.n.3.
*Mirabiles elationes.* c.1.ſ.5.n.2.
*Peccatores gloriabuntur.* c.9.ſ.6.n.3.
*Nec intelliget Deus Iacob.* c.12.ſ.2.n.1.
*Præoccupemus faciem.* c.3.ſ.22.n.6.& c.8.ſ.2.n.1.
*Nolite obdurare corda.* c.4.ſ.8.n.3.
95. *Confeſſio & pulchritudo.* c.8.ſ.3.n.1.& ſ.7.n.4.
*Regnauit à ligno Deus.* c.14.ſ.4.n 6.
*Exultabunt omnia ligna.* c.1.ſ.6.n.8.
98. *Deus propitius & vlciſcẽs.* c.7.ſ.2.n.1.& c.8.ſ.5.n.6
*Samuel inter eos.* c.12.ſ. .n.1.


99. Deus

99. *Dominus eſt Deus.* c.5.ſ.2.n.2.
*In æternum miſericordia eius.* c.5.ſ.3.n.2.
100. *Miſericordiam & iudicium cantabo.* c.1.ſ.1.n.9. & c.6.ſ.1.n.1.
*In matutino interficiebam.* c.4.ſ.12.n.2.
102. *Benedicite Angeli.* c.14.ſ.9.n.4.
*Qui coronat te.* c.14.ſ.10.n.1.
*Ipſe cognouit figmentum.* c.2.ſ.1.n.5.
103. *Omnia in ſapientia feciſti.* c.1.ſ.1.n.5.
*Extendens cælum.* c.1.ſ.2.n.1.& c.11.ſ.1.n.4.
*Ambulat ſuper pennas.* c.5.ſ.2.n.2.
*Fecit lunam in tempora.* c.1.ſ.6.n.4.
*Hoc mare magnum.* c.1.ſ.7.n.2 & c.3.ſ.1.n.6.
*Quem formaſti ad illudendum.* c.3.ſ.12.n.6.
*Renouabitur vt aquila.* c.3.ſ.38.n.4.
*Petra refugium herinaceis.* c.4.ſ.13.n.3.
*Qui emittis fontes.* c.11.ſ.8.n.4.
*Qui facit Angelos ſpiritus.* c.14.ſ.5.n.1.
*Panis cor hominis confirmet.* c.14.ſ.8.n.7.
104. *Vocauit famem.* c.7.ſ.2.n.5.
*Conſtituit eum dominum.* c.11.ſ.1.n.2.
*Non erat in tribubus eorum infirmus.* c.8.ſ.2.n.4.
105. *Crediderunt verbis eius.* c.5.ſ.2.n.3.
*In ſimilitudinem vituli.* c.2.ſ.7.n.8.
*Si non Moyſes electus.* c.4.ſ.9.n.2.
*Commixti ſunt.* c.8.ſ.2.n.4.
106. *Confitemini Domino.* c.3.ſ.22.n.6.
*Qui deſcendunt mare.* c.1.ſ.5.n.2.
*Errauerunt in ſolitudine.* c.11.ſ.8.n.4.
108. *Oratio eius fiat.* c.4.ſ.7.n.8.
*Pereat de terra memoria.* c.4.ſ.18.n.2.
*Operiantur diploide.* c.3.ſ.13.n.8.
*Pro eo vt me diligerent.* c.11.ſ.2.n.6.
*Maledicent illi.* c.12.ſ.5.n.2.
109. *Implebit ruinas.* c.11.ſ.5.n.4.
*Sacerdos in æternum.* c.14.ſ.8.n.1.& ſ.9.n.1.
*Confregit in die iræ.* c.3.ſ.35.n.4.
110. *Confitebor tibi Domine.* c.14.ſ.8.n.1.
*Magna opera Domini.* c.4.ſ.21.n.2.
*Initium ſapientiæ.* c.3.ſ.20.n.3.
*Intellectus bonus.* c.2.ſ.7.n.8.
111. *Beatus vir qui timet Dominum.* c.3.ſ.20.n.4.
*In memoria æterna erit.* c.2.ſ.16.n.8. & c.4.ſ.20.n.6.
*Generatio rectorum.* c.11.ſ.11.n.2.
*Diſperſit, dedit pauperibus.* c.11.ſ.4.n.5.
113. *Cælum cæli Domino.* c.1.ſ.2.n.5.
114. *Miſericordia eius ſuper omnia.* c.14.ſ.2.n.7.
*Inclinauit aurem ſuam.* c.3.ſ.24.n.3.
*Circundederunt me dolores.* c.3.ſ.36.n.4.
115. *Quid retribuam Domino.* c.12.ſ.6.n.4.
*Calicem ſalutaris accipiam.* c.3.ſ.44.n.5.& c.4.ſ.21.n.2.
*Pretioſa in conſpectu eius mors.* c.4.ſ.10.n.3.& ſ.20.n.6.
*Sacrificabo hoſtiam laudis.* c.4.ſ.4.n.3.
117. *Impulſus euerſus ſum.* c.3.ſ.31.n.6.
*Circundederunt me ſicut apes.* c.8.ſ.5.n.7.
118. *Manus tuæ fecerunt me.* c.2.ſ.3.n.11.
*Defecit in ſalutare tuum.* c.2.ſ.11.n.6.
*Ego cuſtodiui vias duras.* c.1.ſ.11.n.8.
*Confige timore tuo carnes.* c.3.ſ.3.n.2.& c.8.ſ.8.n.5.& c.13.ſ.1.n.7.
*Latum mandatum tuum.* c.3.ſ.3.n.6.& c.4.ſ.21.n.4 & c.11.ſ.1.n.4.
*Erraui ſicut ouis.* c.3.ſ.4.n.5.& ſ.19.n.5.
*Super mel & fauum.* c.3.ſ.7.n.4.
*Os meum aperui.* c.8.ſ.8.n.4.
*Lucerna pedibus.* c.3.ſ.10.n.5.
*Iudicia tua iucunda.* c.3.ſ.22.n.5.& c.5.ſ.3.n.2.
*Bonum quia humiliaſti.* c.3.ſ.22.n.7.
*Tempus faciendi Domine.* c.1.ſ.3.n.6.& c.3.ſ.15.n.8.
*Amputa opprobrium.* c.3.ſ.26.n.5.
*Adhæſit pauimento.* c.3.ſ.43.n.1.
*Sederunt principes.* c.4.ſ.7.n.6.
*Defectio tenuit me.* c.7.ſ.4.n.5.
*Anima mea in manibus.* c.9.ſ.2.n.4.
*Confundantur ſuperbi.* c.9.ſ.6.n.2.
*Præueni in maturitate.* c.9.ſ.10.n.5.
*Quam dulcia faucibus.* c.11.ſ.1.n.2.
*Vide ſi via iniquitatis.* c.11.ſ.4.n.4.
*Vide humilitatem meam.* c.11.ſ.9.n.3.
*Bonitatem & diſciplinam.* c.11.ſ.14.n.8.
*Viam mandatorum cucurri.* c.14.ſ.5.n.1.
*Beati immaculati in via.* c.1.ſ.3.n.3.
*Portio mea Domine dixi.* c.14.ſ.5.n.6 & ſ.10.n.8.
*Cantabiles mihi erant.* c.7.ſ.4.n.2.
119. *Cum habitantibus Cedar.* c.7.ſ.3.n.5.
*Cum his qui oderunt.* c.7.ſ.3.n.5.
120. *Dies mei ſicut vmbra.* c.1.ſ.3.n.6.
121. *Lætatus ſum in his.* c.1.ſ.4.n.4.
123. *Anima noſtra ſicut paſſer.* c.5.ſ.2.n.2.
*Liberauit me de laqueo.* c.10.ſ.13.n.3.
*Torrentem pertranſiuit.* c.9.ſ.6.n.6.
124. *Virga peccatorum.* c.9.ſ.4.n.2.
125. *Conuerte Domine captiuitatem.* c.4.ſ.21.n.1.
*Qui ſeminant in lacrymis.* c.12.ſ.3.n.4.
*Euntes ibant & flebant.* c.13.ſ.1.n.1.& c.14.ſ.7.n.3.
126. *Niſi Dominus ædificauerit.* c.2.ſ.6.n.5.& c.7.ſ.4.n.1.& c.11.ſ.4.n.1.
*Niſi Dominus cuſtodierit.* c.11.ſ.9.n.4.
*In vanum laborauerunt.* c.4.ſ.2.n.3.
*Beatus vir, qui impleuit.* c.3.ſ.3.n.6.& c.6.ſ.5.n.4.
*Loquetur in porta.* c.3.ſ.22.n.2.
*Panem doloris.* c.17.ſ.1.n.1.
*Cum dederis dilectis.* c.8.ſ.1.n.5.
127. *Vxor tua ſicut vitis.* c.2.ſ.13.n.2.
*Filij tui ſicut nouellæ.* c.4.ſ.19.n.3.
128. *Supra dorſum meum.* c.9.ſ.6.n.6.
129. *De profundis clamaui.* c.13.ſ.4.n.1.
130. *Non eſt exaltatum cor.* c.3.ſ.11.n.8.
131. *Surge Domine in requiem.* c.6.ſ.7.n.12.
*Hæc requies mea.* c.9.ſ.12.n.8.
*Paraui lucernam.* c.11.ſ.10.n.3.
132. *Ecce quàm bonum.* c.11.ſ.7.n.6.
*Sicut vnguentum.* c.14.ſ.10.n.4.
136. *Super flumina Babylonis.* c.2.ſ.4.n.5.& c.3.ſ.43.n.1.
*Si oblitus fuero tui.* c.4.ſ.7.n.5.
*Allidet paruulos.* c.3.ſ.4.n.6.
137. *Humilia reſpicit.* c.3.ſ.16.n.3.& c.7.ſ.1.n.5.
138. *Mihi honorati ſunt.* c.7.ſ.1.n.2.
*Confortatus eſt principatus.* c.11.ſ.10.n.3.
*Quò ibo à ſpiritu tuo.* c.4.ſ.17.n.1.
*Mirabilis facta eſt ſcientia.* c.1.ſ.9.n.5.
*Poſſediſti renes meos.* c.13.ſ.2.n.7.
*Suſcepiſti me de vtero.* c.4.ſ.21.n.6.
139. *Labor labiorum.* c.11.ſ.3.n.4.
140. *Pone Domine cuſtodiam.* c.3.ſ.19.n.4.
*Ad excuſandas excuſationes.* c.3.ſ.19.n.4.& ſ.27.n.3.
*Corripiet me iuſtus.* c.3.ſ.26.n.4.& c.9.ſ.9.n.4.
*Oleum peccatoris.* c.7.ſ.1.n.4.
*Solitarius ſum ego.* c.11.ſ.13.n.4.
141. *Anima mea ſicut terra.* c.11.ſ.8.n.4.
*Et non intres in iudicium.* c.1.ſ.1.n.8.
*Spiritus tuus deducet me.* c.12.ſ.8.n.11.
143. *Dies eius ſicut vmbra.* c.11.ſ.6.n.7.
144. *Aperis tu manum tuam.* c.4.ſ.21.n.2.
*Memoriam abundantiæ.* c.13.ſ.11.n.1.

145. *Nolite confidere in principibus.* c.23.ſ.5.n.2.
*Vt ſolueret compeditos.* c.11.ſ.8.n.3.
146. *Qui ſanat contritos.* c.14.ſ.10.n.2.
147. *Qui poſuit fines tuos pacem.* c.4.ſ.14.n.1.
148. *Tange montes & fumigabunt.* c.14.ſ.2.n.8.

Ex Prouerb.

1. *Filij Dauid Regis.* c.4.ſ.18.n.2.
*Vt detur paruulis.* c.4.ſ.21.n.6.& c.5.ſ.1.n.2.
*Audi fili diſciplinam.* c.4.ſ.18.n.2.& c.5.ſ.1.n.3.
*Audiens ſapientior erit.* c.5.ſ.1.n.1.
*Fili ſi te lactauerint.* c.6.ſ.5.n.5.
*Fruſtra iacitur rete.* c.5.ſ.2.n.2.
*Repentina calamitas.* c.6.ſ.2.n.2.
*Timor Domini principium.* c.3.ſ.24.n.4.
*Vocaui & renuiſtis.* c.11.ſ.5.n.1.
*Pedes illorum ad malum.* c.11.ſ.3.n.2.
*In interitu veſtro ridebo.* c.11.ſ.9.n.1.
*Proſperitas ſtultorum.* c.3.ſ.31.n.7.
2. *Exultabunt in rebus peſſimis.* c.11.ſ.8.n.3.
3. *Cum ſimplicibus ſermocinatio.* c.3.ſ.13.n.7.
5. *Vagi ſunt greſſus eius.* c.3.ſ.31.n.6.
*Funibus peccatorum.* c.11.ſ.8.n.3.
6. *Homo apoſtata.* c.1.ſ.1.n.6.
*Sex ſunt quæ odit Dominus.* c.3.ſ.3.n.5.
*Exoſam habuerunt diſciplinam.* c.4.ſ.17.n.3.
7. *Sequitur quaſi bos.* c.3.ſ.1.n.8.
8. *Dominus poſſedit me.* c.4.ſ.2.n.2.
*Ab æterno ordinata ſum.* c.2.ſ.13.n.4.
*Qui mane vigilat ad me.* c.4.ſ.4.n.5.
*Inueniet vitam.* c.3.ſ.8.n.4.
*Zelus eſt furor viri.* c.2.ſ.16.n.4.
*Fugit impius.* c.3.ſ.15.n.5.
9. *Sapientia ædificauit.* c.6.ſ.6.n.6.
*Venite, comedite.* c.3.ſ.8.n.4. & ſ.15.n.7.
*Aquæ furtiuæ dulciores.* c.3.ſ.7.n.7.
*Ignorant quod ibi ſint gigantes.* c.3.ſ.19.n.1.
10. *Filius ſapiens lætificat.* c.6.ſ.5.n.4.
*Quaſi per riſum ſtultus.* c.3.ſ.16.n.2.
11. *In bonis iuſtorum exultabit.* c.4.ſ.21.n.4.
12. *Viſcera impiorum.* c.8.ſ.2.n.6.
*Reddit mala pro bonis.* c.8.ſ.2.n.6.
13. *Egeſtas & ignominia.* c.4.ſ.17.n.3.
14. *Riſus dolore miſcebitur.* c.1.ſ.3.n.12.
*Sapiens timet & declinat.* c.4.ſ.13.n.5.
15. *Cor gaudens exhilarat.* c.4.ſ.7.n.2.
16. *Ante contritionem præcedit.* c.3.ſ.14.n.4.
*Abominatio Domini arrogans.* c.3.ſ.16.n.3.
17. *Omni tempore diligit.* c.8.ſ.2.n.6.
18. *Iuſtus prior eſt accuſator ſui.* c.5.ſ.29.n.3.& c.4.ſ.12.n.3. & c.8.ſ.2.n.2.
19. *Fœnerat Domino.* c.2.ſ.11.n.8.
*A Domino uxor prudens.* c.3.ſ.4.n.1.
*Peſtilente flagellato.* c.6.ſ.7.n.9.
20. *Pondus & pondus.* c.1.ſ.4.n.5.
21. *Vir obediens loquetur.* c.14.ſ.5.n.1.
*Gaudium iuſtorum.* c.14.ſ.5.n.3.
22. *Fouea profunda.* c.2.ſ.15.n.3.
*Adoleſcens iuxta viam.* c.9.ſ.10.n.4.
*Stultitia caſtigata.* c.9.ſ.11.n.2.
*Inſcrutabile cor hominis.* c.1.ſ.2.n.8.
23. *Puteus anguſtus.* c.3.ſ.1.n.8.
*Ne intuearis vinum.* c.3.ſ.33.n.1.
*Sicut dormiens in mari.* c.3.ſ.24.n.2.
*Præbe fili cor tuum.* c.4.ſ.4.n.4.
*Percute filium.* c.7.ſ.4.n.8.
24. *Erue eos qui ducuntur ad mortem.* c.14.ſ.4.n.4.
27. *Tecta perſtillantia.* c.2.ſ.12.n.4.
30. *Via mulieris adulteræ.* c.4.ſ.15.n.1.& c.11.ſ.6.n.5.
1. *Sanguiſugæ duæ ſunt.* c.11.ſ.3.n.1.
*Affer affer.* c.11.ſ.8.n.4.
*Diuitias ne dederis mihi.* c.7.ſ.2.n.3.
31. *Date ſiceram mœrentibus.* c.9.ſ.5.n.2.
*Mulierem fortem quis inueniet.* c.3.ſ.13.n.10. & ſ.33.n.3.& c.12.ſ.3.n.2.
*Manum ſuam aperiet.* c.12.ſ.8.n.7.
*Multæ filiæ congregauerunt.* c.11.ſ.11.n.7.

Ex Eccleſiaſte.

1. *Verba Eccleſiaſtæ.* c.7.ſ.3.n.3.
*Vanitas vanitatum.* c.6.ſ.7.n.9.
*Generatio vadit.* c.6.ſ.7.n.4.
*Stultorum infinitus numerus.* c.6.ſ.7.n.4.
2. *Sapientis oculi in capite.* c.3.ſ.11.n.4.& c.5.ſ.13.n.5.
*Vnus interitus hominum.* c.3.ſ.43.n.4.
5. *Dulcis ſomnus operantis.* c.2.ſ.1.n.8.
7. *Non plus ſapias.* c.3.ſ.11.n.8.
*Qui timet Deum nihil negligit.* c.4.ſ.1.n.5.
*Virum de mille vnum reperi.* c.6.ſ.4.n.5.
*Amariorem morte mulierem.* c.11.ſ.8.n.7.
*Ne impiè agas multum.* c.4.ſ.12.n.1.
9. *Melior eſt canis viuus.* c.9.ſ.7.n.3.
10. *Qui diſſipat ſepem.* c.3.ſ.7.n.8.
*Mordebit eum coluber.* c.2.ſ.4.n.14.
*Si mordeat ſerpens.* c.3.ſ.1.n.7.
*Humiliabitur conſignatis.* c.3.ſ.14.n.4.
*Væ terra, cuius Rex puer eſt.* c.6.ſ.5.n.6.
*Cuius principes mane.* c.6.ſ.6.n.2.

Ex Canticis.

*Oſculetur me.* c.7.ſ.2.n.3.& c.14.ſ.10.n.4.
*Meliora ſunt vbera tua.* c.3.ſ.3.n.7.& ſ.10.n.8. & c.11.ſ.10.n.5.
*Dum eſſet Rex in accubitu.* c.6.ſ.6.n.3.& c.7.ſ.1.n.5.
*Memores vberum suorum.* c.4.ſ.11.n.5.& c.8.ſ.7.n.7.
*Nolite me conſiderare.* c.1.ſ.6.n.2.
*Vineam meam non cuſtodiui.* c.3.ſ.23.n.8.& c.9.ſ.5.n.3.
*Oculi tui columbarum.* c.9.ſ.7.n.1.
*Collum tuum ſicut monilia.* c.9.ſ.11.n.2.
*Ecce tu pulchra es.* c.9.ſ.12.n.4.& c.12.ſ.9.n.1.
*Nigra ſum, ſed formoſa.* c.4.ſ.21.n.3.& ſ.21.n.8. & c.10.ſ.1.n.5.& c.11.ſ.2.n.6.& c.12.ſ.7.n.3.& ſ.9.n.2.
*Filij matris meæ pugnauerunt.* c.3.ſ.34.n.4.& c.4.ſ.16.n.6.& c.11.ſ.7.n.6.
*Equitatui meo.* c.11.ſ.13.n.5.& c.12.ſ.6.n.6.
*Introduxit me Rex.* c.14.ſ.10.n.4.
*Decolorauit me ſol.* c.3.ſ.35.n.7.& c.4.ſ.16.n.6.
*Faſciculus myrrhæ.* c.2.ſ.9.n.6.& c.3.ſ.20.n.3.
*Curremus in odorem.* c.3.ſ.29.n.1.& c.4.ſ.22.n.4.
*Indica mihi vbi cubet.* c.3.ſ.31.n.6.& c.5.ſ.2.n.4.
*Oleum effuſum nomen tuum.* c.4.ſ.12.n.5.& ſ.22.n.6.
*Trahe me poſt te.* c.6.ſ.3.n.4.
*Lectulus noſter floridus.* c.2.ſ.1.n.8.& c.6.ſ.7.n.8.
*Murenulas aureas faciemus.* c.3.ſ.10.n.4.
2. *Dilectus meus mihi & ego illi.* c.1.ſ.1.n.2.& c.2.ſ.10.n.7.& c.4.ſ.5.n.5.& c.11.ſ.14.n.7.& c.14.ſ.10.n.4.
*Læua eius ſub capite meo.* c.1.ſ.1.n.9.& c.3.ſ.17.n.5.
*Ordinauit in me caritatem.* c.1.ſ.2.n.4.& 5.ſ.3.n.5. & c.4.ſ.7.n.5.& c.8.ſ.2.n.4.
*Flores apparuerunt.* c.1.ſ.3.n.12.& ſ.5.n.7.& c.7.ſ.1.n.4.
*Ego flos campi.* c.2.ſ.1.n.8.& c.6.ſ.6.n.2.& c.12.ſ.3.n.2.
*Surge propera amica.* c.2.ſ.5.n.7.
*Oſtende mihi faciem.* c.2.ſ.10.n.4.

Capite nobis vulpes. c.2.ſ.10.n.7.& c.14.ſ.1.n.4.
Columba in foraminibus. c.2.ſ.17.n.3.
Lilium inter ſpinas. c.3.ſ.13.n.2.& c.6.ſ.5.n.2.
& c.8.ſ.5.n.8.
In cellam vinariam. c.3.ſ.15.n.5.& c.4.ſ.9.n.6.
Donec aſpiret dies. c.3.ſ.21.n.3.
Fructus eius dulcis gutturi. c.4.ſ.22.n.9.
Venit ſaliens. c.3.ſ.24.n.5.
Iam hyems tranſijt. c.4.ſ.7.n.8.
Sub umbra illius. c.4.ſ.20.n.2.& c.6.ſ.5.n.1.
Quæſiui quem diligit. c.4.ſ.25.n.5.
Vox turturis. c.7.ſ.1.n.2.
Tempus putationis. c.7.ſ.4.n.2.& c.12.ſ.5.n.3.
Cor meum vigilat. c.8.ſ.5.n.2.
3. Per vicos & plateas quærens. c.3.ſ.31.n.6.
Lectulum Salomonis. c.4.ſ.7.n.5.
Reclinatorium aureum. c.6.ſ.5.n.1.
Egredimini filiæ Sion. c.6.ſ.4.n.5.
Aſcendit de deſerto. c.7.ſ.4.n.10.
Quem diligit anima mea vidiſtis. c.11.ſ.1.n.5.
4. Turris Dauid collum tuum. c.1.ſ.1.n.5.& c.9.
ſ.2.n.8.& c.13.ſ.2.n.9.& ſ.3.n.3.& c.14.
ſ.3.n.4.
Fons ſignatus. c.3.ſ.28.n.2.
Fuge dilecte mi. c.1.ſ.3.n.6.
Emiſſiones tuæ. c.1.ſ.10.n.6.& c.2.ſ.4.n.6.
Vulneraſti cor meum. c.2.ſ.5.n.5.& c.3.ſ.12.n.5.
c.4.ſ.12.n.5.
Puteus aquarum. c.2.ſ.8.n.7.
Tota pulchra es. c.2.ſ.14.n.7.
Columba mea. c.3.ſ.13.n.6.
Veni de Libano. c.4.ſ.8.n.8.& c.8.ſ.5.n.6.
Sicut vitta coccinea. c.4.ſ.10.n.4.& ſ.12.n.1.&
c.11.ſ.4.n.5.& ſ.7.n.5.
Soror mea ſponſa. c.4.ſ.19.n.5.
Fons hortorum. c.2.ſ.5.n.4.
Mel & lac ſub lingua eius. c.7.ſ.1.n.1.& c.8.ſ.
2.n.3.
Dentes tui ſicut grex. c.11.ſ.2.n.4.& 6.
Fauus diſtillans. c.11.ſ.1.n.2.
Grex tonſarum. c.13.ſ.5.n.4.
Hortus concluſus. c.3.ſ.36.n.4.& c.6.ſ.6.n.5.
& c.13.ſ.1.n.2.
5. Ego dormio. c.2.ſ.11.n.4.& c.8.ſ.5.n.1.
Surgam & circuibo. c.2.ſ.13.n.2.
Aperi mihi ſoror. c.3.ſ.21.n.5.
Vulnerauerunt me. c.4.ſ.16.n.6.
Candidus & rubicundus. c.11.ſ.12.n.6.& c.14.
ſ.2.n.3.
Quo abijt dilectus. c.11.ſ.5.n.7.
Veniat dilectus in hortum. c.8.ſ.7.n.7.& c.12.
ſ.5.n.3.
6. Terribilis vt caſtrorum acies. c.2.ſ.1.n.2.& c.4.
ſ.18.n.4.& c.12.ſ.8.n.2.
Dilectus deſcendit in hortum. c.2.ſ.6.n.2.
Anima mea conturbata eſt. c.3.ſ.23.n.3.& ſ.31.n.7.
Progreditur ſicut aurora. c.9.ſ.9.n.6.& c.11.ſ.
10.n.5.
7. Oculi tui ſicut piſcinæ. c.1.ſ.4.n.6.
Quid videbis in Sulamite. c.2.ſ.1.n.2.& c.7.ſ.3.n.5.
Aſcendam in palmam. c.2.ſ.4.n.11.
Decora in delicijs. c.2.ſ.6.n.7.& c.11.ſ.3.n.5.
Ad me conuerſio eius. c.3.ſ.18.n.3.
Egrediamur in agrum. c.3.ſ.21.n.5.
Turris quæ reſpicit contra Damaſcũ. c.3.ſ.32.n.3.
Pulchri greſſus tui. c.4.ſ.22.n.4.
Poma noua & vetera. c.5.ſ.22.n.4.
Duo vbera tua. c.11.ſ.7.n.8.
8. Aquæ multæ. c.1.ſ.2.n.11.
Sub arbore malo ſuſcitaui te. c.2.ſ.4.n.15.
Quid faciemus ſorori noſtræ. c.2.ſ.12.n.6.& c.3.
ſ.13.n.8.
Compingamus illud tabulis. c.3.ſ.11.n.10.
Mane ſurgamus ad vineas. c.3.ſ.7.n.5.
Fortis vt mors dilectio. c.2.ſ.16.n.4.
Si dederit homo omnem ſubſtantiam. c.4.ſ.4.n.4.
Pone me vt ſignaculum. c.3.ſ.17.n.7.
Aſcendit de deſerto. c.13.ſ.1.n.2.

## Ex Sapiente.

1. Peruerſæ cogitationes. c.3.ſ.17.n.4.
In maleuolam animam. c.3.ſ.30.n.2.
2. Inuidia diaboli mors. c.3.ſ.2.n.2.
Venite fruamur bonis. c.10.ſ.1.n.5.
Coronemus nos roſis. c.14.ſ.2.n.4.
3. Tanquam aurum in fornace. c.12.ſ.8.n.4.
Donum & pax electis. c.14.ſ.5.n.5.
4. Ætas ſenectutis. c.4.ſ.3.n.1.
Placens Deo factus. c.5.ſ.2.n.8.
5. Videntes turbabuntur. c.3.ſ.11.n.7.
Stabunt aduersùs eos. c.12.ſ.2.n.2.
Abſtulerunt labores. c.13.ſ.1.n.4.
Ambulauimus vias difficiles. c.4.ſ.11.n.3.
6. Iudicium durisſimum. c.3.ſ.4.n.4.
Potentes potenter patientur. c.4.ſ.4.n.3.
7. Sapientia vincit malitiam. c.11.ſ.8.n.3.
Sine inuidia communico. c.13.ſ.2.n.4.
12. Bonus & ſuauis ſpiritus. c.3.ſ.26.n.4.
14. Benedictum lignum. c.3.ſ.37.n.4.
16. Vt ſcirent filij tui. c.1.ſ.5.n.6.
17. Cum ſit timida nequitia. c.3.ſ.15.n.5.

## Ex Eccleſiaſtico.

1. Initium ſapientiæ timor. c.3.ſ.5.n.4.
Timor Domini gloria. c.3.ſ.10.n.4.
Cæci & duces cæcorum. c.9.ſ.4.n.2.
Suſtinebit patiens. c.4.ſ.21.n.2.
2. Qui diligunt Dominum. c.3.ſ.3.n.6.
3. Qui theſaurizat. c.9.ſ.12.n.1.
7. Ne quæras iudex fieri. c.14.ſ.10.n.2.
Filij tibi ſunt, erudi illos. c.9.ſ.11.n.1.
9. Noſti circumſpicere in vicis. c.10.ſ.1.n.2.
10. Initium peccati. c.11.ſ.6.n.9.
Initium ſuperbiæ. c.3.ſ.14.n.5.
11. Initium dulcoris. c.3.ſ.20.n.3.
Benedictio Dei in mercedem. c.4.ſ.21.n.1.
Eructam præcordia. c.11.ſ.2.n.6.
Ne in multis ſint actus tui. c.14.ſ.14.n.4.
Oculus Dei reſpexit. c.14.ſ.10.n.8.
In die bonorum. c.14.ſ.10.n.8.
Sol vna ſcintilla augetur. c.3.ſ.13.n.2.
Ante mortem non laudes. c.2.ſ.3.n.12.
12 Quis miſerebitur incantatori. c.2.ſ.4.n.14.
13. Cor hominis immutat. c.4.ſ.9.n.2.
Qui tetigerit picem. c.11.ſ.14.n.8.
18. Poſt concupiſcentias tuas ne eas. c.8.ſ.8.n.5.
19. Qui citò credit, leuis eſt. c.11.ſ.6.n.1.
21. Audiuit luxurioſus. c.6.ſ.2.n.3.
Peccaſti, non adijcias. c.3.ſ.27.n.4.
23. Quis videt me. c.11.ſ.6.n.3.
24. Ludens in orbe. c.2.ſ.3.n.1.
Sicut aquæductus. c.2.ſ.5.n.6.
Qui elucidant me. c.3.ſ.8.n.4.& ſ.19.n.9.
Ab immundo quid mundabitur. c.3.ſ.10.n.7.
Qui comedit me, adhuc eſuriet. c.7.ſ.1.n.1.& c.14.
ſ.7.n.5.
Flores mei fructus honoris. c.7.ſ.1.n.4.
Radicaui in populo. c.7.ſ.4.n.10.
In plenitudine ſanctorum. c.7.ſ.4.n.10.
Requieuit in tabernaculo meo. c.8.ſ.1.n.6.
Quaſi vitis fructificaui. c.14.ſ.8.n.7.
25. Breuis omnis malitia. c.3.ſ.1.n.8.

*Sicut aſcenſus arenoſus.* c.3.ſ.29.n.6.
*Fides principium timoris.* c.6.ſ.6.n.4.
26. *Timuus cor meum.* c.2.ſ.16.n.5.
28. *Lingua tertia.* c.3.ſ.3.n.5.
*Ori tuo facito oſtia.* c.11.ſ.4.n.5.
30. *Mortuus eſt pater.* c.3.ſ.39.n.2.
*Aſſiduat illi flagella.* c.9.ſ.11.n.3.
33. *Si eſt tibi ſeruus fidelis.* c.8.ſ.4.n.1.
35. *Oratio humiliantis ſe.* c.3.ſ.24.n.3.& ſ.27.n.1. & c.4.ſ.7.n.8.
36. *Species mulieris exhilarat.* c.3.ſ.12.n.5.
37. *Qui abſtinens eſt.* c.3.ſ.33.n.4.
*Noli auidus eſſe.* c.9.ſ.1.n.6.
40. *Iugum graue poſitum eſt.* c.8.ſ.8.n.3.
41. *Peccatorum hereditas.* c.9.ſ.11.n.5.
43. *Vide arcum, & benedic.* c.9.ſ.3.n.3.
47. *Inclinaſti femora.* c.3.ſ.28.n.2.
*Cum leonibus luſit.* c.14.ſ.2.n.2.
49. *Memoria Ioſia.* c.11.ſ.11.n.2.

Ex Iſaia.

1. *Solemnitates, &c.* c.2.ſ.2.n.5.& c.4.ſ.5.n.4.
*Principes tui infideles.* c.3.ſ.11.n.3.
*Si volueritis & audieritis.* c.3.ſ.14.n.3.
*Filios enutrivi.* c.3.ſ.16.n.5.& c.8.ſ.12.n.5.
*Conſolabor ſuper hoſtibus.* c.5.ſ.3.n.2.
*Vinum tuum mixtum.* c.9.ſ.5.n.4.
*Venite & arguite.* c.9.ſ.8.n.2.
*Cum veniretis ante conſpectum.* c.12.ſ.7.n.3.
2. *Proieciſti populum tuum.* c.12.ſ.4.n.5.
*Quieſcite ab homine.* c.3.ſ.19.n.6.& c.6.ſ.2.n.4.
*Mons Domini præparatus.* c.3.ſ.3.n.6.& c.8.ſ.1.num.6.
3. *Mulieres dominatæ ſunt.* c.6.ſ.1.n.4.& c.12.ſ.9.n.1.
*Erit pro ſuaui odore fœtor.* c.11.ſ.2.n.6.
*Eleuatæ ſunt filiæ Sion.* c.12.ſ.8.n.4.
*Apprehendet vir fratrem.* c.14.ſ.10.n.2.
*Iugum oneris eius.* c.3.ſ.8.n.3.
*Auferet validum.* c.4.ſ.9.n.2.
4. *Conſolamini.* c.5.ſ.3.n.2.
5. *Expectaui, vt faceret vuas.* c.8.ſ.5.n.1.
*Trahitis iniquitatem in funiculis.* c.11.ſ.8.n.3.
*Quid debui facere vineæ.* c.2.ſ.4.n.4.
6. *Millia millium aſſiſtebant.* c.2.ſ.1.n.8.
*Velabant faciem eius.* c.2.ſ.3.n.7.
*Sex alæ vni.* c.3.ſ.10.n.5.
*Vidi Dominum ſedentem.* c.7.ſ.2.n.5 & ſ.3.n.2. & c.11.ſ.10.n.6.
*In anno quo mortuus eſt Ozias.* c.13.ſ.4.n.2.
*Domus repleta eſt fumo.* c.13.ſ.4.n.1.
*Quem mittam.* c.1.ſ.7.n.6.
*Polluta labia ego habeo.* c.14.ſ.5.n.3.
*Ecce ego, mitte me.* c.3.ſ.26.n.6.
*Qui vt nubes volant.* c.3.ſ.12.n.1.
7. *Ecce virgo in vtero.* c.3.ſ.29.n.7.& c.4.ſ.2.n.5.& c.13.ſ.3.n.3.
*Abiecit aquas Siloe.* c.4.ſ.13.n.4.
*Radet in nouacula.* c.4.ſ.14.n.2.
8. *Priuſquam ſciat puer.* c.4.ſ.17.n.3.& c.11.ſ.5.n.7.
*Expectabo Dominum.* c.12.ſ.7.n.4.
9. *Princeps pacis.* c.8.ſ.5.n.8.
*Pater futuri ſeculi.* c.3.ſ.19.n.9.
*Cuius imperium ſuper humerum eius.* c.14.ſ.4.n.6. & c.9.ſ.5.n.1.
*Veſtimentum mixtum.* c.2.ſ.4.n.5.
*Quadris lapidibus ædificabimus.* c.11.ſ.6.n.6.
*Multiplicaſti gentem.* c.6.ſ.6.n.3.
10. *Virga furoris Domini.* c.4.ſ.13.n.1.
11. *Virga de radice Ieſſe.* c.1.ſ.5.n.7.& c.12.ſ.3.n.2.
*Habitabit lupus.* c.1.ſ.7.n.1.
*Iuſtitia cingulum.* c.14.ſ.1.n.2.
*Manum mittit in cauernam.* c.14.ſ.2.n.2.
13. *Syrenes in delubris.* c.3.ſ.19.n.1.
14. *In cælum aſcendam.* c.11.ſ.9.n.5.
*Sedebo in monte.* c.2.ſ.1.n.8.& c.6.ſ.3.n.3.
*Ero ſimilis Altiſſimo.* c.3.ſ.2.n.3.
*Perdam Babylonis nomen.* c.9.ſ.7.n.6.
17. *Attenuabitur gloria Iacob.* c.2.ſ.12.n.7.
*Ero ſicut congregans.* c.9.ſ.4.n.4.
18. *Populum conuulſum.* c.4.ſ.22.n.10.
*Præcidet ramuſculos.* c.7.ſ.4.n.2.
19. *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem.* c.3.ſ.36.n.6.& c.11.ſ.5.n.7.
20. *Vade nudus.* c.12.ſ.5.n.7.
*Miſit Sargon.* c.12.ſ.5.n.3.
21. *Sitienti ferte aquam.* c.14.ſ.7.n.2.
23. *Erubeſce Sidon.* c.11.ſ.2.n.1.& c.12.ſ.9.n.5.
24. *Viſitabit Dominus ſuper militiam.* c.1.ſ.6.n.2.
*Erubeſcet luna.* c.14.ſ.8.n.4.
26. *Miſereamur impio.* c.3.ſ.21.n.1.
*Parturiuimus ſpiritum.* c.4.ſ.19.n.2.
27. *Super Leuiathan.* c.3.ſ.12.n.6.
*Menſura contra menſuram.* c.12.ſ.9.n.6.
28. *Percuſſimus fœdus cum morte.* c.3.ſ.9.n.7.
*Vexatio dat intellectum.* c.4.ſ.2.n.4.
*Peregrinum opus vbeo.* c.1.ſ.1.n.9.& c.4.ſ.13.num.2.
*Auulſos ab vbere.* c.14.ſ.8.n.2.
29. *Populus hic labiis honorat.* c.2.ſ.2.n.9.
*Va qui profundi eſtis corde.* c.3.ſ.22.n.5.
30. *Nomen Domini venit.* c.1.ſ.1.n.9.
*Expectat vt miſereatur.* c.3.ſ.24.n.5.
*Propterea hæc dicit Dominus.* c.4.ſ.8.n.6.
*Scribe in buxo.* c.7.ſ.1.n.4.
*Cum ceciderint turres.* c.9.ſ.11.n.1.
32. *Cultus iuſtitiæ ſilentium.* c.4.ſ.10.n.4.
33. *Regem in decore ſuo.* c.4.ſ.17.n.4.
*Claudit oculos, ne videat.* c.7.ſ.3.n.1.
*Vbi literatus.* c.9.ſ.11.n.1.
35. *Confortate manus.* c.14.ſ.7.n.2.
36. *Egredimini ad me.* c.7.ſ.1.n.1.
37. *Ponam circulum.* c.6.ſ.3.n.2.
38. *Vim patior, reſponde.* c.3.ſ.12.n.7.
*Ecce in pace amaritudo.* c.3.ſ.16.n.5.
*Sicut pullus hirundinis.* c.8.ſ.3.n.2.
40. *Omnis caro fœnum.* c.2.ſ.7.n.8.
*Menſus eſt pugillo.* c.4.ſ.21.n.2.
*Super montem excelſum.* c.11.ſ.12.n.2.
42. *Cum tranſieris per aquas.* c.13.ſ.3.n.7.
*Dans flatum populo.* c.2.ſ.3.n.11.
44. *Ieruſalem ædificaberis.* c.11.ſ.2.n.2.
45. *Deus abſconditus.* c.1.ſ.5.n.2.
*Contradicit factori.* c.2.ſ.3.n.4.
*Rorate cæli deſuper.* c.4.ſ.4.n.5.
*Germinet Saluatorem.* c.3.ſ.37.n.6.
*Formans lucem.* c.14.ſ.10.n.8.
48. *Non eſt pax impiis.* c.4.ſ.5.n.2.& ſ.15.n.3.
49. *Laboraui.* c.1.ſ.2.n.6.
*In manibus meis deſcripſi te.* c.9.ſ.3.n.6.
50. *Veni, & non erat homo.* c.6.ſ.5.n.3.
51. *Me inſulæ expectabunt.* c.10.ſ.1.n.2.
52. *Speciosi pedes.* c.2.ſ.10.n.9.
53. *Generationem eius quis enarrabit.* c.14.ſ.6.n.3.
*Cuius liuore ſanati ſumus.* c.2.ſ.12.n.7.
*Sicut ouis ad occiſionem.* c.3.ſ.4.n.5.
*Virum dolorum.* c.3.ſ.36.n.5.
*Videbit ſemen longæuum.* c.3.ſ.39.n.2. & c.8.ſ.8.num.2.
*Pro tranſgreſſoribus orauit.* c.4.ſ.10.n.3.
*Oblatus eſt quia ipſe voluit.* c.4.ſ.21.n.4.

Et

Et non reputauimus eum. c.6.ſ.4.n.1.
Dabit impios pro ſepultura c.9.ſ.6.n.6.
Non eſt ſpecies ei. c.10.ſ.1.n.6.
Non aperiet os ſuum. c.3.ſ.17.n.3.
54. Ad punctum in modico. c.4.ſ.21.n.1.
In momento indignatio mea. c.9.ſ.3.n.6.
55. Verbum meum non reuertetur. c.3.ſ.20.n.4.
Pro vrtica creſcet myrtus. c.6.ſ.4.n.5.
56. Dabo eis in domo mea. c.6.ſ.5.n.5.
Canes muti. c.1.ſ.8.n.3.
Paſtores ignorauerunt. c.11.ſ.6.n.4.
57. Iuſtus perit. c.5.ſ.2.n.8.
Impij quaſi mare. c.11.ſ.12.n.3.
58. Voluntas veſtra inuenitur. c.3.ſ.16.n.7.
Ædificabuntur in te. c.11.ſ.2.n.2.
Quaſi tuba exalta vocem. c.11.ſ.14.n.4.
Quaſi hortus irriguus. c.13.ſ.2.n.1.
Ecce ex occiſe. c.14.ſ.2.n.4.
Matutinale lumen. c.14.ſ.4.n.5.
Erumpet quaſi mane. c.3.ſ.16.n.6.
59. Palpauimus ſicut caeci. c.4.ſ.16.n.7.
60. Ponam te in ſuperbiam. c.9.ſ.5.n.3.
61. Vt mederer contritis. c.1.ſ.2.n.3.
Vt conſoler lugentes. c.5.ſ.3.n.2.
Pallium laudis. c.1.ſ.4.n.5.
Spiritus Domini ſuper me. c.9.ſ.5.n.5.
62. Reminiſcimini Dei. c.6.ſ.6.n.7.
63. A ſeculo non audierunt. c.1.ſ.4.n.3.
Rubrum eſt veſtimentum. c.9.ſ.6.n.6.
64. Et nunc Domine tu pater. c.2.ſ.3.n.4.
65. Obliuioni data ſunt anguſtiæ. c.7.ſ.4.n.9.
Nouos cœlos. c.7.ſ.4.n.7.
Secundum dies ligni. c.3.ſ.42.n.4.
66. Nunquid parturiet terra. c.1.ſ.2.n.11.
Super quem reſpiciam. c.3.ſ.17.n.7.
Super quem requieſcam. c.2.ſ.1.n.5.
Erit menſis ex menſe. c.2.ſ.2.n.6.
Fructus terræ ſublimis. c.2.ſ.2.n.12.
Vt repleamini ab vberibus. c.3.ſ.3.n.7.
Peperit maſculum. c.11.ſ.11.n.7.
Quæ eſt iſta domus. c.6.ſ.5.n.1.


Ex Ieremia.


1. Virgam vigilantem video. c.3.ſ.4.n.4.
2. Legem neſcierunt. c.11.ſ.6.n.4.
Quod peccatum inuenerunt. c.2.ſ.4.n.4.
Obtriuit confidentiam. c.2.ſ.4.n.4.
3. Frons meretricis. c.2.ſ.3.n.7.
4. Contempſerunt te amantes. c.4.ſ.19.n.4.
5. Cor incredulum. c.4.ſ.12.n.5.
Percuſſiſti eos, & non doluerunt. c.4.ſ.13.n.2.
8. Diſcurrite, & videte. c.6.ſ.5.n.3.
Pharetra eius. c.11.ſ.2.n.6.
9. Mors per feneſtras. c.3.ſ.1.n.4.
11. Nunquid carnes ſanctæ. c.3.ſ.27.n.1.
Mittamus lignum in panem. c.3.ſ.19.n.6. & c.24. ſ.8.n.1.
Quid eſt quod dilectus. c.3.ſ.27.n.2.
13. Si poteſt Æthiops mutare. c.3.ſ.4.n.6.
14. Viator in terra. c.3.ſ.22.n.5.
15. Dolor meus perpetuus. c.11.ſ.8.n.3.
Non ſedi in conſilio ludentium. c.11.ſ.13.n.4.
17. Diem hominis non deſideraui. c.1.ſ.3.n.12. & c.11. ſ.4.n.4.
Non ſum turbatus. c.4.ſ.11.n.6.
22. Nunquid regnabis. c.1.ſ.5.n.6.
25. Regibus terræ inſularum. c.10.ſ.1.n.2.
31. Fœmina circundabit virum. c.1.ſ.10.n.3. & c.11. ſ.14.n.7.
Diſſolueris filia vaga. c.4.ſ.17.n.7.
Calix aureus Babylonis. c.9.ſ.5.n.7.
Anima eorum quaſi hortus. c.13.ſ.2.n.1.
32. Et feriam eis pactum. c.2.ſ.2.n.3.
33. Niſi pactum, diem ac noctem. c.1.ſ.1.n.5.
38. Leua Ieremiam de lacu. c.4.ſ.22.n.8.
48. Maledictus qui prohibet. c.9.ſ.9.n.3.


Ex Thren.


1. Abſtulit omnes magnificos. c.11.ſ.11.n.1.
Inſtabilis facta eſt. c.4.ſ.12.n.1. & c.11.ſ.12.n.3.
3. Poſuit in puluere os ſuum. c.3.ſ.9.n.4.
Oculus meus deprædatus eſt. c.3.ſ.12.n.2.
Repleuit me amaritudinibus. c.4.ſ.11.n.4.
Miſericordia Domini multæ. c.4.ſ.4.n.5.
Bonus es Domine. c.4.ſ.17.n.3. & c.8.ſ.5.n.2.
Venatione ceperunt. c.10.ſ.1.n.3.
Pars mea Dominus. c.11.ſ.13.n.5.
Dabis eis ſcutum. c.3.ſ.27.n.3.
4. Paruuli petierunt panem. c.2.ſ.4.n.10.
Obſcuratum eſt aurum. c.3.ſ.13.n.8.
Spiritus oris noſtri. c.3.ſ.21.n.5.
Veſcebantur voluptuoſè. c.3.ſ.31.n.8.
Nutriebantur in croceis. c.3.ſ.42.n.5. & c.4. ſ.20.n.1.
Lamiæ lactauerunt. c.6.ſ.5.n.5.
5. Virgines humiliauerunt. c.3.ſ.28.n.2.


Ex Baruch.


3. Ibi fuerunt gigantes. c.6.ſ.3.n.2.
In terris viſus eſt. c.1.ſ.5.n.3.


Ex Ezechiele.


1. Cum eſſent in medio captiuorum. c.1.ſ.2.n.3.
Vidi cœlos apertos. c.1.ſ.6.n.1.
Similitudo ſuper capita. c.1.ſ.2.n.4.
Oculis plena erant. c.12.ſ.2.n.2.
Cùm eleuarentur animalia. c.9.ſ.12.n.2.
Ibant & non reuertebantur. c.12.ſ.2.n.6.
Rota intra rotam. c.13.ſ.2.n.1.
3. Sanguinem eius requiram. c.8.ſ.7.n.7.
Fili hominis dedi te. c.11.ſ.13.n.2.
Vade & ingredere ad domum. c.11.ſ.13.n.4.
4. Et tu dormi ſuper latus tuum. c.1.ſ.1.n.9.
Pinxit muros ſuos. c.1.ſ.9.n.5.
8. Plangentes adonidem. c.8.ſ.1.n.2.
Quadraginta viri de ſenioribus. c.8.ſ.1.n.3.
9. Tranſi per mediam ciuitatem. c.14.ſ.4.n.6.
16. Receſſit zelus meus à te. c.3.ſ.21.n.2
Nudabo ignominiam tuam. c.4.ſ.22.n.5
Iam non iraſcar tibi. c.7.ſ.2.n.1
Eras nuda & confuſionis plena. c.9.ſ.8.n.1.
Iniquitas Sodomæ. c.13.ſ.3.n.7.
17. Aquila grandis. c.3.ſ.15.n.7. & c.19.n.5.
18. Omnium iniquitatum eius non recordabor. c.3. ſ.22.n.4.
22. Mei oblita es. c.9.ſ.12.n.4.
23. Adamauit amatores ſuos. c.4.ſ.19.n.4.
24. Deſiderabile oculorum. c.2.ſ.9.n.4.
32. Principes Aquilonis. c.10.ſ.1.n.3.
34. Cum auſteritate imperabatis. c.3.ſ.26.n.4.
37. Audite oſſa arida. c.3.ſ.20.n.4.
47. In litoribus eius. c.6.ſ.7.n.9.


Ex Daniele.


2. Conterritus eſt ſpiritus. c.1.ſ.9.n.6.
Statua vna grandis. c.6.ſ.3.n.3.
3. In fornace ignis. c.4.ſ.9.n.8.
Fecit ſtatuam auream. c.4.ſ.19.n.4. & c.11.ſ.8. n.3.
Miſſi ſunt in fornacem. c.14.ſ.7.n.7.
Species quarti. c.14.ſ.8.n.7.
4. Rex conſilium meum placeat tibi. c.11.ſ.9.n.5.
5. Pater tuus depoſitus eſt. c.4.ſ.16.n.3.
6. Inuenerunt Danielem. c.12.ſ.7.n.5.
7. Quatuor beſtiæ quatuor regna. c.4.ſ.12.n.5.
Antiquus dierum ſedit. c.6.ſ.5.n.6.
9. Vir deſideriorum. c.3.ſ.24.n.5.

*Ecce vir, quem videram.* c.14.ſ.5.n.2.
*Occidetur Chriſtus.* c.4.ſ.16.n.7.
*Perſeuerabit deſolatio.* c.3.ſ.19.n.6.
11. *Auferetur iuge ſacrificium.* c.1.ſ.4.n.10.
13. *Parentes illum cum eſſent iuſti.* c.9.ſ.11.n.1.
*Oſtia pomarij clauſa.* c.3.ſ.9.n.2.
*Angelus Domini qui ſecat medios.* c.6.ſ.2.n.3.

Ex Oſea.

1. *Aſcendent de terra.* c.11.ſ.2.n.2.
2. *Lactabo eam.* c.2 ſ.11.n.8.& c.8.ſ.8.n.1.
*Et viſitabo ſuper eam.* c.12.ſ.6.n.1.
*Statuam eam nudam.* c.3.ſ.22.n.5.
*Sepiam vias tuas:* c.4.ſ.17.n.4.
*Dabo vallem Achor.* c.7.ſ.4.n.9.
4. *Sicut vacca laſciuiens.* c.3.ſ.13.n.2.
*Non viſitabo filias.* c.6.ſ.2.n.4.
*Ligauit eum ſpiritus.* c.6.ſ.4.n.2.
*Particeps dolorum.* c.8.ſ.2.n.4.
*Contradicunt ſacerdoti.* c.14.ſ.9.n.2.
5. *Vadens reuertur.* c.1.ſ.4.n.5.
*Fornicatus eſt Ephraim.* c.8.ſ.3.n.4.
*Effundam ſicut aquam iram.* c.8.ſ.5.n.6.
*Reſpondebit arrogantia.* c.3.ſ.19.n.7.
6. *In tribulatione ſua,* c.1.ſ.4.n.6.
7. *Columba ſeducta.* c.8.ſ.3.n.1.
8. *Hoſtias offerent.* c.2.ſ.2.n.3.
9. *Miſericordiam volui.* c.2.ſ.2.n.3.
*Noli lætari Iſraël.* c.4.ſ.17.n.3.
*Speculator Ephraim.* c.11.ſ.13.n.2.
*Botrum in deſerto inueni.* c.12.ſ.2.n.4.
10. *Germinate vobis.* c.1.ſ.1.n.7.
*Ephraim vitula docta.* c.4.ſ.11.n.4.& c.12.ſ.4.n.2.
11. *Ego quaſi nutritius.* c.3.ſ.20.n.1.
*Quaſi exaltans iugum.* c.3.ſ.20.n.2.
*Non ingrediar ciuitatem.* c.4.ſ.18.n.6.
*Populus meus pendebit.* c.12.ſ.4.n.3.
12. *Fleuit & rogauit.* c.4.ſ.20.n.6.
*Inueni idolum mihi.* c.7.ſ.2.n.2.
14. *Conuertentur ſedentes.* c.2.ſ.4.n.9.

Ex Ioële.

1. *Sanctificate ieiunium.* c.3.ſ.16.n.6.
*Computruerunt in ſtercore.* c.4.ſ.4.n.4.& c.31.ſ.2.n.6.
2. *Quicunque inuocauerit* c.12.ſ.6.n.3.

Ex Amos.

4. *Audite vaccæ pingues.* c.12.ſ.9.n.3.& c.3.ſ.16. num 3.
5. *Conſtituite in porta.* c.2.ſ.13.n.8.
*Vocabunt agricolam.* c.4.ſ.19.n.3.
6. *Nihil patiebantur.* c.14.ſ.1.n.3.
7. *Migrando migrabit.* c.2.ſ.2.n.7.
9. *Faſciculum ſuum fundauit.* c.6.ſ.6.n.9.

Ex Iona.

1. *Vt fugeret in Tharſis.* c.3.ſ.17.n.5.& c.4.ſ.17.n.1. & c.11.ſ.12.n.3.
*Quid faciemus tibi.* c.2.ſ.9.n.6.
2. *Cuſtodiunt vanitates.* c.2.ſ.2.n.3.
3. *Niniue ſubuertetur.* c.3.ſ.17.n.6.
*Peruenit verbum ad regem.* c.7.ſ.1.n.3.
4. *Egreſſus eſt de ciuitate.* c.4.ſ.18.n.6.
*Lætatus eſt Ionas.* c.8.ſ.5.n.9.
*Percuſſit hederam.* c.3.ſ.19.n.6.
*Putáſne benè iraſceris.* c.4.ſ.13.n.4.

Ex Michea.

1. *Non eſt egreſſa.* c.14.ſ.1.n.5.
3. *Congregatum habet dolo ſubſtantiam.* c.4.ſ.18.n.5.
*Violenter tollitis pelles.* c.2.ſ.12.n.7.
*Abſcondet faciem.* c.12.ſ.9.n.5.
6. *In quo contriſtaui te.* c.3.ſ.34.n.5.
*Quid fecit tibi.* c.2.ſ.4.n.4.& c.11.ſ.8.n.2.
7. *Proiecisti in profundum.* c.1.ſ.2.n.11.

Ex Nahum.

1. *Quid cogitatis contra Dominum.* c.6.ſ.7.n.5.
*Non ſeminabitur ex nomine.* c.11.ſ.11.n.3.
3. *Munitiones tuæ ſicut ficus.* c.3.ſ.39.n.4.
*Dormitauerunt paſtores.* c.11.ſ.13.n.3.

Ex Abachuc.

1. *Vſquequo Domine clamabo.* c.14.ſ.10.n.6.
*Domine Deus quare non reſpicis.* c.1.ſ.7.n.2.
3. *Maledixiſti ſceptris.* c.3.ſ.8.n.1.
*Percuſſiſti caput.* c.3.ſ.8.n.3.
*Tentoria Æthiopiæ.* c.3.ſ.17.n.4.
*Non mentietur.* c.1.ſ.5.n.3.
*Cùm iratus fueris.* c.8.ſ.5.n.5.

Ex Sophonia.

1. *Auferam Baal.* c.2.ſ.8.n.7.
*Viſitabo ſuper viros defixos.* c.6.ſ.6.n.3.
*Scrutabor Ieruſalem.* c.11.ſ.9.n.6.
2. *Gens non amabilis.* c.12.ſ.9.n.6.
*Vox cantantis in feneſtra.* c.8.ſ.5.n.3.

Ex Aggæo.

2. *Adhuc ſemel mouebo.* c.1.ſ.6.n.2.

Ex Zacharia.

2. *Sileat omnis caro.* c.4.ſ.10.n.3.& ſ.19.n.12.
3. *Super lapidem vnum ſeptem oculi.* c.3.ſ.14.n.3. & c.9.ſ.6.n.3.
*Audi Ieſu ſacerdos.* c.14.ſ.9.n.4.
6. *Ecce vir oriens.* c.11.ſ.2.n.6.
*Equi varij.* c.14.ſ.1.n.3.
7. *Nunquid flendum eſt.* c.3.ſ.16.n.6.
*Dederunt ſcapulam.* c.3.ſ.22.n.2.& c.4.ſ.13. num.3.
9. *Sedebit ſeparator.* c.1.ſ.3.n.9.
*Lapides ſancti.* c.1.ſ.3.n.9.& c.8.ſ.8.n.4.
*Conuertimini ad munitionem.* c.1.ſ.4.n.4.
*Vinum germinans virgines.* c.9.ſ.5.n.5.
11. *O paſtor, & idolum.* c.1.ſ.9.n.7.& c.3.ſ.4.n.4.
*Proieci illos ad ſtatuarium.* c.12.ſ.7.n.3.
*Vlula abies.* c.13.ſ.2.n.3.
12. *Effundam ſpiritum gratiæ.* c.14.ſ.10.n.6.
13. *Homo agricola ego ſum.* c.3.ſ.42.n.2.

Ex Malachia.

1. *Non eſt mihi voluntas in vobis.* c.14.ſ.8.n.2.
*Offertis pollutum panem.* c.3.ſ.41.n.2.
*Magnum eſt nomen meum.* c.14.ſ.8.n.4.
*Oblatio munda.* c.14.ſ.8.n.5.
*Maledictus fraudulentus.* c.4.ſ.4.n.3.
2. *Laborare feciſtis Dominum.* c.11.ſ.5.n.3.
*Labia ſacerdotis.* c.14.ſ.9.n.4.
*Dei nuncius.* c.14.ſ.9.n.4.
3. *Quaſi ignis conflans.* c.12.ſ.7.n.5.
4. *Et ſanitas in pennis eius.* c.1.ſ.3.n.2.

Ex lib.2. Machab.

6. *Eleazarus vnus.* c.5.ſ.2.n.4.& c.11.ſ.3.n.1.

# EX NOVO TESTAMEMTO.


## Ex Euang. S. Matth.

1. Liber generationis. c.9.ſ.7.n.1.
De qua natus eſt Ieſus. c.9.ſ.7.n.1.
Dauid rex genuit. c.13.ſ.2.n.6.
Iacob genuit Iudam. c.14.ſ.3.n.2.
2. Apparuit Angelus Domini. c.12.ſ.5. num.5.
Tolle puerum & matrem eius. c.12.ſ.5 n.5.& ſ.8.n.6.
Occidit omnes pueros. c.4.ſ.16.n.8.
3. Vidit ſpiritum deſcendentem. c.8.ſ.3.n.1.
Progenies viperarum. c.3.ſ.1.n.2.
Quis oſtendit vobis fugere. c.3.ſ.1.n.8.
4. Si filius Dei es. c.3.ſ.9.n.3.
Dic vt lapides iſti. c.3.ſ.3.n.8.& c.14.ſ.10.n.8.
Non in ſolo pane. c.1.ſ.5.n.6.
Oſtendit omnia regna. c.13.ſ.4.n.3.
Piſcatores hominum. c.1.ſ.2.n.11.
5. Vos eſtis lux mundi. c.1.ſ.3.n.6.
Sic luceat lux veſtra. c.1.ſ.3.n.3.& c.5.ſ.2.n.6.& c.9.ſ.12.n.2.
Si ſal infatuatum fuerit. c.2.ſ.8.n.7.
Qui fecerit & docuerit. c.1.ſ.1.n.7.
Beati pauperes. c.3.ſ.11.n.7.
Qui eſuriunt & ſitiunt. c.3.ſ.27.n.5.
Beati mundo corde. c.3.ſ.18.n.3.
Solem ſuum oriri facit. c.1.ſ.5.n.8.
Qui viderit mulierem. c.3.ſ.12.n.2.
Eſto conſentiens aduerſario. c.3.ſ.28.n.5.
Si quis te percuſſerit. c.4.ſ.3.n.4.& c.13.ſ.2.n.2.
Si offers munus tuum. c.4.ſ.14.n.2.
Cum oderint. c.9.ſ.10.n.1.
Si manus tua ſcandalizat te. c.14.ſ.9.n.3.
Vt ſitis filij patris veſtri. c.9.ſ.2.n.7.
6. Theſaurizate nobis. c.1.ſ.4.n.4.
Nolite ſolliciti eſſe. c.1.ſ.5.n.6.
Quid edatis. c.3.ſ.19.n.2.
Poteſt adiicere ad ſtaturam. c.6.ſ.3.n.1.
Quærite primum regnum Dei. c.7.ſ.1.n.5.
Intra in cubiculum tuum. c.13.ſ.5.n.5.
Vbi eſt theſaurus tuus. c.14.ſ.3.n.1.
Similes Patri veſtro. c.1.ſ.9.n.6.
7. Neſcio vos. c.2.ſ.2.n.10.& c.14.ſ.9.n.2.
Neque mittatis margaritas. c.3.ſ.5.n.1.
Nolite ſanctum dare canibus. c.3.ſ.5.n.2.& c.9.ſ.6.n.4.
Intrate per anguſtam portam. c.11.ſ.9.n.2.
8. Ego veniam, & curabo. c.1.ſ.6.n.4.& c.2.ſ.10.n.9.
Non inueni tantam fidem. c.3.ſ.14.n.6.
Iactabatur fluctibus. c.1.ſ.8.n.3.
Ipſe dormiebat. c.8.ſ.1.n.2.
Vt nauicula operiretur. c.11.ſ.7.n.2.
Mitte nos in porcos. c.3.ſ.32.n.3.
Oſtende te ſacerdoti. c.8.ſ.2.n.2.
10. Quis poterit ſaluus eſſe. c.1.ſ.5.n.3.
Prudentes ſicut ſerpentes. c.3.ſ.1.n.6.& ſ.10.n.2.
Qui non odit patrem. c.3.ſ.13.n.5.
Nihil opertum. c.3.ſ.19.n.4.
Qui negauerit me. c.3.ſ.23.n.9.
Matthæum publicanum. c.3.ſ.29.n.5.
Venit ſeparare. c.7.ſ.4.n.2.
Non veni pacem mittere. c.8.ſ.2.n.4.& c.11.ſ.7. num.2.
Qui amat patrem. c.8.ſ.2.n.4.& c.12.ſ.3.n.3.
Simplices ſicut columbæ. c.8.ſ.5.n.6.
In quamcunque ciuitatem intraueritis. c.13.ſ.1.n.6.
Quod gratis accepiſtis. c.14.ſ.10.n.8.
Capilli capitis veſtri. c.4.ſ.10.n.2.
11. Mollibus veſtitum. c.2.ſ.17.n.3.
Inter natos mulierum. c.3.ſ.13.n.3.
Venite ad me omnes. c.4.ſ.11.n.5.
Laboratis & onerati eſtis. c.4.ſ.12.n.5.
Mitis ſum, & humilis corde. c.3.ſ.11.n.3.& c.8.ſ.2.n.3.& c.11.ſ.4.n.4.1.& ſ.9.n.3.
Tollite iugum meum. c.7.ſ.1.n.8.
Regnum cælorum vim patitur. c.4.ſ.19.n.6.& c.13.ſ.1.n.7.
12. Surgent Niniuitæ. c.4.ſ.22.n.9.
Ex abundantia cordis os loquitur. c.4.ſ.10.n.4.& c.14.ſ.10.n.4.
Inuenit ſcopis mundatam. c.12.ſ.4.n.7.
13. Simile eſt regnum cælorum. c.12.ſ.4.n.4.
Simile eſt fermento. c.3.ſ.1.n.3.
Simile eſt theſauro. c.3.ſ.1.n.4.
Simile eſt grano ſinapis. c.5.ſ.3.n.6.
Superſeminauit zizania. c.9.ſ.4.n.3.
Sic erit in conſummatione. c.3.ſ.30.n.2.
Mittet Angelos vt tollant. c.3.ſ.31.n.2.
Percipite regnum. c.1.ſ.2.n.1.
Nonne mater eius Maria. c.3.ſ.34.n.4.
Sinite vtraque creſcere. c.5.ſ.2.n.8.
14. Ambulans ſuper mare. c.1.ſ.5.n.3.
Aſcendit in montem. c.12.ſ.6.n.3.
15. Non quod intrat in os. c.9.ſ.1.n.3.
Panem filiorum mittere. c.9.ſ.7.n.3.
16. Quid prodeſt homini. c.2.ſ.8.n.4.& c.13.ſ.3.n.7.
Quem dicunt homines. c.3.ſ.8.n.1.
Tu es Petrus. c.11.ſ.10.n.4.
Cœpit Ieſus oſtendere. c.3.ſ.10.n.6.
Qui poteſt capere. c.4.ſ.19.n.3.
Claues regni cælorum. c.8.ſ.1.n.3.
Tollat crucem ſuam. c.12.ſ.5.n.1.
17. Ecce nubes lucida. c.3.ſ.29.n.6.
18. Neceſſe eſt vt veniant ſcandala. c.3.ſ.31.n.2.
Væ homini illi per quem ſcandalum venit. c.1.ſ.6.n.2. Væ mundo a ſcandalis. c.3.ſ.10.n.1.& ſ.29.n.2.& c.9.ſ.2.n.5.
Qui ſcandalizauerit. c.4.ſ.9.n.6.
Niſi efficiamini ſicut paruuli. c.3.ſ.14.n.6.
Omnia dimiſi tibi. c.3.ſ.24.n.3.& c.9.ſ.3.n.2.
Putas inueniet fidem. c.3.ſ.27.n.1.
Vbi ſunt duo congregati. c.9.ſ.8.n.3.
Vade & corripe eum. c.9.ſ.9.n.2.
Demergatur in profundum. c.14.ſ.1.n.5.
19. Sinite Paruulos venire. c.8.ſ.4.n.2.
Ecce nos reliquimus. c.11.ſ.12.n.2.
Qui reliquerit. c.14.ſ.10.n.8.
Maſculum & fœminam fecit. c.1.ſ.10.n.1.
Erunt duo in carne. c.2.ſ.12.n.3.
Adhærebit vxori. c.3.ſ.36.n.8.
Apud Deum omnia poſſibilia. c.3.ſ.7.n.5.
Facilius eſt camelum tranſire. c.14.ſ.2.n.5.
20. Vnus ad dexteram. c.2.ſ.1.n.8.& c.4.ſ.6.n.1.
Neſcitis quid petatis. c.3.ſ.10.n.7. Calicem meum bibetis. c.12.ſ.5.n.1.
Non veni miniſtrari. c.4.ſ.6.n.2.
Pauci verò electi. c.6.ſ.6.n.9.
21. Peregrè proficiſcens. c.1.ſ.1.n.8.
Hic eſt hæres. c.2.ſ.4.n.4.
Videns fici arborem. c.3.ſ.19.n.4.& ſ.30.n.5.& ſ.34.n.3.
Fecit flagellum. c.11.ſ.8.n.3.
Feciſtis ſpeluncam. c.12.ſ.7.n.5.
22. Omnia parata, venite. c.1.ſ.9.n.1.

*Quomodo huc intraſti.* c.9.ſ.12.n.7.
23. *Similes ſepulchris dealbatis,* c.1.ſ.3.n.3.
*Genimina viperarum.* c.3.ſ.1.n.2.
*Super cathedram Moyſi.* c.11.ſ.2.n.4.
*Secundum opera eorum.* c.11.ſ.16.n.4.
*Omnis ſanguis iuſtus.* c.4.ſ.8.n.7.
24. *Erit tribulatio magna.* c.5.ſ.2.n.7.
*Cùm videritis abominationem.* c.9.ſ.4.n.2.
*Sol obſcurabitur.* c.1.ſ.6.n.2.
*Videbitis filium hominis.* c.11.ſ.7.n.2.
25. *Neſcio vos.* c.3.ſ.23.n.3.& c.11.ſ.4.n.3.& ſ.13.
n.3.& c.13.ſ.5.n.3.
*Ite maledicti.* c.3.ſ.1.n.6.
*Simile eſt decem virginibus.* c.3.ſ.33.n.6.
*Ecce ſponſus venit.* c.3.ſ.36.n.2.
*Ex minimis meis feciſtis.* c.11.ſ.7.n.2.
26. *Gratias egit.* c.14.ſ.10.n.8.
*Melius eſſet ei ſi natus non fuiſſet.* c.1.ſ.2.n.6. &
c.11.ſ.8.n.5.
*Vigilate & orate.* c.3.ſ.13.n.5.& c.12.ſ.8.n.3.&
c.14.ſ.2.n.4.
*Triſtis eſt anima mea.* c.4.ſ.19.n.6.
*Non potuiſti vigilare.* c.3.ſ.10.n.7.
*Sanguis teſtamenti.* c.4.ſ.10.n.3.
*Amice ad quid veniſti.* c.3.ſ.23.n.9.
*Reus eſt mortis.* c.11.ſ.5.n.6.
27 *Deſcendat de cruce.* c.8.ſ.6.n.1.
*Vt quid dereliquiſti me.* c.8.ſ.8.n.2.
*Guſtauit, noluit bibere.* c.9.ſ.3.n.2.

Ex Euang. S. Marc.

1. *Homo in ſpiritu immundo.* c.3.ſ.3.n.1.
*Veniſti perdere nos.* c.3.ſ.34.n.2.
3. *Erat homo habens manum aridam.* c.3.ſ.4.n.4.
5. *Occurrit de monumento.* c.3.ſ.16.n.4.
*Quod tibi nomen legio.* c.3.ſ.34.n.2.
6. *Fabri filius.* c.ſ.3.34.n.4.
*Decolauit eum.* c.14.ſ.10.n.5.
8. *Septem ſportas.* c.2.ſ.9.n.6.
9. *Diſcerpens exijt.* c.3.ſ.30.n.4.
16. *Prædicate Euangelium.* c.9.ſ.5.n.3.
*Sequentibus ſignis.* c.12.ſ.2.n.6.

Ex Euang. Lucæ.

1. *Miſſus eſt Angelus Gabriel.* c.3.ſ.4.n.7.
*Aue gratia plena.* c.6.ſ.7.n.12.& c.12.ſ.4.n.4.
*Ne timeas Maria.* c.3.ſ.17.n.7.
*Inueniſti gratiam.* c.6.ſ.5.n.2.
*Spiritus ſanctus ſuperueniet.* c.6.ſ.2.n.3.
*Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* c.12.ſ.3.n.4.& c.3.
ſ.35.n.7.
*Quod enim ex te naſcetur.* c.2.ſ.11.n.7.
*Non eſt impoſſibile apud Deum.* c.3.ſ.7.n.5.
*Cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.* c.3.ſ.3.n.1.&
ſ.9.n.1.
*Ecce ancilla Domini.* c.1.ſ.2.n.6. & ſ.4.n.12.& c.3.
ſ.14.n.6.& ſ.26.n.6. & c.7.ſ.2.n.3.& c.9.ſ.11.
n.8.& c.22.ſ.2.n.3.
*Diſceſſit Angelus ab ea.* c.9.ſ.11.n.8.
*Manus coram Domino.* c.10.ſ.1.n.3.
*Exurgens Maria abijt.* c.12.ſ.4.n.3.& ſ.5.n.2. &
c.11.ſ.10.n.3.
*Benedictus fructus ventris tui.* c.3.ſ.38.n.7.
*Beata quæ credidiſti.* c.3.ſ.10.n.4.
*Magnificat anima mea.* c.4.ſ.5.n.3.& c.9.ſ.12.n.4.
& c.11.ſ.5.n.7.& ſ.14.n.7.& c.12.ſ.1.n.3.&
ſ.3.n.4.& ſ.7.n.4.
*Reſpexit humilitatem ancillæ.* c.4.ſ.18.n.6.
*Fecit mihi magna.* c.11.ſ.14.n.7.& c.14.ſ.7.n.1.
*Miſericordia eius timentibus.* c.3.ſ.8.n.2.
*Eſurientes impleuit.* c.4.ſ.22.n.10.
*Beatam me dicent.* c.9.ſ.10.n.3.
*Diſperſit ſuperbos.* c.11.ſ.9.n.4.
*Manſit apud eam.* c.3.ſ.13.n.3.
*In umbra mortis ſedent,* c.3.ſ.7.n.8.
2. *Vt deſcriberetur orbis,* c.3.ſ.34.n.3.
*Peperit filium ſuum.* c.3.ſ.1.n.4.
*Reclinauit eum in præſepio.* c.9.ſ.11.n.8.
*Et in terra pax hominibus.* c.4.ſ.19.n.6.
*Conſeruabat omnia verba hæc.* c.3.ſ.4.n.1. & c.4.
ſ.10.n.4.& c.11.ſ.4.n.5.& c.14.ſ.10.n.4.
*Nunc dimittis ſeruum tuum.* c.12.ſ.1.n.3.
*Poſitus eſt in ſignum.* c.7.ſ.4.n.9.
*Tuam animam pertranſibit gladius.* c.4.ſ.3.n.4.
*Fili quid feciſti.* c.4.ſ.13.n.3.
*Erat ſubditus illis,* c.5.ſ.3.n.7.
3. *Qui habet duas tunicas,* c.4.ſ.3.n.3.
4. *Oſtendit ei regna.* c.2.ſ.8.n.5.
*Quanta audiuimus facta.* c.12.ſ.1.n.2.
*In diebus Eliæ.* c.13.ſ.3.n.7.
5. *Vade, oſtende te.* c.9.ſ.8.n.1.
6. *Sciebat cogitationes.* c.11.ſ.6.n.3.
*Prout vultis vt faciant.* c.12.ſ.7.n.4.
*Væ vobis qui ridetis.* c.12.ſ.9.n.6.
7. *Cœpit rigare pedes eius.* c.1.ſ.4.n.6.& c.3.ſ.26.n.1.
& c.12.ſ.9.n.5.
*Vade in pace.* c.12.ſ.2.n.3.
8. *Rogabant eum ne in abyſſum irent.* c.1.ſ.2.n.11.
9. *Superfuerunt cophini.* c.1.ſ.9.n.6.
*Mittens manum ad aratrum.* c.3.ſ.14.n.4.
*Sine mortuos ſepelire.* c.14.ſ.4.n.1.
*Quam dabit homo commutationem.* c.14.ſ.10.n.7.
*Loquebantur de exceſſu.* c.3.ſ.22.n.9. & c.9.
ſ.6.n.5.
10. *Gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt.* c.1.ſ.2.
n.1.& c.11.ſ.4.n.5.
*Pax huic domui.* c.2.ſ.10.n.9.
*Abſcondiſti hæc à ſapientibus.* c.3.ſ.13.n.7.
*Abierunt ſemiuiuo relicto.* c.3.ſ.24.n.2.
*Videbam tanquam fulgur.* c.6.ſ.3.n.3.
*Qui vos audit.* c.12.ſ.1.n.4.
*Dignus eſt operarius.* c.14.ſ.10.n.9.
*Maria optimam partem elegit,* c.13.ſ.3.n.3.
11. *Dæmonium mutum,* c.3.ſ.22.n.5.
*Fiunt nouiſſima hominis.* c.11.ſ.12.n.3.
*Beatus venter qui te portauit,* c.2.ſ.4.n.6.& c.12.
ſ.3.n.7.
12. *Reſpicite volatilia.* c.11.ſ.2.n.1.
*Veſtri capilli.* c.4.ſ.19.n.1.
*Cauete ab omni auaritia.* c.13.ſ.2.n.3.
*Nolite timere puſillus grex.* c.10.ſ.1.n.2.
*Ignem veni mittere.* c.3.ſ.8.n.2.
*Sint lumbi veſtri.* c.12.ſ.8.n.2.
*Præcinget ſe.* c.4.ſ.5.n.2.
*Vapulabit multum.* c.4.ſ.17.n.3.
13. *Arborem fici habebat.* c.2.ſ.6.n.5. & c.3.
ſ.40.n.6.
*Mulier dimiſſa es.* c.3.ſ.4.n.5.
*Dicite vulpi illi.* c.14.ſ.1.n.4.
14. *Hieruſalem occidit.* c.3.ſ.23.n.6.
*Qui ſe humiliat.* c.7.ſ.11.n.5.
*Cum inuitatus fueris.* c.14.ſ.3.n.3.
15. *Abiit in regionem longinquam.* c.4.ſ.12.n.5.
*Miſit vt paſceret porcos.* c.4.ſ.15.n.2.& c.5.ſ.3.n.4.
& c.14.ſ.3.n.3.
*Diſſipauit ſubſtantiam.* c.12.ſ.9.n.5.
*Viuendo luxurioſè.* c.3.ſ.16.n.6.& ſ.19.n.5.
*Erat filius eius in agro,* c.12.ſ.4.n.6.
*Nolebat introire.* c.4.ſ.17.n.4.
*In ſe reuerſus.* c.4.ſ.12.n.6.
*Venit ad patrem,* c.9.ſ.9.n.5.
*Vidit filium.* c.9.ſ.7.n.2.
*Calceamenta in pedibus.* c.1.ſ.1.n.7.& c.3.ſ.3.n.5.
*Fili tu ſemper mecum es.* c.3.ſ.7.n.2.& c.4.ſ.14.n.2.

Homo

*Homo qui habet centum oues.* c.3.ſ.4.n.5.& ſ.19. num.5.
*Impoſuit in humeros.* c.3.ſ.23.n.6.
*Erant appropinquantes publicani.* c.3.ſ.23.n.9.
*Stulte hac nocte repetent.* c.4.ſ.13.n.2.
*Manducemus & epulemur.* c.8.ſ.2.n.5.
16. *Erat mendicus nomine Lazarus.* c.11.ſ.5.n.3.& c.14.ſ.2.n.6.
*Homo quidam erat diues.* c.14.ſ.3.n.2.
*De mice quæ cadebant.* c.4.ſ.5.n.4.
*Epulabatur quotidie.* c.13.ſ.1.n.3.
*Eleuans oculos.* c.3.ſ.19.n.5.
*Pater Abraham.* c.4.ſ.5.n.5.& ſ.5.n.8.
*Vt mittas Lazarum.* c.3.ſ.7.n.9.& ſ.15.n.2.
*Recepiſti bona in vita.* c.7.ſ.1.n.1.& c.14.ſ.5.n.3.
*Filij huius ſeculi prudentiores.* c.4.ſ.19.n.7.
*Facite vobis amicos.* c.12.ſ.3.n.4.& c.13.ſ.2.n.9.
18. *Oportet ſemper orare.* c.2.ſ.10.n.4.& c.4.ſ.22.n. 5.& c.12.ſ.7.n.3.
*Stans erabat.* c.3.ſ.27.n.1.
*Non audebat oculos leuare.* c.1.ſ.2.n.4.
*Filius hominis inueniet fidem.* c.3.ſ.27.n.1.
*Magiſter bone.* c.3.ſ.35.n.2.
*Septies hic & in futurum.* c.11.ſ.3.n.1.
*Recipiet multo plura.* c.14.ſ.5.n.5.
*Quid vis vt faciam tibi.* c.12.ſ.2.n.2.
19. *Nolumus hunc regnare.* c.2.ſ.2.n.3.
*Ecce mna tua.* c.1.ſ.9.n.3.
*Super pauca fuiſti fidelis.* c.8.ſ.3.n.8.
*Intra in gaudium Domini.* c.9.ſ.3.n.2.
*Serue nequam.* c.11.ſ.1.n.4.
*Feſtinans deſcende.* c.11.ſ.5.n.2.& c.14.ſ.5.n.1.
20. *Peregrè profectus eſt.* c.1.ſ.4.n.6.
21. *Surget gens contra gentem.* c.3.ſ.3.n.5.& c.11. ſ.13.n.3.
*Vidit pauperculam viduam.* c.8.ſ.7.n.2.
22. *Ego diſpono vobis regnum.* c.2.ſ.4.n.5.
*Triſtis eſt anima mea.* c.3.ſ.36.n.5.& ſ.38.n.6.
*Qui maior eſt fiat ſicut minor.* c.9.ſ.11.n.8.
*Hæc eſt hora veſtra.* c.3.ſ.35.n.4.
*Petrus,& calefaceret ſe.* c.3.ſ.21.n.3.
*Oſculo filium hominis tradis.* c.4.ſ.8.n.1.
23. *Facti ſunt amici.* c.14.ſ.1.n.4.
*Non hunc,ſed Barabbam.* c.2.ſ.2.n.3.
*Pater ignoſce illis.* c.4.ſ.10.n.3.
*Domine memento mei.* c.8.ſ.8.n.2.
*Hodie mecum eris.* c.3.ſ.8.n.3.& c.9.ſ.3.n.2.
24. *Oportuit Chriſtum pati.* c.8.ſ.4.n.2.

Ex Euang. S. Ioann.

1. *Illuminat omnem hominem.* c.1.ſ.2.n.9.
*In propria venit.* c.12.ſ.5.n.7.
*Ex Deo nati ſunt.* c.11.ſ.6.n.8.
*Verbum caro factum eſt.* c.1.ſ.5.n.3.
*Et habitauit in nobis.* c.9.ſ.12.n.8.
*Super quem videris ſpiritum.* c.6.ſ.2.n.3.
*Ecce agnus Dei.* c.4.ſ.5.n.1.& c.8.ſ.3.n.1.
*Vidi ſpiritum quaſi columbam.* c.8.ſ.5.n.6.
*Tu quis es.* c.12.ſ.9.n.1.
*Cum eſſes ſub ficu.* c.3.ſ.19.n.8.
2. *Nuptiæ in Cana.* c.3.ſ.14.n.3.
*Vinum non habent.* c.9.ſ.5.n.4.& c.13.ſ.5.n.7.& c.14.ſ.10.n.4.
*Dicebat de templo corporis ſui.* c.3.ſ.41.n.5.
3. *Niſi quis renatus fuerit.* c.1.ſ.7.n.7.
*Sicut Moyſes exaltauit.* c.3.ſ.30.n.7.
*Odit lucem.* c.3.ſ.12.n.5.& c.4.ſ.8.n.5.& ſ.14. n.5.
4. *Sedebat ſic ſuper fontem.* c.12.ſ.5.n.6.& c.14.ſ.9. n.6.
*Bibere à me poſcis.* c.3.ſ.26.n.2.
*Voca virum tuum.* c.3.ſ.26.n.3.
5. *Vſque modo operatur.* c.2.ſ.1.n.7.
*Mortui audient.* c.3.ſ.20.n.4.
*Vbi eſt ille?* c.3.ſ.23.n.7.
*Quomodo poteſtis credere.* c.7.ſ.1.n.5.
*Sicut audio,iudico.* c.12.ſ.1.n.4.
6. *Subiit in montem.* c.8.ſ.4.n.3.
*Cum gratias egiſſet.* c.14.ſ.5.n.7.
*Cum ſubleuaſſet oculos.* c.1.ſ.2.n.5.
*Ego ſum panis vitæ.* c.2.ſ.4.n.8.
*Panis qui de cælo deſcendit.* c.3.ſ.8.n.4.
*Quomodo poteſt hic nobis dare.* c.3.ſ.10.n.3.
*Eum qui venerit non eijciam.* c.8.ſ.4.n.2.
7. *Clarifica filium tuum.* c.1.ſ.6.n.4.
8. *Exultauit vt videret.* c.12.ſ.1.n.3.
*Vos ex patre diabolo eſtis.* c.3.ſ.1.n.2.& ſ.34.n.1. & n.3.& c.13.ſ.4.n.3.
*Mendax pater.* c.3.ſ.11.n.3.
*Tulerunt lapides vt iacerent.* c.8.ſ.2.n.5.
9. *Fecit lutum ex ſputo.* c.3.ſ.17.n.1.
*Vade in natatoriam.* c.4.ſ.13.n.4.
*Deus peccatores non exaudit.* c.2.ſ.10.n.4.& c. 9.ſ.8.n.4.
10. *Ad quos ſermo Dei factus eſt.* c.11.ſ.14.n.8.
*Oues meæ vocem meam audiunt.* c.2.ſ.10.n.9.& c.8.ſ.4.n.1.
11. *Lazarus amicus noſter dormit.* c.9.ſ.11.n.9.
*Infirmitas hæc non eſt ad mortem.* c.14.ſ.3.n.4.
*Lazare veni foras.* c.3.ſ.10.n.5.
*Ligatus manus & pedes.* c.3.ſ.22.n.1.
*Soluite illum.* c.8.ſ.2.n.2.
*Collegerunt Pontifices.* c.11.ſ.7.n.1.
*Expedit vt vnus moriatur.* c.3.ſ.14.n.2.
12. *Niſi granum frumenti.* c.4.ſ.21.n.5.
*Vt clarificetur filius hominis.* c.11.ſ.7.n.2.
*Omnia traham.* c.3.ſ.34.n.2.
*Non quia de egenis pertinebat.* c.3.ſ.14.n.2.
13. *Cum diabolus miſiſſet in cor.* c.4.ſ.8.n.1.
*Introiuit in eũ ſatanas.* c.3.ſ.2.n.4.& c.14.ſ.8.n.3.
*Qui mittit mecum manum.* c.2.ſ.4.n.5.
*Cum accepiſſet buccellam.* c.6.ſ.2.n.6.
*In finem dilexit eos.* c.9.ſ.6.n.6.& c.14.ſ.18.n.5.
*Cœpit lauare pedes.* c.3.ſ.16.n.1.
*Vt diligatis inuicem.* c.4.ſ.9.n.3.
14. *Ego ſum via.* c.2.ſ.4.n.8.& c.3.ſ.15.n.6.
*Manſionem faciemus.* c.3.ſ.3.n.5.
*Ad Patrem vado.* c.3.ſ.7.n.10.
*Venit princeps.* c.3.ſ.35.n.4.
*Surgite eamus hinc.* c.3.ſ.30.n.4.& c.14.ſ.2.n.4.
15. *Non vos me elegiſtis.* c.3.ſ.25.n.3.
*Caritatem maiorem nemo habet.* c.4.ſ.4.n.3.
*Non dicã vos ſeruos.* c.7.ſ.3.n.3.& c.11.ſ.11.n.4.
*Oderunt me gratis.* c.14.ſ.3.n.5.
16. *Niſi abiero,paraclitus non veniet.* c.2.ſ.6.n.8.& c.3.ſ.42.n.5.
*Expedit vobis vt vadam.* c.13.ſ.3.n.2.
*Mulier cum parit.* c.3.ſ.36.n.4.& 5.
18. *Quem quæritis.* c.3.ſ.28.n.5.
*Non introierunt.* c.3.ſ.26.n.2.
*Vt teſtimonium perhibeam.* c.12.ſ.8.n.7.
19. *Quod ſcripſi ſcripſi.* c.9.ſ.5.n.1.
*Stabat iuxta crucem.* c.2.ſ.21.n.7.& c.8.ſ.4.n.1. & c.13.ſ.1.n.9.
*Ecce filius tuus.* c.4.ſ.21.n.6.
*Ecce mater tua.* c.5.ſ.3.n.7.
*Latus eius aperuit.* c.2.ſ.5.n.5.
20. *Pax vobis.* c.8.ſ.3.n.8.
*Cucurrit & venit.* c.14.ſ.9.n.6.
*Niſi videro,non credam.* c.3.ſ.21.n.3.
21. *Paſce oues meas.* c.1.ſ.3.n.6.& c.3.ſ.4.n.4.& c.4.ſ.9.n.4.& c.11.ſ.14.n.4.

Ex Actibus.


1. *Accipietis virtutem.* c.11.ſ.10.n.3.
*Eleuatus eſt.* c.11.ſ.10.n.3.
*Iudas qui fuit dux.* c.2.ſ.8.n.6.
*Suſpenſus crepuit.* c.4.ſ.8.n.1.
2. *Factus eſt de cælo ſonus.* c.1.ſ.2.n.12.& c.2.ſ.3.n.9.
*Diſpertita lingua.* c.11.ſ.10.n.1.
3. *Quod habeo, hoc tibi do.* c.14.ſ.5.n.6.
4. *Erat cor vnum.* c.5.ſ.1.n.2. & c.6.ſ.6.n.6.& c.11.ſ.7.n.6.
6. *Ibant gaudentes.* c.14.ſ.7.n.3.
7. *Spiritui ſancto reſiſtitis.* c.4.ſ.8.n.3.
*Video cælos apertos.* c.14.ſ.5.n.7.
9. *Saule quid me perſequeris.* c.9.ſ.1.n.9.
*Domine quid me vis facere.* c.12.ſ.1.n.3.
*Vt portet nomen meum.* c.4.ſ.22.n.6.
10. *Deſcendens ſicut vas.* c.6.ſ.7.n.11.
*Occide & manduca.* c.2.ſ.9.n.6.
*Surge, & ego homo ſum.* c.9.ſ.1.n.2.
15. *Iugum quod neque, &c.* c.9.ſ.5.n.3.
*Viſum eſt Spiritui ſancto.* c.1.ſ.2.n.12.
*Abſtineant à ſanguine.* c.9.ſ.2.n.1.
16. *Paulus & Silas orantes.* c.14.ſ.7.n.3.& 6.
17. *Fecit ex vno omne genus.* c.1.ſ.5.1.n.6. & c.2.ſ.13.n.8.
*Ignoto Deo.* c.1.ſ.5.n.2.
21. *Intrantes domum Philippi.* c.4.ſ.1.n.5.
27. *Ne timeat Paule.* c.6.ſ.7.n.9.
28. *Qui habebant infirmitates.* c.3.ſ.22.n.8.


Ex Epiſt. ad Romanos.


1. *Obſcuratum eſt cor.* c.3.ſ.13.n.8.
*Paſſiones ignominiæ.* c.13.ſ.3.n.6.
*Reuelabitur ira Dei.* c.3.ſ.18.n.5.
2. *Qui alios doces.* c.7.ſ.1.n.7.
5. *Commendat caritatem.* c.8.ſ.5.n.6.
*Reconciliati ſumus Deo.* c.9.ſ.8.n.1.& c.11.ſ.14.num.1.
*Spes non confundit.* c.12.ſ.8.n.1.
6. *In morte ipſius baptizati.* c.1.ſ.2.n.10.
*Qui eſſ ſus eſt.* c.3.ſ.30.n.1.
*Obaudiſtis corde.* c.11.ſ.13.n.2.
*In quibus nunc erubeſcitis.* c.3.ſ.19.n.1. & c.4.ſ.11.n.3.
*Non regnet peccatum.* c.3.ſ.30.n.8.& ſ.35.n.6.& c.4.ſ.12.n.2.& c.14.ſ.1.n.3.
7. *Quis me liberabit.* c.7.ſ.3.n.5. & c.8.ſ.8.n.3.
*Concupiſcentiam neſciebam.* c.3.ſ.7.n.8.
*Mente ſeruio legi Dei.* c.3.ſ.33.n.4.
*Sentio aliam legem.* c.11.ſ.8.n.3.
8. *Primogenitus in multis fratribus.* c.5.ſ.1.n.4.
*Clamamus Abba pater.* c.11.ſ.14.n.7.
*De peccato damnauit.* c.3.ſ.19.n.9.
*Vos in carne non eſtis.* c.9.ſ.12.n.3.
*Condignæ paſſiones.* c.14.ſ.1.n.6.
*Creatura ingemiſcit.* c.14.ſ.1.n.6.
9. *Non volentis, neque currentis.* c.6.ſ.7.n.7.
*Cuius vult miſeretur.* c.1.ſ.9.n.5.
*Optabam anathema eſſe.* c.11.ſ.14.n.7.
10. *Pulchri pedes euangelizantium.* c.2.ſ.10.n.9.
11. *O altitudo diuitiarum.* c.1.ſ.7.n.4.& c.8.ſ.6.n.4.
12. *Non plus ſapere.* c.2.ſ.7.n.8. & c.3.ſ.11.n.7. & c.13.ſ.11.n.5.
*Benedicite & nolite maledicere.* c.12.ſ.3.n.6.
*Honore inuicem præuenientes.* c.13.ſ.2.n.8.
*Obſecro vos vt exhibeatis.* c.13.ſ.4.n.3.
*Hoſpitalitatem ſectantes.* c.14.ſ.7.n.2.
*Gaudete cum gaudentibus.* c.4.ſ.6.n.4 & c.14.ſ.7.n.3.
*Nolite conformari ſæculo.* c.1.ſ.6.n.4.
*Obſecro vos per miſericordiam.* c.3.ſ.34.n.3.
13. *Si malum feceris, time.* c.3.ſ.24.n.4.
14. *Siue viuimus, ſiue morimur.* c.14.ſ.4.n.3.
15. *Audacius ſcripſi.* c.11.ſ.14.n.5.
16. *Salutate Mariam.* c.3.ſ.1.n.9.
*Chriſtus non ſibi placuit.* c.11.ſ.4.n.2.


Ex 1. ad Corinth.


1. *Prædicamus Chriſtum.* c.3.ſ.31.n.2.
*Non multi nobiles.* c.4.ſ.18.n.6.
*Oportet hæreſes eſſe.* c.9.ſ.12.n.8.
*Angelos iudicabimus.* c.11.ſ.14.n.4.
*Factus eſt nobis ſapientia.* c.3.ſ.22.n.9.
2. *Nemo principum cognouit.* c.4.ſ.18.n.6.
*Nec in cor hominis aſcendit.* c.4.ſ.21.n.7.
*Spiritualis iudicat.* c.3.ſ.26.n.4.
3. *Lac vobis potum dedi.* c.4.ſ.15.n.6.
*Dei agricultura.* c.9.ſ.12.n.3.
*Spectaculum facti ſumus.* c.12.ſ.5.n.2.
*Cum ſit inter vos zelus.* c.13.ſ.1.n.3.
4. *Imitatores mei eſtote.* c.5.ſ.2.n.6.
*In virga veniam.* c.6.ſ.1.n.4.
*Perſecutionem patimur.* c.12.ſ.3.n.6.
*Iam diuites facti eſtis.* c.14.ſ.7.n.1.
5. *Auferte malum.* c.9.ſ.4.n.1.
*Modicum fermentum.* c.3.ſ.13.n.2.
*Qui ſic operatus eſt.* c.11.ſ.11.n.4.
6. *Fornicarij.* c.6.ſ.6.n.2.
*Semper gaudentes.* c.9.ſ.4.n.3.
*Fugite fornicationem.* c.3.ſ.30.n.3.& c.13.ſ.1.n.2.
*Fraudem patimini.* c.13.ſ.1.n.7.
*Contemptibiles qui ſunt.* c.1.ſ.10.n.4.
*Non omnia expediunt.* c.3.ſ.12.n.5.
*Nunc tempus acceptabile.* c.3.ſ.30.n.1.
*An neſcitis, quia iniqui.* c.13.ſ.1.n.8.
7. *Alligatus es vxori.* c.5.ſ.1.n.8.
*Mulier ſui corporis poteſtatem non habet.* c.2.ſ.16.n.2.
*Tribulationem carnis habebunt.* c.1.ſ.11.n.5.& c.4.ſ.1.n.1.& c.8.ſ.3.n.4.
*Nolite fraudare inuicem.* c.8.ſ.6.n.5.
*Vt vacetis orationi.* c.4.ſ.1.n.2.
*Mulier fidelis habet virum.* c.6.ſ.1.n.4.
*Mulier innupta.* c.4.ſ.4.n.4.
*Viuit in me Chriſtus.* c.2.ſ.16.n.4.
8. *Scientia inflat.* c.3.ſ.13.n.10.
9. *Omnibus omnia factus ſum.* c.4.ſ.16.n.2. & c.7.ſ.4.n.3.
*Caſtigo corpus meum.* c.12.ſ.5.n.3.
*Erunt ſicut ſtellæ.* c.1.ſ.9.n.1.
*Non alligabis os boui.* c.1.ſ.10.n.5.
*Bonum mihi magis emori.* c.3.ſ.18.n.2.
11. *Audio ſciſſuras eſſe.* c.6.ſ.6.n.5.
*Propter Angelos.* c.6.ſ.1.n.3.
*Cum caſtigamur à Domino.* c.14.ſ.5.n.3.
*Reus erit corporis.* c.14.ſ.8.n.3.
*Mortem Domini annunciabitis.* c.14.ſ.8.n.4.
*Iudicium ſibi manducat.* c.1.ſ.4.n.10.& c.3.ſ.5.n.5.
*Caput viri Chriſtus.* c.2.ſ.12.n.5.
*Si noſmetipſos diiudicaremus.* c.3.ſ.22.n.5.
*Non eſt vir propter mulierem.* c.2.ſ.12.n.2.
12. *Vos vnum corpus eſtis.* c.11.ſ.7.n.4.
*Si caritatem non habeam.* c.4.ſ.9.n.4.
*Æs ſonans.* c.11.ſ.14.n.4.
*Caritas patiens eſt.* c.11.ſ.7.n.7.
*Caritas non æmulatur.* c.14.ſ.7.n.3.
14. *Si quis ignorat.* c.11.ſ.6.n.4.
*Nolite pueri effici.* c.1.ſ.8.n.3.& c.3.ſ.17.n.5.& c.4.ſ.1.n.5.
15. *Primus homo de terra.* c.5.ſ.1.n.4.
*Nouiſſimè hominum.* c.7.ſ.1.n.5.
*Comedamus & bibamus.* c.14.ſ.2.n.3.
*Non ſum dignus vocari.* c.3.ſ.25.n.4.

*Vbi mors ſtimulus.* c.3.ſ.42.n.2.
*Salutate Priſcillam.* c.6.ſ.3.n.2.

Ex 1. ad Corinth.

1. *Pater miſericordiarum.* c.1.ſ.2.n.9.& c.3.ſ.7.n.1.
*Reſponſum mortis habemus.* c.3.ſ.8 n.2.
*Conſolatur nos Deus.* c.7.ſ.4.n.10.
2. *Nec oculus vidit.* c.1.ſ.4.n.3.
*Mortificationem circumferentes.* c.3.ſ.41.n.3.& c.8. ſ.7.n.10.
*Sufficit illi obiurgatio.* c.11.ſ.14.n.7.
4. *Ideò habentes adminiſtrationem.* c.11.ſ.7.n.4.
*Tribulationem patimur.* c.12.ſ.8.n.2.
5. *Legatione fungimur.* c.2.ſ.10.n.9.
*Caritas Chriſti vrget nos.* c.9.ſ.10.n.1.& c.13.ſ.5. num.6.
6. *Nolite iugum ducere.* c.1.ſ.8.n.8.
*Nihil habentes.* c.11.ſ.10.n.4.
*Quaſi pauperes.* c.11.ſ.10.n.4.
8. *Prouidemus bona.* c.1.ſ.3.n.3.
*Altiſſima paupertas.* c.7.ſ.2.n.3.
10. *Redigentes in captiuitatem.* c.3.ſ.3.n.8.
11. *Suffertis inſipientes.* c.6.ſ.6.n.3.
*Quis infirmatur.* c.8.ſ.1.n.3.
12. *Cum infirmor tunc potens ſum.* c.1.ſ.2.n.9.
*Magnitudo reuelationum.* c.2.ſ.17.n.7.& c.3.ſ.7. n.1.& ſ.11.n.5.
*Placeo in infirmitatibus.* c.3.ſ.22.n.7.
*Virtus in infirmitate.* c.12.ſ.8.n.4.
*Libenter gloriabor.* c.12.ſ.9.n.2.
13. *Si venero non parcam.* c.3.ſ.10.n.3.

Ex Epiſt. ad Galatas.

1. *Tam citò transferimini.* c.5.ſ.2.n.6.
*Si nos aut angelus.* c.11.ſ.14.n.4.
2. *In faciem ei reſtiti.* c.2.ſ.14.n.6.
*In fide vna Filij Dei.* c.13.ſ.5.n.6.
3. *Maledictus qui pendet.* c.3.ſ.30.n.7.
*Qui benedicit nos.* c.12.ſ.3.n.7.
4. *Hæres per Deum.* c.4.ſ.2.n.3.
*Eſtote ſicut ego.* c.11.ſ.7.n.8.
*Teſtimonium perhibeo.* c.11.ſ.10.n.4.
*Filioli mei.* c.12.ſ.4.n.7.
*Venit plenitudo temporis.* c.12.ſ.7.n.2.
5. *Fructus ſpiritus caritas.* c.4.ſ.5.n.2.
6. *Dum tempus habemus.* c.3.ſ.8 n.2.
*Si præoccupatus fuerit.* c.3.ſ.26.n.3.
*Adimplebitis legem Chriſti.* c.4.ſ.16.n.2.
*Si ſpirituales eſtis.* c.8.ſ.7.n.7.
*Abſit mihi gloriari.* c.12.ſ.9.n.2.
*Onera portate.* c.13.ſ.2.n.2.

Ex Epiſt. ad Epheſios.

1. *Inſtaurare omnia.* c.1.ſ.2.n.3.
*Deus operatur omnia.* c.1.ſ.7.n.4.
2. *Gentes quæ ſpem non habent.* c.3.ſ.11.n.1.
*In filijs diffidentiæ.* c.8.ſ.5.n.4.
3. *Innotuit principatibus.* c.2.ſ.3.n.1.
4. *Signati eſtis.* c.1.ſ.12 n.10.
*Eratis aliquando tenebræ.* c.1.ſ.2.n.11.
*Sol non occidat.* c.4.ſ.8.n.2.
5. *Membra ſumus.* c.2.ſ.4.n.8.
*Hoc nunc os.* c.2.ſ.11 n.4.
*Sacramentum hoc magnum.* c.2.ſ.14.n.2.
*Gratias agentes.* c.2.ſ.16.n.8.
*Nec nominetur in vobis* c.3.ſ.18.n.2.& c.9.ſ.7. n.6.
*Viri diligite vxores.* c.3.ſ.27 n 6.
*Nemo carnem ſuam odio habuit.* c.4.ſ.7.n.9.
*Idolorum ſeruitus.* c.7.ſ.2.n.3.
*Surge qui dormis.* c.11.ſ.13.n.3.
*Fornicatio aut immunditia.* c.12.ſ.9.n.1.
6. *Aduerſus principes.* c.1.ſ.7.n.2.& c.3.ſ.2.n.2.
*Calceati pedes.* c.3 ſ.36 n.5.
*Serui obedite.* c.8.ſ.4.n.1.

Ex Epiſt. ad Philippenſes.

1. *Mihi viuere Chriſtus eſt,&c.* c.1.ſ.3.n.12.& c.3. ſ.41.n.3.
2. *In medio nationis prauæ.* c.1.ſ.6.n.5.& c.14.ſ.3.n.1.
*Conuerſatio in cælis.* c.1.ſ.6.n.5.& c.14.ſ.8.n.5.
*Exinaniuit ſe.* c.3.ſ.14.n.5.
*Factus obediens.* c.4.ſ.4.n.3.& c.12.ſ.4.n.1.
*Habitu inuentus vt homo.* c.3.ſ.23.n.9.
*Nomen Ieſu.* c.8.ſ.6.n.11.
*Omnes quærunt quæ ſua ſunt.* c.9.ſ.5.n.2.& c.11. ſ.4.n.2.
*Deus exaltauit illum.* c.11.ſ.9.n.3.
3. *Cauete canes.* c.1.ſ.7.n.1.
*Quorum deus venter.* c.3.ſ.16.n.5.
*Quæ retro ſunt obliuiſcens.* c.5.ſ.2.n.2.& c.13.ſ.5. n.3.
4. *Gaudete in Domino.* c.4.ſ.6.n.4.& c.13.ſ.1.n.2.
*Probum veſtrum.* c.9.ſ.12.n.2.
*Pax Dei.* c.12.ſ.8.n.1.
*Petitiones veſtræ innoteſcant.* c.12.ſ.7.n.4.& c.14. ſ.5.n.7.
*Modeſtia veſtra nota ſit.* c.0.ſ.7.n.1.& c.12.ſ.8. n.7.
*In omni obſecratione.* c.12.ſ.7.n.5.

Ex Epiſt. ad Coloſſ.

1. *Pacificauit per ſanguinem* c.8.ſ.5.n.8.& c.9.ſ.2. n.8.
2. *Plenitudo diuinitatis.* c.7.ſ.12.n.7.
3. *Exuite veterem hominem.* c.3.ſ.1.n.7.
*Vita veſtra abſcondita.* c.3.ſ.12.n.8.

Ex Epiſt. ad Theſſalon.

4. *De dormientibus.* c.9.ſ.11.n.9.
5. *Vt integer ſpiritus.* c.2.ſ.3.n 6.
*Superueniet interitus.* c.3.ſ.31.n.7.
*Pax & ſecuritas.* c.11.ſ.3.n.5.

Ex Epiſt. 1. ad Timoth.

1. *Timotheo dilecto filio.* c.2.ſ.14.n.3.
*Iuſtis non eſt lex poſita.* c.3.ſ.3.n.6.& c.7.ſ.1.n.8.
*Venit Ieſus.* c.1.ſ.8.n.1.
2. *Vult omnes ſaluos fieri.* c.2.ſ.4.n.13.
*Salua erit per filiorum generationem.* c.2.ſ.9.n.3.
*Vir non eſt ſeductus.* c.3.ſ.11.n.4.& ſ.29.n.4.
*Docere mulierem non permitto.* c.3.ſ.13.n.10.
*Mulier in ſilentio.* c.3.ſ.36.n.7.
*Quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit.* c.3. ſ.23.n.8.
*In omni loco leuantes manus.* c.12.ſ.7.n.4.& c.13. ſ.5.n.5.
3. *Non neophytum.* c.3.ſ.5.n.3.
*Non vinolentum.* c.4.ſ.8.n.2.
5. *Modico vino vtere.* c.3.ſ.16.n.2.
*Infideli deterior.* c.11.ſ.14.n.7.
6. *Radix malorum cupiditas.* c.11.ſ.5.n.6.
*Mergunt homines.* c.13.ſ.1.n.4.

Ex Epiſt. ad Timoth.

1. *Vt formam habeat.* c.11.ſ.13.n.2.
2. *Qui legitimè certauerit.* c.1.ſ.9.n.1.
*Non eſt alligatum.* c.3.ſ.16.n.8.
*Bonus miles.* c.11.ſ.14.n.3.
*Inſta opportunè.* c.11.ſ.14.n.3.
3. *Captiuas ducunt mulierculas.* c.3.ſ.11.n.8.
*Volunt piè viuere.* c.4.ſ.23.n.1.& c.12.ſ.8.n.2.
*Hæreticum deuita.* c.14.ſ.9.n.1.

Ex Epiſt. ad Titum.

1. *Vt potens ſit exhortari.* c.11.ſ.14.n.3.
*Vnius uxoris vir.* c.9.ſ.1.n.6.


3.Iuſti

3. *Iuſtificati gratis.* c.3.ſ.23.n.9.

Ex Epiſt. ad Hebræos.

3. *Fallacia peccati.* c.4.ſ.8.n.3.
*Moyſes fidelis.* c.14.ſ.4.n.1.
4. *Tentatus per omnia.* c.3.ſ.36.n.5.
*Melchiſedech.* c.14.ſ.6.n.2.
*Generatio non numeratur.* c.14.ſ.6.n.2.
*Obtulit Abraha.* c.14.ſ.7.n.1.
11. *Sine fide impoſſibile eſt.* c.3.ſ.7.n.6.
*Fide plurimam hoſtiam Abel.* c.4.ſ.4.n.5.
*Fide Abraham.* c.12.ſ.2.n.5.
*Noë reſponſo accepto.* c.6.ſ.6.n.4.
*Eligens affligi.* c.8.ſ.8.n.1.
*Abraham peregrinatus eſt.* c.12.ſ.5.n.5.
12. *Melius loquentem, quàm.* c.4.ſ.10.n.3.
*Et non inueniebatur.* c.5.ſ.2.n.5.
*Quem diligit caſtigat.* c.6.ſ.2.n.4.
*Sint mores ſine auaritia.* c.1.ſ.3.n.6.
*Habentes nubem teſtium.* c.3.ſ.16.n.9.& ſ.28.n.4.
13. *Exeamus ad eum.* c.12.ſ.5.n.1.

Ex Epiſt. Iacobi.

2. *Superexaltat miſericordia.* c.1.ſ.1.n.8.
3. *Vbi zelus & contentio.* c.13.ſ.2.n.4.
4. *Superbis reſiſtit.* c.3.ſ.14.n.4.& c.11.ſ.4.n.3.

Ex Epiſt. 1. Petri.

1. *Succincti lumbos.* c.3.ſ.12.n.2.
*Gratia vobis & pax.* c.4.ſ.9.n.4.
2. *Vt ſequamini veſtigia eius.* c.12.ſ.5.n.1.
3. *Abſconditum cor hominis.* c.2.ſ.3.n.12.
*Viri cohabitantes.* c.3.ſ.28.n.1.
*Expectabant Dei patientiam.* c.6.ſ.7.n.5.
*Qui in carcere erant.* c.6.ſ.7.n.6.& ſ.7.n.6.
*Arca in qua octo animæ.* c.6.ſ.7.n.8.
4. *Tempus eſt vt iudicium.* c.3.ſ.28.n.5.
*Chriſto in carne paſſo.* c.9.ſ.10.n.1.
*Non concurrentibus vobis.* c.12.ſ.5.n.4.
5. *Sollicitudinem proiicientes.* c.2.ſ.10.n.7.
*Humiliamini ſub potenti.* c.3.ſ.22.n.8.
*Leo rugiens circuit.* c.3.ſ.12.n.6.& c.9.ſ.12.n.8.& c.12.ſ.8.n.3.
*Non dominantes in Cleros.* c.8.ſ.8.n.7.

Ex Epiſt. 2. Petri.

1. *Diuinæ conſortes naturæ.* c.1.ſ.9.n.5.
2. *Et iuſtum Lothi oppreſſum.* c.13.ſ.3.n.6.
3. *Celi ardentes.* c.1.ſ.4.n.5.

Ex Epiſt. 1. Ioannis.

1. *Quod fuit ab initio.* c.1.ſ.5.n.3.
*Ipſi non ſeducimus.* c.3.ſ.35.n.2
2. *Antichriſti multi ſunt.* c.2.ſ.4.n.16.& c.3.ſ.7.n.5.
*Non erant ex nobis.* c.4.ſ.5.n.7.
*Quicquid eſt in mundo.* c.1.ſ.3.n.[illegible].
3. *Opera eius maligna.* c.4.ſ.8.n.5.
*Omnis homicida.* c.5.ſ.10.n.1.
*Qui natus eſt ex Deo.* c.3.ſ.22.n.4.
*Omnis qui peccat.* c.3.ſ.26.n.2.
*Videbimus eum ſicuti eſt.* c.3.ſ.31.n.7.
4. *Prior dilexit nos.* c.8.ſ.1.n.3.
*Charitas mittit timorem.* c.3.ſ.14.n.4.
5. *Hæc eſt victoria.* c.4.ſ.22.n.9.

Ex Epiſt. Thadæi.

*Fluctus feri maris.* c.4.ſ.8.n.1.

Ex Apocalypſi.

1. *Zona aurea ad mamillas.* c.3.ſ.12.n.2.
*Scribe quæ vidiſti.* c.4.ſ.21.n.7.
2. *Vincenti dabo coronam.* c.1.ſ.9.n.1.
*Dabo manna.* c.2.ſ.4.n.5.
3. *Angelo Sardis.* c.2.ſ.11.n.8.
*Incipiam te euomere.* c.3.ſ.21.n.5.
*Ego ſum ad oſtium.* c.3.ſ.22.n.5.
*Quos amo arguo.* c.3.ſ.21.n.1.
4. *Seniores procidentes.* c.11.ſ.4.n.3.
6. *Vſquequo Domine non vindicas.* c.4.ſ.10.n.3.
8. *Væ habitantibus in terra.* c.14.ſ.2.n.3.
12. *Mulier amicta ſole.* c.1.ſ.2.n.4.& c.3.ſ.11.n.6.
*Et luna ſub pedibus.* c.1.ſ.6.n.4.
13. *Characterem beſtiæ.* c.11.ſ.3.n.1.
*Agnus occiſus.* c.4.ſ.8.n.6.
14. *Sequuntur agnum.* c.3.ſ.23.n.9.
15. *Quis non timebit te.* c.1.ſ.1.n.8.
16. *In modum ranarum.* c.9.ſ.7.n.6.
*Effudit phialam.* c.13.ſ.2.n.9.
17. *Habens poculum aureum.* c.3.ſ.13.n.6.
*Aquæ multæ populi multi.* c.3.ſ.19.n.9.& c.13.ſ.5.n.4.
18. *Quantum glorificauit ſe.* c.12.ſ.9.n.7.
19. *Vidi cælum apertum.* c.4.ſ.21.n.7.
*Rex regum.* c.14.ſ.10.n.1.
*In capite diademata.* c.14.ſ.10.n.1.
20. *Libri aperti ſunt.* c.6.ſ.6.n.9.
21. *Vidi ciuitatem Dei.* c.13.ſ.1.n.2.
*Tabernaculum Dei.* c.9.ſ.12.n.7.
*Ecce noua facio omnia.* c.3.ſ.32.n.1.& c.7.ſ.4.n.7.
*Non intrabit in illud.* c.1.ſ.6.n.1.& c.4.ſ.14.n.1.
22. *Iuſtus iuſtificetur.* c.5.ſ.2.n.2.
*Foris canes.* c.9.ſ.7.n.3.
*Spiritus & ſponſa dicunt veni.* c.8.ſ.5.n.9.

BENE

# BENEDICTI FERNANDII BORBENSIS LVSITANI, E SOCIETATE IESV,

## COMMENTARIORVM IN GENESIM TOMVS PRIOR.

### PRÆFATIO.

INITIO noſtrorum in Geneſim commentariorum operæpretium duximus, tanquam in ſumma totius operis ea præfari, quę ſimile commentandi ſtudium ineuntes conſueuerunt. Ac primò quidem ſeſe offert liber ipſe, cui noſtra inſudat exercitatio; in quo de mundi opificio, primiſq; rerũ creatarum natalibus; ac ſubinde hominum toto orbe ſatorum progreſſu per annos bis mille trecentos trigintaocto agitur: qui omninò cum obitu Ioſephi, vbi finis imponitur operi, computari ſolent. Hoc autem libro nullus vſquam gentium alius antiquior extitit; & vnquam (vt credimus) extitit. Enimuero, poëmata Homeri, quod primum omnium opus conſcriptum ſibi arrogat Græcia, multos poſt annos, quàm Moyſis Pentateuchus, in lucem prodierunt. Quippe cùm Homerum præceſſerit Moyſes quingentis omninò annis, vt Ioſephus teſtatur *lib. 1. contra Apionem*, aliiq; ferè omnes, qui temporum chronologiam contexuerunt. (Ioſeph.) Nec planè decebat, vti tam egregium ſcribendi opus, quod inter omnia humani generis monumenta, ſi non primum, at certè inprimis locum obtinet, ab inanitatibus fabellarum, & à turpiſſimis vaniſſimorum Deorum commentis, ac portentis; imò nec etiam à profanis Græcorum Troianorúmque bellis, tam inauſpicatò inchoaretur. Primum igitur humanæ literaturæ opus, Deo ſic diſponente, ſacroſanctum argumento, vetuſtate venerandum, auctoritate auguſtiſſimum à Moyſe Hebræo traditum eſt. At quatenus fuerit Moyſes Theologus, Philoſophus, Poëta, & Hiſtoricus omnium inter homines primus, nulla digna commendatio explicabit. Quis verò (quod longè difficilius) virtutes Moyſis, aut animo complecti, aut ſermone ſtudeat euulgare: cuius (vt benè Philo Hebr.) (Philo.) tota vita viri, miracula eius fuerunt? Porrò autem quo tempore Geneſim ediderit, non omninò certum habetur. Theodoret. *quæſt. 1. in Geneſ.* Abulenſ. *ſuper 13. Geneſ. q. 132.* aliiq; arbitrantur ſcripſiſſe Moyſem poſt egreſſionem ab Ægypto, imò & poſt latam Hebræis legem, dum ageret in deſerto. (Theod. Abulenſ.) Sed mihi propius vero eſt, Moyſem, quo tempore in deſerto Madian paſcebat oues, & in ſumma illa philoſophicæ ſanctæque vitæ ab humanis curis vacatione, diuino ad id operis commotum impulſu, librum hunc de mũdi exordio, ac ſuæ præſertim gentis Patriarcharum factis & annalibus prodidiſſe. quod indicatur ab Euſebio *lib. 7. de præpar. Euang. c. 2.* (Euſeb.) Cuius quidem libri lectione ſolaretur Hebræos in Ægyptiaca ſeruitute ſedentes in tenebris, & in vmbra mortis, vinctos in mendicitate & ferro, *Pſal. 106.* (Pſal. 106.) Fiebat enim, vt captiui Ægyptiorum tyrannide oppreſſi, dum hoc tam mirabile audirent & legerent diuinæ auctoritatis monumentum; interim perſpecta Dei conditoris omnipotentia, & circa res humanas tam ſolerti prouidentia; denique promiſſionibus Dei ad Patriarchas tam ſolidis, támque omnem certitudinis veritatem ſuperantibus recreati, ad fiduciam diuini auxilij, & ſpem propè aduentantis, quam Deus Hebræorum genti promiſerat, libertatis, ac felicitatis in illa ſuorum temporum acerbitate excitarentur. Edocti pariter ſuorum ſanctiſſimorum Patrum inſiſtere veſtigiis, virtutúmque imitari exempla, in rebus aduerſis magnitudinem ac patientiam exhiberent: dignique redderentur, quibus Dei promiſſa, euoluto iam quadringentorum annorum ſpatio, de quo ad Abrahamum *cap. 15.* prædictum à Deo fuerat, felici tandem exitu obueniret. Quòd ſi quid aliud exactius ad hunc locum adhuc deſideres, conſule Benedict. Per. in eiuſdem doctiſſimis commentariis nihil non accuratioris peritiæ reperitur. Nullus operi titulus præfigitur apud Hebræos, ſed (vt aduertit D. Hieronym.) vocatur בראשית, *Bereſith*, hanc habentes conſuetudinem, vt voluminibus ex principiis

eorum nomina imponant. Sic etiam אלהשמות Elexmoth, ויקרא Vaicra, וידבר Vaiedabber, אלהדברים Elehaddebarim; reliqui quatuor libri ab eodem Moyſe conſcripti à primis initiorum verbis nominantur. Nam ea prænomina Geneſeos, Exodi, Leuitici, Deuteronomij, Pentateuchi, Græca ſunt: Numerorum, Latinum. Ac totum quidem opus commentationum mihi viſum eſt in duos tomos digerere, nec aliud ferebat tanta moles operis; prior complectitur prio- A ra quatuordecim capita, videlicet à mundi exordio, vſque ad Melchiſedech, egregium ſummi Regis, pariter ac ſummi Sacerdotis Chriſti domini typum; in cuius etiam occurſu, & colloquio cum Abrahamo à condito mundo bis mille ſexaginta anni recenſentur. Appellatur Græco nomine *Geneſis* à LXX. interpretibus, quod etiã Latini retinuerunt; dixiſſent in Latio *Generationem*: hoc enim libro rerum omnium creatarum generatio, ſiue productio explicatur.

# GENESIS

## CAPVT PRIMVM.

1. IN principio creauit Deus cælum & terram. B

2. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.

3. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux.

4. Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris.

5. Appellauítque lucem Diem, & tenebras Noctem: factúmque eſt veſpere & mane, dies vnus.

6. Dixit quoq; Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. C

7. Et fecit Deus firmamentum, diuiſítque aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum. Et factum eſt ita.

8. Vocauítque Deus firmamentum, Cælum: & factum eſt veſpere & mane, dies ſecundus.

9. Dixit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum: & appareat arida. Et factum eſt ita. D

10. Et vocauit Deus aridam, Terram, congregationéſque aquarum appellauit Maria. Et vidit Deus quòd eſſet bonum.

11. Et ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita.

12. Et protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuũ, lignúmque faciens fructum, & habens vnumquodque ſementẽ ſecundùm ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. E

13 Et factum eſt veſpere & mane, dies tertius.

14. Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, & ſint in ſigna & tempora, & dies & annos;

15. Vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram. Et factum eſt ita.

16. Fecítque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas.

17. Et poſuit eas in firmamento cæli, vt lucerent ſuper terram.

18. Et præeſſent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quòd eſſet bonum.

19. Et factum eſt veſpere & mane, dies quartus.

20. Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cæli.

21. Creauítque Deus Cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, quã produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundùm genus ſuum. Et vidit Deus quòd eſſet bonum.

22. Benedixítque eis, dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris: auéſque multiplicentur ſuper terram.

23. Et factum eſt veſpere & mane, dies quintus.

24. Dixit quoque Deus: Producat terra animam viuẽtem in genere ſuo, iumenta, & reptilia, & beſtias terræ ſecundùm ſpecies ſuas. Factúmque eſt ita.

25. Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, & iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo. Et vidit Deus quòd eſſet bonum.

26. Et ait: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: & præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtiis, vniuerſæque terræ, omníque reptili quod mouetur in terra.

27. Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam: ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & feminam creauit eos.

28. Benedixítque illis Deus, & ait: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubiicite eã, & dominamini piſcibus

bus maris,& volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus,quæ mouentur ſuper terrã.

29. Dixitque Deus : Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram , & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui., vt ſint vobis in eſcam.

A

30. Et cunctis animantibus terræ, omniq; volucri cæli,& vniuerſis quæ mouẽtur in terra , & in quibus eſt anima viuẽs, vt habeat ad veſcendum. Et factũ eſt ita.

31. Viditque Deus cuncta quæ fecerat:& erant valde bona. Et factum eſt veſpere & mane,dies ſextus.

---

## SECTIO PRIMA.

### *In principio creauit Deus.*

1. I*N principio.* ] Hebraicè בראשית *berexith.* ראש *rex* enim caput, initium.inde ראשית *rexith* in eodem ſignificato. ב *be.* præpoſitio *in.* Valet igitur *berexith* idẽ,quod Latinè,primum omniũ,ante omnia, in principio tẽporis,in exordio mũdi, quando cœpit eſſe mũdus.quę omnia bene cõplectitur interpres vertẽs, *In principio.* Eadẽ eſt expoſitio D.Ambroſ. 1. *Hexam.cap.*4.nimirum: In quo tẽpore Deus fecit cęlum,& terrã,id eſt,in exordio mundi,quãdo fieri cœpit , ſeu in primis fecit Deus cælum, & terrã, deinde colles,regiones,&c. vel ſic: Ante reliquas viſibiles creaturas cælum & terram fecit. dicere etiam poſſumus : In principio menſium cælum & terram fecit ; quod inde mundi capi oportebat exordium , vbi erat opportuna omnibus verna temperies ; vt *in Exod.* 12. primum menſem vernum tempus appellat Scriptura,dicens: *Menſis hic initium menſium erit vobis.* Seu *in principio*,id eſt , ante tempus,ſicut initium viæ nondum via, & initium domus,nondum domus. Item *in principio*, id eſt, in capite; quo ſignificatur in breui & exiguo momento ſumma operationis impleta. Deniq; *in principio*, quaſi ſumma operis;quia rerum viſibilium ſumma cælum & terra eſt. Sic Ambr. Ex hoc, *principio*,plane conuincitur falſitas philoſophantium mundum ab omni æternitate extitiſſe : aduerſùs quam dementiam multi multa edidere volumina ; vti Zach. Mitylenſis Epiſcop. *tom.* 5. *Bibl .pp.* quo de argumento inter Theologos,interpretes, atque adeò Philoſophos trita iam eſt diſceptatio. Illud interim hoc loco apponam , quod à Phil.Hebr.egregiè dictum eſt *lib. de opif. mund.* his omninò verbis : Quidam mundum magis admirati , quàm eius conditorem; hunc quidem non factũ , ſed æternum eſſe aſſeuerant : Deum verò in alto otio degere mentiuntur impij , cùm debuiſſent contrà huius , vt conditoris ac parentis admirari potentiam, illum ſupra modum venerari.' Aptè ( inquit Iunilius Epiſc. Afric. ) Scriptura primo ſtatim verbo æternitatem atque omnipotentiam Dei creatoria oſtendit. Quem enim in principio temporum mundum creaſſe perhibet , ipſum profectò ante tempora æternaliter extitiſſe deſignat ,& quem ipſum conditionis initio mundum creaſſe narrat , tanta celeritate operationis omnipotentem eſſe declarat , cui voluiſſe creaſſe eſt. Igitur, *in principio creauit*,dicitur; quia ad explendum opus non eguit motu temporum : vtrumque ſimul ab homine præſtari non poteſt. Vnde liquidò conſtat, quia creatio cæli & terræ pariter eſt expleta; & hoc tanta velocitate diuinæ virtutis , vt needum primum naſcentis mundi momentum eſſet tranſcenſum. Ita Iunilius. Ad eundem ſenſum *Ben.Fernand.in Gen.tom.*1.

S.Ambr. *Principium temporis.*

Exod. 12. *Creatio in momento.*

*Mundus habuit initium.*

Zach.

Philo. *Philoſophi multi de mũdo diſſentiunt.*

Iunil. *Deus æternus, & omnipotens.*

*Celeritas Dei in agendo.*

B explicat D.Ambroſ.*cap.*3.*lib.*1.*Hexam.* In principio (inquiens) creauit ; vt ſic intelligerent homines , quàm incomprehenſibilis operator eſſet, qui tantum opus breui exiguóque momento ſuæ operationis abſolueret ; vt voluntatis effectus ſeorſum temporis præueniret. Nemo operantem vidit, ſed agnouit operatum , tam velociter , vt neque voluntas operationi præcurreret , neque operatio voluntati. Hæc Ambroſ. Similis eſt explicatio S. Gregor. Nyſſ. *in ſuo Hexam.* Sic enim ſcribit: Aquilas pro, *In principio*,vertit, in ſumma fecit Deus. Significat igitur Moyſes Deum ſimul omnia feciſſe : principium enim,& ſumma æquè declarant ſimul. Sic ille.

S.Ambr.

S Greg. Nyſſ.

C 2. Arguit hic locus noſtram in Dei obſequio tarditatem , quam perſtringit regius Vates,dum exclamat: *Filij hominum vſquequò graui corde!* Pſ. 4. Sed quódnam pondus illud eſt,quo graue redditur cor? Sequitur; *vt quid diligitis vanitatem , & quæritis mendacium.* Monſtrum planè! quid enim leuius vanitate ? quid futilius mendacio ? Bona quidem huius mundi meræ ſunt inanitates; grauant tamen humanum cor eò videlicet , quòd redditur cor ineptum præ ſua leuitate , vt à Dei manu trahatur , vt impetu vitia perrumpat , vt virtuti innitatur , vt violenter rapiat cælum , vt ad Deum , velut ad centrum ſui procurrat. Nec enim leuitas aut vim in ſe habet , aut impreſſam aliunde ſuſcipit. Quare optimè de hoc vanitatis pondere ſic D. Aug. cum Domino colloquens:

*Tarditas hominum in obſequio Dei.*

*Vanitas, & pondus terrã.*

S. Auguſt.

D Nunc autem ( inquit ) quem tu imples , ſubleuas eum:quoniam tui plenus non ſum,oneri mihi ſum. 10. *conf.* 28. Pudeat hominem non ociùs Euro in Dei obſequium ferri , à quo tam celeriter præuenitur, *in benedictionibus dulcedinis.* Pſ. 20. Sic ſponſa ,& gloriabatur pariter , & confundebatur , cùm aiebat : *Dilectus meus mihi, & ego illi*, Cant. 2. Prorſus ( inquit D Bernard. *ſerm.* 83. *in Cant.* ) & præuenitur amando, & vincitur. Cæterùm ea Dei benignitas eſt, ea hominis infirmitas, vt iſtius opera meritáque præueniat ſimul , & ſubſequatur, Deus amando, fouendo, ac remunerando. Quod ipſe Bernard. obſeruat *ſerm.* 67. *in Cant.* ad hunc modum : De præuentione loquitur

*Præuenit & ſubſequitur Deus.*

Pſal. 20.

Cant 2.

S Bern.

S.Bern.

E Propheta: *Deus meus, miſericordia eius præueniet me*, Pſal. 58. *Citò anticipet nos miſericordia tua, quia pauperes facti ſumus.* Pſal. 78. de ſubſequutione: *& miſericordia tua ſubſequitur me omnibus diebus vitæ meæ*, Pſ. 22. Pulchrè ſponſa poſteriùs hæc eadem verba non eodem modo ponit , ſed ſequitur & ipſa Prophetæ ordinem, loquens hoc modo: Ego dilecto meo , & dilectus meus mihi. Cur ita? Nempe , vt tunc magis gratia plenam ſe probet, cùm totum gratiæ dederit , & primas ſcilicet illi partes aſcribens ,& vltimas. Deeſt enim gratiæ, quicquid meritis deputas. Hæc Bernard. Nihilo-

Pſal 58.

Pſalm. 78.

Pſal. 22.

minus etſi priores eſſe non poſſint in amando, & A operando viri ſanctiſſimi, mira tamen ſolent velocitate Dei iubentis mandata exequi, vt vel ipſe

*Obedientia prompta.* Iob 38.

Deus cũ Iob loquens demonſtrat: *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi: Adſumus?* cap. 38. Obſequentiſſimorum famulorum expeditiſſimam deſcribit Dominus promptitudinem. Sunt mei (inquit) ſerui, velut fulgura; ſic parati, expediti, celeres, rapidique, vt eant, quò à me mittentur. Fulgura quidem, non tonitrua; illa enim momento ipſo temporis micantem toto cælo lucem diffundunt; iſta tardiùs multo agunt, & non niſi exacto tempore ſonitum emittunt, atque audiuntur. Deinde illud magis amplificat B citatiſſimam obedientiã, quòd miſſa non dicunt: Adſumus. nec enim ante opus completum, vel tantulam dicendi, adſumus, morulam conſumi patiuntur. Eunt igitur, & antequam reſpondeant, adſumus, iam opus perfectum omnino eſt; punctóque eodem & mittuntur, & eunt, & redeunt, atque adeò dicunt, adſumus. Quoddam namque

S. Greg.

(ait D. Greg. 3. *moral. c.* 4.) in hoc verbo, adſumus, obſequium declaratur. Loco, adſumus, ponunt Septuaginta: Dicent tibi, quid eſt? exponit Nice-

Nicetas.

tas: Quid eſt, quod optas facere? In quo quidem ſi ad rem iam abſolutam reſpicias, admirabilis promptitudo in parendo innuitur: tam celeriter enim mandata Domini exequuntur Illius ſerui, ac nũtij, vt ſimul atque mittuntur, opus compleant, & C completo opere ſe offerant ſciſcitantes; quid eſt Domine, quod optas facere? ecce illud ipſum, quod de tuo nutu coniectauimus, ſubitóque ſumus exequuti? quòd ſi de futuro interrogantes intelligas, mira etiã cernitur obedientia; dicunt enim: Fecimus quod iuſſiſti Domine, en adſumus;

*Obedientia infatigabilis.*

quid reliquum eſt peragendũ? infatigabili enim ſtudio, etiã vbi reuertimur, rurſus ibimus: tuum erit mittere; noſtrum ire, & redire, atque in orbem iugiter redire, & ire. Incredibilis planè obedientia, atque ardentiſſimus erga Dominum ſuũ amor ſeruorum Dei hoc loco exprimitur: ſed ille ignis, quo licèt inardeſcant vti fulgura, frigus omninò eſt ad Dei erga illos amorẽ. Vnde opti- D

S. Bern.

mè D. Bernard *ſerm.* 83. *in Cant.* Et cùm (inquit) ſponſa ſe totam effuderit in amorem; quantum eſt hoc ad illius fontis perenne profluuium? non planè pari vbertate fluunt amans, & amor; anima, & verbum; ſponſa, & ſponſus; creator, &

*Amor Dei erga nos.*

creatura; non magis, quàm ſitiens, & fons. Cæterùm etſi minùs diligit creatura, quoniam minor eſt, tamen ſi ex tota ſe diligit, nihil deeſt, vbi totum eſt. Hæc Bernard.

3. Planus hic iſtius loci ſenſus. De alio variè controuertitur; an etiam intelligatur in Filio Dei? Et quidem certum eſt *berexith* non ſignificare Filium, ſed principium, vt præmiſimus: Hebraicè dicendum eſſet, בבן *beben*, in filio. Sed E altiori ſenſu, nec tantùm myſtico, imò & literali Verbum diuinum intelligi nõ eſt mihi dubium;

Origen.

cùm ea ſit ſummorum Patrum ſententia. Origenes hanc vocem, *in principio*, expendens: Quódnã

*Principium Dei verbum.*

eſt (inquit) omnium principium, niſi Dominus noſter Ieſus Chriſtus primogenitus omnis crea-

D. Aug.

turæ? D. Auguſt. In principio (inquit) id eſt, in Dei ſapientia, quia & ipſe Dei Filius principium

Albin.

ſe dixit, quando ei dictum eſt: Tu quis es? & dixit: Principiũ, qui & loquor vobis, *Ioan.* 8. Idem

Ioan. 8. S. Anaſt. S. Ambr. Iunil. Rupert.

conteſtatur Anaſtaſ. Sinaita 1. *in Geneſ.* S. Ambr. *cap.* 4. *Hexam.* Iunilius Epiſcop. Africanus idem, vt probabile aſtruit. Sed eandem ſententiam altiùs comprobat Rupert. Abbas. Reliquis omiſſis

S. Hieron.

A mihi ſatis eſt D. Hieronym. quem in exponendis ſacris literis Doctorem maximum prædicat Eccleſia: cuius hæc ſunt verba *in quæſt. ſuper Gen.* Magis ſecundum ſenſum, quàm ſecundum verbi tranſlationem de Chriſto accipi poteſt, qui tam in ipſo fonte Geneſeos, quæ caput librorum omnium eſt, quàm etiam in principio Ioannis, cæli & terræ conditor approbatur. Vnde & in Pſalterio de ſeipſo ait: *In capite libri ſcriptum eſt de me*, id eſt, in principio Geneſeos. Et in Euangelio, *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Sic Hieronym. Locus verò citatus ex

Pſalm 39.

Pſal. 39. *In capite libri ſcriptum eſt de me*, variè explicatur a Doctoribus, vt videre eſt apud Bellar-

Bellar. Lorin. S. Hieron. S. Ambr. Hilar. Iſidor. Tertul.

B minum, & Lorinum. Ibidem, præterquam à D. Hieronym. refertur etiam à D. Ambroſ. Hilar. Iſidor. Tertull. & à complutibus aliis ad Geneſim, ad quænam tamen eius libri verba non facilè conueniunt: ad prima, ſcilicet, *In principio*, inclinant nonnulli; quod alius durum videtur; vbi enim miſſio Verbi à Patre, voluntáſque ipſius ad obediendum promptiſſima inuenitur in illo *berexith*, ſiue, *In principio*? Miror equidem cur non aduerterint boni auctores in textu Hebræo (nec vulgata verſio pugnat) ita literam deduci: *In capite libri ſcriptum eſt de me*, ibique finiri ſententiã. במגלת ספר כתוב עלי *bimgullath ſepher cathub ghalai*. punctuatur n. ibi duplici nota. Deinde ſub- C ſequitur aliud, *vt facerem voluntatẽ tuã Deus meus volui.* לעשות רצונך אלהי חפצתי *leghaſoth reçonecha Elohai chaphaçethi*, quaſi dicat: In principio Geneſis, ipſo in limine libri omnium primi, quique per antonomaſiam liber dicitur, ego nominor, cùm ſim principium rerum omniũ, vti & fi-

*Obedientia Chriſti.* Pſal 103.

nis; alpha, & omega, Dei ſapientia in qua tu Pater omnia feciſti, *Pſ.* 103. ac licèt tantus ego ſim, tibi perſona deitatéque æqualis, homo tamen factus, & volo, & venio voluntatem tuam in redemptione humani generis executurus.

4. Appoſitè ad hanc ſententiam præpoſitio Hebræa *be*, vt certum eſt, ſignificat etiam, *per, propter*, vertique proinde poſſet, *per principiũ, propter* D *principium*. Nã per Filium Deus omnia operatur;

*Verbum molitur mundũ.*

eſt enim Filius & ſapientia & potentia Patris, quæ duo attributa in rerum molitione apprimè

Clem. Alex.

collucent. Pulchrè Alexandrinus Clemens *ad Gen.* ait Dei Filium Deo Patri, vt creaturatũ laudationem exhiberet, mundum per ſeipſum con-

*Mundi chorus.*

didiſſe. Hoc, ſcilicet, verbum, ubi, ſcilicet, Patri, vniuerſum numeroſè conciunéque exornauit, & elementorum diſſenſionem in ordinem redegit conſonãtiæ, vt ei totus mundus fieret harmonia. Et per Filium Deus omnia gubernat. verumque

Philo. *Verbum gubernat mundum.*

pereleganti metaphora Philo Hebræus *lib. quod Deus ſit immutabilis*, appingit. Verbum (ait) diuinũ choreas in orbem ducit. Etenim, & in Patris glo- E riam concentum reddit, & choros tripudiantium educit, atque etiam in adminiſtratione mundi ſic ſe habet, vt meritò cantus Magiſter, choríque duc-

Clem. Alex.

tor dicatur à Clement. Alexand. *cit. lib.* An non ſingulorum hominum, vrbium, populorum, prouinciarum, integrarúmque gentium cùm ſtatus varios, & innumeras viciſſitudines alternantis ſeſe (vt aiunt) fortunæ, videamus; ab ipſo Deo choreas agi arbitremur? Volẽte enim, ac mouente Dei Verbo in ſpatioſam mundi aream, Medorum, Chaldæorum, Græcorum, Romanorúmq; & aliarũ gentiũ imperia educũtur: ibi geſtire tripudiatéq; videntur, quandiu dominantur: ac ſubin-

*Mundi mutationes.*

de volente mouentéq; Dei verbo iterũ receptui canitur; quieſcunt, diſparẽt; aliáq; illis in orbem,

in

in choreas, in gaudia ſuccedunt. Sed hanc eandem ſententiam ſatius eſt audire ex Philone Hebræo *lib.ſup.indicato.* Vide regionum integrarum, & gentium mutationes. Nónne more nauis, ſúſque déque iactatæ marinis fluctibus, nunc ſecundis ventis, nunc aduerſis vtitur? Nam verbum diuinum choreas in orbem ducit; quod vulgus hominum fortunam nominat. Nihil igitur eſt in humanis rebus, ac negotiis præter vmbram, auráque leuiſſimam, ſine mora præteruolantem; eunt enim vltrò citróque tanquam æſtuatia. Ita Philo. quod egregie probat in Græcorum, Macedonum, Perſarum, Parthorũ, Ægyptiorum, aliarúmque gentium mutationibus, quarum felicitas (inquit) nubis in morem præteriit. Verti etiã poteſt: *propter principium,* id eſt, propter Filiũ ſuũ Deus ipſe mundum eſt fabricatus. In quem ſenſum, Verbum ipſum diuinum homo factus germen ab Iſai. 4. 5. 60. Ierem. 23. Ezech. 34. & alibi ſæpiùs nominatur. Hinc illud eleganter dicitur à S. Irenæo *lib. 4 cap. 23.* Dei filius inſeminatus eſt vbique in Scripturis. Nimirum hic totius orbis hortus, hoc pomarium, hæc vinea, non ad finem alium à Deo primariò condi plantaríque videtur, quàm vt inde hoc germen, hæc arbor, hic fructus, hic racemus Deus homo oriatur. Cohæréntque cum ea ſententia quam egregiè defendit noſter Suar. *in 3. p. diſp. 5. ſect. 2.* Deum primaria intẽtione, & prima voluntate, qua voluit ſe creaturis communicare, voluiſſe myſterium incarnationis, & Christum Dominum, Deum ſimul & hominẽ, vt eſſet caput & finis omnium diuinorum operum ſub ipſo Deo. Quocirca eleganter & piè Rupert. Abb. 13. *de Trinit. cap. 20.* ſic ait: Religioſè dicendum, reuerentérque eſt audiendum, quia propter hunc hominem gloria & honore coronandum Deus omnia creauit. *& infrà:* Rectiùs dicitur non hominem propter Angelos, ſed propter quendam hominem Angelos quoque factos, & cætera omnia. Primariò igitur propter principium, id eſt, Filium ſuum creauit Deus cælum, & terram. Factúſque eſt orbis à Deo palæſtra in qua ad Dei Patris gloriam Filius Deus homo & contenderet, & vinceret, & triumpharet; vt Clem. Alex. *ad gentes,* grauiter philoſophatur. Verbum (inquit) cæleſte verus germanúſque decertator, qui in totius mundi theatro coronatur.

*Mundus inſtar nauis.* — *Christus germen.* Iſa. 4. 5. 60. Ierem. 23. Ezech. 34. S. Irenæ. — *Christus in Scripturis.* — *Christus finis creaturarum.* — Suar. — *Incarnatio Verbi primò à Deo intenta.* — Rupert. Abb. — *Mundus palæſtra Christi.* — Clem. Alex.

5. Rabennu Hacados, id eſt, Magiſter noſter ſanctus lib. qui reuelator arcanorum inſcribitur, ita diſſerit in præſens inſtitutum: Amore matris Meſſiæ, & ipſius Meſſiæ filij eius creauit Deus mundum; ob quod arcanum dictum eſt *Iere. 33.* Niſi pactum meum (ſupple, eſſet,) diem ac noctẽ leges cælo & terræ non poſuiſſem. Vbi ampliùs notatur, nomen Hebræum ברית *berith,* id eſt, pactum, myſticè computari numero 612. quẽ etiam numerũ reddunt hæc duo nomina, Ieſus, & Maria. Scitũ enim eſt apud Hebræos literas ipſas alphabeticas in numerorũ notulas etiam inſeruire. Hinc videas, vel ex opinione exterorũ, ne dicam inimicorũ, haberi, propter Meſſiam eiúſq; parentem Virginem à Deo mundum fuiſſe conditum; Deúmq; in ſeipſo creaturarum molitioni, & gubernationi futuræ intendiſſe, intercedente hoc quaſi pacto; vt videlicet inde ſibi ad ſuã gloriam Deus homo, matérq; ipſius Virgo orirentur, ad quos tota ea conſtructio rerũ ordinata vti ad finẽ, eſſe videretur. Præterea Rabbi Anchelos præſentem locum Geneſeos, *In principio,* explicãs ſic effatur. In principio, nimirũ propter ſapientiam, creauit Deus cælũ, & terram; hoc eſt, amore Vir-

Hacados. — Iere. 33. *Mundus propter Chriſtũ & Mariam.* — Anchelos. *S. Maria principium, & ſapientia.*



A ginis matris Meſſiæ, quæ eſt mundi Sapientia, creauit Deus mundum; propter illam creatus eſt mundus, & propter illam ſuſtentatur. Cõmunis videtur hæc ſententia inter Doctores Rabbinos: nam citatus Hacados adiungit: Propter matrem Meſſiæ, ait Dauid *Pſal. 79.* perfice eã, quam plãtauit dextera tua. Hebr. vt ille legit: & abacum, quẽ plantauit, &c. Similis enim (inquit) eſt abaco mater Meſſiæ; quandoquidẽ ſicut abacus eſt armãriũ quod Principes conficiunt ad collocandum vaſa auri, & argenti, vt gloriam ſuam atque opes omnibus oſtẽdant; ita mater regis Meſſiæ erit armarium, quod Deus conſtruxit, vt in eo ſedeat ipſe Meſſias ad oſtendendã gloriã maieſtatis ſuæ B cunctis hominibus, & Angelis. vide Galat. *lib. 7. cap. 2.* Eſt enim virgo Deipara ſumm Deiq; filium habens in vtero conceptum, in brachiis natum, ad vbera nutriens, abacus diuinarũ omnium opũ, theſaurus diuitiarum omnium, ſcientiæ, & bonitatis, & potentiæ Dei. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cũ propugnaculis, *Cant. 4.* Locus eſt de Virgine receptus communiter; vbi notanda eſt Hebræa phraſis, לתלפיות *letalphiot,* quæ multos ac mirabiles efficit ſenſus; in præſentia ille tantùm expendatur, nimirum: *Ad ſuſpendendũ ora;* quia, vt bene explicat Pagninus, ore ſtupido eam reſpiciunt ob eximiam ipſius turris & fabricæ pulchritudinẽ. contueri poſſunt oculi; C ora tamen eloqui nequeunt infinita diuinæ gratiæ miracula, quæ in Virgine Deipara, tanquam editiſſima rerum omnium turre eminent; viſáq; intuentes reddunt ſtupidos, mutos, elingues. Vertunt alij cum D. Hiero. *Documenta in turrib.* quòd turris alta doceat tranſeuntes viam. Alij, *conſtructa ad diſciplinas.* Et quidem optimè: eſt enim ſciẽtiarum ſanctarum ſcientia Maria; vt auctor, qui Bernardi nomen præfert, inquit *ſup. Salue Reg. ſerm. 1.* Igitur, ô Virgo beatiſſima, vt ſoles in ſalebris flexuoſíſque viarũ mæandris viatores dirigere; vtq; nauigantes nocte illuni, procelloſo mari, cælo irradians cynoſura in portum deducis; ſic precor te in hoc tam difficili tramite gradientẽ D dirigas, ne à veritate aberrẽ; nauigãtẽq; in immẽſo diuinarũ literarũ Oceano ab ſcopulis liberes: inter procellas difficultatũ, inter obſcura myſteriorũ inuolucra velificãtẽ, virgineo vultu, maternóq; fauore irradiãs, & arridẽs, in veritatis portũ optatúmq; huiuſce tui operis exitum perducas.

Pſal. 79. *S. Maria abacus Dei.* — Galat. — *S. Maria turris Dauid.* Cant. 4. — Pagnin. — *S. Maria admirabilis.* — S. Hieron. — *S. Maria ſcientia ſciẽtiarum.* S. Bern. — *S. Maria ducit in portum.*

6. *Creauit.*] Hebr. ברא *bara,* propriè creare ex nihilo, ſcilicet, producere, & non ex præexiſtente materia, quæ propriè ſumpta creatio hîc inuenitur. Hac de re multa diſſerunt Theologi, & Philoſophi. Vide præſertim ex noſtris Ludo. Molin. *in opere 6. dierum ad 1. p.* Bened. Per. hoc loco, & curſum Conimbr. Creatus quidem eſt mundus, & ab alio, (nihil enim à ſeipſo fit, vt lumen ipſũ rationis dictat) quem vocamus Deum. Eſt enim (vt E egregiè inquit Philo Heb. *lib. de mundi opificio*) abſurda opinio, atq; inutilis, mundũ tanquam Rempubl. ſine magiſtratu inducere, cui nõ præfectus, non præſes, non iudex præſit, quem omnia diſpenſare gubernaréq; deceat. Omnipotens Deus bonorum omnium pelagus inexhauſtum, ex omni æternitate ſeipſo cõtentus, ac beatus voluit in tẽpore condito orbe rerum & ſuæ diuinitatis theſauros oſtendere, & creaturis ſeipſum cõmunicare: quod egregiè Nazianz. Greg. *orat. in Natiu. Domin.* ſic proſequitur. Quoniam ſummo illi bono nequaquam ſatis erat, ſua ipſius ſolùm contemplatione moueri; ſed bonum illud diffundi ac propagari oportebat, vt plura eſſent,

*Creatio ex nihilo.* — Phil. Heb. *Deus rerum conditor.* — *Deus bonum ſui diffuſiui.* — Greg. Naz.

*Creatura cur facta.*

quæ beneficio afficerentur (id enim ſummæ bonitatis erat) mundum creauit, &c. At quæret aliquis, ſi bonum ipſum Pater eſt, & conditor rerum, vt cum priſco illo ſapiente apud Philonem *lib. ſupra dicto* loquamur; hoc eſt, ex ipſa Dei bonitate, velut ex fonte creaturarum ſeries profluxit; cur ergo ex infinito & interminato fonte finitæ ac limitatæ in ipſis naturis & qualitatibus prouenerunt creaturæ; cur ex bono ipſo rerum parente immenſæ perfectionis tam imperfecti atque à parente per infinitum interuallum diſſiti filij enati ſunt? Reſpondet Philo Hebræus eleganter in hæc verba: Deus nemine mouente (quis enim erat alius?) ſuopte conſilio decreuit diuitias gratiæ ſuæ copioſè largitérque profundere in naturam nullius bonæ rei per ſe capacē ſine diuina munificentia; attamen non pro magnitudine gratiæ ſuæ beneficus eſt, nimirum infinitæ atque incomprehenſibilis; ſed attemperat ſe ad vires eorum, quos dignatur ſua beneficētia; nec enim ſicut Deus ad benefaciendum natura propenſus eſt, ita creatura ad recipienda beneficia; illius enim potentia largè ſuperat, at huius infirmitas impar eſt eorum magnitudini, ſuccúberétque, niſi Deus pro cuiuſque portione moderaretur ſuam gratiam. Expatiatum igitur quaſi extra ſe mare illud inundare cœpit, omniáq; ſuæ virtutis fœcunditate oblimauit. ab ea tandem diuinæ omnipotentiæ veluti arbore fructus creaturarum, bonitas ipſa diuina protulit, & collegit. Quam ego metaphoram etiam agnoſco in verbo Hebræo *bara*, quod apud Ezech. 23. & Numer. 16. idem valet atque ſuccidere; non tamen impiam iuxtà & inſanam Philoſophiam hîc agnoſcas eorum, qui creaturas, quaſi quaſdam ex ipſius creatoris ſubſtantia partes deciſas eſſe voluerunt. Et verò loco Numerorum citato nō ſuccidere, ſed deciſionem ac ſententiam ferre quibuſdam verti perplacet. Videtur enim tandem euiciſſe diuina bonitas, quodā quaſi litigio cum omnipotentia colluctans; vt bonum ipſum ſuapte natura diffuſiuum ſui, non intra Deitatis ſuæ terminos ſe continens, & eſſet, & viueret, & frueretur bonis; ſed inde ad ſui communicationem rebus à ſe conditis diffunderetur. Quoniam verò diuinæ Trinitatis opera ad extra cōmunia ſunt, vt fides edocet: digitus Dei, ſicut per appropriationem vocatur Spiritus ſanctus, mundum hunc vniuerſum, veluti librum exarauit, vt præclarè contemplatur Baſil. *hom. 11. in Hexam.* Hæc vniuerſa (inquit) mundi moles perinde eſt, ac liber literis exaratus, palàm cōnteſtans ac deprædicans gloriam Dei, illiúſque anguſtiſſimam maieſtatem enuntians tibi intellectuali creaturę. In manus igitur dedit Omnipotens hominibus librum ſuo digito apprimè conſcriptum, quaſi precarium, vti eo aperto, & ſubinde euoluto, nūc Dei omnipotentiā, nunc ſapientiā, modò alia atq; alia Deitatis attributa lectitemus; at quorſum liber aureis notulis pulcherrimè picturatus, myſteriiſque rerum abditarum abundās; ſi tamē illum nec in manum ſumas, nec aperias, nec vel vnū tota vita folium euoluas, nec lineam vnam perlegas? Certè S. Paulus Athenienſibus creatorem prædicans: Fecit (inquit) omne genus hominum inhabitare ſuper vniuerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tempora, & terminus habitationis eorum, quærere Deum ſi fortè attrectēt eum, aut inueniant, *Actor.* 17. Vbi vides creaturarum molitione homines duci mouerique debere, ad quærendum inueniendúmq; creatorem.

*Dei beneficentia.*

*Creatura decisa à Deo quo dicantur.*

*Bonitas Dei in mundi opificio.*

*Spiritus S. mundum scripsit.*

Baſil.

*Mundus liber Dei.*

Act. 17.

*Creatura ducunt ad creatorem.*

Notari poteſt, verbum, *attrectent*, Græcè dicitur ψηλαφήσειν, aut ψηλαφεῖν, quod proprium eſt cæcorum, qui palpando viam quærunt. Nemo eſt enim mortalium ita ſenſu carens, obtuſúſque ingenio, qui ſi velit per creaturarum, quaſi palpationem, recto itinere ad veram vnius Dei cognitionem non perueniat. Eſt etiam muſicum vocabulum; vt placuit Euſtathio; quippe deducitur ex ἅφειν, quod eſt pſallere, aut ψαλτήριον ἅφειν, id eſt, pſalterium tangere: nam per quemdam creaturarum, quaſi chordarū attactum, pulſúmve, & earundem ſonum; quando rerū creatarum contemplationi ſtudemus, Dei creatoris gloriam decantamus. Bellè igitur coniungūntur hæc duo, ברא אלהים *bara Elohim, creauit Deus*, vt hinc edocti per creationem rerum ad Dei notitiam aſſurgamus, ibique creaturæ cum creatore maneamus. Quam in ſententiam grauiter ſic philoſophatur Philo Hebr. *lib. de Abrahamo.* Si cui contigit non ſolùm rerum naturæ notitis, verumetiam Patris, factoriſque omnium; is ſciat ſe ſummū felicitatis attigiſſe faſtigium: nihil enim eſt Deo ſuperius, ad quem ſi quis peruenit obtutu animæ, precandum eſt ei, vt poſſit ibi conſiſtere. Nam arduæ viæ, laborioſæ, tardæque ſunt; deſcenſus autem per procliuia, qui tractim magis fit, quàm gradatim; & velox eſt, & facilis. Et multa ſunt, quæ deorſum deprimunt, quæ nihil poſſunt efficere, quando Deus animam temperatam ſuis potentiis vehementiore momento ad ſeipſum attrahit. Hæc Philo.

*Eustath.*

*Creaturarum harmonia.*

Philo.

*Cognitio Dei felicissima.*

*Procliuitas in vitia.*

7. Non vacat myſterio, verbum creandi operandiq; primò eſſe poſitum, antequā Deus loqui dicerétque dicatur; quod ſcitè admodum D. Cyril. adnotauit. Primò dicitur, *creauit*, deinde, *fiat lux*, &c. vt factum verbo virtutem daret. Hunc eundem ordinem in verbis Iſai. 37. & Oſeæ 10. obſeruat ad hunc modum D. Bern. *ſerm. 37. in Cant.* Seminate vobis ad iuſtitiam, metite ſpem vitæ, & tunc demum illuminare (ait) vobis lumen ſcientiæ. Vltimam poſuit ſcientiam, tāquam picturam, quæ ſtatum habere nequeat ſuper inane; & ideo illa duo præmiſit, & ſubiecit illi, tanquam ſi ſolidum aliquid picturæ ſubſterneret. Securus iam intendam ſcientiæ, ſi vitæ priùs per beneficium ſpei ſecuritatem accepero. Hæc Bernard. Hoc quidem de ſcientia egregiè dictum; commodiùs de doctrina, qua inſtructi alius imbuimus, dicendum eſt. quo in argumento cùm ſæpiùs verſatur D. Ambroſ. tum præcipuè (quod attinet ad præſentem locum) *ſerm. 76.* ſic infit. Si non loquimur verbis Dei gloriā, factis exequamur eius gloriam, quoniam dictis facta priora ſunt. Nam Dominus in Euangelio ita dicit: *Qui fecerit, & docuerit,* &c. Matth. 5. Audis ergo quoniam præcedit factum, ſubſequitur doctrina, ſiquidem benefacere prima doctrina eſt. Ceſſantibus enim verbis hoc ipſum docet hominem opus optimum, dum videtur; quod etſi voce aures non excitet, virtute corda tamen compungat. Quis enim bonum factum videns non gaudeat, miretur, imitetur, ac veluti tacito magiſtro vtens eius exemplo doceatur? Dictis igitur facta præcedunt; imò ſine factis dicta nihil proſunt. Nam ideo & Dominus fieri voluit ſic doceri, ne ſine bono opere, verborum inutilis eſſet & ſuperſtitioſa iactatio; meliùs ergo docemur facto, quàm voce. Sic Ambroſ. Quin etiam tanta eſt operum efficacia, vt ab illis ſuam omnem loquutio, & doctrina, virtutem mutuetur. Vnde illud optimè dictum eſt à S. Leone Papa *ſermone de Ieiuniis*,

*Deus priùs operatur quàm loquatur.*

D. Cyril.

*Exemplum vita efficax.*

Iſa. 37.

Oſeæ 10.

D. Bern.

*Scientia, quàm virtus, minus necessaria.*

S. Ambr.

*Opus quàm vox, potentius.*

Matth. 5.

*Verborum inanitas.*

S. Leo.

*Ieiunio.* Validiora ſunt exempla, quàm verba, & pleniùs opere docetur, quam verbo: Et illud à D. Bernard. *ſerm. 2. de reſurrect.*

S. Bern.

Sermo viuus & efficax, exemplum operis eſt, facilè faciens ſuadibile, quod dicitur; dum demonſtrat factibile quod ſuadetur. Sic Bernard. Iure igitur quàm optimo, vt ſcripſit Theophilus *ad Autol. lib. 2.* Primò quidem principium, & eius creationem nominauit Propheta, deinde ipſum Deum poſuit. Non enim fas eſt Deum temerè, & otioſè, nullo opere ſubiecto nominare. Sic ille. Valde quippe, vt proprium ita gratum Deo eſt operari.

Theoph.
*Deus abhorret otium.*

Exod. 17.

Legimus *Exod.* 17. virgam Dei, eandem ſcilicet eſſe, quæ *Moyſis* ſolita eſt nuncupari; ea verò inſtrumentum erat operationum & miraculorũ. B Et quod amplius eſt, Exod. 7. hæc dicit Dominus: *In hoc ſcies, quòd ſim Dominus. Ecce percutiam virga, quæ in manu mea eſt.* At quæ manus iſta? Nónne Moyſis? ita planè. Cur ergo Deus ipſe manum ſuam vocat? Reſpondet Caiet. manum Moyſis appellat Deus manum propriam, quia iam eum conſtituerat Deum Pharaonis. Sic ille.

Exod. 7.
Caiet.
*Moyſes operando Deus.*

Erat igitur manus Moyſis, manus Dei propter admiranda opera, quæ patrabat, Deus vocatur Moyſes, non quòd eloquens, ſeu vt alij transferunt, non vir verborum; ſed quia erat vir operũ; eleganiùs quidem loquebatur Aaron, at diuinus operabatur Moyſes: quare nuſquam ille Deus Pharaonis legitur. C Ad hæc in nouo Teſtamento eadem ſententia mirum in modum illuſtratur à parente illo beneuolentiſſimo, qui filium prodigum recipiens: *Date* (inquit) *annulum in manu eius, & calceamenta in pedibus,* Luc. 15. Annulus eſt (declarat D. Hieron.) ſignaculum ſimilitudinis Chriſti; hoc ſignaculum in manu datur, quando opera iuſtitiæ Scriptura ſignificat.

Luc. 15.
S. Hieron.
*Opera Chriſtianum ornant.*

Addit etiã Caiet. Annulus (inquiens) ornamentum eſt manus, ac per hoc operum ornamẽta ſignificantur: oportet enim opera non ſolùm ab omni ſpecie mali eſſe aliena; ſed palàm velut decora & ornata apparere. Hæc ille. Iam habes in annulo ſignata virtutum opera; quid de calceamentis dicẽdum? Calceamentum (ait S. Ambroſ.) Euangelij D prædicatio eſt, iuxta Paul. ad Epheſ. 6. *Calceati pedes in præparatione Euangelij pacis.* Vide quãtum excedat pedem manus, annulus calceamenta: & conſequenter operatio doctrinam; quantóque ſit gratius Deo ſanctè operari, quàm ornatè prædicare.

S. Ambr.
ad Epheſ. 6.

Poſtremò notari poterit in verbo, *bara*, tres radicales literas haberi, quæ primæ ſunt, ſua cuique aſſignatæ tribus perſonis ſanctiſſimæ Trinitatis. אב *Ab*, Pater, בן *Ben*, Filius, רוה *Ruah*, Spiritus ſanctus. Quo oſtẽditur vnitas, & indiuiſa natura, potẽtia, virtus, & operatio ad extra creatoris; ſimulque trium perſonarum pluralitas relatiua.

*Trinitatis myſterium.*

Rupert.

Pulchrè Rupertus de Deo, ac Dei matre, creationem mundi, & redemptionem eiuſdem E mutuò comparans, ait: Ille creauit, illa recreauit. Addit Petr. Damian. Per ipſam, cum ipſa, & in ipſa totum hoc faciendum (de redemptione) decernitur, vt ſicut ſine ipſo nihil factum eſt, ita ſine illa nihil refectum ſit.

Pe. Dam.
*S. Maria mundum refecit.*

8. *Deus.*] Hebr. אלהים *Elohim*, pluralis numeri, cuius ſingulare eſt אלוה *Eloha*, parum frequens. quòd *Elohim* in plurali coniungatur cum ſingulari verbo *bara*, phraſis eſt Hebræorum, vt ex D. Hieronymo, & proprietate linguæ ſanctæ doctè admodum colligit noſter Delrio erudítiſſimus. Vulgatúmque eſt apud Hebræos, *Elohim*, in plurali Deum, iccirco vocari ſolitum, ad amplificationem dignitatis Dei, in quo potentia & maieA ſtas ſunt per excellentiam infinitæ potentiæ & maieſtates. Quod etiam pariter in *Adonim* plurali recurrit.

S. Hieron.
*Deus quare pluraliter vocatur.*

Vide plura in hanc ſententiam apud Oleaſtrũ, Delrio, & præſertim in Lexico Pagnini.

Oleaſt.
Delrio.
Pagnin.

Deducitur autem *Elohim* à verbo אלה *alah*, quod eſt iurare, execrari, & maledicere. Punitio enim, quæ à iudice irrogatur, ſatis per ſe dira execratio & maledictio cenſetur à reo, qui punitur. Aduerte primum nomen, quod Deo attributum legimus, eſſe Iudicis, quatenus punit, exercens actum iuſtitiæ punitiuæ; vt nimirum vnus atque idem Deus credatur mundi, & iudex vniuerſorum; quo vana Philoſophia impietatis erroriſque arguitur eorum, qui Deum rerum opiB ficem nullam earundem habere curam & prouidentiam commenti ſunt.

*Dei primum nomen.*

Deinde ſtatim à principio Deus ſub nomine iudicis & vindicantis innoteſcit, vt ſui timore mortales teneat in officio, ac ſi diceret: Ille qui mundum condidit, idem ipſe iudicabit; idem punitor malefactorum, qui creator vniuerſorum eſt. Sic ille.

*Deus iudex.*

Matth. 25.

Rex in Euangelio, qui peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua; poſteà verò regrediens, cœpit rationem ab ipſis exigere talentorum, quę acceperant à Rege. Sic planè creator orbem à ſe conditum tam mirabilem, tã opulentum, tam pulchrum, quaſi à conſpectu abductus peregrè, id eſt, intra ſuæ diuinitatis abyſſum proficiſcens, C hominibus fide, vt ait Clem. Alex. locatum tradidit; rediturus tandem in die iudicij finalis, & antea in vniuſcuiuſque morte, ad petendam rationem à ſeruis accepti, & expenſi: quam creatoris & exactoris futurã rationem contemplatus Propheta timet, & proclamat Pſal. 142. *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, Domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.*

*Deus hominibus mundum locauit.*

Clem. Alex.
*Deus rationem exigit.*

Pſal. 142.
*Beneficentia Dei.*

Quod exponit ad hunc modum D. Chryſoſt. *in Pſal.* 7. Ne tu mecum in iudicio cõtenderis, ne meam vitam cum tuis beneficiis conferendo examinaueris.

S. Chryſ.
Theod.

Theodoretus verò ſimiliter: Si hominum vitæ regulã tuorum legum apponas, nemo ſecundùm has vixiſſe videbitur: ſi autem tua beneficia in medium D attuleris, quæ rurſus humana iuſtitia tuis donis æquiparabitur. Præclarum eſt illud, quod à S. Irenæo *lib. 4. cap. 24.* ſcriptum legimus. Nec Deus (ait) ceſſat aliquando in benefaciendo, & locupletando hominem, neque homo ceſſat beneficium accipere, & ditari à Deo.

S. Iren.
*Gratitudo erga Deum.*

Exceptoriũ enim bonitatis, & organum clarificationis eius homo gratus ei, qui eum fecit; qui plurimum ſemper fructificantibus, & plus habentibus, dominicum argentum daturum ſe pollicitus eſt. Et iterum exceptorium iuſti iudicij eius homo ingratus. Hæc Irenæus.

*Ingratitudo erga Deum.*

Sapienter ergo monet D. Auguſt. *tract. 50. homil. homil.* 36. Gratias agamus diuinæ miſericordiæ; & quantum poſſumus, totis viribus laboremus, E vt beneficia Dei non nobis iudicium pariant, ſed profectum; quãuis enim multum præſumere debeamus de miſericordia Dei, nõ tamen negligenter debemus timere iuſtitiam eius.

D Aug.
*Deus ob miſericordiam ſeuerior.*

Conſonat D. Auguſt. ad illud Iacobi 2. *Superexaltat miſericordia iudicium.* Nam quo maior eſt Dei beneficentia erga homines, eo iudicium eius erit ſeuerius, ſi iidem beneficiis ingrati eſſe conuincantur. Et tanto iudex aſperiùs iudicabit, quanto beneficentiùs pater in homines, quaſi in filios miſericordiæ ſuæ viſcera effuderit.

Iacob. 2.
*Beneficia pariunt iudicium.*

Et quis obſecro ad illud Apocal. 15. non pauebit: *Quis non timebit te Domine, quia ſolus pius es?* Quid quæſo ais, diuine Apoſtole? Imò quis non ſperabit, quis non lætabitur, quis nõ ſecuram vitam aget, cùm

Apoc. 15.
*Miſericordia Dei.*

Deus pius ſit, erga hominum ſecundùm pietatem ſuam metiens, & examinans? at verum quidem eſt: ſuperexaltat miſericordia iudicium. Aduerte inſuper, ſi Rex ille Euangelicus ſeruum

*Iudicium Dei.*

nequam, & infidelem, & vocauit, & damnauit, non quòd talentum ſibi commiſſum malè prodegerit, ſed quòd præ timore abſconderit, infructuoſúmque reddiderit, non illius negotiatione regiam pecuniam adiungens, quæ digna tanto facinore irrogati ſupplicia æquũ eſt in hominẽ, & talentorum prodigum, & beneficia Dei turpiter diſſipantem; imò & qui creaturas ipſas, acceptáque talenta tanquam arma, vt ait Nazianz.

*Nazianz.*

in creatorem ipſum comparauerit? Optimè igitur obſeruat S. Auguſt. *tom. 10. ſerm. 45. in append.*

*S. Auguſt.*

B Irremediabile (inquiens) periculum eſt ſic aliquem vitiis fræna laxare, vt ſe rationem Deo nõ meminerit redditurum. Puto, quia magna ſit iam peccati pœna, metum ac memoriam futuri perdidiſſe iudicij. Sic Auguſt.

9. Enimuero non ſine grandi myſterio in ipſo ſtatim rerum conditarum, & Scripturarum exordio duo hæc prima connectuntur, *bara*, & *Elohim*, creauit, & Deus; creator & iudex; miſericordia & iudicium. Vt hinc doceamur inter ſpem timoréinque incedere, quod in columna nubis, &

*Spes, & timor.*

lucida, & ardente, qua populus Hebræorum ducebatur, pariter & tegebatur, ſignificari intelligit Clem. Alex. *oratione ad Græcos.* Hoc (inquiens)

*Clem. Alex.*

C ſimul eſt gratiæ, & timoris, iudicium; ſi obedieris, lucem; ſi non obedieris, ignem. Eandem ſignificationem reperit D. Bernard. in illa pia prudentia pietatéque, prudenti beatiſſimæ Magdalenæ, non vnum, ſed ambos Domini pedes oſculantis.

*S. Bern.*

Pedes (inquit) iſti ſunt miſericordia & iudicium; quorum alterum ſine altero oſculari, vel temeraria ſecuritas eſt, vel deſperatio fugienda. Pluráque perſequitur in hanc ſententiam *ſerm. de ſancta Maria Magdalena.* Quod factitaſſe ſe dicit Regius Vates Pſalm. 100. *Miſericordiã & iudicium cantabo tibi Domine.* Et hæc duplex eſt homini cuique materia ad diuinum obſequium,

*Pedes Chriſti.*

*Pſal 100.*

*Miſericordia, & iudicium.*

D quod à Vate dicitur Cantus; vt amet, vt timeat; vt Deum benefactorem amet, vt Deum vindicem timeat; ſecurò ſic ad cælum via teritur; imò & ſecurò quieſcitur ac dormitur, iuxta illud Domini præcipientis Ezechiel. 4. *Et tu dormis ſuper latus tuum dexterum ſecundo.* Item eòdẽ ſpectat ille ſponſi fauor: *Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*, Cant. 2. Iudicio enim Dei vindicantis nihil magis aduerſum, nihil magis ſiniſtrum; miſericordia verò eiuſdem nihil magis dexterum, amicum, beneuolum. Denique in cruce ſua Dominus iam moriturus duo hæc exercuit, & nobis commendauit. Sic enim S. Aug. *tom. 10. ſerm. 45. in append.* Poſitus (inquit) in patibulo verus arbiter in medio damnatorum, ne-

*Ezech. 4.*

*Cant. 2. & 8.*

*S. Auguſt.*

E gantem latronem repulit, ſuſcepit confidentem: hunc deputat regno, illum relinquit inferno. Per hæc ergo credamus in maieſtate iudicaturum, quem iam in cruce & miſericordiam videmus exercere, & iudicium. Haud prætereundum cenſeo primò verbum, *creauit*; deinde nomen Dei iudicis apponi. Ea eſt enim Dei benignitas, ac beneficentia, vt priùs factũ, deinde nomen; priùs in facto miſericordiã, deinde in nomine tantùm vindictam & iudicium præ ſe ferat. An nõ Pater eſt miſericordiarum, vt à D. Paul. 2. *Corinth.* 1. vocatur, & Deus totius conſolationis? quem Patris titulum expendit ad hunc modum D. Bernard.

*Deus natura miſericors.*

*2 Cor. 1.*

*D. Bern.*

A *ſerm. 5 de Natali.* Quòd miſeretur, proprium illi eſt; ex ſe enim ſumit materiam, & velut quoddã ſeminarium miſerendi. Quod autem iudicat & condemnat, nos eum quodammodo cogimus, vt longè aliter de corde ipſius miſeratio, quàm animaduerſio procedere videatur. Quoniam ex ſeipſo, & ex natura ſua habet, vt Pater ſit miſericordiarum; aliunde verò, ex noſtris nimirum culpis, illi aduenit, vt vindex ſit, atque iudex. De quo nomine Iſai. 30. ſic ait; *Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandũ.* Vbi de actu iuſtitiæ punitiuæ, déq; iudicio finali effatur Propheta. De longinquo venit Deo hoc iudicis & punientis nomen, tanquam illi

*Deo punire alienum eſt.*

*Iſa. 30.*

*Nomen iudicis & vindicis.*

B valde alienum, ſumméque extraneum, & quaſi ab illius ingenio remotiſſimum; vtpote quem noſtra delicta iudicem faciant. Quod opus ab eodem Vate *cap.* 28. peregrinum ab eo nuncupatur. Quin ipſe Dominus etiam peracuta tranſlatione vſus idipſum ſignificat Deuter. 32. *Si acuero* (inquit) *vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea.* Vbi duo notãda erunt, iudicium, & Dei vindictam vocari fulgur, gladiúmque, ac deinde acui. Et quidem ex Philoſophia habes fulguris materiam à terra vaporante in halitus, &, vt vocant, exhalationes, in altum efferri, quaſi cælum ipſum tonitru mugiens, fulgoribus emicans, terrámque concutiens ſi loqueretur, dicere

*Iſa. 28.*

*Deut. 32.*

C potuiſſet; extraneum ſibi, & peregrinum opus tonandi & fulgurandi; cùm ad illud materiam terra ipſa in ſe congeneret, & cælo in altum ſubminiſtret. O terra, ô arbor, à te ſecuris oritur, quæ te ſuccidit; tuis armis peris; tuo flagras incendio, quod tibi excitas! Ac nullum quidem in hac vita Deus iudicium puniendo exercet, quin ad finem miſericordiæ illud dirigat. Hic enim, (inquit Clem. Alex. *lib. 4. Stromat.*) bonus Deus caſtigat propter has tres cauſas; primùm quidem, vt is, qui caſtigatur, ſeipſo melior euadat; deinde, vt ij, qui poſſunt ſalui fieri, per exempla præparentur admoniti: tertiò ne is, qui iniuria afficitur, contemptui habeatur, & aptus ſit ad iniuriam

*Homo ſibi Dei vindictæ parit.*

*Clem. Alex.*

*Pœnarum tres cauſæ.*

D accipiendam. Sic ille. Deinde vt fulgur & gladium & iudicium Deus acuit: vbi vides moram vindictæ, tarditatem ſupplicij; ſatis enim lentè lapidea moles in multos euoluitur orbes, priuſquam polliatur ferrum, aciéſque ſplendeſcat. Bene Propheta Oſeas 13. *Perditio tua Iſrael.* In nobis acuit diuina iuſtitia gladium, quo mactet: iudicium, quo condemnet; in nobis eſt duritia lapidum, obſtinata ſcilicet ad peccandum contumacia: ac licèt ſupplicium ſæpiùs mereamur; diuina tamen iuſtitia multos in orbes dierum ac temporum euoluta peccandi conſuetudine, paulatim acuit fulgura & gladios, remorante nimirum acuendi opus, imò & acutam iam demum

*Oſeæ 13.*

*Peccandi conſuetudo.*

E aciem, ſæpiùs hebetante diuina miſericordia. Scitè igitur monet D. Aug. *ſerm. 36. in tract. 50. homil.* Quòd tam longo tempore peccamus, & Deus parcit; non eſt negligentia, ſed patientia. Non ille potentiam perdidit, ſed nos ad pœnitentiam reſeruauit. Timeamus ergo iuſtitiam, cuius miſericordiam deſideramus. At nemo deſperet, quãuis multorum ſit ſcelerum ſibi conſcius; iudex adeſt, quem timeas, ſed vbi iudex, ibi mater iudicis. Vbi iudex ſupplicium minatur, ibi mater iudicis: reorum ſpes vnica (Auguſtin.) & perfugium miſerorum (Ephrem.) brachia extendit, ad ſinum inuitat. Quærit Anſelm. cur frequentiùs ac dulciùs virginis Mariæ, quàm Dei nomen homines implorent? Quia (inquit) ille iudex, illa aduocata.

*D. Aug.*

*Deo patientia inuitat ad pœnitentiam.*

*S. Aug.*

*S. Ephrem*

*S. Anſel.*

*S. Maria qualis erga peccatores.*

cata. Poſtremò aduertas Caietano etiam placere, vt Elohim iudea Deus ideo dicatur; quia hîc agitur de rerum creatione, ſecundùm actum iuſtitiæ diſtributiuæ, diſtribuit enim creator ſingulis rebus ſuauiſſimè; ſuis quaſque locis, gradibus ac ordinibus deputando. Cæterùm lapſus hoc loco eſt magiſter Hebræus Caietani: nam vir ſapientiſſimus ingenuè fatetur ſe Hebraici ſermonis expertem. Profectò Elohim, eiúſque radix (vt vel leuiter huius linguæ peritis cunctis compertum eſt) nihil commune habet cum iuſtitia diſtributiua, ſed tantùm cum punitiua.

*Caiet.*

## SECTIO II.

*Cælum & terram. Terra autem erat inanis & vacua: & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas.*

CÆlum.] Apparere incipit mundi fabrica ex nihilo per omnipotentiam creatoris ad eſſe (vt loquuntur Philoſophi) educta. In primis notandum venit quid cæli nomine intelligatur. Ego verò non auſim recedere ab antiquiore & communiore opinione, quam iſtè probat & ſequitur Molina in opere ſex dierum, Delrio, Per. aliíque Doctores, nimirum intelligi cælum ipſum empyrium, per antonomaſiam cœlum, ſimúlque Angelos cum eo creatos. Sed mirabile eſt (inquit Procop.) ſi quis hoc ædificium conſideret; quòd primum expandit cælum, deinde collocauit terram; ac ſi architectus primò faſtigium erigat, poſtea pauimentum paret. Docet nimirum creator, vt primò cælum, dein terrã curemus. Hebr. השמים haxamaim, vbi hæc notari debent. Nominibus cæli ac terræ præponi articulum ה he, vt ſi Luſitanè dixeris, o ceo, a terra. Quia verò ſæpiùs apud Hebræos hæc litera non tam vicem articuli gerit, quàm litera eſt demonſtratiua, & quaſi attentionem faciens, & admirationem; ex quo fit, vt præpoſita ſignificatum reddat inſigniorem; hic efficietur ſenſus: creauit Deus illos cælos inſignes, celebratos, & illã terram inſignem, atque admirabilem. Deinde nomẽ Hebr. שמים xamaim, dualis numeri, cælos, variè deduci, ſi a radice שמה xamah, quod eſt admirari, & obſtupeſcere; fit ſenſus, creauit cœlos ſtupore & admiratione plenos. Et quid quæſo in tota rerum creatarum ſerie magis oculos detinet, ac mentes contuentium magis in ſtuporem conuertit, ſi attentè conſideretur, quam cælum? Si verò à radice שם xem, quæ ſignificat nomen, redditur ſenſus: cælos nominis; Hebraiſmo dicuntur celebres, famoſi, nominati, viri, aut cæli nominis. Pulchrè igitur dicitur, creauit cælum nominis. Tum quia Dei creatoris nomen, potentia & maieſtas, in tam admirabili opificio ſcripta per oculos ab intuentibus legitur ac notatur: nam propterea dicitur Pſal. 103. *Extendens cælum ſicut pellem.* Explicat verò D. Auguſt. *in Pſalm. 93.* Si extenditur ſicut pellis, tanquã liber eſt extentus, vt legatur. Tum etiam dicitur *cælum nominis*; quia liber nominum, Dei quidem manu exaratus nominibus. O illi feliciſſimi, quibus à Domino dictum eſt: *Gaudete quòd nomina veſtra ſcripta sũt in cælis!* Luc. 10. quaſi iam tunc à primæua cælorum conſtitutione videantur in ipſo empyrio beatorũ patria, Dei omnipotentia regia, ſumptuoſiſſimæ & aptiſſimæ fabricatæ ædes, quarum in poſtibus inter aurum & margaritas, de quibus *Apocal.* 21. inſcripta legantur nomina prædeſtinatorum; quem ſenſum Chriſtus Dominus reſpexit his in verbis: *Venite, percipite regnũ, quod vobis paratũ eſt à conſtitutione mundi*, Matth. 25. Et hoc ſatis ſit nobis de cælorum numero, figura, immenſitate, ſitu, ordinéque. quæ omnia, & alia id genus, vt ſapienter monet D. Auguſt. *concion. 2. in Pſal. 32.* multum eſt ad nos inuenire, ſatagamus tamen peruenire. Hoc eſt in creaturarum opificio omnium maximum & pulcherrimũ, de quo bellè S. Auguſt. 12. *confeſſ.* Feciſti Domine cælum & terram; magnum quiddam, & paruum quiddam, vnum prope te, alterum prope nihil. Vnum quo ſuperior tu eſſes; alterum, quo inferius nihil eſſet. Et in quo creatoris virtus atque perfectio euidentiùs adumbratur. Nam, vt canit Vates Regius Pſal. 18. *Cæli enarrant gloriam Dei.* quem locum ſic expendit D. Chryſoſt. *homil. 9. ad populum Antioch.* Tacet cælum, ſed ipſius aſpectus vocem tuba clariorem emittit per oculos. ad eundem verſum ita S. Gregor. Nyſſen. *in Hexam.* Artificioſum (inquit) quod in cælis ea connexionis concentu ſpectaculum viſitur, apud peritos munere fungitur orationis. Sic ille. Profectò cælum & Dei prædicat omnipotentiam, & pulchritudinẽ oſtendit, vt illius aſpectu inuitati, & prorſus conuicti philoſophemur: quæ tandem erit infinita illa maieſtas, quæ pulchritudo ipſius creatoris; cuius opus ac digitorum tantùm, vt habetur *Pſal.* 8. tam mirabiles ſui in contuentium animis amores excitat? atque hinc ad quærendum, laudandum & amandum creatorem, ipſo iam cælo excitante, excitamur. Cæli (inquit S. Ambroſ. *lib. 2. de Abrah. cap. 8.*) enarrant gloriã Dei. velut cùm ſpectatur pulchrum elementum, prædicatur operator. Vnde D. Bernard. *ſerm. 27. in Cant.* explicans illa verba, quæ præmiſimus ex Pſal. 103. *Extendit cælum, ſicut pellem.* Pulcherrima (inquit) pellis, quæ in modum magni cuiuſdam tentorij vniuerſam operiens faciem terræ, Solis, Lunæ, atque ſtellarũ varietate tam ſpectabili humanos oblectat aſpectus, quid hac pelle formoſius, quid cælo ornatius? tam multus eſt D. Chryſoſt. *hom. 35. ad populum Antioch.* in depingendo cæleſtis regni ornatu, & ferè à ſeipſo præ contemplatione, & deſiderio cæli alienus, vt legentis animum inflammet, ſic ait: Cùm cæli partes nobis obiectæ tam pulchræ ſint, & amœnæ; qualia ſunt ſuperiora, & cælum cæli? quis illam ſermo beatitudinem exprimet? heu mihi anima! etenim lacrymare nunc mihi ſuccurrit, & alte ſuſpirare, cogitanti: quibus bonis excidimus, qua ſumus expulſi beatitudine! Ne quis igitur mihi gehennam hic dicat. Gehenna peius eſt omni, hac excidere gloria; & innumeris peius eſt pœnis, illa ſorte priuari. Et tamen adhuc præſentibus inhiamus, neque diaboli verſutiam cogitamus, qui per parua magnis ſpoliat; & lutum præbet, vt aurum rapiat, imò magis auferat cælum; & vmbram prætendit, vt veritate nos extrudat, & in ſomniis phantaſias oſtendit; hoc enim ſunt præſentes diuitiæ, vt cùm illuxerit, omnibus pauperiores exhibeat. Ita ſanctus Doctor in cælum ſuſpirat. Moriens Iacob *Geneſ.* 49. inter alia quæ benedicens dilectum filium Ioſephum præfatur, hoc etiam adiungit: *Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum eius, donec veniret deſiderium collium æternorum.* quem locum poſtea commodiùs explicabimus. Nunc verò expendi tantùm

*Empyrium cælum.* Molin. Delrio. Perer. *Cælum admirabile.* *Cælum famoſum.* Pſal. 103. D. Aug. *Cælum liber Dei.* *Prædeſtinatorum nomina.* Luc 10. Apoc. 21. Matth. 25. S. Aug. *Cæli Deum contestantur.* S. Aug. Pſal. 18. S. Chryſoſt. S. Greg. Nyſſ. Pſal 8. *Cælum aſpectu ſuo allicit.* S. Ambr. *Cæli ornatus.* S. Bern. S. Chryſoſt. *Cælo priuari.* *Diabolus hominem illudit.* Gen. 49.

tantùm oportet, quid ſit illud deſiderium? Hebraicè תאוה *taauah*, ſignificat & deſiderium & terminum. Nam à radice אבה *abah* deſiderare, & à radice תאה *taah* æqualiter deducitur. Eſt igitur in collibus æternis, & deſiderium & terminus: imò & ipſi colles æterni, cælū ipſum, deſiderium, ac terminus iure optimo appellantur. Deſideriū quidem; eò enim iuſtorum in terra degentium cum deſideria, tum ſuſpiria deferūtur; vt D. Bernardus *ſermone* 50. *in Cant.* exclamat. Flens dicit Quouſque adoramus, & non guſtamus, proſpicientes patriam, & non apprehendentes; ſuſpirantes, & de longè ſalutantes? O vera exulum patria! exilij finis! video te, ſed intrare non ſinor carne retentus, ſed nec dignus admitti peccatis ſordens. Ita Bernard. At cur obſecro interius cælum non introſpicimus? ſcilicet ruptis interdum cælis, vt legimus, Prophetæ ſui nō computes bumi procedebant. Vnde propterea (ait S. Cyrill. Hieroſ. *cap.* 9.) ſecundùm maximam ſuam benignitatem Deus velum propriæ Deitatis cælum extendit, ne periremus. Sic ille.

*Cælum terminus, & deſiderium.*

D. Bern.

S. Cyrill. Hieroſ.

2. Hæc ſolet eſſe frequentiſſima ſanctorum hominum contemplatio, qua D. Aug. *lib.* 9. *confeſſ. cap.* 10. ſimul cum matre cælum contuens aliquando ſerena nocte mirificè delinitus: Colloquebamur (inquit) ſoli valde dulciter, & cæleſti patria: inhiabamus ore cordis in ſuperna fluēta fontis tui, vt inde pro captu noſtro aſperſi, quoquomodo rem tantam cogitaremus. Et dum loquimur, & inhiamus illi, attingimus eam modicè toto ictu cordis: & ſuſpirauimus & reliquimus ibi religatas primitias ſpiritus. Hæc Auguſt. Eadem ſubinde cæli contemplatione, ipſiúſque deſiderio Deus omnipotens ſuos in hac vita mirabiliter recreat, vt ardentiùs ad eam felicitatem patriæ poſſidendam rapiantur, cuius vel ſolo deſiderio, etiā peregrinantes demulceantur; dicántque illud cum D. Auguſt. Qui ſic paſcit in vis, in patria quomodo ſatiabit? Cæterùm voluptuoſi homines, filij terræ, oculis ſemper humi defixis, animíſque ad caduca & ſordida turpiter abiectis, hæc deſideria, hanc dulcedinem, vel neſciunt, vel aſpernantur. Vt propterea dictum ſit ab eodem Auguſtin. *tract.* 26. *in Ioan.* Da amantem, & ſentit quod dico; da deſiderantem, da feruentem, da in iſta ſolitudine peregrinantem, atque ſitientem, & fontem æternæ patriæ ſuſpirantem: da talem, & ſcit quid dicam. Si autem frigido loquor, neſcit quid loquor. Sic Auguſtinus. *Taauath* etiam terminus eſt, vt diximus. Quare hinc videtur adnotaſſe Philo Hebr. de mundi opificio, quàm appoſitè cælum Græci vocarint οὐρανὸν. Ὅρος enim (inquit) terminus eſt. Idem *lib. de ſomnijs* vocat terminum. Et quidem optimè cælum, terminus dicitur humanæ cognitionis, ſed in quem diligenter intenta non facilè rei ipſius veritatem aſſequitur: vt bellè obſeruat idem Phil. *lib. cit. de ſomn.* ad hunc modum. Hæc & huiuſmodi omnia in cælo, quod eſt præcipuum mundi corpus, incerta, incomprehenſibilia coniecturis veriſimilibus magis, quàm certis veriſque rationibus vtuntur: vt iurare fas ſit, neminem mortalem poſſe vnquam quidquam horum certò percipere. Sic ille. Terminus cælum eſt noſtrorum ſcilicet affectuum. Nam quis alius peregrinantium, dolentium, ſuſpirantium in virtutum operibus deſudantium, Deóque ſeruientium: & quis denique alius humanarum omnium actionum, imò & cogitationum terminus, aut eſt, aut eſſe debet, quàm cæli poſſeſſio,

D. Aug.

*Sermocinari de cælo.*

*Cælum paſcit homines.*

D. Aug.

*Homines cælū contemnunt.*

Phil. Hebr.

*Cælum quiſſit terminus.*

A æternorum bonorum fruitio, Deique ipſius viſio? Quid nos (clamat S. Ambroſ.) quorum ſtipendium immortalitas eſt? vtique in cælo poſſidenda. Terminus item diuinorum operum: vt enim Tertul. ait: Summa voluntatis Dei (atque etiam operum, quæ ab ipſius voluntate efficaci emanauerunt) eſt ſalus eorum, quos adoptauit. Ac ſane quàm aptiſſimè potuit primò cælum, deinde terra. Creauit Deus cælum & terram. Debet enim eſſe noſtrorum ſtudiorum hic primus quaſi ſcopus, nimirum cælum. Rectè enim à Clem. Alex. *pedag. cap.* 1. dicitur: Æterna appetitio detecta eſt in prædium intelligens. Planè homo eſt quoddam frumentarium prædium, in B quo primam quaſi ſementem, ſui cæli æternæq; beatitudinis deſiderium & appetitū creator ipſe inſeminauit. Eſt homo rationale ædificium, in quo primum pro fundamento cæmentum deiicitur, cæleſtium bonorum appetitio. Præterea terminus dicitur: nam, vt in Hebræo textu videre eſt, quemadmodum primo capite cælum & terram legimus; ita in ſecundo, cùm rerum ſuo ordine creatarum, quædam quaſi ſumma præſcribitur, inuerſum habetur: Fecit Deus inde terram & cælum, עשות יהוה אלהים ארץ ושמים, *ghaſoth iehouah Elohim ereç vaſamaim.* Itaque primò cælum, deinde cælum vltimo ponitur, vt aptiſſimè dicamus; à te principium, tibi deſinet. Nimi-C rum à cælo ordiamur vitam, in cælum vitam terminemus: cælum, & amorum, & ſtudiorum, & curarum noſtrarum idem ſit principium, & finis, alpha & omega.

S. Ambr.

Tertul.

*Salus operum finis.*

Clem. Alex.

*Appetitus bonorum ad cælum.*

*Cælum eſt initium, & finis.*

3. Nec erit aliquid in vita pro aſſequenda virtute, pro ſalute animæ comparanda, tam arduum, támque amarulentum; quod, ſi oculi, & cum oculis pariter animus, in cælum intendantur, non leue ac dulce fiat. Ezechiel. de ſe ipſo narrat cap. 1. *Cum eſſem in medio captiuorum, aperti ſunt cæli, & vidi, &c.* Notat optimè Origen. *hom.* 1. Deorſum videt labores, ſed ſurſum eleuans oculos, apertos ſuſpicit cælos. Hæc ille. Mirificè oblector, cùm apud Philonē *lib. de ſom-*D *nijs* lego illam pulcherrimam de cælo ſententiā, quæ licet Platonica & Pythagorica videatur; certè ad verum & catholicum ſenſum facilè deduci poteſt. Igitur de cælo abſolutè ſumpto (non Empyrio tantùm) ita diſſerit. Quæ laudare hymniſque celebrare ſuum Patrem & conditorem poſſunt, ſunt hæc duo; cælum, & mens. Nam homo hunc præcipuum honorem ſortitus eſt, præter animalia cætera, quòd Deum colit. Cælum perpetuo concentu ſuorum motuum reddit harmoniam ſuauiſſimam: quæ ſi poſſet ad noſtras aures peruenire, in nobis excitaret impotentes amores, & inſanum deſiderium, quo ſtimulati, E rerum ad victum neceſſariarum obliuiſceremur, non paſti cibo, potúque per fauces demiſſo; ſed quemadmodum immortalitatis candidati, conſummatæ muſicæ diuinis cantibus: quales cùm Moyſes extra corpus raptus audiuiſſet, fertur per quadraginta dies, totidémque noctes, nec panem nec aquam guſtaſſe. Itaque cælum inſtrumentum muſicæ archetypum videtur mihi, non propter alia ſic elaboratum, quàm vt rerum Patris hymni ſcitè decantentur, & muſicè. Hactenus Philo. At ô pudor! Cælum, & terra (ait S. Auguſt. 10. *conf.* 6.) ſurdis loquuntur laudes Dei. Anaſtaſ. Sinaita *lib.* 1. *Geneſ.* exiſtimat hiſce verbis, *In principio creauit Deus cælum & terrā*, ſignificati diuini Verbi incarnationē. Fecit (Inquit) cælum, &c. id eſt, placuit Deo, vt fieret cælum tanquam

Deus,

*Cælum laborum mitigat.*

Ezech. 1.

Origen.

Philo.

*Cæli concentus.*

*Moyſes cæli concentum delinitus.*

S. Auguſt.

Anaſt. Syn.

*In armatio Verbi mediumundi.*

Deus,& terra Ieſus homo. Sed quorſum (quæres) ſtatim ineunte mundo myſterium incarnationis adumbrari neceſſe eſt? Reſpondet elegantiſ-

S. Anaſtaſ.

ſimè idem Anaſt. Sciebat enim Deus fore, vt hęc ſenſibilia paterentur, & malè afficerentur, & corrumperentur à peccato Adæ; quare ſua benignitate præuenit mali, quod mundus erat paſſurus, incurſionem; ante vitium & morbum parans

Sinai.
Iſa. 61.

medium. Rectè Sinaita cohæret cum illo *Iſa. 61.* vbi dicit Meſſias ſe miſſum à Deo in mundum, vt mederet (ait) contritis corde. Medium ſcilicet ſeipſum appellat, quo nomine alibi ſæpiùs vocatur à Prophetis; multóque luculentius congruit

Ad Eph. 1.
*Incarnatio Verbi renouatio mundi.*

cum illo Pauli ad Epheſ. 1. *In diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis, & quæ in terra ſunt, in ipſo.* Creauit etiam Deus cælum, vtique animatum; ſic enim vocat

S. Ioã. Dam.
*S. Maria cælum cælo dignius.*

Virginem Dei matrem S. Ioan. Damaſc. *ſerm. de dormit. Mariæ*, cælo iſto, quod intuemur, longè præſtantius. Iſtod Deus creauit, ſed non in ipſo natus eſt; in eo & lites, & prælium, & peccatum, & à Deo defectio, & in Deum proditio, extiterunt, ibique nati dæmones. At in Virginis vtero,

*Diaboli in cælo nati.*
Pſal. 113.

cui conuenit illud Pſalm. 113. *Cælum cæli Domino.* Deus ipſe factus & natus eſt homo; in Virgine nihil non purum ſanctúmque extitit; tota illa formoſa, tota Deo grata, tota Deo plena, tota Spiritu ſancto obumbrata. Non incongruè Phi-

Phil.
*Hominum tria genera.*

lo diſcrimen loquendi in Scriptura obſeruans, quòd alij terrigenæ homines, ſcilicet terræ, alij cæli, alij Dei dicantur, adiungit: Terræ dicuntur homines, qui venantur voluptates corporis, & harum vſumfructum quærendo vtcunque ſingularum materiam: cæli homines, qui tenent artes, ac ſcientias autem ſectantur. Quod enim noſtri cæleſte eſt, mens eſt; Dei verò homines Sacerdotes, & Prophetæ ſunt. Ita Philo.

*Terra cum poſt cælum nominatur.*
D. Aug.
*Virtus quid ſit.*

4. *Et terram.* ] Terra ſecundò à cælo nominata eſt rectus hic & naturalis ordo, vt in prima creatione, ſic in deſiderio ſtudióque hominum obſeruari debet. Virtus eſt, vt vult D. Auguſtin. nihil aliud, quàm ordo amoris: abundéque ſatis electæ illi animæ præſtitum à cæleſti ſponſo

Cant. 1.

eſt, *Cant. 2.* Cùm introducta in cellam, penúmque ac theſauros Dei (hæc enim omnia eo nomine ſignificantur,) ita eſt ab ipſo commutata; vt de ſe prædicaret, *Et ornauit in me charitatem.* Terram Deus cõdidit, homini tribuit in vſum; ſed primò, & ſupra cælum condidit, atque ab homine pluris æſtimandum, priuſque amandum & quæren-

*Cælum primò quærendum.*

dum eſſe voluit. Terram primò, deinde cælum, qui amat, & quærit, inuertit ordinem naturæ; & Deo creatori cælóque infert iniuriam. Publicanus iam ſui pœnitens in templo, non audebat

Luc. 18.
Theoph.
*Cælum deſpicere.*

oculos in cælum leuare, *Luc. 18.* Indignos (inquit Theoph.) cenſens, qui cælum aſpicerent, quòd terrena & temporalia potiùs intueri & deſiderare non erubuerunt; pudeat, pudeat hominem cælo natum, & Angelorum candidatum (vt vo-

Tertul.

cat Tertul.) ad ſordida terræ bona deiicere animum. Neque verò patitur Deus inuerti ab homine præſcriptum à ſe ordinem: nam & cælum & terram perdere conſueuerunt, qui terrã, quàm

S. Aug.
*Iudæorum iactura.*

cælum, maluerunt; vt pulchrè dixit Auguſt. de Iudæis, Chriſto Domino & regnum & patriam præferentibus. *Signum magnum apparuit in cælo: mulier amicta ſole, in capite corona ſtellarũ.* Apoc. 12.

Apoc. 12.
*Cælum in capite.*

En cæli ſedes, & pretium; ſcilicet in capite: vt caput coronet, & corpus amiciat, atque exornet. *Et Luna ſub pedibus eius.* En locus naturalis tẽporalium terreſtriũmq; bonorum, quæ lunæ ſymbo-

A lo figurantur; *ſub pedibus*: ibi terra velut luna

*Terra ſub pedibus.*
D. Aug.
Deut. 11.
*Contemptus mundi.*

ſpleneſcit, vbi pedibus teritur, longè à cælo diſſita, quod in capite effulget. Quo in ſenſu D. Auguſt. illud Deut. 11. explicat, *Omnis locus, quẽ calcaueris pes veſter, veſter erit*: adeo veſter erit, quod à veſtris pedibus calcabitur. nec enim tã noſtrum eſt, quàm quod à nobis nihili fit, & habetur deſpectui; & propterea ab eodem Auguſt. dicitur:

D. Aug.

Summa felicitas, nulla cupiditas. Non ſic tamen de terra, terræque bonis miſeri homines iudicãt. Amore enim (ait S. Auguſt. 10. *conf. 6.*) ſubduntur eis, & ſubditi iudicare non poſſunt. Mira ſunt omnia & myſteriis ad hanc vſque horam inexhauſta, quæ in prima ſuarum viſionum Ezechiel

Ezech. 1.
*Cælum dulce onus.*

B Propheta commemorat. Illud cum primis notatu inſigne, quòd cernebatur ſimilitudo ſuper capita animalium firmamenti, &c. Itaque cælum ipſum picturatum ſtellis animalium capitibus imminebat, & quaſi dulce onus portabatur. Adeóq; proinde animalia velociter procedebãt, vt per orbem quocunque impetus ferret, inſtar fulguris raperentur: libero igitur curſu, quà per aërem volabant, quà in cælum euehebantur, quà

*Cæli amor incitat.*

per maria terræque latè patentis ſpatia vagabãtur, dominante ſpiritu, atque obuia quæque perrumpẽte. Et quidem iure quàm optimo, qui cælum capite geſtat, pedibus orbem premit, terræ

*Cæli amans terra dominatur.*

dominatur; & qui primò regnum Dei quærit, C dignus eſt, cui etiam temporalia, quæ contempſerat, adiiciantur. Contemptus igitur & percalcatis terræ bonis, aut veriùs ſordibus, in cælum oculos animóſque leuemus. Amor illuc (ait S.

S. Aug.

Auguſt. 13. *conf. 9.*) attollit nos, & ſpiritus Domini exaltat. Pondus meum, amor meus, eò feror quócunque feror. Dono tuo, Domine, accendimur, & ſurſum ferimur: inardeſcimus, & aſcendimus ad pacem Hieruſalem, in domũ Domini.

5. *Creauit cælum, & terram.* Grandis beneficentia conditoris. Theſauros aperit, effundit

*Dei beneficentia.*

opes, cælum & terram, & quæ illorum ambitu continentur. Communiora, & quæ magis eſſent neceſſaria, Deus omnibus æqualiter impertiuit: D at opes, aurum, argentum non ita fecit communia; fecit enim alios diuites, alios pauperes. bona illa ratio huius diſcriminis affertur a D. Chry-

S. Chryſ.

ſoſt. *homil. 2. ad Popul. Antioch.* Vt vita noſtra conſeruetur, & virtutis ſtudia habeamus; ſi enim nõ eſſent communia hæc neceſſaria, fortè diuites ſola vſi auaritia pauperes ſuffocaſſent. Rurſum, ſi & pecuniæ communes eſſent, eleemoſynæ occaſio ſublata eſſet, & caritatis opportunitas. Pudeat hinc etiã diuites huius ſæculi ex alienis diuitiis, (Deus enim creauit cælum & terram, & quidquid in illis boni ac pretioſi eſt) tam auaros, tam ſteriles eſſe; nec pauperculis ea, quæ vel ſuperſunt, imò & quæ prodiguntur, elargiri: cùm vi- E deant Deum ex theſauro bonitatis ſuæ cælum & terram omnibus creaſſe; at timeant Dei iudicium: idcirco enim iudex Elohim beneficentiam ſuarum opum præſtitit, vt eleemoſynas in pauperes exigat à diuitibus. Sed quid ô miſer auare

S. Baſil.

(inquit D. Baſil. *hom. 7.*) iudici reſpondebis, cùm tibi obiiciat: Parietes veſtis, hominem nõ veſtis. Equos phaleris ornas, fratrem tuum laceris ami-

*Eleemoſyna commendatur.*

ctum pannis aſpernaris. Frumentum retinendo perdis, eſurientes non reficis. Sic Baſil. Profectò ſi diues cælum reſpiciat, à cælóque hauriat lucem; non ita ſe terræ terreniſque ſordibus tradet, vt ad imitationem Dei cælum fabricantis, atque ipſius cæli ſolem ſuum extendentis, & pluuias diſpenſantis ſuper bonos, & malos; & quod

amplius

amplius eſt, propter amorem Dei, & lucrum cæli, ſua bona indigentibus diſpertiri oolit. Leuentur in cælum oculi, & facile ſuauéque erit manibus in alendos pauperes abundè terræ opes diuidere. Quemadmodum Chriſtus Dominus feciſſe traditur *Ioan.6.* in miraculo quinque panum. Subleuauit enim inprimis oculos in cælum, & deinde manibus diſtribuit panes. Cæterùm de hoc genere iniquorum hominum dictum eſt in

Pſalm. 73.
S. Auguſt.
*Auari terrei, & iniqui. Terra cæli ornamentum.*

Pſal.73. *Obſcurati ſunt terra domibus iniquitatum.* Vbi D. Aug. Qui attendunt ad terram, obſcurati ſunt, & repleti ſunt terra: intrauit in oculos eorum puluis, & excæcauit eos, quia corda habent iniqua. Sic Auguſt. Sed quid eſt, quod cum cælu terra ſimul condita ſit? An non præſtantiſſimum corporum omnium cælum, huius infimi ſocietate dedecoratur? Pulchrè nihilominus illud ab

Alcuin.

Alcuino dicitur de hac telluris creatione: Cęleſti pulchritudini conſultum eſſe voluit creator. Nimirum terræ creatio nonnihil decoris attulit cælo; vt iſtud ageret, virtutum ſuarum impreſſiones luc...que diffunderet: quod tamen in ſpatiu inani effici haud poterat. Deinde, vt in terra homines naſcerentur; qui cæli pulchritudinem & magnitudinem, motúſq; tam varius & ratos ſuſpicerent, atque admirarentur, illiúſq; contem-

*Homines cælum decorãt.*

platione in Dei conditoris notitiam amorémq; ducerentur. Præterea, quia multi futuri eſſent in terra homines, qui vitã Angelorum imitati, ipſorum tandem ſedes, quæ vacuæ priùs erant, poſſi-

*Chriſtus terra accola.*

derent. Maximè verò, quia Deus ipſe homo factus in terra eſſet vitam aliquot per annos acturus. Et quidem rectè ſe habent hæc omnia. Ve-

Pſal.84.

rum enimvero terra noua eſt, de qua Pſalm. 84. *Benedixiſti Domine terram tuam.* Itémq; terra noſtra dabit fructum ſuum. Igitur cæleſti pulchritudini conſultum eſſe voluit Deus, quãdo illam creauit, præcipuè quando in altum tandem euexit regeneratam immortalitate, nempe ſemper

*S. Maria cælum exornat.*
D. Anſel.

virginem Dei matrem Mariã. Sed de hac re dubciter admodum ita loquitur D. Anſel. *lib. de excel. Virg. cap.*8. O dies tanti occurſus glorioſa, & felix! Dies tam præclaræ exultationis beata & celebris! Dies tam ſublimis glorificationis feſti-

*S. Maria aſſumptus in cælos.*

ua, & omni ſeculo admirabilis! Dies enim illa non ſolùm te, Domina, ineffabiliter ſublimauit, ſed cælum ipſum, quod penetraſti, necnon cuncta, quæ in eo ſunt, noua & ineffabili gloria decorauit. Noua quidem cælum gloria decorauit; quia priorem gloriam eius, ex præſentia tuã, vltra quàm dici poſſit, aut cogitari, magnificauit. Nam cùm tu Domina illuc aſcendis, noua illud, & præcellenti virtutum tuarum dignitate irradias; immenſáque miſerationum tuarum & gratiarum luce perluſtras. Hactenus Anſelm.

*Terra inanis, & vacua quid ſignificet.*

6. *Terra autem erat inanis & vacua.*] Hebr. תהו ובהו *tohu, vabohu*, ſolitudo, & inanitas. Interpres vertit, in concreto, vti etiam ſcelus pro ſceleſto ſumitur. Etſi autem hęc duo verba idem videantur ſignificare, & facilè vnum pro altero ſumatur, nonnihil tamen diſſident. Etenim *tohu*, vanitas, vanũ, dicitur in eo ſenſu, quo dicimus quidpiam vanum, quando ſuo fine fruſtratur: vt fundamentum ſine parietibus, domus ſine habitatore, terráque primò creata erat ſine animantibus,

Iſa.49.

Luſitanè *debalde*, quemadmodum Iſa.49. legitur: *Laboraui*. לתהו *letohu*: id eſt, *in vanum*. Poſui laborem, ſed fruſtrà, quia finem mei laboris handã conſequutus. At *bohu*, vacuitas, reſpicit quidem locatum, aut locandum; terra enim carebat habitatoribus, quibus repleretur. Ac fortaſſe icir-

A cu terra primitus *tohu*, inanis, fruſtrà, in vanum facta dicitur: quòd iam tunc præſignificabatur, quam multi (pauci enim ſunt electi) quos terra productura eſſet, inanes, in vanum, ac fruſtrà eſſent in lucem & in vitam prodituri. De quocunque enim ex infinito reproborum numero veriſſimè dici poteſt illud à Domino de Iuda proditore: *Melius eſſet ei, ſi natus non fuiſſet homo ille*,

*Reproborum vanitas, & multitudo.*
Matth. 26.
Prouerb 6.

Matth.26. & Prouer.6. *Homo apoſtata, vir inutilis.* Qui enim a Deo recedit, & finem, cui conditus eſt, ſcilicet beatitudinem, non conſequitur: *tohu*, vanitas eſt, fruſtrà natus in mundo. Luſitanè *eſcuſado epor demais*. Meritò igitur peccatores, dum in ſuo infeliciſſimo ſtatu perſiſtunt, terra ſunt

*Peccatorum vanitas.*

B inanis & vacua, inepti ac vani, fruſtrà in orbe nati, ſuperflui, velut ipſæ ſordes. Sunt vacui bonis omnibus virtutum & gratiæ cæleſtis, quę ſola & vera cenſentur bona: ipſamet vacuitas planè videntur, cùm propter ſuperbiam, inanémque elationem, qua nihil inanius: tum etiam, quia quicquid in terra operantur & moliuntur in procreandis liberis, in coaceruandis opibus, in ædificandis ædibus, in conſequendis honoribus, vacuum, inane, & nihili omnino eſt. Ipſique tandem in terra ſcribentur *Pſalm.*1. nimirum in pul-

Pſalm 1.
*Terra ſolitudo, & deformata.*

uere; quem proiicit ventus à facie terræ. Sunt rudes, incompoſiti, informes; carent enim gratiæ virtutúmque ornamentis. Sola videbatur & va-

C cua tellus, nondum animantibus habitata, nondum exculta; imò necdum totus fœcunda ſeminibus ac mineralibus: nec foris irrigua fluuiis, potentans fontibus, diſtincta floribus, herbis amicta, arboribus conſita, vllóve ornatu depicta. Quare Septuaginta bene vertũt ἀκατασκεύαστος, incompoſita; ſeu, vt vertit D. Chryſ. inuiſibilis. Luſitanè, *Naon eſtaua pera ver.* ſcilicet (explicat Procop.) inuiſibilis, id eſt, nondum aliquo ornatu illuſtrata, & ob id necdum ſpectaculo digna. Anaſtaſ. Sinaita 1 *lib. in Geneſ.* in priore illo ſtatu terræ, quo illa vndique obuoluta tenebris, & aquis conſepulta fuit, exprimi arbitratur illum priorem mundi ſtatum ante Chriſti aduentum.

S Chryſoſt.
Procop.
Anaſtaſ. Sinaita.
*Mundus ante Chriſti aduentum.*

D Sic autem ait: Erat præfiguratio prioris ſtatus, vel potiùs tranſgreſſionis & erroris: terra tunc inuiſibilis, quæ non ſolùm non videbatur, ſed nec videbat; hoc eſt, ſtatim ab ortu erat ſine oculis, & cæca, quam excæcauit princeps tenebrarum huius ſæculi: aquæ etiam peccatorum eam obruerunt ac demerſerunt. Fortè, vt iam tunc mortis recordatio commendaretur, antequam terra viueret, ſcilicet in animalibus & in plantis creata eſt, vt adiungit Anaſt. in tenebroſis, & in vmbra mortis, atque aquis ſuffocata. Idé peraquè myſterium reſurrectionis hoc loco, & ſignificari & doceri exiſtimat. Oportebat (inquit) terram à

*Mortis recordatio.*
*Reſurrectio figuratur.*

E Deo factam ſtatim ab initio tãquam condemnatam, & abyſſo tanquam inferis traditam, tertio die exurgere; dicitur enim: *Congregentur aquæ, & appareat arida.* D. Chryſoſt. expendens quare dicatur terra inuiſibilis: Cuiuſnam rei (inquit) gratia cælum clarum & abſolutum creauit, terram autē deformem effecit? Neque hoc (reſpondet) temerè factum. Sed vt cùm didiceris meliorem creationis partem ab eo formatam & abſolutam poſtea neque de aliis dubites, neque putés tale quid virtutis infirmitate factum. Etenim, vt præclarè dixit D. Auguſt. Deus omnipotens, neque maior in magnis, neque minor in paruis apparet. Quod Pharaonis maleficis euenit, *Exod.*8. quaſi æquali Marte, parique victoria maleficorum magia cum Moyſis virga, Deique virtute

S Chryſoſt.
*Terra cur primo deformis.*
S. Auguſt.
*Dei omnipotentia in minimis.*
Exod 8.

conter

concertarat, in virgarum ſerpentiúmque mutua metamorphoſi, in ſanguine ex aquis ebulliente, in ranarum vbique naſcentium infinitis propè examinibus. At in quarto ſubinde prodigio, cum ad vocem Moyſis omnis puluis terræ verſus eſt in ſciniphes per totam terram Ægypti, hoc opus, hic labor fuit.

*Ægyptij maleſici.*

Hic malefici obſtupuerunt, qui-cucrūt magiæ, conclamatum ab hoſtibus eſt: Digitus Dei eſt hic. Mirum, quòd in re tam vili, támque nulla dæmonum vires artéſque conciderint: vt oſtendatur diuina potentia non minùs in minimis, quàm in maximis, imò & in minimis quodammodo magis elucere.

*Dæmonum vires fractæ.*

Aduertit autem Procopius, quintam plagam diuinitus Ægyptiis inflictam appellari manum Dei: quaſi completo (ait) digitorum numero. Vnde conſequenter tertia huiuſmodi vermiculorum plaga, in qua magiæ prorſus exarmari viſæ ſunt, tertius digitus Dei manus nominatur. Digitus quidem Dei per antonomaſiam, digitorum maximus, tertio medióque inter cæteros loco exiſtens: quo nomine Ægyptij maximam omnium præcedentium plagarum iſtam pulueris in minutiſſimas beſtiolas conuerſi acclamarunt.

*Procop.* *Ægypti quinta plaga.* *Ægypti tertia plaga.*

7. Quamobrem Deus omnipotens, ſi quando in minoribus non ita euidenter ſuam omnipotentiam, quoad effectus mirabiles, exerere non videtur, non eſt impotentiæ arguendus; ſed myſterio, & ratione aliqua ſublimiori duci credendus eſt; vti cecidit in præſenti loco de terra inani, & vacua primò conſtructa. Illa inprimis ratio optima eſt, quæ affertur à D. Ambroſ. hiſce verbis, 1. *lib. Hexamer. cap.* 7. Ideo primò facta cælum & terra, poſtea compoſita declarantur: ne verè increata, & ſine principio crederentur, ſi ſpecies rerum velut ingeneratæ ab initio, non poſtea additæ viderentur. Incompoſita terra legitur, & iiſdem à Philoſophis æternitatis, quibus Deus, priuilegiis honoratur. Quid dicerent, ſi ab initio eius pulchritudo vernaſſet? Hæc Ambroſ. Sed mihi potiùs arridet illa ratio, quæ ab eodem ſtatim ſubiicitur. Inuiſibilem (inquit) terram legimus, quia nondum Verbo Dei, & protectione viſitabatur, quæ hominem non habebat; propter quem Dominus reſpiceret in terram. Sicut ſcriptum eſt, *Dominus reſpexit ſuper filios hominum*, Pſal. 13. Sic ille. Hinc videas quanti hominem Deus æſtimet: quantus terræ accedat ornatus ex prædicatione Verbi Dei, atque ex ipſius viſitationibus; quibus cùm terra primò caruiſſet, incompoſita, & informis, atque adeò indigna quæ videretur, à diuino ſcriptore dicta eſt. D. etiam Chryſoſt. luculenter ea de re philoſophatur. Icciro (inquiens) deformem terram creauit; quoniam ipſa eſt nutrix, & mater noſtra, & ex ea facti ſumus ac educamur; ipſáque noſtra patria eſt, & commune ſepulchrum, & variis per eam bonis fruimur. Ideo, vt ne homines ob vſus neceſſitatem, pluſquam dignum eſt, eam veneremur, oſtendit primùm rudem, & abſque forma, & inexpolitam; vt ne beneficia terræ, telluris naturæ; ſed ei tribuas, qui illam ex nihilo, vt eſſet, creauit. Hæc D. Chryſoſt. Quo ex diſcurſu ſanctiſſimi Doctoris multa veniunt penſitanda circa terræ in ipſo ſtatim exordio deformitatem. Ac primò quidem mortalium inſania perſtringitur, qui tam deformi terræ adhærent, vt terreſtrium bonorum, quæ vacua, inania, inconcinna, turpia, immortali animo indigna ſunt, amore incredibili rapiantur. Inanitatem horum bonorum expreſ-

*Deus non ſemper mira operatur.* *S. Ambr.* *Orbis à Deo conditus.* *Hominem quanti Deus faciat.* *Pſalm. 13.* *Prædicatio verbi Dei terram exornat.* *Terra in vſus hominum.* *S. Chryſoſt.* *Dei adſcribenda bona terræ.*



A ſiſſe mihi videtur Ioan. Apoſtol. 1. *Canonicæ* 2. ca in hanc ſummam redigens: *Quicquid eſt in mũdo, aut eſt concupiſcentia oculorum, aut concupiſcẽtia carnis, aut ſuperbia vitæ.* Vide omnia illa quæ rapiunt oculos, animos alliciunt, ambitionem ſuccendunt, partim ſuperbiæ, hoc eſt, meræ nugacitatis & elationis nomine definiri, partim ſolius concupiſcentiæ infirmo incaſſóque titulo perſtringi. Deſideria ergo ſunt omnia bona terræ, voluptates carnis, & mundi diuitiæ. Vbi quæſo ſubſtantia, vbi res deſiderata; vbi bona ab oculis concupita, & à corpore poſſeſſa? Terra quidem erat inanis, & vacua: quid mirum, ſi quæ fluunt à terra, & quæ in terra videntur, non B ſubſtantia, non res, non bona ſint, ſed inanitates quædam, ac ſola deſideria, fames ſitíſque bonorum? Vnde mirari deſinas, cùm videas immortalem hominis animum, etiam in ipſa bonorum omnium terræ abundantia ſatiari nequaquam poſſe. Ecquis enim deſiderio, fame ſitique ſatietur? Hinc regius Vates pronunciauit: *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua*, Pſal. 16. Deinde cùm deſideria faméſque dicuntur bona huiuſmodi, ſignificatur etiam innatum illis malum, quo & cupientes & poſſidentes diſcruciant. Vnde illud S. Auguſt. *ſerm.* 15. *de diuerſis*: Omnis terrena poſſeſſio ſupplicium eſt cupiditatis: vt in ipſis bonis crucietur animus, cui viluit qui tanC ta largitur. Aptiori adhuc nomine vmbræ, ſomniáque bonorum, atque adeò mendacia, quàm vera bona, & appellentur oportet, & ſicuti eorum dignitas poſtulat, deſpicatui habeantur. Quam ego ſubtilitatem à Dauide inſinuari exiſtimo, cùm ad viros Iabes Galaad, qui noctu à Philiſtæis cadauer Saulis Regis è mœnibus ad ignominiam Hebrææ gentis ſuſpenſum rapuerunt: *Benedicti* (dixit) *vos à Domino, qui feciſtis miſericordiam hanc cum Domino veſtro rege: & nunc retribuet vobis Dominus miſericordiam & veritatem.* 2. Reg. 2. Expendi poſſet illud, *Feciſtis miſericordiam cum Domino veſtro rege.* Proh! quàm infelix hominum felicitas! & Rex & Dominus aD deò miſer eſt, vt pro grandi miſericordia, & ſummè laudata à Dauid, ſepeliri neceſſe habeat: & reges & domini ſuam ſepulturam à ſuis ſeruis emendicent? Cæterùm D. Hieron. *de quæſt. Hebr.* exponens verba, quæ ſequuntur (retribuat vobis Dominus miſericordiam, & veritatem) ſic ait: Miſericordiam intelligit in præſenti ſeculo, & veritatem in futuro: quia miſericordia, quæ in præſenti ſeculo tribuitur, ad comparationem æternæ miſericordiæ mendacium eſt. Sic Hier. Quapropter licèt hæc mundi bona à Deo prouenire hominibus credendum ſit, & miſericordia Dei appellentur: ipſa tamen ſunt vſque adeò tenuia, nugacia, omni exſucta ſucco; vt collata E cum cæleſtibus, quæ ſperamus, mendacia nuncupentur. Hinc pereleganter S. Chryſoſt. *in Pſal.* 43. Si velis (inquit) mihi oſtendere diuitem, tunc mihi oſtẽde quando fuerit dies, quando in illam patriam receſſerimus. Nunc autem non poſſum diſcernere inter diuitem, & pauperem: non eſt enim veritas, ſed ſplendida & ſpecioſa vocabula. In ſomnis ſolùm eſt diues. Ita Chryſ. Similiter de aliis mundi bonis ſentiendum. Illuc igitur (vt bene D. Auguſtin.) parentur corda noſtra, vbi omnia vera, omnia ſumma, omnia æterna ſunt. Quare, *Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius, & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas*, Pſ. 39. Hoc ſanè mihi videtur nouum & incredibile; videlicet terræ bona, non modò

*1. Ioan. 2.* *Terra amore indignus homine.* *Mundi bona inania.* *Anima hominis mundo inſatiabilis.* *Pſal. 16.* *S. Aug.* *Mundi bona falſa.* *2. Reg. 2.* *Regum infelicitas.* *S. Hieron.* *Cæli bona, qualia ſint.* *S. Chryſoſt.* *S. Auguſt.* *Pſal. 38.*

vt antea vocari vana, ſed etiam inſana, quippe quæ præ ſui amore inſanire faciunt homines terræ quidem, nõ cælo inhiantes.

*Mundi bona. inſania falſa.*

Denique, quod magis mirandum eſt, non inſanias tantùm appellari, ſed inſuper inſanias falſas. Nimirum in ipſa quoque vanitate, & inſania, ſi quid ſubſtantiæ ſucci, ſoliditatis, veritatis, cogitari poſſet, illúdne in terræ quidem bonis, aut reperiri, aut cogitari poterit. Adeò illa ſunt inania, & prorſus nihil.

D.Ambr.

D.Ambroſ. in eodem argumento verſatus, luculenter diſſerit, cur incompoſita tellus ſuo in ortu fuerit. Erat (inquit) incompoſita, vtpote ſolertis agricolæ inarata cultuiis, quia adhuc deerat cultor.

*Terra incompoſita.*

Erat incompoſita, quia nuda gignentium, nec torris herboſa riparum, nec opaca nemoribus, nec odora floribus, nec grata vinetis. Meritò incompoſita, quæ ornatibus indigebat, cui decerant vitium ſerta gemmantium. oſtendere enim voluit Deus, quia nec mundus ipſe haberet gratiam, niſi eum vario cultu operator ornaſſet.

*Mundi ornatus à Deo.*

Hæc Ambr. 1. *Hexam.* 8.

*Abyſſus quid ſit.* S. Ambr. S.Baſil. S.Auguſt. Thood.

8. *Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.*] Simul cũ terra creatum eſt elementum aquæ, quod hîc *Abyſſus* Græcè dicitur, vt Ambroſ. Baſil. Auguſt. Theod. & omnes communiter intelligunt. Latinè *vorago*, immenſa, & profunda, atque oculis, ſi tunc adeſſent, ob ſuam altitudinem ad vſq; fundum impenetrabilis. Hæc autem moles aquarum terram vndique circuncingebat: in quo voluit creator demonſtrare terram in tempore conditam, & non ab omni æternitate extitiſſe.

S.Ambr.

Etenim demerſa (inquit Ambr. *cap.* 7.) aquis terra deſcribitur, velut cuidam principiorum ſuorum addicta naufragio; & adhuc à nonnullis facta non creditur; quid ſi decorem primogenitum vindicaret?

*Terra naufraga.*

Sic Ambroſ. Caliginoſa erat, & obſcura ex defectu luminis, quo illuſtrari potuiſſet: nõdum enim conditus erat ſol, aliúdve aſtrum; lúxque in orbe nulla: ſed totam illam, elementis poſtmodũ diſtinguendis debitam ſedem, à terra vſque ad cælum, quaſi cauitatem & ſpacium occupabat aqua.

Iob 38.

Sciendum verò eſt, locum Iob 38. *Quis cõcluſit oſtijs mare, quando erũpebat*, &c. non pertinere ad primã creationem maris, opus nimirũ primæ diei; ſed ad congregationem aquarum vnum in lócum; quod quidem in tertio die perfectum legimus, vt noſter Pineda oſtendit.

Pineda.

Hinc iam propoſitum ob oculos habeatur: in materialibus rerum mundique operibus à Deo conditore ſublimiora rerum ſpiritualium, diuinioríſq; mundi, ad ordinem ſupernaturalis gratiæ ſpectantis, ſymbola, figuras, archetypa concinnari.

*Spiritualium rerum figura.*

Naz.

Diuina enim (inquit Nazianz. *Orat.* 18.) ſapiẽtia magnarum rerum multo antè iecit fundamenta. Noſtrũ proinde in conſequentibus erit, vbi, & quando & quibus coloribus rerum futurarum myſteria iam tunc in ipſo naſcentis mundi exordio adũbrarentur, ſedulò adnotare. Informis igitur erat, inutilis, tenebroſa cum telluris elemento, aquarum congeries; & animæ peccatis obrutæ deformitatem, caliginem, ſummámque miſeriam exprimebat.

*Anima in peccato ſtatus.*

S.Chryſ.

Magnæ (vt hîc animaduertit D. Chryſoſt. *homil.* 3.) bonitatis eſt animam reducere ex abyſſo malorum, in qua verſamur. Quo etiã Dei munere funguntur prædicatores, quos (vt ait S. Chryſoſt. *homil.* 1c. *in* 1. *Timoth.*) Deus elegit, vt ſint luminaria, fermentum, magiſtri, ſemina, Angeli in mundo.

S Chryſ. Prou.22.

*Cor humanũ inſcrutabile.*

Scio aliquibus placere vt myſticè per hanc voraginem humanum cor intelligatur, quod inſcrutabile dicitur *Prouerb.* 22. Cuius inſpector, ponderator, probator, illuminator, rectórq; paſſim in ſacris literis, & quidẽ valde honorifico titulo Deus percelebratur.

A

Tantum verò vtramuis in partẽ valet cor, vt quidquid aut boni, aut mali patratur ab homine, in illius abyſſo ſuboriatur. Hinc illud Pſal. 35. *Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo.* Vbi D. Aug. cubile noſtrũ, cor noſtrum eſt: ibi tumultum patimur malæ conſcientiæ, & ibi requieſcimus, quando bona eſt.

Pſalm. 35. S. Aug.

Eſt etiam ſecundùm Baſil. in illud, *Attende tibiipſi*: cor humanum officina vitiorum.

S.Baſil.

*Cor humanũ boni & mali officina.*

Sic enim ait: Cùm is intra arcanã illam cordis officinam, euidentem ſibi, & confeſſam voluptatem depinxerit, peccatum iam illud inteſtinum operatus eſt. Sic Baſil. loquitur verò de cacodæmone, qui tã prodigioſæ picturæ artifex eſt.

B

Ab hac humanarũ ægritudinum omnium fortè miſerrima, nec ſe immunes experiuntur viri alioqui ſanctiſſimi: inter quos D.Bernar. *ſerm.* 32. *in Cant.* de ſe ad hũc modum effatur.

D.Bern.

Non accepi (fateor) vnde aſſignẽ certam notionem inter partum cordis, & ſeminarium hoſtis. Nec multum refert noſtra ſcire, vnde ineſt nobis malum. Vigilandum potiùs, & orandum, vndecunque ſit, ne conſentiamus. Sic Bern. Hinc factum ſuſpicor, quòd omnes Ægyptiorum plagæ tandem oratione Moyſis amotæ ceſſarunt, excepta illa cùm ſciniphes (vt ſcribitur *Exod.* 8.) erant tã in hominibus, quàm in iumentis. Sunt quidem myſticè ſciniphes, ſiue culices,

C

ſordidæ ac turpes cogitationes, quæ à dolio ac vino noſtræ impuræ carnis oriuntur: moleſtum hoc & importunum malum; quod nec ipſa ſolet oratione auerti. pungit homines ac iumenta, iuſtos & iniuſtos: nemo ab hoc bello immunis; vt aut probetur, aut puniatur.

9. Infelix ſtatus deſcribitur terræ, vt cùm dilucescente cælo tenebræ diſparuerint, & emerſa diuinitus ex aquis terra euaſerit: diuina potentia commendetur: & iam tunc edoceatur Incarnatio diuini Verbi, per quam mundus à tenebris errorum, & à ſcelerum inundationibus in Euangelij lucem ac puritatem emerſit.

*Incarnatio Verbi præfigurata.*

Quod his verbis oſtendit Anaſtaſ. Sinait. *lib.* 1. *in Gen.*

Anaſt.Sin.

D

In tot ac tantis malis iacebat è terra genita hominum natura, quando venit plenitudo temporis, vt aſcẽderet ex terreno profundo voluptatum, & liberaretur ab aquis eam ſuffocantibus: & eſſet tranquillitas vndarum, & recederent tenebræ ignorantiæ, & illuceſceret ſplendor cognitionis Dei; & ideo dixit: Fiat lux; hoc eſt, Chriſtus vera lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, *Ioan.* 1.

Ioan. 1.

Porrò tenebrarum nomine intelligunt hoc loco hæretici, vt referunt S. Baſil. & Ambroſ. dæmones ipſos, qui vocãtur poteſtates tenebrarũ, eo quòd mundum iſtum ſuo ſtatim ortu occupantes, vim deinde, vt aiebant, ineuitabilem peccandi hominibus impreſſerint.

S.Baſil. S Ambr.

E

Cæterùm libero hominis arbitrio nulla vnquam vis & neceſſitas infertur, vt fides docet.

*Arbitrij libertas.*

S.Ambr.

Quare optimè D.Ambroſ. 1. *Hexam.* 8. ſic in iſtum errorem inuehitur. Tu ipſe es cauſa improbitatis, tu ipſe dux flagitiorum tuorum, atque incentor criminum. Quid alienam naturam accerſis ad excuſationem tuorum lapſuum? Vtinam te ipſe non impelleres, vtinam non præcipitares; vtinam non inuolueres, aut ſtudiis immoderatioribus, aut indignatione, aut cupiditatibus, quæ nos innexos, velut quibuſdam retibus tenẽt.

*Peccatorem nihil excuſat.*

Et certè in nobis eſt moderari ſtudia, cohibere iracundiã, coërcere cupiditates: in nobis eſt etiam indulgere luxuriæ, adolere libidines, inflammare iracundiam. Quid naturam accuſas,

ó homo

*Senectutis commendatio.*

ô homo? habet illa, velut impedimenta quædam, A
ſenectutem, & infirmitatem. Sed ſenectus ipſa in
bonis moribus dulcior, in conſiliis vtilior, ad
conſtantiam ſubeundæ mortis paratior, ad repri-
mendas libidines firmior. Infirmitas quoque cor-
poris, ſobrietas mentis eſt; iuxta illud: *Cum infir-*
*mor, tunc potens ſum*, 2. Corinth. 12. Illa cauẽda, quę
ex noſtra voluntate prodeunt delicta iuuentutis,
& irrationabiles paſſiones corporis. Quorum igi-
tur nos ſumus domini, horum principia extrin-
ſecus non requiramus, nec deriuemus in alios,
ſed agnoſcamus ea, quæ propriè noſtra ſunt.
Quod enim poſſumus non facere, ſi nolumus;
huius electionem mali nobis potiùs debemus,
quàm aliis adſcribere. Hactenus Ambroſ. Liber- B
tatem humani arbitrij quaſi paternam hæredita-
tem accipimus; & profecti (vt loquitur S. Aug. 4.
*conf.* 16.) à Deo in longinquam regionem, illam
diſſipamus in meretricias cupiditates. & quid
nobis prodeſt bona res non vtentibus bene? Mira
hominis dignitas eſt arbitrij libertas; ſed à prauo
illius abuſu noſtra eſt omnis pernicies.

*2. Cor. 12.*
*Corporis infirmitas.*

10. *Et Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.*]
Quàm mira eſt diuinæ bonitatis beneuolentia!
terruerat homines appellatione iudicis, ſiue iu-
dicum, Elohim; ergo nũc ſeueritatem illam quo-
dammodo attemperans blandiore quodam no-
mine, & iudicium miſericordia præmolliens,
atque noſtris animis timorem incuſſum amo- C
re ſuo, ſinon omnino excutiens, at certè ma-
gna ex parte attenuans, ſpiritum ſuum, atque a-
morem diuinum inducit in orbem, iam tunc mi-
ſericorditer indulgentem omnia ſuæ virtutis be-
neficiis cumulantem: ac denique de mundi ipſius
frigida ingratitudine, & vitiorum redundantia,
quæ ſignificantur aquis, triumphantem, quaſi di-
cat: Si terret iudex, recreet ſpiritus. Dei charitas
forâs mittat timorem. Enimuero piaculum duxe-
rim à communiore inter Eccleſiæ Patres ſenten-
tia recedere, quæ habet Spiritum hoc loco diui-
num, tertiam diuinæ Trinitatis perſonam intelli-
git: nec audiendus eſt, quiſquis Rabbini eam de
vento aſtruit opinionem. Neque verò myſterium D
non eſt, ſpiritum, vbi primò innotuit, ſic inſinuari
(ait S. Aug. 13. *conf.* 6.) poſt cælum ac terram con-
ditam, vt diceretur ſuperefferri. Quia intelligitur
(addit c. 7.) Dei charitas per Spiritum ſanctũ dif-
fuſa in cordibus noſtris: ſupereminens ſcientia
charitatis Chriſti. quid dicã Domine de ponde-
re cupiditatis in abruptam abyſſum; & de ſuble-
uatione charitatis per ſpiritum tuum qui ſuper-
ferebatur ſuper aquas? mergimur, & emergimus.
affectus ſunt, amores ſunt: immundities ſpiritus
noſtri defluens inferiùs amore curarum, & ſan-
ctitas tua attollens nos ſuperiùs amore ſecurita-
tis. Hæc Auguſt. Hebraicè legimus מרחפת *mera-*
*chepheth.* ab Hieronymo *in quaſtiomb. Hebrai.* ver- E
titur, *incubabat*, ſiue *confouebat*, in ſimilitudinẽ vo-
lucris oua calore animãtis. Chaldaicè *inſufflabat*.
Vertunt alij *motabat, volitabat, flabat, fouebat*, ſub-
ſtantiam ſcilicet aqueam, & terram adhuc mo-
lem indigeſtam, & infœcundam, vt quodam qua-
ſi calore vitali prolificam redderet. Hinc enim
omnium viuentium & mixtorum multitudo, ſe-
riéſque vniuerſa educenda erat. Nam doctis vi-
tia placet, vt illa diuini ſpiritus animatio, & quæ-
dam prolifica virtus, nõtantùm elemento aquæ,
ſed ad terram quoque ipſam in ea congerie ſimul
coniunctam extendatur. Quòd ſi peculiare hoc
fuit aquarum priuilegium: profectò mirabili ſtu-
dio ſpiritus Dei aquas confouebat, non tam vi-

*Miſericordia Dei.*

*Spiritus ſanctus in mundi creatione.*

*S. Aug.*

'Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.

tutem iiſdem impertiens ad procreandos piſces
& aues in hominis vſum (quod & maximum erat
Dei beneficium, ſummáque diuini amoris erga
homines demonſtratio) quàm eaſdem iam tunc
ſibi diligens, & ſanctificans ad ſanctiſſimum Ba-
ptiſmi ſacramentum in aqua inſtituendum: vt
nuncupatim Tertul. *lib. de Baptiſmo, cap. 3. & 5.* D.
Hieron. *Epiſt. ad Ocean.* aliique voluerunt. Inter
quos ſic Procop. ſtatim à iactis mundi fundamẽ-
tis gratia Baptiſmi denunciatur, principium ſi-
quidem mundi eſt aqua: & principium Euange-
lij, Iordanis. Hæc ille. Huius ſacramenti gratia
peculiari quodam arcano attribuitur Spiritui
ſãcto. Sic enim ait D. Paul. ad Epheſ. 4. *Signati eſtis*
B *in die redemptionis.* Vbi Caiet. Diem (inquit Bapti-
ſmi, diem redemptionis appellat, eo quòd tunc
redemptio per Chriſtum facta applicatur ad eũ,
qui baptizatur. At D. Chryſ. vocem illam *ſignati*
*eſtis*, ampliùs premens: Hic (ait) ſpiritus nos rega-
lem eſſe gregem oſtendit. Sumus enim Chriſtia-
ni de grege Chriſti, imò grex ipſe Chriſti, ipſius
oues in Baptiſmo, fidei charactere, velut iuſto,
ac Dei ſigillo inſignitæ. Neque verò pugnat
cum hac vitali ſpiritus animatione aquis im-
preſſa, locus ille ad Rom. 6. *Quicunque bapti-*
*zati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius bapti-*
*zati ſumus; conſepulti enim ſumus cum illo per Ba-*
*ptiſmum in morte.* En mors, en ſepultura; en mo-
C ti, en ſepeliri in Baptiſmo. Qui ergo fieri po-
teſt, vt in eodem ſimul agitatio ſpiritus, animatio
vitáque reperiatur? Vtrumq; ſanè operatur vnus
atque idem ſpiritus in ſacro Baptiſmate: & vete-
rem Adamum ſepelit, aquis obrutum, & nouum
in Chriſto hominem regenerat, vt à Greg. Naz.
dictum eſt.

*Spiritus ſanctus ſuper aquas.*

*Baptiſmus præfiguratur.*
Tertul.
S. Hieron.
Procop.

S. Pau.
4 ad Epheſ.
Caiet.

D. Chryſ.

*Baptiſmi effecta.*

Ad Rom. 6.
*Chriſtianorũ inſignia.*

Greg. Naz.

11. Ob eam cauſam à primæuis fidelibus ba-
ptizati, & regenerati, & illuminati dicebantur, vt
videre eſt apud Clem. Alex. *lib. 1. pædag. cap. 5.* Et
quidem in ſacro Baptiſmo illud miraculum diui-
na potentia ſolet operari, quod Iſaiæ Prophetæ,
inauditum & incredibile videbatur, ſi naturæ
ipſius vires quis reſpiciat. *Nunquid parturiet terra*
D *in die vna, aut parietur gens ſimul?* c. 66. Ac ſi dicat,
quod nec in producendis terræ plantis, nec in
procreandis hominibus (quippe hæc duo naturæ
effecta non ſubitò, ſed paulatim, multóſque per
annos ab exortu, vſque ad ſui ſtatus maturitatem
prouehuntur) nunquam ad hanc horam viſum
eſt; hoc in diuini Spiritus viuificatione præſtan-
dum erit. Pulchrè enim hunc locum pertractans
ait D. Ambroſ. Vno die terra non parturit, ſed
parit gratia. Nam quod maius prodigium, quàm
peccatorem filium iræ, Dei hoſtem, ſeruum dia-
boli, addictum gehennæ, in ſacramento immer-
ſum protſus extingui; indéque momento tem-
poris hominem iuſtum, Dei amicũ, & Filium, do-
E nis gratiæ diuitem, cæli candidatum naſci, &
prodire? Remittuntur (inquit Clem. *loco citato*)
peccata vno medicamento pæonio, ſcilicet ver-
bali Baptiſmo, vna eſt gratia illuminationis,
quòd non ſint iidem mores, qui erant antequam
lauaremur. Sic ille. Ibidem etiam explicans illud
Pauli ad Epheſ. 4. *Eratis aliquando tenebræ, nunc au-*
*tem lux in Domino.* hæc adiungit: Qui tingimur,
abſterſis peccatis, quæ diuino Spiritui inſtar
caliginis tenebras offundebant, liberum &
lucidum habemus ſpiritus oculum. Ita Clem.
Ad hunc eundem locum Geneſeos D. Auguſt. 13.
*conf.* 11. oſtendens aquam Baptiſmi efficacem per
Spiritum ſanctum, hæc adiungit: Quia ſpiritus
tuus, Domine, ſuperferebatur ſuper aquam: non

Clem. Alex.
*In Baptiſmo ingens mutatio.*

S. Ambr.

Clem. Alex.

Paul. ad Eph. 4.

Clem.
S. Aug.

reliquit miſeriam noſtram miſericordia tua. Ignorantiæ tenebris tegebamur: ſed diſplicuerunt nobis tenebræ noſtræ, & conuerſi ſumus ad tè; & facta eſt lux. Sic Auguſt. Spiritus ergo

Tertul.
*Baptiſmus in mari rubro figuratur.*

ferebatur ſuper aquas, & vt interpretatur Tertul. ſuperuectabatur; triumphantis more, vt mihi videtur, quippe cùm in ſacro Baptiſmo, velut in mari rubro Pharaonem, illiúſque exercitum & quadrigas, totúmque infernum obruat, ac

Mich. 7.

ſepeliat: & vt loquitur Propheta, proiiciat in profundum maris omnia peccata noſtra. Spiritus quidem Domini ferebatur ſuper aquas: at è contrario ſpiritus malus in aquas præcipitatur, & in aquas immergitur in ſacramento Baptiſmi. Hinc enim eſt, cur tantopere formidarent dæmones, ne à Domino mitterentur in abyſſum,

Luc. 8.
D. Amb.
*Diabolus aquas exhorret.*

*Luc.* 8. Rogabant eum, ne imperaret illis, vt in abyſſum irent. D. Ambroſ. intelligit per abyſſum multitudinem & profundum aquarum: additque: Sed qui docebat voluntates dæmoniorum non eſſe faciendas, præcepit illis, vt irent in porcos: porci autem ſe in ſtagnum aquarum præcipitarunt, vt quod recuſabant dæmonia, non euaderent; ſed digno præcipitio demergerentur. Sic Ambroſ. 1. *Hexamer. cap.* 8. Denique animante & ſanctificante aquas diuino Spiritu, ex aquis naſcimur Christiani, qui propterea piſces in primæua

*Christiani piſces.*

Eccleſia vocabamur. Ideo etiam Christus à veteribus ἰχθὺς *piſcis* appellabatur Græcè; cuius anagrammatiſmus erat, Ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτήρ: *Ieſus Chriſtus Dei filius ſaluator.* Qua de re carmen extat Eritrææ Sibyllæ. Vide Tertul. *lib. de Baptiſmo.* Aug. *lib.* 18. *cap.* 23. Proſp. *lib. de promiſ. & præd. parte* 2. *cap.* 39. Maldonat. *in* 4. *Matth. ad finem verſus, Piſcatores hominum* Sunt igitur Christiani piſces in aquis nati cùm baptizantur, & aquis viuunt lacrymarum in ſecundo Baptiſmo confeſſionis, in quo vitiorum ſordes poſt primū contractas eluunt. Illud etiam non omiſerim, aquas in diuinis literis pro vitæ miſeriis ac laboribus deſumi, vt ſatis euidenter conſtat ex illo

Tertul.
D. Aug.
S. Proſp.
Maldonat.
*Chriſti ſymbolum piſcis.*

Cant. 8.
*Aquæ ſignificant labores.*

Cant. c. 8. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem, nec flumina obruent illam.* Quod præuidens Dei ſpiritus, vitali ſuo calore fouebat aquas laborum, vt hominibus ad delictorum ablutionem, æternæque vitæ præmia elucranda, fructuoſæ prouenirent. Cúmque ſit idem ſpiritus, amor Dei, aquas confouendo & agitando quodammodo faciles, leues dulcéſque reddebat. Etenim, vt ait D. Aug. *lib. de bono viduitatis*, cap. 21. nullo modo ſunt oneroſi labores amantium: in eo enim quod amatur, aut non laboratur, aut &

S. Aug.

labor ipſe amatur. Sic Auguſt. Sint licèt homini fragili ardua Dei præcepta: Spiritus Domini ſuper illa effertur. *Omnia*, in illo dicebat Apoſtolus, *poſſum in eo qui me confortat.* Conforta me (ait

S. Auguſt.

S. Aug. 10. *conf.* 31.) ô Domine, vt omnia poſſim. Da quod iubes, & iube, quod vis. Sic ille. Neque verò Eccleſia Dei perſecutionum procellas rimeat: habet ſponſum Dei Spiritum, qui iam in ipſo naſcentis mundi primordio ferebatur ſuper

*Amore Dei cuncta dulceſcunt.*

aquas, vt iu iis excitatas à dæmone eiúſque miniſtris tempeſtates tranquillet, ac ſerenet, medióque pelago ſuos in æternæ ſalutis portum ſaluos incoluméſque deducat, iuxta illud illud Pſ. 142.

*Perſecutiones Eccleſiæ.*
Pſal. 142.
S. Aug.

*Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam.* Denique vt ait S. Aug. 13. *conf.* 8. defluxit anima hominis in abyſſum. Sed facta eſt lux, vt inhæreret tibi, & requieſceret in ſpiritu tuo, ô Domine, qui ſuperfertur incommutabiliter ſuper omne mutabile. Et in ipſa inquietudine ſatis oſtēdis quàm magnam creaturam rationalem feceris, cui nullo modo ſufficit ad beatam requiem quicquid te minus eſt, ac per hoc ne ipſa ſibi. Sic Aug.

12. Hic idem Dei Spiritus, qui primordio mundi ferebatur ſuper aquas, poſtmodum die Pentecoſtes apparuit, cùm repentè factus eſt de cœlo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis, &c.

Act. 2.
S. Leo.

*Actor.* 2. ad renouandam faciem terræ, atque, vt loquitur D. Leo *ſermon. in Pentec.* quo ſpiritum malignum exſufflaret. Vitam quandā, & animationem prolificam terræ aquiſque priùs indidit; poſtea vitam gratiæ, & veram Eccleſiæ atque animæ cuiúſque (vt ita loquar) animam impreſſit. Nam, autore D. Aug. *ſer. de Pentec.* quod eſt in

S. Auguſt.
*Spiritus S. pugnat, & triumphat.*

corpore noſtro anima, id eſt Spiritus ſanctus in corpore Christi, quod eſt Eccleſia. Spiritus Domini ſuperuectabatur (vt ex Tertul. præmiſimus) nimirum æquitantis & præliantis more, iā tunc bellum illud ſignificans, quod poſtea die Pentecoſtes aggredi cœpit, eū facto de cælo ſonitu, & claſſicum conclamante in ſpiritu vehementi aduenit, vt contereret naues Tharſis, *Pſ.* 47. vt bene interpretantur S. Gregor. Nyſſ. Ruffin. & alij.

Pſal. 47.
S. Greg. Nyſſ.
Ruffin.
*Tharſis ſignificat mare.*

*Tharſis* enim pro mari ſumitur abſolutè, à radice רשש *raſas*, quod eſt depauperare; quia videlicet propter frequentes procellas, crebráque & miſeranda naufragia molti puncto temporis è diuitibus inopes effecti, bonorum omniū atque ipſius vitæ facto naufragio emortui vndarum impetu in littora expuuntur. Alij verò fracta naui ad ſcopulos, vix ſeminudi, aut etiam nudi colluctando euadunt in arenam. Quæ eſt mortaliū omniū

*Mundus mare.*

in hac vita conditio, è mundo tandem fracta naui corporis, bonorum omnium facto naufragio,

*Mors.*

æſtuantibus dolorum ac morborum lethalium tempeſtatibus, ferali ſyndone obuoluti, reuertimur in terram, vnde nudi exiuimus. Ergo in hoc mari magno, procelloſo, naufragiis infami, mortales omnes depauperante, naues liberè volantes Dei Spiritus contriuit. Nam quæ maior atq; opulentior nauis, quàm Roma, Romanúmq; imperium? Ea verò irruente Dei Spiritu conuulſa,

*Naufragium commune.*
*Roma cecidit.*

& confracta, in petrámque impacta, potentiæ feritatiſque tyrannorum fecit naufragium. Sub petra, nimirum ſub pedibus Petri, iacuit Roma, Romæque imperium ſubſidit. Eodē naufragio concitata Dei Spiritu Græciæ mundanæque ſapientiæ nauis prorſus diſparuit. Eodem abſumpta periit idololatria, Gentiúmque ritus impiiſſimi euanuerunt: quo de naufragio vix tabulæ fragmentáque cernuntur quæ inter Sinas, Iaponios alióſq;

*Idololatria diſparuit.*
*Prædicatores Euangelici.*

totos diuiſos orbe populos, Christi Domini prædicatores colligunt ignibus concremāda. Sed meliora ſalubrioráque naufragia perpetuò fieri videmus in Eccleſia, vbi Dei Spiritus aquas cōmouet, & vehemēter naues in mari cōterit. Vis enim (in-

S. Greg.

quit D. Greg. 4. *moral.* 17.) compunctionis valida, mentes noſtras huic mundo, quaſi mari deditas ſalubri terrore cōfundit. Proh! quàm ſalubria pec-

*Confeſſionis ſacramentū.*

catorū, quos à vehemēti ſpiritus impetu abreptos è mari delictis ac delitiis turgido turbidóque pœnitentia in littus eiicit, ad pedes confeſſarij prouoluit? Nā, vt eleganter animaduertit Tertullian.

Tertul.

*lib. de pœnit.* pœnitentia cùm prouoluit hominem, magis releuat: cùm ſqualidum facit, magis mundatum reddit. Deprecemur igitur: Spiritus tuus Domine deducat nos. Ne verò quis timeat ſuorum delictorum turpitudine confuſus, ac perterritus, ſciat ad Deum ſibi accedendum; de

*Dei pietas*
Tertul.

quo pulchrè Tertullianus. Tam pater (inquit) nemo, tam pius nemo, is ergo te filium ſuum,

etſi

*Deo ſimilem.* etſi acceptum ab eo prodegeris, etſi nudus redieris, recipiet, quia rediſti. Igitur (vt loquitur S. *S. Aug.* Auguſt. 13. *conf.* 8.) da mihi te Deus meus, redde te mihi. En amo te, & ſi parū eſt, amem validiùs; hoc tantùm ſcio, quia malè mihi eſt præter te nō ſolùm extra me, ſed & in meipſo; & omnis mihi copia, quæ Deus meus non eſt, egeſtas eſt. Expē-*Anaſt. Sin.* dens hunc locum Anaſtaſ. Sinaita rectè aduotauit, quid ſignificēt hæc duo inter ſe coniuncta, ſcilicet, *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas: dixitque Deus. Fiat lux.* Spiritus (inquit) Dei ſuper aquas hominem initiauit in Baptiſmo. Deinde cùm dixit, *Fiat lux*, docuit myſterium reſurrectio-*Vita Chriſtiani.* nis. Præterea per hoc bonam vitam exigit à baptizato, quæ quidem tanquam lux luceat ante faciem eius. At ne contingat eum eſſe pigrum ad intenſos & vehementes ſudores virtutis, vt qui non ſit habiturus coronas tantorum ſudorum, quarum ſunt participes tantùm futuri, qui labo-*Reſurrectio ſignatur.* rant, eum docet etiam myſterium reſurrectionis; *Fiat lux*, quaſi dixerit, ne putes ad nullum lucrum tibi eſſe ventura certamina: non ita erit. Deerit enim tibi veſpera, per mortem ſcilicet contracta; deinde poſtea fiet tibi mane, dies nimirum reſurrectionis, & æternitatis. Hæc ille. Spiritus Domini, qui ferebatur ſuper aquas in creatione mūdi, idem poſtea ad eiuſdem renouationem ſuper-*S. Maria quale ab Spiritu ſancto.* uenit in illam ſemper virginem Mariam, ex qua Dei Verbum carnem aſſumpſit. Superuectatur in virgine, ac triumphat Spiritus ſanctus: nec enim in creaturis vlla ſe diuino Spiritui æquè imbuendam & ſanctificandam præbuit, atq; Virgo bea-*D. Ambr.* tiſſima. Illa cæleſtium (vt vocat D. Ambr.) aula *Idiota.* Sacramentorum. Illa (vt Idiota loquitur) Apoſtolorum magiſtra, & illuminatrix. Quin etiam, vt Rupertus, & multi alij affirmant, Virgo beatiſſima Dei mater, vt erat Spiritus ſancti aptiſſimū organum, Apoſtolos multa rerum abditarum myſteria euoluens edocebat.

---

## SECTIO III.

*Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucem quod eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris. Appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem: factúmque eſt veſpere, & mane, dies vnus.*

*Deus quando locutus.* *Procop.* 1. DIxitque Deus: Fiat lux. ] Hic primò Deus dicitur loquutus; Dixit Deus: nec dicendo cælum ac terram feciſſe legitur. Procopio ea placuit ratio, ideo in cæli terræque molitione Deum nō eſſe loquutum, quia nondum (inquit) creati erant, qui diuina voce inſtrui docerique debuiſſent. Angelos intelligit, qui paulo poſt cæli terræque productionem, aut ſimul cum iiſdem producti eſſe creduntur. Quare creatis Angelis, qui iam ſubinde audire vocem Dei poterant, cætera deinceps non niſi vocis interuentu creator *Angelos docet creator.* *Procop.* condidit. Quid autem Angelis à ſe creatis ea vocali operatione intimare voluiſſet, explicat idem Procopius ad hunc modū: Voluit eos docere, ſe & ipſorum eſſe creatorem, ne fortuitò ſe crederent extitiſſe; omnem ſequentem creationem in conſpectu illorum peregit. Sic ille. Additque paulo pòſt: Loquutus (inquiens) dicitur, vt declararet ſpirituales inſtruens creaturas, ſe opifi-*Verbi diuini predicatio aſſimanda.* cem, & iudicem eſſe ſui operis. Hæc Procop. Nota igitur hanc ſententiam, qualem ſuæ loquutionis ac vocis Deus ipſe curam habuerit, quantó-



A que illam in pretio æſtimârit; cùm loqui vocémque emittere noluerit ad cælum, terram, aquas, abyſſum, quæ omnia iam creata apparebant: no ſcilicet in caſſum, & ad ſurda atque inanima loqueretur. Quapropter Angelos, qui audirent, vox diuina præſtolabatur. O bone Deus, tempus adueniet, quando loquens Patribus in Prophetis, ac deinde in Filio ad homines, ſic fruſtrà loquutus videberis, vt cælum & terram queſtibus *Dei vocem hominem reſpuunt.* impleas: loquutus ſum, & noluerunt audire; vocaui, & renuiſtis; clamaui, & noluiſtis. Et quod magis mirandum eſt, Dei Filius factus homo clamauit, naſcens, & viuens, ac moriens ad homines; pauci tamen audierunt, plures verò ſurdi, atque omni B ſenſu carentes perſtiterunt. Quam hominum *Surditas hominum.* *S. Auguſt.* ſurditatem vellicans D. Aug. *homil.* 13. *tract. hom.* 50. ita exclamat: Et adhuc ſurdus es? interitum & perditionem nō times? Sic Deus tonat, & ſtertis? Cæterùm, vt Theod. aliíque volunt, in ſacris lite-*Theod.* *Dicere quid ſit?* ris *dicere*, idem ſæpiùs eſt, quod velle, iubere: & cùm Deus dicit, efficere. Velle enim diuinū effi-*S. Ambr.* cax, eſt efficere. Quemadmodū hîc S. Amb. *lib.* 1. *c.* 9. ediſſerit hiſce verbis. Dixit Deus; non vt per vocis organa quidam ſonus ſermonis exiret; ſed vt voluntatis ſuæ cognitionem proderet operationis effectu. Sic Amb. Ita plane ſe habet Deus in ſtatu gratiæ: dicit, & vult omnes homines ſaluos fieri, ſed quia ratio ipſa ſalutis poſtulat, vt etiam C homo velit, & efficaciter velit (ſumus enim co-*D. Aug.* *Opera noſtra requirantur.* operatores gratiæ Dei) Deus ipſe nec dicit, nec vult efficaciter in humanis operibus, nec demum efficit, quin homo ſimul operetur. At omnes volumus ſalutē conſequi, & quis eſt ſui inimicus vt regnū, & cæli regnū nolit obtinere? Verumtamē, vt ait D. Aug. 8. *conf.* 8. deeſt nobis velle fortiter, & *Arbitrium hominis.* integrè: volumus enim, & non facimus, quia non volumus. Sic Aug. Quam volendi & nolendi ſimultaneam contradictionem egregiè proſequitur idem Aug. *cap.* 9. *ſequenti*. Vnde (inquit) hoc monſtrum, & quare iſtud? Imperat animus cor-*Imperium voluntatis.* pori, & paretur ſtatim: imperat animus ſibi, & reſiſtitur. Imperat animus, vt moueatur manus; & D tanta eſt facilitas vt vix à ſeruitio diſcernatur imperium. Imperat animus, vt velit animus, nec alter eſt, nec facit tamen. Imperat vt velit, qui nō imperaret niſi vellet, & non fit quod imperat. Sed non ex toto vult, non ex toto imperat: nam in tantum imperat, in quantum vult, & in tantum non fit, in quantum non vult. Non vtique plena voluntas imperat, ideo non eſt quod imperat: nam ſi plena eſſet, nec imperaret vt eſſet, quia iam eſſet. Non igitur monſtrum, partim velle, partim nolle: ſed ægritudo animi eſt, quia non totus aſſurgit, veritate ſubleuatus, conſuetudine prægrauatus. Hactenus Aug.

2. *Dixit, fiat lux, & facta eſt lux* ] Vbi ſic Am-*S. Ambr.* *Lux commendatur.* E broſ. 1. *Hexamer.* 9. Non ideo dixit, vt ſequeretur operatio, ſed dicto abſoluit negotium. Id quidem accommodatè ad naturam efficacitatémque lucis in operando, vt conſiderat idem Ambr. Sicut enim (inquit) citò lux, cælum, terras, maria illuminat, & momento tēporis, ſine vlla comprehenſione temporis ſurgentis diei ſplendore regionibus noſtro ſe circumfundit aſpectui: ita ortus eius citò debuit explicari. Vide etiam celeritatem *Deus citò beneficit.* operandi, dixit & facta eſt. Citatiſſima quidem eſt diuina bonitas in beneficiis conferendis: vel ſolo momento, quo exoritur, orbem vniuerſum radiis circumquaque diffuſis collustrat. *Et ſanitas in pennis eius*, Malach. 4. Optimè Pro-*Malach.* *Procop.* cop. Prima (inquit) Dei vox omnia repleuit

luce, cuius hæc fuit natura, vt ſua virtute celerius omni cogitatione penetrarit & permeauerit omnia, ſupremis tamen tenuiora & pellucidiora, ſicuti eſt aeris natura. Principium ſimul & finis vno lucis impetu ſunt illuminata: vnóque momento ab initio ad finem vſque lux excurrit. Sic ille. Dicit igitur, efficítque. Eſt quidem, vt rectè D. Ambroſ. prima voti gratia celeritas in tribuendo. quod ſanè proprium Deo eſt. Contrà verò in mundo, inter (dixit, & factũ eſt) multa ſolent intercedere, vt etiam aliquando, ſi dicta, promiſſa, diúque expectata veniant; tã ſerò tamen, tã deſperato animo intempeſtiua ſunt. Quemadmodum Berzelao octogenario, & cum laruis iam colluctanti, Dauidis regia mẽſa ac familiaritas viſa eſt. Panem rex obtulit edentulo ſeni. ſic enim legitur 2. Reg. 19. *Erat autẽ Berzelai ſenex valde, id eſt, octogenarius. Dixit itaq; rex ad Berzelai: Veni mecũ, vt ſecurus requieſcas in Hieruſalẽ, & ait Berzelai ad regẽ: Quot ſunt dies annorũ vitæ meæ, vt aſcendam cũ rege in Hieruſalẽ? Octogenarius ſum hodie. Nunquid vigent ſenſus mei ad diſcernẽdũ ſuaue, aut amarũ? aut delectare poteſt ſeruũ tuũ cibus, aut potus? vel audire poſſum vltrà vocem cantorũ, atq; cantatricum? Quare ſeruus tuus ſit oneri domino meo regi? Sed obſecro, vt reuertar ſeruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & ſepeliar iuxta ſepulchrũ patris mei, & matris meæ.* Proh ſenem ſapientem! omnium bonorum & prudentium ſenum ſpeculum! Promiſſam à rege vitam aulicam, regis familiaritatem menſámque non acceperat, ſenium cauſatus: In regia nunc ſuaue, nunc amarum propinatur; at ſenex ad vtrunque aut infirmus, aut faſtidioſus ebibendum. In aula ſymphonia cantúſque perſonant, chori tripudiant: at ſenex ſurdaſter ad muſicam, ad ſpectacula cæcus; ea tantùm cura ſeni eſt, & mori, & ſepeliri, & in pace quieſcere. Diſcant igitur à Berzelao ſenes, imò (quod maius dedecus) grandæuiores, Prælati, regum aulis obambulantes, & conchyliorum more, regiis ædibus adhærentes: curent mori, & bene mori; curent in pace & cum ſanctitatis exemplo ſepeliri iuxta ſepulchra maiorum Prælatorum, à quibus Eccleſiam regendam ſuſceperunt.

S. Ambr. 2. Reg. 19. Senex prudentiſſimus. Regum aula. Epiſcopi in regum aulis.

3. *Facta eſt lux.*] Lux reliquarum deinceps creationi rerum præmiſſa eſt, ne ſine luce manerent inuiſibiles. Sic enim in gloſſa dicitur: Bene ab æterna luce priùs fit temporalis lux, vt per eam cætera viderentur. Et congrue quidem (ait D. Auguſt.) mundi ornatus à luce inchoatur, per quam cætera viderentur. Hoc ipſum & aliquanto elegantiùs D. Ambroſ. 1. *Hexamer. cap.* 9. Fit (inquit) lux: vnde vox Dei in Scriptura diuina debuit inchoare, niſi à luce? Vnde mundi ornatus, niſi à luce exordium ſumere? fruſtrà enim eſſet ſi non videretur. Hæc Ambroſ. Hinc videas, quàm concinnè Chriſtus Dominus ſuorum, præſertim Apoſtolorum, & eorum qui illorum vices ſuſceperunt, vitam & mores luci perſimiles eſſe voluerit, dicens: *Sic luceat lux veſtra corã hominibus, vt videãt opera veſtra bona, &c.* Matth 5. Non enim ſatis eſt eſſe, ſed & videri; ait D. Hieron. Adiungitque rationem D. Auguſt. Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra. Et illuſtriùs adhuc exponens verba illa 2 Corinth. 8. *Prouidemus bona non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus* · ita diſſerit. Propter nos conſcientia ſufficit nobis; propter vos fama noſtra non pollui, ſed pollere debet in vobis. Duæ ſunt res, conſcientia, & fama: conſcientia tibi, fama proximo tuo. Qui fidens conſcientiæ ſuæ negligit famam ſuam, crudelis eſt, maximè in loco illo poſitus (ſcilicet Epiſcopali.) Hæc Auguſt. *ſermon. de vita clericorum.* Lux etiam cognitionis & ſcientiæ pro ſymbolo habetur: ſed eam fabricatio mundi præceſſit. Condidit Deus initio mundum, deinde lucem protulit, illum ſignificans ordinem, quem Vates in Pſalm. 118. obſeruat, & obſeruandum docet: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius.* Quo loci D. Ambr. Quàm pulcher (inquit) ordo, quàm plenus doctrinæ, & gratiæ! Non priùs, *Qui ſcrutantur teſtimonia*, dixit: ſed priùs, *Beati immaculati in via.* Ante enim vita, quàm doctrina quærenda eſt. Vita enim bona, & ſine doctrina habet gratiam: doctrina ſine vita integritatem non habet. At ſi perfectionem requiras, nec vita ſine cognitione, nec cognitio ſine vita ſit: vtrunque adſtipulatur alteri. Hæc Ambroſ. Idem expendens locum *Matth.* 23. in quo Dominus vocauit Phariſæos ſepulchra dealbata; apponit: Sic eſt doctrina ſine vitæ innocentia; ſed nec ipſa doctrina poteſt mercedem habere ſine vitæ innocentia. Hæc Ambroſ.

S Aug. Lux commendatur. S. Ambr. Matth. 5. S. Hieron. S. Auguſt. 2. Cor. 8. Exemplum vitæ. Fama bona. Pſal 118. S Amb. Scientia & virtus. Matth. 23. S. Ambr.

4. Sed eum eodem Ambroſ. ad commendationem lucis redeamus. *Fiat lux.* Qui ædificium (inquit) aliquod dignum habitaculo patrisfamiliàs ſtruere deſiderat, vnde lucem ei infundat, explorat. Et ea prima eſt gratia: quæ ſi deſit, tota domus deformi horret incultu. Lux eſt, quæ reliquos domus commendat ornatus. Peracutè admodum idem ſanctiſſimus Pater in illo, *dixit, fiat lux*, pro Dei miſericordia & beneficentia commendanda ſic philoſophatur. Quid mirum ſi Deus loquutus eſt lucem, & caliganti mundo lumen emicuit, quando ſi quis inter aquas merſus oleum ore emiſerit, clariora faciat ea, quæ profundi tegebantur occultis? Sic ille. Vbi (vt vides) lucem oleo comparat, lucémque Dei pectori innatam ab ipſius ore quaſi oleum emitti. Quæri ſolet hoc loco, qualis hæc lux fuerit, an ſol nimirum, an alia quæpiam à ſole diuerſa. Duæ ſunt opiniones, ambæque probabiles (nam quid certi ſit, ambiguum eſt.) Prima, quam tuetur Molina, tenet hanc lucem longè aliam eſſe à ſole, qui nondum creatus erat. Secunda aſtruit ſolem ipſum eſſe, tametſi adhuc minùs lucidum, atque informem, quique poſtmodum ſuæ lucis incrementum atque integram perfectionem accepit; ſed de his vide Ludouicum Molin. *in opere ſex dierum*, & Delrio ad hunc locum. At quorſum priùs tenebræ, abyſſus, deformitas in mundo extiterunt, dein lux, & cum luce omnis pulchritudo emicuit? ita moleſtiæ præcedere, gaudia ſubſequi ſolent. Quo in argumento eleganter effatur S. Aug. 8. *conf.* 3. Attexam nonnulla. Plus, inquit, gaudet homo de ſalute deſperatæ animæ, & de maiore periculo liberatæ, quàm ſi ſpes ei ſemper affuiſſet, aut periculum minus fuiſſet. Quanto maius periculum fuit in prælio, tanto maius eſt gaudium in triumpho. Iactat tempeſtas nauigantes, omnes futura morte palleſcunt, tranquillatur mare, exultant nimis, quoniam timuerunt nimis. Edendi & bibendi voluptas nulla eſt, niſi præcedat eſuriendi & ſitiendi moleſtia. Et inſtitutum eſt, vt iam pactæ ſponſæ non tradantur ſtatim, ne vilem habeat maritus datam, quam non ſuſpirauerit ſponſus dilatam. Vbique maius gaudium moleſtia maior præcedit. Sic Auguſt. Ita dum differt, nobis ſua Deus dona commendat.

Miſericordia Dei. Lux prima quæ fuerit. Molin. Molin. Delrio. S. Aug.

5. *Et vidit Deus lucem*, &c.] Frequẽs Scripturarum phraſis, vidit, pro *fecit*, nos videre, & cognoſcere, vt exponit D. Hier *Epiſt.* 15. de iis quæ Deo in ſacra Scriptura tribuuntur. Vidit Deus lucem, quòd eſſet bona. ſcilicet ait D. Ambr. citato ſuperiùs loco; non ex parte Dei, ſed ex generali iudicium eſt. Rectè quidem: nam ea gratia eſt lucis, vt nulli gratiſſima nõ ſit, ipſáque oculis intuentium propoſita per ſe primas ferat omnis commendationis. quod ſubinde ſanctiſſimus Pater eleganter oſtendit his verbis. Bonorum operum proprium eſt, vt externo cõmendatore non egeant, ſed gratiã ſuam, cùm videntur, ipſa teſtẽtur; plus eſt, quod probatur aſpectu, quàm quod ſermone laudatur. ſuo enim vtitur teſtimonio, non alieno ſuffragio. Lucis natura huiuſmodi eſt, vt non in numero, non in menſura, non in pondere, vt alia, ſed omnis eius in aſpectu gratia ſit; propriis itaque ſermonibus naturã lucis expreſſit, quæ videndo complacet, quoniam ipſa vidẽdi officium ſubminiſtrat. Nec immeritò tantum ſibi prædicatorẽ potuit inuenire, à quo iure prima laudatur, quoniam ipſa fecit, vt etiam cætera mundi membra digna ſint laudibus. Hæc S. Ambroſ. Vidit quòd eſſet bona Heb. טוב *tob* ſignificat qualecunque bonum, ſiue vtile, ſiue delectabile, ſiua honeſtum, ſiue pulchrum, decorum, amœnum. quæ ſanè omnia bonorum genera in luce mirabiliter continentur. Habet etiã lux ad cæteras ſui laudationes hanc non poſtremam; vt ea ſignificentur, quæ ſunt optima in rerum naturalium ordine, nimirum ſcientia, ſapientia, intellectus, ratio: in ſupernaturalibus, fides, gratia, caritas, lumẽ gloriæ, Dei viſio beatifica, atq; ipſemet Dei vultus. Canit enim Propheta Pſalm. 4. *Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Heb. נסה: עלינו אור פניך יהוה *neſah ghalenu or panecha, Iehouah.* Eleua ſuper nos lucẽ facierũ tuarũ, Deus. Legũt alij: Erectum eſt ſuper nos vexillum vultus tui; quod quidem venantur ex verbo נסה *neſah.* Aptiſſimè quidem lumen dicitur vexillũ. Vt enim ſublato in altum vexillo milites ad arma vocãtur, & anteſignano vexillum præferente militantium diſponuntur ordines, atque adeò in hoſtem armatæ ruunt phalanges: ſic prorſus oriente ſole, luce circunquaq; diffuſa, homines, & animantes, ad ſua quique officia, rerúmque & vitæ ſtudia ſeſe conferunt. Atque vt altiùs huius loci explicationem deriuemus, oportet adhibere locum Cant. 4. *Ordinauit in me charitatẽ.* Pro quo in Hebræo legitur, ודגלו עלי אהבה *vediglo ghalai ahabah.* Et vexillũ eius ſuper me amor. Hinc admirabilis ſenſus redditur: nimirum ad explicatum, veluti vexillum, cùm Dei amorem, tum vultum ac viſionem in beatitudine perfruendam, iuſtorum animos, quaſi in acie vitæ poſitos ad arma ruere, laboribus incurrere, inſultare periculis; tormenta, probra, mortem deniq; exultante ſpiritu appetere pariter, & oppetere glorioſã. Quid enim (inquit Guarricus Abbas) dulcius poteſt eſſe in præcepto, vbi ſalus eſt in promiſſo. Accedamus mentis affectu ad clariſſimam diuini vultus lucem, & illuminabimur. Nec enim (ait S. Aug. *2. conf.* 6.) blandius eſt aliquid, ô Domine, tua charitate; nec amatur quicquam ſalubrius, quàm illa præ cunctis formoſa & luminoſa veritas tua.

S. Hieron. — S. Amb. — *Lucis ſignificato.* — Pſal. 4. — Cant. 4. — *Beatitudo incitat.* — Guarr. — S. Aug.

6. At quis non ſtupeat, cùm videat lucem, qua nihil pulchrius ac potius, nihílque in commune bonum & vtilitatem profuſius, nihilominus vbi primùm condita fuit, illico ſupremi iudicis exa- A men ſubire; num bona, num ad regulam diuini iudicij directa ordinatáque videretur? Quid iam de tenebris fiet, ſi lux ipſa examinatur? Oportet vt iudicium incipiat à domo Dei. Quid fiet de domo diaboli? *Dies mei, ſicut vmbra declinauerunt.* ait Proph. Pſalm. 101. Optime autem dixerit D. Bernard. Quia ſine fructu. Vt enim ſterilius nihil eſt vmbra, & inanius: ipſa verò cùm pertranſierit, nullũ ſui veſtigium relinquit, nullúmque fructum, vt loquitur Bernard. Sic Dauid tantus Propheta, tam mira ſanctitate præcellens, ſua, eáq; illuſtriora, tanquam ſerenus dies, opera ad oculos Dei normámq; diuinæ legis examinans, vacua & ſine fructu indicabat. Bene addit D. B Hieron. Si dies, quanto magis noctes? hoc eſt, ſi lumen, quanto magis tenebræ? Videtur Moyſes acturus de hoc tam ſeuero Dei iudicio, ne caderet animo, & timori ſuccumberet quiſquis audiret, multa priùs de miſericordia Dei præmiſiſſe, Néve etiam quis Deum nimiæ ſeueritatis inſimulet, ſcire proinde debet, quàm miſericors & patiens eſt, atque adeò, non niſi coactus ad iudicandum procedere conſueuit *Dominator* (inquit) *Domine Deus, miſericors & clemẽs, patiens, & multæ miſerationis ac verax, qui cuſtodis miſericordiam in millia: qui aufers iniquitatẽ & ſcelera, atq; peccata, nullúſq; apud te per ſe innocẽs eſt.* Exod. 34 Nota vltima verba terroris plena, quæ ſic exponit Caiet. C Quãuis Deus multos habeat pro innocentibus, nullum tamen haberet innocentẽ, ſi exacto rigore vti vellet. Sic ille. Temperatur tamen iſte rigor iuſtitiæ amariſſimus, dulciſſimo miſericordiæ ſapore, quẽ Moyſes præmiſerat. Deinde ſuauiſſimis ſemper Virginis Dei matris precibus. Dei planè confiſus miſericordiæ exultat S. Bern. *ſer.* 14. *in Cant.* ad hunc modum. Et ſi mihi meritum deeſt, ſed non illi miſeratio: nonquid ſolummodo iuſtus eſt? eſt & miſericors. *Miſericordia tua multa Domine; ſecundùm iudicium tuum viuifica me*, Pſal. 118. Sed quid hoc eſt: ſecundùm iudicium Dei viuificari vult Dauid? quid horribilius Dei iudicio? mors, non vita ab illo expectãda eſt. D Reſpondet Bernard. quòd nimirum temperatum miſericordia eſt. Quid nõ ergo miſericordia Dei ipſa præſtabit: cùm vel ipſa temperatum iudicium ſalutem & vitam elargitur? Vidit Deus lucem, quòd eſſet bona. Meritò expenditur bonitas lucis, vt conſtet, palámque videatur; quando lux ipſa cæteris prælucet rebus, vt appareant. quo erudiuntur ad illuſtre morum ac vitæ exemplum in propatulo exhibendũ ij, quibus dictum eſt: *Vos eſtis lux mundi*, Matth. 5 Hoc Dominus requiſiuit in Petro, qui primus poſt Chriſtum lucis officium præſtitit. Petrum enim priùs quidem eſt periclitatus in amore, deinde præfecit orbi vniuerſo, illis in verbis: *Petre amas me? paſce oues meas*, Ioan. vltimo. Quem locum ſic ex- E pendit D. Ambroſ. *in Pſal.* 50. Non otioſè poſt confeſſionem nimiæ charitatis iubetur plebem regere, qui etiam iratus non amiſerat, quemadmodum ipſe ſe regeret, & peccatum ſuum nimia charitate texiſſet. Et quidem hoc exemplum vitæ illuſtrioris ſummè ſolet eſſe potens ad conuincendum. Idcirco Dauid precatur Dominum: *tempus faciendi Domine, diſſipauerunt legem tuam*, Pſal. 118. Vbi D Ambroſ. Tempus (inquit) faciendi, non iubendi. Similiter D. Aug *in Pſal.* 55. ait: Deficis ſub præcepto? confortare in exemplo. adeſt ille, qui præbuit exemplum, vt præbeat & auxilium. Sic Aug. Legimus ſæpiùs ab ſponſo excitam ſponſam, vt ſurgeret, vt exiret, vt veni-

*Iudicium Dei.* — 1. Petr. 4. — Pſal 108 — S. Bern. — *Opera noſtra vana.* — *Miſericordia Dei.* — Exod. 34. — Caiet. — *Maria miſericordia.* — S. Bern. — Pſal 118. — Matth 5. — Ioan vlt. — S. Ambr. — Pſal 118. — S. Ambr — D. Aug — *Exemplum vitæ.*

ſet;nec tamen illam quidquam profeciſſe, ac de- A
num clamaſſe: *Fuge dilecte mi, aſſimilare capreæ*
Cant 4. *hinnuloq; ceruorum ſuper montes.* Cant.4. Pulchrè
S.Ambr. adnotauit D. Ambr. *de bono mortis, cap.* 5. Hortatur
*Exempli vm.* (inquiens) vt fugiat ſponſus, quia iam ſequi po-
teſt, etiam ipſa terrena fugientem. Hæc ille. Quaſi
ergo quodammodo ſponſa excuſet ſuam in eun-
dem tarditatem, quòd non videat ſponſum præ-
euntem: & non poſſit non currere, ſi eum viderit
præcurrentem.

*Amor Dei erga homine.* 7. Expende inſuper amorem Dei erga homi-
nem. Tanquam artifex opus aliquod apprimè
concinnans viro Principi, mirè ſolicitus in con-
ſtruendo, elaborando, examinando, vt abſolutiſ-
ſimum euadat, omninò totis exſudat viribus. Cæ- B
lum, terram, lucem, luminaria, totum denique or-
bem condit, & conditum expendit, vt omnibus
numeris abſolutum perfectúmque ſit opificium.
*Hominis excellentia.* At cui Principi homini (inquam) quem Princi-
pem mundi, & alterum quaſi Deum efficit. Sed,
ò bone Deus, quanta debet eſſe hominis cura, &
ſolicitudo, quantúſque ſudor, vt in te colendo,
atque amando, noſtra ſint opera quàm perfectiſ-
ſima? Sanctiſſimus Iob tot ac tam mirabilium
Iob 9. effector operum, nihilominus ait: *Verebar omnia
opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti*, c.9.
Veluti qui Regi parat epulas ſolicite artem o-
mnem exercet, vt ſapidè ad placidum Regis cō-
diat: veritus ſemper, ne Regi diſpliceant epulæ, C
faſtidioque excipiantur: tunc verò maximè exul-
tat, cùm videt Regem approbare condimentum.
*Opera virtutum.* Quid igitur Deo æquè gratum ac ſapidum, quàm
noſtra opera, ex virtute, atque in ipſius obſe-
quium condita & appoſita? Scio equidem non-
nullis placere, vt lucis nomine, aut etiam cum
lucis productione Angeli creati eſſe intelligan-
Gloſſ. tur; quod & in gloſſa notatur, & D. Auguſt. non
D. Aug. diſplicet. Cæterùm, vt præmiſimus, aptiùs cum
*Angelorum creatio.* cælo pariter Angelorum creatio facta eſſe credi-
tur. Quòd autem Moyſes de Angelorum crea-
tione mentionem nullam fecerit, ea in promptu
Theod. ratio eſt, quæ paſſim circumfertur à Theodor. in
hunc modum explicata ad quæſtionem ſecun- D
dam. Quia qui lege regebantur, ſolidæ, vel con-
ſtantis fidei nihil habebant. Mox enim poſt plu-
*Hebræi proni ad idololatriam.* ra & ineffabilia miracula imaginem vituli Deū
deſignauerunt. Quòd ſi tam facilè ſibi deos fin-
xerunt è ſimulachris iumentorum, quid non per-
petraturi fuiſſent inuiſibilis naturæ notitiam aſ-
ſequuti? Huiuſce rei gratia Deus neminem vete-
rum alloquutus eſt per Angelum vſque ad tem-
pora integerrimi Abrahami. Hæc Theod. Quare
Moyſes Hebræorum in idololatriâ apprimè per-
ſpectam procliuitatem habens, Angelorum crea-
tionem alto texit ſilentio, ne occaſionem præbe-
ret impietatis. Nec ipſos Angelos Geneſeos ſcri- E
ptori ſuccenſere putandū eſt, imò ſuæ creationis
ſilentium gratificare Moyſi. Nam ſi, quemadmo-
dum voce ipſius Dei compertum habemus in Euā-
gelio, Angeli ipſi à Deo deſtinari ſoliti ſunt ad
tollenda ſcandala de regno eius: qui vel [illegible] ipſi
Hebræis infirmis ac rudibus, & ſuopte [illegible] ge[illegible]
ad impietatem inclinantibus ſcandalo eſſe ac
ruinæ? *Vidit Deus lucem, quod eſſet bona*: declarat
Procop. optimè Procop. Quod ſingulis operibus opifex
ſubiūxit, quòd ſint pulchra, ideo factum eſt, quia
omnia exactè conſummata, & ad vnguem elima-
ta; quibus nihil deeſſe animaduertere potuiſſet,
ſcilicet omnia non viſu ſolùm pulchra, ſed com-
plecti quoque inſignē vtilitatem, & inter ſe de-
bita & legitima proportione conuenire. Sic ille.

A 8. *Diuiſit lucem à tenebris.* Diuiſit Deus lucē
ac tenebras loco inprimis, nimirum luci ſuperio-
rem aſſignans, tenebris inferiorē (vocamus He-
miſphærium) vt explicat D. Aug. *lib. imperfecto* S. Aug.
*de Geneſ. c.* 5. Deinde natura; quippe lux poſiti-
uum quid eſt, tenebræ ſola priuatio, vt Chryſoſt. S. Chryſoſt.
*homil.* 3. & cauſa: quia lux de qualitate quadam
corporea, tenebræ de telluris opacitate reſulta-
bant. Denique tempore (qui ſenſus huiuſmodi
verborum eſt potiſſimus.) Certò namque hora-
rum ſpatio lux & tenebræ ſibi ſuccedunt inui-
cem. hæc ſignificatio ſeparationis ex D. Auguſt. S. Aug.
*lib.* 1. *de Gen. contra Manichæos, c.* 9 elicitur. In hac
lucis ac tenebrarum diuiſione multa quidem ſi-
B gnificari voluit creator ipſe: ac illud inprimis o-
mnium maximum; cùm Deus videlicet in æter-
nitatis puncto (vt vocant Theologi) diſcreuit
lucem ac tenebras, bos ad ſui gloriam prædeſti-
nando, alius ad gehennam ex demeritis repro- *Prædeſtinatio*
bando. quod de arcano inſcrutabili iuxta, & me- *& reprobatio.*
tuendo in Theologia pertractatur. Diuidit lu-
cem, hoc eſt, filios lucis, ac tenebras, id eſt, tene-
brarum filios, peccatores, vt habetur in gloſſa;
non illo tantùm æternitatis ſigno, ſed in huius
etiam vitæ ſtatu circa amorem, amoriſque ſui
documēta, inſpirationes, auxilia, donationes gra-
tiarum, protectionem, atque adeò æternæ ſuæ
prædeſtinationis effectus, qui ab ipſo Deo eui-
C deoter internoſcuntur: & circa auerſionem ex
culpis præuiſis, odium, iram, iudicium, ac deſti-
natos reprobationis effectus hominum repro-
borum. Et quamuis currente vitæ ſeculique hu-
ius ſtatu, mali cum bonis, reprobi cum prædeſti-
natis, commixti & confuſi ad inſtar illius indi-
geſtæ molis, cui tenebræ incubabant (de qua ſu-
periùs) eſſe videantur: non id tamen ad oculos
Dei (quibus nihil eſt non apertum ac nudum)
apparet. Ipſe videt, & ſcit qui ſunt eius: ipſe ad- *Diuiſio extrema hominum.*
uentu ſuo illuminabit abſcondita; triticum à pa-
leis in area; piſces eſui aptos ab ineptis & pu-
tridis in ſagena, agnos ab hœdis in caula, roſas
ab ſpinis; & à violis liliiſque carduos & vrticas
D in agro & in prato ſeparabit. quæ diuiſio inuiſi-
biliter noſtris oculis, ſed planè & certò fit in
puncto mortis cuiuſque: viſibiliter autē in thea-
tro iudicij finalis demonſtrabitur.

9. Diuidit præterea lucem ac tenebras; fideli-
bus, infidelium mutuo ac familiari commercio
interdicens, vt legitur apud Paul. 2. Corinth. 6. 2 Cor 6.
*Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim par-
ticipatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas lucis
ad tenebras? quæ autem conuentio Christi ad Be-* *Diuiſio ab*
*lial? aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem con-* *improbis.*
*ſenſus templo Dei cum idolis? Vos enim eſtis templum
Dei viui. Propter quod exite de medio eorū, & ſepa-*
E *ramini, & immundū ne tetigeritis.* Ad quem locum
ſic Theophil. Corinthiorum virtutem & inge- Theoph.
nuitatem cum infidelium comparat improbi-
tate. Nec ſecùs agit Apoſtolus cum his, quàm
pater aliquis ſolet, qui filium videat cum perdi-
tiſſimis hominibus aduerſari; ad quē verba hu-
iuſmodi habeat: Quænam tuæ eſſe poteſt nobili-
tati cum illorum nequiſſimis moribus conſocia-
tio? Sunt quidem infideles, idolorum templum,
vel idola potiùs: vos autē Dei ædes. Igitur ſepa-
ramini, illos declinate, & puriores euadetis. Hæc
Theophil. Aduerte ad maiorem huius loci intel-
ligentiam, vocari Dominum in ſacris literis diui-
ſorem & ſeparatorem vti Zachar. 9. *Sedebit ſepa-* Zach. 9.
*rator in Azoto.* Vbi D. Hieron. Separatorem intel- S. Hieron.
lige Dominum, qui bonos à malis, & argentum *Deus diuiſor.*
&

& aurum à ſordibus ſcoriáque diſcernet. Sic ille. A
Præterea diuidit lucē Dominus à tenebris; ſuos
nimirum quos ſibi elegit, ab Ægypto ſeculi ad
terrā promiſſionis, à vita laxiore ad virtutis tra-
mitem anguſtiorem, à peccatis ad pœnitentiam,
Religioſorum vita. à mundo ad religionem abducens. Diuidit qui-
dem lucem à tenebris; ſed quam quæſo lucem,
niſi qua ſignificantur à Chriſto Domino dicen-
te: *Vos eſtis lux mundi*; nimirum Dei ſacerdotes,
quorum dignitas, nulla commendatione deſcribi
poteſt. Sed tamen illa mihi videtur accommo-
S.Greg.Naz. datior S.Greg.Naz. *Apol*.1. quæ ſic habet. Ve-
Sacerdotum dignitas. ritatis antiſtes ac propugnator, cum Angelorum
claſſe atque ordine eſt, cum Archangelis Deum
celebrat; ad ſupernum altare ſacrificia tranſmit- B
tit, ſimúlque cum Chriſto fungitur ſacerdotio,
figmentum inſtaurat, imaginémque creatori ſi-
ſtit, & ſupernū mundo opificem agit, &, vt quod
maius eſt dicam, Deus eſt, alióſque deos efficit.
Hæc Nazianz. Viden' vt luceat dignitas ſacerdo-
talis, ſicuti lux in tenebris emicat! At diuidatur
loco, ſi lux eſt, ne caliget, ne tenebris occulatur.
S.Ambr. Quid enim (D.Ambroſ. *lib*.1.*officior*. *c*. 20.) ne-
ceſſe eſt, vt demus ſecularibus obtrectandi lo-
cum? Quàm multos etiam fortes illecebra dece-
pit? quanti non dederunt errori locum, & dede-
Sacerdotum à laicis diuiſio. runt ſuſpicioni? Miniſterium altaribus Chriſti,
non obſequium hominibus deferendum recepi-
mus. Hæc Ambroſ. vbi vides, quantum ſanctiſ- C
ſimus Doctor contendat ſacerdotem à communi
viuendi ratione ſecularium hominum abduci, lu-
cem à tenebris diuidi oportere. Grauiter etiam
concludit. Vſus (inquiens) citò inflectit natu-
ram. Atque vtinam non eſſent multa in hoc lu-
cis cum tenebris commercio, digna queſtibus &
lamentis! Satis verò ad hanc cauſam peruenien-
D.Ambr. dam illud erit, quod idem D.Ambroſ. *in* 22.*Luc*.
ſcriptum reliquit de negatione D. Petri Apoſto-
lorum Principis, Sacerdotum maximi poſt Chri-
Petrus Chriſtum negauit. ſtum. Vbi (inquit) negat Petrus? in prætorio
Iudæorum; ibi negat, vbi Chriſtus captus, vbi
Chriſtus ligatus eſt; quomodo enim non erraret,
quem intromiſit oſtiaria, & interrogauit oſtia- D
ria, & oſtiaria Iudæorum? Negat in prætorio Iu-
Conſuetudo improborum. dæorum, vbi difficilis innocentia. Mala flamma
Iudaica; vrit, nō calefacit; malus focus, qui quan-
dam etiam Sanctorum mentibus fuliginem er-
roris aſpergit. Sic Ambroſ. Nihil igitur æquè ne-
ceſſarium luci eſt, atque à tenebris diuiſio: cùm
ob eam præcipuè cauſam à Zacharia, cap. 9. di-
Zach.9. ctum ſit de ſacerdotibus: *Lapides ſancti eleuabun-
tur ſuper terram eius*. Eminere ſcilicet debent, vt
officio, & dignitate, ſic exemplo vitæ ſacerdotes,
lapides in Eccleſia ſancti, lapides ſeparati, ſiue
ſeparationis, lapides diadematis. hæc omnia He-
bræa voce importantur.

10. Quàm verò ratum ſit, & planè miracu- E
lum lucem cum tenebris commixtam nō effun-
S.Amb. di, non extingui, oſtendit idem Ambr.*in Pſal*.40.
explicans illa verba: *Propter innocentiam meam ſu-
Chriſti innocentia. ſcepiſti me*. Suſcepit (inquit) eum Pater reſurgen-
tem, quia nulla eum offenſio prolapſionis aſper-
ſit. Immaculatus ad Patrem rediit, à quo imma-
culatus exiuit, quando deſcendit in terras. Vnde
Pſal.2. dicit ei Pater: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*,
Pſal.2. hoc eſt, generationis meæ in te priuilegiū
recognoſco; quem nulla macula potuit inquina-
re peccati. Inter peccatores verſatus es; pecca-
ta omnium ſuſcepiſti, peccatum pro omnibus fa-
ctus es, maledictum pro omnibus factus es: ſed
nullus vſus potuit ad te tranſire peccati. Ita inter

A peccatores verſatus es, quaſi inter Angelos ver-
ſareris. Hodie genui te, in quo lucem immacula-
tæ prolis agnoſco. Heri mihi & hodie ipſe es, &
in ſeculū. Nox in te nulla eſt; quia totus es dies.
Hactenus Ambroſ. Chriſto filio Dei proprium
fuit, cùm eſſet lux ipſa mundi, vt ſeipſum nomi-
nat, ac tot per annos cum tenebris iiſque denſiſ-
ſimis ac turpiſſimis Iudaicæ impietatis verſare- Conſuetudo improborum.
tur, nihil illi & labis & caliginis aſpergi potuiſſe.
At Deus erat. Quis ergo non timeat, etſi lux
mundi ſit, ſi tamen homo eſt? Nihilominus Deo
ſic diſponente & iubente, ſi cum tenebris lux in-
habitet, viuátque, vt eas in lucem trāſmutet; vin-
cetur omne diuina gratia periculum; & Chriſti Zelus animarum.
B miraculum in ſerui ipſius innocentia, nullis im-
piorum aſperſa maculis reperietur. Graue malū,
lucem cum tenebris cōfundere: ea nimirum, quæ
diſcreta à ſeſe inuicem Deus eſſe voluit, in vnum
coniungere. Lucem, hoc eſt, Eccleſiam, & Eccle-
ſiaſticū ius longo ſanè interuallo ſeparauit Deus
à laico profanóque iure. Quæ tanta igitur Prin- Et laſſa præferenda regno.
cipum & Regum temeritas, vt vtrumque com-
miſceant? Euehitur in regnum Ioas, ſceptrum in Ioas Rex.
manu capit, diademate coronatur. Rectè id qui-
dem, & meritò. At ſuper diadema legis poſitum
eſt teſtimonium 4.*Reg*.11. Liber nimirum legis, 4.Reg.11.
qua doceretur qualiter viueret, & quid ageret, vt
habetur in gloſſa. Dei legem non ſceptro com- Gloſſa.
C miſcet, non manu præfert ad ſui arbitrium Prin-
ceps tractaturus: ſed ſuper omnia Regiæ maie-
ſtatis inſignia, quo videlicet non pertingant Re-
gis imperia. Prudentiſſimè Conſtantinus Magnus
dictitare ſolebat, Reges extra fores Eccleſiæ,
Epiſcopos eſſe. Nam præcipuum Regis Chriſtia- Epiſcopus quid ſit.
ni munus eſt eniti, vt Deus adoretur & colatur:
cæterùm nec iſtud tantæ pietatis officium intra,
ſed extra Eccleſiæ fores exercere poteſt ac debet.
Sciant igitur ſeculi Principes ſibi oppoſitas illas
columnas, aut vallorum obices in valuis Ec-
cleſiæ, in quibus ſit inſcriptum Dei manibus:
HVCVSQVE LICET REGIBVS. Ozias Reges non ſupra Eccleſiam.
Rex Iudææ bello & pace clariſſimus aliquot an-
D nis extitit: deinde verò, vt ſcribitur 2.*Paral*.26. 2.Par.26.
eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum, & ne-
glexit Dominum Deum ſuum: ingreſſúſque tē-
plum Domini adolere voluit incenſum ſuper al-
tare. Sacerdotes reſtiterunt Regi: Non eſt tui of-
ficij Ozia, ſed ſacerdotum. Egredere de Sanctua- Ozias Rex.
rio: ne contempſeris, quia non reputabitur tibi
in gloriam hoc à Domino Deo. Iratúſque Ozias
& tenens in manu thuribulū, vt adoleret, mina-
tur ſacerdotibus. Statimque orta eſt lepra in frō-
te eius coram ſacerdotibus in domo Domini ſu-
per altare, & feſtinatò expulerūt eum; ſed & ipſe
perterritus accelerauit egredi, eo quòd ſenſiſſet
illicò plagam Domini. Fuit igitur Ozias Rex le-
E proſus vſque ad diem mortis ſuæ. Memorabilis
planè hiſtoria, & quam Principes vniuerſique
laici homines ante oculos ſemper habere debuiſ-
ſent. Elegans verò eſt ad illam paraphraſis Theo- Theod.
doreti, quæ ſic habet. O Rex definita ſunt à Deo, Regum temeritas.
quæ Regibus conueniunt, & quæ ſacerdotibus
congruunt: Singulare munus habent ſacerdotes.
Quid conculcas legem à Deo datam? cur tranſ-
grederis terminos? rapiens ea quæ non conue-
niunt, tua etiam perdes. Sed ille non ceſſit. Ergo
pro gloria collegit ignominiam. Eadem ei acci-
derunt, quæ primo parēti Adamo. Ille enim cùm
deſideraſſet fieri Deus, eſſe quoque Dei imagi-
nem perdidit. Intus enim ſedit in lecto; lepra,
quæ erat in fronte, arcente, ne in multitudine
verſa

verſaretur, & liberè loqueretur. Ferebat enim in fronte argumentum iniquitatis. Hæc Theodor. Cæterùm varietas rerum delectat, & perennis ſi foret lux, faſtidio eſſet. Sit igitur oportet tenebrarum ac lucis mutua ſucceſſio; quod quidem
Procop. myſterij Procopius in verbo, *diuiſit*, ſubtiliter ita rimatur. Quemadmodum Rex qui in vrbe quidpiam fieri præcepit, vbi factum eſt, id laude inſigni ferre cōſueuit, poſtea id ad vſum, quem animo deſtinauit, accommodat. Simili ratione præcepit Deus vt oriretur lux, exortam laudauit: poſtea eam diſpoſuit ad eum modum, quo exiſtimabat mundo vſui futuram. & hoc colligitur ea verbo, *diſtinxit*, vel *diuiſit*; voluit enim & tenebras eſſe mutua ſucceſſione, ſeu viciſſitudine: nam nox hominibus & animantibus vtilis eſt. Sic ille.

11. *Appellauitque lucem Diem.*] Non ita dictum à Deo eſt, ſed ſancitum, vt hæc rebus conuenien-
S. Auguſt. tia nomina deinceps homo imponeret. Sic Aug.
S. Chryſ. & Chryſoſt. Quare ſpatium temporis duodecim horarum, quo ſol duraturus erat in altero hemiſphærio, & loco illius iam tunc perdurabat illa primæua lux, de qua ſuperiùs dictū eſt, Dies hic appellatur, nempe artificialis. Similiter de ſpatio duodecim horarum, in quo abſente luce, perſiſtit caligo, quæ Nox hic nominatur, philoſophandum eſt.

12. *Factúmque eſt veſpere & mane, dies vnus.*] Hoc eſt, primus dies extitit. Vſitatiſſimum enim eſt apud Hebræos, cardinales numeros pro ordinalibus vſurpari: fruſtrà proinde confugiunt aliqui ad myſterium, quod in voce, *vnus*, curioſiùs
*Terminum vita miſera.* rimantur. ſcilicet dies naturalis vigintiquatuor horarū, diem artificialem & noctem ſubſequentem complectens. Intelligitur (vt rectè aduertit
Caiet. Caiet.) lux creata in puncto Oriētis. ex quo fit, vt veſpere & mane dicatur dies integer naturalis. Facta eſt autem lux in motu: nam ex continuo motu lucis circa terram fit veſpere, & fit mane. Sic ille. At quidnam eſt hoc, vt primus in orbe dies à veſpere, nō à mane inchoëtur, non ab ortu lucis, ſed ab occaſu decurrat? an ea ratione ſignificari voluit rerum conditor miſerā mortalium, quibus ad ſedem & habitaculum conſtruebatur orbis, in eo vitæ conditionem, vt non niſi à veſpere, ab occaſu, à triſtitia principium eſſent habituri? Quippe à lacrymis vitam exordimur: &
S. Hieron primo oris vagitu (ait D. Hieron. *in* 16. *Ezech.*) laborioſa vitæ teſtamur exordia; quod etiam le-
D. Aug. ges apud D. Aug. 21. *de ciuit. cap.* 14. *& ſerm.* 24. *de*
S. Bern. *verbis Apoſt. cap.* 1. D. Bernar. *ſer.* 4. *hebdomadæ pe-*
Plin. *noſæ.* Liceat huc etiam adiungere verba Plinij *lib.* 7. *in proœmio.* Ab hoc lucis rudimento membrorum nexus & vincula excipiunt animal cæteris imperaturum; & à ſupplicijs vitam auſpicatur vnam tantùm ob culpam, quia natum eſt. Sic il-
S. Baſil. le. Sed idem argumentum vberiùs pertractat D. Baſil. *homil.* 11. *in Hexamer.* vbi ait: Eſt homo animal deciduum, & morti deſtinatum, innumeris obnoxium & expoſitum affectionibus; ab ipſa mox effuſione vteri materni ad extremæ ſenectæ lineam agmen ſecum trahens inexplicabilium malorum, veluti ſentinam quandam exhaurit. Sic Baſil. Ex his verbis tanti Doctoris videas hominem à maternis eductum viſceribus, ita in hoc rerum creatarum, veluti die ac libero cælo apparere vt noctuam, feralémve aliam noctis volucrem; in quam ſubitò è tenebris erumpentem, reliquarum auium turmæ facto impetu inuehantur. iiſſe damæ ceruæque perſimilem, quam ve-

A natores canéſque perſequantur. Agitari in circo, vt tantum, hinc inde iaculis impetitum. Atque in medio mari æſtuantem cymbam, nunc vndarum ventorúmque procellis concuti; nunc piratarum occurſantium impetu infeſtari. Non minùs eleganter in ſeipſo humana infortunia exprimens queritur ad hunc modum S. Auguſt. 10. *conf.* 28. S. Aug.
Contendunt lætitiæ meæ flendæ cum lætandis mœroribus: contendunt mœrores mei cum gaudiis bonis; & ex qua parte ſtet victoria, neſcio. Nunquid non tentatio eſt vita hominis? quis velit moleſtias & difficultates pati? Tolerare iubes eas, ô Domine, non amare: proſpera in aduerſis deſidero, aduerſa in proſperis timeo. Væ proſpe-
B ritatibus ſeculi à timore aduerſitatis, & à corruptione lætitiæ. Væ aduerſitatibus ſeculi à deſiderio proſperitatis: & quia ipſa aduerſitas dura eſt, ne frangat tolerantiam. Hæc Auguſt. At eſt nihilominus, quid tot ac tantis in malorum voluminibus & explicatu facile & ſuaue toleratu eſſe videatur: quòd nimirum veſpere in mane re- *Finis laborū.*
currat, nox in diem, tempeſtas in placidam lucē ſerenet, iuxta illud Pſalm. 29. *Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.* Profectò ſuos Pſal. 29.
electos Dominus à veſpere ad mane, à mœſtitia perducit in lætitiam: vt iam pro ſigno & pignore gaudij conſequentis præſens dolor haberi quëat. Hinc illud Cant. 2. *Flores apparuerunt in* *Tribulatio fructuoſa.*
C *terra noſtra.* Sed quid tandem hi flores? Certè qui Cant. 2.
prædicante Domino naſci vernaréque videntur. Scilicet, beati pauperes, beati qui lugent, beati qui eſuriunt, qui ſitiunt, qui patiuntur. Ad quem locum ita Greg. Nyſſen. *tract. de beatitudine.* Fru- Greg. Nyſſ.
ctuum, qui ſperantur, flos afflictio eſt: propter fructum igitur etiam florem decerpamus. Sic ille. Et quidem flores, hoc eſt, labores & dolores in terra ſponſi apparere dicuntur: videlicet in terra illa benedicta, de qua ſecundus Adam aſſumptus eſt, in Virgine (inquā) matre, quæ multis eſt & grauiſſimis ſimul cum filio ſuo calamitatibus perfuncta: cùm peperit ad præſepe, cùm fugit in Ægyptum, cùm ad patibulum comitata
D eſt filium, cùm ſtetit iuxta crucem, cùm mortuum & lacerum de cruce excepit, & tumulo condidit; ſed ita oportuit matrem filio ſimilem haberi. Habes hinc veſpere, tribulationes huius vitæ flores eſſe, ad futuram beatitudinem, manéque illud æternitatis fructū, qui iam in floribus, dum erumpunt, præmittitur ac demonſtratur. Eleganter etiam D. Gregor. Papa *ſuper illud Iere.* 13. S. Greg.
*Patres comederūt vuam acerbam.* Quiſquis (inquit) Iere. 13.
præſentia vitæ delectationibus ſatiari deſiderat, quaſi fructus ante tempus comedere feſtinat. Vnde colliges maturas voluptatum vuas in cælo *Voluptas immatura.*
tantùm, & proferri & colligi, & comedi. At nonniſi vuas acerbas immaturáſque comedere, qui voluptatibus ſtudeat in hac vita. Veſpere & ma-
E ne, Dei ordo curſúſque eſt; mane & veſpere mūdi progreſſus. Nam quotidie miſeri experimur, quàm illud verum ſit Prouerb. 14. *Riſus dolore miſcebitur: & extrema gaudij luctus occupat.* Vbi D. Ber- Prou. 14. S. Bern.
nardus. Vtinam (ait) non etiam prima. Sapienter igitur Ierem. 17. *Diem hominis non deſideraui.* Ierem. 17.
Quem locum ita enucleat S. Gregor. Papa. Dies S. Greg. Papa
iſte in noctem deſinit, quia temporalis proſperitas ad tribulationis tenebras perducit. Sic ille. *Vita miſeria.*
Quod idem eſſet, ac ſi diceret: Mane hominis in veſpere deſinit, & mundi dies in noctem ſepelitur. Cæterùm tam multiplex eſt malorum, quæ patimur, dum vitam trahimus, ſeminarium, vt feliciter nobis adueniat mors, cuius interuentu

immuni

immunitatem à vitæ calamitatibus eluceramur. A Idcirco aiebat Apoſtolus: *Mihi viuere Chriſtus eſt, & mors lucrum*, ad Philip. 1. Vbi Theophil. Fit itaque, vt lucrum mihi ſint allaturi, qui hac me vita exemerint. Sic ille. Nihilominus nolumus ſpoliari, ait Apoſtolus. Hoc eſt, mortem timemus; ſed (ò dementiam!) de vita æterna nihil omnino curamus. Quam in ſententiam diſertiſſime ita profatur D. Auguſt. *tract. 49. in Ioan.* O ſi poſſemus excitare homines (mortuos) & cum ipſis pariter excitari: vt tales eſſemus amatores vitæ permanentis, quales ſunt amatores vitæ fugientis! quid non facit homo ſub mortis periculo conſtitutus? Gladio impendente ceruicibus prodiderunt homines, quicquid ſibi vnde viuerent, reſeruabant. B Quia non continuò prodidit, ne percuteretur? Et poſt proditionem fortaſſis percuſſus eſt. Quis non, vt viueret continuò, perdere voluit vnde viueret; eligens vitam mendicantem, quàm celerem mortem? Cui dictum eſt, nauiga ne moriaris, & diſtulit? Cui dictum eſt, labora ne moriaris, & piger fuit? Leuia Deus iubet, vt in æternum viuamus; & obedire negligimus. Non tibi Deus dicit, perde quicquid habes, vt viuas exiguo tempore in labore ſolicitus, ſed da pauperi, vnde habes, vt viuas ſemper ſine labore ſecurus. Accuſant nos amatores vitæ temporalis, quam nec cùm volunt, nec quandiu volunt, habent: & nos inuicem non accuſamus tam C pigri, tam tepidi ad capeſſendam vitam æternã, quam ſi voluerimus, habebimus, & non amittemus. Hæc Auguſt. Pulchrè ad mores hæc omnia: nam ad literam veſpere & mane ponuntur tanquam termini. Veſpere quidem complet diem artificialem, qui prima eſt pars diei naturalis; & mane complet noctem, quæ ſecunda pars eſt diei naturalis. Hæc ex Lyra. Priùs autem veſpera ponitur terminus diei artificialis, & deinde mane terminus noctis, vt oſtendatur quòd primum diem artificialem nulla præceſſit nox. Ita Caiet.

Ad Phil. 1. *Mors lucrum.* — D. Aug. — *Vita amor.* — Lyra. — Caiet.

## SECTIO IV.

D *Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diuiſitque aquas, quæ erant ſub firmamento, ab his, quæ erãt ſuper firmamentum. Et factum eſt ita. Vocauitque Deus firmamentum, Cælum, & factum eſt veſpere & mane, dies ſecundus.*

1. F*iat firmamentum.*] Exoritur ſecunda in orbe dies, operáque ſua deinceps proſequitur opifex Chaos illud elementarium euoluit ac diſtinguit: primóque ex aquea materia, aëtem, cælorumque, vt nonnulli arbitrantur, orbes, excepto Empyrio (quod primum extitit opus primæ E dici) produxit. Plurimorum Patrũ ſententia eſt, aqueam aëris (cum aëre ignis coniungitur) cælique fuiſſe materiam: tametſi negantem opinionem, quæ verior eſt, Theologi ac Philoſophi cõplures amplectantur. De qua vtramque in partem diſputatione lege Luduuicum Molin. Perer. Curſum Conimb. ſuis in locis. Cælum vocat hîc firmamentum. Hebr. רקיע *raquiagh*, quæ vox ſonat expanſionem, ſeu extenſionem quandam, ſed ſolidam à radice רקע *raquagh*, quod eſt contundere, & malleo extendere; cuiuſmodi extenſionem ſolidam cernimus in fabrili officina mal-

*Aqua cœlorum materia.* — Molin. Perer. Curſ Con.

A leatorum. Hac firma & ſolida extenſione ſignificatur cælum, nimirum omnes cælorum orbes, præterquam Empyrius, & ab interprete aptiſſimè vertitur firmamentum.

*Firmamentũ quid.*

2. *Diuiſitque aquas.*] Grauis diſceptatio de hac diuiſione aquarũ circumfertur. pro cuius explicatu recurre ad Molinam, Delrio, Perer. alióſque cõplures. Aliqui ſic ſtatuunt, elementũ aquæ in tres portiones fuiſſe diſpertitum: vnam in globos cæleſtes addenſatã; alteram in aëris igniſq; elementa conuerſam; tertiam, ſuæ naturæ forma diſpoſitionibuſq; retentis, meram ſcilicet aquã, partim ſupra tellurem repoſitam, partim ad Empyrij concauum ſubleuatam. Pro quo aquarum B ſuperiorum ſitu ſic D. Auguſt. *lib. 2. de Geneſ. ad literam.* Quoquo modo, & qualeſlibet aquæ ibi ſint, eſſe eas ibi minimè dubitandum; maior eſt quippe huius ſcripturæ autoritas, quàm omnis humani ingenij capacitas. Sic Auguſt. Alia verò aliter ſentientium opinio, & pro nubibus aquas accipientium amplectenda. D. Ambr. 2. *Hexam. cap. 3.* expendẽs priora illa verba, *Dixit Deus, fiat firmamentum*, ſic ait *cap. 2.* Fiat, iubentis eſt, non æſtimantis. Imperat naturæ, non poſſibilitati obtemperat, non menſuras colligit, non pondus examinat. Voluntas eius, menſura eorum eſt. Sermo eius finis eſt operis. Hæc Ambr. Leges apud eundem Ambroſ. *citat. loc.* Philoſophos extitiſſe, C qui affirmarint, impulſu (inquit) & motu cæleſtium orbium dulcem quendam, & plenum ſuauitatis atque artis, & gratiſſimi modulaminis ſonum reddi, vt omnem ſupergrediatur muſici carminis ſuauitatem. Quòd ſi teſtimonio noſtro, & auditus munere exigamus probari hũc cælorum concentum, referunt obſurduiſſe aures noſtras, & hebetiorem nobis ſenſum audiendi factum propter illam à principio noſtræ generationis concepti ſonitus conſuetudinem. Et exemplum afferunt, eo quòd Nilus fluuiorum maximus, eo videlicet loco, vbi ſe ex altiſſimis montibus in catadupa illa præcipitat, magnitudine fragoris ſui aures accolarum obſtruat, vt audiẽdi munere D carere dicantur. Addunt præterea ideo ſonum hunc non peruenire ad terras, ne capti homines per ſuauitatem eius, atq; dulcedinem, quam celerrimus ille cælorum efficit motus, propria negotia atque opera derelinquerent, & omnia hic otioſa remanerent, quodã humanæ ad cæleſtem ſonum mentis exceſſu. Hæc Ambroſ. de Philoſophorum commento. Ridet ſanctus Doctor, vt par eſt, hæc deliria. Non aduertunt ſcioli, nec vocalem concentum reddi poſſe à cælis, quippe cùm anima ſenſúque & voce careant; nec ſonum inanimem alium, qualis ex confricatione, colliſione, repercuſſione corporum edi ſolet; cùm duritier, aſperitas, cauitas, aliæque id genus qualitates ad huiuſmodi ſonum expetitæ, in illis omni E qualitate & affectione corrumpente ac ſublunari, corporibus expertis minimè reperiri in Philoſophia permittantur. Cæterùm hæc & alia conſimilia per metaphoram in cælis accipi queunt. *Cæli enim* (vt canit Propheta Pſal. 18.) *enarrant gloriam Dei.* Etſi enim corpora muta ſint & inanima, nihilominus adeò aſpectui pulchra & mirabilia videntur, vt viſa defixos teneant obtutus oculorum, quaſi dulciſſimo vocũ modulaminúmque concentu mulcerent aures, animos delinirent. Certè intuentium oculis, & auidè penſitantium animis hominum, tot in alto modulantur Orphei, Amphiones, Syrenes: quot cæli, quot in cælis aſtra, & lumina videntur. Neq; de his maleſuada

Molin. Delrio. Perer. *Aqua diuiſio.* — S. Aug. — S. Ambr. — S. Ambr. — *Cæli concentus fabuloſus.* — *Cæli canunt cùm videntur.* Pſal 18.

ſuada blanditie cantillantibus (vti de Muſis ad carmina vltro venientibus) mœſtus cùm eſſet in ergaſtulo, Boëtius conqueſtus diceret: Ite hinc malæ Syrenes, vſque in exitium dulces. Cum oculis pariter animi, & animorum deſideria ac ſuſpiria in cæleſtem illam beatorum patriam intendantur; vbi (vt loquitur S. Bern. *ſerm. 11 in Cant.*) erit mira ſerenitas, plena ſuauitas, æterna ſecuritas. Vbi tandem videbimus Deum ſicuti eſt.

Boëtius.

S. Bern.

5. Diximus, רקיע *raquiagh*, pro quo vertitur, *firmamentum*, primò extenſionem quandam innuere, & quidem immenſam latè patentium cælorum; in qua metienda fruſtrà ſemper Mathematici deſudarunt; quàm vtilius ſi in virtutum operibus promerenda omnes inſudemus! Furor
B
eſt (autore Plinio *lib. 1. c. 10.*) menſurã cæli animo quoſdam agitaſſe, atq; prodere auſos. Sed Chriſtiano homini ſumma & vera ſapientia eſt, ſi interminatũ in omnes partes cælum & appetat, & appetitũ rapiat violenter. Rideant verò an lugeãt cælorum accolæ hominum inſaniam pro terra ad inſtar cælorum, breui angulo, puncto, & prope nihil digladiantium inter ſeſe? quid quæſo aliud eſt terra in vniuerſo (vt Plinius ait *lib. 2. cap. 68.*) quàm mundi punctus? Hæc eſt materia gloriæ noſtræ, hæc ſedes. hic honores gerimus, hic exercemus Imperia, hic opes cupimus, hic tumultuatur humanum genus, hic inſtauramus bella etiam ciuilia, mutuiſque cædibus laxiorem
C
facimus terrã, &c. Sapienter & piè Tertul. *lib. ad Martyres, cap. 2.* cælorum conſpectu, atque appetitione, perferendas æquanimiter vinculorum ergaſtulorúmque moleſtias eſſe contendit. Nihil (inquit) intereſt, vbi ſitis in ſeculo, qui extra ſeculum eſtis, etſi aliqua amiſiſtis vitæ gaudia; negotiatio eſt aliqua amittere, vt maiora lucretis. Vagare ſpiritu, ſpatiare ſpiritu, proponens tibi illam viam, quæ ducit ad Deum. Quoties eam ſpiritu deambulaueris, toties in carcere non eris. Nihil crus ſentit in neruo, cùm animus in cælo eſt. Hæc Tertul. Interminata quidem eſt in confingendo humana cogitatio; nullis repagulis cohibetur humani cordis auiditas: at quàm veriſſi-
D
mum illud eſt Paul. 1. Corinth. 2. *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽdit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.* Locum iſtum mutuatus eſt Apoſtolus ab Iſa. 64. cuius ſunt verba: *A ſeculo non audierũt, neq; auribus perceperunt, oculus non vidit, Deus abſq; te, quæ præparaſti expectãtibus te.* Propheta ſpem, Apoſtolus dilectionem vocat: vtraque enim ſimul inueniri ſolet. Et quidem præſentem locum de ipſius Dei maieſtate incomprehenſibili, intelligi poſſe non eſt dubiũ. Sic enim ibi S. Hieron. Ergo Deus nequaquam ſermonibus explicatur, nec oculis contemplabilis eſt, ſed ab iis videtur, de quibus ſcriptum eſt:
E
*Beati mundo corde, quoniã ipſi Deum videbunt*, Mat. 5. Verùm de futura incarnatione Verbi diuini, admirandiſque illius in carne geſtis operibus communior ſenſus eſt, vt ab ipſo Hieron. & ab aliis edocetur. Denique nemo etiam non interpretatur bene locum de magnitudine gloriæ cæleſtis. Vtrumque ſenſum complexus D. Anſelmus ita exorditur. Ea, quæ Deus in regno cælorum præparauit his, qui puro corde diligunt eum, tanta ſunt, & tam præclara, atque tam ſpiritualia; quòd oculus nõ vidit, quanta vel qualia ſunt, nec auris audiuit, quia non eſt color, nec ſonus eſt. In cor hominis non aſcendit, quia non eſt terrena cogitatio; quod enim in cor hominis aſcendit, infra cor hominis erat. Ideo in cor aſcen-

*Terra anguſta.*

Plin.

Tertul.

*Cælum appetendum.*

1. Cor. 2.

Iſa. 64.

*Deus incomprehenſibilis.*

S. Hieron.

*Incarnatio admirabilis.*

Matth. 5.

D. Anſel.

*Beatitudinis magnitudo.*

A
dit, quia ſupra illud eſt cor, quò aſcendit: præmiũ verò, quod in cælo ſeruatur electis, non aſcendit in cor hominis, ſed aſcendit ad illud. Præterea, ſapientia diuinæ Incarnationis, & noſtræ per eius mortem redemptionis, latuit quidem infideles, ſed tamen nobis fidelibus reuelata eſt per ſpiritum Dei. Hæc Anſelm.

4. Poſtremò רקיע *raquiagh*, ſoliditatem firmitatémque importat: quare optimè redditur firmamentum; quid obſecro firmius ac ſolidius cælo, cæleſtique beatitudine? *Conuertimini ad munitionem vincti ſpei*, dicitur Zachar. 9. Hanc munitionem, ad quam Deus cohortatur vinctos ſpei, ſeu vinctos ſperantes Eccleſiæ, non aliam debe-
B
mus accipere, niſi habitationem Paradiſi. Hæc Hieron. Igitur ô pulchra, ô dulcia, vincula ſpei cæleſtis, quibus dum peregrinamur in vita, ne huc illuc aberremus, in cæli firmamento fixi colligatiq; recto itinere in patriã incedimus! O firma & immobilis anchora, quæ nauem in ſalo, ne fluctuet, ac ventis concuſſa naufragium faciat, firmam tenet, atque immotam! Rectè D. Auguſt. *in Pſal. 15.* de iſta anchora, ſic loquitur. Sanctorum conuerſatio ſpiritalis per anchoram ſpei in illa patria figitur, quæ benè Dei terra nominatur, quamuis adhuc & in his terris carne verſentur. Hæc Auguſt. Hic erat mentis ſtatus Dauidis in medio regiarum opum ac magnitudinum pela-
C
go, cùm aiebat. *Mihi adhærere Deo bonũ eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam*, Pſal. 72. Vbi idem Auguſt. Quamdiu (inquit) nondum adhæſiſti, ibi pone ſpem. Fluctuas? præmitte ad terram (cæleſtem) hanc anchoram. Nondum hæres per præſentiam: inhære per ſpem. Pedes animæ, affectus animæ frequenter intelliguntur in diuinis literis, vt idem Auguſt. vſurpat. Affectibus ergo incedit anima: errabit illa, cadétque ſi in lubrico, lutulentóque mundi tramite gradiatur, nuſquam firmiter innixa. Profectò regius Vates malo ſuo edoctus, ſuæ mentis pedes in luto aberrantes expertus, in ſolario domus obambulans vxorem alienam & vidit & deperiit. Conuertit ſe deinde
D
ad munitionem, atque ad firmamentum, vt teſtatur in Pſal. 121. cùm ait: *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus: ſtantes erant pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalem.* Hauddubiè, vt probat D. Auguſt. de cæleſti Hieruſalem loquitur; nec enim terreſtri, quæ tunc vigebat, conuenire Pſalmus ille poteſt. Stantes ergo erant pedes noſtri (inquit Auguſt.) in atriis tuis Hieruſalem: Cogita qualis ibi futurus ſis; & quamuis adhuc in via ſis, hoc tibi pone ante oculos, quaſi ibi ſtes, quaſi iam inter Angelos indeficiens gaudeas. Illa Hieruſalem æterna in cælis eſt. Sic Aug. Planè non ceſſat Deus abducere homi-
E
num animos ab ſtudio & amore rerum caducarum & leuiſſimarum, atque eoſdem inuitare ad amorem & ſtudium bonorum cæleſtium, quæ firma & æterna ſunt. Qua de re luculenter Aug. *concione 2. in Pſal. 101.* ſic infit: Hæc æternitas vocauit nos, & erupit ex æternitate verbum. Iam æternitas, iam Verbum, & nõdum tempus. Quare nondum tempus? Quia factum eſt & tempus. Quomodo factum eſt & tempus? Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. O Verbum ante tempora, per quod facta ſunt tempora! natum eſt in tempore, cùm ſit vita æterna, vocans temporales, faciens æternos. Hæc generatio generationum; generatio enim vadit, & generatio venit. Et videtis generationes hominum ſic eſſe in terra, tanquam in arbore folia,

D. Hier.

Zach. 9.

*Spes beatitudinis.*

D. Aug.

Pſal. 72.

S. Auguſt.

*Affectus animæ pedes.*

S. Aug.

Pſal. 121.

*Beatitudinis deſiderium.*

D. Aug.

*Verbum diuinum inuitat ad æternitatem.*

ſed

ſed in arbore oliuæ, vel lauri, vel cuiuſcunque alterius, quæ toto tempore fronde veſtita eſt: ſic tanquam folia genus humanum terra portat. Plena eſt hominibus, ſed cum aliis morientibus alij naſcendo ſuccedunt: ſemper enim arbor illa veſte viridi ornata eſt. Sed ſubter attende, quàm multa calces arida folia. Hæc Auguſt. Expectet igitur homo æternitatis firmamentum, ſpem repoſitam ſibi habeat in cælo: maximè ſi præmittat theſaurum ſuum, quò ſequatur cor eius; vt monet idem Auguſt. *in Pſal.*68. Quo ego ſenſu illud etiam Domini excipiendum arbitror: *Theſaurizate vobis theſauros in cælo, vbi nec fures, nec ærugo, nec tinea*, &c. Matt.6. quaſi in cælo & firmamento omnia ſint firma; & in omnem æternitatem duratura. Sub cælo autem (vt ait D. Bern.) quæcunque nocere poſſunt. Item illud: *Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt*, &c. Quod eleganter expendit S. Petrus Chryſol. ad hunc modum. Vt auarum lucrifaciat, facit eum, quod deſiderat, non quod oportet, audite. Quia in theſauris tota fides, tota ſpes in ſacculis ſit auaris: ideo incorruptibiles ſaccos vult parari in cælo, vt qui eum non ſequitur ad cælum, ſequatur ſaltem ad ſacculos ſuos. Hæc Chryſolog.

*Hominum ſucceſſio.* — S. Aug. *Eleemoſyna.* — Matth.6. — S. Bern. — S. Petr. Chryſol. — *Auarus theſaurizet in cælo.*

5. Porrò autem circa diuiſionem illam aquarum, de qua ſuperiùs ex nonnullorum ſententia dictum eſt, poſſet etiam adnotari diuiſio variorum ſtatuum, quæ in hominibus baptiſmali aqua tinctis videri ſolet. Vna eſt aqua, ſcilicet vnum Baptiſma, diuino Spiritu velut incubante, & fouente & animante inſtitutum ac fœcundatum: cæterùm inde mira exurgit diuerſitas animorum; alij in imo reſident, terræ adhærent, terram alluunt, à terrâque non abluuntur, ſed fœdantur; homines terrenorum & labentium bonorum amore ineſcati: alij in aëra volant, in auras abeunt, ſuperbiæ vanitatique dediti; alij vertuntur in ignes, & flammis iratum odiorúmque ſucceſſi, ſuo & aliorum incendio conſumuntur. Felices demum alij, qui ſurſum euecti, quicquid caducum & abiectum eſt, ſubtus ſe auerentes, in cælum, in firmamentum, toti quanti ſunt, transmutantur ac morantur, vt ait Aug. *in Pſalm.*121. In domo Domini, qui condidit domum, ipſe & delitiæ omnium habitantium in domo, ipſe ſola ſpes hic, & res ibi. Sic ille. At quàm ij ſunt pauci: quos æquus amauit Iupiter, aut ardens euexit ad æthera virtus!

*Hominum conditio multiplex in fide.* — *Homines in cælum euecti.* — S. Aug.

6. *Vocauitq; Deus firmamentum, Cælum.*] Hic adnotandum mutatum fuiſſe cælo nomen, & relicto priori, ſcilicet firmamento, ſiue extenſione, cælum vocatum à Deo. Quo admonemur; ſi quis priſtinas abluat ſordes, & in puriorem ac meliorem vitam aſſurgat, atque ex aquis cælum, vt nonnulli putant, efficiatur, dignum eſſe, cuius antiquum & vilius nomen ſileatur: omninóque probroſus illius ſtatus à mentibus hominũ aboleri debeat. Pallium enim laudis (vt vocat pœnitentiam Iſai.) operit ignominiam præteritam. Sic pœnitens, & conuerſus ad Patrem, atque à Patre ſuſceptus ille prodigus filius ſtola induitur. Et ſecundùm D. Aug. ſtola prima eſt dignitas, quam perdidit: & ſecundùm Ambroſ. ſtola eſt amictus ſapientiæ. Quare ſapienter agit, qui hominem ad meliora conuerſum, & verbo & facto honorat: inſipientis verò eſt errata priora homini, qui reſipuit, exprobrare. Hanc contumeliam ſanè grauiſſimã peracerbè ferebat Dauid ab aduerſariis ſæpiùs Vriæ facinus exprobrantibus. Etenim Pſal.6. de hoc argumento loquutus ſic ait: *Inueteraui inter omnes inimicos meos.* Vbi Theod.

*Pœnitentia transmutatio.* — Iſa. 61. — *Prodigus conuertitur.* — S. Ambr. — *Conuerſi quàm ſint grauiaq.* — Pſal. 6. — Theod.

A Omnibus (inquit) malis grauiora mihi ſunt inimicorũ opprobria: hæc in me conſumunt & liquefaciũt, & extremã ſenectutẽ adducunt. Ergo valde oppreſſus, & ferè ſuccũbens tanto malo, quippe (ait) *opprobria exprobrantiũ tibi ceciderunt ſuper me*, Pſal.68. à conſortio hominum longiſſimè abduci exoptat. *Quis dabit mihi pennas? & volabo, & requieſcã.* Pſal.54. Declarat D. Aug. Conuitia hominum ferre non poſſum. Vtinam requieſcam alicubi ab eis ſeparatus corpore, non amore!

Pſal.68. — Pſal 54. — S. Auguſt.

7. Inſeri poteſt hoc loco illa alia diuiſio aquarum, quibus labores, calamitates & perſequutiones huius vitæ ſignificantur; mira eſt enim in iis diuiſio. Omnes quidem laboramus, patimur, premimur, & gemimus in hoc habitaculo carneæ B fragilitatis: ſed tamen alij patiuntur vt fideles, alij vt infideles; alij vt iuſti, alij vt improbi, alij vt filij, alij vt mali ſerui. Et iuſti quidem afflictionibus exercentur, vt aurum in igne purius ac lucidius ſplendeſcat. Virga percutiuntur à Patre, ſed illis ſuam tradit hæreditatem, vt loquitur D. Aug. Pulcher ille locus Oſeæ 5. *Vadẽs reuertar ad locũ meum, donec deficiatis, & quæratis faciem meam.* Locum eius, multi intelligunt cælum; ſed Hiero. aliter ita interpretatur: Locum eius maieſtatem eius debemus accipere, vt nequaquam deſcendat ad homines, ſed res ſpernat humanas, & permittat eos, quos antea protegebat hoſtibus ſubiace- C re, vt deficiant, & poſtea quærant faciem eius. Sic Hieron. Quod quidem optimè cecidit iis qui tribulatione preſſi ad Dominum quærendum, & amandum recurrerunt, vt ſtatim cap. 6. dicitur: *In tribulatione ſua manè conſurgent ad me; venite & reuertamur ad Dominum.* Aquæ igitur tribulationũ iuſtos in altum ſuſtollunt, Quod etiam *in Pſ.*83. oſtẽditur. Titulum habet: *Pro torcularibus.* Quibus nimirum tribulationes ſignificantur. Exaudiitur autẽ: *Quàm dilecta tabernacula tua Domine! Concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini.* Vbi ſic Aug. Quò defecit? in atria Domini defecit vua preſſa. Sed quò defecit? in vinum & in lacum, & in apothecæ requie ſeruanda, in quiete magna. D Hic deſideratur, ibi capitur; hîc ſuſpiratur, ibi gaudetur: hic operatur, ibi laudatur: hîc gemitur, ibi exultatur. Metuendũ eſt, ne vua dum torcular timet, ab auibus, vel à feris comedatur; ſic Aug. Idem Aug. *in Pſ.*91. de iſto diſcrimine tribulationum ita concludit. Boni flagellãtur, vt filij; mali damnantur, vt alieni. Profectò ſuppliciis diuinæ iuſtitiæ diuexantur impij, neque tamen meliores effecti, ampliùs in ſceleribus obdureſcunt, donec tandem cum Pharaone, & exercitu eius, quaſi plumbum in aquis vehementibus ſubmerſi ſepeliantur in gehenna? At ſolet nonnunquam differri ſupplicium, ſed non omnino tolli. Rex ille *Luc.*20. qui locauitq; vineam colonis, peregrè profectus eſt, nimirum, vt egregiè obſeruat D. Ambr. ne præpropera videretur exactio. Nam quo indulgentior liberalitas, eo inexcuſabilior E peruicacia. Sic Ambr. Verùm felices in ſuis facinoribus perſiſtunt improbi; iuſti autem calamitatibus opprimũtur; ſed qui prudens eſt, nec illis inuidet felicitatem, nec iſtorum deridet calamitatem. Etenim vt bene animaduertit D. Aug. *in Pſ.*93. labor iuſtorum flagellũm eſt Patris, & felicitas peccatorum, fouea ipſorum eſt. Idem expendens illa verba Pſal.89. *Quis nouit poteſtatẽ iræ tuæ?* ſic philoſophatur. Valde paucorum hominũ eſſe noſſe iræ tuæ (ô Deus) poteſtatem, quia pleriſque ita magis eum parcis iraſceris, vt non ad iram, ſed potiùs ad manſuetudinem tuam pertinere intelligatur labor & dolor, quo corripis,

*Labores aquis ſignificati.* — D. Aug. — Oſeæ 5. — *Iuſtorum calamitates.* — D. Hier. — Oſeæ 6. — Pſal 83. — *Tribulantur iuſti & iniuſti, ſed grandi diſcrimine.* — S. Auguſt. — S. Aug. — Luc 20. — *Supplicium differtur.* — S. Ambr. — S. Aug. Pſalm. 93. — Pſal. 89. — *Præſtat pati cum bonis, quàm gaudere cum malis.*

eudiſque quos diligis, ne pœnis excrucientur A æternis. Ad iram iuam pertinet, quòd nonullis, quibus plus iraſceris, parcere videaris, vt proſperetur peccator in via ſua, & in maiora recipiat in nouiſſimo. Denique non aliena eſt illa etiam interpretatio de diuiſione aquarum, quibus lacrymæ ſignificantur. multiplex enim eſt deflendi occaſio. Quare lacrymarum quædam in imo ſubſidunt, hoc eſt, ex terrenis euentibus effunduntur propter paupertatem, angores, morbos, dolores corporum, filiorum, & propinquorum obitos.

*Lacrymarum duo genera.*

Aliæ verò in altum ſublatæ, velut in firmamentum cæli tranſmutantur: cùm videlicet ex pœnitentiæ dolore, ex deſiderio patriæ cæleſtis, ex B amore ipſius Dei ab anima intus æſtuante per oculos dimittuntur. Et quidem de lacrymis pœnitentiæ illud vnum adnotarim ex D. P. Chryſol. *ſerm.* 93. vbi agit de Magdalena lacrymis rigante pedes Domini. ſic enim ait: Stans retrò ſecus pedes Domini, *Luc.* 7. vt Chriſti veſtigiis innixa percurreret per viam vitæ, quæ per viam cucurrerat mortis. Lacrymis rigabat pedes eius. En mutatur ordo rerum, pluuiam terræ cælum dat ſemper: ecce nunc rigat terra cælum: imò ſuper cælos, & vſque ad ipſum Dominum imber humanarum proſilit lacrymarum: vt iuxta Pſalmiſtam, & de aquis fletuum cantetur illud: *Et aqua quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen Domini.* Lacrymis rigabat pedes eius. O quanta vis in lacrymis C peccatorũ! rigant cælum, terram diluunt, extinguunt gehennam, delent in omne facinus latam diuina promulgatione ſententiam. Hactenus Chryſol. Optime coniunguntur lacrymæ cum firmamento cæli, nihil enim vſitatius & frequentius in hac vita iuſtis eſt, quàm vt fleant in hac lacrymarum valle; cùm & ipſa ſanctiſſima Dei mater ſemper virgo Maria vitam lacrymis plenam tranſegerit: nam de illa bene interpretatur Abbas Rupertus locum illum Cant. *Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon.* Compuncta enim doloribus (inquit) fuiſti præ cunctis mortalibus, propter dilectum tuum. Vtinam à Virgine reliquæ mulieres addiſcerent piè ſanctéque flere, de quibus D Poeta cecinit,

*Pet. Chryſ.*

*Luc.* 7

*Magdalena fletus.*

*Rupert.*
*Cant* 7.
*B. Maria lacryma.*

*Vt flerent, oculos erudiere ſuos.*

An portæ cæli Virginis Deiparæ ſunt oculi, in quibus omnes gratiæ collucent, & à quibus maternæ pietatis radij ad nos in hac mundi caligine deriuantur: ac ſubinde quæ in porta cæli renident margaritæ, *Apocal.* 21. lacrymæ ſunt, quibus virginei oculi per totam vitam aut præ doloribus, aut præ deſideriis maduerunt? At optime quidem cum firmamento aquæ iunguntur; doluit enim Virgo mater, lacrymis tota immaduit: firmamentum tamen extitit, inter vndas in ſalo, atque inter ventos immota rupes nihil illa firmius, quæ ſtabat iuxta crucem Ieſu mater eius. E Sic concluditur opificium diei ſecundæ.

---

## SECTIO V.

*Dixit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum. & appareat arida Et factum eſt ita. Et vocauit Deus aridam, Terram, congregationéſque aquarum appellauit Maria. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum, faciens fructũ iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram.* A *Et factum eſt ita. Et protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignúmque faciens fructum, & habens vnumquodque ſementem ſecundùm ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & mane, dies tertius.*

5. CONgregentur aquæ.) Hîc iam exoritur tertius mundi dies, & quæ Deus in ipſo molitur effecta. Præclarus dies (inquit D. Ambroſ. 3. *Hexamer. cap.* 1.) qui terram à naufragio liberauit. Congregetur aqua, dictum eſt, & congregata eſt, & frequenter dicitur, congregetur populus, & non congregatur: non mediocris pudor eſt, B imperio Dei inſenſibilia elementa parere, & homines non obedire, quibus ſẽſus ab ipſo tributus eſt autore. Collectæ igitur ſunt omnes aquæ ſublunares, & craſſiores effectæ per Dei virtutem, vt credere par eſt (qualis denſatio cernitur in marina) vnum in locum, qui præcipuè, vt D. Ambr. D. Baſil. D. Hieron. & alij ſentiunt, Oceanus appellatur: eò namq; maximè cõfluit aquarũ colluuies. Earum ſubinde infinita copia terræ meatibus ac venis infuſa eſt, vt & ariditatem terræ humectarent, & habiliorem redderent fœturæ rerum ab illa pullulantium: atq; ſiphonum modo, quà in depreſſis vallibus, quà patentium camporum æquata planitie, quà etiã ſummis iugorum verticibus, C ac in præaltis ſuſpenſarum rupium deuexitatibus in fontes, in riuulos, in amnes, in lacus, in latiſſima flumina emicarent ac prorumperent. Vnde (vt eleganter expendit D. Ambr. *Epiſt.* 42.) terra in fontes prorumpit, ac deducit meatus fluminum, quibus pignora ſua, quaſi pia mater plenis lactat vberibus. Vidit autem Deus quòd eſſet bonum. Cuius dicti ratio præſenti capite non ſemel inculcati, ea mihi videtur aptiſſima, quam D. Chryſoſt. *homil.* 5. ſic enucleat. Quia humana natura imbecillis eſt, & opera Dei digne laudare non ſufficit, diuina Scriptura acceptam ab ipſo opifice laudem nos docet. Igitur quando audis, D quòd etiam ipſi conditori creaturæ probantur, & bonæ apparent, maius habiturus es miraculum, nihilque amplius afferre poteris, talẽ enim ſortitus es Dominum qui talia facit, quæ à nobis neque laudari ſatis poſſunt. Quomodo enim vnquam opus Dei pro dignitate laudare poſſet humana natura? Sic Chryſoſt. Magna hæc eſt elementi aquei commendatio; ſed ea mihi videtur omnem explicandi copiam ſuperare, quæ à D. Hieron. *Epiſt.* 83. affertur. Chriſtus (inquit) Ieſus Dominus noſter, qui ab aquis primum ſignum cœperat, finiuit in aquis: latus Chriſti percutitur lancea, & Baptiſmi atque martyrij pariter ſacramenta funduntur. Permeantem aquam terræ in- E troſum abditos ſinus ac venas tertio die vidit orbis: at idem ſubinde obſtupuit ab ipſius Dei in cruce pendentis transfixo pectore aquam emanare; cum ſanguine, cum anima, cum Deitate ſempiterni Verbi aqua pariter morabatur. Quo nihil ad aquarum commendationem admirabilius, aut dici, aut fingi poſſet. Videas (ſi placet) encomia maris apud D. Ambroſ. 3. *Hexam. cap.* 5. Illa tamen verba eiuſdem non omiſerim. Quid (inquit) aliud ille concentus plebis eſt? Vnde bene mari plerumque comparatur Eccleſia, quæ primo ingredientis populi agmine totas veſtibuli vndas vomit; deinde in oratione totius plebis, tanquam vndis refluentibus ſtridet. Tum reſponſoriis Pſal. cantio virorũ, mulierũ, virginum, paruulorum conſonus vndarum fragor reſultat. Nam illud

*Diei ſecundi operatio*

*S. Ambr.*

*Deo elementa potius, quàm homines obediunt.*

*Aquarum cõmoda recenſentur*

*S. Ambr.*

*S. Chryſoſt.*
*Dei opera mirabilia.*

*Aquarum quæ ſumma laus.*

*S. Ambr.*

*Eccleſia mari vndanti ſimilis*

illud quid dicam, quòd vna peccatum abluit, & A ſancti Spiritus aura ſalutaris aſpirat? Vnde mihi, vt omnem pelagi pulchritudinem comprehendam, quam vidit operator? Vidit Deus quòd eſſet bonum. Hæc Ambr. Idem *lib. 5. cap.* 2. adiicit ad laudes aquæ, quòd etiam in Eccleſia aquæ illud operentur, vt prædonum abluta nequitia cum innocentibus comparetur, *Iſa.* 65.

*Aquis peccata abluuntur.*

Iſa. 65.

*Maria, fluuij, lacus, inſulæ.*

2. Porrò autem quàm mirabile diuinæ omnipotentiæ opus, aquarum iſta congregatio, hoc eſt, Oceanus; à quo maria variis nuncupata nominibus oriuntur; freta, ſinus, lacus, paludes, flumina, & inſularum propè incredibilis multitudo, quæ circumfuſo vndique mari, aut decurrenti B flumine, aut ſtagnanti lacu alluuntur, dictæ (& quidem meritò) in ſacris literis, maris filiæ? Hinc Oliſipo, quam Luſitanæ genti opifex mundi opportuno loco ſitam eſſe voluit ad imperium Oceani; cuius quidem in ipſis Tagi faucibus in Oceanum exonerantis, ille pateſcit ampliſſimus ac tutiſſimus portus, vt omnium penè gentium, eodem appellantium ſermonibus, in orbe, quà patet, & quà ſcitur à mortalibus, portuum celeberrimus habeatur. Hinc nauigationes vltrò citróque inſtitutæ; hinc commercia inter ſeſe diſſitarum cælo, terra, maríque regionum. Hinc denique cum Luſitanis (qui mortalium primi ab occiduo orbe inacceſſas Oceani vndas, & intactos homini gurgites, ad vſque Lequios, Sinas, C Iaponios; Antipodáſq; ipſos, emenſi; arcanos (vt ita loquar) terræ cælique receſſus perluſtrarunt: & noſtra belli gloria, & Chriſtianæ gentis fama, fidéſq; ipſa Chriſti catholica pariter nauigauit. Cedunt hæc omnia in laudem Oceani, & aquarum. Congregentur aquæ in vnum locum. Factúmque eſt mare, in quo vel maximè theatro diuina omnipotentia videtur triumphare. Canit enim Vates regius: *Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus*, Pſalm. 92. Item Pſal. 106. *Qui deſcendunt mare in nauibus, facientes operationẽ in aquis multis, viderunt opera Dei, & mirabilia eius in profundo.* Certè Dei conditoris omnipotẽtia, mare velut beſtiã imperio ſuo regens & coërD cens, nunc ad vindictam & ſupplicium mortaliũ tamquam in iras furorémque incitat, æſtuantibus vndis, procellis detonantibus, ventorúmque rabie debacchante: nũnc indignantem cohibet belluam, indomitam frænat, tumẽtem compeſcit: ac ventos & vndas tam placidè ſerenat, vt ſtrata iaceant maria. Conditoris ſui agnouit imperium mare rubrum, quando ad eius nutum, vel leuiter attactum virga Moyſis, aquarum verticibus hinc inde in altum ſublatis in morem aggerum ac vallorum, planam & exſuctam ſtrauit viam medio in pelago, quà Dei populus Hebræorum tanquam per campos herbis virentes, E & prata vernantia, vt à Sapiente dicitur, alacriter & ſecurè graderetur ad terram promiſſionis. Laxatis ſubinde habenis Dei omnipotẽtia mare ad priorem ſtatum reducens, Ægyptum penè omnem cũ rege, cum exercitu, cum falcatis curribus, equis, armíſque inter recurrentes vndique vndarum gurgites funditus abſorbuit ac deleuit; ad quæ miracula ſic orbis expauit vniuerſus, vt eorum fama per gentes latè peruagata Deum Hebrææ gentis metuendum reddiderit, ac memorabilem. Hinc enim conſequentes deinde mortales, quamuis Dei veri fide carentes, & idololatriæ dediti, nũquam Deum Hebræorum auſi ſunt denegare. Tametſi hoc illi, quaſi vitio tribuendum cenſerent, quòd à mortalium cõſortio

*Oliſipo Luſitaniæ.*

*Tagi oſtia.*

*Luſitanorum nauigatio.*

*Mare quàm admirabile.*

Pſalm. 92.

Pſal. 106.

*Maris tempeſtas & ſerenitas.*

Sap. 19.

*Mare rubrum tranſeunt Hebræi.*

*Deus Iſraël memorabilis.*

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

A nimis abductus, neque palpari manibus, neque videri oculis pateretur; vnde, vt videtur D. Aug. *lib. 1. de conſenſu Euang. c.* 30. à Lucano Poëta *lib. 2. de bello Pharſalico* dictum eſt,

S. Aug.

Lucan.

——— *Et dedita ſacris*
*Incerti Iudæa Dei.*

Vbi ſanctus Doctor: Maluit (inquit) dicere incertum, quàm nullum Deum, cuius tam magna documenta ſentiebat. Hæc etiam fuiſſe ratio exiſtimatur à pluribus, quare Athenienſes gentium peritiſſimi Deum quem Hebræi colebant, & eſſe confitentes, & tamen quis qualiſve eſſet prorſus ignorantes, aram illi dedicârint appoſito titulo: *Ignoto Deo*; vt habetur *Act.* 17. Ac mihi quidem B probabile eſt, complures Hebræos etiam idolis ſeruientes Deum ſuorum Patrum omnino vanũ ac nullum eſſe nunquam crediidiſſe: ſed eum planè pro Deo, & miraculorum illius gentis operatore confitentes, ideo tamen prorſus abdicaſſe; quòd ſe eorundem aſpectibus & conſortio exhibere non dignaretur. Etenim Hebræi, vt erant terræ affixi, à ſenſu nihil eleuati, nihil etiam curantes mentem philoſophicam, quæ vnum ac verũ Deum per ſua effecta mirabilia veneraretur, amabant Deos, quos & oculis viderent, & manibus attrectarent, quantumuis eſſent lignei, cerei, aut etiam vituli ex ære fuſili. Qua impietate in deſerto coram vitulis luſitantes clamabant: Hi C ſunt Dij tui Iſraël. Quales nimirum expoſtulauerant ab Aarone: *Fac nobis Deos, qui nos præcedant*, Exod. 32. hoc eſt, quos intueamur, quos palpemus, qui nobiſcũ incedãt pariter ac verſentur. Deus iſte, quem nobis Moyſes prædicat, verè Deus eſt abſconditus, *Iſai.* 45. Quod quidem poſtea Vates ipſe quodammodo conqueſtus dixiſſe videtur: Deóque proinde vim faciens, vt promiſſa tandem compleret. Hinc illud perbellè dictum à D. P. Chryſolog. *ſer.* 147. Et ipſi Gentiles ob hoc ſimulachra fixerunt, vt in ipſis erroribus oculis cernerent, quod colebant. Sciens ergo Deus viſendi ſe deſiderio cruciari mortales, vnde ſe viſibilem faceret, hoc elegit, quod eſſet & D terris magnum, & non minimum ſupernis. Factus homo aſſumpſit ex nobis, vt videretur à nobis. Sic ille.

Act. 17.

*Hebræi Deum occultum queruntur.*

Exod. 32.

Iſa. 45.

S. P. Chryſ.

3. Hoc ipſum tandem præſtitit Dominus, cùm deſcendit in terras, Deúſque apparuit factus homo mortalium ſenſibus notus, ac familiaris. Sic enim Propheta Baruch c. 3. *Poſt hæc in terris viſus eſt, & cũ hominibus conuerſatus eſt.* Et Abacuc 3. *Apparebit in fine, & non mentietur.* At quàm notus ac familiaris extiterit hominũ ſenſibus, demonſtrat Ioan. cap. 1. Epiſt. 1. hiſce verbis: *Quod fuit ab initio, quod vidimus & perſpeximus oculis noſtris, quod audiuimus, & manus noſtræ contrectauerunt de Verbo vitæ: & vita manifeſtata eſt*, &c. Ad quem loE cum ita S. Auguſt. Chriſtus ergo Verbum vitæ; erat enim ab initio, ſed non erat manifeſta hominibus; manifeſta erat Angelis videntibus, & tanquam pane ſuo cibantibus. Sed panem Angelorum manducauit homo; *Pſalm.* 67. Ergo manifeſtata eſt ipſa vita in carne: quia in manifeſtatione poſita eſt, vt res, quæ ſolo corde videri poteſt, videretur & oculis, vt corda ſanaret. Solo enim corde videtur Verbum, caro autem & oculis corporalibus videtur. Erat vnde videremus carnem, ſed non erat vnde videremus Verbum. Factum eſt Verbum caro, quam videre poſſemus, vt ſanaretur in nobis, vnde Verbum videremus. Hæc Aug. Eodem ſenſu dixerat idem Apoſtolus Euang. c. 1. *Et Verbum caro factum eſt, & habitauit*

Baruch 3.

Abac. 3.

*Deus manifeſtus per incarnationem.*

1. Ioan. 1.

S. Aug.

Pſal. 67.

Ioan. 1.

*in nobis, & vidimus gloriam eius.* Vbi ſic Aug. A Quia Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: ipſa natiuitate collyrium fecit, vnde tergerentur oculi cordis noſtri, & poſſimus videre maieſtatem eius per eius humilitatem. ideo factum eſt Verbum caro, & habitauit in nobis: ſanauit oculos noſtros. Et quid ſequitur? *Et vidimus gloriam eius.* Gloriam eius nemo poſſet videre, niſi carnis humilitate ſanaretur. Vnde non poteramus videre? Intendat ergo caritas veſtra, & videte, quod dico. Irruerat homini quaſi puluis in oculum, irruerat terra, ſauciauerat oculum, videre non poterat lucem. Oculus iſte ſauciatus inungitur. Terra ſauciatus erat, & terra illuc mittitur, vt ſanetur. B Omnia enim collyria & medicamenta nihil ſunt, niſi de terra. De puluere cæcatus es, de puluere ſanaris; ergo caro te cæcauerat, caro te ſanat. Carnalis enim anima facta erat conſentiendo affectibus carnalibus, inde fuerat oculus cordis cæcatus. Verbum caro factum eſt. Medicus iſte tibi fecit collyrium. Et quoniam ſic venit, vt de carne vitia carnis extingueret, & de morte occideret mortem: ideo factum eſt in te, vt quoniam Verbum caro factum eſt, tu poſſis dicere: & vidimus gloriam eius. Hactenus Aug.

*Oculis hominũ ſanati per incarnationem Verbi.*

*Chriſtus medicus.*

S Greg. Diſertè quoque in hanc ſententiam adnotauit D. Gregor. Papa. Venientem (inquiens) in terras Deum hominem factum, omnia elementa ſenſerunt, calcandúmque eius pedibus mare ſeipſum C præbuit. Quod miraculum refertur *Matth.* 14. vbi etiam S. Chryſoſt. Vide (inquit) Domini virtutem: & increpauit mare, & ſuper mare ambulauit; & alij hoc ipſum vt facerent iuſſit, & periclitantes ſaluauit. Ideóque homines dixerunt: Verè filius Dei es, quod antea non dixerant. Ita Chryſoſt.

Matth. 14.
S Chryſoſt.
*Mare Chriſtũ agnouit.*

Animaduerterim, ad hoc opus tertiæ diei, videlicet congregationem aquarum vnum in locum (mare diximus appellari, & Oceanum) pertinere ad literam totum illum locum Iob 38. de mari: *Quis concluſit oſtijs mare?* Opportunus hic erat locus ad perurgendam eorum non iam dicam cupiditatem, ſed tyrannidem: qua, vt ſuas opes amplificent, dilaténtque prædia, villas, D ædium inſanas ſubſtructiones; aliena diripiunt, pauperculos tenuibus agellis & caſulis nudatos violenter depellunt. Erubeſcant igitur ad aſpectum aquarum; quæ, vt terra caput exerat, fructúſque ferat, ſuo à natura ipſa debito loco ceſſerunt. At hominibus ratione præditis Deus ipſe præſcribit nõ vt ſua quiſquis abdicet, ſed ne aliena rapiat. Profectò nullum eſt in vrbe pernicioſius monſtrum, quàm homo cupidus. Qualem deſcribit D. Baſil. *homil.* 7. hiſce verbis. Auarus in vrbe malus cohabitator, malus eſt in agris: nam mare terminos habet, nox item leges antiquas non egreditur: ſolus auarus nullum circumſcri- E bit tempus, non terminum nouit, rerúmque ſucceſſione non cedit; ſed vim naturámque ignis imitando, omnia comprehendit, omnia paſcitur. Quid ergo poſthæc; nónne telluris tres tantùm cubiti te expectant? nónne paruus lapis ad tui miſeri corporis cuſtodiam ſatis erit? Hæc Baſil.

Iob. 38.
*Auari perſtringuntur.*

S. Baſil.

Deinde arguit hic locus immoderatam in pauperibus cupiditatem, qui licèt cenſu egentes, habendi tamen libidine omnem excedunt terminum: cùm tamen mare immenſum intra præſcriptos à Deo limites ſe libens cohibeat. *Facilius eſt camelũ per foramen acus tranſire, quàm diuitẽ intrare in regnũ cælorum,* dicit Dominus. Auditis autem his diſcipuli mirabantur valde, dicẽtes: *Quis ergo poterit ſaluus eſſe?* Matth. 19. Hunc locum egregiè

*Pauperum cupiditas ſubnotatur.*

Matth. 19.

A pertractat D. Aug. *in Pſal.* 51. Ergo (inquit) Apoſtoli diuites paucos attendebant? Latebat eos tãta pauperum multitudo? Omnes pauperes intrãt in regnum cælorum, ſoli diuites excluduntur? quot ſunt diuites? at verò pauperum millia innumerabilia. Non hoc ſenſerunt Apoſtoli, dicentes: Quis ergo poterit ſaluus eſſe? attenderunt non facultates, ſed cupiditates. Viderunt enim etiam ipſos pauperes, etſi non habentes pecuniam, tamen habere auaritiam. Hæc Aug.

S Aug.
*Cupiditas laté vagatur.*

4. *Et apparuit arida.*] Collectis vnũ in locum aquis detecta, nuda, diſſiccata, & (vt cum D. Amb. dicamus) naufragio libera tellus apparuit; cui vni rerum naturæ partium, vt eleganter aduertit B Plin. *lib.* 2. *cap.* 63. eximia propter merita cognomen indidimus maternæ venerationis, quæ nos naſcentes excipit, natos alit, ſemélque editos ſuſtinet ſemper, nouiſſimè complexa gremio iam à reliqua natura abdicatos, tum maximè, vt mater operiens, &c. Ea quaſi velo remoto, & corticis reuolutis ſe conſpicuam præbuit, vt loquitur D. Baſil. vbi ex immenſa illa aquarum colluuie tandem emerſit in vtilitatem, imò in procreationem ac vitam animãtium. Crediderim vel antea primo ſuæ creationis die, vel nunc vbi apparuit aquis detecta, tellurem ipſam extitiſſe pulchram, ea varietate inæqualitatéque mirabili, quã conſpicimus: nimirũ depreſſam in valles, latam, pla- C nam, ſtratam in campos; excelſam in colles, aſperam ſalebris, horrentem rupibus, nunc mitem, nunc ſaxoſam, nunc æqualem, nunc præruptam, ac dehiſcentem in cauitates, hiatus, voragines. Crediderim etiam iam tum terræ viſcera metallis, gemmis, marmoribus Pariis; Iaſpidum aliorúmque lapidum pretioſorum venis fœcundam ac diuitem. Reuoluto aquarum pondere, & quaſi limoſa illuuio prorſus abſterſa, tellus, quæ antea paluſtris & vliginoſa extiterat, ſicca & pura prorſus viſa eſt. Quo facto inter pleraq; alia hoc vnũ ſignificare voluit Autor orbis; nimirum, vt omni ſtudio peccatorum ſordes ac turpitudinem paludes omnino ab animis deriuemus, mentémque D fœda omni deterſam vligine ſiccam & puram, diuino Spiritui colendam ac fœcundandam præbeamus. Amouenda igitur eſt, & exſiccanda palus, vt ait D. Ambr. 3. *Hexam.* 1. ſcilicet intemperãtia & incontinẽtia, in qua volutabra libidinum ſunt, beſtiarũ murmura, latibula paſſionum: vbi merſantur quicunq; inciderint, & nõ emergunt: vbi labuntur pedum veſtigia, fluitãt ſingulorum inceſſus. Vbi fulicæ ſe, dum lauant, polluunt; vbi flebiles deſuper gemitus columbarum; vbi pigra teſtudo cœnoſo hæret in gurgite, &c. Medio in centro terræ reliquit omnipotens rerũ conditor immenſum prope ſpatium inane: vbi ex ſulphu- E rea terræ ipſius ſubſtantia, in ſempiternum inexhauſta materia inardeſcit, quæ ignis ſulphurei conflagratio, gehenna & infernus nominatur. Hæ malefactorum dignæ in omnem æternitatem ſedes, qui ſicut oues in inferno reponentur, & mors depaſcet eos; vt canit regius Vates *Pſal.* 48. At quàm bene (inquit D. Bernard. *ſerm.* 2. ſuper illud: *Non eſt regnum Dei eſca.*) ſicut oues? quia detracto vellere mundialium diuitiarum durè preſſéque detonſi, ſempiternis nudi deputabuntur incendiis; mors depaſcet eos, quia ſemper morientur ad vitam, & ſemper viuent ad mortem. Quæret aliquis quorſum gehennale hoc ſpatium, & incendia Deus abdita in penitiſſimis terræ viſceribus, & ab humanis ſenſibus longiſſimè remota eſſe voluit? Nimirum, quia

*Terra de hominibus benè merita.*
S Ambr.

Plin.

Baſil.

*Terra ſtructura deſcribitur.*

S. Ambr.
*Libidinum paludes.*

*Infernus vbinam ſit.*
Pſal 48.
D. Bern.

quis carceres, ergaſtula, damnatorúmque ſpecus, in abditiore ac minùs conſpicua vrbis regione ſolent ædificari. Deinde (vt ex Chryſoſt. habemus) Deus ipſe benigniſſimus cælum in alto patulum, clarum, pulcherrimúmque conſtruxit; gehennam verò intra telluris reconditos ſinus abſcondit; imò, quod maius eſt, frequentiſſimè cæli beatitudinem nobis Chriſtus Dominus cõmendauit, de gehenna rariùs meminit: ratus hominum animos potiùs bonorũ amore, præmiorúmque ſpe debere permoueri, quàm metu pœnarum gehennæque incendiis perterreri oportere. Terruerat hominẽ timore creator ipſe, ac parum profecit: amori debebatur de homine triũphus. Iccirco ſponſa exorditur: *Oſculetur me oſculo oris ſui*, Cant. 1. Contactus (inquit S. Bern. *ſerm. 2. in Cant.*) labiorum, complexum ſignificat animorum, oſculetur me oſculo oris ſui; ſicque in ſigno pacis faciat ſecuram. Hunc ſcilicet amorem Deus in incarnatione demonſtrauit, vbi oſculum iſtud imprimitur, & coniunctio fit Deitatis cum humanitate. O quanta amoris vis! addit Bern. *ſerm.* 7. Hinc anima (ait) ſitiens Deum.

S.Chryſoſt.

*Chriſtus verò de inferno, de cælo frequentiùs agit.*

Cant. 1. D.Bern.

5. *Germinet terra.*] Fructificet (vt exponit Tert.) ac materiam ſuppeditet germinationi, quam Dei virtus efficienter educet. Ergo apparuit tellus aquis exoluta, ſubindéque Deo imperante herbarũ, florum arborúmque amœno lætóque amictu exornata. Rectè proinde philoſophatur Plin. *lib.* 2. *c.* 63. Aquæ ſubeunt in imbres, rigeſcunt in grandines, tumeſcunt in fluctus, præcipitantur in torrentes: aer denſatur nubibus, furit procellis. At terra benigna, mitis, indulgens, vſúſq; mortalium ſemper ancilla, quæ coacta generat? quæ ſponte fundit? quos odores, ſaporéſque, quos ſuccos, quos tactus, quos colores? quàm bona creditum fœnus reddit? quæ noſtri cauſa alit? illa medicas herbas fundit, & ſemper homini parturit. Hæc ille. Qui tamen, vt Ethnicus homo, numen terræ agnoſcit & veneratur. Nos Deum, & telluris, & ipſius fructuum vtilitatúmque primum & ſummum Autorem largitorémque agnoſcimus & veneramur. Quàm enim eſſet ab omni ratione alienũ, & quãtæ impudentiæ pariter atque amentiæ, ſi quis regia opulentáque menſa exceptus totum ſeſe impenderet in exhibendas, & dapibus, & mẽſæ ipſi gratias, nihil interim regẽ ipſum curando, à quo inuitatus ad epulum, ac tanto honore affectus fuiſſet? Hac ſimilitudine vtitur D. Chryſ. aduerſùs eos, qui in amore creaturarum defixi Deum ipſarum conditorem non venerantur. At qui fit (diſquirit Procop.) quòd cælum perfectum & abſolutum propoſuit Deus, & terram paulatim artificioſa manu exornauit. Cauſa in promptu eſt. Terra propter te tuámq; ſalutem primò prodiit inculta & ſqualida. terra enim cõmunis eſt mẽſa, patria, nutrix, & mater omnium, ciuitas & ſepulcrum commune. Ne igitur maxima quæ ſuppeditat commoda conſiderans, & quòd ſine ea viuere non poſſemus, reputãs, eam inter deos referendã cenſeres, euidenter denunciat eam à primordio fuiſſe informem, immundã, fœdámque viſu. quã vilitatẽ cernentes, magis admiremur eum, à quo & condita & ſuo decore expolita eſt. Sic ille. Diligenter hic penſitandum eſt diuinæ prouidentiæ conſilium in eo ſcilicet, quòd terram germinare faciat ſine vlla prorſus cultura, imò & ante ſolem ac ſydera, quæ die quarto creata ſunt, & ante pluuiam, cælive aliud beneficium. Senſus autem huius loci ac myſterij germanos mihi, præter cæteros Patres, D. Ambroſ. & Chryſoſt. elegan-

Tertul.

Plin.

*Deus rerum creator venerandus.*

S.Chryſ.

Procop.

S.Ambr. S.Chryſ.

A tiſſimè videntur enodaſſe. Verba D. Ambroſ. 5. *Hexamer. cap.* 6. ſic habent. Germinet terra: hoc eſt, ipſa per ſe germinet terra, nullum alterius quærat auxilium, non cuiuſquam indigeat miniſterio. Solent enim plerique dicere: Niſi clementior Solis calor tepefecerit terras, & quodãmodo radiis ſuis fouerit, non poteſt germinare terra: & propterea gentes diuinum honorem deputant Soli, quòd virtute caloris ſui terrarum penetret ſinus, ſparſáque foueat ſemina, vel rigentes gelu venas arborum relaxet. Audi ergo Deum, velut hanc vocem emittentem. Conticeſcat ineptus ſermo hominum, qui futurus eſt, faceſſat vana opinio. Antequam Solis fiat luminare, her- B ba naſcatur: antiquior eius ſit prærogatiua, quàm Solis. Ne error hominum conualeſcat, germinet priùs terra, quàm fotus Solis accipiat. Sciant omnes ſolem autorem non eſſe naſcentium. Dei clementia terram relaxat, Dei indulgentia prorumpere facit fructus. Quomodo ſol viuendi vſum miniſtrat oriundis, quando illa priùs diuinæ operationis viuificatione ſunt edita, quàm ſol in hos viuendi vſus veniret? Iunior eſt herbis, iunior fœno. Hactenus Ambroſ. Quæ verò ſequuntur non minùs diſerta ſunt D. Chryſoſtom. *homil.* 5. Quis non obſtupeſceret, atque admiraretur cogitans, quomodo verbum Domini, *germinet terra*, in ipſa olera terræ deſcendat, & quaſi admi- C rabili peplo, terræ faciem variis floribus adornet? Videre potuiſſes ſubitò terram, quæ antea informis & inculta erat, decore ſuo & ornatu, quaſi cum cælo certare. Et ſicut cælum paulo pòſt ornandum erat aſtrorum varietate, ita & florum tellus multiiuga varietate ornabatur, ita vt opifex in laudem eius prorumperet. Etenim vidit Deus, quòd eſſet bonum. Vidiſti quomodo per ſingula, quæ facta ſunt, oſtendit laudantem opificem, vt homines poſtea hæc diſcentes, ex creaturis ad creatorem recurrerent. Nam ſi creaturæ ſuperiores ſint, quam vt ab homine pro dignitate laudari queant: quid aliquis de opifice ipſo dicere poterit? Idem paulo inferius: Animaduerte D quomodo verbo Domini omnia facta ſunt ſuper terram. Non enim erat homo, qui operaretur, nõ aratrum, non boum cooperatio, non aliud eiuſmodi ſtudium: ſed ſolùm audiuit præceptum, & ſtatim quod ſuum erat, fecit. Ex quo diſcimus, quod etiam nunc neque cura, neque labor agricolarum, neque aliæ in colendis agris ærumnæ, fructuum nobis prouentus concedunt: ſed præ his omnibus verbum Dei, quod ab initio ad terrã factum eſt. Deinde adiungit: Quocirca etiamſi homines terram operentur, & iumentorum auxilio fruantur, & magnam terræ curam habeant, & magna ſit cæli temperies, & omnia alia concurrant, niſi nutus Domini accedat, omnia alia E fruſtrà & in vanum fierent; & nihil proficeret omnis labor, & deſudatio, niſi manus Domini ſupernè adiuuaret, & perfectionem his, quæ fiunt, tribueret. Hæc D. Chryſoſt. Hæc ferè omnia breuiùs complectitur ad hunc modum Procop. Deus iuſſit terram veſtiri plantis ante creationem Solis, ne quis ſolem, eius effectum conſiderans, in deorum numerum referat, religionémque colat. Vox diuina, quæ tunc contigit, lex quædam effecta eſt perennis, vt ei legi terra ſit obtemperatura vſque ad mundi finem. Similis lex conſtringit & cæteras creaturas, quæ conditæ ſunt præcedente imperatrice voce Dei.

S.Ambr.

*A Deo, non à Sole terra fructificauit.*

*Terra ornatur cum cæleſti decorat.*

*Deus creator laudandus.*

*Terra fructus à Deo.*

Procop.

6. Colliges inter alia, iccirco ante Solis calorem, ſyderum influxus, cælique pluuiam; terram,

*In Deo confidendum.*

flores, herbas, arbores, fructus, ſolo Dei verbo & imperio protuliſſe; vt Dei ſerui hinc intelligant, quantù fidere debeant diuinæ prouidentiæ, iuxta illud Pſal. 54. *Iacta cogitatum tuum in Dominũ, & ipſe te enutriet*, ac pro certo expectantur quod Sapient. 16. ſcriptum legitur: *Vt ſcirent filij tui, quos dilexiſti, Domine, quoniam nõ natiuitatis fructus paſcũt homines, ſed ſermo tuus eos, qui in te crediderint, conſeruat.*

Pſal. 54.
Sap. 16.
Matth. 4.

Conſonat Chriſti Domini ad tentatorem diabolum in deſerto ſententia Matt. 4. *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Enimuero diuina prouidentia à nobis exigit, & quòd illi totos nos, ac totã vitæ curam & ſtudium credamus, & quòd viuendi inſtituto rationéque rebus temporalibus vtamur secundum Dei placitum, ac temperantiæ & frugalitatis moderationem, iuxta illud D. Paul. ad Heb. 12. *Sint mores ſine auaritia, cõtenti præſentibus, Ipſe enim dixit: Non te deſeram, nec derelinquã.* Nota verbum, *ſine auaritia*, & *contenti*. Nã, vt ſcitè admodum dixit ille: Fortuna multis dat nimis, nulli ſatis. Pulchréque notauit Clem. Alex. 1. *pædag. c.* 12. Chriſtũ Dominum quando Matth. 6. nos admonuit: *Nolite ſolliciti eſſe*, &c. ſignificare voluiſſe moderatos nos eſſe debere, ac frugi. Magno enim (inquit) & profuſo ſumptu egent deliciæ. *Quærite ergo primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis*, Matth. 6. Quo Dei ipſius monitu, & conſilio, nec iudex quantumuis pauper à iuſtitiæ tramite deflectat, promittantur licèt aurei montes; & vidua, virgóque tenuis, ac paupercula à Dei timore, vitæque honeſtate, & pudicitiæ amore, vel contemptis etiam theſauris Ægypti, nequaquam abduci patiatur.

*Temperanter præſcribitur.*
Ad Heb. 12.
Clem Alex.
Matth. 6.
*Deliciis nihil ſatis eſt.*
*Promiſſis non recedendum à virtute.*
D. Aug.

Illud ante oculos habeatur D. Auguſt. Nutriebat te deſerentem ſe, & deſeret te timentẽ ſe? Quàm verò certum hoc ſit, quòd nimirum, qui virtuti ſtudet, Deóque inſeruit, poſtpoſitis etiam quibuſcunque, & vitæ emolumentis, atque in ſummo rerum diſcrimine, nunquã à Dei prouidentia ſuos vel maximè curantis, deſeratur: locus ille Ierem. 22. euidenter comprobat; vbi Deus ad Ioachim Regem auaritia habendi, ædificãdi, regnandique libidinem infamem, atque à patris Ioſiæ frugalitate ac pietate degenerantẽ ſic alloquitur: *Nunquid regnabis, quoniam confers te cedro? Pater tuus nonne comedit, & bibit, & fecit iudicium, & iuſtitiam, tunc cùm bene erat ei?* &c. Quẽ locum ſic interpretatur D. Hier. Nunquid regnare poteris in perpetuum? quoniam conferre te cupis cedro excelſæ, patri tuo Ioſiæ, videlicet Regi iuſto? Pater tuus comedit, & bibit, & fruitus eſt opibus regiis, nec tamen in eo offendit Deum, quòd habuit diuitias, ſed in eo placuit, quòd fecit iudicium & iuſtitiam. Et idcircò tam in præſenti ſeculo, quàm in futuro bene ei fuit & erit.

Ierem. 22.
*Dei prouidentia in ſuos.*
S. Hieron.

Valde mirandum eſt, quid ſit, quòd prius herbis atque arboribus adornetur terra, quàm cælum, ſcilicet firmamentum ſyderibus? Antè apparuerũt in terra florum herbarúmque prata virentia, quàm in cælo aſtrorum fulgores irradiarent, & via nictantibus ſyderibus lactea præniteret. An ne terram cælo conditor ipſe antepoſuit? Et quónam myſterio? Illud, & quidem meritò, agnoſcit Anaſtaſ. Sinaita *lib. 4. in Gen.* Antè (inquit) Deus ornauit terram, quàm cælum: tanquam ſi terra ante cælum ditata ſit Chriſti myſterio & aduentu. Sic ille. Iam tunc enim in ipſo mundi exordio fundamenta iaciebantur incarnationi Verbi diuini, quod eſt omnium operum diuinæ omnipotentiæ ac bonitatis auguſtiſſimum: per quod diuitiæ, ornatus, pulchritudo terræ tã admirabilis extitit, vt cælo ipſi anteire videatur.

*Terra prius quàm cælum ornata.*
Anaſtaſ. Sinaita.
*Incarnatio Verbi prædicitur.*

Prius igitur ornari debuit terra, quæ primò Deum in ſe hominem habitura erat, & illum poſt triginta & tres annos ad cælũ ipſum ſuæ præſentia maieſtatis illuſtrandũ tranſmiſſura. Sed elegantiùs proſequitur idem Anaſt. Propterea (inquiens) ante cælum terra à Deo ornatur, quoniã ante Angelos, terra, & terra geniti homines Deum per carnem vidimus: & ante cæleſtia exornãs ille hæc inferiora, ea lætificauit & illuminauit. Ante Cherubim & Seraphim, Magi & publicani, & latrones, & meretrices, & peccatores facie ad faciem Deũ viderunt, eóq; ſe oblectarunt, & fruiti ſunt. Deinde eum ſic tranſmiſerunt videndum ſupernis virtutibus. Hæc Sinaita. Deus igitur filio ſuo, quem iam ab omni æternitate decreuerat mittere in mundum, vt Verbum caro factum habitaret in nobis, & inter nos: terram ipſam floribus herbiſque adornauit, quam Dei pedes carnei eſſent preſſuri.

Anaſtaſ. Sinai.
*Terra Chriſto venturo adornatur.*
*Terra cælo antepoſita in incarnatione Verbi.*

7. *Herbam virentem.*] Hoc eſt, omne germen, ſiue herbæ, ſiue arbuſti, adultum illud quidem, & ſuo in ſtatu ſpecíeque perfectum, ſed adhuc viuidum, & ſucci plenum, aptúmque alimento, quódque ſubinde poſſet ſuum proferre ſemen ad propagationem ſuæ ſpeciei: neque verò credendum eſt eo primo telluris partu ſolas produxiſſe beneficas, & humanis vſibus aptas plantarũ ſpecies; ſimul enim ingratæ, moleſtæ, noxiæ, virulentæ productæ ſunt. quamquam & hoc certum eſt, nullam, etiam cicutam, idque genus alias, quamuis occulta virtute ſua carere, qua proinde mortalibus nulla ſit non vtilis, ac neceſſaria. Nã vt rectè aduertit Procop. non ſunt omnino noxiæ, ſed vim medicam retinent.

*Herbæ etiam noxiæ ſunt productæ.*
Procop.

En primò flores apparuerunt in terra noſtra, meliorũ vtique florum ſymbola & figuræ, de quibus *Cant.* 2. loquitur ſponſus. Sed qui flores iſti? D. Bernard. *ſer.* 70. *in Cant.* Patriarchas Prophetaſque intelligit. Idémque *ſerm.* 28. roſas liliaque martyres virginéſque interpretatur. Exponens enim illa ſponſæ verba: *Dilectus meus cãdidus & rubicundus*, Cãt. 5. ſic ait: Formoſus planè, quem circumdant flores roſarum, & lilia conuallium: hoc eſt, Martyrum virginúmque chori. Et qui medius reſidet, vtrique non diſſidet choro, virgo, & Martyr: quomodo candidis non congruit virginum choris, Virgo virginis filius, virginum ſponſus? quomodo non roſeis Martyrum cauſa, virtus, fructus, & forma martyrij? Sic Bernard. Sunt igitur omnes ſancti, quantumuis heroïca ſanctitate præcellentes, ſi cum virgine Dei matre comparentur, nihil aliud, quàm flores, herbæque in prato Eccleſiæ virentes. At ſemper virgo Maria, arbor eſt illa, de qua Iſa. *Aſcendet virga de radice Ieſſe.* Vbi D. Ambroſ. Virga Ieſſe virgo Maria. Fructus autem huius arboris Deus ipſe homo factus.

Cant. 2.
S. Bern.
*Flores Chriſti & ſancti.*
Iſa. 11.
D. Ambr.
*B. Maria arbor, ſancti flores.*

Cæterùm miraberis, qui fiat vt tantum diuinitatis pondus in tam tenera virga portari potuiſſet? Præſtat in hanc ſententiam audire D. Petrum Chryſol. qui optimè difficultatem propoſuit, ac ſoluit hiſce verbis. Ne timeas (inquit Angelus) Maria. Audiſtis fragilem noſtræ carnis naturam ad portandam totam Deitatis gloriam, Angelica exhortatione roborari. Denique ne tanto ponderi cæleſtis fabricæ in Maria ſubtilis noſtri corporis arena ſuccumberet, & in Virgine totius generis humani portatura fructum, virga tenuis frangeretur, fugatura metum, vox Angeli præceſſit: Ne timeas Maria, *ſerm.* 142. Ita Chryſol. Sed nemo hinc inferat ſola voce Angeli Virginem fuiſſe

D. Petr. Chryſol.
*B. Maria fructum Deitatis gloria.*

confor

conſortatam ad Deitatis infinitum onus ferendum: virtus enim Altiſſimi obumbrauit illi, & Spiritus ſanctus in illam deſcendit, cuius omnipotencia Virginis animus corpúſque vires ſupra omnem naturam ad excipiendam illius tam admirabilis myſterij magnitudinem aſſumpſit.

*B. Maria ab Spiritu ſancto roboratur.*

8. *Lignum pomiferum.* ] Arborem fructuoſam facientem fructum bene pomiferum vulgata vertit, quia pomum, pro quouis arboreo fructu apud Latinos vſurpatur. D. Baſil. & Procopius intelligunt cum frugiferis ſimul infrugiferas comprehendi arbores; etſi facta ſolùm fuerit mentio pomiferarum, vtpote nobiliorum. Ea eſt enim Dei conditoria magnificentia, vt etiam ad minus, vt videntur, vtilia, ignobiliora, & infructuoſa ſe diffundat, ideo vel maximè: quia in hoc immenſa Dei largitas ampliùs commendatur, & ingratorum hominum ſterilitas conuincitur; ac bonorũ & iuſtorum cùm virtus, tum erga Deum gratia meritúmque demonſtratus. Quod planiùs etiam *Matth.* 5. Chriſtus Dominus oſtendit, cùm Patrẽ ſuum noſtrique cæleſtem eo nomine valde commendat, quòd ſolem ſuum oriri faciat ſuper bonos, & malos, & pluat ſuper iuſtos, & iniuſtos. Quæ verba expendens D. Chryſoſt. Cautè (inquit) poſuit, ſuper iuſtos, & iniuſtos. non autem ſuper iniuſtos, & iuſtos; quia omnia bona Deus non propter homines dat, ſed propter ſanctos. ſicut & flagella propter peccatores. Sed in bonis non ſeparat peccatores à iuſtis, ne deſperent; nec in malis iuſtos à peccatoribus, ne glorientur maximè cùm malis bona non proſint, qui malè viuentes ad præiudicium ſuum percipiunt: nec bonis mala noceant, ſed magis ad iuſtitiæ lucrum. Similiter profatur D. Auguſt. 1. *de ciuit. Dei.* Bonus temporalibus bonis non extollitur, nec malis frangitur: malus autem ideo huiuſmodi felicitate punitur, quia felicitate corrumpitur. Vel ideo iſta temporalia bona & mala vtriſque voluit eſſe communia, vt nec bona cupidiùs appetantur, quæ mali habere cernuntur, nec mala turpiter euitentur, quibus & boni afficiuntur. Idem Chriſti exemplo vſus *lib.* 83. *quæſt.* 56. ita repetit. Monẽdum, ne peritura à Deo expectentur, quibus & improbi homines abundare poſſunt: ſed firma & ſempiterna. Hic præſtantiſſimum illud & vnicum exemplum Dei hominis proponendum eſt; qui & ea ſpreuit quę magna bona, & ea ſuſtinuit quæ magna mala imperiti putant. Sic Auguſt. Anaſt. Sinaita *lib.* 5. *in Geneſ.* pulchrè in myſtico ſenſu per herbas peccatorum vulgus, per arbores iuſtos intelligit. Herbæ (ait) eſcæ pecorum, & dæmonũ ſunt peccatores: arbores verò iuſti in nemoribus habent crucem, quam complectantur. Hæc planè ſumma eſt arborum commendatio, ſcilicet, quòd ex illarum genere nata, exciſa, & fabricata eſt illa crux, quam Dei filius ſuis humeris ſibi baiulauit, in qua crucifixus pependit, quam fecit imperij ſui ſceptrum, militiæ ſuæ vexillum; tantóq; eam in honore habuit, vt eodem, quo Deus ipſe, adorationis gradu ab Angelis & hominibus colendam ac venerandam propoſuerit. Ob hanc eandem ſui generis prærogatiuam exultare gaudio, & Dei bonitatem prædicare videntur regio Vari arbores ipſæ: canit enim Pſalm. 95. *Tunc exultabũt omnia ligna ſyluarum.* Ad quem locum ſic Theod. Tunc laudabunt omnia ligna nemoris: illa potiſſimùm Deo afferent hymnum, quandoquidem ex ipſis ſalutare lignum fuit, in quo Saluatoris corpus ſuffixum fuit, per quod hominibus germinarunt bona. Nota obſecro, quàm ſponte terra germinet ad imperium conditoris, quàm læto & largo partu producat animantia, quidquid parere poterat, momento peperit ad hominum vtilitatem. Idem de aquis omnia piſcium, & conchyliorum genera proferentibus adnotabis. Pudeat ergo diuites congeſtis opum theſauris incubantes etiam fruſtulum panis, aut obolum egenti ac petenti denegare. Rectè in hanc ſententiam diſſerit D. Chryſoſt. *homil.* 34. *Antioch.* Conſidera (inquit) quomodo per omnes parabolas non ſuis congruè vtentes pecuniis punit: nec enim virgines aliena rapuerant, ſed propria non dederunt, neque qui talentum in terram defodit, iniuſtum vſum ſibi vindicauit, ſed quia non germinauit: nec eſurientem deſpicientes, quòd aliena rapuerint, puniuntur, ſed quoniam ſua non diſperſerunt. Vniuerſim monemur aliis, quantum in nobis erit, prodeſſe: humanitatis exemplũ ipſa terra ſuggerit, ſpontaneos fructus miniſtrat, quos non ſeueris; multiplicatum quoque reddit, quod acceperit, inquit D. Ambroſ. *lib.* 1. *de offic. cap.* 31. Sed quid ego telluris & maris parturientium in noſtram vtilitatem exemplo diuites ad erogandum pauperibus compello? Heus tu (inquit D. Chryſoſt. *homil.* 15. *ad Rom.*) Deus quidem filium dedit, tu verò ne panem quidem illi propter te tum dedito, tum trucidato impertiris? quid hac iniquitate deterius. Controuerti ſolet ad hunc locum, quo anni tempore hæc telluris parturitio facta ſit, ſeu potiùs, quia nondum ſol productus fuerat, quænam tempeſtas anni cœperit ſole iam creato? Et quidem Hebræi contendunt fuiſſe æquinoctium autumnale; ſed nulla ratio cogit à communiore ac veriore ſententia diſcedere catholicorum Patrum, quæ tenet verno id factum fuiſſe tempore, qua de re plura plures alij. Sic ſitus eſt tertius dies.

*S. Baſil. Procop.* — *Arbores etiã infructuoſæ creantur.* — *Dei magnificentia.* — *Matth.* 5. — *Ingratitudo hominum.* — *S. Chryſoſt.* — *Bonis & malis bona & mala communia.* — *D. Aug.* — *Anaſt. Sin.* — *Herba peccatores, arbores iuſtos ſignificant.* — *Arborũ laus ex Cruce.* — *Pſalm.* 95. *Theod.* — *Auari perſtringuntur.* — *S. Chryſoſt.* — *Eleemoſyna commendatur.* — *S. Ambr.* — *S. Chryſ.* — *Verè creatus eſt mundus.*

## SECTIO VI.

*Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem, ac noctem, & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos: vt luceant in firmamento cæli, & illuminẽt terram. Et factum eſt ita. Fecitq; Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei; & luminare minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas. Et poſuit eas in firmamẽto cæli, vt lucerent ſuper terram, & præeſſent diei, ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt mane & veſpere, dies quartus.*

1. F*iant luminaria.* ] Quartus dies totus eſt à creatore, cælo exornando, impenſus; imprimis ex materia cæleſti, eam condenſando, produxit ſolem, lunam, ac reliquos planetas, ſuo quemque orbi affixum, ac ſtellas omnes (vt vocant) fixas in octauo cælo, quod firmamentum dicitur: tametſi hoc loco, vt & in ſuperioribus רקיע *raquiagh* Hebr. pro quo firmamentum vertitur, non peculiarem è cæleſtibus orbem, ſed totam illam ſuperioris mundi expanſionem ſignificet, vt iam præmiſſum eſt. Et quidem ſatis appoſitè toto hoc capite cæli expanſio inculcatus ſæpiùs; quòd cælum ipſum creator non ſibi, ſuiſve tantùm Angelis patere, hominibus autem

*Cæli creatio patefacta.*

A abſcondi & denegari voluerit. Quin potiùs non ſemel legimus in ſacris literis aperiri cælos, & cælos apertos videri. Vti Ezech. 1. *Vidi* (inquit) *cælos apertos, cùm eſſem in medio captiuorũ.*

Ezech. 1.

S. Chryſoſt.

Quærit hic D. Chryſoſt. & quidem meritò, cur ſolus Propheta viderit apertos cælos, cæteris autem captiuis, quorum in medio erat, aperti cæli non patuerint? Sed putandum haud eſt cælos diſrumpi, diſruptóſque hiare, id enim incorruptibili cælorum naturæ repugnat; itaque in ſeipſis non aperiũtur cæli, ſed in nobis ipſis, aut aperiri, aut occludi eò dicuntur, quòd fides noſtra, aut tam efficax eſt, vt cælos penetret, & ad vſque cælorum Dominum pertingat: aut eſt tam infirma, minórque etiam grano ſinapis, vt cælos, vel non oculis animóque intueamur, vel non fidei violento acumine introrſum penetremus: nam, vt ait S. Doctor, plana fides apertos habet cælos, dubia clauſos.

*Fides penetrat.*

B Sic verò de tam admirabili perfectóque opere ſibi gloriatur opifex, vt non ſolùm vſquequaque expanſum & apertum patere voluerit oculis intuentium: ſed vt primò ac perbellè diſpiciatur; hominibus oculos in facie, ceruice in altum erecta indiderit ad cæli contemplationem.

*Cælum homini conſpicuũ.*

quod eleganti ſermone proſequitur Philo Hebræus *lib. de mundi opificio*, ad hunc modum.

Phil. Hebr.

Viſus à luce ſubductus in ſuperna; conſideratáque natura ſtellarum & motu earum tam concinno, tum fixarum ac erraticarum, ſtatis circuitibus, dum illæ eodem ſemper modo circunferuntur; hæ verò diſſimiliter, & in contrarium duplici curſu vtuntur; ad hæc chorea vniuerſarum modulata, & ad muſicæ leges pulchrè conueniente, ineffabilem delectationem, voluptatémque in animo excitat: atque ita ineſcatus aliis atque aliis ſpectaculis (nam vnum ex alio naſcitur) nullam contemplandi ſatietatem conſequitur.

C

*Cæli pulchritudo.*

Ibidem etiam appoſitè vocat templum, vniuerſitatem hanc mundi, in quo ſua ipſius manu conditor ipſe pulcherrimas ſuiipſius imagines cõpoſuit, nimirum ſtellas ac ſydera, ſupremo in altari templi, hoc eſt, cælo. Verba Philonis ſunt. Cæterùm opifex condidit has ſenſibiles ſtellas, ſimulacra diuina, & pulcherrima, quas tanquam in templo inter corporeas eſſentias pulcherrimo collocauit in cælo.

*Cælum Dei templum.*

D Et quidem ſcitum eſt cælum dici non ſemel in ſacris literis templum, Pſalm. 10. *Dominus in templo ſancto ſuo; Dominus in cælo ſedes eius.* & Pſal. 44. *Adducentur in templum regis.* Hebr. היכל *hechal*, quod variè vertitur. Hieron. thalamum; alij palatium, alij templum legunt.

Pſal. 10.

Pſal. 44.

S. Hieron.

Eſt quidem cælum thalamus ſponſi, palatium regis, templum Dei, cuius æditus atque antiſtes eſt pudicitia, vt aduertit Tertul. *lib. 4. de cultu fæm.* Scriptúmque eſt pro foribus & valuis huius templi: *Non intrabit in illud aliquid coinquinatum*, Apoc. 21.

Tertul.

*Cæli valuis inſcriptio quæ.*

Apoc. 21.

E

D. Amb.

*Solis creatio.*

2. *Solem.*] D. Ambroſ. 4. *Hexam. cap.* 2. ita de ſole diſſerit. Fiant luminaria, &c. Quis hoc dicit? Deus dicit. Et cui dicit, niſi Filio? Deus ergo Pater dicit: Fiat Sol, & Filius fecit ſolem; dignum enim erat, vt ſolem mundi faceret ſol iuſtitiæ. Ipſe ergo eum in lucem adduxit, ipſe eũ illuminauit, ipſe ei donauit fundendi luminis poteſtatem. Factus eſt ergo ſol. Sic Ambroſ.

S. Ambr.

Rerum corporearum pulcherrimus ac præſtantiſſimus ſol exiſtit, & in quo vel maximè Dei conditoris pulchritudo ſeſe adumbrauit. In quam ſententiam elegantiſſimè D. Ambroſ. *cap.* 1. ſic diſcurrit. Sol oculus eſt mundi, iucunditas diei, cæli pulchritudo, naturæ gratia, præſtantia creaturæ. Sed

A quando hunc vides, authorem eius conſidera; quando hunc miraris, lauda priùs ipſius creatorem. Si tam gratus eſt ſol, qui conſors & particeps eſt creaturæ, quàm bonus eſt ſol ille iuſtitiæ? Si tam velox iſte, vt rapidis curſibus die ac nocte luſtret omnia; quantus ille, qui vbique ſemper eſt, & maieſtate ſua cõplet omnia? Si admirabilis, qui iubetur exire, quàm ſupra admirationem, qui dicit ſoli, & non exoritur, vt legimus? Si magnus eſt, qui per horarum vices locis aut accedit, aut decedit quotidie; qualis ille, qui etiam cùm ſe exinaniret, vt nos eum poſſemus videre, erat lumen verum, quod illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum? Si præſtantiſſimus, qui obiectu lunæ patitur ſæpè defectus, quãtæ maieſtatis qui ait Agg. 2. *Adhuc ſemel ego mouebo terram?* Illum terra abſcondit; iſtius motum non poteſt ſuſtinere, niſi voluntatis eius ſubſtantia fulciatur? Si cæco damnum eſt huius Solis gratiã non videre, quanto magis peccatori damnum, veri luminis munere defraudatum perpetuæ noctis tenebras ſuſtinere? Hucuſque D. Ambroſ.

*Creator ob ſolē laudandus.*

B

*Chriſtus ſole admirabilior.*

Agg. 2.

Viden', vt à pulchritudine Solis ad infinitam ipſius conditoris decorẽ progrediendum nobis ſit? Ea profectò eſt Solis ſpecies, & virtus, vt innumeræ gentes illius admirabilitate occæcatæ in impiiſſimum idololatriæ barathrum ruentes ſolem pro Deo venerarentur. Quod ſacrilegium Gentilitas iam ad Chriſti veri Solis ac Dei creatoris fidem & obſequium cõuerſa, queri & lamentari putatur ab Origene ad eũ locum, *Nigra ſum.* Deinde, *Nolite me conſiderare quòd fuſca ſum, quia decolorauit me ſol*, Cant. 1. Cuius loci ſenſus eſt, vt exponit Origen. denigrata ſum, dum ſolẽ hunc ſpectabilem pro Deo colo. Emphaticè dicit ſe denigratam, turpíque facie deformem, quippe quæ ſolem purum, lucidum, ac formoſum, ſed creaturam tamen, pro Deo, & contra Deum fuerit venerata.

*Solem pro Deo adorant gentes.*

C

Origen.

Cant. 1.

Quanto verò fœdiorem animæ turpitudinem inuret dedecoroſa quælibet alia creatura pro Deo, & contra Deum electa, & dilecta? Ob hanc iniuriam Deo creatori à gentibus illatam ſuſpicor minacem illam Dei iudicis viſitationem intentari apud Iſa. 24. *In die illa viſitabit Dominus ſuper militiam cæli in excelſo. Erubeſcet luna, & confundetur ſol*, &c. Scilicet vt prædictum eſt à Chriſto Domino Matth. 24. *Sol obſcurabitur*, &c.

*Dei contemptus pro creatura.*

D

Iſa. 24.

Matth. 24.

*Sol à Deo vindice obſcurabitur.*

Deus enim vltionis Dominus iſtius impietatis gentes arguet, damnabítque æternum ſupplicium luituras: ac deinde in ſolem ipſum inuectus, quòd occaſio gentibus fuerit illius amentiæ, tametſi ſine cauſa, & culpa ob admirabilem ſui ſpeciem, & fulgorem; caliginoſo tectum velamine ad vindictam obſcurabit. Quanto verò (vtpote maiori cum merito) ſeueriùs Dei vindicantis ira in eos deſæuiet, qui verè

E cauſa, & grandis occaſio multis ad patiẽda enormia ſcelera extiterunt? Feriantur nunc tandem miſeri fulgurante Domini voce: *Væ mundo à ſcãdalis. Væ homini illi, per quem ſcandalũ venit*, Matt. 18. vt perterriti nunc reſipiſcant, & conterantur, ne ſempiternis gehennæ cruciatibus torqueantur. Neque verò perfidarum gentium cæcitas, atque impietas, vllam, vel leuiter adumbratam rationem cauſari meritò poterit, reclamante contra fictitiam, & falsò illi arrogatam Solis diuinitatem, vel ipſa tota rerum natura.

*Scandalum præbentes damnantur.*

Matth. 18.

S. Amb.

3. Hoc idem diſertiſſimè oſtendit D. Ambroſ. *loco ſuperiùs citato.* Ergo (inquit) cùm vides ſolem, attende terram quæ antè fundata eſt: attende herbam fœni, quæ præſtat ordinis priuilegio; at-

tende

tende ligna, quæ plaudunt, quòd priora luminibus cæli eſſe cœperunt. Quid præuidit altitudo ſapientiæ & ſcientiæ Dei, vt priùs inciperent ligna eſſe, quàm illa duo mundi luminaria, & quidem cæleſtis oculi firmamenti, niſi, vt cognoſcerent omnes diuinæ teſtimonio lectionis, terram ſine ſole poſſe eſſe fœcundam: nam quæ potuit ſine ſole prima rerum ſemina germinare, poteſt vtique ſemina accepta nutrire, & proprio fotu, ſine calore Solis, partus edere. Hac igitur voce quadam ſuorum munerum clamat natura. Bonus quidem ſol, ſed miniſterio, non imperio. Bonus meæ fœcunditatis adiutor, ſed non creator: bonus meorum altor fructuum, ſed non autor. Interdum partus meos & ipſe adurit; frequenter mihi & ipſe damno eſt, pleriſque me locis indotatam relinquit. Non ſum ingrata conſeruo, mihi eſt in vſum datus, mecum labori eſt mancipatus, mecum congemiſcit, & comparturit, vt veniat adoptio filiorum, & humani generis redemptio, qua poſſimus & nos à ſeruitio liberari, mecum aſſiſtens laudat autorem, mecum hymnum dicit Domino Deo noſtro. Sic Ambroſ. Denique huius loci ſententiam concludamus cum D. Auguſt. *in Pſalm.93.* cuius ſunt verba. Quanto, qui ſibi videntur honorare ſolem, de illo mentiuntur, qui dicunt, Chriſtus eſt ſol; mentiuntur de ſole: nouit ſol Dominum ſuum eſſe Chriſtum & creatorem ſuum; & ſi indignari poteſt, acerbiùs indignatur contra falsò honorantem quàm contra contumelioſum. Seruo enim bono maior cōtumelia eſt iniuria domini. Hæc Aug. Illud Solis encomium, vel maximum ſignificatur à Vate regio, cùm ait: *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*, Pſ. 18. Quod & hunc ſenſum habet, (de alio alibi) tam pulchrum, tam admirabilem ſolem exiſtere, vt in eo creator ipſe reſidere videatur conſpicuus, admirandus, & venerandus hominibus ad ſolem penè ſtupentibus. At multo admirabilior illa Virgo, cuius in vtero puriſſimo Deus ipſe homo factus commoratus eſt. Cæleſte prodigium iure optimo appellatur Dei mater à S. Ignatio; quippe quæ non modò homines, ſed & Angelos ipſos admiratione ſui ſtupidos detineat. quò pertinet illa tam præclara D. Epiphan. ſententia quæ ſic habet *lib.3.contra hæreſes, hæreſ.* 78. Cùm Ioannes Apoſtolus in Aſiam inſtituerit profectionem, nūquam dicit Scriptura, quòd abduxerit ſecum ſanctam Virginem, ſed ſimpliciter ſiluit, propter miraculi excellentiam, vt ne ad ſtuporem perduceret hominum mentes. Sic Epiph.

*Sol non ſolus educit fructus.* — *D. Aug. Sol contra idololatras.* — *Pſal. 18.* — *Sol creatorem demonſtrat.* — *S. Ignat.* — *S. Epiph.* — *B. Maria ſtupor & prodigium.*

4. *Luminare minus.*] Luna intelligitur, abeuntis Solis vicaria pro nocturno caliginoſi tēporis ſpatio. De luna ſic Plin. *lib.2.c.9.* Omnium admirationem vincit nouiſsimum ſydus, terriſque familiariſsimum, & in tenebrarū remedium à natura repertum lunæ. Multiformi hæc ambage torſit ingenia contemplantium, & proximum ignorari maximè ſydus indignantium, creſcens ſemper, aut ſeneſcens. Et modò curuata in cornua, modò æqua portione diuiſa, modò ſinuata in orbem, maculoſa, eadémque ſubitò prænitens, immenſa orbe pleno, ac repentè nulla; aliàs pernox, aliàs ſera, & parte diei Solis lucē adiuuans, deficiens, & in defectu tamen cōſpicua; iam verò humilis, & excelſa, & ne id quidem. Vno modo, ſed aliàs admota cælo, aliàs contigua montibus; nunc in Aquilonem elata, nunc in Auſtros deiecta, &c. Sed quorſum luna reponitur inter illa duo luminaria magna: cùm omnium (excepto Mercurio) minima ſit? nimirum vulgi æſtimatione; oculorum enim iudicio (propter propinquitatem primi orbis, in quo eſt) ita maxima omnium poſt ſolem videtur. Sic non vulgi tantùm, ſed Dei quoque iudicio illa virtus pluris habetur, quæ lucet coram hominibus, qui videntes opera noſtra bona glorificant Patrem noſtrū qui in cælis eſt. Omnis gloria eius ab intus; ſed in exterius reſplendeat oportet: nam (autore S. Hieron. *epiſt.9.*) ſpeculum mentis eſt facies, & taciti oculi cordis fatentur arcana. Clamant opera; vt aiunt Ambroſ. & Chryſoſt. & ſermo fructus eſt cogitationis, inquit Clem. Alex. *2. Pædag. cap.5.* Erraticum, varium, inconſtans, multiplex ſydus, ac proinde in ſacris literis receptiſſimum varietatis inconſtantiæque ſymbolum habetur. Grandiſque laus & virginis Mariæ & Eccleſiæ, & cuiuſque animæ iuſtæ memoratur *Apocal.12.* quòd luna ſub pedibus, & cum luna pariter omnis inconſtantia rerum humanarum, mundúſque ipſe deerranti & vario ſydere incouſtantior proteratur. Rectè D. Auguſt. proclamat: Quanta tibi loquitur mundus, quanta poſt dorſum ſtrepit, vt retrò reſpicias! ô munde immunde, quid ſtrepis, quid auertere conaris? tenere vis periens, quid faceres ſi maneres. Item alibi: Si fugientem tot ſequuntur; ſi maneres, quid facerent amatores tui? quem non deciperes dulcis, ſi amarus alimēta mentiris. Miſeri planè, qui mundo adhærent, mundo ſe credunt, cum labente lapſuri. De iis dictum à Dauide Pſal. 67. *Increpa feras arundinis.* D. Ambr. Feras (inquit) arundinis, quia nulla validioris naturæ radice fundantur, etſi lenis aſpirauerit proſperioris auræ ſucceſſus, vago motu proximos verberant: inopes ad ſuffragandum, faciles ad nocendum; quin etiam, vt arundines amant fluuios, ita iſtos labētia mundi & caduca delectant. Luna quidem humorum genitrix & auctrix ita ſubiecta ſuo ſydere afficit corpora, vt ſublunari poteſtate oſtrearum conchyliorúmque & concharum omnium corpora augeri, ac rurſus minui videamus. Infeliciùs multo corda hominum terræ, in morem conchyliorum adhærentium patiuntur variam iſtam & inquietam ſeculi poteſtatem, cuius ad nutum, & vitam & vitæ rationes ac mores inſtituunt, dirigúntque, reclamāte Apoſtolo ad Rom.12. *Nolite conformari huic ſeculo.* ſcilicet, vt explanat D. Thom. per affectum, amore inhærendo rebus temporalibus; & per imitationem hominum viuentium ſeculariter. Nihilominus omiſſa inconſtantia lunæ, qua rerum humanarum viciſſitudines, mundique erratici lapſus præfigurantur, bonas alias virtutes, mirabiléſq; effectus habet luna, quibus ad optimos ſignificatus, à Patribus ac Doctoribus accipi ſolet. Ponè ſequitur luna ſolem, ad Solis aſpectum ſeſe effingit, à ſole mutuatur lucem, in Solis abeuntis vices ſuo colluſtratura orbem ſuccedit in nocte, ſtellarum cadente ſole orientium choros ducit: miráque alia in luna prænotantur, quæ in Virginem Deiparam ac vitæ humanæ nocte radiantem (pro Filio ſuo ſole iuſtitiæ diem æternitatis in cælo beatis mentibus, & Angelis efficiente) atque adeò virtutum choros, virginúmque beatarum ordinatiſsimos exercitus præferentem mirificè conueniunt. Luna mari dominatur, Virgo Deipara, & mūdo, & proceIloſo laborum perſecutionúmque pelago. Vnde illud à D. Bernard. *homil.4. de beata Virgine:* O quiſquis te intelligis in huius ſeculi profluuio, magis inter procellas & tempeſtates fluctuare, quàm per terram ambulare; ne auertas oculos à fulgore huius

*Luna deſtribuitur.* — *Plin.* — *S. Hieron.* — *S. Ambr.* — *S. Chryſoſt.* — *Clem. Alex.* — *Apoc. 12.* — *S. August.* — *Mundi inconſtantia.* — *Pſal. 67.* — *S. Ambr.* — *Mundani homines.* — *Ad Rom. 12.* — *S. Thom.* — *B. Maria per lunam ſignificata.* — *S. Bern.*

*Eccleſia per lunam ſignificata.* S. Greg. Abac.

ius ſyderis; ſi non vis obrui procellis, inſpice ſtellam, voca Mariam. Luna etiam ſignificat Dei Eccleſiam, vti ſol Chriſtum Dominum eius ſponſum, quod D. Gregor. ad illum locum Cant. Abacuc. *Eleuatus eſt ſol, & luna ſtetit in habitaculo ſuo,* planè diſſerit.

S. Ambr. Pſal. 103.

Idem fuſiùs proſequitur D. Ambr. 4. *Hexam.* 2. exponens illud Pſalm. 103. *Fecit lunam in tempore, ſol cognouit occaſum ſuum.* Plerique (ait) hunc locum myſticè de Chriſto & Eccleſia videntur accipere quòd agnouit Chriſtus proprij corporis paſſionē, qui ait

Ioan. 17.

Ioan. 17. *Pater, venit hora, clarifica filium tuum*, vt ille occaſu ſuo omnibus donaret vitam æternam, qui perpetuæ mortis vrgebantur occaſu; & Eccleſia tempora ſua habet, perſequutionis videlicet, & pacis. Nam

B

*Eccleſia in perſecutionibus.*

videtur ſicut luna deficere, ſed nō deficit. Obumbrari poteſt, deficere non poteſt, quia aliquorum quidem in perſecutionibus diſceſſione minuitur, vt martyrium confeſſionibus impleatur, & effuſi pro Chriſto ſanguinis clarificata victoriis, maius deuotionis ſuæ, & fidei toto orbe lumen effundat. Hæc S. Ambr. Operæpretiū erit ad hūc locum adnotare: nimirum lunam, licèt omnium penè aſtrorum minimam, vehementius tamen, quàm reliqua, in ſubiectis corporibus dominari, pluréſque & mirabiles effectus habere. Neque verò id à maiori lunæ virtute, aut luce prouenire putandum eſt; à cæteris in vtraque longè ſuperatur; ſed quia vicinior terræ, primo ſcilicet in

C

cælo reſidens, propiùs ſublunaria mouet corpora.

*Prælatorum viſitatio.*

Quàm pulcher hic locus ad prælatorū curam commendandam! quo enim viciniores ſubditis, propiúſque ac frequentiùs gregem ſuum inuiſentes, ac ſuis oculis perluſtrantes videntur, eo vehementiùs operantur in omnium animis & permouendis & dirigendis ad ſtudium virtutis. Habeant præ oculis illud Chriſti Domini, vbi agebatur de puero Centurionis ægrotante:

Matth. 8.

*Ego veniam, & curabo eum*, Matth. 8. Curabis ægrotū, ſi venias. Sanabuntur oues, ſi inuiſas. ne clamores miſerorum expectes, ſed præuenias, ad exemplum Domini; de quo ſubtiliter animaduertit

D

S. Chryſoſt.

S. Chryſoſt. *hom. ad hunc locum.* Quod nunquā fecit (inquiens) hîc facit Ieſus. Vbique enim ſequitur voluntatem ſupplicantium: hîc autem præſilit; & non ſolùm curare promittit, ſed ire ad domum. Hæc ille. At labor eſt, & crux eſt. Sed audi

S. Bern.

S. Bern. *ad Eugen.* 2. Agnoſce hæreditatem tuā in cruce Chriſti: ſi labor terret, merces inuitet. Exi in agrum Domini, & conſidera. Vides regiones, ſi non ſunt magis ſiccæ ad ignem, quàm albæ ad meſſem. Quàm multæ, quas putaueras, fruges, diligenter inſpectæ, vepres potiùs apparebūt? Hæc ille. At etiam reſpondent nonnulli: ſatis ſupérque inuigilat & inuiſit prælatus, ſi mittat operarios ad vineam, ad agrum, ad meſſem ſuam. Meminerint obſecro quid ſacrilegij & impietatis

E

ante Aaronem, imò & vitulos aureos conflante ipſo Aarone legato Moyſis, admiſerint Hebræi; vbi vel tantulum prælati rectoriſque ſui præſentia deſtituti & quaſi exanimati fuerunt,

Exod. 32.

*Exod.* 32. At neceſſe (inquiens) demū erit in ſummo negotiorum diſcrimine legatos iſtos & viſitatores mittere.

S. Bern.

Mittantur quidem: ſed quales D. Bern. *ad Eugen.* 4. *cap.* 4. in hūc modum præſcribit: Qui miſſi poſt aurum non abeant, ſed Chriſtum ſequantur. qui quæſtum legationem non æſtimēt, nec requirant datum, ſed fructum.

*Viſitatores quales eſſe oporteat.*

qui marſupia non exhauriant, ſed corda reficiant, & crimina corrigant; famæ prouideant ſuæ, non inuideant alienæ. qui ad te (ô prælate) redeant fatigati quidem, ſed non ſuffarcinati. Sic Bernard.

A

5. *Sunt in ſigna, & tempora.*] Sol, lunæ, planetæ reliqui, atque in firmamento præfixa ſydera ſuas cuique peculiares ac genuinas virtutes habent, & producunt effectus. Nam, vt Plinius *lib.* 2. *cap.* 39. egregiè philoſophatur:

Plin.

Vt Solis natura temperando intelligitur anno, ſic reliquorum quoque ſyderum propria eſt quibuſque vis, & ad ſuam cuique naturam fertilis.

*Syderum virtutes.*

Alia ſunt in liquorem ſoluti humoris fœcunda, alia concreti in pruinas, aut coacti in niues, aut glaciati in grandines; alia flatus, alia teporis, alia roris, alia rigoris. Nec meantium modò ſyderum hæc vis eſt, ſed multorum etiam adhærentium cælo, quoties errantium acceſſu impulſa, aut coniectu radiorum Solis extimulata ſunt. Hæc ille.

*Tempeſtates annuæ.*

Quare præfinita ſunt à conditore naturæ in ſigna, & tempora, in dies, & annos. Hinc deſignatæ veniunt primò quatuor anni tempeſtates: item ſtata, ſationis, putationis, occationis, meſſis, vindemiæ, oliuitatis tempora, aliæque id genus naturales opportunitates. Hinc conſequentia feſtorum eccleſiaſticorum cùm in Iudaico, tum in Chriſtiano populo, ac feriarum. hinc definitio dierum forenſium, nūdinarum, iuſtitiorum. hinc agricolæ ad telluris culturam, nautæ ad nauigandum, medici & chirurgi obſeruant tempora, ſigna, ſtatus cæli, varios multipliceſque influxus.

Plin.

quanquam, autore Plinio *lib.* 18. *cap.* 25. res anceps eſt à cælo peti legem; tradi enim haud poſſunt certa ſyderū tempora. Cùm hæc omnia ſtatis ſyderibus, cæloque affixis conſtent, interueniunt motu ſtellarum grandines, imbres, & ipſi non leui effectu, turbántque conceptæ ſpei ordinem: idque, ne nobis tantùm putemus accidere, & reliqua fallit animalia ſagaciora circa hoc; vt quo vita eorum conſtet: æſtiuáſque alites præpoſteri, aut præproperi rigores necant; hybernas æſtus. Sic ille. Mirum etiam eſt quam aperto marte, & veluti coacto agmine coniurare videantur S. Auguſt. S. Ambr. Gregor. Hieronym. omnéſque omnino Eccleſiæ Patres, & Doctores

*Aſtrologi perſtringuntur.*

contra Aſtrologos, genethliacos, metopoſcopos, & quoſcunque alios de hac fæce, vanos, audaces, ac temerarios homines, ne dicam dæmonum adminiſtros; qui ſyderū neceſſitatem, ac fatum, & coactas hominum voluntates, euerſo funditus libero arbitrio, inuexerunt. Damnata eſt hæc impietas ſæpè à Catholica Chriſti Eccleſia. Imò verò etiam circa effecta merè naturalia, nulloque modo à libertate arbitrij humani pendentia falluntur ſæpius Aſtrologi. qua de re diſſerit peracutè S. Auguſt. *in Pſal.* 93.

*Patientia ad exemplum cæli.*

patientiam commendans in perferendis inimicorum iniuriis, contumeliis, & obtrectationibus, atque adeò falſis conuitiantium teſtimoniis pro nihilo habendis, ad exemplum cæli, ac ſyderum, quæ tam multis ac procacibus iſtorū hominum mendaciis impetuntur.

Ad Philip. 2.

Nam exponens illa verba D. Pauli ad Philip. 2. *In medio nationis prauæ & peruerſa, inter quos lucetis, ſicut luminaria in mundo.*

S. Aug.

Quanta (inquit) de ipſis luminaribus fingunt homines, & patienter ferunt? Conuitia fiunt ſtellis. quid illæ? nunquid mouentur, aut non exercent curſus ſuos? quanta falſa de ipſis luminaribus quidam dicunt, & ferunt, & tolerant, & non mouentur? quare? quia in cælo ſunt. Quædam de luna mentiūtur homines; non curat tamen verba hominum illa, quæ in cælo eſt. Sic & homo, qui in natione peruerſa & tortuoſa habet verbum Dei, ſicut luminare eſt fulgens in cælo. Hæc S. Auguſt. Colliges hinc

ideo

A ideo mentem viri iuſti ac ſapientis vel in mediis perſecutionum procellis ſtabilem atque immotam conſiſtere, patienter omnia aduerſa perferre, quaſi fluctibus ac ventis hinc inde vt ſupem; quia deſiderio & affectu in cœlo affixa continetur. Contrà verò leui quacunque cauſa commoueri, & fluctuare, atque impatientiæ pelago abſorberi, quæ terram, non cælum curat. mundus enim tranſit, & quicquid mundo inhæret. Sic abſoluta ſunt opera quarti diei. In quo ſimul etiam intellige præfinitum eſſe a Deo mobilium cælorum, & mouentium Angelorum ordinem ad finem mundi irrefragabili lege duraturum. qua de lege ad motus irrequietos ac perennes D. Aug.

*D. Aug. Morum cælorũ.*

B citato in loco differens, illud inſtruendis moribus adnotauit. Sancti (inquit) in quibus eſt verbum vitæ, de conuerſatione, quam habent in cælo, deſpiciunt omnia iniqua, quæ fiunt in terra. Et quomodo luminaria in cælo per diem & noctem procedunt, peragunt itinera ſua, curſus certos habent: & committuntur tanta mala, nec deuiant deſuper ſtellæ fixæ in cælo agentes per tractus cæleſtes, quæ illis præſtituit & conſtituit creator ipſarum: ſic debent Sancti, ſed ſi in cælo figantur corda eorum; ſi imitentur eum, qui dicit: *Noſtra autem cõuerſatio in cælis eſt*, ad Philip. 3. Qui ergo ſunt in ſupernis, & de ſupernis cogitant, de ipſis cogitationibus ſupernorum patientes fiunt.

*Ad Philip. 3. Iuſti cælo intenti.*

C Et quicquid in terra cõmittitur, ſic non curant donec peragant itinera ſua; & ſicut ferũt quæ in alios fiunt, ſic ferũt & quæ in ipſos fiunt, quemadmodum luminaria. Nam qui perdiderit tolerantiam, cecidit de cælo. Hæc S. Auguſt. Pulchrè ad ordinem creaturarum hucuſque, & in conſequentibus ſpectatum ita philoſophatur Procopius hoc loco. Quæ hactenus commemorauimus, ſimillima ſunt magnifici epuli apparatui. Inprimis locus mundatur, ne quæ offendant conuiuas ſordes: deinde conuiuium paratur, & inſtruitur: dein lucernæ accenduntur: poſtremò vla, qua conuiuæ veniant, præcedentibus ſeruis & miniſtris, nempe brutis animalibus: nouiſſimè accedit ad epulum quaſi dominus & rex creaturæ

*Procop.*

*Parat Deus homini conuiuium.*

D rationalis, nempe homo. Et plura ille. Proh Deum hominis amantem! Proh hominem Deo ingratum atque iniquum! Inſeruit & obſequitur Deus homini; Deum homo deſpicit atque offendit. Parat homini Deus tam magnificam dulcémque totius mundi menſam ad regale conuiuium: homo ipſe omni ſtellæ & abſinthio amariores ſuorum ſcelerum dapes Deo perenniter apponit. Miror ac veneror Dei bonitatem; hominis nequitiam & imprudentiam doleo, ac deteſtor.

*Hominis ingratitudo.*

---

## SECTIO VII.

*Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cæli. Creauitque Deus Cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, quam produxerunt aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundùm genus ſuum. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Benedixitque eis, dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris: auéſque multiplicentur ſuper terram. Et factum eſt veſpere & mane, dies quintus.*

A 1 PRoducant aquæ.] Magna laus ad cæteras accedit aquarum, quòd in iis prius, quàm in reliquis elementis vita extitit, & vitali ſenſu ac motu prædicta animantia prodierint: qua de re præſtat audire Tertull. qui *lib. de Baptiſm. c. 3.* ſic effatur. Habes homo inprimis ætatem venerari aquarum, quòd antiqua ſubſtantia; dehinc dignationem, quòd diuini Spiritus ſedes, gratior ſcilicet cæteris tunc elementis. Nam & tenebræ totæ adhuc ſine cultu ſyderum informes, & triſtis abyſſus, & terra imparata, & cælum rude. Solus liquor ſemper materia perfecta, læta, ſimplex, de ſuo pura, dignum vectaculum Deo ſubiiciebat. Primus liquor quòd viueret edidit, ne mi-

*Aquarum commendatio.*

*Tertul.*

B rum ſit in Baptiſmo, ſi aquæ animare nouerunt. Hæc Tertull. Dicit aquas in Baptiſmo animare: quia in illo ſepelitur vetus homo, & nouus inde reſurgit in nouitate ſpiritus: abſumuntur quidem vitia, & illud (omnium origo) peccatum originale: diuinæ autem gratiæ vita renaſcitur. Ac pro explicanda quidem maris & aquarum parturitione mirũ in modum ſeſe effundit eloquentia S. Ambroſ. *Hexam 5. c. 1.* ſic inſit. Terra diuerſis veſtita germinibus viiebat omnis; cælum quoque ſole & luna geminis vultus ſui luminibus, ſtellarúmque inſignitum decore fulgebat. Supererat mare, vt & ipſi gratia viuificationis diuino prouenire munere. Item vacabat aqua, &

*S. Ambr.*

*Aquarum fœcunditas.*

C à diuinæ operationis feriata beneficio videbatur. Viuificat priùs terra; ſed ea, quæ ſpirantem animam non habebant: aqua iubetur ea producere, quæ viuentis animæ vigorem dignitatémque præferrent, & ſeorſum tuendæ ſalutis, & fugiendæ mortis acciperent. Producant aquæ; venit mandatum, & ſubitò aqua iuſſos fundebatur in partus; generate fluuij, viuificate lacus: mare ipſum cœpit diuerſa reptilium genera parturire: non exigui gurgites, non cœnoſæ paludes vacabant. Piſces exiliebãt de flumine, delphines præludebant in fluctibus, conchæ ſaxis, oſtreæ adhærebant profundis, adoleſcebant echini. Hæc S. Ambroſ. Sed ad mores (vti ſolet pater ſanctiſſi-

*S Amb.*

D mus) inſtruendos eleganter adiungit: Væ mihi (inquiens) ante hominem cœpit illecebra, abundantia copiarum noſtræ mater luxuriæ, ante hominem deliciæ. Prior ergo hominum tentatio, quàm natura. Sed nihil creatura deliquit; alimenta dedit, non vitia præſcripſit. Hæc tibi communia dedit, ne tibi aliqua velut propria vindicares: tibi ſuos fructus terra producit; tibi omnes fœtus ſuos generant aquæ: & his non contentus interdicta tibi alimenta geſtaſti: ad inuidiã tuam omnia congerũtur, vt præuaricatio tuæ auiditatis oneretur. Sic Amb. Profectò, vt vides, non aliqua neceſſitas, aut rerũ inopia compulit hominem ad peccandum: ſed ex nimia bonorum omnium affluentia laſciuiens pecus in ſeſſorem ſuum, ac

*Deliciæ quàm ſunt antiquæ.*

*Hominis malitia at incentiu creaturis.*

E beneficum dominum calces impegit. Idem *cap. 2.* ita progreditur. Producant aquæ: breuis ſermo, ſed vehemens, & latè patens, communem minimis & maximis naturam infudit. Eodem momento producitur balena, quo rana: eiuſdem vi operationis naſcitur. Non laborat in maximis Deus, non faſtidit in minimis. nec doluit natura parturiens Delphinos, ſicut non doluit cùm exiguos mures cochleáſque produceret. Hæc ille. Deinde innumerabilia piſcium, tum maiorum, tum minorum genera, ſpecies, differentias, formas, qualitatéſque enumerat. Adde (inquit) hanc gratiam, quòd quæ timemus in terris, amamus in aquis. Etenim noxia in terris, in aqua innoxia

*S. Ambr.*

*Creatoris omnipotentia.*

*Piſcium generа deſcribuntur.*

ſunt,

ſunt, atque ipſi angues ſine veneno. Leo terribi- A lis in terris, dulcis in fluctibus. Rana horreos in paludibus, decora in aquis, omnibus ferè præſtat alimentis. Canes ſanè & in mari caue, quos & in Eccleſia moleſtos eſſe, & cauẽdos Apoſtolus docet, ad Philip. 3. *Cauete canes, cauete malos operarios.* Muſtelæ grauis in terris odor, in aquis ſuauis. Quid loquar coruorum, quid etiam luporum teneritudinem? neſcit hos lupos agnus timere: tanta eſt aquarum gratia, quarum vitulos fugiant & leones, vt his propheticum dictum illud de Eccleſiæ ſanctitate cõueniat: *Tunc lupi & agni ſimul paſcentur, leo & bos ſimul paleas mãducabunt*, Iſ. 11. Quid etiam purpuras memorem, quæ ornant regum conuiuia, amictus imbuunt? aquarum eſt B igitur, quod in regibus aduratur; Aquarum eſt ſpecies illa quæ fulget. Hactenus S. Ambr. De vitulis ac leonibus dictum, quos aqua mites reddidit ac manſuetos, quantumuis in terra ſimiles nomine ac figura belluæ immites ac feroces videãtur, ad Baptiſmi gratiam ita deducit. Nec mirum, quandoquidem etiam in Eccleſia aquæ illud operantur, vt prædonũ abluta nequitia, cum innocentibus comparetur. Sic ille. Porrò mandati huius tanta virtus extitit, vt illi nunc etiam aſcribenda ſit infinita iſta ex aquis piſcium partorum; vt rectè expendit D. Ambroſ. Aqua igitur (inquit) animat, & creat, & adhuc mandati illius primi tanquam legis perpetuæ munus exequitur, C blanda quædam mater animantium, c. 3. Cæterùm D. Chryſ. *homil.* 7. non ad præceptum, producant aquæ, ſed ad benedictionem ſubinde iam enatis in aqua piſcibus impertitam à Deo, referendum id cenſet. Quia (inquit) animatæ creaturæ, erant piſces, & aues, volebántque illa animalia perpetuò eſſe, ideo ſubdit: Et benedixit ea Deus. Creſcite, & multiplicamini. Verbum enim illud vſque in præſentem diem illa conſeruat; & tantum præteriit tempus, neque vnum genus horum imminutum eſt. Nam benedictio Dei, & verbum quod dixit: Creſcite & multiplicamini. vt ſubſiſterent, & durarent, illis contulit.

*Ad Philip. 3.*
*Iſa. 11.*
*S. Ambr.*
*Aquarum etiam nunc parturirio.*
*S. Chryſoſt.*

a. *Cete grandia.*] Hebr. תנינם *thaninim*, ſignificat belluas vaſtæ magnitudinis, aut formæ prodigioſæ, ſiue in terris, ſiue in aquis degant. Ac primò quidem occurret, quorſum hæc tam immania aquatilium monſtra Deus efformauerit? D quod D. Chryſ. *homil.* 7. argumentum ſic pertractat. Fecit Deus Cete magna. Deinde additur: & vidit Deus quòd bona. Hic denuò temeritatem omnia abſque ratione blaterantium comprimit. Nam vt nullus dicere poſſit, cuius gratia Cete facta ſunt? quam nobis vtilitatem conferunt? quid commodi ex eorum creatione? idcirco addidit: Et vidit, quòd bona. quaſi diceret, ô enim, quia tu rationem ignoras factorũ, accuſat creaturas. E Audiſti Deum laudantem ſententia ſua, quòd bona ſint, & quomodo tu inſanis, dicere audes, quare facta ſunt? quaſi Deum ob ſuum opificium accuſans? Nam ſi cordatus eſſes, poſſes etiam ex horum creatione, & potentiam Dei, & ineffabilem miſericordiam addiſcere. potentiam quidem, quia ſermone & præcepto ex aquis talia animantia produci fecit: miſericordiam autem, quia vt ea produxit, propriam eis regionem attribuit, innauigabilem maris partem illis decernens, ita vt nemini poſſint nocere, ſed verſentur in mari, & ſui ſpectaculo ſupereminentẽ opificis potentiam doceant, nullúmque humano generi damnum inferant. An paruam putas miſericordiæ partem, geminam tibi vtilitatem hinc

*S. Chryſ.*
*Balena cur producta.*
*Deus ſuam potentiam & miſericordiã in balena demonſtrat.*

A exoriri? Etenim ſapere volentes ad Dei notitiam introducunt, & admirari faciunt miſericordiæ eius magnitudinem, quòd ab eorum nocumentis humanum genus liberauit. Neque ob noſtram duntaxat vtilitatem ea omnia facta ſunt, ſed ob immenſam ipſius Dei magnificentiam, vt magis creatoris prædicetur potentia. Ita Chryſoſt. In eodem argumento ita diſſerit Procop. Quædam animalia à Deo formata ſunt, vt inſeruiant homini: quædam vt nos inducant in ſpeculationem & contemplationem miraculoſæ mundi creationis; quædam vt nos timore percellant quodam, ne metu omni vacui negligentia obtorpeamus. Sic Procop. Etiam belluarum terrore hominis B erat ſuperbia comprimenda. Alia in procreatione maximarum iſtiuſmodi belluarum D. Ambr. 5. *Hexam. cap.* 5. conſiderat emolumenta pariter ac documẽta, loquens de maioribus piſcibus, his verbis: Nec ipſi à ſuis potentiæ euaſere violentiam; & auaritiæ potentiorum ſubiecti vbique inferiores ſunt. Quo quiſque infirmior, eo prædæ patet. Sunt qui inuicem ſe deuorent, & ſua carne paſcantur. Minor apud illos, eſca maioris eſt. Rurſus ipſe maior à validiore inuaditur, & fit eſca alterius prædator alieni. Itaque vſu venit, vt cùm ipſe aliũ deuorauerit, ab alio deuoretur, & in vnum ventrem vterque veniat cum voratore proprio deuoratus; ſitque ſimul in vno vi- C ſcere prædæ vindictæq; conſortium. Et ipſis poſtea ſponte hæc accreuit iniuria, ſicut in nobis, non ex natura cœpit, ſed ex auaritia. Aut quia ad vſum hominum dati ſunt, in ſignum quoque facti ſunt, vt in his noſtrorum morum vitia videremus, & caueremus exempla, ne quis potior inferiorem inuaderet, daturus in ſe potentiori exemplum iniuriæ, itaque qui alterum lædit, ſibi laqueum parat, in quam ipſe incidat. Ibidem etiam comparat diuitem pauperis tyrannum cum ſiluro piſce. Quanti (inquit) in ſiluro reperiantur, qui alios deuorauerunt? & tu diues habes in ſinu tuo alterius prædatorem. Ille habebat facultates pauperis, quas inuaſerat: ſic cum oppri- D mens, duo patrimonia tuis facultatibus addidiſti & adhuc tantũ non ſatiaris augmento, iniuſto iniuſtior; & iniquo iniquior, auaro auarior. Vide ne idem te, quo piſcem illum, finis inueniat. Hæc Ambroſ. Hanc in mundi pelago calamitatem, vbi non ratione, ſed vi, & ferro agitur, conqueſtus eſt Abac. 1. Sic enim cum Deo ipſo expoſtulat; *Domine Deus quare non reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorãte impio iuſtiorẽ ſe? Et facies homines, quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens principẽ.* Et quidẽ, quòd magnæ & feræ belluæ maris ab aliis immanioribus deuorẽtur, mirũ id non eſt. Sic n. meritò diuina iuſtitia in mun- E do (vt ait hic Theodor.) ſceleſtiſſimis ſceleſtiores tradit. Sed quid de piſcibus minoribus, qui præda & eſca ſunt maiorum? Hîc obſtupeſcit Propheta. Scis, inquit (vt exponit Theod.) ô Domine, quàm abhorreas ab omni malitia: nam iuſtitiæ fons exiſtis. Verũ cognoſcere cupeto, cur ſuperbos, & ex inueterato & incurabili morbo laborantes, felices eſſe permittis, & cõtemnis eos, qui ab impiis iniuriam accipiunt? Sic ille. Sed vberiùs adhuc ad eundem locum ita D. Hieron. Hæc dicit Propheta, non quòd ipſe ſic ſentiat, ſed quòd impatientiam humanam in ſua perſona exprimat. Nam quomodò piſces, qui non habẽt principem, & irrationabilia iumenta, & multitudo reptilium abſque prouidentia ſubiacet fortiori; & quicunque plus valuerit viribus, domi-

*Procop.*
*S. Ambr.*
*Piſces nobis documento ſunt.*
*Piſcium mutua tyrannis.*
*Oppreſſio pauperum.*
*Diues pauperem opprimens.*
*Abac 1.*
*Deus malis malos punit. Theod.*
*S. Hieron.*
*Tyrannis potentiorum.*

natur

natur in alterum. Sic inter homines non valebit ratio, non merita, ſed vires corporis, & irrationabilis fortitudo? Impius Nabuchodonoſor iuſtum opprimit Iſrael, Abel iuſtum Cain occidit iniuſtus; ſæuiente Ceto, & omnia deuorante, non ſolùm minores piſciculi, ſed ipſe quoque tuus deuoratur Ionas? Quare impius vincit, & iuſtus vincitur? Ita D. Hieronym. De his balenis, grandibúſque huius ſeculi belluis, intelligit D. Ambroſ. illud D. Paul. ad Epheſ. 6. *Non eſt nobis colluctatio aduersùs carnem, & ſanguinem, ſed aduersùs Principes, & poteſtates, aduersùs mundi rectores tenebrarum harum.* Tametſi plures affirment Apoſtolum de dæmonibus fuiſſe loquutum. Sic igitur D. Ambroſ. *in 7. Luc.* Hi, quibus fluida delitiis membra ſoluuntur, regni cæleſtis extorres intra mundi huius habitacula conſeneſcunt, quos rectores huius mundi, atque tenebrarum vocat Apoſtolus Reges, quia ſeculari quadam poteſtate dominantur. Sic Ambr. Contra has igitur cetales beſtias Dei Eccleſia, Paulúſque ipſe colluctatur, tam graui rerum ac vitæ diſcrimine, vt hæc ab Apoſtolo ſola & vera dicatur colluctatio; at cum reliquo malorum hominum vulgo, tanquam cum piſciculis, quæcunque lis, aut pugna, non colluctatio, ſed colluſio eſſe videatur. Potentiores in ſeculo, ſi tyrannico furore agitentur, Cete ſunt immania maris, tenebrarum dæmones. Improbi verò potentia deſtituti caro & ſanguis, ex Apoſtoli dicto indicantur. Porrò autem ſuperiori querimoniæ Prophetæ, & infirmiorum in ſua perſona impatientiæ (vt voluit Hieronym.) vno planè verbo omnes Patres, & Doctores, ex ipſa Chriſti Domini doctrina, & ex Prophetarum oraculis ſatisfaciunt. Permitti id quidem à Deo ad maiorem ſuorum electorum coronam, quam per ignem & aquam, & per nefariorum hominum perſecutiones, tanquam perpetuò confligentes cum hoſtibus Dei, déque ipſis triumphantes adipiſcuntur. Præclara ſunt in hanc ſententiam illa D. Gregor. verba. Reproborum nequitia electorum vitam, quaſi grana à paleis ſeparat, & dum affligit, expedit: quia dum violenta ingerit, feſtinare ad ſuperna compellit: quod in Iſraëlitico populo, Moyſe vocante, & Pharaone ſæuiente, ſignatur; alius vocando trahit, alius ſæuiendo impellit. Ægyptus opprimit blandiens, adiuuat premens; vt dum Deus prouocat, cruciatus impellat. Ita Gregorius. Ad extremum huiuſce commentationis repete ex *Pſalm.* 103. breuem illam deſcriptionem maris, in qua multa conditoris miracula ſummatim comprehenduntur. Ita regius Vates: *Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus: illic reptilia, quorum non eſt numerus. Animalia puſilla cum magnis, illic naues pertranſibunt. Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei, omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore.* Viden', vt diuinam omnipotentiam laudet regius Pſaltes, à multis, quæ videntur in mari, admirabilibus? Scilicet eſt mare profunditate magnum, amplitudine latiſſimum ferè interminato ſpacio brachiorum (qualis eſt homini maior latitudo inter brachia in extremum porrecta) ſeu vt bene vertunt LXX. amplas habens regiones; alij ad varia maria deriuant, ſinúſque, & freta. quæ omnia ab Oceano, vti brachia, & manus, quibus occupet Orbem, oriuntur. Item in mari eſt infinita multitudo, ac varietas piſcium, prodigioſæ inter eos balenæ, & immania monſtra; quæ tamen omnia ſine cultura, ſatione, aratione, ſine vllo hominum beneficio & procreantur, & aluntur, & viuunt. Non minùs admirandum in mari aqueum elementum, liquidum, lubricum poſſe grandia pondera nauium onuſtarum in ſe ſuſtentare; hominéſque diuinitus edoctos nauigationem inſtituiſſe, marique ad commercia gentium vltrò citróque cundenda, quaſi libero cælo aues, quaſi rapidiſſimus per terram equos, expanſis ad auram velis currere, ac peruolare. Demum inter diuinæ potentiæ mirabiles effectus adnumerari belluam marinam incomparabili magnitudine per liquidum elementum innatare, & colludere. Etenim illud, *ad illudendum ei* (vt bene aduertit Theodoret.) intelligitur mari; in myſtico verò ſenſu draco eſt diabolus, qui datus eſt in hoc mundo ad illudendum nobis. Quantos enim monachos & clericos præcipitauit? Ita D. Hieronym. Aliter interpretatur D. Auguſtinus ſumens paſſiuè, *ad illudendum ei.* Sic enim ait: Draco eſt, quem finxiſti ad illudendum ei. Sed ſi ad illudendum, quomodo Deus illi illudit? An tradidit eum ad illudendum, hoc eſt, vt illudatur? vt in lib. Iob dictum eſt: *Ad illudendum ei, ab Angelis meis.* Vis illudere draconi, eſto Angelus Dei. Quid ergo times? tentaturus eſt forte carnem tuam, flagellum eſt Domini tui, non poteſtas tentatoris tui. Hæc Aug.

Margin notes (left column): S. Ambr. Ad Epheſ. 6. — *Delitioſi exorbes à cœlo.* — *Eccleſia perſecutio à tyrannis.* — S. Hieron. — *Perſecutio inſtis vtilis.* — S Greg. — *Diſcrimen inter prædeſtinatos & reprobos.* — Pſal. 103. — *Mare Dei potentiam demonſtrat.*

Margin notes (right column, first part): Theod. — *Diabolus vti balena.* — S. Hier. — S. Aug. — *Diabolus illuditur à iuſtis.*

3. *Et omne volatile.* ] Ex eodem aquarum elemento, piſces in mari ad natandum, auéſque ad volandum per aëra creator produxit. Nec immeritò (inquit D. Ambroſ. *lib. 5. cap. 14.*) quia de aquis genus vtrumque producitur, natandi proprietas vtriſque ſuppeditat. Ibidem etiam germanam inter piſces atque aues cognationem, vt qui eadem ex aluo vtrique prorupęrint, intercedere demonſtrat his verbis. Prima cognatio videtur auibus eſſe cum piſcibus, quoniam natandi communia quædam videntur vtriuſque generis eſſe conſortia. Secunda quoque cognatio, omnibus auibus, & piſcibus eſt, eo quòd volandi vſus ſpecies ſit natandi. Sicut enim aquam natando piſcis incidit, ita auis aërem volatu celeri ſecat. Atque vtrique generi ſimiliter cauda ſuppetit, alarúmque remigium, vt piſces ad priora ſe alis ſubrigant, atque ad vlteriora procedant. Caudæ quoque gubernaculo, vel quò velint ſe facilè conuertant, vel impetu quodam è regione iter ſuum dirigant. Aues quoque aëri volatibus ſuis, velut aquis innatant, & quaſi quædam extendunt brachia; cauda quoque ſe vel ad ſuperiora ſubrigunt, vel ad inferiora demergunt. Vnde quoniam in nonnullis idem vſus & ſpecies, ideo de aquis vtriuſque generis natiuitas diuina perceptione proceſſit. Sic Ambroſ. Conſonat etiam dictum D. Auguſt. Ex aquis (ait) dicuntur producta volatilia: aquarum enim natura bipartitum locum ſortita eſt; inferiorem in vnda labili: ſuperiorem in aura flabili; illum natantibus, hunc volucribus. Similiter D. Hieron. & Gloſſ. Ord. ſentiunt. quare Steuchus, & alij recentiores cum ſuis rabbinis malè putant alites ex aquis non eſſe genitas, & peius vulgatam, ex qua id colligitur, vellicant. Circa huiuſmodi volucrum

Margin notes (right column, second part): S Amb. — *Aues cognatæ piſcibus.* — S. Aug. — *Aues ex aqua productæ.*

productionem complura poſſunt adnotari. In primis elucet infinita Dei conditoris magnificentia erga homines, quorum in vſum, in cupedias; videndi audiendique delectationes, tam varia, tam admirabilia ſpecie, pulchritudine, concentu, ſaporéque volatilium genera propè innumera procreauit. Deinde ad hominum diſciplinam moréſque inſtruendos mira in multis volucribus efformauit ingenia. Nam (vt optimè aduertit Procop.) ſemper à vilioribus is, qui ad imaginem Dei formatus eſt, docetur, & ad diligentiam incitatur. Sic ille. nimirum vt ſic etiam humanæ ſuperbiæ tumor colubeatur; cùm ſuæ vitæ ac diſciplinæ magiſtros homo habeat tam abiectæ conditionis, ac naturæ animantes. Sed quæ iſta ſint pecudum admiranda ingenia, per aliquot ſupradicti libri capita eleganter, vt ſolet, commemorat D. Ambroſ. A gruibus (inquit) ſeruatur ordo militiæ, ſiue cùm noctu excubias agunt, ſiue cùm interdiu facto agmine incedunt ordinatiſſimæ. Mirúmque illud eſt ad hominum vel deſidiam vel ſuperbiam vellicandam, quòd per vices ſingulæ obeant munia; & quæ prima duxit agmen, poſtrema ſubinde cogat; & quæ principatum inter omnes geſſit, ſuccedente ſibi in dignitate vicaria, ſponte in ordinem redigatur. & quæ, in volatu præferens agmen, aut in excubiis pernoctauit, paulisper deinde quieſcat. Ergo (adiungit idem S. Ambroſ. *cap. 15.*) & iugis labor auertit affectum, & continua & diuturna potentia gignit inſolentiam. Quem inuenias hominum, qui ſponte deponat imperium, & ducatus ſui cedat inſigne; fiátque volens numero poſtremus ex primo? Nos autem non ſolùm de primo, ſed etiam de medio ſæpè contendimus, & primos diſcubitus in conuiuio vindicamus: ac ſi ſemel delatum fuerit, volumus eſſe perpetuum: ideo inter grues æquanimitas in laboribus eſt, humilitas in poteſtatibus. Hæc D. Ambroſ. de iſto volucrum genere. Ac diuinitus quidem diſſerit de humanæ mentis ambitione; illud etiam quotidie mundus experitur, ac dolet, quod adiecit, videlicet: Continua & diuturna potentia gignit inſolentiam. Nam ſi temporariam gerens poteſtatem, vtpote triennalem etiam inter illos, quibus potior cura eſſe debet humilitatis, ſic inſolenter nonnunquam euaneſcit, & vſque ad ſæuitiam dominatur: quid obſecro fieret, ſi nullis potentia terminis annorum, & cum illa pariter inſolentia & ſæuitia cohiberetur? Quis autem perpetua dignitate potitus vicem ſuam vti miſerrimam doleat, quod ſæpius feciſſe legimus ſanctum Gregor. ait enim ſanctiſſimus Pontifex *epiſt. 5.* Alta quietis meæ gaudia perdidi, & intus corruens aſcendiſſe exteriùs video. Idem *epiſt. 30.* me omnipotens Deus ab huius loci periculo, qualiter velit, abſoluat. quaſi dixerit: Occidat me Deus, modò liberet à Pontificatu.

*Procop.* — *S.Amb. Auium genera deſcribuntur.* — *Hominum ambitio de principatu.* — *S.Greg.*

4. Similiter de aliis auium generibus in conſequentibus philoſophatur idem Ambroſ. Enimuerò à ciconiis egregia documenta petuntur pietatis in parentes ſenio confectos, quos (ait *cap. 16.*) per longæuum ſenectutis plumarum regmine, alarúmque remigio nudatos circunſtans ſoboles pennis propriis fouet, collatitio cibo paſcit: & hinc atque inde ſubleuantes ſenem fulcro alarum ſuarum, ad volandum exercent filij, & in priſtinos vſus diſueta iam reuocant pij parentis membra. Quis noſtrûm leuare ægrum non faſtidiat patrem? At verò auibus non eſt graue, quod pietatis eſt plenum; non eſt oneroſum, quod ſoluitur naturæ debito. Hæc S. Ambroſ. Ah pudeat homines rationis compotes barbara quadam inclementia contra parentes ſuos deſæuire; cùm brutæ alites parentibus ſuis officioſiſſima præſtent obſequia. Porrò autem ex doctrina eiuſdem Ambroſ. ab hirundine accipimus maternæ ſedulitatis in filios grande documentum. Accipitres, dum fœtus ſuos è nido eliminant, vt volare aſſueſcant, ac prædari ad victum, docent patrum erga liberos maſculum affectum, ac nimiam & effœminatam indulgentiam incuſant. Aquila degenerem propulſans fœtum, qui ſcilicet in conniuenti oculo ſolem nequeat contueri, virilem animum, & generoſum commendat: at fulica pietatem; dum abactum ab aquila pullum, quaſi proprium recipit, alítque. Columba coniugij fidem: turtur viduitatis honeſtatem: vultur integritatem pudoris edocet: etiam munitiſſimæ apiculæ admirandum bene moratæ Reipub. ſtatum ordinémque deſcribunt. Multa denique de auibus, earum ad homines documentis & exemplis proſequitur ſanctiſſimus Pater. Sublimius quiddam inuenio adnotari hoc loco à gloſſa, & à Doctoribus myſticum ſenſum eruentibus: ſic habet. Nimirum ex hac vna aquarum aluo ſimul piſces alitéſque enaſcuntur: & piſces quidem in mari ipſo reſorbentur; alites verò in auras cælúmque ſubuehuntur: ex quo planè ſignificatur diſcrimen, quo vnus aſſumetur, & alter relinquetur: atque adeò illud, quod inter prædeſtinatos ad Dei gloriam, atque reprobos ad ſempiternum ſupplicium & fides docet, & Theologia inter ſummos myſteriorum apices pertractare conſueuit. Vtrobique autem & conditoris ex eadem elementaria matrice piſces ad pelagi profunditatem, aues ad aëris libertatem producentis: & electionis Dei hos ad ſui gloriam prædeſtinantis; illos ad gehennam reprobantis voluntatem liberam, & nobis omninò inſcrutabilem agnoſcimus, & veneramur. Plura pete ex Theologia.

*S.Ambr. Filiorum pietas in parentes.* — *Ab auibus documenta.* — *Bonorum & malorum diſcrimen.*

5. Cæterùm (quod ſpectat ad commentandi & concionandi ſtudium) vehementer illud angit non paucos, ac tantùm non adigit in deſperationem: quòd videlicet certum omnino ſit, atque infallibiliter immutabile, quid tandem vnicuique ſit euenturum. Iacta (inquiunt) eſt alea: ſors vnicuique ſua exiit: vnum de duobus ſtatum ratúmque eſt cuique mortalium, aut eſſe prædeſtinatum ad gloriam; aut reprobum ad gehennam. Ac mirum eſt, quàm grauis hinc perturbatio mentem ſic anxiam opprimat; quámque inconſolabili dolore permulti interdiu noctúque exedantur. Huic porrò tam ineptæ ac pernicioſæ ſolicitudini occurrit optimè S. Euſeb. Emiſſ. *homil. in fer. 2. poſt 1. Dom. Quadrag.* cuius ego verba vtpote docta & pia operæpretium duxi ad integrum referre: ſic habent. Noli attendere ad prædeſtinationem Dei, quam ignoras: attende ad verba, quæ audis, & intelligis. Sicut enim in prædeſtinatione verus eſt Deus, & mu

*Solicitudo de prædeſtinatione.* — *S Euſeb. Emiſſ.*

& mutari non poteſt; ita verba eius vera ſunt, & mutari non poſſunt: *cælum enim, & terra tranſibunt; verba autem mea non præteribunt*: ait Dominus Matth. 24. Sed audiamus quæ ſunt hæc verba. *Peccator* (inquit) *quacunque hora conuerſus fuerit, & ingemuerit, vita viuet, & non morietur*, Ezech. 21. itémque, *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. quod ſi nolueritis, gladius deuorabit vos*, Iſai. 1. Et in Euangelio: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur*, Marc. 16. & iterum: *Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis Pater veſter cæleſtis peccata veſtra*, Mat. 6. Ne quæras aliam prædeſtinationem. in his enim verbis omnis & vitæ & mortis prædeſtinatio conſiſtit. Si hæc feceris, eſto ſecurus; & crede indubitanter quòd ad vitam prædeſtinatus es. quòd ſi indurato corde hæc facere nolueris, & in hac malitia perſeueraueris, pro certo ſcias te ad mortem eſſe prædeſtinatum. quamuis enim nullus homo ad peccatum ſit prædeſtinatus: omnis tamen homo aut ad gloriam, aut ad ſupplicium prædeſtinatus eſt. Hactenus S. Euſeb. Ac iuſtiſſimè quidem Deus reprobos, quòd ſponte ſua in peccatum finale inciderint, ſempiternis addicet incendiis: nec vllam damnati veram & iuſtam obtendent ſuæ in peccatis obſtinatæ mentis excuſationem. Quid enim facere debuit vineæ ſuæ Dominus, & non fecit? ea tamen ſpinas protulit, non vuas, *Iſai.* 5. Vtique anima à Deo plantata in bonum, non diuinum imbrem ſuſcepit doctrinarum, quia præterita dona contempſit: apponit ibi S. Hieronym. Quinetiam Dei beneficia in arma contra Deum conuertit. Nam (vt egregiè concludit S. Hildebert. *Epiſt.* 35.) Deus ad excludendum periculoſæ excuſationis refugium, præparat hominibus gratiam ſuam, cui innitantur; diſtribuit inſtrumenta, quæ ſuffragentur; offert præmia, quibus excitentur; intendit arcum ſuum, quo pigritantes terreantur. Hæc ille. Omnia ſiquidem, quæ Dominus egit, agitque, ad noſtram ſalutem diriguntur. Ille de noſtra ſalute tam ſolicitus; cui noſtra ſalus aut condemnatio nihil prodeſt, & nihil obeſt: at nos de noſtro bono nullam habemus curam; de noſtro malo nullum timorem: planè inſenſati, & diaboli præſtigiis faſcinati. Sed quænam iſthæc præſtigia, quibus dementamur? vtique vitiorum illecebræ. Etenim (vt verè atque eleganter dixit S. P. Chryſolog. *ſerm.* 74.) vitiis ſemper ſeruiunt blandimenta; lenocinantur dulcia delictis: virtutibus verò auſtera & fortia ſunt amica. Hæc ille.

Matth. 24.

*Quis de ſua prædeſtinatione ſecurus.*

Iſa. 1.

Marc 16.

Matth. 6.

S. Hieron.

S. Hildeb.

*Homo de ſua ſalute non curat.*

S. P. Chryſ.

6. At (inquies) in hoc tam lato, ſed & tam frequenti diſcrimine hominum, quorum alij ſunt pauperes, & ignobiles; atque idcirco ad regnum cælorum obtinendum longè habiliores: alij verò diuites & nobiles, inter quos non multi (Apoſtoli teſtimonio 1. *Corinth.* 1.) diſciplinam Chriſti amplectuntur: aliqua ſeſe offert excuſationis vmbra, eo quòd iſti natos ſe, aut ſubinde non ſine Dei ope factos eſſe queri poſſint opulentos, atque mundi honoribus glorioſos; quæ duo ſunt ad peccandum vehementiſſima incitamenta. Sed vana tamen eſt iſta excuſatio. Non illa vobis ô diuites, atque ô nobiles, ad ruinam; ſed ad ſalutem diuina bonitas elargita eſt. Perditio veſtra ex vobis; qui diuinis ad virtutem inſtrumentis abuſi eſtis ad peccatum. Enimuero (vt vltrà ſcribit idem

1. Cor. 1.

*Deus nulli dat inſtrumenta ad perniciem.*

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

A Hildeb.) diuitiæ, & poteſtates, & cætera in hunc modum quædam ſubſidia ſunt, quibus iuuamur ad bonum virtutis, tanquam calamis, & atramento ad artem ſcribendi. opibus abundas? ad officium liberalitatis impenſæ ſunt. potens factus es? Subiectorum tibi patrocinia deſtinantur, de familiaritate principum glorianti facultas oblata eſt, qua tam multis vnus ſubuenias. Sed quantis obeſſe decreuit aut poteſtas ſæuiens, aut palatinæ licentia clientelæ! Sic Hildeb. Itaque peccant, ac tandem condemnantur reprobi, quia volunt: reum nemo facit inuitum. Optimè in hanc ſententiam diſſerit S. Chryſoſtom. *homil.* 16. *in epiſt.* B *ad Rom.* 9. illud modò attexam; Vnde ergo (inquit) alij quidem vaſa iræ, alij autem miſericordiæ? à propria voluntate. Deus autem admodum bonus cum ſit, in vtriſque eandem oſtendit bonitatem. Et quidem Pharao Dei partes atque officia nihilominus accepit, quàm qui ſeruati ſunt. Ita Chryſoſtom. ſancti Doctoris verba, ſenſúmque accipe iuxta veram Theologiam; in qua certum eſt, reprobis præſtò fuiſſe ſufficiens diuinæ gratiæ auxilium, quod illi reſpuerunt: at iis, qui ſalui fiunt, non ſufficiens tantùm, ſed abundans collatum eſſe, quo illi omninò liberè, ac ſuauiter, ſed tamen efficaciter conuertuntur. *Itaque* (ait C Apoſtolus Petr. 2. cap. 1.) *magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis.*

S. Hild.

S. Chryſ.

*Nulli deeſt Dei gratia.*

2 Petr. 1.

7. *Benedixitque eis dicens: Creſcite, & multiplicamini.*) Vide Dei conditoris magnificentiam: non modò neceſſaria, ſed etiam ſuperflua, & omnia ſine menſura terminóque producit, ne vel tenuem aliquam conquerendi de Deo vmbram rationis habeat homo. Quàm igitur graui iudicio contendet Dominus aduerſus hominem; illúdque in faciem ingrati peccatoris integerrimus ac ſeueriſſimus iudex exponet, quod ſcribit S. Ambroſ. 1. *offic. cap.* 16. Famule (inquiens) meus, quid feci tibi? aut quid D contriſtaui te? Nonne ego tibi liberos dedi, honores contuli, ſalutem donaui? Cur me negabas? cur tenebas dona mea, deſpiciebas mandata mea? Sic Ambroſ. Grauiſſimum ſanè iudicium nobis intentabit Dei magnificentia. Nam quo illa profuſior, eo noſtra eſt turpior ingratitudo. Porrò quid ſibi voluit illa tam larga Dei munificentia in Iudam proditorem ad Apoſtolatum inter cæteros aſcitum à Domino? Adde, quod magis mirandum videbitur, totius collegij apoſtolici marſupium Dominus tradidit Iudæ, quem furem, cupidum, ac traditorem ſciebat. Egregiè reſpondet S. Ambroſ. *loco citato*: ne videretur E aut quaſi inhonoratus, aut quaſi egenus Dominum prodidiſſe; & ideo vt iuſtificaretur in eo Dominus, hæc ei contulit: vt non quaſi iniuria exaſperatus, ſed quaſi præuaricatus gratiam, maiori eſſet offenſæ obnoxius. Hanc D. Ambroſ. ſententiam valere puto vniuerſim in omnibus hominibus, qui à Deo ſunt innumeris affecti beneficiis; ne contra ſuum creatorem, quem offendunt, quicquam meritò cauſari poſſint. At etiam eſt, quod verecundemur, tam ſtrictè, tam auarè, tam nihil erga Deum largos nos exhiberi; cùm ille in noſtros vſus, ac voluptates totam ipſius orbis creaturarum laxauerit affluentiam.

*Creatoris magnificentia.*

S. Ambr.

*Ingratitudo hominis.*

D. Ambr.

*Cur Iudæ marſupium Dominus tradidit.*

*Hominis egestas erga Deum.*

Vnam, vel alteram ſuorum criminum confeſſionem, pauculas eleemoſynas, aliquot eáſque leuiculas carnis afflictiones, aut quid aliud huiuſmodi in Dei obſequium ſi quis offerat, grandi ſe putat ære obſtrictum Deum reddere; abundéque feciſſe, nec plura debere, ac poſſe. Multo aliter regius Vates morti iam proximus ſuos in illo

2. Reg. 23.

cantico (de quo 2. *Reg.* 23.) inter alia infatigabilis ſuæ pietatis erga Deum argumenta, hoc adiungit. *Cuncta ſalus mea, & omnis voluntas; nec eſt quicquam ex ea, quod non germinet.* Vide, quàm bene hoc, *germinet*, Dauidicæ voluntaria in Dei obſequium pullulantis, conueniat cum illo Domini verbo: *Germinet terra*, &c. Rectè Lyranus aduertit Dauidem in ſtatu illo eſſe perfectorum,

1. Cor. 10. *Deo ab homine debitum obſequium* S. Hieron.

quibus commendatur à Paulo: *Omnia in gloriam Dei facite*, 1. Corinth. 10. vbi S. Hieronym. Nihil (inquit) magis agendum eſt Chriſtiano, quàm vt in omni opere eius Dei gloria prædicetur: nec aliquid faciat, vnde Chriſti doctrina poſſit in aliquo reprehendi. Hæc S. Hieronym. Pulcherrimus ſanè voluntatis humanæ fructus, Dei honor & gloria! Sed aduerte hanc noſtrorum operum erga Deum germinationem, vt quæ ſpontanea ſit, & non locata, qualis fuit terræ parturientis, valde gratam Deo eſſe. Quod luculenter oſtendit

S. Amb. Pſal. 53. Iſa. 6. *Voluntarium obſequium & apparlt Deus exiga.*

S. Ambroſ. *ſerm.* 14. *in Pſalm.* 118. ad hunc modum. *Voluntariè ſacrificabo tibi*, dicitur Pſalm. 53. Expectat Dominus voluntarios miniſtros. In Iſaïæ lib. dicit Dominus. cap. 6. *Quem mittam?* Vtique ſeruulo ſuo poterat imperare, quem dignum, qui mitteretur, inuenerat. Sed maluit eum ſpontaneæ oblationis non fraudare mercede, qui vt ipſe ſe offerret, præſtolatus eſt. Et quāuis eius ſciret affectum, expectauit tamen vocem, vt cumularet gratiam: & ſic ſe offerens miſſus eſt, audit, & dicit. Etenim quaſi voluntarium organū vberiore ſpiritus ſui gratia Chriſtus impleuit. Hæc Ambroſ. ſcilicet non affectum modò cordis intus latentem; ſed etiam piam oris vocem, ac denique externum opus exigit. Sic enim totus homo in obſequium ſui creatoris fructificat.

*B. Maria conſenſus voluntarius in matrem Dei.*

8. Sed quid de Iſaïa loquor? Beatiſſima virgo Maria ex omni æternitate à Deo electa in matrem, nihilominus expectata eſt ab Angelo, à toto hominum genere, ac denique ab ipſa diuina Trinitate, vt voluntariè immenſam Dei gratiam ſuſciperet, Deóque ipſam in matrem eligenti præberet conſenſum. vti nimirum tam creatio rerum, quàm redemptio hominum opus eſſe ſpontaneæ obedientiæ videatur. Vnde illa ſunt

S. Bern.

ſuauiſſimè dicta à D. Bern. *hom.* 4. *ſuper Miſſus eſt*; O Domina reſponde verbum, quod terra, quod inferi, quod expectant & ſuperi. Ipſe quoque omnium Rex & Dominus, quantum concupiuit decorem tuum, tantum deſiderat, & reſponſionis aſſenſum. Ipſe tibi clamat e cælo; fac me audire vocem tuam. Aperi Virgo beata cor fidei, labia confeſſioni, viſcera creatori. Ecce deſideratus cunctis gentibus; foris pulſat ad oſtium: ſurge, curre, aperi; ſurge per fidem, curra per deuotionem, aperi per confeſſionem: ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Hactenus Bernard. Ergo cælum in ſtellas exuberans, lumina fulgoribus emicantia, maria ſcatentia piſcibus, tellus herbas, arbores animalia germinans, ipſamet prorſus infœcunditas & ſterilitas ſunt, ſi cum partu Virginis comparentur. Ipſa cælorum Regem, ſtellarum ſolē, Solis crea-

A torem, mariūm, terræ, mundíque fabricatorem ac Deum hominem factum peperit. Meritò igitur ait S. Petr. Chryſol. *ſerm.* 140. Quantus ſit Deus ſatis ignorat, qui huius Virginis mentem non ſtupet, animum non miratur. Adde tu, & ventrem Virginis Deo plenum. Anaſtaſ. Sinaïta hunc locum exponens perdoctè aliqua notauit: eius verba ſunt. Si terra protinus facta eſt ſecunda poſt cælum, & in Scriptura nominatur ante aquas: quomodo nunc aquæ primò ornantur? Dico, myſterio Baptiſmatis. Et ea de cauſa ante omnia, vita & viuens anima oſtenditur ex aqua & ſpiritu, dicente Deo: Educant aquæ, &c. Item, quæ ex aquis ſunt genita, omnia Deus benedi-

*B. Mariæ partus incomparabilis* S. P. Chryſ. Anaſtaſ. Sinaita. *Aquarum prerogatiua propter Baptiſmum*

B xit: è terra verò genita animantia priuauit benedictione. Nam præfigurabatur regeneratio per Baptiſmum ex aquis; ac proinde genitas animas, id eſt, regeneratas per Baptiſmum benedixit. Animantibus autem terræ, & iumentis, & feris, ſerpentibus venenatis, ſcilicet hominibus, qui non regenerantur per Baptiſmum, nequaquam impertiit benedictionem. Dixit enim Dominus Ioan. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua*, &c. Præterea ideo non dixit: Producant aquæ reptilia corporum animatorum; ſed dixit: animarum viuentium, id eſt, morientium. Cæterùm reptilia ſunt ij, qui baptizantur ad Dei obſonium, tanquam electi piſces, qui adducuntur ab

Ioan. 3. *Baptizati quàm grati Deo.*

C iis, qui erant piſcatores, nunc Apoſtoli: ſed ſunt etiam volucres ij, qui ſurſum feruntur, vt fiant obuiam Chriſto in aëre. Hæc Anaſtaſ. Nota pro cupediis, ac delicatiſſimis epulis habere ſibi Deum animas eorum, qui baptizantur; gratiam verò iuſtificantem eſſe velut animarum condituram. Ac pulchrè quidem S. Bernard. *ſerm.* 7. *in Cant.* vocat & celebrat gratiæ condimentum. Occidit demum quintus dies.

S. Bern.

## SECTIO VIII.

D *Dixit quoque Deus: Producat terra animam viuentem in genere ſuo, iumenta & reptilia, & beſtias terræ ſecundùm ſpecies ſuas. Factúmque eſt ita. Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, & iumenta, & omne reptile terræ in genere ſuo. Et vidit Deus, quòd eſſet bonum.*

*Terra parturit animantia.*

1. PRoducat terra.] Sexto die creantur incolæ terræ; quæ adhuc animantibus carebat. Produxit igitur fœcundata verbo Dei tellus omnes animantium ſpecies. Iumenta, vocat domeſtica, & manſueta animalia, quæ pedibus gra-

E diuntur. Reptilia, ſiue repentia, vel ſaltitantia: cuiuſmodi ſunt infinita genera ſerpentium, atque vermium. Beſtias vocat, quicquid animantium ſupererat, maximè ferarum, quæ pedibus gradiuntur. Item intelligunt doctiores, creata ſimul eſſe animalia quæ deinceps ex putri materia ſolent oriri; atque adeò hybrides, quæ animantes ex diuerſarum ſpecierum parentibus progenerātur, vti muli, leopardi, &c. Et quidē magno erga homines beneficio Deus animantia terræ procreauit, ex quibus in hominum genus multa, eáq; maxima promanant emolumenta; hinc ad vitam alendam, imò & ad gulæ cupiditatē irritandam,

ſapidio

ſapidiores lautioréſque epulæ: hinc ad agrorum culturam, ad portanda onera, mercéſque aliò conuehendas, atque etiam ad conficienda itinera coadiutrices, baiulæque animantes. Neque verò animal eſt adeò immanitate ferum, ferocitate horribile, carniuoráque ingluuie virulentum, quòd ad hominum vſus vtilitatémque non conducat. Elephantes vaſta corporis mole, feritate tigrides, truculenta deformitate leones, apparent metuendi: at certè, vt bene diſſerit D. Ambroſ. 6. *Hexam. cap.* 6. immania hæc monſtra ſeruiunt homini, & naturam ſuam humana inſtitutione deponunt, obliuiſcuntur, quòd nata ſunt, induunt quòd iubentur. Docentur vt paruuli, ſeruiunt vt infirmi, verberantur vt timidi, corriguntur vt ſubditi, in mores tranſeunt noſtros, quoniam motus proprios perdiderunt. Neque verò minùs in minimis mirabilis exiſtit, quàm in maximis natura, vt ſubinde oſtendit D. Ambr. Sicut enim non minùs plana camporum, quàm montium alta miramur, nec plus altitudinem cedri ſtupemus, quàm vitis, aut oleæ breuis fœcunditatem; ita non ampliùs miror Elephantum, quia procerus eſt, quàm murem, qui terribilis elephanto eſt. Naturæ igitur hæc potentia eſt, vt terribilia aliis, aliis meticuloſa ſint. Formidabilis tauris Elephantus murem timet. Leo quidem rex ferarum exiguo ſcorpionis aculeo exagitatur, & veneno ſerpentis occiditur. Ibidem de venenatis animantibus ſic ediſſerit. Nec hoc quiſquam reprehendat, quòd creator ſerpentes creaturis ſuis, aliáque vel animantium, vel herbarum genera venenata miſcuerit. Nata ſunt enim hæc ad correptionem noſtram, non ad deformationem. Ita ſunt hæc vt pædagogi paruulis, amari videntur, acerbi, & moleſti, formidabiles verbere, libertatem laſciuiendi negant, neceſſitatem diſciplinæ exigunt. pueriles animos, ne luxu diffluant, terrore conſtringunt: ideoque horum auſteritate frugi euadunt, ſobrij, cõtinentes, laudi magis, quàm ludo dediti. Vides quid terribilia illa flagella proficiant. Sic & ſerpentes, flagella ſunt eorum, quibus infirma animi ætas, & quædam puerilis mentis eſt virtus. Sic Ambroſ. Profectò vt reliqua interim miſſa faciam; præclara ad mores inſtruendos diſciplina ex multorũ animalium ingeniis peti poteſt, ac debet. Nouerit homo quanto interuallo à ſe beſtiarum natura ſuperatur; videat in paſtu abiectas pecudes, &, vt eleganter conſiderat D. Amb. *lib.* 6. *Hexam. c.* 3. omnia genera beſtiarũ à natura in aluũ proſtrata, quadrupedo corporis greſſu, & velut affixa terris potiùs eſſe, quàm libera. Siquidem erigendi ſe non habent facultatem, de terra victum requirũt, & ventris, in quem deflectuntur, ſolas ſequuntur voluptates. Caue ô homo pecudum more curuari: caue, ne in aluum te non tam corpore, quàm cupiditate deflectas: reſpice corporis tui formam, & ſpeciem congruentem Celſi vigoris aſſume. Sic Ambr. & plura in hanc ſententiam. Certè quantum vel ipſam naturæ humanæ dignitatem, iſti ſuo abdomini ſeruientes dedecorent, turpe eſt dicere ac videre. Quos (vt rectè adnotauit Lactãt.) pœnitet quadrupedes non eſſe natos. Quis verò iſtos in cœnoſo pecorinæ infamiæ volutabro delectari conſpiciens, negare auſit, quod dictum aliquando fuit: Non tot porcos, non tot equos, non tot aſinos naſci, quot fiunt.

*Animalia hominibus vtilia.*

S. Ambr.

*Animantium genera deſcribuntur.*

*Ab animantibus documenta*

S Ambr.

*Hominis ſupra pecudes eminentia.*

*Libidinoſi perſtringũtur.*

Lactant.

2. Si verò pecudes de genere cicurum ſint, inter alia permulta ad vitam humanam commoda, illud etiam homini bonum impertiunt:



A præludium ſcilicet ad regimen, & gubernationẽ; vt in paſtorali munere exercitos a Deo patres antiquos, antequam gubernandis hominibus clauum ſuſciperẽt, legimus in ſacris literis. Moyſes (inquit Clemens Alex. *ſtromat.* 1.) oues paſcebat, vt qui ad paſtoralem principatum prius erudiretur; illi enim, qui manſuetiſſimo hominum gregi eſt præfuturus, eſt præexercitatio, ouium paſcendarum ſcientia: ſicut iis, qui ſunt natura bellicoſi, venatura. Ab ea autem eduxit illum Deus, vt eſſet dux Hebræorũ exercitus. Ita Clem. Ad cuius tamen ſententiam, quæ vera & grauis eſt, adiunge illud ab Euſeb. in 3. c. Exod. de Moyſe apprimè adnotatum. Omnis quidem (ait) B principatus ac præfectura non caret moleſtia, non æquè tamen, vt ouium rationalium, cùm eiuſdem honoris atque naturæ cum præfecto conſortes ſint. Sic ille. Porrò autem Clemens, vel obiter, attigit illud vel maximũ, quod à feris & indomitis belluis peti ſolet emolumentum, nimirum venaturam, quæ ad bellum haberi conſueuit mira exercitatio: nec medioeris, & vulgaris vna ex omnibus aliis hominum oblectationibus, imò magnorum principum ac regum in ſummis delitiis cõputari. Ad hæc; beſtiarũ vitia deprehendens videat homo rationis capax, quid in ſe reprehẽdat, quid effugiat. Ferocit bellua, aut laſciuit immodicè, vtranque in partem æſtu agitata. At cùm ra- C tione careat, impotens ſui eſt. Homo autem, etſi vt animal nunc appetat, nunc iraſcatur: nouerit tamen diuinius ſe animal, ratione præditum: agat proinde nauclerum; rationis gubernaculo mare proſcindat, nauem rectò dirigat: auriga eſt; ferocientes humanarũ, imò beſtialium appetitiones, velut indomitos equos adacto in ora fræno, compeſcat, cohibeat, moderetur. Audiamus ſubinde D. Ambroſ. ſuper cap. ſimiliter de reliquiis philoſophantem. Si te (inquit) edacitas equi, intemperantiáque delectat, & adhinnire ad fœminas voluptati eſt, delectet in fræno maxillas tuas chamóque conſtringi. Si crudelitate paſceris, ferarum hæc rabies eſt, quæ propter ſæuitiam tru- D cidantur. Vide ne in te quoque crudelitatis tuæ vertatur immanitas. Piger aſinus & expoſitus ad prædam, ſenſúque tardior, quid aliud docet, niſi nos viuaciores eſſe debere, nec deſidia corporis animique pigreſcere, confugere ad fidem quæ onera grauia alleuare conſueuerit? fraudulenta vulpes foueis ſe latibuliſque demergens, nónne indicio eſt infructuoſum eſſe animal, odióque dignum, propter rapinam, deſpectum propter infirmitatem; & ideo ſuæ incautum ſalutis, dum inſidiatur alienis? Leo naturæ ſuæ, vt ſuperbus, ferocitatem ſui aliarum ferarum generibus miſcere neſcit: ſed quaſi rex quidam plurimorũ dedignatur conſortium. Qui enim cibum faſtidit E heſternum, etiam ipſas ſuæ eſcæ reliquias auerſatur. Quæ autem ſe ei ſociare fera audeat, cuius voci tantus naturaliter ineſt terror, vt multa animantium, quæ per celeritatem poſſent impetum eius euadere, rugientis eius ſonitu velut quadam vi attonita, atque icta deficiant? Hæc Ambroſ. Adde, obſecro, ſi tam effrænem ac truculentam arrogantiam, pariter ac feritatem, in leone deteſtantur, quanto id in homine rationis moderamen omne reſpuente erit execrabiliùs! Proh quàm dira lues, quantum exitium, vbi virium poteſtas & animi furor ſine rationis remigio deſæuiunt! Perbellè (vt expendit Procopius *in lib. Iud.*) Spiritus ſanctus cùm feritatẽ Sanſonis priùs quoq; haberet cognitã, à vino ac vineis ipſũ iuſ-

Clem. Alex.

*Regendi munus à paſtoribus addiſcitur.*

Euſeb.

*Regendi homines difficultas.*

*Venatura commendatur.*

S. Ambr.

*Animantium ingenia.*

*Poteſtas cum ſæuitia.*

Procop.

*Sanſoni interdicitur vinũ.*

ſit abſtinere, ne ad naturalem furorem vinolento aſcitu contra propinquos quoq; & cognatos indigna patraret. Sic ille. At è contrario Chriſtus Deus homo, & leo rugiens eſt, & ſimul agnus manſuetus, qui non aperuit os ſuum: à quo diſcamus, vt mites & humiles corde ſimus. Similiter Virgo Dei mater regina eſt mundi, ſed ſimul miſericordiæ mater: atq; adeò tantæ miſericordiæ, quantam Bern. deſcribere contendit *ſer. 4. de Aſſumpt. Mariæ.* Quis (inquit) miſericordiæ tuæ, ô benedicta, longitudinè & latitudinem, ſublimitatem & profundum, queat inueſtigare? Nam longitudo eius vſque in diem nouiſſimum inuocantibus eam, ſubuenit vniuerſis. Latitudo eius replet orbem terrarum: vt ſua quoque miſericordia plena ſit omnis terra. Sic & ſublimitas eius ciuitatis ſupernæ inuenit reſtaurationem. Et profundum eius ſedentibus in tenebris, & in vmbra mortis obtinuit redemptionem. Per te enim cælum repletum, infernus euacuatus eſt; inſtauratæ ruinæ cæleſtis Hieruſalem: expectantibus miſeris vita perdita, data. Sic potentiſſima & piiſſima caritas affectu compatiendi & ſubueniendi abundat effectu, æquè locuples in vtroque. Hactenus Bernard.

D. Bern. B. Maria miſericordia.

3 Quid verò (adiungit D. Ambroſ. *cap.* 4. de canibus loquar, quibus inſitum eſt natura quadam referre gratiam, & ſolicitas excubias pro dominorum ſalute prætendere? Vnde ad immemores beneficij, & deſides atque ignauos clamat Scriptura: *Canes muti neſcientes latrare,* Iſa. 56. Vnde & tu diſce vocem tuam exercere pro Chriſto, quando ouile Eccleſiæ incurſant lupi graues. Diſce in ore tuo verbum tenere, ne quaſi mutus canis commiſſam tibi fidei cuſtodiam quodam præuaricationis ſilentio deſeruiſſe videaris. Talis canis viator & comes Angeli eſt, quem Raphaël in libro Prophetico non ocioſè ſibi & Tobiæ filio adiungendum putauit, quando perrexit, vt Aſmodæum fugaret, & firmaret copulam coniugalem. Et canis ſecutus eſt eum, *Tob. c. 6.* Memoris enim affectus gratia pellitur dæmonium, ſtabilitur coniugium. Mutæ itaque ſpecie beſtiæ ſanctus Raphael Angelus Tobiæ iuuenis, quem tuendum receperat ad relationem gratiæ erudiebat affectum. Quis enim non erubeſcat gratiam bene de ſe merentibus non referre, cùm videat etiam beſtias refugere crimen ingrati? & illæ impertitæ alimoniæ ſeruant memoriam; tu non ſeruas ſalutis acceptæ? Hæc Ambr. Quæ ſic perſpicua ſunt, vt aliena cõmentatione haud indigeãt. Idem vlteriùs ad mores progrediens inſtruendos ex animantiũ ingeniis, de vrſis ſic eloquitur. Vrſa inſidians licet; eſt enim plena fraudis fera, tamẽ fertur informes vtero partus edere, ſed natos lingua fingere, atque in ſpeciem ſui, ſimilitudinémque formare. Non miraris in fera tam pij oris officia, cuius naturam pietas exprimit? Vrſa igitur partus ſuos ad ſui effingit ſimilitudinem tu filios tuos inſtituere ſimiles tui non potes. Lambendo, & inſormando filium tot per annos etiam reſiſtantem perfecit pia Vrſa monica, S. Auguſtini mater. Vnde illud mirabile quod refert idem Auguſt. de ſe adhuc infideli. Numen Saluatoris mei in ipſo adhuc lacte matris tenerum cor meum piè biberat, & altè retinebat: & quicquid ſine hoc nomine fuiſſet, quantuis literatum & expolitum & veridicum non me totum rapiebat. Ita ille 3. *conf.* 4. Denique plura id genus lege apud eundem Ambroſ. in conſequentibus. Animaduerte hîc non apponi à Moyſe circa productionem terreſtrium animalium, quod in procreatione piſcium & auium adiectum fuit, nimirum: Benedixitque Deus, creſcite & multiplicamini. Etenim facile quis poterat intelligere ſimilem benedictionem animantibus terræ, atque aquæ & aëris fuiſſe à Deo impertitam: ideoque ſcriptor diuinus noluit idem ſæpiùs repetere. Vel fortè (vt aliqui volunt ex recentioribus) piſces & aues benedixit, non verò beſtias terræ, quia paulo pòſt maledicturus erat ſerpenti. Decebat autem tam breui ſpatio perdurare Dei benedictionem, aut tam citò reuocari, maledictione ſubinde ingruente: viderique Deum ſuorum beneficiorum facilè pœnitere. Sed tu vide obſecro quantum nocuerit toti animantium terreſtrium generi, vel vnius tantummodò ſerpentis conſortium; cuius ergo cunditoria benedictione caruerit. Sic etiam (quod magis mirum videri debet) nauis illa, in qua Apoſtoli aliquando abſente Chriſto Domino, aliquando etiam præſente vehebantur, in mari iactabatur fluctibus, *Matth.* 8. Cuius quidem euentus rationem aſſignat D. Ambr. *ſerm.* 11 his verbis. Hęc eſt cauſa periculi, erat ibi Simon Petrus, ſed erat pariter & proditor Iudas. Quamuis illius fides fundaret nauiculam, huius tamen eam perfidia conturbabat. Tranquillitas eſt, vbi ſolus Petrus nauigat: tempeſtas vbi Iudas adiungitur. Licet eſſet Petrus firmus ſuis meritis; perturbatur tamen criminibus proditoris. Vnius delicto cunctorum merita quatiuntur. Vnius Iudæ peccato cuncti periclitantur Apoſtoli. Sic Ambr.

S. Ambr. Ingratitudo perſtringitur.
Iſa. 56. Vox lamenta maximè in Prælatis.
Tob. 6.
Amor mutuus coniugũ.
Gratus animus debetur.
S. Aug. Fruorum eſt etiam.
Animantia cur non benedicuntur a Deo.
Matth. 8.
D. Amb.
Conſortium malorum valde nocet.
Iudæ conſortium nocuit Apoſtolis.

## SECTIO IX.

*Et ait: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs, vniuerſæque terræ, omníque reptili, quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam: ad imaginem Dei creauit illum.*

1. F*Aciamus hominem* ] Aggreditur iam Propheticus ſcriptor ad creationem hominis, qui elementorum, plantarum animantiúmque princeps eſt, deſcribendam. Ac primùm quidem quæri poteſt hoc loco, quare omnium creaturarum poſtremus ſit homo conditus. Quam quæſtionem ſic pertractat D. Chryſoſt. *homil.* 8. *in Geneſ.* Quare tardius creatus eſt homo, ſi cætera dignitate præſtat? Meritò. Nam vt ingreſſuro in ciuitatem aliquam Rege, opetæpretium eſt, præmittere ſatellites, aliòſque omnes, vt bene adornatis palatiis Rex honeſtiùs ibi agat. Ita ſimili modo, quaſi regem & principem aliquem rebus terrenis præfecturus, priùs omnem hunc ornatum fabricauit, & tandem præficiendum hominem formauit; declarans factis iſtis quanto honore animal hoc proſequatur. Hæc Chryſ. Ad hoc quæſitum elegantiſſimè reſpondet D. Ambr. *Epiſt.* 38. *ad Horontianum.* Qui (ait) conuiuium adornat, vt ille Euangelicus diues *Matth.* 22. vtique omnia priùs præparat, tauros & ſaginata occidit, & tunc amicos ad cœnam inuitat. Priùs ergo quæ leuiora ſunt parantur, & tunc rogatur honoratior. Vnde & Dominus homini antè animalium cæterorum præparauit epulas, tunc ipſum quaſi amicum ad ſuum vocauit conuiuium. & verè

Homo cur creatur poſtremum.
S. Chryſ.
Homo rex animantium.
S. Ambr.
Matth. 22.
Homo ad conuiuium inuitatur.

amicum

amicum, quaſi caritatis diuinæ participem & hæredem gloriæ. Præcedentia ergo miniſteria ſunt, amicúſque poſtremus rogatur. Hæc Ambr.

S.Chryſoſt.

Habemus igitur ex D.Chryſoſt. mundum hunc vniuerſum, veluti regium palatiū omni ſupellectili vtenſiliumque apparatu magnifico, priùs à Deo extructum, & poſtremò omnium hominē mundi principem ac regem creatū, & in regales ædes opeſque deductum à Deo: at verò ex D. Ambroſ.

S.Ambr.
*Mundus palatium & conuiuium.*

mundum eſſe lautiſſimam iuxtà, & magnificentiſſimam omnipotentis Dei menſam, ac deinde hominem in tam ſplendidum conuiuium à Deo inuitatum; vt corporis ſenſibus, & animæ facultatibus, exquiſita omnium dapum condimenta epuletur: ſed non minùs concinnum & graue dictu eſt, mundum vocari palæſtram, & quaſi ludum olympicum, aut Romanum circum & amphitheatrum: in quod homo pugil, luctator, curſor, atque adeò decertator fuerit inductus. Quo in argumento perelegans eſt D. Ambroſ. declamatio in ſuperiore epiſt.

S.Ambr.
*Mundus palæſtra.*

Quid eſt (inquit) mundus niſi quidam agon plenus certaminum? Vnde & in Apocal. Dominus ait cap. 2. *Vincenti dabo coronam vitæ.* Et Paul. 2. Timoth. 4. *Certamen bonum certaui.* Et 2. Tim. 2. *Nemo niſi qui legitimè certauerit, coronatur.*

Apoc. 2.
2. Tim. 4.
2. Tim. 2.
*Homo in palæſtram inducitur.*

Huius agonis inſtaurator vtique omnipotens Deus eſt. Qui igitur agonem ſuſcipit in hoc ſeculo, nónne omnia præparat, quæ agoni ſunt neceſſaria, & tunc athletas vocat, paratis præmiorum infulis, creaturos ad coronam, ne moram patiatur, qui vicerit, ſed præmio donatus recedat? Præmia ergo hominis terrarum fructus ſunt, & cæli lumina. Illa ad vitæ præſentis vſum; hæc ad ſpem vitæ æternæ. Quaſi athleta igitur poſtremus ingreditur in agonem, erigit ad cælū oculos, videt coronas luminum; quoniam iuſti, qui vicerint, erunt ſicut ſtellæ in cælo, 1. *Corinth.* 9.

1. Cor. 9.
*Cælum hominis præmium.*

Nō immeritò ergo poſtremus homo ingreſſus eſt ſtadium, cui præparabatur corona, vt eum præcederet cælum, quaſi ſui præmium. Terra exercitium eſt hominis, cælum corona. Aut quaſi amicum igitur præcedere debuerunt miniſteria, aut quaſi athletam corona & præmia. Sic Ambroſius.

S.Amb.
*Homo, cælum cælo pulchrius.*

2. Ibidem etiam circa idem argumentum de hominis excellentia, perquam luculenter diſſerit. Pulchriora carptim ſeligam. In omnibus (inquit) rebus præſtantiora ſunt principia & finis. Si domum conſideres, potiora omnibus fundamenta & culmina. Si agrum, ſatio & meſſis, plantatio & vindemia. Ita ergo & cælum primò eſt conditum, nouiſſimus homo, quaſi quædam cæleſtis in terris creatura. Rectè ergo in conſtitutione mundi, primum cælum & nouiſſimum cælum, in quo quod vltra cælum eſt, Deus cæli eſt. Denique, de eo magis accipitur: cælū mihi thronus. Principium ergo operis mundani cælum, finis homo. Cælum de mūdo, homo ſupra mundum. Illud enim mundi portio, iſte paradiſi accola, Chriſti poſſeſſio. Illud firmamentum elementorum, hoc virtutum.

*Homo finis creaturarum & miraculū.*

Cælum ſtellarum fulget ſplendoribus, homines meritorum luminibus micant. Item, meritò poſtremus, quaſi finis, naturæ formatus ad iuſtitiam inter cætera animantia iuſti arbiter. Item, poſtremus creaturarum omnium homo, ſpecie gratus, mente ſublimis, vt omni eſſet creaturæ miraculo; in quo ad ſimilitudinem æterni Dei ſpiritus eſſet inuiſibilis, humana ſpecie amictus, quem etiamſi non vident cætera animalia, tamen reformidant, ſicut nos Deum, quem qui non videmus timemus, & ſicut

A ſe fundit maieſtatis ſuæ plenitudine, & videt omnia, complectens vniuerſa, & penetrans per ſingula; ita ſpiritus hominis ad imaginem & ſimilitudinem Dei videt omnia, & non videtur, habens ſui inuiſibilem ſubſtantiam, diſciplinis & conſiliis, ac ſenſibus comprehendit latentia, penetrat occulta.

*Hominem animantia reuerentur.*

Tantam cæteris animalibus venerationem ſui infundit, vt certatim, quaſi regi obediant, voci eius obſecundent. Denique videntes feræ eius manſuetudinem, eius imperio manſueſcunt, ſæpè ſuſpenderūt morſus ſuos reuocāte ſono vocis humanæ. Videmus innoxio canum dente lepores ſine vulnere capi. Leones quoque ipſos, ſi vox hominis reſultauerit, prædam di-

B. mittere. Ibidem etiā conſiderat creaturarū, quaſi triumphalem quadrigam, cuius ductor & auriga homo.

*Homo auriga creaturarum.*

Sic enim adiicit: Currus eſt animantium, quibus homo victor aſſiſtens, cum ſit poſtremus priores regit. Sic quoque gubernator nauis in puppi ſedet, & totam nauim gubernat. Rectè ergo nouiſſimus, quaſi totius ſumma operis, quaſi cauſa mundi, propter quem facta ſunt omnia, quaſi omnium habitator elementorum;

*Homo cauſa mundi.*

inter feras viuit, cum piſcibus natat, ſuper aues volat, conuerſatur cum Angelis, terram inhabitat, & cælo militat, ſulcat mare, aëre paſcitur, cultor ſoli, victor profundi, piſcator in fluctibus, in aëre auceps; in cælo hæres, Chriſti cohæres. Hæc

C ſecundùm induſtriam. Nam ſupra hominis ſubſtantiā, Moyſes in imo ambulauit mari, in ſummo Apoſtolus; Abacuc ſine pennis volauit; Helias in terris vicit, & in cælo triumphauit. Hæc D. Ambroſ. Quibus planè ad myſteriū euoluendum huius loci, nihil aut grauius, aut ſubtilius, aut elegantius afferri potuiſſet.

Procop.

In eodem argumento verſatus Procop. ſic ait: Oportebat, non ſecus ac ſi Rex magnificus induceretur, omnia eſſe præparata, & magnificè inſtructa: quare, vt homo magnificè exciperetur, præceſſit cælum, præuenit ſol, priùs ingreſſa eſt lux; imò apparatus omnis præceſſit, conuiuas qui illi lauto epulo admouendi erant. Homo acceſſit quorun-

D dam ſpectator, & quorundam dominus futurus. Nam decebat, vt contemplaretur exactè hoc mirabile huius vniuerſi opificium; & deinde raperetur in admirationem opificis. Hæc Procop. Secundo loco, in his verbis, *Faciamus hominem,* &c. concors omnium Patrum & Doctorum ſententia diuinæ Trinitatis myſterium agnoſcit. nimirum in verbo, *faciamus,* pluralitatem perſonarū, in reliquis verò, *ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,* diuinitatis vnitatem ſingularem.

*S. Trinitatis myſterium inſinuatur.*

Alloquitur autem æternus Pater ad Filium, & Spiritum ſanctum eiuſdem naturæ, ac potentiæ coæquales. Deum cum Angelis loqui, *Faciamus hominem,* &c.

E merum eſt deliramentum Iudæorum; nec enim Deus Angelorum miniſterio in creatione eguit, aut vſus fuit; nec ſuam cum Angelis vnam imaginem & ſimilitudinem vocat: ſed ſatius eſt audire Bedam ex D. Auguſt. vt moris habet, ſua mutuantem.

Bed.
*In creatione hominis ſolus Deus operatur.*

Non ſimpliciter (inquit) dicitur, ſicut de cæteris: Fiat homo; ſed *faciamus hominem ad imaginem,* &c. In quo vnitas Trinitatis oſtēditur & commendatur. Trinitas enim in præcedentibus inſinuatur, cū dicitur: *Dixit Deus, fiat: & fecit Deus: & vidit Deus quòd eſſet bonum.* Sed manifeſtiùs cùm dicitur, *faciamus hominem,* &c. Dum enim qui doceretur non erat, occulta fuit prædicatio Deitatis. Vbi creari cœpit homo, fides & dogma veritatis emicuit; in eo enim quod dicitur: Faciamus, vna operatio trium perſonarum

D 4 oſtendi

oſtenditur: in hoc verò, quòd ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, vna & æqualis ſubſtantia Trinitatis. Angelis enim a Deo non dicitur: Faciamus hominem, &c.

*In creatione hominis apparatus Dei.*

3. Et verò miram facit hic omnipotens conditor attentionem, cùm ſe tanto ac tam inuſitato verborum apparatu ad opificium hominis accingit, & quaſi ad maximum omnium tam exactorum opus ſeſe excitat, conſultans & deliberans de opere moliendo. Tantæ molis erat vnum condere hominem. Elementa omnia, plantæ, animantia, cælúmque ipſum, & quicquid in cælo pulchrum & pretioſum, & mirum eſt, vno vel altero Dei iubentis verbo, temporis momento condita extiterunt. Tam leui conatu operatam, B & quaſi ludenti ſimilem in tota rerum machina ſuam Deus potentiam exeruit: ſola verò in vnius hominis molitione & loquutus dicitur, & conſultò lentérque & maturè rem aggreſſus quodammodo videtur deſudaſſe: in quo excellentia operis demonſtratur; vt non immeritò dici poſſet de homine, quòd ſit opus ſuper omnia opera Dei, videlicet, vt vocant, ſex dierum. Hinc illud

*Beda.*

Bedæ venerabilis: Erat homo creandus ad imaginem creatoris, cuius dignitatis magnitudo oſtenditur, cùm quaſi conſilio creatur. Similiter

*Procop.*

Procop. Cùm Deus (inquit) in reliquis creationis operibus ſilentium teneret, hîc ait: Faciamus, &c. Vt vbi cognoris te ab ipſo eſſe conditum, C diſcas te ab ipſo quoque & reſtaurari & conſer-

*S. Amb.*

uari. Sic ille. Attexam denique D. Ambroſ. verba *tract. de dignitate hominis, c.* 1. ita habent. Tanta dignitas humanæ conditionis eſſe cognoſcitur, vt non ſolo iubentis ſermone, ſicut alia ſex dierum opera, ſed cōſilio ſanctæ Trinitatis, & opere maieſtatis diuinæ creatus ſit homo, vt ex primæ cōditionis honore intelligeret quantum deberet ſuo conditori, dum tantum in conditione mox

*Homo creatorem quantum debeat.*

dignitatis priuilegium præſtitit ei conditor, vt tanto ardentiùs amaret conditorem, quanto mirabiliùs ſe ab eo eſſe conditum intelligeret. Hæc

*S. Chryſoſt.*

Ambroſ. Similiter D. Chryſoſt. *homil. 8. in Geneſ.* Vidiſti (ait) ſermone ſolo, & præcepto Dei omnem creaturam formari? Vide nunc quanta ſit D verborum diuerſitas. Non enim iam dicit, fiat homo, ſed *faciamus hominem, &c.* Quid hoc noui, quid rari? quiſnam ille formandus, ad quem faciendum opifici tanto conſilio & circumſpectione opus! Ne mireris. Homo enim inter omnia viſibilia dignitate præcellit, propter quem condita ſunt hæc omnia. Ita Chryſ. *Faciamus hominem, &c.* Pulcher etiam hic locus ad arguendum otium, quod naturæ quaſi mors & ſepultura cen-

*Tertul.*

*Otium damnatur.*

ſetur, vt eleganter oſtendit Tertull. 1. *lib. contra Marcionem, cap.* 22. his verbis: Otium ſui natura non nouit. Hinc cenſetur ſi agatur: vt ſi ceſſauerit, nō ſit. Sic ille. Quod quidem euidentiùs pro- E

*Luc 19.*

batur ex illo Luc. 19. vbi Rex rationem ponens cum ſeruis ſuis increpauit ſeruum nequam, qui dixerat: *Domine, ecce mna tua, quam habui repoſitā in ſudario.* Quē locum ſic interpretatur Theophil.

*Theophil.*

Sudario enim mortuorum facies velatur: meritò ergo hic piger dicitur mnam in ſudario inuoluiſſe, quia ea mortificans, & otioſam dimittens, non tractauit, neque auxit. Sic ille. Hoc igitur tantum otij malum Deus conditor iam tunc in homine architectando cum tanto laboris apparatu condemnauit, vt D. Ambr. *ſerm. 10. in Pſalm.* 118. hanc expendens differentiam operandi circa

*S. Ambr.*

*Homini laborandum eſt.*

alias creaturas, vbi dicebatur: Fiat lux, & hominem condendum, vbi dicitur, faciamus: oſtendit A hiſce verbis. Si Deus in te laborauit, qui laborare non nouit, cur ipſe fugitans ſis laboris? Si Deus maiore quodam ſtudio te creauit, cur tu ipſe tui ſtudium relinquis? Sic Ambr.

4. *Ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.*] Sapientiæ 2. ponitur, *ad imaginem ſimilitudinis.* Vtrobique Hebraiſmus ſignificat imaginem ſuo prototypo, quoad rei natura patitur, ſimillimam, atque veriſſimā. Et quidem totus homo Dei imago eſt, non ſecundùm corpus, ſed ſecundùm partem intellectualem (hæc enim imago eſt ſpiritualis) vbi facultas eſt intelligendi, & potentia volendi, quæ ſanè pars eſſentialis hominis anima dicitur, ac ſecundùm ſpiritualem hanc animam, homo intelligentia & libero arbitrio præditus ſupra omnem corporearum rerum naturā erectus ad tantam in mundo dignitatem aſſurgit, vt gradum naturæ ſupremū, in quo ſunt cælicæ mentes, attingat. Et hæc eſt eſſentialis imago & ſimilitudo Dei, quæ in homine impreſſa effulget, nec vlla ratione, vel etiam per peccatū aboleri poteſt: aliter homo non eſſet. Porrò ſecundùm animam multiplex ratio apparet, vt ad imaginem & ſimilitudinem Dei efformatus homo videatur, vt diſertiſſimè philoſophatur ad hunc modum D. Ambr. *tract. de dignitate hominis, cap.* 2. Hæc imago diligētiùs ex interiori hominis nobilitate eſt conſideranda, primò quidem, quòd ſicut Deus vnus ſemper vbique, totus eſt omnia viuificans, mouēs & gubernans; ſic anima in ſuo corpore vbique tota viget, viuificans illud, mouens, gubernans; nec enim in maioribus corporis ſui membris maior, & in minoribus minor, ſed in minimis tota, & in maximis tota. Et hæc eſt imago vnitatis omnipotentis Dei, quam anima habet in ſe. Eſt enim in ea Trinitatis imago; licèt enim vnius illa ſit naturæ, tres tamen in ſe dignitates habet; id eſt, intellectum, voluntatem, & memoriam. Atque in his tribus Dei imaginem mirabiliter gerit in ſua natura noſter interior homo; ex quibus quaſi excellentioribus animæ dignitatibus iubemur diligere conditorem, vt in quantum intelligitur diligatur; & quantum diligitur in memoria habeatur; vt ſicut non poteſt eſſe momentum, quo homo non vtatur, vel fruatur Dei bonitate & miſericordia; ita nullum debeat eſſe momentum quo præſentem eum non habeat memoria. Idque in Euangelio Matth 22. deſignatur cùm dicitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua:* id eſt, ex toto intellectu, & ex tota voluntate, & ex tota memoria. Ad hæc pete ex Theologia diuinas proceſſiones in hominis anima mirabiliter adumbrari. Vt enim Pater ſeipſum ac ſuam omnem perfectionem intelligens per intellectum producit Verbum, imaginem, & E quaſi conceptum ſui, quæ ſecunda perſona dicitur. Deinde Pater, & Filius Verbum ſuum, inuicem ſeſe amando per voluntatem ſpirant amorem notionalem, qui dicitur Spiritus ſanctus. Nec vltrà in diuinis ad intra vlla alia intelligitur productio. Sic vbi ſe anima intelliget, Verbum ſui, imaginémque producet per intellectum; & per voluntatem vbi ſe amabit, ſpirabit amorem ſui. In vtraque enim actione productus exiſtit terminus, verbum & amor. Tametſi hoc inter alia interſit vtrobique diſcrimen: quia in anima, propter ſui imperfectionem multa ſunt accidentia, vt ſunt etiam illi duo termini productionum, verbum & amor. At in diuinis, cùm nec imperfectio vlla, nec aliquid accidentarium effingi queat:

*Homo quomodo dicitur imago Dei.*

*S. Ambr.*

*Dei memoria iugis adſit.* Matth 22.

*Proceſſiones in diuinis.*

*In anima proceſſiones diuinæ adumbrantur.*

queat: ſed quicquid in Deo eſt, ſubſtantia, eſſentia, Deus ſit: conſequenter & Verbum à Patre, ſe intelligente productum, & amor ab eodem Patre Verbóque inuicem amante, ſpiratus Deus eſt. Ac ſicut in diuinis ad intra, ſic ad intra in anima ſeipſam & intelligente & amante concipi non poſſunt plures, quàm illæ duæ productiones. At hæc ſubtiliora Theologis relinquamus. Sed ô homo, quare ſic honoratus (ait D. P. Chryſolog. *ſerm. 48.*) à Deo, teipſum taliter inhonoras? homo quare tibi tam vilis es, qui tam pretioſus es Deo? In te imaginem ſuam poſuit, vt te tris inuiſibilem conditorem viſibilis imago præſentem poneret, & in terrenis dedit tibi vices ſuas, vt non fraudaretur Domini vicario mundi tam larga poſſeſſio. Sic ille. Poſito in terris homine oppignoratus Deus eſt, vt tandem homo fieret.

S. Chryſol.

*Virtutum ſimilitudo in homine.*

5. Præter hanc eſſentialem imaginem & ſimilitudinem Dei in hominis anima radiantem, inſuper accidentariam intellige, quæ in gratia, virtutúmque ornamentis conſiſtit. Quo in ſenſo D. Ambr. *tract. citato, cap. 5.* ſic effatur. Sicut Deus creator, qui hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creauit, eſt caritas, eſt bonus & iuſtus, patiens, atque mitis, mundus, & miſericors, & cætera virtutum ſanctarum inſignia, quæ de eo leguntur: ita homo creatus eſt, vt caritatem haberet, vt bonus eſſet, & iuſtus, vt patiens atque mitis, mundus & miſericors foret. Quas virtutes quanto plus quiſque in ſeipſo habet, tanto propiùs eſt Deo, & maiorem ſui conditoris gerit ſimilitudinem. Qui maior honor potuit homini eſſe, quàm vt ad ſimilitudinem ſui factoris conderetur; & iiſdem virtutum veſtimentis ornaretur, quibus & conditor? vel quod maius homini poteſt eſſe dedecus, aut infelicior miſeria, quàm vt hac ſimilitudinis gloria ſui conditoris amiſſa, ad informem & irrationabilem brutorum iumentorum delabatur ſimilitudinem? Iuxta illud Pſal. 48. *Homo cùm in honore eſſet non intellexit; comparatus eſt iumentis, & ſimilis factus eſt illis.* Sic Ambroſ. Quantum verò ſuæ dignitatis conſcius ac memor, ſecundùm eſſentialem Dei in ſeipſo imaginem, ne à ſuo prototypo aberret ac degeneret: & quantum vigilans eiuſdem conſeruator ſecundùm accidentariam ſimilitudinem homo eſſe debeat, luculenter docet D. Ambroſ. 6. *Hexamer. c. 7.* vbi ſic hominem alloquitur. Tibi homo attende, & teipſum ſcito, qualem nimirum animam ac mentem habeas, cui dicit Deus Ezech. cap. 4. *Ecce ego Hieruſalem pinxi muros tuos*: illa anima picta eſt, in qua elucet diuinæ operationis effigies. Illa anima bene picta eſt, in qua eſt ſplendor gloriæ, & paternæ imago ſubſtantiæ. Secundùm hanc imaginem Adam ante peccatum: ſed vbi lapſus eſt, depoſuit imaginẽ cæleſtis, ſumpſit terreſtris effigiem. Hæc Ambroſ. Ex his verbis colliges (quod etiam commune eſt inter Patres & Doctores) imaginem & ſimilitudinem Dei accidentalem, quæque aſſumi deponique poteſt, eſſe gratiam iuſtificantem, per quam homo fit diuinæ conſors naturæ, vt loquitur D. Petrus. Huius ergo hominis animæ in ſtatu gratiæ ſanctificantis, dicitur à Domino, quod de ſede cap. 8. repetit D. Ambroſ. Ecce ego Hieruſalem pinxi muros tuos: valida ſe aſſerens homini murorum dediſſe præſidia; vt ſi peruigil ſpeculator in portis ſit, obſidionis poſſit periculum propulſare. Habes in *Iſa. 27.* Quia iuſta anima dicit: Ego ciuitas munita: ego ciuitas obſeſſa. munita per Chriſtum, obſeſſa per diabolum. Sed non debet obſidionem vereri, cui Chriſtus adiutor eſt, munitur enim gratia ſpiritali, & ſecularibus periculis obſidetur. Cognoſce ergo te, decora anima, quia imago Dei es. Cognoſce te homo, quia gloria es Dei. Propheta dicit Pſal. 138. *Mirabilis facta eſt cognitio tua ex me.* hoc eſt, In meo opere, tua mirabilis eſt facta maieſtas. In conſilio hominis tua ſapientia prædicatur. Dum me intueor, quem tu in ipſis cogitationibus occultis & internis affectibus deprehendis, ſcientiæ tuæ agnoſco myſteria. Cognoſce ergo te, ô homo, quantus ſis, & attende tibi. Hæc omnia Ambroſ. Quæ ſic dilucida ſunt, vt noſtra vberiore haud indigeant explicatione: ſedulò tamen, & ſigillatim debent expendi. Animaduertetim tamen locum Ezechiel. indicatum optimè transferri poſſe ad commendandam fortitudinem Deiparæ Virginis, quæ vera eſt Hieruſalem, pacis nimirum viſio, in qua Deus habitat, & viſitur, & inuenitur ab hominibus: huius admirandæ ciuitatis Deus ipſe omnipotenti ſua manu conſtruxit atque ornauit muros, vt & fortes & pulchri eſſent iis, qui ad Virginem confugiunt; in qua tota eſt, & virtutum conſtantia, & pulchritudo gratiarum. Pinxit ille ſua manu virginem pulcherrimis omnium donorũ & virtutum coloribus: atque vt de reliquis nihil interim loquar, quid amœnius, quid pulchrius virgineo pudore matris Dei, cui planè adſcriptũ referimus quidquid in Eccleſia Chriſti purum ac pulchrum & ſanctum exiſtit. Verè namque dixit P. Chryſol. *ſerm. 146.* Eſt ergò muneris virginalis, vt regeneret per Deum virgo, quod per Deum virgo generauit. Regeneratus videlicet homo ſplendeſcit virtutibus.

S. Petr. 2. c. 1.

*Gratia iuſtificans.*

S. Ambr.

Iſa. 27.

*Iuſti fortitudo per Chriſtum.*

*Hominis excellentia.*

Pſal. 138.

*B. Maria fortis & pulchra.*

S. P. Chryſ.

Pſal 48.

S. Ambr.

*Virtutibus anima picta.*

Ezech. 4.

Iſa. 49.

6. Alter commentatur D. Chryſoſt. *homil. 9.* hunc locum, *Faciamus hominem, &c.* diſtinguens imaginem à ſimilitudine. Sicut imaginem (inquit) dixit ob principatus rationem, ita & ſimilitudinem; vt pro viribus humanis ſimiles efficiamur Deo, manſuetudine ſcilicet, & lenitate, & virtutibus Deo ſimiles fiamus, iuxta illud Matth. 6. *Similes eſtote Patri veſtro qui in cælis eſt.* Ita Chryſoſtomus. Digna eſt etiam interpretatio Philonis Hebr. quæ adiungatur. Sic habet *libro de opificio mundo.* Dicitur homo imago Dei, iuxtà mentem rectricem animæ: ad illud enim ſingulare, ſeu archetypon in vnoquoque mens effigiata eſt, quodammodo Deus eius, qui ipſam circumfert, vt ſtatuam. Sicut enim ſe habet magnus ille Imperator ad vniuerſum mundum, ita ſe habere videtur humana mens ad hominem. Inuiſibilis enim eſt, videns ipſa omnes res, & ignotam habet eſſentiam ſuam, cùm alienas intelligat. Hæc Philo. Expende quæſo hoc loco Dei magnitudinem ac munificentiam: qui hominem è puluere ſuſcitat, in tantúmque euehit, vt ſui ſimilem faciat; vt ei creaturarum attribuat imperium, vt alterum in terris Deum, toti orbi præficiat. Quam Dei largitatem immenſam in honoribus, & quod amplius eſt, ſibiipſius titulis ac nominibus glorioſiſſimis homini cõmunicandis, admiratus D. Baſil. *homil. de pænit.* Hoc eſt (inquit) opulenti, habere videlicet, & aliis dare. Valde hic damnatur hominum ſuperbia, qui ægrè ferunt ſibi alium habere ſimilem: omniſque poteſtas impatiens conſortis eſt. Si quem altiorem, aut æqualem conſpiciunt, mirum eſt, quantis illum detrudere ex alto conatibus nitantur, non de puluere eleuant; ſed in puluerem redigunt. Vidit Nabuchodonoſor Rex in ſomnis illam admirabilem ſtatuam, qua reges & regna ſignificabantur: & vt legimus

S. Chryſoſt.

Matth. 6.

Phil.

*Mentis imperium.*

*Mens alter Deus in terra.*

S. Baſil.

*Dei magnificentia erga hominem.*

Daniel

Dan. 2. *Superbia & inanitas hominum.* Daniel. 2. *Conterritus eſt ſpiritus eius, & ſomnium eius fugit ab eo.* En cordis humani ſuperbia! nec in ſomnijs apparentem regiæ maieſtatis ſtatuã Rex ambitioſus ſecum adeſſe patitur: terretur, dolet, die ac nocte non quieſcit. Idcirco Daniel vt turbatum regem tranquillaret, interpretationem ſomniorum aggreſſus, primò dicit: *Tu Rex regum es: tu es ergo caput aureum.* Vbi D. Hieron. ſubtiliter adnotauit. Ergo (inquiens) honorat regem, quando propter illius ſcientiam dicit ſibi à Deo myſteria reuelata; dixerat enim ad regem: Qui reuelat myſteria, oſtendit tibi, quæ ventura ſunt. Sic Hieron. Contrà verò in ipſo Propheta eſt, quod laudemus, atque imitemur, qui ſuæ dignitatis alios voluit eſſe conſortes. Atque in primis expoſcens à Deo interpretationem ſomnij, demumque impetrans, gratias Deo agit. *Tibi Deus patrum meorum, confiteor, atque laudo, quia nunc oſtendiſti nobis, quæ rogauimus te.* Ad quẽ locum ſic Theod. Operæpretium eſt diuini huius viri notare modeſtiam: nam & precibus petens, ſocios obſecrationis ſibi ſimiles aſciuit, & pro iis, quæ conſequutus erat, laudem contexens, rurſus eorum mentionem fecit. Neque enim dixit: Indicaſti mihi, quæ petij à te, ſed *quæ rogauimus à te.* Deinde verò ſubditur; *Tunc Rex Danielem in ſublime extulit.* Sed quid Daniel ſic euectus? Oblituſne ſociorũ eſt? inuiditne aliis honorem? omnibus ſe ſuperiorem; nullum ſibi voluit æqualem? Sequitur: *Daniel autem poſtulauit a Rege, & conſtituit ſuper opera prouinciæ Babylonis Sidrach, Miſach, & Abdenago.* Vbi ſic D. Hier. Non obliuiſcitur eorũ, cum quibus Dominum deprecatus eſt, & qui ſecum periclitati fuerant: itaque facit eos iudices prouinciarum. Theodor. verò ad hunc modum: Cùm principem ſatraparum & ſapientum Babylonis beatiſſimum Danielem Rex conſtituiſſet exemplar ipſum pietatis, omniſque alius virtutis propoſuit. Sed tamen hoc honore ſolus perfrui non ſuſtinuit Propheta, verùm precum ſocios, honoris etiam ſibi ſocios aſciuit. Sic ille. Porrò cùm tanta ſit apud Deum hominis excellentia, grauiter delinquet, qui hominem Dei imaginem malè affecerit. Venerandus, & ſanctè amandus homo eſt. Nam (vt D. P. Chryſol. obſeruat *ſerm.* 147.) perfecta deuotio hoc debet imagini, quod debet & Regi. Sic ille. Ad finem huius verſus meminerint longiſſimam interpretationem fieri à Theodoreto, circa hanc imaginem & ſimilitudinem Dei, quæ in homine (inquit) eſt facultas omnis boni à Deo creata. Vide plura ſi placet.

S. Hieron. *Ambitio ſerviens.* Theod. *Danielis modeſtia.* S. Hieron. Theod. *Cura & cautio in poſteros.* S. P. Chryſ.

*Hominis imperium ſuper animantia.* 7. *Et præſit, &c.*] Hæc eſt etiam imago & ſimilitudo Dei, videlicet imperium ſuper omnia animantia, vt hiſce verbis explicat D. Chryſ. *hom.* 9. Videte quid ſit ſecundùm imaginẽ, nempe quòd ſit dominij ſimilitudo; & ſecundùm rationem dominij ſtatim ſubdidit: *Et dominetur, &c.* Quare ſecundùm huiuſmodi principatus rationem homo, etſi accidentaria ſimilitudine, Deum principem, & moderatorem rerum omnium, quodammodo in ſe exprimit, atque imitatur. Eratque proinde Adam inter ſublunares creaturas, maximè verò animantia, quaſi Rex, moderator & (vt ita loquar) alter Deus, vt qui Dei vices in terra gereret. Iſtud autem dominium etiam in ipſo corporis habitu demonſtrari exiſtimat Procop. ita inquiens;

S. Chryſoſt. *Homo alter in terris Deus.* Procop.

*Os homini ſublime dedit: ——*
*Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.*

Hunc quidem corporis habitum, cen dominationis inſigne nactus eſt homo; cæteris animalibus

A in terram inclinatis; quo geſtu docent ſe humano imperio eſſe obnoxia. Sic ille. Quam verò id glorioſum ſit aliis imperare, latis demonſtratur eo in loco *Deuter.* 32. vbi Moyſes pro vindicta Dei contra impietatem & contumaciã Hebræorum, quos à Deo ſuſceperat gubernandos, deprecanda, dixit ad Dominum: *Dele me de libro tuo.* Quæ verba ſic interpretatur Caiet. Eſt ſermo de libro principatus in hoc mundo. Nam tanquam liber apud Deum eſt decretum, quod iſti & illi principentur in hac vita. Et quia dixerat Deus Moyſi: Faciam te in gentem magnam, intellexerat Moyſes Deum ſcripſiſſe ipſum principem ſuper gentem magnam: ideo petit quòd aut condonet peccatum populi, aut ipſum deleat de libro principatus; ſignificans per hoc, quòd nõ vult eſſe princeps alterius gentis, ſi gens iſta conſumitur. Ita Caiet. Hinc igitur colliges, eos, qui in mundo principatum gerunt, præſertim à Deo electi, in album à Deo relatos eſſe, quos idcirco in Pſal. 81. alibique non ſemel Deus nominat. *Ego dixi, Dij eſtis. In medio Deos diiudicat. Dij terræ, &c.* Neque neſcio quàm multi, vel audito hoc libro principatus titillentur, illum vitæ librum arbitrati: ſed falluntur miſeri. Electus à Deo Saül eſt in Regem, ſed in illo principatus libro conſcriptus, à vitæ æternæ libro in ſempiternum eſt proſcriptus. Et fortaſſis Saül à libro vitæ non excluderetur, ſi in libro principatus non aſcriberetur: ſcitè namque D. Gregor. Grandis (inquit) honor, ſed grande onus. At quantum timeri debet illa exclamatio Zachar. 11. *O paſtor & idolum!* Quaſi valde periculoſum ſit in hoc album principatus referri, relatúmque legi, non modò ipſi qui imperat, ſed iis etiam, quibus miſer ille pro Deo, cuius cauſam agere debuiſſet, ſe præbuerit ad omnem impietatem occaſionem & incitamentum peccandi maximum. Audiant, qui hunc librum amant, & in quo vitam & ſtudium ſuum collocant, quantum illum pertimuerit periculorum ac mortis potius, quam vitæ librum. D. Gregorius Nazianz. *Apolog.* 1. Non eſt (inquit) perfectum Chriſti membrum, qui læto alacrique animo, ſe Chriſti Eccleſiæ in caput conſtitui patietur: eſt quippe hic metus omnium maximus, hoc periculum omnium extremum. Ita Nazianzen. Deinde reſpondet ad eos, qui librum hunc principatus commendant ex iis, quæ in Dei obſequium, in bonum reipublicæ ſtatum, animarúmque ſalutem prouenıunt, tanquam ex mercatura, fructuoſa illa quidem, licèt periculoſa. Nauiget (inquit) alius mercaturæ cauſa. Mihi verò melius atque optabilius eſt, in terra quietem habenti, atque exiguum arvum & dulce ſulcanti, & litora, & mare procul ſalutanti, exiguo ac rigido pane, vitam vt potero ſuſtentare, eámque tutam ac tranquillam ducere, quàm ob ingentes quæſtus graue diuturnúmque periculum ſubire. Idem *Orat.* 2. cum ſuam cauſam defendit aduerſus obtrectatores, à quibus virulenter admodum pungebatur, eo quòd Epiſcopatum oblatum, & quaſi obtruſum conſtanter repuliſſet, indignantibus quòd à materia & occaſione plurium in cælo coronarum refugiſſet; ſic reſpondet. Præſentia omnia tempeſtatis inſtar eſſe exiſtimabam: aliorum (inquiebam) ſint labores & honores, aliorum bella & trophæa; mihi verò à bellis abhorrenti oculos in meipſum coniectos habere ſufficiat: vitámque vt potero inſtituere, & veluti tenui rate paruum quoddam pelagus tranſmeare, ac paupere hac mea, & anguſta vitæ functione paruam

Deut. 32. Caiet. *Imperare quã ſit glorioſum.* *Liber principatus quis ſit.* Pſal. 81. S. Greg. Zach. 11. *Imperare quã ſit periculoſum.* Greg. Naz. *Priuata vita quàm beata ſit.* *Dignitates reiicere.*

paruam in altero ſeculo manſionem, mihi comparare. Abiectius quidem fortaſſe conſilium, verùm minori quoque periculo obnoxium, nimirum æquo interuallo, & à ſummo faſtigio, & à caſu diſtare. Sic tantus Pater, & Doctor Nazianzenus. Quis ergo anhelet ad hunc principatus & vitæ librum? quis ab illo ſibi non pericula, non mortem timeat? tametſi certum hoc eſt, periculoſius multo eſſe animarum regimen & principatum Eccleſiæ, quàm reipublicæ, & ſeculare imperium obtinere ac moderari. In hac explicatione dominij perſiſtens Procop. adiungit: Hominem nuncupat imaginem diuinæ dominationis. Vir autem dicitur imago Dei, non mulier: quia ſermo eſt non de forma, ſed de imagine, quę in imperatoria dignitate viſitur, quam vir ſolus tenet, vtpote ſub cuius imperio etiam mulier acquieſcat. Sic ille. (A) (Procop.) (B)

8. *Et præſit piſcibus*, &c.] Vbi cum gloſſa notabis beſtiis, non hominibus præponi hominem; latiúſque idem argumentũ pertractans D. Greg. ſic ait. Omnes homines natura æquales genuit, ſed pro variis meritis, aliis alios diſpenſatio Dei iuſta, ſed occulta proponit, vt humana formidine peccare metuant, qui diuina iudicia non formidant: non autem præpoſiti ex hoc timore ſuperbiant, in quo non ſuam gloriam, ſed ſubditorum quærant iuſtitiam; non enim hominibus, ſed beſtiis dominantur; quia ex qua parte beſtiales ſunt, ea formidini ſubſtrati ſunt. Manu ergo humillimæ conſiderationis premendus eſt tumor elationis: ſi enim apud ſemetipſam mens deſcenderit de vertice culminis, inueniet planiciem naturalis æquitatis, vt non præeſſe gaudeat, ſed prodeſſe. Ita Gregor. Hîc ego monuerim hominem in dignitate conſtitutum, vt ſine faſtu & ſuperbia dominetur, non parum iuuari, ſi ſecum identitatem repetat, & facto exerceat illam Themiſtoclis ſententiam, quam prudentiſſimus Imperator Athenienſium ſingulis diebus ſecum repetens, animum, vitam, imperiúmque ſuum ab omni elatione violentiáque liberum ſuo continebat in officio. Themiſtocles (aiebat) memineris te hominibus imperare, memineris te Athenienſibus imperare, memineris te non ſemper imperaturum. Sic ille. Adnotandum hic etiam erit; verbum Hebraicum ורדו *vrdu*, pro quo redditur, *dominamini*, ſi à radice רדה *radah*, deriuetur, idem eſſe atque, *dominamini*, *imperate*: ſin autem à radice ירד *iarad*, *decidite*, ſeu *deſcendite*. Et quidem non ſine grandi & arcano myſterio. Quaſi vno eodémque verbo conditor admonitos eſſe voluerit primos noſtri generis parentes: ſi mihi obedientiam præſtiteritis, dominabimini ſuper animãtia: aliter ex iſto dominio prorſus excideritis; quod tandem euenit. Si enim haud omnino ſublatum nõ eſt homini ſuper animantia imperium: at certè (vt ait D. Chryſoſt.) magna ex parte imminutum: vt non ſponte iam nunc pecudes homini, ſed vi, & coactè; non leuiter annuenti, aut etiam iubenti; ſed luctanti, cogenti, deſudanti, obtemperare videantur. Fortè latet etiam optimus ille ſenſus in verbo *vrdu*, quod dictum à Propheta eſt: *Deiecisti eos dum alleuarentur*, Pſal. 72. Item, *Deficientes, queadmodum fumus deficient*, Pſal. 35. Et à Chriſto Domino: *Qui ſe exaltat, humiliabitur*. Sic paria ſunt, pariterque indiuiſa reperiuntur duo hæc, aſcenſus & deſcenſus; erigi & elabi; eleuari & cadere. Vt planè intelligas, idem eſſe in hac vita aſcendentẽ, atque deſcendentem, eleuatum & humiliatum à Deo. Tolluntur enim plerique in altum, vt lapſu grauiore ruant. At ex hoc tam pleno in pecudes dominio fiet, vt homo nimis efferetur, ac deſæuiat; aut in ſocordiam nimium ſecurus diffluat. Vtriq; malo creator occurrit: quod ſic adnotauit Procop. Licèt homini imperium conceſſum ſit in omnia animalia, attamen inermis eſt. Cauſæ ſunt, ne ſit ferox, & aditu difficilis: dein, ne ſit ſocordior & negligentior ad imperitandum reliquis, quaſi iis non opus habeat; cùm tamen propter ipſum condita ſint. Sic ille.

(S.Greg. — *Homines cur hominibus ſubditi.* — *Modeſtia & humilitas in ijs, qui præſunt.* — Themiſt. — *Themiſtoclis egregium dictum.* — *Caſus principatus timendus.* — S. Chryſ. — Pſalm. 72. — Pſal. 35. — *Aſcenſus & deſcenſus cognati.* — Procop.) (C) (D) (E)

## SECTIO X.

*Maſculum & fœminam creauit eos. Benedixítque illis Deus, & ait: Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubycite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram. Dixítq; Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam, & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam: & cunctis animantibus terræ, omníque volucri cæli; & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendum. Et factum eſt ita. Vidítque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, & factum eſt veſpere & mane, dies ſextus.*

1. *Maſculum & fœminam creauit eos.*] Vide (inquit D. Chryſ. *hom.* 10. *in Gen.*) miſericordiam Domini. Antequam mulierem produxiſſet, participem illam fecit imperij, & benedictionis honore dignatus eſt. Sic ille. Ne quis igitur dicat ſolũ virum, non verò etiam fœminam principatus prærogatiua donatum à Deo. Vterque ad imaginem & ſimilitudinem Dei efformatus eſt; vterque imperium ſuper animantia obtinuit; vterque ſimilitudinem Dei, per gratiam virtutúmque ornamenta in ſe habuit expreſſam; vtrique benedictio & fœcunditas ad propagationem generis humani, eſt impetrata. Quando igitur Scriptura dicit: Fecit Deus hominem, tam virum, quàm fœminam intelligit, & quidem ad vtrumque in plurali dictum eſt: Dominamini. Cæterùm Chriſtus Dominus, cùm de matrimonio loqueretur *Matth.* 19. hoc teſtimonio vſus eſt: *Maſculum & fœminam fecit eos.* Ad quem locum D. Chryſoſt. *hom.* 32. *in Matth.* acutè ſubnotauit, leges inuiolabiles matrimonij contra intemperantiam coniugum perditorum. Maſculum (inquit) & fœminam fecit eos. Non maſculum, & multas fœminas; neque maſculos & fœminam, vt vna fœmina nullum maſculum putet factum eſſe in mundo præter vnum: vt vnus maſculus nullam putet fœminam eſſe factam in mundo, niſi vnam. Ita Chryſoſt. De hoc ſanctè ſeruando inter coniuges fœdere, diſputat D. Auguſt. *lib. de decem chordis*, ad hunc modum: Exigis ab vxore (non mœchaberis) & non vis reddere hoc vxori? Vis vxorem tuam victricem eſſe, tu victus iaces? Vis domum tuam capite deorſum pendere? caput enim mulieris vir. Vbi autem melius viuit mulier, quàm vir, capite deorſum pendet domus. Vir debet præcedere in omnibus bonis factis vxorem ſuam: vt illa imitetur virum, & ſequatur caput.

(S.Chryſoſt. — *Mulieris prærogatiua cum viro eadem.* — Matth. 19. — S.Chryſ. — *Coniugum amor indiuiduus.* — S.Auguſt.)

*Adulterium par in vxore & in viro.*

caput. Vnuſquiſque domus habet caput virum, A & corpus fœminam. Quare ergo vult caput ire, quò non vult, vt ſequatur vxor? cùm ſit par peccatum, non iam audeut fœminæ conqueri de viris ſuis. In peccato pari innocentiorem facit videri virum non diuina veritas, ſed humana peruerſitas. Dicet vxor: Non licet quod facis, ſimul Chriſtiani ſumus, quod à me exigis, redde mihi: fidem tibi debeo, fidem mihi debes, fidem Chriſto ambo debemus: & ſi me fallis, eum non fallis, cuius ſumus, nō fallis eum, qui nos emit. Ita ſanctiſſimus Doctor contra maritum adulterum. De

Clem. Alex. Pſal. 48. *Adulteri ſtolidus.*

quo intelligit Clem. Alex. 3. *Stromatum*, illud Pſal. 48. *Comparatus eſt iumentis.* Quando (inquit) aliena inire cubilia, vera inſania percitus voluerit, B tunc vere, qui talis eſt, efferatur. Libido enim obumbrat, & contegit rationem. Ita Clemens. Ac licèt aliter fortaſſis inter homines ſtatui fieríque videamus, grandi facto diſcrimine inter vtriuſque coniugis adulterium: nihilominus lōgè grauiùs animaduertendum in virum ita peccantem, cenſet D. Auguſt. vt ſuprà viſum eſt, &

S. Auguſt. *Adulterum viri grauius.*

euidentiùs *lib. de adult. coniugum*, his verbis: Tanto grauiùs eos (ſcilicet viros adulterantes) puniri oportuit: quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas. Sic Aug. Denique grauiſſimum hoc flagitium adeò Deus omnipotens ſemper execratus eſt, puniendúmque eſſe voluit, vt in lege adulteros lapidibus, ſed C valde inter ſe diſſitis locis, obrui iuſſerit. Lapidibus quidem obrui (ait Clem. Alex. 2. *Stromat.*) vt

Clem. Alex. *Adulterij grauitas oſtēditur.*

qui propter duritiam cordis ſint legi mortui, cui non paruerunt. Sed non eodem loco, ne mors quidem ſit eis communis. Ita Clem. Et quidem meritò. Duriora enim ſaxis pectora ſunt coniugum, qui perfractis omnibus matrimonij & amoris mutuò debiti legibus ac iuribus (alter alteri) tam grauem iniuriam, tantúmque dedecus intulerint. Et quia tam flagitioſo diſſidio coniugalem torum macularunt; dignas tanto facinore pœnas luēt, vt nec ſupplicij loco, nec morte ipſa, nec ſepulchro coniungantur. Et miſeros manet æternum incendium: quod ſignificatur in ſeptima plaga cinerū Ægypti. Hæc enim (ait Ru- D pertus in *Exod. lib. 1. c. 36.*) ſeptima plaga ſeptimi mandati (non mœchaberis) tranſgreſſori pœnam præſagit. Quid autem eſt adulter combuſtus libidinis igne ſulphureo niſi cinis de camino? *Oſee 7.* Tollitur ergo & ſpargitur in cælum cinis de camino, fitque vulnera veſicarum turgentium, quia rapitur mœchus de perpetrati adulterij incendio ad cæleſte iudicium, & æterna pœna turgens, totúſque vlcerosus, ſempiternum in anima & corpore portat incendium. Sic

Rupert. Exod. 9.

Rupert. Sic igitur ignis libidinoſos comburit & in cinerem redigit vitæ ac formæ flores, famæ ſplendorem, virtutum decora, rei familiaris ſubſtantiam: ac denique morbos grauiſſimos & fœdiſſimos importat.

2. *Benedixit illis. Creſcite*, &c.] Dei benedicere, E vt ſæpiùs animaduertimus, eſt ipſum benefacere. Heb. ברא *bara*. Benefecit animantibus, ac ſimili forma hominibus, tribuendo illis virtutem prolificam, multiplicandi ſpeciem ſuam, per maris & fœminæ, in eadem ſpecie congreſſum, propagandi & conſeruandi, vt Chryſoſt. *homil. 7.* exponit. Indita quoque ad hoc munus obeundum propenſione quadam naturali, ſine qua nec animantes, multóque minùs homines ad illud accederent, multis & grauibus, quæ inde naſcuntur,

Procop.

incommodis deterriti. Sic Procopius. Cæterùm

cauendum eſt, ne quis præceptum id eſſe omnibus & ſingulis hominibus impoſitum ſuſpicetur, ac prorſus cæcutiat cum hæreticis, qui hiſce Dei verbis turpiter abutuntur ad excuſandam, imò (quod peius eſt) commendandam ſuam effrænatam carnis & mentis turpitudinem. Scitè admodum à D. Hier dictum eſt *ſuper 9. cap. Oſee.*

S. Hieron.

Difficile eſt inuenire hæreticum, qui diligat caſtitatem. Sed omiſſis in hæretico cœno pecudibus audiamus D. Aug. *lib. de bono viduitatis, c. 23.*

S. Aug. *Hæretici ſuā commendant libidinem.* *Virginitas prædicanda.*

ſic loquentem. Suade caſtitatem, nec ſe moueat querela vanorum, qui dicunt: Quomodo ſubſiſtet genus humanum, ſi omnes fuerint continentes? Quaſi propter aliud retardetur hoc ſeculum, niſi vt impleatur prædeſtinatus ille numerus Sanctorum, quo citiùs impleto, profectò nec terminus ſeculi differretur. Sic Auguſt. Vides

D. Auguſt contra hæreticos.

quàm valdè adacta ſecuri feriat iſtos ſtipites hæretici ſaltus ad gehennale incendium ſyluescentis, validiſſimus hæreticorum malleator Auguſtinus. Vide etiam, quàm grauiter defendat animi puritatem, virginalémque ſtatum ab incurſu huiuſmodi porcorum tantummodo lutum & ſordes anhelantium; & flores, gemmas, aurū, Eccleſiæ conculcantium. Sic enim ait Auguſt.

D. Aug. *Virginitas Chriſto amabilis.*

Prædicanda eſt virginitas, vt ametur, monenda ne inflectur. *lib. de virginitate, cap. 1.* Item *c. 4.* Chriſtus naſcendo de Virgine, quæ antequam ſciret, quia de illa fuerat naſciturus, virgo ſtatuerat permanere, virginitatem ſanctā approbare maluit, quàm imperare. Ac ſic etiam in ipſa fœmina in qua formam ſerui accepit, virginitatem eſſe liberam voluit. Hæc Auguſt. Nota quanti æſti-

*B. Mariæ virginitas libera.*

maris Dei Verbum factus homo virginalem ſtatum; quod etiam mirificè oſtendit. Idem D. Aug.

S. Aug.

*lib. de bono viduitatis, cap. 1.* ſic ait. Meritò Anna etiam ſine filiis, ſi tamen eos non habuit, ſecundas nuptias recuſauit, quia nouerat iam tempus eſſe, quo Chriſtus non officio pariendi, ſed ſtudio continendi meliùs ſeruiretur. Quam credendum eſt eo ſpiritu præuidiſſe Chriſtum ex Virgine proximè eſſe venturum, quo potuit agnoſcere & paruulum. Sic ille. Proh quantum hoc teſtimonio D. Auguſt. & admirabili in pudicitiam ſtudio Annæ confutantur errores hæreticorum

*Hæreticorum ſpurcitia.*

ac turpitudinum dedecora, quibus virginum & continentium ſtatum in Eccleſia pulcherrimum contaminare nituntur iſtæ graueolentis Auerni furiæ!

3. Audiant ad hæc D. Hieronymum, contra

S. Hieron.

ipſorum ſimile monſtrum Iouinianum purè & catholicè diſputantem *Apolog. 2.* Chriſtus virgo, virgo Maria, vtriuſque ſexus virginitatem dedicauere. Apoſtoli, aut virgines, aut poſt nuptias continentes. Item *lib. 1. contra Iouinian.* Petrus &

*Virginitas & pudicitia propria legis Chriſtianæ.*

cæteri Apoſtoli, vt ex ſuperfluo concedam, habuerunt quidem vxores, ſed quas eo tempore acceperant, quo Euangelium neſciebāt, qui aſſumpti poſtea ad Apoſtolatum relinquunt officium coniugale. Item *in epiſtol. de virginitate ad Euſtochium.* Statim, vt Filius Dei ingreſſus eſt ſuper terram, nouam ſibi familiam inſtituit, vt qui ab Angelis adorabatur in cælis, haberet Angelos & in terris. Sic Hieronym. Viderint nunc hæretici, quàm turpe, atque inſanum ſit Auguſt. Hieron. Baſil. Cyprian. Ambroſ. Chryſoſt. Nazianz. Gregorium Magn. Tertull. omnéſque penè Eccleſiæ Patres, & Doctores iam inde à primæua Chriſtianæ gentis ætate, integris libris, continentiam, virginitatémque & continentium virginúmque ſtatū aſſerentes non audire, ac potiùs procacitati,

luto,

*Hæretici contra continentiam.*

ſito, ſordibus ſuorum pſeudoprophetarum, non pro nuptiis, ſed pro libidine ac ſtupris decertantium tenaciter adhærere. Sed commodè ab Apoſtolo dicitur: *Animalis homo non percipit, quæ Dei ſunt*, 1. Cor. 2. *Vſquequo delicijs diſſolueris filia vaga? quia creauit Dominus nouum ſuper terram: fœmina circundabit virum*, Ier. 31. quaſi dicat (vt exponit Lyra) debet dimitti vita carnalis aduenientè Chriſti incarnatione, & inchoari ſpiritualis. Septuaginta vertunt, quia creauit Deus ſalutē in plantationem nouam. Pulchrè virgines, & continentes, Angelóſque in carne viuentes, vt appellauit D. Hieronymus, qui ad ortum Dei hominis ex Virgine matre naſcentis in mundo pariter enati extiterunt, plantationem nouam vocat Propheta, bene nouam: nam cùm homines carnei ſint, non ſecundùm carnem viuunt, ſed vitam Angelorum attingentes, & quodammodo ſupergreſſi, Deum ipſum cognatione quadam pertingunt. Etenim, vt ait D. Nazianzenus, purus Deus tanto in pretio, nihil aliud habet, quàm puritatem. Sileat ergo omnis caro à facie Domini, quoniam conſurrexit de habitaculo ſancto ſuo, *Zacharia* 2. Pulchrè ad hanc ſententiam illud ediſſerit Procop. *hoc loco Geneſ.* Emittes (ſcribitur) ſpiritum tuum, & renouabis faciem terræ: ſed faciem terræ nullam aliam intelligit, quàm caſum Adæ. Nam poſt præuaricationem Adæ cùm imago noſtra penitus deportata eſſet ex ciuitate Dei, obſcuratarum & contaminatarum facierum nitorem reſtaurans Saluator exhalauit in diſcipulos, quos iubet non animam (habebant enim) accipere; ſed Spiritum ſanctum: prædixit enim diuinum vaticinium, Deus opitulabitur faciei, quæ loco diuinæ inſpirationis fœdata erat ignominia; quaſi diceret: Capite per meam obedientiam, quod per veſtram inobedientiam amiſiſtis. Sic ille.

1. Cor. 2.
Ierem. 31.
Lyra.
Nazianz.
Zach. 2.
Procop.

4. *Subijcite eam*] Nullum de hominibus bene merendi finē facit omnipotens conditor; & cùm appetitus excellētiæ & imperandi ſit in homine potentiſſimus ac maximus, vult homines præeſſe orbi, dominarique animantibus, atque ad hanc quaſi regiæ maieſtatis gloriam demonſtrandam præbet illis omnem occaſionem. Dedit nobis (ait Procop.) quaſi in imagine regiam in creaturas poteſtatem, & iudicium. Vnde Scriptura non cunctatur vocare principes & deos, qui imperandi & iudicandi facultate erant inſtructi ſecundùm legem Domini. Cæterùm de primis parentibus appoſitè dici poteſt illud Pſalmus 72. *Deiecisti eos dum alleuarentur*; notat ſubtiliter D. Auguſtinus illud, *dum alleuarentur*, quaſi dicat, in eo ipſo quòd elati ſunt, deiecti ſunt. Sic enim efferri, iam cadere eſt. Quòd ſi illa dignitas, illud imperandi munus in brutas animantes hominem adeò extulit, vt miſer ſui & Dei oblitus quaſi ipſa felicitate dementatus ceciderit; quanto nunc periculoſius erit hominibus eiuſdem ſecum naturæ hominem imperare, hominem ab hominibus coli, vt à ſeruis, & fortè veriùs dixerim, à brutis ac iumentis? Tum vel maximè, quòd nunc poſt peccatum, corruptoſque mores, vehementiſſima homini eſt imperandi libido, vt proinde non minus verè, quàm eleganter illud dictum ſit a D. Chryſoſtom. *homil.* 43. *ad populum Antioch.* Honorem à multis collatum deſpicere, multi laboris indiget, magnæ ſapientiæ, Angelicæ cuiuſdam animæ, ipſum cæli verticem attingentis. Non eſt enim vitium

Procop.
Pſal 72.
S Aug.
*Deus hominem ignorat.*
*Honoris appetitus vehementiſſimus.*
S Chryſoſt.
*Honorem contemnere varii ſit.*

A ita tyrannicum, & vbique dominans ex maiore quidem, vel ex minori parte: attamen vbique. Cogita ergo cùm gloriam concupiſcis, quòd eam ſis aſſequutus, & diſce finem, & nihil inuenies. Cum hac imperatoria dignitate coniunctam dedit homini poteſtatem vindicandi ſuum ius, ac bona terræ, vitæque, ſi quando animantia iniurioſa, & violenta contra hominem eſſent. Subiicite (inquit) dominamini, &c. Quo etiam pacto apertè docuit liberum cuique, ac licitum eſſe ſua repetere & vindicare; ſuum ius, ſuáque bona tueri. Verùm id fieri non licet propria vi, ſed in iudicio, cùm ad illud exercendum in republica conſtituti ſint iudices. At qui tandem illi deſi- B gnantur ab Apoſtolo. *Secularia (inquit) iudicia ſi habueritis, contemptibiles qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum*, 1. Corinth. 6. Vbi ſic D. Thomas Vocat contemptibiles illos, qui ſunt ſapientes in rebus humanis, per comparationem ad illos, qui ſunt ſapientes in rebus diuinis, & qui in rebus temporalibus non occupantur, vt ſolis ſpiritualibus vacent. Adiungit Apoſtolus: *Omnino delictum eſt in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini?* Ex quibus verbis videtur illicitum eſſe Chriſtianis litigare, etiam cùm iuſtè ſua repetunt. Sed non ita eſt. Dicit autem Apoſtolus eſſe iniquum, & delictum, & illi- C citum litigare, vt notat D. Thom. quantum ad tria. Primò, quantum ad cauſam, puta ex auaritia, & cupiditate. Secundò, quantum ad modum iudicij, quia ſcilicet, cum contentione, & detrimento pacis. Tertiò ex peruerſitate iudicij, puta cùm aliquis iniuſtè & fraudulenter in iudicio procedit. Sic S. Thom.

*Liceat ſua cuique tueri.*
1 Cor 6.
S. Thom.
*Iudices qui conſtituantur.*
*Qui veri ſapientes.*
D Thom.
*Iudicia quomodo exercenda.*

5. *Ecce dedi vobis omnem herbam, &c.*] Inſignis planè Dei conditoris beneficentia erga homines præſertim, ac ſubinde animantia terræ. Idque ne conquerantur, quòd creati ſint quidem, ſed ſibi male prouiſum fuerit: ſua cōditor intereſſe iudicauit, vt quando creaturas condidit, illis de victu & veſtitu aliiſque ad vitam conſeruandam ne- D ceſſariis prouideret. Diſcant ergo nobiles & diuites in ſeculo iis, quorum miniſteriis officioſiſſimis tota vita potiuntur, victum & veſtitum nō denegare. Tyrannus eſt, herus non eſt, qui à famulo perpetuum durúmq; ſeruitium exigit: miſerúmque vix pannoſa veſte induit, & pane mucido ac fœtulento alit. *Non alligabis os boui triturantis*, 1. Corinth. 9 iubet Apoſtolus. Imò in *Leuit.* 25. præſcriptum hoc ipſum fuerat. Et quidem in exemplum humanitatis, quod domini erga famulos & miniſtros edocti, nō quidem ſuperflua, ſed neceſſaria præſtarent. quod rectè adnotauit Tertul. 2. *contra Marcum, cap.* 17. ad hūc modum: Boui terenti vincula oris remittuntur ad fru- E ctum præſentis laboris, quo faciliùs in pecudibus præmeditata humanitas in hominum refrigeria erudiretur. Sic Tertul. Hac profectò in miniſtros, famulos, ſeruos, domini, nō indulgentia quidem, ſed cura omnino debita magnā ſibiipſis, totique rei familiari ac familiæ pariunt vtilitatē. Quippe neceſſariis ad vitā famuli, vt oportet, ritè prouiſis humaniſſimo ac iuſtiſſimo domino fidelitatē exhibent longè integriorē: amant illū, tuentúrque impenſiùs, atque in ſuis obeundis miniſteriis alacriorem, & quodammodo duplicatā operam collocant. At non (inquies) dominorum ſubſtantia ſic abundat, vt miniſtrantium ora, & corpora tam ſarta tectáque habeat. Bene. Sed ne quæſo ad glo-

*Prouidentia Dei circa victum & veſtitū animantium.*
*Famulis herus prouideat.*
1. Cor 9.
Leuit. 25.
Tertul.
*Famulorum fidelitas.*

*Famulus tantùm quo necessarij.*

tiam popularem, imò ad ignominiam propriam, famulorum greges, fame confectos, attrito calceo, pannoſoque veſtitu, deformes circunferant. Quocirca ſapienter illud à D. Chryſoſt. *homil.* 40. *in* 1. *ad Corinth.* conſultum eſt.

*S. Chryſoſt.*

Quemadmodum (ait) in veſtibus, & in veſtitu neceſſitatem reſpicere ſolam oportet, ſic in familiaribus. Quæ ergo neceſſitas eſt? nulla ſanè. Herum vnum vno ſeruo contentum eſſe decebat, imò vno ſeruo tres heros. Ita Chryſoſt. Denique pro explicatione verborum ſequentium, notabis ſimul cum benedictione à Deo impertita homini, facultatem liberam, & magnificam illi conceſſam ad omnem eſcam ex herbis virentibus, ex arboribus pomiferis, plantis fructiferis.

*Homini terra imperium datur à Deo.*

Item ad arandum, ſulcandum, colendum, ſuóque imperio ſubiugandum omne telluris elementum. An verò etiam edendi carnes facta homini fuerit à Deo facultas ante diluuium, ſcio controuerti, ſed communiùs tamen negari. Idem iudicium ferendum cē-

*Procop.*

ſet Procopius de pecudibus; nulla enim prioribus ſeculis carniuora fuit; vt interim omnes liberè ac ſecurò nutrirentur. Herbæ ac poma tantùm in eſcam erant animantibus.

6. *Et erant valde bona.*] Optima ſecundùm phraſim Hebræam מוב מאר: de ſingulis dixerat, *bona*, de omnibus coniunctim, *optima*. Nam ſingulorum bonitas tantùm eſt quædam pars bonitatis totius vniuerſi.

*Bonitas rerum augeſcit numero.*

*Greg. Naz.*

Atque, vt rectè ait Gregor. Nazianz. *Orat.* 3. *de pace*, omnium rerum ornamentum in concordia ſitum eſt. Et quidem pulchritudo totius ex pulchritudine ſingularum partium efflore ſcit, vt D. Aug. *lib. de bono viduitatis*, *cap.* 6. ſic oſtendit.

*D. Aug.*

Habent oculi in corpore magnum honorem, ſed minorem haberent, ſi ſoli eſſent, & alia minoris honoris membra non eſſent. In cælo ipſo ſua luce ſol lunam ſuperat, non vituperat. Stella ab ſtella differt in gloria, non diſſidet in ſuperbia. Ideo fecit Deus omnia, & ecce valde bona; non tantùm bona, ſed etiam valde bona, non ob aliud, niſi quia omnia. Nam & per ſingula opera dicebatur: *Vidit Deus, quia bonum eſt*, Gen. 1. Vbi autem omnia nominata ſunt, additum eſt, *valde*: meliora enim quædam ſingula, quàm alia ſingula: ſed meliora ſimul omnia, quàm quælibet ſingula. Hæc Auguſtinus. Opportunus hic datur locus ad commendandam Chriſtianæ fraternitatis concordiam. De qua rectè Alexan. Clem. *ad Gentes.*

*Clem. Alex.*

*Concordia commendatur.*

Multi (ait) in vnam cogi dilectionem feſtinemus, beneficio affecti, perſequamur vnionem. Quæ eſt autem ex multis vnio? cùm ex vocum multitudine & diſperſione diuinam ceperit harmoniam, fit vnus concentus, vnum chori ducem ſequens & magiſtrum Verbum. Idem 1. *pædag. c.* 12. Pax & dilectio ſimplices; & quæ lites ac negotia fugiunt ſorores, nutrimentum eis Verbum eſt. Idem 2. *pædag. c.* 1. Caritas eſt cæleſte nutrimentum, rationale epulum. Ita Clem. Ex his locis videas, quàm etiam verum ſit illud D. Aug. in epiſt. Ioan.

*S. Aug.*

*Dulce verbum caritas, res ipſa dulcior.* Profectò ſi ornamentum mundi in concordia & vnitate ſingularum partium inter ſe cohærentium conſiſtit, clariùs id elucet in Chriſtianæ reipubl. concordia. Eſt enim, autore Clem. Alexan. 1. *pædag. cap.* 13.

*Clem. Alex.*

*Chriſtianorū vita quæ ſit.*

Chriſtianorum vita quidam conuentus & congregatio actionum rationalium. Hanc ſuæ Eccleſiæ concordiam, caritatem & animorum vnitatem mirabiliter depinxit diuinus ſponſus *Cantic.* 4. ad ſponſam loquens, *Emiſſiones tuæ paradiſus malorū*

*Cant.* 4.

A *punicorum cum pomorum fructibus.* Quem locum ſic interpretatur Theodor.

*Theod.*

Per malum punicum caritas intelligitur; quandoquidem ſub vno eiuſdem mali cortice multa ſunt grana, ita mutuò inter ſe conſeruata, vt ſe viciſſim non comprimant, ſed integra conſeruentur, niſi aliqua putredo in medio naſcatur. Sic Theod.

*Eccleſia paradiſus.*

Colliges hinc Eccleſiam Chriſti inſtar paradiſi hortum eſſe, conſitum ſcilicet malis punicis, & ſingulos in ea iuſtos, aut veriùs iuſtorum, vel ſtatuum congregationes, poma eſſe punica, plurimis in ſummam vnitatem cohærentibus granis conferta: atque adeò nullum Deo gratius à terra mitti munus, & horti ſui dulciorem fructum,

*Concordia nihil Deo gratius.*

B quàm multarum mentium & cordium vnitatem. Hoc pomum eſt inter omnia regio diademate, vt natura effinxit, inſignitum, meritóque proinde virtutum reginam caritatem deſignat. Hæc verò concordia, vel maximè viget in quacunque familia religioſa: vbi multa corpora, cor tamen vnum, & anima vna: vbi varia negotiorum ſtudiorúmque ex præſcripto obedientiæ officia: ſed vna tamen omnium in obſequio vnius Dei conſenſio, & meritorum gratia ex ſingulorum laboribus ac meritis communicatio effloreſcit. Quod grauiter (vt ſolet) ſic oſtendit S. Leo *ſermone* 1. *Quadrageſimæ.*

*Religioſorum concordia.*

*S. Leo.*

Etſi non eadem eſt membrorum omnium pulchritudo, nec in tanta varietate par-

C tium poteſt eſſe meritorum paritas, communionem tamen obtinet decoris connexio caritatis. In ſancto enim amore conſortes, etiamſi iiſdem non vtantur gratiæ beneficiis, gaudent tamen inuicem bonis ſuis; & non poteſt ab eis extraneum eſſe, quod diligunt, quia incremento diteſcunt proprio, qui profectu lætantur alieno. Hactenus Leo. Talis quidem eſt efficacitas concordiæ, & caritatis, vt quæ à ſingulis ſingula, & à diuerſis diuerſa, vel efficiuntur, vel poſſidentur, non tantùm propria totius congregationis, ſed tuta cuiuſque eſſe videantur.

*Caritas facit omnia propria.*

*S. Aug.*

Quod de ſeipſa fatetur D. Auguſtinus qui pontificiis detentus negotiis ad monachos inſulæ Capra-

D reæ *epiſtol.* 81. ad hunc modum ſcribit. Quando quietem veſtram cogitamus, quam habetis in Chriſto, etiam nos quamuis in laboribus variis verſamur, in veſtra caritate requieſcimus. Vnum enim corpus ſub vno capite ſumus. vt & vos in nobis negotioſi, & nos in vobis otioſiſſimus. Hæc Auguſt.

7. Addiderim ego tantam eſſe virtutem & efficaciam gratiæ, quæ ex ſingulorum bonitatibus ac meritis in communitate aliqua iuſtorum hominū coaleſcit, vt etiamſi aliquid minus gratum deterioriſque notæ inter cætera gratiora merita deprehendatur; nihilominus, nec proin-

E de totius corporis bonitas decoloretur, nec Deus in totum iraſci ſoleat ob vnius tantùm membri deformitatem. Quemadmodum enim nummus attritus & diminutus, ſi ſolus ſit, ab omnibus reiicitur, ſi autem inter duo triáve millia aureorum, facilè admittitur: ſic homines alioquin Deo per ſe parum grati ob aliqualem vitæ imperfectionem; tamen in aliqua iuſtorum familia & ſocietate coniuncti, hoc habent ex ſuo cum iuſtis conſortio emolumentum, vt ſuæ ipſorum inopia aliorum abundantia ſubleuetur, ſua verò, ſi qua eſt, macula & labes, nitore ac puritate aliorum, quaſi ablata, vel quodammodo obtecta, in Dei aſpectu non tam grauis eſſe reputetur.

*Bonorum conſortium etiam malis vtile.*

Non prætcribo quid D. Hieron. pro commendanda virginum puritate,

*S. Hier.*

parmate, cuius fuit ſemper acerrimus propogna-tor contra hæreticos, in primum Aggæi adnotauerit ex hoc loco Geneſ. *Vidit, & erant valde bona.* Secundus (inquit) & duo, numerus numdus, & poſt vnionem virginitatis paradiſi meditatem tunicas ſignificans pelliceas, cùm in primo die dictum ſit, & in tertio, & quarto, & quinto & ſexto, poſt conſummationem operum ſingulorum: *Et vidit Deus quia bonum eſt.* In ſecundo iuxta Hebraïcum, & Aquilam, & Symmachum & Theodotionem nō habetur: nec enim poterat ſecundus dies, qui numerum facit, qui ab vnione diuidit, quòd bonus eſſet, Dei ſententia comprobari. Sic Hieron. Denique iure optimo, vbi homo conditus eſt à Deo, terrarum princeps animalium rector, creaturarum finis, rerum epilo-

*Bonitas propria virginitatis.*

A gos, ſublunaris fabricæ coronis, operum Dei cōſummatio ac terminus: illico tota creaturarum ſeries omnino perfecta, numeriſque ſuis abſoluta omnibus, ab ipſo conditore iudicata eſt: pariterque dies ſextus, & operandi nouas creaturas ſtudium & cura conquieuit. Sic enim Procop. Cùm opificij (inquit) huius explicatio decurreret particulariter, nullibi legitur adiectam eſſe particulam, *valde.* Poſtremò autem cùm animal maximè neceſſarium, quod huic operoſæ machinæ deſtinatum erat, procurreret; quaſi nihil amplius illi inſigni deeſſet operi, adducit particulam, *valde*, qua perfectam & abſolutam opificij rationem induxit. Hæc Procop. quæ ad demonſtrandam hominis dignitatem, Deique erga illum amorem mirificè conducunt.

*Homine conditi, mundi perfecta eſt bonitas.*

Procop.

# CAPVT SECVNDVM.

1. IGitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. B

2. Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat: & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.

3. Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo quod creauit Deus vt faceret.

4. Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, quando creata ſunt, in die quo fecit Dominus Deus cœlum & terram:

5. Et omne virgultum agri antequam C oriretur in terra, omnémque herbam regionis priuſquam germinaret: non enim pluerat Dominus Deus ſuper terram, & homo non erat qui operaretur terram:

6. Sed fons aſcendebat è terra irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ.

7. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ: & factus eſt homo in animam viuentem.

8. Plantauerat autem Dominus Deus D Paradiſum voluptatis à principio: in quo poſuit hominem quem formauerat.

9. Produxítque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue, lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignúmque ſcientiæ boni & mali.

10. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita.

11. Nomen vni Phiſon: ipſe eſt qui circuit omnem terram Heuilath, vbi naſcitur aurum: E

12. Et aurum terræ illius optimū eſt: ibi inuenitur bdellium, & lapis onychinus.

13. Et nomen fluuij ſecundi Gehon: ipſe eſt qui circumit omnem terram Æthiopiæ.

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

14 Nomen verò fluminis tertij, Tygris: ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluuius autem quartus, ipſe eſt Euphrates.

15. Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum:

16. Præcepitque ei, dicens: Ex omni ligno paradiſi comede:

17. De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas: in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.

18. Dixit quoque Dominus Deus: Non eſt bonum eſſe hominem ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.

19. Formatis igitur, Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cœli; adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea: omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius.

20. Appellauitque Adam nominibus ſuis cuncta animātia, & vniuerſa volatilia cœli, & omnes beſtias terræ: Adæ verò nō inueniebatur adiutor ſimilis eius.

21. Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam; cúmque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea.

22. Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam.

23. Dixitque Adam: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Virago, quoniam de viro ſumpta eſt.

24. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna.

25. Erat autem vterque nudus, Adam ſcilicet & vxor eius: & non erubeſcebant.

## SECTIO PRIMA.

*Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat: & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrarat.*

1. OMNIS *ornatus eorum.*] Hebr. צבא *zeba* verti ſolet multipliciter in vulgata: ornatus, exercitus, militia, virtus, ſiue fortitudo: quæ omnia mirabiliter conueniunt cælo ſyderibus ornato. Non enim mare piſcibus, conchis, gemmis: non aër auibus; non tellus animantibus, arboribus nemora; horti pomariáque plantis; non floribus prata, pulchriorem & pretioſiorem ornatum habent, quàm cælum aſtris luminibúſque diſtinctum.

*Ornatus cæli gratiſsimus.*

Et quidem immortales Chriſto Domino Deo homini gratias debemus homines, quòd in aſcenſione ſua corpus noſtrum humanum & carneum cælo calcando intulit. Qua de re multa concionatur D. Auguſtin. *ſerm. 5. de aſcenſione*, vbi B hæc inter alia. Sub pedibus Chriſti famulantia æthera iacuerunt: didicit cælum portare hominem. Sic Auguſt.

*S. Aug. Aſcenſio Domini nobis perutilis.*

Grauiter etiam, vt moris habet, Tertul. *lib. de reſurrect. c. 51.* de aſcenſione Domini loquens; Securæ (inquit) eſtote caro & ſanguis; vſurpaſtis cælum & regnum Dei in Chriſto. nobis arrabonem ſpiritus reliquit, & à nobis arrabonem carnis accepit, & in cælum vexit. Sic ille.

*Tertul. Cælum ad ſe hominem inuitat.*

Certè ornatum cæli, & hominibus in terra paratum à Deo, vna illa egregia ſimilitudine ſponſæ venientis & quærentis, & ſuo decore inuitantis ac pellicientis ornatu ſponſum apprimè depinxit D. Ioan. Apoc. 21. *Vidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouam deſcendentem à Deo paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.*

*Apoc. 21.*

C Videas hinc cælum homini à Deo deſtinatum, cælum hominis conſortio geſtire, cælum ſuorum luminum ſplendore, ſyderū ornatu, lucis amictu ac decore, hominem à terra, terrenarúmque rerum ſtudio auocare, in amorem ſui pellicere: itaque ſponſam ad quærendum inuitandúmque ſponſum ab alto in terras deuehi. Et nihilominus eò mortaliū proceſſit amentia; vt ſpreto cælo, eiúſque decore, & pretio irriſo, terram cum pecudibus, & terræ lutum ac cœnum potiùs amplectantur.

*Cælum nolle ſerena.*

Proh quàm mirabiles ſui amores excitat cælum, vbi ſe nocte ſerena luminibus picturatū oſtentat? Rectè quidem à Procopio *in 1. Gen.* commendatur etymon D noctis apud Græcos νὺξ, quaſi νύττει, id eſt, *ſtimulet*; ſtimulat enim hominem dormientem, nox enim eſt admonitio. Sic ille.

*Procop.*

Porrò autem ornatus hic צבא *zeba*, militia, & exercitus & virtus, eodem plane ſenſu dicitur alijs in locis, vti: *Verbo Domini cæli formati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum*, Pſal. 32. Exercitus propriè, vt Clem. Alex ad gentes tranſtulit; quaſi aduerſus hominem ſuos in aciem præliatura exercitus ducat aſtrorum, ac cælorum beata illa Reſpubl. indigetum, aut noua Hieruſalem ſpōſalitio lenocinio ad illectandos, atque adeò peruincendos hominum animos pro armis inſtructa.

*Cælum inſtructum ad expugnandum hominem. Pſal 41.*

2. Huc pertinet illud Pſalm. 75. *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* quos montes? E Euthymius cælos intelligit; vbi notandum Hebr. montibus, טרף *tereph*, prædæ. Vocantur igitur cæli montes prædæ, quia prædas faciunt terræ, vt explicat Genebrard. Deus enim è cælis quaſi leo ſpeculatus prædam in impios inuehitur; ſed fortaſſe commodiùs (quod & ſubtiliùs) quia faciunt cæli prædas animarum; quid enim terra

*Pſal. 75.*

*Genebr. Cæli prædantur animas*

A eſt aliud, quàm ſylua, & ſaltus ceruorum & ceruarum, quibus non ſemel animæ ſignificantur, quas cæli ac cælites, imò cælorum Rex, tanquam ad venationem ex alto deſcendens intercipit, & in ſuam cæli regiam ad amoris ſui epulum comportat? Montes igitur prædæ dicuntur cæli, quia ſuo ſplendore, ſuóque ornatu, ſic intuentium detinent oculos, ſic animos alliciunt, & corda (vt ita loquar) prædantur, vt ſpretis mundi blanditiis, fucatáque omni poſthabita bonorum terrenorum ſpecie ad cæleſtem patriam anhelent. cælum cogitent, cælum appetant, gemant, ſuſpirent. O tu Deus, qui cælum ita luminibus fulgidum, ita ſyderibus pulchrum nobis oſtentas, montes tuos ad omnem æternitatem duraturos in ſedes regias tuorum electorum, noſtris oculis ſic expandis, vt per illorum aſpectum animos noſtros saucies, capias, deprædéris; montes prædæ, quòd etiam hominibus prædæ ſint, cælos venabulo pœnitentiæ homines vulnerent, ſpei funibus comprehendant; & amore, quo nihil violentius, diripiant: ab iis enim regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

*Cælos animas prædantur.*

Magnus prædator Chriſtus, ait D. Bernard. Adde ſcilicet animarum. Qui etiam ſuos in hac vita electos prædas agere docuit bonorum operum, quæ in æternum conuehant: & cælum & regnū Dei, ac Deum ipſum deprædari.

*S. Bern.*

Quid ſi etiam myſtico ſenſu dicantur hic montes prædæ, ſacerdotes C veri, & ſummi Dei, qui prædam ore conficiunt & communicant, manibus prædam contrectant, capite prædam oſtentant in propatulum, nimirum diuinam Euchariſtiam? Nam ſacerdotes Dei vocari montes, cælos, Angelos in ſacris literis extra dubium eſt, & certum omnino, ſacroſanctum corpus Domini, quod verè & ſubſtantialiter cōtinetur in venerabili Sacramento, ad literam ſignificari verſu illo Pſal. 110. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe.* Vbi eſcam Hebr. טרף *tereph*, prædā. videlicet eſcam, quam prædando & diſcerpendo leones veſcantur. Nā, vt bene monet D D. Chryſoſt. ab illa menſa corporis Domini tanquā leones ignem ſpirantes oportet recedamus.

*Sacerdotes montes prædæ.*

*Pſal 110. Euchariſtia eſca & præda.*

*S. Chryſ.*

Nota denique ornatum hunc etiam referri ad terram: & quidem, vt bene adnotauit Caiet. exercitum cæli & terræ appellari concinnum ornatum, & aptiſſimam diſpoſitionem creaturarum omnium, quæ cæli ac terræ ambitu continentur. Item terram, eiúſque affinia elementa, & cælū, omnipotētis Dei exercitus eſſe inſtructos ad quālibet imperij ſui exequendā adminiſtrationē. Deinde omnia à Deo cōdita, tam bellè diſpoſita ordinatáque videri, vt exercitus ad præliandum inſtructus, quo nihil ſpectabilius, aut ordinatius eſt, imperatoris ac bellatoris Dei meritiſſimè nūcupentur. Plura circa huius loci explicationē leges E apud noſtrū Delr. *in ſuis adagialib. 1. adag. ex Gen.*

*Exercitus Dei diſpoſitio creaturarum.*

*Delrio.*

3. Illud non omiſerim, à cælorum ornatu metaphoram transferri ad oris pulchritudinem, mundúmque muliebrem: & multo magis ad virtutes dotéſque animæ admirabiles; ob quas ſponſa in Canticis comparatur aciei ordinatæ, & choris caſtrorum, cap. 6. *Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata.* Et cap. 7. *Quid videbis in Sulamite*

*Cant 6 & 7. Virtutum ornatus.*

*niſi choros caſtrorum?* quibus in locis ſenſus literalis eſt, non tam de comitatu regio ſponſæ incedentis in publicum, vndique puellis cantitantibus, & iuuenum armatorum ad cuſtodiam cuneo circumſtipatæ (vt bono autori placuit) quàm de ipſius ſponſæ admirabili decore. Neque enim intuentium oculi alibi foriſque; ſed in ipſa Sulamite choros & caſtra contemplari dicuntur. Igitur quicquid aut chori, aut belli in ſponſa ſpectatur: ſenſus planior ac verior eſt; ſponſam, tam inuſitato pulchritudinis ſplendore admirabilem, tam eleganti ex auro, gemmis, aliiſque lenociniis ornatu conſpicuam in apertum prodire; vt quà procederet, & choros exhiberet, & caſtra produceret: modularetur ſimul ac præliaretur, deliniret & deuinciret. Itaque eius aſpectus, & ſuauitatem præ ſe ferret, & maieſtatem incredibilem. Hæc tam pulchra & mira connexio chori & belli in pulchritudine ſpectanda, vti D. Auguſtinus oſtendit duobus ſermonibus de Iudith, *tomo decimo*, diuinitus apparuit in Iudith. Ecce (inquit) Iudith poſt preces & ſaccum, poſt cinerem, ad cultus puellares redit; ſpea omnium populorum procedit. In qua fœmina inſidioſæ pulchritudinis nouitatem hoſtilis exercitus vehementer expauit: vt in eius obſequio vires amitterent, arma proiicerent, & colla curuarent. Iacuit dedecus iuuenum, mulieris vultu captiuus Holofernes; licuit mulieri exarmare iuuenes, & debellare victores, & barbatum ſubuertere bellatorem. Cum palmifera caſtitate Iudith ad ciues ſolicitè feſtinat. Hactenus Auguſt.

*Pulchritudo admirabilis.* — S. Aug. — *Iudith fortitudo.*

Cæterùm hanc vim planè diuinam in ornatu, choris pariter, & caſtris, Deus contulit Eccleſiæ ſuæ, vt grauiter & eleganter explicat Theodor. ad hunc locum *Cantic. 7.* Sponſa (inquit) multis è Sanctis conflata cùm propter fortitudinem atque excelſum animi robur, armáque militaria, caſtris eſt ſimilis; tum etiam choris exiſtit diuinas laudes in ore gerens. Iure igitur ſponſus ait: Quid videbis in Sulamite, quæ venit ſicut chori caſtrorum? Ex caſtris enim fiunt chori. Cùm enim in caſtris vicerint virtute milites, reuertuntur pæana canentes, & choros ducentes, victoriæ præconium laudibus concelebrant. Hæc Theodoret. Quæ quidem omnia multo adhuc veriùs conueniunt Virgini Deiparæ: cuius corporis virginei, & animæ ſanctiſſimæ pulchritudo, tam nouam, tam admirabilem, tam (liceat ita loqui) omnipotentem cum ſuauitate maieſtatem, & cum maieſtate ſuauitatem oculis intuentium, atque animis contemplantium obiicit: vt ipſius Virginis choris nihil ad oblectandum ſuauius; ipſius verò caſtris, armis, exercitu ad peruincendum nihil potentius, aut eſſe, aut fingi poſſe videatur. Cùm Filium pro nobis precatur, & chori fiunt, & cantus perſonat; nihil ſuauius. Cùm in preces inſtat, & materna inſuper Filio oſtentat vbera: caſtra diſponuntur, arma expediuntur, belli ruit impetus, acies concurrunt, mars igneſcit. Vincit denique Filium, de Filio Virgo mater triumphat. Quid quæſo magis bellicum, quid violentius? Meritò igitur, vt grauis ille Doctor ſolo (quo ſe occuluit) nomine Idiota Virginis hanc vim, vel ipſo tantùm ſuo nomine exerentis, admiratus ait. Nomen Mariæ tantæ virtutis & excellentiæ eſt, vt ad eius inuocationem cælum rideat, terra lætetur, Angeli congaudeant, dæmones contremiſcant, & infernus conturbetur.

*Eccleſia pulchritudo.* — Theod. — *B. Mariæ pulchritudo in corpore & anima.* — *B. Mariæ intercesſio potentiſſima.* — Idiota — *B. Mariæ nomen admirabile.*

4. *Compleuit Deus.*] Sic optimè fingitur vniuerſitatis molitio. Die prima, hoc eſt, dominica cœpit condi mundus; deinde vſque ad feriam ſextam incluſiuè progreſſa eſt, aut rerum creatio, aut perfectio, perpolitio & conſummatio. *Sexto* igitur die vniuerſitatis operi finis impoſitus. Septimo autem compleuiſſe dicitur Deus opificium excluſiuè, illo enim tunc primò ceſſauit ab operando cõpleto iam opere coſmopœio. Alij legunt, *conſummauit*, quod eôdem recidit. D. Auguſtin. aliter explicat, licèt non tam ad literam, doctè tamen & piè. Quomodo (inquit) Deus ſeptima die opus ſuum compleuiſſe dicitur, in quo nihil nouum creaſſe legitur? Dicitur compleuiſſe die ſeptima opus ſuum, quia ipſum benedixit & ſanctificauit: opus enim eſt benedictio & ſanctificatio. Sed de hac in ſeptimam diem benedictione à Deo impertita paulo inferiùs ſuo loco agendum. Percommodè autem circa huiuſmodi verba: *Perfecti ſunt, &c. Compleuitq; Deus.* excurrere licet ad mores. Dei quidem perfecta ſunt opera, nihil imperfectum relinquit: inchoat quidem, ac demum perficit. Vtinam ad exemplum ſummi conditoris, bona opera quæ aggredimur, ad exitum perducamus! Quod de ſeipſo ſanctiſſimus ille Rex prædicabat, Pſal. 76. *Et dixi: Nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Excelſi, &c.* Vide conſtantiam regis admirabilem; vbi dixit, ibi cœpit, vbi cœpit, illico mutatus eſt; intráque deinde operatus, quæ ibidem proſequitur. Pſal. 54. *Veſpere & mane, & meridie narrabo, &c.* O bone Rex, quæ tanta hæc rerum nouitas? quid à veſpere incipis narrare laudes Domini? Ordinem inuertis: à manè ad meridiem, inde ad veſperum recto & naturali curſu tuam producito deprecationem. Sed Rex ſapientiſſimus & conſtantiſſimus, ſic præſidio diuinæ gratiæ, adiuncta propria induſtria & labore confidebat, vt à conſummato virtutis ſtudio ad ipſum initium loqui incipiat: quaſi priùs ſe viderit virtutis opera conſummaſſe quàm inchoaſſe; quaſi certò ſperet ſe ad meridiem & ad veſperum in ſtudiu bonorum operum peruenturum, vbi primùm ſummo mane pedem in via & curſu virtutis poſuerit. Quia verò, vt ait D. Gregorius fruſtrà velociter currit, qui ante metam deficit. Et difficillimum eſt bene cœptis inſiſtere, progredi, & in finem vſque perſeuerare. Illud ſanctæ Iudith ſæpiùs a Domino deprecandum erit, *Confirma me Domine.* Vnde regius Vates: *Confirmat autem iuſtos Dominus*, Pſ. 36. *Confirmaſti ſuper me manum tuam*, Pſal. 37. Nã, vt ibi admonet D. Auguſtinus, lubricum eſt ſeculum, citò labimur; ergo qui ſtat, videat ne cadat. Contrà verò ſi vir iuſtus ex vehementi aliqua paſſione ad malum incitetur, maléque incipiat operari: conſcientiæ fræno (quo nomine vocat D. Chryſoſt. tribulationem à Deo immiſſam) inhibetur, vt ſiſtat impetum, & ne perficiat, quod perperam eſt aggreſſus. Sic Dauid à ſociis ſtimulatus ad occidendum Saülem, iniit quidem vindictam, cùm illius oram chlamydis latenter præcidit. Sed eodem momento ſubſtitit conſcientia præpeditus. Sic etiam idem armata manu cædem & ſanguinem Nabali minitans, à medio curſu repedauit Abigail precibus reuocatus. At non ſic impij, non ſic. *Veloces enim pedes eorum ad effundendum ſanguinem*, Pſalmo 13. Vident furem & cucurrunt cum eo (Luſitanè *atur.ao*) Pſal. 49. *Torrentes iniquitatis conturbauerunt me*, Pſalm. 17. Hieronymus torrentes diaboli:

*Ordo in creatione mundi.* — D. Aug. — Pſal. 76. — *Perſeuerantia bonorum operum.* — Pſal. 54. — S. Greg. — *Auxilium Dei confirmans.* — Iudith 13. — Pſal. 36. — Pſal. 37. — S. Aug. — *Iuſti à peccando retardantur.* — 1 Reg. 24. — 1. Reg. 25. — Pſalm. 13. — Pſalm. 49. — Pſalm. 17. — S. Hieron.

*Malorum impetus ad peccandum.*

alij torrentes belial transferunt, vt ex Hebræo בליעל coustat, idem eſt, atque abſque iugo. Sermo eſt de Saule, eiúſque ſatellitibus, qui Dauidem perſequebantur, tam effræni impetu atque vehementi, ſicut ſolet hybetnis auctos imbribus torrens ex alto præcipitaus obuia quæque ſubuertere, vt Theod. eſplicat.

Theod.

Sunt igitur peccatores ad inſtar hyberni torrentis, ſic ruunt impetu, ſie obuia quæque vaſtant, ſie nulla vi cohibentur, nec Dei timoris, legis ac iuris diuini & humani, pudoris & hunoris, ipſiúſque rationis repagulis eorum impetus, ac furor, ad peccandum, & ad uocendum, ſiſti retardaríque poteſt. Sed inſtat tamẽ miſeiicurs Deus aduersùs peccaturem, vt cohibeat, vt conuertat quod aliquando in ſeipſo expertus Auguſtinos ita eum Domino loquitur 8. *conf.* 10.

S Aug.

Inſtabas tu Domine in occultis meis, ſeoera miſericordis, flagella iogeminans timoris & pudoris. Bene torrentes belial, ſine iugo; vti cæſtro percitus, aut venabulo percuſſus taurus, aut equus effrænis & indomitus; ſie ad malum futiis agunmt peccatores. At miſeri timeant, quòd torrentes ſint. Nam, vt ſubnotauit D. Auguſt. torrentes iniquitatis vocantur torbæ iniquæ ad tempus commotæ, veluti flumina pluuialia; citò deſitura.

S Aug.

Dydimus.

Dydimus verò tortẽtes iſtos vocat ipſamet peccata: præcipuè libidinem, & carnis illecebroſam voluptatem intelligit Heſychius.

Heſych.

Nec enim alıud peccatum, æquali fertur impetu, aut patem perniciem infert.

Hug. Card.

*Luxuria, nouem miſeria.*

Hugo Cardinal. aſſignat nouem cauſas, ob quas peccatum dici poſſit torrens; quæ omnes luxuriæ mulco euidentiùs congruete videntur. Prima (inquit) præceps eſt, & inconſideratum. Secunda, propter obicem vehementiùs procurrit nitẽs in vetitum. Tertia, turbidam reddit veluti aquam, ipſam animam. Quarta, præferuidum ac tumultuoſum efficit hominem. Quinta, excauat, & quodammodo couſumit naturam ipſam. Sexta, caſu, ac velut per accidens prouenit, vtpote à natura alienum. Septima, attrahit non bene radicatos & fundatos in caritate. Octaua, præcipitat in mare inferni. Nona, producitor ex diaboli perſuaſione, qui priùs ficut nix calore ſuperbiæ ſolutus eſt. Quæ omnia rectè confirmat teſtimoniis ſacræ Scripturæ. videas, ſi placet.

5. *Requieuit die ſeptimo.* ] Completo iam, & conſummato, per totos ſex dies opificio mundi, in ſeptimo ceſſauit omnipoteos conditor, ac deſiit nouarum creaturarum ſpecies condere: id enim hic requies dicitur, ab opere quies, deſitio operis: non autem fingi debet aliqua relaxatio, & animi vera remiſſio poſt defatigationem: hæc enim in omnipotente creatore inueniri non potuit.

*Quies creatoris qua ſit.*

Nihilominus verbo, *requieuit*, Spiritus ſanctus (vt credere par eſt) multa & recoodita ſignificate voluit, quæ Doctores catholici, ac Patres euoluunt.

S Ambr.

Atque inprimis D. Ambroſius 6. *Hexamer. cap. vlt.* ſic ediſſerit. Completus eſt dies ſextus, & mundani operis ſumma concluſa eſt, perfecto videlicet homine, in quo principatus eſt, animantium vniuerſorum, & ſumma quædam vniuerſitatis, & omnis mundanæ gratia creaturæ. Sic Ambroſius. Nota hîc obiter; vti mercatores poſt longam numerorum extenſionem in albo accepti & expenſi, ac ſimiliter diſciplinarum profeſſores, poſt doctrinæ minotim exactas explicationes, illi ſummam omnium numerali notula; iſti breui epilogo conficiunt:

*Homo ſumma & compendium mundi.*

ita poſt creaturarum efformationem per ſex dies continenter exactam, poſtremò hominem tanquam rerum omnium ſummam & epilogum, numeralem notam, & breue compendium à Deo fuiſſe conditum. Progreditur ergo D. Ambroſius.

S Ambr.

Certè deferamus ſilentium, quoniam requieuit Deus ab omnibus mundi operibus, requieuit autem in receſſu hominis, requieuit in eius mente, atque propoſito. Fecerat enim hominem rationis capacem imitatorem ſui, virtutum æmulatorem, cupidum cæleſtium gratiarum. In his requieſcit Deus, qui ait: *Super quem requieſcam, niſi ſupra humilem, & quietum, & trementem verba mea*, Iſaiæ 66.

*In homine requieſcit Deus, Iſa. 66.*

Gratias ergo Domino Deo noſtro, qui huiuſmodi fecit, in quo requieſceret. Fecit cælum, non lego quòd requieuerit. Fecit terram, oon lego quòd requieuerit. Fecit ſolem, lunam, & ſtellas, nec ibi lego quòd requieuerit. Sed lego quòd fecerit hominem, & tunc requieuit: habens cui peccata dimitteret.

*Deo gratum peccata dimittere.*

Hæc Ambroſius. Expendas, oro, tanti Doctoris verba: ex quibus colliges Deum in hac tam ampla & diuite mundi recens conditi aula, ex innumeris omnium generum creaturis, vnum hominem à ſe conditum elegiſſe: in quo velut pro tribunali regio conſideret. In quo velut in lecto poſt tam lougam, ac multiplicem tot per dies, nec intermiſſam operationem quaſi (noſtro intelligendi dicendique modo) quietum & relaxaret animum, & confirmaret vires, & placidè obdormiret. In quem poſt immenſam nauigationem, vbi cælum, terram, maria, & propè infinita creaturarum genera, quaſi prætervectus, velut in portum poſtremò ſubintraret, in quo ſuæ omnipotentiæ nauem, emenſo iam pelago rerum creatarum in ſtationem deducens, iactis anchoris conquieſceret.

*Miſericordia Dei erga hominem.*

6. Colliges etiam diuinam miſericordiam, velut alteram columbam in aquis adhuc terram diluuio immerſam obtegentibus, in reliquarum rerum creatione non inuenientem vbi pedem figeret paſſim obuolitaſſe, ſimulátque verò homo conditus exſtitit ex nihilo, tanquam è pelago emerſus, in quo Deus oſtentare poſſet, imò & de facto deberet, immenſas diuitias bonitatis, longanimitatis & miſericordiæ ſuæ, tum demum quieuiſſe; habebat enim cui peccata dimitteret: & peccata dimittens totos ſuorum diuitiarum theſauros diuina miſericordia effundit. Certum verò, atque omnino erat infallibile diuinæ prouidentiæ hominem illum ſupra omnes mundi creaturas à Deo in creatione honoratum, paulo pòſt ingratum creatori futurum, & peccato ſuo totum quidquid beneficiorum ab ipſo acceperat, labefacturum. Homo enim erat fragile luteúmque vas, ipſe verò Deus nouit figmentum noſtrũ. Sed quo fragilior hominis conditio, eo felicior: vti ad cadendum labilis, ſic ad reſurgendum facilis.

Pſalm. 102.

*Homini profuit natura infirmitas.*

Vtilior homini fuit ſui luti infirmitas, quàm Angelo æris & chalybis ſui firmitas. Ob hanc rationem à D. Paulo dictum eſt 1. Corinth. 10. *Tentatio vos non apprehendat niſi humana.*

1. Cor. 10.

S Bern.

Quem locum exponens D. Bernard. *ſerm.* 11. *in Pſal. Qui habitat.* Quis (inquit) humanum eſt peccare. Ceterùm etſi quorundam hominum ſit, non humanum tamen, ſed diabolicum eſt, in malo perſeuerare. Sic Bernard. Irreparabile quidem damnum Angeli, reparabile verò hominis eſt.

*Angeli peccarunt irreparabiliter.*

Et quod maiorem efficit admirationem, hominis damnum infinitis commodis lougéque omni damno abundantioribus, Dei miſericordia compenſauit;

S. ambr.

penſauit, licetque homini dicere cum D. Ambr. *in Pſalm.* 39. Felix ruina, quæ reparatur in melius. Licet etiam Eccleſiæ pleno ore canere: Felix culpa quæ talem meruit habere redemptorem. Sed hac de re infrà copioſiùs. D. Chryſoſt. *homil.* 10. interpretatur hunc locum his verbis: Requieuit Deus die ſeptimo ab omnibus operibus; quaſi diceret, ſubſtitit, & ceſſauit, à formandis producendíſque ex nihilo rebus vt eſſent. Omnia quæcunque oportebat, produxerat; & eum qui his fruiturus erat formauerat. Sic ille.

S. Chryſ. *Beneficentia Dei erga hominem.*

Nota iuxta Chryſoſt. admirabilem Dei beneficentiam in tanta enim creaturarum, & multitudine, & varietate non dicitur quieuiſſe; quippe nondum erat formatus ille, cuius ad vſus, ad commoda, ad epulas illa omnia deſeruirent.

Ioan. 5. S. Chryſ.

7. At qui fieri poteſt, vt ab operando quieſcere Deus dicatur, cùm à Chriſto Domino dictũ ſit Ioan. 5. *Pater meus vſque modò operatur, & ego operor?* Reſpondet D. Chryſoſt. requieuit Deus ab operibus formandis, & ex nihilo, vt eſſent, rebus producendis. Chriſtus autem continentem ſuam nobis declarat prouidentiam, & operationem vocat conſeruationem factorum, quibus largitus, vt permaneant dum totum gubernat mundum.

*Deus gubernat & conſeruat vniuerſa.*

Niſi enim hoc eſſet, quomodo vniuerſum ſubſiſteret ac duraret, non gubernante & dirigente ſuperna manu cùm viſibilia hæc omnia, tum humanum hoc genus? & ſiquis voluerit prudenter & ſpeciatim inſpicere omnia, quæ quotidie in noſtrum beneficium ab omnium opifice perficiuntur, abyſſum inueniet miſericordiæ. Ego igitur D. Chryſoſt. ſequutus, dum abyſſum hanc miſericordiæ Dei etiam nunc continenter operantis contemplor, ſic apud me ſtatuo, Deum vſque modò operari, & Chriſtum Dominum operari, & minimè hactenus quieuiſſe ab operibus nimium ſui amoris erga homines. Infatigabilis enim amor eſt, & ab operando & benefaciendo nunquam deſiſtit. Nam, vt eius naturam apprimè depingit D. Dionyſ. *de cæleſt. Hierarch.*

S. Dionyſ. *Amoris ingenium.*

amor eſt quiddã mobile, inceſſabile, acutum, feruens, & ſuperferuens. Vnde colliges, quàm ſit amor impatiens quietis, quàm ſubſiſtat nunquã, aut retrò aſpiciat manum ad aratrum mittens; quàm ſit laboris, aut etiam in laborando moleſtiæ, aut in benefaciendo faſtidij neſcius; qua vi procedat, quo acumine penetret, nihil non permeans, euincens omnia; quàm ſe intra ſuos limites non contineat, quàm ſeipſo ſuiſque tantùm bonis non contentus ferueat & ſuperefferueat, omnia calore ſuo fouens, flammis ſuccẽdens, ſucçenſa deuoret, atque in ſe conuertat.

*Dei amor erga homines.* D. Aug.

Quæ quidem mirificè conueniunt Dei erga homines amori. D. Auguſt. præſentem locum multipliciter expendens, multa dicit ſuo ingenio ac pietate digniſſima, quorum nonnulla ſparſim appoſita congeram in compendium. Deum (inquit) requieuiſſe eſt creaturæ rationali in ſe requiem præſtitiſſe, vt illuc ſcilicet deſiderio feramur, quò requieſcamus, & nihil amplius requiramus.

*Deus requies hominis.*

Quemadmodum enim ille dicitur operari, quod in nobis ipſo operante facimus; ſic requieſcere, cùm eius munere requieſcimus. Item, requieſcit in nobis, cùm nobis in ſe requiem tribuit. Item, ſeipſum rebus quas fecit, diligendo præpoſuit. Item, in ſe ipſe requieuit ea requie, à qua nunquam receſſit. Item non dicitur, requieuit in opere, ſed ab opere, quia in ſeipſo beatificè requieſcit. Hæc omnia D. Auguſt. Ex quibus elicies ingenium admirabile amoris Dei noſtra

A pro ſuis acceptantis, imò & nominantis. Deus eſt prima & ſumma hominis requies, extra Deum fluctuat homo, in Deo, vt in portu conſiſtit: extra Deum laborat, laſſatur homo, in Deo requieſcit. Quia verò amantium opera & ſtudia mutua ſunt, imò vna tantùm, & non plura, diuiſáque: gluten enim amoris (vt vocat D. Auguſt. *lib. de ſubſt. dilect.*) corda, & cordium affectus, & effectus, atque opera conglutinat: ideo requieſcere Deus dicitur in homine, vbi videt hominem in Deo requieſcere: requiem hominis ſuam vocat requietem.

S. Aug. *Amor cordiũ gluten.*

Vide obſecro, quanto gaudio geſtire videatur Dominus, cùm triumphantem de diabolo famulum ſuum Iobum conſpicatus:

*Deus noſtra pro ſuis ducit.*

S. Hieron.

B Exultans (inquit D. Hieron. *Epiſt.* 34.) Dominus in victoria famuli ſui, & illius patientiam, ſuum ducens triumphum, dicit ad diabolum: Tu autem commouiſti me, &c. Conſequenter etiam notabis quantum Deo nos vnicè amanti, & noſtra pro ſuis habenti detrahamus, cùm temerario auſu prolapſi in facinus, omnia bona gratiæ, regnúmque cælorum, ſimul cum animæ noſtræ æterno diſpendio amittimus. Quod egregiè D. Gregor. Nazianzen. ad hunc modum ſubnotauit *Orat.* 12. Pro lapſionibus noſtris Deum noſtrum afficimus detrimento. Nam Deus pro diuitiis nos habet: iuxta illud Deut. 32. *Pars autem Domini pars eius. Iacob funiculus hæreditatis eius.* Hæc

S. Gregor. Nazianz. *Homo diuitiæ Dei.* Deut. 32.

C Nazianz. Multo etiam nunc magis, poſtquam ſuo ſanguine nos redemit, ſuo nos in ære habet, nos ſuum ducit peculium; atque adeò nos ipſius potiùs, quàm noſtri ſumus.

8. Ad quietem nos inuitat Dominus: quam pleríque reſpuunt & aſpernantur, ſibiipſis inimici ac tyranni. Quemadmodum auarus non requieſcit: quippe quem domina carpento inſidens miſerum exagitat, vt eleganter D Bernard. *ſer.* 39. *in Cant.* deſcribens tres Pharaonis currus, quorum duces ſunt, malitia, luxuria, auaritia, de vltimo ſic ait.

S. Bern. *Auaritiæ currus.*

Auaritia rotis & ipſa vehitur quatuor vitiorum, quæ ſunt puſillanimitas, inhumanitas, contemptus Dei, mortis obliuio. Porrò iu-

D menta trahentia, tenacitas, & rapacitas: & his vnus auriga ambobus præſidet, habendi ardor. Sola ſiquidem auaritia, quoniam conducere plures non patitur, vno contenta eſt ſeruitore. Ipſe verò iniuncti operis promptus admodum, atque infatigabilis executor, vrgendis ſanè iumentis trahentibus, flagris vtitur acerrimis, libidine acquirendi, & metu amittendi. Hæc Bernard. De hoc timore auarum agitante, nec ſinente miſerum quieſcere, loquitur Propheta in Pſalm. 52. illis verbis. *Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Ad quem verſum D. Auguſtin. In dubium (inquit) veniunt pecunia, & fides, quæ pretioſior eſt; ibi grauius damnum timendum eſt. Tu autem, ô auare, vt aurum teneas, fidem perdis. Sic

S Aug. Pſalm. 52. *Auaro gratius aurum quàm fides*

E Auguſt. Nec immeritò. Nam verè idem de eodem dixit, *concion.* 3. *in Pſalm.* 30. Deus ſi ad te veniat ſine auro & argento, non vis ipſum. Ita nunc permulti Chriſtum non ſequuntur, quia per mundi contemptum ac durioris vitæ ſemitas incedit. quod in ſeipſo doluit aliquando Auguſt. ante perfectam ſui conuerſionem. Sic enim ait 8. *conf.* 1. Mundandum erat cor à fermento vetéri; & placebat via ipſe Saluator; & ire per eius anguſtias adhuc pigebat. Hæc Auguſt. Aduerte ampliùs, Deum poſtquam operatus eſt, requieuiſſe. Nec enim opportunè captatur ſine labore, & poſt otium requies. Hinc eſt, quòd diuites ac nobiles viri otio vacantes, & ſplendidis epu-

*Requies poſt laborem.*

 larum

A larum menſis accumbentes æſtuant tota nocte inſomni: at pauperes labore diurno fatigati, & fruſtulo panis contenti, placidos hybernis noctibus ſomnos producunt. Nam, vt legitur Eccleſiaſt. 5. *Dulcis ſomnus operantis, ſiue parum, ſiue multum comedat. Saturitas autem diuitis non ſinit eum dormire.* Docet etiam hic locus laborandũ nobis eſſe, & ſæpe, & multum laborãdum, tota ſcilicet vita, quæ ſignificatur ſex dierum decurſu: vt tandem in ſeptimo æternitatis die cum Deo quieſcamus. Enimuero ſedere & quieſcere voluit malus ille Angelus, qui propterea in dæmonem eſt commutatus, cuius illa vox eſt apud Iſa. 14. *Sedebo in monte teſtamenti, ſimilis ero Altiſſimo.* In eum B optimè D. Bernard. *ſer. de S. Benedicto*, ſic inuehitur. O impudens, impudens! millia millium miniſtrant ei, & decies centena millium aſſiſtunt, & tu ſedebis? Cherubin (ait Propheta) ſtabant, & non ſedebant. quid laboraſti, vt iam ſedeas? Omnes adminiſtratorij ſunt ſpiritus miſſi in miniſterium, & tu ſedebis? Ita Bernard. Neſcitis quid petatis, reſpondit aliquando Dominus diſcipulis, pro quibus pia mater ſupplicabat. Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo, *Matth.* 20. Vbi Rabanus: Neſciebant quid peterent, quia ſedem gloriæ à Domino, quam nondum merebantur, inquirunt. Delectabat eos culmen honoris, ſed priùs habebant exercere viam laboris. Hæc ille. C Sponſa loquitur Cant. 1. *Lectulus noſter floridus*, &c. Rectè Bernard. Sponſum inuitat ad requiem. Hoc enim melius quieſcere & cum Chriſto eſſet neceſſarium autem exire ad lucra propter ſaluandos. Ita *ſerm.* 46. Verùm reſpondit Sponſus, *Ego flos campi, & lilium cõuallium*, Cant. 2. vbi Bernard. *ſerm.* 47. Illa appetit quietem, ille incitat ad laborem. Illa monſtrante lectulum, ille vocat ad cãpum, ad exercitium prouocat. Nec putat quicquam perſuaſibilius fore illi ad ineundum certamen, quàm ſi ſeipſum certantis aut exemplum proponat, aut præmium. Hæc Bernard. Ex hac demum requie in die ſeptima putat Anaſtaſ. Sinait. moneri homines, vt ſenio aduentante, ritè D & Chriſtianè ad mortem obeundam præparentur. Sic ait. Sexto die creatus eſt homo: ſeptimus eſt decrepitæ ætatis, nempe ſana conſcientia, grauiſque, honeſta, ac pia vitæ agendæ ratio: vt terræ per mortem reuocetur requieta, quando tanquam albeſcens ſpica, & tanquam maturum frumentum recedes in tempore, portatus in ſepulchrum. Hæc Sinaïta.

*Pauper dormit, diues vigilat.* Eccleſ. 5.
Iſa. 14.
S. Bern.
*Laborandum pro præmio cæleſti.*
Iſa 6.
Matth. 20.
Rabanus.
Cant. 1.
S. Bern.
Cant. 2.
S. Bern.
*Labor quieti anteponendus.*
*Chriſtus exemplum eſt & præmium.*
Anaſt. Sin.
*Senex ad mortem ſe preparet.*

---

## SECTIO II.

E *Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo, quod creauit Deus, vt faceret. Iſta ſunt generationes cæli, & terræ, quando creata ſunt in die, quo fecit Dominus Deus cælum & terram: & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra, omnémque herbam regionis, priuſquam germinaret: non enim pluerat Dominus Deus ſuper terram, & homo non erat, qui operaretur terram: ſed fons aſcendebat è terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ.*

A 1. ET *benedixit diei ſeptimo.*] Solum diem ſeptimum Deus benedictionis ſuæ prærogatiua donauit. Nihil enim ſimile in alios ſex dies contulit; creaturis tantum in eorũ ſingulis à ſe productis benedictionem impertiuit. De hac benedictione Dei multa Patres Doctoréſque loquuntur. Atque inprimis D. Chryſoſt. *hom.* 10. ad hunc modum diſſerit. Die ſeptimo ab operibus ſubſtitit opifex. Omnia enim iam perfecta erant ſex diebus. Vt autem dies ſeptimus aliquid ad verbum & nomen ſuum habeat, & ne videatur minus aliquid habere, quàm cæteri dies, eo quòd nihil in eo factum ſit, benedictione ipſum dignatus eſt. Et benedixit Deus, &c. Quid igitur non B erant & cæteri dies benedicti? erant profectò, ſed ſufficiebat illis pro omni benedictione, quòd in ſingulis illis creaturæ productæ fuerunt. Et ideo de illis non dixit: Et benedixit. In ſolo autem ſeptimo hoc dixit. Ita D. Chryſoſt. Similia profatur Procop. ad hunc modum. Ne quis inutilem hunc diem auerſetur, quaſi nullo opere à Deo dignus ſit habitus, meritò ſubditur: *Et benedixit Deus diei ſeptimo.* Non enim ſuis laboribus & operibus eum parum idoneum iudicauit: ſed eum ſtatuit vt ſit vtilis ad vacationem ab operibus benedictione ſeptimum, reliquos operibus honorauit. Sic ille. Accommodatus ſanè locus ad arguendam hominum inertiam, ablegandúmC que otium toti naturæ iniurioſum. Quorſum enim: Fiat lux, vt luceat: Fiant luminaria, vt diuidant diem: Producat terra herbam: Producant aquæ reptile, volatile: Producat terra animam viuentem: item; Creſcite, & multiplicamini, &c. Quorſum (inquam) hæc tam multiplex, & varia operandi inculcatio, ab Autore mundi toties repetita, niſi, vt otium, quaſi omnium ditiſſimam peſtem à tota rerum natura prorſus exterminaret? Iccirco ad ignauos, & corpore deſides dirigitur illa ſimilitudo arboris infructuoſæ, quæ damnatur ad ignem; vt quid enim terram occupat? *Luc.* 13. De qua ſic ediſſerit S. Petr. Chryſ. *ſerm.* 106. Infructuoſa arbor exhaurit terræ vires, D intricat ceſpites, cultorem conficit damno, afficit tædio poſſidentem: & ſic excidere iſtam lucrum eſt. Sic homo qui naturæ donum, munus animæ, rationis beneficium, excellentiam ſenſus, artis induſtriam, culturæ bonum, per ſteriles atque inopes actus euertit, occupat, mergit auctori fructum, cultori gratiam negat, è vita meretur excidi. Sic ille. Idem eleganter ad illa verba Domini: *Venite, faciam vos piſcatores hominum*, Matth. 4. ita excurrit. De labore tranſeunt ad laborem, quia labor neſcit laſceſſere meditatus. Omnia, quæ de vſu veniunt, non fatigant. Virtus exercitio perſeuerat. Hinc eſt quòd Apoſtolos ſuos Chriſtus humanis laboribus exerceri voluit, vt E eos indefeſſos redderet in diuinis. Voluit eis Deus manere fortitudinem, de exercitio præſtare virtutem: & quia fructus prouenit ex labore, voluit eos labores non perdere, ſed mutare: ipſo antè illis vſum laboris indulſit, qui poſtea eis tolerantiam dedit virtutis. Sic P. Chryſol. *ſerm.* 28. Profectò nullum è ſeruis ſuis Dominus patitur otiari.

2. Docere igitur voluit Deus hominem, iam inde à primæua ipſius conſtitutione, quàm alienum ſit à natura hominis otium, & quàm deteſtandum huiuſmodi vitium, plurium malorum ſeminarium, incentiuum, ac nutrimentum. Pulchrè à D. Bernard. vocatur otium, mater nugarum, nouerca virtutum. Et quidem appoſitiſſimè.

*Benedicitur à Deo dies ſeptimus, non alij ſex*
S. Chryſ.
*Operatio bona benedictio.*
Procop.
*Otium abhorret natura.*
S. P. Chryſ.
S. Bern.

mè. Quid enim infelicius nouercali conſuetudine cernes, vbi quis poſt primas nuptias, è quibus ſuſcepit liberos, alteram deinde vxorem ducit, nouercam & peſtem pueris alterius parentis domum induci. Cernes miſellos malè verbis, peiùs tractari factis, fame enectos, ſqualore informes, macie confectos, non vt liberos (quippe cùm matre orbati mœreant) ſed vt hoſtes nouercali odio perenniter exacerbari. Contrà verò, ſi fœmina mater aliorum ſit, eos facie veſtitúque nitentes, cibo ac potu pingues, familiæ totius quaſi hæredes dominóſque geſtire ac triumphare. Nec mirum; matrem habent. Ita planè, vbi regnat otium, pariter vitia regnant; matrem vitia habent indulgentiſſimam. At virtutes perfunctæ inteſtinis rixis, odiíſque, virulenter in dies acceptæ, procul tandem ab domo ſecedunt, in exiliũ voluntarium: nouercam ſcilicet fugiunt. Eſt itaque otium virtutibus animæ odium, & bellum nouercale. Hoc ſanè malum ab homine longiùs amouere curans Deus, licèt hominem lapſum poſt peccatum, factus homo ſuo ſanguine redemptum in priſtinam, atque adeò longè abundantiorem gratiam vindicarit: non tamen à conflictatione cũ pœnis, doloribus ac vitæ miſeriis, immunem & liberum eſſe voluit. Adhuc enim (inquit Procopius *in 3. Geneſ.*) malis hominem Deus diuexat, atque opprimit: quia nihil æquè, atque otium infeſtat humanum animum. Qui licèt tot eum vallent negotia, curæque, nihilominus peccat. Item: Labor ſemper virtutis antambulo eſt, vitium comitatur ignaua quies. Ita Procop. Quod quidem de hac peſte iudicium efficaciùs comprobatur ex illa ſacrilega impietate Hebræorum ad vitulum adorandum corruentium: cui deinde malo mederi Deus volens tam importunam legum, præceptorum, ſacrificiorũ, cæremoniarum, cùm multitudinem, tum varietatem Hebræis inſtituit obſeruandam: vt rerum huiuſmodi legalium perpetuo ſtudio liberioris otij comprimeret licentiam. Quod his verbis explicat D. Chryſoſt. *in 1. Corinth.* 2. Iſraelitæ, cùm ſine labore vitam agerent, & quiete fruerentur, in impietatem prolapſi ſunt. Iccirco Deus leges multas illis inſtituit pro fræno, quæ occupationis materiam præberent. Ita Chryſoſt. Neque verò virtutum ſolùm, ſed etiam vitæ ac laudis gloriæque ſtudio inimicum haberi otium conſtat. Nam *Deuteron.* 20. qui plantaſſet vineã, necdum illius fructum comediſſet. Item, qui ædificaſſet domum, aut recenti ſponſalitio detineretur; ille verò nondum introiſſet domum, iſte nondum vxorem duxiſſet: immunes hos, ac liberos Deus eſſe voluit à bello. Clem. Alexand. exiſtimat, ideo ſic inſtitutum fuiſſe, vt, quia molles, deſides, ignaui eſſent, à belli ſtudio gloriáque arcerentur. Philo autem Hebræus aliter explicans: Ne quis (inquit) otioſus alienis laboribus fruatur. Sic ille. Videlicet ne euntibus illis ad bellum, interim alij otiantes domi, nuptiis, ædibus, vineiſque alienis potirentur. Præcipuè verò, quod attinet ad præſentis loci explicationem, commendatur homini ſtudium beneficentiæ erga alios, quod benedictione Dei, in ſeptimum diem effuſæ correſpondeat: & è contrario, omnis inertia, & intermiſſio bonorum operum (vt vocant) miſericordiæ damnatur. Vt enim alibi dictum eſt à D. Chryſoſt. Qui ſibi ſoli viuit, ſuperfluus eſt. Quod etiam Ethnicus homo Veſpaſiani filius Titus Imperator optimè intellexit; qui cùm aliquando ſub noctem recordatus nihil cuiquam tota illa

*Otium nouerca, & mater.*

*Chriſtus otiũ ab hominibus expellendum curauit.*

Procop.

*Lex Moſaica contra otium Hebræorum.*

S. Chryſoſt.

Deut. 20.

Clem. Alex.

*Otioſum dedecet alienis frui bonis.*

Philo.

*Beneficentia commendatur.*

S. Chryſ.

*Non viuit, qui aliis non benefacit.*

A die beneficij ſe contuliſſe, ad amicos conqueſtus dixit: Amici, diem perdidimus. Sapienter planè: diem enim non viuit, qui diem perdit; diem verò perdit, qui ſine fructu boni alicuius operis erga proximum abire infructuoſum ac mortuum patitur. Maximè verò circa opera ſalutis æternæ intelligendum hoc eſt. de quo ſic egregiè Saluianus *lib. 8. de gubern. Dei.* Illud magni & ſingularis eſt meriti nõ ſolùm ipſũ labe nõ pollui, ſed prouidere etiam, ne vnquam alij polluantur. Procurator enim quodammodo ſalutis humanæ eſt, qui non tantùm id agit vt ipſe bonus ſit, ſed efficere & hoc nititur, vt alij mali eſſe deſinant. Poteſt enim quis inhoneſta horrere, non tollere. Sic B ille. Præclarum ſanè opus eſt proximum à cœno vitiorum ad virtutis puritatem traducere. quod S. Hieron. Paulino commendans *epiſt.* 12. Viue (inquit) in vrbibus & caſtellis, & aliorum ſalutem fac lucrum animæ tuæ.

3. *Et ſanctificauit illum.*] Perfunctùs iam creandi ſtudiis curiſque omnipotens conditor diem voluit agere feſtum, benedictionis ſuæ priuilegio ſacroſanctum. Ea namque eſt ad benefaciendum propenſione, vt per Oſeam cap. 9. dixerit, *Miſericordiam volui, & non ſacrificium.* Senſus eſt, autore D. Hieron. magis delector, cùm tui miſereor, quàm cùm ſacrificia mihi offeruntur. Sed multo etiam humanius, illud apud Ieremiam 32. C *Et feriam eis pactum ſempiternum, & non deſinã eis benefacere: & lætabor ſuper eis, cùm bene eis fecero.* Proh admirabilem Dei beneficentiam! pactum conſtituit firmauitque nobiſcum, vt nobis benefaceret? At quidnam vt firmum ratúmque ſit pactum, à nobis exigit? Nimirum, vt eius miſericordiam non demereamur, ſed eam plenis (vt aiunt) manibus, vltrò ſeſe nobis inferentem acceptemus. At longè aliter ſolet euenire, quemadmodum Ionas medio in cauernoſo balenæ vtero hauſtus deplorauit iis verbis: *Qui cuſtodiunt vanitates, fruſtrà miſericordiam ſuam derelinquunt,* c. 2. Quẽ locum interpretatur D. Hieron. Qui non ſolùm faciunt, ſed ita cuſtodiunt vanitates, quaſi D diligant, & theſaurum inueniſſe ſe putent. Deus autem natura miſericors eſt, & paratus, vt ſaluet: nos autem vitio noſtro paratam miſericordiam, & vltrò ſe offerentem perdimus, & relinquimus. Illi igitur ſtantem miſericordiam, & vltrò ſe offerẽtem ſponte propria derelinquunt. Hæc Hieron. Nota Dei miſericordiam ſtare; expectare homines, non eos autem aufugere; vltrò etiam ſeſe ingerere, & quaſi inuitis ac repugnantibus violenter ſe intrudere. Tam nobis paratam, tam certam, támquam ad omnia præſentem adeſſe, vt non tam Dei, quàm noſtra miſericordia nominetur. Subtiliter etiam idipſum adnotauit Tertul. expendens illa verba Pſal. 21. *Foderunt manus meas,* transfert ille, *exterminauerunt.* Quod vnum inter omnia Hebrææ gentis in Chriſtum admiſſa facinora in cruce Dominus ipſe lamentatur: nimi- E rum adeò ingratum eſſe Iudæorum populum, ac ſuæ miſericordiæ inimicum, vt manus Domini ad benefaciendum ſemper liberas, expanſas, effuſas (liceat loqui) prodigas, à ſe amouerent, & exterminarent, ipſiúſque beneficia reſpuerent, clamantes: *Non hunc, ſed Barrabbam. Tolle, tolle. Nolumus hunc regnare ſuper nos.*

4. Sanctificauit igitur Deus diem ſeptimum. Illam inſuper ſanctificationem diei ſeptimi ſic declarant Doctores. Videlicet venerabilem & colendam diem mortalibus reddidit in memoriam ſuæ, poſt exactum mundi opificium, captatæ requietis.

Saluian.

S. Hier.

Oſeæ.

S. Hier.

Iere. 32.

*Dei propenſio ad benefaciendum.*

*Miſericordia Dei praſto eſt.*

Ion. 2.

S. Hier.

Tertul.

Pſal. 21.

*Iudas beneficia Dei auerſantur.*

*Iudæi Chriſtũ renunciant.*

Luc. 23.

Luc. 19.

Procop.

requietis. Siue, vt commentatur Procop. ſeptimum diem voluit eſſe documentum, vniuerſi naturam in eo eſſe conſummatam. Sanctificauit, id eſt, ſeparauit eum a reliquis, vt illius rei eſſet ſignum, & memoraculum. Sic ille. Præterea vt in ea die ab omni opere ſeruili feriati homines Deo creatori gratias haberemus pro noſtra, ipſorum totiúſque orbis creatione. Dies hic ſeptimus Iudæis ſabbatum inuiolabili præcepto extitit venerandum. ratióque illa optima adiungitur à Procopio: Vt ſi obliuio Dei fortè obreperet, tamen inuitis tandem ex ipſo die, quo quietem capiunt, in memoriam reuocetur is, qui omnia fecit, & die ſeptimo requieuit. Sic Procop. Sed in

Procop. *Gratia Deo habenda.*

B

lege gratiæ diſcuſſis oriẽte ſole iuſtitiæ cæremoniarũ legalium vmbris, nouáq; ſubinde hominis atque alterius mundi ſublimioris conſequente molitione, imò reformatione: ſabbati Iudaïci ſolennitas in diem dominicum Dei hominis reſurrectione clariſſimũ, ac proinde Chriſtianæ Reipub. ſummè venerabilem & ſacroſanctum commutata diſparuit. Porrò D. Chryſoſt. *hom.* 10. ita hunc locum interpretatur. Quid eſt, *Et ſanctificauit illum?* ab aliis illum ſegregauit. Statímque adiecit cauſam iſtius ſanctificationis; eo quòd in illo requieuerat ab omnibus operibus ſuis. Iam hic ab initio doctrinã hanc nobis inſinuat Deus erudiens in circulo hebdomadis diem vnum integrum ſegregandum, & reponendum in ſpiritualem operationem. Ita Chryſoſt. Theodor. autem *quæſt.* 21. *in Geneſ.* ita hoc loco ediſſerit. Demonſtrat Deus, quòd ſexto quidem die peregerat omnia (ſiquidem nihil in eis deſiderari putabat) ceſſauit autem ab omni opere die ſeptimo. Hac autem de cauſa diem hunc feriatum addidit, in quo nihil planè creauit, vt otio illo diurnu certum eſſet, ea omnia eſſe perfecta. Docuit igitur otio ſeptimi diei creationem eſſe perfectam. Deinde ne quis exiſtimaret, ſeptimum diem inutilem & ſuperfluum eſſe, eo quòd in eo Deus nullum opus fecerit, quemadmodum nonnulli feriatos dies deteriores cenſere ſolent. Ne quid tale de ſeptimo æſtimaretur, ſubiecit: *Et benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit illum.* In quo demonſtrauit, quòd illum diem non inutilem putabat ad creandum, ſed ad quietem accommodatum ſtatuit. Itaque benedixit ei, & ſanctificauit eum, qui reliquos quidem dies, aliquid in eis creando ſummo honore proſequutus eſt. Hæc Theod. Qui etiam, vt vides, circa benedictionem Dei erga diem ſeptimum, & non aliis ſex diebus impertitam. Similiter, vt D. Chryſoſt. & Procop. (quod ſuprà diſcuſſum eſt) philoſophantur. Diſce hinc à conditore mundi opera tua in illius obſequium ſuſcepta demum ad optatum debitúmque exitum perducere. Incipere quidem & multorum eſt, & non magnæ laudis: at perficere paucorum eſt, & conſummatæ gloriæ; cùm auditur: *Intra in gaudium, & requieſce in Domino Deo tuo.*

*Sabbatum in dominicum diem mutatur.*

S. Chryſ.

C

Theod. *Feſtus dies à Deo præſcribitur.*

D

*Sanctificatio Dei ſupplet operationem.*

E

5. Vſque adeò hæc diei in hebdomadæ circulo ſanctificatio placuit creatori, vt propterea ſanctificatum hunc à ſe diem benedictionis priuilegio donatum inter cæteros, atque ipſius Dei requieti deſtinatum percelebrem nobis, venerandúmque reddiderit. Deinde, vt egregiè adiungit D. Auguſt. ad quietis deſiderium nos hortatur, dicens ſe diem ſanctificaſſe, in quo requieuit. Cæteros enim dies operis ſui non legitur ſanctificaſſe, tanquam apud ipſum plus quies, quàm operatio valeat Sic Auguſt. Comperium hinc habes, ad quietem animæ à ſeruilibus ac terrena-

S. Aug. *Requies ſanctifica Deo gratior, quam operatio.*

A

rum rerum curis feriatæ captandam, atque ad obſequium ſummo conditori Deo præſtandum diuinitus inſtitui dies feſtos. Etenim, vt ait D. Gregor. Nazianz. *Orat. in ſancta lumina*: Dei memoria præcipuum feſti caput eſt. Idem de feſtis in Chriſti Domini honorem celebrari ſolitis ita loquitur *in Orat. de Natiu. Domini.* Proh quot mihi feſtos dies ſingula Chriſti myſteria ſuppeditant! Quorum omnium vnum hoc caput eſt, atque vnus hic ſcopus: ſcilicet mea perfectio, & inſtauratio. Sic Naz. Neq; verò putandum eſt, ita feſtũ diem tranſigi oportere ſolius religionis nomine; vt honeſtioribus animi & corporis laxamentis omnis aditus præcludatur. Luculenter

S. Greg Naz. *Feſta quomodo celebranda.*

B

enim id argumenti peragens idem Naziãz. *Orat.* 3. ſic ait. Non animi relaxationem interdictam volo, ſed petulantiam coërceo. Ne ſancta impurè, & ſublimia demiſsè, & honore digna turpiter, & ſpiritualia terrenè celebremus. Quid paleæ cum tritico, quid carnis voluptati cum martyrum certaminibus? Hæc Nazianz. Grauiter autem ſemper inuecti ſunt Eccleſiæ ſanctiſſimi Patres in iſtam tam irreligioſam falſámq; pietatem hominũ prorſus amentiũ, qui dies Chriſto Domino, Virginique Deiparæ ſacros, & maiorum inter cælites Apoſtolorum feſtos, liberiore viuendi, epulandi, veſtiendi, obambulandi, imò & quod horribile dictu eſt, peccandi licentia, profanare

Greg. Naz.

*Contra profane feſta celebrantes.*

C

conſueuerunt. Audi D. Hieron. *ad Euſtochium.* Prouidendum eſt, vt ſolennem diem, non tam ciborum abundantia, quàm ſpiritus exultatione, celebremus. Quia valde abſurdum eſt, nimia ſaturitate velle honorare Martyrem, quem ſcias Deo placuiſſe ieiuniis Hæc Hieronym. Sed quo tandem verborum pondere, ſententiarúmque aculeis perſtringeret damnarétque vir ſanctiſſimus, non tam epulas, aut veſtium lenocinia, aut pompatum fercula, quæ diebus feſtis, vel maximè ſe produnt; quàm turpitudinum commercia, meretricia, ſpectacula, ludorum luſuúmque procacitates, atque æſtuantia libidinum incendia? Profectò non minùs in huius temporis tam nefariam conſuetudinem, quàm olim apud Hebræos inuectus dicet Dominus cap. 1. Iſa. *Solennitates, & dies feſtos, & ſabbata veſtra odit anima mea.* Vbi Tertul. *lib. 2. contra Marcionẽ, c.* 22. Veſtra dicit, quæ ſecundùm libidinem ſuam, nõ ſecundùm religionem Dei celebrando, ſua iam non Dei fecerant. Hæc ille. Simile argumentum leges apud Oſeam c. 8. illis verbis, *Hoſtias offerent, immolabunt carnes, & comedent. Et Dominus non ſuſcipiet eas.* Quem locum ſic explicat D. Hieron. Altaria iccirco fecerunt, non vt mihi placerent, ſed vt multis hoſtiis immolatis, carnes earũ comederẽt: non ſuſcipiet eas Dominus, quas nõ illi, ſed ſuo ventri immolauerunt & gutturi. Sic Hieronym. Ac mihi quidem Prophetarum dicta ſæpiùs expendenti occurrit ſuſpicandi ratio: num propter tam turpiter prophanatas Dei ſolennitates à populo Hebræorum, excidium eorumdem, ſuam Deus vocauerit feſtiuitatem, vt ſtatim ſubiicit idem Oſeas: *Quid facietis in die ſolemni, in die feſtiuitatis Domini?* Ea ponit verò D. Hieron. Cùm venerit dies captiuitatis, & ſæuiſſimus hoſtis ingruerit, quæ mea ſolennitas eſt; quam ego placabilem habeo hoſtiam, quia mo de meis hoſtibus vindicat, & iniuriæ ponit modum; & flagellat impios. Hæc ille.

S. Hieron.

D

Iſa. 1.

Tertul.

Oſeæ 8.

S. Hieron.

E

S. Hieron *Feſtum Dei vlciſci ſe de peccatoribus.*

6. Admirari etiam hic oportet, infinitam Dei bonitatem, qua perhumaniter conſultum eſſe voluit calamitoſo generi opificum, fabrorum, atque

que adeò ſeruorum, qui totos in hebdomada dies, imò & totam vitam in laboribus ærumniſque conſumunt. Habeant igitur ſaltem octauo quoque die a laborando vacationes, ferientur miſeri, requieſcant: atque ad ſubſequentem deinde ſuorum operum ſarcinam leuiuſculè ſaltem aſportandam, vitium & animorum nonnihil reſumant. Quò planè ſpectat præceptum illud Hebræis in lege ſeueriſſimè præſcriptum Deut. 23. *Septimo die ceſſabis, vt requieſcat bos, & aſinus tuus, & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena.* Vbi notabis vacandi à labore indulgentiã ad bruta quoque animantia extendi, Deóq; eſſe curã de bobus, ſed quia homini laborant. Iure igitur optimo ſeruus cum hero expoſtulet, quando ne vnum quidem in hebdomada ferialem diem, à Deóque ad vacationem inſtitutum, miſero laboribus penè confecto concedet. Neque verò ignauiæ ſeruorum plus æquo dandum eſt, vt laſciuiant otio, ac deſidia, & conſequenter aduersùs dominus exultent; quo morbo laborare legitur ancilla Saræ, quæ, vel ipſo ſuo nomine ignauiam, deſidiam, otiúmque præferebat; Agar enim, vt quibuſdam placet, vertitur ſomnians ſeſta. O quàm diuerſa iſta ancilla ab illa, quæ dicebat: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum*, Luc. 1. Ancillã ſe dicit, quæ in matrem Dei, & in Reginam cæli eligitur. Ecce ancilla (inquit.) ſcilicet apparatus officij eſt, ait D. Ambroſ. Adde, & apparatus amoris eſt, cui nullum eſt graue ac difficile obſequium. Etenim (vt Saluianus ait *de gub. lib. 3.*) ſicut nihil eſt tandem quod ei graue non ſit, qui inuitus facit: ſic nihil eſt tam graue quod non ei, qui id libenter exequitur, leue eſſe videatur. Sic ille. Hæc animi tam officioſa promptitudo, hic amor tam ſtrenuus ad ſeruiendum exprimitur in illo aduerbio, *ecce*. Ad calcem huius commentarij relege caput vltimum Iſai. vbi myſteria, ſolēnitates, atque omnis felicitas Eccleſiæ in futura lege gratiæ prædicuntur, atque inter alia ſic Propheta, *Et erit menſis ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato: veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea, dicit Dominus.* D. Hieron. viſum eſt hic prænunciari admirabilē tranſmutationem, quæ de feſtiuitatibus Moſaïcæ legis in feſtiuitates Chriſtianæ fidei facta eſt. Erit (inquit) menſis ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato, vt de carnalibus ſabbatis mēſibúſque fiant ſpiritualia ſabbata delicata, qui ſabbatiſmus Dei populo reſeruatur. Bene id quidem; ſed magis ad literam intelligunt alij de multitudine dierum feſtorum in lege gratiæ, qui non vt in lege veteri, in qua tantùm certis ſtatiſque menſibus feſta indicebantur, & populus ad adorandum & ſacrificandum in templum Salomonis confluebat, ſed cum multo numeroſiores ſint, alij alios attingunt. quæ phraſis etiam Luſitanis eſt, *de ſabbado em ſabbado, de mes em mes*, ſignificans valde magnam & continentem dierum feſtorum ſeriem. Ea verò eſt feſtiuitatum Chriſti Domini, Virginis Deiparæ, ac Diuorum ſolennitas, tam læta, tam grata, tanto Dei, cælitum mortaliúmque applauſu, orationéque perſonans, vt quot in anno dies computantur, tot in Eccleſia Chriſti Pontificis, ad ſancta ſanctorum non vno tantùm in loco, ſed vbique terrarum ac gentium myſteria celebrantis, tintinnabula feſtiuiter concrepare videantur. quod antiquæ legis Pontifex ſancta ingrediens pontificia illa veſte memorabili præſignificabat, vt luculenter oſtēdit Clemens Alexand. *ſtromat. 5.* ad hunc modum. Trecenta ſexaginta ſex tintinnabula, quæ pendent à veſte ta-

*Feſtum etiam inducitur, vt vacent opifices, & ſerui.*

Deut 23.

*Otium nocet ſeruis.*

Luc 1.

*B. Maria famulandi ſtudium.*

S. Amb.

Saluian.

Iſa. 66.

S. Hieron.

*Feſtorum in lege Chriſti numeroſitas.*

*Pontificiæ veſtis ſignificatio.*

Clem. Alex.

A lari ſummi Pontificis, eſt tempus annuum: annus, inquam, Dominſ acceptus, prædicans, & reſonãs maximum aduentum Seruatoris. Sic ille. Haud neſcio ea tintinnabula minore ab aliis numero computari; quid autem certi omninò ſit, non facile ex ipſo textu elicitur. Beda exiſtimat ſignificari per ſeptimum hūc diem ſanctificatum tempus illud ſabbatorum, in quo Chriſti Domini corpus exanime iacuit in ſepulchro. Sic enim ait: Sicut crebris victimis ſanguis Chriſti ſemel fundendus ſignificabatur: ita per requiem diei ſeptimæ, poſt opera ſex dierum ſæpè celebratam ſignificatur ille dies ſabbati, quo Chriſtus ſemel in ſepulchro quieturus, perfectis ſexta die omni-

B bus operibus, quibus mundum ſex diebus perfectum reſtaurauit. Alij verò, præſertim D. Auguſt. hac ſex dierum ſerie, in quibus mundi machina conſtituta eſt, præſentis vitæ ſtatum ad laborandum promerendúmque aſſignatum, ſabbato autem requieti conſecrato, æternæ beatitudinis requiem deſignari voluerunt. Et quemadmodum opifices ac ſerui tota hebdomada laborantes diei feriati ac feſti expectatione recreantur; ſic planè tota vita laboribus perfuncta iuſtorum in expectatione eſt ſempiternæ requietis. Vnde Propheta: *Et nunc quæ eſt expectatio mea? nónne Dominus? & ſubſtantia mea apud te eſt*, Pſal. 38. Vbi ſic Theodor. Subſtantiam Aquila expectationem dixit: vi-

C delicet te expecto circunſpiciens; tuam benignitatem præſtolor. Hebr. תוחלתי *thochalti*. Spes, expectatio mea, vertit Pagnin. nimirum tota ſubſtantia, tota vita, opéſque Prophetæ nil aliud erant, quàm ſpes in Deo ſuo.

7. *Quod creauit, vt faceret*, &c.] Hebraïſmus valdè vſitatus, creauit vt faceret. Hebr. creauit faciēdo, faciendo fecit. Hæc geminatio figura eſt, qua verbum idem verbo eidem ad maiorem ſignificationem adiungitur. Eſt illa perquam familiaris Chaldæis, atque Hebræis, Latinis aut non cognita, aut non vſitata. Denotatur hac geminatione inprimis ſtudium ac diligentia quæ rei tractandæ, aut operi moliendo adhibetur, vt Pſ. 39.

D *Vt facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui*: hoc eſt, magnopere deſideraui, quicquid mihi iuberes exequi. Denotatur etiam certitudo, hauddubiè fieri, factúmve iri, de quo agitur, vt Amos 7. *Iſrael migrando migrabit*. Hebr. גלה יגלה *galoh igleh*. id eſt, certiſſimè captiuus migrabit. Item Thren. 1. מרה מריתי *marò mariti*, rebellãdo rebellauerim: id eſt, certò quòd rebellis fuerim. Denotatur tertiò operis perfectio, & conſummatio; & confirmatur ex verſione LXX. quæ ſic habet: Incepit facere. ſignificat autem operis molem, ſtudium, affectum, induſtriámque operantis, atque adeò perfectionem ipſius operis: licèt enim Deum incipere, lentum neſcio quid ac maturum, & con-

E ſequenter operoſum præ ſe ferat; nihilominus cùm Dei voluntati atque omnipotentiæ nihil poſſit ſubſiſtere, Ipſa inceptio operis pro ipſius conſummata perfectione cenſetur. Generationes cæli, creationes intelligit. In die, id eſt, toto ſpatio ſex dierum, vt Beda exponit.

8. Deus. Hebr. יהוה אלהים *Iehouah, Elohim*. hucuſque Elohim Dei nomen, de quo ſuperiùs diſſeruimus, poſitum eſt; nunc primùm cœptum eſt euulgari nomen Dei proprium ineffabile, ſacroſanctum, ſcilicet tetragrammaton, hoc eſt, quatuor literarum, Iehouah. Antequam verò aliquid de hoc ineffabili nomine perſtringamus, aduertendum eſt cum D. Cyprian. *tract. in ſymbolum*, Dei nomine ſignificari ſubſtantiam (vt ait) ſine initio.

Bed.

*Sepulchrum Chriſti figuratur.*

D. Aug.

Pſal 38.

Theod.

*Hebraïſmus geminati verbi.*

Pſal. 39.

Amos 7.

Thren. 1.

S. Cypr.

*Dei ſignificatio.*

initio, ſine ſine, ſimplicem ſine vlla admixtione, inuiſibilem, incorpoream, ineffabilem, inæſtimabilem, in qua nihil adiunctum, nihil creatum ſit, ſubſtantiam, quæ eſt ſuper omnia. Idem *in prologo tract. de cardinalibus operibus*, Deum dicit nec nominibus, nec effectibus arctari, ſed excedentẽ omnia, & æternaliter antecedentem poteſtatem & virtutem, nihil habere coæuum, cuius immenſitatis profundum, nulla creatura, vel cæleſtis, vel terrena metitur. Ita Cyprian. Hanc igitur ſubſtantiam, Deum Latinũ appellamus, Hebræi multis nominibus ſignificant, ſed omnium (ſicuti magis proprio, & ſignificatiore) quam auguſtiſſimo, Iehouah. Deducitur à radice היה *haiah*, fuit. Quaſi per hoc indicetur ipſa ſubſtantia, ipſummet eſſe perfectum, atque independens, & fons atque origo omnis eſſentiæ, & vitæ. Hoc nomen licet nunc primò poſitum ſit à Moyſe, nihilominus nunquam à condito orbe per tam longas annorum miryades, hominibus innotuit vſque ad Moyſem, dum paſceret gregem in terra Madian, viſionique rubi ardentis admirabili aſſiſteret, vbi & Dei colloquio familiariſſimè viſus eſt.

Exod. 6.

*Nomen Dei ineffabile quando reuelatum.*

Tunc enim legimus cap. 6. Exod. *Loquutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens. Ego Dominus qui apparui Abrahã, Iſaac, & Iacob, in Deo omnipotẽte, & nomẽ meum Adonai non indicaui eis.* Hebraicè וארא אל אברהם אל יצחק ואל יעקב באל שדי ושמי יהוה לא נודעתי להם *Vaera el Abraham, el Izchag, veel Izhaquob, veel xadai: vxmi Iehouah lo nodagh-thi lahem.* Et viſus ſum ad Habraham, ad Iſaac, & ad Iacob in xadai. Et nomine meo Iehouah non cognitus ſum eis. Ex quo loco apertè colliges, nomen *xadai*, quod vertitur, omnipotens, abundans, ſufficiens, primæuis Patribus in prioribus mundi ætatibus innotuiſſe: at nomen Iehouah primò omnium mortalium à Moyſe auditum, ſimúlque euulgatum.

9. Hinc etiam intelliges quàm leui fundamento nitantur, qui ad huius ſecundi capitis verba (in die, quo fecit Dominus Deus cælum & terram) confingunt myſteria; nimirum quare nunc primùm Dominus, deinde quare Dominus Deus ſcribatur, ac de dominandi nomine, poteſtatéque Dei, poſt exactam creaturarum productionem, myſteriorũ quaſdam occultas rationes euoluendo philoſophantur. Nam licèt hoc loco

Exod. 6.

nomen, *Dominus*, & Exod. 6. *Adonai* legatur, in vulgata biblia: vtrobique tamen legitur in fonte nomen *Iehouah*, cuius quidem radix non importat dominium, ſed eſſentiam. Et quia Hebræis religio erat ſacroſanctum Iehouah nomen proferre, aliis proinde nominibus reddi ſolet apud illos frequentiſſimè Adonai, nos reddimus, Dominum. Quòd ſi adhuc bonis alioqui autoribus inſiſtens myſterium recognoſcas in duobus illis

Anaſtaſ. Sinaita.

*Deus hominem conditũ dominum ſenerat.*

nominibus, nunc primùm in cap. 2. poſt hominem conditum euulgatis: accipe quid Anaſtaſius Sinaïta conſideret. Sex quidem (inquit) dictum creaturas, cùm eſſet ſimplex, hoc eſt, vno tantùm nomine ſignificatus fabricatur: poſt nouam autem, quæ poſt fuit, creaturam, vt quis factus eſſet compoſitus Dominus Deus, id eſt, Deus homo Christus Ieſus dicitur. Idem etiam addit. Cur Deus nominatus eſt Dominus poſt hominem creatum, & in figura poſt carnis ſuſceptionem?

*Hominum quomodo Deus factus.*

Tunc Dominus eſt appellatus, vt qui noſtri dominaretur, in quos antea dominatum obtinebat diabolus. Sic ille. Vide quanto in pretio Deus hominem habeat: quo nimirum conditor Dominum ſe eſſe conclamauit. Scio apud Hebræos

A quibuſdam indicibile hoc nomen haberi, & vocari: putant enim pronunciari ab homine haud poſſe: ac tametſi eius literæ ſyllabæque pateant, prolationem tamen eſſe prorſus nobis ignotam. Sed hoc olet futilem Iudæorum ſuperſtitionem. Melius eorum alij vocant ideo ineffabile quod

*Superſtitio Iudæorũ circa Dei nomen.*

cùm ſit Dei proprium nomen, euulgari in plebe, & ore humano proferri honoris gratia non deceat, nec debeat. Sed velim potiùs, vt iſti tam religioſi Hebræi, Deum meliore & altiore viuendi, quàm loquendi & pronunciandi ratione honorandum eſſe arbitrarentur: nec audirent à Domino, illas tam ſæpè repetitas querimonias: *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt*

B *a me.* Iſa. 29. Proferte iam nunc Hebræi, piè quidem, audacter tamen, ſacroſanctum nomen Dei Iehouah: ac ſimul vera in Chriſtum fide & ſanctitate vitæ (quæ extra Chriſtum nulla eſſe, nec fingi poteſt) Deum ipſum colite.

Iſa. 29

*Viuendo potius, quam loquendo Deus colitur*

10. Hac de re pulcherima eſt illa comprobatio D. Cypriani *lib. de dupl. mart.* Omnis (inquit) piorum vita teſtimonium reddit Deo: non quod ille cuiuſquam egeat teſtimonio, qui ex ſe fons eſt æternæ gloriæ, vt nec vllis hominum honoribus fieri poſſit honoratior, nec vllis mortalium ignominiis obſcurior. Sed tamen ita viſum eſt æterno illius diuinóque conſilio, vt ſuam bonitatem, ſapientiam ac potentiam apud homines per

S. Cypr.

*Deus non à nobis & per nos ſolis honoratur.*

C homines velit illuſtrari: ſicut multa hominibus per homines largitur, quæ per ſe dare poterat, qui quicquid vult, mera poteſt; & cui voluiſſe, feciſſe eſt. Et quamquam ad illam ineffabilem maieſtatem nulla pertingit ignominia, tamen in Scripturis ita loquitur, quaſi per nos, vel honoretur, vel ignominia afficiatur. Sicut autem nomen Dei glorificatur vita piorum hominum, in quibus ipſe per ſpiritum ſuum operatus, quicquid faciunt boni: ita è diuerſo polluitur & infamatur malefactis eorum, qui ſe Dei coltores profitentur. Quemadmodum & militis virtus, aut ſerui probitas redundat in gloriam ducis, aut heri; ita militis ignauia: aut ſerui nequitia, de-

*In Deum redundat noſtra laus aut ignominia.*

D decori eſt duci, aut hero: propterea quòd horum mores magna ex parte pendent ab illorum moribus in quorum poteſtate ſunt. Qui etiamſi prorſus abſunt ab omni culpa, tamen popularis exiſtimatio ſolet dominorum mores ex ſeruorum moribus æſtimare. Quoniam autem homines ex ſeſe nihil habent virtutis, quicquid per nos rectè geritur, cedit in gloriam Dei, & ideo theſaurum diuinæ potentiæ promit interdum ex vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtus Dei, & non ex nobis. Hæc omnia Cyprian. Nobiliores ego illius ſententias ſtatueram indicare, ſed quia per ſe patent, legentium ſedulæ diligentiæ relinquo. Sciant denique Hebræi iſti nimium circa

*Seruorum mores pendent ex dominis.*

E verba religioſi, at circa vitam pluſquam irreligioſi: quod eleganter à D. Hilario dictum eſt: Regnum cælorum ſola verborum officia nõ obtinent. Audiéntque demum aliquando ſatis ſuo malo, cùm infructuoſa erit pœnitentia, inaniſque deploratio (vt monet D. Cypr.) à iudicis ore, *Neſcio vos. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui fecerit voluntatẽ Patris mei*, &c. Sit iam bonis auribus (vt volunt Hebræi) nomen hoc indicibile. At inſtrium, & infuſum vti eſt nomini ſacroſancto Ieſu, & pronunciari, & dici, & prædicari poteſt. Certum eſt enim è quatuor literis nominis יהוה *Iehouah*, tres in nomine, יהושע *Iehoſuagh* inueniri. Venit enim in mundum Dei, Verbum factus homo, vt

S Hilar.

*S Cyprian In terrorem nimia religio verbis.*

Deum

Deum manifeſtaret hominibus; quod ſæpiùs in A Euangelio inculcatur, atque adeò per incarnationis myſterium Deus abſconditus ſcitur, videtur, palpatur, cum hominibus cõuerſatur, imò & patitur, & moritur in terra. Sic igitur euulgatur *Iehouah*, vbi cum *Iehoſuagh* cõiungitur. Nota etiam à radice ישע *iaxagh* ſaluauit, deduci ישע *iexagh* ſalus, indéque *Iehoſuagh* ſaluator, ἰησοῦς: vt vertunt LXX. quod eſt nomen *Ioſue*, & *Ieſu Ioſedech*. non autem *Iexu*, vt Iudæi appellãt per contemptũ. Ita Bellarm. *in arte Hebrea noua, pag.* 19.

*Ieſu nomen explicatio eſt nominis Iehouah.*

Bellarm.

11. *Et omne virgultum.*] Significat primam illam plantarum productionem non ex ſemine in terrã infuſo, neque beneficio Solis, & pluuiæ, atque humanæ culturæ factam fuiſſe, ſed ſolo conditoris verbo, vt viſum eſt in primo capite.

B

*Dies in orbe primi erant ſudi.*

*Noctes primæ erant roſcidæ.*

*Vapor roridus dicitur fons.*

12. *Sed fons aſcendebat, &c.*] Primores illi natales mundi dies erant ſudi, ac ſereni; nondum pluuij, aut nubili, aut nebuloſi. Nihilominus vi Solis in altum vapores ſublati, noctu aliquantulum denſiores effecti cogebantur in roridam nubem: quæ ſubinde reſoluta in tenuem rorem placidè & guttatim humectabat, fouebat, nutriebátque tellurem, eiúſque plantas. Iſte igitur vapor vocatur hic fons qui à terra in altum aſcendebat, & irrigabat ſuperficiem terræ. Alij longè aliter opinantur: ſed quod ſtatuimus, pluribus & doctioribus perplacet. Scio à piis autoribus hoc loco in myſtico ſenſu totam hanc mundi fabri- C cam accommodari ad Virginis Deiparæ laudationem. Cùm enim illa ſit nouus à Deo conditus mundus, in quo noua ſunt omnia: profectò ſex dierum opera in illa egregiè conſiderantur. Cælum ipſa eſt, ſed vtique animatũ, de quo ait Dominus: Cælum mihi ſedes eſt. Ipſa eſt terra, ſed benedicta à Domino, ex qua fructus ſublimis, fructus gloriæ & honeſtatis, Deus nimirum factus homo prodiit. Ipſa luna eſt ad noctem huius ſæculi irradians; ipſa quoque ſol in æternitatis die, cælites omnes ſuæ maieſtatis decore colluſtrans, & lætificans. Ipſa eſt abyſſus aquarum, Maria ſcilicet gratiarum. Tunc verò Spiritus ſanctus ferebatur ſuper aquas, quando Spiritus D ſanctus ſuperuenit in illam, & virtus Altiſſimi obumbrauit illi. Ipſa eſt firmamentum, in ipſa ſtellæ, ſydera, & quicquid in mundo pulchrum & ſplendidum exiſtit. Ab ipſa flores pullulant, plantæque & quicquid veram & cæleſtem vitam viuit, à matre Dei digniſſima, vtique reparatrice mundi poſt Filium ſuum, habet vt viuat, vt ſit. Denique ipſa mulier illa eſt, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus: non quidem primus homo de terra terrenus, ſed primus homo de cælo cæleſtis.

*B. Maria nouus mundus.*

Iſa. 66.

Iſa. 66.

*In B. Maria opera ſex dierum conſiderantur.*

---

## SECTIO III.

E

*Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.*

1. FOrmauit *Dominus Deus hominem, &c.*] Diſcutienda erũt circa hominis primi formationem: ſcilicet, Deus plaſmator, materia corporis, denique anima. Quod ad primum attinet, optimè dictum eſt à D. Chryſoſt. *homil.* 12. hæc verba: *Formauit Deus hominem, &c.* ob noſtram infirmitatem tanta attemperatione ſcripta eſſe. Videtur enim hoc quodammodo indignum Deo; A ſed propter nos, & propter noſtrã infirmitatem hæc ſic narrat Scriptura ad noſtram ſe tenuitatem ſubmittens: vt quoniam nos tanta familiaritate dignatur, ad faſtigium illud redire poſſe confidamus. Ita Chryſoſt. Tam inſinuato architectandi conatu Deus hominem præ cæteris creaturis formauit, & quidem ſimili, non autem ſublimiore materia (vt ſtatim videbitur;) quorſum igitur, niſi vt illuſtriorem demonſtraret beneuolentiam erga hominem, ipsúmque ad ſui creatoris amorem & reuerẽtiam excitaret, ſpem quoque illius erigeret ad ſempiternam Dei viſionem ac fruitionem, & appetendam, & conſequendam. Eleganter admodum D. Ambroſ. *lib.* 2. B *Luc.* 3. hunc eundem commentatus locum, non otioſè (inquit) corporalibus quibuſdam manibus circa Adam & Euam Moyſes Deum inducit operantem. Mundum Deus fieri iuſſit, & factus eſt, & vno verbo opus mundi Scriptura indicat abſolutum. Ad hominẽ venitur, & manus ipſas quodammodo ſtuduit tibi Propheta Dei laborantis oſtendere. Plus neſcio quid in his intelligere, quàm lego: Opera Dei elaborata me cogunt. Hęc Ambr. Deinde verò diuertit aliò ad enodandum myſteriorum inuolucra. Satis hic nobis fuerit Dei condentis hominem admirari ſtudium, amorem reuereri. Suas Omnipotens manus, in quibus infiniti ſunt theſauri, imò & ipſæmet the- C ſauri ſunt, omnium bonorum, ad fingẽdum formandúmque hominem ſic demittit. Quis non ſtupeat, quis etiam non (liceat dicere) inuideat Angelorum? Voce Dei Angeli, manibus Dei homo conditur. *Manus tuæ Domine fecerunt me*; ait ſanctiſſimus Iob. *Opus manuum tuarum non deſpicies.* Audacter, & amicè pariter, & in ſpẽ erectus, & maiora concipiens animo, ac cælum terrámque præ tanta ſui conditoris beneuolentia deſpiciẽs homo, amore in Deum tam beneficum, tam amicum, tam familiarem, tam denique Patrem inflammatus, identidem repetat gloriabundus. Pulchrè quidem Rupertus Abbas *c.* 20. *in Geneſ.* quaſi totum cœlũ cum ſuis Angelis effuſum ex- D citúmque eſſe exiſtimat ad ſpectandum quanto, & quàm inſolito ac mirabili ſtudio, Dei omnipotentia hominem efformauerit, his verbis. Eleua ſi habes oculos, & vide non in anguſto theatro, ſed in orbe terrarum ludentem, & cum filiis hominum deliciantem Dei ſapientiam, *Eccl.* 24. Et recogita ſic ludendo cum filiis hominum, quæ vel quanta fecerit, quæ vel quanta dixerit. Cæli eruditi ſunt ſpectando. hoc terrarum circo eius ludum, vel delicias habitas cum filiis hominum & aliquis homuncio faſtidit quaſi ludum ſuperfluum? nempe ex hoc ſpectaculo (vt Apoſtolus ait *ad Epheſ.* 3.) innotuit principatibus vel poteſtatibus, multiformis ſapientia Dei. Hæc Rupert. E Profectò, ſi vſquam alibi ſuum habet locum ſententia D. Auguſt. vocantis diuinam Scripturam Literas de melle cæli melleas. 9. *cõf.* 4. in præſentia maximum tenet. Quis enim non ſtupeat ad amorem Dei in tã mirabili ac dulci formatione hominis? Sed longè admirabilior ac dulcior Dei caritas in reformatione hominis. Sic optimè S. P. Chryſol. ad illa verba Matth. 9. *Vidit hominem.* Vidit (inquit) plus diuinis oculis, quàm humanis. Vidit hominem, vt peccata hominis nõ videret; vidit opus ſuum, vt deſpiceret opera peccatorum; vidit illum Deus, vt ille videret Deum. Ita Chryſ. *ſerm.* 30. Similiter dixerat *ſerm.* 28. Vidit hominem: non dixit, vidit Matthæum: quia in Matthæo hominem liberarat, eam Deo conditori

*Chryſ.*

*Deus demittit ſe ad nos, vt ſpẽ faciat aſſurgendi.*

*Dei amor erga hominem.*

S. Ambroſ.

*Dei mira operatio circa hominem.*

Iob 10.

Rupert.

*Hominis creatio ſpectaculum fuit cæleſtibus.*

Eccl. 24.

Ad Eph. 3.

S. Aug.

S. P. Chryſ.

gratum eſt ipſius opus: tanta eſt hominis dignitas! Vidit Deus hominem, ſcilicet, qualem condiderat, ſuo prototypo & creatori perſimilem. Non videt hominem, qui ſe vitio ſuo in beſtiam tranſmutauit.

*Tertull.*

2. At verò Tertul. *lib. de reſurrectione carnis, c. 5. & 6.* tam optimè grauitérque hunc eundem locum pertractat, vt meritò penſitari debeant omnia & ſingula eius verba, quæ ſic habent. *Faciamus hominem*, antè præmiſit, & ampliùs manu propter prælationem ne vniuerſitati compararetur. *Et finxit Deus hominem.* Magnæ ſine dubio differentiæ ratio, pro conditione ſcilicet rerum. Minora enim quæ fiebant eo, cui fiebant. Siquidem homini fiebant, cui mox à Deo addicta ſunt. Meritò igitur vt famula, iuſſu & imperio, & ſola vocali poteſtate vniuerſa proceſſerant. Contrà homo, vt dominus eorum in hoc ab ipſo Deo extructus eſt, vt dominus eſſe poſſet, dum fit à Domino. Sic Tertul. Colliges hinc pro diuerſa rerum conditione Deum conditorem illis creandis diuerſimodè ſe accommodaſſe.

*Creatura cōdita ſeruili iuſſu.*

Nam cælum, terra, elementa, pecudes, plantas, vt quæ ad famulandum homini, perpetuo ſeruitutis iure crearentur, imperiali iuſſu, tanquam ſeruitia condidit. At homo rerum illarum dominus, non iuſſu tantum, vt ſeruus, ſed grandi apparatu & conatu Domini creatoris fuit efformatus, vtpote etiam amicus & familiaris ipſius, qui illum ſibi ad amicitias architectabatur.

*Creatur homo vt dominus.*

*Tertull.*

C Deinde proſequitur Tertul. Perſequar propoſitum, ſi tamen tantum poſſum carni vindicare, quantum contulit ille, qui eam fecit, iam tunc glorianter, quòd illa puſillitas, limus in manus Dei, quæcunque ſunt, peruenit: ſatis beatus, etſi ſolummodò contactus. Quid enim ſi nullo amplius opere, ſtatim figmentum de contactu Dei conſtitiſſet? Adeò magna res agebatur, qua iſta materia extruebatur. Itaque toties honoratur, quoties manus Dei patitur; dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum effingitur. Recogita totum illi Deum occupatum, ac dedicatum manu, ſenſu, opere, conſilio, ſapientia, prouidentia, & ipſa inprimis affectione, quæ lineamenta ductabat.

*Corpus hominis Dei manibus efformatur.*

D Quodcunque enim limus exprimebatur, Chriſtus cogitabatur; Homo futurus, quod & limus & ſermo caro, quod & terra tunc. Sic enim præfatio Patris ad Filium: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, Geneſ. 1. Et fecit hominem Deus, id vtique quod finxit, ad imaginem Dei fecit illum, ſcilicet Chriſti. Ita limus ille iam tunc imaginem induens Chriſti futuri in carne, non tantùm Dei opus erat, ſed & pignus. Hactenus Tertull.

*Chriſtus in creatione hominis cogitabatur.*

*Geneſ. 1.*

*Homo effectus ad imaginem Chriſti.*

E Ex hac ſententia Tertul. ſi non probari, ac certè iuuari non leuiter poteſt, ea nonnullorum opinio, qui confingunt Verbum diuinum hîc apparuiſſe, non quidem vera, ſed adumbratili humani corporis ſpecie indutum: talique habitu primi hominis opificium peregiſſe. Quem inſuper ad imaginem ſui ſcilicet, quam apparenter præferebat humanam, condere ſe teſtatus eſt. Sed fabulam videtur hæc opinatio ſubolere. Veriùs ac pulchriùs inducitur illa Dei de futura Verbi incarnatione præmeditatio: finis enim creationis rerum atque hominis erat Deus homo in mundum venturus.

*Verbum an vt homo apparuerit in creatione hominis.*

*Corporis Adami quæ fuerit materia.*

3. Secundò expendenda eſt materia: Fecit Deus hominem de limo terræ. Et quidem, licèt corpus humanum ex quatuor elementis, vti cætera mixta, conflatum ſit, hîc tamen præci-

A puè fit mentio aquæ, & terræ, maximè in eo prædominantium, quemadmodum grauitas corporis deorſum tendentis; & cadaueris in hæc duo elementa reſolutio proxima, demonſtrant. Hebraice עפר *ghopher* ſignificat minutum ac vilem puluerem, atque adeò puluiſculum. Quia verò ineptus ad fingendum puluis ob ariditatem exiſtit, neceſſarióque adiunctum pulueri eſſe debet aliquid humidum, & aqueum: ideo vertitur limus, ſcilicet quidpiam ex puluere & humore commixtum, quod in lutũ argillamque coaluit; ex quo figuratus homo eſt, vti ſtatua quædam lutea. Ob hanc enim rationem vniuerſa planè Scriptura Deum figulũ, hominéſque Dei opera

*Cur Deus figulus, homo figmentum dicatur.*

*Tertull.*

B & vaſa lutea commemorat. Ergo Tertul. *citato loco* ſic ait. Licèt caro audiat, terra es, origo cenſetur, non ſubſtantia reuocatur; datum eſt eſſe aliquid origine generoſius, & de mutatione felicius. Nam & aurum terra, quia de terra, hactenus tamen terra: ex quo aurum. Longè alia materia ſplendidior atque nobilior de obſoletiore matrice. Ita & Deo licuit carnis aurum de limi ſordibus, excuſato cenſu, eliquaſſe.

*Caro aurum ex ſordibus.*

Sed quãdo & quomodo caro floruit ex limo? Obliteratus & deuoratus eſt limus in carnem, cùm factus eſt homo in animam viuam, de Dei flatu, vapore ſcilicet, idoneo torrore quodammodo limum in aliam qualitatem, quaſi in teſtam, ita in carnem. Sic

*Dei flatus carnem decoxit.*

C Tertul. Quo nihil elegantius dici poſſet, ad demonſtrandam Dei erga nos beneuolentiam: cùm etiam quod in nobis abiectius eſt, carnem & luteum corpus, à Dei manibus tractatum efformatúmque fuerit: & quod multo admirabilius eſt, diuini amoris igne concoctum. Vnde docemur, nihil nobis adeò naturale genuinúmque eſſe, quàm amorem ſcilicet erga Deum, a quo conditi & cocti ſumus. Similiter ad commendationem corporis humani Procopius interpretatur hunc locum. Cùm Deus (inquit) hominem immortalem condere vellet, ipſe eum per ſe format, & huic operi, quaſi ſuas admouet manus. Nouerat enim omnino neceſſarium eſſe, vt quicquid ſua operaretur manus, id perpetuam poſſideret

*Procop.*

*Corpus hominis à Deo effictum ad immortalitatẽ.*

D immortalitatem, vtpote immortalitatis opus. Sic ille. Agnoſce ô homo dignitatem tuam! etiam corpus tuum Dei manibus effictum eſt in pignus immortalitatis. Quid ergo illud ad lutum & cœnum fœdiſſimarum turpitudinum abiicis, in pignus gehennæ ſempiternæ? Cæterùm D. Chryſ. *homil.* 12. puluerem, & quiddam (vt vocat) tenuiſſimum ac viliſſimum, quod eſt in terra, ex quo hominis corpus effectum ad humilitatis commendationem adducit. Et formauit (inquit) Deus hominem puluerem de terra. Hinc ſi attendere volumus, non parua nobis humilitatis affertur doctrina.

*Corpus hominis non abiiciendum in turpitudinẽ.*

*Chryſoſt.*

*Corporis materia humilitatem conciliat.*

E Nam cùm cogitauerimus vnde conſtitutionis ſuæ initium natura noſtra ſuſceperit, etiamſi ſexcenties ſupercilia ſurrigamus, ea reprimemus, & humiliabimur, & ſubſtantiæ noſtræ qualitatem perpendentes modeſtiam diſcemus. Superiùs fuit ſcriptum, *Fecit Deus hominem ad imaginem ſuam, &c. Dominamini, &c.* modò ne ignarando quomodo conſtitutus ſit, magnus ſibi videatur homo, & præſcriptos ſibi limites pertranſeat; propterea repetendo docet Scriptura, & formationis eius originem, & vnde primus homo productus ſit. Nam cùm poſt hanc doctrinam qua agnouit ſe è terra habere originem, & ſerpentis deceptione parem aliquam cum Deo æqualitatem imaginatus eſt, qui de terra formatus: ſi priori narratione con-

tentus

centus fuiſſet Propheta, & non repetitis omni- A bus diligenter non docuiſſet, io quam non incidiſſemus inſaniam? Hæc omnia Chryſoſt. Perſimilis eſt commentatio Procop. & pulchra itidem adnotatio ad mores. ſic habet: Puluerem dicit terræ partem purulentam, & in ſuperficie terræ volitantem. Elicitur itaque hinc Deum non collegiſſe optimam terræ partem, ex qua formaret hominem, ſed ſuperfluam, & quaſi inutilem, vt appareat Deum omnia ex ſua infinita parauiſſe & adornaſſe potentia. Deinde voluit oſtendere quod ait Scriptura, nos nihil eſſe. ſcilicet recordatus eſt quòd puluis ſumus, ſpiritus vadens & non rediens, *Pſalm.* 77. Hæc ille. Videant ſuum natalem puluerem ſuperbi homines, ac demum B erubeſcant.

Procop. Pſalm. 77.

4. Duo igitur habemus ex hac hominis de puluere, ſiue de limo terræ productione: nimirum & Dei erga homines ſingulare beneficium, quo præ cæteris rebus à ſe conditis hominem præferendum eſſe voluit: & altera ex parte viliſſimam corporis conditionem, quæ ad humilitatem perdocendã magnopere conducit. Vtrunque oſtendit egregiè Rupertus *cap.* 20. *in Geneſ.* ad hunc modum. Formauit Deus hominem de limo terræ. Hoc ſicut dignum erat perpendentes homines ſancti, pulchra plaſmata in gloriam & honorem præparata, hunc ipſum creatorem ſuum plaſten, ſeipſos autem lutum appellaue- C runt, eleganti confeſſione, lacrymoſa declamatione. Iſai. 64. *Et nunc Domine tu Pater noſter es, & nos lutum; & fictor noſter, & opera manuum tuarum omnes nos.* Item Ierem. 18. Hinc etiam ibidem Rupertus duo alia concludit, ſcilicet præſtandam ab homine ſic è puluere manibus Dei efformato, obedientiam & obſequium ſuo cõditori. Clamat enim Iſai. 45. *Væ, qui contradicit fictori ſuo, teſta de ſamiis terra.* Et Paul. ad Rom. 9. *O homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo? Nunquid poteſt figmentum dicere ei, qui ſe finxit, quare me feciſti ſic? aut nunquid non habet poteſtatẽ figulus facere de eodem luto aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam.* Alterum deinde quod ſubinfert Rupertus, ſic habet. D Timendum vnicuique noſtrû n de ſeipſo, ne vas, quod fecit ipſe, diſſipetur in manibus eius, & hoc abiecto faciat aliud vas, ſicut placuit in oculis eius, vt faceret. Hæc ille. Rectè D. Hieron. ad Celantiam (à nonnullis adſcribitur D. Paulino,) hanc hominis à Deo formationem conſiderans: Quid vnquam (ait) tam ſuperbum, quid verò tam ingratum videri poteſt, quàm aduerſùs eius viuere voluntatem, à quo ipſum viuere acceperis? Quàm illius præcepta deſpicere, qui ideo aliquid imperat, vt cauſas habeat remunerandi? Neque enim obſequio noſtro Deus indiget, ſed nos illius indigemus imperio. Ad hæc, puluerulentum noſtri ortum perpetuò habendum ante E oculos vitis ſanctitate conſpicuis, ac præſertim virginibus mundum (vt dixit Gregor. Nazianz.) pudicitiæ gloria ſuperegreſſus, ac Deo quodammodo accedentibus. Ne virtutum maximarum ſplendore inaniter efferantur: ſapienter monet D. Ambroſ. *lib.* 3. *ad Virgines.* Contemplationem (inquiens) corporis, velut nauis ſaburram ſuſcipe, ne in tantis mundi fluctibus iactantiæ alicoſus aura circunferat. Sic Ambroſ. Haud prætaeribo interpretationem Procopij admodum luculentam. Formauit Deus hominem puluerem de humo. Voluit enim nobis oſtendere, quod nullam pulchritudinem inde, vtpote ex terra fœdiſ-

Procop. Pſalm. 77.

Rupertus.

Iſa. 64.

Ierem. 18.

Rupert.

*Amor & obedientia præſtando Deo.*

Iſa. 45.

Ad Rom. 9.

Rupert.

S Hieron.

*Ingratitudo erga Deum.*

Greg. Naz.

*Virgines & ſancti humilem ſuæ naturæ conditionẽ noverint.*

S. Ambr.

Procop.

*Pulchritudo non eſt ex terra.*

*Bened. Fernand. in Gen. tom. 1.*

ſima, accepertimus, licèt ex ea ſimus nati; pulverem etiam accepit, non glebam. Ex ipſis ſtatim iam inde exordiis reſurrectionis ſpes denûciatur. Nam homo in puluerem reſoluendus erat: iuxta Pſalm. 21. *Et in puluerem mortis deduxiſti me.* Ne quis igitur puluerem in ſepulchris cernens, deſperet de reſuſcitando genere humano; propterea in prima hominis creatione confirmauit reſurrectionis ſpem. Hæc ille. Mirificè (vt præmiſimus) elucet in hoc opere ſingularis Dei beneuolentia erga hominem: cuius etiam abiectiſſimam carnem Deus ipſe ſuis manibus de luto effinxit. Hominis ergo carnem, & lutum manibus Dei teneri, & verſari, quis non miretur? at nihil hoc eſt miraculi, ſi comparetur cum eo quod omnem ſuperat admirationem, videlicet, cum Incarnationis myſterio, in quo Deus ipſe noſtram ipſam carnem, noſtrum lutum, diuinitati ſuæ perſonali vinculo vniuit, & Verbum caro factum eſt. Planè iam nunc hominis caro diuinitatis particeps vniuerſam Angelorum puritatem excedit. Et in qua (iuxta D. Ambroſ.) priùs erant incentiua libidinis nunc ſunt domicilia caſtitatis. Hinc etiam fit, vt licèt Virgo Deipara eiuſdem luti, cum cæteris, carnem habeat, ipſa tamen ob infinita & illuſtriſſima virtutum & gratiarum ornamenta puritate carnis enituerit tam admirabili, vt ſub Deo nulla par cogitari poſſit. Hinc fit (autore D. Ambroſ.) genitale Dominici corporis aula Regis æterni. Hinc eſt, quod verè dicitur Virgo Dei mater à S. Ioanne Damaſceno: Gloria luti noſtri, & naturæ noſtræ venuſtas. Reſtat explicandum quod tertio loco propoſuimus. Sed commodiùs ſequenti commentatione integra enodabitur.

*Reſurrectionis ſymbolũ.* Pſal. 21.

*Incarnationis myſterium* S Ambroſ.

*B. Mariæ puritas, & excellentia.*

Ioan. Dam.

5. *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.*] Compoſitio iam ex lutea materia corpore, deſiderabantur forma ipſius ſubſtantialis, anima, vita, vitæque operationes. Ergo Deus omnipotens inſpirauit, ſiue inſufflauit (loquitur more humano) animam: vt intelligatur non ex materia, vt reliquæ corporearum rerum formæ, educta; ſed ab extrinſeco diuinitus infuſa: nec aliqua de ſubſtantia Dei deciſa portio, ſed vt effectus quidam omnipotentiæ diuinæ ex nihilo. At ſecundùm operandi modum tam humano, tam amico, & ſuaui creationis genere, vt quaſi quidam à diuino peccatore, aut etiam corde halitus (ſic vertunt aliqui) imò & quaſi ipſius Dei viſcera, amoréſque, anima hominis eſſe videatur. Dicitur autem ſpiraculum vitæ, non quatenus rationalis & intelligens anima eſt, ſed quatenus vegetabilis. Quia verò animæ in corpore degentis, atque operantis, vitæque inceptæ, itémque perdurantis indicium, eſt continens reciprocatio halitus: ideo anima ſpiraculum vitæ nuncupatur, quo maximè ſe infuſam eſſe corpori exteriùs demonſtrat: atque, vt exponit Theod. *quæſt.* 23. ipſius animæ naturam obſcurè declarat: nempe ipſam eſſe ſpiritum, creabilem, inuiſibilem, & intellectiuum, expertem craſſitudinis corporeæ. Sic ille. Hebraicè חיים *chaim*, non vitæ; ſed *vitarum* plurali numero: vt oſtendatur excellentia vitæ humanæ: ſolent enim Hebræi, (vt ſuprà viſum eſt in nomine *Helohim* 1. cap.) res excellentioris aut naturæ, aut ordinis, aut dignitatis, numero plurali efferre: at vita hominis cùm ſubſtantiali, tum accidentaria nihil in rebus corporeis ſublimius eſt, & excellentius. Deinde

*Anima hominis excellentia.*

*Anima cur ſpiraculum vitæ.*

Theod.

A vitarum nomine, multiplex ſpirandi facultas, atque etiam triplex gradus eiuſdem animæ rationalis, ſenſitiuæ, vegetatiuæ, ſignificatur. Porrò illud, *& factus eſt in animam viuentem*, Hebraiſmo ponitur: Factus eſt animal viuens; cœpit opera vitæ exercere, quales ſunt motus, ſenſus, & alia; vt cerni ſolent in animantibus. Chaldæus vertit: in animam loquentem, ſed non appoſitè. Satis enim refellitur ex illo 1. *Corinth.* 15. cùm Apoſtolus opponit hanc animam viuentem Adami gratiæ & ſpiritui viuificanti Chriſti Domini. Nimirum, *Factus eſt homo Adam in animam viuentem, nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem*. Vnde videas noſtram verſionem ab Apoſtolo approbari.

*Homo animal viuens.*

1. Cor. 15.

B Grande miraculum Dei: Puluerem (ait S. Cyril. Hieroſ. *catech.* 12.) hominem fieri ex vnius formæ puluere carnem, & oſſa, & tot membrorum diuerſitatem fieri, mirabile eſt. Lutum animatum mouere ſe: lutum loqui, docere, videre, regnare, parere, hoc admirandum. Quid igitur, lutum quidem in oculũ mutatur, & virgo non generabit? &c. Sic ille, ex creatione Adami colligit opportunè incarnationis miraculum à Deo fieri potuiſſe.

S. Cyrill. Hieroſ.

6. Iam verò his circa literalem ſenſum prælibatis, conſequenter ad euoluenda myſteriorum hic latentium inuolucra aggrediamur. *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Animam videlicet infudit, & vniuit corpori, ad cuius cum corpore

C coniunctionem conditus tandem eſt homo ad imaginem Dei, & (quod bene explicat Procopius in 1. *Geneſ.*) vt ipſe homo eſſet quidam ordo à Deo præpoſitus vniuerſæ rerum naturæ. Quemadmodum in vrbibus abſentis Regis, vel Imperatoris, venerantur imaginem: ſic Deus cùm nequeat cerni ab vniuerſa creatura, imaginis loco poſuit hominem, vt omnes creaturæ, dum inſeruiunt homini, ſic colant ſupremum Numen, huius ſcilicet vniuerſi opificem. Hæc Procop. Ad hunc locum D. Chryſoſt. *homil.* 13. ſic effatur. Formatum ex puluere corpus iuxta præceptum Domini, quaſi inſtrumentum erat; quod egebat aliquo ſe mouente: imò ſicut lyra

*Procop.* *Hominem Deus ſui imaginem præpoſuit creaturis.*

Chryſ. *Homo lyra & cithara Dei.*

D quæ opus habet aliquo, qui poſſit arte & ſcientia ſua, per membra, quaſi per fiſtulas conuenientem illi melodiam Domino offerre. Ita Chryſoſtom. Hac etiam tum pulchra ſimilitudine citharæ, & citharœdi, hoc eſt, corporis, & animæ vtuntur paſſim ſacri Doctores; inter quos D. Ambroſ. *in Pſalm.* 42. explicans verſum illum: *Confitebor tibi in cithara Deus meus.* ſic ait: Cithara eſt caro noſtra, quando peccato moritur, Deo viua. Cithara eſt caro noſtra, quando ſeptiformem accipit ſpiritum, in Baptiſmatis ſacramento. Teſtudo enim, dum viuit, luto mergitur: vbi mortua fuerit, tegmen eius aptatur in vſum canendi, & piè gratiam diſciplinæ numeris modulantibus

S. Ambr. Pſal. 42.

*Caro humana teſtudini ſimilis.*

E obloquitur. Similiter caro noſtra, ſi viuat illecebris corporalibus, in quodam cœno viuit, & voragine voluptatum. Si luxuriæ moriatur, atque incontinentiæ, tunc veram vitam reſumit, tunc edere incipit bonorum operum dulce modulamen. D. Auguſtin. *concion.* 1. *in Pſalm.* 48. Sic (ait) vtitur anima corpore, quomodo vtitur citharista pſalterio. D. Chryſoſt. *homil.* 22. *ad Populum Antiochenum*, explicans illa verba Pſal. 80. *Sumite pſalmum, & date tympanum, pſalterium iucundum cum cithara*, ita commentatur. Vnum ergo capit, & tria exigit: ex tribus enim conſtituti ſumus, vt dicit Paul. 1. Theſſal. 5. *Vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela ſerue-*

S. Aug. Pſalm 48.

Pſalm 80. *Caro tympanum.*

1. Theſſ. 5.

A *tur.* vt ſit tympanum, pellem habet mortuam: igitur mortifica corpus, vt in tympano & choro laudes Deum.

7. Hanc igitur animæ cum corpore coniunctionem, vtpote poſt lapſum Adami, corrumpente omnia peccato, mirum eſt, quàm ſæpe grauiterque doleant, ac deplorent ſanctiſſimi Patres. Hinc illud ad animam D. Gregor. Nazianz. lamentum *tractat. de humana natura*: Quis tibi tam duram neceſſitatem impoſuit vt cadauer paſſim circunferas? Quis permoleſtis vitæ compedibus ita te aſtrinxit, vt perpetuo nutu in terram propendeas? Hæc Nazianz. Ibidem etiam ſanctus Doctor, quamuis ſenili ætate veneſtus,

Greg. Naz.

*Inter corpus & animam pugna.*

B & quod plus affert admirationis, ſanctitate præcellentiſſimus, in ſuum corpus grauiter inuehitur, ac poſt multa iniuriarum probra: Tibi (ait) quidem caro, hæc a me dicta ſint, tibi inquam blando hoſti, tibi humaniſſimæ feræ, & tamen me blandè demulcenti; igni (quod valde mirandum eſt) frigus afferenti, &c. Non minùs aculeata ſunt verba D. Gregor. Nyſſeni *tract. de beatitudinibus*, in vltima ſic habent. Veluti clauo quodam, ſentiendi vi, ad vitæ voluptates affixa anima, difficulter ab his, quibus adhæreſcens coaluerit, auelli ſolet. Et in modum teſtudinum, & cochlearum veluti teſtaceo quodam tegmento illigata, impedita, ac tarda eſt, ad eiuſmodi mo-

Greg. Nyſſ.

*Voluptas animam terræ affigit.*

C tus quippe totum ſimul trahens vitæ pondus. Hæc ille. Profectò anima hominis immortali, nihil in orbe rerum corporearum, aut nobilius, aut ſpecioſius exiſtit: foretque animæ in ſtatu innocentiæ, ſi perdurauiſſet, ea nobilitas, ac pulchritudo, multo admirabilior, ob gratiæ ſupernaturaliumque & moralium virtutum dotes, atque ornamenta. Sed ea nunc ob iſtam cum corpore terreno, & ſaginæ abdominique ſuo incumbente miſerandam iuxtà, & periculoſam coniunctionem, nihil abiectius, nihil deformius, vbi vitiorum labe dedecoratur. Vnde D. Gregor. Papa in *Pſalm.* 6. egregiè obſeruat. Si anima (inquiens) ſe circunſpiciens conſideraret,

*Anima nobilitas ex ſuperna humanitione dedecoratur.*

Greg. Papa.

D & decorem, quem perdidit, & obſcœnitatem, qua ſe velut quodam deterrimo colore perfudit, niſi ſit lapis, erubeſcit. Nam & illud verum eſt apertæ deſperationis indicium, ſi verecundiam non ſequitur peccatum. Hinc Ierem. 3. *Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere.* Ita Gregor. Quanto autẽ execrabilius etiam lætati in rebus peſſimis? quam ſuæ prioris vitæ inuerecundiam ſæpiùs lamentatur Auguſtin. vnde illud: Dolere amabam, & quærebam, vt eſſet quod dolerem. Quid autem mirum, cùm infelix pecus aberrans, ô Domine, a grege tuo, & impatiens cuſtodiæ tuæ, turpi ſcabie fœdaretur? 3. *conf.* 2. Præceps ibam tanta cæcitate, vt

*Verecundia ex peccato.* Ierem. 3.

S. Aug.

E inter coætaneos meos puderet me minoris dedecoris, quàm audiebam eos iactantes flagitia ſua; & tanto gloriantes magis, quanto magis turpes eſſent; & libebat malum facere non ſolùm libidine facti, verumetiam laudis. *lib.* 2. *cap.* 3. Pulcherrima ſunt etiam illa quæ D. Gregor. Nazianz. *Oratio.* 6. animæ cum corpore & conſortium & diſſidium contemplatus ediſſerit ad hunc modum. Haud equidem ſciò quo pacto ſimul & imago Dei ſim, & cum cœno voluter: quod & cum pulchra valetudine eſt, bello me laceſſit; & cùm bello premitur, mœrore me afficit. Quod & vt conſeruum amo, & vt inimicum odi, atque auerſor: quod & vt

Greg. Naz.

vinculum

vinenlum fugio, & vt cohæres vereor. Si debilitare illud, & conficere ſtudeo, iam non habeo quo ſocio & opitulatore ad res præclariſſimas vtar. Sin contrà ſ vt cum ſocio & adiutore mitiùs agam, nulla iam ratio occurrit, qua rebellantis impetum fugiam, atque à Deo non excidam compedibus degrauatus, vel in terram detrahentibus, vel in ea detinentibus. Hoſtia eſt blandus & placidus, inſidioſus amicus. O miram coniunctionem, & alienationem! quod metuo, amplector; quod amo, pertimeſco. Antequam bellum geſſerim, in gratiam redeo; antequam pace fruar, ab eo diſſideo. An ideo hoc factum ſic eſt, ne ob excellentiam animæ contra Deum extollamur, ac proinde vilitas & abiectio corporis præſtantiam & dignitatem animæ frænet atque coërceat. Vt intelligamus nos maximos ſimul atque abiectiſſimos eſſe; terrenos & cæleſtes; caducos & immortales; lucis & ignis ſiue tenebrarũ hæredes, prout in hoc vel illud nobis propendere contigerit. Hæc noſtra temperatio eſt, vt cùm imaginis Dei dignitas nobis animna extulerit, puluis eoſdem deprimat contrahatque. Hæc omnia Nazianz. Idem *Orat.* 4. in ſimili argumento adiicit. Hæc bellum inter ſe gerunt, caſtráque ex aduerſo habent. Corpus ægrotante anima bellè habet; anima floret, atque in cœlum oculos habet, cùm voluptatea decidunt, atque vnà cum corpore marceſcunt. Idem *Apolog.* 1. duplicem reddit rationem, quare à ſummo conditore facta fuerit hæc duarum partium coniunctio tanto naturæ interuallo, ac poſt peccatum diſſidio, inter ſe diſſimillimarum. Prima eſt, vt per certamen colluctationémque cum rebus inferioribus anima ad ſupernam hæreditatem perueniat; ſecunda, vt corpus natura graue, & abiectum, ſui conſortio reddat ſubtilius, conſeruúmque corpus Deo adiungat. Hæc ille. Quæ quàm ſint elegantia, nemo non videt, egent tamen attentiſſima commentatione.

*Anima & carnis lis ac ſocietas.*

*Modeſtiam docemur ex coniunctione corporis*

*Quare anima cũ carne coniungatur.*

8. Non omittam, quæ in hoc inſtitutum à Clem. Alexand. luculenter traduntur *ſtromat.* 4. ſic ait: Corpus quidem & terram operatur, & tendit ad terram: anima autem ad Deum extollitur, quæ quidem per veram erudita Philoſophiam contendit ad ſuos, qui ſupra ſunt, cognatos, auerſa à corporis cupiditatibus. Ibidem adiungit: Vita eſt à peccato ſeparatio. Multi autem nos impediunt valli, & foſſæ cupiditatis, iræque & excandeſcentiæ voragines, quas tranſilire neceſſe eſt, & omnem inſidiarum effugere molitionem. Ibidem hoc amplius: Corporis ab anima ſeparatio, quam toto vitæ tempore meditatur Philoſophia, quandam cognitione præditam parit animi alacritatem, vt poſſit facilè ferre mortem naturæ, quæ eſt ſolutio vinculorum animæ à corpore. Sic ille. Quæ quidem optima eſt ſententia ad commendandam (vt vocat D. Paul.) mortificationem Domini Ieſu in corpore noſtro, quam qui habent nec vitam impensiùs diligunt, nec mori acerbiùs dicunt. Denique ibidem Clemens Alexand. de ſtudio viri iuſti animam à corpore, eiúſque appetitionibus auocantis; ſic ait. Iuſto caro eſt mortua, viuit autem ipſe ſolus, vt qui ſepulchrum in ſanctum templum Domino conſecrauerit, veterum peccatis obnoxiam, animam ad Deum conuertens. Hactenus Clem. Porrò autem mihi videtur D. Bernard. nec grauitate dicendi, nec ſententiam pondere, nec elegantiæ concinnitate, aut Clemente, aut Gregorio, aut alio quocunque ex antiquis Patribus in-

*Clem. Alex. Mortificatio cupiditatum.*

*Mortis meditatio.*

*Corpus iuſti ſepulchrum & templum.*

*Bened. Fernand. in Gen. tom.* 1.

A ferior, vbi cum corpore humano pro anima expoſtulat: amborum lites componere, ſopire diſcordias (nimirum pauliſper in hac vita repreſſis corporis cupiditatibus, ablegatiſque vltrò delectationibus,) inter animam corpúſque pacem & amicitiam conſtituere conatur. Ita exorditur *ſerm. 6. de aduentu.* Noli ô corpus, noli præripere tempora, poteſt enim impedire animæ tuæ ſalutem, tuam ipſius operari non potes. Omnia tempus habent, patere vt nunc anima pro ſe laboret, magis autem etiam collabora ei: quoniã ſi compateris, & conregnabis; quantum eius impedis reparationem, tantum impedis tuam: quod nimirum antè reparari non poteris, donec ſuam in B ea Dei imaginem videat reformatam. Nobilem hoſpitem habes ô caro, nobilem valdè, & tota ſalus tua pendet de eius ſalute. Da honorem hoſpiti tanto. Tu quidem habitas in regione tua: anima verò peregrina & exul apud te eſt hoſpitata. Quæſo quis ruſticus, ſi forte nobilis, & præpotens quiſpiam apud eum voluerit hoſpitari: non libenter in angulo domus ſuæ, aut ſub gradibus ſuis, vel in ipſis cineribus accubabit, cedens hoſpiti ſuo locum, ſicut dignum eſt potiorem? & tu ergo fac ſimiliter. Iniurias, vel moleſtias tuas ne reputaueris: tantum, vt hoſpes tuus honorificè poſſit apud te demorari. Honor tibi eſt, vt pro eo interim te exhibeas inhonorum, aut ne C fortè deſpicias, aut paruipendas hoſpitem tuum pro eo, quòd peregrinus tibi videtur & aduena: diligenter attende, quid hoſpitis huius tibi præſentia largiatur. Ipſe enim eſt, qui tribuit oculis viſum, auditum auribus præſtat: ipſe eſt, qui linguæ vocem, palato guſtum, motum membris omnibus ſubminiſtrat. Siquid vitæ, ſiquid ſenſus, ſiquid in te decoris eſt, huius hoſpitis beneficium recognoſce. Denique diſceſſus eius probat, quid præſentia conferebat. Protinus enim anima diſcedente lingua ſilebit, oculi nihil videbunt, obſurdeſcent aures, corpus omne rigebit, facies expalleſcet. In breui quoque totum cadauer putidum, ſimul & putridum fiet. D Et decor omnis in ſaniem conuertetur. Vt quid ergo pro temporali qualibet delectatione contriſtas, & lædis hoſpitem iſtum, quam nec ſentire quidem vllo modo poteras, niſi per ipſum? Ad hæc ſi tantum tibi confert exul, & inimicitiarum cauſa à facie Domini ſui eiectus; quantum tibi præſtabit reconciliatus? Noli ô corpus, noli impedire reconciliationem illam: quoniam grandis tibi exinde gloria paratur. Patienter, imò & libenter temetipſum expone ad omnia: nihil diſſimulca, quod huic videatur reconciliationi poſſe prodeſſe, &c. Et infrà: Quanta erit illa gloria: quam ineffabilis exultatio, quando creator vniuerſitatis, qui præ animabus iuſtificandis humilis antè venerat, & occultus: pro te glorificanda ô miſera caro, ſublimis veniet, & manifeſtus? quouſque igitur caro miſera, inſipiens, cæca, demens, & prorſus inſana caro tranſitorias & caducas quærit conſolationes, imò deſolationes; ſi fortè contingat repelli, & indignam iudicari hac gloria, magis autem nihilominus ineffabili in æternum cruciari pœna? Hæc omnia D. Bernard.

*S. Bern. Expoſtulatio ad carnem pro anima.*

*Reſurrectio futura corporum.*

*Conſolatio mundi eſt deſolatio.*

9. *In faciem eius, &c.*] Etſi anima toti penitiſſimè infuſa corpori fuerit, vtpote vera, naturalis, & ſubſtantialis forma, ſuæ naturali materiæ vnita: quia tamen ad eius vnionem & informationem vitales operationes, tanquam compoſiti ex vtraque parte coaleſcentis

*Facies humana commendatur*

certa & vera teſtimonia repullularunt, atque in facie maximè, quæ & præſtantiſſima membrorũ omniũ, & omnium ſenſuum notiſſima ſedes: ideo inſpirata in faciem potiùs quàm in quælibet alia corporis membra, dicitur. Deus (inquit Procop.) inſpirat in faciem hominis, volens oſtendere ex præcipua humani corporis parte dignitatem animæ. Ea tamen ratio D. Ambroſij huius rei optima videtur, quam affert *Epiſt.* 42. hiſce verbis. Nunc intelligo, qua cauſa Dominus Deus inſufflauit in faciem hominis; ibi enim ſenſus omnis, ibi ſedes atque illecebra delectationis, in oculis, auribus, naribus, atque in ore, vt ſenſus noſtros aduersùs delectationem fortiores faceret. Hæc Ambroſ. Armauit igitur Deus iuxta hanc doctrinam halitu ſuo hominis corpus, ac ſenſuum maximè facultates, aduersùs delectationes, quæ ſenſibus perceptæ, hoſtiliter in animæ ſalutem deſæuiunt. Rectè idem Ambroſ. monet citato loco. Fugiamus delectationem, ſicut ſerpentem. Multas artes habet, & maximè in hominem. Nam alia animantia cibi auiditate capiuntur, homo quanto plures ſenſus oculorum auriúmque habet, tanto maiora pericula. Sic Ambroſ. De hoc malo ac periculo omnium aduersùs animam grauiſſimo, illud vnum ex D. Bernard. *ſerm. 6. citato*, afferri æquum eſt. Genus (ait) illud peccati, quod toties conturbat nos (concupiſcentias loquor, & deſideria mala) reprimi quidem debet & poteſt per gratiam Dei, vt non regnet in nobis; ſed non eiicitur niſi in morte, quando ſic diſcerpimur, vt anima ſeparetur à corpore. Hæc prima eſt radix vitiorum, ac turpitudinum omnium fax & flabellum: vnde primi ac validiſſimi aſſultus in iuuentutem. In qua poſitus Auguſt. illud de ſeipſo refert: Circuoſtrepebat me vndique ſartago flagitioſorum amorum. Nondum amabam, & amare amabam, & ſecretiore indigentia oderam me minùs indigentem. Quærebam quid amarem amans amare, & oderam ſecuritatem, & viam ſine muſcipulis quoniam fames mihi erat intùs ab interiori cibo teipſo Deus meus. Et ideo non bene valebat anima mea, & vlceroſa proiiciebat ſe foras miſerabiliter ſcalpi auida contactu ſenſibilium. Sic Auguſt. 3. *conf.* 1.

*Procop.* — *S. Ambroſ.* — *Inſufflatio Dei contra delectationem ſenſus armauit.* — *Delectatio quàm ſit periculoſa.* — *S. Bern.* — *S. Aug.*

10. Poſtremò omnium aduertas oportet ad mores, vnam à Deo tantùm homini tributam animam, quod expendens D. Chryſt. *homil.* 21. *ad populum Antioch.* Deus (inquit) nobis dedit duos oculos, duas aures, duas manus, duos pedes. Si igitur harum alterum lædatur, per alterum neceſſitatem conſolamur. Animam verò dedit vnam nobis; ſi hanc perdiderimus, quánam viuemus? Ita Chryſoſt. Hoc mihi ſenſu videtur Pſaltes Deum precari in Pſalm. 21. *Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam.* Vnicam Hebraicè יחידתי *iechidathi*, quod variè ſolet verti. S. Hieronym. reddit, ſolitariam meam; Symmachus, ſolitudinem. L X X. vnigenitam. Alij vnicam, hoc eſt, ſolam, omni ope deſtitutam, ab hominibus deſertam. Nonnulli vnicam, id eſt, vnicè caram, & dilectam. Proh quàm pretioſa hominis anima eſt, Deo videlicet, quam pretioſo ſanguine ſuo redemit! Sed proh, quàm nihil à nobis fit! ipſa vnica eſt, ipſa vnigenita eſt, qua amiſſa per æternam damnationem, quam quæſo dabit homo commutationem pro anima ſua? nullam omnino. Irreparabiliter perditur anima, cùm gehennalibus incendiis propter ſua delicta à ſummo iudice addicitur. Vnica eſt anima: Super qua (inquit Cæſarius Arelatenſis *homil.* 1. aut Euſebius Emiſſen. *homil.* 10.) extincta per peccatum, plangere debet homo vnicè diligendo, & cogitando, quòd ſola & ſingularis ante tribunal cæleſte rationem remotis omnibus ſolatiis reddit ura eſt. Hæc ille. Vnigenita eſt, primogenita eſt: vt prima omnium rerum ſit in pretio, in amore, in oculis: vt illi, & pro illius honore, re familiari & & ſalute, curæ, labores, ſudores, vita mórſque hominis, tanquam filio vnigenito, atque vnico hærede, à patre amantiſſimo ac ſtudioſiſſimo impendantur. Sed multo aliter vſu euenit. Nihil enim tam ſolitarium, orbatum omni ope, deſtitutum auxilio, nihil habitum, à ſenſu, à memoria, à cogitatione, à cura & ſtudio, æquè alienum atque abiectum; quàm anima, ſua cuique noſtrum eſt. Cùm tamen infinita propè ericula frameæ nomine ſignificata aduersùs vnam intententur animam: quam exceſſuram ex hac vitam ſolam, orbem, deſtitutam, Cerberus in tartaro canis, deuoraturus, hiante faucium orco expectet. Contrà verò caro abiectiſſima, pecudum cognata totas hominis curas ſibi rapit, totum ſibi tempus exigit; ipſámque animam natura ſua principem, ac dominam teterrimo ſeruitutis genere, ſibi famulari cogit. Proh facinus deplorandum! quicquid eſt in homine virium, ſtudiorum, ſcientiæ, vitæ denique, totum carni impenditur? Tanta eſt enim hominis amentia, vt (quod deflet Ambroſius *Epiſt.* 64.) potior apud ipſum ſit carnis, quàm mentis prærogatiua. Et quid maiori ſtudio ſuſcipiendum eſt, quàm ſalus? Ita S. Cyril. Hieroſ. *cat.* 4. Igitur (adiungit *cat.* 18) non de rebus exiguis noſtrum eſt propoſitum, ſed de vita æterna contendimus.

*Chryſ.* — *Perditio animæ irreparabilis.* — *Pſal. 21.* — *Vna tantum hominis anima.* — *Animã quãto in pretio habenda.* — *Cæſar. Euſeb.* — *Anima quãtum in homine ſit contempta.* — *S. Ambroſ.* — *S. Cyr. Hieroſ.*

11. Sed ô immenſum Dei amorem erga hominem feliciſſimo tandem Pentecoſtes die factus eſt repentè de cælo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus vehementis; & repleuit totam domum, vbi erant ſedentes; & apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum, & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, *Act.* 2. Nam, vt rectè obſeruat S. Cyrill. Hieroſ. *cat.* 17. ſufflatio Dei cùm obſcurata eſſet per peccatum, noua indigebat inſpiratione. Hæc ille. Sed heus tu ô peccator, quid tibi cum ſeculo, qui maior es ſæculo? vt ait D. Hieronym. *Epiſt. ad Eliodorum*, Deus ſuis è viſceribus exprumptam tibi in faciem, & in pectus vitam indidit: & hac naturali, alteram longè meliorem Spiritus ſanctus de cælo veniens inſpirauit. Duplicem à Deo vitam habes in præcordiis. Et nihilominus ex iiſdem iratus ferinam rabiem; inuidens vulpinam aſtutiam; libidinoſus fœtorem hircorum, & ſuile cœnum à pectore & ab ore exhalas? Manus tuæ Domine fecerunt me, & plaſmauerunt me, ait Propheta *Pſal.* 118. reſpiciens quidem ad verba ſuperiora: *Fecit Deus hominem de limo terræ*: cùm Deus, quanti noſtrum corpus æſtimet, in illa ſuarum manuum efformatione declarauit. Sic enim Theod. in Pſal. locum: De amore erga naturam humanam creatorem admonet, quandoquidem cùm verbo omnia creaſſet, ipſe dicitur hominum naturam finxiſſe, non manibus vſus (eſt enim incorporeus,) ſed plurimum affectum erga creaturam oſtendens. Hæc Theodor. At longè maiori pretio fecit Deus animam hominis, quam non manibus dicitur effinxiſſe; nec enim de

*Pentecoſte fit renouatio animæ.* — *Act. 2. S. Cyril. Hieroſ.* — *S. Hieron.* — *Hominem decent vitia* — *Pſal. 118.* — *Theod.* — *Animam pluris, quàm corpus fecit creator.*

de terra aut luto eſt; ſed inſpiraſſe vtique ex ipſis Dei viſceribus, vt & hinc doceamur, corpus quidem noſtrum minoris æſtimare, in manibus nimirum, in propatulo, hoc eſt, periculis expoſitum portare; animam verò noſtram cuſtodire, haberéque ſepoſitam, & vigilantiſſimè ſeruatam vti viſcera penitiora corporis. Redeo ad verſum Pſalm. 21. de quo paulo antè: *Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam.* Communior interpratatio eſt de anima Chriſti Domini, quam nec peccati virus attigit, nec diabolus conſtrictam tenuit, nec deſcendentem ad inferos concludere potuit ergaſtulum damnatorum. Pulchrè intelligi etiam poteſt de Virgine Deipara. Vocatur enim à Deo Filio ſuo anima, & vnica ſua; ſic filius matrem, vt propriam animam, & vitam diligebat. Meritò vnicam, quia in omnibus gratiarum priuilegiis vnica extitit; Mater, & Virgo mater Dei, & ſanctitate ſuper omnea creaturas admirabili excellens. Hanc ſuam animam, & vnicam à framea diuinæ legis contra filios Adam impoſitæ, & de manu canis, hoc eſt, peccati originalis & actualis, Deus Pater illæſam eſſe voluit, vtique in gratiam filij ſui, qui ſua infinita merita inprimis obtulit in ſalutem bonorémque digniſſimæ matris ſuæ. Quod enim Filio impenditur, in matrem redundat, & è conuerſo (vt monuit D. Idelphonſus) Procop. agnoſcit myſterium in eo, quòd non ſpiritum, ſed ſpirandum vitæ inſpirauit: cuiuſmodi diſcrimen etiam Iſaias *cap.* 42. adducit illis verbis de Deo: *dans flatum populo, qui eſt ſuper terram, & ſpiritum calcantibus eam.* Hiſce verbis (inquit) ſignificatur, vniuerſo populo terræ datum eſſe ſpiraculum vitæ: verùm Spiritus ſanctus conceſſus eſt iis ſolis, qui terrenas cupiditates calcant.

*Anima Chriſti libera.*

*B. Maria dicitur à Filio anima, & vnica.*

S. Idelph. Procop.

Iſa. 42.

12. Poſtremò quæri poteſt, cur poſt hominis conſtructionem, vbi primùm ille apparuit ex corpore & anima conſtitutus, non legatur Dominus dixiſſe, quod cùm cæteras creaturas condidit, pronuntiaſſe legimus: *Et vidit Deus quòd eſſet bonum*, Geneſ. 1. Hanc difficultatem propoſuit, & ſapienter diſſoluit D. Ambroſ. *lib. inſt. virg. cap.* 3. ſic infit. Cùm omnia opera ſua laudauerit Deus, cælum, terram, maria, noctem, & diem, quòd iſta proficerent ad vſum laboris, illa ad fructum quietis, laudauerit feras, beſtias: vbi ad hominem ventum eſt, ſolus non videtur eſſe laudatus propter quem omnia generata ſunt. Quæ igitur cauſa eſt, niſi fortè ea, quia alia in ſpecie ſunt, homo in occulto? Nihil in beſtiis plus reperiar, quàm quod videtur. In homine nihil eſt inferius, quàm quod videtur. Qui cùm ex animo conſtet & corpore, hoc vtique in eo ſemit, quod videtur: illud autem in eo regit hominem, quod non videtur. Meritò ergo alia in exordio laudantur, iſtius laudatio non promitur, ſed reſeruatur: quia aliorum gratia foris, huius intus eſt; aliorum in natiuitate, huius in corde. Quid enim tam altum, & tam profundum, quam mens hominis, quæ quaſi inuolucro quodam corporis tegitur, & occultatur: vt eam haud facilè quiſquam introſpicere & ſpeculari queat? Ideo ergo homo non ante laudatur, quia non in forenſi pelle; ſed in interiore homine antè probandus, ſic prædicandus eſt: quem præclarè definiuit Apoſtolus Petrus, dicens 1. *Petri* 3. abſconditum eſſe cordis hominem in incorruptione quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt ante Deum locuples. Meritò ergo differtur, vt ſequatur fœnerata eius laudatio, cuius dilatio non diſpendium, ſed incrementum eſt. Nemo ergo ſe

*Homo cur non laudatus à creatore.*

S. Ambr.

*Hominis laus in animo ſitus.*

1. Petr. 3.

A deſpiciat, quaſi vilem, nec contuitu corporis ſeſe æſtimet. Nam etſi dixerit ſanctus Iob cap. 1. *Nudus exiui de ventre matris meæ, nudus & hinc abibo.* Habuit tamen, quo non ſolùm inter homines, ſed etiam apud Deum diues inueniretur. Quid autem locupletius, quàm quod ad imaginem Dei eſt, ac ſimilitudinem. Ad imaginem autem interior eſt homo; non iſte exterior; ille qui ſenſu æſtimatur, non oculis comprehenditur. Ille ergo nobis expectandus eſt, qui ſeriùs inueſtigatur. Ideo Deus non putauit hominis fabricam eſſe laudandam, quia maior eius virtute eſt portio. Præclara quidem ſpecies, & præſtantior cæteris animantibus, ſed irrationabilia ſpecie corporia B æſtimentur: ea autem quæ rationis plena ſunt, communem laudem ſequeſtrent. Homo igitur mihi non tam vultu, quàm affectu admirandus emineat, atque excellat: vt in his laudetur, in quibus etiam Deus prophetico iudicio laudatur, de quo ſcriptum eſt: *Terribilis in conſiliis ſuper filios hominum*, Pſalm. 65. Cuius opera coram Deo luceant, qui bona iugibus operibus facta contexat; & ideo laudatio eius non in exordio, ſed in fine eſt, nemo enim niſi legitimè certauerit, coronabitur. Ideóque Sapiens tibi dicit: *Ante mortem non laudes hominem quemquam*, Eccleſ. 11. Qua ratione hoc dixerit, ſuperioribus docuit, dicens: *Quia in fine hominis nudantur opera eius.* Hæc omnia S. Am- C broſ. Et quidem animus erat ſingulas commentando ſi non illuſtrare, at certè indicare ſententias, vt quæ ſint multæ, atque elegantiſſimæ; ſed ſtudio legentium relinquamus.

Iob 1.

*Hominis laus in virtute.*

Pſalm. 65.

Eccleſ. 11.

*Homo ante mortem non laudandus.*

---

## SECTIO IV.

*Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio: in quo poſuit hominem, quem formauerat. Produxitque Dominus Deus de homo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue;* D *lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignúmque ſcientiæ boni & mali.*

1. P*Lantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis.*] Regreditur ad opera tertiæ diei inter quæ paradiſus terreſtris primum obtinuit locum. Nec enim probabile eſt, quod D. Hieron. potius ex Hebræorum, quàm ex ſua opinione ſcripſit: primò ſcilicet rerum omnium paradiſum creatum fuiſſe. Sic enim de quæſtionibus Hebraicis ait: Plantauerat Deus paradiſum in Eden à principio. Ex quo manifeſtimè comprobatur, quòd priuſquam cælum & terram Deus E faceret; paradiſum antè condiderat. Sic ille. Hic tam abſurdus error Hebræorum niti videtur illo verbo, *à principio*, quaſi diceret, ante omnia, ante rerum creationem. Sed eſt fundamentum inane. Etenim, à principio, aut refertur ad tempus, & ſic inſinuat primordia creationis rerum, videlicet in tertio die, vbi terra conditoris imperio germinauit, atque inter alia plantaria, & nemora arboribus conſita, hauddubiè quin ille voluptatum & deliciarum hortus amœniſſimus ad hominis paulo pòſt creandi habitationem & felicitatem conſitus à Deo ſit: quæ fuit expoſitio Ruperti Abbatis. Sic enim ſcribit *lib.* 2. *cap.* 25. *in Geneſ.* A principio Dominus Deus plantauit paradiſum. Idem eſt, ac ſi diceretur: Ab initio mun-

S. Hieron.

*Error Hebræorum de paradiſo.*

Rupert.

*Paradiſus quando conſitus.*

danæ exornationis, quando illo iubente, terra herbam ligoſúmque germinauit. Diſtinctis namque tribus partibus mundi, id eſt, cælo, terra, & mari, primus ornatus fuit plantatio paradiſi. Hæc Rupert. Certum etiam mihi eſt, mundi creationem tempore ſucceſſiuo ſex dierum vero & ſtato peractam eſſe: & conſequenter falſum eſſe, quod aliqui excogitarunt, non fuiſſe veram temporis ſucceſſionem, in qua res creatæ ſeſe tempore inuicem & antecederent & ſubſequerentur; ſed cùm momento temporis omnia condita fuiſſent, ſpatium illud ſex dierum, ex ipſa rerum quaſi ſucceſſiua inceptione, ſecundùm ordinem à Deo præſcriptum in intentione, nominatum, deſumptúmque eſſe: quod quidem iudico falſum.

*Simultanea non fuit creatio rerum.*

B Alia deliramenta ſunt (vt vno hoc loco plures confutem & concludam errores) paradiſum non eſſe in terra peculiarem aliquem hortum, ſed tali nomine inſinuari, quandam primæuæ illius ætatis felicitatem in terra ante lapſum qua frueretur homo Angelorum æmulus, & cæleſtis paradiſi mox futurus incola. Item ſerpentem, & ſerpentis colloquium, vetiti pomi eſum, & alia, quæ proculdubio, verè & hiſtoricè, vt fert literalis ſenſus, acciderunt, eſſe fictitia & metaphorica, ſoláque tentatoris ſuggeſtiones, voluptatum titillantium, peccatique ſymbola. Referunt alij illud, *a principio*, non ad tempus, ſed ad locum, quo

*Errores varij perſtringuntur.*

C ſomnium de paradiſo ante orbem condito prorſus conuellitur; Hebr. מקדם *michedam*, ab anteriore, ſeu priore, vel tempore, vt iam diximus, vel loco, quod malunt alij cum LXX. qui vertunt ad Orientem; ſcilicet reſpectu habito ad terram promiſſionis (vt fieri ſolet in terrarum & cæli plagis deſcribendis) paradiſus terreſtris conſitus à Deo eſt in plaga orientali, quæ primò habitari cœpta eſt, ac primo Solis iubare illuſtrari. Mirificè commendat Dei amorem erga hominem cùm paradiſus, tum eius plantatio. quod ita explicat Procop. Deus ſingularem quendam amorem teſtatus eſt erga hominem, quòd non paſſus eſt eum more cæterorum animalium huc

*Paradiſus ad orientem ſitus.*

*Procop.*

D illuc oberrare & vagari, alimentáque quæritare: ſed ei locum aſſignauit, in quo moretur, & electum, & à reliquis ſequeſtratum, quem ſol oriens primò illuminat. Quod ait: *Plantauit*, inſignem quandam curam commonſtrat, quo Deus locum illum accuraret, vt oſtendat in quem dignitatis gradum hominem collocauerit. Sic ille. Valde controuerſa hic ſolet agitari quæſtio de ſitu paradiſi terreſtris, vbinam terrarum extiterit, & an etiam hodie ſuperſit? Et quidem certum eſt ad orientalem plagam fuiſſe, qua verò in regione, & loco, aſſignare difficillimum. Quòd non ſuperſit; imò & diluuio terras, terrarúmque ornatum aquis, & abſorbente & euertente funditus perierit,

E Pererius noſter cum pluribus huius ſæculi Doctoribus affirmat *lib. 7. in Gen.* Cæterùm ſupereſſe adhuc concors eſt antiquorum & ſummorum Patrum ſententia cum D. Aug. vt luculenter teſtatur illuſtriſsimus Cardinalis Bellarm. *opere de gratia.* & Gregor. de Valentia *in primam partem D. Thom.* Dicunt igitur paradiſum versùs Orientem in loco amœniſsimo, mortalibus tamen incognito, ſitum adhuc ſupereſſe, vbi Enoch & Helias candidati illi immortalitatis, vt vocat Tertul. vitam viuunt perbeatam, ac feliciſsimam, circa viſionem tamen Dei beatificam, quam in cælo poſt reportandam extremis mundi temporibus de Antichriſto victoriam perfruentur. Etſi autem diluuio cuncta in terris perierint, diuina tamen

*Peter.*

*S. Auguſt.*
*Bellarm.*

*Gregor. de Valent.*

*Tertul.*
*In paradiſo morantur Elias & Enoch*

A virtute ſeruatus paradiſus eſt, aliquali tamen ornatu ſuo amiſſo, nonnihil immutatus, vt in ſequentibus videbitur.

*Paradiſus terreſtris ſupereſt.*

2. *Produxitque Deus.*] Deſcribit amœnitatem paradiſi, quæ ex duobus maximè ſolet efflereſcere, omnium ex arboribus, & ex aquis. De his ſuo loco dicetur inferius. De illis nunc ſermo eſt. Omne lignum, videlicet omnia genera arborum in paradiſo conſita viſebantur, cùm pulchra vſu, tum ad viſcendum iucunda. Senſus eſt, omnes ſpecies arborum, quæ ſola frondium amœnitate, ac nemoroſa opacitate ramorum oblectare oculos poſſunt, tametſi alioqui eſſent infructuoſæ, in paradiſo reperiri: & præterea, quod potius & com-

*Paradiſi nomen*

B modius erat, quicquid fructuoſarum arborum ad eſcam, atque adeò ad cupedias (vt illa ferebat ætas) deſiderari poterat, illic viſebatur. Neque verò neſcio, quòd contrà ſenſerint alij, ſolas arbores fructiferas, nullam autem ſterilem in paradiſo extitiſſe, quæ videtur fuiſſe ſententia D. Ambroſ. *lib. de parad. cap.* 1. Quanquam coniectari liceat, ſanctiſsimum Patrem moraliter, & myſticè de myſtico paradiſo forſitan loqoutum eſſe. Ergo (inquit) paradiſus eſt plurima ligna habens, ſed ligna fructifera, ligna plena ſucco, atque virtutis. Luculentiùs adhuc D. Chryſoſtom. *homil.* 13. in hæc verba. Præcepit Deus varias arbores ex terra prouenire, quæ ſimul, & oblectare hominem poſ-

*S. Ambr.*
*Opera ex virtute ad gloriam.*

*S. Chryſoſt.*

C ſent, vtpote ſpectare iucundæ, & eſui accommodæ, & quia erant tam multæ, & quia conceſſæ, mirificam fruituro contuliſſent voluptatem. Omnium enim lignorum quæcunque dixeris, prouentum fecit. Rectè Anaſtaſ. Sinaita *ſuo libello in Geneſ.* Deus (inquit) etiam fuit hortulanus, & ſuæ creaturæ adminiſter. Quis Dei amorem tam eximium non miretur ac veneretur? Multa hic poſſent myſticè ac piè deduci; ſed vnum illud maximè: videlicet Deum plantare hortum, flores, plantas, fructus producere virtutum in nobis. gratiæ vtique Dei adſcribendum eſt quicquid in homine bonus reperitur. Præſertim illud, quod ita commemorat S. Aug. x. *confeſ.* 7. Quis eſt homi-

*Anaſtaſ. Sinaita.*

D num, qui ſuam cogitans infirmitatem, audet viribus ſuis tribuere caſtitatem, atque innocentiam ſuam, vt minus amet te Deus, quaſi minùs neceſſaria ei fuerit miſericordia tua, qua donas peccata conuerſis ad te. Item 10. *confeſſ.* 3. Cor meum, Deus meus, euigilat in amore miſericordiæ tuæ, & dulcedine gratiæ tuæ, qua potens eſt omnis infirmus, qui ſibi per ipſam fit conſcius infirmitatis ſuæ. tibi confitetur conſcientia mea, ſpe miſericordiæ tuæ ſecurior, quàm innocentia ſua. Sic Auguſt. Caſta igitur & ſancta anima Dei opus ac paradiſus eſt.

*S. Aug.*

5. *Et poſuit hominem.*] Ad hunc locum ita D. Chryſoſtom. *ſuper homil.* Vide quantum honorem

*S. Chryſ.*

E ſtatim homini dedit, extra paradiſum quidem formauit illum, ſed mox introduxit, vt reipſa ſenſu beneficiorum frueretur, ſcirétque quantus illi honor eſſet conceſſus. Verbum, *poſuit*, iterum ſic intelligamus, pro eo, quòd præcepit illi, vt eſſet in paradiſo illo, vt & ex aſpectu, & eſu multam perciperet voluptatem, prouocaretúrque ad gratitudinem, intelligens quantus ſit affectus beneficiis, cùm nullum adhuc bonum ſpecimen præbuiſſet. Quaſi Angelus ergo vixiſſet homo ſuper terram corpore quidem amictus, ſed extra corporis neceſsitates, conſtitutus, & ſicut Rex paludamento & diademate ornatus, & purpura veſtitus, ita in paradiſo impauidè verſabatur in magna rerum copia. Ita Chryſoſt. Sed quorſum

Deus

Deus plantauit paradiſum, & in eo poſuit hominem, ſi mox eundem erat inde depulſurus ob peccatum? Reſpondet egregiè Theod. *quæſt.* 24. In primis Dominus Deus non ſolet condemnare ex præſcientia; quapropter tranſgreſſionem Adami præuidens bona illi conceſſit, deinde voluit illum cognoſcere beneficia diuina, vt his priuatus odio proſequeretur peccatum, per quod tantis bonis careret. Præterea conueniebat iuſtum agonothetam athletis virtutis proponere præmia victoriæ. Sic Theod. Vnde colliges, à Deo tranſlatum in paradiſum deliciarum hominem, innumeriſque affectum beneficiis, quo magis deinde augeretur, & pungeretur poſt peccatum, dolens, quòd tam turpi naufragio iacturam vltrò feciſſet, infinitarum propè, atque maximarum opum quibus à Deo in ſtatu innocentiæ fuiſſet cumulatus. Vt enim pereleganter dictum eſt à Boëtio in ſua de Philoſophia conſolatione; ſummum genus infelicitatis eſt fuiſſe felicem. Quo etiam ſenſu multo antea Comicus Poeta dixerat:

*Miſerum iſtud verbum eſt: Fuiſſe.*

Quod lamentari quidem videbantur illi apud Maronem:

——*Fuimus Troes, fuit Ilium,* &c.

Porrò autem, vt ait Rupert. *lib.* 2. *cap.* 25. *in Geneſ.* gratiæ fuit, quòd hominem foris plaſmatum in paradiſo Deus poſuit, iuſtitiæ verò, quòd datum peccanti rurſus abſtulit. Ibidem adiungit. Plantauerat Dominus Deus paradiſum voluptatis in quo poſuit hominem. Ius poſſeſſionis Dei pulchrè Scriptura defendit tali verbo vtens: *Plantauerat autem,* &c. Et hominis infirmam legem, vel cauſam inſinuat dicendo, *in quo poſuit hominem.* his namque verbis quodammodo declarat ſolum Deum quod verum eſt legitimum eſſe paradiſi Dominum, hominem autem in eodem paradiſo aduenam, & Domini Dei fuiſſe colonum. Sic Rupertus. Suum gratis homini Deus paradiſum donat: ſuum illi iuſtè aufert. Sic vere S. Auguſt. 10. *confeſſ.* 4. Bona mea (inquit) inſtituta tua ſunt, & dona tua: mala mea delicta mea ſunt, & iudicia tua reſpiro in illis, ſuſpiro in his.

4. Valde mihi emphaticum identidē verbum illud eſt, *plātauerat,* in quo, tum dignitas paradiſi, tum etiā in eo conſtruendo & exornādo mirifica Dei operantis induſtria ſtudiúmque demonſtratur; vt egregiè adnotauit Rupert. *lib.* 2. *cap.* 25. *Geneſ.* In paradiſo (inquit) diligenter quaſi ſtudium plaſmatoris commendare curauit Scriptura. Sic enim ſingula penè verba poſita ſunt, vt propè ſub oculis legentium Deum deſignauerit operarium diligentem, ac ſolicitum, plantantem, ac radicantem, ſummáque cura conquirentem omne, quòd pulchrum viſu; & ad veſcēdum ſuaue fore crederet, taliáque deliciarum inſtrumenta excogitantem, quibus conſitis ipſius, qui plantaſſet ſcientia, meritò laudari debuiſſet. Hæc Abbas. Hanc ego tam benignam ac ſtudioſam venturo homini plantationem paradiſi factam à Deo conditore mecum expendens ſic ſtatuo; Dei cauſam contra hominē mirabiliter defendi, imò hominis cauſam omnino conuinci. Nimirum Deus tam beneficus erga hominem extitit: homo autem aduersùs Deum ipſum ingratus! Quo paradiſus amœnior, quo deliciis affluentior, quo pluribus, cùm ad ſpeciem, tum ad voluptatem plantis, arboribus, fructibus abundantior, eo maior hominis ingrati procacitas, temeritas, barbaries! Simile argumentum ſuorum beneficiorum

*Theod. Cur Deus hominem poſuit in paradiſo, vnde expellendum. — Dolor maior ob maxime felicitatem amiſſam. — Boët. — Plaut. — Virg. 2. Æneid. — Rupert. — Dei iuſtitia & miſericordia erga hominē. — Paradiſi dominum ponit Deum. — S. Aug. — Rupert. — Deus in ſtudium hominis ſolicitus. — Homo ingratus Deo beneficentiſſimo.*

A Deus omnipotens in illum tam ruſticum & ingratum populum Iudæorum adducit, vt & incorrupta illibatáque iuſtitia Dei vindicantis, & barbara nefariorum contra Deum irruentium impietas eſſe conuincatur. Sic enim expoſtulat. *Quid debui facere vineæ meæ, & nō feci?* Iſai. 5. *Quod peccatum inuenerunt in me Patres veſtri?* Ierem. 2. *Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contriſtaui te,* Mich. 6. Nihilominus ſimulatque apparuit Dominus vineæ prouentū illius à vinitoribus, quibus locata fuerat, debitum tributorum blande amicéque accepturus, Ingrati illi, barbari, & bacchico furore dementati conſurgunt, exclamant: *Hic eſt heres, venite, occidamus eum,* Matth. 21. At

B (vt inquit D. Chryſoſt. *homil.* 69. *in Matth.*) cur obſecro? quid criminari magnum aut paruum poteſtis? an quia nimirum vos Deus honorauit? quia cum Deus ſit homo propter vos factus, innumera ad ſalutem veſtram miracula fecit? an quia peccata dimittebat? an quia in regnum vocabat? magna impietas, magna dementia, & inſania? Iam nunc ergo præſtruitur via diuinæ iuſtitiæ Adamum, poſt tam multa, tamque ſingularia Dei beneficia peccantem expulſuræ de paradiſo. Quid enim mali Deus contra hominem admiſit, niſi quod (vt dixerat D. Chryſoſt.) nimium Deus hominem honorauit?

5. Cætera quidē vitia, tametſi à ratione aliena

C ſint omnia, Deóque ſummè aduerſa, aliquali tamen ſi non vera, certè fucata & apparenti excuſatione obteguntur, vt quæ paſſione quauis prædominante ingruant in animum; & cum natura per peccatum corrupta cognationem quandam habere videantur, ſola impietas ingrati hominis (ſi hominem fas eſt appellare) nihil cum ratione ingenioque humano habet commune, ſed in belluinam feritatem ſtuporémque degenerans hominem reddit pecudem, & non qualemcunque, ſed omnium ſtolidiſſimā, atque immaniſſimam. quò mihi planè alludere videtur Chriſtus Dominus, cùm de impietate Iudæ proditoris loquutus eſt, Ioan. 13. *Qui mittit mecum*

D *manum in paropſidem, leuauit contra me calcaneum ſuum.* Quo etiā probro notauit Dauid peccatorum ſinum, Pſalm. 48. *Iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Demúmque Hebræorū ſacrilegium in vitulo adorando ſimili dedecore perſtringitur illis verbis: *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit.* Ex quibus omnibus apertè conuincitur, ingratum hominem efferari inſaniréque vt belluam, & in dominum ſuum, à quo alitur, fouetur, amatúrque, ſublatis cruribus ferratas calces impingere. Deū verò tam grauiter in facie, & in oculis (vt ita dicam) vulneratum, in hominem vſque adeò ingratum, velut in feram pecudem ſeueriùs, quàm in reliquos nefarios inuehi ad grauiora pœnarum ſupplicia de ingrato monſtro expoſcenda.

6. *Plantauerat autem paradiſum voluptatis,* &c.] Hebr. *in Eden,* & vt ait Anaſt. Sina. interpretantur

E ſanguinolentæ deliciæ, aut inflammatio carbonum. Ergo timeat homo in paradiſum tranſlatus inter delicias poſitus. Sunt enim deliciæ ſanguinolentæ. Et vnde ſanguis ſanguinem tangens, & innumeræ cædes animarum, quàm ex corporum deliciis? Delicata carnis vita mors eſt, funus eſt, ſepulchrum eſt animæ. apponite huc illud Iſai. 9. *Veſtimentum mixtum ſanguine erit in combuſtionem.* quod exponit D. Gregor. 9 *moral.* c. 9. ſanguine veſtimentum miſcere, eſt deſideriis carnalibus corpus inquinare. Et quid magis congruit cum deliciis, quàm inflammatio carbonum? ardet caro,

anima

*Ingratitudo Iudæorū ſubnotatur. — Iſai. 5. — Ierem. 2. — Mich. 6. — Matth. 21. — Chryſoſt. — Chriſtus ob ſua beneficia à Iudæis deſpicitur. — D. Chryſ. — Ingratitudo deteſtatur. — Ioan. 13. — Pſalm. 48. — Deuter. 32. — Ingratus ſeuerè punitur. — Anaſt. Sin. — Deliciæ ſanguinolentæ. — Iſai 9. — S. Gregor.*

*Deliciæ, inflammatis.* Iob 31.

anima exuritur inter delicias; illis accenditur A ignis ille vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina, *Iob* 31. Eradicans; & ramos enim & truncū, atque adeò ipſaſmet radices comburit iſta gehennalis flamma, nec ſaluti corporis ac vitæ, nec famæ atque honori, nec ſubſtantiæ rei familiaris, nec ipſi denique animæ parcit. Hoc malum redigit omnia in cineres ac fauillas, vt iam alibi ſubnotauimus. Collige hinc ſanguine diffluere, qui deliciis diffluunt, materiámque eſſe aptiſſimam incendiis ſempiternis. At ego ex commentatione huius paradiſi terreſtris eleuor in recordationem paradiſi cæleſtis,

S. Bern.

de quo ſic Bernard. *ſerm.* 33. *in Cant.* Tuta habitatio, paradiſus, dulce pabulum verbum, opulen- B tia multa nimis æternitas. Felix regio, in qua pro libito oues ingrediuntur & egrediuntur, & non eſt, qui exterreat. Meritò ſponſa illò ſuſpirat, meritò inhiat loco paſcuæ ſimul & pacis, ſed quietis, ſed ſecuritatis, ſed exultationis, ſed admirationis, ſed ſtuporis, *Cantic.* 1. Nam & me miſerum heu longè agentem, de longè ſalutantem. En ipſa eius recordatio ad lacrymas prouocat, plane iuata affectionem & vocem dicentium: *Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus dum recordaremur tui Sion*, Pſal. 136. Quis non illic vehementer cupiat paſci, & propter pacem, & propter adipem, & propter ſatietatem? Nihil ibi formidatur, nihil faſtiditur, nihil deficit. Hæc Bern.

Cant. 1. *Paradiſus cæleſtis deſcribitur.*

Pſal. 136. *Deſideria in paradiſum.*

Apoc. 2.

C *Vincenti dabo manna abſconditum*, Apoc. 2. Vtique cæleſtem paradiſum vocat manna; mitto alias cauſas, hæc vna ſatis nunc eſt, eo quòd ſicut manna omne delectamentum in ſe habebat, & palato cuiuſcunque ſuum accommodabat ſaporem, ita cæleſtis beatitudo omnia gaudia & voluptates in ſe habet, & quicquid dulce, pulchrū, excellens, & bonum mens humana poteſt, aut appetere, aut fingere, planè in cælo guſtabit & poſſidebit. Denique, vt vno verbo rem cōficiam, ſola beatitudo cæleſtis paradiſi cupidiſſimū hominis animum excitare debet. In quam ſententiam illud apprimè congruit ea Luc. 22. vbi D poſtquam Dominus diſcipulorum contendentium, quis eorum videretur eſſe maior, ambitionem repreſſit, adiunxit: *Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnū.* quo loco ita optimè Caiet. Retrahit eos ab ambitione, ex præmio præparato eis in cæleſti gloria, vt non ſolùm ea tanti temporis merito, ſed ex præparato tam excelſo præmio erubeſcant ambire. Sic ille. Sed quid de paradiſo pluſquā cæleſti dixerim; quem plantauit Dominus Deus non homini Adamo, ſed Deo homini, Virginem ſcilicet beatiſſimam, cuius virginalis vterus, aula regis, thalamus ſponſi cæleſtis, templum Dei fuit. Quid verò de Virginis anima longè ſublimiori loquar? certum eſt E enim illud Auguſtini. Beatior Maria concipiendo mente, quàm ventre. Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum. Cantic. 1. legimus de Virgine, nihil in ea non hortus eſt, non paradiſus, non deliciæ. At quænam emiſſiones, ſiue propagines & ſurculi extenti (quod ſonat vox Hebræa) niſi Virginis vbera, de quibus paulo antè dictum eſt: *Quàm pulchra ſunt mammæ tuæ!* quo loco ſuauiſſimè commentatur Guillelmus; quàm gratæ ſunt oculis Patris, quæ filium vnicum aluerunt! Quàm pulchræ ſunt, quæ lacte ſingulariter candido tumuerunt? Nempe lac illud ſingulariter candidum, quia vnigenitum. Quid negas, ô ſtulta mundi ſapientia, partum virgineum? Deus naſcebatur. Et quid item negas lac virgineum?

*Beatitudinis gaudia.*

Luc 22.

Caietan. *Pudet mundi bona ambire, vbi de cælo agitur.*

*B. Maria paradiſus.*

S. Auguſt.

Cant 1.

*B. Mariæ vbera commendantur.*

Guillelm.

A Deus paſcebatur. Non potuit Deus (quia non decuit) in ſalutem hominum corporaliter naſci, niſi partu virgineo, nec decuit Deum paſci, niſi lacte virgineo. Nec minus habet miraculi pectus virginis lacteſcens, quàm venter partu grandeſcens. Propterea Filio Virginis dictum eſt: *Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti.* Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ! Planè ſpecie, & pulchritudine ſua ſanctos Angelos oblectabant, cum ab eis penderet ſpecioſus præ filiis hominum Dominus Angelorum. Hæc ille.

Luc. 11. *Ieſus puer vbera matris ſugens.*

7. *Lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignúmque ſcientiæ boni & mali.*] Proculdubio diſtinguenda hîc duo ſunt ligna; vnum vitæ, alterum ſcien- B tiæ, vt rectè Theodor. *quæſt.* 26. oſtendit his verbis. Iſta ligna ſunt quidem plantæ è terra natæ, ſed propter diuinam ſententiam alterum ex iis lignum vitæ nominatum eſt, alterum verò, quia per ipſum ſentiri cœpit peccatum, appellatum eſt lignum cognitionum boni & mali, & circa hoc ipſi Adæ certamen indictum eſt: lignum autem vitæ, veluti quoddam vitæ præmium propoſitum erat obſeruanti mandatum. Vt aqua viua vocatur Baptiſma, non quòd aqua baptiſmatis aliam habeat naturam, ſed quia per illam aquam diuina gratia donat vitam æternam: ita lignum vitæ diuina ſententia vocatum eſt, & lignum cognitionum ſcientiæ boni & mali; & quòd inde cœpit C eſſe ſenſus peccati; vnde qui fructum prohibitum guſtauerunt, tanquam præcepti tranſgreſſores conſcientiæ pœnas luerunt. Sic Theodor. Ergo lignum vitæ ſic appellatur non eo ſolùm, quòd Deus eius poma comedentibus vitam præſtaret in longum æuum duraturam; ſed quia diuino munere conceſſam & inſitam, aut etiam ſibi connaturalem virtutem haberent eius poma, vt comedentis vitam prorogarent in longos annos, & valetudinem, ſanam, integram, fortam, & valentem viribus ſine vllo morborum tædio tuerentur. Qua de re multa diſſerit Pereira noſter *lib.* 3. & alij. Audio ex hoc ligno vitæ quendam Atropæum de grege hæreticorum neſcio quid D obgannire contra virtutem Sacramentorū Chriſti. En quales ſunt hæretici, qui in portu naufragium faciunt, in luce caligant, in aqua ſordeſcunt, atque adeò in vita ipſa moriuntur.

Theod. *Ligna duo, vnum vitæ, alterum ſcientiæ.*

*Ligni vitæ poma virtutem admirabilem habebant.*

Perer.

*Hæreticorum ſtoliditas.*

8. Porrò autem, vti paradiſus terreſtris ſymbolum fuit Eccleſiæ Dei, ita lignum vitæ figura fuit Chriſti Domini, qui de ſeipſo ait: *Ego ſum via, veritas, & vita*, Ioan. 14. & conſequenter Euchariſtiæ omnium ſacramentorum ſummæ, & auguſtiſſimæ; ab hoc enim fonte Chriſto, quicquid gratiæ & virtutis, quicquid ſacri & diuini latet, & exercetur in reliquis ſacramentis, tanquā riuulis inde deriuatis, emanat. Qua ſimilitudine vſus eſt D. Thom. At quid euidentius, quàm quod E ab ipſo Chriſto Dei verbo dictum eſt, Ioan. 6. *Ego ſum panis vitæ, qui manducat me, & ipſe viuet. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Niſi mãducaueritis, non habebitis vitam in vobis.* En caro Chriſti, en Euchariſtia, in qua continetur ſubſtantialiter caro Chriſti, quæ & manducatur; imò ſeueriſſimo Dei præcepto manducari iubetur; vita eſt, vitam continet in ſe, vitam impertit manducantibus. Sed quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Sic olim Iudæi, ita nunc Iudæorum hæredes, imò & filij primogeniti hæreditario & paterno iure, in Chriſtum Ieſum, & eius Eccleſiam, linguas, odia, colaphos, irriſiones, flagella, blaſphemias, crucē perpetuò intentantes, audiant (ſi cautibus ſurdiores

Ioan 14. *Euchariſtia fons gratiæ.*

D. Thom. Ioan. 6. *Euchariſtia lignum vitæ.*

*Euchariſtia ab hæreticis & Iudæis impugnatur.*

non

S.Cyrill.

non ſint) D. Cyrill. Iudaicum hoc verbum eſt, A *quomodo poteſt*, & extremi ſupplicij cauſa. Cùm Deus operetur, non quæramus, quomodo, ſed operis ſui, atque ſcientiam illi ſoli concedamus.

De Euchariſtia Patrum teſtimonia. S.Hilar.

Audiant D.Hilarium 8 *de Trinit.* De veritate carnis & ſanguinis Domini in Sacramento non eſt relictus ambigendi locus; ipſius enim Domini profeſſione verè caro eſt, & verè ſanguis eſt. cúrne hoc veritas non eſt? Contingat planè his verum non eſſe, qui Chriſtum ipſum verum eſſe Deum negant.

Irenæus.

D.Irenæus *lib.4.cap.34.* diſputans cum hæreticis negãtibus vniuerſalem corporum poſt hãc vitam reſurrectionem, mirum eſt quàm iſti mortis filij vitam oderint, ac deteſtentur, hoc vitæ ligno ſtoliditatem illorum pecorinam con- B tundit & comminuit. Quemadmodum (inquit) panis, qui eſt è terra, percipiens inuocationem Dei, iam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia ex duabus rebus conſtans, terrena & cæleſti: ſic & noſtra corpora percipientia Euchariſtiam, iam non ſunt corruptibilia, ſpe reſurrectionem habentia.

Euchariſtia reſurrectionis effectrix.

Quomodo ergo dicunt hæretici carnem deuenire in corruptionem, & non percipere vitam, quæ à corpore Domini, & ſanguine alitur. Ibidem *lib.5.cap.2.* Quomodo hæretici carnem negant capacem eſſe donationis Dei, quæ eſt vita æterna, quę ſanguine, & corpore Chriſti nutritur, & membrum eius fit, vt ait Apoſtolus ad

Ad Ephes.5.

Epheſ.5. *Quoniam membra ſumus corporis eius, de* C *carne eius, & de oſſibus eius.* Ibidem etiam: Quẽadmodum lignum vitis depoſitum in terram ſuo fructificat tẽpore, & granum tritici decidens in terram, & diſſolutum, multiplex ſurgit virtute Dei; ea deinde percipientia verbum Dei Euchariſtia fiunt, ſcilicet corpus & ſanguis Domini: ſic & noſtra corpora ex iis nutrita, & repoſita in terram, & reſoluta in eam, reſurgent in ſuo tempore verbo Dei reſurrectionem eis dante in gloriam Dei Patris. Hæc Irenæus.

S.Cyrill.

9. Simile argumentum ferè concludit D.Cyrillus *lib.30.cap.13.* non poterat aliter corruptibilis hæc natura corporis ad incorruptibilitatem & vitam traduci, niſi naturalis vitæ corpus ei D coniungeretur. Non credis mihi? Chriſto crede dicẽti: *Niſi manducaueritis, &c. non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, &c. Et ego reſuſcitabo eum, &c.* Tempus me deficeret, ſi omnia ſanctiſſimorum Patrum teſtimonia proferrem.

S Ignat. Euchariſtia vitam communicat.

Pulchrè S.Ignatius *Epiſt. ad Epheſ.* vocat Euchariſtiæ ſacramentum, medicamentum immortalitatis, antidotum contra mortem. Eſt enim verè lignum vitæ, vt gratiam ſignificat, qua viuit, & alitur anima; & vitæ æternæ, quam dono diuinæ Euchariſtiæ iuſtorum corpora in reſurrectione vniuerſali conſequentur. Lignum vitæ, vnde vitam haurit Eccleſia Dei, in qua quicquid virtutum gratiarúmque habetur, totum ſacroſanctæ E Euchariſtiæ debetur;

Oſe 14. In Euchariſtia fit ſancta quædam inebriatio.

audi Oſeam 14. apertè de hoc venerabili Sacramento prophetantem. *Ero quaſi ros Iſrael, &c. Conuertentur ſedentes in vmbra eius, viuet tritico, & germinabunt, quaſi vinea.* LXX. vertunt, viuent, & inebriabuntur frumento, vbi notabis diuini amoris miraculum, vt in Euchariſtia vitam fideles comedant, panẽmque edentes in ſpiritalem quandam, & ab omnibus terrenarum rerum curis abalienantem ebrietatem incidant.

S Bern.

Iure quidem optimè D.Bernard. *ſerm. in cœna Domini*, virtutem diuini huius ſacramenti mirabiliter operantem in iuſtis, religioſis maximè viris, in hunc modum agnoſcit.

Euchariſtia duo operatur.

Sacramentum corporis & ſanguinis Domini duo operatur in A nobis, vt videlicet, & ſenſum minuat in minimis, & in grauioribus peccatis ſoluat omnino conſenſum. Si quis veſtrûm non tam ſæpe modo, non tam acerbos ſentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aut cæterorum huiuſmodi; gratias agat corpori & ſanguini Domini, quoniam virtus ſacramenti operatur in eo, & gaudeat, quòd peſſimum vlcus accedat ad ſanitatem. Sic Bern.

S Aug.

Quare ſuauiſſimè cum Deo ſic Auguſt. colloquitur *7. confeſſ. cap.10.* Tu es Deus meus, tibi ſuſpiro die ac nocte. Reuerberaſti infirmitatem aſpectus mei radians in me vehementer; & contremui amore & fauore, tanquam audirem vocem tuam de excelſo: cibus ſunt grandium; creſce, & man- B ducabis me. nec tu me in te mutabis, ſicut cibum carnis tuæ; ſed tu mutaberis in me. Planè ſic res habet. Nihil ſibi magis timet animarum hoſtis, vitæ inſidiator, mortis æternæ ianitor, & clauiger diabolus, quàm hoc in paradiſo Eccleſiæ lignũ vitæ, ex quo ſanè fideles ſagittas ſibi conficiunt, quibus armati in teterrimum hoſtem inſurgunt; ſic enim D.Ignatius *Epiſt. 12. ad Epheſ.*

S.Ignat. Euchariſtiam timet & odit diabolus.

Date (inquit) operam, vt crebriùs conueniatis ad Euchariſtiam. Cùm enim aſſiduè conuenitis, deſtruuntur vires ſatanæ, & irritæ eius reuertuntur ignitæ ſagittæ ad peccatum. Nam veſtra fides eius eſt exitium, ac ſatellitibus eius tormentum. Sic Ignatius.

C 10. Ego iam mirari deſino, cùm oculis obuerſatur iſta in omnium flagitiorum genere volutata hæreticorum turba. Nihil enim (vt bene animaduertit Procop. *in 38. Geneſ.*) quod cælum, & cæleſtem doctrinam ſapiat, penes hæreticos reperire eſt.

Procop. Hæretici nil cum cælo habent.

Quid hoc mirum: ſi vitam neſciunt, ſi vitam oderunt, ſi mortis pabulo miſeras paſcunt animas, ſi lignum vitæ, nec oculis intuentur, nec animis anhelando appetunt, nec ore contingunt? Iam nunc Antichriſti multi ſunt, vt ait Ioan. *in ſua canonica, c.2.* Et qui alij quæſo quàm hæretici?

1.Ioan. 2. Hæretici Antichriſti. Dan.12. Pſal 58 Thren 4. Antichriſtus tollet Euchariſtiam.

Antichriſto regnante tolletur iuge ſacrificium, *Daniel. 12. Famem patientur, vt canes*, Pſ. 58. *Paruuli petierunt panẽ, & non erat qui frangeret* D *eis*, Thren 4. Quod bellum in diuinam Euchariſtiam ſuo tempore Antichriſtus indicet, noſtro iam nunc eius ſatellites hæretici Deo, Angelis, cælo, mundo, virtutibus, æternæque vitæ inuiſt & infeſti moliuntur.

Euchariſtia lignum vitæ.

Lignum quoque vitæ dicitur, & quidem meritò corpus Domini in ſacramento Euchariſtiæ. Eſt enim viuorum, vt loquuntur Theologi, ſcilicet à ſolis viuis ritè ſuſcipitur: quod ſignificatur verbo, manducare, toties repetitio à Chriſto Domino, cùm de ſacramento ſui corporis mentionẽ facit: quippe cùm manducare & bibere actiones ſint viuorum, & non mortuorum.

Euchariſtia eſt viuorum.

Quamobrem, vt ritè hoc ſacramentum ſuſcipiatur, neceſſe omnino eſt, vti ſuſ- E cipiens vitam in ſe habeat gratiæ, manducet & bibat corpus & ſanguinem Domini: ſuſceptóque hoc vitæ alimento anima iam per gratiã viuens, nutriatur, ampliúſque viuat nouam ſubinde gratiæ vitam ſuſcipiens. Prætere lignum eſt vitæ, quia & corpori modò in pignore, & ſpe; in die autem iudicij finalis (vt ſuprà viſum eſt) ſempiternam reſurrectionem, & vitam impertit.

Euchariſtia reſurrectionem tribuit.

Imò & vitam hanc mortalem, ſæpiùs ſolet ritè ſumentibus, iam præ graui aliqua ægritudine labentem reuocare, conſeruare, atque diutiùs propagare. Quemadmodum è contrario indignè ſumentes, non peccati modò mortem incurrunt, & iam nunc gehennalibus pœnis deſtinantur: ſed cùm iudicium ſibi manducent & bibant, etiam

Euchariſtiam indignè ſumentes puniuntur.

in

A in hac vita multi ſunt imbecilles, & dormiunt multi: vt teſtatur Paul. 1. *ad Corinth.* 11. hoc eſt, in ſupplicium tam deteſtandi ſacrilegij, quo ſe obſtringunt, qui ad diuinam Euchariſtiam rei peccatoréſque accedunt, complures grauiſſimis afflictantur morbis, atque immatura & infelici morte rapiuntur.

1. Cor. 11.

11. Poſt diuinam Euchariſtiam in ligno vitæ ſignificatam, inuenio apud Patres crucem Chriſti Domini ſimili prænotari ſymbolo. lignum: quia lignea crux Dei hominis humeris à prætorio ad Caluariæ locum baiulata: vitæ, quia, vt bene Auguſt. mors in vita mortua eſt. Deinde ex eo ſacro ligno vita fidelibus emanauit, quod innuitur Cant. 7. *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius.* Vbi duo notanda ſunt: & crucem appellari palmam, & fructibus abundare. Palmam quidem expendens D. Cypr. Aſcendiſti (inquit) Domine ad palmam, quia illud crucis tuæ lignū portendebat triumphum de diabolo. At de fructu illius ita Greg. Papa: In cruce Dominus ſuſpenſus fructum vitæ apprehendit, iuxta illud Geneſ. 49. *Ad prædam fili mi aſcendiſti.* D. Ambroſ. *ſerm.* 55. crucem Domini aratro perſimilem eſſe iudicat, & quotquot in hoc mundo vitam gratiæ viuunt, & in altero viuent ſempiternam, ſulcanti terram crucis aratro adſcribendos eſſe. Ex quo (inquit) Dominus Ieſus, qui ipſam crucem geſtabat, ſepultus in terra eſt, velut dirupta ab eo, exarata terra omnes, quos retinebat mortuos, germinauit. Sic Ambroſ. Enimuero, quia fidelium ij, vel maximè cruci militant (vt cum D. Hieron. loquamur) qui mundo, mundíque bonis & curis atque ſtudiis valere iuſſis, totos ſeſe continenti & religioſæ vitæ in maius Dei obſequium dediderunt: ex hoc crucis ligno conſtruunt pontem illum ſuum, quo ad portum æternæ vitæ, procelloſum iuxtà, & periculoſum huius ſeculi fluuium tranſmeant. Quam ſimilitudinem D. Bernard. *ſerm. de tribus ordinibus*, fusè piéque proſequitur. Inter alia ſic ait: Continentium quidem ordo, & ponte pertranſit: quod ita breuius & facilius, & ſecurius eſſe, nemo eſt qui neſciat. *Et infrà.* Nec verò anguſta nimis inuenietur pontis ſemita currere in ea volentibus. Tribus enim compactus eſt lignis pons: vt qui perfectè eis inniti voluerint, non labatur in itinere pes eorum. Hæc autem ſunt, pœna corporis, paupertas ſubſtantiæ mundialis, & humilitas obedientiæ. At verò his ritè compoſitis vide ſi non tria maris huius pericula euaſiſti, concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ. Hæc Bernard. Qui etiam in ſententiis non veretur iuſtos vocare ligna vitæ hiſce verbis. Ligna ſunt omnes iuſti, qui plantati in medio Eccleſiæ temporalis facere debent fructus vitæ, qui maneant. Videat autem quiſque, vt eligat ſibi locum irriguum, in quo fructificans proferat in tempore ſuo vitæ fructum. Sunt autem tres decurſus aquarum: incitamenta Scripturarum, chariſmata gratiarū, ſtillicidia lacrymarum. Qui iuxta hæc fluenta radicatus fuerit, per menſes ſingulos faciet fructum, & folia ligni illius ad ſuauitatem gentium. Ita Bern. At quanto iuſtiùs, quàm iuſti omnes, Deipara Virgo & omnium iuſtorum, ſiue homines, ſiue Angeli ſint, quàm iuſtiſſima & ſanctiſſima lignum vitæ appellabitur! In medio Eccleſiæ paradiſo Virgo mater eſt, vt centrum (ſic Bernard. loquitur) quo Dei, Angelorum, atque hominū, tum oculi, tum deſideria, amoréſque diriguntur. Vt lignum vitæ,

*Crux lignum vitæ.* — August. — Cant. 7. — *Crux palma dicitur.* — S. Cypr. — S. Greg. Pap. — Geneſ. 49. — S. Ambr. — *Crux aratrū Chriſti.* — *Cruce veniniſcunt mortui.* — S. Hieron. — *Religioſi crucis militant.* — S. Bern. — B — C — D — *Religioſi ponte tranſeunt ſeculum.* — *Iuſti ſunt ligna vitæ.* — E — *B. Maria lignum vitæ.* — S. Bern.

A de quo ſcilicet nata eſt vita, Deus homo, Chriſtus Ieſus: Virgóque ipſa (vt ait Germanus Archiepiſc. Conſtantinop.) ſpiritus & vita Chriſtianorum eſt.

*B. Maria centrum.* German.

12. *Lignum ſcientiæ boni & mali.* ] Non eſt intelligendum iam tunc lignum illud huiuſmodi nomenclatura prænotatum eſſe. Poſtmodū enim ab euentu ita dictum eſt: videlicet, iuxta ſententiam D. Auguſt. & communem Theologorum; vt homo pomum ex ligno vetito comedit, ſtatim bonum obedientiæ cognouit, quod amiſit: & malum quoque inobedientiæ cognouit, in quod peccando incurrit. Sed adhuc reſtat inquirēdum, qualis ea cognitio boni & mali fuerit, cùm imperfecta videretur rerum cognitio, quæ à Deo indita fuit primæuis parentibus, ſi quod maximè neceſſe erat, bonum & malum cognoſcere illis denegaretur. Quam quæſtionem & proponit & diſſoluit egregiè Theodoret. ad hunc modum. Quomodo fieri poterat, vt ij qui colloquio diuino dignati, & ad imaginem diuinam creati erant, cuius vtilitas eſt diſcretio boni & mali, notitiam boni & mali non haberent? Quomodo verò legem dediſſet abyſſus ille iuſtitiæ iis, qui notitiam huiuſmodi à natura non haberent: neque intelligerent bonum eſſe ſeruare præceptū, pernicioſum verò tranſgredi? Habebant igitur ſine dubio notitiam, ſed experimentum poſtea ceperunt. Hæc Theodor. Acceperunt ergo ab ipſo conditore primi parentes perfectiſſimam (vt vocant) in ſpeculatione cognitionem boni & mali: alioqui forent incapaces & meriti, & demeriti. Quomodo enim bonum operarentur, aut malum effugerent, ſi neutrum, quid eſſet, intelligerēt: Præſertim, quia lumine rationis, quod ſatis integrum clarúmque illis erat, ipſo duce, ſine alio extrinſecus admonente ſcire poterant, quod bonum eſſet Deo præcipienti obedire: malum verò ipſius voluntati & dictis obſiſtere. At ſcientiam experimentalē, quæ non niſi poſt tentationes (vt loquuntur Philoſophi) & ab illis deducta experimenta, comparari ſolet; vbi facinus admiſerunt, ſatis perfectam & euidentem ſuo, & noſtro malo adepti ſunt. Præterea dubitari poterit, quorſum huiuſmodi arbor à Deo producta fuerit certiſſima occaſio futura humani generis, parentibus in peccatum & in mortem prolabendi? Nulla mihi certior & grauior occurrit, quàm quæ affertur à D. Auguſt. reſponſio ad hunc modum. Oportebat, vt homo ſub dominio poſitus ab aliquo prohiberetur; vt virtus eſſet merendi obedientia, quæ ſola veriſſimè virtus eſt rationali creaturæ degenti ſub poteſtate Dei: ſicut primum & maximum vitium tumoris, velle vti ſua poteſtate, quod eſt inobedientia. Non enim erat, vnde homo ſe habere Dominum cogitaret, niſi ei aliquid iuberetur. Hæc Auguſt. Hinc adnotabis, quantæ ſit excellentiæ obedientiæ, virtus haud homini dedecoroſa, imò quàm decentiſſima: quippe cùm rationalis animus hominis, vel eo maximè nobilitetur, quòd ſe ſuáſque actiones, ſummæ rectitudini, ac rationi, legíque Dei ſubdiderit: contrà verò à Deo prima & ſumma ratione recedere valde dedeceat hominē rationis capacem, & natura ſua ſubditum Deo, vtpote illius creaturam. Sed nihil ad obedientiæ dignitatem illuſtrius, quàm quòd ſumma myſteriorum Dei, nimirum incarnato Verbi diuini ſundata & peracta fuerit in Virginis obedientia, cùm dixit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbū tuum*, Luc. 1. Planè ſeipsā, ſuúmque

*Homo peccādo obedientiæ bonum agnouit.* — Theod. — *Scientia primorum parētum non erat experimentalis.* — *Scientia experimentalis poſt peccatum aduenit.* — *Arbor cur prohibita.* — S. Aug. *Obedientiam Deus exigit.* — *Obedientia decens homini.* — *Obedientia fundamētum incarnationis Chriſti.* — *B. Maria obedientia.*

vterum

Luc. 11.
vterum virginalem, & vniuerſa matris obſequia obtulit Deo, qui libentiſſimè omnia acceptauit.

Irenæus.
*Obedientia vtilis homini.*
Non indiget quidem (ait D. Irenęus *lib. 4. cap. 34.*) Dominus noſtro munere, ſed is, qui offert, glorificatur ipſe in eo, quod offert, ſi acceptetur munus eius. Loquitur de munere, & obſequio obedientiæ. Igitur ex ſuo munere Virgo beatiſſima tantum eſt conſequuta honorem, vt non ancillam, ſed reginam mundi, & matrem Dei illam prædicent omnes generationes. Adiunge etiam,

S. Chryſ.
quid reſpondeat D. Chryſoſt. *homil.* 13. his verbis. Miſericors Dominus, cùm tanquam opifex præſciret ex multa copia, præcedente tempore, nocumentum ſubnaſci, produxit lignum vitæ in medio horti, & lignum ſciendi notitiam boni & mali. Et non multò pòſt abſtinere ab illo iuſſurus erat, vt ſcire poſſit, quòd gratia & liberalitate illis frueretur; eſſétque Dominus aliquis, & naturæ ſuæ, & omnium viſibilium. Ita Chryſoſt.

*Homo obediens, & gratus Deo.*
Oportebat igitur, vt homo conditus à Deo, & illum ſui eſſe dominum profiteretur, & illius gratiam & liberalitatem, ob quam toto illo paradiſo potiretur, prædicaret. Auguſt. & Chryſoſtom.

Procop.
ſecutus, vt videtur Procop. ſimiliter reſpondet. Habuerunt protoplaſti rationem, qua freti honeſtū & turpe diſtinguere poterant. Verùm pleniſſima cognitio penitus deerat. Deus autem volens ad liberum arbitrium aperire homini feneſtram, & ſimul contrariorum notitiam inuehere, arborem oſtendit, cuius eſu interdicit adiecta mortis comminatione, vt diſceret obedientiam eſſe bonum, inobedientiam eſſe malum. Arbor itaque, per quam vtrumque hoc cognoſcitur, ab vtriſque meritò denominata eſt, ſcilicet ab obedientia, & inobedientia: hæc enim malum, illa bonum denotat. Sic Procop.

S. Ambr.
13. D. Ambroſ. *lib. de paradiſo, cap.* 6. plures mouet, aut ab aliis motas ventilat, & diluit quæſtiones, hoc de ligno ſcientiæ boni & mali: quarum hanc vnam tantummodo commemorabo. Qui neſcit (ait) bonum & malum, ne ipſum quidem nouit eſſe malum non ſeruare mandatum; nec ipſum bonum nouit, quod eſt obedire mandato. Et ideo quia non nouerat, venia dignus fuit; qui non obediuit, non condemnatione. Reſpondet autem. Conſiderare potuit homo ex iis, quæ Deus ante ei contulerat, quòd inſufflationem Dei accepit, quod erat in paradiſo voluptatis locatus, ſummam autori obedientiam deferēdam.

*Obedientia & fides debita Deo.*
Et ideo ſi vim neſciebat boni & mali, tamen quia tantorum autor dixerat, de ligno ſcientiæ boni & mali non eſſe guſtandum; fidem præceptori ſeruare debuerat. Non enim ab eo peritia, ſed fides exigebatur. Intelligebat vtique omnibus præeminere, perſonam iubentis ſpectare debuerat. Etſi non intelligebat vim, qualitatémque iuſſorum, ſciebat tamen præceptori deferendum eſſe reuerentiam. Habebat in natura hanc opinionem, etſi non habebat iudicium boni & mali. Denique & mulier ſerpenti dixit: Ex omni ligno paradiſi manducabimus, de fructu autem ligni, quod eſt in medio paradiſi, dixit Deus: Non manducabitis ex eo. Ita ergo ſciebat obediendū eſſe mandato. Sciuit vtique malum eſſe præuaricari, & ideo iuſte præuaricata damnatur. Hæc omnia

*Obedientia cæca.*
Ambroſius. Expende ſedulò, pro religioſorum obedientia, quæ prompta eſſe debet, atque vt dicitur, cæca ſine diſcuſſione mandatorum; illa ſancti Ambroſij verba: Non ab eo peritia, ſed fides exigebatur. Sed quorſum (inquies) hæc obedientia, & ſubiectio hominis à Deo expetitur? An noſtris ille indiget obſequiis? Reſpondet optimè S. Irenæus *libro 4. contra hæreſ. cap.* 31.

Irenæus.
*Deus noſtris obſequiis non eget.*
Moyſes ait: Et nunc Iſraël, quid Dominus Deus tuus poſtulat à te, niſi timere Dominum Deum tuum, ambulare in omnibus viis eius, & diligere eum, & ſeruire Domino Deo tuo ex tota anima tua. Hæc quidem glorioſum faciebant hominem, id quod deerat ei implentia, id eſt, amicitiam Dei. Deo autem præſtabat nihil: nec enim indigebat Deus dilectione hominis. Deerat autem homini gloria Dei, quam nullo modo poterat percipere, niſi per eam obedientiam, quæ eſt erga Deum. Hæc Irenæus. Sed quia fortè quis in hac obedientia non amorem, ſed timorem ineſſe dixerit, adiungit: Auget Dominus & timorem. Filios enim plus timere oportet, quàm ſeruos, & maiorem dilectionem habere in patrem. Sic ille.

Deut. 26.

*Obedientia illuſtrat hominem.*

*Obedientia cum timore filiali.*

1. Tim. 2.
Quòd ſi adhuc miretur quis, Deum infinitæ bonitatis, qui vult omnes ſaluos fieri, vt ait Apoſtolus, creaſſe tamen arborem in ſuo paradiſo, in quo poſuit hominem quem formauerat, cuius poma ad videndum pulchra, ad guſtandum iucunda, ſine dubio futura eſſent homini ad peccandum incitamenta. Recogitet, oro, imprimis immenſam iudiciorum Dei abyſſum, deinde conſideret, quàm leue præceptum, quàm facili negotio obſeruandum: quantis & quàm multis diuinæ gratiæ donis homo eſſet communitus, vt præceptum obſeruare, & peccatum deuitare faciliimè poſſet, ſi vellet: ac demum intelligat cum D. Auguſtino *in Enchirid. cap.* 27. id grandi Dei conſilio factum fuiſſe. Melius enim (inquit) iudicauit de malis benefacere, quàm mala nulla eſſe permittere. Conducet nonnihil pro maiore bonitatis diuinæ, etiam in hoc ligno vetito, homini ſaluti conſulentia teſtificatione, quod Procopius adnotauit hoc pacto. Produxit Dominus in medio paradiſi lignum ſcientiæ boni & mali. Quare non in extremo? ſcilicet nedum frequenter eam arborem in conſpectu cernerent, quaſi quibuſdam irritamentis, & illecebris illecti in datam legem committerent delictum. Hæc ille. Igitur ſecundùm iſtam expoſitionem in medio paradiſo, hoc eſt, inter confertiſſimam arborum ſyluam, vbi non obuia ſemper oculis intuentium, perpetuò gulam ſuo tam ſpectabili fructu ſolicitaret; non autem in extrema nemoris parte, in quam deambulantes, aut hortum circumcirca obeuntes, neceſſario incurrerent, conſita erat arbor, quę tandem fuit ſcandalo primis parentibus.

*Arbor ſcientiæ cur producta.*

*Mandatum Dei leue & facile.*
S. Aug.
*Malis bene vtitur Deus.*

Procop.

*Arbor vetita quo loco producta.*

14. At eo grauius delictum æſtimari debet, eo pronior ad peccandum hominis procliuitas, eo miſerior fragilitas, eo temeritas inſanior, & iudicari & deplorari poterit. Hinc etiam inferas: Si enim parentes, Eua præſertim, in arborem, & præcepto vetitam, & mortis pœna metuendam, atque remotam procul ab oculis, immenſa infinitarum arborum opacitate circumſeptam, quaſi vallo, muro, aggeribus, propugnaculis communitam: nihilominus in eam primam & ſolam, poſthabitis reliquis omnibus, temerario auſu, quaſi non tantum ad comedendum, quantum ad peccandum, Deóque reſiſtendum aduolarunt: quis quæſo ab iis ortus parentibus ſibi non timeat, auitæ & paternæ, atque adeò hæreditariæ fragilitatis ad ſtandum, & procliuitatis ad ruendum in præcipitia malorum omnium, conſcius? *Qui fodit foueam, incidet in eā; & qui diſſipat ſepem,*

*Procliuitas hominis ad peccandum.*

Eccleſ.10. *Temeritas in peccando.*

*mordebit eum coluber*, Eccleſ.10. Hæc pœna iuſto Dei iudicio irrogatur in audaces, qui ſponte in pericula incurrunt. Proh temerarium hominem! Quid ligonem aſſumis, quid tellurem effodis, qoid voraginem apetis? Ergo ſi præceps ruas in barathrum, tibi imputetur. Quid tibi cum ſepe, quid vallum ſubruis, quid parietinas demoliris? An neſcis fieri poſſe, vt intus lateat ſerpens, & peſtem in te ipſe exſuſcites? *Quis miſerebitur incantatori à ſerpente percuſſo*, Eccleſ.12. Locus quidem euidentior, ad confringendam proiectorum hominum audaciam. Enimuero viam quis facit, omnis mali periculique neſcius; ſiſtit deinde greſſum lato in tramite: ecce tibi vipera è vicino inter herbas latitans in incautum prorumpit, virus infligit. Quis ergo non doleat, quis miſerum non deploret! Contrà verò maleficus ad incantandam viperam ſeſe accingens, hac illac beſtiam perſcrutatur; latibulo inſultat, inclamat, ſerpentem euocat, vel inuitum extrahit foras. Ergóne, ſi ſerpens incantatorem imperat, mordeatque, erit qui cōdoleat, qui defleat? Audaciſſimus homo ſuam ſibi quæſiuit, inuenit, meruit peſtem. Ita planè, qui fortuitò, & ingruente ex aduerſo occaſione peccati labitur; cùm hominum commiſeratione, tum ipſios Dei miſericordia veniáque dignus haberi ſolet. At hominem ſpontè in præcipitia ruentem, occaſionibus peccandi ſeſe inſerentem, latentia alioqui animæ pericula, vltrò perſcrutantem, ſi erret, ſi prolabatur, ſi pereat, nemo prudens commiſeratione dignum iudicabit. Pulchra igitur illa in hanc ſententiam admonitio D. Ambroſ. ad Demetriadem virginem. In omnibus actionibus, in quibus tibi es bene conſcia, nunquam audeas eſſe ſecura. Rectè proinde dicitur Pſalm. 45. *Deus noſtrum refugium, & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.* Vbi cernitor admirabilis ordo. Deus nimirum ſuis fidelibus primò refugium eſt: deinde virtus. Primò fugientes ac timentes excipit, fouétque: deinde pugnantes tuetur, & adiuuat. Præterea quod ibi animaduertit D. Chryſoſt. fugientes & reſiſtentes, ſtantéſque vincimus; duoque à nobis expetuntur, ſcilicet & declinare, & contratendere. Sic ille. Perpende quoque vltima Dauidis verba, Deus enim certum & ſuperabundans ſuum nobis pollicetur auxilium, non quidem in quocunque genere tribulationum conſtitutis, ſed in iis, quæ nos inuenerunt: non autem in iis, quas nos vltrò quærimus & inuenimus, & in quas ſcientes & volentes ruimus, tanquam in exitium voluntarium præcipites: vbi tamen ſufficiens nunquam deeſt. Porrò cùm valde neceſſarium ſit, à periculis animæ cauere, præcipuè tamen virginibus & continentibus, cauendum eſt, vbi diaboli laquei obtendūtur. Enimuero cùm Virgo ſanctiſſima loquuta cum Angelo Dei, & de ſummis diuiniſque myſteriis tam ſe cautam & prudentem exhibuerit, timens, turbata, interrogans, addiſcens; quis non timeat, quis non caueat? Ergo vt piè Guillielmus conſiderat *in* 8. *Cantic.* vox cæleſtis ſponſi, eſt ad ſponſam Eccleſiam. Bene iam matrem meam miraris & veneraris. Sed quia in imitatione totus venerationis eſt fructus; imitare, quam veneraris; imitare illam tam in partu, quàm in moribus. Illa ergo in corpore Virgo & mater eſt: te quoque in ſpiritu virginem & matrem eſſe oportet.

Eccleſ.12. — *Occaſione, & periculo caue.* — S. Ambr. *Virgines cauta.* — Pſalm. 45. — D. Chryſ. *Timor quàm ſit vtilis.* — *Deus opē fert non audacibus.* — *Timor virginum.* — Cant. 8. — *B. Maria turbatur.* — Guilhelm. — *B. Maria imitanda.*

15. Aliter tamen, atque Procopius, alij acci-

A piunt hæc verba, *in medio paradiſo*, vt ſignificent, non inter arborum plantaria conſitam arborem illam: ſed eam non quidem in loco, verùm in gradu eminente pluribus aliis anteire. Id enim frequentiùs innuitor hac phraſi Hebræa: ſcilicet aut in loco, aut in gradu nobilitas, & dignitas præ aliis, quibus cum ſit ea copulatiu; vt, *In medio fratrum*, Geneſ.23. *In medio populi mei, ego habito.* 3. Reg. 11. Quæ quidem obſeruatio optima eſt, cæterùm de arbore vitæ, non de arbore ſcientiæ poteſt acceptari: quippe cùm illa omnibus aliis anteiret, hæc verò minimè. Quare ſubtiliter Procopius adnotauit: Deus (inquiens) hortator hominem ante præuaricationem, vt manducaret de B ligno vitæ: nam etiā arborem vitæ cumpleaus eſt ſub dictione, *omni*, cùm diceret: *De omni ligno, quod eſt in paradiſo, comedes.* Præſertim cùm illa arbor ei, vtpote in medio paradiſi conuerſanti, cæteris proximior foret. Sic ille. Itaque iuxta hanc ſententiā Adam & Eua morabantur in medio paradiſi, atque ibi omnium proximā habebant arborē vitæ, ex qua victitareot: at alteram ſcientiæ arborem vicinā, vel inde aliquantulum diſſitam eſſe intelligi ex hoc loco poteſt. Scio hîc à multis quæri, cuiúſnam ſpeciei hæc arbor fuerit? Et quidem malum eſſe, ex eo nonnulli affirmant, quod Cant.8. dicitur: *Sub arbore malo ſuſcitaui te.* Cæterùm eo nomine non tantùm malus (Luſitanè C *maceira*) ſed & aliæ vocari ſolent, quarum poma conſimiliter mala dicuntur; vt tritium eſt apud Latinos. Alij ficulneam contendunt, eandem ſcilicet arborem, cuius poſt fructum deguſtatum, foliis nuditatem tranſgreſſores inuicem erubeſcentes obuelarunt. Sic Procopius. Goropius, Moyſes Hebræus, & omnium luculentiſſimè Theodor. *quæſt.* 28. his verbis. Dum adhuc conſuerent folia, audierunt vocem Dei deambulantis, & ſub arbore latitarunt, non alia videlicet, quàm vnde folia decerpebant. Hæc autem erat, de qua præceptum acceperāt: de illa autem cùm manducaſſent, etiam folia texebant, propterea quòd ſuæ nuditatis eos perderet. Vniuerſa autem D erant folia ficus. Certè ſine controuerſia arbor illa, erat ficus, de qua præceptum acceperāt. Sed non aſſentiuntur quidam præ nimia (vt mihi videtur) ſimplicitate. Qui putant oportere nouum quoddam eſſe lignum, non attendentes, quòd non ligni qualitate, neque nouitate cibi peccata cenſentur, ſed ex præcepto dato: cuius tranſgreſſio quantulacunque pari reprehenſione digna eſt. Hæc Theodor. Cuius ego ſententiam libentiùs ſequor. Animaduerterim tamen in hac opinione, non eſſe credibile in tam amplo atque amœno pomario, vnam tantummodo ficulneam conſitam fuiſſe, ſed cùm multo plures ficulneæ viderentur, aut vnius tantùm ſpeciei, in toto illo arborum genere productam eſſe arborem ſcientiæ boni & mali: aut ſi etiam plures in eadem ſpecie numerarentur, illarum omnium vnam E ſolummodo præſcripto Dei vetitam fuiſſe: quo magis exinde diuina magnificentia, & præcepti leuitas ac facilitas, & peccantium temeritas, malitiáque demonſtretur.

*In medio, quid ſignificet.* — Geneſ.23. — 3.Reg. 11. — *Arbor vitæ gradu eminebat.* — Procop. — Cant.8. — Theod. — *Ficus fuit arbor vetita.* — *Arbores vetitæ plures in ſpecie ſimiles.*

SECTIO

## SECTIO V.

*Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen vni Phiſon: ipſe eſt qui circuit omnem terram Euilath, vbi naſcitur aurum: & aurum terræ illius optimum eſt: ibi inuenitur bdellium, & lapis onychinus. Et nomen fluuij ſecundi Gehon: ipſe eſt qui circuit omnem terram Æthiopiæ. Nomen verò fluminis tertij, Tygris: ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluuius autem quartus, ipſe eſt Euphrates.*

1. VAlde controuerſus hic de fluuio paradiſi locus eſt: ex quo maximè recentiorum nonnulli perſuaſi ſunt paradiſum illum terreſtrem funditus periiſſe: quippe quatuor hi nominatiſſimi fluuij, quos hîc legimus ab vno eodémque fonte profluxiſſe, in longè diſſitis regionibus modò prorumpere cernuntur.

*Fluuius paradiſi*

Contendunt proinde aliqui Doctores, cùm Tygris & Euphrates valde ſint vicini cum duabus foſſis, aut paludibus, quas efficiunt, pro quatuor hic fluminibus haberi & nominari. C Cæterùm ſupereſſe quidem etiam nunc paradiſum, iam ſuprà ſtatutum eſt: ergo priſcorum & ſanctiſſimorum Patrum ſententiæ inhærentes dicimus: versùs Orientem loco nobis ignoto, atque in paradiſo illo terreſtri fluuium extitiſſe quatuor maximorum fluminum progenitorem. Quòd autem iſta nunc in diuerſis, & procul à ſeſe diſſitis regionibus ſcaturiant, fieri potuit poſt longos annorum terrarúmque tractus, forſitan terræmotibus inſolitis, aut (quod vero propius eſt) diluuio terras abſorbente, & inſigniter immutante. Quare huiuſmodi fluuij caſu aliquo, & vi ſubita, in penitiores terræ meatus ſeſe condentes abſorbente eorum originem terra, deinde in ſummè diſtan- D tibus regionibus ſub alio procul ſole tandem emerſerunt. Idem enim de Alphæo, & de Arethuſa legimus: idipſum oculis ſpectamus in Ana Luſitaniæ vno de fluuiis; quod Plinius *lib. 2. hiſtor. natur. cap.* 1. ſcriptum reliquit in hæc verba. Ortus Ana Lamitano agro citerioris Hiſpaniæ, & modò ſe in ſtagna fundens, modò in anguſtias reſorbens, aut in totum cuniculis condens, & ſæpiùs naſci gaudens in Athlanticum Oceanum effunditur. Sic ille.

*Plin.*
*Ana Luſitaniæ flumen.*

Sed ne cui videatur à me hoc effictum, audiat Theodoret. qui hanc propoſuit quæſtionem. Quî fit vt Moyſes aſſerat Tygrim & Euphratem è paradiſo fluere, quos aiũt nonnulli è montibus Armeniæ ſcaturire? E Reſpondet verò: Videre licet, & alia flumina alicunde quidem egredi, deinde in terram quibuſdam ductibus fluentia, iterum ſurſum ſcaturire: quod & his fluminibus accidit. Exeunt enim illinc, vt ait Scriptura diuina: poſtea verò per quoſdam meatus ſubterraneos tranſeuntia, ibi originem aliam ſumunt. Quod quidem non fruſtrà omniũ Deus ita diſpenſauit, ſed vt amputaret ſuperfluam hominum curioſitatem. Nam ſi paterent eorum omnes meatus, quidam vtique conarentur eorum ripas proſequuti locum paradiſi perluſtrare: ſed fruſtrarentur optans, & longitudine itineris feſſi, atque neceſſariorum penuria laborantes, modò in aſpera loca incidentes, modò in

*Theod.*
*Fluuij à paradiſo orti.*

*Paradiſus nũc ignotus.*

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

A deſerta, interdum in manus crudelium & barbarorum hominum deuenirent. Hæc igitur præuidens miſericors Deus, ignotos illorum fluminum meatus reddidit. Hæc Theodor.

2. Attexam ad hæc, quæ Rupert. Abbas ingeniosè quidem, ſed an etiam verè, viderint alij, excogitauit *lib. 2. in Geneſ. cap.* 24. Porrò (inquit) iis, qui literam, vel hiſtoriam hoc loco præterire volunt, iſtud maximè ſcrupulum mouet, quòd de quatuor fluminibus ex paradiſo fluentibus, duo Tygris & Euphrates eſſe ſcribuntur, quorum fontes in Armenia demonſtrari dicũt. Non infirmatur tamen literæ veritas, quæ dicit paradiſi fluuium in quatuor capita diuidi, quorum B hæc duo ſunt. Siquidem omnes aquæ potabiles, atque ſalubres, vbicunque fluant, vel vndecunque appareant, de fonte paradiſi per occultos meatus originem trahunt, & ex eius dulcedine hoc habent, vt potabiles ſiue ſalubres ſint. Nam & ſuprà hoc modo dictum eſt: ſed fons aſcendebat è terra irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ, ſuperficiem inquam; quia profectò in ſuperficie patet effectus, ſiue fructus irrigationis in herbis virentibus, & in lignis pomiferis. Hoc denique notandum eſt, quòd non dictum ſit: Et fluuius egrediebatur de paradiſo, qui deinde diuiditur in quatuor flumina, ſed in quatuor capita. Nam ille fons vniuerſam (vt iam dictum eſt) C terram irrigat. Et quemadmodum iecur in corpore animalis, quod dicunt Phyſici fontem eſſe ſanguinis, cunctis venis ſanguinẽ miniſtrat, vitámque animantis hoc miniſterio retentat: ſic ille fons vniuerſam terram, per venas occultas vegetat, & in multos redundat fontes & flumina; ſed eorum omnium quatuor iſta ſunt capita, id eſt, principalia flumina: igitur ad fontes horum, ſcilicet Tygris & Euphratis, licèt in Armenia demonſtrentur, tamen per viam, quam nouit Autor fluminum Deus, de paradiſo ſecundùm veritatem Scripturæ huius manare creduntur. Hucuſque Rupertus. Exiſtimat igitur in paradiſo non fluuium emicuiſſe, ex quo quatuor illa toto orbe D notiſſima promanarent flumina; ſed fontem illum tantũmodo, de quo priùs dictum eſt, à quo ſubinde omnes vbique terrarũ prædulces aquæ, per occultos terræ meatus deductæ in fontes, in riuos, in ſtagna, in lacus prorumperent. Nuncupatim verò quatuor illorum fluminum factam fuiſſe mentionem, eo quòd amplitudine aquarum, copia, ſitu, decurſu, terris, quas alluunt, nobilitata præ cæteris haberentur. Et hæc ad concionatorum exercitationem accommodata, minus fortaſſe tamen ad cohærentem literæ ſenſum videntur: cui adhuc inſiſtentes non eſt, quòd à propoſita, quam veriorem putamus, ſententia diſcedamus.

*Rupert.*

*Fons in paradiſo.*

*Aqua dulces à paradiſo.*

E 3. *Nomen vni Phiſon, &c.*] Quatuor igitur flumina, quæ ab illo paradiſi fluuio orta dicuntur, nominantur, Phiſon, Gehon, Tygris, Euphrates. Et duo quidem poſtrema, vel ex ipſis, quæ ad hãc vſque horam retinuerunt, nominibus ſunt quàm notiſſima. De primis tota quæſtio eſt. Cæterùm communior & verior ſententia D. Aug. Hieron. Epiphan. Ioſeph. tenet Phiſon eſſe Gangem, Gehon autem Nilum. Itaque Ganges, Nilus, Tygris, Euphrates, ſunt illa quatuor flumina, quæ ab vno paradiſi fluuio oriuntur. Porrò autem Phiſon à radice פוש *pus*, quod eſt creſcere & multiplicari, deducitur, ob aquarum multitudinem ita nuncupatus: viginti enim quinque amnibus, vt ſcribit Plinius, Ganges augeſcit. Per

*Fluuij à paradiſo orti quinam ſint.*

*S. Aug.*
*S. Epiph.*
*S. Hieron.*
*Ioſeph.*

*Plin.*
*Ganges Indiæ flumen.*

Indiam decurrit, quæ hic dicitur, Euilath, à radice חול *chol*, arena; quòd ea regio, quam perluit Ganges, ob eiuſdem inundationes, maximè ſit arenoſa. Fluuius hic toto Oriente celeberrimus, quem Luſitani noui homines noui illius orbis victores ac domini, ſæpiùs & perluſtrarunt & biberunt: gentium omnium Indicarum opinione à paradiſo ducere originem putatur, eóque nomine tantùm neſcio quid ſacri & diuini Gangeticæ aquæ habere creduntur: vt continentibus paſſim agminibus innumeri mortales ſuis exciti ſedibus vnde vnde confluant, ad viſendum ſanctitatis (vt vocant) fluuium, atque vt illius aquis, & ſitim leuent, & corporis animique ſordes abluant; quo puri & ſancti moriantur. Tanta eſt cæcitas barbarorum. Secundus eſt Gehon, qui & Nilus in Ægypto famoſiſſimus, cuius nunc fons oſtenditur in Æthiopia ſupra Ægyptum, vulgo *Preſte Joam*. emergit enim ex lacu ampliſſimo, vt Luſitani, imò & noſtræ Societatis homines, qui illic fixis ſedibus ad propagandam Chriſti Domini & Eccleſiæ Romanæ Catholicam fidem commorantur, incorruptis teſtimoniis & certiſſimis experimentis conteſtantur. Plura de his fluuiis, de regionibus, quas prætervehuntur, déque auro, & pretioſis margaritis, quæ in eorum aliquibus inueniuntur; vide apud noſtrum Delrio; & de margaritis nominatim conſule noſtrum Pinedam *in cap. 28. Iob, verſ. 16. à num. 15.* non tamen omiſerim referre quod Procopius adnotauit circa ea quæ de ſolo Gange ſcribuntur, ſcilicet aurum, bdellium, & lapis onychinus, ſeu, vt ille legit, carbunculus, & lapis praſinus. Sic autem euoluit myſteria. ſolummodo commemorat duos lapides primitias ſacerdotij, & aurum. Sacerdos enim gerebat mitram auream, & duos lapides ſupra pectore. Præterea praſinus peculiariter dedicatus eſt ſacerdotali tribui, quæ cæleſtium cognitionem rimatur. Cæterùm carbunculus conſecratus eſt regiæ poteſtati. Vt enim ignis & vrit, & lucem præbet: ſic regis eſt, vt benefaciat & puniat. Iccirco Deus, per Iſaiam; *Ecce ego pono carbunculum lapidem meum*, id eſt, Saluatorem. Sic ille. Meritò igitur Ganges percelebratur ob ea inſignia & ornamenta ſacerdotij & principatus: quæ duo in mundo maximè eminent.

Deltio. Pineda. Procop.

4. Iam verò his circa litteram vtcunque diſcuſſis, altiora perſcrutemur. Atque inprimis à D. Bernard. *tract. de ſententijs*, illud myſterium euulgatur. Quatuor (inquit) fontes irrigant hortum Dei: reatus proprij deploratio, quæ circuit terram Æthiopiæ; exceſſionis fraternæ compaſſio, quæ vadit contra Aſſyrios; indultæ gratiæ conſideratio, quæ medium interſecat Babylonis; deſideriosæ caritatis affectio, quæ circuit omnem terram Euilath. Hi fontes habent irriguum ſuperius, & irriguum inferius: habentes aquas maris, fluminis, fontis, & nimis. Hæc Bernard. D. Ambroſius *lib. de parad. cap. 3.* animam hominis iuſti tanquam paradiſum Dei terreſtrem effingit, cuius fons Chriſtus Dominus, cuius flumina virtutes. Eſt (inquit) paradiſus, terra quædam fertilis, hoc eſt, anima fœcunda, in Eden plantata, id eſt, in voluptate quadam, vel exercitata terra, in qua animæ ſit delectatio. Qui fons irrigans paradiſum, niſi Dominus Ieſus Chriſtus fons vitæ æternæ, *Ioannis 7.* Hic fons irrigat paradiſum, hoc eſt, virtutes animæ eminentiſſimo merito pullulantes. Fons diuiditur in quatuor initia quæ ſunt, vnum prudentiæ, alterum temperantiæ, tertium fortitudinis, quartum iuſtitiæ.

*Fluuij 4. quid ſignificant.* S. Bernard. S. Ambr. *Iuſti anima paradiſus.* Ioan. 7. *Virtutes 4. per fluuios ſignificata.*

A Phiſon igitur prudentia eſt, & ideo habet bonum aurum, ſplendidum carbunculum, & praſium lapidem. Aurum enim pro inuentis prudentibus frequenter accipimus, Oſeæ 2. *Dedi illis aurum & argentum.* Habet etiam ſplendidum carbunculum, in quo quidem animæ noſtræ viuit igniculus. Habet & praſium lapidem viridi colore atque vitali: virent enim arbuſta, quæ viuunt; areſcunt contrà quæcumque moriuntur. Non vnam gentem circumfluit; non enim anguſta quædam, ſed diues vtilitatum prudentia eſt, quæ pluribus proſit. Secundus fluuius eſt Gehon Ægypti Nilus, iuxta quem data eſt lex Iſraëlitis, vt ex Ægypto recederent, & ſuccincti lumbos B ederent agnum; quod inſigne eſt temperantiæ. Caſtos enim & ſanctificatos oportet Domini Paſcha celebrare. Et ideo iuxta iſtum fluuium legitima primò obſeruantia conſtituta eſt: quia ſignificat nomen hoc Gehon quendam terræ hiatum. Sicut igitur terra, quæcunque vel purgamenta, vel frondes in ea ſunt, hiatu abſorbet: ita caſtitas omnes corporis paſſiones abolere conſueuit. Circuire Æthiopiam dicitur, vt abluat corpus abiectum, & carnis viliſſimæ reſtinguat incendium. Tertius eſt Tygris, qui vadit contra Aſſyrios, ad quem præuaricator Iſraël captiuus eſt ductus. Hic fluuius dicitur velocior omnibus, quem incolunt Aſſyrij, hoc eſt, dirigentes. C Ergo quicunque fortitudine animi præuaricantia corporis vitia captiuauerit dirigens ad ſuperna, ille huius fluminis ſimilis æſtimatur. Fortitudo autem quodam curſu rapido, reſiſtentia quæque tranſuerberat, nec aliquibus curſus eius impedimentorum hæret obſtaculis. Quartus eſt Euphrates, qui Latinè fœcùditas atque abundantia fructuum nuncupatur, præferens quoddam inſigne iuſtitiæ, quæ omnem paſcit animam. Nulla enim abundantiores videtur habere fructus virtus, quàm æquitas, atque iuſtitia, quæ magis aliis quàm ſibi, prodeſt; vtilitates ſuas negligit, communia emolumenta præponens. Plerique Euphratem dictum putant à D lætando, Græcè ἀπὸ τοῦ εὐφραίνεσθαι, eo quòd hominum genus, nullo magis quàm iuſtitia & æquitate lætetur. Deſcribuntur regiones locorum, quà cæteri commeant fluuij: quà Euphrates commeat, non deſcribuntur. Quia ibi prudentia, ibi & malitia: vbi fortitudo, ibi iracundia, vbi temperantia, ibi intemperantia plerumque eſt, aut alia vitia ſunt: vbi autem iuſtitia, ibi concordia, virtutum eſt cæterarum. Ideo non ex locis quà fluit, hoc eſt, non ex parte cognoſcitur, nõ enim pars eſt iuſtitiæ, ſed quaſi mater eſt omnium. Sic Ambroſ. quæ omnia penè verba ſanctus Iſidorus apertè ſibi eſt mutuatus. Eaſdem quoque virtutes in illis quatuor paradiſi fluuius ſignificari E vult D. Gregor. Cæterùm aduertas porrò fortitudinem illam, quæ per Tygrim ſignificari dicitur, eſſe illam maximè quæ in obſequio Dei, & virtutum operibus exequendis elucet, de qua Vates regius: *Fortitudinem meam ad te cuſtodiam Domine.* Pſal. 58. non verò quam peccatores non ad Deum cuſtodiunt, ſed eam ſpargunt in deliciosas laſſitudines, vt loquitur S. Auguſt. *lib. confeſſ. cap. 24.*

*Caſtitas paſſiones abſorbet.* *Fortitudo velox.* *Iuſtitia quàm ſit vtilis.* *Iuſtitia cæteras importat virtutes.* S. Iſidor. S. Gregor. S. Aug. Pſal. 58.

5. Neque verò alienum eſt ab huiuſmodi interpretandi more Chriſtum Dominum in Eccleſia ſua velut fluuium in paradiſo voluptatis exiſtimari, qui deinde diuiditur ad irrigandam omnem ſuperficiem terræ. Quicquid enim bonorum, gratiarum, & meritorum in hominibus,

*Chriſtus paradiſi fluuius.*

aut

aut eſt,aut eſſe poteſt; non aliunde,quàm à Chri-
ſto Domino primogenito omnis creaturæ , fon-
téque , fluuio , & mari immenſo , in quo ſunt
omnes theſauri ſcientiæ , & ſapientiæ Dei ( no-
bis quidem cooperantibus) & hortum ſuum ha-
*Cant. 4.* bet , & incrementum. Idcirco enim *Cant.* 4. vo-
*Chriſtus fons hortorum.* catur fons hortorum. In quo duo maximè in-
nuuntur : & ſtata paratáque ad irrigandum fon-
tis aqua : & mira eiuſdem affluentia, quam ſola
deſidia deriuantium remorari poſſit. Ergo vide-
re eſt , vt quis in horto à fonte aquam deducat,
pleniſque deinde riuulis,nunc iſtam, nunc illam
areolam irriget:in hanc modò arborem,in aliam
modò deriuet exultantem quaſi aquam , & vel
ipſo dulci murmure cantillantem , ac ſi geſtiat
ſeſe totam vel minutiſſimis ac leuiſſimis horti
*Chriſti gratia plenitudo.* plantulis impertire. Sed vmbra eſt,quicquid ef-
fingitur,aut cernitur in fonte hortorum,eiúſque
aqua variè, & affluenter , & minutim diſpenſari
ſolita, ad Chriſtum verum fontem,eiúſque infi-
nitam miſericordiam , & capitis noſtri gratiam,
quæ in horto & paradiſo Eccleſiæ humaniſſimè
omnia permeans , irrigans , oblimans , nullum
aliud , quo retardetur , habet repagulum , quàm
*Fides mortua.* noſtram deſidiam. Sumus quidẽ fideles in Chri-
ſti Eccleſiã,velut in paradiſo arbores, ſed ſi ope-
ra virtutum deſint, quid proderit fides emortua,
quid arbor infructuoſa & ſterilis ? Optimè S.
*Chryſ.* Chryſoſt. de fide , & operibus diſſerens hæc ad-
iungit:Eſt exordium gloriæ, non meritorum co-
rona. Quid verò ſignificantius in hoc , de quo
agimus, ſymbolo,quàm ipſemet Dominus Ieſus
pendens in cruce afferri poteſt : En paradiſus vo-
*Chriſtus crucifixus.* luptatis. En hortus Dei:vbi fons , fluuius, flumi-
na. Fons & fluuius omnium genitor , mihi vide-
tur vulnus in latere Domini , à quo alia quatuor
in manibus ac pedibus quodammodo oriuntur.
*Latus Chriſti crucifixi.* Non quòd poſtremò omniũ Domini latus non
ſit lancea percuſſum:ſed quia licèt fuerit omniũ
vulnerum in executione vltimum , hauddubiè
quin primum in intentione. Vnus militum lan-
cea latus eius aperuit,dicitur *Ioan.cap.*19.vbi ve-
*Ioan.19. Beda.* nerabilis Beda doctè piéque expendit verbum il-
lud , *aperuit*. cùm potiùs videretur dicendum,
*percuſſit*. ac ſi nobis oſtendere voluiſſet Euange-
liſta non primò tunc , & de nouo factum fuiſſe
vulnus in latere Domini. Ex quo enim Deus fa-
ctus homo ſponſum ſe exhibuerat Eccleſiæ, per-
cuſſum amoris lancea pectus, & cor in pectore,
ipſe conteſtatus eſt,Cantic. cap. 4. *Vulneraſti cor*
*Cant 4. Chriſti amor.* *meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum.* Quid
verò ſi bis vulneratus duo in vno corde vulnera
nobis ſignificet , primum quidem amoris , alte-
rum ferri ? quamquam hoc mihi certum eſt, ſe-
cundum non tam vulnus , quàm vetuſti vulneris
apertionem extitiſſe. Nam hæc eadem, quamuis
alio tranſlationis genere , & quidem elegantiſſi-
*Chryſoſt.* mo, D.Chryſoſt. *in Pſalm.* 14. Dominum Ieſum
*Latus Chriſti arca Dei* alloquutus, ſic oſtendit. Pretioſum tuum Domi-
ne Ieſu dediſti ſanguinem,& aperto latere, quod
eſt theca eius , quod eſt reconditum marſupium
diuinitatis,arca ſanctificationis,& lancea,tanquã
claue in arcam iniecta dediſti pretium ex pa-
terno theſauro. Ita Chryſoſt.

*Chriſtus fons fontium.* 6. Ab hoc fonte , Chriſto ſcilicet affixo cru-
ci vniuerſa Eccleſia irrigata , & fœcundata innu-
meros protulit martyres , & iuſtos alios , qui in
patientia ſua poſſederunt animas ſuas. Quò ſpe-
*Beda.* ctat illa ſententia Bedæ *ferm.*18.*de ſanctis*,quæ ſic
habet. Eccleſia catholica in ipſo capite ſuo Chri-
ſto Ieſu,edocta contumelias,crucem & mortem,



A didicit non timere. Magis magiſque roborata *Patientia Eccleſiæ.*
eſt , non reſiſtendo , ſed perferendo. Hæc ille.
Quidni etiam figurari dicam ſacroſanctam Eu-
chariſtiam in Eccleſiæ paradiſo , veluti fontem,
aut fluuium à quo virtutum, gratiarũ,donorum,
immenſa copia perennet in animas fidelium,qui
ritè ad menſam Dei accedunt ? Hoc illud eſt , vt
rectiſſime vocat Clem. Alex. 1.*pædag*.2.ſanctum *Clem. Alex.*
lætitiæ fluentum. Ab Euchariſtiæ autore qui in *Euchariſtia fons.*
ea continetur , in reliqua ſacramenta tanquam à
fonte deriuatur,quicquid virtutis,efficacitatis,&
ſupernæ gratiæ in iis reperitur, & ab iiſdem con-
fertur. Ab illa quatuor in ſacramento ordinis *Sacramenta Eccleſiæ.*
velut fluuij naſcuntur, Acoluthorum, Subdiaco-
B natus, Diaconatus, & omniũ,auro , gemmiſque,
vt alter Ganges, ditiſſimus, & aquarũ medican-
tiũ ſalubritate ſanctitatéque memorabilis , Preſ-
byteratus. Ab hoc etiam fonte & fluuio para- *Ordines ſacri.*
diſi, ſcilicet Chriſto Domino,quatuor illa maxi-
ma Eccleſiæ flumina oriuntur : nimirum chori
Martyrum, Continentium, Doctorum, Confeſ- *Status 4. in Eccleſia.*
ſorum. Item ſtatus hominum in virtutis via,ſta-
dioque incipientium,proficientium,conſumma-
torum,ac tandem in cælo quieſcentium. Præter-
ea pœnitentes,religioſi,prælati,coniugati ab hoc
flumine,quicquid habent donorum,emendican-
tur. Annon vel maximè Ieſu crucifixo militant
illi,de quibus ſic Auguſt. cum Domino loquitur *S. Aug.*
C 8.*confeſſ*.6. monaſteriorum greges, & mores ſua-
ueolentiæ tuæ,& vbera deſerta eremi. Cæterùm
perquam appoſitè Virginem ego Deiparam,Dei *B. Maria commendatur.*
paradiſum,totúmque lignis vitæ,& nullo aut er-
rati,aut mortis ligno conſitum. Itémque fontem
Eccleſiæ , fluuium omniũ in Eccleſia fluminum,
ſanctorum ſcilicet , genitorum accipio. Matris
Dei verba illa ſunt , Eccleſ.24. *Ego ſicut aquædu-* *Eccleſ.24.*
*ctus exiui de paradiſo. dixi : Rigabo hortum meum*
*plantationum , & inebriabo partus mei fructum.*
Quia nimirũ Virginis tutela , iugiſque ad Deum
Filium ſuum pro nobis imploratiõ , deinúmque
virtutũ eius maximarum mundo propoſitum ad
imitandum exẽplar, Eccleſiam iuſtis , cælum re-
D plet ſanctis.qui Virginis & Chriſti fructus , verè
& meritò nuncupantur. Ab illa(ſequamur expo-
ſitionem Ruperti )tanquam à fonte illo paradiſi
prædulces in omnem ſuperficiẽ terræ ſcaturiunt
aquæ.Nihil enim in matre Dei,amarum, aut in-
iucundum, aut inſipidum : nihil verò non dulce,
ſuaue:mel tota,& amor eſt.

7. Poſtremò conſidera obſecro , verba illa:
*Fluuius egrediebatur de loco voluptatis , ad irrigan-* *Eleemoſyna commendatur.*
*dum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capi-*
*ta.* Diſce hinc bona tua diuidere , illiſque velut
aquis, arentes irrigare pauperculos. Talis erat il-
le,de quo S.Hieron. *Epiſt. ad Ruſtic.* ſcribit. San-
ctus Exuperius Toloſæ Epiſcopus eſuriens paſ- *S.Hieron.*
E cit alios,& ore pallente ieiuniis, fame torquetur
aliena , omnémque ſubſtantiam Chriſti viſceri-
bus erogauit. Sic ille. Enimuero hanc vnam ob
cauſam maximè poſſideri diuitiæ in ſeculo , &
epiſcopatus, dignitates, ac reditus pinguiores in
Eccleſia acceptari debent ; ſcilicet in ſubſidium
pauperum. Sic Apoſtolus Paulus pauperum cu-
ram & miniſterium ſuſcepit. Non quidem ( vt
obſeruat S. Chryſoſtomus ) in honorem , ſed in
miniſterium irruit atque labores. ac fortaſſe in *S.Chryſ.*
hoc ſenſu dixit ille : Qui epiſcopatum deſide-
rat , bonum opus deſiderat, 1. *Timoth.*3.Perbellè
S. Baſilius *homilia* 6. ſic in eandem ſententiam *S.Baſil.*
effatur. *Diuitiæ ſi affluant , nolite cor apponere* , di-
citur Pſalm. 61. Tu autem præter neceſſitatem *Pſalm.61.*

affluenies retines, & exitus obſtruis. Deinde ſi cuactæ & occluſæ,ac quaſi ſtagnantes, quid tibi faciunt? rumpunt repagula violenter retentæ. Hæc Baſil. Eodem ſpiritu ductus S. Gregor. Nazianzen. ſibi diras umnes imprecatur. Si pauperis (inquit) manum à domo mea inanem remiſero: ſi animæ diuini Verbi ſiti cõfectæ cupiditatem fruſtratus fuero. Ita Nazianz. Diſcant boni concionatores panem cæleſtis Verbi fidelibus non denegare, quæ omnium præſtantiſſima eſt eleemoſyna. Noluit conditor intra paradiſi tantummodo aggeres, ſuum illum fluuium contineri: foras etiam educit ac diuidit, vt vel longiſſimas terrarum prouincias ſuis abluat, & irriget, & fœcundet aquis. Sic ad ſponſam conclamatum eſt: *Surge, propera columba mea*, Cantic. 2. vbi D. Bernard. Agnoſcite viciſſitudines vtique ſanctæ quietis, ac neceſſariæ actionis, & quia nõ ſit in hac vita copia contemplandi, nec diuitias otij, vbi officij & operia cogentior vrget, inſtantiórque vtilitas. Tempus (inquit) putationis aduenit. Ad vineas ergo excolendas ducitur, ad animas quidẽ reuiſendas, corrigendas, inſtruendas, ſaluandas anima perfectior inuitatur, &c. *ſerm. 58. in Cant.* Nota etiam quòd iſti omnium celeberrimi, ac primi fluuiorum primos mortalium irrigarunt, qui præcipui fuerũt hoſtes Dei, nimirum Chaldæi, Arabes, Indij, Ægyptij: quæ gentes etiã nunc infeſtiſſimæ ſunt Deo, & Chriſto eius. Proh immenſam Dei noſtri benignitatem! ſuos hoſtes eóſque teterrimos, ſuis de paradiſo aquis irrigat. Profectò aduersùs Deum in die iudicij nullam ſuæ ingratitudinis excuſationem afferent. Et quid Domine reſernas tuis in cęlo fidelibus, qui tanta beneficentia hoſtes tuos in terra locupleraſti? planè, vt ait Auguſt. Nihil infelicius felicitate peccantium. Qui etiam exponens illud Pſalm. 11. *In circuitu impij ambulãt.* Hoc eſt (inquit) temporalium rerum cupiditate, quæ ſeptem dierum repetito circuitu tanquã tota voluitur: & ideo non perueniunt ad octauum, id eſt, in æternum, pro quo iſte Pſalmus titulatus eſt. Idem *in Pſal. 66.* Quòd Deus dat bona temporalia malis, admonet bonos, vt alia deſiderent, quæ non habent cum malis communia. Idem *in Pſalm. 52.* Vis habere arcam plenam, & inanem conſcientiam? Deus non implet arcam, ſed pectus. Denique *in Pſalm. 53.* Mali ſic quomodo virent, ſic quomodo florent, igni ſeruantur. Florent ad tempus, pereunt in æternum: florent falſis bonis, pereunt veris tormentis. Hæc Auguſt.

*Gregor. Nazianz.* — *Prædicatio eſt eleemoſyna.* — *Cant. 2. D. Bern.* — *Zelus animarum.* — *Dei beneficentia.* — *Ingratitudo erga Deum.* — *S. Aug.* — *Bona temporalia malorũ.*

## SECTIO VI.

*Tulit Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo, vt operaretur, & cuſtodiret illum.*

1. VTi aduertit Gloſſa interlin. datur hic intelligi non fuiſſe hominem conditum in paradiſo: quod quidem innuitur illis verbis ſuprà poſitis, *Formauit Deus hominem*, &c. deinde: *Plantauerat autem*, &c. *Et poſuit*, &c. Ex quibus euidenter euincitur Adamum primò creatum extra paradiſum, vbinam loci, non certò conſtat: tametſi vulgaris opinio teneat in campo Damaſceno; deinde à Deo tranſlatum in paradiſum voluptatis. Prima huius ita narratæ hiſtoriæ redditur à Gloſ. interlin. ratio. Quia Deus præſciebat Adamum peccaturum, & inde pellẽdum ad hanc terram, vbi eum condiderat. Hæc ratio gloſſæ oſtendit admirabilem Dei benignitatem etiam poſt peccatum: ne pulſus videlicet homo è paradiſo hac illac ſui neſcius, viæque incertus oberraret, extra paradiſum fuit formatus, indéque certam ac breuem viam ingrediens in illum tranſlatus: vt facillimè per eundem iam tritum & notum ſibi tramitem ad patrios lares, parentémque tellurem rediret. Deinde hanc labem paradiſo aſpergeret, ſi creatus in eo fuiſſet, qui tam ingratus ſuo & omnium rerum creatori, ſerpentem Deo præpoſuit, & peccato animæ ſuæ decorem ac nobilitatem, paradiſique gratiam & ſplendorem dedecorauit. Pollutus eſt hominis delicto paradiſus, at quem non peperit ſuo ex terræ ſinu, ſed aliunde peregrinum & exterum recepit; &, ſi quidpiam mali à primæua origine, & patrij ſoli matrice præuaricator hauſit, ebibitque; non iccirco genitalis paradiſi puritas alieno & extraneo dedecore maculatur. Licèt autem mulier in paradiſo fuerit efformata, materia tamen huic fabricæ non in paradiſo enata eſt, ſed ex alio ſolo, & cælo aducta, nempe corpus Adami. At mihi quidem videtur paradiſi terreſtris gloria cæleſtis paradiſi nobilitari quodammodo anteire. Etenim in vtroque peccatum admiſſum eſt, illic Angelorum, hic hominum: ſed illic ſuperborum natale cælum, hic delinquentium haud patrium, ſed peregrinum, & exterum ſolum.

*Adamus vbi creatus.* — *Paradiſo extraneus peccator.* — *In cælo nati dæmones.*

2. Hinc apparet, quanto excellentior tertius, quàm priores duo, extiterit paradiſus; venter nimirum Virginis Deiparæ, cuius tanta puritas, vt maior, aut æqualis, ſub Deo, nec eſſe, nec fingi poſſit: natale cælum, patrium ſolum, matrix terra, genitalis paradiſus, extitit Dei hominis: vbi nulla, vel tenuis vmbra, vel leuiſſima peccati ſuſpicio potuit inueniri. Virgo enim eſt thronus Dei, & aula regis æterni, vt loquitur D. Auguſt. *ſerm. de Aſſumpt.* In ea virtutum conuentus reuerendum ſibi thalamum conſecrauit, vt ait Petrus Damianus. Vnde ipſa Virgo ſanctiſſima veriſſimè dixit Cantic. 6. *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatũ vt paſcatur in hortis, & lilia colligat.* Viden', vti hortus Dei, paradiſus voluptaria, Virgo Deipara ſit? Sic enim interpretatus hunc locum Pſellus apud Theodor. ait: Deſcendit Deus in mundum ad phialas (ſic legunt Græci pro areolis) aromatum, ſcilicet in vterum puræ atque immaculatæ Virginis, vt in aromatum diuinorum phialam mundam. Sic ille. Hinc ergo mihi perſuadeo, quoties in ſacris literis emphaticè dicitur cælum cæli Domini, vel Domino, Virginem Deiparam ſignificari. Hoc enim præ cæteris ſibi Deus, in quo naſceretur & moraretur elegit: cælum cæli, cælorum nimirum, eo vel maximè, præſtantiſſimum, quòd in eo primùm Deus homini ſe præbuerit viſendum ac fruendum: in quo primo anima ſcilicet Chriſti Domini viſione beatifica fuerit potita. Vterus igitur Virginis prima fuit beatitudinis ſedes, ac cæleſtis Hieruſalem. Vterque paradiſus creaturarum intellectualium, naufragium, iacturam, ruinas paſſus eſt: neuter tamen reparauit. Nam nec in terreſtri pœnitentiam ad remedium homini agere licuit: nec cælum ſuorum, quos amiſit, Angelorum vel vnum in ſe ampliùs recepit, vel eorum alicui ad reſipiſcendum locus patuit: atque adeò quæcunque in cælo reparatio fit ruinarum, non niſi aliunde

*B. Maria vterus.* — *S. Auguſt.* — *Petr. Dam.* — *Cant. 6.* — *Pſellus.* — *B. Maria commendatur.* — *B. Maria vtroque paradiſo excellentior.*

adue

aduecta è terra hominibus fieri neceſſe eſt. At Virgo Dei mater paradiſus eſt, ex quo vniuerſa in terra iuſtorum, & in cælo beatorum reparatio profecta eſt: tutéque proinde quàm optimo illam vniuerſalem reparatricem ſanctiſſimi Patres appellarunt. Satis pro omnibus mihi erit in præſentia D. Bernard. cuius verba diuina quadam dulcedine ſtillãtia ſic habent *ſerm. 2. de Pent.* Meritò ad illã ſicut ad medium, ſicut ad arcam Dei, ſicut ad rerum cauſam, ſicut ad negotium ſeculorum reſpiciunt, & qui in cælo habitant, & qui in inferno, & qui nos præceſſerũt, & nos qui ſumus, & qui ſequentur, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis. Illi qui ſunt in cælo, vt reſarciantur. Et qui in inferno, vt eripiantur. Qui præceſſerunt, vt Prophetæ fideles inueniantur. Qui ſequuntur, vt glorificentur. Meritò igitur in te, ô Virgo-mater Dei, reſpiciunt oculi totius creaturæ. Hæc Bernard. Poſuit ergo Deus hominem primum, eúmque mox peccaturum in paradiſo terreſtri: at in vtero Virginis Verbũ caro factum eſt in expiationem peccatorum. Pulchrè igitur D. Bernardinus vocat Dei matrem interemptricem peccati.

S. Bernard.
*B. Mariam cuncta reſpiciunt.*
D. Bernard.

3. Cæterùm præſentis loci commentationem cum D. Ambroſ. proſequamur, *qui lib. de paradiſo, cap. 4.* ſic ediſſerit. Tulit Deus hominẽ, & poſuit, &c. Quo loci illud aduerte, quia extra paradiſum vir factus eſt, & mulier intra paradiſum. Vt aduertas, quòd non loci, non generis nobilitate, ſed virtute vnuſquiſque gratiam ſibi comparat. Denique extra paradiſum factus, hoc eſt, in inferiore loco, vir melior inuenitur: & illa quæ in meliore loco, hoc eſt, in paradiſo facta eſt, inferior reperitur. Mulier enim prior decepta eſt, & virum ipſa decepit. Vnde Apoſtolus Petrus ſubiectas fortiori vaſi mulieres ſanctas viris ſuis velut dominis obedire memorauit. Ergo poſitus eſt in paradiſo vir: facta eſt in paradiſo mulier. Hæc Ambroſ.

S. Ambroſ.
*Vir præſtat mulieri.*

4. *Vt operaretur & cuſtodiret illum.*] Illum, hoc eſt, paradiſum, Hebr. גַּן *gan*, fœminini generis, habétque affixũ fœmininum, vt operaretur, non laborioſè quidẽ, quo fatigaretur: ſed iucundè ad animæ recreationẽ excoleret hortum, & intentus ſuaui operi, non difflueret otio, atque adeò per otium laberetur in vitium. Rectè autem obſeruat Anaſtaſ. Sinaita. Dixit Nazianz. Adã eſſe Agricolam plantarum immortalium, & diuinarum notionũ in paradiſo. Sic ille. Et cuſtodiret illum primò à feris, quæ extra paradiſum erant, deinde ab his, quæ intus eſſent, ne ſcilicet protererẽt vaſtaréntque hortum. Ad hunc locũ multa & optima dicuntur à Patribus; ſeligã opportuniora. Ergo D. Chryſoſt. *homil. 14.* ſic effatur. Poſuit Deus hominẽ in horto voluptatis. nõ ſimpliciter dixit, *in horto*, vt excellentem voluptatẽ, qua fruiturus eſſet in habitando, nobis declararet. Addit, vt coleret illum; etiam hoc magnæ curæ & prouidentiæ erga nos argumentum eſt. Nam cùm omnibus delitiis potirentur, ibi vitam agentes, tam oblectamentis eorũ quæ videbant, quàm lætitia eorum, quibus fruebantur: vt ne immodica proſperitate homo inſoleſceret (omnem enim malitiam docuit otium) propterea præcepit Deus, vt operaretur illum. Quid autem (dicet aliquis) hominis cura paradiſus indigebat? Non dico, ſed voluit tum vt paruam quandam, ſibique congruã gereret curam, operando. Erat autem operatio tunc citra laborem. Dederat quidem occupationem, ſed quæ neque dolorem, neque moleſtiam

Anaſt. Sin.
*Adamus operatio dulcis.*
S. Gr. Nyſſ.
S. Chryſ.

A habebat. Ita Chryſoſt. In eadem ſententia explicanda, Chryſoſtomum ſecutus, ita exequitur Procop. Sed quid operis ibi facturus, cum paradiſus omnibus afflueret bonis? Opus nimirũ erat, quo ſe exerceret: lex Dei, & fides in creatorem. hæc enim ſi ſolicitè cuſtodiret, operabatur. Ipſe enim Dominus præceptũ opus appellat, dicens: Opus Dei eſt, vt credatis in eum, quem ille miſit. Certè hominem cauere a quodam ſibi oportebat; cùm nondum foret latro inſidians: ſi præceptum obſeruaret, conſeruaret ſibi & paradiſum: ne tranſgreſſus præceptum ſibi accerſeret exitium. Igitur opus vel labor hominis erat, vt ſedulò operam daret, ne delinqueret in latam legem, & ſibi noB xam contraheret. Aut fortaſſis monet, vt ſibi caueat ab ingreſſu diaboli, qui ingreſſus in hortum clanculùm, dolo malo hominem circumuenit. Sic ille. Opus igitur & labor erat, operatio virtutis, & cautio à periculis. Miror equidem quàm ſolicitè Deus omnipotens Adamum ab omni peccandi occaſione liberum & alienum eſſe voluerit, vno tantùm illius ſtudio contentus, vti otium fugeret: ac ſi homini in illo tam felici rerum ſtatu nil aliud, aut plus, aut æquè timendum eſſet, quàm ſolum otium, & quo deuitato felicitas illa omnis ſarta tectáque perſiſteret. Vide obſecro quanto ſtudio mortalibus in hoc infelicitatum omnium ſtatu commendetur à C Deo, tantopere ad ſalutem animæ neceſſaria, otij declinatio. Qua de re D. Bernard. *ſerm. de ſapientia, & prudentia*: Cùm legatur (inquit) Adam in loco voluptatis ab initio poſitus, vt operaretur, quis ſanum ſapiens, filios eius in loco afflictionis ad feriandum poſitos arbitretur? Idem adhuc elegantiùs *ſerm. ſuper: Ecce nos reliquimus.* ſic ait. Non ad hoc de paradiſo voluptatis animaduerſio diuina eieciſſe videtur, vt alterum ſibi hîc paradiſum adinuentio humana pararet. Homo ad laborem natus, ſi laborem refugit, non facit ad quod natus eſt, ad quod venit in mundum. Quid reſpondebit ei, qui miſit eum, qui inſtituit, vt laboraret? Idem feria quinta hebdomadæ pœnoD ſæ hoc ipſum pertractans argumentum, quaſi iure poſtliminij aut veriùs hæreditario vindicari, atque exigi ab hominibus operandi laborandíque ſtudium, contendit hiſce verbis. Duo nobis in hæreditatem reliquerat ille vetuſtus Adam, laborem videlicet, & dolorem: laborẽ in actione, dolorem in paſſione. Non hoc ipſe audierat in paradiſo, quem acceperat, vt operaretur, & cuſtodiret illum. Operaretur delectabiliter, cuſtodiret fideliter, & ſibi, & poſteris ſuis.

Procop.
S. Bern.
*Homo natus ad operandum.*
*Adamus nobis legauit laborem, & dolorem.*

5. Idem ſanctiſſimus Doctor oſtendens, quàm vera ſapientia ſit obediendo, patiendo, agendóque exerceri: ſic ait, *ſerm. de obedientia.* Videſne quàm ſit vtile homini ſcire ſe hominem, vt proinde ſit paratus ad mandatorum obedientiam, & tolerantiam flagellorum, ac deinceps ſtudeat, vt qui nec laborem interim poteſt effugere, nec doE lorem, ſic ſaltem laboret & doleat, vt hæc ſibi in cibos tranſeant ſalutares? Et hæc quidem vt ſciant homines, quoniam homines ſunt, actionibus iam & paſſionibus deputati. Erat quando in actione & meditatione poſitus erat homo, ſine paſſione habens actionem, habens etiam ſine labore meditationem. Dico autem quando poſitus eſt in paradiſo, vt operaretur, & cuſtodiret. Hæc Bernard. Bene Anaſtaſ. Sinait. loquitur ad hunc modum. Deus tanquam fructuum amans agricola reprehendit eum, qui triennio ficum illam irrigauit; & eodem modo increpauit ficum, & arefecit,

S. Bern.
*Merita ex laboribus.*
Anaſt. Sin.
*Deus fructum à nobis exigit.*

fecit, quæ folia ferebat, non fructum. Sic ille. Ita- A
que Dominus & laborem à nobis exigit, & labo-
ris fructum. Non immeritò autem Synagogam
Luc. 13. illa ficu infructuoſa (de qua *Luc.* 13.) ſignificari
S. Ambroſ. docet D. Ambroſ. *libr.* 7. *in Lucam.* Quia (inquit)
*Synagoga ficus ſterilis.* Iudaica plebs ab operibus infructuoſa dutabat.
Perfidia autem hominum pertinacium Synago-
gam inutilem facit, & ideo quaſi ſterilis iubetur
excidi. Quod de Iudæis dictum, omnibus cauen-
dum arbitror, & nobis maximè, ne fœcundum
*Christiani ferant Deo fructus.* Eccleſiæ locum vacui meritis occupemus, qui
quaſi malo granata benedicti, fructus ferre debe-
mus internos, fructus pudoris, fructus coniun-
ctionis, fructus mutuæ charitatis & amoris ſub
vno vtero Eccleſiæ matris incluſi, ne aura no-
ceat, ne grando decutiat, ne æſtus cupiditatis B
exurat, ne humoris imber elidat. Hæc Ambroſ.
Vt quiſque intelligat hominem ſe eſſe poſitum
in paradiſo Eccleſiæ, vt operaretur, vt colat, &
fructum afferat (quod ait Dominus) in patientia.
S. Ambroſ. D. Ambroſ. *lib. de paradiſ. cap.* 4. hęc duo, nimirum
operari & cuſtodire, ſic interpretatur. Non idem
*Operari & cuſtodire quid ſit.* eſt operari & cuſtodire. In opere enim quidam
virtutis progreſſus eſt, in cuſtodia quædam con-
ſummatio operis deprehenditur, eo quòd quaſi
conſummata cuſtodiat. Hæc duo ab homine re-
quiruntur, vt & operibus noua quærat, & parta
*Opera cuiuſque familiæ.* cuſtodiat. Philo autem, quoniam ſpiritalia Iu-
Philo. daico non capiebat affectu, intra mortalia ſe te-
nuit, vt diceret hæc duo quæri, opera in agro, cu-
ſtodiam domus. Et quamuis (inquit) paradiſus C
operibus ruralibus non egeret, tamen quia pri-
mus homo lex poſteritatis futurus erat, ideo le-
gitimi etiam in paradiſo ſpeciem ſuſcepit labo-
ris, vt nos ad operationem & cuſtodiam debiti
officij, & hęreditariæ ſucceſſionis munus adſtrin-
geret. Hæc duo ergo à re exiguntur, ſiue morali-
ter, ſiue ſpiritualiter. Quod etiã Pſalmus te Pro-
Pſal. 126. pheticus docet. *Niſi Dominus ædificauerit domum,*
*in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Niſi Do-*
*minus cuſtodierit ciuitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſto-*
*dit eam.* Vides illos laborare, qui in operis ſunt
ædificationiſque proceſſu: iſtos verò vigilare, qui
iam cuſtodiam perfecti operis receperunt. Vn-
de Dominus Apoſtulis quaſi iam perfectioribus,
*Vigilandum omnibus.* *Vigilate* (inquit) *& orate ne intretis in tentationem,* D
Matth. 6. Matth. 6. docens perfectæ naturæ munus, & ple-
næ virtutis gratiam eſſe ſeruandam, nequéquam
etiam perfectiorem niſi vigilauerit, ſui debere
eſſe ſecurum. Hactenus Ambroſ.

6. Hæc interpretatio mirum in modum con-
ducet ad commendandam hominis in ſtudio vir-
tutis, animæque ſalutis, perennem ſine vlla in-
termiſſione operationem; noua ſemper in dies
atque horas, imò & momenta temporum lucra
*Meritorum lucra.* meritorum conquirendo; & vigilantiſſimam cu-
ram in iam confectis operibus, partiſque meritis
S. Chryſ. conſeruandis, tutandis, cuſtodiendis. D. Chryſ.
*homil.* 14. verbũ illud, *& cuſtodiret*, doctiſſimè ſic
exponit. Cæterùm quod dicit, *cuſtodiret*, non abſ-
que cauſa appoſitum eſt, ſed congruunt verba, vt E
planè ſcire poſſit, quòd ſub Domino agat, qui
hanc largitus ſit fruitionem, & cum illa etiam
*Deus erga Adamum pater.* cuſtodiam commiſerit. Deus enim omnia facit,
& operatur propter noſtram vtilitatem, & cum
illa etiam fruitionem & refocillationem præ-
bet, & ſicut clemens Pater tenero filio omni co-
pia fruenti, ne inſolens fiat, paruam & congruam
quandam curam excogitat: ſic & Dominus Adæ
operationem & cuſtodiam præcepit, vt cum vo-
luptate vbertatéque ac iucunditate placidè hæc

A duo faceret, quæ procliuitatem illius moderaren-
tur, & impedirent. Ita Chryſoſt. At Rupertus Ab- Rupert.
bas 2. *lib. in Geneſ. cap.* 30. ſolùm agnoſcit, in his
verbis, *operari, & cuſtodire*, ſenſum ſpiritualem;
ſic enim exponit. Quid operaretur, aut à quo cu- *Operatio virtutum.*
ſtodiret paradiſum? Operaretur vtique opus Dei,
quod non eſt aliud, niſi opus fidei, niſi officium
ſpei, niſi obſequium charitatis. Dicat aliquis, cur
non abſque vlla conditione poſuit illum in pa-
radiſo? Nónne melius fuiſſet nullum dediſſe præ-
ceptum, quàm poſitione præcepti facere præua-
ricationi locum? Ad hæc inquam. Vnde ergo ho- *Obedientia hominem Deo coniungit.*
mo copularetur Deo, ſi nõ illi ſubligaretur obe-
dientiæ iugo, ſi non acciperet commiſſum, in
quo deberet fidelis exiſtere Deo? Itaque vt ope-
B raretur per fidem, & vt cuſtodiret eum: ſcilicet,
ne deſerta fide, vel dilectione creatoris, ſimul
perderet datum optimum. Hæc Rupertus. Bona
quidem, qualia iam paulo ſuperiùs ex Procopio
retulimus; ſed minus literæ cohærentia. Simili-
ter etiam D. Auguſtin. hæc verba ſæpiùs euol- S. Aug.
uens, nunc ad literalem ſenſum propiùs acce-
dit, nunc ad myſticum, & ſublimiorem, vt moris
habet, euehitur. Vt operaretur (inquit) non labo-
riosè, ſed delitiosè, & mentem prudentis magna
& vtilia commoueret. Et cuſtodiret, quod fa- *Adam mentis ſuæ excultor.*
ceret in terra per agriculturam, cuſtodiret in ſe
per diſciplinam: vt ſicut ager obtemperaret co-
lenti, ita ipſe Deo præcipienti. Vel cuſtodiret pa-
radiſum, nec committeret vnde expelli deberet.
C Vnde accepit præceptum, quo cuſtodito, id eſt,
quo ſeruato non perderet. Sed præcipuè dicen-
dum eſt, vt ipſum hominem operaretur Deus, &
cuſtodiret, operaretur, vt iuſtus eſſet. Sic Auguſt. *Dei cura erga Adamum.*
Conſonè ad hanc interpretationem Lyra expli- Lyra.
cat. Vt operaretur Deus hominẽ, beneficiis ſuis
gratiæ ipſum perficiendo, & cuſtodiret illum ad
tempus in paradiſo terreſtri; donec eſſet ad cæle-
ſtem gloriam transferendus. Sic ille. Nihilomi-
nus, etſi hæc omnia pro ſenſu myſtico, magno in
pretio habenda ſint: attamen ſecundùm literam
locus iſte ſolùm eſt de paradiſo, ad quem operã-
dum & cuſtodiẽdum tranſlatus Adamus ex na-
trice regione, & in eo poſitus à Deo eſt. Quod
euidenter conuincitur ex affixo Hebræo fœmi-
D nei generis, vt iam aduertimus, & Burgenſis
oſtendit. Sic enim Hebraicè habetur: אלהים Burgenſ.
את האדם וינחהו בגן עדן לעבדה ולשמרה
*Elohim & haadam vaiianichehu began ghedem* *Paradiſus traditus Adamo.*
*leghobdah vlxomrah*: Deus hominem & poſuit in
horto hedem ad colendum eum, & ad cuſtodien-
dum eum. Vbi in vtroque verbo affixum eſt ה
*ah ah* fœminei generis, pertinens ad גן *gan* eiuſ-
dem generis.

7. Igitur opere colendus, & cura omni ac
ſolicitudine cuſtodiendus eſt paradiſus, quem in
terra poſſidemus. Poſuit nos Deus in Eccleſia *Operandum Christiano eſt.*
velut in paradiſo. Operemur ergo & cuſtodia-
mus: ſcilicet hic Domini merita, hic ſacramenta,
hic Spiritus ſancti auxilia: parata ſunt omnia ho-
E mini ad ſalutem. Quod reliquum eſt, operetur &
cuſtodiat, virtutes acquirat, acquiſitas conſeruet:
currat in ſtadio, & comprehendat brauium: cer-
tet & vincat, vt corona donetur: mentem exor-
net, & ornatam cuſtodiat. An non etiam nos po-
ſuit Deus in paradiſo voluptatis, cùm nobis Vir-
ginem beatiſſimam ipſius paradiſum in matrem
dedit, inquiens de cruce: Ecce mater tua, ecce fi- *Pietas erga B. Mariam.*
lius tuus: vt nimirum operemur & cuſtodiamus?
Deiparam omni pietatis ſtudio colamus, vt in-
ſtanter operantes velut theſaurum illius pieta-
tem

tem conſeruemus: quia non eſt confuſio quærentibus, colentibus, & diligentibus illam: memoriam illius, & nomen cuſtodiamus in corde, repetamus in ore. Quàm pulchra, & quàm decora es chariſſima in delitiis? dicitur *Cant.* 7. Pulchra & decora ſcilicet in anima & in corpore; ſiue, vt explicat Gulielm. pulchra in virginitate fœcunda; & decora in fœcunditate virginea. Sed quænam iſtæ delitiæ Virginis? Reſpondet idem. Maternæ delitiæ erant matris ſuper prole gaudentis: dum corporatum Deum in vtero geſtaret, dum nouo partu æternum lumen funderet; dum maternis amplexibus Deum Verbum ſtringeret, & ſacra illi oſcula materni oris imprimeret; dum illum maternis vberibus aleret, & cætera maternæ pietatis officia pro tempore miniſtraret. Hæc ille. Rectè igitur ſcribitur: *Poſuit Deus hominẽ in paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illũ.* hoc eſt, poſuit Deus Pater Verbum ſuum hominem factum, in Virginis vtero, brachiis, vberibus, ſinúque materno: vt ipſe Filius redemptionem humani generis, in ea & per eam, & cum ea pariter operaretur: vt matrem ſuã infinitis gratiarum donis locupletaret; vtque ſuæ matris virgineum pudorem cuſtodiret, redderétque in ſempiternum cælis ipſis, & Angelorum ſpiritibus longè puriorem. Eſt Virgo mater paradiſus, & hortus, nõ quales ſunt in terra horti, in quibus aliud oritur; & aliud occidit. Ex ea namque natum eſt, quod nunquam deficit, fructus, qui nunquam decidit, aut marceſcit. Hortus iſte nunquam ſine fructu eſt, cuius fructus ſuauiſſimus, & ſaluberrimus, ipſa nimirum vita, Deúſque ipſe. Vnus eſt fructus horti huius, ſicut & hortus hic eſt vnus. In fructu illo, quantus eſt fructus? omnis quidem ſuauitas, omniſque ſanitas. Ipſe Deus, & ipſe homo: & ideo in ipſo duplex refectio, ciuis, & peregrini: ciuis Angelus ipſo veſcitur ad iucunditatem, peregrinus homo ad ſanitatem: extra ipſum ſanitas non eſt niſi falſa, iucunditas non eſt niſi mortifera. O fructum ſingularem, propter quem dicitur horto, qui genuit eum, *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui!* Luc. 1. Ideo nimirũ benedicta tu, quia benedictus fructus ventris tui. Paradiſus eſt voluptatis, quia ſola Virgo præ cæteris creaturis Deum ſuũ incredibili voluptatum, & ſanctarum deliciarum gaudio perfudit. Eſt mater filio paradiſus voluptatis, eſt chariſſima in delicius, quas infantilis ætas, in matris amore, blanditiis atque officiis habere conſueuit.

Cant. 7.
Guill.
*B. Maria delicia cũ filio.*
*B. Maria Paradiſus.*
*Chriſtus B. Mariæ fructus.*

8. Ad calcem huius commentationis admirari oportet, infinitam Dei beneficentiã erga hominem, quem poſuit in paradiſo. Non vnam, vel alteram arborem homini plãtauit; ſed integrum hortum, eúmque ampliſſimum, & innumeris conſitum plantis, in quo ſenſus omnes illius oblectarentur, liberaliſſimè tradidit. Volebat Dominus, vti ſeruus ipſius delitiis omnibus afflueret, modò debitam præſtaret obedientiam ſuo conditori, & magnificentiſſimo largitori. Atque adeò ſine vllo labore & ſtudio hominis, Dominus ipſe velut ſeruus abundè oblectamenta omnia famulo ſuo ſubminiſtrabat, quæ tamen ille ingratus & ſtultus amiſit. Cæterùm adhuc à paradiſo voluptatis expulſus, mirum in modum inhiat voluptatibus: hoc illi multiplex & perenne ſtudium. Tot enim (inquit Tertul. *lib. de Idolo, cap.* 8.) ſunt artium venæ, quot hominum concupiſcentiæ. At ille nec in paradiſo, nec extra illum cum delitiis ſecurus agit. Optimè namque B.

*Dei magnificentia erga hominem.*
*Deliciarum ſtudium.*
Tertull.

Laurentius Iuſt. *lib. de grad. perfect. cap.* 9. ait. Corpus otij rabe confectum, voluptatum carnalium parit & nutrit inſaniam. Et Clem. Alexand. Voluptas facit cæteros ex ſententia Platonis. Quoniam voluptas corpori affigit animam, eámque cruci affigit. Sic ille. Non otiandum igitur, nec deliciandum homini eſt. Quorſum obſecro, vt legimus *Exod.* 13. Dominus præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis; & per noctem in columna ignis; quorſum (inquam) vtrobique columna? Rectè Caiet. Non habebat formam tentorij, ſed formam columnæ tam in nocte, quàm in die: quia non ad operiendum, ſed ad demonſtrandã viam erat. Ita Caiet. Videlicet neque lectum ad quietem, neque ad delicias Dominus in hac vita ſuo populo peregrinanti in alteram concedit. O ſi amatores eſſemus voluptatum ſpiritus, quemadmodum corporis voluptatibus ſtudemus! Profectò illas Dominus voluit commendare, cùm in cælum à ſuis diſcipulis abſcedens maturauit iter. Quod D. Gregor. *lib.* 2. *Dialog. cap. vlt.* ita eleganter enucleat. Quia diſcipuli Dominum in carne cernentes, corporeis hunc oculis ſemper videre ſitiebant, rectè eis dixit Ioan. 16. *Niſi ego abiero, paraclitus non veniet ad vos.* Ac ſi apertè diceretur. Si corpus non ſubtraho, quis ſit amor ſpiritus, non oſtendo: & niſi me deſieritis carnaliter cernere, nunquã me diſcetis ſpiritaliter amare. Sic Gregor. Planè ſi mentem ab amore rerum caducarum auocaremus, illámque Dei contemplationi totam addiceremus, quàm ſint vanæ voluptates ſenſuum, quàm ſit nihili omnis mundi magnitudo, euidenter nobis appareret. Nõnne totus hic mundus ſub vno Solis radio collectus apparuit ſancto Benedicto, dum rerum diuinarum contemplationi eſſet intentus? Quod miraculũ egregiè pertractans idem Gregor. ſic diſſerit. Animæ videnti creatorem anguſta eſt omnis creatura. Quid itaque mirum, ſi mundum ante ſe collectum vidit, qui ſubleuatus in mentis lumine extra mundum fuit? Quod autem collectus mundus ante oculos eius dicitur, non cœlum & terra contracta eſt, ſed videntis animus eſt dilatatus, qui in Deo raptus videre ſine difficultate potuit omne, quod infra Deum eſt. Ita Gregor. *lib.* 2. *Dial. cap.* 35.

Laur. Iuſt.
*Deliciæ quantum noceant.*
Clem. Alex.
Exod. 13.
Caiet.
*Deus ſuis delicias negat.*
S. Greg.
*Deliciæ ſpiritus amandæ.*
Ioan. 16.
*Mundi contemptus.*
*S. Benedicti reuelatio.*

---

## SECTIO VII.

*Præcepitque ei, dicens: Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas.*

1. PRimò hìc ponendum eſt cum D. Gregor. *in lib.* 35. *in Iob, cap.* 10. Euam iam tunc fuiſſe efformatam, licèt paulo inferiùs eius productio deſcribatur, cùm hoc præceptum à Deo iniunctum fuerit, non Adamo tantùm, ſed etiam Euæ ſimul. Quod apertè expreſſum eſt in verſione LXX. quæ de numero plurali ſemper agit: *Ne comedatis. Morte moriemini*, &c. Deinde aduertendum eſt, ſolùm à Deo præceptum illis eſſe de non comedendo fructu arboris vetitæ, quæ erat ſcientiæ boni & mali: non autem poſitiuum de comedendis quantumcunque aliarum arborum pomis: hoc enim tantùm erat permiſſio, non autem iuſſio. Non deeſt tamen qui præceptum cõmedendi affirmatiuum fuiſſe contendat, & valde neceſſa

S. Greg.
*Eua præceptũ accepit à Deo.*

*Adami contemplatio.*

neceſſarium Adamo in ſumma illa ſelicitate cõſtituto. Erat enim tam mira diuinæ contemplationis, cui ſoli rũe vacabat, dulcedine delibutus, & quaſi mẽte à ſenſibus omnique ſtudio corporis in Deum auocatus, vt omnino neceſſe fuerit admoneri de comedendo. Rectè enim dixit D.

S. Auguſt.

Auguſt. Anima amore ſecedit, & excedit à corporeis ſenſibus, vt ſeſe non ſentiat, quæ Deũ ſentit. Ea verò nunquam in animam viri iuſti, vis diuinæ contemplationis influit; vt tanto pondere preſſa corporis vita periclitetur, atque adeò

*Contemplationis vis.*
S. Ephrem.

anima ſui quodammodo impotens, patiénſque diuina (vt loquitur Dionyſ. Ariop.) illud beati Ephrem Syri à Domino deprecetur: O Domine contine vndas gratiæ tuæ: Domine recede à me, quia non poſſum ſuſtinere magnitudinem dulcedinis tuæ. Sic Ephrem. Ratio verò, quare Deus homini à ſe recens condito præceptum impoſuit, præterquam quod ſuperiùs, cùm ageretur de ligno ſcientiæ boni & mali, aſſignata eſt, hic à

Procop.
*Vita hominis palæſtra.*

Procopio eleganter explicatur his verbis. Cùm vellet Deus hominem reddere immortalem, ne ſuæ, vel propriæ virtuti, id beneficium accepto ferret, in hunc modũ egit. Voluit, vt gratias haberet ei, à quo non ſolùm quòd ſit, ſed quòd benè ſit, acceperit. Huic etiam deſtinauit præſentem vitam, vt palæſtram, & quaſi doctrinam futuræ vitæ. Ità Procop. D. Chryſoſt. *hom.* 14. ver-

S. Chryſoſt.

bũ, *præcepit*, aliquanto ſubtiliùs expendit ad hunc modum. Dignum fuerit hîc obſtupeſcere miſericordiam Dei, quæ omnem tranſcendit rationem; quam breui hoc nobis verbo exhibet. Præcepit, ait. Vide ſtatim ab initio, quanto honore hominem proſequitur. Neque enim dixit, Impe-

*Deus hominẽ honorat.*

rauit, vel iuſſit, ſed præcepit. Sicut amicus amico, de rebus neceſſariis præcipiens loquitur: ita & Deus humanæ naturæ quaſi hoc honore ad obediendum his, quæ à ſe præcipiebantur, attractutus. Ita Chryſoſt. Videas hinc quantum conferat ad veram & germanam diuinæ Scripturæ intelligentiam Hebrææ linguæ peritia. Verbum

*Hebrææ linguæ peritia quàm ſit vtilis.*

quidem eſt, צוה *çiuah*, *in piel*, cuius ſignificatum, vt conſtat ex variis Scripturæ locis, ſine vllo diſcrimine idem eſt, atque mandare, iubere, præcipere, imperare.

2. Iam verò materiam ipſius præcepti omnes penè Doctores ac Patres expendunt. Idem

S. Chryſ.
*Præceptum Dei facile.*

D. Chryſ. ſtatim adiungit. Magna huius præcepti facilitas eſt, ſed graue malum eſt deſidia; facítque vt facilia omnia videantur difficilia: ſicut ſtudio, & vigilantia, etiam omnia ardua & difficilia, nobis fiunt facilia. Quid enim hoc mandato facilius? Quid hoc honore maius? concedebat verſari in paradiſo, & viſibilium pulchritudine oblectari, & aſpiciendo exhilarari, & fruendo magnam voluptatem percipere; oriri autem fecit Deus omne lignum pulchrum ad videndum, & bonum ad comedendum: vt ſcire poſſimus, quomodo fruens tanta vbertate, per magnam intemperantiam, & deſidiam, datum ſibi manda-

*Adamus quaſi rex in paradiſo.*

tum præuaricatus ſit. Cogita obſecro honoris eminentiam, qua illum proſequutus eſt, data illi menſa propria, & ſegregata in paradiſo, vt ne putet eandem ſibi & iumentis tribui: ſed haberet quaſi Rex in paradiſo agens deliciarum copiam; & quaſi dominus aliam, quàm miniſtri, habitationem ſortiretur. Ita Chryſoſt. Qui vlteriùs diſcurrens, optimè circa verba Domini, *Ex omni ligno*, &c. hæc adiungit. Quaſi diceret ad illum. Non moleſtum aliquid, & graue petam ex te: frui enim omnibus tibi permitto. Vnum præcipio ne tetigeritis: & magnam pœnam decerno, vt vel timore coërcitus, datum à me mandatum

*Præcepti diuini ratio.*

cuſtodias. Hæc faciebat quaſi dominus aliquis liberalis domum magnam alicui concredens, & vt dominium ſibi ſaluum maneat, paruam tantùm pecuniam dandam ab illo præſcribat. Sic ſanè & miſericors Deus, conceſſo omnium, quæ in paradiſo ſunt, fructu, ab vno tantùm ligno abſtinere iuſſit, vt ſcire debeat quòd ſit ſub Domino, cui obedire debet, ſi quid ille imperarit. Quis pro dignitate admirabitur communis omnium noſtri Patris liberalitatem; cùm nullam adhuc bonitatis ſpeciem præ ſe ferret Adam, tanta à Deo beneficia accepit. Neque enim dimidiatam illi dedit rerum fruitionem, neque à pluribos abſtinere iuſſit, & cæteris frui: ſed participem omnium, quæ ſunt in paradiſo, eſſe voluit. Ab vno

*Dominum Dei agnoſcendum.*

ſolo ligno abſtinere præcipit, monſtrans reipſa nullius alterius gratia hoc ipſum ſe facere, quàm vt tantorum beneficiorum autorem agnoſcere poſſit. Ita Chryſoſt. Qua ſanè interpretatione nihil vltrà, vel ad literæ ſenſum enucleandum veriùs, & accommodatius, nec ad elegantiam verborum vberius, nec ad ſententiarum grauitatem præſtantius afferri poteſt.

3. Cæterùm pro euincenda peccantium temeritate, aut veriùs inuerecundia, quòd tam facile leuéque præceptum liberiùs violauerint, facit etiam illud D. Bernard. *ſerm.* 2. *de circumciſ.* Ab

S. Bern.
*Modus præſcribitur in rebus.*

initio Deus modum acceptat, & nihil vnquam immoderatum illi placuit æquitati. Hinc fuit, quòd non modò in pondere, & menſura, & numero condidit vniuerſa, ſed & protinus ipſi homini modum præſcripſit, mandatum contulit, dicens: *Ex omni ligno paradiſi comedes, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas.* Leuiſſimum planè mandatum, & larga omnino menſura. Sed tranſgreſſus eſt homo præſcriptum ſibi modum, & conſtitutum ſibi terminum prætergreſſus. Hæc Bernard. Et quidem appoſitè: nam (vt tritũ inter antiquos erat) modus optimus. Seruandus hic in omnibus eſt, præterquam in amore Dei. Modus enim amandi (vt aduertit idẽ Bernard.) eſt amare ſine modo. Non minùs luculenter Rupertus

Rupert.
*Præcepti diuini qualitas.*

ad hunc locum, Magna (inquit) largitas donorum, & non graue largitoris mandatum. Leuis quidem in tanta copia fuiſſet continentia, ſi non defuiſſet continentiæ dux beneuolentia. Illud ſanè ſciendum eſt per anticipationem dictum hic eſſe lignum ſcientiæ boni & mali. Non enim ex ore præſentis veritatis Dei, dicentis, *In quocunque enim die comederitis ex eo, morte moriemini.* Sed ex poſteriori fallacia diaboli nominis huius origo manauit, qui manducare perſuadens: *Eritis* (in-

*Ligni ſcientiæ cur dicatur.*

quit) *ſicut Dij, ſcientes bonum & malum.* Dolenda ſcriptor memoria lignum illud notauit, tanquam diceret: Ex omni ligno paradiſi edendi licentiam dedit, ſolum illud quod ex euentu per cõtrarium dicitur, ſcientiæ boni & mali lignum interdixit. Hæc Rupert. *lib.* 2. *Geneſ. cap.* 30. Ex cuius doctri-

*Amor & continentia coniuncti.*

na duo expendes obiter: primò quidem beneuolentiã, & amorem ducem eſſe, & quaſi factorem continentiæ: vnde ſi iſta naufragium faciat inter coniugatos, profectò priùs eſt illius facta iactura. Secundò: nomen illud inditum non fuiſſe à Deo, ſed à Moyſe poſt euentum, ligno ſciẽtiæ boni & mali. Præuidens igitur Deus hominis leuitatem,

*Deus hominẽ, vt filium domat.*

iniuncto præcepto compeſcere voluit, & veluti exultantem iuueniliter filium obedientiæ quamuis ſuaui iugo domare, atque intra filialia timoris repagula circumſeptum tenere conſtituit. At

illle

*Adam libertatis auidus.* ille regi impatiens paternum iugum de ceruicibus excuſſit, omnem etiam Patris tam beneuoli obedientiam indignans ac detrectans, ad proprij iuris ſtatum, libertatem, viuendique licentiam anhelauit. Atque hinc prima mali labes extitit. Volebat Dominus, vti primus homo velut alter Deus in terris creaturarum omnium dominium poſſideret: atque, vt ſciret bene imperare aliis, ipſe Deo ſuo priùs obediret. Nam, vt rectè animaduertit D. Gregor. *lib.* 1. *dialog. cap.* 1. (S Greg. *Obediat qui imperabit.*) Huius rectæ conuerſationis eſt, vt præeſſe non audeat, qui ſubeſſe non didicerit; nec obedientiam ſubiectis imperet, quam prælatis non nouit exhibere. Ita Gregor. Non multo aliter Clem. Alexand. (Clem. Alex.) *ad Gentes.* Adamum cõſiderat vti puerum adhuc ſub paterna cuſtodia & cura poſitum, dulci otio, rerúmque abundantia potiri. Deinde verò effracta patris tutela, & obediẽtia violata, ad virilem ſtatum ac libertatem aſpirantem in patris ſui ignominiam inſurgere. Primus (inquit) homo, (*Adam puer.*) quando in paradiſo erat, ludebat ſolutus, quoniam erat Dei puer. Illectus autẽ eſt puer cupiditatibus, vir effectus per inobedientiam, & cùm Patrem non audiſſet, Deum affecit ignominia. Ita Clemens. Atque, vt bene ait S. Aug. Quanto ætate maior, tanto vanitate turpior. 7. *conf.* 1.

(S Greg. *Adamus vti nauis in mari.*) 4. D. Gregor. 25. *moral. cap.* 2. appoſitè confingit Adamum in primo illo ſtatu felicitatis, velut cymbam medio in aquarum decurrentium ſalo, ne fluctuaret, & in naufragium raperetur, adhæſiſſe obedientiæ præcepto, vti anchoræ, aut rupi; (*Obedientia hominis anchora.*) nec enim firmior eſt quàm Dei obedientia, & prælatorum, ad firmandam cuiuſque animam anchora, aut rupes? Oborta verò tempeſtate peccati, conuulſis anchoris, & perfractis funibus, quibus ad immobile ſaxum tenebatur; præceps in omnium calamitatum naufragium corruit miſer. Sed præſtat audire ſanctiſſimum Pontificem. Primus inquit homo conditus fuit, vt manente illo decederent tempora, nec cum tẽporibus ipſe tranſiret. Stabat enim momentis decurrentibus, quia nequaquam ad vitæ terminum per dierum incrementa tendebat. (*Adami naufragium.*) Stabat tanto robuſtiùs, quanto ſemper ſtanti ardentiùs inhærebat. At vbi vetitum contigit, mox offenſo creatore cœpit ire cum tempore: ſtatu videlicet immortalitatis amiſſo, curſus eum mortalitatis abſorbuit. Ita Gregor. Luculentiùs multo, quàm (S. Aug.) cæteri, D. Auguſt. de hòc præcepto, eiúſque violatione variis in locis diſputat. Paucula ſeligam (*Peccatum primum cur tantum ne cenſeri.*) ex *lib.* 14. *de ciuit. cap.* 12. vbi ſic exorditur. Si quẽ verò mouet, cur aliis peccatis ſic natura non mutetur humana, quemadmodum illa duorum primorum hominum præuaricatione mutata eſt: vt tantæ corruptioni, quantum videmus atque ſentimus, & per hanc ſubiaceret & morti, ac tot & tantis, támque inter ſe contrariis perturbaretur & fluctuaret affectibus, qualis in paradiſo ante peccatũ, licèt in corpore, eſſet animali, vtique non fuit. Si quis hoc mouetur, vt dixi, non ideo debet exiſtimare, leue ac paruum fuiſſe illud commiſſum, quia in eſca factum eſt, non quidem mala, & noxia, niſi quia prohibita; neque enim quicquam mali Deus in illo tantæ felicitatis loco crearet, atque plantaret. (*Obedientia laus.*) Sed obedientia commendata eſt in præcepto, quæ virtus in creatura rationali mater quodammodo eſt omnium cuſtóſque virtutum. Quandoquidem ſic facta eſt, vt ei ſubditam eſſe ſit vtile; perniciosum autem ſuam, non eius, à quo creata eſt, facere voluntatem. Hoc itaque de vno cibi genere non

A edendo, vbi aliorum tanta copia ſubiacebat, tam leue præceptum ad obſeruandum, tam breue ad memoria retinendum, vbi præſertim nondum voluntati cupiditas reſiſtebat, quod de pœna tranſgreſſionis poſtea ſubſequutum eſt, tanto maiore iniuſtitia violatum eſt, quanto faciliore poſſet obſeruantia cuſtodiri. Hæc omnia D. Auguſtinus.

5. Vnde colliges, quod alibi iam ſubnotauimus, (*Obedientia Deo debita.*) obedientiam virtutum eſſe, maximè rationali creaturæ conſentaneam: contrà verò nihil æquè hominem dedecere, atque inobedientiam. Quid enim tam debitũ, tam rationi conueniens, quam creaturam ſuo creatori, à quo quicquid B eſt, accepit; & gratis quidem, perfectiſſimè obedire? Quid verò tam varium, tam diſtortum, tam ab omni ratione alienum, quàm eandem creaturam creatori ſuo non parere; quinetiam obſiſtere? Iure igitur optimo præſcriptus à Deo, natura ipſa debitus hic ordo eſt, vt per actum etiam exteriorem obedientiæ homo ſuo conditori Deo famulatum & obſequium exhiberet. At erat filius primus homo, Deúmque patrẽ agnoſcebat beneuolentiſſimum. Ergo vbi honor, vbi (*Filius in custodia patris.* D. Chryſ.) timor, vbi amor filij erga Patrem? Rectè quidem (vt D. Petr. Chryſol. *ſermon.* 1. ait) ſepit nos paterna reuerentia, eſt penes patrem dulcis conditio, libera ſeruitus, abſoluta cuſtodia, timor læ- C tus, blanda vltio, ſecuta poſſeſſio. Sic ille. Et hæc quidem omnia primus homo ante violationem præcepti obtinebat, peccando autem amiſit. Quàm verò debita Deo creatori ſit hominis obedientia, grauiter, vt ſolet, & copioſè confirmat Tertul. *lib. de patientia, cap.* 4. ad hunc modum. (Tertull.) Si probos quoſque ſeruos, & bonæ mentis pro ingenio dominico conuerſari vidimus (ſiquidem artificium promerendi obſequium eſt, obſequij verò diſciplina, morigera ſubiectio eſt) quanto magis nos ſecundùm Dominum moratos inueniri oportet? (*Obedire Deo discimus.*) Seruos ſcilicet Dei viui, cuius iudicium in ſuos, non in compede, aut pilio vertitur, ſed in æternitate aut pœnæ, aut ſalutis. Cui D ſeueritati declinandæ, vel liberalitati inuitandæ, tanta obſequij diligentia opus eſt, quanta ſunt ipſa, quæ aut ſeueritas comminatur, aut liberalitas pollicetur. Et tamen nos non de hominibus modò ſeruitute ſubnixis, vel quolibet alio iure debitoribus obſequij; verumetiam de pecudibus, etiam de beſtiis obedientiam exprimimus, intelligentes vſibus noſtris, eas à Domino promiſſas, traditáſque. Meliora erga nobis erunt in obſequij diſciplina, quæ nobis Deus ſubdit? Agnoſcunt denique, quæ obediunt. Nos cui ſoli ſubditi ſumus, Domino ſcilicet, auſcultare dubitamus? At quàm iniuſtum eſt, quàm etiam ingratum, quod per alterius indulgentiam de aliis conſe- E quaris, idem illi per quem conſequeris de temetipſo non rependere? Nec pluribus de obſequij exhibitione debita à nobis Domino Deo. Satis enim agnitio Dei, quid ſibi incumbat intelligit. Hæc omnia Tertul. Quæ attentiùs, maximè à religioſis, legi & expendi debent. Siquidem (vt ait) artificium promerendi obſequium eſt. Caueant tamen à coacta & inuoluntaria obedientia, quam (vt loquitur) de beſtiis exprimimus.

6. Eadem, qua cæteri Patres, incedens via D. (S. Baſil.) Baſil. *homil.* 9. Quòd Deus nõ eſt autor malorum: (*Libertas hominis ad operandum.*) proponit & diſſoluit quæſtionem his verbis. Sed cur (inquis) homini non inſitum eſt, vt peccare non poſſit, vt etiam nobis volentibus facultas peccandi deſit? Quoniam (inquam) & tu ſeruos,

non

non quando vinctos in cuſtodia retines, beneuolos eſſe tibi exiſtimas, ſed cum ſponte omnia, quæ erga te oportcat, videris agere. Ita Deo cum puta fore amicum, non qui coactus, ſed qui ſponte ſua, virtuteque illi obtemperat. Virtus verò ex voluntate perficitur, non ex neceſſitate. Hæc Baſilius. Haud præteribo, quod ſubtiliter adnotauit D. Ambroſ. *lib. de paradiſo, cap. 5.* iuxta verſionem L X X. dictum à Deo eſſe: Ex omni ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedatis. Vbi S. Doctor huiuſmodi rimatur myſterium. De omni ligno guſtandum Adæ ſoli præcepit, quem ſeruaturum ſciebat. De ligno autem ſcientiæ boni & mali non eſſe guſtandum, iam non ſingulariter, ſed pluraliter dicit. Sciebat enim præuaricaturam mulierem, & ideo per pluralitatem oſtendit non ſeruaturos, quia plurium diſcreta ſententia eſt. Similiter D. Chryſoſt. in diſcrimine huiuſmodi locutionis myſterium agnoſcit, *homil. 14.* Conſidera (inquit) etiam hic bonitatem Dei, quanto honore etiam mulierem proſequitur, quæ ex illo formāda erat. Nondum enim ea producta, quaſi vtrique mandaret, dicebat: Ne comederetis ex eo, &c. Manifeſtans ſuprà, & ab initio quòd vnum ſunt vir & mulier, & propterea quaſi vtrique loquitur, vt poſtmodum formata ex viro muliere, occaſionem viro præbeat illam docendi præcepta Dei. Ita Chryſoſt. Cæterùm hæc vtraque ſubtilitas non habet locum iuxta veritatem Hebræi textus, & vulgatam verſionem, quæ vtrobique loquitur in ſingulari. Quare meliùs fortaſſe dicendum erit, primò quidem præceptum hoc inditum eſſe Adamo, cùm adhuc ſolus eſſet: ab eóq; poſtea mulierem accepiſſe: aut licèt priùs Adam audierit, vtrique tamen ſubinde fuiſſe à Deo repetitum. Addiderim, quod apud Rabbanum, & Eocheriū *in primum Regum cap. 15.* inuenio circa hæc verba Domini. Notandū (inquiunt) quod dicitur Geneſ. 2. *Ex omni ligno paradiſi comedes,* &c. Qui enim ab vno bono ſubditos vetat, neceſſe eſt, vt multa concedat, ne mens ab omnibus repulſa quaſi ieiuna intereat. Sic illi. Planè hoc ipſum obſeruare debent, qui aliis imperant, vt faciliùs & ſoauiùs imperata ſubditi exequantur: qui iuſtè indignabuntur, ſi pluribus interdicti, ad paucula facultatem habeant.

*Virtus voluntaria. S. Baſil.*

*Mulier no præceptum acceperit à Deo. S. Chryſ.*

*Rabban. Euch. Imperium ſit moderatum.*

7. Pulchrè admodum Tertul. *lib. aduerſus Iudæos, cap. 2.* contendit in hac omnium legum prima datam à Deo poſtea Moyſi legem contineri. ſic fatur. In principio mundi, ipſi Adæ & Euæ Deus legem dedit, ne de fructo arboris plantatæ in medio paradiſi ederent; quòd ſi contra feciſſent, morte morerentur. quæ lex eis ſufficeret, ſi eſſet cuſtodita. In hac enim lege Adæ data omnia præcepta condita recognoſcimus, quæ poſtea pullularunt data per Moyſem. id eſt: Dilige Dominū Deum tuum de toto corde tuo, & ex tota anima tua. Et diliges proximum tibi, tanquam te. Et non occides, non mœchaberis, non fraudaberis, falſum teſtimonium non dices. Honora patrem tuum, & matrem, & alienum non concupiſces. Primordialis lex eſt enim data Adæ & Euæ in paradiſo, quaſi matrix omnium præceptorum Dei. Denique ſi Dominum Deum ſuum dilexiſſent, contra præceptum eius non feciſſent. Si proximum diligerent, id eſt, ſemetipſos; perſuaſioni ſerpentis non credidiſſent, atque ita in ſemetipſos homicidium non commiſiſſent, excidendo de immortalitate, faciendo contra Dei præceptum. A furto quoque abſtinuiſſent, & de

*Tertul. Lex Moſaica continetur in lege Adami.*

A fructu arboris clam non deguſtaſſent, nec à conſpectu Domini Dei noſtri ſub arbore delitcſcere geſtiſſent. Nec falſum aſſeuerant diabolo participes efficerentur, credendo ei, quòd ſimiles Deo eſſent futuri: atque ita nec Deum offendiſſent, vt Patrem, qui eos de limo terræ, quaſi ex vtero matris figurauerat. Si alienum non concupiſſent, de fructu illicito non guſtaſſent. Igitur hac generali & primordiali Dei lege, quam in arboris fructu obſeruari Deus ſanxerat, omnia præcepta legis poſterioris ſpecialiter indita fuiſſe cognoſcimus, quæ ſuis temporibus edita germinauerunt. Hæc Tertull.

8. Ex his denique verbis, nimirum, *ex ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas,* colligere poſſumus, quàm multa eſſe, quæ neſcire præſtat quàm ſcire. Vnde Apoſtolus ad Roman. 12. admonet, *Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.* Quem locum ſic expendit D. Bern. *ſerm. 36. in Cant.* Quid eſt ſapere ad ſobrietatem? Vigilantiſſimè obſeruare, quid ſcire magis, priúſve oporteat. Ea ſcire priùs ampliúſque curato, quæ ſenſeris viciniora ſaluti. Scias id prius, quod maturius ad ſalutem: id ardentius, quod vehemētius ad amorem: & tantùm ad ædificationem tuam, vel proximi. Sunt nanque qui ſcire volunt eo fine tantùm, vt ſciant; & turpis curioſitas eſt. Et ſunt qui ſcire volunt, vt ſciantur ipſi; & turpis vanitas eſt. Et ſunt qui ſcire volunt, vt ſcientiam ſuam vendant; verbi cauſa, pro pecunia, pro honoribus; & turpis quæſtus eſt. Sed ſunt quoque, qui ſcire volunt, vt ædificent, & caritas eſt. Et ſunt qui ſcire volunt, vt ædificentur, & prudentia eſt. Denique intellectus bonus omnibus facientibus eum, *Pſal. 110.* Hæc Bernardus. Nota inſuper homini ſic nocuiſſe iſtam, quàm appetuit, ſcientiam, contra Dei præceptum, vt propterea neſciens, atque infantiſſimus, & intellectu carens, denique iumentis perſimilis factus fuerit. Sic enim de ipſo ſcriptum eſt Pſal. 48. *Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis, & ſimilis factus eſt illis.* Sed obſtupeſce immenſum Dei amorem. Mutauit quidem homo gloriam Dei in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum. Quid inde ſequitur? Planè quod eleganter D. Bernard. animaduertit *ſerm. 35. in Cant.* hiſce verbis. Ergo inde eſt, quod panis Angelorum factus eſt fœnum poſitū in præſepio, appoſitum nobis tanquam iumentis. Verbum quippe caro factum eſt, & iuxta Prophetā: *Omnis caro fœnum,* Iſai 40. Sed non fœnum iſtud deſiccatum eſt, nec ex eo cecidit flos. Quod de incorrupti vteri perpetuo virore vernantibus paſcuis ortum, etiam auidos Angelorum in ſe figere poſſit obtutus, inſatiabiliter oblectandos. Perdat ſanè hoc fœnum viriditatem, ſi Maria virginitatem amiſerit. Sic Bernard. Nihil Deo glorioſius in mundo fuit, quàm vt de Maria virgine naſceretur. Hinc optimè S. P. Chryſol. *ſerm. 146.* Quòd naſcitur Chriſtus, diuinæ maieſtatis eſt, non eſt imbecillitatis humanæ. Eſt gloria Deitatis tota, vbi nulla carnis ſentitur iniuria. Sic ille. Proſequitur vlteriùs S. Bernard. Ergo cibus hominis mutauit ſe in pabulū pecoris, homine mutato in pecus. Heu triſtis, & lacrymoſa motatio, vt homo paradiſi accola, terræ Dominus, cæli ciuis, domeſticus Domini Sabaoth, frater beatorum ſpirituum, & cæleſtium cohæres virtutum, repentina ſe conuerſione inuertit, & propter infirmitatem, iacentem in ſtabulo, & propter pecorinam ſimilitudinem indigentem fœno, & propter indomitam

*Ad Rom. 12. S. Bern. Scire quid oporteat.*

*Sciendi multiplex genus.*

*Pſalm 110. Scire nocuit homini.*

*Pſalm. 48.*

*Pſalm. 105.*

*S Bern. Ieſus in præſepio.*

*Iſai 40. Ieſus ſanis hominum.*

*B Maria virginitas perpetua.*

*Chryſolog.*

tam feritatem alligatum præſepio. Agnoſce tamen, ô bos, poſſeſſorem tuum, & ô tu, aſine, præſepe Domini tui. Cognoſce pecus quem non cognouiſti homo. Adora in ſtabulo, quem fugiebas in paradiſo. Honora præſepium, cuius contempſiſti imperium. Comede fœnum quem panem, & panem Angelicum faſtidiſti. Hæc Bernard. Quibus ad declarandam hominis ignorantiam, & ex humano in pecorum ſtatum deiectionem: & ad demonſtrandam Dei erga hominem beneuolentiam: atque ad excitandum hominis amorem erga Deum, maximè verò ad inflammandam pietatem erga Dei Verbum carnem factum, & infantem poſitum in præſepio: nihil efficaciùs atque illuſtrius dici poſſet. Exclamare mihi libet hoc loco: O quis mihi daret aquam de ciſterna Bethlehem! O ſi mihi conceſſum foret ingredi ſacroſanctum illud penetrale, & ſemper Virginem Deiparam conuerti; vt filium ſuum vnigenitum & peperit, & pannis inuoluit, & reclinauit in præſepio! bonum eſſet mihi illic eſſe, nec aliud quicquam (à cœlo ipſo) mihi præſtantius, aut dulcius fuiſſet.

*Præſepe Bethlehem.*

## SECTIO VIII.

*In quocunque die comederis ex eo, morte morieris.*

1. Senſus eſt. Quocunque temporis momento vetitum comederis pomum, certò & infallibiliter morieris. Melius (inquit D. Hieron. *de quaſt. Hebraicis*) interpretatus eſt Simmachus, *mortalis eris*. Eòdem tamen vtraque recidit interpretatio. Primò igitur aduertendum eſt; mortem, cuius comminatione Deus hominem à peccando nitebatur auertere, non velut qualitatem aliquam, aut vim naturaliter ingenitam arbori vetitæ ineſſe; ſed tantùm per occaſionem ex tranſgreſſione hominis inde manare. Quod oſtendit D. Ambroſ. *de paradiſ. cap.* 7. Mortis (ait) cauſa inobedientia fuit. Et ideo homo ipſe ſibi mortis eſt cauſa, non habens Deum ſuæ mortis autorem. Neque enim ſi medicus perſcripſerit ægrotanti à quibus videatur cauendum, atque ille ab interdictis non putauerit abſtinendum, cauſa ei mortis eſt medicus: ſed vtique ipſe ſibi reus mortis eſt propriæ. Itaque Deus quaſi bonus medicus prohibuit, ne Adam nocitura guſtaret. Sic Ambroſ. Quia verò poſſet aliquis prauo & cæco ingenio Deum inſimulare, quòd arborem illam peccati futuri occaſionem, eóque nomine valde noxiam, atque ad omnia proinde infructuoſam produxerit; ideo reſpondet idem Ambroſ. Non fruſtra (inquiens) lignum ſcientiæ boni & mali productum eſt in medio paradiſo. Nam ſi multa diſcutias, complura reperies, & planè innumera, quæ ei qui vti neſciat poſſint nocere. Nec ipſas diuitias inuenies fructuoſas ſi habens diues ſubſidia largitatis, neget alimenta pauperibus, excludat inopē ſubſidio deſtitutum, aliena extorqueat, quia præualet poteſtate. Pulchritudo ipſa & gratior corporis forma, frequentiùs in vitium quàm deformitas trahit. Nunquid igitur quiſquam deformiores quàm pulchriores filios habere deſiderat, & inopes potiùs liberos ſuos cupit eſſe, quàm diuites? Plura ſunt huiuſmodi, quæ non ad imprudentiam largientis referenda ſunt, ſed ad malè vtentis errorem, & ideo vtentem accuſandum, potiùs, quàm donantem. Hæc Ambroſ. Aduertit autem idem *cap.* 5. ad maiorem infelicitatem hominis qui peccauit, vbinam mortis & vitæ ligna conſita fuerint. Diſcamus (inquit) quòd ibi lignum vitæ, vbi etiam lignum ſcientiæ boni & mali produxerit Deus. Ergo in medio paradiſi & vita erat, & cauſa mortis. Intellige, quia non homo fecit vitam, ſed vel operando, vel cuſtodiendo mandata Dei potuit inuenire. Sic ille. Quaſi (vt mihi quidem videtur) homo vtranque arborem ſimul contuitus, mortem ſibi in vna propoſitam, in altera vitam intelligeret; atque ſecum loqui poſſet: Si huius fructum comedam, viuam; ſi verò iſtius, mortem incerto ineuitabilem: inter ſpem & timorem, inter vitam & mortem, inter præmium & pœnam ſecurus degam, Deóque gratus atque obediens innocentiæ felicitate paradiſique hæreditate in omnem ætatem potiturus. At proh infelicitatem humani generis, in omne æuum deplorandam! Vel ad ſolam mortis arborem, vel ſi ad vtranque (etiam vitæ) direxit oculos: manum tamen & os ad mortis ſolummodò arborem iniecit mulier. Sapienter quidem dictum eſt à Gregor. Nazianz. *Orat.* 13. In procliui virium eſt, ingéniſque ad malum curſus patet; atque vndæ in præceps celerrimè labenti ſimile eſt. At (inquies) pœna tranſgreſſionis proponitur, & nulla fit mentio præmij pro obedientia. Procop. ad illa verba, *lignum ſcientiæ*, difficultatem ita diſſoluit. Adamo tranſgreſſori pœnam ſtatuit, quo eum cautiorem redderet, & magis à tranſgreſſione deterreret: ſic omiſit adhortans ad præcepti obſeruationem, mentionem facere regni cælorum. maior enim & ſublimior erat ſermo de regno cœlorum, quàm vt is capere poſſet. Siquidem ne Iudæis quidem poſt tot temporis curricula regnum cœlorum pollicetur: verum promittit, vt infantibus & pueris terram lacte & melle manentem. Sic ille. At Chriſtiano viro iam maturo, & ſapienti terræ contemptus indicitur, & regnum cæleſte promittitur.

*S. Hieron.*

*Mors homini vnde acciderit.*

*S. Ambroſ.*

*Deus medicus Adami.*

*S. Ambroſ.*

*Vſus rei, non res damnatur.*

*S. Ambroſ.*

*Procliuis homo ad malū.*

*Greg. Naz.*

*Procop.*

2. D. Bern. *ſerm.* 11. *ad milites Templi*, multus eſt in exponendo huiuſmodi præcepto, ac pœna illius violatoribus irrogata: cuius ego verba, vt quæ mellifluo doctore digna ſint, hic attexam. Peccatū (ait) præceſſit, vt ſequeretur mors: quod ſanè ſi caui ſſet homo, mortem non guſtaſſet in æternum. Peccando itaque vitam amiſit, & mortem inuenit, quoniam quidem & Deus ita prædixerat, & iuſtum profectò erat vt ſi peccaret homo, moreretur. Quid namq; iuſtius poterat, quā recipere talionem? Vita ſiquidē Deus animæ eſt, ipſa corporis, peccando voluntariè volens perdidit viuere, nolens perdat, & viuificare, ſponte repulit vitā cùm viuere noluit, non valeat eam dare cui, vel quatenus voluerit. Noluit anima regi à Deo, non queat regere corpus, ſi non paret ſuperiori, inferiori cur imperet? Inuenit conditor ſuā ſibi rebellem creaturam, inueniat anima ſuam ſibi rebellem pediſſequam. Tranſgreſſor inuentus eſt homo diuinæ legis, inueniat ipſe aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuę, & captiuátem ſe in legem peccati. Porrò peccatum, vt ſcriptū eſt *Rom.* 6. ſeparat inter nos & Deum, ſeparet proinde etiam mors inter corpus noſtrū & nos. Non potuit diuidi à Deo anima niſi peccando, nec corpus ab ipſa niſi moriendo; quid itaque auſterius pertulit in vltione, id ſolùm paſſa à ſubdito, quod præſumpſerat in autorem? Nil profectò congruentius, quàm vt mors operata ſit mortem, ſpiritualis corporalem, culpabilis pœnalem, voluntaria neceſſariam. Hæc Bern. Idem *ſerm.* 10. *in Pſalm.* Qui habitat facilitatem hominis ad peccandum deinde tam repentinum culpæ ac pariter pœnæ impetum expēdens:

*S. Bernard.*

*Mors iuſtè per peccatum.*

*Mors inobedientiæ pœna.*

*S. Bernard.*

Conſtat (inquit) ab initio in parentibus primis A ante primam illam mandati præuaricationem non modo non regnaſſe peccatum, ſed nec fuiſſe quidem. Attamen quodammodo iam tunc propè illis fuiſſe videtur, quod tam facilè perſuaſum eſt, quod tam feſtinanter intrauit; quid verò aliud admonebat, quàm & ipſam quoque peccati pœnam etſi needum ineſſe corporibus, iam tamen velut pro foribus eſſe, qui dixit: *In quacunque die comederitis de ligno ſcientiæ boni & mali, morte morieinini.* Ita Bernard. Duo circa hæc verba controuerti video inter Theologos. Primum eſt: an hoc præceptum prohibens eſum illius pomi, vſque ad finem vitæ Adami extenderetur; ita vt in quolibet puncto per B totam illius vitam violans præceptum, in propoſitam pœnam incideret? Reſponſio eſt affirmatiua; colligitúrque ex illo termino indefinito; *Quocunque die comedetis,* &c. ita ex Bened. Perer. iam alibi attigimus. Alterum eſt, an pœna illa mortis, & iuſtitiæ originalis iactura contingeret ex quocunque alio peccato lethali. Licèt præceptum abſtinendi à vetito pomo inuiolabile ſeruaretur? Reſpondet noſter Azor *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 30. affirmatiuè, probátque egregiè, quippe cùm gratia donáque iuſtitiæ originalis conſiſtere nequirent cum peccato lethali. Sed nun deſunt qui putent per ſolam violationē propoſitæ legis (cùm de illa tantùm mentio fiat) pœnam C illam incurri, & irreparabiliter iuſtitiæ originalis ſtatum amitti; quæ amitteretur tamen reparabiliter per quodcunque aliud peccatum lethale. ſed de his conſule Theologos.

3. Porrò autem nunquam ego ſatis mirari poſſum, quàm temerè, quàm ſtolidè, liceat ita cum vehementi doloris ſenſu effari, primæui parentes in peccatum corruerint? Præceptum facile, leue, ſuaue, nullius propè negotij ac laboris; nimirum vti ab vnius tantùm arboris fructu abſtinerent inter innumeras omnium generum plantas pulchriore dulcioréque fructu onuſtas. Præmium poſt præcepti adimpletionem adeò præſtans, vt maius ſub cœlo, Deique aſpectu perbeatifico, nec eſſe, nec fingi poſſet, videli- D cet vita corporis immortalis, & felicitatum omnium illius ſtatus innocentiæ confirmatio nunquam interitura. Pœna, ſi violaretur præceptum, ita grauis, vt niſi vera Dei fides atteſtaretur, pro deliramento aut ſomnio haberi poſſet inter homines; nempe lethalis animæ culpa, ineuitabile mortis ſupplicium humano corpori ſubeundum, & conſequenter infinita grauiſſimarum calamitatum ſententia ex illo delicto in animam & corpus emanans, nonniſi cum vita, & vitæ ſenſibus exhaurienda. At nihilominus iis omnibus deſpicatui habitis, ac propemodum irriſis, miſeri, cæci, amentes in voluntarium exitium proruperunt. Audiant ergo tam ſtultorum E parentum liberi Paulum idcirco monētem: *Fratres nolite pueri effici ſenſibus,* 1. Corinth. 14. Nam, vt iam alibi ex D. Chryſoſt. adnotauimus, pueri, qua ſunt inſcitia & ingenij ruditate, ſæpiùs manum mittunt in ignes, faces attrectant ardentes, cultros pugionéſque diſtrictos ac ſplendentes manu apprehendunt, in ora inſerunt; quod valde timendum eſt, haud timent; contrà verò & vana terriculamenta & perſonatas laruas exhorrent, effugiúntque lamentantes, quiritantéſque deinde luteas imagunculas, & ludicra ſic amant crepundia, vt præ illis aurum, gemmas, & quicquid aliud pretioſi ſit, ridēant, abiiciántque.

1. Cor. 14.
S. Chryſoſt.
*Puerorum ſtultitia.*

A En ruditas, & puerilis inſcitia primorum parentum, en infantia, ſtoliditáſque mortalium, mortem animæ peccatum libenter & amanter incurrimus; mortem animæ ſecūdam, hoc eſt, ſempiternos gehennæ cruciatus, tam facilè, tam læto vultu, tam (vt ita loquar) feſtiuo plauſu miſeri, cæci, vecordes nobis ipſi conſciſcimus, inhianti ore ridentes excipimus; nec timemus. Sola bonorum huius vitæ & caducarum felicitatum ſpecies nos delectat, intentos, defixos, ſtupidoſque habet; virtutem, gratiæ dona, ſupellectilem pretioſarum animæ opum, cælum, Deúmque ipſum, atque ipſius ſempiternam beatitudinem nihili ducimus. Solam rerum inaniſſima- B rum iacturam dolemus, lamentamúrque, affluant modò terræ opes, diffluat voluptatibus vita, honoribus emineat: quanta verò, & qualis fuerit animæ, cæleſtium bonorum, Deique ipſius iactura, non expēdimus, non inter damna computamus. Legimus in vita Thom. Mori noſtra ætate in Anglia martyris illuſtriſſimi, *cap.* 12. duas ad hunc locum perquam vtiles ſententias. Primò quidem vir ſanctiſſimus dictitare ſolebat. Quamplurimi in hac vita eo labore infernum mercantur, cuius vel dimidio cœlum lucrari fuiſſent. Idem ad muliereulam nimio ſtudio & lenunieo comptam dixit aliquando: Niſi Deus tibi pro hoc tanto labore tuo infernum reddat, C magnam tibi profectò iniuriam faciet. Pulchrè quidem quando ea nobis eſt vecordia, vt totus animæ, virium, corporis, curæque & induſtriæ conatus, in res huius vitæ fluentes, ac ſordidas impendamus, de anima, de cælo, de Deo nihil interim curantes.

*Puerilis ſtultitia peccantium.*

*Hominis ſtudium circa bona temporalia.*

*Hominis de diuinis obliuio.*

*Mulier nimis compta.*

4. At quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? *Matth.* 16. quem locum ſic exponit Euſebius Emyſſen. *homil.* 1. *in natali vnius martyris.* Si diceretur tibi: Sis toto hoc menſe diues, & potens, facias quicquid velis; vtere carnis voluptatibus, ſicut placet, ea tamen conditione, vt tibi oculi poſtea eruantur, omne ſolatium tollatur, & toto tempore vitæ tuæ in fa- D me & ſiti, in omni cruciatu & miſeria viuas; nunquid tale illud bonum cum hoc temerè ſuſciperes? Et quidem tota hæc vita præſens, nec menſis eſt, nec vnius diei, vel horæ ſpatium ad illius æternæ felicitatis comparationem, cui miſeriæ neque finis eſt, neque ſimilis inuenitur. Sed iis omiſſis etſi longè verioribus, vt quæ à Deo ſint, duo proferam teſtimonia ab ipſo Dei animarúmque hoſte, quæ ſaltem eo nomine fidem hominibus facient, quòd minimè ſuſpecta, imò & ab inimico prorſus inuicto & coacto veritatem aliquando effutire, pronunciata videbuntur. Primum eſt apud Iob *cap.* 1. vbi diabolus virtutem ſancti Iobi eleuare contendit, quòd ſit delicata rerum humanarum E affluentia, Deique beneficiis quaſi enutrita, nunquam verò aut bonorum inopia, aut malorum perpeſſu probata, & veluti aurum ignibus perpolita. *Extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* Pro certo igitur habebat Satanas Iobi virtutem caſuram illicò, vbi bonorum temporalium, quibus innitebatur, affluentia tolleretur; ac Iobum, qui regio ſit luxu, & mundi proſperitate Deum ritè colebat, de ſtatu felicitatis deiectum, in ſummam calamitatem redactum non impatienter modò laturum, ſed inopem conſilij, animóque ægrum,

Matth. 16.
Euſeb. Em.
*Animæ diſpendium.*

*Vita cum æternitate cōparatur.*

Iob 1.
*Diabolus virtutem Iob eleuat.*

& prot

& proſſus amanrem, probris, maledictis, blaſphemiis Deum ſupplicia irrogantem, impetiturum. Deinde iacturam bonorum omnium, quæ Iob poſſidebat, ſignificat fieri rantùm ex leui pauculáque Dei manus extenſione & attactione. Proh beſtiam truculeutam! itane leuirer & paululum extendere manum, & tangere, vocas extrema illa Iobi damua, quæ, diuina tibi conceſſa facultate, patraſti? paululom vocas extendere, tangere, dicis; boues, aſinas iumentáqoe omoia, à latronibus, Sabæis abacta; armentarios euſtodéſque trucidatos? Oues de cœlo tactas, paſtoréſque abſumptos? Camelos à Chaldæis ioterceptos, & ſeruos internecione deletos? Septem filios & tres filias, dum feſtiuo inter ſe conuiuio domi epularentur, fœda tempeſtate oborta, & inamabili ventorum impetu tecta, poſtes, parietes, quatiente, vna ruina domus pariter omnes conſepultos? Hæc tam aeerba & grauia damna nihil ducit hoſtis teterrimus, nimium ad ſaturandam malorum uoſtrorum libidinem, qoa ille eſt inſatutabili. Cæterùm D. Gregor. ad vtilitatem rerum omnium humanarum, quam diabolus probè agnoſcit, referendum putat. Quæcunque enim (inquit) externa mala inferat Satanas, parui æſtimat niſi animam læſerit.

*Diabolus damna Iobi nihili æſtimat.*

Gregor.
*Animæ iacturam diabolus expetit.*

5. Et quidem reipſa veriſſimum dictum eſt; leuia ſunt, paucula ſoot, nulla, & uibili ſunt, quæcunque in muudo pretioſa, grandia, ſomma dicuntur; eorúmque aut quæſtus, aut damnum nihil eſt; aoimæ verò lucrum, aut diſpendium ſolummodo, & verum, & magnum eomputari debet. Alterum deinde teſtimonium petitur ex reotatione tertia, qua Satanas Dominum in deſerto aggreſſus eſt. vbi *Luc.* 4. oſtendit illi omnia regua orbis terræ in momento temporis. Ad quem locum egregiè D. Ambroſ. ſie air: Bene in momento temporis ſecularia & terrena demooſtrantur. Non enim tam eonſpectus eeleritas indicatur, qoàm caducæ fragilitas poteſtatis exprimitur. In momento enim euncta illa prætereunt, & ſæpè honor ſeculi abiit, antequam venerit. Quid enim ſeculi poteſt eſſe diuturnum, cùm ipſa diuturna uon ſint ſeeula? Doeemor hîe inanis ambitionis flabra deſpieere, quòd omnis dignitas ſecularis diabolicæ ſubiaceat poteſtati, ad vſom fragilis, & iuanis ad fructum. Hæc Aiubroſ. Addi poteſt, ad maiorem huios loci expoſitionem, qoàm nihili Satanas omnem mundi gloriam, regoa, opes æſtimàrit: cùm illa omnia datorum ſe promiſerit pro vna vnius hominis, (uon enim certò Deú eſſe agnoſeebat) ſobmiſſa corporis inclioatione. Quod ſi alicui (vt credere par eſt) dictum Satanæ ex arrogantia, & impudenriſſimo mendacio ortum eſſe videatur: meminerit quódnam Herodes Rex de ſecularis imperij gloria & amplitudine iudicium tulerit, cùm puellæ ſaltatriei dimidiatam ſui regoi partem ſub iuramento pollicitus eſt. Quod rectè animaduertens D. Ambroſ. *lib.* 3. *de Virginibus.* Vide (inquit) quemadmodum ſeculares ipſi de ſecularibus ſois iudicent poreſtaribus, vt pro ſaltatione etiam regna donentur. Hæe Ambroſ. Certè illud eſt quàm veriſſimum, quod de gratia & potentia in regum atque imperatorum aulis optimè indicarunt duo illi viri principes apud S. Auguſt. 8. *confeſſ.* 6. Quò tandem (inquiont) ambimus peruenire? quid quærimus? Io palatio quid non fragile, plenúmque periculis. Et per quot pericula peruenitor ad grandius periculum? & quandiu iſtod erit?

*Anima lucrū, aut damnum præſtat.*
Luc. 4.
*Diabolus Christū tentat.*
S. Ambr.

*Bona temporalia quid ſint.*

*Herodis de ſecularibus iudicium.*
S. Ambr.

6. Sed ad inſtitutam loci commeotationem regreſſi, totum cum Teriullian. abſoluamus negotium: cuius ſententiam, vbi acerrimè pognat eontra Marcionem pro Dei bonitate in ligno ſcientiæ boni, & mali, & in præcepto non comedendi, atque in pœnæ comminatione iodicta etiam ſe oitendente, adſcribam; vt eleganti fluit ſtylo. Sie igitur air *lib.* 2. *cap.* 4. Interim mundus ex bonis omnibus conſtitit, ſatis præmonſtrans, quantum boni pararetur illi, eui præparabatur hoc totum. Quis deuique dignus ineolere Dei opera, quàm ipſius imago, & ſimilitudo? ea quoque bonitas, & quidem operaotior operata eſt, non imperiali verbo, ſed familiari mano, etiam verbo blandiente præmiſſo. Faciamos hominem ad imaginem, &c. Bonitas dixit, bouitas finxit hominem de limo: in tantam ſubſtantiam earnis ex vna materia, tot qualitatibus extroctam. Bonitas inflauit animam, noo mortuam, ſed viuam. Bonitas præfecit vniuerſis fruendis, atque regnandis, etiam cognominandis. Bonitas ampliùs delicias adiecit homini, vt quamquam totius orbis poſſidens io amœnioribus moraretur, tranſlatus io paradiſum, iam tune de mundo in Eeclesiam. Eadem bonitas & adiutorium proſpexit, ne qoid non boni. Non eſt enim (inquit) bonom hominem eſſe ſolum. Sciebat illi ſexum Mariæ, & deinceps Eccleſiæ profuturum. Sed & legem bonitas erogauit conſulens homini, quò Deo adhæreret, ne uon tam liber, quàm abiectus videretur, æquandus famulis ſuis, cæteris animalibus, ſolutis à Deo & ex faſtigio liberis, ſed vt ſolus homo gloriaretur, quòd ſolus dignus fuiſſet, qui legem à Deo ſumeret: vtque animal rationale iotellectus & ſcientiæ capax, ipſa quoque libertate rationali contineretur ei ſubiectus, qui ſubiecerat illi omnia. Cuios legis obſeruandæ conſilium bonitas pariter aſcripſit. Qua die ederitis, morte moriemioi. Benigniſſimè enim demouſtrauit exitum tranſgreſſionis, ne ignorantia periculi negligentiam iuuaret obſequij. Hæc omnia Tertollian. Ex quibos eolliges, qoo magis erga hominem Dei bonitas illuxit, eo impudentiùs homiois erga Deum maliriam prorupiſſe. Ac deinde de verito non guſtando non à ſeueritate, ſed ab ipſa familiatiſſima Dei versùs hominem bouitate legem fuiſſe conſtitutam. Sed qoorſum ioſtiſſimus Deus tam leue delictum, tam graui ſupplicio puniendum indicit? Profectò, qoia primum, radixque ooiníum quæ deinceps committenda eſſent. Nam grauiore dignus eſt pœna, qui primus malum aggreditur, dux præit aliis, vti Iudas, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Ieſum, *Act.* 1. Foit etiam peccatoni capitis totius generis homani. Quare qui debuiſſet reliquis eſſe virtutis exemplum, ſcandalum extitit & roina. Errata verò prælatorum, doctorum, patrum, dominorum, magiſtratuum, ae prioeipum, etiamſi conſiderata in ſeipſis, leuia videantur; propter delinquentis tamen aotoritatem, ex qua puſillorum & infirmorum ruinæ conſequontur, pro graoiſſimis computari ae puniri ſolent.

Tertull.

*Bonitas Dei erga hominē.*

*B. Maria ſignificatur in Eua.*

*Peccatum Adami cur punitur grauiter.*
Act. 1.

*Scandalum à primoribus.*

7. Iſti ſunt, qoi in cathedra peſtilentiæ ſedent, *Pſalm.* 1. Hebraicè לצים *lecim*, irriſorum. Exemplo eoim ſuo reliquos ad peeeandum inſtruunt, peceandi magiſtri doctoréſq; virtutē, ac Deum irridendi. Notanter dictum eſt à Domino:

Pſalm. 1.

*Bened. Fernand. in Gen. tom. 1.*

H 2 Quòd

*Quòd ſi ſal infatuatum fuerit, ad nihilũ valet vltrà*, Matth. 5. Quaſi dixerit, iſtos qui ſalis nomenclaturam & officium gerunt, ſi quando peccant, omnino eſſe ad Dei obſequium, & in vita ipſa inutiles, cum tamen cæteri peccatores non ita infames habeantur. Plus ergo ſibi timeant Sacerdotes, & doctores. *Auferam* (dicit Dominus) *de loco hoc Baal, & nomina adituorum cum Sacerdotibus*, Sophon. 1. D. Hieron. exponit, non operta, ſed nomina cum ſacerdotibus, qui tantummodo falſa nomina præferunt dignitatum, & malis operibus ſua nomina deſtruunt. Sic Hieronym. Exiſtimo etiam nomina ipſa tolli à Domino, pluſquam opera: quia opera quantumuis nefaria, nominibus tamen illarum dignitatum roborantur, & conſequenter illuſtriora fiunt ad infamiam, & potentiora ad nocendum. Sed vrgeo adhuc, ò bene Deus, cur tam leue peccatum Adæ tam graui ſupplicio puniendum ſtatuis; & grauiſſima ſubinde remittis: publicanos, adulteros, meretrices venia donas, & in amicitiam recipis? ſcilicet cùm grauiter punit leuius peccatum, terret homines, ne delinquant in Deum; qui etiam de leuibus erratis pœnas expoſcit grauiſſimas. Contrà verò cùm grauia peccata condonat, & ſceleſtiſſimos ad pœnitentiam adducit, iuſtoſque efficit; docet nulli eſſe deſperandum, nunquam ſeram pœnitentiam, vt loquitur Cyprian. miram eſſe diuinæ gratiæ efficaciam, & quaſi omnipotentem pœnitentiam, vt habetur ex Tertul. Poſtremò quis non timeat, quis non doleat, cùm plurima mortis obuerſetur imago? En mortis arbor, en lex mortis, en mortis pœna indicitur viro & mulieri. Quocunque die comederitis, morte moriemini. At mutatus eſt rerum ordo adueniente Deo in mundum: legem attulit, & pronunciauit, vitæ. Omnia vitam ſonant; Deus ipſe natus eſt homo ex illa virgine quæ puteus dicitur aquarum viuentium, *Cant.* 4. Puteus quidem, in quo latuit veritas donec venit plenitudo temporum, in partu ſcilicet virgineo. Puteus verò aquarum viuentium: continet enim (ait Guilhelm.) ſibi abyſſos vitæ, & immortalium gaudiorum: ſed & effundit aliis, nimirum Angelis & hominibus participationem; Angelis quidem torrentem voluptatis, hominibus in hac peregrinatione riuulos ſanitatis & ſanctitatis, donec & ipſi ciues effecti inebrientur ab vbertate domus eius, & torrente voluptatis eius potentur, *Pſalm.* 35. Cæterùm quàm dulce illud quod additur: *Puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* Licet enim puteus ſibi abundet aquis in immenſa altitudine (qua ſignificatur ſoli Deo comprehenſibilis profunditas gratiarum Virginis,) redundat tamen aliis tam mira aquarum affluentia, vt impetu defluant: quaſi hominem quærant, qui ſitiat, qui bibat, abſque labore extrahendi de puteo aquas, aut longe diſſitum adeundi puteum, ſeu, vt explicat Hailgrinus, fluunt cum impetu, quia illis reſiſtere non valent aduerſarij noſtri dæmones & hæretici. vel etiam cum impetu, hoc eſt, ſine perſonarum acceptione, aut delectu. Tantus eſt enim impetus fluentium a Dei matre gratiarum ad homines, vt quodammodo ſine ratione fluere videantur: dum bonos & malos irrigant, dum iuſtis & peccatoribus præſidia & beneficia Virginis Deiparæ liberaliſſimè diſpenſantur. Denique ſunt, qui dicant mortem vti homini naturalem, & ad propagationem ac ſucceſſionem generis humani omninò neceſſariam certiſſimè

Matth. 5.
Sophon.
S. Hieron.
*Peccatũ manorũ grauius.*
*Deus cur aliis remittat, alios puniat.*
S. Cypr.
Tertull.
Cant. 4.
*B. Maria vitam attulit.*
Guilelm.
Pſalm. 35.
*B. Maria gratiis redundat in homines.*
Hailgr.

A futuram: cuius exequendæ occaſio ſumpta eſt ex peccato alioqui haud grauiſſimo. Erat (inquiunt) mors non reuera peccati pœna: ſed res iam dudum apud Deum decreta & ordinata, tanquam vergeret in vſum & commodum vniuerſæ creationis. Nam ſententiam de immortalitate hominis ob pomi eſum non mutauiſſet: nec ob vnius culpam omnes naſcituros condemnauiſſet: qui per Chriſtum omnium ſcelerum plenariam remiſſionem dedit. Sic Procop. At in fide certum eſt mortem per peccatum introiſſe, atque ita ſentiendum.

---

B

## SECTIO IX.

*Dixit quoque Dominus Deus: Non eſt bonum eſſe hominem ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.*

1. INeptum & incongruum eſt, atque adeò prorſus inhabile ad propagationem generis humani, & ad ſubleuandas vitæ neceſſitates minùs appoſitum, eſſe in orbe virum abſque ſuæ naturæ conſorte muliere. Adiutorium ſimile ſibi noſter vertit interpres. L X X. verò adiutorem ſecundùm eum. Chaldæus, ſuſtentaculum C quod ſit penes eum. hoc eſt, quod ſit ad manum præſtò, & præſens vt adiuuet, ſubleuet, viróque ad omnia correſpondeat, & congruat. Hebraicè כנגדו *chenegdo*. Eſtque compoſitum ex particula ſimilitudinis (כ *caph.* & verbo נגד *neged*, contrà, vel ex aduerſo. Quod non ſine graui myſterio dictum puto: vt ſignificetur ingenium muliebre varium & multiplex, ſimile & diſſimile, amicum & inimicum. Si bona mulier ſit, viro nihil æquè beneuolum; ſi verò improba, nihil æquè maleuolum. Si bona, grande adiutorium ad vitæ onera ſubleuanda, imò & ad virtutem conſequendam, ac tuendam. ſi mala, graue præcipitium, miſerabile exitium. Quod ſuo malo mundus expertus expertus dolet. Vt D propterea lippo oculo nihil ſimile tam videatur, ac mulier: nam & carere muliere maritus nequit, & cum muliere non poteſt non dolere; quod luculentiùs in ſequentibus demonſtrabitur. Hæc verba, *non eſt bonum hominem eſſe ſolum*, contendit Rupert. *lib.* 2. *in Geneſ.* dicta à Deo fuiſſe ſimulatque conditus eſt Adamus: & conſequenter Euam formatam extitiſſe in agro Damaſceno, aut alio quolibet, vbi Adamus eſt procreatus; indéque tranſlatum ſimul cum viro in paradiſum terreſtrem: quanquam ex eo ad hunc locum dilata eſt huiuſce formationis narratio. Quocirca & totam hiſtoriam animalium, quæ adducta ſunt ad Adamum, non in paradiſo, ſed extrà contigiſſe arbitratur. Sic E igitur ait. Melius hæc dictio Domini: *Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*; ſuperiori loco coniungitur, vbi dictum eſt: *Formauit Dominus hominem de limo terræ*, &c. imò & adhuc altiùs, vbi dictum eſt: *Faciamus hominem*, &c. Quare ergo tandem mulieris facturam Scriptura narrare diſtulit? Videlicet vt ſingulas hiſtoriæ partes ſecundum proprias cauſas rationabiliter ordinaret. Conſtat enim, quia non propter mulierem vir, ſed mulier propter virum facta, & cum illo in paradiſo polita eſt. Iccirco bene priùs cum formatione viri narrationem digeſſit, quod eum Dominus Deus tulerit, & in paradiſum poſuerit.

*Mulieris ingenium.*
Rupert.
*Mulier vbi creata.*

ſuerit. Iccirco formationem mulieris hucuſque diſtulit, vt continuaret hiſtoriā infelicitatis, quæ per mulierem ad virum peruenit. Igitur formato homine hoc etiam dicit Dominus Deus: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum. Non inquam eſt bonum, non eſt vtile, non conducit ad propoſitum noſtrum, eſſe hominem ſolum. Propoſuimus enim præſcitos & prædeſtinatos de primo homine propagari, & Sanctos imagini ac ſimilitudini noſtræ conformes futuros: ergo vt propoſitum iſtud impleatur, faciamos ei adiutorium ſimile ſibi. Adiutorium (inquit) ad multiplicandam prædeſtinatam progeniem Sanctorum. Et notandum quòd ad faciendum huiuſmodi adiutorium eadem loquitur pluralitas perſonarum, quæ ad faciendum loquuta eſt virum. Addendo autem, *ſimile ſui*, cuncta comprehendit, quæ in faciendo viro dixit, *Ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram: & præſit piſcibus, & beſtiis*, &c. Præter ſexum enim in nullo ſubſtantia mulieris differt à ſubſtantia viri: videlicet quòd minùs mulier, quàm vir cunctis animantibus præſit dignitate conditionis, quia non minus eſt rationalis, nec minus illi aſpirare licet ad ſimilitudinem creatoris. Hucuſque Rupertus.

*Vir ſine muliere non poteſt eſſe.*

*Prædeſtinatorum ſemes.*

*Mulier cum viro comparatur.*

2. Cuius ego ſententiam non auſim refellere. Tametſi videam longè communiorem eſſe oppoſitam: cui nos etiam inſiſtentes totam hanc de opificio mulieris hiſtoriam non extrà, ſed intus in paradiſo, & iam pro creato alibi homine, atque in paradiſum tranſlato procedere arbitramur. D. Chryſoſt. *hom.* 14. huiuſmodi verba expendens in gratiam mulieris efformandæ, quaſi Adam ipſo audiente prolata à Deo exiſtimat. Vt ſciret (inquit) Adam, quòd animal formandum, æqualis cum ipſo dignitatis eſſet futurum, iccirco dicebat, Faciamus illi adiutorium ſimile ſibi. Nolo illum ſolum eſſe, ſed producendum erit adiutorium ſimile illi: vt cùm viderit ſtatim adduci beſtias, & omnia volatilia cæli, ne putet de illis eſſe dictum. Nam licèt adiuuent illum in laboribus ſuis multa irrationabilia animalia, nullum tamen par eſt rationali mulieri. Ita Chryſoſt. Voluit igitur Deus in hac ſententia commendare viro dignitatem mulieris, ne vir illam deſpiceret, imò tanquam ſeipſum diligeret. Similiter Procop. philoſophatur. Quemadmodum (inquiens) in creatione viri, ſic in formatione mulieris præmiſſum eſt conſilium Dei, dicentis: Faciamus, &c. Nam quæ ad doctrinam pertinebant, ex æquo mulieri neceſſaria erant: cùm nihil viro mulier eſſet inferior in religionis & pietatis ſermonibus. Similiter illa, quoad animum eſt immortalis & rationalis: nec in definitione ſubſtantiæ differt à viro. Sic ille. Eodem etiam loco ſanctiſſimus Chryſoſtom. ſcitè admodum perpendit mulieris efformationem pro magno beneficio inſtitutam eſſe à Deo in gratiam ipſius viri iam procreati, quo illum ſuo amori & obſequio vehementius deuinciret. Dixit (ait) Dominus, non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus illi adiutricem ſecundùm eum. Conſidera, quomodo non ceſſat bonus Deus, ſed beneficiis beneficiis cumulat, & diuitias bonitatis omni honore circundat, & vult animali huic rationali præſtare, vt non ſolum honeſte, ſed & commodè viuat. Ita Chryſoſt. Veruntamen D. Ambroſ. hunc eundem locum plano ſenſu interpretatur *lib. de paradiſo cap.* 10. his verbis. Adiutorium ad generationem con-

*S. Chryſ.*
*Mulierem Deus commendat.*

Procop.

*Mulier Dei beneficium.*

S. Ambr.

ſtitutionis humanæ intelligimus, & verè bonum adiutorium. Nam ſi pro meliore accipis adiutorium, maior quædam in cauſa generationis operatio mulieris reperitur. Sicut illius terræ, quæ ſemina primò accepta cohibendo paulatim fotu ſuo adoleſcere facit, & producit in ſegetem. In eo igitur adiutorium bonum mulieris; quamquam etiam inferior dicatur adiutor; vt & in vſu repetimus humano, quia dignitate potiores, plerunque adiutorem meriti inferioris aſciſcunt. Sic Ambroſ. Conſonat explicatio Procopij ad hunc modum. Auxiliatricem dicit, id eſt, ſociam eorum omnium, quæ ad vitam humanam ſpectant, ſecundùm eum, vel coram eo. quibus verbis oſtendit æqualem vtriuſque naturæ dignitatem. Sic ille.

*Mulier adiutorium viri.*

3. Deinde verò doctiſſimus Pater ſanctus Ambroſ. verba ipſa penitùs conſiderans, quæſtionem pulchrè commouet, & pulchriùs ſoluit. Quare (ait) dictum eſt: Non bonum eſſe ſolum hominem, cùm ſciamus, quòd antequam fieret mulier, non errauerit Adam; poſteaquam verò mulier eſt facta, prior diuinum præuaricata mandatum, etiam virum ſuum traxerit in errorem, & incentiuum eius extiterit? Si igitur viro culpæ autor eſt mulier, quemadmodum pro bono videtur adiecta? Verùm ſi conſideres, quia Deo vniuerſitatis eſt cura, inuenies plus placere Domino debuiſſe id, in quo eſſet cauſa vniuerſitatis, quàm condemnandum fuiſſe illud, in quo eſſet cauſa peccati; & ideo quia ex viro ſolo non poterat humani generis eſſe propagatio, pronunciauit Dominus non eſſe bonum ſolum hominem; maluit enim Deus plures eſſe, quos ſaluos facere poſſet, & quibus donaret peccatum, quàm vnum ſolum Adam, qui liber eſſet à culpa. Ergo propter generationem ſucceſſionis humanæ debuit mulier adiici viro. Nam etſi mulier prior peccatura erat, tamen redemptionem ſibi paritura, non debuit ab vſu diuinæ operationis excludi; quamuis enim Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione fuerit: ſalua tamen (inquit 1. *Timoth.* 2.) erit per filiorum generationem, inter quos generauit & Chriſtum. Hæc Ambroſius. Faciamus ei adiutorium, quod ſit coram eo, vel, ſicut nuncius eius. Ita legunt alij. Diſcant hinc mulieres non dominari in viros, nec enim dominæ virorum ſunt, ſed ſociæ adiutricea. At miſeri, cùm libidini luſeruiunt, dominas illas & vocant, & colunt. Pulchrè D. Hieronym. *lib.* 1. *contra Iouinian.* de religioſis hac ſeruitute carentibus, ſic ait. Quanta felicitas eſt non vxoris ſeruum eſſe, ſed Chriſti, non carni ſeruire, ſed ſpiritui? Sic Hieronym. Tertull. *lib.* 2. *contra Marcion.* *cap.* 11. in verbo, *Adiutorium*, agnoſcit hominem edoceri; quòd (ait) mulier in adiutorium maſculo, non in ſeruitium fuerit deſtinata. Audiant igitur viri Tertullianum, imò diuinam ipſam Scripturam quæ mulierem vocat adiutorium ſimile viro; ſciant non aliùs naturæ vxorem, ſed eiuſdem cum viro rationis capacem gratiæ, donorúmque Dei & cælo pariter procreatam. Pudeat viros ita deſæuire in miſeras, vti in pecudes ac feras, aut ſaltem in mancipia. Prudenter planè, vt priſca ferebat ætas, gentium quarundam lege ſancitum accepimus, vt maritus iuſto aſperior ac

S. Ambr.

*Dei conſilium circa mulierem.*

*Mulier peperit redemptorem.*

1. Tim 2.

*Mulieris conditio.*

S Hieron.
*Vxorum homo.*

Tertull.

*Mulier à viro qualiter tractanda.*

truculentior, qui coniugem flagellaſſet, aut alio ſeruili quouis ſupplicio affeciſſet, illico reus habebetur, & propria vxore, ducendique aliam ſubinde facultate priuatus, vrbe tota publicitus traheretur, præcone interim proclamante, hominem illum omni coniugio indignum, & procul à patria in ferarum luſtra, extra conſortium mortalium, ablegandum.

*Vir indignus coniugio.*

*Coniugum indiuidua cohabitatio.*

4. Aduerte, verbum, vt præmiſimus, *obenegdo*, à nonnullis verti, es aduerſo, è regione. quo ſanè perdocentur coniuges indiuiduam vitæ cohabitationem. Nimirum, vt vir à ſuo conſpectu diuelli non patiatur vxorem, viuat illa ante oculos viri; ſine viro, eiúſque aſpectu, nec viuere velit, nec poſſit. Caueat mulier lunam imitari, hæc enim quo longiùs abeſt à ſole, eo magis conſpicua, clariùs emicat, pulchrior oſtenditur; eadem verò quanto propiùs ad ſolem accedit, tanto fit obſcurior, magis abditur, minùs apparet, ſuam lucem obtegit, & ſpeciem commutat, totam ſeipſa in tenebris videtur ſepelire. Pudeat mulierem, ſi qua eſt, ita ſuam vitam inſtituere, vt à mariti procul oculis abeſſe gaudeat, propè verò adeſſe doleat, atque oculos viri, vti leonis rictum; viri conſortium, & mutuum colloquium, vt crucem, carcerem, tartarum exhorreat, ac refugiat. Cæterùm vir ita ſuas vitæ rationes quoad fieri poſſit inſtitutas in eo ſtatu collocet, ne diu ab domo, procul ab vxore commoretur; meminerit quod de ſponſa cæleſtis regis, Dei ſcilicet, decantatit Vates Pſalm. 44. *Aſtitit regina à dextris tuis.* meminerit *Prouerb.* 7. mulierem in coniugio nefariam atque infamem, cuius ibi dedecora deſcribuntur, vxorem appellari mercatoris, negotiatoriſve, qui rarùs domi perſiſtat, ſæpiùs ab domo profugus, alios ſoles, & ſola terrarum mercaturæ cauſa pererret. Meminerit ideo Suſannam in pudicitiæ, deinde in vitæ extremum diſcrimen adductam, quòd illius Ioachim vxor fuerit, ad quem virum, & dignitate & nomine valde inter Hebræorum captiuos celebrem confluebat vndique multitudo, erátque mulier illa in domo, in qua non viri ſui tantùm oculis, ſed & multorum qui ventitabant, patere cogeretur; meminerit memorabilem illam Babylonici regis ſtatuam ſplendentem auro, nitentem argento, rigentem ære, ferro, & chalybe indomabilem atque omnia domantem, ſubitò vnius lapidis ictu funditus comminutam in cineres & auras abiiſſe: ſed vnde iſthæc adeò portentoſa ruina & exitium? Nimirum ſtatua luteis pedibus terræ innitens, in campo, quaſi in puluere & acie ſub dio patebat, pernoctabátque. quid ergo mirum alicui videbitur, ſi mulier, licèt quouis metallo, aut pretioſior, aut fortior haberetur, ruinam faciat miſerandam, quæ fragilis luteáque natura ſit, terræ inſiſtat, pernoctet ad auram, pateat ad oculos quoruncunque, vicino monti, quo nihil eminentius, tota obuerſa: quæ quidem intra ſuæ domi parietes ſecura, & pura ſi vellet, aut poſſet, ab omni periculo moraretur. Profectò nunquam Bethſabee vxor Vriæ ſuæ pudicitiæ naufragium feciſſet, & marito necis occaſio extitiſſet, niſi alienis oculis patuiſſet à latere, & conſortio, & oculis viri longiſſimè ſemota. Profectò vinea Naboth, ſi Achab regis aulicorúmque aſpectibus non obuerſaretur, in perniciem domini ſui ac poſſeſſoris non ceſſiſſet. Ablaturus morte vxorem Ezechielis Dominus ſic ad Prophetam loqui-

*Mulier abſente viro.*

*Mulier virum exoſa.*

*Vir ab vxore non deſit.*

Pſal 44.

*Suſanna.*

*Statua Babylonis.*

*Mulier non pateat oculis.*

*Bethſabee Vriæ.*

A tur: *Ecce ego à te tollo deſiderabile oculorum tuorum in plaga*, Ezechiel 24. Vocat mulierem deſiderabile oculorum mariti; nihil enim (vt ibi S. Hieronym.) eſt viro, vxore bona, amabilius. Vbi etiam notabis vxoris nomine à Deo ſignificari Rempub. regnum, gloriámque populi Iudaici; illiuſque morte extremam illius gentis infelicitatem. Vt hinc etiam intelligas, viro nihil tam gratum, & glorioſum, quam bonam coniugem, in qua ſola defixos habere debeat oculorum animique obtutus: contrà verò nihil viro accidere poſſe calamitoſius, quam ſi tali coniuge viduetur. Pulchrè illud a D. Ambroſ. *lib. inſtitut. Virg. cap.* 3. ſcriptum accepimus. Non eſt B bonum hominem eſſe ſolum. Sine muliere igitur homo non habet laudem, in muliere prædicatur. Nihilominus viri ſunt, qui vitia fœminarum procaciùs iactent. Planè vitia habent fœminæ; ſed & multo pauciora, & multo leuiora quàm viri. Ac de pia & caſta fœmina, ſi cum viris vt plerunque ſe gerunt, eam compares, verè dicere poſſis, quod S. Hieronym. de S. Paula Romana ſcripſit: Illius vitia eſſe poterant aliorum virtutes.

Ezech. 24.

S.Hieron.

*Viro bona vxor quid conferat.*

S.Ambr.

5. Repete obſecro, quod inter alia ſuperiùs ex Tertulliano ſubiecimus: quòd nimium diuina bonitas adiutorium proſpexit, ne quid non boni; non eſt enim bonum hominem eſſe C ſolum. Sciebat illi ſexum Mariæ profuturum. Sic ille. Nec enim dubitandum eſt, quin Dei genitrix beatiſſima virgo Maria ſignificata ſit à Deo hiſce verbis: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Enimuero in formatione Adami (quod ſuprà cum Tertull. ſubnotauimus) ſecundus homo, nempe Chriſtus Ieſus, Deus & homo verus, iam repræſentari atque intelligi videbatur eodem pacto in formatione Euæ Virgo Deipara figurabatur. Nec enim bonum, congruum, & conueniens eſt, Deum hominem eſſe ſolum, videlicet ſine matre, ac tali matre, quæ ſimile adiutorium Filio extitit. Nam, vt ait Andreas Hieroſolym. ſola præter naturam fuit electa ad D naturam renouandam: ſola deſeruit opifici vniuerſæ naturæ. Sic ille. Hoc idem etiam luculentiùs oſtendit Petrus Damianus his verbis. Init Deus conſilium de redemptione hominum, & ſtatim de theſauro diuinitatis nomen Mariæ euoluitur. ac per ipſam, cum ipſa, & in ipſa totum hoc faciendum decernitur. Ita Damianus. Quod verò adiutorium ſimile homini Deo ſit Virgo mater, luce ipſa clarius eſt. Quid enim matre ad filium ſimilius? vna caro, vnus ſanguis, filio, ac parenti. Ac certum illud habetur de Chriſto Domino, quod Nicephoros ſcriptum reliquit *lib.* 1. *c. vltimo.* poſtquam ſpeciem Chriſti pulcherrimam per ſingula depinxit: Per-E ſimilis (adiungit) denique per omnia fuit diuinæ & immaculatæ ſuæ genitrici. Ad hæc, non eſt bonum hominem eſſe ſolum: ſcilicet in cælo, vbi regnat beatarum mentium & Angelorum caput, atque primogenitus omnis creaturæ, ad dexteram Dei Patris ſedens. Quamobrem ſtatutum eſt, vti Virgo ſanctiſſima in ſua aſſumptione innixa ſuper dilectum ſuum, iam per reſurrectionem corpore & anima immortalis ac glorioſa cæleſti patriæ regina inferretur: haberétque Dei filius homo Chriſtus Ieſus in cœlo naturæ ſuæ corporeæ conſortem, matrem videlicet ſuam; quod vnum erat adiutorium ſimile ſibi: eſſent

Tertull.

*B. Maria in prima muliere ſignificatur.*

*B. Maria adiutorium Chriſti.*

Andreas Hieroſ.

Petr.Dam.

Nycephor.

*B. Maria & Filius ſimiles.*

*B.Maria corpore & anima glorioſa.*

eſsẽntque in cœleſti paradiſo, vir & mulier, nouus Adam, nouáque Eua, Deus homo, Deique mater virgo. Suſcepta enim (vt bene D. Bern. *ſerm.1. de Aſſumpt.*) à Filio, & exaltata eſt ſuper omnem creaturam, cum eo honore, quo tanta mater digna fuit, cum ea gloria, quæ tantum decuit Filium. Ita Bernard. Cui Abbas Guarricus adiungit Chriſtum Dominum in ſe mirabiliter expreſſiſſe filialis amoris erga parentes, ſummo iure debiti, magnitudinem; ſic enim loquentem Dominum introducit. Ego vt facerem quod docui, vt Patrem honorarem, in terram deſcendi; vt matrem honorarem in cœlum aſcendi. Ita Guarricus. Poſtremò nullum aliud poſt crucem & paſſionem Domini, certius, firmius, ſalutariùſque adiutorium homini datum eſt, quàm Virgo Dei mater: quod eleganter expreſſit Richardus de S. Victore ad hunc modum. Inueniſti gratiam apud Deum, ſcilicet quam quærebas. Omnium ſalutem deſideraui, quæſiuit, obtinuit: imò & ſalus omnium per ipſam facta eſt; vnde & mundi ſalus dicta eſt. Rectéque proinde Petrus Damianus ſupradictis adiecit: In Virgine (inquiens) virga & baculo cruce peccatorum ſpes & conſolatio ſita eſt: vt Propheta declarat Pſal. 22. *Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.* Hæc Damianus. Neque verò deeſt hîc ea ſimilitudo, vt in Virgine Deipara habeat homo adiutorium ſimile ſibi. Quid enim rurſus iam ſimile, quàm genitrix filio? Et quidem Virgo hominum eſt & mater & vita. Ipſa (vt Andr. Hieroſ. loquitur) ſanctum eſt fermentum noſtræ naturæ corruptæ. Habet igitur homo in Virgine adiutorium ſimile ſibi: os enim noſtrum & caro noſtra eſt, ac per ipſam Deus ipſe homo factus, Verbum caro factum, os noſtrum, & caro noſtra eſt, formam ſerui accipiens, Filius Dei & Virginis per omnia fratribus aſſimilatus.

S. Bernard.
Guarric.
*Chriſti aſcenſus & deſcenſus.*
*B. Maria erga homines.*
Richard.
Petr. Dam.
Pſal. 22
*B. Maria & crux Chriſti.*
Andr. Hier.
*B. Maria mater hominum.*

6. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum. Vt enim ſocietate malorum pernicioſius nihil eſt, ita bonorum contubernio, conſuetudine, familiaritate nihil vtilius. Quis non miretur nautas illos, natione barbaros & idololatras, in ſummo & communi periculo, etiam tempeſtatibus naue conuulſa, & quod amplius eſt, certiores iam effectos diuinitus, ſæuiturum mare, niſi Ionam in medias proiicerent vndas: nihilominus omnia moliri, ne Ionas abigeretur in mare. Scilicet tam ſancta, grata, dulciſque erat Ionæ ſocietas, vt ea carere grauius, quàm vndis obrui iudicarent: perire cum Iona, quàm pereunte Iona viuere mallent. Si ergo ſeruus Dei, licèt rebellis, ac fugiens à facie Domini, barbaros homines ita præſens & comes recreat, quid non expectabitur boni ex ſocietate viri iuſti, Deóque obedientis? Ioſue qui ſacroſanctum meruit geſtare nomen Ieſu, in terram promiſſionis Hebræos introducere, debellare gentes, & ſolem voce ſua à curſu inhibere, obediente Deo voci hominis (quod de nullo vnquam mortalium ſcriptum eſt) ille (inquam) tantus ac tam miraculoſus vir, quicquid fuit, quicquid habuit, aut potuit, totum debet conſuetudini, quam cum Moyſe ſanctiſſimo habuit. Quod his verbis adnotauit Procopius. Ioſue iam quidem conſuetudine Moyſes initiatus, ab eo accepit regalem ſpiritum, vt domeſticã eius adminiſtrationem obire poſſet. Sic ille. Nota initiatum Ioſue Moyſis cõſuetudine: hæc enim tam ſancta & potens erat, vt hominem prophanum in ſacrum, & Prophetam, Deique amicum, & miraculorum effectorem commutaret. Hæc eſt efficacitas verbi Dei, quo prædicatores armati pariter, & animati mundanos homines belluinis indutos moribus inuadunt, atque in Dei ſeruos, terræque Angelos conuertunt. Vnde non minus verè, quàm luculenter dixit Auguſt. *in Pſalm. 34.* Abſorbe mundum, & traiice illũ in corpus tuũ, macta & manduca. Quod Petro dictum eſt Act. 10. *Occide in eis quod ſunt; fac eos, quod tu es.* Item D. Greg. 18. *moral. cap. 20.* primo paſtori, quaſi huius leænæ (leænam vocat Eccleſiam) ori dicitur: Macta & manduca. Quod mactatur quippe, à vita occiditur. Id verò quod comeditur, in comedentis corpore commutatur. Macta ergo & manduca, dicitur: id eſt, à peccato eos, in quo viuunt, interfice, & à ſeipſis illos in tua membra conuerte. Ita Gregor. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum. Nam ſine Deo quid poteſt eſſe in vita iucũdum? *Faſciculus myrrhæ, dilectus meus mihi, inter verba mea commorabitur*, Cant. 1. Sic Deum ſponſa non à tergo atque in humeris, ſed in pectore, quem perpetuò haberet ante oculos, & cum quo ageret, geſtabat. Vnde S. Bernardus *ſerm. 43. in Cantic.* rectè admonet. Habere illum ſemper, non retrò in humeris, ſed antè præ oculis: ne portantes, & non odorantes, & onus premat, & odor non erigat. Sic Bernard. *Lucæ 9.* legimus ex illo conuiuio Domini de quinque panibus, in quo ſatiata ſunt quinque hominũ millia, ſuperfuiſſe duodecim cophinos fragmentorum. At ex ſeptem panibus, quibus ſaturata ſunt quatuor millia hominum, ſuperfuerunt ſeptem ſportæ, *Marci 8.* Huius tanti diſcriminis rationem ſic Ambroſius requirit & aſſignat. Cur (inquit) quinque millibus hominum plus redundat, quatuor millibus minus? quia quatuor millia iſta triduo cum Chriſto fuerunt, & ideo ampliorem cœleſtis pabuli alimoniam receperunt. Hæc Ambroſ. Animaduerte, quanto fuerat copioſior animi delectatio eorum, qui tres integros dies ſine vllo cibo terreſtri Chriſtum Dominum ſequuti ſunt: (illius enim aſpectu delectati minùs famem ſenſerunt.) tanto ideò minorem illis fuiſſe factam multiplicationem ciborũ terreſtrium. Contrà verò illos qui breuiore tempore cum Chriſto Domino verſati ſunt, & plus famẽ pertulerunt; maiore miraculo edito, plures de terra cibos excepiſſe. Denique non eſt bonum hominem eſſe ſolum. Nihil enim boni eſt in homine ſolo ſine Deo. Quid infirmius homine, & quid fortius homine? Homo ſine Deo ipſamet infirmitas: homo cum Deo, & contemptor mortis, & vitiorum ac dæmonum debellator omnia poteſt in eo, qui confortat hominem. Bene Auguſtin. *in Pſalm. 45.* Infirmum (inquit) te fecit Deus, vt fortem te faceret de ſe. Idem *in Pſal. 75.* Tandiu eſt aliquid homo, quandiu hæret illi, à quo factus eſt homo. Nam recedens ab illo, nihil homo eſt. Sic Auguſt. His Dei verbis, *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*, abutuntur impudici homines, quibus (vt loquitur S. Auguſt. *3. confeſſ. 1.*) amare & amari dulce eſt, magis ſi etiam amantis corpore fruantur. At quàm optimè adiungit ſuam huiuſmodi deplorans impuritatem: Venam igitur amicitiæ coinquinabam ſordibus concupiſcentiæ, candorémque eius obnubilabam de tartarea libidine; & tamen fœdus atque inhoneſtus, elegans & vrbanus eſſe geſtiebam abundanti vanitate. Sic Aug. Bonum quidem eſt hominem cum homine viuere, ſed non ritu pecudum impuriſſimo.

*Conſuetudo bonorum & malorum.*
Ion. 1.
*Iona grata conſuetudo.*
*Conſuetudo bonorum.*
Procop.
*Ioſue à Moyſe inſtitutus.*
*Prædicationis efficacitas.*
S. Aug.
Actor. 10.
S. Greg.
*Conuerſio peccatorum.*
Cant. 1.
*Homo ſine Deo, & cum Deo.*
S. Bernard.
Luc. 9.
*Præſentia Dei quantum cõferat.*
Marc. 8.
S. Ambr.
*Delectatio diuina.*
*Homo firmus & infirmus.*
S. Auguſt.

## SECTIO X.

*Formatis igitur Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea? Omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius. Appellauitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia cœli, & omnes beſtias terræ: Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis eius.*

*Adamum venerantur animantia.*

1. VIuebat primus homo in paradiſo voluptatis vitam omnis mali & infelicitatis expertem; at ſolitariam, ideóque minùs lætam, minùs beatam, minúſque rationali animante dignam. Ergo diuinitus inſito ipſis, & occulto quodam motu ex omni ſpecie terreſtrium & volatilium animantium bina & bina, fortè etiam miniſterio Angelorum ad Adamum vndevnde aduolarunt. Primò quidem vt præſtantiſſimum omnium animal quodammodo ſalutarent, regi ſuo obedientiam & ſubiectionem profiterentur, Dei vices habentem in terris, imò Deum ipſum omnium conditorem, in ſua illa præſtantiſſima imagine, quoad fieri poſſet, venerarentur; beneficium ſuæ creationis agnoſcerent, & quas poterant creatori gratias referrent, ſeruitium ſuum omne, in Dei gratiam, homini ſuo proregi mancipando. Sed hac de re iam in ſuperioribus abundè dictum eſt. Rupert. Abbas *lib. 2. cap. 14.* Deum conſiderat quodāmodo (vt ait) arrepta minatoria virga coram ſe cuncta animalia minaſſe ad Adam, quo Deus ſeruum & paſtorem agens, hominis amorem in ſeipſum tam mirabili ſpectaculo inuitaret, cogerétque; ſed audiamus Abbatis verba, quæ miram continent emphaſim. Quid in hoc tanto ſtudio Dominus intēdit, niſi oſtendere homini, vt intelligeret honorem ſuæ conditionis, quod nihil ſibi compar eſſet in iumētis, ſiue cæteris animantibus cuiuſlibet generis? hoc enim ad amorē creatoris rationali homini proficere debuit, quòd congregatis omnibus coram ſe ipſe abſque dubio polleret honore ſingulari, non ſolùm ſecundùm priuilegium rationis, verumetiam ſecundùm figuram corporis: quia cuncta videret humi prona, ſiue quadrupedia, caudámque trahentia, aut etiam toto corpore repentia: ſolùm ſe recta ſtatura liberóque peccatore principatum omnium obtinere gloriari poterat, ſi in Domino Deo ſuo gloriari voluiſſet. Hoc ergo intendente Deo, vt digna ſibi à plaſmate ſuo gratia haberetur, quæ profectò eidem eſſet fructuoſa, bene Scriptura ſtudium eius inſinuans: *Formatis* (inquit) *Dominus, &c. vt videret quid vocaret ea,* id eſt, vt videret, quòd nullius eorum digna eſſet natura ſortiri vocabulum ab hominis nomine, pro aliqua ſimilitudine naturæ, vel decorum. Et hoc reuera homini ad amorem creatoris, & ad gratiarum actionem plurimum valere debuiſſet. Hæc Rupertus.

*Deus hominem honorat. Rupert.*

*Deo amor, gratiaque debita ab homine.*

2. Porrò autem Adamus, vt ante ſe habuit animantia, conſideratis eorum naturis, atque affectionibus, pro illa, quam à conditore acceperat, rerum naturalium admirabili ſcientia, tam propria & genuina ſingulis nomina impoſuit, vt nihil ad res ipſas ſignificandas magis appoſitum eſſe videretur; ea verò nominum impoſitio, ab ipſis animātium proprietatibus petita ſecundùm idioma Hebræorum procedebat, quod eſt à Deo inſtitutum, & prioribus infuſum parentibus, ab vniuerſo mortalium genere vſurpatum vſque ad Babylonicam turrim, ex cuius confuſione diſperſio gentium, & varietas linguarum orta eſt, creditur perduraſſe. Adiungit ergo adhuc Rupertus. Videlicet ſingulorum conſiderauit naturas, & ex qualitatibus diuerſis, diuerſa formauit vocabula, vt v. g. Latinus caballum à cauando nuncupat, eo quòd terram cauet vngula: aſinum ab aſſidendo; porcum quaſi ſpurcum, eo quòd ſpurcus ſit, & canem eo quòd canorum continet venando latratum, & multa huiuſmodi: ita nimirum ille in lingua primitiua, quæ facta diuiſione linguarum in gente remanſit Hebræa, nomina formauit ſingulorum, conſideratis proprietatibus naturarum; & nullius naturam talem eſſe proſpexit, vt rectè nomen illi dare haberet, cognatum ſuo nomini, ſicut de muliere poſtmodū rectè dixit: *Hæc vocabitur vira.* Hæc Rupertus. D. Chryſoſt. *homil. 14. in Geneſ.* hunc animalium ad primum hominem diuino factu concurſum idcirco arbitratur, vt omnium ſupra pecudes excellentia, dominiumque, & ſapientiſſima in homine rerum creatarum comprehenſio, & ſubinde cùm peccauit, malitia eiuſdem potiùs, quàm ignorātia peccandi cauſa demonſtraretur. Sic enim eloquitur. Deus præſcius quid non multo pòſt euenturum, oſtendit nobis quantam ſapientiam condito homini dedit, vt cùm præuaricatio mandati à Deo dati contingat, non putetur per ignorantiā peccaſſe; ſed ſcire poſſit, quòd lapſus ille ex deſidia fuerit. Quòd autem magna ſapientia præditus fuerit, diſce ex his, *& adduxit illa ad Adā, vt videret, quid vocaret illa.* Fecit hoc Deus demonſtraturus nobis magnam illius ſapientiam, & vt ſymbolum dominij per nominum impoſitionem cognoſcatur: nam & hominibus mos eſt hoc facere in ſignum dominij, vt cùm ſeruos emerint, ipſorum nomina mutent. Sic Chryſoſt. Cuius explicatio probari poteſt ex eo, quòd in ſacris literis Pharao ab ... priore nomine nouum aliud impoſuit Ioſepho, vbi hominem in ſui obſequium & familiam adlegit. Nabuchodonoſor Danielis, triúmque ſociorum, & Chriſtus Dominus Simonis, & filiorum Zebedæi nomina priora cum nouis aliis commutarunt.

*Adamus propria rebus nomina indidit.*

*Hebræa lingua prima. Rupert.*

*S. Chryſoſt.*

*Adamus non peccauit ex ignorantia. Adam dominus animantium.*

*Nominum commutatio.*

3. Adiungit D. Chryſoſt. hoc tam admirabile, & tam varium ſpectaculum animantium à Deo fuiſſe conſtructum in gratiam Adami, vt & ipſe ſuā ſupra omnes pecudes eminentem agnoſceret naturam; vnde ad habendas Deo conditori gratias, & in ipſius cultum & amorem, vehementiùs excitaretur. Nam (inquit) cœli pulchritudo à cordato ſpectatore viſa, illum in conditoris glorificationem producit, quanto magis rationale hoc animal, cùm ſuam formationem & gloriam à Deo ſibi datam, eminentiámque, & magnitudinem donorum, & ineffabilia beneficia conſiderat, autorem horum continuis laudibus prædicare, & pro ſuis viribus glorificare Deum poterit? Ita Chryſoſtomus. Deinde verò ne quis ideo Adamum peccātem excuſet, quòd ſui compos non fuerit, ipſéque vel tenuem ignorantiæ vmbram poſtmodum cauſetur, totum hoc negotium de ſpectandis nominandiſque animalibus à Deo peractum fuiſſe hic oſtendit idem ſanctiſſimus Doctor. Hic iam conſidera voluntatis libertatem, & ſapientiæ eius eminentiam. Et non

*S. Chryſ.*

*Adam Deo amorem & grates debet.*

dico,

*Adami ſapientia.* dico, quòd ignorant, quid bonnoi, quid malum. A Nam qui poteſt congruis nominibus iumenta appellare, & volatilia cæli, & alias beſtias, neque ordinem confundit, neque manſuetis animalibus conuenientia feris imponit; ſed omnibus ſua dat nomina, quomodo non omni ſapientia & prudentia pollet? Hæc Chryſoſt. Statutum id etiam à Deo eſt, vt attentè Adamus conſiderans in ſingulis animantium ſpeciebus eſſe marem & fœminam ad procreationem ſpeciei cuiuſque inſtitutam à creatore, planè intelligeret ad humanæ propagationem ſpeciei eundi pariter oportere marem & fœminam, & conſequenter neceſſitatem creandi mulierem ad generationem prolis ſibi adiutricem perſpiceret. *Adam expoſcit à Deo mulierem.* Ex quo etiam, vt Catharinus aduertit, futuræ mulieris creationem ardentiùs expeteret, eámque à Deo religioſa quadam ſupplicatione inſtantiùs poſtularet, & quidem vero ſimillimum, ſi ſpectemus admirabilem vim orationis, quam Deus à nobis exigit: Petite & accipietis, petite & dabitur vobis. *Orationem noſtram Deus exigit.* Etenim Dominus quando aliquid maioris momenti nobis ex ſuæ bonitatis theſauro erogare decernit, vt ipſius miſericordiæ beneficium, tametſi diuinæ gratiæ donum ſit, vt noſtris tamen precibus id concedi, & (vt Propheta loquitur) labiorum noſtrorum fructus eſſe videatur, nos ad petendum diuino quodam impulſu excitat. Quid quæſo tam proprium, tam neceſſarium Deo homini recèns in orbe nato, imò quid iam debitum iure ipſo incarnationis, quam obſequium, fidéſque gentium, & terrarum orbis hæreditaria poſſeſſio? At voluit tamen Deus Pater, vt totum hoc Filius ab ipſo poſtularet, & quo gloriſiùs in materia Filij cederet, & orationis vis ac dignitas demonſtraretur. Sic enim 2. Pſal. ad Filium Pater, *Filius meus es tu, ego hodie genui te, poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* *Pſal. 2. Oratio Chriſti.*

4. Hanc Dei benigniſſimi erga hominũ preces attentionem pariter, atque propenſionem, regius Vates poſt tam immenſam malorum iliada, quibus diuino ſe beneficio correptum agnoſcebat, decantauit Pſal. 65. vbi concludit: *Benedictus Deus, qui non amouit orationem meã, & miſericordiã ſuam à me.* *Pſal. 65. Oratio prætia miſericordiæ.* Quo ex verſu colliges ita hæc duo inter ſe habere; orationem hominis, & miſericordiam Dei; vt illa poſita, hæc ſequatur; atque vbi primùm Deus conſtituit homini ſuã miſericordiam præſtare; actutum occulta quadam vi diuinitus homo ad orandum promoueatur; atque adeò, qui ſe ſpiritum precum (de quo Propheta) ſenſerit accepiſſe, haud dubiè ſpem cõſpiciat conſequendæ, quam expoſcit, miſericordiæ; eámque profectò in prece, quaſi in pignore ſtipulatã ſibi arbitretur. Sed elegantius hunc verſum Pſalmi commentatur D. Aug. ad hunc modum. *S. Auguſt.* Quandiu ergo hic ſumus, hoc rogemus Deum, vt non à nobis amoueat deprecationem noſtram, & miſericordiã ſuam; id eſt, vt perſeueranter oremus, & perſeueranter miſereatur; multi enim langueſcunt in orando, & in nouitate ſuæ conuerſionis frequenter orant, poſtea languide, poſtea frigidè, poſtea negligenter, quaſi ſecuri ſint. *Oratio continua.* Vigilat hoſtis, dormis tu. Ipſe Dominus præcepit in Euangelio Luc. 18. *Luc. 18.* *Quia oportet ſemper orare, & non deficere.* & dat ſimilitudinẽ de illo, qui nec Deum timebat, nec hominem reuerebatur, quem interpellabat illa vidua quotidie, vt audiret, & ceſſit tædio, qui non flectebatur miſericordia. Ergo non deficiamus in oratione. Deus quod conceſſurus eſt, etſi differt, non aufert. Securi de pollicitatione illius non deficiamus orando, & hoc ex beneficio ipſius eſt. Cum videris non à te amotam deprecationem tuam, ſecurus eſto, quia non eſt à te amota miſericordia eius. *Oratio plena ſpei.* Sic Auguſt. Ac fuit quidem ea deprecatio Adami quam grauiſſima Deo, quippe ab amico, quippe à viro iuſto, & præcellentiſſimis diuinæ gratiæ donis cumulato: iuuat enim mirabiliter ſupplicandi affectum iuſtitia, virtus, meritum, animæ deprecantis. Non immeritò planè illud à cæco Ioan. 9 dictum eſt: *Ioan. 9. Oratio cum probitate vitæ.* *Scimus, quia Deus peccatores non exaudit*: videlicet, quia ex parte ſupplicantis, ſi peccator ſit, minùs gratæ meritoriæque habeãtur preces, quàm quæ B à iuſto funduntur: quod hac ſimilitudine luculentiùs exprimetur. Adeſt citharœdus, apprimè fides pulſat, ac vocem dulciter concinnéque modulatiſſimã in cantus effingit; ſed eſt tamen turpi facie, deformique aſpectu. Ita verò res habet, vt gratior ſit pulchro veniens de corpore virtus: fieríque poteſt aliquando, vt ſi videas deformem citharœdi faciem, aliò detorqueas oculos, & cum oculis pariter aures à cantu alioqui prædulci; ad quam ſic effictam ſimilitudinem proculdubio alludere videtur diuinus ſponſus, dilectam ſibi animam ita Cantic. 2. compellans: *Oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis.* *Cantic. 2.* Quid ergo quæres ab ſponſo, vt ſuauiùs in aures influat C cantillantis vox, neceſſe eſt faciem intueri? An & oris pulchritudo ſuauitatem vocis reddit gratiorem? Ita planè. quod enim, inquit Bernard. *ſerm. 62. in Cant.* *S. Bernard.* non placeat vox, ſi diſpliceat facies, demonſtrat, cùm illicò ſubdit: *Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.*

5. At ego non prætereibo quid Moyſes Barcephas, aliique de hoc animantium ſpectaculo monumentis ſuis in Geneſim tradiderunt. *Barceph.* *Adami contemplatio.* Ergo (vt ſcribunt) conſidebat Adamus, vti regio throno, in editiore quodam loco paradiſi, vnde ad illa longè latéque patentium amœnitatum nemora patebat proſpectus; fortè cælorum orbium ſitu, magnitudine, ac mirabili ſpecie oculos men- D témque paſcebat, & inde altiùs in contemplationem ſummi rerum omnium creatoris euectus, ſui neſcius, Dei totus amore delinitus tenebatur. Cùm ſubitò ex omnibus terræ plagis concurſus fit animantium. Erat Adamus auguſta facie, diuinitus ſplendente vultu, regiáque maieſtate venerandus (qualis fulgor ex Moyſis ore legitur emicuiſſe.) *Adamus animantia compellat.* Deinde attollẽs altiùs vocem, vt longiſſimè audiri poſſet; animantia propriis nominibus ſuo cuique ſpeciei indito compellare cœpit. Præceſſit v.g. Leo beſtiarum principatu gloriabundus, non tam caperata, vt modò ſe oſtentat, fronte horribilis, diffuſis tamen per colla iubis, conditis introrſum vaginas acuminatis vnguium mucronibus, ſuppreſſo oris hiatu & rugitu, placidè capite demiſſo Adamum auſcultans, *Leo deſcribitur.* E nominéque ſuo audito ſupplex præteriuit. Sic belluarum maximus Elephans, carnea illa mole, portentoſa dentium magnitudine, & inſana proboſcide ſpectandus, audito ſuo nomine venerabundus illicò diſceſſit. *Elephans deſcribitur.* Ecce tibi accedit Equus, gloriæ ac triumphus natum animal, agglomeratu pedum greſſu, quaſi ad ſtudium, & certamen olympicum ſe accingens, argutum caput erigit, gaudétque comantes diſcutiens ceruice thoros, *Equus deſcribitur.* pronunciari ſe proprio nomine audit, & ſubmiſſo deinde capite, regium Adami vultum, auguſtiore quadam maieſtate præfulgentem rectis oculis intueri non auſus, recedit. Similiter de Tauris,

*Aues nomen ſortiuntur.*

*Pauo deſcribitur.*

ris, Tyribus, Pantberis, déque ſerpentibus atque (A) aliis omnibus terræ animantibus philoſophandum eſt. Videre etiam erat, arboribus, plantis, herbis, ac floribus paradiſi infinitã auium multitudinem inſidentem, arrectis, ſuſpenſis, mutiſque auribus ſuum cuique proprium nomen ab homine pronunciandum expectare. Nominatus ergo proprio nomine Pauo pennarum diuerſicolorum pulchritudine geſtiens, gemmãtes caudæ oculos expandit ad ſolem, nictantia cæli ſydera in duellum de fulgore, déque venuſtate prouocaturus. Ad hunc modum reliquæ auium ſpecies ſuis auditis nominibus capite ſubmiſſo ſupplices, & voce in cantum modulata, velut gratiam homini habentes, ad conſuetas nemorum (B) ſedes iterum deuolarunt.

*Chryſoſt.*

*Adam dominus animantium.*

*Feræ cur creata.*

*Nomina impoſita animantibus.*

6. Rectè igitur D. Chryſoſt. *homil.* 14. hoc tam mirabile ſpectaculum mente deſpiciens: Vidiſti (inquit) conſummatã potentiam? vidiſti dominij autoritatem? perpende eum aliis etiam hoc, quòd & leones, & pardi, & viperæ, & ſcorpij, & alia omnia etiam illis truculentiora ad Adamum, quaſi dominũ omni cum ſubiectione acceſſerũt. Ne igitur arguat quis, quòd à Deo ſunt creata, neque contra opificem linguam acuat, imò contra ſuum caput, dicendo illa inutilia verba: Cuius gratia feræ productæ ſunt? Nam omnia perinde ac manſueta ſeruitutem agnouerunt & dominium, id quod monſtrat manifeſtè nominum im- (C) poſitio. Nomina quæ impoſuit illis, vſque in hodiernum diem permanent. Ita enim hæc firmauit Dominus, vt perpetuam habeamus memoriam, quem honorem initio cùm adhuc obediẽs eſſet Adam à Domino omnium accepit, & ablati huius cauſam illi adſcribamus, qui peccato ſuo hanc ſuam poteſtatem mutilauit. Hæc Chryſoſt. In eandem ſententiam ita Procop. Creator animalia adduxit ad Adamum, quem ipſis vt dominum præfecit ac regem. Eſt enim domini ſuis iumentis & poſſeſſionibus ponere nomina. Igitur Adam non ſine ſingulari prudentia & ſolertia, quam è Deo accepit, nomina dat creaturis, quæ ipſarum ſubſtantias quaſi in ſpeculo repræ- (D) ſentent. Sic ille. Perluſtratis ſedulo animantium omnium naturis & affectionibus, nec Deus ipſe conditor, nec etiam Adamus inuenerunt in iis adiutorium ſimile homini. Dicitur enim: *Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis eius.* Non enim aut facie, aut loquẽdi facultate, aut ſtatura compoſitionéque membrorum ſimile quid ſibi reperit Adamus, quod nimirum homini eſſet ad vitæ ſocietatem, & ad commercium coniugale, proliſque propagationem adiutorium ſimile & congruum. Nam nec in coniugio, nec in aliqua multorum inter ſe conuiuentium ſocietate, ſiue ſimilitudine morum, ac pari viuendi ratione atque inſtituto vita ipſa, & contubernium perdurare poteſt. Rectè D. Bernard. *ſerm. de quinque ſen-* (E) *ſibus animæ.* Amor (ait) iucundus eſt, quo ſocios diligimus, quoniam hic ſolus eſt, quo magis eget humana vita: nec video qua ratione viuere dicendus eſt ſaltem hac communi vita, qui non eos diligit, inter quos viuit. Et quidem Adamus in omni animantiũ genere non vidit quidpiam, cuius facie atque amore delinearetur: quod ſolum ſenſit & vidit producta muliere (vt ait Procop.) imago etenim illa fuit Dei. Quapropter non abs re viri mille curis obruti, conſpecta muliere exhilarantur, & omnibus ſe exoluunt curis. Sic ille. In ſola Dei ſui imagine homo conquieſcit.

*S. Bernard. Amor ſimilitudinem exigit.*

*Pſalm. 26.*

*S. Aug. Amor Deum ſimilem nobis fecit.*

*S. Bernard. Cant. 2.*

*Amoris potentia erga Deũ.*

7. Precatur Dominum Dauid, *Adiutor meus* (A) *eſto*, Pſalm. 26. ſed quia adiutorium eſſe non poteſt, quin ſimile ſit, Deus ex infinita ſua maieſtate quodammodo deſcendit, vt homini ſimilis eſſet, & adiutor. Quod eleganter adnotauit eo in loco D. Auguſt. his verbis: *Adiutor meus eſto.* Fecit ſe paruulum Deo, ipſum fecit Patrem, ipſum fecit matrem: Pater eſt, quia condidit, quia vocat, quia iubet, quia regit: mater, quia fouet, quia nutrit, quia lactat, quia continet. S. Bernard. exponens illa verba ſponſi Cant. 2. *Capite nobis vulpes*, dulciter inhæret in illo dulciſſimo, *nobis*. Poterat (inquit) dicere, *mihi*, ſed maluit, *nobis*, conſortio delectatus. O ſuauitatem, ô gratiam, ô amoris vim! itáne ſummus omnium vnus factus eſt (B) omnium? quis hoc fecit? Amor dignitatis neſcius dignatione diues. Amor is fuit, quòd plenitudo effuſa eſt, quòd altitudo adæquata eſt, quòd ſingularitas aſſociata eſt, *ſerm.* 64. Ecce quam ſimilis nobis factus eſt Deus. Vide ſubinde, quàm ſit adiutor. Cant. 2. dixit ſponſa: *Dilectus meus mihi.* Dauid Pſal. 39. *Expectãs expectaui Dominum, & intendit mihi.* Quæ duo expendens D. Bern. ſic ait *ſerm.* 68. *in Cãt.* Quàm admirabile eſt, quòd illius intentionem iſta ſibi quaſi propriam vendicat, *& ſequent. ſerm.* Illa maieſtatem, quaſi cætera non curantem ſoli ſibi intendere gloriatur, cui ſoli ipſa poſtpoſitis curis omnibus, tota ſe deuotione cuſtodit. Auet animus illud ſæpiùs cum Au- (C) guſtino inclamare: O tu bone omnipotens; qui ſic curas vnumquemque noſtrûm, tanquam ſolum cures, & ſic omnes tanquam ſingulos. 3. *confeſſ.* 11. Collige ex illa ſententia Bernardi, quàm fructuoſum ſit religioſo, ſi mundi curas abiiciat, ſolúmque in Deum reſpiciat, iuxta illud Petri 1. cap. 5. *Omnem ſolicitudinem veſtram in eum proiicientes.* recceptátque identidem Pſ. 39. *Dominus ſolicitus eſt mei.* Studeátque eſſe de illorum numero, de quibus dicitur Pſalm. 33. *Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum* Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis eius. Nec planè in tota multitudine fœminarum, quæ Deo ipſi in æternitate ſeſe obiiciebant, quæ eſſet adiutrix in redemptione humani generis futura, ap- (D) paruit præterquam illa vna, quæ ſola inter mulieres benedicta inuenit gratiam apud Deum. Nec etiam in cælo iam regnanti Deo homini adiutor ſimilis eius inueniebatur Ergo (vt *præced. ſect.* dicebamus) oportebat, vt Virgo mater corpore & anima immortalis in cælum aſſumeretur, quò Filius in ſua gloria haberet adiutricem ſimilem ſibi.

*Cantic. 2. Pſal. 39. S. Bernard. Prouidentia Dei.*

*S. Auguſt.*

*1. Petr. 5. Religioſus ſoli Deo vacat. Pſal. 39. Pſal. 33.*

*B. Maria electa à Deo.*

*B. Maria in vno throno Filio ſedet.*

8. Et quidem D. Bern. S. Anſelm. S. Idelph. exiſtimant in cælo repoſitum fuiſſe thronum iuxta regiam ſedem Chriſti Domini, in quo Virgo mater ad dexteram Filij collocata ab ipſo Filio conſidet regina omnium creaturarum. Et iure id quidem optimo. Venit Bethſabee, vt habe- (E) tur 3. *Reg. cap.* 2. ad Regem Salomonem, & ſurrexit Rex in occurſum eius, adorauitque eam, & ſedit ſuper thronum ſuum: poſitúſque eſt thronus matri Regis, quæ ſedit ad dexteram eius. Magnus profectò honor, magnus amor, quo Rex Salomon matrem affecit; ſed quis Salomon ad Chriſtum, quæ Bethſabee ad Mariam? Profectò Chriſti Domini amor, honor, magnitudo, gloria in immenſum ſuperat quicquid iſtorum fuerit in Salomone: Bethſabee autem, quæ mulier inuſtam impuritatis labem nulla hominum memoria delebit, & nos, lutum. peccatum eſt, ſi cum Deiparæ infinita ſub Deo puritate comparetur. Debitum ergo erat Virginis dignitati, de-

bitum

bitum metiris, id infinitus in genitricem Filij expoſcebat amor, vt ab vniuerſis creaturis honoretur. Id planè debebatur incomparabili dignitati Virginis illius, ex cuius puriſſimo vtero primitias noſtræ naturæ, carnem (vt vocat S. Damaſc. *lib. 3. Orthod. cap. 12.*) deificatã aſſumpſit, ſibique vniuit Dei Verbum. Tam admirabilis inde facta eſt, vt & nomen ipſius vniuerſam Dei incarnati gloriam repræſentet. Sic enim idem Damaſcen. Iure (inquit) optimo, & pro veritate Deiparam, incontaminatam nominamus Mariam, hoc enim nomen omne diſpenſationis myſteriũ commendat. Præterea ſic decebat talem ac tantum Filium, ſcilicet Deum; vt matrem ſuam Virginem iam glorioſam cæleſti throno exciperet; cuius in vtero conceptus per nouem menſes geſtari voluit. Profectò, nec amore, nec loco ſeparari poſſunt Ieſus & Maria: Filius & mater.

*Seruorum & principũ natura eadem.*

9. Primus homo caput, & pater omnium, animalia diuinitus ad ſe adducta excipere manu (vt par eſt credere) blandè palpare, nominibus propriis nuncupare non dedignatur. Erúntque hodie fortaſſe complures, qui ſeruos ſuos ita faſtidiant & auerſentur, vt eos rectis oculis aſpicere, aut etiam nomine compellare indignum ac turpe prorſus arbitrentur. Sed heus tu, qui Princeps, qui Rex in mundo es, ſanè inferior multo es patre tuo Adamo, nec te de limo terræ manus Domini effurmarunt, nec in faciem tibi Deus inſpirauit ſpiraculum vitæ, nec te mundi totius dominum ac principem conſtituit, nec in paradiſo voluptatis te poſuit; deinde quos ſeruos aſpicere & nominare dedignaris, pecudes non ſunt aliùs naturæ, quàm tua ſit; homines, homines ſunt: atque apud Deum, vt bene aduertit

D. Chryſ.

D. Chryſ. *homil. 35. Antioch.* omnium viſibilium nihil homini par. At (inquies) princeps ſum, ille ſeruus; ego de regibus natus, ille de mancipiis. Vox ea quidem profana eſt, non Chriſtiana. ſapienter enim D. Hieron. *Epiſt. ad Heliodorum.* Ab eo (inquit) cenſemur, ex quo in Chriſto renaſcimur. Hæc verò principum arrogantia, ſi reperiatur in Prælatis & Epiſcopis, longè damnabilior habetur; quare D. Hieron. *Epiſt. ad Nepotianum*; Epiſcopi (ait) ſacerdotes ſe eſſe nouerint, non dominos. Quòd ſi Adam, vel ipſis iumentis indidit nomina, quàm graue malum erit, ſi Epiſcopus, & paſtor animarum oues ſibi à Dei commiſſas non inuiſat, non agnoſcat, imò earum nomina ſcire verecundetur? Longè aliter ſummus ille Paſtorum, qui de ſe ait: *Oues meæ vocem meam audiunt; ego cognoſco oues meas*, Ioan. 10. ſummus, & à cælo miſſus animarum medicus, qui ait: *Ego veniam & curabo eum*, Matth. 8. Congruit huic loco verſus ille Pſal. 71. *Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam*; vbi ſic D. Aug. Excellenti ſanctitate eminentes in Eccleſia montes ſunt; qui idonei ſunt & alios docere, ſic loquendo, vt fideliter inſtruantur, ſic viuendo, vt ſalubriter imitentur. Colles autem ſunt, illorum excellentiam ſua obedientia ſubſequentes. Montes ſuſcipiant pacem populo Dei, id eſt, pauperibus Dei, ſunt enim legati pacis, & dicunt: *Pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, obſecramus pro Chriſto reconciliari Deo*, 2. Cor. 5. Vide hinc quod ſit Epiſcopi & Prælati munus; eſt enim legatus Dei ad ſubditos; ad illos inuiſendos & alloquendos, & cum illis de Deo, & pro Deo agendum, debet accurrere. Suſcipit pacem, quam reddat populo; vtique illam pacem, quam Chriſtus Dominus diſcipulis, quos mittebat ad

D Hieron.
*Epiſcopi humanitas.*

S. Hieron.

*Epiſcopus inuiſat oues.*
Ioan. 10.
Matth. 8.
Pſalm 71.
S. Aug.

*Epiſcopus Dei legatus.*

2. Cor. 5.

A meſſem animarũ, commendauit, *Dicite: Pax huic domui*, Luc. 10. Mirandúmque eſt, quod Iſaias iſtos Dei legatos pro Chriſto legationem fungentes, illos montes pacem reddentes populo, iſtos prælatos & prædicatores ad animarum ſalutem diſcurrentes intuitus, licèt caput, os, manus, brachia, pectora ſpecioſiſſima haberent, de ſolis eorum pedibus, cum admirabili quodam ſtupore locutus ſit: *Quàm pulchri pedes annunciantis & prædicantis pacem, & annunciantis bonum, prædicantis ſalutem*, &c. cap. 52. D. Paulus citans hunc locum ad Rom. 10. ait: *Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium bona, euangelizantium pacem!* D. Hieron. explicat, Apoſtolóſque intelligit, quorum Domi-
B nus lauit pedes, vt mundi, & pulchri eſſent ad prædicandum, & in toto orbe diſcurrerent. Notat etiam ſanctus Doctor, vbi nos ex Hebræo legimus, *ſpecioſi*, LXX. vertere ὡραῖοι, ab ὥρα hora, quæ vox (inquit) ſignificat tempus, pulchritudinem, item curam & ſolicitudinem. quæ omnia valde commendant pedes Prælatorum, qui pro inuiſendis & curandis ouibus diſcurrunt: quaſi tota cura, & ſolicitudo, opportunum & optimum tempus, ac tota pulchritudo Prælatorum in pedibus, qui ad luſtrandas oues diſcurrunt, ineſſe videatur.

Luc. 10.
Iſa. 52.
*Epiſcopi pedes.*
Ad Rom. 10.
S. Hieron.

---

## SECTIO XI.

C

### *Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam.*

1. EX Hebræo vertunt plerique: Cadere, vel delabi fecit ſoporem. quaſi fuerit graue aliquod pondus, quod ab alto deiectum in Adamum, totũ hominem occuparit, oppreſſis omnibus ſentiendi facultatibus, atque animæ functionibus etiam vegetantis maxima ex parte impeditis, illius mentẽ alio abripuerit. Hebraicè enim תרדמה *tardemah*, ſignificat non qualemcũque ſomnum, ſed grauem illum & profundum, quo ſoporantur qui lethargo afficiuntur, Luſitanè
D *madorra*, quo nomine non ſemel vtuntur diuinæ literæ. Nã & 15. *Geneſ.* Abrahami ſopor, & 1. *Reg. c. 26.* Saulis eiúſque militum: *& Ionæ 1. & Iſa. 29. tardemah* dicitur. Quibus in locis ſemper grauis & profundus, ac lethargo ſimilis ſopor ſignificatur S. Hieronymo, aliiſque Patribus, iuxta verſionem LXX. extaſis & mentis exceſſus. Tertullianus impropriè, amentia. Tria quidem hic accidiſſe tenendũ eſt. In primis enim verè & propriè dicto ſomno diuinitus iniecto ſoporatus eſt Adamus, vt euidenter conuincitur ex eo, quod ſtatim ſequitur: *Cúmque obdormiſſet.* Deinde mens dormientis à ſenſibus feriata, liberiùs ad naturalem vſum rationis expedita, totũ quicquid agebatur, intelligentiæ oculis videbat, nimirum coſtam ſuo corpori exími, hiatum carnis ſuppleri, & ex tantula coſta mulierem tam grandem ef-
E formari à Deo. Ac demum diuino illuſtratus ſpiritu, rerum maximarum in futurum myſteria, quæ in tali efformatione ſignificabantur, intelligebat; qualis eſt incarnatio Verbi diuini; ſopor, ac mors Ieſu Chriſti de cruce pendentis, lancea latus eius perfoſſum, inde profluuia ſanguinis & aquæ, & his figurata ſacramenta, Euchariſtiæ, & Baptiſmi, quibus Dei ſponſa Eccleſia, & regeneratur ad vitam, & regenerata viuit, alitúrque ad æternitatem. Atque ob hanc rationem communiter apud Patres & Doctores dicitur Eccleſia, de Chriſti dormientis in cruce nata eſſe latere,

Geneſ. 15.
S. Hieron.
*Adami ſopor qualis fuerit.*
*Adamus dormiens diuina intuetur.*

vti

vel Eua de coſta Adami producta legitur. Sed cur potiùs de latere dormiêtis Adam efformata mulier ſit, complures afferuntur à doctoribus rationes: ne videlicet, ſi vigilaret Adamus, ea detractio coſtæ, & mulieris efformatio tam prodigioſa, aut dolorem, aut certe horrorem & perturbationem homini efficeret; præcipuè, vt ita commodius fugaretur ſymbolum de Eccleſia, eiúſque ſacramentis, atque Christi Domini mors, & lateris vulnus, quod paulo antè præmiſſum eſt. Deinde, vti ad maiorem Adami honorem ipſius mẽti diuina fieret reuelatio cùm nouæ miræque productionis, quæ peragebatur, tum myſteriorum, quæ inibi ſignificabantur; vnde ipſe demum euigilans, ſententiam illam diuino ſpiritu conceptam pronunciaret, *Hoc nunc os ex oſſibus meis*, &c. Quæ non velut hominis dictum aliquod, ſed vt eſt, oraculum Dei à poſteris in ſumma veneratione haberetur.

*Eccleſia de latere Christi.*

*Adamus prophetat.*

2. Rationem ergo illam de doloris ſenſu, quo per exceſſum mentis priuatus fuit Adamus (ſuſpendente præterea Deo ſuum concurſum generalem cum cauſa ſecunda, nimirum facultate appetendi, ne in actum ſecundum prodiret) D. Chryſoſt. *hom.* 15. *in Geneſim*, copioſiùs exponens: arbitratur diuino id conſilio conſtitutum fuiſſe, ne ſi Adamus in efformatione mulieris dolorem vllũm ſentiret, perpetuam haberet occaſionem rixarum & odiorum, aut certè minùs ad vxorem, quàm par eſt, afficeretur. Verba igitur ſancti Doctoris ſic habent. Quod tunc fiebat, neque exceſſus ſolus erat, neque ſomnus ſolitus. Sed quia ſapiens, & potens noſtræ naturæ opifex vnam ex coſtis illius ablaturus erat, vt ne ſentiendo dolorem mulieri ex ſe formatæ, poſtea doloris memor inſenſus fieret: eapropter immiſſo exceſſu, tanto illum ſomno oppreſſit, quaſi crapula quadam correptus, ne quem rei, quæ fiebat, ſenſum caperet: & ſicut optimus artifex, auferebat quod ſibi videbatur; & ſupplebat vbi quid deerat, & quod inde ſumpſerat, iuxta ſuam formabat miſericordiam. Immiſit (inquit) exceſſum in Adam & dormiuit: accepit vnam coſtarum illius, & impleuit carnem pro illa: vt ne poſſet diſcuſſo ſomno, quod factum erat, ex vacuitate ſentire. Nam quamuis eo tempore, quo auferebatur, ignorauit, poſtea tamen cogniturus erat. Itaque vt ne illum in auferendo, dolore; neque ob ablationem triſtitia afficeret, vtrumque ſic diſpenſauit, vt & citra cruciatũ illius auferret, & impleto eo loco vnde abſtulerat, factorum ſenſum percipere non ſineret. Ita Chryſoſt. Non caret myſterio in ipſo exordio vitæ humanæ ſopoратum videre primum hominem, atque in ipſo ſopore non inertem, ſed cordatiſſimè ſomniantem (is enim eſt ſopor, & mentis exceſſus Adamo immiſſus à Deo) videlicet, vt in ſeipſo dormiens, ipſe per ſomnia experiretur animam ſibi à Deo infuſam à concretione materiæ, ſuapte natura expeditam, ſpiritualem & à ſenſibus nõnunquam liberam propriis poſſe intelligendi ac volendi functionibus vacare. Præterea in ſomno quaſi ſymbolo & ſtatum priorem ſui corporis ante vnionem animæ, & poſteriorem in morte, abeunte anima à corporis conſortio, edoceretur; paritérque & mortis & reſurrectionis diſciplina imbueretur.

*S. Chryſ. Coſta aufertur ſine dolore Adami.*

*Anima immortalitas edocetur.*

*Reſurrectionis figura.*

3. Sed de his ita luculentiſſimè, vt ſolet, Tertull. *lib. de anima, cap.* 43. Ille fons generis Adam antè ebibit ſaporem, quàm ſitiit quietem: antè dormit, quàm laborauit, imò quàm edit, imò quàm & profatus eſt, vt videant naturalem indi-

Tertull. *Somnus operationum primus.*

A cem ſomnum omnibus naturalibus principaliorem, inde deducimur etiam imaginem mortis, iam tunc eum recenſere. Si enim Adam de Christo figurabat, ſomnus Adæ mors erat Christi dormituri in mortem, vt de iniuria perinde lateris eius, vera mater viuentium figuraretur Eccleſia. Ideo & ſomnus tam ſalutaris, tam rationalis, etiam in publicæ & communis iam mortis effingitur exemplar. Voluit enim Deus, & alias nihil ne exemplaribus in ſua diſpoſitione molitus, humani, vel maximè initij ac finis lineas quotidie agere nobiſcum, manum porrigens fidei faciliùs adiuuandæ per imagines & parabolas, ſicut ſermonum, ita & rerum. Proponit igi-
B tur tibi corpus amica vi ſoporis eliſum, blanda quietis neceſſitate proſtratum, immobile ſitu, quale ante vitam iacuit, & quale poſt vitam iacebit, vt teſtationem plaſticæ, & ſepulturæ expectans animam, quaſi nondum collatam, & quaſi iam ereptam. Sic Tertull. Ex cuius ſententia colliges voluiſſe Deum illo ſopore immiſſo, vt primus homo mortis ſuæ imaginem in ſeipſo repræſentatam inſpiceret. Progreditur igitur Tertullianus in hæc verba. Sed & illa ſic patitur (intelligit animam) vt alibi agere videatur, diſſimulatione præſentiæ futuram abſentiã ediſcens; & tamẽ interim ſomniat, nec quieſcit, nec ignaueſcit omnino, nec naturam immortalitatis ſer-
C uam ſoporis addicit. Probat ſe mobilem ſemper; terra, mari, peregrinatur, negotiatur, agitatur, laborat, ludit, dolet, gaudet; licita atque illicita proſequitur; oſtendit quòd ſine corpore etiam plurimum poſſit: quòd & ſuis inſtructa ſit membris, ſed nihilominus neceſſitatem habeat, rurſus corpus agitandi. Ita cùm euigilauerit corpus redditum officiis eius, reſurrectionem mortuorum tibi affirmat. Etiam per imaginem mortis fidem initiaris, ſpem meditaris, diſcis mori & viuere, diſcis vigilare, dum dormis. Hæc ille. Vnde præter alia Deus voluit illo ſopore edocere primum hominem, quòd animam haberet immortalem à concretione materiæ liberam: quippéque poſſet
D oppreſſis graui ſomno facultatibus corporis, ipſa ſuis vti, & ſpiritualiter operari. Idem Tertullianus *cap.* 45. diſputans de ſomniis ita effatur. Accidentibus ſomni, ſed non modicis iactationibus animæ, quam ediximus negotioſam & exercitam, ſemper ex perpetuitate mutationis, quod diuinitatis & immortalitatis eſt ratio. Igitur cùm quies corporibus euenit, quorum ſolatium proprium eſt, vacans illa à ſolatio alieno, non quieſcit. Hanc vim extaſim dicimus, exceſſum ſenſus & amẽtiæ inſtar: ſic & in primordio ſomnus cum extaſi dedicatus: ſomnus enim corpori proueniens in quietem, extaſis animæ acceſſit aduersùs quietem. Hactenus Tertull. Loquitur de extaſi, quàm vulgò dicimus raptum, & de qua paulo inferiùs dicendum. Eam putat primo homini ſi-
E mul cum ſomnio contigiſſe.

*Mortis imago prima.*

*Christus moriturus figuratur.*

*Eccleſiæ figura.*

Tertull. *Anima operatur in ſomno.*

Tertull.

*Adami extaſis.*

4. Miror quid D. Ambroſ. *lib. de paradiſ.* c. 11. in laudem pudicitiæ & cælibatus contra inferiorem ſtatum coniugij adnotauerit in hoc ſopore. Quis enim (inquit) eſt iſte ſopor, niſi quia paulisper ad coniugium copulandum cùm intendimus animũ, velut intentos oculos ad Dei regnum, inclinare, atque inflectere videmur ad quendam ſomnum iſtius mundi, & paulisper obdormire illis, dum in ſecularibus, mundanisque requieſcimus. Denique poſteaquam ſoporem immiſit in Adam, & dormiuit, tunc ædificauit Dominus Deus coſtam, quam aſſumpſerat de

S. Ambr.

*Coniugandi dormiunt ad diuina.*

Adam

Adam, in mulierem. Hæc Ambroſius. Cuius ſententia valde conducit ad cõmendandum ſtatum pudicitiæ: nõ ego tamen crediderim, quicquam primo hominis contra matrimonij dignitatem à Deo ſignificatũ fuiſſe. Verùm D. Bernard. *ſerm. 2. in Septuageſima*, etſi verum fuiſſe ſomnum iſtum haud neget; multo nihilominus, quàm vſitatus habetur, ſublimiorem indicat. Sic enim ait. Immiſit Dominus ſoporem in Adam, immiſit & in ſeipſum, factus nimirum ſecundus Adam: ſed eſt diſtantia fortè non parua. Ille enim ſoporatus videtur præ exceſſu contemplationis, Chriſtus miſerationis affectu: vt in illum ſoporem immiſerit veritas, in hũc caritas, cùm vtraque ſit Dominus. Sanè ſoporẽ Chriſti ſolius caritatis fuiſſe nemo dubitat, vel nominetenus Chriſtianus. Siquidem accubuit vt leo, non victus planè, ſed victor, poteſtate propria ponens animã, ſomnum mortis accipiens propria voluntate. Hæc Bern. Et quidem optimè, ponit diſcrimen inter vtrumque ſoporem & extaſim, Adami videlicet, & Chriſti Domini, videlicet in primo ſola cognitio rerum, in altero caritas, animam occupabat. Progreditur vlteriùs D. Bernard. ſoporem Adami luculentiùs explicans ad hunc modum. Cæterùm qualis & ille ſopor dicendus ſit fuiſſe, vel credendus, quem Dominus immiſit in Adã, in quo ſine ſenſu omnino doloris in mulierẽ ædificandam coſta ſublata eſt de latere dormientis? Mihi quidem non niſi incommutabilis veritatis intuitu, & abyſſo diuinæ ſapientiæ corporei excedens ſenſibus obdormiſſe videtur, quod ea eius verbis, vel maximè coniici poteſt. Rediens nimirum indicat quò abiiſſet, dum tãquam ebrius de cella vinaria veniens, & eructans illud magnum Sacramentum, quod tanto pòſt in Chriſto & in Eccleſia Apoſtolus commendauit ad Epheſ. 5. *Hoc nunc os*, &c. An tibi penitus obdormiſſe videtur, qui in hanc vocem excitatus erupit, & non magis dicere potuiſſe: *Ego dormio, & cor meum vigilat?* Cant. 5. Neque enim communem arbitror fuiſſe ſoporem, aut noſtris ſimilem ſomnis, quos nec contemplationis exceſſus, nec miſerationis affectus, ſed infirmitatis defectus immittit; quos nec veritas, nec caritas, ſed neceſſitas parit. Hæc omnia Bernar. congruenter ad ſenſum literæ. Vti etiam fuit explicatio Procopij. Sic enim habet. Quòd Dominus ſoporem induxit, vel extaſim, non intelligit ſomnum profundum, in quo Deus mulierem efformauit: ſed quædam extaſis ſpecies ſignificatur. In hunc modum quoque Prophetis reuelationes fiebant. Vigilãtibus enim Prophetis, ſecundum diuinam virtutem, ſæpiſſimè quaſi ſomno captis, reuelationes quaſdam denunciauit Deus. Sic ille. Sed multo antè D. Aug. ad hũc locum vocauit extaſim, in qua mẽs Adami diuinitus afflata fuerit. Extaſis (inquit) rectè intelligitur ad hoc immiſſa, vt mẽs Adæ particeps Angelicæ curiæ, & intra ſanctuarium Dei nouiſſima intelligeret. Vnde euigilans prophetico ſpiritu eructauit: *Hoc nũc os ex oſſibus meis*, &c. Quæ verba cùm Adæ Scriptura fuiſſe dicat, Chriſtus in Euangelio Deum dixiſſe declarat, vt intelligamus per illam extaſim Adam diuinitus hæc dixiſſe. Sic Auguſt.

*S. Bernard. Sopor Chriſti, & ſopor Adami, comparantur.*

*Sopor Chriſti fuit caritatis.*

*S. Bern.*

*Adamus dormiens contemplatur.*

*Ad Eph. 5.*

*Cant. 5.*

*Procop.*

*S. Aug.*

*Adamus in extaſi cum Angelis.*

5. Ex hac interpretatione colliges, quanta fuerit primi hominis in eo ſtatu felicitas, vt priùs quodammodo in cælum raptus audierit arcana verba (vti poſtmodum Apoſtolus) quàm humanam vocem perciperet; priùs Angelos viderit, cũ Angelis ſuauiſſima colloquia inſtituerit; quàm mulierem aut viderit, aut audierit, aut fuerit alloquutus. Priùs Deum ipſum ſuæ mentis intelligentiæ influentem ſummorum myſteriorum doctorem habuerit, quam mulierem ſerpẽtis habitu, ac veneno male affectam ſpectarit oculis, & auribus contra Dei præcepta ſuadentem audierit. Iam tunc futuræ præſcius ruinæ, diuina extaſi, & cæleſtium arcanorum contemplatione munitum, armauerat Deus hominem. Nec enim validior eſſe ſolet armatura, quàm præ meditationis & orationis ad Deum. Hanc Dauid præmittens audacter dicebat: *In Deo meo tranſgrediar murum*, Pſalm. 17. Item Pſal. 19. *Lætabimur in ſalutari tuo; & in nomine Domini Dei noſtri magnificabimur.* Ex Hebræo vertunt alij; *triumphabimus*: ad verbum; *vexillabimus*, *vexillum erigemus*, ſiue *explicabimus*; vt ſolemus dicere: Deo duce: In nomine Domini, ſignis collatis in hoſtẽ ruimus. Præmiſſa namque ad Deum oratione, inuocatóque illius nomine, non modò alacriter, quæcunque aggredimur difficilia: verumetiam in ipſo ſtatim congreſſu, & victoriam & triumphum certò iam futurum, nobis ipſa oratio pollicetur. Eſt enim oratio (vt vocat S. Auguſt.) Deo ſacrificium, hominibus ſubſidium, dæmonibus flagellum. Quòd ſi armatus, ſi inſtructus, ſi plenus Deo, tam facilè, tam turpiter infelix homo corruit in miſerabile animæ & corporis exitiũ: quid quæſo futurum eſſet ſi rudis, ſi tyro, ſi inermis abſque orationis præſidio, in aciẽ, vt cum muliere & cum ſerpente confligeret, prodiiſſet? Hinc verò diſcant, qui coniugalem ſtatum affectant, quali ſe priùs armatura debeant præmunire, & qualem animæ, & cæli, & Dei apparatum inſtruere neceſſe habeant, antequam ſe in illum tam ærumnoſæ & periculoſæ vitæ inſtitutum coniiciant. Sed ita vſu euenire ſolet, vt ſine vllo cæleſtium armorum munimento prorſus inermes, imò (quod peius eſt) obuelata facie, clauſiſque oculis in coniugalem labyrinthum ſe præcipitent. Nam apertis oculis, videns, & ſciens quis in tam certũ vitæ ergaſtulum, ſe vltrò contuliſſet? quod planè videtur innuiſſe Paul. 1. Corinth. 7. *Tribulationem* (inquiens) *carnis habebunt huiuſmodi. Ego autem vobis parco.* Vbi apertè de cõiugibus ſermo eſt. Optimè verò Apoſtoli mentem ſic interpretatur D. Auguſt. *lib. de Virginibus, cap.* 16. Quod dicit ſe eis parcere, quos ait tribulationem carnis habituros, nihil mihi interim ſanius occurrit, quàm eum noluiſſe aperire & explicare verbis eandem ipſam carnis tribulationem, quam prænunciauit eis, qui eligunt nuptias, in ſuſpicionibus zeli coniugalis, in procreandis filiis, atque nutriendis, in timoribus, & mœroribus orbitatis. Sic Auguſt. quaſi timeret Apoſtolus, ne ſi tribulationes coniugij patefaceret, nullus eſſet qui ad coniugium accederet; humanique generis propagatio deficeret.

*Adami deguſtat.*

*Adam oratione præmunitur.*

*Pſalm. 17.*

*Pſalm. 19.*

*Orationis armatura.*

*S. Aug.*

*Oratio muniens ad coniugium.*

*Coniugium ſit a ca...*

*1. Cor. 7.*

*S. Aug.*

*Coniugij tribulatio.*

6. Verumenimuero hic ſopor extaticus Adami primus in orbe fuit, & in eo quodammodo inaugurari cœpit humana mens, felices illos exceſſus, & ſopores ſuauiſſimos, quos ſummo Dei beneficio in admirabili rerum diuinarum contemplatione defixi, & à ſenſibus, atque ab omni creatura prorſus auocari, ſæpiùs viri ſanctiſſimi experiuntur, quo de genere illud eſt valde memorabile, quod de ſanctiſſimo atque optimo noſtræ Societatis Ieſu parente Ignatio, in ipſis adhuc ſuæ pietatis primordiis, complures pro-

*Extaſes ſanctorum.*

*B. Ignatij fundatoris Societatis Ieſu extaſis memorabilis.*

*Maffeius.* diderunt. Attexam ipſamet Petri Maffeij verba *libro primo de vita Ignatij, capite ſeptimo.* Factu eſt (inquit) etiam aliquando, idque ipſimet, qui interfuere, teſtati ſunt, vt alienatus à ſenſibus à Completorio ſabbati ad alterum vſque proximi ſabbati completorium in altiſſimo quodam exceſſu perſtiterit. Qua ipſa hora multis adſtantibus, qui rei totius euentum attentè expectabant, quaſi è profundo ſomno excitatus, repentè ſuſtulit oculos, Ieſu perquam ſuauiter innocans. Atque interim pij quidem homines mortuum iam vtique terræ mandaſſent, niſi contemplati omnia diligentiùs ac pertentato corpore latentem in eo vitam ex tenui cordis palpitatione ſenſiſſent. Hæc Maffeius. Solet autem hic extaticus mentis exceſſus, vel ex altiſſima rerum ſublimiorum contemplatione, vel ex vehementiſſimo in Deum amore, atque deſiderio ipſum contuendi, ipſoque fruendi prouenire. *Extaſis vnde fiat.* Quæ omnia reperiūtur in illis tam ſuauibus animi deliquiis, mentiſque exceſſibus, & (vt ipſe vocat) animi oculorúmque defectionibus, quas in Pſalm. 118. *Pſal. 118.* *Dauidis extaſes.* ſic expſimit quam tenerrimè regius Vates: *Defecit in ſalutarem tuum anima mea, & in Verbum tuum ſuperſperaui; Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, quando conſolaberis me?* Cuius loci elegantiſſima ac dulciſſima interpretatio apud *S. Ambroſ.* D. Ambroſium *ſerm. 11 in prædictum Pſalmum.* ſic habet. *Spes & deſideria cruciant.* Quicquid eſt, quod vehementer expetimus, niſi eius maturiorem habeamus effectum, id nos videtur longa quadam intentione laſſare: amor impatiens, ſi diutius potiendi deſideria *Amor impatiens.* differantur, ipſa deficit expectatione dum ſperat; in quo vtique non finis amoris, ſed incrementum eſt; & quicquid eſt deſiderabile, ſi non contingat deſideranti, deficit in illud, & quaſi ipſam deponit animam, qui deſiderat; id ergo deficere eſt, in id vnumquemque totis ſtudiis migrare, quod diligit, illud cogitat, illi adhæret, illud perſonat; quod receperit diligendum in id quadam animæ defectione transfunditur, quemadmodum expectabat Tobiæ vxor filium peregrinantem, deficiens à deſiderio, & in anguſtiis conſtituta, & tanquam reſoluta viribus. Sed quo magis laſſatur affectus, eo amplius amor creſcit; & quo diutiùs abeſt, qui deſideratur, eo expectātis deſideria maiore quadam vi amoris ignes- *Amor erga Deum.* cunt. Ergo ſpiritui adhærens anima deficit ab eo, quod eſt anima, & fit vnus ſpiritus, neſcit aliud deſiderare niſi ſalutare Dei, quod eſt Chriſtus Ieſus. Hæc Ambroſius. Idem paulo pòſt adiungit. Teneræ vxor ætatis de ſpecula litorali in defeſſa expectatione præſtulatur aduentum, vt quamcunque nauim viderit, illic putet coniugem nauigare, metuatque ne videndi gratia dilecti alius antecenerat, nec ipſa poſſit prima di- *Anna mater Tobiæ.* cere: Video te marite. Sicut Anna dicebat ad filium: Video te fili, amodo libentiùs moriar: mortis videlicet dolorem exoptati conſpectus *Mulier virũ expectans.* ſuauitate non ſentiens. Ergo, vt illa quæ aduenienti viro ſe optat offerre, ablegatis omnibus domeſticis occupationibus, ſemitas viantis, aut pedum veſtigia legit: ſic Propheta curis exutus ſecularibus, interiorum oculorum in verbum Dei peruigil cuſtos, vſque ad defectionem ſui *Deſideria ſancta.* intendebat obtutus. Hactenus Ambroſ. Quanto verò ardentiora eſſent deſideria Virginis incarnationem Verbi diuini exoptantis & deprecantis: quæ planè reſpiciens Deus ſuum maturauit aduentum.

*S. Gregor.* 7. D. Gregorius in moralibus ex hoc Adami ſopore, ad oſtendenda veræ contemplationis vim excurrit, non in qua iuſtus patiatur animæ deliquium, ſed in qua ab exteriorum rerum curis animum abductum ſoli Deo, & intelligendo & diligendo intendat. *Contemplatio anima ab exterioribus.* Culmen (inquit) contemplationis non attingimus, ſi non ab exterioris curæ oppreſſione ceſſemus, nec noſipſos intuemur, vt ſciamus in nobis aliud eſſe rationale, quod regit, aliud animale, quod regitur: niſi ad ſecretum ſilentij recurrentes ab exteriori perturbatione ſopiamur. Quod bene Adam dormiens figurauit, de cuius mox latere mulier proceſſit. *Vir & fœmina in vnoquoque.* Qui enim ad interiora intelligenda rapitur, à rebus viſibilibus oculos claudit, & tunc intelligit in ſeipſo aliud eſſe quod regere debeat, tanquam vir; aliud quod regatur, tanquam fœmina. Ita Gregorius. *B. Maria vita extatica.* Potiò autem nulla extaſis admirabilior in aliquo iuſtorum diuinitus facta extitit, quàm fuerit illa contemplatio perennis iam à primo vitæ momētn, vſque ad extremum, qua beatiſſimæ Dei matris anima in Deo ſuauiſſimè conquieuit. Fuit enim, vt bene aducitur *Richel.* Richelius, tota Virginis Deiparæ vita extatica, & vnica contemplatio. Quare mihi ſemper perſuaſum fuit in ipſomet puncto cōceptionis Virginis, priuilegium illius menti de ſpeciebus intelligibilibus (vt vocant Philoſophi) Chriſto Domino proprium, diuinitus fuiſſe conceſſum. *B. Maria ſpecies indita.* Accepit nimirum inditas à Deo ſpecies mens illa puriſſima & ſanctiſſima, per quas, vti erant abſque ſenſuum ope formatæ & liberæ, ſic abſque omni actione, & concurſu ſenſuum, facultatúmque corporis, perenniter in vigilia & in ſomno operabatur, in altiſſima rerum diuinarum contemplatione. Et quidem in puncto illo, quo effecta eſt Verbi diuini incarnatio, admirabilem quandam ſenſibus extaſim mentis in Virgine fuiſſe putat D. Chryſoſ. *S. Chryſoſt.* *B. Maria extaſis in annūciatione.* Eámque hoc Adami ſopore ſignificari. Soporatus (inquit) eſt Adam, vt de viro virgo ædificaretur: ſoporata virgo eſt, vt de virgine Deus naſceretur. Sic ille. Non alienum eſt ab hoc mentis ſopore & extaſi, quod beatiſſima Virgo in ſuis ad S. Brigidam reuelationibus retulit, circa illa verba Angeli: *Quod enim ex te naſcetur*, Lucæ 1. *Luc. 1.* Quo verbo (inquit) Angeli audito, feruentiſſimum habui affectum eſſe mater Dei. Et loquebatur anima mea præ amore: Ecce ego; fiat voluntas Dei in me. *B. Maria gaudium in annunciatione.* Ad quod verbum illicò cōcipiebatur filius meus in vtero meo, cum ineffabili exultatione animæ meæ, & omnium membrorum. Sic apud Brigidam. Præterea quæri ſolet an Virgo Deipara in paſſione Filij, maximè ſtans iuxta crucem immenſo dolorum pondere oppreſſa mente defecerit? Ego verò apud me ſic ſtatuo, illum mentis defectum, & animæ deliquium, quod medici vocant ſpaſmum & ſyncopem, vbi vires omnino deficiunt, & omnis ſenſuum vſus atque iudicium rationis amittitur & abſumitur; nullo modo in Virgine admittēdum. Indecens enim eſt Dei matrem ita infirmā muliebriter linqui animo, ac iudicio rationis priuari: quæ ſanè exanimatio longè *B. Maria ſtās iuxta crucem. Ioan. 19.* aliena eſt ab ea virgine, de qua legitur: *Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius*, Ioan. 19. Concedi tamen poteſt raptus quoſdā & extaſes in Virgine fuiſſe in quibus ſenſuū vſus ad tēpus deficit, vt fortiùs rationis & gratiæ opera intendantur, & proinde meritū non amittatur. Ergo Dei mater iuxta crucem ſtabat: & fortè nōnunquā à ſenſibus eleuata

ipſius

ipſius anima vehementiùs in contemplatione diuinitatis Filij ſui, mortiſque ipſius (vt erat) acerbiſſima intendebat. Quo in exceſſu proculdubio Virginis anima, grauioribus dolorum aculeis ex Filij cruciatibus pungebatur. Vide noſtrum Salmeron *tom. de paſſ. ad verba Ioan. citata.* Poſtremò illæ extaſes, deliquia, mentis exceſſus, ſomnia, languores animi, milléque id genus caſtiſſimi pariter, ac ſuauiſſimi amores ſponſæ in Canticis, licèt Eccleſiæ, atque adeò animæ cuiuſque viri iuſti conueniant: multo tamen veriùs in Virginem Dei Patris filiam, Spiritus ſancti ſponſam, ac Verbi diuini matrem digniſſimam & dilectiſſimam conueniunt. Nec immeritò Sophonij dictum celebratur, ſcilicet, Cantica Salomonis de Virgine Deipara intelliguntur, & qui hoc non intelligit, infelix eſt.

*B. Maria dolor incomparabilis.* — Salmer. — *B. Maria in Canticis celebratur.*

*Homo rerum tenax.*

8. Immiſit Dominus ſoporem in Adam. Vſque adeò eorum, quæ poſſidet homo, tenax eſt, vt iis ſpoliari ferat impatienter. Soporatur ergo Adam, vt etiam quod illi vtile futurum eſſet, ab ipſo auferretur. Sic vidit ante oculos mulierem ſui adiutricem ædificatam, tantóque bono præſente ablatam ſibi coſtam tulit æquo animo. Sic fert hominum conditio: præſentibus quidem inhærent, nec Deo credunt cælum promittenti, ſi pro cælo terram, honores, voluptates, diuitias, abdicare iubeantur. Iccirco Dominus per Oſeam de anima illa meretriciis dedita curis, quam ad virtutis ſtudium reuocare nitebatur, hæc aiebat: *Propter hoc ecce, ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.* Quaſi dicat, vt hæc meretricula turpitudinem ſuam deteſtetur, ac præſentis voluptatis laqueos aliquando tàdem diſrumpat, hoc vnum reſtat. Nimirum lactabo eam, mearum dulcedinum liquore delinitam placidis ſoporabo ſomnis, vt expergiſcens poſtmodò vix recordetur præteritorum idolorum, quæ tamen videns ac ſciens, non ita facilè abiuraſſet. Hinc ego ortum arbitror, quare ſanctiſſimi Patres & Doctores; imò (quod amplius eſt) ipſemet Chriſtus Dominus tam crebrò ad diuites dé faciendis eleemoſynis prædicantes, futurum quidem vtilitaté promittant: intelligunt enim quàm difficile ſit, vt quis præſentia bona ſua eroget propter ſpem futurorum. Agite verò diuites, ſinite ſoporari verbis illis D. Chryſoſt. *homil. 33. ad populum Antiochenum:* Ars omnium artium, quæſtioſiſſima eleemoſyna: æternam vitam miniſtrat, ex mortis manibus eripit, & in vtraque vita claros exhibet, & manſiones ædificat in cælis, & æterna parat tabernacula. Idem poſt multa, *homil. 32.* Hæc continuè dico, neque dicere deſinam, non tam pauperum, quàm animarum curam gerens veſtrarum. Ita Chryſoſt. D. Auguſt. *concion. 3. in Pſalm. 36.* in hanc ſententiam ſic diſſerit. Tota die miſeretur, & fœneratur, legimus in Pſalm. indicato, *Fœnera Deo.* Quid facit fœnerator, attende. Minus vult dare, & plus accipere. Hoc fac & tu. Da modica, accipe magna. Vide quàm latè creſcat fœnus tuum. Da temporalia, accipe æterna. Da terram, accipe cælum; & cui dabo? fortè dicis, Domino. *Fœnerat Domino, qui miſeretur pauperis,* Prouerb. 19. Illi porrigis, ille accipit: habemus Chriſtum in cælo ſedentem, in terra petentem. Ita Auguſtin. Sed quàm perniciosus ille ſopor (lethargum dixero) quem non Dominus, ſed diabolus immittit in filios Adam; vt falſæ voluptatis ſomno conſopitis rapiat cælum de manibus. Ad quem mortis ſoporem

*Oſee. 2.* — *Conuerſionis à vitiis difficultas.* — S. Chryſ. *Eleemoſyna commendatur.* — S. Aug. Pſalm. 36. — Prou. 19. — *Diabolus ſoporat homines.*

A alluſiſſe fortè videbitur Dauid, cùm Pſalm. 158. dixit: *Ego cuſtodiui vias duras.* Vertunt alij, vias latronis. Et quidem has eaſdem ſoporari à diabolo faciles, ac ſtratas roſis, lacte & melle manantes illi ambulauerunt: quas tandem huius vitæ crapulam expuentes agnouerunt, cuiuſmodi erant: vnde dixerunt, ambulauimus vias difficiles. Damnatur etiam, vel maximè ſopor in primo homine, hoc eſt, in Prælato, qui primatum ſuper alios gerit, nimirum quædam ſocordia, & oſcitantia, cuius arguitur à Domino Epiſcopus Sardis. Dicitur enim Apocal. 3. *Et Angelo Eccleſiæ Sardis ſcribe: Hæc dicit, qui habet ſeptem ſpiritus Dei, & ſeptem ſtellas. Scio opera tua, eſto vigilans,* &c. Vigilandum itaque homini erat ſuper gregem ſuum. Nec decebat eum, qui officio Angelus erat, dormitare, cùm Angeli toti ſint oculi inconuenientes. Timendúmque illi erat à Domino, qui ſeptem ſpiritus totidémque ſtellas haberet: hoc eſt, ſapientiã omnimodam, & oculos omnia perſerutantes, atque acutiſſimam vigilantiam, cuius ſymbolum gerebant ſtellæ tota nocte irradiantes. Huic tanto, & tam vigilanti Domino, ac ſeuero iudici rationem redditurus erat Epiſcopus ille ſuæ negligentiæ ac ſoporis. Heu me miſerum: iudex vigilat, & reus dormit!

Pſal. 118. — Apoc. 3. *Prælatorum ſomnus.* — *Prælato inuigilandum.*

---

## SECTIO XII.

*Cúmque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea.*

1. ACcingit ſe operi moliendo, quòd vnum deerat, de formanda muliere, omnipotens rerum conditor; nec enim quantumuis perluſtratis omnium terræ & aëris animantium generibus, adiutorium ſimile viro potuit inueniri in tota rerum iam conditarum multitudine. Latebat autem in ipſo diuinæ omnipotentiæ theſauro inexhauſto, ex quo tandem educta fuit non minùs, aut fortaſſe magis admirabili productione mulier, quàm vir fuerat procreatus. Et quidem quatuor producendi hominem modi conſiderari poſſunt. Primus ſine viro, & ſine fœmina, ſed immediatè à Deo: qualiter Adam conditus eſt. Alter ex viro ſine fœmina, vti Eua ex Adamo eſt fabricata. Tertius communis & naturalis, ex viro, ſimúlque & fœmina per generationem propriè dictam: qualiter propagatur humanum genus. Poſtremò ex fœmina ſine viro; vti Chriſtus Dominus de matre Virgine natus eſt. Quod quidem eſt omnium miraculorum maximè nouum, nec ſimile in rerum natura viſum eſt, nec ſimile ampliùs videbitur. Quare non repugnauerim ſi quis in myſtico ſenſu quartum hunc productionis omnium auguſtiſſimæ & ſacratiſſimæ modum ſignificari dicat eo in loco *capitis* 15. *Geneſ.* vbi à Deo promiſſum eſt Abrahamo, poſterorum ipſius Ægyptiacam ſeruitutem in quarta generatione tandem abolendam; vbi enim in mundo quartus apparuit producendi hominem modus, poſtremáque generatio hominis ex fœmina ſine viro extitit: finis eſt impoſitus miſerrimæ ſeruituti, qua ſub tyrannis, peccato, morte, ac diabolo genus

*Producendi hominẽ quatuor modi.* — Geneſ. 15. *Chriſtus natus ex Virgine.*

humanum tenebatur. Sed iam ad interpretatio- A nem accedamus. Tulit vnam de coſtis, Hebraicè צלע *ſelah*, cuius eſt multiplex ſignificatio. Aliquando enim latus, aliquando coſtam, nunc trabem, modò claudicationem, quæ ſcilicet fit ex inclinatione corporis ad latus, in ſacris literis ſignificat. At cur mulierem non vti Adamum ex puluere Deus creauit? Fortaſſis (reſpódet Procopius) non concedebatur manibus Dei alterum quid infirmius cōdere. Dei enim manus ſemper maxima & ſumma operantur, ſicuti cuenit in Adamo. Sic ille. Iuxta hanc interpretationem indecens videbatur, vti ampliùs Dei manus ad tractādum puluerem abiicerentur; maximè cùm mulier non eſſet opus adeò eximiū, vt pro eo foret huiuſmodi abiectio ſubcunda. Summa eſt cō- B trouerſiarum varietas circa huiuſmodi coſtam. Conſule Benedictum Pererium. Ego verò quod ad præſens attinet inſtitutum paucis indicabo omnium maximè communem, & veritati proximam ſententiam.

Bened.Per.

*Corporis humani fabrica.*

2. Inprimis igitur, vt ex phyſiologia conſtat, humanum corpus vigintiquatuor coſtis, duodenis vtrouis in latere, conſtructum & coagmentatum eſt. Ex iſtarum omnium numero vna tantùm coſta detracta eſt (quicquid boni alioqui autores de pluribus coſtis dicant) ea verò ad integritatem corporis Adami pertinebat. Nec enim adducor vt credam præter illas vigintiquatuor, quæ requiruntur ad integritatem humani corporis, aliam primo viro ſuperadiectam, ex qua C eſſet mulieris fabrica conſtruenda. Deinde hiatus ille, ex quo deſumpta eſt coſta carnea (nec enim fingendum eſt os carne exutum, è latere Adami demptum fuiſſe) adueniente noua ſubinde coſta ſimul cū carne, quæ à Deo creata eſt, iterū occluſus, & cum reliquo corpore continuatus fuit. Etſi autem illa coſta tantula fuerit, ad conſtruendū mulieris corpus habitu & ſtatura iuuenili ad connubialia negotia appoſitum ac maturum: ideo Deus ex aëris circumſtantis aquæ, terræque materia adiecit, quātum opus erat ad perficiendam materiam corpori formando expetitam. Et nihilominus dicitur Eua potiùs ex coſta, quàm ex aduentitia materia fuiſſe producta; quia illa coſta, etſi tantilla, præcipuè tamen ad eam D fabricam fuit à Deo tanquam principalis materia deſtinata. Cæterùm elementaris, quantacunque fuerit, non niſi tanquam acceſſio ad coſtam adiecta videtur. Atque iccirco Scriptura verbo, *ædificauit*, vſa eſt: nam (vt optimè adnotauit Procop.) ædificiorum ratio à paruis quibuſdam initiis incipit, & tanquam particularibus acceſſionibus ad faſtigium conſurgit ædificium. Sic Deus coſtæ illi auulſæ adiecit reliqua. Sic ille. Demum ea coſta videtur ex latere ſiniſtro, non autem dextero, ſcilicet inter aluum, & cor fuiſſe deſumpta. Iſtam ergo tam admirabilem primæ mulieris fabricam conſiderans D. Chryſ. *homil.* 15. *in Gen.* meritò exclamat: Quāta optimi archi- E tecti Dei potentia, quæ ex tantilla particula, tam elegantia membra concinnauit: tantos formauit ſenſus; & perfectum & integrum & abſolutum animal fecit; quòd poſſit, & colloqui, & communione ſubſtantiæ multa viro afferre ſolatia! Nam ob eiuſmodi conſolationem animal hoc formatum eſt. Vnde & Paulus dicebat 1. Corinthior. 7. *Non enim formatus eſt vir propter mulierē, ſed mulier propter virum.* Vides quomodo omnia propter virum fiunt? Condita enim creatura,

*Coſta, vnde Eua producta.*

Procop.

S.Chryſ.

1.Cor.7. *Mulier propter virum.*

productis brutis, & cibo, & miniſterio vtilibus; quia formatus homo indigebat aliquo confabulatore, & eo, qui particeps ſuæ ſubſtantiæ multum ſolatij afferre poſſet. Ideo ex latere illius hoc rationale animal format, & ſecundùm ſuam ſapientiam perfectum & abſolutum hoc facit, per omnia homini ſimile, & rationale, & quod poſſet, in neceſſariis, & commoditatibus huius vitæ ſubſidio eſſe. Ita Chryſoſt.

3. Eleganter etiam Theodoret. *quæſt.* 30. rationem ſubiicit, cur ex latere viri (ſcilicet vnde coſta detracta fuit) formauit Deus mulierem? Volebat (inquit) creator naturæ ad concordiam adducere vnumquodque genus. Hac de cauſa ipſum Adam è terra formauit, ex eo autem mulierem; vt & eandem in illis eſſe naturam demonſtraret, & naturalem quandam beneuolentiam mutuam in illis inſereret. Si enim rebus ſic ſe habentibus viri cum mulieribus contendunt, & mulieres cum viris, quid non admiſiſſent, ſi aliunde mulierem formaſſet? Sapienter igitur eos diſtinxit, & rurſum copulauit. Nuptiæ enim in vnum conciliant hominum genus. Erūt (inquit) duo in carnem vnam. Atque hoc verum eſſe teſtatur, quod inde naſcitur, ſiquidem per conuerſationem nuptialem fructus vnus ex ambobus oritur, ab hoc quidem ſeminatus, ab illa verò enutritus, conſummatus autem ab opifice naturæ. Sic Theodoret. quod vno verbo egregiè ita complectitur Procop. Sapienter admodum Deus ex vno fingit duos, vt vnum iterum ex duobus conſtituat inuicem copulatis per matrimonium. Sic ille. Adeò vnitatis & concordiæ amator Deus eſt. Præclarus hic ſanè locus eſt ad commendandam inter coniuges, vel ex ipſo primoris fabricæ rudimento, amborum inuiolabiliter ſancitam amoris mutui legem. Ex quo etiā damnantur inter coniuges, odia, rixæ, diſſidia, & (quod omnium penè malorum grauiſſimum) ſine iuſta cauſa facta diuortia. Rectè dictum eſt à Sapiente quodam: Qui diuortiū facit in coniugio, fores diabolo & inferno aperit. Sed audiant coniuges pulcherrimam huius loci commentationem à Ruperto cōſcriptam *lib.* 2. *in Geneſ. cap.* 34. Quid (inquit) hoc ſibi vult, quòd cùm poſſet Deus mulierem æquè vt virum formare de limo terræ, maluit tamen coſtam viro ſubducere, eámque in mulierem ædificare? Quid (inquam) hoc voluit, niſi vt firmam & inſolubilem debere eſſe oſtenderet vnici coniugij caritatem? Proinde dicitur Matth. 19. *Erunt duo in carne vna*, &c. Ecce quia non vndecunque, ſed de coſta viri fecit viro autor coniugij Deus adiutorium huiuſmodi: nunquid abſque iniuria factoris ſui vir coſtam ſuam abiicere poterit? Si cæcus, ſi claudus, ſi vel paruo, vel grandi, vel torto naſo, ſi fracto pede vel manu, ſi gibbus, ſi lippus, vel quamlibet eiuſmodi habēs maculam, non accedet ad miniſterium Domini ſecundùm mandatum legis. *Leuit.* 21. Quanto magis qui coſtam integram corpori violenter exemit, vel abiecit, meritò ab altari, & à communione totius Eccleſiæ Dei debet arceri? Etenim mox, vt pro adiutorio huiuſmodi quilibet vir quamlibet mulierem aſſumpſerit, mediante fide, & teſtimonio eius, qui hanc mulierem ad hunc virum adduxit, coſta eius eſt, os ex oſſibus eius, & caro de carne eius eſt. Igitur ſi illam vltrò reliquerit, pro qualicunque cauſa, excepta cauſa fornicationis, iam apud Deum vir non erit, nec

Theod. *Amor inter coniuges commendatur*

*Coniugij fructus.*

Rupert.

*Coniugū diſcordia damnantur.*

Matth.19. *Coniugium indiſſolubile.*

Leuit.21.

*Diuortium perſtringitur.*

nec pro integro corpore reputabitur, quia videlicet vna eſt coſta mutilatum, coſta (inquam) non qualicunque, ſed bene ædificata, diminutum eſt corpus. Item & mulier ſi virum reliquerit, iam apud Deum in numero non erit, quia non corpus integrum, vel tota caro, ſed pars eſſe conuincitur ex lege conditionis, quia de viro ſumpta probatur. Hactenus Abbas.

*Adulterium damnatur.*

4. Obiter ſubnotauit ex Matthæi, aut potiùs Chriſti Domini verbis damnari diuortium, excepta cauſa fornicationis; addit Abbas *c. 35. ſubſequente.* Sola cauſa fornicationis vtrumque excuſare poterit, quia videlicet in fornicatoribus & adulteris perit omnis cauſa coniugij. Valdo igitur conuincitur ex hoc loco mutui amoris vinculum inter coniuges; quid enim tam extra omnem litem & rixam, quàm idem vnúmque corpus, eadem & vna caro? Deinde quali cum

*Coniugũ mutuus amor.*

animi tolerantia ferendum ſit, quodlibet, vel naturæ, vel morale vitium vtrouis in coniuge. Iracundus vir eſt, toruo aſpectu, horribilis, corpore aut etiam mente æger; permoleſtos ſanè vxori, at ſciat illa ſuum eſſe corpus, ſuam carnem: nemo enim (vt ait Apoſtolus) odio habet carnem ſuam, ſed magis illam fouet, &c. Doleat ſui corporis vitium, ſed ferat patienter. Habet vir vxorem litigioſam, & tecto perſtillanti, vt *Prou.* 27.

*Prou. 27. Coniugum mutua patientia.*

comparatur, ſimilem; ferat patienter vir coſtam ſuam varam, diſtortam, latus putidum, aut aliis quouis vitiu affectum. Hinc etiã colliges, quanta ſit viri ac mulieris mutua propenſio, & quàm certa & grauia alteri ab altero intententur pericula. Quod ſatis euidenter docetur ex eo, quod

Niceph.

ſcribit Niceph. *lib. 9. cap.* 16. Fixis nimirum oculis mulier inhiabatur Ephraimum Niſibenum monachum, iratus ille: Auerte (inquit) mulier oculos, & in terram detorque. Quin tu (reſpondet illa) in illam fige oculos, ex qua conditus es; ego verò in te, ex quo ſum facta. Profectò ſic à

*Propẽſio mutua viri ac fœminæ.*

natura comparatum eſt, vt mulier in virum propendeat tanquam patrium quiddam, & genuinum, ex quo formata eſt; & vir in mulierem tanquam in ſui corporis portionem, latus, & coſtam, & carnem, atque adeò in partem ſui, oculos animúmque deflectat. Quo in genere illud valde mirandum legimus in vitis Patrum. Nepotem ex fratre infantulum adhuc ſuſceperat eremita quidam nutriendum, alit, docuit, in ſolitudine, procul à conſortio, imò & aſpectu hominum, fœminam puer nunquam viderat; forte iam adulta ætate ſubuleſcens ingreditur ſacram ædiculam ſimul cum patruo, vbi aderant aliquot piæ fœminæ ante altare ſupplicantes.

*Monachus quis mulieres neſciebat.*

Miratur adoleſcentulus, & quærit à patruo, quid ſibi velint illæ figuræ. Monachus præſentiens malum, animalia (inquit) ſunt ferocia & virulenta. Ergo poſt aliquot annos, cùm inter ſe ambo loquerentur, ventúmque illò eſſet, vt rogaretur nepos à patruo quid in vita meminerit iucundius, animóque & oculis gratius vnquam ſe vidiſſe; illa (inquit) animalia, quæ aliquando in ſacra ædicula conſpeximus. Hanc vtriuſque mutuam propenſionem eleganter vno verbo exprimens S. Gregor. Nazianzen. *in carm. ad Hellen.*

S. Greg. Nazianz.

de religioſis ait: Nec coſtam illam corpus adamantem deſiderant. ſuum quippe corpus coſta repetit, & ſuam coſtam corpus.

S. Hieron. *Mulier periculoſa viro.*

5. Certum eſt, & noſtro malo ſatis quotidie comprobatum, quod ait D. Hieronymus *in vita S. Hilarionis*, matronæ ſcilicet Chriſtianorum

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

A grandis tentatio. Nec immeritò D. Ambroſius *ſerm.* 37. Diabolus (inquit) in deſerto tentationis ſolida arma non inuenit; deeſt illi de paradiſo conſiliatrix Eua. legant quæſo audaciores quilibet illud D. Bernard. *in Cantic.* Eſſe perpetuò cum muliere, & non cognoſcere illam, plus eſt quàm mortuum ſuſcitare. Sed ad interpretationem redeuntes dicimus præcipuè hæc in mulieris de coſta viri formatione amorem vtriuſque mutuum à Deo conditore conciliatum fuiſſe, vt ex ſuperioribus iam oſtenſum eſt; & vt adiicit Gennadius, volens Deus ampliori caritate virum vxori coniungere, fœminam è latere viri formauit, vt quiddam æqualis honoris, vnà ta-

S. Ambroſ.

S. Bernard.

Gennad. *Mulier cur è latere viri.*

B men eam ſubiectione præ ſe ferret. Nam ſi coſtam ex anteriori parte eduxiſſet; quaſi viro aduerſariam mulierem effinxiſſet; ſi verò ex poſteriori parte exemiſſet, nimio plus mulier vilis extitiſſet. Pulcherrima certè adnotatio Gennadij. Duo quippe ab autore naturæ, & ea quidẽ ſummè neceſſaria intenduntur, ſimúlque ſignificantur; amor coniugum inter ſe mutuus, atque in virum debita vxoris ſubiectio: quæ in hac tam mirabili mulieris efformatione perdocetur. Non è capite viri mulier educta eſt, ne vir ita ſit vxorius, atque abiectus, vt ſibi mulierem dominari patiatur: nec illa imperioſior dominam ſe, & caput viri arbitretur. Caput enim viri Chriſtus;

*Mulieris ſubiectio.*

1. Cor. 11. *Coniugum moderatio.*

C autore Apoſtolo, nec adeò indulgeatur amori coniugali, vt vel illa ſummo in pretio, & tãquam in capite geſtari expoſtulet à marito, vel ille ſummam curarum, & caput omnium, quæ diligat, putat eſſe vxorem. Contrà verò non ex pedibus deſumpta eſt, ne vir vxorem paruipendat, pedibus proterat, vt quidpiam abiectũ, luto proximum. Sciat ſe non dominum ac tyrannum, qui miſeram vti mancipium opprimat, rector, & dux eſt, cui ſubiectio & obedientia, non ſeruitium & ancillatus debeatur. De latere igitur, hoc eſt, de medio totius corporis, vt in loco, pretio, & amore vxor marito ſit, tanquam membrum de corpore, & pars animæ ſuæ. Denique (vt bene

*Mulier à viro qualiter tractanda.*

D aduertit Hugo de S. Victore) nec de capite, nec de pedibus viri ſumptum eſt id, vnde fieret mulier; ne aut domina, ſi de capite; aut ancilla, ſi de pedibus putaretur. Ideo de medio, id eſt, coſta ſumi decuit, vt ſocia intelligeretur. Subtiliter ac piè myſterium ex hoc latere Procopius ita eruit: cùm ex latere hoc peccati occaſio proceſſerit (mulier enim ex latere formata eſt) Saluator vulnus inflictum ſanare inſtituens, lateri oppoſuit latus. Nam è cruce pendentis latus lancea hauſtum eſt, ex quo fluxit vita, quæ in omnes homines deriuata eſt: ſicut ex latere mulieris mors peruaſerat totum mortale genus. Hæc Procopius.

Hugo

Procop. *Mulier ſine viro infirma.*

S. Aug.

6. Non caret etiam myſterio coſtæ materia & carnis ſuppletio, vt bene expendit D. Auguſtinus. Mulier (inquit) facta eſt de latere viri

E dormientis, quæ per ipſum firma facta, quia ex oſſe eius; ille propter ipſam infirmus, quia non coſta, ſed caro ſuppleta eſt. Videas hinc mulierem, quæ per ſe infirma eſt, & (liceat Hecubæ Reginæ teſtimonio vti) animantium omnium miſerrima, cùm & periculis pateat infinitis, & ad ſe tuendam valde ſit fragilis, atque ineptiſſima, quod miſeræ in cælibatu, atque in viduitate maximè experiuntur, expertæ lamentantur. At eadem ſic infirma, & inhabilis; ſi maritum habeat, munita propugnaculis, armíſque & for-

*Mulier cum viro firma.*
*Cant. 8.*

titudine præpotens habetur. Quod mihi videtur ſignificaſſe ſponſa *Cant.* 8. vbi inprimis fratres inter ſe agitant de maritanda ſorore: *Quid faciemus ſorori noſtræ, quando alloquenda eſt?* Deinde innuitur eius maritatio illis verbis: *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea; ſi oſtium eſt, confringamus illud tabulis cedrinis.* Demum illa iam potita nuptiis, marito exultās ait: *Ego murus, & vbera mea, ſicut turris ex quo facta ſum coram eo, quaſi pacem reperiens.* Locus optimè congruit Virgini Deiparæ. Ipſa quidem puella ſanctiſſima ſoror Angelorum, in qua Dei facta eſt incarnatio cùm ad illā alloquendam miſſus eſt Angelus: cui factum eſt Verbum (vt ait S. Bernard *homil.* 4. *ſup. Miſſ.*) conceptum vt maneat, carne videlicet indutum. Vbi autem pacem Dei, hoc eſt, Filium eius vnigenitum & inuenit (qui ſumma Dei gratia dicitur) & concepit, & peperit, & ſinu fouit, & virgineis lactauit vberibus, murus cum turribus extitit, ipſamet Chriſtianorum fortitudo, vitiorum debellatrix, territat dæmones, peccatores tutatur, iuſtos conſeruat, Deū nobis placat, atque eumit. Sed ad illam ſororē redeo. Nota iam in viri contubernio adeò eſſe firmam, vt vbera, quibus nihil mollius & infirmius in fœmina, dicat turres; vbi ſcilicet coram eo nimirum viro, facta in adiutorium ſimile illi, & è regione ipſius, vt verſu ſuperiori ſatis oſtenſum eſt; tunc demum in pace viuat, tranquillam degat vitam, quæ abſque marito, bello, & armis impeteretur. Et quidem mulier ex viri coſta & oſſe firmitatem robúrque accepit, facta oſſea & robuſta; contrà verò vir propter mulierem infirmus, mollis, totúſque redditur carneus. Quod

*Lippom.*

eleganter Epiſcopus Lippomanus in hunc modum adnotauit. Quando abſtulit Deus coſtam

*Vir propter mulierem infirmus.*

ab Adamo, ſubintellige cum carne etiam abſtuliſſe: nam ita factum oſtendit, idem ipſe à quo ablata Adam paulo inferiùs, dicens: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Quo certè facto, magnum quoddam & mirum neſcio quid indicare voluit omnipotens Deus, nempe ex coniunctione mulieris cum viro in matrimonio, aliquid, & non parum ſoliditatis, conſtantiæ, & virilis fortitudinis virum amittere quaſi coſta oſſea erepta, pro qua carnis mollitiem induit; ſicque ſeipſo neſcio quomodo fragiliorem atque minorem, blanditiis imbutum fœmineis, atque affectibus; quamlibet id ægre profiteri maritus ſuſtineat. Vnde & ſapientes Patres, cùm immorigeratos & indiſciplinatos, ac ſuis præceptis nequaquam obtemperantes habent filios, optimè eis conſulunt; ſi maritali illos vinculo co-

*Filius vxorandus, vt mitiſcat.*

pulauerint. Nullus enim adeò efferus & effrænis animus, quem breui fœminea cohabitatio non deliciat atque molliat, vt vſu videre quotidie licet. Sic ille. Sed quàm iſtud verum ſit, inde etiam oſtenditur, quòd in lege Moſaica Dei præcepto ij à bello arcebantur, qui nuperis eſſent

*Clem. Alex.*
*Sanſon in Dalila coniugio molleſcit.*

irretiti nuptiis, & hoc ait Clem. Alexand. propter ignauiam & mollitiem. Nam quis Sanſone vel fortior ad vires, vel rigidior ad ingenij ſeueritatem; & tamen fœminæ blanditiis ſic eſt eneruatus, vt in ludibrium hoſtibus, captus oculis, voluendæ rotæ molendini fuerit addictus?

*S. Cypr.*

Quapropter egregiè dictum eſt à D. Cyprian. *de ſing. cleric.* Quantos leones domuit vna infirmitas delicata, quæ cùm ſit vilis, & miſera, de magnis efficit prædam? Quæ ſententia ſanctiſſimi martyris ampliùs adhoc comprobari poteſt illo,

A quod boni autores prodiderunt, experimento; videlicet leonem quantumuis ferocem ac truculentum, ad aſpectum puellæ Virginis poſita omni feritate capi, & cicurari ſolitum eſſe. Expertus hinc in matrimonio vim mollietur ille alius eſt, cuius lepidiſſimum fertur dictum; is enim nauigans, oborta ſubitò tempeſtate, mare ventis & vndis tumidum, ac procelloſum efferueſcere contuitus: O tu (inquit) mare ferox, ac rabie mugiens, profectò non duxiſti vxorē. Quò videtur alluſiſſe Luſitana gens, cui celebre illud eſt prouerbium, *caſaras, & amanſaras*, Latinè, vxoraberis & miteſces.

*Mulieris ad leniendū vir.*

7. Poſtremò, vt altiùs eucharnur, ſequentes illud Apoſtoli, *Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.* Dei verbum, cùm ſit ipſamet fortitudo & omnipotentia, pro Eccleſia quam ſuſceperat ſponſam, infirmari vſque ad mortem, eamque opprobriis ſummè infamem, voluit; vt ſponſam fortem & infirmam redderet. Sic autem optimè D. Bernard *ſerm.* 1. *de S. Andrea.* Vt quos, Domine, viuificabat mors tua, tua trepidatio robuſtos, & mœſtitia lætos, & tędium alacres, & turbatio quietos faceret, & deſolatio conſolatos. Item D. Ambroſius ſuſcepit triſtitiam meam, vt mihi lætitiam ſuam largiretur. Item D. Leo *ſerm.* 3. *de paſſione.* Meritò triſtitiæ eius fuerunt poſtea Apoſtoli gaudētes à conſpectu Concilij, & Martyres alij merito timoris mortis, qui fuit in Chriſto, imperterriti omnia tormenta vſque ad mortem alacriter pertulerūt. Ita S. Leo. Quod ſanè argumentum luculentiſſimè pertractat Iſai. *cap.* 53. vbi præter alia dicit: *Cuius liuore ſanati ſumus.* Liuoris autem nomine intelligitur, non caro tantùm Chriſti Domini alapis plagiſque liuida, ſed ipſius etiam amor erga homines vehementiſſimus est enim huiuſmodi color amantium. Etenim ardentiſſimi vis amoris animam inflammat, oſſa depaſcit, medullas excedit, & conſequenter, quicquid offendit ſpirituum, exhalat: quo fit, vt amans ſanguine exſuctus pallidum ac liuidum contrahat colorem: vnde ſemper in auro ſignificari conſueuit; Et repleuit carnem pro ea. Ille igitur infirmus homo, vt nos firmi eſſemus. Humanatio enim (ait S. Damaſc. *lib.* 3. *Orthod. cap.* 12.) Dei verbi propter hoc facta eſt, vt ipſa quæ peccauit & cecidit, & corrupta eſt natura, vinceret cum tyrannum, qui illam ſeduxerat, & ſic à corruptione liberaretur. Ita Damaſc. Quam bonus Dominus, noſtrique amans! noſtra, quæ ſua potiùs ſunt, expoſcit; & in noſtram, non in ſuam vtilitatem: & tanquam debitor exoluit illicò, docens ſoluenda eſſe debita, reſtituendúmque ablatū. Perſuaſum mihi habeo nullum delictum adhærere tenaciùs animo, nullum ſanari difficiliùs, quàm vitium eorum, qui alienis potiuntur & reddere in vita, imò nec in morte patiuntur. Dicitur Iſai. 17. *Et erit in die illa: attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius marceſcet.* Vbi diuitiæ vocantur carnes pingues: ſic enim vertit D. Hieron. Quis igitur non ſine graui ſenſu doloris ſibi carnes amputari, & viſcerū extrahi medullas, ac vitalem pinguedinē exſugi ferret? Legitur Mich. 3. *Violenter tollitis pelles eorum deſuper eis, & carnē eorū deſuper oſſibus eorū. Qui comederunt carnē populi mei, & pellē eorum deſuper excoriauerunt, & oſſa eorū confregerūt, & conciderūt ſicut in lebete, & quaſi carnem in medio ollæ.* Hic ſimiliter opes vocātur pelles, caro, oſſa, quas qui violenter & iniuſte diripit, miſerum

*Ad Eph.* 5.
*Chriſtus pro nobis infirmatur.*
*S. Bern.*
*S. Ambr.*
*S. Leo.*
*Chriſti timor fortes effecit.*
*Iſai.* 53.
*Amoris vis, & color.*
*Iſai.* 17.
*Auari tenacitas.*
*S. Hieron.*
*Mich.* 3.

*Diuitiæ quam difficilè dimittantur.*

miſerum hominem excoriat, exoſſat, concidit in fruſta, decoquit, deuorat. Sed quis ferat æquo animo, aut quis non vehementer doleat, diſcrucietur, lamentetur: ſi ſe videat excoriari, exoſſari, concidi? Quod ſi aliquando diuino aliquo impulſu in vita quis reſtituat ablatum, aut inſtante morte, velut in conſpectu gehennæ: id etiam tunc non ſine grauibus animi cruciatibus efficit. Quod eleganter exprimitur libro Iobi *cap.* 20. illis verbis; *Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.* Vide quàm acerbè torquetur pectore; totíſque artubus penè fatiſcentibus, qui per ſummam violentiam euomit ipſamet viſcera. quod genus tormenti etſi rarò maleficis irrogatur: hoc igitur tormento Deus ipſe, aut mors impendens, aut gehennæ præſentis timor hominem, vt alienas opes reſtituat, cogit inuitum ac dolentem! Quare relinquere hæc magis expedit, quam relinqui, ait D. Bernard. *ſerm. Ecce nos.*

Iob 20.

S. Bernard.

## SECTIO XIII.

*Et ædificauit Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam.*

*Coniugium ſine liberis.*

1. HEbraicè בון, *bon*, vel בין, *bun* ædificare, & liberos gignere. Sunt enim filij totius familiæ ac domus & complementum, & ornamentum. Mœret profectò domus, ſolitudo eſt, vbi deſunt liberi: ſtant nimirum annoſæ quercus, & præaltis in montibus orni, ſine fructu, arborum ſtipites ad aſpectum iniucundi; quinetiã, vt benè tragicus, partus coniugum amorem iungit, miraculúmque propè eſt, carere diſſidiis domum quæ liberis caret, benedictionibus Dei conditoris gaudet domus, vbi filij tripudiant, imò & infantuli gemunt, quiritant. Cæterùm quòd huiuſmodi ædificatio apud Hebræos ſic vſurpari ſolita ſit: audi D. Hieron. *ad cap. 16. Gen.* ſic interpretantem. Diligenter nota; quòd procreatio filiorum in Hebræo ædificatio ſcripta eſt. Legitur enim hic, *ingredere ad ancillam meam*, ſi quomodo ædificer ex ea; & vide ne fortè hoc ſit, quod in Exod. dicitur: *Benedixit Deus obſtetricibus, & ædificauerunt ſibi domos.* Ita Hieron. Preſcriptum erat Pharaonis iniquum, barbarum, belluinum: vti Hebræorum infantes, ſimulatque matrum ex vteris prodirent in lucem, illicò necarentur; mandatúmque obſtreticibus Ægyptiis, (nec enim Hebræis fœminis illius muneris erat ſcientia; vel facultas à rege concedebatur) vt maſculi inter manus compreſſi ſuffocarentur. Quod flagitium deteſtatæ Ægyptiæ puerperas Hebræas, partúſque illarum aut mendacio, aut ſi mauis, veritatis occultatione à tã parricidali inhumanitate vindicarũt. Scribitur igitur Exod. 1. *Fecit Deus obſtetricibus. Et quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit eis domos.* D. quidẽ Hier. alibi domos, hoc eſt, virtutes interpretatur. Quod nimirum pro tanta humanitatis ſignificatione in Dei populum collata fuerint illæ fœminæ à Deo maximarum virtutum præmiis ſimul cum fidei & vera Dei cognitione donatæ. D. Gregor. Papa interpretatur domos, ſcilicet temporales, multiplicando eis bona temporalia. In quibus haudubiè pro ſummo ornamento, felicitate, atque opulentia, domus cuiuſque liberi computantur. Lyranus, vtrunque (inquit) intelligendum eſt. Nam conuerſæ ſunt, & in populo Iudæorum inter maiores promotæ, & ſic ædificauit eis domos temporales. Sicut etiam legitur de Rahab, quòd conuerſa ad fidem iuncta eſt matrimonio Salmon principi tribus Iudæ: & de Achar, qui conuerſus eſt ad fidem Iudæorum, & in illo populo promotus. Sic Lyra. Veram & germanam huius loci interpretationem D. Ambroſ. mihi videtur aſſequutus *cap. 2. lib. de paradiſ.* Bene (inquit) ædificaſſe dicitur vbi de mulieris creatione loquebatur, quia in viro & muliere, domus videtur quædam plena eſſe perfectio. Qui ſine vxore eſt, quaſi ſine domo ſit, ſic habetur. Sicut enim vir publicis officiis, ita mulier domeſticis miniſteriis habilior æſtimatur. Sic Ambroſ.

S. Hieron. Gen. 16. *Filij ædificatio dicuntur.*

Exod. 1.

*Pharaonis crudelitas.*

Exod. 1.

S. Hieron.

*Obſtetrices Ægyptiæ.* S. Gregor.

Lyra.

*Conuerſio ad fidem.*

S. Ambr.

*Mulier domũ perficit.*

2. Iſta igitur vera cauſa eſt, quam D. Ambroſ. aſſignat, cur in productione mulieris ædificandi verbo diuinus Vates vſus fuerit: non autem ea quam Lyra ex Rabbinis affert, quòd nimirum corpus mulieris ædificio ſimile videatur, cuius inferior pars, craſſior; ſuperior verò, anguſtior, & tenuior. ridiculum id quidem. Tum quia excepto diſcrimine ſexuum non eſt diſſimile corpus viri à corpore mulieris; nec ratio ſubeſt, cur etiam viri corpus ædificium pariter, vt & mulieris, dicendum non ſit; tum etiam quia *Geneſ. 16.* vbi Sara dixit Abrahæ: *Ingredere ad ancillam meam, ſi fortè ſaltem ex illa ſuſcipiam filios.* in Hebræo legitur, *Si fortè ædificabo ex illa.* Vnde patet verbum ædificandi, non ad fœminam tantùm, ſed ad virum etiam pertinere. Aptiùs multo Caiet. hanc reddit cauſam. Mulier (inquit) conceptæ, ac generatæ proli eſt quaſi domus, eam continens, protegens, & fouens; rectè igitur velut inſtar domus ædificata dicitur. Sed inſiſtamus pauliſper interpretationi D. Ambroſ. Cum muliere intelligitur perfectio domus, quippe quæ domeſticis miniſteriis tanquam habilior deſtinata ſit ab ipſo rerum conditore. Quare inter benedictiones à Deo impertitas homini, illa non poſtremum locum obtinet: *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ*, Pſal. 127. Scilicet nata mulier eſt, vt domi habitet, domũ regat, ac moderetur: domum componat & exornet, domeſtica obeat munia; intra domi parietes (id ſignificatur in lateribus) concurſet illa; nouerit quicquid intra domeſticos receſſus continetur, in angulis, in penetralibus; at forás pedem efferre neſciat. Aduertat hic à Propheta viti mulierem comparari; formoſius & abundantius nihil vite, ſed facilè deperditur vitis gratia ſi vallo munita non ſit; auibus feris, latronibus diripienda exponitur, vbi in aperto eſt. At quæ in horto eſt cuſtodita ad vmbraculi amœnitatem, & fructus vbertatem gratiam præfert admirabilem; ita mulier. Verè ac prudenter Comicus quidã Alexis ſcripſit in hæc verba: Non eſt arx, neque poſſeſſio difficilis vlla, quæ tam difficulter aſſeruetur quàm fœmina. Profectò non niſi de abſcondita & nimia diligentia virgine cuſtodia naſci Deus voluit: quod in nomine עלמה *ghalimah* ſignificatur: vt ex D. Hieron. alibi retulimus.

*Rabbini exploduntur.*

Geneſ. 16.

*Mulier domus dicitur.*

Pſalm. 127.

*Mulier domi procuret.*

*Clauſa ſibi virgo thalamis ſeruetur honeſtis:*

cecinit Poëta. Miror equidem quàm ſæpè diuinus ſponſus dilectam illam & puriſſimam animam quæſierit; ac domum ſemper ipſius ventitans: erat enim vitis in lateribus domus. Quare ſi velit mulier diuinis illuſtrationibus viſitari, quæri, vocari à Deo; domi ſe teneat, vbi eam dominus inueniat; nec enim per fora & plateas, & circos, & ludos quærit Deus mulierem, vt ſuam

Cant. 3.

illi gratiam conferat. Quod in ſe experta ſponſa
*Cant.* 3. vt aliæ ſubinde animæ edocerentur, di-
ſertis verbis conteſtatur. *Surgam, & circumbo ciui-
tatem, quæſiui eum, & non inueni.* Mirum alicui vi-
debitur, cur Deus, qui vel à non quærentibus in-
ueniri ſolet, vt ſæpiùs fatetur ipſe per Prophe-
tas; à ſua tamen ſponſa tanto ſtudio pro vrbis
plateas ipſius inueniendi ergò, aberrante nolue-
rit reperiri? Audiat porrò D. Ambroſ. *lib.* 3. *ad
Virgines*, qui præſentem quæſtionem verè atque
eleganter dirimit. Non eſt (inquit) Chriſtus cir-
cunforaneus, Chriſtus enim eſt pax, in foro lites;
Chriſtus iuſtitia eſt, in foro iniquitas; Chriſtus
operator eſt, in foro inane otium; Chriſtus cari-
tas eſt, in foro obtrectatio; Chriſtus fides eſt, in
foro fraus, atque perfidia; Chriſtus in Eccleſia
eſt, in foro Idola. Hæc Ambroſ.

S. Ambroſ. *Chriſtus amans ſecretum.*

3. Pro benedictione, vti diximus ex Pſalmi-
ſta, Deus viro concedit vxorem domus aman-
tem, & domeſticis intentam curis; at è contrario
vxor benedicitur à Deo, cùm talem ſortitur vi-
rum, qualem Prouerb. 31. Salomon deſcribit il-
lis verbis; *Nobilis in portis vir eius, quando ſederit
cũ ſenatoribus terræ.* Viden', vt vir in portis vrbis,
hoc eſt, in publico extra domum, atque adeò in
foro; vxor verò in lateribus domus, vti vitis ſe-
pta vndique vallo deſcribatur? Vir itaque non
fœmineis teneatur ſtudiis intra tecti cancellos
ſcrutans, euoluens vtenſilia, alienum id nego-
tium viro eſt, fœminæ proprium. domo ſe foras
efferat, circuncurſet plateas, negotiandi cauſa. Ad
portas (vbi erat iudicium apud Hebræos) ſedeat,
pro familia, & pro re familiari contendens: pro-
deat in forum, vt ſuæ ac ſuorum vitæ alendæ ne-
ceſſaria coëmat. Hic ordo præſcribitur à Deo,
hic in bene moratis familiis obſeruari debet, vt
tota familia feliciter & regatur, & promoueatur.
E contrario videas peſſum ire familiam, ruere
domum, vbi inuerſo & præpoſtero ordine, & vir
fœmineis ſtudiis abiectus intra domum ſe con-
tinet; & vxor forenſibus extra domum negotiis
ſeſe implicat. Etſi autem in ſuperioribus adnota-
tum præmiſerim; in formatione Euæ, non ſemel
ab ipſo conditore commendatã, imò præſcriptã
connubiorum monogamiam; ne quis plures ſi-
mul vxores habeat: extra quam nulli hominum
abſque ſpeciali priuilegio diuinitus conceſſo, (vt
in prioribus ætatibus, præſertim in populo Dei
ob paucitatem fidelium concedebatur, plures ſi-
mul vxores ducere, & habere licitum erat; idipsũ
etiam haud dubiè inſinuatur hiſce verbis, vbi de
pluribus Adami coſtis vna tantùm deſumpta eſt,
& non ea ſubinde ædificata in plures, ſed in vnã
tantummodo mulierem. Quæ ſententia enoda-
tur à Tertullian. *in exhortatione ad caſtitatẽ. cap.* 5.
cuius verba, quæ ſunt diſertiſſima ſic habent.
Cùm hominem Deus figuraſſet, eique parem ne-
ceſſariam proſpexiſſet, vnam de coſtis eius mu-
tuatus, vnam illi fœminam finxit, cùm vtique
nec artifex, nec materia defeciſſet: plures coſtæ
in Adam, & infatigabiles manus in Deo, ſed non
plures vxores apud Deum. Et ideo homo Dei
Adã, & mulier Dei Eua vnis inter ſe nuptiis de-
functi ſunt, formam hominis Dei, de originis
autoritate, & primam Dei voluntatem ſanxe-
runt. Erunt duo (inquit) in carnem vnam. Non
tres, neque quatuor. alioqui iam non vna caro,
nec duo in vnam carnem. tunc erunt, ſi coniun-
ctio, & concretio duum in vnitate ſemel fiat. Si
verò rurſus, aut ſæpiùs, iam vna deſiit, & erunt
iam non duo in vnam carnem, ſed vna planè ca-

Prou. 31.

*Coniugũ miniſteria diſtincta.*

*Viro vnam tantum vxor licere.*

Tertull.

A ro in plures. Vno matrimonio cenſemur vtrobi-
que, & carnaliter in Adam, & ſpiritualiter in
Chriſto: duarum natiuitatum vnum eſt mono-
gamiæ præſcriptum. Vtraque degenerat; qui de
monogamia exorbitat. Numerus matrimonij à
maledicto viro cœpit. Primus Lamech duabus
maritatus tres in vnam carnem effecit, *Geneſ.* 4.
Sic Tertul.

4. Cæterùm aduerterim non damnari, etſi
minus probetur in Eccleſia, priore vxore mortua
aliam ſubinde ducere; licitũ id quidẽ eſt, dãnan-
dúſque proinde erit, qui ſecundas, aut tertias nu-
ptias damnabit. Quod verò ad præſentem atti-
net locum, damnari dicimus ab omnipotente re-
B rum conditore pluralitatem ſimul vxorum, nul-
lique eam licitam contendimus abſque Dei pri-
uilegio, quod in lege gratiæ, & neceſſarium non
eſt, & omninò iam inconceſſum, atque impoſſi-
bile ex lege ordinaria indicatur D. Epiph. *lib.* 3.
*tom.* 2. contra hæreſes notat diſcrimen verbo-
rum, quo diuina Scriptura vtitur in productione
Adami, *formauit.* In Euæ autem, *ædificata eſt.* Et
quidem in ædificandi verbo exiſtimat creationẽ
ſecundæ Euæ, nimirum ſanctiſſimæ Virginis
Deiparæ ſignificari. Quod ego verbum penſicu-
lantiùs expendens illud adnotauerim, videlicet,
virginem opus eſſe non vnius tantùm momenti,
aut horæ, aut diei; ſed amplum, regium, magnifi-
C centiſſimum ædificium, ad cuius conſtruendam
fabricam, & multi ſæpiùs delinearentur arche-
typi, ſymbola, exemplaria: deinde multos per an-
nos ad fundamenta, ad parietes, ad tecta, ad cæ-
tera fabricæ ornamenta pararentur omnia, quæ-
cunque dignitas ædificij popoſceret. Quo in ſen-
ſo, illud à Virgine Dei matre dictum (vt Eccle-
ſia intelligit) Prouerb. 8. accipio: *Ab æterno or-
dinata ſum, & ex antiquis*, &c. Item: *Ante omnes
colles ego parturiebar.* Item, *Cum eo eram cuncta
componens*, &c. Sic planè omnipotens rerum
conditor in Virginem ſuam matrem futuram
iam inde à prima mundi creatione oculos & ani-
mum intendens, illam quodammodo in rebus
D à ſe conditis delineabat; ipſius virginalem pudi-
citiam in Angelis, caritatem in ſeraphinis, ſa-
pientiam in cherubinis, intègritatem in cœlis,
ſplendorem in ſyderibus, in pratis gratiam, in
arboribus fructum, in animalibus ſpirandi agen-
dique virtutem.

5. Imo ſic exiſtimo nullam à Deo homini-
bus virtutem, gratiam, cæleſtéque aliud donum
conceſſum inditúmque fuiſſe, quin ſummus ipſe
artifex reſpiceret ad omnium virtutum, gratia-
rum, donorúmque cæleſtium exemplar clariſſi-
mum, ex quo deſumeret (noſtro loquendi more)
quidquid eſſet communicaturus, nimirum vir-
ginem Mariam Dei matrem. Illam prætere a, ex
E quo Adamum & Euam condidit in omnibus iu-
ſtis ac piis, tum viris, tum fœminis, exprimebat:
omniúmque iuſtorum virtutes, non niſi vmbra-
tilia quædam præludia extiterunt, in quibus di-
uina omnipotentia, delineando prima tantæ fa-
bricæ rudimenta, præludebat. Pulchrè igitur à
D. Bernard. vocatur, negotium omnium ſeculo-
rum. quippe cùm omnia, aut parando, aut de-
pingendo, aut figuris & ſymbolis adumbrando,
Deiparæ Virginis ædificio, inſudauerint. Nego-
tium item ſeculorum, quia hoc vnum ornamen-
tum, & decus longè maximum omnia, ſibi quod-
que, ab omnipotente moderatore precabantur.
Vt præclarè diſſerit D. Damaſcen. *Orat.* 2. *de Vir-
gine*, ad hunc modum Virginem alloquutus. Cer-
tabant

*Bigamia quo liceat.*

D. Epiph.

*B. Maria ædificium Dei.*

Prou. 8.

*B. Maria ſymbola in rebus creatis.*

*B. Maria exẽplar virtutum.*

S. Bernard.

*B. Maria à ſeculis expetita.*

tabant inter ſe ſecula, quódnam ortu tuo gloriaretur; verùm eorum contentionem præfinitum Dei conſilium ſuperauit; ac poſtrema firma facta ſunt, dum ipſis felici fato natiuitas tua obtigit.

*B. Maria dignitas.*

Denique verbo ædificandi adhuc inſiſtentes operoſam Virginis Deiparæ fabricam non ſatis admiramur, in qua Dei theſauri, inexhauſtæ opes, effuſæ quodammodo videntur; nec enim maius & anguſtius aliud quidpiam in omnipotentia Dei reliquum eſt, quod creaturæ poſſit conferri; eſt planè dignitas matris Dei, tam infinita ſub Deo, vt ſublimius quicquam nec eſſe nec cogitari poſſit. Conditum igitur eſt momento ad vnam Dei vocem, & cœlum, & quicquid cæli amplexu continetur: at Virginem Deiparam multos per annos, imò & annorum myriades operoſiſſimè fabricata eſt Dei omnipotentia; nec mirum. Sunt quidem, ſunt reliqua omnia, etiam coniunctim ſumpta, nihil aliud, quàm riuulus quidam ab immenſo diuinitatis mari longiſſimè adhuc emanans; at Virgo ſanctiſſima, Deo ipſi tam affinis, tam ſimilis, tam inſeparabiliter adhærens, quàm mater Filio; non riuus, non flumē, ſed vt propriiſſimè loquitur D. Damaſc. pelagus & abyſſus gratiarum eſt. Scitè igitur exclamat venerabilis Beda: O Virgo beatiſſima, in te ſola rex ille diues, & prædiues exinanitus eſt.

*B. Maria gratia infinita.*

*S. Damaſc.*

*Beda.*

6. *Et adduxit eam ad Adam.*] Ædificatam mulierem, non valde diſſito loco ab eo, vbi Adamus diuinitus iniecto ſopore obdormiebat; ipſemet creator, vel paranymphus adducens viro coniugem obtulit in matrimonium. Adduxit eam (notat S. Chryſoſt. *hom.* 15.) oſtendens, quod propter illum iſtam condiderit; quoniam; Nullus (inquit) in omnibus brutis adiutor tibi ſimilis. Ecce hoc quod pollicebar: promiſi enim tibi facturum me adiutorium ſimile tibi, nunc perfectum trado tibi. Et infrà idem ſanctus Doctor luculenter, vt ſolet, Dei beneficia in Adamum collata proſecutus omnium, quę ad vitam & felicitatem in terris agendam pertinent, maximum arbitratur; Quòd ſolus (ait) eſſet Adam, & indigeret aliquo adiutore, qui naturæ eius particeps eſſet, neque hoc omiſit, ſed producta muliere modo, quo ſibi placuit, illam ipſi in manus concredit. Deus (inquit) D. Gregor. Nazianz. Epiſtola, aut verò potiùs carmine ad Olympiadem) coniugalem legem generi noſtro dedit, vt videlicet partim abeuntibus, partim in lucem prodeuntibus hominibus genus noſtrum fluuij cuiuſdam inſtar decurrat ac propagetur; vt per mortem fluxum, ac fragile, ita per filiorum procreationem ſtabile ac perenne. Ita Gregor. Nazianz. Viuunt in filiis parentes, maximè quos in virtute inſtituerant. Vnde S. Ambroſ. in obitu Theodoſij: Ergo (inquit) tantus Imperator receſſit à nobis, ſed non totus receſſit. reliquit enim nobis liberos ſuos, in quibus eum cernimus, & tenemus. Sic Ambr.

*S. Chryſ.*

*Mulierem viro Deus tradit.*

*Nazianz.*

*Coniugij inſtitutio.*

Etſi autem ad ſeminarium generis humani poſt viri creationem mulier ſit extructa: duóque iam extiterint, vir & mulier; vnitatem nihilominus, & principij, & quod potius multo eſt, animorum, intendiſſe videtur conditor Deus, vt his verbis diſſerit D. Ambroſ. *lib. de paradiſ. cap.* 10. Nec illud otioſum, quòd non de eadem terra, de qua plaſmatus eſt Adam; ſed de ipſius Adæ coſta facta ſit mulier, vt ſciremus vnam in viro & muliere corporis eſſe naturam, vnum fontem generis humani; ideo non duo à principio facti, vir, & mulier, neque duo viri, neque duæ mulieres; ſed primùm vir, deinde ex eo mulier. Vnam enim naturam volens hominum conſtituere Deus, ab vno principio creaturæ huius incipiens multarum & diſparium naturarum eripuit facultatem. Ergo, vt vides ex hoc loco, & ſubiecta D. Ambr. interpretatione, non leuiter commendatur vnitas animorum inter coniuges; atque adeò inter homines concordia, vt qui omnes vnum idémque ſumus ab vno principio educti, nihilque nobis tam proprium & natiuum, quàm vnitas, nihil tam alienum, quàm diſparitas, atque inde pullulans odiorum ſeges, habeatur. Sed præſtat videre in hanc ſententiam D. Auguſt. *lib. de ciuitate Dei* 12. *cap.* 21. diſputantem; quare ſcilicet animalium propagatio non ab vno, ſed à pluribus mare & fœmina eiuſdem ſpeciei, facta fuerit: hominum autem genus ab vno Adam multiplicatum extiterit? Vt eo (inquit) modo vehementius homini commendaretur ipſius ſocietatis vnitas, vinculúmque concordiæ, ſi non tantùm inter ſe naturæ ſimilitudine, verumetiam cognationis affectu homines necterentur; quando nec ipſam quidem fœminam copulādam viro, ſicut ipſum, creare illi placuit, ſed ex ipſo, vt omne ex homine vno diffunderetur genus humanum. Sic Auguſtin. Qui etiam *cap.* 26. ſequente efficaciter argumentatur ex hoc loco contra diſcordias mortalium. Nihil (inquit) eſt quàm hoc genus, tam diſcordioſum vitio, tam ſociale natura, neque commodius contra vitium diſcordiæ, vel cauendum, ne exiſteret, vel ſanandum cùm extitiſſet, natura loqueretur humana: quàm recordationē illius parentis, quem propterea Deus voluit creare vnum, de quo multitudo propagaretur, vt in hac admonitione etiam in multis concors vnitas ſeruaretur. Quòd verò fœmina illa ex eius latere facta eſt, etiam hinc ſatis ſignificatum eſt, quàm cara mariti & vxoris debeat eſſe coniunctio. Sic Auguſtin.

*Coniugum concordia.*

*S. Ambr.*

*Principium vnum generis humani.*

*Concordia hominibus debita.*

*S. Aug.*

*Diſcordia aliena ab hominum genere.*

7. Igitur, quia matrimonium viri & mulieris futurum erat indiſſolubile; nec perpetuam vitæ ſocietatem, & conſuetudinem, ad quam cōiuges ſacramento tenebantur, retinere poſſunt in ſummo rerum omnium, quæ paſſim in eo ſtatu occurrunt, diſcrimine; opus omnino fuit grandi aliquo amore, & beneuolentia, cuius vinculo inter ſe coniuges necterentur; quod quidem ex hac formatione mulieris de latere viri, & prouiſum à Deo eſt, & ipſemet Adam hauddubiè intellexit. Quocirca quatuor potiſſimùm de cauſis Adam, vt Euam diligeret incitabatur. propter ſimilitudinem eiuſdem naturæ; propter copulam coniugalem, propter generationem prolis ex vtroque futurum; & omnium maximè, quia mulier de viro ſumpta eſt: conſequenter illam amabat, (vt aliquid ſui) nimirum ex ipſius ſubſtantia procreatam; quo incitamento, omnium vehementiſſimo permouentur parentes, vt liberos à ſe genitos, tanquam aliquid ſui, diligant. Profectò ita conſultum diuinitus eſt mulieri: nam ſi Adamus tot ac tam vehementibus impulſus rationibus non teneretur in amore mulieris, quid futurum eſſet; quàm graue & inexpiabile diſſidium cum miſera perpetuò deinceps gereret, vbi ſe videret illius ſuaſu in peccatum collapſum, & de felici illo ſtatu innocentiæ deiectum atque à paradiſo cum omni futura poteſtate ablegatum? Cæterùm ea vis amoris eſt, vt ſuccenſere neſciat, etiam dum iniuriis appetitur, imò ad nihil aliud tam cæcutiat, quàm ad vitia in eo, qui diligitur, ſubnotanda. Oculis enim amoris (vt egregiè D. Chryſoſtom.) vilia, pretioſa videntur, & parua

*Coniugium ſine concordia ſtare nequit.*

*Adami amor erga Euam.*

*Parentum amor in filios.*

*Amor patiens & cæcus.*

*S. Chryſ.*

& paruus magna. Nimirum (vt mihi quidem videtur) amoris oculus criſtallino vtitur ſpecillo, cuius eſt efficere, vt ea quæ in ſe obſcura & minuta ſunt, illuſtria & grandia videantur. Hoc myſterium contineri exiſtimo in illa mirabili viſione Dei, de qua Iſai. *cap. 6.* vbi Seraphim expanſis alis velabant faciem eius; quare, ſiue ad iudicium finale, ſiue ad crucem Domini viſionem pertinere dicas, vtrobique Dei oculi Seraphinorum, hoc eſt, ſpirituum amore inardentium, atque adeò ipſius amoris duplici illo ſpiritu ſignificari obtegebantur alis. Habet amor alas, & quibus ad benefaciendum peruolet, & quibus vitia etſi qua ſunt deformia, in eo non videat, quem diligit. Nam, vt ait D. Chryſoſt. *homil. 33. in 1. Cor.* Probrum enim, & dedecus quid ſit, ignorat caritas, ſcilicet, vt ferat æquo animo pro eo quem amat, & in eo non aſpiciat, ne ab amando terreatur. Addit enim perpulchrè S. Doctor; Caritas aureis alis omnium, quos complectitur, vitia tegit. Tantum elaborauit diuina prouidentia, vt coniugalis ſtatus amore mutuo, & concordia ſingulari frueretur: nihílque proinde ipſimet conditori beneuolentiſſimo tam ingratum aduerſúmque haberet, quàm vt ij, quos Deus coniunxit, hoſtili diſſidio colluctentur.

*Iſai. 6.*
*Oculos Dei tegit amor.*
*S. Chryſ.*
*Amor vitia non videt.*
*Coniugum diſcordia.*

8. Conſtituite in porta iudicium, Amos 5. dicitur à Domino, & ita moris erat in Hebræorum repub. dum diuinis legibus, & inde conſequente pacis & gloriæ felicitate floreret; vti ad portas, vel in ipſo ſtatim ingreſſu, vel extra in pomœrio murorum tribunalia, diſceptandis litibus & controuerſiis haberentur. Cuius inſtituti rationem aſſignat D. Gregor. 21. *moral.* 15. Quatenus (inquit) vrbem, in qua concorditer oporteret viuere, diſcordes minimè intrarent. Ergo ſi Dei præſcripto dirimendis litibus deſtinata ſubſellia, tribunalia, foráque extra vrbem, quaſi ablegata videbantur, ne introrſum ſuſcepta, vrbem, quam ſacroſancto caritatis iure inuiolatam ac puram Deus eſſe volebat, litigantium diſcordiis prophanarent: quid quæſo, non de oppido, vrbe, ac populo multorum mortalium, ſed de vna tantùm domo, ac familia, vnius viri, atque vnius vxoris dicendum erit? quàm ſacroſancta coniugalis amoris pacta, iuráque, quanta concordia mentium, quàm ſtata firmáque pax inter coniuges fluere neceſſe eſt? Quàm procul inde diſcordiæ, odia, iræ, conuitia, amaritudines, & quicquid aliud eſt aduerſum, & bello quàm paci propius, exterminari oportet? Et quidem D. Thom. 1. *part. quæſt. 92. art. 2.* hanc amoris mutui legem inter coniuges, iam vel in ipſa primæua mulieris productione ſancitam à Deo multis oſtendit, ac prætetea reddit aliam huiuſmodi operis rationem qua dignitas Adami mirificè commendatur. Mulierem (inquit) conueniens fuit in prima rerum inſtitutione ex vno formari, magis quàm ex aliis animalibus, vt in hoc quædam dignitas primo homini ſeruaretur, vt ſecundùm Dei ſimilitudinem eſſet & ipſe principium totius ſuæ ſpeciei, ſicut Deus eſt principium totius vniuerſi. Vnde & Paul. dicit, quòd Deus fecit ex vno omne hominum genus, *Actor.* 17. Poſtremò expendendum eſt, quanto Deus honore coniugalem ſtatum affecerit, cùm a ſe procreatam mulierem, inſtar pronubi & paranymphi adduxit ad virum: & primus quidem omnium vitæ ac virtutis ſtatuum ac ſtudiorum extitit matrimonium à Deo inſtitutum, & in ipſomet paradiſo terreſtri, vigente adhuc ac florente omnium felicitatum fe-

*Amos 5.*
*Iudicia in portis habebantur.*
*S. Greg.*
*Concordia ciuium.*
*Coniugum concordia.*
*S. Thom.*
*Viri dignitas.*
*Act. 17.*
*Coniugij dignitas.*

A liciſſimo ſtatu innocentiæ, primæuæque iuſtitiæ. Sciant ergo coniuges, quam ſanctum, quam purum ab omni labe, quàm honoratum à Deo ſuſceperint Dei beneficio matrimonium; ſciat vxor ſe Dei manibus efformatam, atque ab ipſo Deo apprehenſam manu, & viro traditam; nec tantum Dei honorem turpi aliquo facto, vel etiam cogitatu dedecoret. Sciat vir vxorem Dei opus manibus elaboratum: ſibi à Deo traditam vitæ ſociam, tori conſortem, virtutis ac ſalutis æternę adiutricem, vti præclarum Dei donum reſpiciat, ac pertractet; atque vt eleganter appellat D. Nazianz. pondus honoratum. Licèt enim graue videatur onus & ferendum & ſuſtentandum
B marito: honore tamen ſuo, quidquid grauius erit, ac ſuauitate morum, ac vitæ contubernio, curarum, ſtudiorum, laborúmque commercio, atque adeò prolis ab vtroque productæ nutritione ſatis abundéque compenſat.

*Coniugij ſanctitas.*
*Mulier qualiter à viro tractanda.*
*Nazianz.*

9. Operæpretium duxerim ad inſtituendam mulierem ea hîc apponere quæ ad Olympiadem ſcribit D. Gregor. Nazianz. Caue (inquit) ne cùm fœminã natura produxerit, in virilem rumorem faſtúmque prorumpas: ne generis tui nobilitatem proferas; ne ob veſtium elegantium ſupercilium tollas; ne ſapientiæ nomine glorieris: ſapientia mulieris eſt matrimonij legibus obtemperare. Excandeſcenti marito cede: laboranti fer
C opem, cúmque & molli oratione & optimis admonitionibus iuua. Nam nec is, cui leonum cura commiſſa eſt, ira æſtuantis ac rugientis belluæ robur, corporis viribus frangit: ſed eam blanda manu, mollíque verborum ſono permulſam domat. Nunquam tibi accidat, vt detrimentum vllum iacturámque, etiam grauiſſima ira percita viro exprobres. Nam ipſe multo pluris tibi eſſe debet, quam omnes facultates. Nec ſi qua res cõtrà ei ceſſerit, quàm ipſe ſibi propoſuerat, id ei obiicias. Nec enim æquum eſt te illum hoc nomine inſectari. Sæpe enim dæmonis malitia hoc vſu venit, vt illa etiam quæ prudentiſſimè cogitata ſint, peſſimè contingant. Corporis etiam im-
D becillitatem ei probro ne vertas: enſis quippe ſatis virium habet. Voluptates eius omnes, eius dolores, eius denique curas, tuas etiam ducito: nihil enim eſt quod rem familiarem magis augeat. Quòd ſi res aliqua occurrat, quæ conſilio opus habeat, quin ipſa quoque quid cenſeas dicas, minimè prohibeo: ſed viri tui ſententiam vim maiorem ſemper obtinere volo. Mœrente marito, nonnullo ipſa etiam mœrore afficere (nam amicorum mœror ad doloris leuationem plurimum momenti habet.) Cæterùm ſtatim frontis ſerenitate recepta animi illius anxietatem ægritudinémque depelle. Marito enim in mœrorem aliquem prolapſo commodiſſimus portus eſt vxor. Hæc omnia Nazianz. Non hîc omiſerim præclarum ſanè hunc locum videri ad commendationem Virginis Deiparæ. Adduxit
E eam ad Adam, ſcilicet Dei manibus elaboratam, Virginem Deus immortalis ad hominem adduxit, vt in qua omne ſit conſtitutum præſidium homini ad vitam corporis, ad ſalutem animæ, ad beatitudinem cæli conſequendam. Mater Dei eſt mundi regina, theſaurorum Dei diſpenſatrix. Quare deſidiam noſtram, imò dementiam, ſummo iure incuſabit damnabitque Deus ipſe: quòd ſuæ bonitatis diuitias non abſtruſo loco reconditas, ſed in manibus clementiſſimi Dei patris, ſimúlque hominum parentis, nobis tanquam filiis erogandas expoſuerit. Nos verò deſides & ignaui,

*Greg. Naz.*
*Mulieris inſtitutio.*
*Diabolus noſtra peruertit conſilia.*
*Mulier viro portus.*
*B. Maria donum & opus Dei.*
*Negligentia hominum.*

ignaui, noſtræque vtilitatis prorſus immemores, tanto Virginis patrocinio, tam ſingulari munificentia, tam facili, vltróque oblata, & quodammodo ſeſe per vim nobis ingerente Dei, & matris Dei miſericordia, nequaquam vti ac frui, & diteſcere voluerimus.

10. Adduxit eam ad Adam. A Deo petenda & impetranda eſt vxor. Sed non ita fit. Etenim (vt ait S. Cyril. Hieroſolym. *cat.* 3.) mundana connubia non omnino cum iudicio fiunt; ſed vbi vel diuitiæ, vel pulchritudo; illuc ſtatim ſponſus aſpirat. Obſerua primum in orbe matrimonium contractum eſſe inter præſentes, alterum alteri de facie notos. Non enim internunciis pro abſentibus (vt ſæpius fieri ſolet) primus ille coniugij contractus eſt à Deo celebratus. Et hæc eſt in matrimoniis contrahendis magis propria, naturæque cõgruens inſtitutio. Debet enim alter alterum videre, viſoque, ſi placeat, tunc aſſentiri libenter, non coactè. Proh quam infelices ſolet exitus habere coniugium, cùm inter abſentes peragitur! vbi enim poſtmodum vitia, vel naturæ vel morum in altero videntur, crucem ſibi ac mortem perpetuam tota vita coniux alter ſibi obueniſſe lamentatur. At nemo (inquies) ab omni parte beatus; & vitio quis vnquam caruit? Bene id quidem: ſed ſi vterque videns & volens matrimonium ſponte eligat; quidquid vitioſum deinde in eo deprehenderit, feret patiẽter, quippe cùm nulla illi facta fuerit iniuria; dicétque illud Iſaiæ, *Ego feci, ego feram.* Sibi enim errorem ſuum, non parentibus, aut paranymphis imputabit. Rectè D. Ambroſ. *in* 1. *Lucæ*, matrimonium vocat militiam, cuius ſtipendia filij ſunt. Ergo ſi Iob humanę vitę miſerias & infortunia vno verbo comprehendere volens dixit: *Militia eſt vita hominum ſuper terram.* Et cõſequenter matrimonium ipſa eſt infelicitatum collectio: quid tandem domini ac patres ſeruos & filios ad coniugia cogunt reluctantes, ac dolentes? planè ſi nihil diuturnum, quod violentum eſt, qua ratione perſiſtat in pace atque in amore cõiugium, quod ſine pace atque amore per ſummam violentiam eſt inſtitutum? At, inquiunt parentes: errant plerunque filij, qui parentum conſiliis abiectis, imò & illis repugnantibus alieniſſimè copulantur. Grauiter hoc idem tulit Aſiſinus quidam; ſed precibus D. Ambroſ. filium vxoratum recepit: ad quem S. Doctor ita ſcribit *Epiſt.* 43. Acquiſiſti filiam. Si bonam duxit, tibi acquiſiuit gratiam: ſi errauit, recipiendo meliores facies, refutando deteriores. Non habebit filius, quod in vxorem referat, quaſi exors culpæ, imò ampliùs elaborabit, vt in vtroque ſuum poſſit probari, & in vxore iudicium, & in ſe obſequium. Sic Ambroſ. Denique ad calcem huius commentationis de mulieris fabricatione ex latere viri, ſubtilis illa obſeruatio S. Cyril. Hieroſolym. *catech.* 12. locum habet: Mutuata eſt à viris fœmineo generi gratia. Eua enim ex viro nata eſt, & non ex matre concepta, ſed ex ſolo viro tanquam partu edita. Reddidit igitur Maria gratiæ huius mutuæ officium: & non ex viro, ſed ex ipſa ſola impollutè ex Spiritu ſancto peperit.

*S. Cyril. Hieroſ.* — *Coniugium inter præſentes.* — *Coniugiũ inter abſentes.* — *Coniugij error.* — *S. Ambroſ.* — *Coniugium militia.* — *Iob* 7. — *Coniugiũ debet eſſe liberum.* — *S. Ambr.* — *Socers beneuolentia.* — *S. Cyr. Hier.*

---

SECTIO XIV.

*Dixitque Adam: Hoc nunc, os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.*

1. EVigilans è graui illo ſopore Adamus, videt ante oculos adiutorium ſimile ſibi. Vbi planè intelligit hanc mulierem ſibi ſimilem rationis, conſilij, ac ſermonis participem, & (quod eſt admirabilius) ex ſuo corpore deſumptam; ac tam miri operis, in quo diuina relucent myſteria, apprimè guarus, admirabundus prorumpit in hæc verba, *Hoc nunc os, &c.* Ergo S. Ambroſ. *lib. de paradiſ. cap.* 11. hiſce verbis Adami, ſignificari putat creationem animæ rationalis mulieri non ex Adamo traductam: (quod in fide certum eſt) ſed tantummodo illam productionem oſſis de oſſe, & carnis de carne factam fuiſſe. Conſidera (inquit) quia ex corpore eius ſumpſit, non ex anima portionem. Hoc eſt, non anima ex anima, ſed os de oſſibus meis, & caro de carne mea; hæc vocabitur mulier. S. Ambroſ. D. Chryſoſt. *hom.* 15. aduerbium illud, *nunc*, luculenter expendit ad hunc modum. Alius quidam interpres, pro, *nunc*, vertit, *ſemel.* Manifeſtum quòd ſemel tantùm hoc factum eſt; neque vltrà eſt ex viro mulier, poſthac non ſic erit: ſed ex vtriuſque cooperatione vir & mulier. Sic Chryſoſt. Præter hanc explicationem, quæ mihi certior videtur, altera poteſt eſſe nec improbabilis, vt illud, *nunc*, referatur ad animalia, quæ adducta ſunt ad Adamum, & in quibus tamen non inuenit adiutorium ſimile ſibi, quaſi diceret Adã, vbi mulierem eſt conſpicatus: Hæc nunc tandem mulier, quæ de meo formata eſt corpore, mei ſimillima eſt, hæc ſola mihi congruit ad vitæ ſocietatem, & ad prolem noſtri generis propagandam, Heb. זאת הפעם *zoth hapaghum.* Hac vice Caietan. longè aliter exponit hunc locum: Iſta (inquit) vice os de oſſibus meis, & caro de carne mea. More eorum, qui tanquam decepti incurrunt aliquid, quod oportet eos ſubire, deſcribitur Adam, cùm primùm vidit mulierem ſibi datam dixiſſe: *Iſta vice.* Debet enim ibi fieri pũctus, quia eſt ſermo mutilus, ſolitus huiuſmodi deceptis. Conſueuimus enim mutilo ſermone dicere in huiuſmodi euentibus, cum quadã emphaſi, iſta vice: ſignificantes quòd iſta vice incidi, ſeu illaqueatus ſum, aut aliquid huiuſmodi: & hoc ad ſignificandum, quòd vir illaqueatur laqueo coniugij accipiendo vxorem. Ita Caiet. ingenioſè magis quàm verè. Etenim iuxta huiuſmodi expoſitionem Adamus ſe deceptum à Deo queritur, & quodammodo inuitus mulierem à Deo in coniugium adductam, ſuſcepit, quaſi diceret Luſitanè, *Ora per eſta vez me enganarão*, hac vice deceptus ſum: ſed tamen præ ſomno non mei compos eram; nec enim tales induerem laqueos, nec in tam miſerum compingi barathrum paterer, ſi vigilarem, & inſidias mihi ſtrui aduerterem. Cæterùm hac vice abeat bonis aut malis auibus deceptio. Nam ſi conſequente tempore occurret occaſio aliam ducendi, non feram, non patiar. Hæc interpretatio poſſet ſeruire iis, qui aduerſùs coniugij ærumnas, & mulierum moleſtiſſimam iuxtà, ac periculoſiſſimam naturam declamarent. At nos vero ſenſui inſiſtentes Caietan. ſententiam eo minùs probamus, quòd pro certo habemus Adamum non grauatim, ſed exultanter (vt erat Dei beneficium) mulierem ſibi ſociam accepiſſe. Nec in eo felicitatis primææ ſtatu ratio ſuberat, vt laqueorum, inſidiarum, ponderis, ac moleſtiæ in muliere recens formata, quicquam eſſe aut poſtmodum fore, Adamus ſuſpicaretur. confugere autem ad propheticam

*S. Ambroſ.* — *Anima rationalis creatio.* — *Mulieris corpus a viro.* — *S. Chryſ.* — *Mulieris formatio prima ſemel extitit.* — *Caietan.* — *Vir deceptum ſe queritur in muliere.* — *Coniugium grame Adamo.* — *Caiet. interpretatio reijcitur.*

phcticam cognitionem de futuro malo coniu- gijliberum mihi, ne dicam temerarium videtur.

Rupertus.
*Ruperti interpretatio non probatur.*

2. Ropertus Abbas *lib. 2. in Geneſ.* nouã quandam cooſingit hoc loco ioterpretationem. Tanquam diceret (inquit) hoc paulo antè tantummodo os ex oſſibus meis, id eſt, coſta fuit de coſtis meis: nunc autem & caro eſt. Proinde ſicut priùs os meum erat, ita & nunc poſtquam coſta ædificata eſt, rectè caro mea, caro (inquam) de carne mea eſt. Sic ille. Cui minùs ego aſſentior qooniam ex communiore Patrum ſententia per illam coniuoctionem, *&*, Adamus apertè ſignificare intelligitur; mulierem, quam ſubitò euigilans coospexit, cùm oſſea & carnea ſit, non aliunde, quàm ex oſſibus & carne ſimul ipſius Adami fuiſſe diuinitus procreatam. Nec enim, vt ſuperiùs demooſtrauimus, coſta illa tantùm oſſea, & non carnea deſumpta eſt. Sed quid plura? vno verbo ſenſus exprimitor, nimirum: ſignificat Adamus hanc admirabilem procreandi mulierem ex coſta viri inoentionem ſemel in ea muliere viſam fuiſſe, & nunquam ampliùs videndam in cæteris, quippe quæ per communem generationem eſſent producendæ.

Ad Epheſ. 5.
*Chriſti & Eccleſiæ coniunctio ſponſalis.*

Apoſtolus *ad Epheſ. 5.* hunc locum 2. *Geneſ.* in medium adducens, *Sacramentum* (inquit) *hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.* Hinc inter Doctores cõtrouertitur, an Adamus ſpiritu prophetico futurom huioſmodi ſacramentom (de qoo Apoſtolos) Chriſti, & Eccleſiæ præuiderit; & verbis, io quæ prorupit è ſomno, ſignificauerit? Negat Rupert. ita diſſerens.

Rupert.

Non vt ille, quid ageretur neſciret, ſed vt magnum ſacramentum in eo præfiguraretur, immiſit in Adã ſoporem Dominus. quod Apoſtolos perſpiciens: Magnum (inquit) ſacramentum hoc eſt; ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia; non (inquit) ſacramentom hoc eſſe dico in illo viro, & in illa fœmina, non inquam in eo, quod de viro ſumpta eſt fœmina, qoòd miſit Dominus ſoporem io Adam, & tulit vnam de coſtis eius, ædificauit coſtam quam tulerat de Adam in mulierem: & quod dixit Adam, hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, &c. Nam illa carnalia ſunt facta, & ab illo Adã carnaliter dicta, ſcilicet abſque ſpiritoalium futurorum conſcientia. Cæterùm in Chriſto, & in Eccleſia ſacramentum magnum hoc eſt, quia ſic admiſit in ſe Chriſtus ſoporem mortis, ſuſcepta pro voluntate Patris obediẽtia, & tulit Deus de latere eius ſanguinẽ, & aquam, de latere, inquam, eius dormientis; id eſt, iam mortui ſanguioem & aquam per lanceæ vulnus eduxit: vnde ex tunc vſque ad finem ſeculi ædificare non deſinit, vt glorioſam Eccleſiam uon habentem macolam aut rugam exhibeat illi. Igitur alio qoidem reſpectu in alia editione bene ſcriptum eſt: Immiſit Dominus extaſim in Adã, qoia videlicet occluſis ſenſibus corporis, ratio tamen vigilauit, vt noo neſciret, quod os ex oſſibus ſuis oblatum, & caro de carne ſua ædificata fuerit. Alio autem nihilominus rectè dictum eſt, quia immiſit Dominus ſoporem io Adam, ſoporem, inquam, id eſt, grauem & profundum ſomnum; Hebraicè dicitur תרדמה *tardemah.* ſcilicet, quia de profundo mortis ſomno regenerãda erat oouo Adæ, noua coniux Eccleſia. Hæc Rupertus.

S. Chryſ.
*Adam prophetice locutus.*

Contrà verò D Chryſoſt. *homil. citata*, exiſtimat prophetice pronuntiata hæc eſſe ab Adamo futoram diuini Verbi incarnationem, & caſtiſſimam cum Eccleſia coniunctionem præuidente, & prophetante.

A

*Mulieris cognitio, vnde formata eſt.*

3. Duo hîc luculenter adnotauit Ambroſ. Cathar. Primum qoidem vt Adam intellexit apertiſſimè illam mulierem ex ſuo corpore deſumptam ſibi in vitæ ac ſobolis ſocietatem deſtinari; ſic mulierem certiſſimè cognouiſſe Deo interiùs edocente, ſe ab illius viri coſta productam, illum ſibi à Deo cõiugem dari, ſequturam ex illo & cum illo pariter per coniugale commercium totius humani generis parentem futuram. Secundum: licèt matrimonium communiter, vt contrahi ſolet, antequam cooſummetor, diſſolubile ſit qooad totum; nihilominus tamen illud inter Adam & Euam coniugium, etiam ante copulam fuiſſe omoino quoad ipſam indiſſolu-

B

Cathar.

bile. Attexam verba Catharini: Et adduxit eam ad Adam, &c. id eſt, hoc ipſum in mulieris mentem inſpirauit, vt ad illum, ex qno ſumpta erat, accederet tanquam ad virum ſuum, & coniugem inſeparabilem; quamobrẽ & ipſe qooque agnouit, eam ex ſeipſo eſſe, & iccirco diligendam quę ad ipſum veniebat, tamquã ſuam recognoſcens originem. Et denique complectenda erat, conſummandúmque matrimonium, quod ipſe Deus tanqnam conciliator & paranymphus miris modis inſtituit & firmauit, & tanquam pater & domious iuſſit; vt hoc exemplo intelligeretur, matrimonia liberorum nõ eſſe à turpibus perſonis, ſed à propriis parentibus, honeſtiſve ac probatis

*Coniugia quinã paranymphi conciliare debeant.*

C

hominibus procuranda & concilianda. Ex illo autem tempore fuit inter Adam & Euam copula matrimonij omninò indiſſolubilis, quæ non talis eſt in aliis, priuſquam carnaliter copulẽtur, qoia noo ſunt vna caro, ſicut illi erant. Ita Cathar.

*Coniugiũ primum in quo à reliquis differat.*

Pulchre à Deo & Patre & Domino conciliatum eſt primum coniugium; & quidem à parentibus, non ab ipſis filiis, agendũm eſt de ſponſo, de ſpõſa, de locanda filia, de filio vxorando, de dote, & reliquis, quæ ad cooiugium pertinent. Ipſe Deus homo factus Chriſtus Ieſos *Ioan. 2.* ſua & matris ſuæ Virginis ſanctiſſimæ, ac diſcipulorum præſentia cohoneſtare dignatus eſt nuptias in Cana Galilææ, vt gratiam quoque ſuam, matrimonio

Ioan. 2.

D

in ſacramentum deinceps in lege gratiæ inſtituendo, impertiret. Quo in loco illud mihi notandum occurrit: *Nuptiæ factæ ſunt, & erat mater Ieſu ibi, vocatus eſt & Ieſus*, &c. Primò quidem mater inuitata, ſubinde verò filius vocatus eſt ad nuptias.

*Coniugia non filij, ſed parẽtes conciliẽt.*

Si ergo Chriſtus Dominos vt nuptias alicoas ſua præſentia commendaret, & gratia miraculóque nobilitaret, non primò ad illas acceſſit, ſed præeuntem matrem ſubſequutus, imò, & à matre vocatus; quæ tanta obſecro temeritas & ioſania filiorum, & impudentia etiã filiarum; vt noo conſciis parentibus, imò & repugoantibus atque eiulantibus coniugia periculis ærumnuſque pleniſſima ineãt, comparatéque audiant?

S. Auguſt.
*Nuptiæ honorãtur à Chriſto.*

Venit ad nuptias (inqoit Auguſtin.) qui inſtituit nuptias, & nuptiarum celebratores præſentia ſuæ virtutis honorat. Ad eum præterea finem (qnod

E

mihi quidem videtur) vt doceat coniugium ſine Deo, eiúſque præſentia, ductu virtute, præſidio, & gratia noo aggrediendum, quo in ſtatu ſummè arduo, & laborioſo, neceſſaria omninò ſunt Dei præſidia.

*Coniugiũ cum Deo aggrediendum.*

Vocatus eſt, & Ieſus. Nam ſine Ieſu periculoſæ ſunt nuptiæ, omni ope deſtitutæ, miſerabiles ſibi coniogati timeant euentus.

D. Ambroſ.
*Chriſti præſentia vtilis.*

Negauit ter Dominum Petrus in atrio pontificis; profectò, (vt egregiè notauit Ambroſ.) ſi propè Chriſtus adeſſet, Petrus non negaret. Etenim in horto aggreſſus eſt Petrus diſtricto gladio totam armatorum cohortem: vnde quæſo tantus

ardor

ardor animorum in Petro? quia nimirum propè Ieſus erat. Omnia enim poſſum in eo, qui me cōfortat, ait Apoſtolus. Quamuis autem graue ſit matrimonij iugum, facile tamen portabitur, ſi Ieſus adſit, vt diſertiſſimè proſaiut Clem. Alex. 3. *pedagog*. 7. Ita (inquit) incedendum eſt, vt conuenienter Verbo ingrediamur, & ſi cui adſit vxor, & filij), domus nequaquam eſt onus, quæ cum prudente viatore migrare didicerit.

Clem. Alex.

S.Chryſ. *Nuptias celebrandi mos exitialis.*

4. D. Chryſoſt. paſſim, & integris ferè homilijs inuehitur in prauos & corruptiſſimos hominum ſua ætate mores, in celebrandis nuptiis; vbi luſus, cantus, & plura alia potiùs meretricia, quàm honeſta; & turpitudinum ethnicarum potius, quàm Chriſtianæ fidei, & pudoris ſigna, & documenta audiuntur, videntur, & actitantur; infelixque ſponſa, ſuas inauguratur nuptias ab omnibus libidinum irritamentis. Quam quæſo diſciplinam coniugalis honeſtatis, in tanta laſciuientium tum iuuenum, tum mulicrcularum licentia ſibi propoſitam nuptia intuetur, vt inde ſuos in poſterum mores effingat, vitámque inſtituat Chriſtiano coniugio dignam, & in matrem deinde familiâs ſe componere addiſcat? Sed ſatius multo erit audire ſanctiſſimum Doctorem ita proloquentem *homil.* 12. *in* 1. *Corinth.* Quánam ratione non ſit maximè reprehendendum Virginem ſemper clauſam, & à teneris annis pudorem edoctam repentè coactam omnem effundere verecundiam, & à principio nuptiarum impudentiam ediſcere? Et cum luxurioſis, & impudicis hominibus, & ſcortis effœminatis cōſuetudinem conciliare? Quod enim ſponſæ malum in die illa non inſeritur? impudentia, temeritas, inuerecundia, inanis gloriæ cupiditas? Etenim ſingulos dies tales habere vellet: pulchram quidem habebit continentiæ doctrinam ſponſa, cùm talia & vidit, & audit. Quidnam enarrare poſſet quiſpiam ipſas cantilenas, quæ omnis incontinentiæ plenæ ſunt, proteruos amatores, concubitus illegitimos, domorum euerſiones, & innumeras inducunt miſerias, in quibus plurima amici & amatoris, amicæ & amaræ appellatio verſatur: & (quod grauius eſt) virgines iis adſunt, omnem excutientes pudorem in nuptæ honorem, vel potiùs contumeliam, & ſuam proiicientes ſalutem, & cum impudicis adoleſcentibus, impudicis cantilenis, turpibus verbis, ſatanæ concordia ignominia afficiuntur. Nunc verò ſaltat virgo in communi incontinentium iuuenum ſpectaculo turpiter, & non videtur tibi ſcorto contemptibilior? Certè cùm nuptiæ res honeſta ſit, & quæ genus noſtrum continet; & multorum bonorum cauſa, cum ægrè id ferret dæmonis iniquitas, videretque contra fornicationem munimenta fieri; alia ratione omnem induxit fornicationem. Hactenus Chryſoſt. Vide ibidem plura in eandem ſententiam.

S.Chryſ.

*Nuptiæ à diabolo vitiantur.* S.Chryſ.

5. Aduertit optimè ſanctiſſimus Pater, quanto ſtudio dæmonis iniquitas incubuerit; vt matrimonium, quod præter alia in remedium incontinentiæ ſtatutum à Deo fuit, omni turpitudinum labe dedecoret, & in eo celebrando innumera & impudentiſſima libidinum conflet incitamenta. Dic oro te, qui capitali inuectus odio vrbem hanc innumerabili habitantium hominum multitudine (vt eſt omnium, quà patet orbis, emporium longe celeberrimum) Olyſiponem grauiſſimis repentè morbis lue peſtifera, & conglobatis inde gentium funeribus deformare contenderet, quoniam alio aptiore ad communem perniciem ſtratagemate abuteretur, quàm vt puteos, fonteſque è quibus aquæ in commune petuntur, iniecto veneno inficeret? Fons, planè fons, eſt matrimonium, e quo totum profluit hominum genus, omnia vitæ inſtituta, Reipublicæ tam Eccleſiaſticæ, quàm ſecularis ordinis gradúſque vniuerſi oriuntur; quod ergo exitium non conſequetur, vbi coniurante ad huiuſmodi perniciem inferno, matrimonium infinita & fœdiſſima turpitudinum lue, ac veneno plurium etiam malorum cuiuſque generis infectabitur? Deinde ſi tam puttida vermibúſque corroſa totius humani generis arbor, aut radix erit; quæ non in ramis, foliis, fructu, purulenta ſanies pullulabit? Valet etiam hic locus contra adulteros, qui verbis Adami hominum parentis aduerſantur; matrimonium ſumma coniugum vnitate firmum ratúmque dilacerant, & carnem ſuam diſcerpunt. Quo in ſenſu Tertullian. *lib. de Monogamia, cap.* 9. ſic ediſſerit. Adulterium eſt, cùm quoque modo diſiunctis duobus alia caro, imò aliena miſcetur, de qua dici non poteſt, hæc eſt caro ex carne mea, & hoc os ex oſſibus meis: ſemel enim hoc factum & pronunciatum fuit ab initio, ita & nunc in aliam carnem non poteſt conuenire; ne tamen hoc Tertulliani dicto abutatur, ad confirmandam hæreſim, quæ quia ſecundas nuptias, vt illicitas damnat, ab Eccleſia Chriſti damnata iam pridem eſt. Quò autem proruperint amentiæ, nonnunquam illi, qui legitimum, purum, ſanctúmque torum, pro illegitimo, impuro, & impiiſſimo abiecerunt, deplorandum omninò eſt. Pulchrè in eam ſententiam ſæpiùs proclamat D. Chryſoſt. illa nuncupatim ex *homil.* 4. *in Roman.* verba ſubiiciam. Quemadmodum fieri ſæpè videmus, vt qui ciborum appetitionem amiſerint, terram ac lapillos comedant, quique impotenti ſiti correpti fuerint, ij & cœnum quoque nonnunquam ad bibendum appetant; ita & illi ad illegitimum amorem efferbuerunt. Heu quæ tanta inſania viro eſt; vt ſpreta nobili, pudica, & pulchra coniuge; cum ancilla deformi, aut cum turpiſſima meretricula verſari.

*Coniugium fons eſt*

*A coniugio vitiato quantum damnum.*

Tertul. *Adulteri perſtringuntur.*

S.Chryſ.

9. Arbitror in his verbis, *hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea*, intelligi etiam poſſe non modò amorem mutuum coniugum; quippe cùm vna ſint caro, vnúmque os, ſed etiam (quod inde ſequitur) egregium patientiæ mutuæ documentum, quaſi dixerit vir, & mea fortitudo, & mea infirmitas eſt in muliere. Alter in altero ſuam agnoſcet duritiem, ſuámque vitioſitatem; ac prudenter patientérque feret. Quis verò ab his ortus parentibus; ita omni vitio liber ac purus inuenitur; in quo ſaltem aut oſſis rigor, aut carnis imbecillitas haud ineſſe videatur? Planè ita conſtitutum à Deo ſcimus, vt nullus in hac vita, etiam ſanctitatis prærogatiua conſpicuus à minimis ac leuiſſimis vitiis immunis viuat; quod valdè conducit ad propriam cuiuſque cognitionem, & animi modeſtiam atque virtutum omnium fundamentum, humilitatem. Hæc doctrina paſſim inculcatur à D. Gregor. referam tantùm quod ſcribit 3. *dialog. cap.* 14. In primis enim loquens de Iſaac Spoletano, hæc enarrat. Hic cum virtute abſtinentiæ contemptu rerum tranſeuntium prophetiæ ſpiritu orationis intentione

*Coniugum pati niti.*

*A vitiis nemo immunis.*

S. Ambroſ. *Rigor virſanctus parentatur.*

tentione, eſſet incomparabiliter prædirus. V-
num erat, quod in eo reprehenſibile eſſe videbatur, quia nonnumquam tanta ei lætitia inerat, vt illis tot virtutibus niſi ſciremr eſſe plenus, nullo modo crederetur. Ita Gregor. De S.

Gal. 2.

Petro Apoſtolo ſcribit Paulus 2. Galat. *In faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat.* Vbi quis mirabitur & Pauli reprehenſionem, & Petri culpam.

Theoph.

*S. Petri exemplum humilitatis.*

Optimè igitur Theophylact. aduertit. Vlrò (inquiens) dicimus Petrum ſubiiſſe conuitia, vt exemplo cæteris ad tolerantiam eſſet. D. Thom.

S. Thom.

*Apoſtoli peccarunt venialiter.*

hinc infert Apoſtolos ex fragilitate humana peccaſſe venialiter. Et confirmat ex illo 1. Ioan. 1.

1. Ioan. 1.

*Si dixerimus, quia peccatum non habemus,* ſcilicet veniale, *ipſi nos ſeducimus.* Additque Angelicus doctor: Ex prædictis habemus exemplum: prælati qoidem humilitatis, vt non dedignentur à minoribus & ſubditis corrigi; ſubditi verò exemplum zeli & libertatis, vt non vereantur prælatos corrigere, præſertim ſi crimen eſt publicum, & in publicum multitudinis vergit. Hæc D. Thom.

*Prælati & ſubditi exemplum.*

7. Cæterùm, quòd ad maiorem perfectionem virorum ſanctiſſimorum lapſus iſte in leuiores culpas accedat, idem Gregor. oſtendit Iſaac illius riſum excuſans. Magna (inquit) eſt omnipotentis Dei diſpenſatio, & plerumque contingit vt quibus maiora bona præſtat, quædam minora non tribuat, vt ſemper eorum animus habeat vnde ſe ipſe reprehendat, quatenus dum appetunt perfecti eſſe nec poſſunt, & laborant in hoc, quod non acceperunt, nec tamen elaborando præualent In his, quæ accepta habent; ſe minimè extollant; ſed diſcant, quia ex ſemetipſis maiora bona non habent, qui in ſemetipſis vincere parua vitia atque extrema non poſſunt. Hinc eſt enim, quòd perducto Dominus ad terram repromiſſionis populo, cunctos fortes atque præpotentes aduerſarios eius extinguens, Philiſthæos, atq; Chananæos diutiùs reſeruauit, vt ſicut ſcriptum eſt *Iud.* 3. in eis experiretur Iſraël; quia nonnunquam, vt dictum eſt, etiam quibus magna dona tribuit, parua quædam reprehenſibilia reliquit; vt ſemper habeant contra quod bellum gerant; & deuictis magnis hoſtibus mentem non erigant; quando eos adhuc aduerſarij etiam minimi fatigant. Fit itaque, vt miro modo, vna eadémque mens, & virtute polleat, & ex infirmitate laſſeſcat, quatenus & ex parte conſtructa ſit, & ex parte ſe conſpiciat eſſe deſtructam, vt per bonum, quod quærit, & habere non valet; illud ſeruet humiliter, quod habet. Sed quid mirum quòd hoc de homine dicimus, quando illa ſuperna regio in ciuibus ſuis ex parte damna pertulit, & ex parte fortiter ſtetit, vt electi Angelorum ſpiritus, dum alios per ſuperbiam cecidiſſe conſpicerent, ipſi tanto robuſtiùs, quanto humiliùs ſtarent? Illi ergo regionis ſuæ etiam detrimenta profecerunt, quæ ad æternitatis ſtatum ex parte ſuæ deſtructionis eſt ſolidiùs inſtructa. Sic ergo, & in vnaquaque anima agitur, vt in humilitatis cuſtodiam aliquando ad lucra maxima ex minimo damno ſeruetur. Hæc omnia Gregor. At ſolus ille inter homines homo Deus, nec vlli vitij labe aſperſus eſt, nec proinde humilitati eguit, ſed vt tolleret peccata mundi agnus innocens, inter iniquos deputatus, & crucifixus eſt. Poſt agnum Dei, agna etiam immaculata, quæ Deum pepetit, tota pulchra eſt, & macula non eſt in ea, *Cant.* 4. Culpam Virgo ſanctiſſima, nec originalem, nec

S. Gregor.

*Sancti viri leuioribus culpis notati.*

Iud. 3.

*Humilitatem in ſublimibus Deus ſeruare.*

*Cæli ruina & reparatio.*

*Chriſtus & Virgo ſine culpa paſſi ſunt.*

Cant. 4.

A actualem vllam contraxit, & tamen vitæ humanæ miſerias vti & Filius ſubiuit, & pertulit. Prima poſt Filium paſſionis & humiliationis calicem hauſit. Myſticè intelligo de Virgine Deipara illud Sophon. 1. *Scrutabis Hieruſalem in lucernis.* Etenim & venæ & viſcera ſanctiſſimæ Virginis dolorum cuſpide non tentata modò, ſed transfixa patuerunt. At iuxta Bernard. *ſerm.* 55. *in Cant.* quid tutum in Babylone, ſi Hieruſalem manet ſcrutinium? Denique Adam mihi videtur optimi principis ac prælati ſpecimen gerere: videt ſe caput mulieris, & tamen eam non deſpicit, vt quidpiam exoticum, & abiectum: ſe verò ipſum non effert in eum ſuperbiæ tumo-

Sophon. 1.

S. Bern.

*Adamus bonum principis & Prælati gerit.*

B rem, quo plerique inflati, cùm in altum euehuntur, & cæteros diſpiciunt, & ſeipſos velut altioris naturæ ſuſpiciunt: quo fit, vt à ſubditis odio habeantur; nec illos rectè inſtituant, quibus ſuperbi & inclementes videntur. Dicant ergo: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Pulcher locus in hanc ſententiam peti poteſt ex Epiſtolis Pauli ad Timoth. in quibus ſic exorditur: *Timotheo dilecto filio in fide, gratia, & miſericordia, & pax.* Vbi Theophyl. Nuſquam alibi in ipſis Epiſtolarum primordiis miſericordiam eſt comprecatus, niſi hoc loco, quod ſanè ex caritatis vehementia quadam, cum Timotheo filio, bona quamplurima, vt euenirent concupiſcit,

*Superbia in Principe, & in Prælato.*

1. Tim. 1.

Theoph

*S. Paulus miſericordiam Timotheo comprecatur.*

C effecit: quippe quem formido cepiſſet, quæ ſolet parentes inuadere, dum ne quid filio aduerſi contingat verentur: quemadmodum fecit cùm illi conſuleret, vt ſtomachi proſpiceret valetudini, ſimul etiam vt oſtendat, qui alios inſtruunt, clementiores vt ſint oportere. Hæc Theoph. Extremam rationem ſimiliter attingens Rupert. Quia (inquit) Timotheus, vt ferunt, feruentioris erat zeli, inſigne autem prælatorū eſt, miſericordia. Dicant: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: vt proximum & ſubditum ament, ſicut ſemetipſos, nec putent aliorum oſſa & carnem alius eſſe naturæ, vt grauia miſeris onera imponant, miſeros tyrannico ri-

Rupert.

*Miſericordia Prælatorum.*

D tudine xent, atque dilanient.

---

## SECTIO XV.

*Hæc vocabitur virago, quia de viro ſumpta eſt.*

1. VIſam primò mulierem Adamus (vti priùs animantibus, ſuum cuique, indiderat nomina) ſic de ſuo nomine appellauit. Cùm enim mulieris ſubſtantia, de ſubſtantia viri fuerit deſumpta, expedire intellexit, vti ſimiliter de viri nomine ſuum nomen mulier mutuaretur. Ex quo

*Adam mulieri nomen imponit.*

E illa edoceretur, quantopere virum obſeruare ac revereri deberet, qoippe vel ipſo ſuo mulieris nomine præferret, virum ſuæ ſubſtantiæ fuiſſe principiū. Cæterum hæc etymologia in nomine mulieris, ex nomine viri deriuato, ſecundùm Hebræum idioma mirificè elucet. Nam, איש *ix*, vir. אשה *ixah*, mulier dicitur. addita tantùm vna litera. Quemadmodum Hiſpanicè, iiſdem etiam conſonantibus dicuntur *hombre, hembra.* quæ vocum conſonantia non vſurpatur apud Græcos, nec Latinos. Nouarunt tamen aliqui, vt Symmachus, aut Aquila Græcè *ἀνδρὶς* à nomine *ἀνδρός.* Quod ſi Latinè formare de nouo vocabulum liceret, diceretur à viro vira. Nam virago, etſi aliqualem etymologiam à viri nomine retineat,

*Mulier viri* [illegible]

potiùs

potiùs tamen ſignificarionem reſpicit, qua dicitur à viro Virago, quæ ſcilicet animo virili, conſtantia, & prudentia mulier prædita eſt. Ex hac iſtarum vocum cóſonantia colliges apertiſſimè, quod pro certo & indubitato habetur, videlicet Hebraicum idioma illud fuiſſe, quo primo Adam, eiúſque poſteri vſi ſunt: quippe cùm Hebraicè, *ix*, *ixah*, hoc de illo deriuatum, imò iſiùm vna notula diſſimile, vir & mulier nominentur.

*Hebraicè loquebatur Adam.*

Haud tacitus preteribo myſterium, quod his nominibus contineri exiſtimat Aben-Hezta *Prouerb.* 2. Sic autem ſcribit. In nominibus, *ix*, & *ixah* Dei nomen יה *iah*, continetur. Quod ſi ex vtroque ademeris *iod*, & *he*, manebit *ex*, & *ex*, id eſt, ignis, hoc eſt, mera crux, & moleſtia intolerabilis. Obſerua igitur iuxta hanc vocum alluſionem quandiu nomen Dei duarum literarum contractum perſeuerat in nominibus viri & mulieris, tandiu manere verum & ſanctum, Deique benedictionibus plenum coniugium; id eſt, tandiu Deum adeſſe, quandiu coniuges Deum timent, atque inter ſe debitum amoré retinent. Vbi verò Dei nomen abiiciunt, Dei legibus violatis, ſeſe odiis, rixis, probris, maledictis impetunt, aut diuortio ſeparantur, aut legitimo toro violato in adulteria labútur; non iam virum & mulieré aut eſſe, aut nominari, ſed igné, & igné; in hac vita calamitatum, in altera gehennalé & ſempiternum.

*Aben Hezra.*

*Coniugij felicitas, & infelicitas.*

A B

2. Paulíſper hîc quæſo perſiſte vt expendas, quàm certum id, teſtatúmque extiterit in domo Dauidis, quandiu in ea Dei nomen inuiolatum honoratúmque fuit: quandiu Dei timor viguit, & coniugij ac pudoris iura, pactáque ſanctiſſimè ſancita obſeruari viſa ſunt, mirum quantis & quàm multis diuinæ bonitatis ad vitæ præſentis gloriam, & ad virtuté, donáque cæleſtia animarum, benedictionibus Dauidica domus affluxerit? At vbi perfracto Dei timore, violatis coniugij legibus, Dei nomine abiecto, & honore poſthabito peccatum omnia depopulari ſolitum introiuit, quis memorare poterit infinitam malorum diluuiem, quæ ad peccati ingreſſum inuecta eſt? Rectè quidem hanc tragœdiam commemorans Theodor. *quæſt.* 32. *in* 2. *Reg. cap.* 16. ſic ait. Domus nudata diuina prouidentia fuit inſtar ſcaphæ carentis gubernatore, & ſuſtinuit vehemétes fluctus inſanorum dæmonum. Sic ille. De eadem tragœdia ſic D. Chryſ. *ſuper titulum Pſal.* 3. *Pſalmus David dum fugeret à facie Abſalon filij ſui.* Fugiebat (inquit) filium ſuũ David, quoniam caſtitatem fugerat: fugiebat filium, quoniam matrimonium pudicum violauerat: fugiebat filium, quoniam legem Dei fugerat. quoniam alienam ouem in domum ſuam introduxerat, & eius paſtorem interfecerat, qui erat è domo ſua agnus, paſtorem cornu petebat. Alienæ domui bellum intulit, & ex domo ſua in ipſum bellum incitatum eſt. Vnde eſt fons peccati, illinc eſt plaga ſupplicij: quia ergo à præcepto Domini fugitiuus exúlque fuerat, propterea filium fugiebat. Hæc omnia D. Chryſ. de domo Dauidis, qui alienum torum & adulterio & parricidio maculauit. Vniuerſim autem de coniugatis diſſerens, qui multas & graues quotidie patiuntur & lamentantur ærumnas, & eas quidem in pœnam delictorum, quæ aliquando admiſerint, paulo inferius ad hunc modum exorditur. Multi vel in hodiernum vſque diem bella habent in ædibus, & hic quidem oppugnatur ab vxore, ille verò obſidetur à filio, & vnuſquiſque angitur & affligitur, & pugnat, & bellum gerit, & bello vexatur: & nemo ſubducta ratione apud ſe cogitat, quòd niſi peccata ſeminaſſet, non in domo ſua ſpinæ & tribuli ſuccreuiſſent: niſi peccatorum ſcintillas occultaſſet, domus non conflagraret. Quòd enim peccatorum fructus ſunt mala propria, & domeſticos lictores Deus in peccatores elegit, teſtis eſt Scriptura *Iſai.* 9. *& vltim. & ad Roman.* 2. Vxor tecum bellum gerit, ingreſſu tanquam fera occurrit, linguam tanquam gladium acuit. Res quidem valde moleſta, ac difficilis, quòd auxiliatrix aduerſaria facta eſt: teipſum tamen examina; nunquid in iuuentute, in mulierem noui aliquid attentaris, & quòd mulieri à te vulnus inflictum eſt, curetur per mulieré, & alienum vlcus propria vxor chirurgi officio fungens medicetur: & quanuis quæ ſecat ignoret, nouit tamen Deus medicus. Ipſe enim ea tanquã ferro aduerſùs te vſus eſt; & quemadmodum ferrum neſcit quid agat, futuram autem per ferrum medelam nouit medicus: ita etiã licet ignoret vxor quæ ferit, & maritus qui feritur, cauſam ictus: Deus tamen vt medicus nouit, quid conferat. Quòd autem mulier mala ſit peccatorum colaphus, teſtis eſt ſacra Scriptura. Mulier (inquit) mala viro peccatori dabitur. Et dabitur tanquam amarum antidotum quod peccatorum malos humores conſumat. Hæc omnia Chryſ. Papè quàm multis, & quàm infauſtis nominibus malitia mulieris deſcribatur! Fortunati ergo ſua ſi bona norint, qui à tam multiplici peſte procul ſemoti vitam agunt. Aduertant etiam viri coniugati, & ſibi conſulant: habent enim domi ſatellites, & carnifices pro diuina iuſtitia à maritis ſuorum ſcelorum pœnam exacturos.

*Dauidis felicitas quandiu virtutem coluit.*

*Dauidis tragica infelicitas*

*Theod.*

*S. Chryſoſt.*

*Peccatum quàm exitiale.*

*Familiæ infortunia propter peccatũ.*

*Mulier flagellum diuinæ iuſtitiæ.*

C D E

3. Cæterùm quàm ſanctum, Deóque acceptum illud erat coniugium, quod non ſatis collaudat D. Greg. Naz. *Oratione* 11. inter ſororem ſuam Gorgoniam, & virum illius, paucula hîc referam. Fuit (Inquit) citra ſuperciliũ pudica, cælibatus bonũ matrimonio admiſcens. Non quia carni copulata erat, idcirco à ſpiritu diſiúcta eſt, nec quia caput virum habebat, ideo primum caput ignorauit. Corporis quoque fructũ, hoc eſt, filios & nepotes, ſpiritus fructum effecit, vt quæ genus totum, & domum totam vnius animæ loco Deo purificarit. Vide plura de Gorgonia, quæ maritatis fœminis vti præſtantiſſimum proponi debet exemplar. Veruntamen vt ad interpretationem huius loci redeamus, Tertul. ad ſignificãdam hanc mulieris de viro aſſumptionem, pulcherrima vtitur tranſlatione: ipſa (inquiens) delibatio maſculi in fœminã. *lib. de reſur. carn. cap.* 7. quaſi quod minus, ſed delicatius eſt in viro, hoc ipſum artificioſè delibatum mulier ſit. Idem etiã *lib. de velandis Virg. cap.* 5. copioſius oſtendit mulieris nomen inditum ab Adamo abſolutè ſignificare ſexum muliebré, vt etiam cœlibes & virgines complectatur, non autem reſtringi ad ſolam proprietatem nuptarum exprimendam. Probatur (inquit) proprietas eius vocabuli ad ſexum ipſum, non ad gradum ſexus pertinere, quo communiter etiam virgines cenſeantur. Cum hoc genus ſecundi hominis à Deo, factum eſt in adiutorium hominis fœmina illa, ſtatim mulier eſt cognominata, adhuc fœlix, adhuc digna paradiſo, adhuc Virgo. Sic ille. Nota vocari mulierem à Tertulliano ſecundum hominem, atque eam felicẽ, & cœlo dignã, præcipuè quidem, quæ Virgo ſit Deo tamen dicata. Idem inferiùs *eodem libro*: Vir (ait) Adam ante congreſſum nuptiarum, ſicut & Eua mulier. Sic ille. Hæc vocabitur Virago.

*S. Gr. Naz.*

*Coniugiũ inter ſanctos.*

*Gorgonia maritarum exemplar.*

*Tertull.*

*Mulier ſecundus homo.*

*Tertull.*

*A mala muliere grande malum.* *Prou. 22. & 23.* *S. Cyrill.*

Nouum in Latio nomen interpres poſuit in hac ſignificatione, vt Hebraiſmum æmularetur. Quam etiam appoſite (ſi quotidiana mala ſpectantur) mulier dici poſſet vorago, qua videlicet innumerabiles hauſti perierunt. Fouea menſtria appellatur à Salomone. Infelix enim voraginem & foueam huiuſmodi ſuo malo expertus eſt. Hinc illud optimè dictum à S. Cyrillo; Deceptrix eſt mulier: nam inter arma voluptatem habet, qua mens vincitur. Non caret myſterio, quòd in formatione nominis deriuati ex nomine viri איש, mulier appelletur אשה *ixah*; & nomen viri vna litera (י) *iod*, quæ apud Hebræos (vt moris habent vti literis Alphabeticis pro notis numeralibus) ſignificat denariũ, dempta mutiletur: & *ixah*, nomen mulieris adiectam habeat *h*. quæ nota eſt quinarij; vt etiam hinc intelligas hanc neceſſariò fieri debere commutationem in coniugio bene morato, & inſtituto: vti vir de ſua animoſitate nonnihil remittat, mulier autem ab infirmitate muliebri aliquantulum aſſurgat.

*Vir vxorem honorat.*

Sciat vir quicquid honoris in vxorẽ contulerit, id omne in ſeipſum refundi; quicquid de ſe ad cohoneſtandam coniugem detrahit, non ſibi detrahi, ſed maiori cumulo accreſcere, etiãſi ſuos titulos, ſua omnium honorum ac dignitatum ornamenta impertiat vxori; quin potiùs alia de nouo adiiciat; ſibi enim occat, ſibi metit. Hinc etiam abſolutè matrimonij conditio exprimitur, qua de re in ſuperioribus copioſius dictum à nobis eſt: nam vir oneribus coniugij prægrauatos ſuccumbit, & emollitur; mulier autem fit robuſtior, & ſupra fragilitatem fœmineam, viro ſubnixa, inualeſcit.

*S. Maria nomen ex nomine Dei.*

4. Poſtremò, vt Adam nomenclaturam ſuam mulieri, ſuo de latere fabricatæ indidit, ſic planè ſublimiore quodam modo ſuum Deus nomẽ Iehouah, & ſuum Verbum caro factum Ieſus communicauit Virgini Deiparæ, vtrunque enim in ſacroſancto & ineffabili nomine Maria Hebr. continetur, vt verè & perdoctè oſtendit eruditiſſimus doctor & magiſter meus Blaſius Viegas *in cap. 11. Apoc. com. 2. ſect. 1.*

*Viegas.*

Subditur hic etiam in iis verbis, *quia de viro ſumpta eſt*, ratio potiſſima, ob quam & nominis Mariæ prærogatiua ſuper omnem creatarum rerum nomenclaturam, & infinita donorum & gratiarum naturalium, ac ſupernaturalium plenitudo ſoli Deo comprehenſibilis in Virginem effuſa fuerit; quia nimirum de viro ſumpta eſt, ſeu potiùs, quia vir de illa ſumptus eſt, quia ſemper Virgo Deum hominem peperit: Verbum enim, quia Deus omnipotens eſt, & quia filius, quid matri quæſo denegaret? Matrem ipſe Deus ſuam ſibi elegit, & tanto Filio digniſſimam matrem fabricauit. Eſt igitur dignitas matris Dei prima & ſumma regula, per quam metiendum erit quicquid Virgini à Deo collatum credimus; & quænam obſecro donorum & gratiarum ornamenta ſatis digna eſſe poterunt, vt infinitam illam matris Dei maieſtatem ſi non exornare, ſaltem illi cõgruere videantur.

*B. Maria plenitudo gratiarum ex Filio.*

*De S. Maria cur parcè loquatur Euangeliſta.*

Hinc ego iam mirari deſino, quare diuini Euangeliſtæ in laudando Ioanne Baptiſta, aliiſque deſcribendis copioſiùs immorentur: at verò de Virgine Dei matre tam cõciſè loquantur. Dicet fortaſſe aliquis rei magnitudine preſſos obticuiſſe, ratos videlicet ſilentio magis reuerendum illud diuinæ omnipotentiæ prodigiũ, quàm pauculis, iiſque longè inferioribus laudum encomiis celebrandum: ſentiat ita qui volet, & verè quidem ſentiet. Ego verò ſic apud me ſtatuo abundè Euangeliſtas, ſummatim tamen vno verbo complexos quicquid Dei omnipotentia Virgini impertiuit, dum conteſtantur omnes Mariam virginem illam eſſe, de qua natus eſt Ieſus, qui eſt Chriſtus Deus & homo.

## SECTIO XVI.

*Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit vxori, & erunt duo in carne vna.*

1. Latinè adhærebit, Hebr. דבק *rabaq*; Septuaginta vertunt agglutinabitur, vxori ſuæ. Hebr. באשתו *beixto*, in vxore, aut cum vxore ſua. Et erunt duo in carne vna. Hebr. לבשר אחד *lebaſar echad*, in carnẽ vnam. Deſideratur autem illud, *duo*; additum tamen à Septuaginta ad clariorẽ interpretationem, quo etiam vſus eſt Chriſtus Dominus *Matth. 19.* cùm hoc teſtimonium adduxit ad confirmandum indiſſolubile vinculum matrimonij.

*Tertul.*

Tertul. *lib. de velandis Virginibus, cap. 5.* contendit hæc verba pronunciata fuiſſe ab Adamo, non de prima illa muliere, quæ ab ipſius latere fuerat deſumpta, ſed de reliquis fœminis, quas ſibi deinde viri eſſent in matrimonium copulaturi, & hoc quidem prophetico ſpiritu. Sic enim ait: Non vtique de ipſa Eua dixit, ſed in illas fœminas futuras, quas in matrice generis fœminini nominauit; alioquin non Adam relicturus erat patrem, & matrem, quos non habebat, propter Euam, ergo non ad Euã pertinet, quia nec ad Adam, quod prophetica dictum eſt; de maritorum enim conditione prædictum, qui ob mulierem parentes ſuos erant relicturi, quod in Euam cadere non potuit, quia nec in Adam.

*Adam prophetat.*

Primò igitur diſcutiendum eſt, quò referri debeat, quamque vim habeat illud, *quamobrem*, ſiue vt eſt apud Matth. *propter hoc*, Hebr. על־כן *ghalchen*; eſt quidem illatio, & conſequutio ex antecedentibus. Nimirum præmiſſum eſt, Deum ab initio maſculum & fœminam feciſſe; & fœminam quidem de coſta viri deſumptam, item ad virum deductam à Deo paranymphum agente, ambos inter ſe coniunctos à Deo, & benedictione ipſius: creſcite, & multiplicamini, mirifice honoratos. Ex his rectè infertur. Propter quod, ſiue, quamobrem, relinquet homo, &c. Senſus erit; ſumma eſt neceſſitudo, & cõiunctio viri, & vxoris, vt ex præmiſſis conſtat apertiſſime: ergo huic tantæ coniunctioni, quæcunque alia, etiam filiorum erga parentes, poſthabenda eſt.

*Coniugũ neceſſitudo omnibus præferenda.*

Etenim (vt hic animaduertit Procop.) cùm nuptiæ legitimæ parentes declarent: & ſecundùm eas genus humanum conſiſtere oporteat; rectè & neceſſariò vxor antefertur parentibus. Sic ille. Bene vniuerſale bonum particulari præponitur; atque adeò matrimonij ius cuicunque neceſſitudini ac propinquitati. Ex doctrina D. Thom. *ſuper cap. 5. ad Epheſ. lect. 10. & in 2.2. quæſt. 26* colligitur, triplicem coniunctionem mariti & vxoris deſignari hoc loco; prima quidem eſt ſecundùm affectum amoris mutui, quo ſe coniuges vſque adeò diligunt, vt etiam parentes relinquant, & nonnunquã in amentiã & inſaniam labantur ob immoderatum amorẽ, quod in barathrum ruit ille regum ſapientiſſimus Salomon.

*S. Thom.*

*Coniugum amor vehemens.*

Secunda cernitur in communi cohabitatione, & vitæ arctiſſima & omninò inſeparabili cõſuetudine, quæ in verbo, *adhærebit*, exprimitur. Dicitur autem, *vxori ſuæ*, quia pluralitas vxorum, per ſe conſiderata, vi-

*Coniugũ cohabitatio.*

tioſa eſt, vt quæ repugnet perfectæ rationi matrimonij, vti à Deo primitus inſtitutum eſt, nec proinde licita vnquam fuit, niſi ex diſpenſatione creatoris. Tertia coniunctio, eſt per carnalem copulam, quod ſignificatur illis verbis, *erunt in carne vna*, id eſt, in carnali opere.

*Vxorum pluralitas.*

2. Similiter philoſophandum eſt circa eadem verba, *Erunt duo in carne vna.* bis enim de cauſis coniuges vna caro eſſe intelliguntur. nimirum propter vitæ communis ſocietatem, propter generationis prolem, quæ ab vtroque tanquam ab vna carne carnalis fructus producitur; propter vnam, & communem & mutuam vtriuſque coniugis poteſtatem corporis; caro enim mulieris, eſt caro viri, & caro viri eſt caro mulieris, quod D. Paul. edocet 1. *ad Corinth.* 7. Ac de amore mutuo coniugum, quæ ratum, firmum, ac ſanctum omnino eſſe neceſſe eſt, iam in ſuperioribus non ſemel, nec ſtrictè diſputauimus; vbi ille, *In quem vnum ſcopum diaboli artes & tentamenta maximè diriguntur*, ab animis coniugum abolitus in rixas odiáque vertitur; totus domus eodem conuulſa impetu labefactatur. Sicut enim (inquit D. Chryſoſt. *homil. 56. in Geneſ.*) quando gubernatores inter ſe diſſident, etiam, qui in naui feruntur, periclitantur: ita ſi diſcordes ſint vir & vxor, veriſimile eſt omnes, qui apud illos ſunt, participes eſſe malorum. Honeſto igitur moderatóque ſecundùm Dei leges amore coniugali, nihil aut ſanctius, aut vtilius coniugibus ſolet eſſe. Contrà verò, ſi à ratione exorbitet, ſi Dei legibus obſiſtat, omnium eſt malorum ſeminarium; quid oro eſt magis deplorandum in vita mortalium, quàm in turpem inſanúmque amorem corruere? Impudenter quidem, ſed verè tamen Socrati Philoſopho exprobraſſe dicitur meretricula: Vno ego iactu oculorum multo plures Athenarum iuuenum ad me adduco; quàm tu tibi philoſophiæ tuæ præceptis multos per annos præſtare poſſis. Quid mirum (reſpondit Philoſophus) cùm tu & illi deorſum præcipites viam teneatis decliuem, at me præeuntem mei ſurſum in accliuem nitantur aſcenſum. Sed tu meretricium amorem, non verò coniugalem adeò cæcum & furioſum putabis. Vide quid Salomoni contigerit, occæcatus inſano coniugum infidelium amore tantus Rex, tantum ſapientiæ humanæ ac diuinæ miraculum, eò prorupit amentiæ, vt conculcata Dei lege, turpiſſima turpiſſimis gentium atque mulierum ipſarum diis fabricarit; illiſque paſſim thura obtulerit victimas pecudum, & animam ipſe ſuam immolauerit. Quare optimè Eucher. & Rabban. dixerunt: Apparet in perſona Salomonis mira excellentia, & mira ſubuerſio, & flenda vorago. ergo ille Salomon tam turpiter lapſus eſt: vt (ait D. Hieronym.) fuerit, non vt priùs amabilis Deo, ſed amator mulierum.

*1. Cor. 7.* — *Coniugum diſcordia.* — *S. Chryſoſt.* — *Socrates. Socratis dictū egregium.* — *Amor meretricium.* — *Amor coniugum nocens.* — *Eucher. Rabban.* — *S. Hieron.*

*Hebrææ gentis inſignia.*

3. Inuictam Hebræorum gentem, poſt tot gentium deuictarum trophæa, poſt aperta maria, & aquarum hinc inde verticibus murorum inſtar, viam diuinitus ſtratam pedibus incedentium; poſt Ægyptum pene vniuerſam refluentium vndarum gurgitibus interceptam, atque ſubmerſam; poſt innumera denique terra, mari, cœlóque edita miracula in præſidium illius populi, Moabitæ, non auſi bello & armis impetere: illo tandem nefario ſtratagemate vſi, mulierum impudicarum greges imò periculoſiſſimum exercitum in Hebræos iniecerunt; quo facto ſtrages edita eſt animarum & corporum fœdiſſima; de qua Num. 25. vbi ſic legimus: *Morabimur eo tempore Iſrael in Setim, & fornicatus eſt populus cum filiabus Moab quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua; at illi comederent, & adorauerunt deos earum, initiatúſque eſt Iſrael Beelphegor, & iratus Dominus*, &c. Huiuſce peccati tam exitialis memoria tactus Dominus iteratis legum ſanctionibus comminatus eſt extrema genti Hebrææ excidia, ſi cum infidelibus connubia in conſequentes ſubinde annos contrahere auderent. At idem Dominus in lege gratiæ per Paulum fidei tubam, atque Euangelij præconem (vt vocat Chryſoſt.) fidelem cum infideli coniuge cohabitare (modò ſit abſque iniuria creatoris) liberè permiſit, quod expendens Procop. in locum citatum ex numeris rationem aſſignat egregiam huius à Deo facti diſcriminis. Cùm populi (inquit) Hebræi ſocordia Deo eſſet cognita, alienigenis vxoribus illis interdixit; Chriſtianis verò, qui in fide agunt, cum illis conuerſari per Paulum permiſit: nouit enim, quòd idonei ſimus magis vtilia ſuadere, quàm noxiis obtemperare. Hæc ille. Secundùm hanc interpretationem Procopij obſerua, quàm parum fidelitati erga Deum ipſemet fideret Hebræorum, quippe quos noluit in apertum ac certiſſimum idololatriæ periculum inducere, ſi cum infidelibus connubia contrahere permiſiſſet: contrà verò quantum de Chriſtiana fidelitate ſibi polliceatur, cùm huiuſmodi coniugium permanere velit, hauddubiè ſperans fore, vt fidelis coniux infidelē ad Deum ab omni errore ſuperſtitioséque conuertat. Quod & ſæpiùs contigit, & nuncupatim de matre Monica ſic tradit S. Auguſt. 9. *conf.* 9. Viro ſeruiuit, vti domino, & ſategit eum lucrari tibi, loquens te illi, ô Domine, moribus ſuis. Denique virum ſuum iam in extrema vita temporali eius lucrata eſt tibi; nec in eo tam fideli planxit, quod in nondum fideli tolerauerat. Sic Aug.

*Meretricium prælium.* — *Num. 25.* — *Hebræorū meretricatio.* — *S. Chryſ.* — *Procop.* — *Chriſtiani præſtant Iudæis.* — *Chriſtiani ad conuertendū viri.* — *S. Aug.*



4. Deinde verò nimius & immoderatus coniugum amor adeò nonnunquam exorbitat, vt in zelotypiam efferueſcat. quo furore in rabiem amentiámque perciti non humanam & cum ratione coniunctam vitam agunt, ſed vti belluæ efferantur, aut inferorum furiæ potiùs deplorandis ſæpius famæ, rei familiaris, domus, vitæ, atque adeò animarum excidiis debacchantur. *Zelus* (dicitur Prouerb. 6.) *& furor viri non parcet in die vindictæ, nec requieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.* Rectè quidem Euripides in Hippolyto, tyrannū virorum appellauit amorem iſtum zelotypia excandeſcentem. Sed aptiore tranſlatione depingitur Cant. 8. vbi legimus, *Fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio.* Dicitur verò dilectio fortis vt mors, (præter alios) etiam hoc ſenſu non minus appoſito, quòd amantis animam quodammodo à ſuo corpore ſeparet, & in amati corpore reponat. Sic conglutinata eſt anima Ionathæ animæ Dauid, 1. *Reg.* 19. Sic Paulus totus Chriſto adhærens, iam non viuit in ſe, ſed in Chriſto, 1. *Corinth.* 6. *& ad Galat.* 2. Vnde affirmat D. Dionyſ. *lib. 4. de diuin. nom.* Amorem (de diuino loquitur) extaſim, ſeu mentis exceſſum facere, ita vt amantes non iā vitam ſuā, nec in corpore ſuo, ſed potiùs in alieno, & vitam alienam (id eſt, vitā amati) ſibi viuere videatur. Satis vulgatum eſt illud Poëtæ, moritur quiſquis amat.

*Prouerb. 6.* — *Zelotypia furor.* — *Euripid.* — *Cant. 8.* — *Amor amantem necat.* — *1. Reg. 19.* — *1. Cor. 6.* — *Ad Gal. 2.* — *S. Dionyſ.* — *Amor morti ſimilis.*

*Zelotypi inſe-licium.*

Ex hoc ergo amore inſtar mortis animam à corpore foras abducente, vehementior ille ardur exoritur, quem *zelum* & *zelotypiam* appellamus. Et pulchre quidem furiis inferorum atque laruis, paulo antè, hoc percitos æſtu perſimiles eſſe ſtatuimus, ſic miſeri non ſui compotes, noctu inuigilant, interdiu cruciantur, fame ſitique enecti vitam trahunt infelicem, aut perpetuò commoriūtur, ſuimetipſorum carnifices. Et bene ſpectra nocturna; quippe tenebras amant, pallore deformi, exoſa facie, fronte liuida, oculis triſti cruore rubentibus meroendi, hac illac bacchantur. Noctu aguntur in furias, & ſole clariùs conteſtantur quidquid præ zelotypia confingunt. Ac ſæpenumero euenire ſolet, vt hæc omnia dicta, facta

*Zelotypia figmenta.*

A cogitatáque meræ ſiot ineptiæ, puerilia terricolamenta, fabulæ, næniæ, nocturnæ vmbræ, atque inſomnia, & nihilominus hinc odia, rixæ, probra, conuitia, vulnera, diuortia, cædéſque & parricidia naſcantur. Ad huiuſmodi zelotypiæ figmenta ſic exitialia deſcribenda optimum mihi videtur illud portentum quod narratur 2. *Paral.* 20. Etenim regnante Ioſaphat pio & ſancto rege, Moabitę, Amonitæ, Syri, infinitáque gentium aliarum multitudo inſtar locuſtarum effuſa, vrbem regiam Hieruſalem obſederunt; inuicta planè acies, ſi humano brachio obſiſteretur. At populus Dei cum rege Ioſaphat in preces ante

*2 Paral. 20.*

Deum procumbens, oratione, non armis bellum aggreditur, victoriam reportat, triumphum agit, omnium maxime memorabilem. Nimirum procedit ex vrbe Ioſaphat cum armato exercitu, ſed in fronte, vt ſacræ literæ teſtantur, ſtatuit cantores Domini, vt laudarent Deum in turmis ſuis, & antecederent exercitum, ac voce conſona dicerent: Confitemini Domino, quoniam in æternum miſericordia eius. cúmque cœpiſſent laudes canere, vertit Dominus inſidias eorum in ſemetipſos, qui egreſſi fuerant, vt pugnarent contra Iudam, & percuſſi ſunt. Namque filij Amon, & Moab conſurrexerunt aduerſùm habitatores montis Seir; vt interficerent & delerent eos: cúmque hoc opere perpetraſſent, etiam in ſemetipſos verſi mutuis concidere vulneribus. Vides tam prodigioſam ſtragem, neque tamen hoſtes in hoſtes, ſed amici aduerſùs amicos iiſdem in caſtris, ſub iiſdem ſignis, & confœderati ſobitò in ſemetipſos conuerſi, hoſtilia & ſigna, & arma, & clangorem tubarum, ſtrepitum equorum confingentes, vbi Sacerdotum & Leuitarum cantus modulatiſſimi, Deique laudes perſonabant, mutua ſuur internecione deleti. Proh quàm multæ in orbe familiæ, vbi zelotypiæ flamma exarſit, labefactatæ conciderunt! & quidem inſtigante dæmone, qui coniuges, qui amici, qui toro, & vitæ contubernio prorſus fideles inter ſe agebant, ſubitò chimæras, & inania ſpectra ſomniantes, tanquam infidi, adulteri, hoſtéſque truculentiſſimi eſſent, ſeſe mutuò lacerarunt. En (vt ſcribitur 1. *Reg.* 14.) de Philiſthæis furore bacchico ex inani timore agitatis; verſus fuerat gladius vniuſcuiuſque ad proximum ſuum. Quo malo multæ ſæpenumero familiæ ob zelotypiam ſimiliter conflagrarunt. graue malum eſt zelotypia, & deſinit in inſipientiam, vt ait D. Chryſoſt. *homil.* 55. *in Geneſ.* Ergo ſi huiuſmodi zelo æſtuantes, inſania laborant, quid quæſo malorum de inſanis, iiſque furore & rabie percitis non timebitur? Pulchrè igitur adiungitur à

*Ioſaphat victoria.*

*Zelotypia ſtrages.*

*1. Reg. 14.*

*S. Chryſ.*

Salomone, *Et ſicut infernus æmulatio.* Hebr. zelus, aut zelotypia; totam quippe gehennam, incendia, cruciatus, dolores, eiulatúſque illos inamabiles damnatorum ſuo geſtant in pectore, qui in coniugalem zelotypiam exarſerunt.

*Zelotypia infernus dicitur.*

5. Quanquam verò commune hoc vitium eſt homini, & mulieri; tum vel maximè inſanire, hoc morbo miſeræ videntur fœminæ vſque adeò, vt zelotypiæ furore concitatæ, non in viros tantùm, à quibus ita læduntur, ſed in filios, quia illorum pignora, & nonunquam in ſemetipſas ob doloris impatientiam ſibi mortem ferro, veneno, fune conſciſcentes, deſæuire videantur. quocirca, cùm tria

*Mulier Zelotypa.*

*Eccleſ. 26.*

B numerentur ab Eccleſiaſtico *capite* 26. periculoſiſſima & moleſtiſſima, quartum tamen omnium malorum grauiſſimum concluditur eſſe mulier zelotypa. Sic autem habetur. *A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit: delaturam Ciuitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem, ſuper mortem omnia grauia: dolor cordis, & luctus, mulier zelotypa: in muliere zelotypa flagellum lingua omnibus communicans, ſicut boum iugum, quod mouetur, ita & mulier nequam, qui tenet illam, quaſi, qui apprehendit ſcorpionem.* Nota etiam zeli & æmulationis nomen hîc accipi poſſe bonam in par-

C tem, pro amore ſcilicet vehementi, quo iniurias, quæ in amatum irrogantur, audaci & forti animo vindicat, qui amat; ac propterea propellit, auertit, vincit amoris impetu quicquid impedit, & remoratur amorem. Sic D. Ambroſius *libro de Iſaac & Anania, capite* 8. hæc verba exponens. Zelus (inquit) vt inferi, quia qui zelum Dei habet pro Chriſto, nec ſuis parcit. Idem *in Pſalm.* 118. *ſermon.* 16. Durus eſt zelus caritatis, qui non cedat inferuis, cùm pro Dei zelo vnuſquiſque nec ſuis parcat. Iuxta hanc Ambroſij explicationem ſanctiſſimi viri, qui rebus omnibus humanis, ipſáque (quod maius eſt) libertate voluntatis omninò abdicatis religioſæ vi-

*Amor fortis.*

*S. Ambroſ.*

D tæ inſtituto pro Deo ſe mancipatunt, diuini amoris zelo impulſi, nec ſuis, imò nec ſibiipſis, pepercerunt. Et omnium maximè illuſtriſſima cohors martyrum hoc zeli ardore viſa eſt eminere, ij quidem cum primum in exercitu Chriſti Domini agmen ducunt, bonorum expoliationes, irriſiones, probra, cruciatus, mortem denique acerbiſſimum, zelo amoris Dei armati alacriter pertulerunt. Quam ego Chriſti cohortem lucidiſſimam, atque fortiſſimam potiore ratione ἱερὸν λόχον, hoc eſt, ſacrum manipulum, cenſeo nominandam, quàm illam exercitus Thebani partem, quam Athenæus *libro* 13. ſcribit eo ſic nomine appellari ſolitam, quòd in ea robur eſſet exercitus, at-

*Religioſi zelo Dei impulſi.*

*Martyrum zelus*

*Athen.*

E que illi, velut ſacræ anchoræ tota belli moles inniteretur: conſtabat autem ex iis, qui ſe amantes profiterentor; mira enim vis eſt amoris, alacres, fortes, robuſtos reddit; nulla tanta vis in orbe eſt, quæ amori non cedat; triumphat etiam, autore Bernardin. de Deo amor.

*Amor vincit omnia.*

*S Bernard.*

6. Quòd verò zelo iuſto, & pio amoris coniugalis, alter alteri contumeliam inflictam, morbum, luctum, aliámve calamitatem alterius, coniux & dolere, & plorare, & qua poſſit ratione propulſare debeat, mirum in modum oſtendit

*Coniux coniugi succurr.*

locus

Num 12.

locus ille. *Numer.* 12. vbi ſic ſcribitur: *Locuta eſt Maria & Aaron contra Moyſem propter vxorem eius Æthiopiſſam.* Enimuero cùm in vita, moribus ac perſona Moyſis nihil omnino, quantùuis inuidi, vitioſum inuenirēt, quod homini ſanctiſſimo exprobrarent: irridebant tamen & exſibilabant, vt perperam & abiectè coniugatum, quippe cùm nigram Æthiopiſſæ vxoris faciem pro

*Moyſis vxor irridetur.*

ſummo dedecore haberent. Debitum igitur erat tantæ contumeliæ, vti Moyſes iniurias illatas vxori vindicaret, ſin minùs facto, at certè ſeuera aliqua obiurgatione. Sed vide quid ſtatim ſubiiciatur. Quod cùm audiſſet Dominus, iratus eſt. Quo ſignificatur Moyſé tametſi probris ac maledictis in vxorem iactis imperium, nequaquam B ad vltionem expetendam prodiiſſe: eam verò ſibi Deum ſupremum iudicem ac vindicem arrogaſſe, vt pro ſeruo ſuo aduerſùs maledicos, & irriſores iracundiam ſuam expromeret. At dicet aliquis, nimis ſocordem, parúmque amantem vxoris ſe Moyſem exhibuiſſe, vt qui ne verbum quidem feciſſet pro deprecando vxoris dedecore, & ipſa ab omni conuiciorum labe vindicanda. Proinde adiungitur: *Erat enim Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra.* Quo Moyſes excuſari videtur, quòd coniugem cōuiciis appetitam non vindicarit. Senſus igitur

*Moyſis manſuetudo.*

eſt, grauis quidem contumelia Moyſi ab Aaron, C & Maria, Æthiopiſſam coniugem irridentibus illata eſt, perculit animum mariti probroſa aduerſùs coniugem contumelia; doluit, vt par erat, vehementer ille; ſed ita perculſus animo non ad vltionem proceſſit, non conuicia conuiciis diluit, non in verba irarum aculearúmque plena contra maledicos prorupit: feciſſétque, ſi dolori ſuccumberet, ſi zelo maritali, ſi amore in coniugem ſtimulari pateretur; ſed tacuit tamen, alto ſilentio premens dolorem, quia mitiſſimus omnium erat mortalium; qualibet enim manſuetudine minore præditus ad vlciſcendam vxoris iniuriam moueretur; & hoc vno ſuæ patientiæ & manſuetudinis exemplo, tanquam omnium, quæ hominum memoriæ prodi poſſent, illuſtriſ- D ſimo, lauream inter omnes in mundo mitiſſimos, & palmam ſe adeptum prædicauit. Atque inſuper, niſi pro certo haberet Deum ſibi iudicem & vindicem illicò affuturum. Pulchrè ſuo cómentario Procopius in locum citatum hæc omnia complexus: Contumeliam (inquit) famuli ſui in domo ſua fideliſſimi ſibi Deus propriam fecit: at Moyſes ſumma animi moderatione tantam contumeliam pertulit, laudémque hanc ſuam in monumenta ſua retulit. Ita Procopius.

*Procop.*

*Moyſis in vxorē amor.*

*Moyſis qua ſumma laus.*

*Chriſti amor erga matrem.*

7. Quamobrem relinquet Deus verbum (noſtro intelligendi ac dicendi more) Patris ſui ſinum ac cælum; deſcendétque in terras, & adhæ- E rebit matri ſuæ Virgini, tam arcta & indiſſolubili coniunctione, vt illius verus eſſe filius velit: ex illius carne carnem ſibi aſſumat, perſonæque ſuæ ac diuinitati ſic aduniat; vt Deus fiat homo, & quod ſemel à Virgine aſſumat, nunquam dimittat, vti ex S. Ioan. Damaſceno celebratur inter Theologos. Quis verò dignè valeat explicare quam pio (vt talem decebat Filium) & incomprehenſibili amore Chriſtus Dominus matrem ſuam Virginem ſit proſequutus? Adhæſit filiùs Virgini matri toto vitæ ſuæ tempore comes inſeparabilis. Atque in cælis conſidens ad dexteram Dei Patris, matrem ſuam ſecum eſſe voluit corpore & animi glorioſam. At cur Dominus (inquies) in cælum aſcendens non ſecum ma-

S. Ioā. Dam.

A trem detulit, & qui ſemper antea matri adhæſerat, matre in terris derelicta receſſit? Mouit hanc dubitationem D. Anſelmus, & piiſſimè diſſoluit *lib. de excel. Virg. cap.* 7. ad hūc modum. Sed ô bone Ieſu iſtius tuæ dulciſſimæ matris fili; quomodo potuiſti pati, vt te in regnum tuæ gloriæ remeante, illam quaſi orbatam in miſeriis mundi relinqueres, & non eam ſtatim tecum regnaturam aſſumeres? Fortaſſis Domine, ne tuæ cæleſti curiæ veniret in dubium, cui potiùs occurreret, tibi videlicet Domino ſuo regnum tuum in aſſumpta carne petēti, an ipſi Dominæ ſuæ ipſum regnum iam ſuum materno iure effectum aſcendenti. Nam vt in partes ſuo occurſu diuideretur, B quatenus pars tibi, & pars illi in primo aduentu obſequeretur, non deceret æſtimo. Præſertim cùm tota ſit tua, totàque per te eadem cæleſtis curia ſua. Prudentiori ergo, & digniori conſilio vſus præcedere illam volebas, quatenus ei locum immortalitatis in regno tuo præparares, ac ſic comitatus tota curia tua feſtiniùs ei occurreres, eámque ſublimiùs, ſicut decebat tuam matrem, ad teipſum exaltares. Sic Anſelmus.

*S. Anſelm.*

*B. Maria cur relicta poſt aſcenſionem Filij.*

*B. Maria aſſumpta in cælum à Filio.*

8. Ad hunc locum mitatur S. Rupertus Abbas, quæ cauſa demum illa fuerit, ob quam primus homo à Deo conditus, atque in paradiſo deliciarum collocatus, vt præſes rectórque animantium, & mundi huius inferioris velut alter C in terra Deus: deinde mulieris adiutorio & ſolatio donatus, vt cum illa pariter orbem terrarum, cælúmque ipſum repleret, propagato à ſe humano genere, cuius caput & parens eſſet: nihilominus tantis ac tam multis à Deo beneficiis cumulatus, nullum grati animi ſignum præbuerit, & ne verbum quidem, aut de Deo, aut erga Deum protuliſſe legatur. Miratus eſt mulieris de ſuo latere architecturam, ſuam aduersùm illam animi propenſionem exhibuit, nomen illi de ſuo indidit, de inuiolabili ad omnem vitam fœdere matrimonij leges ſanciuit, toti ſuo generi deinceps venturo obſeruandas: at idem in Dei laudes non perinde ac debebat, ſtatim erupit; atque hāc D ille aſſignat cauſam, cùr in peccatum eum cadere Deus tandem permiſerit. Peremptoria enim (inquit Bernard. *ſerm. de Euang. ſeptem pan.*) res, ingratitudo hoſtis gratiæ inimica ſalutis, vias enim obſtruit gratiæ, & vbi fuerit illa, iam gratia acceſſum non inuenit, locum non habet. Sic Bernardus. Huic ergo tanto malo occurrendum admonet D. Paulus *ad Epheſ.* 5. illis verbis: *Gratias agentes ſemper pro omnibus.* In eo autem fundatur admonitio Apoſtoli, quòd quemadmodum ſemper & vbique Deus non ceſſat ſua in nos conferre beneficia: ſic ratio poſtulat, vt ſemper & vbique pro acceptis gratias habeamus; inde enim fiet, vt maiores in dies nouarum gratiarum cu- E mulos ab eodem conſequamur. Quare (vt ibi aduertit Caiet.) iam ipſa gratiarum actio nouum eſt beneficium. Quæ ſanè prærogatiua eſt iuſtorum hominum, vt illo verſu habetur Pſalm. 111. *In memoria æterna erit iuſtus.* De hac igitur taciturnitate Adami diſertiſſimè ita loquitur Rupert. *lib.* 2. *c.* 39. Hic tandem animaduertendū eſt quàm pertinaciter homo primus, homo terrenus, à creatoris laude mutus perſtitit, quàm obſtinatis labiis ab omni gratiarum actione abſtinuit, & ingratum Domino ſilentium dedit. Formante Deo, & inſpirante ſpiraculum vitæ, factus in animam viuentem, non ſuſpirauit eodem ſpiraculo vitæ in creatoris ſui faciem, vt adoraret, & eum glorificaret, & ei gratias ageret. Item ab

*S. Bernard.*

*Ingratitudo perniciosa.*

Ad Eph. 5.

*Gratitudo debita & vtilis.*

Caiet.

Pſalm 111.

Rupert.

*Adamus, quia ingratus, occidit.*

eodem Domino Deo poſitus in paradiſo voluptatis, nullas ei gratias egit, & tacituina ingratitudine tantum, támque facilem deliciarum Dei locum, quaſi rapinam arbitratus occupauit. Ecce nunc tertiò diuinæ dignationis dono locupletatus eſt in eo, quod fecit ei adiutorium ſimile ſibi, vt creſcere & multiplicari poſſet, & de ſe vno propagata felici progenie terram viuentium repleret. Tribus planè diuinæ beneficentiæ dilatatus muneribus tacet adhuc, & nihil quod laudem Domini reſonet eloquitur; nec vllum dilectionis, vel gratiæ verbum in ore eius fuiſſe Scriptura teſtatur. Qui ergo gratiam Dei non agnouit, non mirum, quòd ad hoc pertinet, vt & peccaret, & peccatum ſuum nõ agnoſceret, quia res vicina eſt. eodem quippe intuitu, & ſuum malefactum, & diuinum erga ſe cognoſcit homo beneficium. Hæc Rupertus.

## SECTIO XVII.

*Erat autem vterque nudus, Adam ſcilicet, & vxor eius, & non erubeſcebant.*

*Nuditas primorum parentum.*

1. Eſt qui ſcribat primos parentes in ſtatu illo feliciſſimo veſtibus quidem non vſus, vt certum omnino eſt, ſed loco veſtium, diuino quodam ſplendore circumamictos, quali beatorum corpora, poſt vniuerſalem reſurrectionem induentur. At eſt figmentum. Nudi prorſus erãt, nec amictu aliquo egebant, cùm externa incommoda nulla eſſent, nec vlla in membris indecentia, nec deformis titillatio, aut occultanda, aut refrænanda appareret, ob quam pudore aliquo inuicem pungerentur. Illa etiam ratio Procopij optima eſt: videlicet, nuditatem neſciebant: nam ſi eam cognoſcerent, facilè abſtraherentur à cultu diuino, & huic toto pectore incomberent, vt pararent veſtes, quibus nuditati ſubuenirent. At indumenta, quorum ars cauſa exitij, effecere, vt homines abdicarent otium, & laboribus ſe dederent. Cæterùm maximè nobis nocet labor, qui nos abducit à cultu Dei. Sic ille. Hinc argues errorem Platonis, qui ſomniauit cum antiquis Poëtis, mortales primæua mundi ætate (ſeculum aureum dixere) multos per annos ſine vllo veſtium tegmine nudos vixiſſe. Solo enim innocentiæ ſtatu, eóque breuiſſimo, nõ verò ampliùs vltrà ea nuditas hominum perdurauit. Deinde cõuincitur impudentia illa, & belluina ſanè barbaries hæreticorum, qui vocantur Adamitæ, eo quòd patrem Adamum nuditate illa ſua exprimere pro ſumma religione habentes, toto corpore incedunt nudi; propudioſum gregem porcorum dices. Quaſi nunc primus ille ſtatus innocentiæ vigeat, in quo filijs innocentis Adami, ſi nudi verſemur, nulla veſtium neceſſitas, nullúſque pudor ineſſe videatur. Vide obſecro in quàm turpe atque ignominioſum barathrũ hæretici prolabantur. Cæterùm in iis verbis, *erat autem vterque nudus*, diſcutiendis aliquantulum immoremur: ac paulo pòſt, quod ſequitur, *& non erubeſcebant*, enodabimus. Ergo D. Chryſ. *homil. 16. in Geneſ.* ad hunc locum ſic exorditur. Conſidera quæſo eminentem beatitudinem, quomodo ſuperiores fuerint omnibus corporalibus neceſſitatibus, quomodo terram, quaſi cælum incoluerint: & cùm eſſent in corpore nihil corporale tulerint; neque tecto, neque veſte, neque alio talí opus habentes. Porrò diuina Scriptura non ſimpliciter & abſque ratione, hoc nobis ſignificauit: ſed vt cùm didicerimus vitam illorum triſtitiæ doloriſque expertem, & Angelicum quendam ſtatum (vt ita dicam) & poſtea viderimus illos omnibus illis deſtitui, & quaſi è magnis diuitiis in extremam inopiam redigi, ipſorum peccato totum quod fit adſcribamus. Nam, vt dixit beatus Moyſes, quòd nudi erant, & nõ erubeſcebant, neque enim ſciebant ſe nudos eſſe, mira gloria amicti, & maiore quàm vllus veſtitus ornare poſſet, inquit, ſerpens erat, &c. Ita Chryſoſt. perquam appoſitè ad felicitatem illius primæui ſtatus: in quo noſtri parentes nudi veſtibus, ſed amicti puritate & innocentia, æmuli Angelorum viſebantur: ex quo tamen miſeri ſponte ceciderunt. Hoc ipſum leges apud Procopium hiſce verbis. Alia veſtimenta parata erant homini, ſi præceptum ſeruaſſent. Ea fuiſſent Angelica, diuina gratia vndequaque hominem circumluſtratura; ſcilicet præmia virtutis, quæ diabolus omnia inhibuit. Sic ille. Bene Tertul. *lib. de pallio, cap. 3.* Hominẽ (inquit) quoquo primordio accipiens nudus certè, & inueſtis figulo ſuo conſtitit. Sic ille. Atque vtinam illo virtutum & gratiæ diuini ornamentis amicti, non egeremus veſtium terræ velamentis. Etiamnunc apud Deum licet noſtri oculi eò non pertingant, vt rectè obſeruat D. Pet. Chryſol. *ſerm. 99.* Non hic iam alget, vel confunditur nuditas, vbi hominem totum tegit venia: fidei facit calere veſtitus. quinetiam ipſius primæ fœminæ nuditas ſic erat extra omnẽ impudicitiam, ruborem, imò tam pura & virginei pudoris ſymbolum ac præconiũ, vt fœminarum velamina nonniſi poſt peccatũ inuenta fuerint, habitáque in ſignum virginei decoris amiſſi, & mulieris iam maritatæ: quod egregiè oſtẽdit Tertullianus *lib. de veland. virg. cap. 11.* ad hunc modũ: Principes generis Adam & Eua, quandiu intellectu carebant, nudi agebant; at vbi de arbore cognitionis guſtauerũt, nihil primum ſenſerunt, quàm erubeſcendum; itaque ſui quoque ſexus intellectum tegmine notauerunt.

*Peccatis exitium.*

*Procop.*

*Tertull.*

*P. Chryſol. Iuſtis amictus apud Deum.*

*Tertull. Eua nuditas honeſta.*

*Veſtitus pudoris amiſſi ſymbolum.*

*Adamitæ hæretici.*

*S. Chryſ. Parentũ primæua felicitas.*

2. Nihilominus in hoc naturæ corruptæ ſtatu infeliciſſimo neceſſarius omnino eſt veſtium vſus ad propulſandas in primis aëris temporúmque iniurias, ita vt vita humana maximè corporum indumentis ſuſtentetur. Deinde ad honeſtatem, vt tegantur illa præſertim corporis membra, quæ patere oculis, ſine verecundia atque indecentia non poſſunt: ex quo fiebat, vt perſecutionum temporibus illa pro ſummis, atque omnium grauiſſimis, ſupplicia tyranni non minùs crudelitate, quàm impudẽtia barbari ac ſcelerati puriſſimis ac ſanctiſſimis Chriſti Domini virginibus hoc vnum irrogare conſueuerint, vti nudis omnino corporibus ad ludibrium per vrbium plateas, & fora publica traherentur. Quod tamen omnium maximũ dedecus ac ſupplicium delicatiſſimæ & puriſſimæ Virginis pro ſui ſpõſi fide atque amore conſtanter & alacriter perferebant: de vnaquaque illarũ illud memorari poſſet, quod D. Ambroſ. *in exhort. ad Vir.* de Sothere virgine pulcherrima ſcripſit, vbi adducta ad idolum adolere incenſum noluit; ad hunc modum: Eam perſecutor immanis palmis cædi præcepit, vt tenera virgo dolori cederet; aut pudori, at illa vbi audiuit hanc vocem, vultum aperuit ſoli inuelata atque intacta martyrio; & volens iniuriæ occurrit vultum offerens, vt ibi martyrij fieret ſacrificium, vbi ſolet eſſe teſtamentum pudoris

*Veſtium vſus neceſſarius.*

*Virgines ſanctæ a tyrannis trahebantur nudæ.*

*S. Ambr. Sother virgo & martyr.*

goris; gaudebat enim diſpendio pulchritudinis periculum integritatis auferri. Sic Ambroſius. Et quidem hæc ſupra omnem naturæ conſtantia in virginibus honeſtiſſimis, quibus illa nuditas mortalium & laſciuorum maiori ex parte oculis per vrbem oblata erat, omni tormentorum genere, atque morte ipſa acerbiſſima lóge grauior, ab exemplo, & conſuitu ipſius earundem ſponſi oriebatur. Nam in reuelationibus ad ſanctam

Brigid.

Brigidam factis Virgo Dei mater paſſionis Dominicæ hiſtoriam enarrās ſic ait: Ad columnam alligatus Filius meus, nihil omnino operimenti habebat, ſed ſicut natus eſt, ſic ſtabat, & patiebatur erubeſcentiam nuditatis ſuæ. Item poſtea in Caluario aſtante Filio meo ſicut natus erat, nudo corpore, vnus tunc accurrens aſportauit illi velamen, quo ille exultans intimè ſe velabat. Sic habet Deiparæ reuelatio. Ego verò nuditatem illam Domini in atrio Pilati, dum flagellis virgineum illud, ac diuinum corpus in oculis innumeræ multitudinis cæderetur, pro acerbiſſimo dolorum omnium, quibus eſt in paſſione afflictatus, haberi & ſignificari arbitror à Domino, dum in Pſalm. 37. dicit: *Quoniam ego flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo ſemper.* Vbi notandum eſt Hebraicè צלע *ſelagh*, plagam, flagellum, & ab aliis leprā verti: apparebat enim Chriſti Domini corpus coopertum plagarum, verberúmque vibicibus in ſimilitudinem corporis lepræ notis diſtincti. Fuitque adeò acerbum hoc ſupplicium, vt per antonomaſiam appellet Dominus dolorē ſuum, & ad quem vti omnium, quos in paſſione perpeſſus eſt, crudeliſſimū perferendum à primo ſuæ conceptionis momento & oculos animúmque intenderit, & corpus ipſum futuræ carnificinæ apparuerit. Sed cùm in eo ſupplicio duo Chriſtus pateretur, dolorem ſcilicet plagarum, & nuditatē corporis hoſtium ſuorum expoſiti oculis ad ludibrium: multo quidem acriùs videri ſe nudum quàm flagellari doluit, conqueſtuſque eſt Pſal. 21. illo verſu: *Ipſi verò conſiderauerūt & inſpexerunt me.* quaſi acerbius tormentum ab oculis nudum corpus contuentibus, quàm à manibus verberantibus infligeretur. Sed ò miſeri, qui (vt bene aduertit S. Auguſtinus) conſiderauerunt, & non intellexerunt: conſpexerunt, & non viderunt. vſque ad carnem oculos, non vſque ad Verbum cor habuerunt.

*Chriſti nuditas in paſſione.*

Pſalm. 37.
*Chriſti flagellatio.*

Pſalm. 21.
*Chriſtus nuditatem agrè doluit.*

S. Aug.

3. Ergo, vt in aliis Domini ſupplicijs ac doloribus, ſic in iſta nuditatis inuerecundia, & dedecore Chriſti Domini patiētis ſanctiſſimi Martyres, & Virgines pudiciſſimæ defixo animorum oculorúmque obtutu ſua tormenta probráque quàm lætiſſimè ſuſtinuerunt. Quod egregiè D. Bernard. *ſerm. 61. in Cant.* ad illa verba ſponſi: *Columba mea in foraminibus petræ oſtende mihi faciem tuam,* Cant. 2. ſic perſequitur. Non eſt quòd vereatur martyr exangues liuidaſque leuare ad eum faciem, cuius liuore ſanatus eſt, gloriosam repræſentare ad ſimilitudinem mortis eius vſque in pallore auri, quid vereatur, cui etiam à Domino dicitur: Oſtende mihi faciem tuam. Videri vult, & oculos militis ſui in ſua ſuſtolli vulnera. Enim vero non ſentiet ſua, dum illius vulnera intuebitur. Stat martyr tripudians & triumphans, toto licet lacero corpore, & rimante latera ferro, non modò fortiter, ſed alacriter ſacrum à carne ſua circumſpicit ebullire cruorem. Vbi ergo tunc anima martyris? nempe in tuto, nempe in petra, nempe in viſceribus Ieſu, vulneribus nimirum patentibus ad introeundum; ſi in

S. Bernard.

Cant. 2.
*Chriſtum cruciſixum martyribus videndū ſe præbet.*

*Martyres Chriſti cruci fixum vulneres animantur.*

A ſuis eſſet viſceribus, ſcrutans ea ferrum profectò ſentiret, dolorem ferret, ſuccumberet & negaret, nunc autem in petra habitans, quid mirum ſi in modum petræ duruerit? Sed neque hoc mirum, ſi exul à corpore dolores non ſentiat corporis; neque hoc facit ſtupor, ſed amor. Hæc Bernardus. Aduertit optimè D. Hieronymus vellicans iam ſuo tempore veſtium quarundam genus ad laſciuiam penè compoſitum, ableganda penitus eſſe ea indumenta: quibus (inquit) amicta corpora nudantur potiùs, quam operiuntur. Solent enim, vt experientia docet, vehementius ad libidinē incitare tenuia & delicatiſſima quædam ex ſerico, aut alio adhuc rariore filo velamina, per quæ veluti per ſplendentia ex vitro,

S. Hieron.

*Veſtium genus laſciuū.*

B aut criſtallo ſpecilla probroſæ corporum partes ſeſe oſtentant oculis ad pellicendos animos. De quo maximè veſtium ornatu accipio illud Tertul. Studium periculoſiſſimi decoris, elaboratæ libidinis ſuggeſtum. Chriſtus Dominus de Ioanne Baptiſta ad Phariſæos prædicans: *Quid exiſtis* (inquit) *in deſertum videre? hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum ſunt!* Matthæi 11. Vbi videns illis adhuc temporibus, non ita luxum inualuiſſe, vt extra Regum palatia delicatarū ambitioſus vſus veſtium in reliquum populū diffunderetur. Sed quænam illa mollia veſtimenta? Reſpondet D.

Tertull.

Matth. 11.

*Veſtitus mollis quis ſit.*

C Bernard. Veſtimenta mollia ſunt, quæ mollem efficiunt animum, *ſerm. ad ſororem.* Addo & animum carneum, ſoli terræ, ac rebus caducis inhiantem. Etenim (vt ſapienter adnotauit Procopius) nec veſtium iura, nec pudor nuditatis ad illos attinebat: Quippe (inquiens) immortales gerebant ſpiritus. facta ſunt veſtimenta poſt præuaricationem, cum illis obnoxiis cōditioni mortali etiam naturæ eorum ſpiritus mutarentur. Hæc ille. Contra hanc veſtium vanitatem, imò & luxum effœminandis corporibus, turpandíſque animis inuentum, mira eſt ſanctorum Patrum & Doctorum concertatio, & quædam quaſi belli contra communem hoſtem coniuratio; at-

S. Bern.

D texā carptim, quæ occurrunt, eorum ſententias.

4. Veſtium curioſitas, deformitatis mentium & morum eſt indicium. Bernardus *de conſider. 3.* Quanto ampliùs corpus foris propter vanā gloriam componitur, atque ornatur, tanto interius anima fœdatur & ſordidatur. Idem *Super Miſſus eſt.* Serico & purpura indutæ Chriſtum ſincerè induere non poſſunt: auro & margaritis adornatæ & monilibus, ornamenta mentis & corporis perdiderunt. D. Cyprian. *lib. de habitu Virginum.* Vanum eos vanitatis notam ingerit corporis non tanto curaretur corporis cultus, niſi prius neglecta fuiſſet mens inculta virtutibus, Bernar. *Apologet. ad Guil. Abbat.* Sed quid in ſanctorum

S. Bernard.
*Veſtiū luxus damnatur.*

S. Cypr.

S. Bern.

E Patrum ſententiis, quæ penè ſunt infinitæ commemorandis immoror? Etiam ipſos fidei lumine deſtitutos non latuit homines hæc veritas. Certè grauiſſima eſt Auguſti Cæſaris illa ſententia: Veſtitus inſignis, ac mollis ſuperbiæ vexillum eſt, nidúſque luxuriæ. Suet. *in eiuſdem vita, cap.* 73. Atque in fœminis periculoſior multo eſt iſte veſtium molliū vſus; quare audiant Clem. Alex. *3. pædagog. 11.* Ea (inquit) quæ à fœminis ad luxum comparantur, ab eis tanquam pennæ detrahenda ſunt, vt quæ inſtabilem ſuperbiam, ac mollitiem inaneſque voluptates procreent: quibus excitatæ, & quodammodo alatæ, ſæpè à matrimonio reſiliunt: quocirca fœminę honeſtè ornandæ, & pudico pudore aſtringendæ ſunt, ne à

*Auguſti de veſtium luxu ſententia*
Suet. Tranq
Clem. Alex.

*Veſtiū luxus fœminis pernicioſus.*

veritate

veritate propter molliciem diffluant. Sic Alex. A Nota quàm lepidè & appoſitè ambitioſæ iſtæ & molles veſtes vocentur pennæ alæque fœminarum, quibus illæ ſuffultæ paſſim obambulant, & petuolant à propria domo ad alienas, imò ad plateas, & loca publica, vbi numeroſior virorum cœtus, & earundem remigio alarum in aëra ſubmotæ ſuperbiſſimum & inaniſſimum, ne dicam etiam turpiſſimum exhibent ſuæ pulchritudinis ſpectaculum; ac demum à coniugali toro ad alienum ſubuolâtes omni ſe infamiæ dedecoro contaminant; & aliquando veluti auiculæ dum incautè volitant, in accipitris vngues incurrunt, hoc eſt, in corporis animæque interitum ſempiternum. B At dicent aliquæ, quibus tota vita in veſtium lenocinio ſita eſt, nihil iſtorũ malorum, quæ retulimus, in ſeipſis vnquam expertas eſſe, quippe quæ non ad prauum aliquem finem veſtiendi, & comedendi ſtudium direxiſſent; fuerit ita, vt volent, ſed ab illa proditione, de qua luculenter Tertul. lib. de cultu fœminarum, haud facilè ſeſe expedient. Quid (inquit) alteri periculo ſumus? quid alteri concupiſcentiam importamus? neſcio an impunè abeat; qui alicui fuerit cauſa perditionis; perit enim ille ſimul in tua forma, ſi concupierit; & admiſit iam in animo quod concupiuit; & facta eſt gladius illi. Certè vt culpa vaces, ab inuidia non liberaberis; vt dum in alicuius agro latrocinium geſtum eſt, C etimen quidem dominum non conſtringit, dum rea tamen eius ignominia notatur, ipſe quoque infamia aſpergitur. Sic Tertul. & quidem optimè. Solent enim proditorum ædes æquati ſolo, æquatæque ſale proſeminari. at quid mali paries tectúmque admiſit? Certè hoc fit ad ſummam execrationem delicti. Sic forma, ſic lenocinium, vbi data eſt occaſio ſcandali, laborat infamia apud Deum, & cum fœmina pariter in iudicium vocabitur.

*Veſtiũ luxus fœminis, & aliis nocet.*

Tertull.

5. Sed & hoc demus amplius fœminis, neque ſibiipſis, neque alius ex iſto veſtium luxu periculum vllum timeri; quorſum ergo tanta veſtium pretioſarum eſt copia, & ſtudium exquiſitius; & D tantum in iis comparandis pecuniæ inſumptum? Videant mariti ſuæ rei familiaris perniciem, ex hoc vxorum ambitioſo & ſuperfluo in veſtibus cultu, certiſſimâ exoriri: vxorias huiuſmodi curas, ſtudia appetitúſque immoderatiſſimos, moderentur, refrænent, circumcidant. Sic enim eſt innatus fœminæ iſte luxus, vt ob ea etiam ratione videatur diuina Scriptura verbum illud, *ædificauit*, in mulieris efformatione vſurpaſſe. Eſt planè mulier, eſt ædificium, eſt tota domus, vt totum quicquid in domo eſt auri, argenti facti, & infecti, odorum, vnguentorum, ornamentorum, ſupellectilium in ſe vna exornanda ſtudeat collocari. Ædes mulier eſt, at quæ bona familiæ, opes mariti ſudoribus comparatas, recipiat conſeruétque; non quæ luſui & luxui exponat ac diſperdat. E Ædes mulier eſt, non palatiũ aliquod regium in quo aolææ ex holoſerico, & auro, in quo marmoreæ columnæ, & ex porphyretico lapide parietũ ſumptuoſiſſima incruſtatio: in quo picturæ, fontes, floribus conſitæ areolæ, ad ſenſuum voluptates: ſed quotidie videmus fœminarum ſtudio, cælum, terrámque, & mare periuſtrari, vt mulier veluti palatium adornetur; ſint pigmenta, ſint colores ad faciem poliendam, incruſtandum; ſint fontes liquorum, vt lauet, tergat & oleat; ſint flores, iique ex auro & argento, & gemmis; ſint ad induendum innumera & varia amiculorum genera; neque his expletur ambitioſa veſtiendi cura; totus impendatur mundus, vt mundus muliebris comparetur. Quòd ſi reſpondeat mulier ornari ſe, vt viro placeat; audiat quæſo D. Chryſoſt. *homil.* 10. *in epiſt. ad Coloſſ.* ſic occurrentem. Quid ornaris, dic quæſo? vt viro placeas? igitur domi hoc facias. Hic verò contrarium fit, ſcilicet domi ſumma incuria, ſi foras itur, annus eſt, dum comuntur. Si autem proprio vis viro placere, aliis ne cura vt placeas, ſi verò aliis placere vis, non potes placere tuo. Sic Chryſoſt. Porrò autem ſi tam grauiter damnandum cenſemus iſtud veſtium lenocinium in fœminis, quarum infirmiori naturæ plus aliquid hac in re indulgendum eſt, quanto grauiore ſeſe piaculo obſtringent viri curioſiùs induentes; maximè (quod rarius multo videbitur, ſed & portenti ſimile erit, ſi vnquam exiſtet) ij, qui ab inferiore ſorte ſubleuati Deo immortali in ſummis myſteriorum ſacra miniſtrant? De iis D. Hieron. *Epiſtol. ad Euſtochium*, ita ſcribit: Omnibus his cura de veſtibus; tales cùm videris, ſponſos magis exiſtimato, quàm clericos. Seueriùs adhuc in eoſdem ſic inuehitur D. Bernard. *ſerm.* 33. *in Cantic.* Is, quem quotidie vides meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, regius apparatus; aurum in frænis, in ſellis, & in calcaribus, & plus calcaria, quàm altaria fulgent. Miniſtri C Chriſti ſunt, & ſeruiunt Antichriſto. Sit quæſo propoſitum omnibus ad imitandum exemplum D. Auguſt. qui *ſerm. 1. de vita clericorum*, cùm grauiter ferret, quòd à populo ſibi veſtiũ aliquantulum excultarum donaria offerrentur, ſic pro ſuggeſto eloquitur: Nolo talia offerat ſanctitas veſtra, quibus quaſi ego ſolus decentiùs vtar. Offertur mihi, v.g. veſtis pretioſa, fortè decet Epiſcopum, quamuis non deceat Auguſtinum, id eſt, hominem pauperem de pauperibus natum. Si ea mihi datur, vendo; & erogo pauperibus: ſi hoc eum delectat, vt ego habeam talẽ, det vnde non erubeſcam. Fateor enim vobis; de pretioſa veſte erubeſco, quia non decet hanc profeſſionem, D hanc admonitionem, hæc mẽbra, hos canos. Sic Auguſtinus. Quapropter, vt rectè admonet idem Auguſt. *Epiſt.* 73. verus ornatus Chriſtianorum mores boni. Sed iam extrema verba huius capitis pertractemus.

*Vt moderentur vxorum lenocinia.*

*Mulieris ambitioſus apparatus.*

*Mulier cur ædes dicatur.*

*Mundus muliebris.*

S. Chryſ.

*Maritæ etiam doceret curioſior ornatus.*

*Veſtium luxus damnatorum virorum.*

S. Hieron.

S. Bernard. *Clerici curioſius amicti.*

S. Aug. *Auguſtini de veſtibus pulchra ſententia.*

S. Aug.

6. *Et non erubeſcant.* ] Sunt qui aſſerant ideo primos parentes ſuæ nuditatis non puduiſſe, quia ſenſu erant pueri, pueris autem nulla eſt verecundia, vt experientia comprobatur. In qua ſententia fuiſſe videtur Procopius. adiungit enim: Ratio enim ſola agnoſcit pudorem. Quapropter brutis animantibus nullus adeſt pudor. Cæterùm quicquid Procopius, & alij confingant, certum omnino eſt illos nõ ſenſu, ſed ſancta ſimplicitate pueros extitiſſe, virilique ſapientia & maturitate præditos; ideo autem non erubuiſſe, ob eas, quas egregiè aſſignat, rationes D. Auguſt. 14. *de ciuit. cap.* 17. E Meritò (inquit) libidinis maximè pudet, meritò & ipſa membra, quæ ſuo quodam (vt ita dixerim) iure non omnimodo ad arbitrium noſtrum mouet, aut non mouet, pudenda dicuntur, quod ante peccatum hominis non fuerunt. Nudi enim, & non erubeſcant, non quòd eis ſua nuditas eſſet incognita, ſed turpis nuditas nondum erat, quia nondum libido membra illa præter arbitrium commouebat, nondum ad hominis inobedientiam redarguendam ſua inobedientia caro quodammodo teſtimonium perhibebat. patebant oculi eorum, ſed adhuc nõ erant aperti,

Procop. *Verecundia non ineſt brutis.*

S. Aug. *Adã & Eua pueri non ſenſu.*

*Nuditas quæ turpis poſt peccatum.*

aperti, hoc eſt, nõ attenti, vt cognoſcerent quid eis indumento gratiæ præſtaretur, quando membra eorum voluntati repugnare neſciebant, qua gratia remota, vt pœna reciproca inobedientia plecteretur, extitit in motu corporis quædam impudens nouitas, vnde eſſet indecens nuditas, & fecit attentos, reddiditque confuſos. Sic Aug. Nec ad expoſitionem huius loci quicquam poteſt ampliùs requiri. Pulchrè autem dictum eſt à Tertul. Omne malum aut timore, aut pudore natura ſuffudit. Quare cùm in eo ſtatu feliciſſimo malum adhuc nullum ab Adam & Eua commiſſum eſſet, ideo nihil erat, quod aut timerent, aut erubeſcerent. Hinc etiam verè appoſuit Procop. Adam & Eua (inquiens) Immortales & incorrupti tunc erant. At iis, qui incorruptam naturam conſeruant, nuditas nequaquam pudoris eſt. Ita Procop. Sed illa ratio pudoris potiſſima eſt, quam D. Auguſt. non leuiter attigit. & Abulenſ. *in 9. Geneſ.* fuſiùs explicat; quia nimirum vti dominus malè moratos ſibi inobedientes & inſolentes habens famulos verecundatur (cùm autore D. Chryſoſt. non poſſit dominus habere bonam famam, qui malam habet familiam) ita erubeſcit homo cùm videat ſuo in corpore mẽbra quædam præſcriptum ipſius ordinem & imperium detrectantia, & quæ ſæpiùs inſurgant, moueantúrque cõtra rationem. Habet enim domi, alitque & patitur; (velit, nolit) famulos non modò non parentes ad eius nutum, ſed contra reſtitantes, imò dominum ipſum impudentiſſimè irridentes, &, vt cum Paulo dicam, colaphizantes. Vbi eſt igitur tanta in famulis inſolẽtia, mirum haud eſt, quòd miſerrimus illorum herus & nominetenus, potiùs quàm reipſa, dominus (ne dicam ſeruus) tam turpium dominorum erubeſcat, ſuamque & ſuæ familiæ infelicitatem lamentetur.

*Nuditas impudens inobedientia pœna.* *Tertull.* *Procop.* *S. Aug.* *Abulenſ.* *Pudenda cur ſint membra.* *S. Chryſ.*

7. Sed non omnino prætereundus Apoſtoli locus 2. *Corint.* 12. qui habet: *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus ſatanæ, qui me colaphizet.* Hauddubiè ſatius eſt (inquit Theophylactus) his verbis exprimi Veneris incitamenta, quibus maximè vrgebatur. Nam continuè ſatan iſte me (ait) colaphizat & diuerberat, ne ipſe efferar & inſoleſcã. Erat quippe, & ipſe humanus. Sic ille. Sed ne quis inde colligat dãnum aliquod Paulum ex ea tentatione accepiſſe. Ideo (inquit Theodor.) dicit Apoſtolus, vtilitatis meæ Dominus curã gerens, mihi tentationes attribuit, ea ratione ingentes ſpiritus refrænans & non permittens, vt nimis clarum, aut glorioſum aliquid cogitarem. Sic Theodor. Bellè Auguſt. ad eundem locum. Ne extolleretur (inquit) tanquam iuuenis, colaphizabatur tanquam puer. Itaque puerilis colaphizatio, aut flagellatio eſt carnis tentatio, nec in homine quicquam infirmius, abiectius, ac fœdius eſt. Meritò hæc vna per antonomaſiam dicitur carnis infirmitas. Quare (vt ait S. Iren. *lib.* 5.) traditus eſt ſuæ infirmitati homo, ne elatus aliquando excideret à veritate. Scio aliis aliam placere interpretationem, de morbis, de perſequutionibus, de ærumnis, &c. Profectò miraudum haud eſt, diuinum Paulum effrænatis libidinis motibus agitari, homo enim erat. Vnus autem homo Chriſtus Ieſus, & vna inter mulieres benedicta Dei mater ſemper Virgo huiuſmodi infirmitati non ſuccubuerunt. Quinetiam vnicũ & ſummum iſtius ægritudinis medicamentum in Ieſu & Maria collocatum eſt. Inuocatio enim

*2. Cor. 12.* *Pauli tentatio impura.* *Theophyl.* *Theod.* *S. Aug.* *Irenæus.* *Hominis libido ingenita.* *Chriſtus & Virgo contra impuritates amuletum.*

A iſthæc dæmones fugat, frænat impetus, ſiſtit paſſiones, extinguit cupidinis ignes, ad conſpectum iſtius arcæ dominicæ torrentes iniquitatis (vti Iordanis vndæ) cohibentur. Hoc pallio Eliæ exſiccantur aquarum vortices, hæc Dei virga mare ipſum aperit, & liberũ purumque fidelibus pandit iter, vt in cælo tandem ſecuri dicamus: *Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium*, Pſ. 65. Non eſt ignominia Pauli Apoſtoli, nec virorum ſanctiſſimorum carnis titillationibus impugnari, quin ſumma laus eſt eas à Paulo, & à iuſtis viris, & haberi, & acceptari tanquam vehementes animæ dolores, non verò delicias, & voluptates. Emphaticè enim dicitur in Græco ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκί, hoc eſt, infixus eſt acu- B leus carni. Et quidẽ σκόλοψ ſignificat ſudẽ præacutam, ſurculũ, aculeũ, & infixã ſagittã. Non modò enim moleſtiã, ſed acutiſſimũ ſimul dolorem Paulo & iuſtis affert impura libidinis commotio; quod quidem eſt homini in tam corrupta natura, magnopere glorioſum. Quare optimè D. Auguſtinus ad hunc eundem locum. Immundus (inquit) ſpiritus permittitur, & ſanatus probatur. Neſcit diabolus quanta bona de illo fiant, etiam cùm ſæuit. Significanter, & demum ſtimulus vocatur libidinoſa tentatio, hac enim velut admotis à ſeſſore calcaribus vehementiùs iuſtorum animæ concitantur, vt ad Deum velociſſimè procurrant.

*Pſalm. 65.* *Libido iuſtis permoleſta.* *S. Aug.* *Iuſtorum laus ex carnis tentatione.*

8. Neque verò exiſtimandum eſt illa, quæ C nunc & habentur, & vocãtur pudenda, talia ſuapte natura eſſe; nihil enim in corpore humano turpe ac dedecoroſum eſt conditum; quicquid autem nunc habent ea membra turpitudinis, id quidem à peccato primorum parentũ hauſerunt. Quod egregiè his verbis expẽdit Rupertus. Non erat ignominiæ, ſed honoris quòd nudi erant; non erat inſipientiæ, ſed ſecuritatis, quòd ſecuritatem ſuam non erubeſcebant. Quid enim, numquid hoc à factore ſuo accepit, quòd confuſibilis & verenda eſt factura Dei? aut nunquid confuſionem huiuſmodi naturæ, & non potius conſcientia facit? eſt quidem quaſi in naturam verſum hoc tormentum confuſionis; veruntamen non conditione primæua, ſed ex iuniore culpa, D origo eius pullulant. Etenim iccirco nuditatem noſtram erubeſcimus, quia conſcij nobis ſumus, quantam infirmitatem, imò quantam aduerſùm nos rebellionem carnis noſtræ portemus. at verò tunc ſana erat cordis cõſciẽtia, quippe quam nulla ſollicitabat oculorum concupiſcentia, ſiquidem concupiſcentia carnis pœna eſt peccati, qua præcedens punitur ſuperbia mentis. Sic Rupertus. qui etiam eleganter adiungit: Vndénam ad ſuffundendam faciem pudor derepentè prorumpat. Addit præterea, vel ipſomet habitu veſtimentorum, quibus induimus, nobis erubeſcẽdum, ex conſcientia nimirum, & recordatione tacita ignominiæ illius, in quam incidimus, diuina gratia, iuſtitia originali, atque omnibus in- E nocentiæ ornamentis ſpoliati. Vnde colliges, veſtium, de quibus homines gloriantur, ornamẽta ſuæ infamiæ, ac primæ proditionis in Deum publica eſſe teſtimonia, & incorruptiſſima in omnea ætates monimenta. Sic ergo Abbas. Medius inter Deum & carnem ſuam rationalis ſpiritus hominis poſitus eſt, vt Deo pareret, & carni imperaret. Quem ordinem, quia prior ille turbauit; & rupit abiiciendo præceptum Dei, ſubditus eſt, qui erat ſuperior ſpiritus, infimæ carni, vt iuſta pœna inferiori ſubiaceat, qui ſuperiori recte

*Pudenda per peccatum dicuntur.* *Rupert.* *Concupiſcentia pœna peccato.* *Veſtis teſtimonium proditionis.* *Rupert.* *Inobedientia quàm iuſta pœna.*

rectè ſubeſſe contempſit, hinc illa confuſio faciei de conſcientiæ ſecretis ad publicos oculos prorumpens: & miſera velamentorum ſolatia pœnalem ignominiam ſubire compellens Hæc (inquam) infirmitas, vel rebellio carnis aduerſùs ſpiritum, nondum erat. Bene igitur nudus erat vterque, & non erubeſcebant, quia quod erubeſcerent nõ habebant; illa nuditatis ſecuritate perdita nos ingemiſcimus, eo quòd gloria & honore ſpoliati, & pannicul is obuoluti ſumus. Nam ita veſtiti verè incedimus nudi, etiamſi ſic veſtiamur ſicut veſtiuntur lilia agri. Si (inquam) veſtiri poſſimus ſicut hæc veſtiuntur, ſic quoque ſpoliati & nudi ſumus. Hactenus Abbas. Erubeſcamus igitur filij illorum, qui primi aduersùs Deum conditorem proditores extiterunt, de ve-

*Veſtiti ſumus coram Deo nudi.*

A ſtibus, quibus ornamur quantumuis holoſericis, & auro gemmiſque ad omnem ambitionis ornatum fulgentibus: ſunt enim homini veſtes proditorum ac damnatorum inſignia (Luſitanè *ſambenitos*;) quid verò aut impudentius, aut dementius, quàm oſtentare, quàm ornare, quam vel etiam in pretio habere originalis peccati teſtimonia, & damnationis inſignia ad infamiam humani generis ſempiternam? Poſtremò, vt præſentis loci commentationem concludamus, operæpretium erit audire D. Chryſoſtomum homilia 16. Conſidera (inquit) eminentem beatitudinem quomodo ſuperiores fuerint omnibus corporalibus neceſſitatibus. At ô ſi duraſſet ille ſtatus! Vix enim apparuit, cùm iam diſparuit.

*Veſtitus originalis culpæ teſtimonium.*
S. Chryſoſt.

# CAPVT TERTIVM.

1. SEd & ſerpens erat calidior cunctis animátibus terræ quæ fecerat Dominus Deus: Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno paradiſi?

2. Cui reſpondit mulier: De fructu lignorum, quæ ſunt in paradiſo, veſcimur:

3. De fructu verò ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur.

5. Dixit autem ſerpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini.

3. Scit enim Deus quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperiētur oculi veſtri: & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum.

6. Vidit igitur mulier quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectúque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro ſuo, qui comedit.

7. Et aperti ſunt oculi amborum: cúmque cognouiſſent ſe eſſe nudos, cõſuerũt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.

8. Et cùm audiſſent vocem Domini Dei deābulantis in paradiſo ad aurā poſt meridiē, abſcōdit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi.

9. Vocauítque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es?

10. Qui ait Vocem tuam audiui in paradiſo: & timui eo quòd nudus eſſem, & abſcondi me.

11. Cui dixit: Quis enim indicauit tibi quòd nudus eſſes, niſi quòd ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti?

12 Dixitque Adam: Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi:

13. Et dixit Dominus Deus ad mulie-
B rem: Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit, Serpens decepit me, & comedi.

14. Et ait Dominus Deus ad ſerpentem: Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.

15. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuũ & ſemen illius: ipſa conteret caput tuũ, & tu inſidiaberis calcaneo eius.

16. Mulieri quoque dixit: Multiplica-
C bo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris: & ipſe dominabitur tui.

17. Adæ verò dixit: Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo, præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.

18. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ.

19. In ſudore vultus tui veſceris pane,
D donec reuertaris in terrā de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerē reuerteris.

20. Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ, Heua: eo quòd mater eſſet cunctorum viuentium.

21. Fecit quoq; Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos:

22. Et ait: Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum: nunc ergo ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat,
E & viuat in æternum.

23. Et emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram, de qua ſumptus eſt.

24. Eiecítque Adā: & collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ

SECTIO

# SECTIO PRIMA.

*Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus.*

1. EBRAICA נחש *nachas*, augurari, diuinare, tentare, experiri, ſollicitare. inde nomen נחש *nachas*, ſerpens, coluber. Vnde & obſcœnum, item ad æs, chalybem, compedes, ſignificandum deriuatur. Ac multa quidem hoc loco quæri ſolent, primum; an fuerit verus ſerpens. Ceterùm tanquam temeraria, erronea, toti Eccleſiæ, Patrúmque ac Doctorum ſententiæ contraria haberi debet, vt planè eſt illa opinio, quæ aſſerit non fuiſſe verum ſerpentem, imò totam hanc hiſtoriam non exteriùs peractam, ſed interiùs tantùm in animis primorum parentum per internas cogitationes præceſſiſſe. Secundum, quænam vox illa fuerit ſerpentis, quæ ſermocinatio? Nam vulgus credit, vt fabulis teritur, in ipſo mundi B exordio, nó homines tantùm, ſed & omnia prorſus animantia loqui, & ſermocinari conſueuiſſe: quod quidem vanum & ridiculum eſt. Statuendum igitur eſt ex communi ſententia dæmonem, vti contingit energumenis, ſerpentis inſuſum corpori, per os & linguam beſtiæ, velut per organum, voces illas edidiſſe. Sed præſtat audire D. Auguſtinum. ſic enim 14. *de ciuitate*, c. 11. ſcribit. Diabolus colubrum in paradiſo corporali, animal ſcilicet lubricum, & tortuoſis anfractibus mobile, & operi ſuo congruum, per quem loqueretur, elegit: eóque per Angelicam præſentiam, præſtantiorémque naturam, ſpiritali nequitiæ ſibi ſubiecto, & tanquam inſtrumento C abutens, fallaciam ſermocinatus eſt fœminæ. Idem *lib. 11. de Geneſ. ad literam, cap. 27.* Diabolus (inquit) in ſerpente loquutus eſt, vtens eo velut organo, mouénſque eius naturam, eo modo, quo verè ille mouere, & moueri illa potuit ad exprimendorum verborum ſonos, & ſigna corporalia, per quæ mulier ſuadentis intelligeret voluntatem. Non itaque ſerpens verborum ſonos intelligebat, qui ex illo fiebant ad mulieré: quandoquidem nec ipſi homines, quorum rationalis natura eſt, cùm dæmon in eis loquitur, ea paſſione cui profligandæ exorciſta requiritur, ſciunt quid loquantur. Hæc Auguſtinus. Tertium, quo D de genere ſerpentium iſte fuerit? Multi multa ſomniant: quid enim in re tam incerta, & ab omni humana coniectura longiſſime remota, cuius ne veſtigiú quidem vllum expreſſit Moyſes, auſit quis pro certo affirmare? Nihilominus contendunt nonnulli fuiſſe Baſiliſcum: ſed quàm ineptè, ſatis fuerit demonſtrare paruitatem corporis, fœdiſſimum aſpectum, afflatúmque peſtilentiſſimum huiuſce monſtri: quæ omnia non inuitarent Euam ad colloquium, ſed auerterent. De illo enim ita Plinius *lib. 8. cap. 21.* Baſiliſcum Cyrenaica generat prouincia, duorum non am- E pliùs digitorum magnitudine, candida in capite macula, vt quodam diademate inſignem, ſibilo omnes fugat ſerpentes: nec flexo multiplici, vt reliqua corpus impellit, ſed celſus & erectus a medio incedens. Necat frutices non contactos modò, verùm & afflatos, exurit herbas, & rumpit ſaxa. Talis vis malo eſt. Creditur quondam ex

*Serpens verus fuit tentator.*

*Diabolus in ſerpente locutus.*

*S. Aug.*

*Energumeni neſciunt quid loquantur.*

Plin.

*Baſiliſcus deſcribitur.*

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

A equo haſta, & per eam ſubeunte vi non equitem modò, ſed & equum quoque abſumptum. Ita Plinius. Eandem deſcriptionem huius monſtri (vt vocat Plinius) mutuatur, & fuſiùs explicat eius Simia Solinus *cap. 30.* Coniiciunt alij fuiſſe Scytalem, illius nimirum pulchritudine & magnitudine ducti, qua ſcilicet mulieris oculos facilè deliniret, atque ad inſtituendum ſubinde colloquium alliceret. Quæ verò ſit hæc beſtia, deſcribit Solinus *libro indicato.* Scytale (inquiens) tanta præfulget tergi varietate, vt notarum gratia videntes retardet, & quoniam reptando pigrior eſt, quos aſſequi nequit, miraculo ſui capiat ſtupentes. Sic ille. Hanc Solini deſcriptionem confirmat noſter Delrio, qui ad hunc verſum teſta- B tur vidiſſe ſe aliquando ſpolium vnius, quod quidem erat ſeptempedale, totum artificio naturæ pulcherrime variegatum, auri ſplendore, & argenti nitore radians.

Solin.

Solin.

*Scytale deſcribitur.*

2. Magis à vero abeſt, quod alij confingunt de neſcio quo ſerpente, cuius faciem virgineæ ſimilem eſſe perhibent: quia vtpote ſuæ non abſimili potuit mulier detineri, primò quidem ad contuendum, deinde ad colloquẽdum. Cæterùm huiuſmodi ſerpentem in orbe viſum aliquando fuiſſe inauditum eſt; quocirca vt fabuloſus, & commentitius (quicquid Rupertus dicat) meritò à Lyrano, doctiſque viris irridetur. Non equidem improbabilem iudico illorum opinionem, C aut, vt ipſi loquuntur, ſuſpicionem de vipera notiſſimo ſerpente, & quotidianis homicidiis famoſiſſimo. Ideo fortaſſe Chriſtus Dominus Iudæos appellauit filios diaboli *Ioannis 8. & Matth. 23.* ſerpentes genimina viperarum. Ac ſimiliter Ioan. Baptiſta eoſdem vocauit progeniem viperarum, *Matthæi 3.* Quia vt diabolus viperæ lingua abuſus, Euam decepit, homicidáque fuit humani generis: ſic illi tanquam veri & boni filij patrem ſeductorem, inuidum, homicidam in ſeipſis exprimentes & imitantes Chriſto Domino mortem moliebantur. Quamobrem viperæ diabolo afflatæ & informatæ, atque à prima illa, D veluti partus editi, malitia quidem, & parricidio, ſimillimi diabolo videbantur. Sed obſtat huic coniecturæ paruitas iſtius beſtiolæ, & nulla inſigniti, aut maculoſi tergi pulchritudo, aliúdve huiuſmodi, quo mulier delinita teneretur. Nihilominus haud tanta eſt ea difficultas quin alioquin multo maior ſit ratio ad ſtatuendam opinionem de vipera ex vi teſtimoniorum, quæ paulo antè allata ſunt ex Euãgelio. Certè Theodoretus hunc locum exponens nonnihil propoſitæ ſententiæ ſuffragatur, dum ſic ait. Serpens inſtrumentum erat illius reuera inimici, idque Dominus in Euãgelio declarauit, dicens: Vos ex E patre diabolo eſtis; ille homicida fuit ab initio. Conſtat igitur ex Theod. imò ex communi ſenſu Doctorum (nec enim video, qui aliter ſentiat), Chriſtum Dominum ad hunc locum Geneſis de ſerpente ac diabolo reſpexiſſe: diabolúmque vocari, ſerpentem diabolo afflatũ, aut quod eódem recidit, diabolũ ſerpentis illapſum corpori, atque

*Serpens virginea facie fabuloſus.*

*Vipera Euam decepit.*

Ioan. 8.

Matth. 23.

Matth. 3.

*Vipera progenies cur Iudæi.*

Theod.

in eo loquentem. Cùm ergo Iudæi filij huius diaboli, & progenies ac genimina viperæ dicuntur, profectò vehemens fit coniectura nõ alium ſerpentem diabolo afflatum, atque homicidam humani generis extitiſſe, quàm viperam: cuius ſi ij Iudæi appoſitiſſimè viperæ, & viperinæ ſoboles nuncupantur: aliter ab alio ſerpente nomenclaturam ſui hæreditatij, & paterni parricidij ſortirentur. Hanc igitur in re tam incerta coniiciendi rationem minùs improbabilem, aut ſaltè magis veroſimilem mihi eſſe perſuadeo.

3. Quartò quæritur, vbinam loci ſerpens iſte, an in paradiſo, an extrà, ſed propè tamen apparuerit? Et quidem D. Auguſtinus 14. *de ciuitate, capite vndecimo*; apertè tradit apparuiſſe in paradiſo. Sic enim ſcribit. Diabolus colubrum in paradiſo corporali, vbi cum duobus illis hominibus, maſculo & fœmina, animalia etiam terreſtria cætera ſubdita & innoxia verſabantur, elegit, &c. Contrà verò Rupertus adduci non poteſt, vt credat, ipſo in paradiſo ſerpentem fuiſſe: pariter enim ibidem leones feræque aliæ, & vniuerſim monſtroſæ, truculentæ, venenatæque beſtiæ morarentur: quod valde detrahit de felicitate illius nemoris, quod paradiſus voluptatis, hortúſque deliciarum ſæpiùs nominatur, in quo homines beatitudine ſua naturali in terris perfruerentur. Nunc igitur (inquit) ſerpens à diabolo corporaliter inuadente poſſeſſus in paradiſo fuit. Sed mulier corpore, & oculis vaga, dum incontinenter deambulat, forte proſpectans qualis extra paradiſum mundus eſſet, & dum ſerpens vtpote aſtutus dulcedini terræ illius propiùs & ambitioſiùs inhiat, locus diabolo datus eſt, & occaſio breuiter porrecta, vnde tentaret Euam. Hæc Rupertus. Quàm opportunus locus hic eſt ad commendendam virginibus Chriſto dicatis, quæ in paradiſo deliciarum ſponſi cæleſtis commorantur, modeſtiam oculorum, & ſecretum domi ſuæ, quod à D. Ambroſio gymnaſium pudoris dicitur. Caueant ergo diſcurrere & obambulare, non extra dicam paradiſum, ſed vel propè illius vallum ac murum, vnde pateat proſpectus ad mundi viciniam curioſè oculos iniicere. latet ibi ſerpens, qui primam ſeduxit mulierem, aliis inſidiatur vt capiat, vt perdat, vt perimat. Debuiſſet Adam potiùs extra vallum egredi, vt quid foris mali deliteſceret, diligentiùs obſeruaret: at mulier intus in paradiſo ſe continere. Hoc diſcrimen à viro & fœmina obſeruandum, docuit Chriſtus Dominus *Matthæi decimotertio*, in parabolis grani ſinapis & fermenti: illud quidem ſeminauit homo in agro ſuo, hoc autem mulier domi abſcondit. Vnde eleganter D. Petrus Chryſologus *ſermone 99.* Vir (inquit) in agro, mulier domi: hominem foris labor expectat, mulierem cura domeſtica conſtringit. Sic ille. Mira ſunt, quæ in hanc ſententiam pro edocenda virginum modeſtia congeruntur à D. Hieronymo *in epiſtolam ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis*, paucula ſeligam. Nolo (inquit) ad nobilium domos accedas: nolo te frequenter videre, quod contemnens virgo eſſe voluiſti. Sic ſibi ſolent applaudere muliereulæ de iudicibus viris, & in aliqua poſitis dignitate. Si ad Imperatoris vxorem concurrit ambitio ſalutantium, cur tu facis iniuriam viro tuo? Ad hominis coniugem Dei ſponſa properas? diſce in hac parte ſuperbiam ſanctam; ſcito te illis eſſe

*S. Aug.*
*Serpens intra, an extra paradiſum fuerit.*
*Rupert.*
*Virginibus commendatur ſecretum*
*S. Ambr.*
*Matth. 13*
*P. Chryſol.*
*S. Hieron.*

meliorem. Neque verò tantum te cupio declinare congreſſus earum, quæ maritorum inflantur honoribus, ſed etiam eas fuge, quas viduas neceſſitas fecit, non voluntas, rarò ſit egreſſus in publicum. Hæc Hieronymus. Item: Eua in paradiſo virgo fuit. Poſt pelliceas tunicas initium ſumpſit nuptiarum. Tua regio paradiſus eſt, ſerua quod nata es, & dic, reuertere anima mea in requiem tuam. Item: Obteſtor te coram Deo & Chriſto Ieſu, & electis Angelis eius, ne vaſa templi Domini, quæ ſolis ſacerdotibus videre conceſſum eſt, facilè in publicum proferas: ne ſacrarium Dei quiſquam profanus aſpiciat. Item: Sponſa Chriſti arca eſt teſtamenti, intrinſecus & extrinſecus deaurata, cuſtos legis Domini. Sicut in illa nihil aliud fuit, niſi tabulæ teſtamenti; ita & in te nullus ſit extrinſecus cogitatus.

4. Idem in eodem argumento vlteriùs ita loquitur: Martha ſolicita eſt, eſto tu Maria; cibis præfero doctrinam. Sorores tuæ curſitent, & quærant quomodo Chriſtum hoſpitem ſuſcipiant. Tu ſemel ſeculi onere proiecto, ſede ad pedes Domini, & dic: Inueni eum, quem quærebat anima mea; tenebo eum, & non dimittam. Semper te cubiculi tui ſecreta cuſtodiant, ſemper tecum ſponſus ludat intrinſecus. Oras, loqueris ad ſponſum: legis, ille tibi loquitur. Ab eo audies: Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, fons ſignatus. Caue, ne domo exeas, & velis videre filias regionis alienæ. Dina ſponſa corrumpitur. Nolo te ſponſum quærere per plateas. Nolo te circuire angulos ciuitatis: num quem diligit anima mea vidiſtis? Nemo tibi reſpondere dignabitur. Sponſus in plateis non poteſt inueniri. Sequitur. Quæſiui eum, & non inueni. Atque vtinam non inueniſſe ſufficiat! Vulneraberis, & gemebunda narrabis: inuenerunt me cuſtodes, &c. Si autem hoc exitus patitur illa, quæ dixerat: Ego dormio, & cor meum vigilat: & faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur: quid de nobis fiet? Zelotypus eſt Ieſus, non vult ab aliis videri faciem tuam. Itaque audi Iſaiam loquentem. Popule meus intra cubiculum tuum, claude oſtium tuum, abſcondere puſillum aliquantulum, donec tranſeat ira Domini. Foris vagentur virgines ſtultæ, tu intrinſecus eſto cum ſponſo. Daniel in cœnaculo ſuo manebat in ſuperioribus, feneſtras apertas ad Hieruſalem habuit. Et tu habeto feneſtras apertas, ſed vnde lumen introeat, vnde videas ciuitatem Domini. Ne aperias illas feneſtras, de quibus dicitur: *Intrauit mors per feneſtras veſtras*, Ieremiæ nono. Hæc omnia Hieronymus quæ mirabiliter continentur in illo theſauro abſcondito, cui regnum cælorum *Matthæi decimotertio*, à Chriſto Domino ſimile perhibetur, & in quo, vt Eccleſiæ communis ſenſus habet, virgines Chriſti ſignificantur. Vbi D. Gregorius expendens theſaurum abſconditum vocari, reddit hanc rationem: Maligni ſpiritus iter noſtrum, quaſi latrunculi obſident; deprædari ergo deſiderat, qui theſaurum publicè portat in via. Quintò quæritur, quamobrem diabolus Euam non per ſe immediatè, ſed interuentu alicuius animantis tentaturus elegerit ſerpentem potiùs, quàm quodnis aliud animal? Cui quæſtioni reſpondet inprimis D. Damaſcenus *lib. 2. de fide orthodoxa, cap.* 10. ad hunc modum: Serpẽs plus cæteris animalibus

*Virgines ſuperbiam ſanctam habeãt.*
*Virginibus vitanda confabulatio mulierum.*
*Virginum cuſtodia*
*Virginũ cum Chriſto familiaritas*
*Chriſtus zelotypus animæ.*
*Virgines cælũ ſuſpiciant.*
*Ierem. 9.*
*Matth. 13.*
*S. Greg.*
*Virgines theſaurus abſconditus.*
*Cur diabolus ſerpente abuſus*
*S. Io. Dam.*

fami

familiaris erat homini, ad ipſum frequenter accedens, eique placidis motibus corporis blandiens: vnde per ipſum princeps mali diabolus primis noſtris parentibus impietatis ſuæ venenum inſtillauit. Similia ſcribit Procopius Gaz. Serpens (nimirum) erat gratus mulieri, cùmque ceu delicias tractabat propter inſignem indolem, & quælibet imitandi ſolertiam, mirabiliter notat blandiri & adulari, licèt nunc nobis ſit infeſtus, & ſumma ope à nobis formidetur, ſic ordinante Deo. Sic ille. His ergo poſitis obuia erat, & ad manum (vt dici ſolet) occaſio tentandi, nec longiùs excurrere, aliud, ſuæ malitiæ inſtrumentum quæſiturus, neceſſe habuit inimicus.

Procop.

5. Nullum profectò facilius ac certius ad quoduis malum perpetrandum ſuſcipi poteſt iter, quàm quod in familiari, ſed praua conſuetudine aperitur. *De radice colubri egredietur regulus*, Iſai. 14. habetur. Cuius loci ſenſus hic eſt, primò quidem ſeritur malum, dum quis periculoſæ ſe tradit conſuetudini, ſubinde illa vires in dies aſſumit, & malum paulatim radices agit; donec arbor ſuccreſcat ex tantula radice, imò ex minutulo grano, ac ſi ex leuiſſimo ſemine colubri, non ita venenati; peſtilentiſſimus omnium ſerpentum baſiliſcus pullularet. Rectè D. Baſilius *homilia nona.* Quemadmodum (ait) in peſtilentibus locis ſenſim attractus aër latentem corporibus morbum iniicit; ſic in praua conſuetudine maxima nobis mala hauriuntur, etiamſi ſtatim incommodum non ſentiatur. At reſpondeat aliquis Baſilio non ſemper ex tali conſuetudine cum ſerpente, hoc eſt, cum fœmina hominem ſic infeſtari, vt in barathrum ruat impudicitiæ, fieri quidem id poteſt, ſed quàm raro; audiat ex D. Ambroſio *ſerm. 66.* ſimile argumentum pertractante, vbi præter alia hoc adiungit; Et ſi ſincerum corpus ſit, anima non poteſt eſſe ſincera. Nota ex verbis Procopij ſerpentem per illos blandiculos motus, & quaſdam quaſi geſticulationes dulciculas, ſed veneno, & interitu fœtas inſidias, omnia illa ludicra, & artificioſa commouente dæmone, mirabiliter in familiaritatem mulieris irrepſiſſe; primúmque fuiſſe archetypum fœminei tentamenti, quoad euertendos Salomones, Sanſones, Dauides, Petros, nullum aptius habet diabolus inſtrumentum. Illa verò in huiuſmodi familiaritate ſerpentis blandimenta & adulatiunculas, egregiè D. Hieron. *in vita Hilarionis* dixit, ſolita eſſe morituræ virginitatis principia. Certè cùm talia peragi videris, non inconcinnè dixeris ſuas veſperas (vt Eccleſiaſtico more loquamur) iam tunc à dæmonum choro decantari, cùm in ſubſequens feſtum turpidinis venturæ, tum pro pudicitia, iam moribunda, cuius omnino demortuæ actutum exequiæ peragentur. Tertullianus *libro aduerſùs Valentin. cap. 2. & 3.* videtur arbitrari propterea ſerpente abuſum fuiſſe diabolum, quia ſit prudentiæ ſecularis ſymbolum, quæ inimica Deo eſt, & homines ſolet à ſimplicitate fidei, & doctrinæ Chriſti per columbam ſignificati, ad errores paruóſque mores auertere. Chriſtum (inquit) columba demonſtrare ſolita eſt, ſerpens verò tentare. illa & à primordio diuinæ pacis præco: ille à primordio diuinæ imaginis prædo. Ita faciliùs ſimplicitas ſola Deum, & agnoſcere poterit, & oſtendere; prudentia ſola concutere potiùs & prodere. Abſcondat itaque ſe ſer-

*Initia malorum leuia.*
Iſai. 14.
S. Baſil.
*Conſuetudo periculoſa eſt fœminis.*
S. Ambr.
*Mulierum blanditiæ.*
S. Hieron.
*Turpitudinis præludia.*
Tertul.
*Prudentia mundi ſerpens.*



A pens quantum poteſt, totámque prudentiam in latebrarum ambigibus torqueat, altè habitet, in cæca detrudatur, per anfractus ſeriem ſuam euoluat, tortuosè procedat; nec ſemel totius lucifuga beſtiæ noſtræ columbæ domus ſimplex, etiam in editis ſemper & apertis, & ad lucem; amat figuram Spiritus ſancti, orientem Chriſti figuram nihil veritas erubeſcit, niſi ſolummodo abſcondi, quia nec pudebit vllum aures ei dedere, eum Deum recognoſcere, quem iam illi natura commiſit, quem quotidie in operibus omnibus ſentit. Hactenus Tertullianus.

*Veritas Chriſti columba.*

6. At eſt illa quidem facilior, & fortè vero B propior, quæ à Lyrano affertur, ratio. Quòd (inquit) dæmon ſerpentem intrauit ad tentandum, non fuit ex dæmonis electione, ſed magis ex diuina diſpenſatione, quæ non permiſit hominem tentari per diabolum in ſpecie gratioſa & nobili, per quam poſſet faciliùs decipi, ſed magis in ſpecie horribili, in qua fallacia dæmonis citiùs poterat deprehendi. Hoc Lyranus videtur mutuatus à Barcephalo *libro de paradiſo, capite vigeſimoſeptimo*; qui ſcribit non permiſſum diabolum à Deo abuti alio ad fallendam mulierem animali; tum vt ſic appareret vilitas & abiectio dæmonis; tum etiam, vt tortuoſi & maligni animalis aſpectu faciliùs Eua fraudem deprehenderet. Addiderim Deum hoc C pacto etiam ſuo honori conſuluiſſe, ne poſtea mulier in peccatum collapſa cauſaretur grauem aliquam violentiam, cui non facilè reſtitiſſet, impellente ad facinus animali alio, vel corporis mole, vel oris formoſitate ad fallendum incitandúmque potentiore; totámque ſubinde ſui delicti cauſam in Deum non tanto, ac tam valido hoſti obſiſtentem refunderet. Vide hinc etiam quò infelicitatis abiecerit ſua culpa illum in cælis natum Angelum; vt, qui per ſuperbiam elatus ipſo in throno Dei inſidere appetiuit, ipſe nec thronum conſcenderit, nec in cælo ampliùs conſtiterit: atque in ſordidiſſimo viperæ hiatu, pro cælo, pro throno Dei, miſer conquieuerit. Sextò quæritur quæ ſit iſta calliditas ſerpentis, dicitur enim ſerpens callidior o- D mnibus animantibus terræ? Aduertendum igitur inprimis eſt, Hebræam vocem ערום *gharum*, ſignificare prudentem, ſapientem, callidum, aſtutum; ſed licèt hæc omnia vtramuis in partem capi ſoleant, hic tamen *gharum* magis in deteriorem aſſumitur. Nam Aquila & Theodotio vertunt Græcè πανοῦργον, hoc eſt, nequam & verſipellem; capitur ergo calliditas hoc loco pro maligna & veteratoria aſtutia. Quòd ſi Chriſtus Dominus *Matthæi decimo*, iubet nos debere eſſe prudentes ſicut ſerpentes, ac tibi videtur ad hunc ſerpentem alluſiſſe, profectò notanter adiungit. Et ſimplices ſicut columbæ; vt ſerpentis prudentiam columbæ ſimplicitate at- E temperet, vt nimirum ſolertia ſerpentis in noſtri defenſiones, non in aliorum damno abutamur.

Lyran.
*Serpentis vilitas ſuam deberet auertere.*
Barceph.
*Eua caret excuſatione.*
*Diaboli dedecus.*
*Calliditas ſerpentis veteratoria.*
Matth. 10.
*Serpentis & columbæ conſortium.*

7. Prudenter quidem ſerpens caput obtegit, à periculis abſcondit, etiam, vt illud ſeruet incolume, totum deinde reliquum corpus vulneribus opponit; ita nos prudentes, fidem, caritatem, Dei obſequium, ipſum denique Deum, vt reliquorum omnium caput omni conatu tueamur, periculis non exponamus; quicquid autem reliquum in vita eſt, extra aut contra animæ ſa-

*Salus animæ non exponenda.*

lutem nihil habeamus; &, ſi ſors ita tulerit, periclitari ac deperdi, facillimè, imò libentiſſimè patiamur. Sic enim columba cum ſerpente coniungitur. Nam quid eſt (inquit D. Auguſtinus in Pſalmum 57.) *Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes*, Matthæi 10. Offer omnia membra tua percutienti, dummodo caput integrum ſerues. Caput viri Chriſtus. Prudenter ſerpens, dum ad fontem bibiturus accedit, venenum prius expuit, ac deponit in latibulo, ne aqua inficiat, atque aliis ſubinde animantibus eòdem acceſſuris noceat: eadem nos prudentia vitemus aliorum de noſtris moribus ſcandalum, & ſi quod virus in animo, in vita, in ore gerimus, id ſaltem occultemus, ne duplicato ſcelere dum vitia noſtra propalamus, in perniciem, atque in gehennam nobiſcum deuolutos pariter alios præcipitemus. Prudenter denique ſerpens vetuſta & carioſa pelle grauatus, & velut iam veternoſo ſenio decrepitus arctiſſimum ingreſſus foramen ſenile ſpoliū exuit, & nouo ſubinde amictu exultans repueraſcit. Seu (quod fortè malis (vt ſcribit Plinius *libro octauo, cap.* 27. hyberno ſitu membrana corporis obducta fœniculi ſucco impedimentum illud exuit, nitidúſque vernat. Sic planè (vt ait D. Auguſtinus *loco citato*) grauat te quaſi pondus tunicæ cuiuſdam, & quaſi ſenecta veteris hominis? exue veterem hominem, & indue nouum, *ad Coloſſ.* 3. ſed vbi foramen anguſtum? arcta & anguſta eſt via quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui ingrediuntur per eam. Deinde peccatorum membranis, quibus hyberno gelu concretis malè obducimur, diuinæ gratiæ ſplendore illuſtrati pariter atque ſuccenſi, prorſus exutis, in virtutis ſtudium vernemus, ſitque in nobis (vt rectè monet Clem. Alexand.) vel æternitatis, iuuentus ſemper noua & creſcens. Contrà verò verſutus & malè prudens ſerpens eſt, qui latet in herbido loco, tranſeuntibus aut ſedentibus inſidiatur, incautos corripit, & ne fortè videatur, caueatúrque mille ſe in orbes verſat, ac ſinuoſa inter volumina ſe totum occultat, itaque ad nocendum mille artes habet, mirámque verſutiam. Non ea ſit nobis prudentia in damnum aliorum, ſed quæ in vtilitatem & commoda proximorum ſeſe impendit. Rectéque proinde dicitur ab Eccleſ. cap. 10. *Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occultè detrahit.* Habeamúſque ante oculos admirabilem illam D. Gregorij Nazianzeni ſententiam, quæ inter alias, ſuo peculiari tractatu, ſic effertur: Potentiam tuam, agendique facultatem non in inſerendo malo, ſed in bene merendo oſtende, ſi modò Deus eſſe cupis: facilè autem, & ſcorpius mortem infert. Damnatur prudentia ſerpentis à Regio Vate, *Pſal.* 57. dum ait: *Furor illis ſecundùm ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter*; quem locum ſic enucleat D. Auguſtinus. Marſus incantat, vt educat aſpidem de tenebroſa cauerna, vtique in lucem vult educere; illa autem amando tenebras ſuas, quibus ſe inuoluta occultare dicitur, quòd exire noluerit, recuſans tamen audire illas voces quibus ſe cogi ſentit, allidit vnam aurem terræ, & de cauda obturat alteram, atque ita voces illas quantū poteſt euitans non exit ad incantantem. Huic ſimiles dixit ſpiritus Dei quoſdam non audientes verbum Dei, & non ſolùm non audientes, ſed omnino, vt non valeant audire, facientes. Hæc D. Auguſt.

S. Aug. Matth. 10. — Scandalum prabendum. — Plin. — S. Aug. Renouatio morum. — Ad Col. 3. — Clem. Alex. — Serpentinus dolus & vis ad nocendum. — Eccleſ. 10. — S. Gregor. Naz. — Deum imitatur qui bene facit. — Pſalm. 57. — S. Auguſt. Serpens incātantem [illegible] — Verbo Dei reſiſtentes.

8. Proh quàm malignam pariter, atque exitialem ſerpentis vtique illius primæui, à quo filij huius ſeculi, imò & filij diaboli, genimina viperarum, ſuam (quæcunque illa eſt) ebiberunt prudentiam, qua cæleſtem doctrinam, & in altum corda hominum euehentem, obturatis & ſurdis penitus auribus, accipiunt; proclamante illo Dei verbo, quòd homo factus eſt; & vt egregiè conſiderat Clem. Alexand. ſolus eſt humanarum ægritudinum pæonius medicus, & ſanctus ægrotæ animæ incantator, 1. *pædagog. cap.* 2. Sed audiant miſeri minantem è Iordanis ripa Ioannem Baptiſtam. *Quis oſtendit vobis fugere à ventura ira?* Matthæi 3. quia ſcilicet, velint nolint, recluſis & hiantibus percipient auribus horribilem illam ſupremi iudicis vocem: *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius*, Matthæi 25. & meritò quippe qui dum viuerent, & cera illecebrarum carnis, & luto diuitiarum, honorúmque mundi ſuas obturauerunt aures; ne Dei amantiſſimi ac dulciſſimi Patris ſalutaria monita, & medicata medicamenta (vt vocat D. Auguſtinus, vbi proximè) Chriſti Domini præcepta ſuſciperent ac ſeruarent. Ex hac planè ſerpentis aſtutia, qui fœminam decepit, ortum habent technæ, inſidiæ, fraudes, doli, artéſque innumeræ blandiendi, adulandi, alliciendi, nocendique, in extremam virorum perniciem, quæ in fœmineo genere quotidie deprehenduntur; videntur quidem, ſed non cauentur, non euitantur. Breuis enim omnis malitia ſuper malitiam mulieris; ſors peccatorum cadat ſuper illam, *Eccleſ.* 25. ſed hoc malum, non eſt quòd vehementiore querimonia deploremus. Minus eſt quòd fœminæ, quàm quòd viri noceant. Suam ipſi mortem appetunt, & ſibi conſciſcunt; rarò apparent, quos vltrò violentia fœminea detrudat, allidátque. Cùm multæ in terra marique feræ ſint, omnium maxima mulier fera eſt, dixerat hoc Euripides:

*Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen,*
*Ah pereat didicit fallere ſi qua virum.*

Cantârit olim Tibullus:

*Mulieri ne credas, ne mortuæ quidem;*
*Vulgata fuerit apud antiquos parœmia.*

Et quod maioris momenti eſt dictum fuerit à Salomone 23. Prouerb. *Fouea profunda, puteus anguſtus, inſidiatur in via quaſi latro, & quos incautos videt, interficit.* Et Prouerb. 7. *Statim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciuiens, & ignorans, & neſcit quòd ad vincula ſtultus trahatur.*

9. Quicquid (inquam) verè de tam fraudulenta, maligna, ſerpentináque mulierum nequitia vetuſtis temporibus vulgatum fuerit; profectò adueniente in orbem illa fœmina Dei matre Maria virgine, deſertum totum illud fuit. Virgo enim beatiſſima Dei mater fœmineos aboleuit errores, fœmineas abſterſit maculas, fœminea dedecora, probraque diluit, fœmineum ſexum ab omni labe & contumelia vindicauit, fœmineo generi facem prætulit, vexillum extulit, ductríxque extitit ad omnia pietatis ſtudia, quibus iam nunc fœminæ multo quàm viri propenſiùs addictæ exēplo & pudori ſunt viris, qui tam lento greſſu in ſtudio virtutis currunt, ac cæli beatitudinem (vt bonis placet Theologis) pauciores numero, quàm fœminæ conſequuntur. Sed audi obſecro D. Chryſ. dū exponit illud Paul. ad Rom. 16. *Salutate Mariam, quæ multū laborauit in vobis;* ſancti

Clem. Alex. Chriſtus medicus, & incantator. — Matth. 3. — Matth. 25. Verbo Dei reſiſtentes puniuntur. — S. Auguſt. — Mulierum fraudes. — Eccleſ. 25. Viri nocentiores, quam fœminæ. — Euripid. — Tibull. Mulierum malitia. — Prou. 23. — Prou. 7. — B. Maria fœmineos errores ſuſtulit. — Mulierū pietas maior, quàm virorum. — S. Chryſ. Ad Rom. 16.

ſancti Doctoris verba ſic habent. Confundimur viri, & honeſtamur quidem, quòd tales apud nos ſunt mulieres; confundimur autem, quòd adeò longè ab illis poſt terga relinquimur viri. Quæ multum (inquit laborauit) non dixit, docuit, ſed laborauit, oſtendens, quòd cum ſermone & alia quæ exiguntur adminiſtrauerit, ſcilicet, quod attinet ad pericula, pecunias, peregrinationes. Erant enim mulieres illæ leonibus feruentiores, participantes, & cum Apoſtolis in laboribus prædicationis graria ſubeundis. Vnde, & ſimul peregrinabantur cum illis, & reliqua omnia adminiſtrabant, & Chriſtum quoque ſequebantur mulieres, quæ ex ſua ſubſtantia miniſtrabant, adiumentóque erant præceptori. Sic Chryſoſtomus *homilia 31. in epiſt. ad Roman.* Ad ſororem, & ſponſam vtique ad fœminam, cuius ſymbolo & Eccleſia & anima iuſta ſignificatur, dictum eſt à Domino: *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum,* Cantic. 8. Etenim piæ fœminæ ea maximè laude florent, vt affectu cordis vehementiore, atque operum diligentiore ſtudio Deum ſuum colant, ac venerentur. plura ſtigmata & notas diuini amoris & Chriſtianæ pietatis gerunt in corde, & in brachio oſtentant fœminæ, quàm viri. ſcilicet haud pietatis eximiæ laudem habent, poſtquam infantulus Ieſus animarum ſuauiſſimus ſponſus Virginis matris pectus (vbi & cor) atque vlnas ſignauit, pendebat enim ex pectore matris, atque ex brachiis illud naturale ac proprium Dei Patris ſignum in ſigillum; illud aureum diuini amoris, & æternæ cum hominibus reconciliationis teſtimonium, Ille filius, cuius in amorem & obſequium Virgo mater animi cordiſque affectum, & corporis vires atque ſtudium dedicauit. Quam matris pietatem puriſſimam ac ſuauiſſimam exoptabat Dei Verbum, cùm de incarnatione ſua cogitans dicebat: *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.* Quæritur vltimò, an iſta calliditas ſerpentis ſupra omnia terræ animantia ſit propria & ingenita ſerpenti, an quæ illi à dæmone ad fallendam mulierem impreſſa fuerit? Et quidem omiſſis hoc loco multis variiſque in partem diſceptationibus doctorum, dicendum eſt, aſtutiam naturalem eſſe ſerpenti ad ſe tuendum, conſeruandum, & homini, cui eſt infeſtiſſimus, callidè & inſidioſè nocendum; nec videri vllum eſſe aliud animal, quod cum ſerpente in huiuſmodi aſtutia ex æquo comparari poſſit: eius verò calliditatis, ſic eximiæ complura circunferuntur argumenta, quæ partim ex antè adductis, & præcipuè apud Pererium noſtrum *libro ſexto in Geneſ. quæſt. 1.* luculenter congeſta, patere poſſunt. Non ego tamen inficias ibo præter iſtam ingenitam ſerpenti calliditatem, fuiſſe illi à diabolo mulierem tentaturo aliquid motuum, blanditiarum, & aliud huiuſmodi fallaciæ indicium, quo faciliùs alliceret mulierem ad colloquium, & vehementiùs ad peccandum incitaret.

Cant. 8.

Perer.

---

## SECTIO II.

*Qui dixit ad mulierem.*

*Bened. Fernand. in Gen. tom. 1.*

A 1. NOn exhorruit mulier ſerpentis congreſſum, & quare id obtigerit fuſiùs iam demonſtrauimus. Atque vbi familiarem conſuetudinem Eua cum vipera deprehendit; tunc ad ſtruendam fraudem hoſtis calidiſſimus ſecurò aggreditur. Nam (vt optimè ſubnotauit hic Procopius) ſolent ſemper familiæ deſtrui & ſubuerti ob domeſticorum malitiam, & perfidiam: iuxta illud Domini: Inimici hominis domeſtici eius. Sed cur mulier non obſtupuerit ſerpentem loquentem & diſputantem, mira eſt doctorum hoc loco altercatio. Videas, ſi placet, Pererium *libro nono in Geneſim, quæſtione tertia,* ad hæc eadem verba egregiè, vt ſolet, diſſerentem; ergo etſi mulier à Deo condita ſapientiam acceperit perfectiſſimam, & mulieris naturæ, & ſtatui feliciſſimo innocentiæ debitam; vnde nequaquam haberet ignorantiam, quæ dicitur prauæ diſpoſitionis, qua cæcutiens falſa pro veris, aut vera pro falſis firmo amplecteretur aſſenſu, quod eſſet vitioſum ac turpe, & tantam illius ſtatus felicitatem omnino dedeceret. Nihilominus, quia recens creata multarum ſubinde rerum experientiam habere non poterat, haud eſt denegandum illi fuiſſe ignorantiam puræ negationis, quæ certè pueris etiam in eo ſtatu ineſſet multarum rerum ignorantibus, quas adoleſcente ætate, proceſſu temporis, facta experientia didiciſſent.

Perer. *Eua quæ verè cognitio ineſſet, & quæ non.*

B

C Quocirca mulier alioqui ſapientiſſima, ſed nullius adhuc experientiæ, quam modo fœminæ multo minùs ſapientes habent; ignara num ſerpens à natura ipſa loqui poſſet, an non; fortaſſis enim & tunc primò ſerpentem viderat, nedum loquentem audierat; deinde rei nouitate attonita ſubſtitit, vt audiret; quem tamen errorem puræ negationis facilè poſſet interrogato marito, ab eóque edocta deponere; interim verò non firmo aſſenſu, ſed dubio tantùm, & quaſi ſuſpenſo putauit ſerpentem humani ſermonis expertem non eſſe. Profectò ad omnia penè vitæ humanæ inſtituta præſtat potiùs practica rerum, quàm ſpeculatiua ſcientia: experientia multorum euentuum, quam theorica principiorum, & concluſionum comprehenſio. Tum vel maximè mota mulier eſt ad audiendum ſerpentem, illíque credendum; nimirum illecta ab eo promiſſis, quæ pulcherrima ampliſſimáque videbantur. His poſitis inquirendum primo eſt, quæ tandem illa cauſa fuerit, ob quam diabolus ad pertentandam mulierem, ac per illam deturbandum à Dei gratia virum in peccatum aggrediatur? Conſentiunt Patres ac Doctores inuidiam dæmonis extitiſſe. Sic ergo D. Chryſoſtomus *homilia 16. in Geneſ.* Vide magnam dæmonis inuidentiam, & multiplices technas. Quandoquidem ſciuit hominem formatum in ſummo eſſe honore, & nihil minùs habere Angelis ipſis, ſicut & Dauid inquit: *Minuiſti eum paulominus ab Angelis,* Pſal. 8. atque (hoc ipſum, *paulo minus*) inobedientiæ peccatum introduxit, nam poſt præuaricationem hoc loquutus eſt Propheta. Videbat igitur ſuper terram Angelum terreſtrem, & à ſua reddebatur inuidia dæmon malorum autor. Quoniam cùm ipſe inter ſupernas virtutes eſſet, & ob voluntatis ſuæ nequitiam & malitiam excellentem è ſummo illo cælo proiectus fuerit, magna vſus eſt machinatione; vt & hominem gratia Dei priuari, & ingratum factum à tantis bonis per diui-

*Eua ſine experientia.*

*Eua doceri ſa viro debuerat.*

*Eua promiſſis delinita.*

D

S. Chryſoſt. *Inuidia diaboli.*

*Inobedientia hominem minorauit.* Pſal. 8.

E

*Homo terreſtris Angelus.*

nam bonitatem ipſi conceſſis, nudare poſſet. A

*Mulier facilius decipitur, & decipit.*

Serpente igitur quaſi inſtrumento quodam vſus, per quem mulierem, vtpote ſimplicius & infirmius vas, illius familiaritate in errorem & deceptionem prouocaret. Itaque animali hoc, vt inſtrumento accommodo vtebatur diabolus, quo ſuarum fraudum eſca deuorata, ſupplantare primùm poſſet mulierem, quæ faciliùs decipi poterat, & poſtea per illam etiam protoplaſtum ſupplantaret. Ita Chryſoſt. Ex cuius doctrina colliges inuidia in hominem, & (quod prius ac potius erat) odio in Deum fuiſſe diabolum concitatum, vt hominem de ſtatu illo innocentiæ deturbaret per mulierem, quam nouerat ad cadendum infirmiorem, & ad inſidias viro ſtruendas B habiliorem.

*S. Ambr.*

2. D. Ambr. *lib. de paradiſo, cap.* 12. ſic in eandem ſententiam effatur: Verus inimicus eſt generis humani diabolus, quæ autem cauſa inimicitiarum niſi inuidia? Sicut Salomon ait *Sap.* 2.

*Sapient. 2. Diabolus beatitudinem inuidit homini.*

Quia *inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* Inuidiæ autem cauſa beatitudo hominis in paradiſo poſiti; & ideo quoniam diabolus ipſe acceptam gratiam tenere non potuit, inuidit homini, eo quòd figuratus è limo, vt incola paradiſi eſſet, electus eſt. Conſiderabat enim diabolus, quòd ipſe qui fuiſſet ſuperioris naturæ, in hæc ſecularia & mundana ceciderat; homo autem inferioris creaturæ ſperabat æterna. Hoc eſt C quod inuidet, dicens: Iſte inferior adipiſcetur quod ego ſeruare non potui? iſte de terris migrabit ad cælum, cùm ego de cælo lapſus in terram ſim? Hæc Ambroſius, quibus vera cauſa ſerpentinæ impugnationis apprimè deſcribitur. Similiter D. Auguſtinus 10. *confeſſ. cap.* 36. Inſtat (inquit)

*S. Aug.*

*Diabolus cur homines tentet.*

veræ beatitudinis noſtræ aduerſarius, vt ſui ſimiles factos ad ſupplicij ſui conſortium nos trahat. Itaque inualida diabolus excandeſcens primos noſtri generis parentes à Dei gratia deijcere, & à cæli tàdem beatitudine, quam miſer aſſequi non potuit, quia peccando non meruit; nec eos tantùm, ſed vniuerſam eorum poſteritatem præcipitare contendit; quod etiamnunc in attentandis quotidie hominibus exequi nititur. Hinc enim eſt, quòd rerum terrenarum amore nos illectos à cæleſtium ſpe deſiderióque auertit. Sed

*S. Chryſ.*

heu (inquit D. Chryſoſt.) nos tamen adhuc præſentibus inhiamus, neque diaboli verſutiam cogitamus; qui per parua magnis ſpoliat: lutū præbet, vt aurum rapiat, imò magis auferat cœlum: vmbram prætendit, vt veritate non extrudat: in ſomniis phantaſias oſtendit (hoc enim ſunt præſentes diuitiæ) vt cùm illuxerit omnibus pauperiores exhibeat, *homil.* 55. *ad populum Antioch.*

*Hominū ignorantia.*

*Homines armantur contra diabolum.*

Quamobrem audiamus D. Paulū admonentem: *Induite vos armaturam Dei; vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli: quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinē, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus,* E ad Epheſ. 6. quem locum luculenter ſic exponit D. Chryſoſtomus *homil.* 22. A præmiis, quæ poſita ſunt certantibus, illos erigit. Subiungit ergo, quomodo hoſtes vehementes ſint, & magis nos ſpolient. quibus? in cæleſtibus ſita eſt pugna, vehementior eſt contentio, & pugna, quando pro magnis pugnatur: illud enim, *in cæleſtibus*, idem eſt, atque *pro cæleſtibus*, non vt ſpiritus mali, ſi vicerint, aliquid rerum cæleſtium conſequantur, ſed vt nos illis ſpolient. Hæc Chryſoſtomus. Pro-

*Ad Eph. 6. S. Chryſ.*

*Cæli præmia homini.*

fectò præmium cæli homini propoſitum, quo in ſempiternum carebit diabolus, tam hominem alacritate incitare deberet ad reſtituendū, quanta ſuccendit aduerſarium ad impugnandum. Similiter, vt Chryſoſtomus, exponit D. Anſelmus.

*S. Anſelm.*

In cæleſtibus (inquit) pugnant contra nos, id eſt, pro cæleſti hæreditate. At Paulus (inquies) loquitur de perſecutionibus, quæ ab hominibus intentantur? Reſpondeo in illis hominibus dæmones confidentes bellum huiuſmodi mouere contra Deum, contra Chriſtum, & Sanctos eius. At qua nobis ratione procedendum in hoc prælio? Nimirum quam D. Anſelmus proponit hiſce verbis. Quomodo ſi cōtra aliquem in prælio conſtitutum de parte contraria armatus equo ſedens veniat; non equo, ſed equiti iraſcitur, & quantum poteſt agit, vt equitem percutiat, & equum poſſideat. Sic contra omnes malos homines agendum; & non contra illos, ſed contra illum, qui illos inſtigat, totis viribus laborandum eſt, vt dum diabolus vincitur, infelices, quos ille poſſidebat, liberentur. Sic Anſelmus.

*Contra malos quomodo agendum.*

3. Tum vel maximè apparet inuidia diaboli, cùm ex opinione D. Bernardi, & bonorum deinde Theologorum, accepit per Dei reuelationem factum iri, vt aliquando Verbum ipſum diuinum aſſumeret in vnitatem perſonæ naturam humanam, homóque factus adoraretur ab Angelis, quod & ſuperbus recuſauit, & homini futuro infinitam illam diuinæ hypoſtaſeos gratiam inuidit, ac proinde (vt eleganter D. Petrus Chryſolog.) maluit in diabolum commutari, ne hominem plenum gratia ſic videret. Cæterùm prima radix iſtius maleuolentiæ, inuidiæ, odiique inſaturabilis, quo diabolus in hominem exardeſcit, odium fuit contra ipſum creatorem, à quo infelix, prout merebatur, à cælo in gehennam ſempiternas ſui delicti pœnas luiturus fuerat depulſus; quare contra ipſum Deum, qua poteſt ratione ſaltem in ſuis creaturis, maximè hominibus, lædendis infeſtandiſque inſurgit; D illius honorem maieſtatémque apud homines, per idololatriæ ſacrilegium extremámque impietatem dedecorando, atque homines ab eius fide, obſequio, amore auertendo; quamobrem meritò D. Chryſoſtomus *in Pſalm.* 13. exiſtimat diabolum fuiſſe illum inſipientem, de quo ibidem Propheta: *Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus.* Primus (inquit) inſipiens diabolus, qui inſipientiæ fuit primus ſeminator, qui primus præco deorum multitudinis: *Eritis ſicut dij*, voluit Deo eſſe æqualis, dicens: *Ponam thronum meum ſuper nubes, & ero ſimilis Altiſſimo*, Iſaiæ 14. Sustulit (Deus) & poſuit (Altiſſimus) erubeſcens eum, quem iam negauerat. Et diligenter quæſo attende, quàm ſolers & accuratus fuit diaboli accuſator Propheta. Dixit inſipiens in corde ſuo, non ait, dicit, ſed dixit, ſemel auſus eſt, & dixit. Et quoniam cùm dixiſſet eiectus eſt à cælis tanquam ſuperbus inſurrector, non ampliùs per ſe dicere auſus eſt. quoniam enim ſemel tantùm dixit: Ponam thronum meum ſuper nubes, & ero ſimilis Altiſſimo, & Deum negans, Deum expertus eſt; & alto deturbatus, & in imo ab hominibus conculcatus, non ampliùs auſus eſt dicere: Non eſt Deus; ſed per ironiam, & ſimulationem Deū nominauit: *Dixit Deus, ne comedatis*, Geneſ. 3. quia ergo ſemel dixit dogma impium, non audet ampliùs dicere; ſcit enim quid paſſus ſit.

*S. Bernard. Diabolus inuidit homini incarnatione Verbi diuini.*

*P. Chryſol.*

*Diaboli odiū in Deum.*

*S. Chryſ. Pſalm. 13. Diabolus primus inſipiens.*

*Iſai. 14.*

*Diabolus Deū non audet negare.*

*Geneſ. 3.*

Non

Non dicit inſipiens, ſed dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Non enim ampliùs hoc dicit, per ſe, & nullo intermedio. Sed dixit in corde ſuo, in quolibet, qui eadem cum eo ſentit, & non diſcrepat ab eius moribus, & eſt impius. dixit in Pharaone, per Sennacherib, per Nabuchodonoſor, &c. Ita Chryſ. perquam eleganter: in quo, & diaboli inuidia, odiúmque erga Deum perbellè deſcribitur, & aſſertio lumine ipſo rationis indubitabilis de veritate vnius Dei, quam nec ipſe per ſe diabolus negare auſus eſt, optimè demonſtratur.

*Gentiles ſunt cor diaboli.*

*Deus vnus.*

4. Porrò etiam iſto contra Deum odio concitatus dæmon Chriſto Domino mortem acerbiſſimam iuxtà, & turpiſſimam eſt machinatus. Etenim poſt infinita miracula in mundo in teſtimonium ſuæ diuinitatis edita, poſt Euangelium omni humana ſapientia longè ſublimius, ac Dei myſteriis pleniſſimum hominibus ab ipſo in terra enunciatum, poſt innumeras virtutes innocentiámque pluſquam humanam, aut Angelicam, tot per annos vndique comprobatam, atque etiam ſacrorum vatum, & literarum monimenta in ipſius Meſſiæ veritatem mirabiliter & vnanimiter conteſtata: quæ omnia diabolus, vt eſt rerum diligentiſſimus ſeruator, & ponderator, ſui (quo non eſt vulneratus) intellectus perſpicacitate complexus eſt. Chriſtum Deum eſſe (vt eſt multorum opinio) vehementer ſuſpicabatur, veniſſéque in mundum in redemptionem humani generis: ergo ait aduerſarius in ipſum Deum hoſtili odio ſuccenſus: Venit morte ſua redempturus humanum genus? eia redimat, ſed moriatur, multos de meo iure ac ditione homines amittam, ſed vindicabor tamen; Deum vt poſſum in ſua ſaltem humanitate flagellabo, conſpuam, exprobrabo, crucifigam, occidam illum, à quo ſum de meo principatu cælóque in gehennam deiectus. Quo ſenſu mihi videtur loquutus D. Gregor. Nyſſen. cùm ait: Hanc ergo vim in illo cernens inimicus vidit in permutatione plus eſſe emolumenti, quàm in eo quod poſſidebat, ea de cauſa cum mauult fieri pretium redemptionis eorum qui in carcere mortis erant incluſi. Iſtius ergo aduerſarius ſui aduerſùs Chriſtū odij, tormenta, probra, crucem, mortem denique iam tūc intentantis, veluti ſignum extulit, & tubam cecinit, cùm (vt ſcribitur *Ioan.* 13. de Iuda proditore ad necem Iudæis Dominum:) *Et poſt buccellam introiuit in eum Satanas*; quo ſigno aduerſarij perſpecto Chriſtus Dominus actutū ſubiecit: *Quod facis, fac citius*; quæ verba, vt Cyril. & Orig. bene aduerrunt, non ad Iudam, ſed ad diabolum, qui iam in Iudam introierat, dicta ſunt à Domino tanquam hoſtem ad extremum certamen laceſſente: verba (inquiunt) ſunt non præcipientis, ſed aut exprobrantis, aut aduerſarium iam prouocantis ad pugnam. Itaque ex tam deteſtando in Deum ipſum odio, quo ſubinde creaturas omnes illius proſequitur diabolus, ortum habet quicquid malorum aduersùs hominem molitur. Hinc illa inuidia, qua percitus hominem à Dei amicitia gratiáque procul amouere omni ſuo conatu elaborauit, perfecítque tandem, heu noſtro malo. Arderet infelix irarum flammis, & inuidentiæ fidiculis torqueretur ſuiipſius carnifex, ſi hominem multo inferioris naturæ, Deo gratum, Deo familiarem, Dei ornatum donis videret.

*Diabolus Chriſtum cognouit.*

*Diabolus in Chriſto vindictam de Deo ſumit.*

*S. Gregor. Nyſſ.*

*Diabolus libenter amittit homines, modo Chriſtum occidat.*
*Ioan. 13.*
*Iudas proditor Chriſti.*

*S. Cyrill. Origen.*

*Chriſtus diabolū laceſſit.*

*Diaboli inuidia in hominem.*

5. Sed proh Deum hominis amantiſſimum! quis vnquam crederet, quis ſperaret, imò & quis A cogitando inueniret quod ab infinito amore Dei præſtitum eſt? Diabolus homini Dei gratiam & familiaritatem inuidit, hominem à Dei obſequio auertit, de paradiſo terreſtri, tanquam è domo familiáque Dei deiectum longiùs propulſauit. At ipſum ſic abactum, nō modò in ſuam gratiam domúmque recepit Deus hominem, ſed ad ſuam menſam inuitauit, collocauitque; ipſum paſcit, & potat quotidie non alijs epulis, quàm ſuo corpore & ſanguine. O immenſam, &, vt vocat Paul. nimium amorem Dei! *Paraſti in cōſpectu meo menſam aduersùs eos, qui tribulant me*, Pſal. 22. canit & clamat Propheta. Qui locus, (etſi multos patiatur ſenſus) omnium tamen luculentiſ- B ſimo ſignificat menſam ſacroſanctæ Euchariſtiæ, vt eſt communis Patrum ſententia. Vnde S. Cyrill. Hieroſol. *Catech. myſtag.* 4. ſic explicat: Ante tuum, Domine, aduentum dæmonibus menſam pollutam, & diabolica contaminatam facultate parabant. Sed poſtquam tu aduenisti, paraſti in conſpectu meo myſticam illam, & ſpiritualem menſam, quam tu Deus nobis propoſuiſti aduerſariam illi, quæ nobis antea parabatur à dæmonibus; illa cum dæmonibus communionem habebat; hæc cum Deo habet. Sic ille. Menſam igitur (inquit D. Cyrill.) iſtam propoſuit Deus contrariam illi, quam nobis antea dæmones proponebant. quaſi diceret: ante Domini aduentum, plenam omnibus laqueis, C dolis ac vanitatibus, item pollutam ac refertam fœdiſſimis omnium turpitudinum & illecebrarum epulis menſam ad animarum interitum dæmones propoſitam habebant. Poſſéntque filij Prophetam ad Eliſæum meritò proclamare: Mors in menſa, mors in menſa. Aduenit ergo Dominus, & præter alia beneficia innumera, quibus hominem abundè cumulauit, hoc vnum, velut ſummam omnium, adiecit, propoſuit menſam in qua ſuos exciperet conuiuas alendos ſuo corpore, & potandos ſuo ſanguine, vt menſa menſæ, arma armis, veritas mendacio, puritas impuritati, pax & ſecuritas bello ac fraudibus, cœlum gehennæ, Deus dæmoni, ſalus æterna ſempiternæ morti opponeretur. Aduersùs eos, D qui tribulant me. Quæ verba dupliciter accipi ſolent: primò, vt ſignificent admirabilem ſuæ Euchariſtiæ menſam nobis Deum propoſuiſſe vt ea refecti confirmatíque vires & animos ad ſubeundos pro Deo labores, mortémque ipſam alacriter pro Dei fide & obſequio oppetendam ſumeremus. Factitabant idipſum aureo illo Eccleſiæ Chriſtianæ ſeculo ſanctiſſimi Dei Martyres, vt ex Tertull. aliíſque antiquis Patribus conſtat. Certè D. Cypr. *Epiſt.* 54. & alij Epiſcopi negabant paratum eſſe & idoneum ad martyrium, qui priùs in Eccleſia ſacroſancto Chriſti corpore non armaretur ad perferendos tyrannorum cruciatus; deficeret enim proculdubio mens à fidei conſtantia, quam ritè ſumpta Euchariſtia non com- E muniret. Verba ſanctorum Epiſcoporum apud Cyprianum ſic habent: Quos excitamus, & hortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, ſed protectione corporis & ſanguinis Chriſti muniamus. Et cùm ad hoc fiat Euchariſtia vt poſſit accipientibus eſſe tutela, quos tutos contra aduerſariū eſſe volumus, munimento diuinæ ſaturitatis armemus. Sic illi. Alter horum verborum explicatus præſenti accōmodatior inſtituto eſt; nimirum. Paraſti menſam ex aduerſo, è regione, atque in oculis hoſtium meorum. Hebr. נגד צררי *neghed ſorerai.* vertunt alij, ad inui-

*Dei amor erga hominem.*

*Pſalm. 22.*
*Deus mittet hominem ad menſam.*

*S. Cyrill. Hieroſ.*

*Euchariſtia Dei menſa.*

*Euchariſtia fortes reddit.*

*Tertul. Cyprian.*

*Euchariſtia munit Martyres.*

diam hoſtium meorum, inuidentibus & ringentibus hoſtibus meis; ſed ſenſum potius eliciunt, quam verbo verbum reddunt. Attamen appoſitè; idcirco enim propoſita eſt à Deo ſui corporis & ſanguinis menſa in Eccleſia, vt rumpantur inuidia, dentibus infrendant, & totis collidantur artubus aduerſarij hominum dæmones. At præſtat audire Theodoreti ad hunc locum interpretationem, quæ habet: Manifeſta ſunt hæc iis, qui ſacris initiati, atque nullius explanationis indigent; nouerunt enim ſpiritus oleum, cùm eorum capita vncta ſunt, & ebrietatem potentem quidem, ſed non diſſoluentem, atque myſticum cibum, quem nobis proponit is, qui præter Paſtoris officium, de quo paulo antea in eodem Pſal. ſponſus factus eſt. His enim bonis me in conuiuium inuitaſti inimicis mœrentibus, ſéque excruciantibus, quòd qui olim ipſis ſeruiebant, hanc mutationem aſſequuti ſint. Sic Theod.

*Diaboli tormentum ab Eucharistia.*

Theod.

*Honor inſignis hominum ab Eucharistia.*

6. Conſonat cum hac explanatione, circa inuidiam & cruciatus dæmonum, cùm nos vident Dei conuiuas illius corpore & ſanguine paſci, quod à D. Paulino *Epiſt.* 9. dictum eſt, hiſce verbis. Cùm hoc pane ſaginamur, ſerpens tabeſcit, cuius fames & pœna eſt cibus vitæ noſtræ Chriſtus Ieſus, qui factus eſt nobis in eſcam. Sed ad Pſalmum Dauidicum redeamus, vbi ſtatim adiungitur; *Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ, & vt inhabitem in domo Domini in longitudine dierum.* Vbi ſic Theodor. Horum autem bonorũ tua inexplicabilis benignitas eſt conciliatrix, noſtras preces minimè expectans, ſed nos veluti fugientes perſequens, & præueniens, & ſalutem impertiens, & conſuetudinem in diuinis ſedibus præbens, tum in præſenti vita; tum etiam in futura. Hoc namque oſtendit cùm dixit: *in longitudine dierum*, id eſt, ſemper, & continuè. Hoc autem illis ſeculis congruit, quæ finem minimè habent. Sic Theod. Quocirca tametſi diabolus fraude & inuidia hominem aggreſſus à Dei obſequio familiaritatéque auerterit, & à paradiſo terreſtri expulerit: nihilominus tam mira fuit Dei benignitas, vt hominem ſuam in gratiam reuocarit, ſuo corpore & ſanguine reficiendum ad ſuam menſam inuitarit, cælóque demum ad beatitudinem ſempiternam donauerit. Secundo loco diſceptandum eſt circa poteſtatem dæmonis ad tentandum. Certò igitur conſtat nullam eſſe dæmoni poteſtatem ad tentandos homines; ſed eam, qua nonnunquam vtitur, à Deo permiſſam concedi. Quod rectè intelligens Iob, vbi ſe vidit liberis fortuníſque ſpoliatum, atque vlcerum ſanie in ſterquilinio diffluentem, ſapientiſſimè dixit: *Dominus dedit, Dominus abſtulit*, cap. 2. Ad quem locum ſic Auguſt. *ſuper Pſalm.* 101. Nihil ſibi diabolus tribuat. Voluntatem habet nocendi, poteſtatem autem niſi acciperet, non haberet. Non ab illo (ait Iob) patior, ſed ab eo, qui poteſtatem dedit. Contemnatur ſuperbia tentatoris mei, ſuſtineantur flagella Patris mei. Hæc Auguſtin. Propter hanc permiſſiuè à Deo conceſſam facultatem tentandi homines, valde timendum nobis eſt ab aduerſario, præſertim qui perſpectam habeamus noſtræ infirmitatis miſeriam: qua nihil ad ſtandum imbecillius, ad reſiſtendum infirmius, ad cadendum propenſius, ad peccandum procliuius. Rectè autem ait Petrus Damianus *ſerm. de ſancto Martino.* Sub hoc inimico caſus frequens, & reſpiratio difficilis: de hoc rara, & nunquam ſecura victoria: huic voluntas ſemper iniqua, & fallendi

S. Paulin.

*Diabolus cruciatur, cum videt communicantes.*

Theod.

*Homo à diuina gratia honoratus.*

*Diaboli quæ ſit poteſtas tentandi.*

Iob 2.

S. Aug.

*Hominis infirmitas in tentationibus.*

S. P. Dam.

*Diaboli ad tentandum vis.*

A principatus. Sic ille. Ac propterea impenſiſſimè vigilandum eſt, quando omnia ſerpentis huius inſidiis occupata teneri ſcimus, & Pſalmiſta monet Pſalm. 103. *Hoc mare magnum & ſpatioſum, ibi reptilia quorum non eſt numerus.* D. Aug. *ibidem.* Inſidiæ (inquit) repunt in hoc ſeculo, & incautos repentè occupant. Repentes autem tentationes quis numerat? repunt, ſed caue ne ſurripiant. Vigilemus in ligno, etiam in aquis in cruce nauigamus, etiam in fluctibus tuti ſumus. Finietur via, gaudebitur in patria. Ad patriam quà ituri ſumus? Per ipſum mare, ſed in ligno. Noli timere periculum, lignum te portat, quod continet ſeculum. Hæc Auguſtin. vt diligenter inſidias inimici deuitemus, & confidenter ligno crucis adB hæreamus.

*Pſal. 103.*

*S. Aug.*

*Vigilantium in tentationibus.*

*Crux ſecuros reddit.*

7. Sic planè res habet, vt quo magis ſilenter repit ſerpentis tentatio, eo grauiùs noceat, vincátque faciliùs: atque periculoſiùs tunc ſe gerat quis, quo ſecuriorem ſe eſſe arbitratur, vt egregiè oſtendit D. Chryſoſtomus *homil.* 31. *in Matth.* his verbis. In pace non eſt labor credere, ſed bene viuere. quia pax ipſa corruptela eſt pietatis. Multo magis laborioſum eſt in ſecuritate concupiſcentias vincere, quam in periculo diuitias poſſe contemnere. Ipſe enim timor periculi adiuuat animam, & facilè vincitur delectatio corporalis. Ita Chryſ. At inquies, male homini à Deo conſultum eſſe, cùm miſer ſubiaceat poteſtati, quam C diabolus accepit ad tentandum, tanto quidem ille potentior viribus, & fraudibus aſtutior, quanto homo infirmior eſt ad reſiſtendum, minúſque induſtrius & gnauus ad cauendum. Nec enim rationi videtur conſentaneum in aperto certamine vitæque & animæ diſcrimine, agnum lupo committere, & leonem in ouem immittere. Vide obſecro quid ſit diabolus, cum quo luctaris. Serpens erat callidior, &c. Quaſi totam illius vim & arma in calliditate poſita ſignificet diuina Scriptura. Vnde præclarè adnotauit D. Chryſoſt. *hom.* 8 *in Epiſt. ad Roman.* Diabolus (inquiens) pedes non habet, ne formides: non alas, ne terreare: ſuper terram vt ſerpens trahitur. Nihil tibi D ſit cum illo commune: ſi incantationes diuinas noueris, cæleſtium amore tactus; ſtatim vulnerabitur. Hæc Chryſ. Nota inſuper, quod dicitur, *Serpens erat callidior, qui dixit.* vbi, vt vides, non pedes habet vt currat, ac te fugientem inſequatur: non alas vt volet, ac te accipitris aut aquilæ more comprehendat: non cornua, quibus te ventilet: non proboſcidem, vt te propellat: non vngues, dentéſve, vt dilaniet. Inermis omninò ſerpens eſt, ſolam pro armis (vt diximus) calliditatem habet: nihil aliud contra Euam præter linguam exacuit: linguáque non mordet, ſed loquitur; ſubiicitur enim: *Qui dixit ei.* Si ergo ſerpentem non audis loquentẽ, ſi loquenti non reſpon E des: planè viciſti, & obtriuiſti ſerpentem. Aut ergo ſerpentem non audias, quod quidem tutius multo eſt: aut ſi fortè audias, ne quæſo reſpondeas, ne vltro citróque ſermonem cum ſerpente & cum diabolo temerarium inſtituas. O validum (inquit D. Ambroſ. *in Pſalm.* 38) ſcutum circumſpectæ munitionis ſilentium! O fideliſſimum ſtabilitatis fundamentum! in quo ſi quis potuerit ſtare, lubricum verbi timere non poſſit; viciſſemus, ſi Eua tacuiſſet: atque vtinam aut Adam ſurdus fuiſſet, aut Eua obmutuiſſet. Ille, ne vocem ſuæ vxoris audiret, vſta, ne loqueretur marito, & lubricæ vocis miniſterio ſerpentis in virum venena transfunderet. Sic Ambroſ. Obſerua mulieris

S. Chryſoſt.

*Securitas periculoſa.*

*Diabolus ſola calliditate pollet.*

S. Chryſoſt.

*Diabolus facile vinci poteſt.*

*Serpentis callida lingua.*

*Serpentẽ vincit, qui non audit.*

S. Ambroſ.

*Cum diabolo non ſermocinandum.*

*Adam malè audit, Eua malè locuta eſt.*

*Lingua mulieris inſtrumentum diaboli.*

lieris linguam inſtrumentum fuiſſe diaboli, quo ſuum venenum in aures animúmque viri immitteret. Eodem etiam loco ſanctiſſimus Doctor latè expatiatur in commendanda patientia, ſilentióque, vbi diabolus, ſerpentis cordi oríque infuſus, maledici nimirum hominis linguam in nos exhibat, vt ab ſtatu mentis nos deiiciat, in iras accendat, demúmque ab irato & indignabundo pectore aut factum, aut ſaltem dictum extorqueat in vltionem iniuriæ.

*Diabolus maledico inſidiatur.*

Adducit ergo Dauidem de ſe loquentem Pſalm. 38. *Dixi, cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea.* Premebat (inquit Ambroſ.) vocem, claudebat portas ſuas, taciturnitatis vigilabat cuſtodia, ne inimicus obreperet, ne de caſtris oris vagus aliquis ſermo & incautus exiret.

*Pſal. 38. Silentium cum patientia. S. Ambroſ.*

Hæc Ambroſ. pro ſilentio deferendo iniuriis. Adiungit etiam patienter quidem audiendum ferendumque eſſe conuiciatorem ac maledicum, quippe in quo ſerpens diabolus conſideat, & ex quo ad noſtræ patientiæ labefactandam conſtantiam virulentos ictus iaculetur. Iuſtus (ait) patienter, & in his omnibus tacet, ne reſpondeat ei, à quo eum cernit impelli. Conuiciatur aliquis? tacet, & dolet. Sic vincitur qui laqueum eius animæ per eſcam vocis extendit. Ideo Dauid (2. *Reg.* 16. vbi de Semei agitur) aduerſùs autorem magis præliabatur, quam miniſtrum perſequebatur. Quid enim magnū de homine inualido vindicari, quem ad furorem alter vrgebat, in cuius nece peccator habuiſſet voluntatis effectum? Non gladio diabolus, ſed verbo Dei vincitur. Sic Ambroſ. Itaque maledicentia ſerpentis non reſpondendo, ſed tacendo, & patienter ferendo vinci conſueuit.

*Patiens de diabolo triumphat.*

*S. Chryſoſt. Vindicta ſumenda de diabolo, non de homine.*

6. Similiter D. Chryſ. *homil.* 22. *in Epiſt. ad Epheſ.* ſic ediſſerit. Si quis inimicum habet, ſi quis iniuria læſus eſt ab inimico, ſi quis ira percitus eſt: omnem furorem illum, omnem ſæuitiam collectam in caput diaboli effundat, & euacuet. Hic furor bonus eſt, hic ita vtilis, hic iniuriæ memoria laudem habet. Percuſſit te quiſquam? iniuriæ memoriam aduerſùs diabolum ſerues, inimicitiámque aduerſùs ipſum nunquam ſoluas. Sed non es percuſſus? etiam ſic iniuriæ memor eſto, quòd videlicet Dominum tuum contumelia affecit quòd illi aduerſarius eſt, quòd fratres vaſtat & impugnat, huic ſemper inimicus eſto, ſemper acerbus, ſemper immitis. Ita abiectus erit ille, ita contemptibilis, ita facilis captu. Si nos ſæuierimus aduerſùs eum, ipſe non erit nobis ſæuus, ſi nos manſueti fuerimus, tunc ipſe ſæuus erit. Inimicus eſt & vitæ & ſalutis tam noſtræ, quàm ſuæ. Si ſeipſum non diligit, quomodo nos diligere poterat? Inſtruamus itaque aciem, & proſternamus ipſum, magnum habentes auxiliatorem Dominum Ieſum Chriſtum. Ita Chryſoſtom.

*Cum diabolo inimicitia gerenda.*

Sed ô quàm multi hodie ſerpentes qui dicunt ei, ſcilicet mulieri fragili, incautæque, ac decipiunt miſeram! de illis dictum eſt à Dauide Pſal. 5. *Sepulchrum patens eſt guttur eorum.* Vbi ſic D. Auguſtin. Patens ſepulchrum, quoniam ſemper inhiat illa voracitas, non vt ſepulchra, quæ receptis cadaueribus muniuntur. Poteſt & illud intelligi; quod mendacio, & blanda adulatione trahunt in ſe quos ad peccata alliciant, & eos tanquam deuorant cùm in ſuam vitam conuertunt.

*Pſal. 5. Serpentes qui mulierem decipiunt.*

Serpens fuit Ionadab qui regio iuueni Amon filio Dauid inceſtum ſororis Thamar perſuaſit, 2. *Reg.* 13. Serpentes & ſatellites Holofernis, qui Iudith formoſiſſimam ad Principem ſuum adduxerunt, *Iudith* 10. Viuunt

*Sepulchrum patens qui tentat ad peccandum. 2. Reg. 13. Iudith 10.*

A adhuc, & vigent Iudæ proditores; nunquam enim Chriſtus proditur, & virtus ac pudor traditur victis ac vitioſis, impuríſque hoſtibus crucifigendus, quin antecedat aliquis Iudas proditor blandè alloquens falſo & hoſtili oſculo decipientes.

*Iudas, qui allicit ad libidinem.*

Tum vel maximè cauendi ſerpentes fœmineo vultu, habitúque ad honeſtatem compoſito, atque iccirco callidiùs & ſecuriùs ferientes; illæ nimirum propudioſæ fœminæ, quæ poſtquam vitam ferè totam in libidinis diabolique mancipatu conſumpſerunt, nunc ſenio confectæ, ſed aſtutia, malitiáque inueteratæ, miſeris atque incautis fœminis inſidiantur; de quibus illud optimè ab Hieronym. *Epiſtol. ad Geromiam*, conſcri-

*Mulierrula diaboli internuncia.*

*S. Hieron.*

B ptum legimus. Harum Deus venter eſt, quæ in alieno corpore ſua deſideria cōſolantur; vt quod ipſæ fecerunt, alias facere videant. Quid dixit ei, ſerpens mulieri. Quid aliud ore diaboli exit, niſi impurum, ac pernicioſum? Mira vis tentatoris in ſermone ſita eſt. exhalat ille tetrum per verba voluptatis tartareæ odorem, quo viri, ac mulieres præſertim, miſerandum in modum contabeſcunt. Audiat qui caſtitatem amat, ſanctum Ambroſ. qui de fratre Cæſario ita ſcribit: Non minorem ratus pudicitiæ reuerentiam deferendam integritate verborum quàm corporis caſtitate. Sed adhuc inquiris, quare Deus permiſerit hominem tentari à ſerpente, cùm potiùs videretur eſſe diuinæ miſericordiæ ac prouidentiæ, &

C in bonum hominis congruentibus, vti nulla ſubeſſe tentatio poſſet, quæ hominem à Dei gratia felicitatéque innocentiæ deieciſſet. Sed hac de re præſtat vnum audire D. Auguſtin. qui ſic concludit 11. *ſuper Geneſ.* ad literam: Non mihi videtur magnæ laudis futurum fuiſſe hominem, ſi propterea poſſet bene viuere, quia nullus malè viuere ſuaderet. Item quotidie homines tentari Deus permittit, quia probatur, & exercetur virtus, & eſt glorioſius non conſenſiſſe, quàm tentari non potuiſſe. Item. Non eſſet laudabile homini, ſi bene viuere poſſet, quia nemo malè viuere ſuaderet; cùm in natura poſſe, & in poteſtate haberet velle non conſentire; Deo adiuuante. Item, commendatur (ſcilicet in lapſu Adami) quàm ſit bonum

*S. Aug. Hominem tentari cur Deus permittat.*

*Tentari poſſe laudabile eſt.*

*Procop.*

D Deus ſit, quando nulli bene eſt ab eo recedere. Similiter Procop. Deus (inquit) qui per liberum arbitrium fortiter decertantibus coronas propoſuit, cùm conſpexiſſet diabolum obſeruare hominem, & inſtituiſſe hunc fraude dolóque circumuenire, conceſſit vt hoc fieret.

9. Sed graui verborum pondere hanc eandem ſententiam ſic enunciat Tertull. *lib. 2. aduerſus Marcionem, cap.* 8. Non ad viuendum ſolummodò produxerat Deus hominem, vt non ad rectè viuendum, in reſpectu ſcilicet Dei, legíſque eius. Igitur viuere quidem illi ipſe præſtiterat, facto in animam viuam; rectè verò viuere demandaret, admonito in legis obſequium; ita non in mortem inſtitutum hominem probat, qui nūc

*Tertul. Arbitrij humani libertas.*

E cupit in vitam reſtitutum; malens peccatoris pœnitentiam quàm mortem. Igitur ſicut Deus homini vitæ ſtatum induxit, ita homo ſibi mortis ſtatum attraxit. Et hoc non per infirmitatem, ſicut nec per ignorantiam, ne quid autori imputaretur. Sic Tertull. Non minùs luculenter hac de re ita ſcribit Theod. *quæſt.* 36. Deus rationalem hominem creauit, rationalis autem proprium eſt libero arbitrio potiri. Nam inter homines alij ſunt virtutis amatores, alij verò nequitiam exercent. Si quis igitur de improborum creatione conqueratur, priuat vtique virtutis athletas

*Theod*

præmiis

impoſtura,& ad mulierem ſubruendam machina validiſſima. Primo ſtatim aggreſſu veterator Dei maieſtatem infirmare nititur, vt eleuata diminutáque eius authoritate apud mulierem aditum faciliorem præbeat ad peccandum; ſcilicet amoto procul omni timore, vtpote vano, quem illa conceptum animo haberet de Deo, cuius dicta iam nunc velut inania, nulliuſque momenti eſſe videantur. Itáne verum (inquit) exiſtimas, quod ille comminatus eſt, cuius poteſtas non adeò magna eſt, vt timeri debeat, quippe quæ non ab humana ſublimius aſſurgat; argumento eſt ipſius nomen Elohim, quo pariter creaturæ, licet illuſtriores, vocari ſolcant, & vos facili negotio ad huiuſce prærogatiuam nominis, & aſpirare, & pertingere poſſitis? Hoc tam impio & fraudulento artificio vſus diabolus ſubticuit nomen ineffabile Tetragrammaton hactenus poſitum יהוה *Iehouah*, quod eſt Dei proprium, atque diuinam eſſentiam maieſtatémque ſignificat; ne ſi nomen tam ſublime ac reuerendum proferret, timore diuinæ maieſtatis incuſſo mulierem à peccando deterreret, ſed vtitur nomine Elohim, hoc eſt, iudicis, quod & creaturis communicabile eſt, & cuius ſimilitudinem paulo pòſt illi pollicebitur. Loquimur in eorum opinione, qui exiſtimant nomen Tetragrammaton ante Moyſem fuiſſe notum Adamo, & Euæ. Sic igitur Dei, qui legem inſtituerat de non comedendo pomo, autoritatem extenuat impoſtor, atque mulieri timorem exuit, ſoluitque pudorem; quis enim timeat, aut quem pudeat contra illius præceptum inſurgere, qui non ita magnus, non ita verus habeatur? Hinc prima mali labes: ſemel enim diruto timoris vallo, quo peccandi libertas coërcetur, inundare videas malum, & omnia humana diuináque iure peſſum iri. Profectò hæreticorum praua dogmata, & viuendi (qua miſeri exultant) licentia non alio nituntur fundamento, quàm quòd nullo timore cohibentur, eóque amentiæ inter illos deuentum eſt, vt alij Dei iudicium, alij reſurrectionem corporum de medio tollant. vti D. Nazianz. *orat. 3. de reſurrect.* ſic ediſſerit. Qui ſibi conſcij ſunt turpiſſimarum actionum, quibus graues pœnas meriti ſunt, odio iudicij tollunt reſurrectionem, & pro eo, quod cupiunt, varias cogitationes ſibi fingunt. Sic Nazianz. Nonnulli etiam (vt ſcribit D. Auguſtin. 21. *de Ciuit. cap.* 18.) æternitatem pœnarum inferni negarunt, vt ſuis perditis moribus hanc pollicerentur impunitatem. Certè, vt in Ioan. tradit D. Chryſ. Paulus ille Samoſatenus fidem catholicam, Chriſtúmque ipſum abiurauit, & in hæreticorum volutabrum ſe abiecit amore fœminæ, cuius turpi conſuetudine tenebatur, & qua ſibi, Chriſtiana fide ac lege obſiſtente, interdictum eſſe grauiter ferebat. At quò aliò mentis illius infeliciſſimæ aciem contentionémque dixerit Lutherus homo (ſi fas eſt hominem & non fœdiſſimum à barathro excitum monſtrum appellare) deſertor fidei, ac religionis, in qua tot per annos vixit; niſi vt omni timore conuulſo impunitam peccandi licentiam ſibi ac ſuis inueniret? ſublatis enim Eccleſiæ auguſtioribus Sacramẽtis, ablegata pœnitentia, nihil habitis virtutum operibus, ſatis vnam aſtruit redemtoris fidem animo conceptam, vt quicquid malorum cõmiſſum fuerit, illicò expietur. Bone Deus, quæ tam lata ſternitur via peccatoribus, vt ducant in bonis dies ſuos, abdomini libidinique vacent, ac ſine vllo Dei timore, læti, alacres, in ganeis ſe lupanaribus tripudiantes ad infer-

*Diabolus timorem incutere adimit.*

*Diabolus Dei nomen, & maieſtatem extenuat.*

*Hæretici extra timore inſaniunt.*

S. Gr. Naz.

*Hæretici iudicium & reſurrectionem negant.*

S. Auguſt.

S. Chryſ.

*Paulus Samoſatenus.*

*Lutherus apoſtata.*

A num deſcendant? Quaſi verò Dei Filius homo factus ſit, & in ſumma puritate, paupertate, gloriæ humanæ contemptu vixerit, ac demum conſputus, flagellatus, irriſus mortem in cruce ſubierit acerbiſſimã, vt Lutherus, Caluinus, aliique iſtiuſmodi fæcis & cœni homines, atque eorum perditiſſimi greges, virtutem omnem, pudorémque ac timorem abiiciant, & in omni deinde ſcelerum luto peruolutentur. Itáne verò, vt Filius Virginis ſanguinem ſuum in cruce profuderit, quo hæreticorum turpitudo liberiùs ac ſecuriùs profuſa nullo timoris repagulo teneatur.

4. At (inquiunt) ea laus eſt redemptoris tam copioſum offerre pretium, tam facile iámque leue ad ſalutem animæ remedium inſtituere. Sed B nota eſt Auguſtino diaboli aſtutia; ſic enim ait *in Pſal.* 40. Diabolus, quia vituperando Chriſtum iam difficile decipit, laudando Chriſtum conatur decipere. Antea dicebat: Quem colitis? Iudæum mortuum, crucifixum; vbi in nomine eius vidit currere genus humanum, iam aduerſùs vituperationem Chriſti ceſſauit, & induit ſe laudibus Chriſti. apertè reprehendendo fremebat leo, aſtutè laudando inſidiatur draco. Sic Auguſt. Nec in eo tantùm errore ſiſtunt miſeri: nam, vt ait Tertul. quotidie in caſtris hæreticorum proficitur. Sed in peius quidem; ſæpè enim vſu euenire ſolet, vt abnegata fide catholica, paulatim eò C miſeri ruant, vt tandem ex hæreticis Saraceni ac pagani efficiantur, atque adeò in atheiſmum præcipitati, Deum eſſe in mundo negent. Hac ſane via incedentes olim infideles, vt timorem ac pudorem in peccando depellerent, deorum fœdiſſima nomina atque idola commenti ſunt. Quod egregiè notauit D. Gregor. Nazianz. *Oration. ad Nemeſ.* Stulti (inquiens) idolorum cultores, qui hoc vitiis veſtris ſubſidium excogitaſtis, vt flagitioſos vobis Deos fingeretis: nec eo contenti, vitiis etiam ipſis ſacra inſtituiſtis; vt non ſolùm impunitum maneat quoduis crimen, ſed etiam laudabile atque honeſtum habeatur, velut Deo, qui id colit, gratum & iucundum. Ita Na- D zianzen. Itaque dum timor Dei mentis domum occupat ac protegit, in pace ſunt omnia, quæ poſſidet: viget virtus, vitia aut eòdem non accedũt, aut inde facilè aut longè repelluntur. *Initium enim ſapientiæ timor Domini, & cum fidelibus in vulua concreatus eſt, cum electis fœminis graditur*, Eccleſ. 1. Ex quo loco colliges, vnum ex potiſſimis, quæ prædeſtinatorum genere prænotantur, ſignis atque indiciis, eſſe Dei timorem, quo mentes electorum præmunitæ, vitiorum illecebras, dæmonúmque impetus ac ſuggeſtiones retundunt & propulſant. Quare iam ab ipſis electi cuiuſque incunabulis, imò & à matris vtero, quaſi frater vterinus, timor Dei cum ipſo electo naſ- E ſcitur ac procedit: ab illo tanquam à primo fonte profluit, quidquid vera ſapientia in efformandis animæ virtutibus, piæque vitæ moribus, architectari ſolet. Præterea Dei timor honeſtarum mulierum comes indiuiduus eſt: eaſdem ponè ſequitur vt à tergo tueatur, ductor ad demonſtrandam viam antecedit, ne errent aut impingant: & ne in virtutis ſtadio curſúque feſſæ, aut itineris longi arduíque tædio labantur, Dei timore mulieres à Deo electæ, tanquam baculo, aut ſublevante brachium ſeruo ſuſtentantur. Quapropter parentes ac magiſtri, quibus demandata cura eſt, vt pueros inſtruant, D. Chryſ. audiant *in Pſal.* 14. ſic monentem. Infantem inſtituis ad vitam modeſtam? ab ineunte ætate ei iace fundamentum

Dei

*Chriſti redemptio non facit hæreticorum impunitatem.*

S. Aug.

*Diabolus exaggerando pretium Chriſti decipit.*

*Hæretici ſemper in peius ruunt.*

*Hæretici in atheiſmum labuntur.*

Greg. Naz.

*Idololatræ vitia adorabãt.*

*Timor cuſtos animæ.*

Eccleſ. 1.

*Timor prædeſtinationis indicium.*

*Timor mulierum honeſtarum comes.*

S. Chryſoſt.

*Timor pueris imbuendi.*

Dei timorem. Ita Chryſ. Addidet im timori pudorem grande contra omne vitium præſertim in iuuentute munimentum. Vindicanda (inquit Tertull. 1. *contra Marcionem* 16.) erit procacitas ætatis verecundiam debentis. Sic ille. Hinc inferes pudorem eſſe, quaſi quoddam tributum, cui ſoluendo obærata puerorum ac iuuenum ætas teneatur. Enitendúmque eſt, & vigilandum, ne verecundiam maximè ab inexperta & adhuc tenella Eua (vt hîc euenit) callidus ſerpens excutiat. Etenim (vt bene Cyprianus *prologo in librum de operibus Chriſti*, admonuit) abraſa verecūdia, pudoréque conuulſo non abſconditur ſcelus. Itaque ſerpens ironicè ac per riſum de Deo, Deíquè verbis loquutus ſecuram & audacem ad peccandum reddere mulierem contendit.

*Tertull. Pudor timori adiungendus.*

*Cyprian. Pudore abraſo vitia irruunt.*

5. Porrò autem & illud attentiùs conſiderandum eſt, quàm aſtutè diabolus fallaciam ſuam obtendit, vt venenum odij (ait Rupert.) quo ardebat ipſe contra creatorem, magis ac magis inſiceret homini, & cum exaggeratione, quaſi iniuſti præcepti conflaret indignationem, excitarétque audaciam rebellandi. Sic ille. Atque, vt bene aduertit Procop. hoſtis Deum contumelia afficit, vt inuidum, & mendacem. Adde & mulieri contemptibilem, atque exoſum. Primus igitur ſeminator diſcordiarum extitit diabolus, qui amicitias inter Deum atque homines diſſoluit: dum Deum apud homines inſinulat, vt iuſto ſeueriorem, parúmque hominum amantem, imò tyrannum iniquiſſimo præcepto miſeros famulos coërcentem: quo facto eoſdem contra Deum irritat, indignabundos efficit, atque in extremam commouet proditionem. En qualem habent ſuæ malignitatis autorem, quo parente geniti, quo magiſtro edocti ſunt, qui ſeminant inter fratres diſcordias, qui pacem diſſoluunt, odia conflant, ſuccendúntque ignes gehēnæ in mortalium animis. Graue id quidem malum, & quod omnium primum ab orco erupit, & ab orci furiis concitatum apparuit in orbe; vt mirum alicui non videtur quantopere deteſtandum dixerit Salomon, *Prouerb. cap. 6.* inquiens, *Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius*, &c. Septimum autem apponit. *Et eū, qui ſeminat inter fratres diſcordias.* Videant iſti gehennales agricolæ, quo pacto ad exitium aliquando corporum, & ſæpiùs animarum, efficiant ſegetem, iris, litibus, diſſidiis, odiiſque pullulātem. Quàm certa verò, & quàm deplorāda pernicies ex illa ſegete oboriatur; ſatius eſt ab ipſo Dei ſpiritu, quàm ab humano addiſcere. Sic enim habetur Eccleſ. c. 28. *Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem: ciuitates munitas diuitū deſtruxit, & domos magnatorum effodit. Virtutes populorū concidit, & gentes fortes diſſoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis. Qui reſpicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum, in quo requieſcat.* Nota quàm ſit exitialis illius lingua, qui ſeminat diſcordias. Dicitur autem tertia, quia media eſt inter duos, quos per ea quæ nunc iſti, nunc illi obloquitur, diſcordes inimicóſque reddit. Proprium denique officiū diaboli eſt ſeminare diſcordias, quæ a diabolo totum per orbem excitatæ venturo proximè Antichriſto gentes inter ſe rixantes præparabunt. Quod Chriſtus Dominus ſignificauit de illo tempore prædicens: *Surget gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum*, &c. Luc. 21. quo loci S. Cyrillus Hieroſ. *catech.* 15. Fraternum (inquit) odium locum dabit Antichriſto. Præparat diabolus ſchiſmata populorum, vt tanto facilius hoſtis recipiatur. Ita Cyril. Quemadmodum enim caritas fraterna domum præparat ſoli Trinitati, ſecundùm illud: *Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Ita diabolo & Antichriſto nihil aptiorem præparat domum, quam odium, lites, & diſcordiæ fratrum. Cæterùm quis non miretur impudentiam diaboli, tam temeraria falſáque de Deo confingentis? impiuſſimus enim, vt tyrannum oſtendat, mirificè exaggerat ſeueritatem præcepti, vt & odium mulieris in Deum concitet, & præceptum faciat incomportabile. Quod egregiè demonſtrat D. Chryſ. *homil. 16. in Geneſ.* ad hunc modum. Quaſi diceret malignus ille dæmon. Quare Deus priuauit vos tanta fruitione? cur non concedit, vt participes ſitis bonorum omnium, quæ ſunt in paradiſo: ſed præſtitit quidem, vt viſu frueremini, maiori tamen voluptate interdixit? Cur dixit Deus, quare hoc? quæ vtilitas verſari in paradiſo, & non frui his, quæ in illo ſunt? ſed ideo maiorem fertis dolorem, quòd ſpectare vobis licet, frui non licet. Ita Chryſ. Quod ſanè grauiſſimum eſſe ſolet, vt oculis videas, quod concupiſcere tibi non liceat.

*Rupert. Serpens ad rebellandum Deo concitat Euam.*

*Procop.*

*Diſcordias ſerere.*

*Prouerb. 6.*

*Eccleſ. 28. Lingua tertia quàm pernicioſa.*

*S. Cyr. Hier. Diſcordia antecedent Antichriſtum.*

*Luc. 21.*

*Ioan. 14.*

*S. Chryſ. Diabo lus legem Dei incomportabilem oſtendit*

6. Vt verò luculentiùs demonſtretur procacitas patris mendaciorum, recolēdum eſt Deum dixiſſe? Ex omni ligno paradiſi comedendo comede, ex ligno ſcientiæ boni & mali non comedes. Vnde cōſtat Deum conceſſiſſe Adamo, eiúſque vxori, vt liberè & pro libito veſcerentur vniuerſim de omni omninò arbore totius paradiſi, excepta vna tantum. Contrà verò diabolus dixit Deum præcepiſſe, ne de vlla paradiſi arbore comederent. O impudentiſſimum mendacium: quod primum omnium verborum à dæmonis ore prorupit! Mentiri ſolita lingua & diabolica eſt, & Deo nimis exoſa. Contrà verò gratus ille Deo eſt, cuius lingua (vt loquitur S. Gregor. Nyſſ.) purum eſt veritatis donarium. ſcilicet iuſti linguam veri pulcherrimum munus Deo veritas ipſa offert. Dicit itaque Deum, vt ab omni arbore abſtinerent, ſeueriſſimè imperaſſe: & tamen in paradiſo inter eas arbores, perpetuò earum fructus ac poma in oculis habentes; vti ad aquas ſitiens Tantalus iugi quodam comedendi ſtimulo torquerentur, & pulcherrimorum fructuum aſpectu, ſed inconceſſo guſtatu, ad peccandum concitarentur. Quod quidem foret non in paradiſo viuere, ſed in carcere ſæpiùs mori, atque in gehenna cruciari. Iſta eſt multorum conſuetudo, iſta communior diaboli tentatio, qua homines à virtutis ſtudio deterret, imò in virtutis Deique ipſius odium peccatores inſtigat; nimirum difficiliorem oſtendere, quam ſit, Dei legem iugúmque portatu impoſſibile. Sed adhuc legis diuinæ exaggerant difficultatem ex illo Iſai. c. 20. *Eſt præparatus mons Domini in vertice montium.* En (aiunt) mons eſt, & in cacumine montium poſitus. Quis igitur illò mortalium aſcendet; ſed ibi trepidauerunt, vbi non erat timor. Adiungit enim Propheta: *Et fluent ad eum omnes gentes.* Quaſi dicat: Mons eſt Dei lex, & mons in vertice montium: ſed nullus montium nomine aſpectúque terreatur, nullus in aſcenſu arduo laborem cauſetur. In illam enim prælatorum montium altitudinem, non aſcēdent (inquam) vel integri populi, & innumeræ gentes; quin fluent potiùs in modum fluminis, cùm ex alto ruit, & in mare præcipiti impetu, non externa vi, ſed ſponte, & tanquam cum tripudio aquarum colludentium

delabi,

*Diabolus mentitur*

*S. Gregor. Nyſſ.*

*Videre & non frui tormentum eſt.*

*Iſai. 20. Difficilē Dei legem cauſantur improbi.*

*Lex Dei facilis & ſuauis.*

delabitur. Hoc autem eſt miraculum diuinę gra-
tiæ, quæ homini ſtrata omnia, leuia, facilia,
imò & periucunda efficit: vt vel ipſi reges, in
ſumma deliciarum & honorum affluentia legem
Dei obſeruare poſſint, ac dicere cum Dauid, *La-*
Pſalm. 118. *tum mandatum tuum nimis*. Pſalm. 118. At quid
Iſaiæ 20. illud eſt, quod Iſai. ſubiicit: *Docebit nos vias*
*Iuſti Dei legẽ* *ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius*. Enimuerò ſi
*aſperiorem* lex Dei eſt via, quomodo & ſemita? An non il-
*vellent.* la ſtrata eſt, & lata, hæc autem anguſta & ar-
cta? Planè ſic interpretor; Dei legem ſicuti à
Deo indicitur, viam eſſe; & quidem latam, ſtra-
támque? ſed nihilominus Prophetam, & ſimili
ſtudio viros, non per viam incedere, ſed in ſe-
mitis eius ambulare, per anguſtiores calles, &
aſperiores tramites, velle ad virtutem, Deúm-
que, cum aliquo vitæ ſeu tædio, ſeu diſpendio
penetrare. Ac fortaſſe idcirco Dauid dixerat: *La-*
*tum mandatum tuum nimis*; quòd diuinæ gratiæ
*Lex amoris,* largitate ſuffultus, mandata eius grauia non eſ-
*& lex timo-* ſe, antequam id Ioannes ſcriberet, in ſe ipſe
*ris.* experiretur. Egregiè D. Bernard. *Epiſtol.* 11. diſ-
S. Bern. ſerens de lege Dei ſic ait. *Iuſtis non eſt lex poſita,*
1. Tim. 1. 1. ad Tim. 1. Sed alia lex eſt promulgata à ſpiri-
tu ſeruitutis in timore, alia à ſpiritu libertatis
data in ſuauitate, nec ſub illa coguntur eſſe filij,
Ad Rom 8. nec ſine iſta patiuntur. *Accepiſtis* (ait ad Rom.
8.) *ſpiritum adoptionis filiorum*. Sic Bernardus.
Vtrunque videlicet timorem & amorem Dei
ſerpens conatur eradere ex animo Euæ. Atque
vtinam primi parentes ſe Dei filios & agnoſce-
rent & exhiberent: profectò illius legem ſuauiſ-
ſimam cuſtodirent, & à ſui Patris timore & amo-
Eccleſ. 2. re nequaquam deficerent. Rectè igitur Eccleſ.
2. dicitur, *Qui diligunt Dominum, replebuntur*
*Lex Dei ſua-* *lege ipſius*. Quo in loco ſignificari videtur legem
*uis.* Dei eſſe velut aliquod vas diuinarum gratiarum,
ac voluptatum ſanctarum liquoribus redũdans,
quod ori mentis vir iuſtus apponens mira dul-
cedine perfundatur. Quin ipſum etiam regnum
cœlorum licèt mons eſſe dicatur in vertice mõ-
tium propter eminentiam bonorum omnium
quibus affluit: adeò tamen humile, facile ob-
uiúmque à Chriſto Domino effectum eſt, vt nul-
lus ſit (modò velit, modò acceptet) qui regnum
*Regnum cæli* in cælo non poſſit obtinere. Audi regem ipſum
*facile compa-* cæli, Matth. 13. *Simile eſt regnum cælorum grano*
*ratu.* *ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo.*
Matth. 13. Itémque paulo inferiùs, *Simile eſt regnum cælorum*
*fermento, quod acceptum mulier abſcondit*, &c. Quid
leuius quæſo, quid humilius grano ſinapis, &
S. P. Chryſ. fermento? Rectè D. Petrus Chryſol. *ſermone* 99.
Bonus (inquit) Dominus amator ſuorum Chri-
ſtus regni ſui ſimilitudines non captat de cæle-
ſtibus, ſed profert de quotidiano vſu, de com-
muni conuerſatione proponit, vt ad omne ge-
nus hominum perueniat, quod eſt omnibus pro-
futurum. Cæli Dominus in hoſpitio pauperis, in
mano panicoctariæ mulieris regni ſui inuenit &
format exemplum. Ita Chryſol. Omnibus igi-
tur ſine vllo ſexus atque ordinis reſpectu patet
regnum cælorum: & facilè (ſi velimus) compa-
rabitur.

7. Tantam verò ac talem Deus, in lege
præſertim gratiæ, in qua hodie viuimus, faci-
litatem ſuis fidelibus pollicetur vt eos tanquam
Iſai. 66. infantulos inuitet, Iſai. 66. *vt ſugatis & replea-*
*Chriſtiani la-* *mini ab vberibus conſolationis eius, ad vbera por-*
*cte nutriūtur.* *tabimini*, &c. Quem locum Hieronym. intelli-
S. Hieron. git de Eccleſia Chriſtiana, in qua nati ad fidem

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

A catholicam pro matris Eccleſiæ lacte nutriun-
tur. Nec enim (inquit) poterat fieri, vt quæ
erat puerpera, careret lactis abundantia in edu-
cationem eius gentis, & paruulorum, qui nati
fuerant; vt præberet eis duo vbera, nequaquam
vt priùs in Ægypto fracta, & iacentia, ſed inte-
gra & virginali decore ſtantia veteris ac noui
inſtrumenti ad præbendum rationale lac, de
quibus ſponſus ad eam loquitur, *Bona vbera tua*
*ſuper vinum*, Cant. 1. Verè quidem vt vult D. Cant. 1.
Hieronym. intelligi poſſunt per vbera Eccle- Hieron.
ſiæ duo teſtamenta, è quibus (vt adiungit) tor- *Teſtamenta*
rens doctrinarum Dei profluens irrigat arua *duo vbera*
credentium. Sed fortaſſe accommodatiùs accipi *Chriſti.*
B poſſunt duo ſacratiora Eccleſiæ ſacramenta,
Confeſſionis & Euchariſtiæ, quibus fidei &
pietatis alumni enutrimur, vt ex Theodoret. & *Euchariſtia*
Clemen. Alexand. in ſuperioribus eloquimus. *& con eſſio*
Aut ſimpliciùs per vbera ſponſi admirabilis quę- *duo vbera.*
dam voluptas, qua ſuos delinire atque inebriare
fideles conſueuit. Sic enim S. Ambroſ. *ſermon.* 5. S. Ambroſ.
*in Pſalm.* 118. deſpiciens omnes iucunditates &
delectationes ſuas, cæleſtibus cupiens inhærere
mandatis, ait, &c. Ac mihi quidẽ perſuaſum eſt,
etiam his & aliis diuinæ Scripturæ locis, vbi fit
mentio vberum ſponſi, aut ſponſæ, aut Dei aut
Eccleſiæ, puriſſima quoque Deiparæ Virginis
vbera poſſe & debere intelligi. Sunt ea vbera
C ſponſi, ſunt Dei vbera, nec aliùs veriore modo
eſſe dicentur, quippe quæ Deus ipſe homo fa- *B. Mariæ*
ctus primæua infantia aliquot per annos ſuxe- *vbera.*
rit; nec enim vbera tam ipſius parentis quodam-
modo ſunt, quàm infantuli, cuius ad vſum, ad
eſum, ad potum, ad nutrimentum, ad delicias,
ad lectum ſomnúmque, ac requiem natura ipſa
exhibuit. Ac mirabilis profectò eſt Virginis Dei-
paræ gratia erga homines, ſuos præſertim ſer-
uos, ac filios: ad virginis vbera portantur, in
ſinum virginis (vt ait Guarric. Abbas) confu- Guarric.
giunt, ac ſe recipiunt. Vberibus virginis ſuſ- *Pietas in B.*
penſi diuinarum gratiarum lacte paſcuntur, & *Mariā com-*
caſtiſſimarum voluptatum dulcedine delibuti ad *mendantur.*
D obſeruandam Dei legem, & in via mandatorum
procurrendum fortes, alacréſque redduntur. Eſt
enim (inquit D. Petrus Chryſol. *ſerm.* 99.) Maria S. P. Chryſ.
omnium viuentium vera mater per Chriſtum. *B. Maria*
Bona vbera tua, ô Virgo, ſuper vinum, ſuper *mater fideliũ.*
omnes inquam huius vitæ ac mundi delicias,
quæ vino ſignificantur; tua ſunt, quia mater es;
Dei ſunt, quia Deus filios tuus eorum lacte nu-
tritur; noſtra ſunt, quia veri pueruli ab eis ad nu-
trimentum fidei, ac virtutum ad ſalutem animæ,
præduléſque in morte ſomnos, ac requiem de-
inde ſempiternam, ſuſpenſi adhæremus.

8. Verumenimverò haud ſatis miratur D. S. Chryſ.
Chryſoſt. *homil.* 16. & ſerpentis aſtutiam, & mu- *Serpens falsò*
lieris imprudentiam; quaſi compatitur, dolétque *condolet mu-*
ſerpẽs vicem mulieris, quod malè à Deo afflicta *lieris vicem.*
E ſit, quòd mulieri non liceat, vt libet, imò tota ra-
tio poſtulat edere de pomis illius paradiſi; quòd
miſera ſpectet oculis poma, & veſci nequeat.
Quæ tamen commiſeratio in ſerpente ſatis eui-
dens argumentum erat euidentis in illo fallaciæ
atque mendacij; quod egregiè ita colligit D.
Chryſ. Vidiſti quomodo per verba quaſi per eſ-
cam virus ſuum immittit diabolus? Debebat mu-
lier ex ipſo aggreſſu eminentem coniectare ma-
litiam, tum quòd diceliat, quæ non erant vti-
lia, tum quòd quaſi curam ipſorum gerat, vt ſci-
ſe poſſet quæ illis à Deo præcepta, & ſic ad

M præua

*Diabolo falſa commiſeratio orga Chriſtū ieiunantem.* prævaricationem ipſos trahere. Ita Chryſoſt.
Hac etiam impoſtura veteratot aggreſſus eſt ad
ſeutandum in deſerto alterum Adamum Chri-
Matth. 4. ſtum Dominum, *Si filius Dei es, dic vt lapides iſti*
S. Cyprian. *panes fiant*, Matth. 4. Vbi D. Cyprian. Subdola
(inquit) profeſſione quaſi compatiens ei ſub-
uenire periclitanti naturæ hortatur. Hoc artifi-
cio etiam nunc vritur hoſtis, dum ieiunia pœ-
naliáque opera nobis eo prætextu impedit, quòd
parentes, aut amici noſtram vicem impenſius
dolentes clamant, qoid te maceras, quid te ma-
ctas, tuiipſius contra Dei legem homicida? Sed
S. Athanaſ. heus tu, bone vir, audi monentem D. Athana-
ſium. Ne illas credas, ne illos auſcultes: illos
S. Hieron. enim diabolus ſubornauit. Audi D. Hieronym. B
*Summa obſeruantia.* *Epiſtol. 9. cap. 5.* Melius eſt ſtomachum te dole-
se, quam mentem, greſſu vacillare, quàm pu-
dicitia. Satis denique apertè conſtares mulie-
ri, ſi animadnerteret, fraus & malitia ſerpen-
tis, quòd diabolus Dei, atque omnium crea-
turarum, hominum maximè teterrimus hoſtis
clementior, quam Deus beneuolentiſſimus Pa-
ter haberi vellet. Hæ denique ſuus artes ſer-
pentis diaboli, & illius adminiſtrorum ac ſatel-
litum, qui virus exponunt, quo incautos deci-
piunt, ac perimunt, cùm de lege Dei de vir-
tutibus, boniſque moribus, ac demum de ipſo-
met Deo perperam & irreligioſè loquuntur. At
è contrario ſunt à Deo inſtituti qui ſapienter C
incantant ſerpentes, venenóque illorum infe-
ctos, & peremptos, demum ad vitam reducunt.
*Prædicatores incantant, & mortuos excitant* Huiuſmodi ſunt prædicatores verbi Dei, & Do-
ctores animarum, penes quos eſt illud admira-
bile in Eccleſia officium, demortuos ad vitam
S. Gregor. excitare; quo ſanè maius nullum edi ſolet mi-
raculum. Vti S. Gregorius diſertiſſimè oſten-
dit *lib. 3. Dialog. capite* 17. Si inuiſibilia penſa-
mus, nimirom conſtat, quia maius eſt mira-
culum prædicationis verbo, atque orationis
ſolatio peccatorem cóuertere, quàm carne mor-
*Conuerſio peccatoris miraculū grande.* tuum reſuſcitare. In illo reſuſcitatur caro ite-
rum moritura, in illo verò anima in æternum
victura. Cum enim propono duos, in quo ho-
rum exiſtimas maiori factum virtute miracu- D
lum? Lazarum quippe, quem iam fidelem cre-
dimus fuiſſe, carne Dominus ſuſcitauit: Sao-
lum verò reſuſcitauit in mente. Et quidem poſt
reſurrectionem carnis de Lazari virtutibus ta-
*S. Pauli conuerſio.* cetur. At poſt reſurrectionem animæ capere no-
ſtra infirmitas non valet, quanta in ſacro elo-
quio de Pauli virtutibus dicontur? Hæc S. Gre-
gorius. Nec prætereundoo eſt primam diabo-
li vocem fuiſſe: Cur, ſiue quorſum, &c. Quæ
vox eſt inobedientiæ: nam verus obediens mu-
tus eſt, ne inquirat rationes; cæcus etiam in
iudicio mentis, ne imperata examinet, & cau-
ſas curioſè diſcutiat; vna ibi voluntas eſt ad
*Obedientia perfecta.* exequendum promptiſſima. Quod Apoſtolus E
circa myſteria fidei admonoit, idem obſeruent
religioſi neceſſe eſt, nimirum in captiuitatem
redigentes omnem in ellectum in obſequium
2. Cor 10. Chriſti, 2. *Corinth.* 10. Vbi Theophilus. Non
Theoph. modò humana quæque conſilia, & cogitatio-
nes tollimus, & ſuperamus, quinetiam in ſer-
uitutem redigimus; quod ſanè perfectiorem de-
ſignat victoriam. In obſequium (inquit) Chri-
ſti, hoc eſt, in eam deducimus ſeruitutem, quæ
*Fidei captiuitas illuſtriſſima* libertate quauis eſt honoratior. Sic Theophil.
Captiui ergo ſimus, conſtricto ſcilicet intelle-
ctu, iudicio compedito, ſuppreſſis rationibus, &

A diſcuſſionibus, qood cùm ſit in obſequium *Obedientes captiui ſunt rex coronatus.*
Chriſti, nobis erit valde glorioſum. Sic Reges
efficimur diademate coronati. Audi Iob cap. 29.
*Veſtiuit me, ſicut veſtimento, & diademate iudicio* Iob 29.
*meo.* Et quidem D. Gregorius 19. *Moral. cap.* 18. S. Greg.
ſic locum explicat: Diadema in ſuperiori parte
corporis ponitur. Iuſtorum ergo iudicium diade-
ma dicitur, quia per hoc non in terreuis, & infi-
mis, ſed ſurſum remunerari concupiſcunt. Ita
Gregorius ſanè quàm optimè, ſed non eſt aliena
expoſitio de obedientia, cuius inſigne regium ac
diadema ponitur in iudicio, cùm ſcilicet men-
tis intellectus, & iudicium captiuatur in obſe-
quium Chriſti, & vice Chriſti fungentis, atque
B imperantis.

---

## SECTIO IV.

### *Cui reſpondit mulier.*

1. A Muliere cœpit vitium, & ſexus prodit, S. Ambr.
qui priùs potuerit errare; ait D. Ambro- *Mulier incauta & imprudens.*
ſius. Incanta planè imprudénſque mulier; cum
beſtia, cum vipera familiariter agit; audit; re- S. Chryſ.
ſpondet. Oportebat (inquit D. Chryſoſt. *homil.*
16.) initio colloquium eius non ferre, ſed illi
C ſoli loqui, propter quem & incoius adiutorium
facta particeps dignitatis illius. O ſi muta foret *Mulierum garrulitas.*
mulier, quàm ſecura ſibi, & nobis vtilis exti-
tiſſet? Garrulitas mulierum tanquam illi ſexui
congenita exiſtimatur à multis, ſed non ita
habet. Mulier erat, quæ virgo peperit infan-
tem Deum, cœlo acclamante, Angelorum cho-
ris canentibus, ſtella Magos ducente, Magis
introeuntibus, ac procidentibus, Paſtoribus
adorantibus; eam verò, ne verbum quidem in
tanta rerum auguſtiſſimarum nouitate, vlli
mortalium, etiam regum, legimus protuliſſe;
ſed Maria conſeruabat omnia verba hæc con-
ferens in corde ſuo, *Luc.* 2. Verba Hebraicè Luc 2.
facta dici nemo neſcit, ſed vt etiam propriè ac- *B. Maria ſilentium.*
D cipiantur, nihil obeſt; quaſi obſtupuerit Euan-
geliſta Virginem Dei matrem; tot ac tanta vi-
dentem oculis, audientem (quod amplius eſt)
auribus nihil omninò loquutam, ne loquenti-
bus quidem reſpondiſſe. quia (vt egregiè vir-
ginis ſilentium admiratus D. Ambroſius ibidem S. Ambr.
adnorauit) non minùs ore publica quàm cor-
pore argumenta fidei conferebat in corde. Sci- *B. Maria tota in Filium intenta.*
licet Virgo ſanctiſſima tota oculis ſenſibúſque
in Filium Deum recens natum intenta, quicquid
aliud occurreret, animo ac ſenſibus non ad-
mittens, cordis lingua (vt vocat D. Augu- S. Aug.
ſtinus amorem) filium alloquebatur. Ex quo
loco hoc colligit D. Ambroſius. Diſce vitium S. Ambroſ.
eſſe perſonæ, non ſexus: ſexus enim ſanctus.
E Et (quod maius, ac dulcius mihi videtur) Vir-
go mater lactando Filio tota intenta, nec aures
Angelorom cantui ſuauiſſimo admouebat. quod
fortaſsè illa intelligens aiebat ad Filium inter
materna oſcula: *Oſculetur me oſculo oris ſui; quia*
*meliora ſunt vbera tua vino*, Cant. 1. O Fili, non Cant. 1.
curo vinum etſi dulce cantus Angelici, quo
audientium animi ſoporentur, vnica ſummá-
que dulcedo mihi eſt, meis ac tuis te paſci vbe-
ribus. Mirum, quòd in mulieribus nimia garru-
litas interdum videatur; malè locutam legimus
vxoré Iob cùm maritum verſùs Deū concitauit:

*Benedic*

*Iob. 2. S. Ambr. Vxor Iobi blaſphemat.*

*Benedic Deo, & morere*, Iob 2. S Ambroſ. ad Horontianum legit: Dic verbum contra Deum, hoc eſt, blaſphema Deum, vt indignetur tibi, & moriaris. Scilicet mulier maritum bonis ſpoliatum, filiis orbatum in mœrore, in ſterquilinio, tabe puruléta, ſaniéque diffluentem, quæ verbis, amore, pietate, patientiáque condita ſolari animaréque debuiſſet, contra Deum irritat, vt blaſphemet demũ ipſum Deum, à quo tam iniuſtè, tam crudeliter ſit affectus, quò tandem ſui honoris vindex Deus blaſphemum hominem vel hiantis terræ voragine hauſtum, vel de cælo tactum de medio tollat. Quid ais mulier? ſi blaſphemando Deum vir tuus pereat; an non vides cum corpore pariter animam viri tui perituram? dixiſſes potiùs, ſi ſanæ mentis es, ſi virum amas, (quod adiungit Ambroſ.) confitere Deo vt propitietur tibi, & viuas. Rectè igitur mulierem (vt erat) Iob vnam ex inſipientibus appellauit. Felix autem ille, cui à Deo data mulier eſt non inſipiens vt Iobi coniux, vt Eua Adami, ſed qualem deſcribit Salomon *Prouerb.* 19. quem locum eleganter ediſſerit D. Ambroſ. *in* 16. *cap.* 2. *Luc.* ad hunc modum. Ait Salomon: Domum & ſubſtantiam patres partiuntur filiis, à Deo autem præparabitur viro vxor. Quod qui in Græco legit nõ putat eſſe contrarium. Bene enim dixit Græcus, *ἁρμόζεται temperatur, ἁρμόζω compono, apto, tempero.* harmonia enim conueniens, & apta, rerum omnium dicitur commiſſa connexio. harmonia eſt cùm fiſtulæ organi per ordinem copulatæ, legitimæ tenent gratiam cantilenæ, chordarúmque aptus ſeruat ordo concordiam. Itaque non habent harmoniam ſuam nuptiæ, quando Chriſtiano viro gentilis mulier non legitimè copulatur. Ergo vbi nuptiæ, harmonia: vbi harmonia, Deus iungit; vbi harmonia non eſt, pugna atque diſſenſio eſt, quæ non eſt à Deo, quia Deus caritas eſt. Hæc omnia S. Ambroſ. quæ vtinam coniugati legerent, atque obſeruarent vt Deo in ſingulis familiis harmonia ſuauiſſima reſonaret? Nota ex hoc loco & interpretatione ſancti Doctoris quàm ſit difficile bonum & felix inuenire coniugium; eſt enim aptare & attemperare muſicum inſtrumentum, & quàm gratum illud ſit vbi à Deo ſolo (nec enim ab homine attemperari poteſt) ſic adaptatur ad ſuauiſſimam concentus melodiam; quámque ſit arduum bonam & congruam vxorem adinuenire, hoc enim opus & labor eſt; à Deo datur, à Deo præparatur attemperatúrque, vt marito harmoniam dulciſſimam efficiat; non verò illum dolorum acerbitatúmque pungat aculeis.

*Prouerb. 19. D. Ambroſ. mulier bona deſcribitur.*

*Coniugium harmonicum.*

*Vxor bona Dei donũ eſt*

*Eua nõ locuta cum viro.*

*S. Chryſ. Greg. Naz. Mulier qualis erga maritũ*

2. At mihi portenti ſimile eſt, quare mulier primò cum ſerpente locuta ſit, & nullum omnino verbum (quod legerimus) ad virum (vt bene adnotauit Chryſoſt.) fecerit? Videat mulier, quibuſcum agat: maritum habet? cum alio igitur colloqui, aut nolit, aut neſciat. Illud recolat, vt vitam ſuam inſtituat, quod ſapienter à D. Greg. Nazianz. ad Olympiadem ſcriptum eſt: Deum quidem primò, deinde autem maritum vitæ tuæ oculũ, conſiliíque tui arbitrum ac ducem cole, ac venerare. Hunc vnum ama, huic placere ſtude; idque eo impenſiùs, quo perfectiore arctioréque amoris nexu eum erga te deuinctum perſpexeris, atque illud tibi prouidendum eſt, ne tantum fiduciæ libertatiſque capias, quantum tibi viri cupiditas offert; ſed quantum honeſtas ipſa concedit; quandoquidem omnium rerum ſatietas & faſtidium oboritur, omnium inquam rerum, ſed potiſſimum amoris, à quo ſatietatem omni ratione arceri expedit. Ita Nazianz. Quam doctrinam ſi coniugatæ fœminæ ſequerentur, felices cum Deo agerent, & longos in coniugio annos. Miror etiam quorſum Eua maritum reliquerit, cũ quo recens producta vix ad colloquendum habuerit tempus. Atque vtinam per hortum non excurriſſet; vbi enim à marito vel tantulum receſſit, in viperam atque in mortem incidit. Videant ergo mulieres, quanto ſe debeant honeſtiùs ac ſecuriùs tueri, diſcant non quidem excurrere à matre omnium Eua; ſed à D. Gregorio Nazianzeno Doctorum ac Patrum ſapientiſſimo, quod ad Olympiadem ſcribit. Externa (inquit) negotia viro committe, noli pedem tuum limine crebrò efferre, nec ad publicos ludos, turbámque incondiram proficiſci; id enim pudorem verecundis etiam excutit, oculóſque oculis iungit, pudoris autem iactura flagitiorum omnium certiſſima eſt parens; domus tibi vrbis ac nemorum inſtar ſit; ne aſpectus tui copiam aliis facias, quàm propinquis tuis, iiſque grauibus, & honeſtis, & ſacerdoti, ac ſenectuti, iuuentute præſtantiori; imò nec in piorum virorum, quos tamen maritus tuus à domo ſua arceat, conſpectum prodeas, quamlibet alioqui eos caros habeas, honoréque proſequaris. Quid enim tantum vtilitatis afferre poteſt, quantum probus maritus, ſi in eo ſolo amorem defixeris? Cur etiam vt ad hominum aſpectum erubeſcas, oculos cæcos ſuperciliúmque humi depreſſum habens. Hoc tibi inſuper ſummo ſtudio cauendum, ne lingua tua præcipiti atque effræno impetu feratur. tacere præſtat cùm loqui vtile eſt, quàm loqui cùm tempus indecoro atque inhoneſto ſermone ſilentium indicit. Quo magis tibi in eo laborandum eſt, vt tardò loquendo, ſermonis tui deſiderium ſemper in hominum animis infixum relinquas. Hæc Nazianz. Quæ vtinam prima mulier obſeruaſſet, vt nec pedem extra mariti conſpectum efferret, nec incautè cum ſerpente ſermonem inſtitueret? Vtinam nec ſui videndi copiam ſerpenti faceret, nec ſerpentem ipſa videret? ab aſpectu enim ad ſermonem, atque inde ad interitum via recta proceſſit. At vbi (inquit Proc.) virtutis oculi ſunt occæcati, oculi in malum vergentes patuere.

*In amore faſtidium vitandum.*

*Eua receſſit à marito.*

Greg. Naz.

*Mulier ne foras excurrat.*

*Pudoris iactura.*

*Mulieris coniugatæ inſtructio.*

*Mulieris ſilentium.*

Procop.

3. Cæterùm mirari adhuc non deſino, vbinam loci tunc ageret Adamus, cui negotio intentus? an cæleſtium orbium aſpectu, aut ipſius rerum omnium creatoris Dei contemplatione totus detineretur, nec proinde mulierem ſibi à Deo traditam curaret? obdormiit quidem paſtor, & ouicula deerrauit. Receſſit à paſtore ouis, & in lupi fauces impacta eſt. Quòd verò & maritus paſtorem agat, & vxor ouem, perſpicuum eſt ex parabola Nathan Prophetæ ad Dauid poſt adulterium commiſſum, in qua vxorem Vriæ ouem pauperis Propheta nuncupauit 2. *Reg.* 12. *Pauper* (inquit) *nihil habebat omnino, præter ouem vnam paruulam, quam emerat, & nutrierat, & quæ creuerat apud eum cum filiis eius, ſimul de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in ſinu illius dormiens, erátque illi ſicut filia.* Quem locum *ad Pſalm.* 50. ſic interpretatur D Chryſoſtom. Vidéſne quemadmodum paupertas cauſa ſit amoris. Nam apud diuites & copioſos homines ingens faſtus eſt,

*Adamus vbi ſine vxore ageret.*

2. Reg. 12.

S Chryſ. *Amor in coniugio pauperum*

Apud tenuiores autem vxor miniſtræ ac velut ancillæ munere fungitur: & quamprimum filium pepererit, eadem & mater & nutrix eſt. Apud locupletes autem parit mater, nec nutrix efficitur. At non ita Chriſtus. Nam vt nos progenuit, ita etiam alit: ac propterea ciborum loco carne ſua nos pauit, ac poculi vice cruore ſuo nos potauit. Hæc igitur ouis in ipſius ſinu dormiebat. Amplificata eſt tragœdia per caritatis narrationem. Ita Chryſ. Ex hac interpretatione colliges, eo vel maximè amorem mutuum demonſtrari coniugum, quòd maritus paſtorem & pauperem (cui tenue peculium in maiori pretio & amore ſoleat haberi) ſe exhibeat: vxor autem ouem ſe præbeat: támque indiuiduam vitæ conſuetudinem gerant, vt ouis à paſtoris gremio & ſinu, hoc eſt, à tutela curáque mariti, non modò nō audeat, ſed neſciat quidem abſcedere. Lupos enim ac ſerpentes, vel tantulum recedenti confeſtim ſibi bona mulier formidat. Deinde verò maritus ita ſolicitè conſulere oportet vxori, quaſi filiæ tenellæ, quæ à brachiis, gremio, & vbere matris omnino tota pendet. Obſerua etiam ex doctrina D. Chryſ. in pauperiore coniugio maiorem ſolitum obſeruari amorem, quam inter potentes, diuites, ac nobiles. Nota etiam obiter pro diuina Euchariſtia, nec paſtorem pauperem vnius, quam ſolam poſſidet, ouiculæ peramantem: nec maritum vxoris curæ & amori deditiſſimum cum Chriſto Ieſu paſtore & ſponſo animarum comparari poſſe. Emit, ac redemit nos ſuæ mortis pretio, ſibi nos in ſempiternum deſponſauit, geſtat, fouétque in ſinu inter brachia extenſa in cruce; medio ipſo in pectore cordéque per apertum latus hiante dormientem excipit animam: ſuo ſanguine potat, ſua carne paſcit. O amorem, ô amorem! exclamat alibi Chryſoſtomus de ſacroſancta Euchariſtia loquens. D. Ambroſ. *Apolog. Dauid*, myſtico ſenſu multa ediſſerens; ouem iſtam Chriſtum Dominum raptum à Iudæis in paſſionem, & cruci affixum intelligit, ita inquiens: Dum populus Iudæorum in ſuis gregibus plurimas copias hoſtiarum haberet, tamen vnam ouiculam, quam populus ille pauper habebat, eripuit, glorioſæ ſubiiciens paſſioni. Vis ſcire quam ouem? ſicut ouis ad victimam ductus eſt, *Iſai.* 53. qui pane pauperis alebatur: & potu pauperis vtebatur, & in ſinu pauperis dormiebat. Noſtris enim alebatur alimentis, in noſtri pectoris gremio quieſcebat. Nam in Iudæorum ſinu quieſcere ſe non poſſe memorauit: Filius hominis nō habet vbi caput ſuum reclinet. Quis eſt iſte hoſpes, niſi miſerabile peccatum? etenim culpa in hunc mundum tanquam hoſpes intrauit, aliena noſtræ, & peregrina naturæ. Itaque non de ſuis gregibus hoſtiam obtulit, ſed accepit ouiculam pauperis, & occidit. Sic Ambroſ. A matre igitur Virgine, quæ pauper erat, & ab illo grege diſcipulorum pauperculo raptam ouem illam manſuetiſſimam, & innocentiſſimam Iudæi abſtulerunt in Caluariæ locum vbi eam crucifixerunt.

*Mulier nutrix.*

*Chriſtus noſtri in Euchariſtia nutricē gerit.*

*Coniugii individua ſocietas.*

*Chriſti amor erga homines.*

S. Ambroſ.

Iſai 53.

*Chriſtus ouis à Iudæis mactatur.*

4. Fuerit Adamus animo ſenſibúſque in altiſſima Dei cæleſtiúmque rerum contemplatione defixus: at gratius multo foret ipſi Deo curam gerere ſuæ vxoris: hoc enim eſſet pro Deo Deum relinquere. Iudicium duriſſimum iis, qui præſunt, fiet: vt dicitur *Sapien.* 6. Prælato enim non tam demandatur vt ſolitudinem oraturus quærat, quàm vt in campo & in ſcio vigilet.

*Prælato inuigilandum.*

Sapient. 6.

A Aaronis virga, vt legitur. *Num.* 17. floruit ſubitò, atque in fructus exuberauit. Eos enim (loquit Procop.) qui ad Deum ſe conferunt, virtute eius ex veteribus nouos fieri declarat. Videtur porrò amygdalina, virtute quadam naturali, dormientibus ponè caput poſita ſomnum eripere, vigilantiámque inducere. Quapropter ad Ieremiam dicitur: *Quid tu vides? virgam amygdalinam* (noſter interpres vertit *vigilantem*,) *rectè vidiſti.* Hæc Procop. Vide hinc quam ſit neceſſarium, atque omnino debitum inuigilare, vbi paſtoralis virga cernitur: alioqui inculabit Propheta Zachar. 11. *O Paſter & idolum derelinquens gregem!* quaſi dicat: Si paſtor es, ne te ſtatuam ſine ſenſu, ac mortuam putes. Vigila, labora, circumiens, vt
B gregem defendas, ac lupum arceas qui circuit quærens quem deuoret. Paſtor eſt ergo non idolum, cui quidem præſtatur honos; ſed quod laborat, non videt, non audit, nihil boni præſtat: truncus, lapis, & vt elegan ter ait D. Chryſ. ſuperfluus eſt, qui ſibi ſoli viuit. Petrum ſui amoris erga nos vicarium Dominus reliquit, vt animaduertit D. Ambroſ. Sed vide obſecro, quid Petro ad hoc munus deſtinato mandarit. *Paſce*, inquit, *oues meas*, Ioan. 21. Vbi quidem paſtorem ſui vicarium toti præfecit Eccleſiæ, non ei iubet, vt Moyſis exemplo in penitiores Sinay montis receſſus ſe abdat, intra caliginem fumantium cir-
C cumcirca, & fulgurantium collium, & camporum, ne quis contemplationem remoraturus accederet, cùm Deo totos quadraginta dies agat. Non vt in ſecretiorem orbi montis ſpecum, cum Elia penetrans aduentum Dei in ſibilo auræ tenuis præſtoletur. Fuerint ea quidem contēplantium exempla; cæterum Petro mandatur: Paſce oues meas. Oſtendit (inquit D. Chryſoſt.) Dominus quantum appretiatur prælationem propriarum ouium; & quoniam hoc eſt maximum eius amoris ſignum. Ita Chryſoſt. Quaſi dicat (ait D. Auguſt.) ſit amoris officium paſcere gregem Dominicum; ſicut fuit timoris iudicium negare paſtorem. Quod ipſemet Auguſt. in paſcen-
D do ſuo Hipponenſi grege tam ſtudioſè præſtabat dum inceſſanter verbo Dei ad populum inſtruendum ac monendum incumberet, vt ex iis, quæ in ſermone in prima die poſt Paſcha habentur, colligi poteſt. Ego (inquit) coram Deo excutio veſtimenta mea. timeo ne mihi imputetur, quia non dico, officium meum impleo, fructum veſtrum quæro; de bonis operibus veſtris gaudium habere volo, non pecuniam. Non enim qui bene viuit, diuitem me facit. Et tamen diuitiæ meæ nonniſi ſpes veſtra eſt, in Chriſto gaudiū meum, ſolatium meum, & reſpiramentum periculorum in his tentationibus nullum eſt, niſi bona vita veſtra. Obſecro vos fratres, ſi obliti eſtis veſtri, miſeremini tamen mei. Sic Auguſt. Quid plura; legimus in Exod. cap. 32. *Videns populus quod moram faceret deſcendendi de monte Moyſes, congre-*
E *gatus ad Aaron ait: Fac nobis Deos, qui nos præcedant.* Vbi optimè Lippomanus. Vides ex hoc loco abſentia rectoris grandem iacturam fieri populi, quanquam negotium agat ipſius corā Domino! facilis populi contemptus oritur contra Præpoſitos, & ingratitudo fœda. Sic ille. In eandem ſententiam eleganter D. Chryſ. *homil. de ſuo egreſſu*, hæc adiungit: Moyſi accidit, quod in ſeculari coniugio ſolet euenire. Etenim vir quando impudicam vxorem habere ſe nouit, nec proſpicere ei de domo permittit: qui etſi peregrinari aliquando coactus fuerit, cogitat citò reuerti,

Num. 17.

Procop.

Ierem 1.

Zach 11.

S. Chryſ.

S. Ambroſ.

Ioan 21.

*Prælato non demandatur contemplatio.*

S. Chryſ.

*Zelus animarū pignum eſt amoris erga Deum.*

S. Aug.

*S. Auguſtini zelus.*

Exod. 32.

Lippom.

*Prælati abſentia nocet.*

S. Chryſ.

*Meritò præſentia componit vxorem.*

ti, quaſi quodam ſuſpicionis aculeo ſtimulatus. Qui autem ſobriam & caſtam habet, foris ſecurus moratur, ſufficientes procuratorum munimine mores relinquens vxoris. Hoc Moyſes paſſus eſt, quia inemendabilem ſynagogam habebat vxorem, reliquit eam, & fornicata eſt. Hæc Chryſoſt. Boni quidem mores vxorem cuſtodiunt, curant, ac tuentur. Nihilo tamen minus etiam caſta & prudens, ſi diutiùs abſit maritus, periclitatur. An non virgo erat Eua, & omnis doli expers; & tamen vt a marito diſceſſit, non modò ſerpentem offendit, ſed à ſerpente victa mortem ſibi, viro, ac toti ſuo generi importauit. At ſi probè Dominus perſpectam habebat illius populi impietatem, cur tandiu apud ſe rectorem illius ac pædagogum Moyſem detinuit in monte? Optimè videtur Procopius reſpondiſſe his verbis Detinuit apud ſe in monte Moyſen diebus quadraginta, vt cognoſceret quàm facilè populus ille reuerteretur ad nefandã idololatriam. Proinde introducendos eſſe dies feſtos, & ſacrificia, & ſplendidas ſolemnéſque epulas, ne recurrerent ad vetitum idolorum cultum. Et huiuſmodi exercitiis & ludictis illorum pueriles animos prouehendos eſſe ad ſpiritualia bona. Sic ille. ſcilicet Moyſes nec impietatem ſui populi expertus omninò erat; nec cùm à diuino legiſlatore feſtorum, rituum, & ſacrificiorum leges acciperet, quàm illæ forent neceſſariæ, ſcire poterat. Didicit omnia, cùm Hebræor. tam fœdam atque execrandam mutationem eſt conſpicatus.

Procop.

5. Deerrauit mulier à caula & à paſtore longiùs (qua verò occaſione, incertum) abducta. Et quænam ex omnibus quæ ſub ſole viuunt, anima non exorbitauit aliquando? Quis illud de ſe non appoſitè Dauidicum protulerit? *Erraui ſicut ouis, quæ periit, quære ſeruum tuum.* Pſalm. 118. Hunc ergo locum preſſiùs expendens, aliquod arbitror inſinuari diſcrimẽ inter illas Euãgelij parabolas; alteram de oue, quæ de grege centum ouium aberrauerat, alteram de drachma quæ perdita eſt, *Luc.* 15. De priore dicitur: *Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & ſi perdiderit vnam ex illis, nónne dimittit nonaginta nouem in deſerto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam? Et cùm inuenerit eam, imponit in humeros ſuos, gaudens,* &c. De poſteriore ſcribitur: *Quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam vnam, nónne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter, donec inueniat.* Haud verò neſcio germanũ vtriuſque parabulæ ſenſum illum eſſe, quem D. Gregor. eleganter exponit ad hunc modum. Vna ouis tunc perit, quando peccando homo paſcua vitæ reliquit, in deſerto autem nonaginta nouem remanſerant; quia rationalis creaturæ numerus, Angelorum videlicet, & hominum, qui ad videndum Deum conditus fuerat, pereunte homine erat imminutus; in cœlo reliquit Angelorum choros, & vt perfecta ſumma ouium integraretur in cœlo, homo perditus quærebatur in terra. Ouem humeris ſuis impoſuit, quia humanam naturam ſuſcipiens peccata noſtra ipſe portauit: inuenta autem oue ad domum cedit, quia paſtor noſter reparato homine ad regnum cæleſte rediit. Deinde, qui ſignatur per paſtorem, ipſe per mulierem; ipſe enim Deus, ipſe & Dei ſapientia. Angelorum autem, & hominum naturam ad cognoſcendum ſe Dominus

Pſal. 118.

Luc. 15.

*Homo ouis & drachma.*

S. Gregor.



A condidit, & ad ſimilitudinem ſuam creauit. Decem ergo drachmas habuit, quia nouem ſunt ordines Angelorum, ſed vt compleretur electorum numerus, homo eſt creatus; & quia imago exprimitur in drachma, mulier drachmam perdiderat, quando homo, qui conditus ad imaginem Dei fuerat, peccando à ſimilitudine ſui conditoris receſſit, &c. Ita Gregor. Nihilominus adnotauerim in prima parabola hominem, in altera mulierem apponi. Ex quo etiam ſuſpicor, cùm certum ſit, & ouis & drachmæ nominibus deſignari animam quæ peccando aberrauit, in oue animam hominis, in drachma mulieris animam accipi poſſe. Ergo in hoc ſenſu no-

B ta obſecro, quanto minùs arduum fuerit ouem inueniri quàm drachmam. Homo perdidit ouem de centum quas poſſidebat, vbi reſciuit perditam aberrare, quæſiuit, inuenit, impoſuit humeris, ad caulam gregémque reduxit. hæc tota inueniendi ratio nec aliud laboris, aut ſtudij, legitur homo impendiſſe, vt ſuam inueniret ouem. Drachmam verò mulier perdidit; vt nouit abeſſe, quid deinde non eſt molita? accendit lucernam, euerrit domum, quæſiuit diligenter, donec inuenerit. Mira ſolicitudo oſtenditur in quærendo drachmam. Tantæ molis erat inuenire drachmam? Scilicet ouis ad primum paſtoris ſibilum impauida cucurrit alacriter; drachma

C verò inter ſordes decidens, luto adhæſit, aut alto ſterquilinio iacuit obruta, nec ſine grandi mulieris labore ac ſtudio poterat emergere; quorſum hæc dicuntur, niſi, quia graue malum, & nullum poſt peccatum grauius peccatori poteſt accidere, quàm vt regredi ad Deum timeat, quàm vt erubeſcat confiteri? Ac licèt faciliùs, turpiùs, ac frequentiùs vir, vt experientia teſtatur, in peccatum incidat, mulier tamen, etſi rariùs, eo tamen multo grauiùs ac periculoſiùs peccat, quòd fœmineo timore perculſa, & pudore confuſa latere abdique malit ipſis in ſordium volutabris, quàm vt culpas expiet in confeſſione, (qua nihil ſecretius, ac ſacratius)

*Vir faciliùs peccat.*

D ſeipſam prodere: & fortaſſe hoc fœmineum malum, præpoſtera ſcilicet verecundia non quidem ad peccandum, ſed ad confitendum & reſipiſcendum ſignificatur in illa muliere, quæ habebat ſpiritum infirmitatis, *Luc.* 13. Hanc Dominus ſanauit, dicens: Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua. Vbi D. Cyrill. Vox aptiſſima Deo, plena maieſtate ſuperna; aduentus Domini diſſolutiuus eſt humanarum paſſionum. Sic Cyrillus. Fœmineam ergo Dominus infirmitatem ſanauit, effecitque innumerabiles fœminas, & viris, imò & leonibus fortiores. Cæterùm vt eò, vnde digreſſa eſt, reuertatur oratio: mariti, pædagogi, prælati, patris ac domini præſentia valde ad continendos in officio ſubditos neceſſaria eſt. Quòd ſi nihilominus abeſt ſuperior; & videt

*Mulier periculoſius labitur.*

Luc. 13.

S. Cyrill.

*Mulieris verecundia in confeſſione.*

E populus quòd moram facit Moyſes: optimè occurrit Procopius. Quid hoc ad Deum, qui ſemper licèt non conſpiciatur humanis oculis, præſtò eſt terræ incolis Etiam Moyſes clamat: *Oblitus es Domini creatoris tui,* Deuteron. 32. Sic ille. Dei oculos reuereamur, quibus nuda ſunt omnia.

Procop.

Deut 32.

5. Porrò autem aduertendum hic eſt, quanto ſit ſtudio cauendum in principio ſuggeſtionis diabolicæ; ne pedem in anima figere, ſubintraréque mentis receſſum patiamur ſerpentem. Ergo occurrit ſerpens Euæ, primum iniecit prauæ ſuggeſtionis iaculum, pulſauit

 mentis

*Principio tentationis inuigilandum.*

mentis ianuam turpi quadam cogitatione (ad A primos enim motus & cogitatus, nec libertas, nec poteſtas eſſe ſolet) at quod a nobis exigimus, ſi ſerpens loquitur, non audiamus loquentem; quòd ſi tanta fuit in nobis deſidia, vt aures præberemus; neceſſe omninò, vt illicò clauſis auribus, aliò mente obuerſa nihil reſpondeamus. Præcidatur actutum eum ſerpente ſermocinatio, ea namque vltrò citróque paulatim currente certiſſime in peccatum incurretur. *Filia Babylonis, beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram*, canit Propheta Pſal. 136. Vnde per filios paruulos ſolent accipi à Doctoribus primores peccati congreſſus, cogitationes ipſæ à diabolo in animam iniectæ, filij enim ſunt diaboli adhuc B tenelli, & ſuperatu alliſúque faciles; qui ſi viuere, enutriri, & creſcere permittantur, fiet, vt mole ſua & robore mentem deprimant, nec vlla poſſint, niſi diuina virtute vinci, ac debilitari. Beatus igitur, qui allidet paruulos tuos ô Babylon, ô turpitudo, ad petram. Aliter enim, vt eleganter monet ibidem D. Hieronym. periculoſæ ſunt iam robuſtæ cupiditates, & difficulter adulta quæque perimuntur. Similis ferè S. Auguſtin. expoſitio ita habet: Qui ſunt paruuli Babyloniæ? naſcentes malæ cupiditates. quando naſcitur cupiditas, antequam robur faciat aduerſum te mala conſuetudo, cùm paruula eſt, cupiditas nequaquam prauæ conſuetudinis robur accipiat, cùm paruula eſt, elide illam. Sed times ne eliſa C non moriatur, ad petram elide. Petra autem erat Chriſtus. Sic Auguſtin. quod aut de prima diaboli ſuggeſtione; aut fortè verius de conſenſu iam præſtito, imò & ſcelere ſemel admiſſo, antequã abeat in conſuetudinem, intelligi poteſt. Sed adhuc de primoribus loquamur congreſſibus, principiis & occaſionibus peccati. D. Greg. Nazianz. *Orat. 3. contra Iulian.* hac de re, vt ſolet, diſertiſſimè locutus adnotauit prudentiam, ac puritatem ſimul admirabilē, quæ in Chriſtiana lege mirabiliter elucet; cùm enim in cæteris mundi legibus ſatis punitiuæ iuſtitiæ fieri iudicetur, ſi facta ipſa operáque demum externa in apertum prodeuntia delinquentium vindicentur; ea tamen D lex Chriſtiana eſt, quæ non facta & opera modò, verumetiam ipſamet primordia & originea vitiorum vetet, comprimat, caſtiget; ne ſi malum ſinat per iniuriam adoleſcere, eò demum veniatur, vt contra gigantea monſtra, vitia nimirum ætate, viribus, ſagináque nimium confirmata, laborandum decertandúmque ſit caſſo & infelici exitu. Sunt autem verba ſanctiſſimi doctoris huiuſmodi: Virtutis hæc vna lex Chriſtiana eſt, ne leuiſſimis quidem vitiis, atque ab omnibus neglectis ſuccumbere; nihil enim præclarius, ac præſtantius, quàm quòd alii ſcelerum fines iuxta leges vindicantibus, nos principia quoque ipſa plectimus, ac velut malum quoddam, quod E vix ſiſti ac reprimi queat, profluuium multo antè cohibemus. Ita Nazianzenus. Quàm verò illud certò à D. Hieronym. dictum ſit; Nemo repentè fit ſummus; & quotidiana comprobatur experientia, & mali ſicut etiam boni, cuiuſque conditio præſcſert, vtrunque enim non ſubitò grande adultúmque enaſcitur, ſed addiſcitur, paulatímque imbibitur, donec adoleſcat. Quò ſpectat locus ille Ieremiæ 13. *Si poteſt Æthiops mutare pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas; & vos poteritis facere bonum, cùm didiceritis mala?* Vbi vides pellis nomine ſignificari, quantum

*Principio tentationis inuigilandum.*

Pſalm. 136.

S. Hieron.
S. Auguſt.
S. Greg. Nazianz.

*Petra, vbi oriuntur, ſupprimenda.*

*Lex Chriſtiana cogitationes prauas interdicit.*

S. Hieron.
*Mali & boni tempore ſuccreſcit.*

Ierem. 13.
*Vitia adiſcuntur.*

A adhæreat vitium, & quaſi congenitum homini videatur; ſed verbo, *didiceritis*, oſtendit vitium non eſſe naturæ, ſed praui affectus, non illud nobiſcum ſimul oriri, ſed à nobis addiſci. Audi D. Hieron. interpretantem. Ergo pellis æthiopica, & pardorum varietas diſciplina eſt, non naturæ, quæ docetur, & diſcitur; tamen auferri non poteſt vitium inoliti mali, niſi per eum, cui omnia poſſibilia ſunt. Sic Hieron. Perbelle igitur admonet S. Petr. Chryſol. ſedulò contra hoſtem vigilandum: quem noſtra ſocordia fortem efficit. Sic enim ait *ſerm.* 105. Diabolus nihil eſſet, ſi eſſent ſolicitiores homines, & cautiores. Aut quid in homine vnquam præualuit ille virtute, niſi arte, men- B dacio, inſidiis, fraude, dolo, nequitia, vitiorum miniſterio, furore criminum? Ille voluntates hominum ſemper explorat; & bonas quidem voluntates refugit, malis autem voluntatibus obſecundat, vt ſit miniſter ſcelerum, criminum leno, paraſitus ipſe vitiorum. Sic mendacio decepit Euam. Hæc Petr. Chryſol. Ex quibus colliges infirmum hoſtem, à quo impugnamur, ſed fraudibus tantùm agere ac vincere.

7. Sed quæ tanta fuit mulieris imprudentia, aut tam indecorè turpitérque ſe abiecerit ad intuendum colloquendúmque ſerpentem, beſtiam abiectiſſimam? Neſcio (inquit D. Chryſoſt. *homil.* 16.) quomodo allecta familiaritatem C ſerpentis tulit. Verùm quia ſeipſam non attendebat, non illum eſt auerſata. O mulier, quare ſic teipſam confudiſti; quare relicto viro, cuius dignitatum particeps eras, in familiaritatem ſerpentis venire decreuiſti? Ita Chryſ. Meritò conqueritur leuitatem mulieris ſanctus Doctor; namque, vt illa recens à Deo ædificata, diuinis gratiæ donis, & humanæ ſapientiæ muneribus illuſtrata, regina mundi ſublunaris, animantium princeps, mater futura totius generis humani, cæloque ac ſempiternæ fruitioni Dei candidata, ſupernorum Angelorum æmula, ſic ſeipſam abiecerit, vt cum beſtia humi prouoluta, turpi, D ac virulenta, familiares & longos inſtituat ſermones? Talis eſt hodie nonnullarum mulierum leuitas atque abiectio, aut ſui honoris & grauitatis oblitæ, atque adeò ſeipſas, non parui dixerim, ſed nihil æſtimantes, in ſummam vilitatem deiiciant; tum vel maximè vitioſum hoc eſt in Virgine, qualis tunc erat Eua, non ſuæ dignitatis nomine, quicquid occurrerit indecorum ab animo, ab oculis, ab ore propulſare. Rectè Baſilius *lib. de vera Virginitate*: Et ſi (inquit) adſit nemo, nemo, ipſa tamen ſibi virgo adeſt, debétque præ omnibus ſeipſam reuereri. Præſertim ſi virgo Deo fuerit conſecrata, de qua idem adiungit: Corpus quidem ve- E luti delubrum quoddam, aut ſponſi thalamum aptiſſimè inſtruere, atque ſeruare debet: animam verò in hoc ipſo, vt ſponſam nitidam ac puriſſimam ſponſi amplexibus iungere. Hæc Baſil. Sciant igitur virgines Chriſti, & quælibet animæ pietatis ſtudio deditæ, ſibi maximè à ſerpente ſtrui inſidias: nec enim diabolo vitióque ipſi maior eſt, & gloria, & voluptas; quàm vt nobilem gratiæ donis animam ſpoliet ac de illuſtrioribus virtutibus triumphet; quod ita luculentiſſimè oſtendit D. Hieronym. *Epiſt.* 22. Ezechias theſaurum Dei monſtrat Aſſyriis, qui non debuerunt videre quod cuperent. Frequentibus

S. Hieron.

S. P. Chryſ.
*Vitia inolita difficile abolentur.*

*Diabolus neminē vincit, niſi ſe volentem.*

*Diabolus victoria ſuaſor.*

S. Chryſ.

*Mulier ſe abiecit ad colloquendū cum beſtia.*

*Mulierū leuitas perſtringitur.*

S Baſil.
*Virginum dignitas.*

*Diabolus acerrimè virgines perſequitur.*

S Aug.

tibus bellis Iudæa conuulſa, vaſa Domini primùm capta, atque tranſlata ſunt: & quia palma vitiorum eſt honeſta polluere, Balthazar potat in phialis, Oza arcam attingens ſubita morte proſtratus eſt. Neque vas aureum & argẽteum, tam carum Deo fuit, quàm templum corporis virginalis. Præceſſit vmbra, nunc veritas eſt. Sic Hieron. Hinc eſt, quòd ad tentandum iuſtos, præſertim caſtos & virgines, cateruatim dæmones accurrant. Quare quo quis iuſtior, caſtior, & purior eſt, eo cautior ſit, eóque ſibi ampliùs timeat.

8. Sed ô te prudentiſſimam & conſtantiſſimam, ac prope diuina maieſtate præcellentiſſimam Dei matrem! Mulier ſexu, profeſſione virgo eras, cùm ad te miſſus eſt Gabriel Angelus à Deo *Luc.* 1. Sed talem te ac ſupra omnem naturam, captúmque etiam Angelicum, tunc exhibuiſti; qualem eſſe decebat, quæ ſola ex infinito fœminarum numero, iam ab ipſa æternitate in matrem Dei electa fuiſſet. Audiſtis fratres (ait D. Petr. Chryſol. *ſerm.* 141.) Angelum cum muliere de hominis reparatione tractantem. Audiſtis, agi, vt homo curſibus eiſdem, quibus dilapſus fuerat ad mortem, rediret ad vitam. Agit cum Maria Angelus de ſalute, quia cum Eua Angelus egerat de ruina. Ita Chryſolog. Adiungam huic ſententiæ ſancti Doctoris, Euam nec ad aſpectum exhorruiſſe ſerpentis, & diaboli; nec turbatam fuiſſe in ſermone eius, eo nimirum ſermone, qui contra Deum maledictis, mendacio, proditione, ſcelere, mortéque ipſa totus ſcatebat. Contrà verò Virgo mater viſo Angelo turbatur, & cogitat quæ noua iſta ſalutãdi ratio exiſtat. Eua videt ſerpentem, ludit quodammodo, ſocatúrque cum ſerpente. Videlicet (ita loqui liceat) ſerpens ad Euam ſibi cognatam ſerpentem accedit: Eua cum ſerpente ſibi ſimili colludit. At miſſus eſt Angelus ad Virginem. Quia (vt idem Chryſol. *ſerm.* 143.) ſemper eſt Angelis cognata virginitas: in carne præter carnem viuere, non terrena vita eſt, ſed cæleſtis. Angelicam gloriam acquirere maius eſt, quàm habere. Eſſe Angelum, felicitatis eſt, virginem eſſe, virtutis. Virginitas enim hoc obtinet viribus, quod habet Angelus ex natura. Angelus ergo, & Virgo diuinum agunt officium, non humanum. Ita Chryſol. Hanc igitur tam admirabilẽ margaritã, maximi virgo æſtimans turbata eſt, non quia Angelum vidit, ſed quia audiuit de futura prole nunciantem. Hæc enim fuit cauſa turbationis, vt inferiùs dicemus cum Auguſtino. Neque verò Virgo Dei mater primos illos, de quibus diſſeruimus, tentatoris inſultus vnquam pertulit. Iccirco ad illam diuinus ſponſus: *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum,* Cant. 1. Sigillo quaſi obſignatum erat Virginis cor, vt in illud penetrare non poſſet vlla hoſtis iniuria. quinimo cùm Deus ipſe pro ſigillo eſſet cordi virgineo, nulla vel vitij vmbra ante Virginis Deo communitam animam apparere vnquam potuit.

Luc. 1.
*B. Maria Euæ oppoſita.*
S.P. Chryſ.
*B. Maria ab Angelo ſalutatur.*
*Eua ſerpenti ſimilis.*
S.P. Chryſ.
*Virginitatis decus.*

---

## SECTIO V.

*De fructu lignorum, quæ ſunt in paradiſo, veſcimur.*

1. VEterator impoſuerat creatori nimiam ſeueritatem in præcepto, quo primos noſtri generis parentes prohiberet veſci vllo fructu alicuius arboris de toto paradiſo: non tulit mulier tantam impudentiam in mendacio. Quapropter (ait Procopius) mulier eius verba corrigit & emendat. Ergo bene cœpit, ſed malè proceſſit. O quàm prudens foret mulier, ſi ſtatim abſcederet, ſi fugeret, ne mali loquentem audiret. Vna ſalus ſiluſ Euæ in fuga planè ſita eſt. *Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine;* refert de ſeipſo Propheta *Pſalm.* 54. Vtinam hoc ipſum omnes factitemus. Elongat igitur ſe vir iuſtus cogitatione à tumultibus ſeculi, quantum poteſt, & ad ſolitudinem cordis conſcientiæque ſe trãſfert, vbi ſolus cum ſolo Deo colloquens aliquantulam quietẽ inuenit. Hebraicè legitur, ארחיק *archiq,* in coniugatione Hiphil, valétque idem, quod elongare feci. At quem? me, communiter exponunt. Fortè (nec ineptè) & alios: hoc eſt, tumultus ſeculi, curas & ſolicitudines rerum caducarum, ſuggeſtiones diaboli. Quæ omnia vir iuſtus non modò effugit, ſed ea fugat, procul amandat, & ipſe inſuper ad Deum volat ociſſimè fugiens; ſunt enim, qui à ſeculo quidem fugiunt corpore, ſed mentem non elongant, & fugant ſeculum. Oculos iſti ad virginem contuendam iniiciant. Ingreſſus Angelus loquitur ad Virginem. At Maria (vt rectè Ambroſius) ſalutationem Angeli verebatur, cogitans qualis eſſet hæc ſalutatio, cum verecundia, quæ pauebat; cum prudentia, quia benedictionis nouam formulam mirabatur, quæ nuſquam lecta eſt. Soli Mariæ hæc ſalutatio ſeruabatur. Sic Ambroſ. Sed quæ turbatio, quis timor iſte Virginis? nimirum Virgo Dei voluntati obedire paratiſſima virginitatem amittere timebat, qui timor perfectiſſimus & honeſtiſſimus, & tanta Virgine dignus fuit. Hanc aſſignat cauſam D. Aug. *ſerm.* 2. *de annunciat.* ad hunc modum. Quaſi diceret Angelus: Ne terrearis mater Dei mei, ego conceptionis tuæ miniſter adueni, non vt virginitatem amitteres interueni. Similiter S. Gregor. Nyſſen. *Orat. de natiuit. Chriſti,* interpretatur: Angelus (inquiens) partum denunciat, Maria virginitatem complectitur, caſtitatem præferens Angelicæ apparitioni, non quòd non eſſet obediens, ſed quod vellet, ſi poſſet, virginitatem conſeruare. Ita Gregorius. Quamobrem tota Virginis turbatio, timor erat, nec cogeretur ſibi chariſſimã virginitatem amittere etiam Dei filium concipiens ac pariens. Cæterùm hanc prudentiam, hanc verecundiam, hãc fidem erga Deum non habuit prima mulier, quæ cum ſerpente, & cum diabolo temerè loquuta eſt. Bene tamen in principio mulier correxit ſerpentis mendacium; ſed molliter quidem, atque ignauiter. Debuiſſet ad primum ſerpentis ſibilum procul inde aufugere: vel ſaltem vbi mentientem contra Deum audiuit, illicò beſtiam impreſſo pede obterere. Nec enim Deo irrogatã iniuriam ferre patienter debet, qui audit, ſi virtutis Deique zelo mouetur. Acceſſit idem ſerpẽs tentaturus Dominum in deſerto ieiunantem. Et quidem priores tentationes patienter Dominus tulit, modeſtióréque verbo repulit; tertiò verò aggreditur hoſtis: *Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me,* Matth. 4. Hic tandem Dominus indignatur, & qui agnus antea vix os aperuerat, leo nunc irrugit: *Vade poſt me ſatana.* Hinc ergo diſcamus (monet ibi D. Chryſoſt.) noſtras iniurias magnanimiter ſuſtinere, Dei autem iniurias, neque ad auditum ſufferre. Ita Chryſoſt. Scilicet eò demum impudentiæ proruperat veterator, vt Chriſtum Dominum ad infame quoddam ſacrile

*Eua fugere ſerpentem debuiſſet.*
Pſalm. 54
*Fugiũt quidã ſeculum, alij & fugant.*
S. Ambroſ.
Luc. 1.
*B. Maria cur turbata eſt.*
S. Aug.
*B. Mariæ timor decentiſſimus.*
S. Gregor. Nyſſen.
*B. Maria cura virginitatis.*
*Eua ignauia.*
*Zelus pro Dei honore.*
Matth. 4.
S. Chryſ.

crilegium, præſtandámque adorationem diabolo concitaret. Emendat igitur mulier ſerpentis dictum. Quæris cur Deus nobis præcepit, ne de omni ligno paradiſi veſceremur? Non ita res habet: imo contra liberè permiſit de omni ligno, quod in paradiſo eſt veſci, excepto vno tantùm; ac primò quidem arguitur mulier à D. Chryſoſt. *homil.* 16. Et meritò, quòd de rebus tam ſeriis, quin & de ſacris ac diuinis, quale erat Dei præceptũ, leges ac verba, cum prophano, imò cum impuro, Deique hoſte, & creaturarum omnium teterrimo colloqueretur. Omne (inquit) mandatum illi detexit, & margaritas porcis obiecit, cõtra id quod dicitur *Matth.* 7. Appoſuit enim porco huic malæ beſtiæ, dæmonem videlicet, qui ſerpentem operabatur diuinas margaritas, & nõ ſolum illas conculcauit, ſed & mulierem, & virum quoque in morbum inobedientiæ perduxit. Tantum malum eſt abſque delectu cuiuis diuina myſteria detegere. Audiant qui ſine diſcrimine ſimpliciter cum omnibus colloquuntur. Nec enim ibi Chriſtus de porcis præcipit, ſed homines porcinis moribus denotat, qui ſicut bruta illa in peccati luto inuoluuntur: docens nos vt perſonarum diuerſitatem, & vitæ rationes inquiramus, quando aliquid diuinorum eloquiorum exponere opus fuerit, ne & illos, & noſmetipſos lædamus. Nam qui tales ſunt, non ſolum nihil lucri ex dictis aucupantur, ſed & bonas illas margaritas abſque diſquiſitione illis propoſitas ſecum in ſuæ perditionis profundum abiiciunt. Ita Chryſoſt.

*S. Chryſ.* — *Myſteria Dei non temerè vulganda.* — *Matth. 7.* — *Conſuetudo malorum vitanda.*

2. Sed preſſiùs adhuc recognoſcere oportet locum citatum *Matth.* 7. qui ad præſentem Euæ imprudentiam coarguendam, nóſque in ſimili rerum euentu inſtruendos valde conducit. Igitur Chriſtus Dominus ſic ait: *Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, & canes conuerſi dirumpant vos.* Quo loci hæc omnia ſunt diſcutienda quid ſanctum, quæ margaritæ, qui canes, qui porci dicantur? Et quidem S. Auguſt. *de verbis Domini*, ſic exponit. Sanctũ eſt, quod corrumpere nefas eſt. Margaritæ, quæcunque ſpiritualia magni æſtimanda ſunt. Licet autem vna eadémque res, & ſanctum, & margarita dici poſſit; ſed ſanctum dicitur ex eo, quòd non debet corrumpi; margarita verò ex eo, quòd non poteſt contemni. Canes autem pro impugnatoribus veritatis, porcos pro contemptoribus poſitos non incongruè accipimus. Quapropter, quia canes exiliunt ad dilacerandum, quod autem dilacerant, integrum eſſe non ſinunt; dixit: Nolite ſanctum dare canibus, quia quantum in ipſis eſt ſi fieri poſſet, conantur perimere veritatem. Porci autem quamuis non ita, vt canes morſu appetãt, paſſim tamen calcando inquinant. Hæc Auguſtin. S. Chryſoſt. ibidem ſic interpretatur: Non eſt ſanctum dandum canibus, quia Bapriſmus, & alia Sacramenta non ſunt danda niſi fidem habentibus; item myſteria veritatis, id eſt, margaritæ non ſunt dandæ, niſi deſiderantibus veritatem, & cum ratione humana viuentibus. Si enim porcis eas miſeris, id eſt, cœnoſæ vitæ delectatione grauatis, non intelligerent pretioſitatem earum, ſed æſtimant eas ſimiles cæteris fabulis mundialibus, & eas actibus ſuis carnalibus conculcant, deinde frequenter ſcandalizati calumniantur præbitores margaritarum, quaſi dogmatum nouorum ſeminatores. Iuſſerat Dominus ſuprà diligere inimicos, & benefacere iis, qui peccant in nos: ne ergo cogitarent ſacerdotes, etiam quæ Dei ſunt, eis communicare, talem cogitationem compeſcuit, dicens: Nolite ſanctum, &c. ac ſi diceret: Mandaui vobis diligere inimicos, & benefacere eis de veſtris corporalibus bonis, non tamen de meis ſpiritualibus paſſim: quoniam in natura vobiſcum communes ſunt, non in fide, & Deus carnalia beneficia dignis & indignis ſimiliter præſtat, non autem gratias ſpirituales. Ita Chryſoſt. Porrò autem ad vtrumque locum, & præſentem Geneſeos, & citatum ex Matth. 7. oculos habeant inprimis Epiſcopi; ne ſine delectu, & diligentiſſima vitæ, morum ac talentorum diſquiſitione in ſacros ordines animarúmque regimen, quoſcunque deligãt & præficiant. Et quidem de ſacerdotio hominibus impuritate vitæ notatis conferendo illud etiam dici poteſt, quo Tertul. *lib. de idololatria, cap.* 7. nonnullos ſui temporis Epiſcopos ita temerarios perſtrinxit. Adlegunt (inquit) in ordinem Eccleſiaſticum artifices idolorum. Proh ſcelus! ſemel Iudæi Chriſto manus intulerunt, iſti quotidie corpus eius laceſſunt. O manus præcidendæ! Sic ille.

*Matth. 7. Expendimus locum de margaritis non abiiciendis.* — *S. Aug.* — *S. Chryſoſt.* — *Arcendi à ſacris improbi.* — *Matth. 7.* — *Delectus habendus circa ordines ſacros, & præfecturas Eccleſiæ.* — *Tertull.*

3. Certè D. Paulus 1. *Timoth.* 3. inter alia ornamenta vitæ, morum, ac diſciplinæ, quæ in eo deſiderat, qui ad Epiſcopatum & ſacerdotium ſit eligendus, adiungit: Non neophytum, ne in ſuperbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Non neophytum, id eſt, non recens baptizatum, nuper natum, aut plantatum, ſiue Chriſto eiúſque corpori myſtico, ſcilicet Eccleſiæ inſitum per Baptiſmi ſacramentum. Quanta enim in hoc nouitio fidei Chriſtianæ, & iam ſacris initiato, ac ſubinde animarum paſtore deformitas videatur; D. Hieron. *lib.* 1. *contra Pelag. & epiſt.* 83. *ad Oceanum*, ſic oſtendit. Heri catechumenus, hodie Pontifex; heri in amphitheatro, hodie in Eccleſia: veſpere in circo, manè in altario: dudum fautor hiſtrionum, nunc virginum conſecrator. Sic Hieronymus. Quomodo autẽ huiuſmodi ſic repentè natus Epiſcopus aut ſacerdos, in ſuperbiã, haud dubiè, in tanto honoris culmine prorſus euaneſcens in iudicium incidat diaboli, declarat Theodoretus ad hunc modum: Si quis ergo non fuerit priùs inſtitutus in diuinis, & in numerum diſcipulorum adſcriptus, in virtute ſe exercuerit, ſuſcepta arrogantiæ affectione ex eo, quòd præſideat, incidet in ſupplicium diaboli. Hic enim iudicium appellauit ſupplicium. Hæc Theodoret. Timeant igitur Principes, & quicũque alij, quibus poteſtas eligendi miniſtros Eccleſiæ, & maxime Epiſcopi, qui eoſdem & conſecrant altari, & regimini præficiunt, quantum ſibi vigilandum ſit, & curandum ne lupum pro paſtore gregi Dominico præficiendum; & ne diabolum pro Angelo puriſſimis diuinorum myſteriorum ſacris miniſtraturum eligant. Vita ſit eorum non ſemel ex tunc, ſed variis rerũ occaſionibus longo tempore probatiſſima. Non neophytum monet Apoſtolus: etenim præcox in virtute maturitas facilè quoque deperditur. Saul in Regem à Samuele ex præſcripto Domini electus, vnctúſque, ſubitò mutatus eſt in virum alterum; at idem ſubitò etiam ex viro altero in priorem commutatus rediit. Immatura quidem viri ad virtutem immutatio. Rex idem dum Dauidem inſequitur, repentè in cuneum incidens Prophetarum, ponit arma Regis inſignia, veſtes exuit, ac plenus ſpiritu inter prophetantes pariter prophetat. O ſi duraſſet! at abiit Saul in Naioth in Ramatha, & factus

*1. Tim. 3.* — *Neophytus arcendus à ſacerdotio.* — *S. Hieron.* — *Neophytus ordinatus efferetur in ſuperbiam.* — *Theod.* — *Superbus diabolo traditur.* — *Electio in Eccleſia fiat maturè ac prudenter.* — *Virtus immatura.*

factus eſt etiam ſuper eum ſpiritus Domini, & ambulabat ingrediens, & prophetabat; & ſpoliauit etiam ipſe ſe veſtimentis ſuis, & prophetauit cum cæteris coram Samuele, & cecinit nudus tota die illa & nocte, 1. *Reg.* 19. Quo in miraculo diuinæ potentiæ ſatellites Regis, ipſúmque Saulem commutantis è carnificibus cædem Dauidis anhelantibus in Prophetas Dei, nonnulla ſunt attentiùs conſideranda. Imprimis quod egregiè adnotauit Theodor. *quæſt.* 49. Diuerſæ (inquit) ſunt venandi rationes Domini: nam alios quidem venatur per homines, alios autem erudit cæcitate; hoc enim factum eſt tempore Eliſæi, alios cœpit per gratiam propheticam, & prohibuit occidere Dauidem. Sic ille. Secundò expenditur ab eodem Theodor. nudatum tota die noctéque veſtibus, & regni ornamẽtis iacuiſſe Saulem; ſignificabat (ait) figura regni ablationem. Tertiò vocat diuina vincula, & vincula benignitatis & clementiæ, quibus capti ſunt, & retenti (vt loquitur) à gratia. Quartò (vt colligit Procopius) hinc manifeſtum eſt, quòd qui ſanctis adhæret & conuerſatur, ſanctus efficitur, etſi antè malus fuerit. Quintò quod Theodoretus admiratur; ſed neque hoc ſedauit eius animum ſpirantem cædis. Vides igitur quàm immatura fuerit virtus Saulis, & illa commutatio in virum alterum? Cecinit Prophetauítque inter Prophetas, ac tandiu ſanæ ac ſanctæ mentis compos apparuit; at miſer inde rediens ad ingenium redit; quíque Saulem barbarum, iniuſtum, efferum, cædis anhelantem exuerat; eundem paulo pòſt iterum induit. mores repentè ad modeſtiam compoſitos æſtimes quidem, ſed non impenſiùs miteris; oritur aliquando ſol nitidiſſimo mundum ore colluſtrans; ſed eundem ſubitò exorta tempeſtas, aut nubila cæli caligo noſtris adimit obtectum oculis. Margaritas etiam, vt Eua, porcis obiicit ſacerdos, qui ſacroſancta Sacramenta inter alia omnia gemmarum inſtar collucentia, nimirum confeſſionem & Euchariſtiam, indignis & impœnitentibus largitur: ſerpentibus, Dei legem ac myſteria, vti Eua, temerario auſu impertitur. Ac de ſacerdote ſic peccatoribus malè contritis indulgente, D. Cyprian. *libro de lapſis*, ita grauiter edifferit. Qui peccantem blandimentis adulantibus palpat, peccandi fomitem ſubminiſtrat; nec comprimit delicta ille, ſed nutrit. Imperitus eſt medicus, qui tumentes vulnerum ſinus manu parcente contrectat, & in altis receſſibus viſcerum virus incluſum dum ſeruat, exaggerat. aperiendum vulnus eſt, & ſecandum. Ita Cyprian. Deinde qualem, erga peccatorem non integrè pœnitentem, ſe habeat ſacerdos perperã & crudeliter benignus, ſtatim ſubiungit. Hoc nimirum (inquit) eſt quod grando frugibus, quod turbidum ſydus arboribus, quod armentis peſtilens vaſtitas, quod nauigiis ſæua tempeſtas, ſolatium æternæ ſpei adimit, arborem à radice ſubuertit, ſermone morbido ad lethale contagium ſerpit, nauem ſcopulis ne in portum perueniat, illidit. Non concedit pacem facilitas iſta, ſed tollit, nec communicationem tribuit, ſed impedit ad ſalutem.

1. Reg. 19.
*Saulis commutatio.*
Theodor.
Procop.
*Conſuetudo bonorum.*
Theodor.
*Peccator ad vomitũ redit.*
*Sacramenta non temerè communicanda.*
S. Cypr.
*Sacerdos malè recipit impœnitentes.*
S. Cypr.

4. Indignius adhoc multo eſt, imò omnium indigniſſimum diuinæ Euchariſtiæ, pretioſiſſimam margaritam porcis ac lutulentis proiicere peccatoribus. Qui (vt ait D. Cyprian. *loco citato*) Dominicum corpus inuadunt. Vis infertur corpori Domini, & plus modò manibus, atque ore delinquunt, quàm cùm Dominum negauerunt.

*Euchariſtia non communicanda indignis.*
S. Cypr.

A Loquitur ſanctus Doctor de iis, qui timore perculſi, Chriſto renunciauerãt, deinde frigide reſipiſcentes, & malè pœnitentes confeſſum, vt antea ad ſacroſanctam Euchariſtiam, aut conficiendam, aut ſumendam accedebant; quod etiam ad malè confeſſos & impœnitentes accommodari facile poteſt. De his verò tam audacibus, ac ſacrilegis in Chriſti Domini corpus peccantibus illud à Paulo dictum ad Hebræos 6. etſi alius ſit eius loci ſenſus literalis, optimè poteſt explicari: *Rurſum crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei, & oſtentui habentes.* Quadrat etiam interpretatio D. Clem. Roman. *lib.* 6. *cap.* 15. quæ ſic habet: Crucifigunt Dominum, iterum enim interimunt, derident diuina, eludũt ſancta, inſultant ſpiritui, ſanguinem ſanctum, veluti communem contẽnunt, peccant in mittentem, in paſſum, & in teſtificantem. Ita Clemens. Per tria vltima verba intelligit Patrem Filium & Spiritum ſanctum. Sed in literali ſenſu, quo veritas illuſtrior ſolet apparere, D. Paul. *Epiſt.* 1. *ad Corinth. cap.* 11. (qui locus eſt celeberrimus ac notiſſimus) contra indignè ſumentes Euchariſtiam ſic pronunciat: *Qui manducat & bibit indignè, iudiciũ ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Vbi notandũ eſt ſacrilegium iſtud indignè ſumendi corpus Domini in ſacramẽto altaris, dici ab Apoſtolo ſimile illi, quod in crucifigendo Domino Iudæi admiſerunt; deinde ſubdi cauſam, ex quo tanta impietas proficiſcatur; ideo nimirum, quòd indignè ſumẽs Euchariſtiam non diiudicat corpus Domini, hoc eſt (vt explicat D. Thom.) ex eo, quòd non diſcernit corpus Domini ab aliis, indifferenter ipſum aſſumens, ſicut alios cibos. Theodor. expendens hunc locum D. Pauli ſic oſtendit grauitatem huiuſce ſceleris. Hoc (ait) ſignificat, quod quemadmodum tradidit ipſum Iudas; ipſi autem inſultarunt, & eũ probris & conuitiis affecerunt Iudæi, ita eum ignominia & dedecore afficiunt, qui ſanctiſſimum eius corpus immundis manibus accipiunt, & in pollutum & inceſtum os immittunt. Sic Theodoret. Aduerte hic de hoc tam immani ſcelere loquutum eſſe Apoſtolum (vt nonnullis placet) *ad Hebr.* 10. dum dixit: *Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutũ duxerit?* Quod tamen piaculum aberit, vbi vera & viua fides mentem illuſtrauerit. Nam idcirco, aut impiè, & cum conſcientia peccati lethalis, aut certè frigidè admodum, & ſine caritatis ac deuotionis ardore ad menſam Domini accedimus; quia non præmiſſo examine veræ ac viuæ fidei, priùs diſcimus, quàm putum, quàm ſacroſanctũ, quàm diuinum cibum, ſcilicet verum & reale Chriſti Domini corpus, animam ac diuinitatem ipſam in ſacramento Euchariſtiæ manducamus. Quinimò ea mortalium eſt hac tempeſtate, vbi frigeſcit iam caritas, erga res diuinas penè extincta fides, animíque propenſio propè nulla, ne dicam, auerſio, & faſtidium, vt minùs multo alacres, atque feruidi ad mẽſam corporis & ſanguinis Domini, quàm ad communem panem, carnéſque porcinas, & vinum accumbamus. Quod quidem malum iam in ipſa figura, videlicet, in manna è cælo compluente viſum eſt, cùm ingrati ruſtici, ac barbari dixerunt: *Venter noſter nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo.* Numer. 21. Repete, quæſo, identidem illud Auguſt. *in confeſſ.* Dei mei fame non eſuriebam: non quia plenus eram; ſed quo inanior, eo faſtidioſior.

Ad Hebr. 6.
S. Clem. Rom.
*Euchariſtiã indignè ſumere*
1. Cor. 11.
S. Thom.
Theod.
Ad Hebr. 10.
*Fides neceſſaria communicantibus.*
*Pietas deeſt in communicando*
Num. 21.

5. Hac prima dæmonis fraude, qua mulierem de

de diuinis legibus loquendò ac mentiendo irretiuit, primò quidem vt reſponderet, deinde vt fallaciis crederet; in poſteros dedicata eſt omniũ hæreticorum impietas. Atque hæreſes quidem, vt ait D. Auguſt. *Epiſtol. 3. aduerſus nomen Chriſti*, ſub velamento nominis Chriſtiani, ad exercendam doctrinam ſanctæ religionis ſicut pronunciatæ ſunt, pullulant. Tales quidem erant hæreſes prioribus ſeculis, nempe circa dogmata, & fidei pronunciata ſublimioris intelligentiæ, in iiſque confutandis exercebantur piorum & catholicorum ingenia. At noſtris verò ætatibus, cùm omnia peſſum ruant, quæ quotidie pullulant ab orco hæreſes, nonniſi ad laxiorem viuendi rationem inſtituendam, ad carnis petulãtiam, & libidinis impuritatem conſecrandam diriguntur. Quare ſi quis Lutheranos, Caluiniſtas, alióſque huiuſce luti greges attentiùs introſpexerit, proculdubio apud ſe ſtatuet nouos eſſe Epicureos, aut veriùs Mahometis genimina; quippe non aliò demum ſpectat eorum doctrina, quàm vt ſine Dei timore laxentur ad omnem impuritatem carnis habenæ; ac libido impunè dominetur. Ergo hiſce (vt Chryſoſt. appellauit) porcis non ſunt obiiciendæ margaritæ; non ſunt ij ad colloquium de diuinis admittendi: hauddubiè luto & ſordibus margaritas verbi Dei inquinabunt. Ne verbum quidem ab hæretico prolatum ore, vt quòd ſit contra legem Dei, audiendũ eſt. Serpentes ſunt Euæ, hoc eſt, animæ incautæ, & indoctæ venenum ac mortem moliuntur. Leuit. 10. legitur: *Arreptis Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis impoſuerunt ignem, & incenſum deſuper, offerentes coram Domino ignem alienum, egreſſúſque ignis à Deo, deuorauit eos, & mortui ſunt.* Qui locus præclarus eſt contra eos, qui ab impoſtoribus & hæreticis addiſcunt noua & peregrina quædam dogmata legi Dei aduerſantia, vt egregiè interpretatur Theodor. *quæſt. 9. in Leuit.* Ex quibus (inquit) docemur non debere nos extinguere ſpiritum, ſed accendere gratiam, quam accepimus, extraneúmque nihil ad ſacram Scripturam inuehere, contentóſque doctrina ſancti Spiritus abominari hæreſes. Mentitus ſerpens eſt, cùm Dei præceptum ſeuerius multo, quàm erat, pronunciauit. Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno? Mulier occurrit, nequaquam id fuiſſe à Deo præſcriptum, nec enim ab omni ligno abſtinendum iuſſerat. Tacitè reſpondens, Dei legem non eſſe vſque adeò ſeuerã, atque arduam, vti ſerpens ſignificauerat. Id quidẽ optimè. Quid enim facilius ac ſuauius, quàm vt poſſent primi homines de toto illo paradiſo veſci? at ab vna tantùm arbore abſtinerent? Nemo planè Dei legem incuſet: nam etſi onus dicatur, leue tamen à diuina gratia efficitur. Iccirco enim quadrigæ nomine in ſacris literis non ſemel inſinuatur. Vnde eleganter D. Bern. *Epiſt. 72.* Quid (inquit) de quadriga dicam? Hæc nimirum admota iumento ſarcinam quæ ab ipſo moueri non poterat, auget quidem, ſed portabiliorem facit. Onus oneri additur, & minus onerat. Hæc Bernard. quod ſanè in lege gratiæ videtur apertius. Adiungit enim Bernard. Sic & oneri grauiſſimo legis accedens quadriga Euangelij, & auxit perfectionem & difficultatem minuit. *Velociter* (ait Pſal. 147.) *currit ſermo eius.* Sermo vtique antè notus in Iudæa tantùm, ne ſe præ ſui quidem grauedine valens vltrà extendere, quippe qui, & ipſius Moyſis manus ſuo pondere prægrauatas dimitteret, leuigatus per gratiam, & rotis Euan-

*Hæreſes cum ſerpente natæ.* S. Aug.

*Hæretici pro carnis turpitudine pugnant.*

*Cum hæreticis non agendum.* S. Chryſ.

Leuit. 10.

*Hæreticorum doctrina impia.*

Theod.

*Lex Dei facilis & ſuauis.*

S. Bernard.

S. Bernard.

Pſalm. 147. *Lex Chriſti rigorem Moſaicæ attemperauit.*

A gelicis ſuperpoſitus velociter in omnem terram exiuit, & in fines orbis terræ velociter peruolauit. Hæc Bernard. Bene quidem inprimis reſpondit mulier. Verumtamen ſerpens non acquieuit, imò quodammodo irriſit mulieris inſcitiam. Sic habent, qui rerum diuinarũ margaritas, vt Chryſoſtomi expoſitioni inſiſtamus, canibus & porcis, impudentibus ſcilicet, & impuris hominibus proiiciunt. Irridens homines mundo & carni emancipari, cùm virum religioſum de honorum diuitiarúmque contemptu, de carnis afflictione, de appetitione rerum cæleſtium audiunt diſſerentem. *Factus ſum illis in parabolam, & in me pſallebant, qui bibant vinum*; Pſal. 68. irriſionibus B excipiebant Dauidem de temperantia, morúmque probitate dicentem; qui crapulã eructabant. Repleti ſcilicet (inquit S. Hieron.) vino iniquitatis ſtultè pſallebant. Vnde Propheta: *Pſallite ſapienter.* Temulentis, atque belluonibus parabolæ, figmentáque inania erant, quæ de virtute ac parcimonia dicebantur.

6. Hoc ipſum quotidie cernitur dum auaris, nummorúmque mancipiis prædicatur de faciendis eleemoſynis, alendóque paupere, reficiendo laſſo; vt legitur apud Iſai. 28. *In loquela labij & lingua altera loquetur ad populum iſtum, cui dixit: Hæc eſt requies mea, reficite laſſum: & noluerunt audire.* Senſus Prophetæ eſt, ſic incaſſum prædicanC do profeci cum iſtis temulẽtis (ſic enim eos ſubnotauerat) ac ſi labiis bleſis, & lingua peregrina loquerer: grauis & moleſta videbatur mea oratio, cùm eos exhortabar ad opera miſericordię in proximos exercenda. Simile quid conqueſtum legimus Dominum Iſai. 1. *Iſraël me non cognouit, & populus meus non intellexit.* D. Hieron. ad beneficia Dei reſpicit, quæ populus ille ingratus & barbarus non recognouit, nec pro illis acceptis aut gratiam habuit, aut quidpiam Deo præſtitit obſequij: verba D. Hieron. ſunt. Ego eos adoptaui in filios, & feci populum peculiarem, & partem meam, ac funiculum hæreditatis meæ, appellauique eos primogenitos: illi autem ne hoc D quidem fecerunt, quod bruta faciunt animantia, vt beneficiis vincerentur, & intelligerent paſtorem ac nutritium ſuum. Sic Hieron. Aptiſſima quoque interpretatio habetur de ipſa prædicatione legis diuinæ, ac rerum diuinarum; quæ bruto illi, ac ſtolido populo, non modò inepta & permoleſta, ſed omnino aliùs idiomatis peregrina videbatur. Scilicet (vt Prado noſter explicat *in 3. Ezech.*) non intellexit Iſraël meam linguam, ſum illis barbarus, grauis linguæ importunus. Quocirca iſtis mundi & carnis, ac diaboli mancipiis ita ſunt extranea & exotica, quæ illos de virtute, cælo, Deóque ipſo atque animæ ſalute diſſeruntur, vti homini Luſitano Chaldæum, aut Arabicum idioma eſſe videretur. Vulgaris eſt & communis hodie moribus, quo illa mulier laborabat, quæ habebat ſpiritum infirE mitatis, & erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere, *Luc. 13.* En quid malus ſpiritus in hominibus efficiat! Semper oneribus (inquit P. Petr. Chryſol. *ſerm. 105.*) peccatorum deprimit homines, & inclinat ad terrã, ne cælum videant, ne ſuperna ſapiant, ne Deum aſpectent, ne ad libertatem ſuam per ſuum reuertantur auctorem; ſed inclinato capite, defixis oculis, prono vultu, captiui ſub iugo ſemper hoſtis teneãtur antiqui. Ita Chryſ. Nec aptior afferri poſſet deſcriptio huiuſmodi porcorum. Quid fruſtrà de caſtiſſimis voluptatum gaudiis, & quibus (vt ait Auguſt.) deliciis

*Seculares inſtitutorum inſtituta derident.*

Pſalm. 68.

Iſai. 28. *Auari cõſilia de eleemoſynis reſpuunt.*

Iſai. 1.

S. Hieron.

*Ingratitudo Iudæorum.*

Prado. *Doctrina virtutis impijs eſt peregrina & permoleſta.*

Luc. 13. S. P. Chryſ. *Deſcribitur vita impiorũ.*

S. Aug.

S. Aug.

deliciis animæ à Deo paſcuntur, opus eſt diſcre- A
re ad ſerpentes, ad eos nimirum, qui corpore & animo repunt, inhærentque terræ; qui oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram, vt Pſalmiſta

*Pſal. 16.* *Doctrina virtutis quibuſnam grata eſt.* *S. Aug.*

cecinit *Pſal.* 16. Neſciunt miſeri, quid ibi ea velent, quæ dicuntur, ſonat illis Arabicum, qui ſupra terram quicquam eloquitur. Bene igitur Auguſtinus *tract. 26. in Ioan.* Da (inquit) amantem, & ſentit quod dico, da deſiderantem, da eſurientem, da in iſta ſolitudine peregrinantem, atque ſitientem, & fontem æternæ patriæ ſuſpirantem: da talem, & ſcit quid dicam. Si autem frigido loquor, neſcit quod loquor. Sic Auguſt. Profectò ſermo, ac ſapientia rerum diuinarum, maximè caſti cæleſtiſque amoris, ſolùm habent locum in B
auribus, & mentibus eorum, qui à mundi terræque illecebris ſunt abducti, vt apud Iſai. *cap.* 28.

*Iſai. 28*

demonſtratur. *Quem docebit ſcientiam? & quem intelligere faciet auditum, ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus.* Senſus eſt, ſtudium diuinæ ſapientiæ iis tantùm conuenire, qui ablactati ſunt à lacte, & auulſi ab vberibus, vel quod eòdem recidit, ſtudium ipſum diuinæ ſapientiæ, nihil omnino aliud eſſe, quàm ablactari à lacte, & auelli ab vberibus.

*Doctrina virtutis contraria eſt vita delicioſa.*

Vtrouis autem modo accipias, colliges, & lac mundi, & vbera carnis, delicias (inquam) blandiuentíque voluptuoſæ vitæ grāde impedimentum eſſe ad audiendam ſequendamque de rebus cæleſtibus doctrinam: hanc verò in iis tantùm inſidere, & fructum reddere, qui à terrenis blanditiis, amoréque turpiore longiùs ablactati, auulſique videntur. Nam, vt ait D. Paulus ad Hebr. 5. C

*Ad Hebr. 5.*

*Omnis qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ, paruulus enim eſt: perfectorum autem eſt ſolidus cibus.*

*S. Chryſoſt.*

Vbi ſic D. Chryſoſt. Imperitus Philoſophiæ ſupernæ non poteſt ſuſcipere vitam perfectam & exactam. Infans non poteſt malū & bonū cibum diſtinguere. Sæpè quidē & puluerem in os inijcit, & quod eſt noxium accipit, & omnia facit citra diſcretionem. Sed non eſt eiuſmodi id, quod eſt perfectum. Ita Chryſoſt. Timeant iſti voluptuoſi, & lactis amantes, & vberibus carnis ac mūdi adhærentes infelicem illum Siſaræ interitū Iud. 4.

*Iud. 4.* *Siſara voluptuoſum deſignat.*

*Iahel aperuit vtrem lactis, & dedit Siſaræ bibere, & operuit illum; Tulit itaque Iahel clauum tabernaculi, aſſumens pariter & malleum, & poſuit ſupra tempus capitis eius clauum, percuſſúmque malleo defixit in cerebrum vſque ad terram, qui ſoporem morti ſocians defecit, & mortuus eſt.* Ad quem locum interpretes, & Gloſ. Interlin. in Siſara hominem

*Adam*

animalem intelligunt. Ergo (inquit Adam *hom.* 5. *in lib. Iud.*) Iahel quæ interpretatur aſcenſio, dum à corporalibus ad ſpiritualia, & à terrenis aſcendit ad cæleſtia, interficit Siſaram; qui carnalium vitiorum, & animalis hominis formā tenet; quia Siſara, viſio equi interpretatur, de quo dicitur: *Nolite fieri, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus,* Pſal. 31. palo ergo cùm interfecit, id eſt, ligni crucis acumine & virtute, & bene maxillās

*Pſal 31.*

eius palo tranſuerberaſſe dicitur. Os enim quod de carnalibus loquebatur, & doctrina, quæ carnis gloriam præferebat, quæ in deliciis & voluptate viuendum ſapientibus ſeculi perſuadebat, & luxuriæ adulatione decipiebat, ligno crucis confoditur. Sic ille. At quanto ſalubriore lacte nutrimur in Eccleſia pietatis (vt vocat Theodoret.)

*Crux voluptuoſos transuerberat.* *Theod.*

alumni, videlicet orandi ſtudio, quo & dæmon conſopitur, & nos vincimus ac vincimus. Sic enim S. Ambroſ. *Libro de viduis,* ad hunc locum. Eccleſia non armis ſecularibus vincit aduerſarias poteſtates, ſed armis ſpiritualibus. Et ideo Siſaræ

*S. Ambr.* *Oratio arma Eccleſiæ.*

A ſitis lactis poculo reſtinguitur, quia oratione ſuperatur; quod enim nobis ſalutare ad eſcam, hoc aduerſariæ poteſtati lethale ad infirmitatem. Sic Ambroſ. Pulchrè oratio dicitur lac fidelium, & lac omnium virtutum, quibus illi, & iſtæ nutriuntur.

*Oratio lac fidelium.*

---

## SECTIO VI.

*De fructu vero ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus, ne comederemus.*

B 1. AFflata iā mulier, vt loquitur Tertullianus, peſtilenti ſerpentis halitu commoueri cœpit de ſtatu mētis, atque obedientiæ, malè iam affecta erga Dei præceptum, imò & ipſum Deum. quod ſuis ipſa verbis non obſcurè ſignificauit. Vide (inquit D. Bern. *ſerm. de S. Andrea*) S. Bernard.
ſi non manifeſtè ſonant verba eius moleſtum ei fuiſſe mandatū. Non dicit, ſic eſt voluntas creatoris, quare ſic ipſe nouit, nobis ſufficit obedire, quia vita noſtra in voluntate eius. Ita Bernard.

*Obedientia cæca, ſed expedita.*

Virtus hæc eſt vniuerſo hominum generi ſummè neceſſaria, cùm Deo obedientia infinitis propè nominibus debeatur: tum vel maximè religioſis, quorum tota vitæ ratio in obedientia C
omnino ſita eſt, eius verò perfectio eſt, vt aures præceptu audiendo; manus, pedéſque eidem exequendo confeſtim præbeantur; oculos autem & os non habet perfecta obedientia; ſcit illa quidem audire, ſcit operari, ad hoc inſtrumēta multa & appoſita ſuppetunt; muta verò eſt, vt loquatur, diſcutiat, repugnet; cæca, vt videat, cur præcepit vobis Deus? quod quidem ſignificari

*Aaronis vnctio deſignat obedientiam.*

videtur in illa vnctione Aaron per Moyſem à Deo præſtita Leuit. 8. *Quem cùm immolaſſet* (arietem) *Moyſes, ſumens de ſanguine eius tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus eius dextræ ſimiliter, & pedis.* Theodoret. *quæſt.* 8. ſic exponit: Hæc bonorum noſtrorum typū gerebant; D

*Leuit 8.* *Theod.*

ſcilicet ſanguis typum ſanguinis ſalutaris; auris dextera probatæ obedientiæ ſignum erat: at verò manus & pes probatum operationum figuram præſeferebant. Sic ille. Ergo vides aures, quæ audiant Dei legem; manus, quæ illam opere compleant; pedes, qui pro illa exequenda velociùs currant, vngi, & conſecrari, eóque ſanguine, qui ab immolato agno fuerat effuſus; ad oculos autem, & os nulla ſanguinis effuſio peruenit, quæ quidem omnia perfectionem obedientiæ, de qua ſermo eſt, mirabiliter illuſtrāt. Proh quàm decoros pedes, aures, manúſque habet obedientia, Chriſti Ieſu crucifixi ſanguine delibutos, quo ad obediendum vis facultáſque præſtatur, & vera ac debita obediendi intentio innititur; nimirum quia eius amore & obſequio obeditur, qui factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem

*Obedientia ad exemplum Chriſti.*

E autem crucis. De ore verò, atque oculis nulla in huiuſmodi vnctione fit mentio, quia perfecta obedientia muta & cæca eſt. Atque vtinam talem ſe exhibuiſſet Eua in obſeruando Dei præcepto: ſed heu nos miſeros tali matre progenitos! loquax illa, & garrula cum ſerpente de præcepto Dei impatienter loquitur vt egregiè adnotauit Rupert. Dixit (inquit) Dominus ex omni ligno paradiſi comede, & vnum ſolummodo interdixit, lignum ſcientiæ boni & mali; mulier autem ait: De ligno autem, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis, & mentita eſt. Nam & lignum

*Eua loquacitas nocuit.* *Rupert.*

gnum vitæ erat in medio paradiſi, quod Dominus Deus non interdixit; ergo iam impatienter ferebat & murmurabat, quòd quaſi parcus, vel auarus Deus pretioſa medij paradiſi reſeruaret, & vitioſa quæque per circuitum colligendo in cibum homini conceſſiſſet. Videtur Abbas exiſtimare cùm Deus vnam vetuerit arborē ſcientiæ boni & mali, Euam mentiendo dixiſſe vetitam ſimul eſſe arborē illam vitæ, quæ in medio paradiſi producta fuit. Sic enim habetur cap.2. *Produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue; lignū etiam vitæ in medio paradiſi, lignúmque ſcientiæ boni & mali.* Ex quo loco, vt ſuperiùs tractatum eſt, non liquidò conſtat, etſi probabile ſit, lignum ſcientiæ boni & mali fuiſſe ſimul in medio paradiſi coniunctum cum ligno vitæ.

*Eua impatientia & inobedientia.*

Cæterùm quicquid hac in re ſtatuendum ſit, ægrè tuliſſe videtur mulier, vetitū fuiſſe à Deo lignum ſcientiæ boni & mali, non quidem vbilibet conſitum appareret, ſed illud tantùm numero vnius ſpeciei pluries multiplicatæ (vt ſuprà ſtatuimus) indiuiduum, quod in medio paradiſi ſitū erat, quaſi ſeuera lex mulieri videretur, quæ vnum ſolummodo arborem prohibebat, & non omnes omnino ſine diſcrimine cōceſſiſſet; quod ſi quis contendat lignum ſcientiæ boni & mali non fuiſſe in medio paradiſi productum, adhuc non mentita putabitur mulier, ſed impatiens, quippe arborem vetitam appellarit omnium arborum totius paradiſi eminentiſſimam; id enim ſonat Hebraiſmus, *in medio paradiſi*, vti noſter Delrio demonſtrat ex aliis Scripturæ locis.

*Eua malè de Deo ſentit, & loquitur.* Delrio.

2. Longè aliter illa etſi natura, moribus nequaquam Euæ filia talem ſe exhibebat erga legem præceptáque Dei, quātumuis ſeuera & grauia, vt temperantiæ, modeſtiæ, verecundiæ, & virilis in perferendo cuiuſdam animoſitatis mirabilia præbuerit documenta. Sic enim ſcribitur Cant.1. *Pulchræ ſunt genæ tuæ, ſicut turturis, collum tuum, ſicut monilia.* Græci Patres explicant: Decoræ factæ ſunt genæ tuæ; quaſi turturis, dum te in cohibendis per abſtinentiam cupiditatibus temperantem, & in iracundia per patientiam moderanda fortem ac ſtrenuam te præbes. Collum tuum ſicut monilia; nec enim tibi ferreum eſt collum, vt propter ſuperbiam inflecti nequeat, ſed propter modeſtiam facile verti poſſit, vt monilia ex auro elaborata. Similiter Theodoretus, & patientiam obedientis animæ, & inſuper ipſo collo ſupportante libenter iugum Domini, pulchritudinem quandam natiuam, quin aliunde aſcitis egeat ornamentis, agnoſcit. Eius verba ſic habent. Laudat Eccleſiam, quòd pietatis iugum rectè ferat, de quo illud: *Tollite iugum meum ſuper vos*, &c. Collum ferens hoc iugum admiratur, quippe quod nullo extrinſecus egeat ornamento, cùm per ſe adeò ſit formoſum & inſigne, vt nudum exiſtens, monilibus, quibus colla ornari ſolent, ſimile videatur. Profectò non ſic habuit Euæ collum, ferreum quidem erga legem Dei, domari neſciens, cereum verò ac molliſſimum, vt Dei iugum in ſeipſo quàm leuiſſimum portare non poſſet, imò veriùs nollet; atque vt fraudibus mendaciſſimæ viperæ ſuccumberet, ſcilicet non illi fuit collum, de quo Cant.1. *Collum tuum ſicut turris eburnea.* Theod. exponit: Collum tuum remotum à nigredine, & iugum meum ſuſcipiēs factum eſt candidum; & cùm hoſtibus, vti turris, eſt formidandum, tum amicis amabile propter nitorem. At mulier libertatis auida, legem

Cant.1. *Anima iuſti conſtans.*

*Modeſtia & humilitas.*

Matth.11. *Obedientiæ pulchritudo.*

Cant.1. Theod.

A omnem ac præceptum quantumuis facile prorſus exoſa, non genis quidem, ſed ore turturem gerens querulam, exaggerat ſeueritatem præcepti: proh quantum ab illa diſſidet ſponſa Dei, nō autem ſocia ſerpentis, de qua dicitur: *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis.* Græci Patres exponunt; Quòd tum leui animo feras in dextera gena te percuti, vt percutienti etiam alteram præbeat ad Chriſti imitationem. At mulier non percuſſa in impatientiam exorbitat, ſed liberiorem viuendi licentiam mente concipiens de præcepto nullius penè difficultatis indignatur. Ergo tu, ô mulier, de lege Dei quereris; adueniet tempus aliquando, cùm Deus ipſe Dei filius factus homo, vt tuā B expiet labem delictorum, libenti & alacri animo humeros grauiſſimæ legi pro te ſubeundæ ſubiiciet, dicetúrque à Propheta: *Factus eſt principatus ſuper humerum eius*, Iſai.9. Vbi Chald. legit, ſuſcepit legem ſuper ſe vt ſeruaret eam. Vide immenſum Chriſti Domini erga nos amorem; qui tanto in pretio habuit propoſitam ſibi à Patre legem de opprobriis, flagellis, cruce, atque morte acerbiſſima, cui portandæ humeros libenter ſubdidit; vt eam ſic portatu grauiſſimam, principatum honorémque ſuum eſſe dixerit. Nihil erga mirandū eſt, ſi de ſanctiſſima Chriſti ſponſa, ſe totam ad mores & effigiem ſponſi componente, dicatur: Collum tuū ſicut monilia. Chald. C vertit. Quàm pulchra ſunt dorſa eorum, vt ſuſtineant iugum præceptorum meorum! O ſi arderet in nobis vehemens amor erga Deum; vt facilis, vt leuis videretur nobis tota Dei lex! *Quomodo dilexi legem tuam Domine*, Pſal.118. En bene Rex, legem vocas, non leges innumeras, vbi tam multa, tam grauia ſunt præcepta! legem vocat; quia dilexit. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat*, Ioan.14. Sed quid hæc commutatio ſibi vult? primò dicitur ſermo, deinde ſermones? An non vna eadémque lex Chriſti eſt? planè vna lex eſt; ſed qui Chriſtum diligit, non plures, ſed vnum tantùm ſermonem reputat, quicquid ſibi ab illo, D & pro illo ſuſcipiendum ac patiendum audit; qui verò non diligit, ex vna tantùm plures, eóſque grauiſſimos, ſermones confingit. Bene autem D. Auguſt. *libro de bono viduitatis, cap.21.* Nullo modo ſunt oneroſi labores amantium, ſed etiam ipſi delectant. Item, vt ait D. Ambroſ. amanti nihil difficile. Amabat Paulus, atque adeò momentaneum & leue tribulationis ſuę vocabat malorum illam infinitam Iliada, quam pro Chriſto fuerat emenſus. At ita fert hominum conditio, vt noſter amor nō purus omnino ſit, ſed mercenarius. Fuerit talis, atque vtinā tam eſſemus noſtræ vtilitatis amantes, vt (quod hîc Apoſtolus à nobis expoſcit) ſpe futurorum excitati nec aduerſa huius vitæ formidemus, nec bona vehementiùs appetamus. Quæ enim (adiungit) videntur, temporaria ſunt; quæ autem non videntur, æterna. Vbi E ſic D. Chryſoſt. Temporaria quæ videntur, ſiue ſupplicium dicas, ſiue quietem, ac reuelationem animi, vt non ſit cur aut tormentis frangaris, aut deliciis emolliaris. dixit, quæ non videntur, æterna ſunt, ſiue regnum ſit, ſiue cruciatus: vt & illinc nos excitet atque adhortetur, & hinc nobis terrorem iniiciat.

Cant.1. *Patientia pulchritudo.*

*Paſſio Chriſti quàm grata.* Iſai.9.

*Obedienti nihil difficile.*

Ioan.14. *Caritati nihil arduum.*

S.Aug.

S.Ambr.

2.Cor.4.

3. At fuerit tamen ea mulieris infirmitas, querulum ingenium; circa Dei præceptum non ſtudioſè acquieuerit, multúmque proinde minuerit de perfectione obedientiæ, quam Deo ſuo beneuolētiſſimo creatori & Patri, iure omni debue

debuerat; quid vltrà, omni Dei timore conuul-
ſo, ad patrandum ſcelus, effringendámque o-
mnem diuinæ benignitatis potiùs, quàm iuſtitiæ,
legem ſuauiſſimam ſeſe præcipitat: quod eſt ex-
tremum chaos, quò tandem inobedientis animi
diſtorta iudicia, querulæ voces, indignationes,
*Ierem. 5.* impatientiæque labuntur? Acerrimè ſic peccan-
tes coarguuntur à Domino per Ieremiam, capite
quinto: *Me ergo non timebitis, ait Dominus, & à fa-
cie mea non dolebitis? qui poſui arenam terminum
mari, præceptum ſempiternum, quod non præteribit; &
commouebuntur, & non poterunt; & intumeſcent flu-
ctus eius, & non tranſibunt illud: populo autem huic
factum eſt cor incredulum & exaſperans: receſſerunt
*Theod.* *Inobedientia damnatur exẽplo maris.* & abierunt.* Theodoretus legit cum L X X. Po-
pulo huic innatum eſt cor inobediens & incre-
dulum. Deinde ſic interpretatur: Oſtendit ipſis
inanimatis eos eſſe magis irrationales, cùm ma-
re cuſtodiat ſuos terminos, poſuit autem ei ter-
minos, non murum adamantinum, ſed arenam
leuiſſimam: dum tamen exagitatur & turbatur,
non egreditur fines, ad quos dum propiùs acce-
dit, retrorſum vergit. At hi ratione dignati irra-
tionalitatem amplexi ſunt. Profectò ea conſor-
tio ſerpentis facta iam mulier audacior, reueren-
tiam in Deum paulatim exuerat; debuiſſet, ſi ſui
compos erat, & non ſenſum omnem amiſerat,
apud ſe cogitando diſquirere: Si Deus mihi Do-
minus eſt; vbi ergo honor, & timor eius? Deus
mihi Pater eſt, vbi ergo amor eius? Sed miſera,
cùm eum nominare cogeretur, non appoſuit
*Eua reuerentiam Dei abiecit.* Dominus Deus, Creator & Pater noſter præce-
pit nobis, ſed eum vno tantùm nomine, eóque
minùs principali, communi ſcilicet creaturis,
Elohim appellauit. O mulier quid præteris no-
men illud ineffabile, Iehouah, Dei proprium, &
nulli extra Deum communicabile? adeò reue-
rentiam Dei abiecisti.

*Obedientia fidelium.* 4. Quanta quæſo efficacitas exſtitit gratiæ
Chriſti hominibus, vel tali matre progenitis,
collata ea merito ſanguinis & crucis Domini;
qui anguſtiſſimis ac difficillimis in ſemitia con-
ſtituti, velut in planitie lata, ſtratáque, aut in pra-
tis vernantibus exultare videbantur, iuxta illud
*Pſalm. 4.* Pſalmi quarti: *In tribulatione dilataſti mihi.* ij
*Zachar. 10.* ſunt, de quibus Zachariæ decimo: *Poſuit eos, quaſi
equum gloriæ ſuæ in bello.* L X X. vertunt: Ponet
eos, ſicut equum decorem ſuum in prælio. Pro-
*S. Hieron.* phetia eſt, ſecundùm D. Hieronymum de marty-
ribus in lege gratiæ, tempore perſecutionum,
*Martyres gloria Dei* qui Deum & ſermone & animo confeſſi ſunt,
poſitíque ſunt, quaſi equus gloriæ Dei in bello.
Vbi duo innuuntur, in primis periculorum ma-
gnitudo ac multitudo per bellum ſignificatur.
quid enim periculoſius & horribilius eſt, quàm
prælium, in quo exitus incerti, bonorúmque o-
mnium cum vita pariter iactura in promptu eſt?
huc erat, & acerbior adhuc ſtatus perſecutionum.
Alterum innuitur, ſcilicet animorum alacritas
*Equi bellatoris deſcriptio.* per equum in prælio figurata. Nam quæ maior
alacritas, quàm bellatoris equi? Non perhorre-
ſcit clangorem buccinæ, non ſtrepitu militan-
tium horrifico, & inconditis pugnantium cla-
moribus deterretur, ſed inter armorum crepi-
tus, tormentorum fragores, cadentiúmque ſtra-
ges altiùs ingreditur, & inſultat ſolo & greſſus
glomerat ſuperbos, ſinuátque alterna volumina
crurum; triumphanti, quàm timenti ſimilior, li-
bero paſſim campo graditur ſonipes, & fræna fe-
rox ſpumantia mandit. Quo quidem typo exul-

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

A tantium mediis in perſecutionum præliis, ſup- *SS. Martyrũ alacritas.*
plicíorum immanitate, mortéque ipſa exprimi-
tur ſanctiſſimorum Chriſti martyrum conſtan-
tia, & pluſquam humanus non bellandi, ſed pa-
tiendi ardor. Tanta eſt virtus pretioſi ſanguinis
Chriſti Domini; cui acceptum refert ibidem
Zacharias, quicquid conſtantiæ, fortitudinis, &
inuictæ patientiæ in Eccleſia vnquam extitit. *Pe- Zachar.*
*tite* (inquit) *à Domino pluuiam in tempore ſerotino, Sanguinis Chriſti virtus.*
*& Dominus faciet niues, & pluuiã imbris dabit eis.*
Vbi ſic Hieronymus. Petite à Domino pluuiam *S. Hieron.*
ſerotinam, vt Chriſtus qui promiſſus eſt veniat
& tribuat nobis rores & niues. L X X. interpre-
tati ſunt, phantaſias, fortè magnitudinem gra-
B tiæ, admirationémque donorum, nomine phan-
taſiæ voluere deſcribere. Tantum ſcilicet futu-
ram prædixit in lege gratiæ Propheta (demum
extitit, atque nunc exſtit) auxiliorum, dono-
rum, gratiarumque cæleſtium hominibus à Deo
conceſſam ſuperabundantiam ex infinito illo do-
minici ſanguinis Oceano redundantem, vt eam *Gratia Chriſti ſuperabundantia*
nec ſermone complecti, nec verbis ſignificare
potuerit Propheta, phantaſiáſque proinde no-
minauerit; quippe quæ diuinæ gratiæ homini-
bus in Chriſti lege conceſſæ, ſupra omnem hu-
manum captum eleuatæ tranſcenderent omnem
intelligentiam creatam vſque adeò, vt nec fieri,
nec credi poſſent, ac (tametſi certiſſima & pro-
C batiſſima Dei ſint opera.) meræ tamen fabellæ,
cogitantiúmque figmenta, eſſe viderentur. Sed
præſtat audire D. Bernardum de leui onere, & *S. Bernard.*
ſuaui iugo Domini egregiè diſſerentem *Epiſtol.*
72. ad hunc modum. Libet admirari, quàm leue
ſit onus veritatis. Num verè leue eſt, quod por-
tantē non grauat, ſed leuat? Quid eo leuius one-
re, quod non ſolùm non onerat, ſed & portat
omnem, cui portandum imponitur? Hoc onus
potuit vterum grauidare virgineũ, grauare non
potuit. Hoc onus ipſa, quibus ſe præbuit ſuſten- *Lex Chriſti ſuauis.*
tandum, ſenis Simeonis brachia ſuſtentabat.
Quæro in rebus, ſi quid fortè huic exoneranti
oneri ſimile inueniamus, occurrit mihi de pen-
D nis auium, quod vtcunque coaptem, quæ quo-
dam videlicet ſingulari modo, & corpulentio-
rem reddunt ſubſtantiam, & agiliorem. Mirum
opus naturæ. Vnde groſſeſſit materia, inde ſar-
cina leuigatur; & quantum creſcit in maſſa, tan-
to decreſcit in pondere. Hoc planè in pennis
Chriſti oneris exprimit ſimilitudinem; quòd &
ipſæ ferunt, à quibus feruntur. Hæc Bernardus.
Nihil habet igitur quis graue atque arduũ, quod
in lege Domini cenſetur. Et quidem lex iſta Dei
(quod alibi ſæpiùs indicamus) & iuſta erat, &
valde parentibus vtilis. Scilicet (ait Procop.) vt *Procop.*
abſtinerent arbore interdicta, qui ſemper admo-
nerentur, ſe alieno iuri eſſe ſubiectos. Nam ob-
E ambulãtes inter arbores paradiſi, & conſpiciẽtes
arborem prohibitam, ſemper recordabuntur Dei
inuiſibilis per rem viſibilem. Sic ille. Ratio qui-
dem expoſcebat, vti parẽtes Dei, cuius erãt mul-
tis affecti muneribus, ingem haberent memoriã:
atque cæterarum arborũ aſpectu ad amorẽ, iſtius
autem vetitæ, ad timorem Dei excitarẽtur. plura
tamen amoris, quàm timoris erant incitamenta.

5. Sed ad præſentem contextum redeamus.
*De ligno autem.* &c. Alij aliter peccant; quidam
quidem ex ignorantia, vel obliuione mandati,
legíſque diuinæ, cùm tamen facilè poſſent, & de-
berent ſcire, & meminiſſe, ipſáque rei occaſio *Peccandi genus duplex.*
depoſceret. Peccant iſti quidem; ſed aliquid ob-

tendum excuſationis, parati ſcilicet, promptique animo ad obediendum legi, niſi eam neſcirent. Alij & ſcientes, & memores, ex malitia tamen obedire nolunt, ſcientes volentéſque peccant, & quidem ita grauiter, vt excuſationem præſeferant nullam. Hac ratione fuit inexcuſabile mulieris peccatum, liquidò enim cõſtat ex ipſius verbis non ignaram aut oblitam fuiſſe præcepti, cum illud apertè referat, & nimis exaggeret. Quod ſanè diaboli fraus, & inſignis malitia, vt contenderat, ſic tandem exequuta eſt: vti ex D. Auguſtino clariùs eluceſcet. Ideo (inquit) interrogauit ſerpens, & reſpondit hæc mulier, vt præuaricatio eſſet inexcuſabilis; neque vllo modo dici poſſet id, quod præceperat Deus oblitam fuiſſe mulierem, quanquam & obliuio præcepti maximè vnius, & tam neceſſarij ad maximam culpam damnabilis negligentiæ pertineret; veruntamen euidentior eius tranſgreſſio eſt, cùm memoria retinetur, & tanquam in illo Deus aſſiſtens præſénſque contemnitur. Sic Auguſtinus. Quod paucioribus ita complectitur Procopius. Diabolus, cùm eius, quod ignorabat, venatus eſſet ſcientiam, continuò induxit peſtiferas inſidias. Sic ille. Nimirum inquirebat hoſtis, num mulier memor eſſet præcepti? Quia verò ſerpens, natura vtriuſque coniugis introſpecta, mulieris non infirmiori tantùm, ſed etiam ad mendacium, impatientiam, malitiámque magis compoſito ſexu agnouit; ideo non virum, ſed mulierem aggreſſus ad colloquium pellexit, in quo inſidias ſtruxit, & necem vtrique eſt molitur. En qualem vitæ ſociam habet Adamus, quæ abſente viro cum ipſius truculentiſſimo hoſte familiariter confabulata perniciem ſibi ac marito machinatur! Bene S. Ambroſius *Epiſtol.* 41. de ſe ait: Nunquam minùs ſolus ſum, quàm cùm ſolus eſſe videar, nec minùs otioſus, quàm cùm otioſus. Solus Adam adhærebat Deo in paradiſo; quando autem mulier adiuncta eſt, præuaricatus, & de paradiſo eiectus eſt. Hæc Ambroſius. Magna planè felicitas religioſi, & caſti viri, qui procul abeſt ab ea, quæ ſimul cum ſerpente cõiurans virum inſidiosè impugnat. Quàm multos ipſemet conſortes tori dederunt mei? Quàm multos Dalilas, & quàm multos Sanſones vidit, & fluit orbis? Inexcuſabile peccatum mulieris facit ipſa cognitio, & memoria præcepti. Atque, vt ex D. Auguſtino viſum eſt, in Dei ipſius, qui præceperat, contemptum recidit. Ideóque multo apparet grauius, quàm ſi tenui excuſationis vmbra obtegeretur. Eam ego ob cauſam exiſtimo (præter alias) doctorum hominum & Eccleſiaſticorum, penes quos ſcientia legis diuinæ, totáque ipſa lex inclinata recumbit, quàm grauiſſimum & omnino inexcuſabile peccatum haberi. Pro vniuerſo (inquit D. Chryſoſtomus *in Pſalmum ſextum*) populo, qui peccauerat, tantum offerebatur ſacrificium, quantum pro ſolo ſacerdote, *Leuitici quarto*. Id autem ſignificat, quòd quo maior eſt autoritas, eo eſt grauius eorum, qui peccant, ſuppliciũ. Ita Chryſoſtomus. Optimè id quidem. Sed ſi rem exactius pendas, haudubiè inuenies, ſacerdotem grauiùs puniri, quia grauius peccat; grauiùs autem peccare, quia cùm ex munere ſuo, magiſter doctórque ſit aliorum, nunquam per imprudentiam atque ignorantiam peccare exiſtimatur, ſed ſciens & volens præ malitia, Deique ipſius ac legis contemptu in peccatum irruere. Hine illa Leuitarum temeraria audacia, proiectior extitit, & acerbiùs vindicata eſt, quòd ipſa luce, inſpectante populo, reclamante Moyſe homines diuinæ legis ſcientiſſimi contra eandem arreptis thuribulis Deo thus adolere voluerunt; de quibus D. Ambroſius ſic ait *Epiſt.* 5. Datã, Chore & Abiron Leuitæ in profundũ abripiuntur noxij, & ita ab omnibus ablegantur elementis, vt nec aërem hauſtu, nec cælum viſu, nec mare tactu, nec terram contaminarent ſepulchro. Neque verò quis ſibi ex eo blandiatur, quòd neſciens peccet, ſi quando craſſa quadam, & (vt vocant) affectata ignorantia delinquit. Sic enim ſe habet is atque ille qui ſciens ac prudens impetu ipſo malitiæ labitur in peccatum. Vtroſque acertimè perſtringit Clem. Alexand. ad Gentes hiſce verbis. Veſtræ vitæ aurigas nos excutere cupientes, voſipſos præ inſcitia præcipites datis in exitium, occluſis auribus, vt equi duræ ceruicis habenas detrectantes, & ore frænum mordentes fugitis rationes. Sic ille. Tanto autem ille contemptus Euæ circa legem ſui creatoris, quem D. Auguſt. agnoſcit in eius delicto, vt præmiſſum eſt, vt vniuerſim peccatorum impietas grauior ac deteſtabilior exiſtit, quanto ſciunt euidentiùs peccare ſe in Deum illum, à quo ſunt innumeris donati beneficiis, & quanto etiam impudentiùs inimico Dei teterrimo in turpe ſeruitium, mortémque ſempiternam ſe dedunt mancipandos. Quod idem Clem. Alexand. *citato libro*, luculẽter oſtendit. Nunc ſunt (ait) tanto quidem magis impij, quanto eſt benignior Deus & humanior. Deus enim ex ſeruis vult nos fieri liberos, illi autem etiam filij effici contempſerunt. O magnam arrogantiam! Dominum pudore afficitis, libertatem pollicetur; vos autem aufugitis in ſeruitutem: ſalutem gratis largitur; vos autem ad hominem deſcenditis: vitam donat æternam, vos autem ſupplicium expectatis, & ignem præſtolamini paratum diabolo. Cur gratiam adhuc mutamus in iram, & non patentibus auribus verbum ſuſcipientes in caſtis animis Deum hoſpitio excipimus? Ita Clem.

6. Prioris Euæ tot errata ſuarum virtutum ornamentis ſecunda contexit ac decorauit Virgo, nimirum Dei mater. Eua timorem Dei cum maligno ſpiritu colloquens exuit, ad ingreſſum cæleſtis Angeli, atque inuſitatam illius ſalutationem Dei mater turbata eſt, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio, virginali ſcilicet timore ſuperfuſa, cui Angelus: *Ne timeas Maria*, &c. Luc. 1. Vbi D. Petr. Chryſolog. eleganter, vt ſolet, excurrens ait: Audiſtis fragilem noſtræ carnis naturam ad portandam totam Deitatis gloriam Angelica exhortatione roborari? Denique ne tanto ponderi cæleſtis fabricæ in Maria ſubtilis noſtri corporis arena ſuccumberet, & ut Virgine totius generis humani portatura fructum virga tenuis frangeretur, fugatura metum vox Angeli mox præceſſit, dicens: *Ne timeas*. Ita Chryſologus. Eua libertatis auida, Regi impatiens contra Deum ſuperba legem omnem de ceruicibus excutit: at Virgo Dei mater mox futura reſpondet Angelo: *Ecce ancilla Domini*. Quæ (inquit Chryſologus) vocatur ab Angelo Domina, ipſa ſe cognoſcit & confitetur ancillam; quia deuotus animus inſulis beneficiorum creſcit ad obſequium, augetur ad gratiam, non ad arrogantiam proſilit, non ad ſuperbiam pertumeſcit. Sic ille. Impatiens Eua de præcepto Dei

S. Aug.

*Eua inexcuſabilis culpa*

Procop.

*Euam corporis & animi ſerpens.*

S. Ambroſ.
*Solitudo & otium ſanctis*

*A mulieribus ſtrages multorum.*

S. Aug.

*Scientia peccatum reddit inexcuſabile.*

S. Chryſ.

Leuit. 4.
*Sacerdos grauius peccat.*

Num. 16.

S. Ambroſ.
*Leuitarum culpa & pœna.*

Clem. Alex.
*Ignorantia craſſa damnatur.*

S. Aug.

Clem. Alex.

*Peccantium impudentia contra Deum*

*B. Maria Euæ tegit errata.*

*B. Maria timor in annuntiatione.*
Luc. 1.
P. Chryſol.

*B. Maria Dei maieſtas inſidet.*

*B. Maria, & Eua antitheſis.*

Dei quàm leniſſimo queritur, indignaturque: at A
Dei mater Virgo patientiſſima in ſempiternum
arduúmque famulatum ſe totam Deo conſecrat,
ecce ancilla Domini. quid hoc enim eſt aliud,
S. Ambroſ. quàm (vt aduertit D. Ambroſius) apparatus of-
ficij? Neque verò vlla ex omni mulierum gene-
re, tot ac tantis eſt afflictata doloribus, quàm
B. Maria ſtans iuxta crucem Ieſu. Virgo Dei mater. *Quæ* (vt cætera omittam) *ſta-*
*bat iuxta crucem Ieſu mater eius*, Ioannis decimo-
Ioan. 19. nono. at quàm admirabili conſtantia ſtabat ma-
Cant. c. 8. ter Ieſu! qualem ſemper habuit, & *Cantic. octauo*,
ipſamet exprimit: *Ego* (inquiens) *murus, & vbe-*
*ra mea turris, ex quo facta ſum coram eo pacem repe-*
*riens.* Senſus mihi planus hic videtur. Simulat-
que in Sulamitidem, pacificam illam, Dei ſcili- B
cet matrem à Deo ſum electa, & benedicta in
mulieribus inueni gratiam apud Deum; ſtatim
eam indui conſtantiam ac fortitudinem, vt tota
B. Mariæ conſtantia. non muris vndique ſepta, ſed ſeptum ipſum mu-
rúſque viderer; quin & vbera mea, quibus in
fœmina mollius, tenerius, infirmiúſque nihil
eſſe ſolet, vſque adeò firma & generoſa ſe ex-
hibuerunt, vt turres dici poſſent: hæc tam mira
fortitudo mihi neceſſaria fuit in dignitate, of-
ficióque matris Dei; infinitis enim, iiſque gra-
uiſſimis doloribus impetita fui; iam inde ab
ipſo meo partu, in ſtabulo Bethlehemitico, &
vſque ad meam in cælum aſſumptionem, vbi
conſtituta eſt meta laborum, animam meam C
pertranſiuit gladius; atque vnà cum Filio meo
Luc. 2. ſignum fui, cui contradicerent, *Lucæ ſecundo.*
Sed de conſtantia, generoſitatéque, prout Fi-
lium Deum & matrem Dei decebat, nihil omni-
no mediis in doloribus, pœnarúmque acerbita-
tibus quàm difficillimis mea ſepta, muri mei,
turres meæ, totáque ipſa qualis eram, aut con-
uulſum, aut pertuſum amiſimus.

---

## SECTIO VII.

### *Et ne tangeremus illud.*

D. Ambr. Mulier mentitur in Deum. 1. INſigne quidem mendacium Nam, vt be-
ne aduertit D. Ambroſius *libro de paradiſo,*
*capite duodecimo.* Tangetis, Deus non dixerat;
Pſalm. 26. ſed, non edetis. Sed tamen lapſus incipit eſſe
principium. Appoſitè illud Pſalmi 26. *Menti-*
*ta eſt iniquitas ſibi*, huic tanto mendacio mu-
lieris conuenit. Hebraicæ voces ויפח חמס *vi-*
S. Hieron. S. Athanaſ. Euſeb. *pheach chamas*, variè leguntur. Hieronymus,
ſpertum mendacium; aliis, loquens rapinam.
Athanaſius & Euſebius, debilitata iniquitas.
Poteſt etiam legi, audacter loquens, aut agens
iniquitatem. Ac facile quidem, ſi quis rem
attentiùs expendat, inueniet plures hoſce, ac
varios ſenſus in hoc mulieris dicto videri; ergo E
mulier audaciſſima contra Deum ſtruit iniqui-
tatem, dum illum iniquum ac tyrannum inſi-
nuat, qui virum vnum, mulierémque vnam
Peccatum pernicies animæ. ſolos in orbe terrarum viuentes ſic impoſito
imperio oppreſſerit, vt in tanto illo, infinitiſ-
ſque arboribus conſito pomario vnius ſpeciei
arborem, eámque omnium aſpectui gratiſſi-
mam non eſu tantùm, verumetiam tactu in-
terdixerit. hoc mendacio locuta eſt mulier ra-
pinam; nec enim aliud magis animam donis
omnibus ſpoliat, quàm ipſa iniquitas, pecca-

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

A tum quidem quodlibet, vt rectè appellat Ter-
tullianus, deuoratorium. tum vel maximè ipſa Tertull.
iniuſtitia in alterum admiſſa ſolet in damnum
peccantis recidere. En teipſum, ô quiſquis es,
gratiæ in primis bonis ſpolias, ac deinde in bo-
na tuarum fortunarum latrocinium ac vaſtatio-
nem immittis, cum aduersùs proximum iniqui-
tatem molitis. Tibipſi laqueos paras, foueam
aperis, ignem admoues, cum proximo ma-
lum aliquod machinaris. Bene hîc Apollinar. Apollin.
explicat ſibi iniquitatem iniuſtis mentitam con-
tumeliis, quaſi contexuiſſe catenam conuitio- Iniuſtitia menſtis nocet,
rum, onerasse plauſtrum iniuriarum. Clarior ta-
men eſt interpretatio Theodoreti, quæ ſic ha- Theodor.
B bet: Inimici calumniis contra me vſi ſunt, ego
verò nullum hinc detrimentum paſſus ſum ob
tuum auxilium, ſed in ipſos conuerſum eſt, & ia-
cula ab ipſis contra me emiſſa, rurſus cōtra ipſos
reuerſa ſunt. Solemus enim dicere de iis, qui in-
ſidiantur, ſed lædere non poſſunt, ſeipſos offen-
dunt, non me. Sic Theodoretus. Similiter D. Au- S. Aug.
guſtinus Expendit illud, *ſibi*, ſibi, non mihi. quòd
videlicet, fraus, mendacium, conuitium, & ini-
quitas, non iuſtum, ac pro Deo æquanimiter pa- Iniuſtitia iuſtis non nocet.
tientem, ſed ipſum iniquum iniuſtè diuexantem
ſoleat cōflictare: nam iuſtus iniuſtè patiens (qua-
les martyres Chriſti) poſt iſta pericula (verba
ſunt D. Auguſtini) poſt labores, poſt difficul-
C tates, inter manus perſequentium, & tribulationi Martyrum felicitas.
æſtuans, anhelans, laborans; & firmus & certus,
illo ſuſcipiente, illo adiuuante, illo ducente, illo
regente: tamen poſt illum circuitum, & iubila-
tionem exultans, & gemens in laboribus ſuſpi-
rauit ad extremū, & ait: Credo videre bona Do-
mini in terra viuentium. O bona Domini dul-
cia, immortalia, incompatabilia! quando vos vi-
debo, ſed non in terra morientium. Hæc Auguſt.
Mulier etiam obloquuta eſt, egitque rapinam
contra Deum, vt quæ auſa fuerit Dei miſericor- Mulier iniquum Deum mentitur.
diæ, lenitati, atque infinitæ bonitati notam in-
urere, eam dictis conuellere, atque ab ipſo Deo
quodammodo ſuffurari (Luſitanè *rouboulhe ſua*
D *iuſtiça*) cùm mentiendo confinxerit, Deum adeò
ſeuerum atque inuidum ſe præbuiſſe, vt melio-
rem ſui pomarij fructum nec edi, imò nec manu
attingi ab aliquo pateretur. Obloquuta eſt mu-
lier, egitque rapinam, auaritię Deum inſimulans,
qui eſt ipſummet bonum ſui diffuſiuum. Dionyſ.
Areopag. Deum, cuius eſt inſatiabilis dilectio: S. S. Baſil.
Baſil. *homilia nona*, Deum, qui ſititi ſitiens, Na- Nazianz.
zianzen. quod ampliùs oſtendit cùm factus ho- Deus ſui diffuſiuus
mo in cruce, & ſitiuit, & ſimul ſanguinem & S. Ambr.
aquam effudit; vti eleganter adnotauit D. Amb.
*in Pſalm.* 61. Tunc itaque (ait) ſitiebat, quan-
do de latere ſuo reſtinctura omnium ſitim viuæ
aquæ fluenta fundebat. Deum, qui eſt Pater mi-
ſericordiarum, & Deus totius conſolationis, *ſe-*
*cunda Corinthior. primo.* Deum, qui factus eſt erga 2. Cor. 1.
E homines prodigus ſui; Garricus. Deum, qui be- Guarr.
nefaciendo ſuam potentiam, & ſeipſum Deum
maximè oſtendit, vt canit Eccleſia, & mundus
experitur vniuerſus. Vnde colligit optimè D. Greg. Naz.
Gregorius Nazianzenus *in ſententiis.* Potentiam Potentia oſtenditur in bene faciendo
(inquiens) tuam non in inferendo malo, ſed in
bene merendo oſtende, ſi modò Deus eſſe cu-
pis; facilè autem, & ſcorpius mortem infert.
Hunc talem Deum ac Dominum mulier cauil-
latur. O mulier obloquuta es, egiſtique rapi-
nam! ſed & nunc reſponde (D. Bernardus
*aduentu Domini ſermone ſecundo*) ſi potes; quam S. Bernard.

tibi arborē, cuius arboris fructum, inuidere potuit, qui ne hanc quidem virgam electam (ſcilicet Virginem Dei matrem) & fructū ſublimem negauit. Etenim qui proprio Filio non pepercit, quomodo non omnia ſimul cum illo donauit? *ad Rom. 8.*

*Maria donum Dei.* — Ad Rom. 8.

2. At verò cùm tam bonus ac miſericors Deus ſit, imò & quòd talis ſit, icirco ſeueritatem aliquando ſimulat, ne nobis videatur nimia indulgentia nocere. Et, vt aduertit D. Hieron. *Epiſtol. ad Paulinam*: Bonus Dominus qui ſæpè non tribuit quod volumus, vt tribuat quod mallemus. Locus ille Pauli 2. *Corinth.* 12. ſatis oſtendit hoc diuinæ bonitatis artificium: *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ, qui me colaphizet, propter quod ter Dominum rogaui vt diſcederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea*, &c. vbi ſic S. Thom. Licet non audierit eum, quantum ad voluntatē, exaudiuit tamen eum, & exaudit ſanctos ſuos, quantum ad vtilitatem. Sicuti medicus ægro etiā reluctanti acerbam, ſed ſalutarem potionem propinat, atque æſtuanti & anhelanti, vel fontes totos, aquam denegat. At cæca & ægra mente fœmina iraſcitur aduersùs medicum, qui de ligno mortis legem impoſuerat, ne miſera in arboris lethalem fructum impingens mortem ipſa ſibi & viro ſuo conſciſceret. Meritò in mulierem ſic temerariam inuehitur D. Chryſoſt. *homil.* 16. *Geneſ.* Oportebat (inquit) te auerſabundam ab eo, qui diuerſa à Deo dixerat, dicere: Apage, impoſtor es tu, neſcis neque mandati nobis potētiam, neque quantis fruimur, neque copiam eorū, quæ nobis ſuppeditantur. Nam tu quidem ais Deum dixiſſe, quòd nullum guſtare debeamus lignū. Dominus autem & conditor ob immodicam ſuam bonitatem nobis permiſit frui, & poteſtatem habere omnium, & ab vno tantùm abſtinere iuſſit, idque noſtræ curæ gratia, vt ne participes illius, morte occumberemus. Ita Chryſoſt. Sed proh humana conditio, quæ in prima parente noſtri generis ſe prodidit, & inde materno hæreditarióque iure ad filios propagata manare cœpit! An non magis oportuit ob innumeras arbores fructu ſpecieque diuerſas, atque adeò totum ipſum paradiſum, imò & orbem vniuerſum tam liberaliter conceſſum, Deo indulgentiſſimo immortales habere gratias, quam ob vnam tantummodo ex tota ſpecie inconceſſam, & ſummo iure prohibitā arborem queri indignarique contra Deum, quaſi auarus inuidúſque eſſet? Fuerit ita, vt mentiris mulier, vetuerit Deus arborem illam, vel manu tangere; quid illa quæſo ad totum paradiſum, quid ad arbores vniuerſas? quid hoc præceptum: De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas, ad illud priuilegium: Ex omni ligno paradiſi comedes? Imò quod omnem excedit beneficentiam, ad illud, Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubiicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus. Ecce dedi vobis omnē herbam, & vniuerſa ligna, &c. Quid ergo tanta & tam infinita in vos beneficentia collata non aſtruit, non demonſtrat Deum, verè pium, beneficum, amantiſſimum, ne dicam prodigum patrem; ac vnius tantùm arboris interdictio, auarum, liuidum, ſeuerum Dominum, ac tyrannum eſſe conuincit? Rectè illud ab antiquo ex ſapientibus dictum fertur: Memoria beneficiorum fragilis, iniuriarum tenax. Ac vitium quidē iſtud quotidianum inter homines eſt, vtique maternum. Senior ille filius ex agro veniens domum patris, qui filium iuniorem prodigum receperat, cum audiſſet ſymphoniam, & chorum, & reſciſſet intus ſplendidiſſimum celebrari epulum à patre pro exoptato reditu filij, indignatus eſt, & nolebat introire. Deinde conqueſtus eſt: *Nunquam dediſti mihi hædum*, &c. Pater autem dixit: *Fili tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt*, Lucæ decimoquinto. Admiror equidem & patris beneficentiam, & ingrati filij ruſticitatem. Quî enim fieri poterat, vt pater hœdum filio negauerit, qui ſemper cum patre erat, & omnia ipſius erant, quæ & patris, ſcilicet domus, res familiaris vniuerſa, cōmunis vtrique, imò ager, & villa vnde venerat, in poteſtate filij erant? Sed quod egregiè ſubnotauit D. Ambroſius. Et ſenior iſte dicitur, quia licèt ætate iuuenis, inuidentiæ contra fratrem liuore contabeſcens immaturo ſenio incanuerat. Sic Ambroſius. Ruſticus, quia ruri aſſuetus crudelitatis patrem incuſat, quòd vel vnum hœdum obſequentiſſimo filio non conceſſerit. Sed ô filij ruſtici temeritatem, atque ingratitudinem; qui cùm tota vita bonorum omnium ac fortunarum cum patre æqualis, atque integer dominus haberetur, vno tamen ille epulo, quod fratri redeunti exhibetur à patre, totam illam totius vitæ affluentiam abreptam aut negatam, atque adeò nullam fuiſſe iudicauit.

*Deus ſeueritatem ſimulat.* — S. Hieron. — 2. Cor. 12. — *Deus negat petita propter bonū noſtrū.* — S. Thom. — *Deus medicū nobis agit.* — S. Chryſoſt. — *Mulier ſerpentem auerſari debuit.* — *Beneficentia Dei admiranda.* — *Mulier mendax & ingrata.* — *Ingratitudo ruſtica.* — Luc. 15. — S. Ambroſ. — *Inuidentia ſeniorem reddit.*

3. Ad hæc memorabilis eſt ſæuitia, & ingratitudo Ioas Regis Hieruſalem, qui ipſis in cunis ſeruatus e cæde, clam enutritus, puerulus adhuc in Regem erectus à Ioiade Pontifice: poſtea verò lapidibus peti, atque interfici iuſſit Ioiadæ filium Zachariam, eo quòd in templo Domini contra idolorum cultum prædicaret. Legitur autem ſecundo Paralipomenon, capite vigeſimoquarto: *Et non eſt recordatus Ioas Rex miſericordiæ, quam fecerat Ioiada pater illius ſecum, ſed interfecit filium eius.* De hoc tam immani parricidio Regis omnium ingratiſſimi Genebrardus *libro primo Chronic. anni* [illegible]. ita ſcribit: Zacharias filius Ioiadæ in ipſo templo occiſus eſt. Huius ſanguis vſque ad aduentum Nabuchodonoſoris inſtar ollæ bullientis, quaſi vltionem depoſcens, ferbuiſſe traditur. Nec id Rex impunè tulit: nam & ipſe occiſus à duobus ſeruis ſuis. Ex quo autem Ioas Zachariam occidit, ceſſarunt Dei in templo polluto reſponſa, & oracula ex Debir, ſecretiore parte templi, in qua erat propitiatorium, & ex Ephod ornamento Pontificio, vt ſcribit D. Epiphanius. Hæc Genebrardus. Ex his videas barbari Regis ingratum ferúmque animum, deinde vindictam à Deo inflictam: ac demum inferas, quàm graue in oculis Dei ſit peccatum ingratitudinis, quámque miris inuſitatíſque diuinæ iuſtitiæ portentis appareat execrabile. Enimverò Rex idem Ioas diuinis permiſit ac voluit ſe honoribus publicè adorari, deinde templum Domini nefandis ritibus prophanauit, omni impuritati idolorum laxauit habenas, pluráque alia Rex impiiſſimus admiſit. At in iis tamen conniuere videbatur diuina iuſtitia; multóſque per annos ſupplicium dilatum eſt. Vbi verò ingratus Rex Zachariam occidit, legimus conſequenter: *Cùmque euolutus eſſet annus*, &c. Non diutiùs ergo ingratum Regem debita vindicta viuere permiſit. Deinde additur, in vltionem ſanguinis Ioiadæ occiderunt eum ſerui ſui, &c.

*Ingratitudo barbara Ioas.* — 2. Paral. 24. — Genebr. — *Sanguis Zachariæ ferbuit.* — S. Epiph. — *Ingratitudo grauiter & properè punitur.*

Non

Non verò apponitur; in vltionem tam multorum ſcelerum, quæ ibidem commemorantur. Quaſi Deus ipſe in grauiſſimis quibuſque delictis, etiam execrandis idolorum ritibus, minùs offendi videretur (cùm tamen ea ſint omnium facinorum impiiſſima) atque adeò vindictam ſuam cohiberet. Cæterùm in vindicanda ingratitudine etiam contra hominem patrata, velut indigniſſimo ſcelere, ne moram quidem patitur interponi. Adiungit autem Lyra, duos iſtos ſeruos, a quibus Rex ingratus eſt occiſus, fuiſſe alterum Ammonitam, alterum Moabitam, ambóſque multis & præclaris à Rege beneficiis donatos. Nec enim fas erat, vt ingratus Rex ab aliis, quàm ab ingratis ſeruis in vltionem ingratitudinis ſuæ necaretur: vt nimirum ita immanitati ſceleris, carnificum immanitas ex integro reſponderet.

Lyra.
*Ingratum ingrati occidunt.*

4. Caietanus optimè mulieris mentem interpretatur ad hunc modum. Quemadmodum mulier inhibita à marito, ne domo exeat, cùm interrogatur cur non exit? Reſpondet: Mihi non licet extra cubiculum pedem ponere: exaggerãdo diſplicens ſibi mariti præceptum. Ita prima mulier exaggerando diuinum præceptum refert, quòd nec tangere fructum illum liceret. Huiuſmodí enim exaggeratio teſtis eſt internæ diſplicentiæ. Ita Caiet. Conſimiliter Lyra exponit. Iſtud (inquiens) mulier addit ex ſuo. Non enim Deus prohibuerat ligni tactum, ſed tantùm guſtum. Et ideo iſtud addidit mulier ex diſplicentia præcepti, quia ille cui diſplicet pręceptum impoſitum, referendo illud libenter aggrauat. Sic ille. Hanc à ſua matre conſuetudinem mulieres innatã obſeruant, cùm mutuò colloquentes de ſeueritate maritorum conqueruntur: ſed imitari potiùs deberent ſanctam Monicam coniugatarum clariſſimum exemplar, de qua in hoc argumento multa eius filius Auguſt. ſcribit *in confeſſ.* qualia ſunt illa *lib.9.cap.9.* Ita tolerauit cubilis iniurias, vt nullã de hac re cum marito haberet vnquam ſimultatem. Cùm matronæ multæ, quarum viri manſuetiores erant, plagarum veſtigia, etiam dehoneſtata facie gererent, inter amica colloquia illæ arguebant maritorum vitam: hæc earum linguam veluti per iocum grauiter admonens, ex quo illas tabulas, quæ matrimoniales vocantur, recitari audiſſent, tanquam inſtrumenta quibus ancillæ factæ eſſent, deputare debuiſſent: proinde memores conditionis ſuperbire aduersùs dominos non oportere. Mirabantur illę, ſcientes quàm ferocem coniugem ſuſtineret, nunquã fuiſſe auditũ aut aliquo indicio claruiſſe, quòd patricius ceciderit vxorem, aut quòd à ſe inuicem vel vnũ diem domeſtica lite diſſenſerint. Sic Aug. quod quidem miraculum erat. Graue quidem malum, iſta diſplicentia præcepti, & quæ exinde ſequitur, legis diuinæ aggrauatio. Quo vitio nihil gratius diabolo. Hoc vnũ nititur extorquere, quippe cùm illud nouerit delictorũ ſubinde omnium fore ſeminarium. Expoſtulatus à Moyſe Pharao, & portentoſis de cælo ſuppliciis Ægyptum diuexantibus perterritus liberã facit facultatem Hebræis, vt egreſſi tandem Ægypto ad ſacrificandum Deo ſuorum patrum abeant. Adiungit tamen: *Ite tantum viri, & ſacrificate Domino*, Exod. 10. ſcilicet mulieres ac pueros retinebat apud ſe, quo rectè diabolum præfiguraret. Vt enim Procopius adnotauit: diabolus amat ingenium muliebre & puerile. Nimirum cùm mulieres ac pueri multo ſint infirmiores: quãlibet vel minimam

*Mulier mendax querens de viro.*
Caietan.
Lyra.
*Inobediens preceptum exaggerat.*
S. Aug.
*Monica mater S. Aug.*
Exod. 10.
Procop.

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

**A** difficultatem in ſtudio virtutis, legéque diuina exhorrent ac perterriti concidunt. Sed bene D. Ambroſ. *ſerm. 14. in Pſalm.* 118. Nemo (inquit) dura putet, quæ iuſta ſunt. Non enim ex infirmitate noſtra vis æſtimanda iuſtitiæ eſt; qui durũ putamus eſſe, quicquid per imbecillitatẽ animi ferre non poſſumus. Cum Ambroſio concinit D. Aug. de perfecta iuſtitia, ad hunc modum. Cui mandata Dei videntur grauia, nondum accepit caritatis donum, vnde fiant leuia. Idẽ 1 *Ioan.* 4. Non ſunt grauia mandata Dei, quia iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. At nihilominus queruntur filij huius ſeculi graue & incomportabile iugum, onúſque Dei legem vocãtes. Et verè qui**B**dem dicunt, ſed ſibiipſis, non quòd tamen ea talis in ſe habeatur. Illa ſuauis, illi inſuaues, faſtidioſi, nauſeabundi, quibus maligno acribóque humore æſtuátibus ea ſtomachum mouet, quæ Dauidi ſuper mel & fauos dulcis, ſuper aurum & topazion pretioſa, & amabilis videbatur. Illa onus leue, illi onuſti, grauéſque & prægrauati. Nec mirum aut nouum illorum haberi debet iudicium, licèt prauum, futile, diſtortum. Etenim in bona Philoſophia vnumquodque in ſuo elemento, nec leuitat nec grauitat. Sic aquæ dolium extra aquam, & ferrea moles ſupra terram grauia ſunt pondera; quia ſunt extra propria elementa; illud autẽ in aqua, iſta in terra leuiſſima; omniſ**C**que ponderis expertia videntur. Sic planè res habet; terreo mundanóque homini tota ipſa terra, totúſque ipſe mundus, quantumuis in ſe grauibus diuitiarum, honorum, voluptatúmque carnalium ponderibus prægrauatus, nihilominus facilis leuiſque apparet, quia videlicet terra illa mundúſque in ſui ſimili elemento conquieſcunt.

S. Ambr.
*Lex Dei grauis non eſt.*
Pſal. 118.
*Homini profano nihil graue, niſi Dei lex.*

4. Ite tantùm viri, & ſacrificate Domino, ait diabolus ad Catholicos: nihil cum illis de fide catholica & Romana (vt quos ſciat eſſe viros fortes, conſtantes, & contra quos portæ inferi non præualebunt) diſceptationis ac certaminis aſſumit: modò tamen apud ſe retineat fœminas ac **D** pueros, hæreticos (inquam) greges, quibus ingenium muliebre ac puerile; homines ſi fas eſt dicere effœminatos, libidinum mancipia, difficile enim eſt, vt bene aduertit D. Hieron. reperiri hæreticum, qui diligat caſtitatem. Pueriles & leuiculos, quorum dicta factaque ridicula, mentes adeò imbecilles, vt ideo à Dei lege fidéque catholica deſciſcant, quòd ardua, difficilia, & ſupra humanas vires onera putent, quæ à catholicis diuinitus promulgata ritè obſeruantur. Dolus eſt ſerpentis. Nam, vt egregiè D. Aug *in Pſal.* 40. diabolus iam nunc cœpit à fide Chriſti laudibus deterrere. Magna lex eſt Chriſtiana, potens lex illa diuina, ineffabilis, ſed quis illam implet? Hinc eſt, quòd Mahometes ſuam illam infamem ac maledictam exectãdæ impuritatis ſectam genti**E**bus barbaris adeò cõmendabilem reddidit; quia nimirum, vt aiebat: Lex à Chriſto Ieſu Nazareno promulgata vera quidem ac diuina, ſed vſque adeò difficilis, imò & impoſſibilis obſeruatu erat, vt hominum imbecillitatem Deus ipſe commiſeratus Mahometem alterum prophetam miſerit, qui faciliorem aliam legem prædicaret; ea verò eſt (ò mortalium cæcitatem!) quæ cùm carnis vitia omnia & turpiſſima liberè concedat, vnum ad remiſſionem delictorum, ſalutem animæ, cælíque regnum adipiſcẽdum, præſcribit remedium, ſcilicet Deũ, & Mahometẽ inclamare, atque aqua limpida corpus frequenter abluere.

*Hæreticis ingenium muliebre, ac puerile eſt.*
S. Hieron.
S. Aug.
*Diabolus laudando nomen legem Chriſti decipit.*
*Mahometis impoſtura, & impuritas.*

*S. Ioan. 2.* *Luther Mahometis affectu.*

litu ex primoribus Antichriſtis (nam Antichriſti multi ſunt, 1. *Ioan.* 2.) ſecutus alter Lutherus Catholicam & Romanam fidem abnegauit, in qua præcepta Chriſti ſic ardua & difficilia ſibi miſero eſſe exiſtimabat; vt, qui totus caro & terra eſſet, ſine carnis luto viuere impoſſibile iudicauerit. Aſtruit infelix continentiam hominum eſſe impoſſibilem, & vel ipſos primores cõcupiſcentiæ motus, qui vocantur primò primi, eſſe peccata lethalia & ineuitabilia. Quam hæreſim ſacroſancta Synodus Tridentina confutauit. Sed heus tu, ô Antichriſte, non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum, *Luc.* 1. Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum autem õmnia poſſibilia ſunt, *Matth.* 19. Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti, *Marci* 9. Videlicet diuina auxilia præſtò ſunt, atque ipſis ſuffragantibus adiutus, fortiſque redditus homo (licèt caro & ſanguis) euincet omnem cupiditatem, & in carnem extra carnem viuet, vti Angelus. Plena eſt Eccleſia Dei viris ac matronis, adoleſcentibus ac puellis caſtiſſimis, quibus nulla maior voluptas, quàm faſtidium ipſius voluptatis, vt loquitur Tertul. & vt ſcribit de innumeris virginum Deo ſacratarum cœnobiis Theodor. in hæc verba. Ex quo Saluator de Virgine matre natus eſt, multiplicata ſunt viridantia virginitatis prata. Plena ſunt in Eccleſia greges bonorum exemplorum, vbi tot pueri & puellæ, ibi iuuenius multa & omnis ætas, & graues viduæ & virgines anus, & in omnibus ipſa continentia non ſterilis, ſed fœcunda mater filiorum gaudiorum de marito te Domine. Sic Auguſt. 8. *confeſſ. cap.* 11. Hæc autem & omnes aliæ virtutes, quæ in viris ac fœminis Chriſtianis elucent, Chriſto Domino, ipſiuſque matri Virgini debentur. Qua de re locus eſt inſignis. *Cantic.* 7. vbi ſic Virgo mater ad Filium: *Manè ſurgamus ad vineas*, &c. Explicat verò Guillelmus. Surgamus (inquit mater ad Filium) ad vineas, hoc eſt, Eccleſias per orbem plantandas, quæ in vnam magnam vineam, id eſt, Eccleſiam catholicam redigantur. Sequitur: *Videamus ſi floruit vinea.* Tuum eſt, ô Fili, videre hæc, & tamen dixit, *videamus*: quia ego ſemper tecum, & ſequar te, ô Agne, quocunque ieris; ſequitur: *Ibi dabo tibi vbera mea.* In Eccleſia gentium dabo tibi vbera mea ſpiritualia ad paſcendos tuos lacte maternæ pietatis, ſcilicet eos tibi aſſiduè cõmendando, & augmenta gratiarum eis piis à ſe precibus impetrando. Ita Guillelm. Sed ô tu Luther, audi Patrem illum, à quo impius deſciuiſti. Auguſtinum 8. *confeſſ.* 5. Ex volũtate peruerſa fit libido. Et dum ſeruitur libidini, fit conſuetudo: & dum conſuetudini non reſiſtitur, fit neceſſitas. Hac tu miſer via inceſſiſti, vſque ad legem carnis, cui ex aduerſo repugnantem catholicam, eo tantùm nomine impoſſibilem, atque adeò falſam eſſe dixiſti, quòd tuam in peccando licentiam effrænatam cohiberet.

*Motus primò primi nõ ſunt peccata.* *Luc. 1.* *Matth. 19.* *Marci 9.* *Deus auxiliatur ad caſtitatem.* *Tertull.* *Theod.* *Virginum cœnobia.* *Cant. 7.* *Guillelm.* *B. Mariæ nutrix Eccleſiã.* *S. Auguſt.* *Luther carnis mancipium.*

*Procop.* *Catholicorũ nobilitas.*

6. Pulchrè illud à Procopio *in Exod.* 12. dictum eſt, quod grauiter pungit iſtum lutulentum Lutherum: Qui (inquit) ſemel in Chriſtianorum album ſunt relati, alunt (vt ipſorum officium poſtulat) puriſſimis cupiditatibus vitam, aſſuefacientes ſeſe ſinceræ & integræ politiæ. Sic Procopius. Nota obiter quàm appoſitè nomẽ, *politia*, vſurpauerit; vera enim politia, nobilitas, vetuſque ſplendor in catholica vita ac fide ſitus eſt. Contrà verò nihil vilius abiectiúſque habetur, quàm ipſa hæreticorum ſecta, vitæque mores; ipſamet ruſticitas, imò ſordes ac lutum hæreſis

*Hæreticorum infamia.*

A eſt. Non omittam quod addit Procopius, hiſce verbis. Fides ſanguis eſt, ſanguis teſtamẽti, id eſt, fides, hoc ſanguine, id eſt, fide aſperſi occiſorem euitabimus. Aduerte pro explicando ſanguine teſtamenti fieri mentionem illius memorabilis cædis primogenitorum Ægypti, a qua populum Dei legimus fuiſſe immunem. Sic enim legitur Exod. 12. *Vocauit Moyſes omnes ſeniores filiorum Iſrael, & dixit ad eos: Ite, immolate, & faſciculum hyſſopi tingite in ſanguine, & aſpergite ex eo ſuperliminare, & vtrumque poſtem: nullus egrediatur oſtium domus ſuæ, tranſibit enim Dominus percutiens Ægyptios, cùmque viderit ſanguinem, tranſcendet oſtium domus, & non ſinet percuſſorẽ ingredi domos veſtras,*
B *& lædere.* Quocirca Hebræus, qui vel extra domũ vagaretur, vel domum ſacro ſanguine intinctam non haberet, internecione illa cum Ægyptiis pariter erat conſumendus. Oſtium ergo domus Chriſti, hoc eſt, Eccleſiæ Romanæ, quæ in ſola Deo rite ſacrificiũ exhibetur, & Paſcha Domini celebratur, forâs non egredietur Catholicus, foris enim Angelus percutiens obuia quæque exterminat. Sciè admodum in hanc ſententiam aduertit D. Chryſoſt. explicans illud Pſal. 13. *Omnes declinauerunt*, &c. Si non (ait) erraſſet ouis, non deuorata fuiſſet à leonibus. Et quæ prima ouium aberrauit, niſi prima mulier Eua, impacta eſt in ſerpentem leonémque diabolũ, haſta
C illius faucibus periit. Pulchrè autem ex hoc errore mulieris D. Chryſ. & Rupert. in hæreticos expatiari inuehuntur. Deinde vbi ſuperliminare domus ſacro ſanguine non rubeſcit, percuſſor liberum habet ingreſſum. O infelicem hominem, qui ſanguinem teſtamenti, fidem ſcilicet veram & catholicam Chriſti, non ipſo in frontis limine præfert, & nõ ſacro iſto ſanguine ſe ab exterminatore tuetur. Eleganter autem vera & catholica fides dicitur ſanguis; vnde vita, totáque operationum ac facultatum harmonia in homine dependet: nã ſine fide impoſſibile eſt placere Deo; nulla eſt viua, & ſpiritu gratiæ informata virtus ſine fide. Subinde Veget. 1. *lib. de re militari.* Militiã inprimis deligit, qui ætate habituque corpo-
D ris, ſanguineo humore magis abundat; vt qui ſit acrior & generoſior, viuidáque virtus ad pugnã dum illi feruentiùs igneſcat. Eia Domine, adauge nobis fidem: hoc ſanguine abundantiùs in animis efferueſcente tot milites accendantur ad pugnam, in qua vitia proſternuntur, cupiditates obteruntur, fugantur dæmones, virtutes cõparantur, cælique regnum violenter diripitur. Ad aſpectum legis diuinæ perterriti Lutherani retrorſum aguntur, vti ſatellites Iudæorum voce Domini proſtrati, ruúntque præcipites in barathrum hæreſeos, indéque in chaos gehennæ, carent enim ſanguine fidei exſucti, imbelles, effœminati, mulieres, pueri in ſtatu mentis conſiſtere, cupiditatibus obluctari; in vitia, in dæmones mouere ar-
E ma neſciunt ac nequeunt.

7. *Et non tangeremus* ] Ad quæ verba ſic D. Ambroſius *loco ſuprà poſito.* Plerique putant hoc vitium non eſſe mulieris, ſed Adæ fuiſſe: ita Adam dixiſſe mulieri, dum eam vellet facere cautiorẽ, vt adderet mandaſſe Deum: non tangeris ea eo quicquam. Habemus enim, quia Adam, nõ Eua, mandatum acceperit a Deo, nondum enim mulier formata fuerat. Ipſa quidem verba Adæ, quibus mulieri dicit formam ſeriémque mandati; non prodit ſectio; ſed intelligimus per virum ad mulierem, ſeriem tranſiſſe mandati. Sic Ambroſius. Procopius exiſtimat hæc verba dicta à

Deo

*Proc. Exod. 12.* *Fides ſanguis eſt.* *Cum hæreticis non agendum.* *S. Chryſoſt.* *Pſalm. 13.* *Eua ouis errans.* *S. Chryſoſt.* *Rupert.* *Ad Hebr. 11.* *Veget.* *Fides viua cũ operibus.* *Fortitudo militum.* *Hæreticorum imbecillitas.* *S. Ambroſ.* *Adam mulierem monet.*

Deo fuiſſe. Quod quidem (inquit) ad maiorem cautelam pertinet. Idem infrà rem diligentiùs expendens ita concludit. Deus non dixit: Ne attigeritis; ſed cùm haberent cognitionem diuinarum rerum, apud ſemetipſos iam ſtatuerant & concluſerant: Deus dixit, non comederis, nos verò ne côtingimus quidem arborem. Ecce quâ-ta vera, ipſis fuerit non tranſiliendi legem. Sic ille. Hoc ſi ita eſt, mira ſanè apparet mulieris in malum perpetrandum inclinatio. Accepit à viro aut à Deo, aut ſaltem ſtatutum cum viro habebat ita ſe gerere, ac ſi noluerit etiam tactu interdictam eſſe arborem, ne fortè curioſiùs eam diſpiciens, admoueret manum, vt tangeret: deinde gliſcente ardentius appetitione, aut ſuggeſtione diaboli, ad legendum pomum, edendúmque tandem procederet. Quæ tamen omnia eodem peregit ordine, quo ne faceret, cautum fuerat. Quàm certum illud eſt,

*Nitimur in vetitum ſemper, cupimúſque negata.*

Nam ſic euenire ſolet, vt dulcius id eſſe videatur, quod prohibitum; imò quia prohibitum tanquam pretioſius, ac iucundius ardentiore ſtudio expetatur. Hugo ad hæc verba ſic ait: Fortè Adam exponens mandatum Domini mulieri dixit, ne tangeret illud lignum, quia ex tactu facilè fit caſus in guſtum. Similiter Tob. 2. dicitur: *Vide ne fortè furtiuum ſit, non enim licet nobis edere aut attingere de furto.* Sed ô cœcam humanæ conditionis temeritatem? *Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior*, Prouerb. 9. Senſus literalis eſt, vt ex antecedentibus conſtat, de voluptatibus carnis, illicitóque toro, ad quas aquas alienas & rapto hauſtas, ad quem panem ſepoſitum, atque incluſum arculis, ne rapiatur, ſed inde clâ recluſum inuitat vecordem iuuenem aſtuta illa & libidinoſa, quæ à Salomone inducitur. D. Gregor. 23. *Moral. cap.* 26. hunc locum expendens de hæreſi interpretatur. Sunt (inquit) nonnullæ hæreſes, quæ apertè metuunt prædicare quod ſentiunt, & apud infirmorum mentes verba ſua tanto magis condiunt, quanto quaſi ampliùs reuerenter abſcondunt, miſeris enim cordibus occulta hæreticorum verba eo magis ſapiunt, quo cum reliquis communiter non habentur. Idem *cap. ſequent.* 27. iſtam aquam furtiuam, & panem abſconditum præſentis vitæ delectationem vocat. Tantum verò ſolet eſſe irritamentum in voluptate, bonóque alio huiuſmodi terreno, vbi primum non conceditur, ſed negatur, aut ſaltem difficulter habetur, vt eo artificio ſæpiùs vtatur diabolus; quod in Pharaone, & paleas negante, & nihilominus Hebræos ad opera luti cogente mirabiliter expreſſum eſt. Exod. 5. dicitur, *Nequaquam vltrà paleas dabitis populo ad conficiendos latrones*, vbi egregiè Procopius ita ediſſerit. In hunc modum ſolicitat diabolus eos, qui Deo operam dare ſtudent, difficilem præbet malitiam, ne eius ſatietas faſtidium pariat ſuo cultori; nitimur enim in vetitum ſemper, cupimúſque negata, & quo magis inhibemur, eo magis cupidine ardemus. Hæc Procopius. Hinc etiam illud prouenit, quod à D. Hieron. ſapienter dictum eſt *Epiſtol. de vitando ſuſpecto contubernio*: nempe inter illecebras voluptatem etiam ferreas mentes libido domat: quæ maiorem in virginibus patitur famem, dum dulcius putat, omne quod neſcit. Libidinoſa mens, quod non licet, dulcius ſuſpicatur. Hæc Hieron. Et viro religioſo nonnunquam accidit, vt ſui ſtatus, aut alicuius ex obedientiæ præſcripto exercitij faſtidiens, & male contentus viuat; contrà verò ardenter appetat aliam viuendi, ſibi inconceſſam, rationem, in qua proculdubio multo maximam & ſanctiſſimam voluptatem ſentit eſſe collocatam. Quod Abbati cuidam Carnotenſi contigit, is enim Prælati vitam officiúmque faſtidiens, profectionem meditabatur Hieroſolymam, vt ibidem priuatam, ſed perbeatam, ſolus ſibi viuens duceret vitam. Ad quem ſic ſcribit D. Bernard. *Epiſt.* 82. Sed dices: Vnde ergo mihi tantum deſiderium, ſi ex Deo non eſt? pace tua dixerim, quod ſentio. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & huiuſcemodi, omni (vt ita loquar) abſinthio amariorem dulcedinem ab Angelo ſatanæ ſub prætextu Angeli lucis, ſitienti cordi tuo infundi non dubitat, quiſquis eius aſtutias non ignorat. Siquidem is, cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum, etiam nunc bonis, quæ te facere videt, & inuidet, & cùm ſit mendax ab initio mentitur, & nunc, meliora pollicens, quæ non vides? falſum mel cum vero felle permiſcens, dum promittit dubia pro certis, immittit etiam vero pro falſis, non vt conferat quod fruſtrà ſperas; ſed vt auferat, quod fructuosè tenes. Sed confido, quod nullis maligni verſutiis abduci, vel ſeduci poteris, ſpe incerti boni, certum inire malum, & æquè certum deſerere bonum. Hæc Bern.

8. Cauit igitur in ea ſententia, de qua D. Ambroſ. Adamus mulieri, ne tangeret arborem vetitam, aut quod aliis potiùs videtur, Deus ipſe tanquam prudens ac pius Pater, vel præcepit, vel ſaltem admonuit, & conſuluit Adamo, & mulieri, neuter vt contingeret arborem, cuius fructum edere vetuiſſet, ſolet Deus initia peccatorum præcludere, hæc enim ſi ſemel admittantur, liberiorem pariunt ad plura maioráque mala perpetranda licentiam: vti *Exod.* 19. vetuit Hebræis aſcenſum ad montem Sinai; & multa quædam alia præſcripſit ante aſcenſum, vt his verbis habetur: *Conſtitues terminos populo per circuitum, & dices ad eos: Cauete ne aſcendatis in montem, nec tangetis fines illius*, &c. etiam ad ſepem vallúmque monti obiectum appropinquare periculoſum erat. Nam *qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber*, Eccleſ. 10. *Vmbræ protegunt vmbram*, Iob 40. *Sub vmbra calami dormit*, Iob 40. Satis eſt diabolo ſi vel vmbram peccati, hoc eſt, initium ac primos colores, imò & tenue ſignum inueniat; totum illico confectum indicat; ibi dormit, quieſcit, adeò vel ipſa vmbra ſecurum reddit. periculoſum eſt etiam in tenebris, & in vmbra mortis, & in regione mortis ſedere. *Luc.* 1. Progreſſus, & obfirmatio in peccato mors quidem eſt; ſed tenebræ, vmbra regio mortis, ipſa ſunt initia & occaſiones peccati, à quibus (ſi quis illuc adit) ſol iuſtitiæ illuminans quaſi ad vitam reuocat mortuum, ac ſepultum, vti Lazarum in mortis chao conſidentem. Nemo autem repentè fit ſummus, vt ait D. Hieron. Citò ex paruis maxima fiunt peccata ex negligentia noſtra. S. Chryſoſt. *homil.* 87. *in Matth.* Quid intereſt (inquit D. Auguſt. *Epiſt.* 108.) ad naufragium, vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur, & obruatur? aut paulatim ſubrepens aqua in ſentinam, & per negligentiam derelicta, & contempta impleat nauem, atque ſubmergat? Item D. Bern. *de ord. vit. & mor. inſt.* A minimis (ait) incipiunt, qui in maxima proruunt. Peccatum quidem primò concipitur, deinde naſcitur, paulatímque ſubinde progrediens adoleſcit, fit robuſtum, grandæuúmque; facilè verò poſſet ipſo in conceptu, aut ſaltem exortu

Margin notes, left column: *Vetitum appetitur ardentius.* — Hugo. — Tob. 2. — *Libidinoſa imitatio* — Prouerb. 9. — S. Gregor. — *Hæreticorum falſa myſteria.* — *Libido quo difficilior, eo gratior peccatoribus eſt.* — Exod. 5. — Procop. — *Diabolus faſtidium à ſuis expellit.* — S. Hieron.

Margin notes, right column: *Tentatio in religioſis mutandi ſtatum.* — S. Bernard. — *Spes incerta, & certum malum.* — *Initia cauenda à vitiis.* — Exod. 19. — Eccleſ. 10. — Iob 40. — *Occaſiones vitiorũ periculoſa.* — Luc. 1. — S. Hieron. — S. Chryſoſt. — S. Auguſt. — S. Bernard.

Section letters in the gutter between the columns: A, B, C, D, E.

(quod diabolus virtutibus præſtat, & Pharao infantibus Hebræorum factitabat) opprimi, atque deleri. Alıter enim ratiò iam in canum ac vetuſtum exterminabitur. Cùm certum ſit illud D. Cæſarij *Homil. 5. ad Monachos.* Habet hoc infelix conſuetudo peccandi, vt quanto ampliùs quiſque peccauerit, tanto minùs peccata ipſa intelligat, & tanto plus eum peccare delectet. Et profectò ſic præcauens atque interminans Dei lex mulierem vehementiùs ad tangendum & comedendum excitauit, nec mirum hoc alicui videri debet, cùm audiat à Paulo ad Rom. 7. *Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, non concupiſces: occaſione autem accepta, peccatum per mandatũ operatum eſt in me omnem concupiſcentiam.* Quo loci Theodor. & Caiet. exiſtimant loqui Apoſtolum de primo mandato Dei primoribus parentibus impoſito: De ligno ſcientiæ boni & mali non comedes: & de peccato ipſo originali. Sic ergo Caiet. Non dicit (occaſione data) quoniam lex non dat occaſionem peccandi, ſed dicit, occaſione accepta, quia ex notitia habita per legem, occaſionem accepimus peccandi. Peccatum: ecce quis accepit occaſionem. Et nomine peccati ſignificatur fomes internus, hoc eſt, inferior pars animi tendens ad bonum delectabile. Hæc enim pars appellatur peccatum cauſaliter, vel quia eſt cauſa peccati, vel quia eſt effectus peccati primi parentis; hæc, inquam, pars animi appellata peccatum, eſt illa quæ accepit occaſionem per mandatum, vt per contrarium depellendum. Quod vt intelligas adverte, quòd quia naturale eſt vnicuique inſurgere in ſuum contrarium approximatum ſibi (vt patet in naturalibus, calore ſcilicet, & frigore) & lex vetans concupiſcere, eſt velut contrarium approximatum parti animi concupiſcenti, repræſentatur concupiſcenti animo præceptum legis, vt contrarium libertati eius; ac per hoc occaſionem accipit irruendi in præceptum, & ſic nititur ad concupiſcentiam vetitam per mandatum, vbi cernere potes, quòd concupiſcens animus non vtitur mandato, vt inſtrumento aut medio ad concupiſcendum, ſed occaſionem concupiſcendi accipit, tanquam defendens libertatem, cui contrariatur mandatum. Dicit autem (operatum eſt in me concupiſcentiam) eſt ſermo de concupiſcentia actuali, nitens enim animus pro libertate, à nullo frænatur concupiſcentia; ſed quandoque quod priùs non concupiſcebat, ægrè ferens per mandatum coërceri, incipit concupiſcere. Ita Caiet. ad illa verba, occaſione accepta. ſimiliter ait D. Th. quia creſcit deſiderium peccati prohibiti.

*Conſuetudo peccandi creſcit.*
Cæſarius.
Ad Rom. 7.
Theod.
Caietan.
*Concupiſcentia libertatem amat.*

9. In eandem ſententiam conuenit interpretatio D. Chryſ. *homil. 12. ad Rom.* quam, quia elegantiſſima eſt, hic attexam. Occaſione (inquit) accepta, peccatum, non lex, auxit concupiſcentiam. quod infirmitatis quidem erat, non malitiæ. Cùm enim quidpiam concupiſcimus, deinde prohibemur, concupiſcentiæ flamma magis attollitur; verùm non id per legem, illa enim prohibuit, vt te ab eo abduceat. Peccatum verò, hoc eſt, ſegnities tua, & mala mens bono in contrarium vſa eſt. Verùm non id medici crimen, ſed ægroti, qui quod accepit medicamen, eo non rectè vſus eſt. Non enim ob id legem dedit, vt concupiſcentiam accenderet, ſed vt reſtingueret. Secus autem euenit. at non illa inſimulanda, ſed nos. Neque enim iniuſtus ille meritò vocandus incuſanduſque fuerit, qui quòd febrienti alicui, & frigidum intempeſtiuè concupiſcenti minimè

S. Chryſ.
*Concupiſcentia ſi prohibetur, maior fit.*

A poteſtatem fecerit, ea ſe potione ad ſatietatem vſque implendi perniciulæ eiuſmodi voluptatis appetentiam auxiſſe viſus eſt. Medici enim eſt monere tantùm, abſtinere autem eius, qui æger ſit. Quid enim ſi peccatum occaſionem ab ipſa lege accepit. Plerique enim ex malorum etiam numero eum ſunt, à bonis præceptis ſuam augent malitiam. Quando & hac ratione diabolus Iudam perdidit illum ad auaritiam impellens, furémque rerum ad inopes pertinentium efficiens; neque enim credita marſupij cura id effecit, ſed animi malitia, & Eua item Adam componens, vt de ligno comederet, è paradiſo excluſit. Neque illic tamen arbor cauſa fuit, quamuis per B ipſam occaſio extiterit. Hactenus Chryſoſt. Caiet. contendit hæc verba, *Et non tangeremus illud.* addita fuiſſe à muliere: non autem indicta cauendi ergò à marito. Imò hoc Dei mandatum non Euam à viro accepiſſe, ſed ab ipſo Deo immediatè. Ex hoc (inquit) textu eliciuntur duo. Alterum, quòd Deus per ſeipſum, & non per Adam intimauit hoc præceptum mulieri: hoc namque fatetur ipſa, dicendo: Dixit Deus, non comedetis, in plurali numero, hoc etiam ratio ſuadet: nam ſi ex relatione viri ſui tantùm mulier notitiam habuiſſet præcepti huius, facilè deiecta fuiſſet ab aſſertione, quod Deus dixit; & reſpondiſſet: Vir meus retulit, quod Deus prohibuit.
C Non comedetis. Et hæc fuiſſet facillima via deducendi mulierem ad tráſgreſſionem. Alterum, quòd mulier erat creata, quando Deus dixit homini: In quacũque die comedetis Ita Caiet. Hæc ſententia verior Pererio noſtro videtur. quòd autem Deus in 2. capite dicatur præceptum poſuiſſe homini, antequam hiſtoria de mulieris efformatione conſcribatur, id per anticipationem (quod ſæpiùs in ſacris hiſtoris efficitur) ſcriptum eſſe intelligendum eſt. Pro eadem ſententia ita diſſerit Procop. Lex vtrique, tam viro, quàm mulieri poſita erat. mulier enim cum viro eiuſdem eſt ſubſtantiæ, & iiſdem eſt ſubdita pœnis. Non autem (vt quidam fabulantur) ab cõiuge accepit
D mandatum diuinum: ſed Deus mulieri æque, ac viro mandatum illud dedit. Sic ille. Additque hanc legem non ſenſibili voce datam eſſe: ſed diuinitus mentibus illorum impreſſam. Communior tamen ſententia eſt ab Angelo vicem Dei gerente, per externa verba legem parentibus fuiſſe indictam. Hæc verò interpretatio amplificat mulieris in peccando contumaciam; quippe non à marito edocta monitáque de præcepto ſeruando, cauendáque mortis pœna, quæ violatoribus propoſita erat; ſed nullo intermedio administro, ac legato, ab ipſo met Deo de lege, déque pœna luculenter inſtructa, nihilominus Dei timore, ac reuerentia poſthabita, ſciens ac vo-
E lens in peccatum labitur; tanta eſt obſtinati animi dementia, vt nec Deo in præſentia loquente, ac mouente, à concepto facinore deſiſtat. Diues ille auarus, ſed in humanitate maior, quàm ſuis diuitiis, vt vocat D. Petr. Chryſolog. *ſerm. 66.* præpoſtera quadam commiſeratione cùm eſſet, in tormentis gehennalibus clamauit ad Abraham: *Rogo te pater, vt mittas Lazarum in domum patris mei; habeo enim quinq; fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locũ tormentorũ.* Luc. 16. ſcilicet oſtendit enim, ſi quis ab inferis rediuiuus prædicaret mortalibus adhuc viuis, proculdubio audientes videntéſque quãtumuis peccatis irretitos ad meliorem vitæ ſtatum ſalutémque animæ certiſſimam adducturum; adiungit enim: Si quis

*Malitia peccandi eſt ratio.*
*Eua præceptũ accepit à Deo.*
*Obſtinatio animum.*
S. P. Chryſ.
*Diues auarus & epulo in tormentis.*
Luc. 16.

quia ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. A Ait illi Abraham: *Habent Moyſem & Prophetas, audiant illos. Si Moyſem & Prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit credent.* Ad quem locum ſic D. Petr. Chryſol. Hoc diues de votis omnium loquitur mundanorum, omnes enim ſuſurrare conſueuimus: O ſi quis veniret à mortuis, & quod ibi agitur, referret hic, omnes crederent ei! ſed perfidiæ, non ignorantiæ eſt, quod ſic loquamur. Ita Chryſolog. *ſer.* 66.

S.P. Chryſ.

*Vana expectatio miraculorum*

S Chryſ.

10. Latiùs verò (vt ſolet) excurrit D. Chryſoſt. Quòd (inquit) verum ſit, quòd qui non auſcultat, Scripturas, nec mortuus rediuiuos auſcultat, oſtenderunt Iudæi, qui volebant occidere Lazarum, cùm tamen à mortuis reſurrexit. Sed & illud conſidera, quod quiſque mortuus ſeruus eſt, B quæcunque verò dicunt Scripturæ, dicit Dominus: vnde etſi reſurgat mortuus, etſi cælitus deſcenderit Angelus, omnibus magis ſunt dignæ fide Scripturæ. nam Angelorum Dominus viuorum & mortuorum eas inſtituit; ſi autem hoc ſciret Deus, quòd mortui reſurgentes prodeſſent viuentibus, non hoc omiſiſſet, qui pro vtilitate noſtra ſingula quæque tractat. Ita Chryſ. Contumacem in peccato animum, ſi Scripturæ, ſi viui Doctoris, ſi quotidiana Eccleſiæ monita vocéſque non remorantur, nec ab inferis exciti Samuel, & Lazarus retardabunt; vterque enim, ille Saulem, iſte Iudæos admonens, nihil profecit. Quid horribilius, quàm ſtrictum vibrans enſem Angelus, & aſina vocibus humanis inclamans? *Num.* 22. Attamen, vt bene aduertit D. C Aug. Balam tanta cupiditate ferebatur, vt nec tanti monſtri miraculo terreretur. Quid ergo dicitis: O ſi Chriſtus ipſe Deus & homo iterum ad nos deſcenderet; omnes pœnitentiam ageremus! Venit profectò ad nos, pérque triginta & tres annos hominibus prædicauit, cum hominibus conuerſatus, paſſus in cruce eſt, reſurrexit, iterúmque per quadraginta dies apparuit loquens de regno Dei; & pauci tamen, imò pauciſſimi à peccatis conuerſi pœnitentiam egerunt. Imò, quod multo eſt admirabilius, exaltatus à terra, in cælum receptus, humanis obtutibus ereptus omnia traxit ad ſeipſum. Quod ipſemet D Dominus in cœna iam profecturus ad Patrem ſic promiſit. *Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad Patrem vado.* Ioan. 14. Cuius loci expoſitio pulchra eſt illa, quæ ab Auguſtino ſic habet. Sed quæ ſunt iſta maiora? an fortè quòd ægros ipſis tranſeuntibus etiam corũ vmbra ſanabat? maius eſt enim, quod ſanet vmbra quàm fimbria, verumtamen, quando iſta dicebat, verborum ſuorum facta & opera commendabat. Cùm enim dixit: Pater in me manens, ipſe facit opera, quæ opera tunc dicebat, niſi verba quæ loquebatur, & eorum verborum fructus erat E fides illorum. Verumtamen euangelizantibus diſcipulis, non tam pauci, quàm illi erant, ſed gentes etiam crediderunt: nónne ab ore ipſius diues ille triſtis abſceſſit? & tamen poſtea quod ab illo audito non fecit vnus, fecerunt multi, cùm per diſcipulos loqueretur. Ecce maiora fecit prædicatus à credentibus, quàm locutus audientibus. Sic Auguſt.

*Scriptura diuina fides.*

Num. 22.
S. Aug.
*Obſtinatus ad peccandum nec miraculis retardatur.*

Ioan. 14.
D. Aug.

*Prædicatio Apoſtolorum quanto profecit?*

## SECTIO VIII.

*Ne fortè moriamur.*

A 1. DEus affirmat, mulier dubitat, Satan negat, ait D. Bernard. *ſerm. de quadrup. debit.* Deus enim euidenter, ita vt omnem præcideret dubitandi occaſionem, propoſuit pœnam mortis violantibus præceptum: Quacunque die comederis, morte morieris, hoc eſt, certiſſimè & confeſtim morieris, vt ſupra ſuo loco expoſitum eſt. Ita procedit impietas pariter atque imperitia hæreticorum in deprauandis Dei legibus, ac ſtatutis, addendo nimirum, aut detrahendo. Euenitque illud, quod hic animaduertit D. Ambroſ. Vt dum ex ſuo adiiciunt, totam diuini teſtimonij fidem partis mendacio decolorent. Eua cum diabolo colloquens, & iam illius halitu ſyderata Dei verba ſummæ veritatis corrumpit, & adden- B do quidem ex ſuo illud, *ne fortè*, & illo addito abſolutam & indubitatam fidem ſententiæ infallibilis minuit, dubium quid imponens, vbi rata omnia ſtatáque erant. Hinc fit, vt duo ſint genera hæreticorum: quorum alterum addit, alterum detrahit diuinarum Scripturarum veritati. Dum enim ad ſui mentem ac libidinem accommodare volunt Dei teſtimonia, monita, verba, myſteria: non ſeſe verò ad illa effingere, vt debitum erat, ineptiunt miſeri, & oberrant partim addendo, partim detrahendo. Quare, vt pereleganter dictũ eſt à Tertulliano, Chriſtus Dominus ſemper inter duos hæreticos, tanquam inter duos latrones medius inuenitur crucifixus. Nec mi- C rum ſi tantom cæcutiant atque inſaniant hoſtes Eccleſiæ Dei; cùm ab vnitate fidei deficiant, ac proinde tam variis ſeſe conficiant ſectarum iurgiis, ac deliramentis. Figuratum id intelligo illo in loco Matth. 16. *Rogauit Dominus diſcipulos ſuos: Quem dicunt homines eſſe filium hominis. At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Heliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis.* Viden', vt omnia, quæ de Chriſto prædicantur ab exteris, qui non erant Chriſti diſcipuli, ſed extra chorum gregémque illum, cuius os & caput eſt Petrus (vt hic vocat D. Chryſ.) falſa & impia ſint, meræ ineptiæ, errores, ſomnia, deliramenta? *Dicit illis Ieſus: Vos autem quem me eſſe* D *dicitis? Reſpondens Simon Petrus*, &c. Solus ergo Petrus, & qui cum Petro ſunt, Petrũ ſequuntur, Petrum audiunt, Petro obediunt: hi ſoli (inquam) veram & infallibilis certitudinis confeſſionẽ de Chriſti diuinitate fidéque teſtantur. Vnus Deus, vna fides, vna Eccleſia ſub vno capite, Petro Petrique ſucceſſore Romano Pontifice. Pulcher ille locus ad imperitiã hæreticorũ coarguendam videtur in Cant. Habac. vbi inter alios triumphos Chriſti Domini, quos Propheta decantat, hunc etiam adiungit: *Maledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorum eius.* Verſio LXX. nimis eſt emphatica, perſtringitque hæreticos: Diuiſiſti in ſtupore capita potentiũ. Vbi D. Hier. ſic exponit. Hoc mi- E hi intelligere libet de hæreticorũ conciliabulis, quòd capitibus hæreſem à cæteris populis ſeparatis, in loco eorum caput eſſe Chriſtus incipiat. Dixit, *diuiſiſti*, vt quomodo in fabricatione turris lingua, quæ malè vnita fuerat, ſeparata eſt, & peſſimum fœdus vtili diuiſione conciſum; ſic & capita hæc, quæ cum corporibus ſuis inter ſe videbantur habere conſenſum (plura enim hæreticorum capita ſunt; quæ cùm diuerſos oculos habeant, tamen in vna, vt ita dicam, lingua blaſphemiæ aduerſùm Eccleſiam latrant) diuiderentur in partes, & à deceptis corporibus ſeparata bono capiti locum facerent. Hæc Hier. Vides monſtrum tot capitibus fœcundum, atque icirco

S. Bernard.

*Hæretici Dei legem deprauant.*

S Ambroſ.

Tertull.
*Chriſtus inter hæreticos crucifixus.*

Match. 16.

*Extra S. Petrum falſa & vana dogmata.*

Habac. 3.

S. Hieron.

*Hæreſis monſtrum, in quo plura capita, & caput nullum.*

circo vero capite detruncatum? Vnius corporis vnum tantùm caput eſt, non multa: ſed vbi plura conſtinguntur capita, caput nullum eſt, nec vera anima, vitáque. Igitur, ô hæretici, nec caput vnũ, ſcilicet Chriſtum, nec vnum corpus, hoc eſt, Eccleſiam, nec vnam animam, id eſt, fidem catholicam habetis. Rectè quidem D. Chryſoſt. Qui plures deos dicit, nullum Deum dicit: qui plures patres vocat, nullum patrem agnoſcit; adulterinus eſt, & meretricem matrem habet. Ita Chryſ. Obiter hic aduerte huic excetræ tartareæ, vti plura inſunt capita, ita plures prodigioſis miniſteriis attribuit manus. Scilicet catholicorum regna inuadunt hæretici, ac diripiunt, vbi ſe offert occaſio: vt iam meritò hæreticum & latronem ac pyratam dixeris. Etenim, vt bene aduertit Procopius in 38. Geneſ. hæretici gladio viuũt, vti Arabum Amalicitarum, Idumæorum populi latrocinio Aſſueti. Pudeat pudeat hæreſim planè barathrum eſſe, ex quo terra marique turmæ innumerabiles, prædonum ac pyratarum quotidie ad Gentium perniciem emittantur. Excetra capitum, & Centimanus Briareus hæreticorum natio eſt infamis.

*Hæretici prædones.* — *S. Chryſ.* — *Procop.*

2. *Ne fortè moriamur.*] Dubitauit mulier de commutatione mortis, atque adeò metu omni poſito audacior ad peccandum proſiliuit. Sed illa licèt inſanierit, eo nos tamen incuſabit nomine, quòd nondum experta fuerit mortem. At nos, qui nihil tam quotidianum, tam certum, & conteſtatum oculis vſurpamus, quàm mori, quàm mortem, quàm mortuos. Et nihilominus ſic viuimus, ſic ædificamus, ſic acquirimus, & (quod peius eſt) ſic peccamus, quaſi nunquam morituri, ac de nobis, vt de immortalibus ſentimus; vt loquitur D. Chryſoſt. Sed ô ſtuporem mortalium, truncis ipſis, ac rupibus rigidiorum! Non aliunde iam, id eſt, ex mortuis, quorum & filij, & nepotes, & fratres, & cognati, & amici viuimus, qui mortuorum alimur ſudoribus, mortuorũ bona, redditus, quæſtus, familias, domus, imò & veſtes, & ornamenta poſſidemus: mortales nos eſſe agnoſcimus: ſed in nobiſipſis, vt monet D. Paul. reſponſum mortis habemus: atque illæ innumeræ, quas quotidie patimur calamitates, euidenter nobis noſtram mortalitatem conteſtantur. Ergo dum tempus habemus operemur bonum: ait Apoſtolus. ne nobis contingat quod de Criſorio quodam ſcribit D. Greg. 4. *Dialog.* 38. Vir (inquit) is in hoc mundo fuit tantum plenus vitiis, quãtum rebus, morti vicinus vidit teterrimos ſpiritus, vt ad infernum eum raperent. cœpit tremere & clamare: inducias vel vſque manè, inducias vel vſque manè. Sed in ipſis vocibus de habitaculo ſuæ carnis euulſus eſt. Pro nobis hæc vidit, vt eius viſio nobis proficiat, quos adhuc diuina patientia longanimiter expectat. Ita Gregor. Quis ergo non timeat? quis dum tempus habet, non bene operetur? Sapienter aget, qui D. Gregor. Nazianz. in ſententiis auſcultabit. Mercaturam (inquit) hanc vitam exiſtima. Si negotiatus fueris, quæſtum facies: parua magnis, caduca ſempiternis commutans. Quod ſi nundinarum tempus tibi fluere ſinas, nullum aliud poſtea es habiturus. Ita Nazianz. Quia verò (ea mortalium dementia eſt) ſpecie bonorum, quæ vera & diuturna non ſunt, mundus blanditur, blandiénſque decipit, ac ſi beatitudinem nobis ſempiternam polliceatur, qui tamen miſer infinitis quotidie vbique terrarum ac gentium calamitatibus conflictatur, animaduertere

*Hæreticorum inſ. catastrophe ...* — *Mors quotidiana.* — *S. Chryſoſt.* — *Mortales nos eſſe non agnoſcimus.* — 2. Cor. 1. — Ad Galat. 6. — S. Gregor. — S. Greg. Nazianz. — *Opera virtutis commendantur.*

A oportet, quæ ſapienter ab Auguſtino conſcribuntur *Epiſtol.* 45. Quantis (inquit) laboribus agitur, vt longiore tempore laboretur. Ergo ſi labores & pericula & exitia huius vitæ, pro eadem vita quandoque finienda ſubeantur: quanto magis pro æterna ſubeunda ſunt, vbi mortem nec natura ſolicitè cauet, nec ignauia turpiter timet, nec ſapientia fortiter ſuſtinet. Nulli quippe erit, quæ nõ erit. Niſi fortè adhuc mũdus amãdus eſt tãta rerum labe contritus, vt etiã ſpeciem ſeductionis amiſerit. Nã quantum illi laudandi atque prædicandi, qui dignati non ſunt cum mundo florente florere: tantum increpandi & accuſandi ſunt, quos perire cum pereunte delectat.

B Hæc Auguſtin. Quibus nihil elegantius aptiúſque ad detegendas mundi fraudes, noſtrámque excitatem depellendam. Ne fortè moriamur, timore mortis, non amore Dei creatoris à peccando inhiberi video mulierem. Bonus quidem timor, ſed multo præſtat amor; ne ſine amore timeas, monet D. Auguſt. *in Pſalm.* 102. Profectò innumeræ ſuppetebant mulieri rationes, quibus ad amorem Dei creatoris accenderetur, atque ob amorem ab omni aduersùs Deum offenſa culpáque longiſſimè auocaretur. Dixiſſe debuerat ſerpenti; quomodo poſſum peccare in Deũ meum, à quo ſum tot ac tantis beneficiis cumulata? O ſi dixiſſet. Diligo Deum meum, ideo nec volo, nec

C debeo, nec poſſum illum offendere. Sic apud me ſtatuo: ſi tam egregium amoris erga Deum eliciuſſet actum, etiamſi mille ſerpentes, totáque dæmonum caterua coniunctis viribus in mulierem conſpiraſſet, victricem illam hauddubiè de toto inferno triumphaturam: eo vel maximè, quòd pugnanti ac reſiſtenti illo in certamine adfutura fuiſſet copioſiſſima diuinorum auxiliorum abundantia. Si enim Domini miſericordia præſtò eſt timentibus eum, vt ſuo cãtico beatiſſima Virgo Dei mater edocet, quid nõ erit amantibus? Deus amari mauult, quàm timeri; imò timeri non vult, niſi vt ametur. Quid enim aliud diuina bonitas, dum nos amat, à nobis expoſcit,

D quam vt viciſſim ametur? Hac de cauſa ſponſus animæ dicitur. Ergo ſic Bernard. Quam quæris aliam inter ſponſos neceſſitudinem, vel connexionem, præter amari, & amare? Amor præter ſe non requirit cauſam, non fructum. fructus eius, vſus eius. Amo, quia amo; amo, vt amem. Solus eſt amor ex omnibus animæ motibus, ſenſibus, atque affectibus, in quo poteſt creatura etſi non ex æquo, reſpõdere autori, vel de ſimili mutuam rependere vicem. Ita *ſerm.* 83. *in Cant. Ignem veni mittere in terram*; ait Chriſtus Dominus; vtique ignem amoris, quo mentes hominum accenderet, corda alliceret, & amorem dulciter, ſuauiter, ac fortiter, vt ait Bernard. noſtrum extorqueret,

E iuxta illud vulgò tritum: Si vis amari, ama, non autem gladium timoris, quo terreret homines, & à ſe repelleret.

3. Confirmat hanc ſententiam locus ille in cantico Habacuc. *Percuſſiſti caput de domo impij, denudaſti fundamentũ eius vſque ad collum.* LXX. vertunt: Miſiſti in caput impiorum mortem, ſuſcitaſti vincula vſque ad collum. Elegans eſt interpretatio D. Hieron. quæ ſic habet: Mors miſſa eſt in iniquos, vt qui priùs viuebant iniquitati, morerentur peccato, viuerent iuſtitiæ, hoc dignũ eſt ſentire de Deo, qui egreſſus eſt in ſalutẽ populi ſui cum Chriſto ſuo; vt percuſſo huiuſcemodi capite (diabolo) ille fiat in nobis caput; ſuſcitaſti, &c. Suſcitauit Dominus vincula cari-

tatis

S. Auguſt. — *Laborandum pro æterna vita.* — *Mundi fallacia.* — S. August. — *Timendum ſed cũ amore.* — *Eua erráuit quia non amauit Deũ.* — Luc. 1. — *Deus amorẽ exigit.* — S. Bern. — *Amor deſcribitur.* — Luc. 12. — S. Bernard. — Habacuc 3. — S. Hieron. — *Conuerſio à peccato.*

tatir vt priore onere depoſito, & gratiſſimo iu-
*Deo timendū & parendū.* go, quo premebamur, abiecto, leue Chriſti ſuſ-
ciperemus iugum, & in cuttu illius poſiti auri-
gam optimum portaremus. Theodotioo legit:
Ornaſti fundamentum vſque ad collum. Quinta
editio: denudaſti, ſiue euacuaſti fundamenium
vſque ad collum. Quia enim fundamentum
Chriſti quod erat in anima ſingulorum (Allo-
*Anima peccatis defoſſa.* phyli) terrâ obruerant, egeritur congeſta hu-
mus, & nudatur optimum fundamentum, & or-
natur; vt quod latebat, appareat, & ſuam recipiat
claritatem. Hactenus D. Hieron. Vnde præter
alia notabis, Deum vt ponamus iugum oneris,
*Iſai. 3. 9. 14.* ſceptrum exactorir, de quo non ſemel apud Iſai.
peccatum ſcilicet, ac tyrannidem diaboli nos op-
primentis; non meliore alio fuiſſe vſum artiſi-
cio, quàm vt ſuſcitaret vincula, & ornamenta
caritatis, qualia ſunt infinita opera miſericordiæ,
& amoris immenſi documenta, quæ Deus ho-
*Amādo Deus vincit.* mo factus hominibus exhibuit; amore enim vi-
cit, ac triumphauit. Vocari etiam vincula carita-
tis; nihil enim ſic nos Deo coniungit, & arctiùs
alligat, quàm amor. Ornamenta verò: quid enim
*S. Auguſt. Amor ipſa eſt pulchritudo.* gratius ac ſpecioſiùs animā exornat, quàm amor?
Quod eleganter dixit D. Auguſtin. *tract. 9. in*
*Ioan.* Diligendo (inquit) Deum pulchri effici-
mur. Amor eſt, qui reddit pulchrum amantem.
Deus pulcher eſt, quantum in te creſcit amor,
tantum in te creſcit pulchritudo, quia ipſa cari-
*Fides obruta ſordibus.* tas eſt animæ pulchritudo. Sic Auguſtin. Ad hæc
collige, fundamentum Chriſti in cuiuſque ho-
minis anima iactum, hoc eſt, fidem catholicam,
quam in ſacramento Baptiſmi diuinitus infuſam
ſuſcipimur, dæmonum induſtria, ſi non penitus
conuelli, ſaltem terrenarum rerum ac volupta-
tum luto & ſordibus obrui, quæ tamen ſordes ac
lutum eruuntur in confeſſionis ſacramento ef-
foſſæque animæ ſurſum emergunt puræ, defæ-
catæ, gratiæque atque diuini amoris muneribus
*Confeſſione anima emergit.* adornatæ. Timuit Eua, timoréque, non amore
inducta tenebat ſe interim in officio. timuerit,
atque vtinam timuiſſet, timoréque, vel ſolo ipſo
ſeruili, non peccaſſet. *Quis eſt homo, qui timet Do-*
*Pſalm 24. Genebr.* *minum*, Pſalm. 24. Quis, id eſt, quantus, quàm fe-
lix, admiranter, non interroganter. Genebrard.
Et quidem multæ felicitates obuenient timenti
Deum, illæ in primis referuntur à regio Vate: Le-
gem ſtatuit ei in via quam elegit. Hoc eſt, ediſcat
ab ipſo Deo, vt bene viuat. Deinde anima eius
in bonis demorabitur. Hebr. pernoctabit, per-
*Timor Dei ſolatium in vita, & in morte reddit.* manebit in nocte, id eſt, in morte. Genebr. Vide
obſecro quæ tanta ſit felicitas eius, qui timet
Deum: nam & vitam ex virtute viuet, cuius do-
ctorem ac pædagogum, ſeipſum Deus exhibebit:
&, quod eſt ſupra omnem huius vitæ felicita-
tem, ipſius anima, cùm per corporis mortem è
vinculis ſeſe expediet, bonorum omnium ſem-
piternæ vitæ affluentia perfruetur. Igitur & in
vita & in morte felicem ac perbeatum efficit ti-
mor Dei; neque verò quis miretur tantum timo-
ri Dei cōcedi: quippe cùm veluti ianitor ad amo-
rem Dei, cuius in iure ac dominio omnia cœle-
ſtis regni bona ſita ſunt, aditum ſoleat, viámque
munire. Timet iuſtus, deinde diligit, huiuſmodi
*S. Chryſoſt.* vim timoris luculenter oſtendit D. Chryſoſt. *in*
*Timoris quāta ſit virtus.* *Pſalm.* 117. dum latronis illius felicitatem, cui
Chriſtus Dominus in cruce paradiſum largitus
eſt, timori Dei aſcriptam refert, ſcilicet, quia ex
ipſo timore ad amorem Dei, ſine quo meritum
nullū eſt, recto tramite proceſſit. Sic autē Chry-
ſoſtomus; Quid fuit latrone miſerius? Sed repētè

A euaſit omnium beatiſſimus; atqui mille cædes
fecerat. nam & erat crucis ſupplicio damnatus,
& ad mortem ducebatur, omnes eum accuſa-
bant, totum tempus erat conſumptum, & vita
tranſacta fuerat in ſcelere; ſed quoniam exiguo
tempore Chriſtum, vt oportet, timuit; beatus fa-
ctus eſt, *Luc.* 23. Ita etiam meretrix, licèt ſui cor- *Luc. 23.*
poris formam pretio venundaret, & expoſita eſ- *Latro in cruce timuit Deum.*
ſet omnium contumeliæ, & ideo eſſet omnium
miſerrima, beata extitit, quando Deum, vt opor-
tet, timuit. Nullum eſt enim malum, quod non
extinguat Dei metus. Hactenus Chryſoſt.

4. Vt mulier timeret, timoréque ſaltem ſer-
uili, ſi minùs filiali, à peccando abſtineret, in ar-
bore illa vetita, non dubitanter, ſed omnino af-
B firmanter, mortis pœnam ineuitabilē Deus ipſe
conſtituit. Ad eam ſic armatam & horribilem
futuræ mortis ſupplicio, nihilominus, & ſerpens
mulierem impulit, & mulier inuolauit. Sed proh
immenſum Dei amorem! In paradiſo ſuæ Eccle-
ſiæ arborem vitæ, & vitæ ſempiternæ fœcun-
dam propoſuit. Ac proinde Euam, Adamum,
eiúſque filios inuitat: *Venite, comedite panem meū,*
*& bibite vinum quod miſcui vobis*, Prou. 9. *Ego ſum* *Prouerb 9.*
*panis vitæ; qui manducat meam carnem, & bibit* *Euchariſtia vita eſt.*
*meum ſanguinem, habet vitam æternam. Hic eſt pa-*
*nis qui de cœlo deſcendit, vt ſi quis ex ipſo manducet,*
*non moriatur. Qui manducat hunc panem, viuet in*
*æternum*, Ioan. 6. Securus accede; panis eſt, non *Ioan. 6.*
C venenū, ait D. Auguſt. *tract. 26. in Ioan.* qui etiam *S. Auguſt.*
ſcribit ſuo tempore vniuerſim ab omnibus in
Africa vocari ſolitam Euchariſtiam, vitam. Vita
eſt, quia in hoc ſacramento verè ac ſubſtantiali-
tèr eſt Chriſtus Dominus vita, & fons ipſe vitæ;
& Deus viuus, & præſtans vitam animæ, ſcilicet
gratiam, & deinde ſempiternam beatitudinem
in cœlo iis, qui ritè ſuſcipiunt ſacroſanctam Eu-
chariſtiam. Hic fructus eſt omnium Chriſti ope-
rum, vt nimirum eius corpus & ſanguinem in
ſacramento altaris homines perciperent. quo in
argumento ita grauiter D. Auguſtin. *concion. 1. in* *S. Aug.*
*Pſal. 33. Panem Angelorum manducauit homo*, di- *Euchariſtiam ſumere fructus eſt aduentus Chriſti.*
citur Pſalm. 77. id eſt, verbum illud, quo paſcun-
D tur Angeli, ſempiternum manducauit homo, ſa-
ginantur illo Angeli, ſed ſemetipſum exinaniuit, *Pſalm. 77.*
vt manducaret panem Angelorū homo. Humi-
liauit ſe factus obediens vſque ad mortem, mor-
tem autem crucis; vt iam de cruce commendaret
nobis caro & ſanguis Domini nouum ſacrifi-
cium. Hæc Auguſtin. Timebat mulier etſi leui-
ter & oſcitanter mortis pœnam, quam dubita-
bat abſolutè & irrefragabiliter conſtitutam eſſe
in arbore vetita; nihilominus inſtigante mali-
gno ſpiritu ex eo ligno certam & indubitatam
mortem decerpſit, ac deglutiuit: contrà verò eſt
arbor vitæ, ad quam diuino Spiritu incitante in-
uitamur *Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hau-*
E *riet ſalutem à Domino*, Prouerb. 8. *In me gratia om-* *Prouerb. 8.*
*nis vitæ, & veritatis, in me omnis ſpes vitæ, & vir-*
*tutis, qui elucidant me, vitam æternam habebunt*, Ec- *Eccleſ. 24.*
cleſ. 24. Quibus in locis, etſi proprius ſenſus ſit de *B. Maria vitam gratiæ, & fœcūdā impertit.*
ſapientia diuina; per accōmodationem tamen in
myſtico ſenſu loqui Spiritum ſanctum de Virgi-
ne Dei matre nemo eſt qui neſciat, & Eccleſia
in feſtis beatæ Virginis exinde Epiſtolas mutua-
tur. Nos etiam in ſuperioribus ex antiquioribus
Patribus adnotauimus Virginem Deiparam ſoli-
tam appellari matrem vitæ, vitam, ſpiritum, ha-
litum, ſalutem hominum. Nota etiam quàm no-
bis gratis conſtet ea ſalus, vitáque. Sequitur: Et
hauriet ſalutem à Domino; nimirum quàm faci-
lè gra

A lè gratiſque petit aquam is, qui fonti ebullienti os admouet: ore ſcilicet clamante, petente, & orante, ac Virginem Dei matrem inuocante, dulciſſimam Mariæ nomen perſonante, ſalus & vita hauritur, fitque illud Pſalmiſtæ, *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum.* Quid tam facile, quàm vel ipſas aures admouere loquenti, & inuitanti Virginis? at hoc vno tantùm quid ſequatur, lege Luc. 1. *Vt facta eſt vox ſalutationis tua in auribus meis*, &c. Vbi Guarr. *ſerm. 1. de Ioan. Bapt.* Vox (inquit) Mariæ, dum auribus Elizabeth ſonat, ad cor Ioannis penetrat, ſpiritum eius animat, gaudioque ſalutari vegetat. Sic ille. En ô Domina, reſpice in faciem ſerui tui. Loquere Domina, quia audit ſeruus tuus: vox enim tua dulcis, & B facies tua decora à te hauriet vitam, in te vitam inueniet.

*Pſal. 118.* — *Guarr.*

---

## SECTIO IX.

*Dixit autem ſerpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini.*

*Serpentis inſtantia.*

1. INſtat veterator quaſſatum & iam nutantem parietem ſubuertere. Inſtat de conſtantia, ſedéque mentis nonnihil dimotam propellere omnino in barathrum mulierem. Inſtat tantulam illam timoris Dei ſcintillam funditus extinguere. Inſtat paruum illud, atque infirmum, quo tamen ægrè admodum inclinata iam moles C illa tenebatur adminiculum timoris pœnæ prorſus amouere: quo amoto proſtratum iri totum illud diuinis manibus conſtructum ædificium pro certo habebat. Inſtat fraudes fraudibus, dolis dolos attexere, nouerat enim aſtutia, non viribus ſibi decertandum, vt notauit D. Bernard. Imprudens tamen qui ſe familiariter immiſcet cum aſtutis, & verſipellibus, habent quidem, qua tegantur, ouinam pellem: ſed ſi attentiùs diſpicias, illicò vulpes ac lupos intus latere deprehendes. Præſertim fœminæ caueant à calidiſſimis iſtis ſerpentibus, nouerint illæ ſuũ ingenium D muliebre, facile, leue, incautum, infirmum, quolibet, vel tantulo impulſu motabile quoquò verſum; ne illud certis exponant periculis: Eua ſit illis ſpeculum, in quo videant, quàm facilè mulier decipi ſoleat, & quali ſit calliditate præditus, cum quo fabulantur ſerpente, quem tunc ſolum vincent, ſi fugiant; ſola fœminis in fuga ſalus. illa vt tutior, ſic prudentior quæ dicere poſſit, quod D. Hieronymus tantus vir, tantus Doctor, & tanta ſanctitate præcellens de ſuæ vitæ ſtatu gloriabundus prædicat. Et video rarò, & videor. Cum ſerpente nemo, aut ſine interitu, aut certè ſine vulnere, ac veneno colloquatur. Contrà verò alterum ſine macula nitidiſſimum ſpeculum contueantur Virginem Dei matrem, E quæ cum miris ab Angelo cælitus miſſo ſalutaretur, turbata inprimis eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio, *Luc. 1.* Meritò quærit D. Bernard. Cur Angeli colloquium haberet ſuſpectum? Reſpondétque: Vis ô homo in periculo eſſe ſecurus? time ſecuritatem. Vis eſſe à dæmone liber? Angelos de cœlo time. Audiſti enim Satanam ſe in Angelum lucis transfiguraſſe, vt homines deciperet. Proh quantum mulier mulieri præſtat! quàm diſſimiles prima & ſecunda Eua! illa cum ſerpente, cum Satana contra Deum obloquente ſecura colloquitur; Dei mater Angelum Dei mandata nunciantem audiens

*Fraudes malorum.* — *Cautela mulieri ſuadetur.* — *S. Hieron.* — *B. Maria timet ab Angelo ſalutata.* — *Luc. 1.* — *S. Bernard.* — *Securitas timenda.*

A turbatur, timet, ſilet, cogitat. Vide calliditatem ſerpentis; non dixit ad mulierem: Nequaquam præcepit vobis Dominus vt non comederetis de ligno. id enim apertum eſſet mendacium; cui facile mulier ſe opponeret, quippe (vt ſuprà conſtituimus ex meliore Doctorum ſententia) à Deo ipſa ſimul cum viro legem acceperat, imò ampliùs id ita contigiſſe, hic locus apertè demonſtrat. Etenim ſi non Deus ipſe per ſe, ſed Adamus ex mandato Dei legem illam mulieri indixiſſet, profectò non alia vteretur ſerpens tergiuerſatione, ſed arrepta hinc occaſione dixiſſet: Non ita eſt mulier quod maritus tibi ex Dei præſcripto retulit, planè mentitus eſt. Nec enim Deus beni- B gniſſimus tam ſeueram in vos ac tyrannicam legem ſanxiſſet; hinc etiam fieret, vt mulier credens ſerpenti peccaſſet quidem, ſed aliqualem tamen excuſationem obieciſſet, quòd maritus (qua ſolent homines de mulierum leuitate detrectare) nimia diffidentia legem illam tam graui mortis pœna horribilem pro libito confinxiſſet. Non igitur negat præceptum, ne ſi illud negaſſet me odaa, & veterator haberetur à muliere, totáque fraudis techna ſolueretur. Negat tamen euenturum id, quod in lege proponitur, ſupplicium comedentibus pomum vetitum, cuius ſupplicij metu, & ſi dubio, mulier nonnihil deterrebatur; dicit ergo: Non moriendo moriemini, vt C Hebraic. legitur: vbi ſic interpretatur Caiet. Teſtantur hæc verba ſerpentis, quòd mulier in dubium reuocauerit pœnam mortis. Directè enim & ſtatim diabolus ſciens, quòd dum in dubio eſt animus, paulo momento impellitur, ſtatim ſuggerit negatiuam, & affert rationem ex certitudine ſcientiæ diuinæ de euentu. Ita Caiet. Similis interpretatio affertur à Dionyſio Carthuſ. qui eam adſcribit Magiſtro ſcholaſticæ hiſtoriæ. Sic verò habet. Cùm mulier quaſi dubitando dixiſſet: ne fortè moriamur, diabolus quaſi ſecurus de victoria, quoniã dubitans in vtramque partem facilè flectitur, dixit: Nequaquam moriemini. Sic ille. Quid ergo fiet de muliere, D quæ timorem Dei, quo ſe tuebatur, paulatim exuit.

*Eua legem à Deo audiuit.* — *Non dubitãdum certò dicitur.* — *Caietan.* — *Dionyſ. Carthuſ.*

2. Mirum eſt quàm corrupti mores, vitáque penè brutorum ſimilis eorum fuerit, de quibus Dauid *Pſal. 13.* ſic loquitur. *Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus, corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: non eſt, qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.* Expende illa verba, *Non eſt Deus*, id eſt, Iudex qui ſcelera hominum puniat, & qui res humanas curet. Quid ergo aliud ex tam inſana atheorum ſtoliditate, atque impietate conſequetur, quàm vt in omnem flagitiorum immanitatem ſe præcipitent; & quidem prima tanti mali origo eſt, vt ſubiicit Vates: Non eſt timor Dei ante oculos eorum. Nam, vt egregiè aduertit Tertullian. *lib. de cultu fœmin. cap. 2.* E qui præſumit, minùs veretur, minùs præcauet, plus periclitatur. Timor fundamentum ſalutis eſt. Et Clemens *1. ſtromat.* Quem timorem genuit lex, is eſt miſericors ad ſalutem. Appoſitè à Nazianz. Gregor. dicitur: Timor bonorum omnium magiſter optimus. *in Carmin.* Cuius etiam illud eſt *orat. 39.* Timoris rudimentis imbuti, & purgati, & quaſi attennati in altum efferamur. Vbi enim timor eſt, illic quoque mandatorum obſeruatio. Vbi Nicætas: Timor (inquit) religioſus ad numeros omnes virtutis abſoluendos ſcalæ inſtar eſt. Sic ille. Hinc eſt quòd Chriſtus Dominus tam frequenter, & tam ſeriò nobis commen

*Pſalm. 13.* — *Atheiſmus naſcitur ex audacia peccandi.* — *Tertull.* — *Timor ad ſalutẽ valde vtilis.* — *Clemens.* — *S. Greg. Nazianz.*

commendauerit, orandum, vigilandum, nunquam deficiendum, cauendum; & hoc propter innumera, quibus circundamur, pericula, ad quæ vitanda, in iiſque tutò nauigandum, valde conducit Dei timor; quod argumentum luculenter pertractās D. Chryſoſtom. *tom. 5. homil. de virtutibus & vitiis*, hæc ſubſcribit. Si inter hoſtes, cùm tot vndique doli nobis immineant, ſomno indulgemus; quid ſi nullo pauore vigente ſecuri fuerimus? Etenim ſi primus homo, cùm parum temporis, nec totum fortaſſe diem in paradiſo vixiſſet, deliciis ſit ipſe vſus, eò vitij peruenit, vt & æqualem ſe Deo cogitaret, veteratorem benefactorem putaret, nec vllum præterea imperium magnificaret: hic ſi reliquam eodem pacto vitam egiſſet, quod non illę flagitij genus perpetraſſet? Sic Chryſoſtom. Inueterati illi dierum malorum, ſemen Chanaan, ſenes, inquam, libidinoſi, qui matronalis pudicitiæ ſpeculum Suſannam ad nefariam impuritatem impellebant, hoc ſunt ſtratagemate vſi, nimirum impunè & liberè poſſe illam ſine vllo metu (nec enim erat quid obſiſteret) in facinus illud aſſentiri. *Ecce* (inquiunt) *oſtia pomarij clauſa ſunt, & nemo nos videt*, Daniel. 13. Quia verò mulier honeſtiſſima, etſi locus ab arbitris ſemotus eſſet, nec hominum oculis, ſi patraretur, ſcelus patuiſſet, timebat tamen Deum omnia videntem, cui nihil abditum, nihil non apertum ac nudum: idcirco ſenes adiungunt; *quod ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium*, &c. rati (quod aliquando ſolet euenire) timor mortis, qua hominis nihil horribilius, haud dubiè futuræ, timorem Dei, quo matrona ſe tuebatur, omnino depulſum iri, vti clauum clauo. At Suſanna, *Melius* (inquit) *mihi eſt abſque opere incidere in manus veſtras, quam peccare in conſpectu Domini.* Quam hiſtoriam ſæpiùs expendens D. Ambroſius ita diſſerit *lib. de fuga ſecul. cap. 9.* Pulchrè animam ſuper ſe effudit Suſanna, vt euaporate in ea non poſſent incendia corporis, mortis formidines, vitæ cupiditates. effuſa ſuper ipſam anima omne reſtrinxit carnale deſiderium, ſeculare ſtudium, quæ etiam prodigioſorum ſenum, & impudentium presbyterorum non potuit flammas reſtringere, niſi in his libidinis profluuium redundaſſet. A quibus cùm intenderetur calumnia, ſi aſſenſus negaretur adulterio, ingemuit, & dixit, &c. Melius tamen iudicauit crimen potius fugere, quàm periculum. Plorauit itaque, cùm crimen obiiceretur, plorauit, cùm ſibi de pudica & caſta adulteri iudicium vindicarent, non mortem deplorans, ſed caſtitatis calumniam. Denique cùm morte damnaretur, exclamauit quaſi iudex reorum arbitra calumniantium; & innocentis conſcientiæ autoritate diuinam ſibi in iudicium accerſiuit cognitionem, non timore mortis perterrita, ſed arguentis cenſuræ poteſtate præcelſa. Hæc Ambroſ. Non minùs eleganter D. Bernardin. *ſermon. 3. in annunciatione Dominica*, ſic loquitur: Quid Suſanna facit inter mortem & mortem, animæ ſcilicet & corporis vndique anguſtiata? Melius eſt mihi (inquit) abſque opere incidere in manus hominum, quam derelinquere legem Dei mei, nimirum ſciebat iſta quàm horrendum ſit incidere in manus Dei viuentis, qui poteſtatem habet & corpus & animam mittere in gehennam. Meritò proinde, cùm duceretur ad mortem, erat cor eius fiduciam habens in Domino, quem vſque adeò timuiſſet, vt timorem omnem poſtpoſuiſſet humanum; & ipſius legem ſimul vitæ præpoſuiſſet, & famæ. Meritò à iuſto Iudice iuſtam de iniuſtis obtinuit vltionem, quæ tam vehementer iuſtitiam eſuriuit, vt propter eam contemneret mortem corporis, opprobrium generis, luctum inconſolabilem amicorum. Hæc Bernard. de Suſanna. quæ non modò fœminis, ſed etiam viris ad pudicitiam, timorem & amorem Dei exemplar eſſe debet.

*S. Chryſ. Securitas falſa nocet.*

Daniel. 13.

*Suſanna timet Deum offendere.*

S. Ambroſ.

*Anima in omnibus tota rata habenda.*

*Suſanna pudicitia.*

S. Bernard.

*Dei iudicium timendum.*

3. Matthæi 14. *Diabolus aſſumpſit Chriſtum Dominum in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi, & dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorſum; ſcriptum eſt enim, quia Angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum*, Pſalm. 90. Inſignis planè calliditas ſerpentis. Suadebat ex alto loco præcipitationem voluntariam, qua nihil periculoſius; mors enim erat in procinctu cum acerbitate immanium dolorum, ex omnium confractione membrorum totius corporis. Iuſtus quidem & opportunus timor prudentiſſimo cuique, in huiuſmodi conſilio occurrebat. Ergo ſerpens callidior omnibus animantibus terræ, timorem omnem ſtatuit ab animo, & ſenſibus Domini propellere. Non eſt quid timeas, vir Dei, ſi te proiicias è pinnaculis: illico præſtò erunt Angeli, qui certatim conuenient, vt iunctis manibus te excipiant, quin vel leniter pedem in obſtantes lapides offendas. Plus hoc loco notari poſſunt, hæc aliis omiſſis tantùm ſubiiciam. Mitte (inquit D. Hieronym.) vox diaboli eſt, qui ſemper homines cadere deorſum deſiderat, perſuadere poteſt, præcipitare non poteſt. Teſtimonium Pſal. 90. non de Chriſto, ſed de viro ſancto prophetia eſt. Male ergo diabolus interpretatur Scripturas, Hæc Hieronym. Ex quibus colliges, quam nulla ſit vis diaboli, qui totus aſtutiis ac fraudibus plenus eſt. Præterea D. Chryſoſtom. ſic interpretatur. Vere Filius Dei Angelorum manibus non portatur, ſed ipſe magis Angelos portat: etſi portatur manibus Angelorum, non vt offendat ad lapidem pedem ſuum, quaſi infirmus, ſed propter honorem quaſi Dominus. O diabole, quoniam Filius Dei manibus portatur, legiſti. & quia ſuper aſpidem & baſiliſcum calcat, non legiſti? Sed illud quidem teſtimonium profert, quaſi ſuperbus, hoc autem tacet, quaſi aſtutus, Hæc Chryſoſtom. Hanc planè calliditatem, quaſi hæreditariam à ſuo parente diabolo hæretici acceperunt. qui ex diuinis literis, ea prætermittunt, quibus perſtringuntur; ea verò in medium proferunt, quibus malè intellectis ſe putant ſimpliciores decipere. Appoſita ſunt hæc omnia, ſed de calliditate dæmonis timorem Dei à noſtris animis depellentis ſermo tantùm in præſentia eſt. Vides ergo quales ſint artes ſerpentis hominem pertentantis? In vita, libera omnia, facilia, impunitáque prædicat. Peccet infelix homo, nihil eſt quod metuat, in tuto enim incedit, atque in portu nauigat. quòd ſi cadat, in peccatum Grandis (inquit) eſt miſericordia Dei, cadenti aderit, ne omnino comminuatur. Et quorſum Angelorum cuſtodiæ, excubiæ, præſidia? mille Angelos, ô homo, tibi Deus miſericors ſuppeditabit, vt tollant, vt erigant; vt in morte reſipiſcens, ritè de peccatis confeſſus, alter, vt Lazarus Angelorum manibus, non iam in ſinu Abrahæ, ſed in ipſum cœlum ſubuehatis.

Matth. 4. *Diabolus Dominum tentat.*

Pſalm. 90.

*Timorem diabolus nititur abolere.*

S. Hieron. *Diaboli infirmitas.*

S. Chryſ. *Diaboli mendacium & aſtutia.*

*Hæretici Scripturas mutilant.*

*Diabolus in vita timorem aufert, in morte reſtituit.*

Atque vt fortiùs perſuadeat, mille teſtimonia ex ſacris literis adducit, quibus Dei patientia, & miſericordia erga peccatores mirabiliter aſtruitur. Contrà verò idem ſerpens, vbi metu omni depulſo peccatorem in vita laxis impunè habenis ad omnia flagitiorum genera fecit præcipitem ruere: morte ſubinde aduentante, quem ſurripuerat, timorem reſtituit. O nequam latronem, ſed multo nequiorem, cùm ablata exoluit! moribundum hominem exemplis ac teſtimoniis de ſacro volumine, quibus diuina iuſtitia ſeueritáſque oſtenditur, mirum in modum perterrefacit. Locum iam pœnitentiæ ſupereſſe nullum ſuſurrat: deſperata iam ſalute animæ, tandem infelicem hominem in barathrum protrudit. Simile quid in pudore ſolet euenire. dum vita eſt, omnem à peccando pudorem hoſtis miſero peccatori aufert; in confeſſione autem, & maximè in morte totum pudorem reſtituit; vbi peccator præ verecundia impœnitens in gehennam prolabatur. Sic meretriculæ, quibus (autore S. Nazianz. *in Carmin.*) pudor eſt pudore affici; & quibus ars eſt neutiquam erubeſcere in morte præ ſumma verecundia ſordium totius vitæ, aut confeſſionem ſacramentalem reſpuunt, aut imminutam informémque emittunt; vt ab ignibus libidinum, ad ignes ſempiternos inferni traducantur. Quod ſæpius experientia conteſtatur.

S. Greg. Nazianz.

C Sed quanquam in vita timendum & cauendum ſemper ſit; in morte tamen miſericordiæ diuinæ arctiùs adhærere neceſſe eſt, confidentérque dicere Domino: *Suſceptor meus es tu, & refugium meum, Deus meus ſperabo in eum*, Pſalm. 9. Qui locus ad pellendum timorem, & contra deſperationis malum, quo nihil deteſtabilius, mirabiliter conducit, adiuncta D. Bernardi interpretatione eleganter expēdentis illud, *meus*, & *meum*; Cur non Deus (inquit) noſter? quia in cæteris communibus beneficiis eſt Deus omnium: ſed in tentationibus ſuis tanquam proprium eum habent ſinguli electorum. Ita Bernard. *ſerm.* 2. *in, Qui habitat.* Confide igitur, ô peccator, in mortis ipſo puncto omnium periculoſiſſimo; D ibi enim habes Deum tuum, refugium tuum, ſuſceptorem tuum; ſpera in eum qui tunc maximè tuus eſt. Facit animos exemplum latronis, qui momento de cruce cœlum rapuit violenter. Vt enim (autore D. Auguſtin.) conſolatio ac ſpes eſſet totius populi, abſolutio vnius deſperati, & priuatum donum in publicum creſceret beneficium: dixit Dominus; Hodie mecum eris in paradiſo. Sic Auguſtin. *tom* 10. *ſer.* 45. *in appen.* Denique ſciat peccator, quantumuis in omnium ſcelerum genere inueteratus, quod verè & catholicè dictum eſt à D. Cypriano *tract. contra Nouatum*, his verbis. Non eſt ſerum quod eſt verum, nec irremiſſibile, quod voluntarium. Sic planè Chriſtiana pœnitentia nunquam, ſi venit, ſerò venit. Nec intempeſtiua, E ſi vera eſt. Qualibet hora adeſt opportuna, & matura; nec pudeat ita ſui peccatorem, vt renuat confiteri. Deus eſt, quem offendimus, qui nouit figmentum noſtrum: qui contritum & humiliatum non deſpicit, morbidam, vlceroſam, fœtidam ouem, quæ aberrauit, quærit, inuentámque in brachiis, atque in humeris portat, ploremus ſcelera noſtra: lacrymis enim (ait S. Gregor. Nazianz. *orat.* 18.) miſericordia viciſſim rependitur.

Pſalm. 9.

S. Bernard.

S. Aug. *Latro in cruce ſidelicam in Domino do... cuit.*

Cyprian.

*Pœnitentia ſemper opportuna.*

Dion. Carthuſ.

4. Sed mirum apparet (ait Dionyſ. Carthuſ.) quòd mulier credere potuit tentatorio tam per- A uersè de Deo loquenti? Et reſpondendum, quod mulier ex promiſſione ſerpentis quandam concepit elationem, quæ deinde corrupit rectæ rationis iudicium. Et quamuis non crederet Deum falſa dixiſſe, credidit tamen vera eſſe verba ſerpentis, & verba Dei eſſe prolata ad perterrendum, vel ad aliquid deſignandum, vt loquitur D. Auguſtin. Ita Dionyſ. Scitè admodum ſubnotata eſt à Carthuſiano muliebris elatio concepta quidem ex verbis ſerpentis: Nequaquam morte moriemini. Hauſit igitur mulier, auidéque arripuit immortalitatis promiſſionem. Hæc enim deerat vna ad conſtituendam inanis gloriæ amplitudinem, ad quam mu- B lier & ſuopte ingenio, & ſerpentis dolo vehementiùs incitante aſpirabat. De ſuperbis loquitur Iſai. capite 28. *Dixiſtis: Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* Ad quem locum ita Gregorius. Cum morte fœdus percutere eſt mala audacter perpetrare, & ea ſemper agenda promittere. Mala quippe indeſinenter faciunt, ſed diligendo quod faciunt, quaſi à mortis amicitia ſe nunquam recedere pollicentur. Ita Gregorius. Sublato enim timore mortis facilè laxantur ad omnem impietatem habenæ. Nihil quidem fortius tumorem mentis deprimit, ac ſuperbiæ motus componit, quàm mors ipſa, & vel ipſius mortis re- C cordatio. *In puluerem mortis deduxiſti me*, Pſalm. 21. ait regius Vates, ſuam omnem regalis gloriæ altitudinem videns tandem in puluerem mortis redactum iri. Mira virtus huiuſce pulviſculi, ad ſanandos arrogantiæ morbos; mira virtus ad abſtergendam inanis gloriolæ maculam, atque ornandam candidiſſimo humilitatis nitore animam. *Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra*, legitur Pſalm. 43. Hebraicè שחה *xachah*, incuruata eſt, procubuit. Sic enim animus elatione faſtuque tumens, vbi mortis recordatio ſubit, ex alto deiicitur: incuruatur, procumbit, vultu in terram demiſſo. Quid enim hominem magis humiliat, quam D mors & ſepultura? Nam oſſa humiliata dicuntur à Propheta, quæ in cineres redacta ſunt in ſepulchris. Deinde ponit in puluere os ſuum: vt habetur *Threnor.* 3. ſeu, vt vertit Chaldæus proſternitor coram Domino ſuo. In eundem ſenſum explicat Hugo de S. Victore. Ablata (inquiens) cogitatione ſuperbiæ, venit ad puluerem mortis anima. Nulla eſt enim humanæ mentis cogitatio ſic per ſuperbiam elata, quæ vel ad ipſam mortis recordationem, non deiecta funditus euaneſcat.

*Mulieris ſuperbia.*

Iſai 28.

*Obſtinatio in peccato, cum abeſt mortis timor.*

S. Greg.

Pſalm 21.

*Mortis recordatio continuo inoffuco.*

Pſalm. 43.

Pſalm. 50.

Thren. 3.

*Mors humiliat.*

Hugo V. A.

5. Iob cap. 17. *Putredini dixi: Pater meus es, mater mea & ſoror mea vermibus.* Locus quàm pulcherrimus ad præſens inſtitutum Inuenit igitur in morte ac ſepulchro ſanctus Iob patrem, & matrem, ac ſororem, ſéque filium ac fratrem puerulum effingit, qui ſola in parentum ac ſororis cura & ſtudio conquie- E ſcat. Sed non ſatis admiror emphaſim horum verborum. Nam ſecundùm S. Hieronym. ſenſus eſt. Quemadmodum quiſpiam mortalium ſine parentibus non poteſt exiſtere: ita & ego factus ſum; quaſi ſine putredine & vermibus eſſe non poſſem. Hæc Hieronym. Quod licèt de pœnis, quibus premebatur, intelligi debeat, de memoria tamen mortis & ſepulturæ non poteſt non optimè accipi. Tam dulcis igitur mors erat ſanctiſſimo Iob, vt eam ſe venerari & colere amaréque velut parentes & ſorores dicat.

Iob 17.

*Iob iucundè loquitur de morte.*

S Hieron.

Omnia

Omnia (inquit) mihi chariſſima in morte habeo: domum, parentum complexus, ſororum blanditiès. Mors mihi vnicum ſolatium, vti pueto parentes ac ſorores. Sic enim explicat Origen. Vt pueri (inquiens) conſolatores parentes habent, ſic ergo mortem & putredinem. Fortè ampliùs accipitur hic locus de paſſionibus animi, quæ non modò finiuntur in morte, verùm & mortis recordatione perdomantur. Rem ita explico. Quiritatur infans, ingemiſcit, in lacrymas ſoluitur, vel leui de cauſa. Quid ergo reſtat, niſi vt parens in brachia plorantem ſuſcipiat; niſi vt ſoror ludicro, aut crepitaculo ablandiatur.

*Origen.*

*Mortis recordatione perturbationes ſedantur.*

Actutum ſubſidit illa comploratio: fletus in riſum vertitur, diſſerenauit omninò illa tempeſtas. Accipe nunc; Fuerit igitur quis nimia moroſitate, delicatioréque ſui ſtudio infans, puerilibus appetitionum lenitatibus, huc illuc diſtrahatur; omnes omnino incompoſiti affectus in ipſo inſurgant, ac tumultuentur: ſuperbia intumeſcat, ira deferueſcat, ardeat libido, cupiditas ſtare loco neſcia ſurſum deorſum feratur. Profectò, ſi huiuſmodi perturbationibus æſtuans quiſque in terram, in puluerem, in ſepulchrum, in tabem, ſaniem, vermes, in mortem denique ipſam ſeſe, mentis cogitatione, proiecerit: illicò tota illa malorum affectuum pueriliter quiritantium turba conticeſcet.

*Mortis recordatio firmam reddit animam.*

O prudentem animam, ô verè Spiritus ſancti apem, quæ ingruente vento, tempeſtatéque oborta, ne (vt leuis eſt) facilè rapiatur in auras accepto lapidis ſepulchralis pondere, ſeſe librat, firmámque reddit: memorans vtique ſuæ mortis in æternum non peccabit. Ac perenniter cogitans de ſuo in alteram vitam diſceſſu, nec iſtam impenſiùs amabit, nec illam timebit: vt quæ, præſentia omnia ſibi aliena, futura verò ſuæ naturæ & deſiderio peropportuna computet. Qualis illa Monialis Ezychia, de cuius morte ita ſeribit D. Gregor. *Epiſtol. ex regiſtro 27. lib. 6.* Tranſitum Ezychiæ nunciaſtis, & magna exultatione gauiſus ſum, quia illa bona anima feliciter ad ſuam patriam peruenit, quæ in patria laborabat aliena. Ita Gregor.

*S. Gregor. Ezychiæ tranſitus.*

Denique ſerpens: Nequaquam (inquiens) morte moriemini, mulierem incredibili afficit lætitia; mortis enim timorem adimit, & vitæ perennis dulcedinem inſpergit. Cæterùm mortis recordatio nunquam non eſt vtilis: at nimia vitæ ſolicitudo plerunque à virtutis ſtudio abducit, præſertim religioſos, quorum inſtitutio eſt ſibi & mundo mori, at Deo ſoli viuere, quorum vita abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Hinc igitur D. Bernard. religiosè prudentérque ſcribit ad monachos, qui perpetuis affligebantur morbis, *Epiſtol. 321.* hiſce verbis.

*S. Bern. Religioſos dedecet nimia vitæ ſolicitudo.*

Compatior multum ego infirmitati corporum, ſed timenda multo magis, ampliúſque cauenda infirmitas animarum. Propterea minimè competit religioni veſtræ, medicinas quærere corporales, ſed nec expedit ſaluti: nam de vilibus quidem herbis, & quæ pauperes deceant, interdum aliquid ſumere tolerabile eſt, & hoc aliquando ſolet fieri. At verò ſpecies emere, quærere medicos, accipere potiones, religioni indecens eſt, & contrarium puritati, maximéque ordinis noſtri nec honeſtati congruit, nec puritati. Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scimus autem, quia qui in carne viuunt, Deo placere non poſſunt. Spiritualia proinde ſpiritualibus comparanda, & quærenda potio humilitatis, & clamandum in toto corde: Sana animam meam Domine, quia peccaui tibi. Huic ſanitati fratres operam date: hanc ſectamini, hanc ſeruate, quia vana ſalus hominum. Hæc Bernard. Ecquis non miretur tam inſignem religioſæ vitæ perfectionem? Saltem pudeat religioſum virum immoderato ſtudio curare corpus, & vitæ huic tam fragili, breuíque omnem impendere ſolicitudinem.

## SECTIO X.

*Scit enim Deus, quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri.*

1. Senſus horum verborum eſt: ideo vobis Deus prohibuit eſum de huiuſce arboris fructu; eo quòd certa & infallibili ſcientia, qua nouit omnium rerum dotes, facultates, virtutes, ac naturas, ſcit hanc vobis arborem fore vtiliſſimam; quippe quæ rerum omnium perfectiſſimam afferre poſſit cognitionem iis, qui fructum ipſius deguſtabunt. Quam quidem ſcientiam vobis ideo communicare non vult, quia & inuidus eſt, & parum veſtri amicus; quocunque igitur temporis momento fructum huiuſce arboris ederitis, aperientur oculi veſtri, nimirum tanta ſubitò perſpicacitas intelligentiæ vobis affulgebit, vt planè iudicetis vos antea infantes, ſciolos, atque adeò cæcos extitiſſe.

*Diabolus Deo iniurioſus.*

Ex quo intelliges ſerpentis aſtutiam in eo maximè laborare, vt apud Euam inſimulet Deum tanquam inuidum, auarum, immiſericordem eſſe; qua opinione de Deo mulier concepta, omnem amorem, reuerentiam, ac timorem erga Deum abiiciens, in peccatum effrænato impetu prolabetur. Non cõtentus (inquit D. Chryſoſt. *homil. 16.*) diabolus, quod dixerat contraria dictis Dei: Non moriemini; incuſat eum etiam vt inuidum opificem, quo ſic fraudes ſuæ procedant, & ſupplantata muliere propoſitum ſuum impleat.

*S. Chryſ.*

Eleganter autem idem Chryſoſt. adnotauit: cùm totus eſſet ſerpens in eſu arboris ſuadendo, nihil de potu, qui naturaliter illum ſubſequitur, dixiſſe, quia ſcilicet ipſe mulieri liquorem ſuum inſtillaſſet: Ecce (inquit) nihil niſi eſcam; calicem enim perniciali veneno plenum mulieri dedit, quæ lethiferum hoc eſſe videre noluit. Quapropter appoſita & parata videbatur ante oculos mulieris menſa mortis, vbi eſca pomum vetitum, potus erat ſerpentis conſilium, odium aduerſùs Deum diſplicentia præcepti, libertatis cupiditas, & inſania mentis elatio; quod venenum, tot ex materialibus commixtum à ſerpente propinatum mulier ebibit.

*Menſa mortis appoſita.*

Sed de hoc mendacio inuidentiáque & impietate ſerpentis contra Deum plura in ſuperioribus præmiſſa iam ſunt. Aduertendum hîc eſt, primæuos noſtri generis parentes, in ſumma mentis ſimplicitate, morúmque puritate, & candore procreatos eſſe, vti quoſdam infantes innocentes, mali, doli, fraudiſque ignaros, quo in ſtatu longè faciliùs patere inſidiis, capi dæmonum tẽtamentis, atque in prauas opiniones compelli poterant: nam (vt ait Ambroſ.) Eua, quæ beneuolentiam acceperat, maleuolentiam eſſe non ſuſpicabatur.

*Simplicitas priorum parentum.*

*S. Ambroſ. Eua malum non ſuſpicabatur.*

Atque vtinam ita forent omnia tuta, vt ſerpens nullus vſquam appareret, infantilis ille ſtatus, expers omnis doli ac timoris deſiderari, magníque æſtimari deberet. Sed ab illo ſerpẽte, qui primus autor & parens fuit inſidiarum, ac

fraudum; innumeri toto ſparſi orbe ſerpentes exorti extiterunt, vt iam vix pedem humi ponas, quin multos ſerpentes offendas. *Væ mundo à ſcandalis*, Matth. 18. Quocirca præſens mundi ſtatus id expoſcit, vt ad prudentiam, calliditatémque efficiamur ſerpentes, ne ſicut Eua doli ac mali neſcia decipiamur; non autem vt per fraudem ac venenum aliis noceamus.

*Matth. 18. Scandalis mundus ſcatet.*

2. Quo ſane conſilio bene inſtructus Dominus ad conuerſionem gentium diſcipulos ſuos deſtinauit. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ*, Matth. 10. Vbi S. Remig. Ideo Dominus hæc duo ſociauit, quia ſimplicitas abſque prudentia facilè decipi poteſt; & prudentia periculoſa eſt, niſi ſimplicitate temperetur, B aliciu nocendo. Pulchrè autem Dominus prædicatores ſerpentis prudentiam monet habere, quia primus homo per ſerpentem deceptus eſt; ac ſi diceret; quia hoſtis callidus fuit ad decipiendum, vos prudentes ſitis ad liberandum. Ille laudauit lignum, vos laudate crucis virtutem. Ita Remig. Quòd ſi (vt fert hominum conditio) minùs perſpicaci ſerpentis intelligentia calliditatéque præditus quis in deceptionem inſidiáſque veteratoris & inimici ceciderit, non idcirco exuat columbam, ſed manſuetudine quadam columbina moderatè omnia patienterque ferat; exemplo Chriſti Domini circa ingratitudinem proditionémque Iudæ: vbi vides niueam illam columbam in carniuori accipitris vngues incidentem, agnúmque mitiſſimum in dentes faucéſque lupi ferociſſimi penitus impactum, non proinde tamen & columbã & agnum eſſe deſiiſſe. At traditus eſt (quia ipſe voluit. Oculatiſſimus etiam hoc loco extitit Chriſtus Dominus, Dei ſapientia attingens & penetrans omnia. Et inprimis ſublimiore quodam conſilio prouidens futuram Iudæ proditionem; ne hominem (ſi minùs illius ſidei credere videretur) contra ſe irritaret, & contemptu ſic irritatus excuſationem aliquam, vel adumbratam, ſuæ proditionis afferret; illi etſi auaro, furi, rapaci pecuniam committens; maluit periclitari D marſupium, quàm Iudæ fidem ſuſpectam habeſi, famam ipſius labore, atque animum inde arrepta occaſione ad patrandum facinus concitari: quod D. Epiphan. *lib. contra hæreſ. hæreſ.* 38. ſic eleganter diſſerit: Iudæ Dominus tradit marſupium vt inexcuſabilis eſſet, qui propter auaritiam proprium Dominum tradidit in manus hominum. Quòd verò ad noſtrum exemplum ac diſciplinam electio Iudæ à Chriſto Domino facta fuerit, ſic oſtendit D. Ambroſ. *in 6. Luc.* Quanta moralitas Domini: ſuſceperat enim hominis fragilitatem, & ideo nec eas partes recuſauit infirmitatis humanæ; voluit deſeri, voluit prodi, voluit ab Apoſtolo ſuo tradi, vt tu à ſocio deſertus, à ſocio traditus moderatè feras tuum erraſſe iudicium, periiſſe beneficium. Sic Ambroſ.

*Matth. 10. Remig. Prudentiores contra ſerpentem.*

*Manſuetudo columbina.*

*Patientia & manſuetudo Chriſti cum Iuda.*

*S. Epiph. Cur Dominus crumenam tradit Iudæ.*

*S. Ambroſ. Patientia contra ingratos.*

E 3. Eo ſubinde nomine tolerabilior aliquanto videri debet Euæ transgreſſio; quòd mulier ſimplex, & fraudis ignara, errorúmque omnium adhuc inexperta, & tanquam clauſis oculis cæca, inſtigante & propellente calidiſſimo monſtro, in peccatum corruerit; ſimul enim & comederunt, & peccarunt, & aperti ſunt oculi amborum. Quanto igitur grauiùs nos, & inexcuſabiliùs ipſorum filij peccamus? apertis quidem oculis accedimus ad decerpendum lethiferæ arboris fructum; mortem videntes, ac

*Eua nonnihil excuſatur.*

A ſcientes nobis ipſi appetimus atque conſciſcimus. Nec iam noſtra delicta excuſantur ob ignorantiam, ſed ob ſcientiam, ac malitiam ingraueſcunt: non cæcia, ſed apertis oculis delinquimus aſtuti, & callidi, vt ille ſerpens callidiſſimus omnium animantium. Ac illud quidem erat, quod vel maximè hoſtis noſtri generis intendebat, vt ſcilicet aperirentur nobis oculi, & ea calliditate malitiáque peccaremus, quo grauiora eſſent delicta, nullamque proinde apud Deum inſcitiæ & imperitiæ excuſationem meritò afferre poſſemus. Et id quidem maximè ſi poſt primorum parentum tranſgreſſionem, imò & damnationem: ſumma enim B eſt malitia filios peccare, qui ſciant, videántque parentes & peccaſſe, & pœnis mulctatos puniri. Quam in ſententiam locus ille Pauli 2. *Corinth.* 13. mirabiliter conuenit. *Prædixi, & prædico, vt præſens vobis, & nunc abſens his, qui antè peccauerunt, & cæteris omnibus; quoniam ſi venero iterum, non parcam.* Vbi ſic D. Hieron. Qui poſt documenta priorum peccauerit, non ipſis parcam, quia antecedentium ruina ſequentes debet facere cautiores. Aperientur oculi veſtri, ait ſerpens. id maximè optitur, vt hominea circa fidem oculos apertos habeamus, nec vltra quod ſenſibus percipimus, mentem & fidem ſubuehamus. Quomodo poteſt hic nobis dare carC nem ſuam ad manducandum? quotidie dicunt hæretici, vbi caro Chriſti, vbi ſanguis, vbi eius anima, vbi tota humanitas, vbi diuinitas, quæ quidem omnia ſub hoſtiæ conſecratæ accidentibus fides catholica credit, agnoſcit, confitetur? apertos vult oculos ſerpens, clauſos verò Deus ipſe, qui conceptis verbis palàm dixit: Hoc eſt corpus meum; hic eſt ſanguis meus. Hoc facite in meam commemorationem. Sed ô fallaciam impudentiſſimam ſerpentis! à primis parentibus fidem exigit, à nobis fidem omnino amouet. diabolo dicenti credunt illi, Deo dicenti non credunt hæretici, mendacio ſerpentis fides habetur, veritati Dei fides negatur? Sed D præſtat audire Rupertum Abbatem de hac re luculentiſſimè diſſerentem. Malus (inquit) fructus, imò malus morſus, quo Adam per Euam vitam perdidit, & mortem inuenit. bonus fructus, quo genus humanum per Mariam mortem perdidit, & vitam inuenit. hoc eſt corpus meum; non videt ibi carnis & ſanguinis ſpeciem? Profectò nec Eua videbat promiſſam ſibi à ſerpente Dei ſimilitudinem: attamen illa credidit, quod non videbat, ſerpenti dicenti: Nequaquam moriemini, ſed eritis ſicut Dij; magis, quàm Deo dicenti, morte moriemini, in quocunque die ex eo comederitis. Plus, inquam, ſerpenti, quàm Deo credidit. Iuſta ergo lege, vt capiatur iſte reatus malæ credulitatis, exigitur fides; vt credatis, quod non videtis; credatis Deo dicenti, hoc eſt corpus meum, hic E eſt ſanguis meus, magis quàm ſerpenti, qui per hæreticos dicit, non eſt caro, non eſt ſanguis. Hæc Rupertus.

*Excuſatio nulla nobis eſt cum peccamus.*

*2. Cor. 13.*

*S. Hieron. Peccatores ſecundos, quàm primos puniri grauius.*

*Ioan. 6.*

*In fide nõ oculi, ſed aures aperiuntur.*

*Hæretici diabolo, non Deo credunt.*

*Rupert. h. Maria inuenit vita.*

4. Quinimò fides catholica non apertos modò oculos non habet, ſed ne oculos quidem, tota eſt aures animæ, vt egregiè vocat Clemens Alexand. 2. *ſtromat.* Nec immeritò Angeli de ornanda ſorore, anima ſcilicet hominis, inter ſe colloquentes, non ad oculorum aut ornamentum, aut oblectamentum quicquam comparantes, toti fuerunt in conquirendis aurium lenociniis: *Murenulas* (inquiunt)

*Fides aures habet, non oculos.*

*Clem. Alex.*

aureas

Cant. 1. *aureas faciemus tibi vermiculas argento*, Cantic. 1. A
etſi verò alij aliter ſentiant, animus in præſentia
S. Greg. eſt ſequi D. Gregor. & D. Bernardum, qui pro
murenulis aurium, ornamenta intelligunt; ſed
S. Bern. melle dulcior fluit interpretatio D. Bernard. ad
hunc modum, *ſerm.* 41. Sodales ſponſi (Ange-
*Fides ornamentum animam Eccleſiæ.* los intelligit) ſponſam quaſi conſolantur tali
promiſſione, quòd donec perueniat ad viſionem, cuius ſic flagrat deſiderio, facturi ſint illi murenulas pulchras, & pretioſas, quæ ſunt aurium ornamenta. Atque hoc propterea, quia fides ex auditu, & quandiu per fidem ambulatur, & non per ſpeciem, danda opera potiùs inſtruendo auditui, quàm viſui exercendo. Fruſtrà namque intenditur oculus, qui non ſit fi- B
du mundatus, cum ſolis, qui mundo corde
*Fides præparat ad viſionem Dei.* ſunt, videndi copia promittatur. Quia ergo fides ex auditu, & ex illa viſus purgatio eſt, meritò illi ornandis auribus intendebant, dum auditui, ſicut ratio docuit, viſus ſit præparatio. Tu (inquiunt) ô ſponſa intuendi dilecti inhias charitati; ſed hoc alterius temporis eſt. Damus autem impræſentiarum ornamenta auribus tuis; quod erit tibi interim conſolatio, erit & præparatio ad hoc ipſum quod poſtulas.
Pſalm. 44. Ac ſi illud Prophetæ ei dicant: *Audi filia, & vide*, Pſalm. 44. Videre deſideras, ſed audi priùs: gradus eſt auditus ad viſum, proinde audi, & inclina aurem tuam ornamentis, quæ C
tibi facimus, vt per auditus obedientiam ad
*Obedientia præparat ad gloriam.* gloriam peruenias viſionis. Nos auditui tuo damus gaudium & lætitiam, *Pſalm.* 50. Nam viſui
Pſalm. 50. non eſt noſtrum dare (in quo gaudij plenitudo, & tui deſiderij adimpletio eſt) ſed illius, quem diligit anima tua, ipſe vt gaudium tuum plenum ſit, oſtendet ſeipſum tibi, ipſe
Pſal. 15. adimplebit te lætitia cum vultu ſuo, *Pſalm.* 15. Tu interim accipe ad conſolationem murenulas has de manu noſtra; cæterùm delectationes in dextera eius vſque ad finem. Hæc omnia S. Bernardus de Catholica fide. Quia verò murenulas ſumi pro catenulis conſtat inter
Hailgr. doctos; meritò locum explicans Hailgrinus D
de matre Dei virgine, intelligit virtutes à tota Trinitate infuſas Virgini in auream catenam contexas, diſtingui argenteis punctis, hoc eſt, puriſſimo nitore caſtitatis. Etenim Deo virginitate placuit. Quòd ſi fidem virginis etiam murenulis ſignificari velis, optimè quidem. beata enim illa dicitur quæ credidit,
Luc. 1. *Luc.* 1. Illa omnes confutat ac diſſoluit hæreſes; & hæreticos obruit, ac demergit in profundum obliuionis. Nec mirum alicui videatur quòd tanta polleat poteſtate Virgo ſanctiſſima. eſt enim Dei mater. Ad illam Spiritus ſanctus ait. Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. hoc eſt regium inſigne & ornamentum, quo per torquem ſignificato Ioſeph & Daniel à regibus ſunt donati, à me ô Virgo accipies aureum; referens ſcilicet diui- E
næ meæ potentiæ aurum: vt omnia poſſis, quæ
*B. Maria potentia.* Omnipotentem paris. ac torques ille tuæ poteſtatis argenteis diſtinctum notis renidebit: eo quòd diuinæ huius omnipotentiæ, in gratiam tuæ virginitatis argenteæ facta eſt communicatio.

5. *Aperientur oculi veſtri.*] Nullum non lapidem mouet diabolus, vt religioſam vitam impugnet: atque illam, quia nihil ſublimius ac ſacratius in religioſo inſtituto eſſe conſtat, obedientiam, ſi minus abolere & labefactare, at

A certè imperfectam & parum religioſo viro dignam poſſit efficere. Quo enim obedientia minus habet oculorum, & plus cæca eſt: eo generoſior atque illuſtrior habetur. Apparent *Iſai.* 6. Iſai. 6.
Seraphim, thronum Dei circundant, paratos *O[bedientia] cæca religioſorum.*
ſe oſtendunt iubenti ad parendum, toti quippe ſunt alti, imò & alas explicant, & commouent ad volatum; ore Dei maieſtatem intonantes ſimul ſe excitant ad exequendum quodlibet imperium, ſi iubeantur. Ad faciem tamen pennarum velamento obuoluunt; nimirum vt ſine oculis nec iuſſa diſcernant, nec interpretentur; ſed imperantis vocem audientes, velut exoculati ferantur impetu ad volandum. *Lucerna pe-*
B *dibus meis verbum tuum*, Pſalm. 118. dicit regius Pſal. 118.
Vates in ſummum obedientiæ teſtimonium. Vide, obſecro, vbi lucerna micanti fulgore præferatur, & regat inceſſum; non oculis, ſed pedibus obiicitur? An quia Rex obediens oculos *Obedientia cæca in Dauide.*
non habeat, & in obediendo cæcus ſit? an quia totus ſit pedes ad currendum in mandatis Dei obeundis? an quia vbi pedes ad curſum parati ſunt, vbi tantùm oculi reſideant, vt videant id ſolum, quò pedes ex obedientiæ præſcripto diriguntur? Deinde non aliud lumen illuſtrans oculos, vbi locorum ſint, & viam diligens affulget, niſi ipſum verbum, vox, & mandatum præcipientis. Nec enim perfectus obediens, aut ocu-
C los habet, aut lumen intelligentiæ quo diſcernat; ſciens vtique ſuum eſſe, non prælati diiudicare ſententiam, ſed illi tantùm obtemperare. Etenim pro oculis & pro lucerna, pro lumine, pro intelligentia, & iudicio, ſolam ſibi aſſumpſit ipſam iubentis vocem; ex quo ſe obedientiæ iugo pro Deo mancipauit. Cuius tam perfectæ, quàm cæcæ & exoculatæ obedientiæ typum ego agnoſco in Lazaro defuncto, qui ad ſolam Domini iubentis & euocantis vocem, *La-* Ioan. 11.
*zare veni foras*, Ioan. 11. excitatus enterſit, & facies illius, vt Euangeliſta aduertit, ſudario erat ligata. Quod miraculum D. Ambroſ. *lib. de fide* S. Ambroſ.
*reſurrect.* expendens ſic ait. Audiuit defunctus *Obedientiam cæcam Lazarus exprimit.*
D vocem Domini clamantis, & exiuit foràs de monumẽto, ligatus pedes & manus inſtitis, & facies eius ſudario colligata erat. Cõprehende ſi potes, quemadmodum clauſis oculis iter carpat, vinctis pedibus gradum dirigat, inſeparabili greſſu, ſeparabilique progreſſu. Virtute enim diuinæ præceptionis operante, natura ſuum non requirebat officium. Et tanquam in exceſſu poſita, non iam ſuo ordini, ſed diuino nutui ſeruiebat. Rumpebãtur priùs mortis, quàm ſepulturæ vincula: agebatur priùs, quàm parabatur inceſſus. Sic Ambr. At qui rectò (inquies) incedam, ſi cæcus ſim? offendam, deerrabo, cadam cęcus in foueam. Heus tu, ipſe tutus eris obedientiæ præcepto. Hoc lumen, hic cuſtos aderit; vnde D. Bern. *Epiſt.* 321. S. Bernard.
ad monachos ſcribit. Sic ſtate in Domino ſolli- *Obedientia cuſtos religioſorum*
citi ſemper circa cuſtodiam ordinis, vt ordo cu-
E ſtodiat vos. Sic ille. Nos enim & ordo & obedientia cuſtodit, atque in Deum rectò dirigit.

6. Atque vtinam hæc ſancta & ſincera obedientiæ cæcitas in Adamo & Eua ineſſet, nec apertis malè oculis Dei præceptum diſquirerent, ſed tantùm præcepto obedirent: planè illi & nos viueremus. Pulchrè D. Aug. *in Pſal.* 70. *concion.* 2. S. Aug.
hunc eundem locum pertractans ſic ait. Homo *Obedientiam Deus exegit ab Adamo.*
poſitus ſub præcepto audiuit à Domino Deo: Noli tangere. quid? Hanc arborem. Quid eſt enim illa arbor? ſi bona eſt, quare non tango? ſi mala eſt, quid facit in paradiſo? Prorſus ideo

eſt in paradiſo, quia bona eſt: ſed nolo tangas. Quare non tango? quia obedientem te volo, non contradicentem ſeruum. Ad hoc ſerue, ſed noli male ſerue: ſerue, audi priùs Domini iuſſum, & tunc iubentis diſce conſilium; bona eſt arbor, nolo tangas. Quare? quia Dominus ſum, & ſeruus es. Hæc tota cauſa eſt. Si parua eſt, dedignaris eſſe ſeruus. Quid autem tibi expedit, niſi eſſe ſub domino? Quomodo eris ſub domino, niſi fueris ſub præcepto? Porrò ſi expedit tibi eſſe ſub domino, & ſub præcepto, quid tibi iuſſurus erat Deus? Aliquid enim quærit abs te. Offer mihi ſacrificium, dicturus eſt tibi? Nónne ipſe fecit omnia, in quibus & te fecit? Obſequere mihi, dicturus eſt tibi, ſiue ad lectum cùm requieſco, ſiue ad menſam cùm me reficio, ſiue ad balneas, cùm lauo? Quia ergo nullo abs te indiget Deus, nihil tibi debuit iubere? Si autem debuit aliquid iubere, vt te, quod tibi expedit, ſentires eſſe ſub domino, ab aliqua re prohibendus eras, non propter illius arboris malitiam, ſed propter tuam inobedientiam.

*Obedientia palmam præfert.*

Non potuit Deus perfectiùs demonſtrare, quantum ſit bonum obedientia, niſi cùm prohibuit ab ea re, quæ non erat mala. Sola ibi obedientia tenet palmam, ſola ibi inobedientia inuenit pœnam. Hæc Auguſtin. Quibus nihil elegantius dici poſſet, ad incuſandum hominem, ad excuſandam præcepti legem, atque ad oſtendendam obedientiæ excellentiam. Quantum verò Deus oderit, ac deteſtetur iudicium diſcernendi circa Dei ſtatuta, voluntatémque lege indicta demonſtratam, illud etiam confirmat, quod refertur Matth. 16. *Cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporteret eum multa pati, & occidi, &c. Et aſſumens eum Petrus cœpit increpare, dicens: Abſit à te Domine, non erit tibi hoc. Qui conuerſus dixit Petro: Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum.* Quem locum D. Auguſtin. exponit *in Pſalm.* 55. ad hunc modum: Quare Satanas, qui paulo antè beatus, & petra? quia præcedere Dominum volebat, & duci cæleſti terrenum dare conſiliũ. Abſit Domine, non fiat iſtud. Dicis: *Abſit*, & dicis, *Domine?* Vtique ſi Dominus eſt, poteſtate facit. Sic magiſter eſt, nouit quid faciat, nouit, quid doceat. Tu autem vis ducere ducem, docere magiſtrum, iubere Domino, imperare Deo. Multum præcedis, retrò redi. Sic Auguſtin. Idipſum pertractans *in Pſalm.* 34. *concion.* 1. hæc adiungit. Petrus præcedere voluit Dominum, quando Dominus de paſſione ſua futura diceret, conſilium illi quaſi ſalutis voluit dare, conſilium ſalutis æger Saluatori. Præcedere volebat, vt Dominus ſequeretur. Et ille: Vade retrò Satana: præcedendo Satanas es, ſequendo diſcipulus erit. Hæc Auguſt. quæ ad obedientiam facilè aptari poſſunt: nam ſubditus Petrum, prælatus Chriſtum Dominum repræſentat: ille humana fretus prudentia cæcutit, iſte ſecundùm ſpiritum conſulit ac regit; ſic enim Dominus Petro: Non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum. Nimirum (vt ſubnotauit S. Chryſoſtom.) turpe admodum Chriſto id futurum æſtimauit Petrus rem ipſam terrenis cogitationibus metitus. obiurgans autem illum Dominus paſſionis ſuæ impedimentum ex diaboli eſſe conſilio demonſtrauit. Ita Chryſoſt. Sed quæres qui fieri poſſit, vt Petrus qui paulo antè regni cæleſtis claues acceperit, nunc tam prauè iudicet, vt meritò Satanas à Domino appelletur? Ergóne in Petro cum regni cæleſtis clauibus error eſſe potuit? Sed ſi conſideret (reſpondet S. Hieronym.) qui hoc quærit, Petro illam benedictionem, ac poteſtatem, & ædificationem ſuper eum Eccleſiæ, in futuro promiſſam, non in præſenti datam intelliget. Ædificabo (inquit) ſuper te Eccleſiam meam, & tibi dabo claues, &c. omnia de futuro. Quæ ſi ſtatim dediſſet ei, nunquam in eo prauæ confeſſionis error inueniſſet locum. Sic Hieronym. In Petro cum clauibus vera eſt doctrina fidei; nulla verò, vel tantula erroris vmbra eſſet poteſt.

*Matth. 16.* — *S. Aug.* — *Petrus malè Chriſto conſilium dat.* — *Inobedientia Satanæ propria.* — *S. Chryſ.* — *S. Hieron.*

7. Scit Deus, quòd aperientur oculi veſtri. Non aliunde hoc vitium tam execrabile potuit, quàm ab Orco prodire: ibi natum & nutritum, ſubinde ſerpentis ore pronunciatum, atque hominum animis infuſum eſt. Nimirum, ea ſolet eſſe hominum malè de aliis iudicantium iniquitas, vt in deteriorem partem plerumque interpretentur, ac temere condemnent, quod in aliis vident, audiúntve. Verumtamen ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid verum dicetur? *Eccleſ.* 34. Profectò nulla certior via, ad cuiuſque animum moréſque dignoſcendos oſtenditur, quàm ſi attendas, quid & qualiter aliorum facta & dicta iudicet. Etenim malo oculo nihil bonum apparet, nec bono quicquam malum. An non Adamus & Eua iiſdem omnino oculis nuditatem ſuam ante peccatum quidem, ſine vllo rubore vſurpabant: at poſt peccatum vſque adeò erubuerunt, vt latebras quærerent, & folia conſuerent, vt pudori occurrerent? Sed ſi aduertas; bonis & ſanctis oculis ipſamet nuditas nequaquam turpis: malis verò, & impuris poſt peccatum turpiſſima videbatur. Qua de re inferiùs ſuo loco. Sapienter D. Nazianz. *Orat.* 14. de hoc vitio multa dicit; inter alia verò, hoc vnum attexam. Iniqua rerum regula, hoc eſt, contentione atque iracundia vtimur. Et quemadmodum eadem terra ſanis quidem ac minimè læſis fixa & ſtabilis eſt; iis autem qui circumaguntur, ac vertigine laborant, moueri, nimirum aſpicientium vitio ad rem aſpectam tranſeunte. Aut ſi mauis, quemadmodum idem columnarum ſpatium his, qui propiùs diſtant, maius; iis autem, qui longiùs remoti ſunt, minus videtur, aëre ſcilicet ob interſtitium velut ſurrepto, ac viſu ea quæ craſſiora ſunt connectente. Ita nos quoque ob inimicitiam facilè decipimur, nec de iiſdem rebus eadem amantes & non amantes iudicamus. Sic Nazianz. Videant iamnunc, qui iudicant; quo ſenſu, odiíne, an amoris ducantur. Ergo caritas & Chriſtianæ mentis ſinceritas, nihil non interpretari ſolet in meliorem partem; eiúſque oculis, vt ait D. Chryſ. quæ ſunt vilia, apparent pretioſa: & quæ ſunt parua, videntur magna. Nouerat Dominus ambitionem diſcipulorum, cùm ad petendas cathedras acceſſerunt: non tamen iccirco ambitioſos & arrogantes compellat, imò excuſare videtur, quòd ex ignorantia lapſi fuerint. Ait enim: *Neſcitis quid petatis*, Matth. 20. Dormierunt tres, inter reliquos, Domino dilectiſſimi, nocte paſſionis in horto, qui iuſſi fuerant vigilare & orare. Ergo Dominus vbi inuenit eos dormientes, non acriùs increpat, ſomnolentos, ſocordes, inobedientes inclamando: ſed infirmitatem carnis tantùm incuſat, vt eos excuſet. *Sic non potuiſtis vigilare mecũ; ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.* Præterea in his verbis temerariam hominis inanitet de ſe præſumentis confidentiam perſtringit, vt ſic adnotauit

*Eccleſ. 34.* — *S. Bernard.* — *Naz.* — *Iudex ſit prauorum.* — *Caritatis oculo nihil vile.* — *S. P. Chryſ.* — *Matth. 20.* — *Proximorum vitia excuſanda.* — *Matth. 26.*

notauit S. Hieron. Hoc aduerſùm temerarios, qui quicquid crediderint, putāt ſe poſſe cōſequi. Itaque quantum de ardore mentis confidimus, tantum de corporis fragilitate timeamus. Hæc Hier. O diſcamus, obſecro, ab eo, qui mitis & humilis corde: nec in proximos ferinam rabiem diſtringamus. Omnis quidem res habet duas anſas; vt trita priſcis etat parœmia. Ergo vaſculum arripe per illam anſam, quæ ab igne diſtat, non per eam, quæ cum igni ſit proxima, & calore exæſtuat, & nigredine fuliginéque fœtet.

*S. Bernard.*

8. Digna D. Bernardo ſententia, ſic habet ad noſtrum inſtitutum *ſerm. 40. in Cant.* Caue alienæ conuerſationis eſſe, aut curioſus explorator, aut temerarius iudex. Etiamſi perpetam actum quid deprehendas, nec ſic iudices proximum, magis autem excuſa; excuſa intentionem, ſi opus non potes, puta ignorantiam, puta ſubreptionem, puta caſum. Quòd ſi omnem omnino diſſimulationem rei certitudo recuſat, ſuade nihilominus ipſe tibi, & dicito apud temetipſum: Vehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa feciſſet, ſi accepiſſet in me ſimiliter poteſtatem. Hæc Bern.

*Vita proximorum quomodo ſunt iudicanda.*

Quæ quàm ſint optima, & obſeruatu digniſſima, nemo non videt. Aduerte tamen huiuſmodi doctrinam in iis tantùm habere locum, qui publico, aut paſtorali officio atque omni regiminis præfectura carent: aliter enim procedit in iis, qui regunt & præſunt. Addit igitur idem Bernard. Memento me modò alloqui ſponſam, & non amicum ſponſi inſtruere, cui alia ratio eſt diligentiùs obſtruendi, ne quis peccet; & explorandi, an peccet; & emendandi, ſi peccatum fuerit: à qua ſanè neceſſitate ſponſa libera eſt, ſolè viuens ſibi & ipſi, quem diligit, ſponſo pariter & domino ſuo. Hæc Bernard.

*Prælatos oportet eſſe oculatos.*

Quocirca Prælatos & Rectores animarum oportet non modò non conniuere, non dormire, non cæcos eſſe: ſed ita inuigilare, vt toti ſint oculati, ſapientiáque pollere, quæ per apertos oculos ſignificatur. Nealioqui ſi obtuſi & inſipientes ſint, cæci, & duces cæcorum habeantur. Hæc autem ſapientia non ea eſt, quæ in ſcholis, aut lectione librorum acquiritur, ſed quam Spiritus ſanctus animæ imprimit; & vir iuſtus, orando & meditando, & ſeipſum in conſpectu Dei accuſando addiſcit.

*Vnde Prælati & prædicatores habeant.*
*S. Gregor.*

Qua ſatis inſtructi erant ij, de quibus ita ſcribit D. Gregor. *Epiſt. 27. ex regiſtro, lib. 6.* per compunctionis gratiam fontem ſapientiæ intus habent: & meæ ſiccitatis guttas paruulas ſuſcipere non debent. In paradiſo pluuia non fuit; ſed fons aſcendebat de medio paradiſi, qui irrigaret faciem terræ, illæ ergo animæ, quæ per compunctionis gratiam fontem in ſemetipſis habent, de aliena lingua pluuiam neceſſariam non habent. Hæc Gregor. Itaque Prælatus (quod ſimiliter de prædicatore dicendum eſt) fontem in ſeipſo diuinæ gratiæ intus affluentem habere debet; vt ſubinde ad irrigandos & fœcundandos aliorum animos effluat. Monuerim denique ſerpentem calidiſſimum interdum elaborare, non vt aperiantur oculi Prælatorum, ſed vt ſoporentur etiam dulci quodam ſomno contemplationis, cui ſtudium omne impendentes debitam ſui muneris curam dereliquunt.

*Prælatis ſolicitudo potior, quàm contemplatio.*
*S. Bern.*

Quo in argumento egregiè diſſerit D. Bern. ad locum Cantic. ſupra indicatum, hiſce verbis: Cæleſtes adminiſtratorij ſpiritus peregrinanti in terris ſponſæ faciunt torrenulas aureas vermiculatas argento. Vide autem quomodo illa aliud cupit, & aliud accipit: & nitenti ad contemplationis quietem, labor prædicationis imponitur: & ſitienti ſponſi præſentiam, filiorum ſponſi pariendorum alendorúmque ſolicitudo iniungitur; neque nunc tantum accidit illi hoc, ſed & alia vice cum ſponſi amplexus & oſcula ſuſpiraret, reſponſum eſt ei, quia meliora ſunt verba tua vino, *Cantic. 1.* vt ex hoc ſe intelligeret matrem, atque ad dandum lac paruulis, nutriendóſque filios reuocari.

*Cant. 1*

An non res iſta quondam in ſancto Patriarcha Iacob præfigurabatur, cùm fruſtratus optatis, diúque expectatis Rachelis amplexibus, pro ſterili & decora, fœcundam & lippam inuitus atque ignarus accepit, *Geneſ. 29.* Ita ergo nunc ſponſa ſcire cupiens & inquirens, vbi in meridianis horis dilectus paſcat & cubet; murenulas pro eo reportat aureas vermiculatas argento, id eſt, ſapientiā cum eloquentia; haud dubium quin ad prædicationis opus. Docemur ex hoc ſanè intermittenda plerumque dulcia oſcula propter lactentia vbera, nec quemquam ſibi, ſed omnes illi, qui mortuus eſt pro omnibus, eſſe viuendum. Sic Bern.

*Geneſ. 29.*
*Sapiētia cum eloquentia.*

---

## SECTIO XL

*Eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum.*

1. INſtat ſerpens callidè mulierem inducere ad appetendum nouum quendam alium ſtatum, multo liberiorem, in quo apertos illa & maritus habeant oculos, quos Deus in præſenti ſtatu occluſerat, ne quid boni malíque ſit apertè videant, & in quo perfectam habeant cognitionem rerum, atque adeò videntes ac ſcientes, non proximè modò ad Deum accedant, ſed diuinitatem ipſam ſortiti, alteri iam in mundo dij habeantur, quæ omnia tam ſupra omnem naturam, & humanæ menti appetibilia, vel ex ipſo tantùm vetitæ arboris fructu delibato, haud dubiè conſequentur.

*Serpens ad diuinitatem inuitat mulierem.*

Vnde ſerpens non obſcurè inſinuat mulieri Deum parum ipſorum amantem, imò & auarum, atque inuidum, ideo arboris illius fructum prohibuiſſe, ne cogeretur tantam excellentiam & ſapientiam illis communicare, haberétque ſuæ diuinitatis illos conſortes. *Eritis* (inquit) *ſicut dij ſcientes bonum & malum.* Ac primò quidem expendendum eſt in hac promiſſione diuinitatis nomen illud, *dij*, In quo (ait D. Ambr. *de paradiſ. cap. 13.*) licèt aduertere idololatriæ auctorem eſſe ſerpentem, eo quòd plures deos induxiſſe in hominum videatur errorem, quadam ſerpentis aſtutia; & hoc feſellit, quia homines ſicut dij. Non ſolùm enim ſicut dij eſſe homines deſierunt, ſed etiam qui quaſi dij erant, quibus dictum eſt: *Ego dixi, dij eſtis*, Pſalm. 81. ſui gratiam perdiderunt. Sic Ambroſ.

*Idololatria ſerpens inuentor.*
*S. Ambroſ.*
*Pſal. 81.*

Rectè Procop. Statim (inquit) diabolus ſemina ſpargit impietatis, vt homo credat plures eſſe deos. Verùm eam impietatem conueniebat ex ore ſerpentis proferri, vt qui eam ſectantur, ei ſimiles comprobentur. Sic ille. Iuſtin. Martyr. *libro contra gentes*, ſimiliter docet diabolum his verbis pluralitatem deorum inuexiſſe, iactis conſequenter fundamentis ad idololatriam, qua deinde genus humanū contaminatum aduerſùs Deum vnum & verum armauit, quod flagitium omnium grauiſſimum egregiè appellat Tertul. *lib. de idololat. cap. 1.* Principale crimen generis humani, ſummum ſeculi reatum, totam cauſam iudicij idololatriam. Hanc etiam explicationem commendat D. Chryſoſt.

*Procop.*
*Iuſt. Mart.*
*Idololatria crimen principale.*
*Tertull.*
*S. Chryſ.*

in *Pſal.*13.cuius hæc ſunt verba. Quicunque multos deos adorat, dicit: Non eſt Deus. Multorum deorum amiſſio, eſt vnius negatio. S.Paulus *ad Epheſ.*2. dicit gentes ſpem non habentes, & ſine Deo in mundo, & quomodo Epheſij ſine Deo. ſed propterea ſunt impij & ſine Deo, quòd cùm multos deos elegerint, ab vno exciderunt. Primus inſipiens diabolus; qui inſipientiæ fuit primus ſeminator, qui primus præco deorum: Eritis ſicut dij. qui autem multos dicit, vnum negat. Ita Chryſoſt.

Ad Eph. 2.

*Deus non vnum eſſe non poteſt.*

2. In hoc etiam nititur ſerpens Dei maieſtatem eleuare & imminuere, quippe qui talis Deus ſit, qui plures habeat, aut facile poſſit habere ſuæ diuinitatis ac nominis conſortes: quod eleganter ſic adnotauit Procopius ad hunc locum, *Eritis ſicut dij*; non vt Deus, ſed vt dij; volens, vt inſueſcerent, nihil magni ſentire de Deo, & vt exiſtimarent eum nec ſolum eſſe Deum: poſſe enim & alios eſſe tales, qualis ipſe ſit. Ita Procopius. Adiungit idem inferiùs ad verſum, *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis.* diabolum, cùm ſit ſuperbiſſimus, ſeipſum velle commẽdare diuinitate etiam præditum. Sic enim ait. Sicut dij (inquit) nimirum ſeipſum Deum faciens, & apoſtatarum Angelorum cæteruam hoc nomine dignam iudicãs. Hæc ille. Quin verò (vt ait D. Chryſoſt.) ſemper in augmenta facinorum proſilitur: inducta ſemel à ſerpente in orbem deorum multitudine vſque adeò communem, & quaſi triuialem commentus eſt diabolus diuinitatem, vt & metallis, & lignis, & lapidibus eam attribuerit, quo turpiore piaculo mortales ſe obſtringerent; ac ſupra omnem modum & menſuram Deus ipſe tam abiecta diuinitatis nomenclatura offenderetur. Euenit ergo quod commemorat Clem. Alexand. *ad Gentes.* Maligna (inquiens) & ſerpens bellua homines affligit, barbarorum ritu puniens, qui dicuntur cadaueribus alligare captiuos, donec cum ipſis quoque putreſcat. Hic ergo malus tyrannus quoſcumque ſibi potuerit vindicare lapidibus, & lignis, & ſimulachris miſero ſuperſtitionis vinculo viuos addicens, vnà cum eis ſepelit, donec vnà cum eis interierint. Ita Clem. Hinc etiam in aliud atque aliud grauius ſemper ac fœdius barathrum miſeri homines impellente dæmone corruentes, deos (vt ait D. Nazianz. *orat.*1. *de Theolog.*) ſibi condiderunt turpiſſimis facinoribus claros. Item *orat.*2. vitioſiſſimi quique vitia ipſa fœdóſque affectus deos eſſe cẽſuerunt, aut certè ſub deorum nomine coluerunt, iram nimirum, cædem, libidinem, temulentiam, non æquam, nec honeſtam hanc ſcelerum ſuorum excuſationẽ nacti. Idem *in oratione in ſancta lumina*; Deos vitiorum patronos effinxerunt, vt peccatum non modò crimine careat, ſed etiam diuinum cenſeatur, ad ea ſcilicet, quæ pro dijs adorantur, defenſionis cauſa confugiens. Hæc Nazianzenus. Quia verò tam turpe, & indignum homine rationis participe ſapientibus viſum eſt, homines qui fuiſſent flagitiorum immanitate in terris nobilitati, deos nominari; paſsímque poëtarum carminibus decantari, Iouis, Veneris, Bacchi, Apollinis, aliorúmque huiuſcemodi mõſtrorum, adulteria, inceſtus, meretriciáſque turpitudines; aliò diuerterunt plerique Philoſophi confringentes iis deorum nominibus, non vitioſos aliquos homines, ſed res ipſas naturales coli, ſub illa nomenclatura, à quibus nimirum humano generi multa & præcipua emolumenta proueniunt, quales ſunt ſol, cæterique planetæ, ac

*Serpens Dei maieſtatem imminuit.*

Procop.

*Serpens Deū ſe eſſe fingit.*

*Idololatria quantum creuerit.*

Clem. Alex.

*Idololatra vobis viuis cadaueribus alligat.*

S.Greg. Naz.

*Idololatria turpes homines, ac turpitudines coluerunt.*

*Idololatria peccatum diuinum fecerunt.*

*Idololatria res naturales coluns.*

ſydera, ignis, aër, aqua, tellus, &c. vti adnotauit Tertull. 1. *contra Marcionem. cap.* 13. his verbis. Vulgaris ſuperſtitio communis idololatriæ, cùm in ſimulachris de nominibus & fabulis veterum mortuorum pudet, ad interpretationem naturalium refugit, & dedecus ſuũ ingenio obumbrat. Sic Tertul. Sed præterquam quòd ſit hæc philoſophandi ratio ſumma impietas; eſt inſuper ſtultitia inſigniter irridenda. An non puerile eſt beneficiorum omnium autorem deſpicere, & ipſamet dona beneficiáque tantum ſuſpicere? Pueri hoc nonnunquã agunt; famulos qui à pane procul abſente munera filiis aſportant in paterni amoris teſtimonium, grauiter excipiunt, complectuntur, iíſque gratias habent quàm poſſunt maximas; de patris autem nomine ac memoria nihil omnino curant. Ita planè habet eorum vecordia, qui ſolem, ſtellas, cælum, elementa, reliquas etiam creaturas impenſiùs colunt, imò & quod omnem flagitij modum excedit, diuinis honoribus venerantur; nec tamen Deum ipſum agnoſcunt, ac rite colunt; cuius famuli legatíque ſunt omnes illæ creaturæ; qui dona omnia beneficiáque hominibus tanquam filiis cariſſimis per ſeruos miſit, quæcunque ab ipſis creaturis in mortalium vtilitatem ac voluptatem importantur.

Tertull.

*Deus beneficia per creaturas nobis communicat.*

3. Igitur mulier promiſſione ſerpentis illecta, & (vt aduertit D. Chryſoſt. *homil.* 16.) ſpe diuinitatis inflata ſecum magna quædam concipiebat, atque vt diuinitatem mente imaginata eſt ad eſum properauit. Rupertus eandem ambitionem diuinitatis in muliere agnoſcens: Cur diabolus (inquit) ceciderat de cælo, niſi quia ſuperbiendo dixerat: Ero ſimilis Altiſſimo? Nempe hoc eodem flatu tumida dixit mulier, dixit, inquam, quia putauit, quod comedendo fieret ſimilis Altiſſimo. Hæc Rupert. D. Bernard. *ſerm.* 1. *de aduentu Domini*, arbitratur iſtam Dei ſimilitudinem, quam ſerpens promiſit, & primi parentes appetiuerunt, in eo conſiſtere, vt Verbi diuini, cui appropriatur ſapientia, ſimiles illi circa rerum cognitionem euaderent. Sed melle dulcior ſic fluit oratio Bernardi. Fugite ſuperbiam, fratres mei, quæſo multum fugite; initium omnis peccati ſuperbia, quæ tam velociter ipſum quoque ſyderibus cunctis clariùs micantem æterna caligine obtenebrauit Luciferum, quæ non modò Angelum, ſed Angelorum primum in diabolum commutauit. Vnde & protinus inuidens homini, quam conceperat in ſemetipſo, in eo peperit iniquitatem; ſuadens, vt lignum vetitum guſtans fieret ſicut Deus, ſciens bonum & malum; quid enim polliceris, quid promittis miſer: cùm filius Altiſſimæ ſcientiæ clauem habeat. Imò & ipſe ſit clauis Dauid, qui claudit, & nemo aperit? In eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi; túne eos, vt homini præſtes, iniquè furaberis? Videtis, quia verè iuxta Domini ſententiam *Ioan.* 8. mendax iſte & pater mendacij, nam & mendax fuit, dicens: Similis ero Altiſſimo. & mendacij pater, cùm in hominem quoque venenatum ſuæ falſitatis ſeminarium effudit, dicens: Eritis ſicut dij. Tu quoque, ô homo, ſi vides furem, curris cum eo? *Pſal.*49. Principes tui infideles, ſocij furum, *Iſai.*1. vel vt alia tranſlatio habet, inobedientes, & ſocij furum; re vera enim Principes noſtri Adam, & Eua principia noſtræ propaginis inobedientes, & ſocij furum; qui quod Filij Dei eſt, ſerpentis, imò diaboli per ſerpentem conſilio ſurripere tentant: nec diſſimulat

S.Chryſ.

*Mulier diuinitatis ſpe inflatur.*

Rupert.

S. Bernard.

*Superbia fugienda.*

*Superbia malorum angelorum.*

Ioan. 8.

*Diabolus mendacia.*

Pſal. 49.

Iſa. 1.

*Inobedientes, infideles.*

*Adam & Eua fures.*

mulat iniuriam Filij Pater, ſed continuò, & in ipſum hominem vindictam retribuit, & aggrauat ſuper nos manum ſuam. Omnes enim in Adam peccauimus, & in eo ſententiam damnationis recepimus omnes. Sic Bernard. Bene conſtat hæc doctrina D. Bern. cum illa Domini voce ad diſcipulos, & ad omnes conſequenter de ſe ipſo loquentis: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*, Matth. 11. Quæ verba explicans D. Gregorius 34. *moral.* 22. dignam ſuo ingenio ac pietate ſententiam profert. Ad hoc enim vnigenitus Dei Filius formam infirmitatis noſtræ ſuſcepit; ad hoc inuiſibilis, non ſolùm viſibilis, ſed etiam deſpectus apparuit; ad hoc contumeliarum ludibria, irriſionum opprobria, paſſionúmque tormenta tolerauit, vt ſuperbum non eſſe hominem doceret humilis Deus. Ita Gregorius. Deſciuit igitur ab homine ſuperbus, dum ſimilis Deo eſſe concupiuit. Deus tandem ipſe per ſummam humilitatem fit homo; eámque in ſeipſo commendat, vt peccator ſuperbia prorſus abiecta humilitatem induens non renouetur modò in hominem, ſed in Deum quodammodo euehatur. Subtilis & pulchra eſt etiam interpretatio Procopij ad hunc modum. Deus cùm fingeret hominem, licèt multarum rerum ſcientia illum excoluerit, tamen inter cætera ſui deſiderium ei ingenuit: cuius fomitem vel ſcintillam diabolus in homine deprehendens, vt eum magis ineſcaret, & ad vetitum pertraheret, inquit, Eritis ſicut dij. quaſi diceret: Nunc cùm ſitis homines ſolùm, non poteritis perpetuò conuerſari cum Deo. Sed hoc euenit, vbi in deorum numerum fueritis relati. Sic ille. At non recta via proceſſit mulier, vt familiariter ageret cum Deo: per obedientiam illud aſſequeretur.

Matth. 11.
S. Greg.
*Deus humilis ſuperbum non eſſe hominem docet.*

*Humilis in Deum eleuatur.*
Procop.

4. Cæterùm operæpretium eſt adnotare nomen Hebræum, quod hic ponitur, *Elohim*, vt iam ex commentariis in primum caput apertè colligitur, pluralis eſſe numeri, Deúmque ſignificare; deinde accipi ſolitum pro iudicibus, Principibus, Potentibus, Angelis. Interpres ſequitur LXX. qui verterunt θεοὶ dij; Chaldæus Principes. Quapropter ſi fontem Hebrææ linguæ reſpicias, non adeò liquidò conſtat Euam appetiuiſſe ſimilitudinem diuinitatis, vt ſcilicet altera eſſent dij, cùm pariter intelligi poſſit promiſiſſe ſerpentem, vt forent ſicut Angeli, ſicut Principes, ſicut iudices. Quòd ſi adhuc tibi perplaceat diuinitatis ſimilitudinem à ſerpente promiſſam fuiſſe, non proinde tamen dixeris Adam adeò inſaniſſe, vt exiſtimaret ex eſu illius pomi futurum, vt Deus ipſe euaderet; hoc enim apertè pugnat cum admirabili illa ſapientia, qua fuerat à Deo nobilitatus: at illam tam temerariam diuinitatis appetitionem ex pomi eſu enaſcituram, quis quæſo, vel cautes, aut truncus animo poſſit concipere? tum maximè; quia, vt certum eſt, autore D. Paulo: *Vir non eſt ſeductus*, 1. Timoth. 2. Inſignis autem ſeductio foret, ſi vir promittendi diuinitatem diabolo cederet, fieríque poſſe ſtatueret, vt homo pomum vetitum comedens in Deum eueheretur. At mulier ex Pauli oraculo eſt ſeducta. Hæc enim cùm ſimplicioris eſſet ingenij, & ſapientiæ dotibus, non ita ſicut Adamus prædita, non mirum eſt ſi facilius auditam diuinitatis ſimilitudinem conſequi poſſe arbitraretur, tam miráque dignitate futura exultans ab ſtatu mentis integro paulatim decideret, vt conſequenter in tam vana prorſúſque ridicula, imò & impoſſibili pollicitatione diſcutienda, & dignoſcenda

1. Tim. 2.

A mentis aciem nequaquam collocaret. Ac nullibi quidem certior caſus, proiectior temeritas, apertioráque videntur ſtoliditatis ſigna, quàm vbi ſuperbia in mentem alicuius ſubintrauit: ideirco eum regius Vates Dominum precatur: *Non veniat mihi pes ſuperbiæ*, Pſal. 35. Pedem, non caput, ſibi pertimeſcit, quia ſuperbus pedem habet; vt alios proterat, vtque ipſe cadat, caput verò, quo ſe dirigat, non habet; ſed audi D. Ambroſ. *ibidem*. Non veniat mihi pes ſuperbiæ, id eſt, non in ſuperbiam incidam. ideo pes erat ſuperbi, quia caput non tenet, oculi enim ſapientis in capite eius, *Eccleſ.* 2. Non mirum ergo ſi erret veſtigium vbi oculus non habetur. Neſcit ſtare ſuperbia; &
B ſi ceciderit, non nouit reſurgere. Dicitur enim: Ibi ceciderunt qui operãtur iniquitatem, expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare. Hæc Ambroſ. Eleganter idem Ambroſ. *lib.* 4. *in Lucam*, ſeruari putat eundem ordinem à Chriſto Domino in peruincendis tribus diaboli tentationibus in deſerto, quem ipſemet ſerpens obſeruauit in tentandis ac ſubruendis primoribus noſtri generis parentibus: vbi conſequenter de ambitione mulieris diuinitatem expetentis grauiter (vt ſolet) diſſerit. Cernis (inquit) vetuſti erroris vincula, ſuis reſoluta veſtigiis; vt primò gulæ, ſecundò facilitatis, tertiò ambitionis laqueus ſolueretur. Pellectus eſt enim Adam cibo, & in lucum interdictæ arboris ſententiæ facilitate tranſgreſſus. Te-
C merariæ quoque ambitionis crimen incurrit, dum ſimilitudinem diuinitatis affectat; & ideo priùs Dominus veteris nexus ſoluit iniuriæ, vt nos iugo captiuitatis excuſſo vincere crimina Scripturarum præſidio diſceremus. Quòd ſi Dominus Ieſus propria non deſiderauit, tu aliena cur quæris? Si creator omnium ſeculi gloriam ſubeundæ paupertatis virtute contempſit, cur tu faſtidias, quòd natus es; appetas quod indebitũ eſt? Caue inſidias, caue fraudes, & hoc ipſo, quòd ad ſubruendum hominem totum verſuta diabolus mundum fraude concutiat, totius ſeculi pugnet illecebris, eius tibi blanditiæ plus cauendæ. Non Euam cibus inflexerat, non mandatorum deſtituerat obliuio, ſed promiſſi honoris ambi-
D tio illecebroſa decepit; quæ ſi ſolum Dominum adorare voluiſſet, indebita non quæſiſſet; & ideo remedium datur, quo telum ambitionis obtundas, vt ſoli Domino ſeruias; caret enim ambitione religioſa deuotio. Hactenus Ambroſ.

Pſalm. 35.
*Superbia errores inducit.*
S. Ambr.
Eccleſ. 2
S. Ambr.
*Chriſtus à diabolo tentatus diaboli techinas diſſoluit.*

5. Hoc vt vides, ſicuti primum exortum, ſic nocendi facultate vitium principale generis humani ſemper extitit, meritò dicitur à D. Chryſ. tyrannus, quippe hominem gloriæ & honoris auidum grauiſſimè perurgeat, victúmque vſque adeò premit, vt infelix homuncio, pro honoris excellentia, nec homines, nec Deum vereatur, imò conculcet omnia, mortémque ipſam, cùm animæ, tum corporis libenter pro gloria mundanæ vanitatis appetat. Neque verò eſt, qui ſe abſ-
E condat à calore eius: ſic cum longe latéque vagatur ambitionis flamma, omnia peruadens, atque adurens, vt etiam procul à ſeculo poſitos ambitionis vel aura, vel flamma, vel fumus attingat. Quàm verò periculoſa ſit ambitio, & quanta cum vigilantiæ ſedulitate, atque animi contentione fugienda, oſtendit D. Ambroſius *in 4. Luc.* his verbis. Si is qui Deum quærit, propter fragilitatem carnis, & mentis anguſtias ſæpè tentatur; quanto magis qui ſeculum quærit, obnoxius eſt? atque hoc ipſo pernicioſior ambitio, quòd blanda quædam eſt conciliatricula dignitatum,

*Ambitio tyrannica.*
*Ambitio etiam religioſos attingit*
S. Ambr.

gnitatum, & ſæpè quos vitia nulla delectát, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia ſubruere, facit ambitio criminoſos. habet enim forenſem gratiam, domeſticum periculum, & vt

*Ambitio quàm ſit periculoſa.*

dominetur aliis, priùs ſeruit; euruatur obſequio, vt honore donetur: & dum vult eſſe ſublimior, fit remiſſior, cùm in ipſa poteſtate quod præcellit alienum ſit; legibus enim imperat, ſibi ſeruit: dicet fortaſſe aliquis, quia ſolus qui malum fecerit, timet: tamen qui mare nauigat, plus timet: econtrà in immobili terrarum ſtatione conſiſtens, non ſolet timere naufragium: at ſi mobile conſcendat elementum, frequentioribus obnoxius ſit periculis. Fuge ergo ſeculi mare, & naufragium non timebis, etſi frequenter arborum vertices ſpirantium verberent flabra ventorum, ſolidatis tamen radicibus nullus occaſus eſt. At in mari furentibus ventis, etſi non omnium naufragium, omniũ tamen periculum eſt. Ita etiam aduerſis flatibus nequitię ſpiritalis, nullus in arena, vel in ſalo tutus eſt; & naues Tharſis vehementi ſæpè ſpiritu conteruntur. Sic Ambroſius.

*Superbia primum & commune malum.*

Hæc igitur noſtri mali prima labes, parentum ſuperbia, quam cum lacte imbibitam accepimus à matre communi Eua; quod quidem patrimonium quaſi teſtamento legauit filiis primus pater Adam. Nec eſt communius latiúſque malum, nec ſuperatu difficilius; contrà verò humilitatis vel ipſum nomen mortalibus ſemper inuiſum C extitit, nec planè inter homines, aut quid eſſet humilitas intelligeretur, aut ipſamet amaretur, niſi Deus factus homo exinaniret ſemetipſum; quod præclarè demonſtrat D. Aug. *concion.* 1. *in*

*S. Aug.*

*Pſal.* 33. Omnis (inquit) mortalitas hominum ſuperbia tumuerat, etſi exiſteret aliquis humilis vir in ſpiritu, ſicut erant Prophetæ & Patriarchæ, dedignabatur genus humanum imitari humiles

*Humilitatem Deus homo docuit.*

homines. Ne ergo dedignaretur homo imitari hominem humilem, Deus factus eſt humilis, vt vel ſic ſuperbia generis humani non dedignaretur ſequi veſtigia Dei. Hæc Auguſt. quibus magnopere pungit humanam elationem; ſic enim intimis adhæret viſceribus excellentiæ, ſtudium D vt nemo humilis eſſet, niſi humilitatem hono-

*Humilitas honorata à Deo*

ratam videret; reſpueret enim homo humilitatem, niſi Deum humilem imitaretur, nulla maior in mundo dignitas, nullus ſpecioſior honor, quàm humilitas, poſtquam ſe Deus humiliauit, ſaltem igitur propter diuinos honores, quibus eſt à Deo humilitas affecta, humiles eſſe contendamus.

6. *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta ſole & luna ſub pedibus eius*; dicitur Apoc. 12.

*Apoc. 12.*
*D. Mariæ humilitas miraculoſa.*

grande inter homines miraculum. Mulier, Virgo (inquam) Dei mater, in quam Spiritus ſanctus ſuperuenit, & cui virtus Altiſſimi obumbrauit ſole ipſo diuinitatis vndique circumfuſa; hæc verò tanta, & ſupra omne quod Deus non eſt, Virgo euecta, lunam pedibus terit, arrogantiam, vanitatémque mundi; & vt clariùs cum Bernardo E dicam, ſignum magnum apparuit, humilitas honorata, mater Dei, & ancilla Domini: taliſque decebat, vt eſſet, quæ (autore D. Ambroſ.) humi-

*S. Ambr.*

lem Deum paritura erat. Cùm Chriſtum audit Auguſtinus, humilitatem audit commendari. Similiter dixerim, cùm Mariam Dei matrem audio, ancillam Domini audio, & humilitatem video prædicari. Sed mihi adhuc videtur longè maius

*Humilitas Christi admirabilis.*

apparere ſignum; ſolem videlicet Dei verbum ſub pedibus hominum iacere; atque adeò ſub pedibus illius abiectum Iudæ proditoris (quando A in cœna lauit pedes diſcipulorum) qui omnium quos terra vnquam peperit, aut in poſterũ paritura eſt, abiectiſſimus mortalium fuit. Quod iam ſtupendum humilitatis Chriſti ſignum admiratus D. Hieron. rectè intulit. Quantumcunque te humiliaueris, humilior Chriſto non eris. Meritò exclamat D. Bernard. *ſerm.* 1. *in Epiphan.* O humilitas virtus Chriſti, quantum confundit ſuperbiam noſtræ vanitatis! ſcitè admodum dixit Eliu apud Iob 36. *Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram.* Sed heus tu, ô Eliu, quid mirum ſi magnus Deus ſuæ maieſtatis magnitudine humanam ſcientiam & intelligentiam exuperet? longè maius prodigium, quòd Deus humilis, & hu- B miliatus vincat ſcientiam noſtram; multo enim minus admiror cùm Deum neſcio, quia ſe altiùs eleuat, quàm quia ſe humiliùs abiicit; plus ſtupeo, cùm Deus præ humilitate exinanitus à meis oculis diſparet; quàm cùm præ altitudine ſuæ maieſtatis eò ſubuehitur, quo nec viſus, nec ſcientia mea pertingit. Maius denique ſignum Dei humilis profunditas, quàm Dei altiſſimi magnitudo. Diſcamus ergo non ab Adam & Eua, ſed à Ieſu & Maria, Deo & Dei matre, quia mites ſunt, & humiles corde, & inueniemus requiem animabus.

*S. Hieron.*
*S. Bernard.*
*Iob 36.*
*Deus admirabilior in humilitate, quàm in maieſtate.*

7. Porrò autem iſtam ſimilitudinem Dei, quam diabolus pollicetur, Moyſes ipſe videtur reſtringere ad boni & mali ſcientiam, hoc eſt, ad perfectiſſimam rerum omnium cognitionem, quæ illo idiotiſmo (ſcire bonum & malum) ſignificatur, vt probat egregiè noſter Delrio. Senſus igitur erit; tam exactam omnium omnino rerum ſcientiam conſequimini poſt eſum huiuſce fructus; vt dij quidam ſapientiſſimi habeamini. Benè adnotatum eſt *in Gloſ. interlin.* oculos cordis vult claudere, vt carnales aperiat promiſſione altitudinis, & ſcientiæ decipit ſimplices. O infœlix (ait Rupertus) oculorum apertio, qualis illa, qua reuelati erunt oculi impiorum, quando, vt ſcriptum eſt *Sapient.* 5. videntes turbabuntur timore horribili; & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, & gementes præ anguſtia ſpiritus dicent intra ſe pœnitentiam agentes: Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij, nos inſenſati. Ita Rupert. Sed ô infeliciſſimam ſcientiam boni & mali, quam miſeri concupierunt, & miſeriores acceperunt! an non ſatius illis & nobis foret neſcire, quàm ſcire? Noli altum ſapere, ſed time; monet Apoſtolus 1. Corinth. 11. *Dico omnibus, non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem*, cap. 12. Græcè *ὑπερφρονεῖν* mentis ſanitatẽ, vbi Theodor. Docet (inquit) ſuperbiam eſſe morbum mentis: ſuum autem Dominũ eſt imitatus. Dominus enim eos, qui humilitatẽ poſſederint, primos eſſe beatos pronunciauit: *Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſorum eſt regnum cælorum.* Matth. 5. hanc autem omnibus legem ſtatuit, & diuitibus, & pauperibus, & ſeruis, & dominis, & viris, & mulieribus; hoc enim ſignificat illud, *omnibus*: docet etiam menſuram, ad quam vſque de ſe ſentire oportet. Vnicuique (inquit) ſicut Deus diuiſit menſuram fidei. Hactenus Theodor. Caiet. vim Græcæ linguæ exprimit his verbis. Non ſuperſentire, quàm oportet ſentire, ſed ſentire ad modeſtum eſſe. Deinde perdoctè commentatur (vt ſolet) ad hunc modum. Non dicit Apoſtolus ſuperſentire de ſeipſo, aut de alio, vt intelligamus in omni materia non eſſe ſuperſentiendum. & ad quid referatur præpoſitio *ſuper*, explicat

*Delrio.*
*Scientiam rerum promittit ſerpens.*
*Gloſſa.*
*Rupert.*
*Sapient. 5.*
*1 Cor. 11.*
*Superbia morbus mentis.*
*Theod.*
*Matth. 5.*
*Caiet.*
*Modus in ſentiendo præſcribitur.*

eat ipſemet ſubiungēdo, *quàm oportet ſentire*, hoc eſt, quàm exigit donum, officium, miniſterium & huiuſmodi, ſed ſentito vſque ad modeſtum eſſe. Ecce limes, vt cogites, ſentias & iudices infra limites modeſtiæ tibi cōgruæ. Si dixiſſet, *ad modeſtiam*, latior relinqueretur campus; ſed dicendo, *ad modeſtum eſſe*, arctat ad modeſtiam eoique congruam. Aliquid enim eſt modeſtum viro, quod non eſſet modeſtum mulieri; & aliquid eſt modeſtum doctori, quod non eſt modeſtum diſcipulo. Ita Caiet. Ac tametſi hæc ſentiendi modeſtia, ſiue moderatio, omnibus cuiuſcunque ordinis, generis ac ſexus ab Apoſtolo commendetur, mulieribus tamen præcipue; quæ cùm ſint infirmioris ac leuioris naturæ, certiùs & grauius periclitari ſolent, vbi curioſa mentis indagine contendūt, aut per ſe inquirere, aut ab aliis ediſcere, quæ muliebrem intelligentiam excedunt, eóque tandem, inani ſtudio miſerè inhiantes, deueniunt, vt & onerētur peccatis, & oneratæ peccatis inſeruiant pri ſerpentibus diabolo, diaboliſque miniſtris, vt turpitudinem ſerant, hæreſes diſſeminent, hominéſque, vel ad praua dogmata, vel ad prauos mores ſequendos irretiant.

*Mulierum curioſitas.*

*Mulieres administra ſcelerum.*

8. Huiuſmodi erant illæ, de quibus Paulus 2. Tim. 3. *Ex his ſunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis deſideriis, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes.* Ad quem locū egregium habes cōmentarium noſtri Magaliani. Igitur rectè admonet Eccleſ. 7. *Non plus ſapias, quàm neceſſe eſt.* At quem non pudeat superſentire, quàm oportet, cùm audiat regem illum, & vatem Dauid de ſeipſo tam humiliter, & ſentire, & loqui, in Pſalm. 130. *Domine, non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei, neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me.* Theodoretus interpretatur, in magnis. Symmachus, in maieſtatibus, Aquila verò, in magnificentiis. In mirabilibus alij, ſiue in tranſcendentibus. Hoc eſt, meipſum metiebar, & quæ me excedunt, non aggreſſus ſum. Deinde verò Dauid ſibi grauem animi moleſtiam ac pœnam imprecatur ni hoc verum ſit, quod de ſua humilitate prædicauit. Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam, ſicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, ita retributio in anima mea. Theodoretus proſequitur. Porrò Symmachus; niſi dignam cenſui & comparaui animam meam infantulo à lacte depulſo apud matrem ſuam, ſic retribuatur animæ meæ. Si non (ait) te timui, & meipſum tibi ſubegi inſtar ab vbere depulſi, ſuámque matrem verentis; ſed altam habui mentem, obſecror, vt eandem remunerationē conſequar. Bene Theodoretus, ſed fortaſſe aptior ſenſus eſt, ſi verum non dixi de mea humilitate, imò ſi vel oculos, vel cor, vel mentem ipſam ſuperſentiendo, quàm oportet erexi; tu Deus omnium meatum actionum & cogitationum teſtis & arbiter, ſic in me iraſcaris, vt me priues tuarum, quibus alor & paſcor, voluptatum dulcedine, plorémque miſer, & doleam, ſicut infantulus à lacte ſemotus, quē mater in ſinu & in brachiis fouet, & mœrentem ſolatur, dum lactis, quo priuatus ingemit, præteritas delicias fruſtrà ſuſpirat. Vide Cardin. Bellarmin. Pulchra etiam interpretatio S. Hieron. quæ Dauidis humilitatem, ac Dei ſolius deſiderium commendat, eſt huiuſmodi. Domine non eſt, &c. Sed in contritione, & humiliatione cordis obtuli tibi ſacrificium acceptabile. Neque elati, &c. vt tranſitoria concupiſcerent & caduca. Neque ambulaui, &c. quæ magna, mirabilia videbantur hominibus, in his non inceſſi, ne me opprimerent. Si non humiliter, &c. humilis quidem eſt corde, ſed excelſus eſt ſenſu. humiliter ſentiebam in ſeculo, ſed animam meam exaltaui in cælu. Sicut qui ablactatus eſt, &c. nihil in ſe puerile ſentit: quia cibum lactis excedens, ad perfectum peruenit virum; illo nunc pane, qui de cælis aduenit, ali exorat. Sic Hieronym. Videnum etiam Dauid puerilia legis Moſaicæ faſtidiens, pane ſacroſanctæ Eucharistiæ iam adultus & maturus veſci deſideret? Ceſſet iam legis lac, & nutriamur pane vitæ. Operæpretium duco attexere quæ diſertiſſimis verborū ſententiis ſcribit D. Greg. 24. *moral. cap. 7. & 8.* Quod (inquit) in paradiſo egit, hoc quotidie antiquos hoſtis agere non deſiſtit. Verba quippe Dei de cordibus hominum molitur euellere, atque in eis ficta promiſſionis ſuæ blādimenta radicare, quotidie hoc quod Deus minatur, leuigat; & ad hoc credendum, quod falſum promittit, inuitat. Falsò enim pollicetur temporalia, vt mentibus hominum ea ſupplicia leuiget, quæ Deus minatur æterna. Nam cùm præſentis vitæ gloriam ſpōdet, quid aliud dicit, quàm guſtate, & eritis ſicut dij; ac ſi apertè dicat: temporalem concupiſcentiam tangite, & in hoc mundo ſublimes apparete. Et cùm timorem diuinæ ſententiæ amouere conatur, quid aliud loquitur, quàm id quod primis hominibus dixit: Cur præcipit vobis Deus, vt nō comederetis de omni ligno paradiſi? ſed quia diuino munere redemptus homo iuſtitiam recepit, quam dudum conditus amiſit: robuſtiorem ſe iam contra blandimenta callidæ perſuaſionis exercet, quia experimento didicit, quantum obediens eſſe debeat præcepto; & quem tunc culpa duxit ad pœnam, nunc pœna ſua reſtringit à culpa; vt tanto magis delinquere metuat, quanto cogente ſupplicio, & ipſe iam quod perpetrauit, accuſat. Ita Gregor.

*Dauidis humilitas.*

*S. Gregor.*

*Merito Christi fortiores contra diabolum.*

9. At eſt, quid ampliùs diſcutiatur; cur ſcilicet ſerpens Euam contra Deum eiuſque præceptum inſtimulans; ac demum ad decerpendum & comedendum arboris interdictæ fructum inuitans, non de ſingulari tantum, ſed de plurali numero loquatur: vobis, veſcereomni, comederitis, oculi veſtri, eritis ſcientes? Ac primò quidem certum eſt ſerpentem in eo maximè laboraſſe, vt Adam comederet, peccarétque. Sciebat enim, cùm ille & vir & caput eſſet, & pater generis humani futurus, quicquid peccaſſet Eua, ſi tamen Adamus non tranſgrederetur Dei præceptum, ab ſtatu feliciſſimo innocentiæ ac iuſtitiæ originalis, nec Adamum ipſum, nec ab ipſis proſeminatum genus hominum fuiſſe caſurū; quæ doctrina communis eſt inter Theologos. Deinde oſtenditur aſtutia ſerpentis; nihil enim non molitur; vt, quia victoriam ſuam in peccato Adami collocatam eſſe nouit, mulier inani promiſſione illecta ſuum pariter virum inducat ad comedendum; perſuaſum enim ſerpenti eſt à ſe deceptam mulierem fore aptiſſimum inſtrumentum ad decipiendum maritum, tantam iam inde à primo exortu vtriuſque ſexus humani vim diabolus eſſe cognouit in muliere ad inflectendum & impellendum virum, vtram in partem ipſi libuerit. Certum eſt enim illud D. Cypriani: Etiam de magnis & fortibus viris vna fœmina, & delicata fragilitas magnos ſolet agere triumphos. Hinc enim eſt, quòd hæretici ſerpentes non primo illo minùs callidi & truculenti ad debellandam catholico

*Theod.*

*S. Hieron. Gaudia cæleſtia tamen ſibi anſerri Dauid.*

*Adami peccatum, non Euæ, humanū genus perdidit.*

*Mulier decipiendo viro aptiſſima.*

*S. Cyprian.*

*Mulieres armaturæ...*

*2. Tim. 3.* *Magal. Eccleſ. 7.* *Pſal. 130.*

tholicorum fidem primum ſuis è caſtris agmen educunt fœmineum, quo in aciem erumpente partam iam ſibi victoriam canunt, quod ex D. Hieron. contra Pelagianos potiſſimum diſces. Simon (inquit) magis hæreſim condidit adiutus auxilio Helenæ meretricis. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum repertor, choros duxit fœmineos. Marcion quoque Romam præmittit mulierem ad maiorem laſciuiam. Arius vt orbem caperet, ſororem Principis ante decepit. Hæc Hieron. Pulcher eſt ad præſens inſtitutum locus ille *Iud.* 14. vbi propoſitionem obſcuram, & ænigmaticam, quam Sanſon Philiſtæis ſoluendam propoſuerat, cùm illi nequaquam eſſent ſoluendo, ſubornantes demum vxorem illius, per eam, cui maritus precibus ac lacrymis victus aperuerat, didicerunt. Ergo (inquit) D. Ambr. *Epiſt. 70. ad Vigilium*, inuictus certè animas muliebribus emollitus blanditiis aperuit propoſitam quæſtionem. Emphaticè dictum ſubinde eſt à Sanſone: Si nõ araſſetis in vitula mea, non inueniſſetis propoſitionem meã. vocat mulierem vitulam, ob muliebrem inſolentiam, vt volunt Lyra & Hugo; ego verò agnoſco in vitula præterea arante maius quoddam, & longè ſubtilius. Vt enim vitula dum arat, altiùs adacto vomere tellurem findit in ſulcos, & glebas, & ceſpitibus innatas radices herbaſque rũpit & comminuit; ita planè ſe habet vis muliebris ingenij, nihil nõ arat mulier, ſulcat, diſrumpit, cõminuit, quamcumque, vel Deo, vel diabolo ſubinde ſeminaturo terram etiam ex aſpera ac perdifficili facilem, emollitam excultámque reddit: magna vis fœminæ ad peruincendum virum.

*S. Hieron.*

*Iudic. 14. Sanſon victus à muliere.*

*S. Ambr.*

*Mulieris vis ad peruincendum virum.*

10. Sed, vt quis mœrore aliquo affectus oculos in lætiora deflectit, velut in prata floribus diſtincta nemora pulcherrimis arboribus conſita, vbi fontes ebulliunt, quà riuuli perlabuntur, & aniculæ cantillant. Sic planè oportet, vt dum quis ſcribit, aut contemplatur ſerpentis dolos, fœminarum inſidias, & earundem int[illegible], Euæ denique infauſtos cum ſerpente ſucceſſus, animus à conſpectu tot malorum ſ[illegible] aue[illegible] ſemper certe, dum Virginem Dei matrem tota mente recolit, vbi oculus, animus, ſermo, ſtylus conquieſcet. Nec enim poſt Deum [illegible] lætius, aut amœnius, aut pulchrius, aut dulcius quicquam, vel eſſe, [illegible] poteſt. Non iam Euam intueor, ne doleam; non ſerpentem, ne timeam. totos ad ſe rapit oculorum animorumque obtutus illa mulier miraculorum omnium maximè [illegible], vt vocat D. Damaſc. liceátque nihil dicere, quod (vt tradit Surius *tom. 7.*) dictitabat D. Bernard. captus ſum amore beatiſſimæ Virginis, & matris Dei Mariæ quam ſemper amaui, in qua poſt Deũ omnes meæ ſpes collocatæ ſunt; illam vnicè diligo, illam inquiro, illam videre concupiſco: hæc eſt amica illa mea, & ſpes mea puriſſima Virgo. P[illegible] ſi non araſſet in vitula Adami, profectò non Adamum decepiſſet diabolus; vitula ſub iugum à diabolo ducta prima mulier infelicem fecit arationem, ſegetem malorum omnium. Vitula Dei Virgo beatiſſima feliciſſimè inarauit ſacroſanctum Dei Patris pectus, quo reuelato Verbum ipſum, Dei Filium detexit, hauſit, & in ſuo virginali vtero veſtitum carne, manifeſtum oculis hominum ac videndum exhibuit. inarauit mortalium corda, vt omni duritie prorſus emollita Dei Verbum hominem factum ſuſciperent, & noua ſubinde bonorum omnium gratiarum, cæleſtiúmque donorum ſeges in mundo pullularet. Audeo dicere (ſuppoſita lege, ac decreto tuo) ſi non araſſes, ô Deus in vitula noſtra, noſtri ſanguinis & naturæ conſorte virgine, non inueniſſes ſalutem noſtram, nec tuam in nobis miſericordiam & gloriam, quæ tibi ex vita & morte Chriſti Ieſu filij tui redũdauit: electorum ſegetem ſeruorum tibi fidelium, virginum martyrum innumeros theſauros, quos mundi poſſides, non inueniſſet. Si non araſſet homo in vitula Dei, matre Dei, non inueniſſet peccatorum veniam, ſpem præmiorũ, à periculis liberationem, in malis perfugium, vitam, atque beatitudinem. Etenim vt piè diſertéque loquitur Hailgrinus ad illa verba Cant. 8. *Si oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis.* Beata Virgo oſtium eſt in Eccleſia, quæ malignis obſiſtit ſpiritibus, ne ad deuotos ſuos intrent, & accedant ſicut volunt. Adde, & per quam Deus ad homines egreditur, & homines ad Deum ingrediuntur. Sic enim Virginem inducit loquentem D. Auguſtin. *ſerm. 2. de Natali.* Porta facta ſum cæli, ianua facta ſum filij Dei, illi facta ſum ianua clauſa, qui poſt reſurrectionem ingreſſus eſt per oſtia clauſa. Sic Aug.

*In B. Maria quieſcendum.*

*Erga B. Mariam affectus piiſſimus. Surius. S. Bernard.*

*B. Maria vitula Dei nihil non peruincendi.*

*Hailgrin. Cant. 8. B. Maria hominibus quaſi ſalutaris.*

*S. Aug.*

## SECTIO XII.

### *Vidit igitur mulier.*

1. VIdit igitur, & periit mulier quanto ſibi & viro ac filiis illa felicior, ſi oculis orba non vidiſſet? aut certe iam tunc mater viuentium, imò & morientium, fœdus cum ſuis oculis pepigiſſet, vt ne cogitaret quidem de ligno vetito, quod multos poſt annorum curſus ille ſanctiſſimus Iob præſtitit, cum ait: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarẽ quidem de virgine*, c. 31. Quem locum accuratiſſime commentatur D. Greg. *moral.* 21. *cap.* 2. atrexam etſi longiuſculum commẽtarium, quippe in quo perſtringitur oculorum Euæ incauta & curioſa libertas. Sic igitur orditur. Cùm ſit inuiſibilis anima, nequaquam corporearum rerum delectatione tangitur, niſi quòd inhærens corpori, quaſi quædam egrediendi foramina eiuſdem corporis ſenſus habet. Viſus quippe, auditus, guſtus, odoratus & tactus, quaſi quædam viæ mentis ſunt quibus foras veniat, & ea quæ extra ſuam ſunt ſubſtantiam, concupiſcat. Per hos etenim corporis ſenſus, quaſi per feneſtras quaſdam exteriora quæque anima reſpicit, reſpiciens concupiſcit. Hinc etenim Ieremias ait cap. 9. *Aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras*; mors quippe per feneſtras aſcẽdit, & domum ingreditur, cùm per ſenſus corporis concupiſcentia veniẽs habitaculum intrat mentis. Quia contrà hoc de iuſtis per Iſai. dicitur cap. 6. *Qui ſunt hi, qui, vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas?* Iuſti namque volare vt nubes dicti ſunt, quia à terrenis contagiis ſubleuantur; & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas ſunt, quia per ſenſus corporis exteriora quæque intentione non reſpiciunt rapacitatis, eoſque foras non rapit concupiſcentia carnalis. Quiſquis verò per has corporis feneſtras incautè exteriùs reſpicit, plerumque in delectationem peccati etiam nolens cadit, atque obligatus deſideriis incipit velle, quod noluit. Præceps quippe anima, dum antè non prouidet, ne incautè videat quod concupiſcat, cæca pòſt incipit deſiderare, quod vidit. Hæc B. Gregor.

*Iob 31.*

*S. Greg. Oculorum incauta libertas.*

*Ierem. 9. Anima per ſenſus foras egreditur.*

*Iſai. 6.*

2. Expen

2. Expende inſuper, quod ſubtiliter à ſanctiſſimo Pontifice adnotatum eſt, iuſtorum animas eſſe velut columbas, de quibus Iſaias, quæ ad feneſtras ſuas aſſideot, ad ſenſus, inquam, corporis, per quos ad animam fit rerum, quæ percipiuntur, obiectarum tranſmigratio, ſunt columbæ lacteo candore albicantes, tantúmque abeſt, vt viſa, aliiſque obiecta ſenſibus ſuo contaminent dedecore, aut certè ab illis polluantur, vt & nihil in ſe ab exterioribus impreſſum admittant nigrum ac putidum; atque adeò conſta quæ ſeſe offerunt ſenſibus, niueo liquore perfundant. Omnia enim munda mundis. Columbæ ſunt mites ac placidæ, pro ſuis feneſtellis excubant; non autem accipitres, aut conſimiles de rapacium & carniuorarum alitum genere domi conſiſtere, lateréque in angulo neſciæ aues, ſed foras eductæ toto peruolitant aëre, emiſſitios circumquaque oculos exerunt, carnem vel quamlibet putidam voraturæ. quo ſanè typo, turpium & voracium animarum inexaturata libido mirabiliter adumbratur. Procedit vlterius: Sanctus autem vir, qui acceptis corporis ſenſibus, velut ſubiectis miniſtris, quidam æquiſſimus iudex præeſt, culpas cõſpicit antequam veniant, & velut inſidianti morti feneſtras corporis claudit, dicens: Pepigi fœdus, &c. Vt enim cogitationes cordis caſte ſeruare potuiſſet, fœdus cum oculis pepigit, ne priùs incautè aſpiceret, quod poſtmodum inuitus amaret. Valde namque eſt graue, quod caro deorſum trahit, & ſemel ſpecies formæ cordi per oculos illigata, vix magni luctaminis manu ſoluitur. Ne ergo quædam lubrica in cogitatione verſemus, prouidendum nobis eſt: quia intueri non decet, quod non licet concupiſci. Vt enim munda mens in cogitatione ſeruetur, à laſciuia voluptatis ſuæ deprimendi ſunt oculi, quaſi quidam raptores ad culpam. Neque enim Eua lignum vetitum contigiſſet, niſi hoc priùs incautè concupiſceret. Hinc ergo compenſandum eſt quanto debeamus moderamine erga illicita viſum reſtringere nos, qui mortaliter viuimus, ſi & mater viuentium per oculos ad mortem venit. Hinc etiam ſub Iudææ voce, quæ exteriora videndo concupiſcens bona interiora perdiderat, Propheta dicit: *Oculus meus deprædatus eſt animam meam.* Concupiſcendo enim viſibilia inuiſibiles virtutes amiſit. Quæ ergo interiorem fructum per exteriorem viſum prodidit, per oculum corporis pertulit prædam cordis. Vnde nobis ad cuſtodiendam cordis munditiam, exteriorum quoque ſenſuum diſciplina ſeruanda eſt. Nam quantalibet virtute mens polleat, quantalibet grauitate vigeat, carnales tamen ſenſus puerile quiddam exteriùs perſtrepunt, & niſi interioris grauitatis pondere, & quaſi iuuenili quodam vigore refrænentur, ad fluxa quæque, & leuia mentem eneruem trahunt. Hæc omnia Gregorius. Ex his videas quanta cum diligentia vigilandum ſit, ne per oculos, dum incautè circumſpiciunt, mors & perditio ſubintrent. Mirum enim eſt quàm velociter ab oculis ad mentem, à viſo ad cogitatum tranſcurrat ſerpentis fallacia; cùm vel ipſe ſanctiſſimus Iob, non alio cum ſenſu è quinque omnibus corporis, ſed cum oculorum tantùm aſpectu fœdus pepigerit; & vſque adeò ſibi ab oculis pertimuerit, in quibus ſciret ipſam, quæ momento ſequitur, cogitationem contineri, vt nihil cum oculis paciſcens, mentem ipſam nefariis ſubitò perturbationibus concuſſum iri pro certo habuerit. Obiter hic adnotauerim illam perfectiſſimam munditiam ſancti Iobi, qui vel à longè peccatum, ſerpentiſque dolos proſpiciens, ad feneſtras oculorum accurrens, excubias vigilantiſſimus agebat, nequid per oculos inordinatum ac turpe ad interiorem animæ receſſum penetraret; iam tunc clariſſimus ac ſanctiſſimus ex gentili populo Vates in ſeipſo puritatē legis Chriſtianæ obſeruabat, quod eleganter D. Gregorius loco indicato proſequitur. Sciebat (inquit) per ſancti Spiritus donum quòd redemptor noſter veniens legis præcepta tranſcenderet, & ab electis ſuis non ſolum luxuriam carnis, ſed etiam cordis aboleret, dicens: *Scriptum eſt: Non adulterabis. Ego autem dico vobis, quòd omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo,* Matthæi quinto. Per Moyſem quippe luxuria perpetrata, per autorem verò munditiæ luxuria cogitata damnatur. Hinc eſt enim quod diſcipulis primus Eccleſiæ Paſtor dicit: *Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij perfectè ſperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam.* Lumbos enim carnis ſuccingere, eſt luxuriam ab effectu refrænare; lumbos autem mentis ſuccingere, eſt hanc etiam à cogitatione reſtringere. Hinc eſt quod Angelus, qui Ioannem alloquitur, zona aurea ſuper mamillas cinctus eſſe perhibetur, *Apocalypſis primo.* Quia enim teſtamenti noui munditia etiam cordis luxuriam frænat; Angelus, qui in eo apparuit, in pectore cinctus venit. Quē bene zona aurea ſtringit, quia quiſquis ſupernæ patriæ ciuis eſt, non iam timore ſupplicij, ſed amore caritatis immunditiam deſerit. Ita Gregorius.

3. Vidit igitur mulier prima ſcilicet, eáque fortiſſima in oculis tentamenta conſiſtunt. Ac proinde ad muniendos iſtos humani caſtelli aditus (vndique enim ab hoſtibus obſidemur, ac perpetuò pulſamur) quà fortior bellantium cuneus inuadit, & periculoſiora iacula cribrantur: cura omnis, & ſedulitas etiam ad primum oculi attactum adhibenda eſt, ſemel enim occupato aditu oculorum tota intus peruincitur acies, debellatur vis, opes expoliantur. Nam, vt egregiè ait D. Chryſoſtomus *homilia decimaquinta ad populum Antiochenum.* Propter breuem viſus voluptatem, diuturnum quendam & continuum dolorem ſuſtinemus. Contrà verò ad ſanandos turpi amore æſtuantium, vel iam deploratos morbos, nullum præſentius, vt experientia teſtatur, remedium ſolet adhiberi, quàm ſi oculos intueri deſinat, quod animum delectat. Vnde certum eſt illud Bernardi *ſermone quinto in feſto omnium Sanctorum.* Vulgò dicitur, quòd non videt oculus, cor non dolet. Lege obſecro apud Tragicum in Hyppolyto, quàm ſit periculoſum hac in re cunctari & elanguere, quámque ſit primo quoque tentationis momento accurrendum ad fores, muniendum, obſiſtendum, propellendum. Sic ait:

*Extingue flammas, néve te diræ ſpei*
*Præbe obſequentem, quiſquis in primo*
*obſtitit,*
*Repulitque amorem, tutus ac victor fuit.*
*Qui blandiendi dulce nutriuit malum,*
*Serò recuſat ferre, quod ſubiit iugum.*

Marginalia: *Animæ iuſtorum cum exteriora non polluunt, nec polluuntur.* — *Oculi laſciui ſimiles rapacibus auibus.* — Iob 31. S. Gregor. *Iuſtus eſt iudex ſenſuum.* — *Oculos ſequitur cor.* — *Oculorum cuſtodia neceſſaria.* — *Eua, quia vidit periit.* — Ierem. 3. Thren. — *Senſus pueriliter perſtrepunt.* — *Oculi præ cæteris obſeruandi.* — *Iobi munditia.* — S. Gregor. *Legis Chriſtianæ perfectio.* — Matth. 5. — 1. Petr. 1. *Caſtitas in cogitationibus.* — Apocal. 1. & 15. — *Amore Dei ſeruanda caſtitas.* — *Per oculos maximè impugnamur.* — S. Chryſ. — S. Bernard. — *Initio amoris libidinem obſiſtendum.* — Seneca. Poeta.

Section letters: A, B, C, D, E.

At Eua, dicet aliquis, mulier erat, fragile & luteum vas, quid mirum, ſi viſu ipſo tam leuiter ceciderit, & tam grauiter perierit? Proh ſtulta cogitatio! Nullus à peccato liber (inquit Ambroſius) proinde nulla non cauendi occaſio. An non fortiſſimus quiſque vir quem mihi dederis, homo natus eſt de muliere, illa (inquam) quam dicis fragile, ac luteum vas, quæ vt vidit illicò periit? à matrice ipſa gerimus, quòd fragiles ac lutei ſimus. Ecquis obſecro conſtantior, ſapientior, ſanctiorque Dauide. Hic verò tantus Rex, tantúſque Propheta, vidit & periit. Scriptum enim eſt 2. Reg. 11. *Accidit vt ſurgeret Dauid de ſtratu ſuo poſt meridiem, & deambularet in ſolario domus regiæ, viditque mulierem*, &c. aperuit oculos, & accepit ſagittæ ictum, ait D. Chryſoſtomus. Hinc diſcimus (ait optimè Caietanus) quàm periculoſus ſit mulierum aſpectus; cùm tantus vir habens tot vxores, ex viſu mulieris ruerit in tot crimina. Adiunge (quod ſubnotauit Theodoretus, *quæſtione vigeſimaquinta*) ſi otium & inertia cum incauta videndi temeritate coniungatur, ſummum adiri diſcrimen. Eius verba ſunt: Vere magnum & vehemens eſt bellum, remiſſio, & deliciæ, & regnum, & poteſtas, & forma corporis, & poſt cibi ſocietatem inſultus. Quo tempore etiam iis, qui ſe exercent ad caſtitatem, accenditur ſcintilla, vt quæ irrigationem habeat nutrimentum. Hæc Theodoretus. Adauget multo adhuc periculum, quòd per oculos incurritur illa perquam accurata Theodoreti adnotatio, nimirum Dauidem non ex malo animo, æſtúque prauo libidinis vidiſſe, ſed incautè vidiſſe; & ex viſu ipſo incauto in libidinum exarſiſſe. Cùm (inquit) ſimpliciter, non autem curioſè deſpexiſſet, vidit mulierem, quæ lauabatur, ſed non effugit aſpectum retia pernicioſum. Sed formæ ineſcatus pulcherrimè deuorauit hamum peccati. Hæc ille. Similem Theodoreto ſententiam circa Dauidis contuitum profert ad hunc modum D. Gregorius. Plerumque quælibet res innocenti mente reſpicitur, ſed in ipſo conſpectu animus concupiſcentiæ gladio confoditur. Non enim Dauid Vriæ coniugem ſtudioſè reſpexit, quia concupiuerat, ſed potius concupiuit, quia incautè reſpexit.

*S. Ambroſ. Cauendum ſemper.*
*Homo quiſque fragilis à matre eſt.*
*2. Reg. 11.*
*S. Chryſ. Caietan. Dauid oculis captus eſt. Theod.*
*Caſtitati nocet ſaturatio.*
*Viſu incauto mulierum.*
*Theodor.*
*S. Gregor.*

4. Aduerte igitur ex his Theodoreti & Gregorij ſententiis, quanto in periculo verſentur oculi, quorum ſimplex contuitus in cœnum turpitudinis ſubitò abreptus, nonnunquam grauiſſimorum cauſa eſt facinorum, vt in Dauide viſum eſt. Quid verò ſubinde fiet, vbi oculi ex animo prauo, ardoréque libidinis ad intuendum diriguntur? Nam (vt adiungit idem Gregorius) ſæpè iam intrinſecus concupiſcentia dominatur, & illecebratus animus ad vſus ſuos ſenſus corporeos famulari more tyrannidis exigit, ſuíſque voluptatibus oculos ſeruire compellit. Hæc autem Gregorij doctrina in Euæ temeritate oſtenditur. *Vidit igitur*. innuitur his verbis oprima confectatio, quaſi dicat Moyſes; mulier ex colloquio ſerpentis, à quo accepit promiſſionem illam, *Eritis ſicut dij*, audiciam diuinitatem animo conceptam arripiens, inani quadam mentis elatione geſtiuit. Igitur quod reliquum vnum erat, ad conſequendam iſtam deitatem, oculos in arborem illam defixit, cuius in pomo degoſtato tantam ineſſe felicitatem credebat; quare mulier non innocuo affectu, ſimplicique intuitu, ſed ex inſana nouæ excellentiæ cupiditate arborem cœpit conſpicari. Neque verò mirum videri debet mulierem ſuperbiæ percitam œſtro vſque adeò inſaniſſe, vt oculos ad videndum, manus ad legendum, os ad guſtandum contra Dei leges, omni poſthabito pœnarum indictarum diſcrimine, pomum admoueret. Nulli enim tam certa concitatáque ruina eſt, quàm animo ſuperbo. *Deus ſuperbis reſiſtit*, Pſalm. 72. *Deiecisti eos dum allenarentur*. Vnde colliges, quod valde admirandum eſt, Deum illum infinitæ bonitatis fontem adeò contraire ſuperbis, vt cùm reliquos in peccatum ruentes manu ſua, ne præcipitent, ſuſtinere ſæpiùs dicatur: ſuperbis, vt ſeſe dant in Dei ipſius conſpectum, reſiſtat, eóſque deiiciat. Quinetiam pro ſummo beneficio, vt miſeri ſe ſuámque tenuitatem agnoſcant & metiantur, permittit aliquando in turpiſſimum ſcelus aliquod prolapſos, in mortaliū opprobrium deuenire, quo pudore ſalubriter confuſi, diſcant ſuo malo edocti arrogantiam omnem deponere, atque humiliati ſub potenti manu Dei Chriſtianam virtutem aſſequantur. Nam, vt egregiè docet D. Cyprianus *homilia de Natiuitate*, fundamentum ſanctitatis ſemper fuit humilitas, nec in cælo ſtare potuit ſuperba ſublimitas. Hanc primam gratiam ingrediens mundum noſter paruulus attulit. Sic ille. Quam doctrinam paſſim inuenies apud ſanctos Patres & Doctores; nonnullorum ego verba ſubiiciam. D. ergo Gregorius *libro decimo moralium, capite decimotertio*. ſic ait: Cùm hominem tumere Deus conſpicit, ſe ſibi illum oſtendendo relinquit, vt eius mens derelicta, quid ſit inueniat, quæ malè in ſe ſecura gaudebat. D. Iſidorus *libro ſecundo de ſummo bono, capite vigeſimooctauo*. Vtilius eſt arroganti, in quodcumque vitium labi, & humilem poſt caſum Deo fieri, quàm per elationem ſuperbiæ grauiorem ruinam, & damnationem ſubire. D. Auguſtinus *libro decimoquarto de ciuitate, capite decimotertio*. Audeo dicere, ſuperbis eſſe vtile cadere in aliquod peccatum apertum, manifeſtúmque, vnde ſibi diſpliceant, qui iam ſibi placendo ceciderunt. Salubrius ſibi Petrus diſplicuit, quando fleuit, quàm ſibi placuit quando præſumpſit. Hoc dicit, & Pſalm. 82. *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine*. Sic Auguſtinus.

A

*Superbus ſuccenſis corruit.*
*Pſalm. 72. Deus ſuperbis reſiſtit.*

B

*Superbi humiliantur.*
*S. Cyprian. Humilitas fundamentum ſanctitatis.*

C

*S. Greg.*
*S. Iſidor. Superbi cadunt in vitia.*

D

*Pſal. 82. Petrus labitur, & flet.*

5. Et quia viris alioqui ſanctiſſimis obuenire ſolet ex aſtutia ſerpentis, vt inanis gloriæ ſuggeſtionibus agitari videantur, diuina prouidentia fit in ipſorum beneficium, vt aliis turpioribus tentationibus impetantur, quibus afflictati ſciant ſe homines eſſe, & tumorem illum arrogantiæ ſuborientem omnino reſtinguant. Quod ſibi Paulus contigiſſe affirmat 2. *Corinth.* 12. cùm ait: *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſatanæ, qui me colaphizet*. quæ verba expendens D. Auguſtinus *ſermone tertio de verbis Apoſtoli*, præclamat. O venenum, quod non curatur niſi veneno! caput cædebatur, ne caput extolleretur. Ac primus quidem ſuperbiæ gradus à D. Bernardo conſtituitur curioſitas. Animam quippe (inquit) ſuam curioſus, quis dum à ſui circumſpectione torpeſcit, incuria ſui, curioſam in alios facit. Quia enim ſeipſum ignorat, foras mittitur, vt hœdos paſcat: hœdos quippe, qui peccatum ſignificant, rectè oculos auréſque appellauerim. In his ergo paſcendis ſe occupat curioſus,

E

*2. Cor. 12. Paulus tentatur ne inſoleſcat.*
*S. Aug.*
*S. Bernard. Curioſitas gradus ſuperbiæ primus.*
*S. Gregor. Oculi ſcienter laſciui.*
*Eua malo animo vidit arborem.*

*Se, non alios, diſcutere.*

curioſus, dum ſcire non curat qualem ſe relinquerit intus, & verè ſi te vigilanter homo attendas, mirum eſt, ſi ad aliud vnquam intendas. Ita Bernard. Quanto vtilius cuique noſtrûm foret, ſi aliorum errata prætermittentes, ad noſtra videnda & corrigenda conuerteremur? Deinde verò latè atque eleganter oſtendit Euæ curioſitatem his verbis.

S. Bern.

Tu ô Eua, in paradiſo poſita es, vt cum viro tuo opereris, & cuſtodias illum: ſi iniunctum perfeceris, quandoque tranſitura ad melius: vbi nec opus ſit te in aliquo opere occupari, nec de cuſtodia ſolicitari. Omne lignum paradiſi tibi conceditur ad veſcendum, præter illud quod dicitur ſcientiæ boni & mali; ſi enim cætera bona ſunt, & ſapiunt bonum, quid eſt opus edere de ligno, quod ſapit etiam malũ?

Ad Rom. 12.
*Euæ curioſitas & temeritas.*

*Non plus ſapere, quam oportet ſapere*, Roman. 12. ſapere enim malum, ſapere non eſt, ſed deſipere; ſerua ergo commiſſum, expecta promiſſum, caue prohibitum, ne perdas conceſſum, quid tuam mortem tam intentè intueris? quid illo tam crebrò vagantia lumina iacis? quid ſpectare libet, quod manducare non licet? oculos (inquis) tendo, non manum, non eſt interdictum ne videam, ſed ne comedam; an non licet oculos quò volo leuare, quos Deus in mea poſuit poteſtate?

*Occaſio peccati fugienda.*
1. Cor. 6.

ad quod Apoſtolus: *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt*, 1. Corinth. 6. & ſi culpa non eſt, culpæ tamen occaſio eſt, & indicium commiſſæ, & cauſa eſt committendæ. Obſerua quàm seriò & ſedulò principiis obſiſtendum ſit; ſemel enim hoſte intra vallum recepto, quid niſi extrema ruina conſequetur? Adiungit ergo Bernard. Tu enim intenta ad aliud, latenter interim in cor tuum ſerpens illabitur, blandè alloquitur, blanditiis rationem, mendaciis timorem compeſcit: nequaquam (inquiens) morieris. Auget curam, dum incitat gulam; acuit curioſitatem, dum ſuggerit cupiditatem. Offert tandem prohibitum, & aufert conceſſum; porrigit pomum, & ſurripit paradiſum, haurit virus peritura, & perituros paritura. Perit ſalus, non deſiſtit partus, naſcimur, morimur, idcóque naſcimur morituri. Hactenus D. Bernardus *tractat. de gradu humilit.*

Ierem. 9.
*In oculis mulieris tentatio viri.*

Timendum quod monuit Ieremias: *Mors intrauit per feneſtras*, cap. 9. non dixit, per oſtia, & portas latè patentes, ſed per feneſtras, quæ ſunt editiores & anguſtiores. Nimirum, vt egregiè adnotauit S. Hieron.

S. Hieron.

diabolus non pugnat citò contra aliquem per grandia vitia, ſed per parua, vt poſſit quomodocunque intrare, & dominari homini, & poſtea eum in maiora vitia impellit. Sic Hieron. Primam quidem ſibi ſedem fixit in oculis primæ mulieris ſerpens: vnde nunc etiam per mulierum oculos ad virorum corda transfigenda ſuas conſueuit eiaculari ſagittas. Oportuit igitur, vt in reparatione generis humani mulier altera exiſteret, cuius in oculis, vita ipſa, & ſpiritus ſanctus ad mortalium ſalutem inſideret. Hæc ſanè virgo eſt Dei mater, de qua optimè intelligitur illud

Eccleſ. 36.
*B. Mariæ ſpecies mundo ſalutaris.*
Hailgrin.

Eccleſ. 36. *Species mulieris exhilarat faciem viri ſui, & ſuper omnem concupiſcentiam hominis ſuperducit deſiderium.* Ad quæ verba ſic Card. Hailgrin. *in 4. Cantic.* Species quidem mulieris virum potentem humiliat, ſeuerum & auſterum emollit; virginis autem ſpeciem ſic concupiuit Dominus, & ipſa eius deſiderium in tantum ſuperduxit, hoc eſt, ad tantum exceſſum perduxit, vt ad noſtram infirmitatem humiliatus ſit omnipotens, & qui eſt vita viuentium, emollitus ſit ad mortem. Sic ille. Quòd verò de beata Virgine loquatur Eccleſiaſticus, oſtenditur ex iis, quæ ſtatim ſubiicit. *Non eſt* (ſcilicet) *vir illius ſecundum filios hominum, & adiutorium ſecundum illum eſt, & columna, & requies*, &c. Vir ille Chriſtus Dominus eſt; hæc autem ipſius mater Virgo; ad quam Filius 4. Cantic. dicit: *Vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum.*

Cantic. 4.
*B. Maria ſolicita erga filium.*

Guillelmus intelligit per oculum virginis, charitatis maternæ circa Filium ſolicitudinem. Rupertus, ſanctarum cogitationum, & precum intentam perſeuerantiam: Ergo, ô Domina, oculi ſeruorum & ancillarum in manibus tuis. Oculi tui videant in nobis æquitates; reſpectus tuus profectus noſter eſt, vt alibi D. Ambroſius de Chriſti aſpectu loquitur.

Pſalm. 16.
S. Ambr.
*B. Mariæ oculi ſalutares.*

6. Vidit igitur mulier. Miror equidem fragilitatem ſerpentis, mille dixit, mille ſtruxit inſidias, in mille ſe dolos effinxit, nimius fuit in ſuadendo: incaſſum tamen omnia recidiſſent, ſi mulier voluiſſet.

*Diaboli tentatoris fragilitas.*

Vt in peccatum impelleret mulierem, nihil non eſt molitus, non viribus quidem, ſed fraudibus. Pulchritudinem fructus, & dulcedinem obiectauit; vt, quod conſilio dum ſuaſit, minimè potuit perficere, pulchritudine ipſa pomi, & ſapore tandem aſſequeretur. Dicit igitur mulierem potius pomum, quàm ſerpens; quòd vidit potius, quàm quòd audiuit.

S. Bernard.

Bene D. Bernard. de duplici Baptiſmo iſtam ſerpentis fragilitatem in tentando; & Euæ noſtramque conſimiliter in cadendo leuitatem perſtringens, ſic ait: Primos parentes, non vrſus, aut leo, ſed potiùs ſerpens callidior vtique non fortior cæteris animantibus ſupplantauit.

*Diabolus callidus, non fortis.*

Nec mulierem vir, ſed mulier virum; ſerpens, ô Eua, decepit te, decepit profectò; non impulit, aut coegit; mulier tibi ô Adam de ligno dedit, ſed offerendo vtique, non violentiam inferendo.

*Voluntas cauſa peccati.*

Neque enim poteſtate illius, ſed tua factum eſt voluntate, vt eius voci plus obedieris, quàm diuinæ. Cæterùm ſi ille tibi non præcauit ignatus, nos ſaltem nobis tot exemplis præmoniti caueamus. Hæc Bernard. Satis quidem conteſtatam habemus fragilitatem tentatoris. At leo eſt, & quis non pauebit. Sed heus tu, non leo iſte legitur irruere in caulas, effringere vallos; deinde ouium alias dentibus, alias vnguibus lancinare, lancinatáſque vorare. Quàm miſerabilis ea foret ouium conditio! ſed rugiens circuit, quærens quem deuoret, 1. *Petr.* 5.

1. Petr. 5.

Ergo ſi ſe intra ſeptum teneat ouis, tuta erit; ne foras exeat, ne iugulum offerat, ne in ſe leonem inuitet; ne mortem ipſa denique ſuam accerſat.

*Occaſiones quærit diabolus.*

Rugit leo, circuit, quærit: hoc tantum poteſt, quem deuoret, non vi comprehendit, ſed fortè inuenit, imò accipit vltrò ſe offerentem: *In die illa viſitabit Dominus ſuper Leuiathan ſerpentẽ vectem, & ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum*, Iſai. 27.

Iſai. 27.

Bone Deus, quod tam horribile monſtrũ, & quis non ſtupeat? Subſiſte quæſo pauliſper. Leuiathan eſt mole prodigioſa; in mari montium inſtar ſeſe conuoluit; at hamo capi poteſt, vt ſcribitur apud Iob, & irridendus, illudendúſque obiicitur pueris, vt habetur *Pſal.* 103.

Iob 40.
Pſal. 103.
*Diabolus facilè ſuperatur.*

Vectis eſt, poſtes obſerat, ingreſſum aditúmque præcludit? Papè, & quis domi commorans ſeras ac vectes non remouet facilè, foréſque pandit? Vectis non in manus oculóſve inuolat, non ictum in pectus coibrat, mole tãtùm ſua obſiſtit. Leuiathan vectis eſt, quia ſerpens tortuoſus ad

fores excubat. At vbi fides, vbi ſpes noſtra eſt, A cùm à Deo promiſſum habeamus: *Qui habitat in adiutorio Altiſſimi,in protectione Dei cœli commorabitur; ſuper aſpidē & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem*, Pſal. 90. Excubantem illum præ foribus Leuiathan ſerpentem tortuoſum pede impreſſo protere, & ſecurus cum Deo tranſi; nihil infirmius diabolo, & fortius eo, qui Dei gratia, quæ ſemper omnibus præſtò eſt, munitus tentatori obſiſtit; fruſtrà ille luctabitur, ſi tu obluctaris; ſi Dei præſidio armatus reſiſtas, viciſti, proſtraſti, obtriuiſti leonem, Leuiathan, ſerpentem.

*Diabolus vincitur, ſi volumus.* Pſalm. 90.

7. Noſtra profectò in voluntate, & malum & bonum ſitum eſt, quæ præſidium diuinæ gratiæ B ſponte oblatum, & quodammodo ſeſe per vim inferens reſpuit, ac prauo deſiderio incitata, volens ſciénſque ruit in peccatum. qua de re cum ſæpè aliàs, tum vel maximè diſſerit accuratiſſimè D. Bernard. *ſerm 81. in Cantic.* hoc modo Vim à natura ſolus homo nō patitur, & ideo ſolus inter animantia liber. Et tamen interueniente peccato patitur quandam vim & ipſe, ſed à voluntate, non à natura, vt ne ſic quidem ingenita libertate priuetur: quod enim voluntarium, & liberum. Et quidem peccato factum eſt, vt corpus, quod corrumpitur, aggrauet animam, ſed amore, non mole. Nam quòd ſurgere anima per ſe iam non poteſt, quæ per ſe cadere potuit, voluntas in cauſa eſt; quæ corrupti corporis vitiato ac vitioſo C amore langueſcens, & iacens, amorem pariter iuſtitiæ non admittit. Ita neſcio quo prauo & miro modo ipſa ſibi voluntas peccato quidem in deterius mutata neceſſitatem facit, vt nec neceſſitas cùm voluntaria ſit, excuſare valeat voluntatem, nec voluntas cùm ſit illecta, excludere neceſſitatem. Eſt enim neceſſitas hæc quodammodo voluntaria, eſt fauorabilis vis quædam premendo blandiens, & blandiendo premens: vnde ſeſe rea voluntas, vbi ſemel peccato conſenſerit, nec excutere iam per ſe, nec excuſare tamen vllatenus de ratione queat. Inde querula illa vox veluti gementis ſub onere neceſſitatis huius: *Domine* (inquit) *vim patior, reſponde pro me*, Iſai. D 38. Sed rurſus ſciens quòd non iuſte cauſaretur aduersùs Dominum, cùm voluntas ſua, ipſius potiùs in cauſa foret, attende quid ſecutus intulerit: *Quid dicam, aut quid reſpondebit mihi, cùm ipſe fecerim?* Premebatur iugo, non alio tamen, quàm voluntariæ cuiuſdam ſeruitutis; & erat pro ſeruitute quidem miſerabilis, ſed pro voluntate inexcuſabilis. Voluntas enim eſt, quæ ſe, cùm eſſet libera, ſeruam fecit peccati, peccato aſſentiendo. Voluntas nihilominus eſt quæ ſe ſub peccato tenet voluntariè ſeruiēdo. Hæc omnia Bernard. quibus arbitrij humani libertatem aſtruit, & ob eam, quæ nunquam tollitur, aut cogitur, optimè cenſet inexcuſabilē qui peccat. Obiter hîc mo- E nuerim donandum eſſe D. Bernard. quòd legerit apud Iſaiam: cùm ipſe fecerim. Sic enim vitio (quod aliquando ſolet irrepere) fortaſſe librariorum in biblia vulgata priùs legebatur; ſecus autem legitur in emendata noſtri temporis. Vnde amplius colliges, quàm neceſſaria omnino ſit Hebrææ linguæ peritia iis, qui ad explicationem diuinarum literarum aggrediuntur: eſt enim in fonte Hebræo עשה *ghaſah*, fecit, in tertia perſona præteriti. Deus nimirum, ad quem pro deprecādo morbo doloribus exæſtuans Rex confugerat; ipſe morbum illum fecerat, cala-

*S. Bernard.* *Voluntas cauſa peccati.*

*Libertas humanæ arbitrij.*

*Neceſſitas peccandi voluntaria.*

Iſai. 38.

*Peccans excuſatione caret.*

*Hebrææ linguæ peritia quàm ſit neceſſaria.*

*Iſaiæ locus correctus.*

A mitatémque immiſerat; cùm ad periclitandum pij Regis patientiam, tum etiam ad demonſtrandam ſuam omnipotentiam; facile enim, vt ibidem legitur, Regem iam deploratum penéque moribundum ad vitam & ſanitatem reuocauit. Si in prima perſona fuiſſet *fecerim*, aut *feci*: poneretur in Hebræo עשיתי *ghaſithi*.

---

## SECTIO XIII.

### *Quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum: & pulchrum oculis, aſpectúque delectabile.*

B 1. VIdit: vbinam, aut quomodo vidit lignum bonum ad veſcendum? An viſu percipiatur, & non guſtatu, quod bonum eſt ad veſcendum? itáne verò deprauatus erat mulieris affectus, vt oculis pro palato abuteretur? ea plane eſt cæcitas mentis, ea dementia, in quam ex nefariis diaboli ſuggeſtionibus, atque ex prauo affectu peccatores ſæpè incurrunt, ſed audi D. Ambroſium *libro de paradiſo*, *cap.* 13. Infirma (ſic ait) autor iudicij, quæ de eo, quod non guſtauerat, iudicabat; & ideo non facilè niſi, ſi quòd diligentiùs pertractauerimus, quod interiore probauerimus affectu, videtur ad opus aliquod eſſe ſumendum. Hæc Ambroſ. Inſipiens C mulier ex aſpectu ſubintulit ſaporē pomi; ignorabat enim (quippe nullam rerum adhuc habuerat experientiam) quam fallax ſit oculorum ſenſus & iudicium quod per illos ſtatuitur: quàm multa oculis obiecta iudicantur, ex ipſo tantùm aſpectu bona, dulcia & ſuauia, quæ ſi præguſtentur, abſynthio felléque ſunt amariora: quod bene admonuit Salomon Prouerb. 23. *Ne intuearis vinum, quando flaueſcit, cùm ſplenduerit in vitro color eius; ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet.* Hic locus ſi intelligatur de vino ipſo, vt res ſonat, hunc habet ſenſum; auerte oculos à vino, cuius color in calice vitreo flaueſcens in- D uitat ad potum; deinde blandè & ſuauiter ebibitur; cæterùm eò tandem potatorem deducit vt bona fortunæ & naturæ, quæ nimia potatione exhauriuntur, depeculetur; & quod grauius eſt, bona gratiæ ſubuertat, dum corpus ad laſciuiam inflammat. Altior verò ſenſus eſt, de bonis huiuſce vitæ, quæ ſæpiùs, in Canticorum maximè libro, per vinum ſignificantur. Aſpectu ipſo huiuſmodi felicitates mundi decipiunt, colore titillant, primo aggreſſu dulciculam neſcio quam ſuauitatem ingerunt; at temporis rerúmque decurſu excruciant animum; quippe in hac vita nonnunquam moleſtiarum acerbitates inuehunt, & in altera ſempiternos gehennæ cru- E ciatus, ſi contra Dei legem, & amantur & poſſidentur. Proh mundi aſtutia! proh carnis & voluptatum fallacia mortalium oculis inſidioſa! coloris emicat rubor, at cauda colubri, & halitus reguli occultatur; inuitat color, ſed venenum intus abditum perimit. Planè mundi bona nihil minus habent, quàm vt bona & pulchra & dulcia ſint: talia ex noſtro prauo iudicio cenſentur, hinc illud egregiè à S. Chryſoſt. Omnia iſta opinio noſtra damnat. Longè aliter Dominus vult ſua bona, ſuáque oblectamenta guſtari à nobis, deinde videri. Sic enim Pſalm. 33. *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.* Quis

*Diabolus ſenſum immutat.* S. Ambroſ.

*Non temerè, ſed maturè procedendum.*

Prouerb. 23. *Oculi ſæpè falluntur.*

*Vinum inſidioſum, & perniciosum.*

*Bona vitæ comparata vino.*

*Voluptates carneæ inſidiantur.*

S. Chryſ.

Pſal. 33.

S. Gregor.

Quis enim ( infert S. Greg. ) amare valeat quod ignorat? Quid verò conſequatur ad guſtum diuinarum dulcedinũ, adiungit optimè S. Doctor. Sicut ( inquiens ) poſt guſtum mellis omnia videntur inſipida, ita guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. Sic ille *hom. 36. ſuper Euangel.* Iccirco igitur felle & abſynthio carnalium voluptatum paſti, & potati ſpirituales ac diuinas execrantur, quia nondum permotibus labris mellis iſtius ſuauitatem attigerunt. O ſi guſtaſſent, quam illis fellea videretur caro! Sed quomodo guſtabo? reſpondet optimè S. Hieron. Propheta dicit: Guſtaui, & quomodo guſtaui; ſic iuuenit per fidem, per ſpem, & per opera bona.

*Voluptas diuina guſtata dolet.*

S. Hieron.

2. Vidit igitur mulier. Conſequitur oculorum viſus præconceptum in animo iudicium; mulier ſcilicet ex promiſſione ſerpẽtis illam diuinitatis prærogatiuam appetiuit, & quia ipſius aſſecutionem in pomi eſu ſitam eſſe iudicauit, affecta ſubinde eſt amore, & deſiderio huiuſmodi pomi, ac demum illud ipſum conſpicata eſt, vt bonum ad veſcendum. Rectè à Philoſopho dicitur. Qualis quiſque eſt, talis ei finis videtur: & qualis apparet finis, talia omnia videntur, quæ ad illum conſequendum conducunt. Hoc malo ſæpiùs laborant Reges ac Principes, qui amore, aut propenſione quadam ducti potiùs, quàm vero rationis iudicio, illos euehunt ac præficiunt,

*Iudicio dirigantur oculi.*

Ariſtot.

*Regum iudicium fallax.*

B

C qui planè indigni cenſentur; at illos è contrario reiiciunt, & in angulis ac tenebris latere patiuntur, quorum ad omnes honorum gradus mira eſt naturæ virtutiſque facultas: ſed in illis valet affectus, qui ad iſtos nullus adeſt. Sic 1. *Reg. 5.* Philiſtæi Dagon ſuum, quem adorabãt, etſi truncum, dempto capite manibúſque abſciſis in altari reponunt: at verò Arcam Dei, vbi lex, vbi virga, vbi manna, miris fœtam myſteriis, iacere humi abiectam volunt. Placent enim Principibus idola principum: Dauid autem tantus vir procul amouetur, quia non placet ſatrapis Philiſtinorũ. Sic mali, ſic rudes & inepti præferuntur boni, ſapientes, aptique ad omnia, neſciuntur ac deliteſcunt. Verè ( notat hic D. Chryſoſtom. *hom. 16.*)

*Apud reges plus gratia, quam virtus valet.*

1. Reg. 5.

1. Reg. 19.

S. Chryſoſt.

D corrumpunt bonos mores colloquia praua, 1. *Corinth. 15.* Quare enim non antè diaboli conſilium vidit lignum, quòd eſſet bonum? &c. Sed timebat mandatum Dei, & ſubſequuturum ſuppliciũ. Nunc autem poſtquam à mala hac beſtia decepta eſt, tunc illam ſpes promiſſionis ad ſumendum cibum impulit, & maiorem fidem habuit hoſti noſtræ ſalutis, quàm Dei verbis. Hæc Chryſoſtomus. Quæ doctrina attentiùs memoriæ tradenda eſt, vt iſto velut Theſei filo cæca regi poſſint vitæ noſtræ veſtigia. Labyrinthus eſt conſuetudo, familiaritas, colloquium, cum homine ſceleſto, atque impuro: irretit, illaqueat, miſerũ, qui ſe incautè obtulit blandienti colubro. Videbit illicò, quod antea nec viderat, imò nec

*Conſuetudo malorum perniciosa.*

E cogitarat quidem: dicet bonũ, quod malum omnino eſt, in ligno mortis vitam, ac diuinum neſcio quid ineſſe apud ſe ſtatuet. Vſque adeò efficax huiuſmodi conſuetudo eſt, vt miraculum ſit hominem, vbi ſemel induit laqueum, inde expedire poſſe, & incolumem abire; & quo illa blandiùs ſerpit, eo conſtringit violentiùs. Simile quid plorat D. Bernard. *Epiſt. 2.* cùm ſcribit ad monachum adoleſcentulum, quem cognatus quidam blandis perſuaſionibus illectum à religione in ſeculum reduxit. Inexcuſabilis ( inquit ) es, illius culpa tuam non excuſat, quidnam ille fecit? Nunquid te rapuit? Nunquid vim intulit? rogauit,

S. Bernard.

*A religione iuuenis reductus.*

A non ligauit. Blandiendo attraxit, non violenter traxit. Quis te cogebat credere blandienti? aſſentire attrahenti? fugit ouis tremebunda veniente lupo, abſcondit ſe columba tremens accipitre viſo; & tu, cùm videbas furem, currebas cum eo? Hæc Bernard. Profectò ſi qua in alia re maioris momenti vigilandum homini eſt, in hac maximè vna mille, imò innumeris, ſi ineſſent, oculis eſſet peruigilandum; nec enim vſquam alibi maiora & certiora, quàm in conſuetudine ineunda, & nutrienda exurgunt pericula. Quis enim ( inquit Leo *ſerm. 11. Quadrageſ.*) picem tangit; & non inquinatur ab ea? quis non infirmatur in carne? quis non ſordeſcit in puluere? Ita

*Vigilandum circa conſuetudinem.*

S. Leo.

B Leo. Et quod mihi maiorem commouet admirationem, vnus in copioſiſſima gẽtium ciuitate fornicator exiſtens in grauiſſimum diſcrimen reliquos omnes adducebat; vt videre eſt *Epiſt. 1. ad Cor. cap. 5.* tollit autem omnem hyperboles ſuſpicionẽ hac de te, cùm adiungit: *Neſcitis, quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit?* Hunc locum commentatur egregiè D. Chryſoſtomus *homil. de virtut. & vit. tom. 5.* his verbis. Apud Corinthios, qui lenociniis operam daret, vnus tantummodo inuentus eſt, nec ſecurus tamen Paulus ingemuit, quaſi ciuitas illa funditus periſſet; ſciebat enim niſi illa flagitio deſiſteret, deſcendentem ordine morbũ alios omnes vaſtaturum

1. Cor. 5.

*Fornicarij ſocietas multos corrumpit.*

S. Chryſ.

C eſſe. Ita Chryſoſtom. Heu nos miſeros, qui non vnum tantummodo in ciuitate patimur nefarium, ſed abundauit inter nos iniquitas, ac turpitudo multorum; cùm boni tamen appareant tam vaſto in gurgite! Nota etiam, quàm emphaticè fornicarius ille fermentum dicatur. Sicut enim (ait D. Thomas) per modicum fermentum tota maſſa corrumpitur, ita per vnum peccatorem tota ſocietas inquinatur. Vnde Eccleſ. 11. *Ab vna ſcintilla augetur ignis, & ab vno doloſo augetur ſanguis.* Dum ſcilicet per peccatum vnius, alij prouocantur aliqualiter ad peccatum. Quare Corinthiis erat cauendum, ne peccato vnius omnes inquinarentur ex eius conſortio, ſecundùm illud Cantic. 2. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic*

S. Thom.

Eccleſ. 11.

D *amica mea inter filias.* Vbi dicit Gloſſa: Non fuit bonus, qui malos tolerare non potuit. Hæc Thomas.

Cantic. 2.

*Mali ſunt tolerandi.*

3. Quòd ſi tanta vis ineſt in conſuetudine, in colloquio cum ſerpente, ad labefactandum ſtatum innocentiæ, ad exhauriendas gratiæ dotes, Deum ab animis primorum Patrum expellendum, miſeróſque ipſos duplicata morte animæ & corporis perimendos: quæ non longè potentior vis erit in conſuetudine, quæ inſtituitur in familiaritate, quæ initur in colloquio, quod habetur cum probis, & ad virtutem compoſitis, & Deum ipſum in ſeipſis ſpirantibus viris? Omniũ maximè poſt Deum Virginis Dei matris familiaritas, qualis in hac vita piis mentibus eſſe po-

*Conſuetudo bonorum efficax.*

E teſt, ad nihil non eſt potentiſſima. quod nuncupatim videre fuit in tribus illis menſibus, quibus Dei mater manſit in contubernio Eliſabethæ; hac enim ea conſuetudine, nondum etiam natus ille puer tantam eſt ſuper omnes mortales gratiam adeptus, vt poſtea magnus coram Deo haberetur, Deíque ipſius teſtimonium audiremus: *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.* Sed præſtat in medium proferre commentarium D. Ambroſij *libro ſecundo in Lucam 1.* Manſit (inquit) Maria cum illa menſibus tribus. Bene inducitur ſancta Maria, & exhibuiſſe officium, & myſticum numerum cuſtodiſſe.

Luc. 1.

*B. Mariæ conſuetudo potentiſſima.*

Matth. 11.

S. Ambr.

P 3 Nn

*B. Mariæ præſentia Baptiſtam mirè aſfecit donis.*

Non enim ſola familiaritatis eſt cauſa, quòd diu manſit, ſed etiam tanti Vatis profectus. Nam ſi primo ingreſſu tantus profectus extitit, vt ad ſalutationem Mariæ exultaret infans in vtero, repleretur Spiritu ſancto mater infantis; quantum putamus vſu tanti temporis ſanctæ Mariæ addidiſſe præſentiam? Vngebatur itaque, & quaſi bonus athleta exercebatur in vtero matris Propheta. ampliſſimo enim virtus eius certamini parabatur. Hæc Ambroſius. Bonorum omnium, quibus illo in ſtatu feliciſſimo fruebatur, parentes primi iacturam fecerunt; & infinitam malorum colluuiem ſibi ſuiſque poſteris inuexerunt ex illo conſortio ſermonéque ſerpentis. Sed ô pulcherrima rerum commutatio! Vna Dei mater Virgo beatiſſima ſuis, qui ad eam confugiunt, qui familiariùs eam colunt, illi adhærent, & veluti cum matre filij colloquuntur, ita omnia reddit tranquilla & felicia, vt malis omnibus expediti ad bona omnia conſequenda ſubuehantur; quam ad rem mirabilis eſt D. Bernard. exhortatio *ſerm. 2. de aduentu Domini*, quæ ſic habet. Studeamus ad Deum per Virginem aſcendere, qui per ipſam ad nos deſcendit: per eam venire in gratiam ipſius, qui per eam in noſtram miſeriam venit. Per te igitur acceſſum habeamus ad Filium, ô benedicta inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater ſalutis, vt per te nos ſuſcipiat, qui per te datus eſt nobis.

*S Bern.*
*B. Maria quantũ ſuis conferat.*

4. *Et pulchrum oculis, aſpectúque delectabile.*] Permagna eſt emphaſis Hebræi ſermonis hoc loco, quam Latinus aſſequi omnino haud poteſt, וכי תאוה היא לעינים ונחמד העץ להשכיל *vechi taauah hu laghenaim venechmad haghetz leaſchil*, & quod deſiderium ipſa ad oculos, & concupiſcibilis arbor ad intelligendũ. Chald. vertit. Et quòd ſalutifera eſſet oculis, & delectabilis arbor ad intuendum in eam. Vel: Et quòd ſanitas oculorum, &c. Alij: Et deſiderata ad faciendum intelligere. L X X. καὶ ὅτι ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, καὶ ὡραῖόν ἐστι τοῦ κατανοῆσαι. Et quod placidum oculis ad videndum, & pulchrum eſt ad intelligendum. Ac primò quidem de priore parte verſus dicendum, *Et pulchrum oculis*: ſed quæ tanta iſta in pomo, in ficu pulchritudo extitit, vt ita vim quandam oculis Euæ inferret? ex affectu & præiudicio mentis corrupto (quod præcedenti verſu ſubnotauimus) ea pulchritudo tam admirabilis iueſſe pomo credita eſt. Voluptas (inquit Procopius) & nimia licentia dabant mulieri, vt prohibita arbor antequam incontinentes manus illi admoueret, ipſi allubeſceret. Vt viro ſcortatori panis omnis iucundus eſt. Sic ille. Vniuerſim pulchritudo, ſanitas oculorum, & ſalutifera oculis, hoc eſt, cibus paſtúſque oculorum eleganter dicitur idiomate Chaldaico, in quo ſanare oculos idem eſt, quod paſcere oculos. Sed quæcunque amœnitas, & ſpecies delectabilis in cæteris rebus exiſtit, per translationem potiùs nominatur, ad ſimilitudinem illius, quæ in animante & in homine maximè apparet. Hæc definitur à Marco Tullio. Apta figura membrorum cum coloris quadam ſuauitate. *Tuſcul. 4.* Vera verò ex his gratior emineat, non eſt dictu facilè, quid enim elegantius, quàm illa colorum rubri ac niuei venuſtas, quæ à D. Hieron. *Epiſt. ad Saluinam* appellatur roſarum & liliorum calathus; eboris oſtrique commercium? Sic ille. Sed rurſus quid venuſtius apta illa & concinna totius oris conformatione, à qua cælum ipſum aſtris depictum, aut pratum diſtinctum floribus, quodammodo obſcuratur? Hic eſt cibus, paſtus, ſanitas, ſalus, deliciæ oculorum. Sed verius dicam: Hoc eſt extremum periculum, ſumma tentatio, communis interitus oculorũ. Quam bellè illud dictum eſt à D. Gregor. Nazianz. *opuſcul. de vita itineribus*: Pulchritudo breuis, atque fulgetri grata ſimilis. Nimirum, vt ego interpretor, quia vel cælo detonante ac mugiente fulgor quidam intermicat, aciem oculorum vehementer perſtringens, ac ſubinde interdum euibratur fulmen, quo præaltis in montibus arbores, munitiſſimæ torres, montium culmina, rupiúmque ipſæ crepidines tactæ conuelluntur; atque exruuntur; ita planè ſe habet oris iſta tam grata & glorioſa inter homines pulchritudo. Nihil illa fugacius, nihil breuius: momento intermicat, diſparétque. Sed ea tamen vis illi ad nocendum ineſt, vt per oculos intuentium ſubintrans, ad animam penitiùs ſubeat, fulminatámque ſæpiùs ab editis virtutum maximarum culminibus deiciat, fœdíque amoris gehennalibus flammis ſuccendat. Non igitur immeritò pulchritudinem antiqui dixerunt triumphum de fortibus ac bellatoribus.

*Proc.*
*Pulchritudo ſanitas, paſtuſque oculorum.*
*Tuſc. 4.*
*Pulchritudo deſcribitur.*
*S. Hieron.*
*Pulchritudo periculoſa oculis.*
*S Greg.*
*Pulchritudo fulgurat.*
*Pulchritudo triumphat.*

5. Demonſtratur hoc in Iudith hiſtoria, cuius ſandalia rapuerunt oculos Holofernis. de qua diſſerens D. Auguſt. *tom. 10. ſerm. 66. in appendice.* idémque *ſequenti ſermone*, ſic ait: Iudith imponens ſibi ornamentum, pendulas aureas diuitias ſuſpendit, & manibus lapillatos circulos ſplendentes induxit, fluentes ſinus purpureæ veſtis gemmato collegit pectore, caſto vultu priùs dimicatura quam ferro. Monilium tela pudori ſemper aduerſa, hoſtem ferire didicerunt. Dum Regi alto ſermone imaginatis verbis blanditur, bellatur animus laſciuia ſoluitur; in amore armorum torpent vires innumerabiles militum. Bellatoris crines implicuit pulchritudine digitorum. Hæc Auguſtinus. At (inquies) ſi tam periculoſa mentibus ad ſalutem, imò & corporibus ad vitam, & quod ſæpiùs euenit integris prouinciis, & regnis peſtis & conflagratio extitit, pulchritudo Helenæ, Lucretiæ, Cauæ, Bolinæ, aliarúmque fœminarum: quorſum igitur Deus hanc tantam, tam exitialem homini perniciem ſuis manibus molitur? Occurrit D. Chryſoſtom. *in Pſalm. 43.* ad hunc modum. Deus, vt peritus artifex, vel ea vili, & nullius pretij materia fecit ingentem oriri pulchritudinem, non vt fornicceris, ſed vt tibi ſuam oſtenderet ſapientiam. Ne ergo artifici iniuriam feceris, ſed nec commiſeris, vt eius ſapientiæ opus ſtupri & impudicitiæ à te fiat receptaculum. Formam euſque mirare, vt gloria & honore afficias artificem; vlteriùs autem ne progrediare, animi perturbationem excitans. Pulchrum opus. Is ergo qui fecit eſt adorandus, non contumelia & probro afficiendus. Si quis (dic quæſo) auream alicuius ſtatuam, & regiam imaginem cœno, & aliis eiuſmodi fœdauerit: nónne vltimum luet ſupplicium? qui opus Dei tanta afficit ignominia, quid tandem patietur? cur alienam ediſcis pulchritudinem? cur de vultu non tuo curioſè ſcrutaris? cur fertis per præcipitia? cur retibus teipſum illaqueas? Oppone murum tuis oculis, tuos oculos obſtrue, impone legem oculis tuis. Hæc omnia S. Chryſoſtomus. Quæ ſi diligenter obſeruarentur, non tanta quotidie ſtrages fieret corporum & animarum. S. Ambroſ. *lib. inſtit. virg. cap. 4.* idẽ omnino pertractat argumentum in hæc verba: Dicis ô vir, quia mulier tentatio fuerit viri. Verum eſt etiam; ſi eſt decora, ecce alia tentatio. Cur autem tu vul-

*S. Auguſt.*
*Iudith pulchritudo.*
*Iudith Holofernem proſternit.*
*S. Chryſoſt.*
*Deus artifex pulchritudinis.*
*Deus adorandus vt pulchritudinis artifex.*
*Oculi obſeruandi contra pulchritudinem.*
*S Ambroſ.*

tus decorem in muliere magis, quàm morum requiras? placeat mulier honeſtate magis, quàm pulchritudine. Non eſt vitium mulieris eſſe quod naſcitur: ſed vitium viri eſt, quærere in muliere, quo ſæpè tentetur; in qua ſi infirmior fuerit mulier, ipſa labatur: ſi fortior, vir periclitetur? Non poſſumus reprehendere diuini artificis opus. Sed quem delectat corporis pulchritudo, multo magis illa delectet venuſtas, quæ ad imaginem Dei eſt intus, non foris comptior. Si ergo mulier tentatio eſt, eſto cautior. Quære remedium aduerſus tentationis periculum: *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.* Matth. 26. Sic Ambroſ. Quare non temerè in faciem pulchræ mulieris intuendum eſt. Sunt in ea, laquei, iacula, venenum; inde animis & corporibus nonnunquam peſtis, & interitus intentatur.

*Mulier virtute, quam decore praeſtat.*

*Facies pulchra non contuenda.* Matth. 26.

Porrò autem ipſa ſibi decora mulier valdè etiam periculoſa eſt. Multæ ſuæ ipſarum pulchritudinis acie, quàm chalybis, aut ferri crudeliore animæ & corporis mortem oppetierunt. Bene à D. Ambroſ. *in exhortatione ad Virgines.* Pulchritudo, periculum integritatis appellatur. Ergo tu, ô quæque fueris, audi S. Auguſt. *in Pſalm.* 44. Intus amat, qui intus videt: intus amat, vt intus ametur. Qui interiorem facit & ipſam pulchritudinem. Omnis gloria eius ab intus. Quæ ſunt interiora pulchritudinis? Conſcientia ibi videt Chriſtus, ibi amat Chriſtus, ibi alloquitur Chriſtus, ibi coronat Chriſtus. Hæc Auguſtin. Similiter D. Bernard. *ſerm.* 82. *in Cant.* pertractans hunc eundem locum ſic ait: Non eſt tua, ô mulier, iſta ſuauitas, iſta delectatio, iſtáque pulchritudo. Et ſi tua, pro parte luti, non tua ſolius, ſed communis cunctis animantibus terræ. tua quæ verè tua eſt, aliunde, & alia: nam æterna eſt de æternitate, quid tu animæ tuæ aliam formam, imò deformitatẽ imprimis alienam? Sic Bernard. Quàm verò neceſſe omninò ſit eum, vel eam cui pulchritudo inſignis eſt, ita ſe componere, vt intuentibus præſertim infirmioris naturæ, atque ingenij venenum & mortem (vt loquitur Nazianz.) non propinet? ille Angelus demonſtrauit, qui mulieri Sanſonem parituræ apparuit, *Iudic.* 13. retulit illa ad maritum: *Vir Dei venit ad me, habens vultum Angelicum, terribilis nimis.* Caietan. eleganter interpretatur: Dictio, *terribilis*, ſonat formidatum: non apparuit ſub ſpecie viri amabilis, ſed timendi; quia mulieri iuueni apparebat; nec decebat eam trahere ad ſui amorem, ſed reuerentiam, & propterea interpretatur, reuerendus valdè; vt etiam ipſa verba vxoris eximerent maritum ab omni ſuſpicione noui amoris in vxore. Ita Caiet. Venenum igitur in auro bibitur; aureis tenetur vinculis captiuitas; aureo iugulum petitur, & vita gladio aufertur; nec alio, vt mihi videtur, meretrix illa pocula, de quo *Apocal.* 17. Principes, ac reges terræ, quàm iſto inſidioſæ formoſitatis aſpectu in dementiam, atque in mortem induxit. Ac ipſum quidem fœminarum ingenium, à natura ipſa, & inueterata iam morum licentia multo leuius, atque inconſtantius, ita facilè ac momento perſtringitur, & ſuccumbit ad cuiuſlibet rei obiectæ pulchritudinem, vt vel ipſo pomi quantumuis prohibiti conſpectu Eua corruerit occæcata, quod vidit pulchrum oculis, aſpectúque delectabile. Concludat hunc de pulchritudine locum D. Chryſoſt. qui *ad Pſalm.* 140. ſic ait: Multa naturæ commoda adſunt etiam ſceleratis. An non erat formoſus Ab-

*Pulchra mulier ſibi etiam periculoſa.*

S. Ambr.

S. Auguſt.

*Pulchritudo vera animæ.*

S. Bern.

Nazianz.

Iudic. 13.

Caietan.

*Mulier non incitanda ad malum.*

*Pulchritudo perniciosa.*

Apoc. 17.

*Mulier pulchritudine capitur.*

S. Chryſoſt.

A ſalon, pulchra capitis cæſarie: caluus autem Eliſæus, vt etiã rideretur à pueris? Sed nec illum iuuit forma, nec iſtum læſit deformitas. Idem *in Pſalm.* 150. Pulchritudo ſine virtutibus, eſt præcipitium patens, venenum inſipientibus compoſitum. Roboreæ arbores, cùm denſæ ſint, folijs, & altitudine excelſæ, nõ tamen habent fructum hominibus aptum, ſed porcis; vinea autem per terram repens, maturum vuarum affert fructum. Ita Chryſoſt. Verum quia fœminæ tantoperè curant, atque æſtimant pulchritudinem: nouerint tandem, quænam vera illa eſt: planè optima, & vera pulchritudo in fœmina eſt ipſamet honeſtas, ac pudor. Nulla pudica deformis,

*Pulchritudo virtute caris.*

B nulla impudica formoſa. Quænam quæſo illa eſt toties laudata in Canticis ſponſæ pulchritudo, niſi pudicitia, niſi virginitas matris Dei? Columba mea, formoſa mea, *Cant.* 4. alloquitur Chriſtus Dominus matrem Virginem (inquit Guilhelm.) Columba propter fœcũditatem, ſed mea cui ego ſingularis pullus ſum. Formoſa per virginitatem: mea, quia mater mea, ideo virgo mea, virgo ſcilicet perpetua, ſicut non potui ſecundùm carnem tecum habere patrem; ita nec ex te fratrem. Proinde non tantùm primogenitum, ſed vnigenitum tuum me eſſe oportet: primogenitum, ante quem nullus; vnigenitum, poſt quem nullus. Sic ille.

*Pudicitia fœminæ pulchritudo.*

Cantic. 4.

Guilhelm.

*B. Mariæ pulchritudo.*

C 7. *Aſpectúque delectabile.* ] Hebr. ונחמד להשכיל *venechmad, leaſchil*, & deſiderata, aut concupibilis ad faciendum intelligere. Eſt enim verbum in coniugatione Hiphil. Radix autem ipſa שכל *ſachal*, eſt intelligere cautè, & prudenter agere, aut ſcire ad operandum, quod ex Geneſ. 48. & 1 Reg. 18. apertè colligitur. Videtur autem cùm ex hoc loco, tum ex ſuperioribus, cùm Deus plurimarum rerum cognitionẽ; perfectámque, vtpote congruentem felicißimo illi ſtatui, conceſſerit noſtris parentibus: ſolam illis occultare voluiſſe ſcientiam illam (ſi tamen tam honeſto digna eſt nomine) quæ in aſtutiis, calliditatibus & cautelis maximè ſita eſt; hanc

*Scientiã calliditatis Deus in hominibus execratur.*

D verò vitam ſcientiam fraudulentus ſerpens perſuadere contendit, ac miſella mulier expetiuit velut Deo propriam. At purus ab omni fraude, dolóque Deus ipſe, ita mentis ſinceritatẽ amat, vt cum ſimplicibus ſit ſermocinatio eius, *Prouerb.* 3. Vbi Gloſ. Sermocinatio Domini cum ſimplicibus eſt, quia illos ſapientiæ ſecretis illuſtrat, quos terreni faſtus, ac duplicitatis nihil habere conſiderat. Vnde ait: *Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis,* Luc. 10. Alterutro etiam agnoſcit ſenſum Lyra, vt illud, *eius*, referatur ad illuſorem, qui ſic antecedit. Abominatio Domini eſt omnis illuſor, & cum ſimplicibus, &c. Sermo ſcilicet illuſoris, quia facilius

Prouerb. 3.

Luc. 10.

Lyra.

*Deus ſimplicitatẽ amat.*

E decipit ſimplices, quàm aſtutos; quod D. Nazianz. *Orat.* 3. bene definit his verbis. Parum cauta eſt ſimplicitas. Minimè enim is ſuſpicatur improbitatem, cuius animus ab improbitate liber ac purus eſt. Ita Nazianz. Vtrumque adnotauit D. Ambroſ. 3. *Offi.* *cap.* 10. in hiſtoria illa Gabaonitarũ, qui fefellerunt Ioſue c. 9. Ioſue (inquit) citò credidit, adeò ſancta erat illis tẽporibus fides, vt fallere aliquos poſſe nõ crederetur. Quis hoc reprehendat in ſanctis, qui cæteros de ſuo affectu æſtimant? & quia ipſis amica eſt veritas, mentiri neminem putant; fallere quid ſit, ignorant; libenter credunt, quod ipſi ſunt; nec poſſunt ſuſpectum habere, quod non ſunt. Hæc Ambroſ. Hoc ſanè conteſtatur ipſa expe-

S. Greg. Nazianz.

*Suſpicatur malum qui malus eſt.*

S. Ambroſ.

Ioſue 9.

*Iuſti nec mentiri nec fallere ſciunt.*

*Iuſtorum credulitas.*

rientia; nec iuſtum & ſincerum de aliis perperam & vitioſè ſuſpicari; nec iniuſtum & verſipellem de aliis quicquam bene ac ſanctè cogitare. Cæteros quiſque de ſuo ingenio metitur. Et quidem illa ſcientia fraudum & calliditatum perniciuſiſſima generi humano eſt. In quo argumento locum habet non poſtremum, quod à D. Ambroſ. *ſerm.* 8. *in Pſalm.* 118. obſeruatur hiſce verbis. Nullum inuenimus diuinarum in ſerie Scripturarum de venatoribus iuſtum. Profectò tota ratio & ſtudium venatoris in calliditatibus ac dolis verſatur, & ex iiſdem maximè pendet. Indagat primò feram ſubdolo ſilentio, hac illac excurrens: deinde inuentam perſequitur, eò fugientem deducit, vt detrudat compingátque in barathrum. Summa cura & prouidentia expediuntur retia, tenduntúrque, laquei diſponuntur; inſidiæ, doli, fraudes, technæ ſtruuntur. Itaque venatio tota eſt inſidioſa & fraudulenta, In qua penè ad viuum exprimitur omnis humana fraus & calliditas, quæ à veteratore illo ſerpente ad animarum perniciem, ad ius, fidémque & commercium inter ſe mortalium euertendum inſtituta eſt.

*D. Ambroſ. Venator veteratoris ſymbolum.*

8. Grande in calliditatibus malum eſt hypocriſis, quam ſerpens in ſe primo dedicatam in primores noſtri generis parentes exhalauit. Iure optimo quæri poteſt (inquit D. Iſidor.) quomodo videbant, ſi clauſi erant oculi? Sed dictum eſt, vt intelligamus illis oculos apertos fuiſſe poſtquam de fructu comederunt, quibus ſe nudos videbant, & diſplicebant, id eſt, oculos aſtutiæ quibus ſimplicitas diſplicet. Cùm quis enim ceciderit ab intima luce veritatis, nihil eſt vnde ſuperbia placere velit, niſi fraudulentis ſimulationibus. Hinc enim hypocriſis naſcitur, in qua multum videntur cordati, qui decipere potuerunt, quem voluerunt. Ita Iſidor. Rectè autem D. Bernard. *ſerm.* 82. *in Cantic.* Hypocriſim eò maxime perſtringit, quòd per illam anima, quæ prius ſimplicitate ſua ante peccatum Deo ſimpliciſſimo erat ſimilis, vbi peccauit, diſſimilima Deo eſſe videatur. Non ſimilitudo (inquit) deleta eſt, ſed alia ſuperinducta. Non planè anima natiuam exuit formam, ſed ſuperinduit peregrinam: illa addita, non iſta perdita eſt: & quæ ſuperuenit, obſcurare ingenitam potuit, ſed non exterminare. Denique obſcuratum eſt inſipiens cor illorum, ait Apoſtolus *ad Rom.* 1. & Propheta Thren. 4. *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus?* obſcuratum aurum plangit, ſed aurum tamen, mutatum colorem optimum, ſed non fundamentum coloris euulſum. Manet in fundamento prorſus inconcuſſa ſimplicitas, ſed minimè apparet duplicitate operta humanæ doloſitatis, ſimulationis, hypocriſis. Operiantur ſicut diploide confuſione ſua, *Pſal.* 108. An non diplois, vbi non innata, ſed affixa, & quadã quaſi non peccati aſſuta ſimplicitati fraus. Vnde anima diſſimilis Deo inde diſſimilis eſt & ſibi, inde comparata iumentis inſipientibus, & ſimilis facta eſt illis, *Pſal.* 48. Inde homines, tanquam vulpes duplicitatis & fraudis foueas habent, & quia pares vulpibus ſe fecerunt, partes vulpium erunt. Hæc Bernard. de hypocriſi, qua ſe quidam induunt & obtegunt; ſed oculos Dei quibus nihil apertum non eſt, nec effugere, nec decipere poſſunt. Mirum eſt, cùm fratres illi (Angelos intellige) de locanda ſorore inter ſe agerent, & aptam illam formoſámque nuptiarum celebritati reddere vehementer elaborarent, interim tamen nihil de coloribus, ceruſa, minioque ad venuſtandam faciem dixiſſe; ſed omne ſtud om in cedro, argẽto, auro, gemmiſque conquirendis, & apponendis impendiſſe. *Quid faciemus ſorori noſtra*, &c. Cant. 8. Quia nimirum Angeli ſoliditatem, ac ſimplicitatem virtutum, in qua veræ conſiſtunt animæ diuitiæ, ac dotes, quæ ad caſtiſſimum cum Deo ſponſo coniugium expetuntur, amant requirúntque in anima, quam Deo velut paranymphi coniungunt, nimio autem colorandi & ceruſandi ſtudium inane, & ſubdolum hypocritarum eſt; non eſt enim, (vt ait D. Bern. *ſerm.* 66. *in Cant.*) apud hypocritas virtutes colere, ſed vitia colorare quodam quaſi virtutis minio. Hi ſerpentis diaboli adminiſtri & ſatellites, dolendum eſt, quantum in perdendis hominum animis deſudent. Sub oue lupum celant (inquit D. Gregor. Nazianz. *carmine ad Epiſcopos*) vt mactent: æri vtique non abſimiles: ſub pabuli illecebra piſcibus mortem occultant. Ita Nazianz.

*S.Iſidor. Hypocriſis à ſerpente adoceatur.*

*Hypocrita ſuperbus, & fraudulentus.*

*S.Bernard.*

*Hypocrita diſſimilimus Deo.*

*Ad Rom.* 1.
*Thren* 4.
*Similitudo Dei per peccatum non tollitur, ſed obſcuratur.*

*Pſalm.* 18.

*Pſalm.* 48.
*Hypocritarum punitio.*

*Cant.* 8.
*Simp. ex decor virtutum Deo grata est.*

*S. Bernard. Hypocritæ non colunt virtutes ſed vitia colorant.*

*S. Gregor. Nazian. Hypocritarum hamus.*

A

B

9. Duplicitate iſta cordis (quæ à calidiſſimo ſerpente manauit ad homines) etiam vel erga ipſum Deum abutuntur nonnulli; vſque adeò præceſſit hypocritarum impudentia. Sed audi D. Bernard. *ſerm.* 13. *in Cant.* in illos inuectum. Non omnis gratiarum actio accepta eſt Deo, niſi quæ de mera ſimplicitate procedit. Hypocritæ Deum quidem de bonis ſuis, ſed verbo tenus glorificã tes, corde retinent quod ore præbuerant; & quoniam doloſe agunt, in conſpectu eius inuenitur iniquitas eorum ad odium. Iſti Dei bona fraudulenter intorquent ſibi. Hoc malum religioſis maximè, & ſpiritualibus viris inſidiari ſolet. Magna & rara virtus profectò eſt, vt magna licèt operantem, magnum te neſcias, & manifeſtam omnibus tuam te ſolum latere ſanctitatem. Mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare. Hoc ego ipſis virtutibus mirabilius iudico. fidelis reuera famulus es, ſi de multa gloria Domini tui, etſi non exeunte ex te, tamen tranſeunte per te nil tuis manibus adhærere contingat. Hæc Bernard. Naſcitur quidem hypocriſis à ſuperbia; nimirum, vt ſic per fraudem captetur aura popularis, & ſeculi dignitates comparentur. Cæterùm vera humilitas, & ſincerè agit, & ambitione non mouetur; quinimo & ſeipſam, quæ virtus ſit, prorſus neſcit. Sed adhuc altera multo grauior, & pernicioſior cordis duplicitas in confeſſionis ſalutari ſacramento ſolet aliquando reperiri, qua quicquid dixeris, plorauerís, imploraueris, inane ac futile omninò habetur; & vnde veniam delictis impetrare debuiſſes, inde grauiores tibi pœnas, naſcente ibidem vitioſæ accuſationis culpa denuò accerſiſti. Oportet (ait D. Bernard. *ſerm* 16. *in Cant.*) confeſſionem eſſe ſimplicem, non intentionem (fortè quia later homines) excuſare delectet ſi ſit rea, nec leuigare culpã, quæ grauis eſt, nec alieno adumbrare ſuaſu, cùm inuitum nemo coëgerit. Primum illud non confeſſio eſt, ſed defenſio, nec placat, ſed prouocat. Sequens monſtrat ingratitudinem, ex quo minor reputatur culpa, eo minuitur, & gloria indultoris. Sed enim minùs libenter beneficium datur, quòd minùs gratè minúſque neceſſariè prouenire ſentitur. Veniam proinde ſibi abiudicat, qui munus largitoris attenuat, quod quidem omnis, qui reatum ſuum verbis alleuiare conatur, facit. Hæc Bernard. & plura in eandem ſententiam. Graue igitur malum calliditas, qua erga homines quis abutitur, vt decipiat; ſed omnium multo grauiſſimum, cùm quis aduerſùs

*S Bernard. Hypocritæ impudens erga Deum.*

*Hypocriſis vitanda religioſis.*

*Humilitas rara.*

*Fidelis circa honorem Dei.*

*Hypocriſis in confeſſione.*

*S Bern.*

*Confeſſio vera, & ſimplex ſit.*

C

D

E

Deum,

Deum, ſiue orat, ſiue confitetur, fraudes aſtutiaſque prætendit; quaſi verò Deum fallere quis poſſit, aut ab eius oculis, quibus cuncta patent nuda & aperta, ſe quis occultare queat.

10. O ſi neſciret mulier, quod ſcire tantopere expetiuit! eſt ſcientia quæ inflat, autore Apoſt. 1.
1. Cor. 8.
Cor. 8. in hydropiſim ſcilicet, vbi nihil ſolidum, & ſucci plenum, ſed aqueus humor, & flatus inanis. mulieri præſertim minùs congruit ſcire; potiùs
Prouerb 31.
neſcire, ac potiſſimùm neſciri. Prou. 31. innumeræ virtutes animi, dotéſque naturæ, atque rectè factorum inſignia deſcribuntur documenta illius
*Mulieris quo mores eſſe debeat.*
mulieris, quam fortem, & inuentu perdifficilem prædicat Rex ſapientiſſimus. Percurre ſigillatim
B
omnia, non inuenies ſcientiam, rerũ cognitionẽ, & quid ſimile, vnde mirabilis hæc mulier laudetur, ſed eius commendatio panegyrica in operibus, iiſque fœminarum propriis, vtpote, nendi, texendi, aſſuendi, & id genus aliis tota verſatur. Sed quid (inquies) neſcia hæc mulier & ſtolida eſt? planè ſcientiſſima; laudatur enim à conſilio, ſed conſilio manuum ſuarum. Summo hæc mulier prædita conſilio dicitur non capitis vt regat maritum, illique dominetur, aut cõſilio rerum ſublimium cogitatum, quo inflerur, ac ſupra muliebrem conditionem efferatur: non oculorum, vt videat, iudicétque pulchrum, & delectabile pomum, quod vetitum à Deo, & lethale ſine dubio erat, non oris & linguæ, vt con-
C
ſulat, vt doceat, nec enim docere mulierem per-
1. Tim. 2.
mittit Apoſtulus 1. *Tim.* 2. ſed operata eſt conſilio manuum ſuarum; in manibus igitur mulieri conſilium, ac ſcientia debet ineſſe. Ea ſcientiſſima, quæ nimiùm operatrix; hanc laudant in portis opera eius; non autem ſcientiæ, non facetiæ, non ſales, non vrbanitates, nec enim ſermo comptus, & lenocinia: verborum ruſticitas, quæ in fœmina carpitur ab inſipientibus, vti elegantia & vera ſapientia laudatur (vt eſt) à veris ſapientibus. Cæterùm hæc ferè omnia ſignificantur in verbis Apoſtoli, quæ præmiſimus. Sic enim habent: *Mulier cum ſilentio diſcat, cum omni ſubiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque domi-*
D
*nari in virum, ſed eſſe in ſilentio.* Ad quæ verba elegans eſt paraphraſis D. Anſelmi, nimirũ: Mulier
S. Anſelm.
non in clamoſa voce, ſed in ſilentio diſcat, ne vox audientes moueat ad libidinem. Et diſcat non erecta, ſed cum omni ſubiectione, quia propter culpam primæ tranſgreſſionis ſubiecta eſt viro, ſeruitute conditionis potiùs, quàm dilectionis. Docere non permitto mulieri, quia aliquando cùm docuit, à ſapientiæ æternitate ſeparauit. Neque permitto eam dominari in virum, etſi dominetur in aliam mulierem, quia vir fortioris naturę eſt, & dominium debet habere ſuper mulierem. Sed volo eam eſſe in ſilentio, vt neque
*Mulieris loquacitas carpitur.*
cum vicina fabuletur. Silentium teneat, quia dũ loquitur magis ad luxuriam irritat, & irritatur.
E
Hæc omnia S. Anſelm. Faxit Deus, vt illa obſeruent mulieres. Sed vt quotidie videmus, mulier tota quanta eſt, nil aliud niſi lingua eſt. Placet
Caietan.
hic adnotatio Caiet. quæ ſic habet: Quòd apprehenderetur a muliere fructus ille vt deſiderabilis, oriebatur tum ex eo quòd nitimur in vetitum, tum ex appetitu experiendi euentum, dubium quidem, ſed in meliorem partem interpre-
*Mulier appetitum docetur.*
tatum, ex tot conditionibus apparentibus in illo fructu. Facilis enim eſt appetitus, præcipuè mu-
*B. Maria ſoluit errata Euæ.*
liebris ad ſubeundum experientias delectabiles. Ita Caiet. Ergo tot prioris mulieris errata ſoluit, emendauitque altera mulier, Virgo beatiſſima

A
Dei mater. Eua curioſiùs nouæ cuidam ſcientiæ inhians concupiuit pomum, quod deſiderabile ſibi ſtatuit ad faciendum intelligere. Dei mater tot ac tam noua & ſupra omnem naturæ intelligentiam audiens ab Angelo, tum vel maximè timuit; quò ſpectat luculentiſſima illa D. Bernard. commentatio *hom l. 3. ſuper Miſſus eſt.* Solent (inquit) virgines, quæ vere virgines ſunt, ſemper pauidæ, & nunquam eſſe ſecuræ, & vt caueãt timenda, etiam tuta pertimeſcere; ſcientes ſe in vaſis fictilibus theſaurum portare pretioſum, & nimis arduum eſſe viuere angelicè inter homines, & in terris more cœleſtium conuerſari; & in carne cælibem agere vitã. Ac proinde quicquid
S. Bern. *Timor commendatur in virginitate.*
B
nouum, quicquid ſubitò fuerit ortum, ſuſpectas habent inſidias, totum contra ſe æſtimant machinatum. Ideirco & Maria turbata eſt in ſermone Angeli, turbata eſt, ſed non perturbata. Quòd turbata eſt, verecundiæ fuit virginalis: quòd non perturbata, fortitudinis: quòd tacuit & cogitauit, prudentiæ. Hæc Bernard. Cæterùm ex hoc virginali timore, nõ autem ex curioſitate aliqua muliebri, & ſtudio rerũ nouarum ac ſublimium cognitionem aſſequendi (quo vitio Eua, eiúſque filiæ laborare ſolent) Dei mater poſt maturam illam cogitationem reſpondit Angelo: Quomodo fiet iſtud? quoniam virum non cognoſco. Vbi D. Bernard. Non dubitat de facto, ſed modum re-
*B. Maria turbatur quo fuerit.*
*Mulier ſcientiæ cupida.*
S. Bern.
C
quirit & ordinem. quaſi dicat: Cùm ſciat Dominus meus teſtis conſcientiæ meæ votum eſſe ancillæ ſuæ non cognoſcere virum: qua lege, quo ordine placebit ei, vt fiat iſtud? Si oportuerit me frangere votum, vt pariam talem filium; & gaudeo de filio, & doleo de propoſito. Fiat tamen voluntas eius. Sin verò virgo concipiam, virgo & pariam, quod vtique ſi illi placuerit impoſſibile non erit, tunc ſcio verè, quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Sic Bernard. In quo maximè declaratur, quàm incredibili affectu, Virgo beatiſſima pudorem ſuũ virgineum æſtimarit. Nam ſi coacta diuino imperio illum vt mater Dei fieret, fortè amitteret, illius planè ia-
*B. Mariæ affectus in virginitatem.*
D
cturam ſemper foret vehementer dolitura. Sed puriſſimus Deus, & matrem, & virginem illam eſſe voluit: vt tota pulchra eſſet, nec macula in ea videretur, quæ fœcunda & pura, mater & virgo eſſet.

## SECTIO XIV.

*Et tulit de fructu illius, & comedit.*

1. EN qualem demùm in finẽ euaſit illa tam curioſa & meditabunda pomi conſideratio! Subintulit ergo mulier, in tuto ſe agere, nec cum tam mira pulchritudine, ac saporis ſuauita-
E
te, & quadam innata vi ad faciendum intelligere, coniunctum eſſe poſſe venenum, ac mortis pœnam. Quam ſententiam ſibi ſtatuens admonet manum, carpitque pomum, & comedit. Hunc ſenſum eruit D. Chryſ. ex hiſce verbis *homil.* 16. Cogitauit (inquiens) ſi & ad veſcendum bonum eſt lignum, in quo tanta formoſitas, & quod tantum oblectare poteſt oculos: etiam præbebit nobis eius manducatio ſummum honorem, & habebimus eandem, quam conditor, dignitatem. Quare non comedemus de eo? Ita Chryſ. O mulierem inſipientem! quaſi bono vni malum admixtum eſſe non poſſit; imò experientia ipſa docet
*Mulier pulchritudinem pomi noxiam eſſe non credit.* S. Chryſoſt.

ret, quàm illud certum ſit antiquis tritum: vni bono duo eſſe admixta mala. Nihil enim in hac vita boni ſincerum ac defæcatum eſt. Venenum auro potatur: in amœnitate prati inſidiatur, & mordet coluber: roſa circuoſepta ſpinis tenetur: apes & mellis fauum conſtruit, & aculeo lancinat. Inter cupedias Coturnicum ira Dei ſuffocat Iſraëlitas: Mors in olla, clamitant filij Prophetarum. Dauid Regis filia nuptiis potitur inter pericula prælij, cæſaque Philiſtinorum cadauera. Applaudente vniuerſo Iſraele, tripudiat Dauid ante arcam Dei, atque ibi ridetur, & ſcurra dicitur. Naboth inter primores ac ſeniores populi ſiſtitur, ſimúlque damnatus lapidibus obrutus. Amnon concupito thalamo potitus, & deinde regio conuiuio exceptus obtruncatur. Siſera cum lactis dulcedine mortem obit. Nullum planè in terris bonum inuenitur, quod mala non ſecum habeat quidpiam admixtum. Solùm in cæleſti conuiuio, puro ac ſincero torrente voluptatum, atque omni ex parte ſapidiſſimis bonorum omnium epulis ſatiantur, qui ad menſam cum Deo accumbunt. Ob eam enim cauſam Chriſtus Dominus in cruce pendens, cùm accepiſſet acetum, tamen vinum cum felle mixtum noluit bibere. Quia, vt aduertit D. Ambr. *in* 23. *Luca*, ſinceritati non debuit amaritudo miſceri, vt oſtenderetur ſine amaritudine futura immortalitas reſurgentium. Quæ quoniam immortalitas in vaſe coacuerat humano, reparatur in Chriſto. Acetum bibitur (hoc eſt) vitium corruptæ per Adam immortalitatis abolerur, in calamo, vt de corpore abſorberetur humano. Denique, vbi acetum bibit, conſummata (inquit) ſunt omnia: eo quòd aſſumptæ mortalitatis impletum eſſet omne myſterium, & exhauſtis omnibus vitiis, immortalitatis ſola lætitia remanſiſſet. Hęc Ambroſ. Ex hac doctrina colliges ebibitum à Domino acetum, non autem vinum felli admixtum, vt doceat multo eſſe homini ſecurius cum malis ac miſeriis huius vitæ nullo fuco, aut dulcedine illitis congredi: quæ ſic affligere poſſunt ad patientiæ coronam, non verò decipere ad ruinam: quàm cum iiſdem boni alicuius ſuauitate conditis colluctari; huiuſmodi enim impoſtura alliciunt, capiunt, dementántque hominem. Ergo in Chriſto mala omnia pœnæ, quantumuis aceto & abſynthio amariora, priſtino tandem defæcata vitio, in ſuauiſſimam ſempiternæ immortalitatis dulcedinem, qua ſola in cæleſti patria oblectantur animæ beatorum, commutata reciderunt.

*Bonis permixta mala.*

*In cælo bona pura ſine admixtione malorum.*

*Chriſtus acetum non vinum bibit.* S. Ambr.

*Securius cum pœnis, quam cum dulcibus luctandum.*

*In Chriſto pœnæ dulceſcunt.*

2. Addo ampliùs, mala culpæ plerumque bonorum ſpecie colorari; nec enim aliter decipient tam facilè oculos Euæ. Formoſitate quidem pomi, peccatum atque interitus obtegitur. Appoſitè illud dicitur à D. Hieron. *Epiſtol. ad Latam.* Venena non dantur niſi melle circumlita: & vitia non decipiunt niſi ſub ſpecie, vmbráque virtutum. Sic Hier. Ita planè Saul abſtulit Magos & ariolos de terra, & interfecit eos, qui Pithonem habebant in ventre, 1. *Reg.* 28. ſub ſpecie zeli pro Deo crudelitatem ſuam occultans: atque, vt volunt Hebræi, ambitionem regnandi. Idcirco enim illos vaticidos occidit, quia Dauidi regnum prædicebant, non autem quòd contra Dei legem ex dæmonis commercio loquerentur. Abſalon dixit ad Regem Dauid: *Vadam, & reddam vota mea, quæ voui Domino in Hebron*, 2. Reg. 15. Laudabilis quidem pietas Abſalon, ſed ſub ea latebat proditio in regem, & parricidale odium in fratrem; ad illas enim pietatis & votorum ſuorum aras à populo rex eſt conclamatus. Iudas iraſcitur, inclamat; *Vt quid perditio hæc? poterat enim hoc vnguentum venundari trecentis denariis, & dari pauperibus.* Laudandus videtur ob amorem iſtum, & curam in pauperes; verùm adiungitur: *Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eũ, ſed quia fur erat,* &c. Ioan. 12. Iſcariotes auaritiã, & rapinis aſſuetum animum, pulchro pietatis erga pauperes velamine adornabat. Et quod omnium fuit grauiſſimum, Caiphas pronunciat in Concilio: *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo, & non tota gẽs pereat,* Ioan. 11. ſummam nempe impietatem, ac ſacrilegium zelo boni cõmunis occultat; ne tota pereat gens Iudæorum, vnus crucifigatur Ieſus; quem vnum, quia Ieſum, quia Saluatorem, quia Meſſiam Dei, Caiphas & Phariſæi oderunt; quia odio habuerunt me gratis; dicit idem Dominus *Ioan.* 15. Ratio quare iſti ſua vitia ſic virtutum ſpecie adornent, vt decipiant, illa potiſſimum exiſtit; quia cùm vitium per ſeipſum turpe ſit, ac proinde imbecillum; ad hominis animum innocendum neceſſe omnino habet vt virtutum coloribus, ac ſimulata quadam ſpecie fœditatem ſuam tegat, & adumbret; tanta verò eſt vis ac pulchritudo virtutis; & vt rectè in eandem ſententiam additur à D. Bernard. Glorioſa res eſt humilitas, qua ipſa quoque ſuperbia palliare ſe appetit, ne vileſcat.

*Mala ſub ſpecie boni decipiunt.* S. Hieron.

1. Reg. 28. *Saulis falſus zelus.*

2. Reg. 15. *Abſalonis falſa pietas.*

*Iudæ falſa miſericordia.* Ioan. 12.

Ioan. 11. *Caiphæ falſus zelus.*

Ioan. 15.

*Vitium imbecille ac turpe.*

S. Bernard. *Virtus pulchra & glorioſa.*

3. Qua tandem ratione mulier poſt ancipitem vtraque in partem, inclinans pariter atque addubitans, mentis cogitationem ſeſe abiecerit ad peccandum: (quod ſanè vitioſum ac periculo plenum erat) eleganter pertractat Rupertus Abbas *lib. 3. in Geneſ. cap.* 9. hoc modo. Vidit mulier, id eſt, conſiderauit, diligenter intuita eſt, curioſius attendit, & iudex eorum, quæ audierat, ipſa eſſe voluit. Audierat, quod dixiſſet Deus: In quocunque die comederitis ex eo, morte moriemini. audierat ſerpentem e contrario dicentem: Nequaquam moriemini. Inter hæc anceps, naturam ligni propriis ſenſibus diiudicare voluit, vt ſciret, cui potiſſimùm, Deo videlicet, an ſerpenti palmam concederet veritatis. At illi, qui de hoc iudicare debuerant, interiores oculi; exteriorum iam erant oculorum concupiſcentia præpediti, vt non viderent, neque ſolam mortem corporis; vel quod duplicem illatura eſſet mortem nõ natura ligni, ſed tranſgreſſiu mandati. Itaque ſolis exterioribus oculis naturam ligni conſiderauit, & deprehendit malè cauta; quòd in fructu ligni non eſſet venenum mortis; erat enim bonum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectúque delectabile. Hæc omni ſermoni, quem dixerat Deus, repugnantia iudicauit eſſe, magiſque ſermoni ſerpentis concordare, verámque aſſertionẽ eius demonſtrare; ſic vidit, & ſic ſacrilega temeritate diabolo magis, quàm Deo, ſerpenti magis, quàm creatori credidit, & tulit de fructu ligni, & comedit. Hæc Rupert. In Dei ſermone, vbi nihil erat ambiguum, ne daretur dubitationi locus; nihil tranſlatitium, ac metaphoricũ, ne interpretationibus occaſio vlla ſubeſſet; ſed plana omnia dilucidáque, & verbo, & ſenſu, & re ipſa videbantur; mulier tamen ex diaboli conſilia curioſius, & ſubtiliùs neſcio quid interpretata, nimium ad libidinem ſuam vt quæ pomi decore ac ſapore teneretur, in Dei obedientia non cæca, & cõſequenter ſapiens; ſed videns, & iuſto ſciẽtior in ſummam cæcitatem atque inſipientiam prolapſa eſt. *Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt,* Zach. 3. legimus

*Mulier iudex eſſe vult inter Dei ac ſerpentis dicta.*

*Mulier, Deo poſthabito, ſerpenti credidit.*

*Mulier inſipienter ſciens.*

legimus. Inter alias huius loci explicationes hæc
non poſtrema habetur ; vt oculi ſint eorum qui
ad lapidem illum inhiant. Proh egregiam atque
Obedientia cæca. admirandam obedientiam ! Et ſi lapis ſit , qui
nobis perficitur, merito ſui muneris noſtros exi-
git oculos , vt intenti , quid iubeat , exequamur;
ſeu potiùs ad obediendum cæci & exoculati ſi-
mus , cum quòd noſtri oculi in rectore ( vel qui la-
pis eſſet ) defixi habeantur. Ille oculos habet, nos
autem aures ad percipiendum , pedes ac manus
Prælatus, etiam lapis qui eſſet, audiendus. ad operandum. Quòd verò lapis , & paſtor ſit,
inferiùs addiſcemus à Iacob *Geneſ.* 49. O ſi mater
hominum Eua illud *Iſaiæ* 1. obſeruaſſet , quàm
ſibi & poſteris profuiſſet ! *Si volueritis* ( ait Pro-
pheta) *& audieritis, bona terræ comedetis.* Idiotiſmo
Hebr. idem eſt, atque, ſi mihi obedieritis. Nota
verò fructum obedientiæ, frui bonis, inobedien-
Obedientia fructuoſa. Clem. Alex. tiæ , malis abſumi. Hæc eadem verba expendens
Clemens Alexand. ad Gentes. Obedientiæ ( in-
quit ) eſt gratia , inobedientiæ autem eſt iudi-
cium.

Mulieris naufragium. 4. Paulatim cœpit ire mulier in peccatum,
atque interitum, & non multas poſt ambages, &
lõga pericula rerum, appulſa demum eſt in nau-
fragium littus. Perſæpè monendum eſt , ne pri-
mo ſtatim aggreſſu incauti viam mortis inceda-
Pſalm. 1. mus. *Beatus qui in via peccatorum non ſtetit*, Pſalm.
Præcipitatio in vitia. 1. Nam ſi ſtetit, iam miſer vadit; ſtare in via pec-
Pſal. 35. cati, iam incedere prorſus eſt. *Non veniat mihi pes*
*ſuperbiæ*, Pſal. 35. à ſolo ipſo pede ſibi timet regius
Vates ; vbi primum ſuperbia pedem figit, ſtatim
excurrit, & fortaſſe ideo Propheta precatur, non
veniat pes, quòd ſemper ambulat, nec vllibi con-
quieſcit ; ſed illius ſtare incedere eſt. Semper
enim in peius abit , donec in profundum malo-
rum, obſtinationem ſcilicet in hac vita, vt aduer-
S. Bernard. tit D. Bernard. ad Eug. atque in barathrum deni-
que damnationis æternæ corruat. *Ante contritio-*
*nem præcedit ſuperbia, & ante ruinam exaltatur ſpi-*
Prouerb. 16. *ritus*, Prouerb. 16. Verſio LXX. habet. Ante con-
tritionem præcedit iniuria, & ante ruinam mala
cogitatio. Nota hic quàm emphaticè ſuperbia
per antonomaſiam dicatur iniuria, ſcilicet Deo
Superbia Deo ſummè iniurioſa. inflicta ; tam graue malum eſt ſuperbia vt Deum
ipſum quaſi conuitiis & irriſionibus illudat , co-
laphos in faciem Dei impingat , eam ſputis illi-
niat ; & velut nolentem ac renuentem in certa-
men prouocet Deum. Quod etiam inuenies in
illo Apoſtoli: *Deus ſuperbis reſiſtit.* Non ait obſi-
Iacobi 4. ſtit, id eſt obuiam, quietos impugnat, ſed *reſiſtit*, quaſi
impugnantibus & laceſſentibus Deum ſuperbia,
ipſe, vt ſuo conſulat honori pro iaribus & focis
repugnat, propulſans à ſe potiùs iniuriam, quàm
ſubinferens ; defendens ſe potiùs , quàm alios
S. Auguſt. offendens quod aliquando Auguſtin. expertus
Virium ab exiguo profectum initio. ſic dolebat: Sed ego Domine, conabar ad te , &
repellebar abs te , vt ſaperem mortem: reſiſtebas
ventoſæ ceruici meæ, &c. 4. *Confeſſ.* 15. En vento-
ſum caput ſuperbi : tamen ſtultus ſibi de vento
blanditur ſuo. Deinde oſtenditur quàm ab exi-
guis proficiſcatur initiis malum etiam grauiſſi-
mum; cùm vel à cogitatione, nõ ait, ab opere aut
dicto, extremam iam ipſa domus ruinam minita-
ri videatur. *In pigritiis humiliabitur contignatio, &*
Eccleſ. 10. *in infirmitate manuum ſtillabit domus* , Eccleſ. 10.
Ruit quidem alto à culmine domus æquata ſolo,
quæ multos ſtetit per annos, ſtarétque ampliùs,
niſi hominum iniuria , & ſocordia mala ſineret
in dies accreſcere ; tantula enim guttula aquæ
per tegulam caſu aliquo fractam in laquearibus
admiſſa, deinde magis ac magis dehiſcente quo-

A tidie contignatione perſtillans (quod vitium ini-
tio leuiſſimum , ac ferè nullum facillime tolli
poſſet) tandem violens ipſam totam ædificij exe-
ſam, conuulſámque euertit. Hæc ſocordia in vi- Socordia valde pernicioſa.
tiis animarum quotidie videtur; quæ, ſi vbi pro-
dierunt , antequam gliſcente in dies malo ado-
leſcerent, ſedula vigilantia & præcauerentur , &
tollerentur ; non iam deplorandi forent exitus,
ruinæque animarum. Expende, *pigritias*, hoc eſt,
leuiora peccata, & omnem omnino incuriam, &
ſocordiam, quibus malè ocioſi, & noſtri profe-
ctus immemores torpeſcimus in via Dei. Qui
ſanè ſtatus admodum periculoſus eſt, & inde fa-
cilis eſt ad peccata lethalia prolapſus. Quod non
B obſcurè Dominus ſignificauit, dicens: *Nemo mit-* Peccata venialia deducunt ad lethalia.
*tens manum ſuam ad aratrum , & reſpiciens retrò,*
*aptus eſt ad regnum Dei*, Luc 9. Ad quem locũ ita
D. Auguſtin. *Epiſt.* 143. Tandiu non relabimur re- Luc 9.
trò, quandiu ad priora contendimus. At vbi cœ- S. Auguſt.
perimus ſtare , deſcendimus : noſtrúmque non
progredi reuerti eſt. Si volumus non redire, cur-
rendum eſt. Sic Auguſtin. Quid quæſo leuius vi-
detur, quàm tenens manu aratrũ oculos tantum
retrò intorquere ? Et tamen hæc tantilla mora
vnus oculorum iactus, in tantum adducit diſcri-
men? quis ſibi non timeat. At miſer in peccatum
cecidit: quid vltrà? Non deſperamus ( ait S. Ber- S. Bernard.
nard. *ſerm.* 3. *de S. Petro & Paulo*) de eo, tantùm vt
C reſurgere velit citò. Quanto enim diutius per-
manebit, tanto euadet difficiliùs Beatus verò qui
tenebit , & allidet paruulos Babylonis ad petrã.
Etenim ſi creuerint, vix poterunt ſuperari.

5. Mira hoc loco ſeſe ingerit impudentia hæ- Adamus & Eua non infideles.
reticorum, qui contendunt peccatum primorum
parentum fuiſſe infidelitatem , ſuam ſcilicet iſti
deſertores fidei, aut excuſare, aut ſolari ſe poſſe
putant, quòd ſit auitum, & paternum & hæredi-
tarium malum : dicunt enim primos fuiſſe hæ-
reticos. Sed quicquid illi blaterent , communis
Patrum & Doctorum fidelium ſententia tenet
fuiſſe ſuperbiam ; quod euidenter demonſtratur
*Eccleſ.* 10. vbi ſic legitur. *Initium ſuperbiæ hominis* Eccleſ. 10.
D *apoſtatare à Deo, quoniam ab eo qui fecit illũ receſſit*
*cor eius. quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia.*
Videas hac de re Bellarm. noſtrum *tom.* 3. *lib.* 3. *de* Bellarm.
*gratia, cap.* 5. Vnde verò hoc peccatum fuerit or-
tum , quos deinde progreſſus habuerit, quàm in
ſe varium atque multiplex apparuerit ; egregiè
docet D. Thom. *opuſc.* 3. *cap.* 190. Mulier ( inquit ) D. Thom.
promiſſam celſitudinem ſcientiæ concupiuit.
Acceſſit etiam ad hoc pulchritudo & ſuauitas Euæ peccatum multiplex.
fructus alliciens ad edendum, & ſic metu mortis
contempto præceptum Dei tranſgreſſa eſt , de
vetito ligno edendo; & ſic eius peccatum multi-
plex inuenitur. Primò quidem ſuperbiæ, qua in-
ordinatè excellentiam appetiit. Secundò curio-
ſitatis , qua ſcientiam vltra terminos ſibi præfi-
xos concupiuit. Tertiò gulæ, qua ſuauitate cibi
E permota eſt ad edendum. Quartò falſæ æſtima-
tionis de Deo, dum credidit verbis diaboli cõtra
Deum loquentis. Quintò inobedientiæ præce-
ptum Dei tranſgrediendo. Aliis Doctoribus alius
præſcribitur ordo & ſeries in peccato , ſed non
multum diſſimilis illi, quam D. Thomas propo-
ſuit. Initium ( inquiunt ) peccandi Euæ fuit mo- Indignatio primum mulieris malum.
tus animi ſuperbi, indignantis ſe præcepto arceri
ab eo, quod lubeter: inde impatientia, curioſitas,
inobedientia , omnes tandem filiæ ſuperbiæ. Er-
go ſic habuit primum in hominum genere pec-
catum ſuperbia : & vt medicina ex aduerſo re-
ſpondeat ægritudini : prima in hominum iſto-
rum

S Ambroſ. *Humilitas venit è cælo.*

ſum genere virtus eſt humilitas propris virtus Dei hominis; rectè D. Ambroſ. *ſerm. 18. in Pſalm.* 118. In paradiſo defecit humilitas, & ideo venit è cælo. Humilitate ſubinde Deus ipſe factus homo non modò nihil de dignitate ſua diminuit, ſed eam adeò conſpicuam & præſtabilem reddidit erga homines, vt eos Deus humilis, & humiliatus ſuæ legi ſubiugauerit, ad ſui amorem & obedientiam conuerterit, quos Deus ipſe de cælo fulgurans, & mundum ſuæ maieſtatis magnitudine perterrefaciens à dæmonum cultu ad ſui obſequium nunquam traduxit. Quam in ſententiam pulchrè ſcribit idem Ambroſ. *ſerm. 20. in Pſal ſupradicti.* Exinaniuit (ait) ſe Dominus, &c. *Philip.* 2. Sed in his omnibus detrimentum nullum video diuinitatis eius, profectum operationis agnoſco: qui nihil habebat, quod ad poteſtatem ſuam adderet; habuit, quod ad cultum ſuæ maieſtatis adiungeret: audeo dicere; operationis ſuæ munus amiſerat, niſi id humilitas recepiſſet. Itaque nos quidem redemit, ſed etiam ſibi acquiſiuit. Nihil ergo humilitas affert diſpendij. Ille, qui ſe exinaniuit, plenus eſt. Suſcepi, quem neſciebam, ipſum adoro quem antè fugiebam. Ille pro nobis humiliauit ſe vſque ad mortem, & mortem crucis; vt quod per vnius Adæ inobedientiam perdideramus, per Chriſti humilitatem reciperemus. Hæc D. Ambroſ.

S Ambroſ.

Ad Philip. 2. *Chriſti humilitas & Deo, & nobis vtilis.*

6. Iccirco autem Deus homo humilis Iudæorum gentem reprobauit, aſſumpſit verò populum gentium in ſui famulatum, quia Iudæi ſuperbiam, gentes humilitatem præferebant, vt luculentiſſimè oſtendit Auguſt. *in Pſalm.* 46. In populo (inquit) Iſraël ſuperbi repellebant à ſe Deum: in principibus gentium inuentus eſt Centurio humilis, qui ad ſe inuitaret Deum. Admirans Ieſus fidem ipſius, reprobat perfidiam Iudæorum. Præciſi ſunt rami naturales, vt humilis insereretur oleaſter. Teneamus ergo humilitatem, qua vocati ſumus, illis reprobatis, vel illorum exemplo ſuperbire timeamus admoniti. Sic Auguſtin. Sed quoniam iſta humilitas, & vbi ſe prodidit adeò præcellens in populo gentium; ob quam Chriſtus Dominus gentes, procul à ſe repulſis Iudæis, ſuam in Eccleſiam aſciuit? Demonſtrata ſunt hæc omnia in illo Centurione de quo *Matth.* 8. cuius Dominus fidem admirans dixit: *Non inueni tantam fidem in Iſrael; amen dico vobis quia multi venient ab Oriente, & Occidente, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob. Filij autem regni eiicientur.* Obiter animaduertas quod ſubtiliter ita proponit S. Hieron. De præſentibus loquitur, nō de omnibus retrò Patriarchis, & Prophetis. Niſi fortè in Centurione fides gentium præponitur Iſraëli. Cæterùm hoc in Centurione inuenies, profundiſſimam humilitatem, & fidem adeò admirabilem, vt ipſo Chriſto Domino pareret admirationem. Notabis etiam cùm iſtæ duæ virtutes in Centurione exiſterent, fidem tamen à Chriſto Domino ſolam fuiſſe laudatam, aut veriùs vtramque fidei nomine nuncupatam; ex eo vt mihi videtur, quòd & fides Chriſtiana (formata cum Theologis, ac viuam intelligo) diſiungi nequeat ab humilitate, nec verè (vt decet) fidelis eſſe poſſit, quin ſit humilis: cùm tota fides & diſciplina Chriſtiana in humilitate maximè ſita ſit, vt alibi docet D. Auguſtin. Ergo factum tam egregium Centurionis ita expēdit ſanctiſſimus Doct. Cùm vellet Dominus venire, hoc ei mandauit Centurio: *Do-*

S Aug. *Humilitatem gentis Deus reſpexit.*

Matth. 8. *Humilitas Centurionis.*

S. Hieron.

S. Auguſt.

A *mine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic, vade, & vadit, &c.* Videte quemadmodum tenuit ordinem. Priùs commemorauit quòd ſub alio eſſet, & poſtea quòd alij ſub illo eſſent. Sub poteſtate ſum, & in poteſtate ſum; ſub aliquo ſum, & ſuper aliquo ſum. Trepidauit Chriſtum mittere intra parietes ſuos, & iam intus erat in corde eius. Iam erat anima eius ſedes illius, iam ibi ſedebat ille, qui humiles requirebat. Sic Auguſtin. Tam grata Deo eſt humilitas, vt ſaluare nolit, niſi humilem, reprobare verò niſi ſuperbum. Palàm enim dixit: *Niſi efficiamini ſicut paruulus iſte, non intrabitis in regno cælorum*, Matth. 18. Sapienter ergo
B ſubintulit idem Auguſtin. *in Pſalm.* 66. Ad hoc exigit confeſſionem, vt liberet humilem: ad hoc damnat non confitentem, vt puniat ſuperbum. Sic ille. Collige hinc ſummum humilitatis teſtimonium eſſe confeſſionem ſacramentalem, quam Deus homo propter nos exinanitus in ſummam humilitatem crucis, quaſi tributum expoſcit: cúmque nullus omnino peccator poſt Baptiſmum, ſine confeſſione ſaltem in voto ſuſcepta ſalutem conſequi poſſit, & deinde omnis qui damnatur, ſine huiuſmodi confeſſione à vita diſcedat; profectò ſtatui dicique poſſet in humilitate maximè poſitam eſſe
C animæ ſalutem, in ſuperbia verò damnationem ſempiternam. Atque, vt ex verbis Auguſtini colligam: non ſaluat Deus, niſi humilem: non damnat, niſi ſuperbum. Veriſſimè quoque dicam: non elegit Deus matrem, niſi humilem: nec tandem in Virginis vtero Deus fieri homo voluit, niſi vbi audiuit illam ſummæ humilitatis vocem: *Ecce ancilla Domini*, Luc. 1. Ad quæ verba D. Ambroſ. ſic ait: Vide humilitatem. Ancillam ſe dicit, quæ mater eligitur, nec repentino exaltata promiſſo eſt. Simul ancillam dicendo nullam ſibi prærogatiuam tantæ gratiæ vindicauit, quæ faceret, quod iuberetur. Mitem enim humilémque paritura humilitatem debuit etiam ipſa præ-
D ferre. Sic Ambroſ. Admiratus Virginis hanc humilitatem ſponſus ipſe cæleſtis ait: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit ſicut virgula fumi*, &c. Cant. 3. Tu dicis (commentatur Rupert.) ô virgo; ſum puluis cum Abraham, ſed puluis es pigmentarij, qualem conficit Spiritus ſanctus. dicis propter humilitatem, ſum fumus, cum Dauid: ſed es fumus ex aromatibus aſcendens ex aureo thuribulo ad olfactum Dei, &c. In tam mira virginis laudatione non periclitatur eius humilitas, ſed profundiùs radicatur. At in iuſtis, etiam Apoſtolis quantumuis humilibus, cautè dixit Dominus: *Qui ſuſceperit paruulum talem in nomine meo, me ſuſcipit*, Matth. 18. Vbi S. Hieronym. Prudenter:
E ne cùm delatum fuerit Apoſtolis, ſe putent honoratos, adiecit: non illos ſui merito, ſed Magiſtri honore ſuſcipiendos. Itaque ne ſummorum virorum periclitetur humilitas inter honores, nouerint non ſe, ſed Dominum ac magiſtrum ſuum in ſeipſis honorari. At Virginis humilitas honorata, & laudata à Deo tutior & illuſtrior redditur. Hanc Virginis Deiparæ humiliatem, vt Deo placeamus, illúmque in noſtris cordibus concipiamus, imitari quidem omnes debemus, tum vel maximè virgines Deo conſecratæ, ne ſicut ſtultæ virgines à ianua cæli procul amoueantur.

*Humilis ſaluatur, ſuperbus reprobatur.*

Matth. 18.

*Cōfeſſio ſumma humilitas.*

Luc. 1.

S. Ambroſ.

Cant. 3

Rupert.

S. Hieron.

## SECTIO XV.

### *Deditque viro ſuo.*

*Eua pomum viro obtulit.*

COmedit Eua de ligno vetito vnum vel alterum pomum: deinde aliud, vel alia detulit Adamo, vt comederet. Primò ambigitur quem ad finem, & qua ex cauſa pomum illud mulier obtulerit marito? D. Ambroſ. *lib. de paradiſo, cap. 6.* ſic reſpondet. Sine dubio, vbi guſtauit mulier de ligno ſcientiæ boni & mali, peccauit, & ſe peccaſſe cognouit. Quæ igitur ſe peccaſſe cognouerat, vel virum ad peccati communionem inuitare non debuit. Illiciendo autem virum, & dando ei, quod ipſa guſtauerat, non vitauit, ſed iterauit peccatum. Nam vtique ſi verè rationem ſpectes, eum quem diligebat, non trahere ad conſortium pœnæ, ſed magis ab eo, quod cognouerat ipſa eſſe peccatum, vel inſcientem reuocare debuerat. Sic Ambroſius.

*S. Ambroſ.*

*Eua ſcienter virum ad peccandum impulit.*

Quod quidem bona vxor ſi verè maritum diligat in ſimili euentu vbi de animæ ſalute agitur præſtare debet: ſed contrà Eua, filiæque agere conſueſcunt. Idem Ambroſius *paulo inferiùs* ita ſcribit. Guſtando mali fuit ſcientiam conſequuta. Malum igitur, quod aduerterat, in virum deriuare non debuit, C neque coniugem proprium præuaricatorem diuini facere mandati. Sciens igitur, prudénſque peccauit; ſciens virum in ſuum traxit errorem. Alioqui inuenitetur falſus de ligno ſcientiæ boni & mali ſermo, ſi etiam poſteaquam de ea arbore manducauit, ſcientiam mali habere non potuit. Hæc Ambroſius. Quare ſecundùm hanc doctrinam ſtatuendum erit, Euam vbi comedit, apertis ad malum, & in malo oculis, ſuam ipſius calamitatem cognouiſſe: deinde ſuæ culpæ, atque ob eam damnationis in quam inciderat, ſcientem ac prudentem marito dediſſe pomum, vt comederet.

*S. Ambr.*

*Eua crudelis ſibi, viro, & filiis.*

Quod videtur ex maleuolo ac deprauato mulieris in virum animo prodidiſſe: D idque præſeferunt verba illa plena querimoniis, & aculeis aduersùs Euam. D. Chryſ. *homil. 16. in Geneſ.* Eſto (inquit) ô mulier, teipſam in tantum præcipitium depuleris, & honore maximo priuaueris: cur etiam virum tantæ ruinæ ſocium facis? & cuius te adiutricem eſſe oportebat, illius facta es inſidiatrix, & illum quoque tecum à gratia Dei abalienas? Quæ te prodigioſa inſania in tantam audaciam induxit? Ita Chryſoſt.

*S. Chryſ.*

Hanc Euæ inhumanitatem ſic deplorat D. Bernard. *ſermon. 1. in annunciat.* Perdidit miſericordiam, cùm ſic exarſit Eua in ſua concupiſcentia, vt nec ſibi, nec viro, nec filiis parceret naſcituris, ſimul omnes terribili maledicto, & neceſſitati mortis addicens. E Funiculus triplex difficilè rumpitur, curioſitatis, voluptatis, & vanitatis. Hæc ſola mundus habet, concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ. His abſtracta & illecta miſericordiam omnem crudelis mater abiecit. Sic Bernardus. Itaque ex ſententia horum Patrum crudelis mulier, cùm ſe ream agnoſceret, & mortis pœnæ ſubiectam, virum pariter & ſuam omnem poſteritatem in idem barathrum (ne ſola periret) ſecum voluit deportare. Eo planè conſilio, quo diabolus è cœlo deiectus tantopere laborat, vt homines in A eandem damnationem prolabantur. Dicíque poteſt Eua ſerpens, ac diabolus Adami, viri ſe præbuit hoſtis erga ipſam Euam.

*S. Bern.*

*Malum triplex in Eua, & in mundo.*

*Eua ſerpens & diabolus Adami.*

2. Hinc etiam ortum arbitror, quare vt plurimum peccator alios pariter ſuo vitio inficiat: non eo tantùm, quòd vitium vi ſua & contagione ſerpat, atque infirmæ hominum naturæ, velut ignis aridæ materiæ admotus, facilè inardeſcat. Sed idcirco etiam, quod vitium ex primæua origine habeat, vt ſolitarium eſſe non patiatur, ſed eo ſemel quis correptus alios confeſtim ſtudeat, in eandem turpitudinem ſecum deuoluere, gaudeátque porcus cum porcis, & lupus cum lupis. Ac prima B quidem huiuſce mali radix ea videtur eſſe, vt nefarius homo ſuorum ſcelerum conſortes habens ſuam impuritatem ſolari queat, & excuſare. Quod D. Bernardus in peccata Euæ agnuſcit, cum *ſermon. de S. Andrea*, ita loquitur. Magnum profectò peccatum, quod ipſa mulier virum quoque ſecum in culpam traxit. Debuit quidem illa peccatum ſuum deflere, nec addere peccatum peccato: ſed in hoc ſe putauit habere conſolationem, ſi virum faceret peccati ſui participem. Quodammodo enim naturale eſt vnumquemque velle, ſiue in vitiis, ſiue in virtutibus aſſociare ſibi conſortem. Hæc Bernardus.

*Malus malos facere ſtudet.*

*S. Bern.*

Idem etiam in eadem C ſententia perſiſtens grauiter conqueritur de Eua *ſermon. 1. in feſto SS. omnium*, ad hunc modum. Beata eſſes Eua, ſi poſt culpam conſolationem quæteres lacrymarum, & conuerſa ad pœnitentiam veniam citius obtineres. Nunc autem miſerrimam quæſiſti conſolationem de ſimili caſu viri tui, & veneno peſſimo. Nequiſſimo videlicet vitio totam infeciſti poſteritatem tuam; vt vſque hodie perditionem alterius alter ſuam reputet conſolationem. Miſera prorſus Euæ conſolatio, & eorum qui miſeriam hanc imitantur. Sic Bernardus.

*S. Bern.*

*Conſolatio peruerſa ex prauorum conſortio.*

Nihilominus etſi hæc vera ſint, vt experientia conteſtatur, multo tamen aliter in inferno accidit. Nec enim damnatis quicquam ex pœ D narum grauitate minuitur, aut aliquid ſolatij & leuamenti accidit ex conſortio aliorum, in iiſdem cruciatibus, damnatorum: quinetiam longè grauiùs hinc torquentur. Quod quidem diues ille ſuis in doloribus non obſcurè ſignificauit, cùm precaretur Abraham: *Vt mittas Lazarum in domum Patris mei; habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum*, Luc. 16. Grauis hîc oritur diſceptatio inter interpretes. Caietanus ſic exponit. Non proueniunt hæ preces ex bono affectu ad ſalutem fratrum, quoniam damnati habent voluntatem firmatam ad malum, ſed proueniunt ex affectu ſuperbiæ. E Superbus enim videns ſe deiectum in miſeriam, quamuis omnes vellet eſſe miſeros, ſimiles ſibi, aut miſeriores ſe, videns tamen aliquos euaſuros miſeriam, appetit ſuos eſſe, qui euadant miſeriam; vt vel ſic, hoc eſt, in ſuis exaltetur. Ex hoc affectu procedunt iſtæ preces; videbat enim diues multos ſaluari, & propterea appetebat ſuos fratres euadere miſeriam, vt vel ſic in ſuis fratribus exaltaretur. Ita Caietan. Cæterùm hæc interpretatio eo minùs placet, quòd iuxta illam diues aliquod bonum ſibi futurum appetat, nimirum ſuorum fratrum beatitudinem, quos adhuc vti ſuos diligeret, & in quorum

*Luc. 16.*

*Caietan.*

*Diues in inferno moritur ſuperbus.*

*Damnati nullum bonum directè appetunt.*

rum gloriæ participationem vetuet. Contrà A verò indubitatum eſt, vſque adeò obſirmatam eſſe ad malum voluntatem damnatorum, ita ſuis in cruciatibus miſeros teneri alligatos: vt nec aliis, nec ſibiipſis bonum per ſe aliquod poſſint appetere; tametſi bonum vt vocant per accidens, hoc eſt, ſuppliciorum diminutionem eos appetere negandum non ſit. Quæ quidem erat appetitio diuitis, vt Lyra & alij volunt. Timebat ergo diues ſe habere pœnarum ſocios, quos nouerat ſe habuiſſe epulatum, auaritiæ, & inhumanitatis imitatores, atque ita duriora fore ſua ſupplicia. Nam licèt hoc vitæ ſtatu aliquid leuamenti & ſolatij laborantibus & afflictis adueniat, ſi ſocios habeant calamitatum; B non ſic tamen fiet in gehenna; vbi quiſque tanto cum pudore & confuſione torquebitur, ac ſi ſolus & nullus alius torqueretur. Ac maior ſubinde accreſcet miſeris pœna, & ea beatitudine illorum quos in vita deſpexerunt, & ex eorum cruciatibus quos in vita perditè amauerunt, maxime quibus ad maiorem peccandi licentiam ſuis flagitiis exemplum præbuerunt, quæ duo iſte diues in ſe vno expreſſit, & felicitate Lazari ſtimulatus, & ſuorum fratrum damnationem pertimeſcens. Hæc eſt expoſitio D. Gregor. *in hom.* Notandum (inquit) eſt ardenti diuiti, quanta ſupplicia cumulantur. Ad pœnam namque ſuam ei cognitio ſeruatur, & memoria. C Cognouit enim Lazarum, quem deſpexit; & fratrum ſuorum meminit, quos reliquit. Vt enim peccatores in ſupplicio amplius puniantur, & eorum vident gloriam, quos contempſerunt; & de illorum pœna torquentur quos inutiliter amauerunt.

*Lyra.*

*Diues timebat pœnarum conſortes fratres.*

*In inferno accreſcit pœna ex conſortio malorum.*

*S. Greg.*

*Eua nimio & inordinato amore mariti illum peruertit.*

3. Cæterùm D. Ambroſ. *loco indicato* exiſtimat, & alios idem ſentire affirmat, mulierem non ea fero & inhumano affectu, quaſi Adamo paradiſi incolatum & ſtatum innocentiæ quem miſera perdiderat inuidiſſet, aut illum ex odio in culpam & pœnam detrudere volentem, homini ſuaſiſſe vt pomũ comederet; ſed nimio ex amore in maritum etſi amor malè tunc eſſet ob infirmitatem & ignorantiam muliebrem ordinatus. D Videtur (inquit) mulier, ſciens quòd poſt culpam in paradiſu eſſe non poſſet, metuiſſe, ne ſola de paradiſo eiiceretur. Deinde *inferius*: Plerique ſic mulierem excuſandam putent, quòd diligens virum ab eo timuerit ſeparari, & hanc cauſam prætendunt, quòd eſſe voluerit cum marito. Hæc Ambroſius. Ergo in hac ſententia mulier, vbi ſe agnouit cæleſtibus donis ſpoliatam, & pœnis ac miſeriis addictam, cœpit cogitare ſecum: O me miſeram! quid igitur faciam? Si vir meus de vetito non comedit, nec præceptum Dei, ſicut ego, trãſgreditur, in paradiſo perſiſtet, ſtatu innocentiæ perfruetur. Expellar ego à paradiſo, & à conſortio coniugis, ſoláque cum beſtiis viuam, imò & moriar. At ille interea felix per beatum tranſiget æuum; & fortè alteram Deus ipſe mulierem efformabit, illíque adiunget ad generis humani propagationem. Non patiar, non feram, vt ſola proiiciar, & à viro ſeiungar. E Ruat ille mecum in eandem culpam, amborum ſit vna ruina, eadem pœna: alter vt alteri non inuideat, ſed compatiatur. En qualis eſſe ſolet amor turpiter ac perditè amantium; illecebroſa quadam, & iam inueterata conſuetudine miſeri tenentur adeò illigati, vt ab inuicem diſcedere morte ipſa grauius pu-

*S. Ambr.*

*Eua timet ſola perire.*

*Amor turpis quam exitialis.*

A tent; pereamus ergo (inquiunt) ſimul, vna ſit amborum culpa, vna in æternum pœna. Ruamus ambo pariter in gehennam. Facto quidem, ſi minùs verbo, ita loquuntur iſti, quorum amor ille eſt qui ab Auguſtino 1. *Ioan.* 4. dicitur, Amor infirmus & terrenus, amor ſordidus & flagitioſus, qui corporis pulchritudines conſectatur. Erigite vos (adiungit) à lutulenta iſta cupiditate. Ita Auguſtinus. Amor iſte nihil de anima, nihil de ſalute æterna curat; ad corpus, & corporis ſordidas voluptates totus inhiat. O turpem, ô perditum amorem, ô verè odium! quam tu quidem turpiter amas, quam deperis; ipſam tu perdis, ipſam odiſti, & cum ipſa perditus ſimul peris, nec Deo tantùm, ſed etiam B mundo. Nam perbellè D. Petrus Chryſolog. *ſerm.* 1. teſtatur ea filio prodigo poſt vitam luxurioſam cum porcis agente: Sepelitur famæ, perit gloriæ qui manet turpitudini, creſcit infamiæ. Probe autem agnouit Adam mulieris iſtum amorem ægerrime laturæ, ſi ſola ex paradiſo & à conſuetudine mariti expelleretur. Quapropter iacta eſt alea, inquit; eat & maritus, & pereat cum vxore. Sed præſtat audire verba D. Ambroſij *ſermone* 15. *in Pſalm.* 118. ſerpens ille callidus & aſtutus ad conſtruendas nequitiæ ſuæ artes, quo incorruptæ ac rudis naturæ dote fundatum primogeniti Adam C labefactaret affectum, fœmineis magis illecebris, quam ſuis commiſit venenis. Itaque fœmina virum, quem ſerpens tentare non auſus eſt, cibo oris, & vi amoris inflexum molli quadam & conciliatricula vxoriæ ſedulitatis affectione tradua t. Et adhuc Eua liberos non habebat, quorum gratia vti dulcis ad amorem, ita eſſet facilis ad lapſum. Similiter D. Auguſtin. 11. *de Geneſ. ad literam*, ita diſſerit: Vxorem, quæ iam ſeducta manducauerat, delicias ſuas noluit Adam contriſtare, quam credebat a ſe alienatam tabeſcere, & ſine ſolatio interire, non quidem carnis concupiſcentia, ſed amicabili beneuolentia, qua ſæpè Deus offenditur, ne D offendatur amicus. Hæc Auguſtinus. De iſto Adami erga vxorem deordinato amore interpretans præſentem locum ſic ait Procopius. Mulier viro perſuaſit vt comederet vetitam eſcam: ne videlicet ipſa ſola periret. Sicuti etiam hodie quidam conſpicientes quæ ſit vera religio, certáque fides: attamen obtemperantes muliebri ſexui, veræ fidei non ſunt ſtudioſi: non quòd neſciant veritatem, ſed ſimpliciter inducti, & perſuaſi. Sic ille. Pulchrè vocat hæreſim mulierem, vt quæ infirma, mollis, & ſerpentis amica ſit.

*S. Aug.*

*S. Pet. Chr.*

*S. Ambr.*

*Adam nimio erga vxorem amore peccauit.*

*S. Aug.*

*Procop.*

4. Hæc profectò ſolet eſſe ad ſubruendum virum omnium grauiſſima tentatio, nullum pe- E riculoſius bellum, quàm quod fœmineis illecebris, & lacrymis maximè geritur. Quamplurimos (inquit Ambroſius) à martyrij conſummatione mulier reuocauit. Denique ſæpè cognouimus, quoniam quem formidoloſa carnificum pompa non terruit, nec diuiſi lateris ſulcus infregit, nec ardentes laminæ à triumphalis fortitudinis rigore abducere potuerunt, eum inter ſacra iam præmia conſtitutum vxor teneræ ſubolis oblectatione miſerabilis, vniua lacrymæ miſeratione decepit. Sanſon captus eſt per vxorem; nunquid tu fortior? Salomon captus eſt in vxore; nunquid tu ſapientior? Ille igitur, cuius ſapientia totis celebratur ſeculis

*A muliere grauiſſima tentatio.*

*S. Ambr.*

culis, factus eſt inſipiens, qoia oinuirum auia-oit vxorem. Sic Ambroſius *loco ſuprà dicto.* Inſipiens planè (vt cætera omittam dedecora) eſt mulier, quæ viro quicquam contra Dei legem ſuadet, at loogè inſipientior vir ipſe, qui vaori ſuadenti potiùs, quàm Deo iubenti credit; quod ſigoificauit Iob, vt bene inde Ambroſ. *ſermon.* 12. *in Pſalm.* 118. aduertit, hoc modo. Perfuſus etiam corporis totius vlceribus, cùm rentaretur vxoris alloquiis, qui meminiſſet Adam ſic eſſe deiectum dum propter eradit vaori, reſpondit; *Sicut vna ex inſipientibus mulieribus locuta es.* Quòd ſi illam qnaſi ſapientem voluiſſet aodire, ipſe ſapiens non fuiſſet. Sic Ambroſius. Rupertus Abbas *lib.* 3. *in Geneſ. capit.* 9. violeutiam quandam mulieris coactiuam aduersùs virum hìc agooſcit. Qualis (inquit) vel quanta ſit muliebris importunitas, paſſim non ſolùm diuina, ſed etiam humana teſtantur exemplaria. Ergo cogendo potiùs, quàm ſeducendo; imperando magis, quàm fingendo aliquid, hoc effecit, vt obediret vir ſuæ vaori, pluſquam Deo. Hæc ille. Ruperto non aſſentior, ſi aliam induerit vim, quàm amoris, & blanditiarum: hæc enim potiſſima ſunt, atque fortiſſima mulieris arma, quibus vtitur ad permouendum, & quamcunque in partem libuerit inflectendum virum, quibus primus virorum conſtroatus ſu cubuit. Meritò enim dicitur fortis, vt mors, dilectio, *Cantic.* 8. Nec fluminum inundationibus obrutus perit amor. ignis eſt, à quo lampades flammarum euibeantur, quibus vſque ad imas radices genimina eradicantur, *Iob* 31. Solo æquat turres, comminuit rupes. Quid plura? Solus de Deo potuit triomphare amor, vt Bernardi verbis vtar. Hæc autem tam prodigioſa vis amoris, etſi ea reipſa, quæ diligitur, videatur oriri; potiſſimùm ea ipſo qui diligit, coaſcitur, vt eleganter admonuit D. Auguſtinus *homil.* 37. *tom.* 10. *lib.* 50. *homil.* Amores (Inquit) omnes priùs ſunt in hominibus de ſe, & ſic de alia re, quam diligont. Si diligis aurum, priùs te diligis, & ſic aurum; ergo dilectio vnicuique à ſe incipit. Idem *tom.* 4. *lib.* 83. *quæſtionum*, q. 35. Nihil aliud eſt amare, quàm propter ſeipſum rem aliquam appetere. Hæc Auguſtinus. Deinde verò nihil tam proprium & ingenitum homini eſt, quàm amor, vt mirum oon ſit, quòd omnia vincat amor. Nam vt perbellè D. Auguſtinus *tract. de ſubſtantia dilectionis*, docet: Vita cordis amor eſt, & iccirco impoſſibile eſt, vt ſine amore ſit cor, quod viuere cupit. humana mens ſine amore eſſe non poteſt. Obiter aduerterim hunc libellom à quibuſdam exiſtimari eſſe noo D. Auguſtini, ſed Hugonis.

*Iob conſtantia aduersùs mulierem.*
S. Ambr.
Iob. 2.
Rupert.
*Mulieris arma amor.*
Cant. 8.
*Amoris vis potentiſſima.*
Iob 31.
S. Bern.
S. Auguſt.
*Amor à ſe ipſo, & propter ſeipſum.*
S. Auguſt.
*Sine amore vita non eſt.*

5. Quare non damnandus eſt Adamus, quòd amauerit coniugem, ſed quòd malè amauerit, nimirom pluſquam Deum, ac ſuæ ipſius animæ ſalutem; vtromque enim expoſuit, ac perdidit, ne vaorem contriſtaret, & mœrentem videret, imò ne ſola mulier ſine viro periret. Polehrè igitur admonet D. Auguſtinus *homil.* 37. de qua paulo antè; Quod amas (infra Deum) ad conſolandum ama, ſd tractandum ama, ad vtendum ama, non ad illigandum. Sic Auguſtinus. Multa quidem Eccleſia ex Chriſti Domini conſortio accepit emolumenta; ſed illud præcipuè, quòd in latus Domini in cruce pendentis (ſic enim interpretatur D. Ambroſius) penitiùs aliquando permeans, ſe cum admirabili voluptate memorat acceptiſſe. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinauit in me caritatem*, Cantic. 2. Summa profectò bonorum omnium quæ in animam à Deo infunduntur, eſt ipſe ordo amoris; vt primò Deum, & nihil aut contra, aut ſupra Deom ametur. *Qui enim non odit patrem & matrem, &c. non eſt me dignus*, ait Dominus Matth. 10. quem locum expendit grauiter & copioſè D. Ambroſius *ſermone* 15. *in Pſalm.* 118. Vbi reſpondet obiectioni, quæ occurrit, qui fieri poſſit, vt odiſſe iubeamur, quos naturæ iure, Deique ipſius præcepto diligere iubemur. Video (Inquit) iſtiuſmodi aſſertioni me reſpondere non poſſe, ſed Dominus reſpondebit. Ego oon condemno pietatem, qui odi iniquitatem; non neceſſitudinum inteſtina bella mandaui, ſed illecebram ſuſpectam habui. Ea, quæ diuina ſunt omni caritati neceſſitudinum præferenda ſuot. Hæc Ambroſius. Quàm ergo prudenter, quàm ſanctè Adamus ſeueritatem exhibuiſſet erga vxorem, ſi eam Deo poſthaberet, ſi oblatum pomum reiiceret, ſi blandiculam illam ſuaſionem refutaret, ſi dolentem ac mœrentem coniugem pateretur à paradiſo amandari; caritas enim bona mater piè ſolet ſæuire, vt ait D. Bernardus. Tunc aotem ſperare poſſet diuinæ miſericordiæ confiſus, vti mulier per pœnitentiam ad priorem ſtatum reuocata, in gratiam mariti Deo gratiſſimi, reduceretur ad paradiſum deliciarum. Timuit mulier, ne ſi ſola peccaſſet, ſola & omni ope deſtituta procul à viro, cuius in tutela erat, aliò ablegaretur. Iam enim vbi excidit ab amore Dei, experta erat quid tandem eſſet timor. Et meritò, quæ amorem Dei violauit, timoris pœna coërceatur oportet; timeat omnia, quæ Deum oon amat. Etenim, vt iuſto & amico Dei tuta ſunt omnia, ita peccator etiam tuta timet. Nihil peccatore timidius, nihil audacius iuſto. Peccata ipſa mollem effœminarúmque reddunt; conſcientiæ ſtimuli perpetuò animam peccatoris exedentes vigorem omnem labefactant, timorémque inducunt, ac denique diuina gratia, ſine cuius præſidio ſtare nihil poteſt, ſuam opem ſuſpendente miſer conſternator. Contrà verò iuſto, & virtus ipſa, quam exercet, & conſcientiæ probitas, & diuinæ gratiæ præſidium animos addunt, audaciam ingerunt ſupra naturæ humanæ facultatem. Hinc eſt, quod Salom. Prouerb. 28. edocet. *Fugit impius nemine perſequente, iuſtus autem quaſi leo confidens.* Quàm verò ſit inſamis peccatoris timiditas, plena ſunt teſtimoniis diuina volumina. Iob 16. *Sonitus terroris ſemper in auribus eius, & cum pax ſit ille inſidias ſuſpicatur; non credit, quòd reuerti poſſit de tenebris circumſpectans vndique gladium.* Sapient. 17. *Cùm ſit timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis; ſemper enim præſumit ſæua perturbata conſcientia.* Hoc terrore (vt Latini loqountur) panico agitati in caſtris Syri, qui Samariam obſidebant, turpiter ſe dant in fugam cùm eos nemo perſequatur, 4. *Reg.* 7.

*Adam malè amando lapſus eſt.*
S. Auguſt.
S. Ambroſ.
*Amor debet eſſe ordinatus.*
Cantic. 2.
Matth. 10.
S. Ambroſ.
*Deus ſupra omnia diligendus.*
S. Bern.
*Si Adam non peccaſſet, Eua penituiſſet.*
*Timor comitatur peccantem.*
Prouerb. 8.
Iacob. 15.
Sapient. 17.
4. Reg 7.

6. Hunc timorem populo Hebræorum minatur Dominus ſe immiſſurum, ſi quando ad idola ſuo Deo poſthabito ſeſe abiecerint adoranda. Leuit. 26. *Qui de vobis remanſerint, dabo pauorem in cordibus eorũ, in regionibus hoſtium terrebit eos ſonitus folij volantis, & ita fugient quaſi gladium, cadent nullo perſequente, & cadent ſinguli ſupra*

Leuit. 26.
*Timiditatem Deus minatur.*

Deut. 28.

*fratres ſuos, quaſi fugientes.* Deuteron. 28. *Dabit tibi Dominus cor pauidum, & deficientes oculos, & animam conſumptam mœrore, & erit vita tua quaſi pendens ante te; timebis die ac nocte, & non credes vitæ tuæ.* Nota obiter cùm peccatum ſemper ante oculos obuerſetur, vti carnifex vindictam repoſcens, iuxta illud Pſalm. 50. *Peccatum meum contra me eſt ſemper*: Meſſiam, qui vita eſt hominum, & qui vt vita genti Hebrææ promiſſus fuerat, in cruce pendentem perpetuò Iudæis ipſis, à quibus per orbem diſperſis, regno, ſolo, cælóque orbatis, pœnas exigit, obſeruari ante oculos; tantam verò eſſe iſtorum obſtinationem, vt ne ſic quidem cœleſti vindicta perculſi credant in eundem Meſſiam verè omnium noſtri vitam. iuxta illud, *Ego ſum via, veritas, & vita*, Ioan. 14 Mirari ego ſoleo cùm lego Iudith 1. & 2. *Indignatus Nabuchodonoſor iurauit per thronum & regnũ ſuum, quòd defenderet ſe de omnibus regionibus his.* ac propterea numeroſiſſimum & bellicoſiſſimum parauit exercitum ſub Holoferne duce. Sed quid ſibi vult verbum illud, *defenderet*, an non aptiùs diceretur, impugnaret, bello peteret, ſubiugaret? Certum eſt enim regem iſtum, non bello ab iis regionibus impetitum eſſe, vt propterea neceſſe haberet ab iiſdem defendi? Pulchra interpretatio Hugonis Cardinal. ſic habet. Defenderet ſe, ideſt, impugnaret omnes. dicit tamen quòd defenderet ſe de omnibus, quaſi omnes vellent pugnare contra ipſum: quia ſuperbus & tumidus putat contra ſe pugnare, quos videt ſibi non obedire: ſicut prælatus cupidus putat ſibi auferri, quod à ſubditis ſibi videt negari. Sic ille. Ad hæc regius Vates Pſalm. 82. totum memorat orbem coniuraſſe ex perditiſſimis gentibus, quarum ibi nomina recenſentur, conflatis copiis ac viribus, aduersùs (inquit) ſanctos tuos: contra vnum ſcilicet tantulum populum Iſrael. Quid ergo, tam innumeræ gentes aduersùs vnum populum, niſi vt timiditatem ſuam, & fragilitatem ſaltem infinitis gentium coniuratarum copiis animatam ac ſtabilirent. Nihil planè meticuloſius peccatoribus; quod animis & viribus non audent, multitudine ſaltem præſtare contendunt. At contra quos tantum ſuſcipitur bellum, totus conſpirat orbis? Hebr. על צפוניך *ghal çephune:ha*; aduersùs, vel ſuper abſconditos tuos, nimirum; qui latent in ſpeluncis timentur à gentibus, qui domi abditi, aut in templo ad aras procumbunt, vniuerſum perterrefaciunt orbem. Proh admiranda vis, & virtus iuſtorum! abſconditi vocantur, ſed vbinam quæſo; *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ*, Pſalm. 30. Audi vnum ex iſtis abſconditis: *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Si conſiſtant aduersùm me caſtra, non timebit cor meum: ſi exurgat aduersùm me prælium, in hoc ego ſperabo*, Pſalm. 26. An non igitur leo fortiſſimus, qui ad nullius pauet occurſum, iſte abſconditus Dei? An non timidi cerui, fugacéſque damæ, Rex Syriæ cuíuſque duces ac milites: Eliſæus autem Dei abſconditus, quaſi leo audaciſſimus? Regis conſilia etiam ſecretiora Eliſæus, procul in Samaria degens, atque in ſuo gurguſtiolo abditus reſciebat, & Hebræo regi euulgabat. Mittit ergo Syrus integrum exercitum aduersùs vnum Eliſæum; oratione tantùm ad Deum iſte abſconditus occæcat Syros, trahítque in vrbem quaſi conſtrictos, forént que omnes trucidandi, ſi Propheta non renuiſſet. Bene Chryſoſt. *homil. de Eliſæo.* Si res (inquit) Syriæ hominem Dei non putauit, cur multitudinem miſit? aut ſi hominem Dei ſciuit, cur eum contra ſe armatum Dei virtute neſciuit? Debuit enim ſtultus iam credere contra eum ire non poſſe, quem latentes inſidias audierat denudaſſe. Ita Chryſ.

Pſalm. 50. *Chriſtus crucifixus obuerſatur Iudæis.* — Ioan 14. — Iudith 1. & 2. — Hugo. *Superbus timet.* — Pſalm. 82. — *Peccatores ubique timidi.* — *Iuſti timentur à malis.* Pſal. 30. — Pſal. 26. — *Eliſæi virtus contra Syros.* — 4. Reg 6. — S. Chryſ.

7\. Tulit Eua de vetito ligno pomum, comedit ipſa, & dedit viro ſuo. Mortem ſibi ipſa priùs ebibit, mortem deinde ſuo viro propinauit. Ergo altera Eua, quæ prioris ſcelera expiauit, velut illa grandis aquila, de qua *Ezechiel* 17. venit ad Libanum, & tulit medullam cedri, & tranſportauit eam in terram Chanaam, in vrbe negotiatorum poſuit illam. Nimirum in myſtico ſenſu, Virgo ſanctiſſima, & feliciſſima creaturarum, quæ ſola inuenit gratiam apud Deum, pudicitiæ pennis (vt loquar cum Nazianzeno) ſubleuata eò vſque volauit, vt omnem creaturam ſupergrederetur: deinde in deitatis ipſius arcanum penetrans, ab ipſo æterni Patris pectore verbum diuinum hauſit, ſuis incluſit viſceribus, atque humana indutum carne in terram expoſuit mercatoribus ad negotium ſeculorum, ad cœli ſempiternæque beatitudinis mercaturam. Hæc eſt, vt vocat D. Methodius, porta Dei orti in carne, puteus Bethlehemiticus, vnde immortalitatis poculum emanauit. *Venite*, clamat Virgo Dei mater: *comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis*, Prouerb. 9. Non ſibi tantùm, ſed & nobis genuit ac peperit Deum hominem. Tulit de ligno, ſed vitam de vita, Deum de Deo: comedit ipſa, dedítque hominibus. Plena Deo, abyſſus eſt gratiarum; de cuius plenitudine nos omnes accepimus, in noſtrum omnium ora & corda redundauit. Sacroſanctam Euchariſtiæ menſam Virgo ipſa poſuit; ad eam homines inuitat. Panis cæli proponitur edendus, ſed quem in Virginis vtero Spiritus ſanctus formauit ac decoxit; Virgo ipſa miſcuit vinum illud ſalutare ac diuinum, quo animæ irrigantur, quo virgines nutriuntur; miſcuit vinum. quid quæſo immiſcuiſti, ô Dei mater, ſanguini filij tui, quem potamus? Anné lympidiſſimam aquam lacrymarum, quas in circumciſione, & quas ſtans iuxta crucem Ieſu mater eius, ex oculis iſtis virgineis copioſiſſimè & dolentiſſimè profudiſti; viſáque fuit iſta commiſtio ſanguinis filij, & lacrymarum matris? O ſi mihi flueret torrens iſte voluptatis, quo anima mea profunderetur! Iure optimo D. Epiphan. vocat Virginem Dei matrem, menſam fidei. Nimirum in Virgine ſua matre digniſſima propoſuit Deus omnia quæ diuinus amor excogitauit epularum ac ciborum, & condimentorum & liquorum genera, quibus animæ piorum, & impiorum etiam paſci, nutriri, confirmarique poſſent. Venite (inquit) bibite vinum quod miſcui vobis. An iſtud verbum, *miſcere*, vſitatum in poculis amatoriis à Virgine matre ſimiliter vſurpatur? Quod ſi ita eſt: ſignificatur planè in diuina Euchariſtia vis quædam admirabilis, & velut amatoria, quam piorum animæ ſentiunt, cùm ritè communicantes corpus & ſanguinem Domini ſoluuntur in lacrymas, ardent amoris ignibus, humana omnia faſtidiunt

*B. Maria verbum à Patre hauſit.* — Ezech. 17 — Nazianz. — S Method. *B. Maria puteus Bethlehem.* — Prouerb. 9. — *B Maria ſibi & nobis Deum peperit.* — *B. Maria ad Euchariſtiam inuitat.* — *B. Maria lacryma cum ſanguine Filij mixta.* — S. Epiphan. — *B Maria Dei menſa.* — *Euchariſtia vis amatoria.*

diunt, diuinis inhiant, ſuíque prorſus immemores, ac priore vita depoſita, ſeſe in Deum ſuum tranſmutant. Denique verba illa ſuprà poſita, *in vrbe negotiatorum poſuit illam*, ſedulò meditemur. Salutem cœlitus allatam in terra habemus: ergo negotiemur; dum tempus eſt operemur. Miſerum eſt enim (inquit S. Gregor. Nazianz. *Orat.* 40.) cùm nundinæ effluxerint, tum demum negotiationem quærere: miſerum eſt, cùm manna præterierit, tum cibum appetere. Sic ille.

*S. Gregor. Nazianz.*

---

## SECTIO XVI.

### *Qui comedit.*

HEbr. ותתן גם לאישה עמה ויאכל *vattitten gam leixah glimmah vaiochal*: & dedit etiam viro ſuo ſecum, & comedit. LXX. Et dedit & viro ſuo; cum ea μετ' αὐτῆς, & comederunt καὶ ἔφαγον. Chaldæus: Et dedit etiam marito ſuo, & comedit cum ea. Quare ſecundùm literam ita res proceſſit. Mulier inanibus inflata promiſſis à ſerpente, imprimis adhuc abſens à marito comedit. Experta ſaporem pomi ad maritum adit, narrat omnia, quæ cum ſerpente; offert illi pomum; miſer occulta quadam animi elatione, propriáque malitia occæcatus, vt vxori placeat, accipit pomum & comedit, illáque pariter iterum comedit. Quaſi vna & communi menſa peccatum & mortem miſeri coniuges comederunt. Vterque diuinæ tranſgreſſor legis, vterque ab ſtatu innocentiæ deiectus, vterque exutus gratiæ donis, vterque comparatus iumentis, & ſimilis factus eſt illis, vterque in ſordibus, & luto, & alter vt alterum non faſtidiat, non deſpiciat, non refugiat: imò alter alteri condoleat, ferátque opem. Sic planè res habet; cùm nemo mundus à ſordibus, ſolus Dei ac Virginis matris filius Chriſtus Ieſus extitit (mater à filio non disiungitur) puriſſimus, & humani generis ſordes purificans. Quod ſignificauit, cùm in cœna lauit pedes diſcipulorum, *Ioan.* 15. Vbi ſic Auguſtinns. Poſuit veſtimenta ſua, qui cùm in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit. Præcinxit ſe linteo, qui formam ſerui accepit. Miſit aquam in peluim, vnde lauaret pedes diſcipulorum, qui in terram ſanguinem fudit, quo immunditiam dilueret peccatorum. Linteo autem, quo erat præcinctus, pedes quos lauerat terſit, qui carne qua erat indutus Euangeliſtarum veſtigia confortauit. Et linteo quidem, quo ſe præcingeret: poſuit veſtimenta quæ habebat: vt autem formam ſerui acciperet, quando ſemetipſum exinaniuit, non quod habebat depoſuit, ſed quòd non habebat accepit. Hæc Auguſtinus. Verumenimuero (quod maiorem affert admirationem) in paſſione ſua Dominus infirmitates noſtras ipſe portauit, factus anathema, & maledictum pro nobis, omnium noſtrûm ſceleribus coopertus; tantum abeſt, vt aliquid eius carni puriſſimæ impurum adhæreſceret: vt etiam tunc vel maximè purus in ſe, ſuo ſanguine noſipſos purificaret. Ad hoc enim myſterium, declarandum, vt luculenter docet D. Auguſtin. *in cap.* 13. *Ioan.* voluit, vt linteis, & ſindone munda inuolueretur corpus

*Adam & Eua ſimul comederunt.*

*S. Aug. Ioan.* 13. *Chriſtus purus & purificans.*

*Chriſtus lauat pedes diſcipulorum.*

A eius emortuum, vlceribúſque deformatum. Ait igitur Auguſtin. Crucifigendus ſane ſuis ſpoliatus eſt veſtimentis, & mortuus inuolutus eſt linteis, & ſancta eius paſſio noſtra purgatio eſt. Ita Auguſt. Fit autem mentio à Ioanne de linteaminibus, ſcilicet linteis pluribus, vt Dominicæ carnis amplificata quodammodo puritas, & noſtris purificandis ſordibus innumerata in eius paſſione lintea demonſtrarentur. Hæc eſt munditia ſecundi Adami, qua prioris immunditia purificata eſt.

*Chriſti corpus inuolutum linteis.*

2. Graue malum ſuperbia, & quo nullum aliud Deo, Angelis & hominibus magis inuiſum. Communis hoſtis ſuperbus aduersùs naturam armatur, & pugnat vniuerſam. Infe-
B lix qui ſanari non ſolet, niſi graui de vulnere, de caſu, de morte ipſa homini remedium adhibeatur. Mauult Dominus peccatorem, qui pœnitens humilietur, quàm iuſtum, qui (ſi tamen talis eſſet, & nominari debet) inaniter de ſe præſumat. Admirationem facit, quod Paulus ſcribit 1. Timoth. 5. *Modico vino vtere propter ſtomachum tuum, & frequentes infirmitates.* Sed quæ tanta rei nouitas? Paulus, qui orbem complet miraculis, cariſſimum diſcipulum non ſanat per miraculum? An ne Paulo virtus deerat ad præſtandam ægroto ſanitatem? an non ſanus Thimotheus plus in obſequium Dei, atque in gentium conuerſionem
C proficeret, quàm morbidus, & crebris doloribus præpeditus? Vide obſecro quanti ſupra omnia Deus humilitatem æſtimet. Ait enim D. Chryſoſt. Cur illius ſtomachum non oratione firmauit? Nempe vt humilior ſit. Et ſi viderimus viros magnos, & virtute claros infirmari, nihil moueamur. Ita Chryſoſt. Conſentaneum eſt, quod etiam idem Chryſoſtom. explicat de angelo Satanæ Paulum colaphizante. putat enim fuiſſe ægritudinem, in quam Paulus incidit Deo ſic diſponente, vt humilior eſſet, & ne magnitudine reuelationum extolleretur. Sæpiùs hoc argumentum pertractauimus: eget enim tantum malum nouis
D inſuper medicamentis. Monendi perpetuò ſuperbi, vt ſibi temperent, vela contrahant, animos dimittant, vt ſciant quòd homines ſint: ne ſi fortè ſupra ſe efferantur, ſubitò in lutum deuoluantur. Lectitent illud Pſalmi 38. *Confundantur & reuereantur.* Vbi pulchrè occurrit D. Auguſtinus, bene illis optauit: multi enim ſalubriter confuſi ſunt. Comedit Adam. Quis non miretur tantum virum, tot ac tam præclaris virtutum muneribus cumulatum, tam facilè, támque turpiter cecidiſſe? Leuiſſimum (inquit D. Bernardus *ſerm.* 2. *in Circoncifion.*) planè mandatum & larga omnino menſura: ſed tranſgreſſus eſt homo præ-
E ſcriptum ſibi modum, & conſtitutum ſibi terminum prætergreſſus. Ita Bernardus. Tanto ergo turpior caſus Adami, qui leuiſſimum mandatum ſeruare noluit, in pœnam occultæ ſuperbiæ, quæ homini nata eſt, ex illa interminata bonorum omnium affluentia, qua fruebatur in paradiſo, iuxta illud Domini, *Ecce dedi vobis omnia*, cap. 1. Caueant igitur diuites huius ſeculi. Etenim, vt bene aduertit D. Auguſt. *tract.* 50. *hom. in hom.* 13. Vermis diuitiarum ſuperbia eſt. Difficile eſt vt non ſit ſuperbus qui diues ſit. Tolle ſuperbiam, diuitiæ non nocebunt. Diuitiæ mergunt homines in perditionem. Sic Aug. Itaque honoris amplitudo, qua nulla vnquam extitit in orbe maior,

*Superbia caſu ſanatur.*

1. ad Timoth. 5.

S. Chryſ.

*Humilitas in ſanctis neceſſaria eſt.*

Pſal. 38.
*Confuſio aliquando ſalutaris.*

S. Auguſt.

S. Bernard.

*Adam facile mandatum turpiter violat.*

S. Auguſt.
*Diuitia generant ſuperbiam.*

A maior, Adamũ quodammodo dementauit, vt tam leuiculo afflatu mulieris, ex altiſſimo innocentiæ ſtatu fuerit præceps in interitum. Eſt aliquando pertuſum dolium, ſed latent rimulæ: dices integrum, ſartum, tectúmque nihil habere vitij; quandiu enim liquore vacuum eſt, haud facilè hiatibus & ſciſſuræ dignoſcuntur. At vbi liquorem infundis, pertuſum deprehendis, hac illac enim liquorem reddit, quà nimirum dehiſcit. Sic habuit Adamus. Homo erat, vas quidem luteum, mille habitus pertuſum (quid enim homine fragilius, aut inconſtantius?) tametſi naturæ ipſius rimulas omnes, iuſtitia originalis (excepta vna, propter nimirum excellentiæ) prorſus obduxerit, & communierit, quandiu occaſio peccandi non aderat, ſumma in eo integritas; vbi verò adfuit, illicò rimoſum vas apparuit, atque in ſuperbiam, qua totos homo intumuerat, & in ſui coniugíſque inordinatum amorem, quo redundabat, cœpit dehiſcere. Dum ſerpens ſuo ſe continet in latibulo, neminem lædit; non quia veneno careat, aut feras non ſit; ſed quia non habet, quem mordeat. Num vbi nactus eſt hominem, omnem illicò ſuam expromit feritatem. Sic planè habent vitioſæ animi noſtri paſſiones; quæ licèt non ſe prodant, imò & ineſſe non videantur; vbi ſe dat occaſio, erumpunt, atque efferantur.

*Adam vas rimoſum.*

*Occaſionibus vitia deteguntur.*

B

C 3. Porrò autem Adami & ſuperborum inconſtantia, ob quam tam facilè mouentur ac labuntur, cùm ſit ingenita hominibus, fulcimento indiget diuinæ gratiæ, qua ſe maximè indignos exhibent propter ſuperbiam. Iccirco dicitur in Pſalm. 137. *Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit.* Viden', vt Dei oculos ſibi præſtò ac ſemper intentos habeant humiles, at ſuperbi procul abſint à conſpectu illo, à quo eſt omne bonum! Quid mirum igitur, ſi tam infirmi faciléſque ad lapſum iſti; contrà verò illi firmi & immobiles eſſe videantur. Audi ad hunc verſum Auguſtinum: Quid ſibi ergo præſtat ſuperbus, niſi vt à longè videatur: non vt non videantur? Ne putes te ideo ſecutum eſſe D debere, quòd minùs te bene videat, quia à longè te videt. Tu enim, quod à longè vides, non bene vides: Deus etſi à longè te videt, perfectè te videt, & tecum non eſt. Hoc agis, non vt minùs perfectè videaris, ſed vt non ſis cum illo, à quo videris. At verò humilis quid ſibi præſtat? Propè eſt Dominus his, qui obtinuerunt cor, *Pſalm.* 33. Erigat ſe ergo ſuperbus quantum voluerit, certè in alio habitat Deus, in cœlo eſt Deus. Vis tibi propinquet? humiliare: nam tanto à te erit altior, quanto tu elatior. Sic Auguſt. Ad hæc licèt Deus propè ſit vnicuique noſtrûm, vt ait Paul. Act. dicitur altos, & ſuperbos à longè cognoſcere, quia tam parui, E ac nullius ferè momenti ſunt iſti ad oculus Dei, vt tantilli appareant, quaſi ea quæ longiſſimè deſiuncta vix ab oculis intuentium percipiuntur. At humiles propè reſpicit, quippe qui licèt ſe parui & nihili æſtiment, tam mira ſunt virtutum magnitudine conſpicui, vt vbicumque ſeſe occultent alti, grandes, illuſtréſque oculis Dei eſſe videantur. Dici etiam poſſet adeò execrabiles eſſe ſuperbos, vt ab iis Deus auertat oculos cum faſtidio, & nauſea, iuxta illud Prouerb. 16. *Abominatio Domini eſt omnis arrogans*: humiles verò tam gra-

*Pſal. 137. Superbi longè ſunt à diuina gratia.*

*S. Auguſt.*

*Humiles valde conſpicui.*

*Pſalm. 33.*

*Prouerb. 16.*

A tos, tam ſpecioſos, vt vel ipſos Dei oculos ad ſe rapiant. Contingítque ſuperbo (ait hic D. Auguſtin.) quod tibi aliquando euenit, vt ſalutes patronum tuum, & ille intentus in aliud non te videat. Nimirum adeò intentus eſt Deus in contemplando, alloquendo, audiendo, & honorando humili, quem vnicè diligit, vt ſuperbum etiam cùm ſupplicat non curet, non videat; quare deſtituti præſidio diuino feruntur quolibet auræ ſibilo, & in leuiſſimis quibuſque tentationibus ſuperbi conturbantur, delicatiſſimus enim illis eſt ſenſus, ait D. Chryſ. Hinc eſt, quòd Amos arrogantes Samariæ Principes appellarit vaccas pingues; B illi nimirum ſimiles, quæ ab Oſea *cap.* 4. dicitur vacca laſciuiens, ſeu, vt alij vertunt, aſylo percuſſa. Quis non ſtupeat, vt vacca pinguitudine, moléque prodigioſa ſubitò in rabiem acta toto diffugiat campo, montes pererret, per vallium prærupta corroat, in lacus, in omnium fluenta ſeſe immergat? Sed vnde tantus iſte furor; nempe aſylo percuſſum, beſtiolæ aculeo, non poteſt tantum animal conſiſtere. En quàm ridicula ſunt, quàm propè nulla, quibus ſuperbi homines interdum mouentur, & orbem commouent vniuerſum? Saul puellarum cantu, triumphum Dauidis concinentium, in furias agitur: Aman princeps in aula & regno Aſ- C ſueri exanimatur, quòd illi Mardochæus non aſſurgat. Achab Rex Iſrael dolet, inedia & vigiliis ſe mactat, quòd illi pauper vineam non diuendat. Reſpici non patiuntur ſuperbi, vbi vel tantulum vident ſibi de honore, de autoritate diminui, triſtes emoriuntur.

*S. Auguſt.*

*S Chryſoſt.*

*Amos 4.*

*Oſeæ 4.*

*Superbi inconſtantes & fragiles.*

*Superbi quàm ſæpè doleat.*

4 Sed heus vos honoris & gloriæ mancipia, quando tam acri ſtudio honoris & laudis ducimini, habetis oculos Dei, vnde totus & verus honos oritur. Nam, vt egregiè adiungit Auguſtinus, volunt ergo reges reſpici? humiles ſint. Monſtratur hoc in eo, quòd moris ſemper fuit apud Dominum exaltare humiles, idque præcipuè propter humilitatem, quam in iis reſpicit. Quis maior & glorioſior Moy- D ſe, qui fidelis eſt in tota domo Dei, & quem ipſe Deus fecit Deum Pharaonis? Sed vnde tam mira hæc electio? quoniam (inquit) D. Chryſ. relicta aula regia captiuis, & in luto abſumptis ſe adiunxit. Ac fuit quidem iſta præclara demonſtratio illius animi tam generoſi, & glorioſi, qualem in Moyſe Deus requirebat, vt diuinam quodammodo maieſtatem referret. Hoc enim pacto Moyſes ſe oſtendit adeò generoſum, vt nec ampliſſimis regiæ honoribus animos efferret, nec inter captiuos in luto & ſordibus demitteret. Vnde verò prouenit, vt Deus humilia reſpiciat, & alta à longè cognoſcat? Præmittit Vates regius, *Quoniam excelſus Dominus*, &c. Ac dicat, icirco Deus E cum humilibus conuerſatur, ſuperbos autem auerſatur, quia excelſus eſt; tanta eſt enim ac tam immenſa illius celſitudo, vt Deum nec elatio ſuperborum efferat, nec humilium ſubmiſſio deprimat; nec vlla mundi altitudo Deum maiorem, nec vlla puſillorum humilitas minorem efficiat. nec eſt enim, vt ait D. Auguſtinus maior in maximis, nec minor in minimis. Arbitror etiam, tam faſtidioſos & execrabiles Deo videri ſuperbos propter immunditiam, quo nomine ſuperbiam appellari mihi perſuadeo, eo quòd in Euangeliis video ſpiritus immundos vocari à Domino

*S. Auguſt. Humilitas gratum Deo facit.*

*S. Chryſ. Moyſes propter humilitatem Deus efficitur regum.*

*Deum excelſum nemo commutat.*

*S. Aug.*

At

*Superborum immunditia.*

A At certum eſt peccatum malorum angelorum non luxuriem carnis, ſed ſuperbiam mentis fuiſſe. Talis erat ille immundus ſpiritus, qui habitans intus in homine morabatur in ſepulchris, vt legitur *Marc.* 5. Vbi egregiè D. Petr. Chryſol. *ſerm.* 17. Ecce qui honores omnes regni promittebat, *Matth.* 4. Et gloriæ Chriſto, habitare fœtidis corruptione cadauerum reperitur in tumulis: ſic iſte decipit, cùm promittit; vt ad infernum ſecum pertrahat, eùm de ſupernis ſa conſolantes fallax promiſſor illudit. Sic ille. Hæc verò immunditia ſuperborum ſpirituum tam fœda eſt, vt eam porci, quibus intromiſſi fuerant, haudquaquam ferentes in mare ſe præcipitarint. Sic enim adiungit S. Chryſolog. Sic eſt odor diaboli tartareus & crudelis, vt eum nec porcorum natura ſufficeret ſuſtinere: denique demergi in mari, & fluctibus maluit deperire, quàm eius immunditiam pati, & putredinem tolerare. Ita Chryſolog. Quid mirum igitur, ſi Deus puriſſimus refugiat, & execretur ſuperbos tam immundos ac fœtidos; contrà verò amet lætíſque intueatur oculis humiles, quibus mira eſt munditia cordis & morum. Cùm enim tam vicini Deo ſint, multum ab illius puritate mutuantur, iuxta illud: *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtra non confundentur*, Pſal. 33. ſcilicet, quia mundæ, puræ, nitentéſque vti Solis ſplendor. An non Virgo puriſſima in matrem Dei eligitur, eo quòd humilitatem etiam Deo admirabilem præfert? Nam cùm ſponſus cæleſtis omnes ſigillatim virtutes, quæ in Virgine radiabant, recenſeret laudarétque in humilitate, tamẽ ſiluit, obmutuit, & quodammodo obſtupuit, quod ſignificat Cant. 4. inquiens: *Abſque eo quod intrinſecus latet.* legunt alij, intra aut præter velum tuum, aut ſtuporem tuum. L X X. extra ſilentium tui. Profectò innuitur Virginis humilitas per velum, quo ancilla Dei maieſtatem incomparabilem matris Dei occultauit: per ſilentium ſui, quæ ſuas dotes, ac merita non expoſuit; per ſtuporem, quippe omnem excedit admirationem dicere ſe ancillam quæ mater Dei eſt.

Marci 5. S. P. Chryſ. Matth. 4.

P. Chryſol. *Dæmonum immunditia.*

Pſal. 33.

Cant. 4.

*Voluptas telum diaboli.*

D 6. *Qui comedis.* ] Nullum planè aptius telum diabolo eſt, quo mentem hominis vulneret, vulneratámque occidat, ac detrudat in gehennam, quàm voluptas corporis, quæ perpulchrè dicitur à Clem. Alexand. metropolis vitiorum. Ea verò quæ guſtatu ſentitur, etſi non omnium maxima, ſatis tamen eſſe potuit efficax, vt primum hominem ab ſtatu innocentiæ conuelleret. quid de aliis dicam voluptatum irritamentis, quibus terra ſcatet, & quorum mũdus officina eſt? Hinc eſt, quod tam difficilis virtus habeatur, tam facilis ſit in vitia lapſus; tot ac tam metuendis præſens vita periculis abundet; quæ, vt quis euadat neceſſe eſt vitam viuat, vt eleganter aduertit D. Gregor. Nyſſen. de oratione, ſummo pedetentim ſtringentem, quæ fruendis voluptatibus hoc terreo ſeculo non obuiatur. Adiungit etiam S. Doctor; vt ex collibus in depreſſa vallium defluere ſolet ſordium colluuies, vbi torrens hybernis auctus imbribus editis ex montibus præcipitat: ita (inquit) in conuauam, atque depreſſam hanc vitam, quædam fæx, & limus malorum, confluxit; qua ratione inquinatur genus humanum. Aduerte hic, cùm vitæ humanæ via cœno & luto ſcateat, ac proinde incedentem, aut glutinoſis comprehendat ſordibus, comprehenſúmque abſorbeat; aut ſaltem remoretur atque deturpet; neceſſe omnino eſſe, vt vno tãtùm pede, & non vtroque, ne plus luti, aut certè pulueris contrahatur, vno ſummo pede, quaſi tantùm in puncto, & in indiuiſibili terram iſtam adeò puluerulentam, ſeu veriùs lutulentam ac cœnoſam, dum ad cælum carpimus viam, contingamus. Quòd ſi ex vnius tantùm pomi eſu contra Dei præceptum infinita malorum in genus humanum profluxit colluuies; quid homini conferet illa, quæ (vt bene aduertit Clem. Alex. 2. *pædag. cap.* 1.) nullum habet terminum delicata ingluuies? Nam in primis gulæ vitiũ hominem quodammodo in belluam redigit, vt idem Clem. Alexand. adiungit. Eſt autem (ait) valde à ratione alienum, & nequaquam humanum pecudum more pingue factum morti nutriri. Intelligo morti nutriri, quia helluo iſte ventris mancipium cùm vitia nutrit, quæ ex corporis ſagina pullulant, & in æternam demum deducunt mortem: tum etiam morbos, quorum ſeminarium eſt ingluuies, & ad mortẽ corporis immaturam & concitatam via patentior. Proſequitur enim Clem. Illis, qui ad luxum menſarum propenſi ſunt, & ſuos ſibi morbos enutriunt, præeſt dæmon helluo maximus, quem ego non verebor appellare ventris dæmonem, dæmonũ omnium peſſimum & pernicioſiſſimum. Deinde pereleganter hominem gulæ & crapulæ deditum ex eorum numero, quorum Deus venter eſt: *ad Philip.* 3. dicit animam habere etiam dum viuit, infoſſam & obrutam ventris ſordibus. Sic ait. Qui mentem in ventre infoderit, admodum ſimilis eſt ei piſci, qui Græcè ὄνος, Latinè *aſinus* dicitur, quem ſcribit Ariſtoteles ſolum ex omnibus animalibus habere cor in ventre. Ita Clem. Belluinum iſtum morem viuendi oſtendit illa imprimis ingluuies, deinde luſio, ac demum vituli adoratio, quæ tam infamem reddidit ad hanc vſque diem populum Hæbræorum. Scribitur enim Exod. 32. *Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere*; quem locum citat D. Paulus 1. *Corinth.* 10. Legit autem Clem. 1. *pædag. cap.* 11. *Saturati*, Græcè (inquit) χορτασθῆναι, quaſi dicas, fœno repleri: quoniam autem abſque ratione ſaturati, abſque ratione ludebant. Sic ille. Huic expoſitioni Clement. fauet illa querimonia Moyſis, qua intemperantiam pecorinã iſtius populi perſtrinxit Deuteron. 32. dicens: *Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit; incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deũ factorem ſuum.* Egregia quidem ſimilitudine immoderatũ luxum, abundantiam & ſaturitatem Hebræi populi deſcribit, per quam ille, vt equus bene paſtus in Deum ipſum ſui factorem & benefactorem calces impegit. Lyra exiſtimat abſolutè loqui Moyſem de omni abundantia Hebræorum, cùm iam in terra promiſſionis, lacteis & melleis paſſim manantibus (per hyperbolem dicitur) riuis potirentur. E Per quam bonorum temporalium affluentiam ingrati ſceleſtique reddiri pro vero Deo, ad colenda idolorum monſtra fœdiſſima peſſum ierunt. In Gloſſa prænotatur prophetiam pariter eſſe de temporali felicitate Eccleſiæ Chriſtianæ, quæ nouos ac perditos mores, & intemperantem viuendi inuexit licentiam. Idque nimirum propter malorum hominum abuſum atque intemperantiam. De hoc malo ſæpiùs queritur D. Bernardus *libro* præſertim *ad Eugenium*; nuncupatim verò *ſerm.* 33. *in Cant* exponens illud Iſai. 38. *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima* ſic ait. Amara priùs in nece martyrũ, amarior pòſt in conflictu hæreticorum, amariſſima nunc in moribus

Clem. Alex.

*Voluptas quam pernicioſa.*

S. Gregor. Nyſſen.

*Vita humana ſordibus plena.*

Clem. Alex.

*Ingluuies corporis & animæ mortalis.*

*Dæmon ad ingluuiem incitans, omnium peſſimus.*

Ad Phil. 3.

Ariſtot.

*Ingluuies Hebræorum.* Exod. 32. 1. Cor. 10. Clem. Alex.

Deuter. 32.

*Abundantia Hebræis nocuit.*

S. Bern.

Iſai. 38.

Iſai. 1.
S. Bern.

domeſticorum. Vox plangentis in tempore iſto: *Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me*, Iſai. 1. ſpreuerunt & maculauerunt me à turpi vita, à turpi quæſtu, à turpi commercio. Sic Bern.

S. Auguſt.
*Fames in pœnam ſaturitatis.*
Luc. 15.
S. P. Chryſ.

6. Comedendo, peccatum & mortem incurrit homo. Vide quàm ſit coniunctum cum neceſſitate comedendi periculum peccandi. Et quis eſt (ait S. Auguſt. 10. *confeſſ.* 31.) qui non rapiatur aliquantulum extra metas neceſſitatis? quiſquis eſt, magnus eſt: magnificet nomen tuum ô Domine. Proh, quàm multiplex ex illo cibo fames orta eſt in orbe! Iuſte quidem. Vixit luxurioſè prodigus ille iuuenis, & poſtquam omnia conſumpſit, facta eſt fames valida, &c. *Luc.* 15. Vbi ſic egregiè D. Petr. Chryſolog *ſerm.* 1. Luxuriæ, ventri, gulæ, fames tortor apponitur, vt ibi vltrix pœna ſæuiat, vbi pœnalis reatus exarſerat. Facta eſt fames. Ad talem finem ſemper voracitas tendit, ad talem peruenit terminum fugienda voluptatis effuſio. Ita Chryſolog. Contrà verò ieiunando ſanctitatem & vitam inuenit homo. Zachar. 7. *Nunquid flendum eſt mihi in quinto menſe, vel ſanctificare me debeo.* Vbi ſic D. Hier. Fletus, atque ieiunium ſanctificatio dicitur: vt Ioel. 1. *Sanctificate ieiunium.* L X X. legunt: Ingreſſa eſt in menſe quinto ſanctificatio. Vnde notabis ieiunium ſimul cum lacrymis ſanctificationē ipſam nominari: tam mira ſcilicet in ieiunio efficacitas eſt ad ſanctificandum hominem. Innumera ſunt, eáque ampliſſima laudum encomia quibus ieiunium ſanctiſſimi Patres ac Doctores illuſtrant. Aliqua ſubijciam. D. Hieron. *lib.* 2. *contra Iouin.* Beatitudo paradiſi abſque abſtinentia cibi non potuit dedicari: quandiu ieiunauit Adam, in paradiſo fuit. Comedit & eiectus eſt, eiectus ſtatim duxit vxorem. Qui ieiunus in paradiſo virgo fuerat, ſatur in terra matrimonio copulatur. D. Baſil. ſimile pertractans argumentum virginibus maximè commendat ieiunium hiſce verbis. Ante omnia aduerſùs guſtum virgo tota intentione pugnabit; fontéſque voluptatum ventris, & impudicitiæ fomitum inde manantium à principio, caſtitatis ſtudio, & ardore ſiccabit: ne dum virginitatem ſeruare proponit, guſtui ſe immoderatè proſtituens caſtitatem ſuam alia fruendi voluptate deuicta ſenſim dum neſcit amittat. Virginem enim eſſe, & guſtum virginis cōdecet, nulliſque gulam ſuauiter oblectātis illecebræ peruium *libro de vera virginitate.* Idem *hom.* 2. *de ieiunio.* Cùm illi qui ieiunant Angelicam vitam imitentur, meritò Angeli ieiunantium, quaſi quorundam in terris Angelorum nomina deſcribūt. Idem *hom.* 1. *de ieiunio.* Ieiunium Eliam magni illius miraculi ſpectatorem fecit: cùm enim quadraginta dierum ieiunio repurgaſſet animam: ita demum in ſpelunca montis Oreb promeruit videre Deum. Sic Baſilius. Adiunge ad hanc ſententiam D. Baſil. verſionem L X X. de qua paulo antè *in 7. cap. Zachar.* vbi ieiuniū dicitur ſanctificatio, Græcè ponere ἁγίασμα: propriè verò eſt, ſecretio à terra. Tanta quidem virtus eſt ieiunij, vt à terra terreniſque cupiditatibus hominem ſecernat, habiléinque reddat ad contemplationem rerum diuinarum, atque adeò cælo ipſi ieiunantem inferat. Vnde meritò vehiculum ad cælum vocatur à S. Ephrem *ſerm. de ieiunio.* D. Cyprianus *de ieiunio*: Quotquot viros virtutum vidimus, ſine ieiunio non vidimus aſcendiſſe, neque aliquid magnum moliti ſunt niſi priùs abſtinentia præceſſiſſet.

Zachar. 7.
*Ieiunium corpori, & animæ prodeſt.*
D. Hieron.
Ioel. 1.
*Ieiunij laudes.*
S. Hieron.
S. Baſil.
*Virginibus ieiunium neceſſarium.*
S. Ephrem.
S. Cypr.

7. Tot verò ac tanta ex Chriſtiano ieiunio percipiuntur emolumenta, vt meritò adijciat Iſai. 58. *Tunc erumpet quaſi manè lumen tuum, & ſanitas citiùs orietur, & anteibit faciē tuam iuſtitia tua, & gloria Domini colliget te.* *Sanitas tua*, vertunt L X X. *ſanitates.* Quia rectè & piè ieiunans haud vnam, ſed plures ſanitates & ſalutes conſequitur, adeò ſalutiferum eſt corpori & animæ huiuſmodi ieiunium. S. Chryſoſt. & alij Patres legunt, veſtimenta tua citò orientur. intelligunt corpora, ſcilicet, quibus animæ quaſi veſtiuntur, nouos ſui natales habitura in reſurrectione vniuerſali. Quare Tertul. *de reſurrectione carnis*, ſic fatur. Iſaias docens quale ieiunium elegerit Dominus, ait. Tunc erumpet, &c. veſtimenta tua, &c. non ſubſericam veſtem, ſed carnem volens accipere, ortum carnis reſurrecturæ de mortis occaſu prædicauit. At in verbo, *anteibit*, ſubtilius etiam quid oſtenditur. Nimirum (vt vult Hugo) percurſor hominis ad iudiciū ieiunium, & quidem quaſi pro homine legatus & aduocatus. Tanta eſt igitur ieiunij virtus, vt illi vel maximè, quaſi debita glorioſa corporum reſurrectio referatur. Etenim cùm ieiunio corpus affligetur, macie palloréque deformetur, iure optimo in iudicio reformabit ieiunium corpus humilitatis ſuæ, immortaléque reddet & glorioſum. Aduerterim hic, quæ tandem ſit perfectio Chriſtiani ieiunij, quod tam crebrò, & tam grauiter à Domino commendatur; & ex quo tot & tam mira procedunt emolumenta. Hanc ergo ieiunij conſummati præſtantiam luculenter (vt ſolet) D. Bernard. *ſerm.* 3. *de Quadrageſ.* ad hunc modum deſcribit: Quòd ſi gula ſola peccauit, ſola quoque ieiunet, & ſufficit. Si verò peccauerunt & membra cætera, cur non ieiunent & ipſa? Ieiunet ergo oculus, qui deprædatus eſt animam, ieiunet auris, ieiunet lingua, ieiunent manus, ieiunet etiam anima ipſa. Ieiunet oculus à curioſis aſpectibus, & omni petulantia, vt bene humiliatus coërceatur in pœnitentia, qui male liber vagabatur in culpa. Ieiunet auris nequiter pruriēs à fabulis & rumoribus, & quæcunque otioſa ſūt, & ad ſalutem minimè pertinentia, ieiunet lingua à detractione & murmuratione, ab inutilibus, vanis, atque ſcurrilibus verbis; interdum quoque ob grauitatem ſilentij, & ab ipſis quæ videri poterant neceſſaria. Ieiunet manus ab otioſis ſignis, & ab operibus omnibus quæcunque non ſunt imperata; ſed & multo magis anima ipſa ieiunet à vitiis, & propria voluntate ſua. Etenim ſine ieiunio hoc cætera à Domino reprobantur, ſicut ſcriptum eſt Iſai. 58. *Quia in diebus ieiuniorum veſtrorum voluntates veſtra inueniuntur.* Hæc Bernard: Idcirco nos filij Adam tam multis ieiunijs, iiſque per integras Quadrageſimas productis, ſimul cum lacrymis, & membrorū omnium afflictatione hodie indigemus, eo quòd noſter ille parens vnum tantummodo ieiunium à Deo indictum violauit; ergo in reformatione morum ac vitæ humanæ, eò per ieiunia reuertamur; vnde cum parente illo noſtro, ſi præcepto Dei obediret, & vitam, & virtutum opera, & Dei famulatum incipere genus humanum debuiſſet. Tantóque nunc potentius eſt ieiunium, ad perſtringendos aſſultus, viréſque ſerpentis, quanto iam ſacratius diuiniúſque redditum illud habemus, poſtquam Deus ipſe homo factus per quadraginta dies ac noctes ieiunauit. Quocirca ieiunium hodie Chriſti gladius eſt, quo abſciſſum eſt aduerſarij caput; non eſt huic alter ſimilis, vt Dauid de ſuo illo, quo gigantem decollauerat, teſtatus

Iſai. 58.
S. Chryſoſt.
*Ieiunium corpori reſurrectionem parat.*
Tertul.
Hugo.
S. Bernard.
*Ieiunij perfectio deſcribitur.*
Iſai. 58.
*Ieiunium Chriſtianum contra vitia.*

1. Reg. 21.

8 Gregor. Nazian.

teſtatus eſt 3. *Reg.* 21. Atque vniuerſim de voluntariis corporis afflictionibus ad propitiandum Deum, illud concludam cum S. Gregor. Nazianz. *orat.* 8. Neque enim Deus vlla re perinde, atque corporis ærumnas conciliatur.

Procop.

*Conſilio omnes indigit.*

S Greg.

*Prælatorum exemplum.*

*Exemplum vitioſum.*
Pſalm. 11.

S. Chryſ.
*Exempla probitatis deſunt.*

*Deum peccata hominum auertunt.*
1 Reg. 3.

2 Tim. 2.
S. Chryſ.

8. Quia verò in principio huius commentationis præmiſimus Euam & Adamū ſimul comediſſe, inuitatum hunc ſcilicet ab illa, tum conſilio, tum, quod efficacius eſſe ſolet, exemplo: de conſilio ſatis multa dicta ſunt; de exemplo nonnihil adiungam. Vtroque autem, vt adnotauit Procopius, mulier viro perſuaſit, vt comederet prohibitam eſcam, ne videlicet ipſa ſola periret. Ac mulierem quidem viro adiutricem Deus eſſe voluit. nempe vti conſilio & exemplo virum B in Dei obſequio adiuuaret, quod quidem ſummè neceſſarium eſſe cuilibet homini, & experientia comprobat, & neceſſitas ipſa exigit; vt perdoctè oſtendit D. Nazianz. *in ſent.* Alia (inquit) cernens oculus ſeipſum non cernit; imò ne alia quidem, ſi lippitudine laboret. Proinde ad omnea tes aliquem in conſilium adhibe: nam & manus manu, & pes pedis auxilio indiget. Vobis potiſſimum, qui Eccleſiæ gubernacula tenetis prouidendum cenſeo, ne oculus tenebris plenus ſitis: ne aliqui vitij antiſtites ſitis. Hæc Nazianzen. Nota ex hac doctrina Nazianzeni Prælatorum vitia (ſi qua in aliis ſint) eo ſolita eſſe pernicioſiora, quo ſacratiora videntur; vtpute quæ C. emineant in perſonis Deo dicatis, & quibus potiùs incumbat alios ad virtutem ſuo exemplo incitare. aliter non virtutum, ſed vitiorum, non Dei, ſed mundi, aut etiam diaboli antiſtites dici poſſent. Proh, quàm peſtilens halitus nihil non inficiens efflari ſolet ex peruerſo alicuius exemplo! quid ſi multæ ſint huiuſce fæcis & peſtilentiæ paludes? *Saluum me fac Deus, quoniam defecit ſanctus*, Pſal. 11. Viden' vt doleat, vt clamet ad Dominum Dauid? Sed quónam vrgente malo Dei opem implorat? quoniam (inquit) defecit ſanctus. Scilicet (ait D. Chryſoſt.) via difficilis, ſolus eſt viator, nullum habet viæ comitem. Quaſi dicat, non habeo in tam arduo atque accliui ad D virtutem aſcenſu, qui ſuæ probitatis exemplo mihi ſe adiungat comitem, laboranti præſtò ſit, mœrorem ſoletur, feſſum excitet, ſuo pariter ſtudio ad ſuperandam itineris difficultatem. Neceſſe igitur eſt, vt mihi tu ô bone Deus, manum porrigas, maximè, quia non modò defecit ſanctus, qui me iuuet inerétque; ſed innumeri ſunt, qui contrà decertent à via virtutis, imò qui virtutem irrideant, virtutíque ſtudentem maledictis inſectentur. Sed eo vel maximè commendatur pietas Dauid, quòd in tanta paucitate bonorum prius ille ſanctúſque extiterit. Nimirum eo tunc virtus eſt pretioſior, quo rarior habetur. Nam rarum & pretioſum idem valet in diuinis literis, vt videre eſt 1. *Reg.* 3. vbi dicitur: *Et ſermo Domini erat pretioſus*, id eſt, rarus. Rarò enim (Luſitanè, per reliquias) Deus loquebatur cum hominibus. E Vertunt alij ex Hebræo, prohibitus, vel obturatus. quaſi ſimul aſſignetur ratio, quare ſermo Dei ad homines rarus eſſet, quia videlicet peccatis hominum erat obturatus, vti fluuius prægaltis obicibus impeditus, ne aquis exuberet; aut in ergaſtulo quis detentus, ne foras exeat, & liberè vagetur. At ô felicitatem legis gratiæ, in qua licèt Paulus gentium Doctor, & præco veritatis, catenis conſtrictus in carcere teneatur; ſed verbum (inquit) Dei non eſt alligatum, 2. *Timoth.* 2. Vbi egregiè D. Chryſoſt. Vinciuntur

A manus, ſed manet lingua libera, quam nemo ligare poſſit, niſi formido ſola atque infidelitas. Si quis agricolam vinciat, ſementem profectò impedit: manu enim ille ſerit. Doctorem verò ſi vinxeris, verbum Dei compedire non vales. Lingua quippe, non manu ſeritur verbum, quod nullis ſubiacet vinculis. Ita Chryſoſtom. Quod licet in quolibet Doctore veritatis locum habeat, maximè verò in Paulo, propter eam rationem, quam idem Chryſoſt *hom.* 10. *in epiſt. ad Coloſſenſ.* aſſignat hiſce verbis. Qui in tertium cælum aſcenderat, vinculis detinebatur. Sed tunc velocior erat ipſius curſus. Non eſt corporalia curſor, in cælo conuerſatur. Eum qui in cælo B curſum ſuum habet, quæ ſuper terram ſunt, nec vincere poſſunt, nec cohibere. Non ſolem iſtum vides? iniice radiis illius vincula, ſiſte curſum eius: ſed non poteris. Ergo neque Paulum: imò multo minùs iſtum, quàm illum. Ita Chryſoſt. Optimè Paulum prædicantem Soli comparat irradianti: quam ille prærogatiuam hauſit in cælo, cùm ſupra ſolem ipſum raptus audiuit arcana Dei.

*Verbi Dei prædicatio libera.*

*S. Paulus ſole ipſo velocior ac liberior.*

9. Verumenimuero licèt complura ſint adhuc hominum ſcelera, quæ Dei ſermonem remorari & obturare poſſent: plena tamen eſt Eccleſia Dei virtutibus, plena viris ac fœminis virtutum ſanctitate præcellentibus, qui refractis C. vitiorum repagulis patentem aditum præſtent diuinæ gratiæ, vt liberè in Eccleſiam infludatur. Tantam igitur & nos habentes ſuperimpoſitam nubem teſtiū, &c. ait Apoſtol. *ad Hebr.* 12. vt proinde abſurdum & impium ſit in iam infinita bonorum multitudine impietatem & nequitiam affectare. Vnius Euæ comedit, & peccauit exemplo Adamus. Abſtineat nunc, legem Dei obſeruet, Deum colat & amet infinitis excitatus exemplis ſanctarum mulierum, maximè verò illius Virginis, quæ pro innumeris viris ac mulieribus vna ſatis eſt: quam Deus ſibi matrem elegit, & quam vti formam virtutū omnium (iuxta D. Ambroſ.) præſcripſit vniuerſis. Tegatur alto D ſilentio Euæ inſipientia, iniquitas, dolus, præuaricatio, & partus quidam, ac ſeminarium omniū flagitiorum. Sola Dei mater digniſſima Maria laudetur, colatur, ametur. Cuius virginis (vt loquitur D. Bern. *ſerm.* 1. *in Aduentu*) aluus floruit: ſic inuiolata, integra, & caſta Mariæ viſcera, tanquam paſcua æterni viroris florem protulere: cuius pulchritudo non videat corruptionem, cuius gloria in æternum non marceſcat. O Virgo virga ſublimis, in quam ſublime verticem ſanctum erigis! Vſque ad ſedentem in throno, vſque ad Dominum maieſtatis! O verè cæleſtis planta, pretioſior cunctis, ſanctior vniuerſis! O verè lignum vitæ, quod ſolum fuit lignum portare fructum ſalutis! Denique Adam & Eua manus ad lignum vetitum extenderunt, ac de illius E fructu contra Dei ſui præceptum comederunt. Proh quàm multis & grauibus doloribus ſecundi Adami hæc præuaricatio exoluetur! Rectè Auguſtin. *ſerm.* 45. *in append. tom.* 10. Sacratū (inquit) manuum in ligno crucis extenſio, & renectenda confixio, quæ condemnabat Adæ & Euæ manus ad interdicti ligni cibum ingemiſcenda ſæculi tranſgreſſione porrectas. Sic Auguſt.

*Exempla virtutum innumera apud Chriſtianos.*

Ad Hebr. 12.

S. Ambroſ.
*B. Maria omnium virtutum exemplar.*

S. Bern.

S. Aug.

---

## SECTIO XVII.

*Et aperti ſunt oculi amborum.*

1. Primò

1. PRimò ſtatuendum hoc loco eſt primos parentes cum oculis, & apertis oculis, & videntes fuiſſe a Deo productos. Animalia quippe ad ſe aggregata quibus indidit nomina, deinde mulierem à Deo efformatam vbi eſt adducta, vidit Adamus. Mulier vidit ſerpentem, cum quo eſt colloquuta, vidit lignum, pomū vidit, quem decerpit, ac comedit (atque vtinam non videret) vidit virum, cui pomum dedit, & quem ad comedendū inuitauit; quæ quidē omnia clauſis oculis effici non poterant. Quorſum igitur nunc, vbi comederunt, vbi peccarunt, aperti ſunt oculi amborum? Reſpondet S. Chryſ. *hom.* 16. *in Geneſ.* non de ſenſibilibus oculis dici, ſed de ſenſu mentis, quia poſtquam mandata tranſgreſſi ſunt, Deus eos ſentire fecit ea, quæ ante ob ſingularem illius in ſe beneuolentiam non ſentiebant. Fecit enim illos poſtea nuditatem ſentire, & auferri gloriam illam, qua ante eſum fruebantur. Ita Chryſoſt. Similiter D. Auguſt. *de Geneſ.* c. 11. *ad literam*, explicat: Aperti ſunt oculi ad aliquid intuendum & cogitandum, quod antea nunquam aduerterant. Mox ergo, vt præceptum tranſgreſſi ſunt, intrinſecus gratia deſerente omnino nudati, quam typho quodam, & ſuperbo amore, ſuæ poteſtatis offenderant, in ſua membra oculos iniecerant, eáque motu, quē non nouerant, concupierunt. Ad hoc ergo aperti ſunt oculi, ad quod antea non patebant, quamuis & ad alia paterent. Sic Auguſt. Idem *de ciuitate Dei, lib.* 14. *cap.* 17. Aperti ſunt (inquit) oculi amborum, non ad videndum: nam & antea videbant; ſed ad diſcernendum inter bonum quod amiſerant, & malū, in quod inciderant. Experta enim morbi moleſtia, euidentior fit etiam iucūditas ſanitatis. Hæc Auguſt. D. Gregor Nazianz. *Oration.* 2. *in Paſcha*, ſic ait. Poſtquam diaboli inuidia, & mulieris inſultu quem, & vt mollior paſſa eſt, vt ad perſuadendum accommodatior, admonuit (ô infirmitatem meam, meam enim duco primi parentis infirmitatem) accepti mandati oblitus, ab acerba illa eſca victus eſt, primùm turpitudinem ſuam, infamiámque cognoſcit. Hæc Nazianzen. Nota obiter ex verbis Theologi (vt ſibi quiſque caueat) mulierem eſſe molliorem ad reſiſtendum inſultibus diaboli, & quòd delicatior & mollior eſt, eo fortiorem eſſe, ad euincendū virum, eóque aptius diabolo inſtrumentum, ac telum acutius ad vulnera interitúſque animarum. Eocherius ad hunc locum ita commētatur. Patebant oculi eorum, ſed ad hoc non erant aperti, hoc eſt, non attenti, vt cognoſcerēt quid eis indumentum gratiæ præſtaret, quando membra eorum voluntati repugnare neſciebant: qua gratia remota, vt pœna reciproca plecteretur inobedientia, extitit in motu corporis, quædam impudens nouitas, vnde eſſet impudens nuditas, & fecit attentos, reddiditque confuſos. Hæc ille. Procop. Nihil (inquit) mali cogitabant antea, quamuis apertis oculis cernerēt nuditatem. Quare antequam peccato ſe fœdaſſent, nequaquam vt re neceſſaria, indigebant pudore, quem nacti ſunt peccato demum commiſſo auxiliatorem & coadiutorem ad propulſandum peccati impetum. Sic ille. Conſimilis eſt ferè omnium Patrum ac Doctorum explicatio. Aperti ſunt oculi amborum, & cum oculis aperti omnes aditus patuerunt in homine, vt vitiis omnibus infelix eſſet expoſitus. Longè aliter Christus Dominus cæco aperuit oculos, *Ioan.* 9. Atque, vt probè adnotauit D. Ambroſius *in Luc.* 22. cæco illi viſus luto ſupra oculos illito, quaſi in naturam redierit, reformatur. O quàm ſalutariter apertos haberemus oculos primori ſuæ gratiæ ſtatuique reſtitutos, ſi noſtræ offenſæ lutum illos penetrantiter illinet! Ex his colligo apertionem iſtam oculorum & interiùs & exteriùs ſimul extitiſſe: apertóſque fuiſſe oculos mentis, ac pariter corporis: mentis quidem, quia cognouerunt ſe peccaſſe, & grauitatem peccati, Deum offenſum à quo innumera bona accepiſſent; ſerpentem fuiſſe impoſtorem, inania & mendaciſſima eius promiſſa: pœnam ſe miſeros incurriſſe trāſgreſſioni propoſitam; deiectos nimirum ab ſtatu illo feliciſſimo, quo antea fruebantur, ſpoliatos iuſtitia, doniſque aliis cæleſtibus, Dei gratia ſanctificante exutos: addictos iam ſubeundis vitæ miſeriis, demumque mortem oppetituros; atque adeò totam ipſorum poſteritatem eodem ſupplicio damnandam. Ad hæc experiri cœperunt graue illud tormentum quo peccati conſcientia mentem excedit ac diſcruciat. O nobis arborem illam infauſtam; quæ ſi vellemus fauſta foret & ſalutaris! Etenim vt egregie animaduertit D. Ambroſ. *tractat. de arbore interd.* in ea vita pendebat per obedientiam: in ea mors per tranſgreſſionem latebat.

S. Chryſoſt.
*Oculi parentum primorum clauſi, & aperti quomodo dicantur.*

*Oculi ad malum videndum, & patrandum aperti.*

S. Greg. Nazianz.

*Mulier, quo mollior, eo fortior contra virum.*
Eucher.

Procop.

Ioan. 9.
S. Ambroſ.

*Cognitio propria vilitatis.*

*Quid viderunt & experti ſunt poſt peccatum Adam & Eua.*

S. Ambroſ.
*Arbor vitæ & mortis.*

2. Sed operæpretium erit minutiùs hæc omnia pertractare, atque imprimis videndum eſt, quæ tanta fuerit felicitas illius primæui ſtatus, ex quo primi parentes per peccatum deiecti ſunt; vt inde intelligatur, quæ tanta fuerit pœnæ, quam ſubierunt, grauitas. Præterea quàm deplorandum fecerit naufragium illa humanæ naturæ nauis, intelligi poterit ex multitudine, amplitudinéque merciū, atque opum, quibus onuſta ſoluit quidem è portu, ſed breui tempeſtatibus conuulſa, fractáque diſperiit in ſcopulos. In ſummam ergo ſtatus innocentiæ dona ac bona redigentes, quatuor excellentias illius proponimus. Prima eſt ſcientia; ſecunda gratia gratum faciens: tertia iuſtitia originalis; quarta corporis immortalitas. Et quidem ſcientiam Dei, rerum cæleſtium, omniúmque aliarum rerum naturalium impreſſam à Deo habuit iam inde à ſuo ortu Adamus, quanta & qualis nullo in homine (Chriſtum Dominum excipimus) nec in ipſo Salomone inuenta vnquam fuit. Locus autem ille 3. *Reg. cap.* 3. in quo Deus affatur Salomonem: *Dedi tibi cor ſapiens & intelligens, in tantum, vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit.* intelligendus eſt hoc modo, vt dicatur Salomon ſapientiſſimus omnium Regum Hebræorum, aut etiam aliarum gentium, vel omnium hominum, excepto tamē vno Adamo. Hæc enim vniuerſalis propoſitio, vti aliæ ſimiles in Scriptura, exceptionem vnam vel alteram patiuntur, vel denique omnium hominum, qui vnquam ſuo marte, & induſtria, ſtudióque naturali ſcientiam adepti ſunt; at Adamus diuinitus illam hauſtam habuit. Eam verò ſcientiam ita ſublimem rerum omnium Adamo ingenitam nō habuiſſent ſic infuſam illius poſteri, perdurāte ſtatu innocentiæ, ſed eam tamen breui & facilè, adulta iam ætate, addiſcendo comparaſſent. Secunda excellentia eſt gratia ſanctificans, ſeu gratum faciēs, cum qua productus eſt Adamus, quæ eſt ſumma rectitudo, & perfectio hominis, vt eſt rationalis. Neque verò ſolùm intelligendum eſt creatum eſſe hominem in gratia habituali, ſed etiam in eodē momento (quid enim prohibet?) elicuiſſe actum fidei, ſpei, & caritatis erga Deum ſuper omnia. Similiter dicendum cum gratia illa habituali

*Innocentia ſtatus perſpicitur.*

*Scientia qualis in Adamo.*

3. Reg. 3.
*Salomonis ſapientia quanta fuerit.*

*Gratia qualis in Adam.*

*In ſtatu innocentiæ poſſent homines peccare & damnari.*

habituali ſanctificante naſcituros Adami filios fuiſſe, ſi primæua illa innocentiæ felicitas permanſiſſet. Cæterùm nec pater, nec filij, licèt non peccaſſent, confirmati eſſent in gratia. Cùm enim Adamo dictum fuerit: in quocunque die comederis, morte morieris; ſatis apertè oſtenditur, Adamum per totam vitam futurum in periculo peccandi, & perdendi gratiam. Foret igitur Adamus per totam vitam in terra viator, & poſteri illius; atque adeò potuiſſent peccare, & à gratia deuiare, & in gehennam delabi. Tertia excellentia eſt iuſtitia originalis, quæ nihil aliud erat, quàm abſoluta quædam comprehenſio omnium habituum, quibus homo ſecundùm omnes potentias ac facultates tam animæ, quàm corporis rectus & perfectus reddebatur, atque idoneus ad exercendas expeditè ac perfectè omnes actiones ſuæ naturæ conuenientes. Hanc etiam filij accepiſſent. Quarta eſt corporis immortalitas, quæcunque enim mortem afferre ſolent in eo feliciſſimo ſtatu partim non eſſent, partim homo ipſe ſua induſtria, & multis remediis, & maxime Deo protegente vitare potuiſſet. Hæc ſatis fuerint ad præſens, cui inhæremus, ſtudium commentandi: exactam verò rerum iſtarum pertractationem vide apud Theologos, quorum eſt meſſis propria, & nullibi fortaſſe inuenies accuratiorem huiuſmodi diſputationem, quàm apud Benedictum Peretium noſtrum 1. *tomo in Geneſ. lib.* 5. Harum penè omnium mercium nauis illa humani generis in primo parẽte iacturam fecit.

*Iuſtitia originalis quid ſit.*

*Immortalitas quantum foret.*

3. Ac primò quidem apertis oculis poſt peccatum, quæ tanta ſit eius grauitas, & turpitudo intelligentes deteſtari cœperũt, quod antea non diſplicebat, aut certè non agnoſcebatur. Rectè autem Iacobus Sarugenſis Epiſcopus, vt refertur à Moſe Bareepha *libro de paradiſo, part.* 1. ſic ad hunc locum ſcribit: Peccatum initio ſupra modum placet: at in fine luctum parit patranti. Cùm enim primi parentes cupiditate ferrẽtur in illam arborem de ipſa edendi; & Deum ipſum, & legem præ illa paruipendebant: at vbi ediſſent, nudatique erubuiſſent, odio ipſam ſunt proſecuti. Hæc ille. Optime Procopius ita commentatur. Omnis qui peccat, quaſi cæcus peccare exiſtimatur. Vbi enim viderit, quaſi antea occæcatus fuerit, quid dereliquerit, ait: Non cernebam quid faciebam, ſed conſcientiæ demum ſtimulus accedens nos pungit & efficit, vt peccati abominationem conſpiciamus. Sic ille. Sic planè res habet; primo aſpectu offert peccatum, quicquid, aut dulce, aut pulchrum, aut magnificum in ſe continet, vel aliunde aſcitum obiicit, vt eo fuco miſeri ad peccandum impellamur. Quod S. Ambroſius *in Pſalm.* 1. ſic paucis complectitur: Allicit homines magis dulce peccati, quàm triſte virtutis, quæ fidei ſpem velut quodam cortice amari laboris inuoluit. Sic Ambroſ. Quàm verò difficile ſit, & quàm rarum peccati fallaciam dignoſci, vt eſt, ab homine, verſus ille Pſalm. 18. oſtendit, *Delicta quis intelligit?* explicat D. Aug. quæ ipſum oculum claudunt. Sicut enim tenebræ oculus; ita delicta mentem claudunt, nec lucem ſinunt videre, nec ſe. Pulchra quidem ſimilitudine S. Baſilius *homil.* 7. ſubiicit rationem, quare cùm peccati ſit tam metuẽda deformitas, non facilè diſpiciatur. Sicut enim (ait) vmbra corpus, ſic peccatum animam ſequitur, geſtorum imaginem referens. At (vt certum eſt) ſequentem à tergo vmbram quis videat. Præfert quidem mel, aut veriùs ſucum mellis, quo allicit

*Iac. Sarug. Moyſ. Barc.*

*Peccatum primò dulce, dein amarum.*

*Procop.*

*S. Ambroſ.*

*Peccatum dulce, virtus triſtis.*

*Pſalm 18.*

*S. Aug.*

*Peccatum occæcat.*

*S Baſil.*

*Peccatum vmbra eſt.*

peccatum; ſed illicò vbi decepit, amaritudinem omni felle & abſynthio grauiorem effundit; quæ quidem tanta eſt, vt etiam ab alienis peccatis effuſa ne ſanctiſſimam Chriſti Domini animam pungeret, oportuerit ab æterno Patre ſuarum dulcedinũ torrentem præmitti, iuxta illud Pſalmi 20. *Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis.* Explicat ergo Auguſt. Quoniam priùs hauſerat benedictionis ſuæ dulcedinem, fel peccatorum noſtrorum non nocuit ei. Hæc autem amaritudo, quæ à peccato promanat, percipi ſolet in plurimis, & grauiſſimis etiam in hac vita malis, quibus peccatoris impietas in Deum ſuum nonnunquam punitur. Quæ omnia vno verbo aptiſſimè deſcripſit Dauid, cùm dixit Pſal. 71. *Ex vſuris redimet animas eorum.* Vbi ſic Auguſt. Quę ſunt iſtæ vſuræ, niſi peccata? Vſuras puto, quia plus mali inuenitur in ſuppliciis, quàm commiſſum eſt in peccatis. Nam v g. cùm homicida corpus tantum hominis perimat, animæ autem nihil nocere poſſit, ipſius & anima & corpus perdiuit in gehennam Sic ille. Adde bonum & dulce, quamquam de homicidis ſolùm loquatur Auguſt. ergo peccatum iniquiſſimus eſt fœnerator; homini quidem pauculam voluptatem erogat, ſed commodato; deinde vbi primùm culpa eſt admiſſa, tunc voluptatem illam ſurripit, & innumera eáque grauiſſima mala à peccatore violenter exigit.

*Peccati ſumma amaritudo*

*Pſalm. 20.*

*S. Auguſt.*

*Chriſto non nocuit fel peccati*

*Pſalm. 71.*

*Peccatum fœnerator eſt.*

*S. Aug.*

4. Idem videtur inſinuare Propheta Habacuc in ſuo illo triumphali cantu, vbi dicit: *Pro iniquitate vidi*, &c. LXX. vertunt, *ἀντὶ κόπων*, pro laboribus, nec tamen extra verbi Hebræi ſignificatum תחת און *techat auen*; ſub, aut pro auen, quod eſt mendacium, iniquitas, nihil, nihilum. & Hieron. idolum, vt ex variis Scripturæ locis colligitur, quæ omnia mirabiliter in peccatum conueniunt. Item labor, fatigatio, afflictio, ex *Pſal.* 90. *& Amos* 5. ſed heu me miſerum, quàm nobis mentitur peccatum! quam in vanum & in nihilum recidunt, quæ dulcia & pulchra pollicetur? mendax, & fraudibus plenum idolum, quod ab homine expetit vti, Deo verò contempto, mentem vanitati ac turpitudini dedicet, mãcipet, ſacrificet. Profectò iniquitas, peccatúmq; idem omnino eſt atque labores, fatigationes, afflictiones, permultæ ac peracerbæ. Hi ſunt proprij ac naturales fructus peccati. Vnde quando iis calamitatibus affligitur impius, exiſtima hominem ſuorum ſcelerum, qui naturaliter oritur, ortúſque matureſcit, fructũ colligere. Quæ quidem doctrina eſt D. Auguſt. *in Pſalm.* 5. Cùm punit (inquit) Deus peccatores, non malum ſuum eis infert, ſed malis eorum eos dimittit. Iuxta illud Pſalm. 7. *Ecce parturit iniuſtitiã, concepit dolorem, & peperit iniquitatem; lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueã, quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticẽ ipſius iniquitas eius deſcendet.* Punit igitur Deus eos, qui legem prætereunt, non eis inferens de ſeipſo malum, ſed in id quod elegerunt eos expellens ad complendam ſummam miſeriarum. Hæc Auguſt. Obiter ſubnotabis inter prædicta Pſalmi verba, illud, *lacum aperuit, foueam fecit*, &c. Ex quo amplius colliges hominem dum peccat, ſibiipſi lacum illum gehennalium flammarum aperire, & quaſi aſſumpto ligone ſarcophagum parare; quo ipſius anima ſempiternam oppetens mortem ſepelitur. Quin etiam addiderim; id ſolum, aut potiùs nobis timendum, ne peccatum admittamus, nõ autem ſupplicia ipſa, quibus premimur. Quod lu-

*Habac.* 3.

*Peccatum miſeria multiplex.*

*S. Hieron.*

*Pſal.* 90.

*Amos* 5.

*Peccati fructus ſupplicia.*

*S. Auguſt.*

*Peccator non à Deo, ſed à peccato punitur.*

*Pſalm.* 7.

*Peccator ſibi parat interitum.*

culenter

*S. Chryſ.*

culenter oſtendit D. Chryſoſt. *hom. 6. ad populum Antiochenum*, ad hunc modum: Magnum quidem eſt ſupplicium peccare, etiamſi non puniamur; peccata enim nos a Deo ſeparant, *Sapient.* 1. pœnæ verò nos ad Deum perducunt. Si quis vulnus habeat, quid timere dignum eſt, ſaniem an medici ſectionem & ferrum an vlceris populationem? peccatum ſanies eſt, pœna ferrum medicinale. Sicut igitur ſaniem habens, etſi nō ſecatur, malè habet, & cùm non ſecatur, tunc eſt in maioribus malis; ita peccans etiamſi non puniatur, omnium eſt miſerrimus, & tunc maximè miſer, cùm non punitur, & graue nihil patitur. Ita Chryſoſt.

*Sapient. 1.*

*Peccatum, quàm pœna, magis timendum.*

*Pœna peccato prodeſt.*

5. *Aperti ſunt oculi amborum,*] Quia perſpecta grauitate ſceleris admiſſi, exortus eſt timor, primò quidem & maximè extimuiſſe illos credendum eſt peccatum ipſum, quod patrauerant, nec enim aliud quicquam eſt horribilius peccato. Audi D. Chryſoſt. *hom. 5. Antioch.* Fratres ne pueri efficiamini ſenſibus, dicitur 1. *Corinth.* 14. Pueri quidem paruas laruas timent, ignem verò non timent: ſed ſi ad lucernam lumen habentem portari contingat, inconſideratè manum immittunt lucernæ & flammæ: ſic & nos timemus mortem, quæ eſt larua contemptu digna: peccatum verò non timemus, quod eſt verè timendum, & ignis more conſcientiam comedit. Ita Chryſoſt. Sed ô cæci ac miſeri, qui cum gehennæ incendiis quaſi per iocum ac riſum colludimus! In eandem ſententiam ſcripſerat Clem. Alex. 1. *pædagog. cap. 6.* Apoſtolus ait 1. *Cor. 12. & ad Galat.* 4. Infantes dicit eos qui ſunt in lege, qui non ſecus ac laruis pueri timore perturbantur: viros autem, qui verbo paremus, noſtrique ſumus iuris, & arbitrij vocauit, qui ſapienter, non inſipienter metu territi. Sic ille. Deinde meruerunt ſupplicium gehennę, quod nouerāt peccato eſſe indictum. Atque vtinā timor hic noſtris animis inhæreret. Etenim, vt egregiè docet D. Chryſoſt. *homilia ſuperius indicata.* Gehennam continuè timens, nunquam in gehennæ ignem decidet. Certè grandi prouidentia Dei erga homines factum eſt, vti montes alicubi in terra perpetuò arderent, & flammarum eſ ſe globos, incendiiſque iuges eructarent fluuios; ſcilicet, vt perdoctè adnotauit Tertullian. *Apolog.* 48. In teſtimonium ignis æterni, & exemplum iugis iudicij pœnam nutrientis: montes vruntur & durant, quid nocentes & Dei hoſtes? Hæc Tertul. Et quidem primò, ac vehementiſſimè excitare nos debet æternæ gloriæ præmium; ac ſubinde neceſſe omnino eſt timore inferni perpugnamur. Hæc enim duo in illis Dei ad animam amplexibus ſignificari videntur, cùm dicitur Cant. 2. *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Vbi Theod. pro dextera beneficium, pro ſiniſtra ſuppliciū intelligamus. Igitur oculos in altum erehens, & deorſum ſubinde dimittens, lacrymas quiſque nunc amans, nunc timens effundat. Quod in poſtulatione filiæ Chaleb ſignificatum eſt, vt D. Gregor. 3. *lib. dialog. cap.* 34. ſic exponit. Dedit ei pater ſuus irriguum ſuperius, & irriguum inferius, *Ioſue* 15. irriguum quippe ſuperius accipit anima, cùm ſe in lacrymis cæleſtis regni deſiderio affligit. Irriguum verò inferius accipit, cùm inferni ſupplicia flendo pertimeſcit. Hæc Gregor. Præterea timore pœnarum temporalium perculſi ſunt, ſciebant enim ſe in Deum rerum omnium conditorem peccaſſe, atque adeò verebantur, ne tota creaturarum multitudo ad vlciſcendam ſui opificis offenſam inſurgeret. Et meritò: nam ſi verè

*S. Chryſoſt.*
*1. Cor. 14.*
*Peccator cum infernis colludit.*
*Clem. Alex.*
*1. Cor. 12.*
*Ad Galat. 4.*
*Peccatorum puerilitas.*
*S. Chryſ.*
*Infernus timore vitatur.*
*Tertul.*
*Ignis montes infernum teſtantur.*
*Cant. 2.*
*Theodor.*
*Timor inferni, & amor boli.*
*S. Gregor.*
*Ioſue 15.*

dictum eſt à D. Ambroſ. *libro de fuga ſæculi cap. 7.* diabolum communem eſſe hoſtem naturæ; quoniam (inquit) qui hominem læſit, cui illa omnia ſubiecta ſunt, læſit omnia. Quanto veriùs dicere poſſumus peccatorem communem eſſe creaturarum omnium inimicum, quoniam qui Deum læſit, à quo omnia condita, & cui ſubiecta ſunt, læſit omnia. Fugit Ionas à facie Domini, vt iret in Tharſis, ſed vbi putabat inuenire ſe poſſe refugium, ibi contra ſe orbem coniuratum vidit; quod peccatoris ſtultitiam rectè demonſtrat. De vtroque D. Hieron. *in 1. cap. Ionæ*, ſic effatur. Qui contemnes Dei præcepta receſſit à facie eius, & ſe mūdo tradidit, ibi poſtea malorum tempeſtate, & totius mundi contra ſe ſæuiente naufragio compulſus eſt ſentire Deum, & reuerti ad eum, quem fugerat; vnde intelligemus etiam ea, quæ ſibi homines æſtimant ſalutaria, Deo volente verti in perniciem. Rectè autē D. Chryſoſtomus *homil. 5. ad popul. Antioch.* vbi peccatū, ibi procella, vbi inobedientia, ibi fluctuatio.

*S. Ambroſ.*
*Peccator communis hoſtis rerum.*
*Ionæ 1.*
*S. Hieron.*
*S. Chryſoſt.*

6. Admirabilior longè viſa eſt prudentia Niniuitarum, comminatus eſt illis Propheta: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*: ſed tamē, vt eleganter diſſerit D. Chryſoſt. *hom. 5. ad popul. Antioch.* non vrbem fugerunt, ſicut nos nunc, ſed manentes ſententiam iudicis repreſſere; laquens erat, & munimen ipſam reddiderūt; vorago erat & præcipitium, & tutelæ turrim fecerunt. Audierunt, quòd ædificia corruent, ſed peccata fugerunt. Non diceſſerunt quiſque de domo ſua, ſicut nos nunc; ſed diſceſſit quiſque à via ſua mala. Non enim (inquiunt) muri iram pepererunt; nos vulneris autores, nos medicamentum præparemus: propterea non locorum permutationibus, ſed morum conuerſioni ſalutem crediderunt. Et nos non confundimur, nos loca permutamus, ebriorum hominum opera facientes. Dominus nobis iraſcitur, & nos iram ſoluere omittentes, quæ in domo ſunt circumferimus, & circuimus quærentes, vbi ſubſtantiam deponamus: cùm eſſet opus quærere, vbi animam deponeremus; imò verò nec oportet quærere, ſed virtute, & vitæ rectitudine ipſi ſecuritatem præbere. Hæc Chryſoſt. Nota hunc locum pro calamitoſiſſimis temporibus peſtilentiæ latè graſſantis: vbi tota hominum cura, ſtudiúmque verſatur in permutandis locis, non moribus; in fugienda lue, non vitiis; in tuenda corporis vita, non animæ ſalute. Exhorruit autem vterque diuinæ legis tranſgreſſor, vt ſcilicet & mulier, ad conſcientiæ flagellum, quo ſtatim vtriuſque anima diſcruciari cœpta eſt. Certum enim illud eſt: *Dixit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo*, aut delinquat ſibi, vt legit D. Ambroſ. *Pſalm.* 35. in ſuum enim caput infelix vertitur peccator; delinquit ſibi. Et hoc propter conſcientiæ carnificinam, qua miſera peccatoris anima lancinatur. Nam, vt ibi ſubiicit Ambroſius, ſemper nobis error noſter, tanquam malus exactor occurrit, vel tanquam improbus fœnerator conueniens debitorem. Vnde Dominus ait: Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Dixit iniuſtus, vt delinquat ſibi. Semper enim iniquitas proprio ſe confodit iaculo, iuxta illud Prouerb. 12. *Fili, ſi malū ſuaſeris, ſolus hauries mala.* Ita S. Hieron. Et quidem in remedium peccati admiſſi cōſcientiæ data eſt carnificina. Quare Procop. ſic optimè diſſerit, ſi quis vel parum ſe peccato dediderit, redarguitur clam à communibus animi conceptibus, quos Deus animo hominis impreſſit. Hi enim ſemper

*Niniuitarum prudentia, & pœnitentia.*
*S. Chryſ.*
*Ionæ 3.*
*Peſtis tempore mores potius mutandi quàm loca.*
*Conſcientiæ tormentum.*
*S. Ambroſ.*
*Pſal. 35.*
*S. Hieron.*
*Procop.*

inſonant

inſonant, ſic volente Deo: Homo qui feciſti, quòd fœdiſſimo te mancipiſti peccato? Sic ille. Cùm verò tormentum huc domeſticum ſit, & inteſtinum, vitare illud haudquaquam potuerunt; quo ſanè, vt credere par eſt, miſerorum animæ acerbiſſimè pungebantur. De illo ſic Auguſtin. *in Pſalm.* 36. *Conc.* 2. Quid facit malus homo, cùm cœperit tribulari? foris nihil habet, ablata ſunt omnia; in conſcientia nullum ſolatium eſt; non eſt quò exeat, quia dura ſunt: non eſt quò intret, quia mala ſunt. Idem *in Pſal.* 33. *&* 35. malam conſcientiam vocat malam vxorem. Etenim qui litigioſam habet vxorem, redire domum refugit, quia (vt ait) redit ad tœdia, ad murmura, ad amaritudines, ad euerſiones; vbi inter virum & vxorem pax nulla eſt. quanto eſt miſerior, qui ad conſcientiam ſuam redire non vult, ne ibi litibus peccatorum enerватur. Idem *in Pſalm.* 57. Iudicis tribunal eſt in mente tua, ſedet ibi Deus; adeſt accuſatrix conſcientia, tortor timor.

S. Aug.

7. At multo adhuc luculentiùs exponens verſum illum Pſalm. 45. *Adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis*; ita loquitur. Inter omnes tribulationes humanæ animæ nulla eſt maior tribulatio, quam conſcientia delictorum. Namque ſi vulnus non ſit, ſanúmque ſit intus hominis, quod conſcientia vocatur, vbicunque alibi paſſus fuerit tribulationes, illuc confugiet, & ibi inueniet Deum; ſi autem ibi requies non eſt propter abundantiam iniquitatis, quoniam & ibi Deus non eſt, quid facturus eſt homo? quò confugiet cùm cœperit pati tribulationes? fugiet ab agro ad ciuitatem, à publico ad domum, à domo in cubiculum, & ſequitur tribulatio. A cubiculo iam quò fugiat non habet, niſi interiùs ad cubile ſuum. Porro ſi ibi tumultus eſt, ſi fumus iniquitatis, ſi flamma ſceleris, non illuc poteſt confugere, Pellitur enim inde, & cùm inde pellitur, à ſeipſo pellitur. Et ecce hoſtem ſuum inuenit, quò confugerat, ſeipſum quò fugiturus eſt? quocunque fugerit ſe, talem trahit poſt ſe: & quocumque talem traxerit ſe, cruciat ſe. Sed de ſeipſo ſunt tribulationes, quæ inueniunt hominem nimis. Acerbiores enim non ſunt: tanto ſunt acerbiores, quanto ſunt interiores. Hæc Auguſtin. Infelix apertio iſthæc oculorum in Adamo, & Eua, metu, verecundia, doloribúſque plena. Dignum ſupplicium inobedientia eorum, qui diuinum præceptum temerè diſquirere voluerunt. *Super quem reſpiciam* (ait Dominus Iſai. 66.) *niſi ſuper humilem & manſuetum, & trementem verba mea.* Humilem, explicat D. Petr. Chryſolog. *ſermon.* 143. & manſuetum dicit. Quantum manſuetus eſt ille, qui iuſſis obtemperat, immanſuetus tantum eſt ille, qui iuſſa diſcutit. Ita Chryſolog. Manſuetudinem intelligit, non modò animi moderationem, ſed etiam conſcientiæ tranquillitatem, quia iuſtus, & verè obediens potitur, ſtrata illi iacent maris. Timuit Eua, viróque, vt timeret cauſa exitii. Cæterùm alteri, quæ benedicta eſt inter mulieres, dictum eſt ab Angelo, *Ne timeas Maria*, Luc. 1. Quare? *quia inueniſti gratiam.* ad quæ verba D. Petr. Chryſolog. *ſermon.* 144. ſic ait. Timet, non qui inuenit, ſed qui perdidit. Inuenit Maria concipiendo ſuperni germinis gratiam. Quid timet, quæ ſecuritatem rerum concipit, parit gaudia ſeculorum. Timor

Pſal 45. *Conſcientia tribulatio ſumma.*

Iſai. 66. *Obediens tranquille viuit.*

Luc. 1. S. P. Chryſ. *B. Maria, ne timeas, dicitur.*



A non eſt, vbi diuinum eſt negotium, non humanum. Vbi virtutis conſcientia eſt, non pudoris. Quid timet quæ ſuſcepit Deum, quem timent omnia, qui timentur? Ita Chryſolog. Ne timeas dic, oro te Domina, ſeruo tuo, ne timeas; quem in ſinum matris recepi, cui ſum ara, & perfugium. Ne timeas, inueniſti gratiam apud Deum, Mariam vtique Dei matrem tibi propitiam. Hæc enim (ait idem Chryſolog. *ſermon.* 143.) eſt gratia quæ dedit cælis gloriam, terris Deum, fidem gentibus, finem vitiis, vitæ ordinem, moribus diſciplinam, ſalutem ſeculis. Sic ille. Sperare bona omnia, nihil autem timere debet, qui matrem Dei piè ſanctéque venerB atur; qui in protectione Virginis ſecurus habitat. Eſt enim illa in domo Filij ſui quodammodo omnipotens: vt cui dictum ſit à Deo Filio ſuo: *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum*, Cantic. 8. Per ſignaculum intelligi poteſt poteſtas ſiue autoritas regio notata ſigillo, qualem in annulo regis Ioſeph, Daniel, & Mardochæus acceperunt à regibus. Itaque, ô mater, ait Dominus, diuinum meum ſigillum accipe; penes te ſit annulus meæ omnipotentiæ in corde & in brachio. Quicquid corde cogitabis, quicquid deſiderabis, quicquid voles, ſigillo meo imprime, iube, conſtitue: fiet omnino. Pone in brachio, C vt vbi manum ad opus poſueris, tibi mea omnipotentia præſtò ſit. Denique in cælo & in terris fac quicquid tibi, ô mundi Regina, & Dei mater, collibuerit. O felix, ô potens, cui tam omnipotens domina & mater eſt!

Cant. 8.

---

## SECTIO XVIII.

### *Cúmque cognouiſſent ſe eſſe nudos.*

1. EXarmati iuſtitiæ originalis munimento, D patuerunt iniuriis, & oppugnationibus hoſtium ferociſſimorum, quos vocamus appetitus. Qui veluti effræenes equi, aut canes impudentiſſimi, vel feræ potiùs ante peccatum coërcitæ, nunc demum diſruptis repagulis fame ac ferocitate ſæuientes, tanquam è carceribus in apertum campum prorumpunt. Præda omnibus anima hominis; maximè verò concupiſcentiæ, omnium paſſionum vehementiſſimæ, totis interiùs corporis medullis exardeſcentis motus illiberales atque turpes pati cœperunt. Atque adeò ſeſe inuicem nudos contuentes, captique, alter alterius admirabili pulchritudine, ad libidinem concitati, ante inſolitas ac belluinas commotiones, tunc primùm apertis oculis vſurparunt. Illam quidem membrorum huiuſmodi nuditatem antea præ oculis haben-E tes, non inuerecundam reputabant: necdum enim in membris illis turpis vlla titillatio ebulliebat. cuius rei illa optima ratio eſt, quæ affertur à D. Athanaſ. *quæſt.* 91. hiſce verbis. Quemadmodum infantuli non erubeſcunt, etiamſi nullis veſtibus tegantur, donec paulatim ſumptis incrementis creſcat corpus & pudor. Sic ſanè quoque habet cum Adam & Eua. Nam cùm primùm creati eſſent, ſicut modò natus infans, peccati nondum participes, non pudebat eos non eſſe tectos. Poſt admiſſum verò peccatum, conſoris

*Appetitus inordinati.*

*Concupiſcentiæ motus ſunt.*

S. Athanaſ.

*Erubeſcentia Adam & Eua.*

foliis membra ſua contegebant. Hæc Athanaſ. Quem imitatus Procop. ſic ait: Miſelli cœperunt intueri miſeram ſuam nuditatem. ſiquidem priùs cùm eſſent immortales, non opus habebant amictu. Verùm rudimenta principiáque pudoris ſunt; quòd rubore ſuffunduntur Adam & Eua ob membra generationi inſeruientia. ſiquidem nullibi affectus videre eſt potentiores. Hinc ex foliis ficulneis velamenta compoſuerunt, pudore ad eorum inuentionem inſtigante, licèt priùs nunquam nuptialem experti fuerint complexum. Sic Procop. Meritò hic in gemitus ſoluitur Abbas Rupert. Quia (inquit) magnum vndique eſt mutuæ confuſionis opprobrium; Deus iratus, diabolus riſu & cachinno dilatatus, vterque ſexus ignominia percuſſus: & inter hæc omnia reorum & animi torquebantur, & oculi confundebantur. Sic ille. Hunc fructum miſeri homines ex illa ſcientiæ boni & mali arbore ſuſceperunt. Nec poterat ſerpens ille callidiſſimus fœdiore alio cœno, quàm iſto libidinoſo, animam hominis ingenuam, ac propriè diuinam, cœlóque natam inquinare. Dauid gratias habet quàm maximas Deo *Pſal.* 29. quòd illum ſaluum fecerit à deſcendentibus in lacum. Vbi D. Auguſt. Lacus eſt profunditas ſeculi: Quæ eſt illa profunditas ſeculi? abundantia luxuriæ, & nequitiæ. Qui ergo libidinibus ſeſe immergunt, & terrenis deſideriis, deſcendunt in lacum. Sic Auguſtin. Collige hinc carnis turpitudine nihil in mundo abiectius haberi. Profunditas vitiorum eſt lacus, quò, quicquid eſt ſputeum, cœnoſum, infame, inter homines confluit. Sic enim, vel à natura comparatum eſt, vel ex more hominum inoleuit, vt vno tantùm vitio libidinis reliqua mentis & corporis bona decolorari, ac deturpari videantur. Et certè nonnullorum eſt ſententia dæmonem, cùm à Deo facultatem accepiſſet in corpus ſancti Iob; vt virum pudiciſſimum ac ſanctiſſimum torqueret, pariter doloribus, atque ignominiis reddeta infamem; repleuiſſe illum probroſis ac purulentis vlceribus illius morbi, quem ex effrænata Venere contractum dicunt aliqui morbum Gallicum: idque ſignificari verbis illis, *Percuſſit Iob vlcere peſſimo*, cap. 1. Hinc igitur D. Gregor. Nazianz. *opuſcul. de ſeipſo*, ad coërcendam carnis intemperantiam, proponit aptiſſimum remedium, ſcilicet, vt quiſque nobilitatem ſuæ animæ contempletur, atque expendat. Hoc tibi (inquit) proponam: te Chriſti figmentum, ſpiraculum, auguſtam partem eſſe, ex eóque cæleſte ſimul & terrenum, Deúmque factitium extitiſſe. Quocirca carnis voluptatibus ne indulgeas: ſed in excellentiori templo extruendo elabora. Sic Nazianz. Legimus Pſalm. 9. *Miſerere mei Domine, vide humilitatem meam de inimicis meis, qui exaltas me de portis mortis.* Profectò non hîc agit Dauid de alia morte, quàm æterna; de aliis inimicis, quàm vitiis, atque hoſtibus animæ, vt egregiè annotauit Bellarm. Ergo Dauid peccatum adulterij, quod commiſerat, & ex quo tandem Deus ipſum ad pœnitentiam erexit, vocat humilitatem ſuam. Hebraicè עני ghoni, propriè, vt communiter accipiunt Patres, & interpretes, humiliationem, abiectionem, depreſſionem. Quid enim magis hominem cælo procreatum, Angelorum æmulum, Dei ipſius imaginem ex tanta naturæ ſublimitate deiectum humiliat confunditque, & in depreſſiorem ac turpiorem cloacam deuoluit, quàm incontinentia? En quò delapſi ſunt, qui ſimilitudinem Altiſſimi appetiuerunt! Satis quid in ſe fuerint, iam nunc agnoſcunt. Vnde Procop. Vbi (ait) immortalitatem exuere; corpus nudatum & quaſi ſuo habitu ſpoliatum eſt; & niſi ſunt deinde nihil eſſe aliud, niſi lutum. Sic ille. At per concupiſcentiæ fœdum opus de luto factum eſſe viderunt ſterquilinium. Dicant igitur cum Propheta; *Operuit confuſio faciem meam*, Pſalm. 68.

[Margin, left column: Procop. — Rupert. — Pſal. 29. — S. Auguſt. — *Libidine nihil abiectius.* — Iob 2. — S. Gregor. Naz. — Pſalm 9. — *Libido indigniſſima homine rationis compote.* — A, B, C, D, E]

5. Pulchrè D. Gregor. Nyſſen. *tractat. de beatitudine*: Tanquam pecunia (inquit) redemptis inſultans, atque illudens libidinoſa cogitatio eſt. Adde, quid libido ipſa opere expleta efficiet, ſi illius tantùm cogitatio hominem ita dedecorat? Vocat etiam regius Vates portas mortis, quaſi non vnus tantùm ſit ad infernum aditus luxoria, ſed multi aditus, imò & multæ portæ latè patentes, idque vel ob ſpecies varias iſtius vitij, vel quia cùm innumeri peccatores propter illud damnentur, tam lata eſt porta per quam ſubintrant miſeri, vt inſtar portarum habeatur. Deinde cùm multo pauciores propter alia ſcelera detrudantur in gehennam, quaſi ſola carnis turpitudo porta, imò & portæ ad infernum nominatur. Sunt qui nomine portarum intelligant occurſum, ac multitudinem dæmonum phraſi Hebræa, qua ſumitur porta pro multitudine hominum ad portam, vbi iudicium agebatur confluentium. Alij interpretantur, iudices: Hieronym. Magiſtratus. Concurſus quidem fit dæmonum, qui ad excipiendos homines ex hac vita illuc demigrantes, veſtibulum ante ipſum primiſque in faucibus Orci coaceruatim, & cum tripudio accurrunt. Tam frequens eſt turba damnatorum ob vnam carnis turpitudinem, vt egeat dæmonum turbis, à quibus in gehennale illud hoſpitium excipiatur. Seu quòd ipſo in vitio libidinis complures aliæ vitiorum ſpecies ineſſe ſolent: aut etiam in quouis libidinoſo complures inhærent dæmones, qui voluptuoſi hominis gubernent, ac diſpenſent, videlicet intelligentiam, memoriam, voluntatem, appetitiones animi, ſenſus corporis, vires ac facultates ad vnum ſtudium captandæ explendæque voluptatis. Denique inter fœdiſſimos vitiorum omnium greges libido præſidet vel Iudex, Magiſtratus, ac Princeps: vitiáque omnia ab vna libidine reguntur, & iubentur. Mirum eſt quàm non ſatis amplificet Dauid beneficium Dei, quo à turpitudine ſua extractus fuerit *Pſal.* 70. nimirum, *Et de abyſſis terræ iterum reduxiſti me.* Ad quem locum ſic D. Auguſtin. Grande hoc, magnum hoc. Tu quid captiue? vbi iaces? in carne, ſub morte. Perpende obſecro, infelicitatem luxurioſi: captiuus eſt, & iacet: & dum adhuc in carne carnis ſpurcitiam ſequitur, ſepultus eſt miſer: eiúſque ſepulchralis monumentum, ac titulus lapidi inciſus eſt: MORA. Quàm rarò igitur, & non ſine miraculo diuinæ potentiæ ad vitæ puritatem à turpi commercio reuocabitur, qui ſub mora ipſa iacet conſepultus? Per infandam (vt puto) antonomaſiam dicitur à D. Ambroſio *ſerm.* 16. *in Pſalm.* 118. Qui luxuriam exercet, portio diaboli eſt. Nullæ ſunt enim diabolo ſapidiores cupediæ, quàm corpus & anima luxurioſi. Sed iam tempus eſt, vt iuxta præceptum Apoſtoli ſic effugiamus tam turpe hoc malum, vt nec nominetur in nobis ſicut decet ſanctos. Cúmque

[Margin, right column: Procop. — Pſalm. 68. — S. Greg. Nyſſ. — *Libido ad infernum latè patens aditus.* — *Libidinoſi excipiuntur in inferno cum tripudio.* — *Cum libidine ſimul plura vitia inſunt.* — Pſal. 70. — S. Auguſt. — *Libidinoſi ſepulchrum.* — S. Ambroſ. — *Libidinoſus dulce pabulum diabolo.* — Ad Eph. 5.]

cogno

cognouiſſent ſe eſſe nudos. ſcilicet in corpore & anima nudos ab omni amictu & ornamento, ac proinde turpes, & deformes, & ludibrio expoſitos: denique diuina ope deſtitutos.

*Peccator nudatus Deo præſidio.* Exod. 32.

Quæ omnia peccatum illis inuexit: ac poſtmodum in populo Hebræorum, vbi vitulos pro Deo adorauerunt, viſa notatáque ſunt, *Exod.* 32. Scribitur enim: *Videns Moyſes populum quod eſſet nudatus, ſpoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam ſordis, & inter hoſtes nudum conſtituerat.* Vbi vides peccatum vocari ſordes, & ignominiam, & propter illud hominem omni ſpoliatum ornamento corporis & animæ, nudúmque Dei præſidio hoſtibus ſuis expoſi ad ludibrium. Verbum Hebr. פרע *paragh*, variè redditur. ſcilicet, vacare, otioſum eſſe, diſperſum, diſſipatum, nudatum, ſpoliatum, exinanitum. nomen verò, *quamim*, inſurgentes, eleuati. itaque peccator omni ope nudatus exponitur ad ludibrium hoſtibus, qui contrà eleuantur tanquam pro Deo vindices.

*S. Ambroſ.* *Caſtitatis encomia.*

3. Eſt quidem in Eccleſia Dei ſacratiore, quàm terreſtris ille fuerit paradiſus, ea ſupra omnem naturam gloriæ celſitudo quæ in corpore luteo euehitur pudicitia. Rectè autem illud à D. Ambroſ. *ſer.* 16. *in Pſalm.* 118 dicitur. Palmam caſtimoniæ limoſo in corpore vſque ad Angelorum conuerſationem cuſtodia integritatis euehere; vtilitas priuata, laus publica eſt. Etenim C cùm innumera bona caſtitas ſecum importat in animum, corpus, vitam, famámque hominis pudici; tum incredibili odoris ſui fragrantia domum, in qua habitat, ciuitaté, regnúmque ipſum, ac terram, cuius eſt incola, replet vniuerſam.

*S. Ambroſ.*

Magna eſt (inquit idem Ambroſ. *ſermon.* 18. *in Pſalm.* 118.) vox caſtitatis, per quam & mortui loquuntur, nec ſolum loquuntur, ſed exclamant ſicut Abel. An non poſt tot ætatum decurſus, viuunt adhuc Agnetes, Catharinæ, Ceciliæ, innumeræque aliæ virgines Chriſti, clamant & prædicant, pudoris encomia; & modulantur (vt

*S. Ambroſ.*

ait Ambroſ.) cogitationum ſublimitate, concentúque virtutum? Agè verò quàm grandis rerum commutatio! Serpentis infuſus corpori & ori diabolus hominem decepit, veniens è cælo

*Chriſtus naturam humanam virtutibus ornauit.*

Dei Filius homo factus, homines à mendacio ad veritatem, à ſceleribus ad virtutes, à terra in cælum traduxit. In peccati atque turpitudinis cœnum prouoluit hominem diabolus: ad ſummam puritatis Angelicæ lauream innumeros vtriuſque ſexus mortales Dei Verbum caro factum

*Peccator ſibi ipſi fœdum ſpectaculum.*

euexit. Aperti ſunt oculi amborum Adami & Euæ, ſeſéque ipſos ob inſurgentem ſubitò mentis & corporis turpitudinem erubuerunt, nec enim peccatori eſſe poteſt æquè ingratum ac fœdum ſpectaculum, quàm ipſe ſibi, quo ſanè ante oculos propoſito vnuſquiſque reproborum

*Pſal. 49*

valde turquebitur, iuxta illud Pſal. 49. *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* Et quidem de pri-

*Procop.*

moribus parentibus ſic Procop. Virtute exuti ac libertate, erubeſcebant cognoſcentes in quanta mala ex ſumma felicitate detruſi ſunt. ſiquidem nundum eò malitiæ progreſſi erant, vt malitiam non ſentirent. Sic ille. Pudet hominem cælo natum libidinoſæ concupiſcentiæ, quam ſentit ardere in membris ſuis. At, *Beati mundo corde*, Mat-

*Matth. 5.* *S Greg. Nyſſ.*

th. 5. Ad quæ verba eleganter D. Gregor. Nyſſen. ſic ait: Deus ſpectaculo poſitus eſt iis, qui cor expurgatum habuerint. Deinde adiungit: qui cor ſuum ab omni creatura, atque vitioſa affectione expurgauit, in ſua ipſius pulchritudine diuinæ



*Caſto duo ſpectacula pulchra obiiciuntur.*

A næ naturæ imaginem intuetur. Ita Gregor. Duo igitur iuxta hanc doctrinam ſpectacula ſibiipſi obiecta caſtus habet, in quibus tot, ac tam mira, támque varia rerum maximarum & pulcherrimarum genera contuetur, vt iis contemplandis nunquam ſatis expleti oculi munditie pænitentes vniuerſa hæc mundi & carnis caduca, & fucata faſtidiant, atque auerſentur. Deus quippe ſeipſum obiicit ſpectaculum caſtis, ad quem illi contuendum totis animorum oculorúmque obtutibus inhiant. Deinde ipſimet ſibi ſpectaculo ſunt propter pulcherrima diuinæ gratiæ dona, quibus anima & corpus penicillo pudicitiæ, quaſi picturata mirabiliter collucent. At quæ tanta B támque ſupra omnem creatarum mentium intelligentiam admiranda ſpectacula mundo exhibes, ò Virgo Dei mater, cùm Dei Filium virginieis lactas vberibus? *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius*, Cant. 7. Ipſa Dei mater loquitur.

*B. Maria lactans Filium.* Cant. 7.

Ita enim filius matri, & mater filio diuinum quoddam ſpectaculum efficiunt, vt alter alterius faciem intuendo, ac ſuauiando longas caſtáque dulciſſimas producerent horas. Etenim, vt verè & piè dictum eſt à D. Methodio martyre;

*S. Meth.* *B. Maria operum Dei opus perfectiſſimũ.*

omnium quæ cernuntur, quæque cerni non poſſunt, Dei operum perfectiſſimum opus eſt Virgo Dei genitrix Maria. Mali parentes noſtri, & ſe & nos ipſorum liberos gratiæ, innocentiæ, immortalitatis amictu exuerunt, cúmque cognouiſſent ſe eſſe nudos, erubuerunt, ac timuerunt. Non eſt iam quod pudeat homines ſuæ nuditatis; non eſt quod timeant. Matrem habemus, illam vtique mulierem fortem, cuius pretium procul, & de vltimis finibus eius eſt. Quæ *Prouerb.* 31. ſtragulatam veſtem fecit, ſindonem fecit, quæſiuit lanam, & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum, cuius domus non timet à frigoribus niuis; omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus, byſſus, & purpura indumentum eius, &c. In quibus omnibus deſignatur immenſitas, &, vt ait D. Damaſcenus, abyſſus gratiarum Virginis matris Dei. Deum ipſum noD ſtræ carnis amictu virgo induit, mortales omnes ſuæ virtutis præſidio communit; maximè verò domeſtici eius, qui pietate impenſiùs ipſam colunt, ad eam cófugiunt, eius implorant opem; matrem agnoſcunt, amant, appellant; veſtiti ſunt duplicibus; duplicata nimirum, & multiplicata Deiparæ Virginis gratia, & defenſione amiciuntur in corpore, & anima; in vita & in morte pariter. Non eſt quod timeat, qui in protectione Dei matris habitat; non eſt quod erubeſcat, qui byſſum & purpuram induit, quam ſuis domeſticis ac filiis cariſſimis Virgo Dei mater neuit, texuit, fecit & operata eſt conſilio manuum ſuarum. Ad finem huius commentationis operæE pretium eſt referre ſententiam illam perpulchram S. Cyrill. Hieronym. *catech. myſt.* 3. quæ ſic habet. In Baptiſmo ſacrum Chriſma fronti illinitur, vt eum abſtergat pudorem à nobis, quem primus homo tranſgreſſor perpetuò circumferebat: ſimúlque efficiat, vt poſſimus vultu non velato gloriam Domini intueri.

*Prouer.* 31.

*S. Damaſc.* *B. Maria beneſica in ſibi fideles.*

*S. Cyrill. Hieron.*

Sic ille. Itaque fideles Chriſti poſt Baptiſmum non habemus cur de Adam, eiúſque lapſu erubeſcamus.

## SECTIO XIX.

*Conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.*

1. PVduit miſeros nuditatis ſuæ, & inſolitæ illius quæ ſubitò exarſit illecebroſæ commotionis; quare ad occultandam nuditatem, ac membrorum titillantium turpitudinem obuia quæque, vt pote arborum folia, pro tegumentis aſſuunt. De hac tam turpi ac fœda libidinis commotione, quam com fomes peccati, tum etiam dæmones accendunt ad polluendam euincendámque animam, pereleganter diſſerit D. Cyprian. *ſerm. de circumciſione.* Apponā integram, etſi longiuſculam ſanctiſſimi Patris ſententiam, vt miſeriam noſtram ampliùs deploremus, & vigilāriore ſtudio ab illecebroſis motibus mentem abducamus. Sic infit. Verecundiam poſt præuaricationem vanitati ſubiecta non volens anima pertulit, & vim ſuſtinet inquietudine perurgente, & inuoluntariis motibus fatigata infelicitatis ſuæ deplorat miſeriam, liberari de corpore mortis huius deſiderans, & pacifici tranquillíque ſtatus à Deo poſtulat libertatem; quotidiano ſanè conflictu ſpiritus & caro luctantur; & cauſatur ratio aduerſus domeſticum malum, quòd intra ſe exerceat regnum quaſi natiua ſit vitium, & ſecum traxerit, creatio prima peccatum. hoc vtique prima non ſentit conditio, ſed ſequutum eſt tranſgreſſorem ſupplicium, & adhæſit indiuidua pœna peccato, de quo erubeſcent, quicunque mundo corde Regem in decore ſuo videre deſiderant. Quis in tam aſſiduis illuſionibus non confundatur? quis non in tantis contumeliis erubeſcat? fomes quippe huius mali intus in tenebroſis receſſibus latitans, vt viderit animam aliàs occupatam, & in imis ad ſui circumſpectionem ſolicitam, irruptionibus vehementibus erumpit, & blanditiis venena ſupponēs, pudicitiæ puritatē, inopinatis inuadit aſſultibus: ideoque pudibundus homo nuditatē ſuam operit, & fœditatem confuſus occultat. In cæteris quidem membra omnia Imperio rationis obediunt, & arbitrij retinent libertatem. Hic verò vbi Babyloniæ fornax exarſerit, & quaſi pice & naphtha conſperſi libidinum ebullierint appetitus, inflammata caro libertatis priuatur honore, intantum, vt rebellia membra, velit, nolit, in motus nefarios audacter exurgant. Hæc Cyprianus. Commodè hic dici poteſt ad primores parentes, qui ob immodicam & breuiculam vnius pomi voluptatem tot ac tantarum opum iacturam fecerunt, & ſuam inde conſequentem miſeriam ac fœlicitatem erubuerunt; quod ab Apoſtolo 6. ad Rom. dictum eſt. *Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt.* Notandæ illæ particulæ, *tunc*, & *nunc*, in priore, ſtatus peccandi; in poſteriore, reſipiſcentia ſignificatur. Tunc (declarat D. Anſelm.) in illis vitiorum actibus; nunc cùm ſanæ mentis eſtis. Quaſi, cùm quis peccat, præ temulentia ſuam turpitudinem non diſpiciat; quam, vti edormiit crapulam, & dolet, & erubeſcit. Quod maximè contingit in venereis. Nam (vt hic obſeruat Theod.) licèt quiſpiam ſit impudentiſſimus, poſtquam à voluptate ceſſauit, pudore afficitur. Igitur (inquit Theophylact.) immunditiæ fructus præter pudorem nullus eſt. Diſcant ex hoc euentu libidinoſi homines illud quod verè dictum eſt à D. Ambr. *exhortat. ad virg.* O quàm acerbus fructus luxuriæ, amarior felle, crudelior gladio! Quòd ſi, quātulacunque ſit, illa iniurat ocellis dulcedo; extrema fellis amaritudo, ſi prouideatur, à peccādo deterrebit. Verſent iſti, vt caueant, & ne tanquā equi adhinniant, & muli, quibus non eſt intellectus, in voluptatis præcipitium ferantur: illud Iſaiæ, *Et ſirenes in delubris voluptatis*, cap. 13. Hebr. ותנים בהיכלי ענג *ve tannim behechele ghonag.* vertunt alij, dracones in palatiis deliciarum. vbi aduerte תנין *tane* Hebr. ſignificare draconem, colubrum, cete, balænam, ſirenem. LXX. vertunt, ericios. Appoſitus planè locus ad ſanandam iſtorum dementiam. En ſirenes in delubris voluptatis: ſcilicet vbi, & Venerem colitis, & Beelphegor corpora veſtra immolatis in ſacrilegum holocauſtum ignibus gehennalibus concremandū, vbi ſordidæ & tyrannicæ dominæ regnant blanditiæ carnis; ipſis in delubris ac palatiis ſirenes ſunt, dracones, ericij. Cantus ſirenum demulcet, nihil illo dulcius, nihil modulatius: at extrema gaudij luctus occupat, veneno colubri, cauda dracones, balænæ hiatu mactant: cantus habet, & faciem ſirenum voluptas, ſed ſpinarum aculeos exerit ericius. Bene reſipuit ille qui de ſe ait: *Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina*, Pſalm. 31. Idem argumentum conſtruit Salom. *Prouerb.* 9. vbi inducit mulierem illecebroſam, quæ vecordes & ſtultos ad turpe commercium inuitat. Et ignorauit (inquit) quòd ibi ſint gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius. Vide quàm plena ſit periculis & terroribus, quàm inferno proxima meretricum, & impuræ illius fæcis conſuetudo.

2. D. Baſil. *homil* 9. Oportebat (inquit) illos, ſe nudos minimè cognouiſſe, ne mens hominis ad eorum cupiditatem, quæ deeſſe viderentur, traheretur. Et quidem perbelle dictum; ſi enim iam tum primi parentes nuditatem vti pudibundam ſubnotaſſent, ecce ſibi in nouum ſtudium, grauiores curas, & ſolicitudines diſtracti, de architectandis conficiendiſque veſtibus ad nuditatem obtegendam nihil non molirentur, atque adeò plena, & integra felicitate, illo in ſtatu, minimè potirentur. Summa enim felicitas, nulla cupiditas, ait Auguſt. Econtrà verò ſumma infelicitas, multa cupiditas. Felix ille, qui dicere poſſit: O quàm multis non indigeo! præcipuè verò conficiendarum veſtium cura, ſi primùm illis egerent, cùm valde illos ſolicitaret, à Dei obſequio, cui ſe totos deberent emancipare, hauddubiè abſtraheret. Nam, vt viſum eſt, ſimulatque nuditatem, & illius erubeſcentiam præſenſerunt; ad quærenda velamina encurrerunt, nihil interim de Deo, quem grauiter offenderāt, curantes: quod ſic adnotauit ibidem Baſil. Amictum nuditatis, defenſionem, ſolatiúmque eſſe exiſtimauit homo, & omnino per carnis curam ab obſeruantia Dei abſtractus eſt. Neque verò creator illos docuerat artem conficiendi veſtes; quippe quos à rebus aliis ad cultum & curam corporis pertinentibus, immunes omnino, ac liberos, diuinæ tantùm contemplationi velut ad beatitudinis cæleſtis præludium, intentos vacare vellet. Nam, vt ſubiicit D. Baſil. quæ ex arte ſunt opera, negotium generant, quod vt maximè homini noxium vitandum erat. Quamobrem Deus nos ad paradiſi vitam reuocans, ex animabus noſtris curas euellere conatur, dicens:

Nolite

Marginalia: S. Cyprian. — *Libidinis dominatus poſt peccatum.* — Ad Rom. 6. — *Verecundia per peccatum.* — S. Anſelm. — *Peccator vino ebrius.* — Theod. — Theoph. — *Immunditiæ fructus pudor.* — S. Ambroſ. — Iſai. 13. — *Voluptatis falſa dulcedo, ſed vera & ſumma amaritudo.* — Pſal. 31. — Prou. 9. — S. Baſil. — *Veſtiendi nimia ſolicitudo.* — S. Aug. — *Veſtium ſolicitudo à Deo abſtrahit.* — S. Baſil. — S. Baſil.

*Match. 6.*

*Nolite animæ veſtræ cogitare quid edatis, aut corpori quid induamini.* Hæc Baſil. Quò pertinet illa de

*S. Bernard.*

cæli felicitate ſententia D. Beruard. *ſermon. 72. in Cant.* vbi omne negotium, otium: ſolóque in intuitu, & affectu res erit. At etiam, inquies, licèt in primario illo ſtatu innocentiæ homines veſtitu non egerent, vel in velamentum pudoris, vel in teguinentum aduersùs iniurias temporum, nihilominus ad pulchriorem corporis ornatum, qui ex veſtium cultu & lenocinio mirum in modum effloreſcit, oporteret à Deo illis petelegantes quaſdam veſtes confici. Reſpon-

*S. Baſil.*

*Pro veſtibus, quidam fulgores erant Adamo & Euæ.*

det egregiè D. Baſil. Alia (inquit) parata erant, ſi virtutem oſtendiſſet homo, inſignia, quæ ex gratia Dei erant illum illuſtratura, vtpote fulgores quidam, quales ſunt Angelorum, qui omnem florum varietatem, omnium aſtrorum claritatem ſuperarent. Hac igitur de cauſa non veſtes ei ſtatim præbitæ; quoniam virtutis præmia illi repoſita erant; quæ conſequi vis diabolicæ tentationis non permiſit. Sic Baſil. Aduertas etiam inter diaboli vires & arma non poſtremum habere locum veſtitus elegantiam, & ornatum. Quod planè intelligens ſanctiſſimus

*Iob 1.*

*Veſtes arma diaboli.*

*Orig.*

Iob, vt ſe vidit aperto iam marte ab inimico oppugnari, ſcidit veſtimenta ſua. Rationem reddit egregiam Origen. *lib. 1. in Iob.* Ob hoc (ait) ſcidit veſtimenta ſua Iob, vt expeditior atque conſtantior exiſtiſſet in prælio, vt illa,

*Iob expeditus contra diabolum.*

quæ retardant, deponeret; vt illa quæ impediunt, à ſe proiiceret, & tanquam audaciſſimus præliator & tanquam ſingularis monachus aduersùs innumeros inimicos, & aduersùs inæſtimabiles aduerſarius ſingulariter immobilis perſtitiſſet. Hæc Origen. Notat idem dictum eſſe à Domino ad Satan cap. 1. *Ecce vniuerſa, quæ habet, in manu tua ſunt.* Inter illa verò erant veſtes. Scidit ergo (inquit) veſtimenta ſua, quia ex his, quæ diabolo data ſunt, nihil apud ſe reſidere voluit. Meritò Cæſarium fra-

*D. Nazianz.*

trem ſuum laudat D. Nazianzen. *Orat. 1.* quòd etiam in aulica vita, & principem gerens, veſtitus ornamenta & corporis lenocinia contemnens; Quæ (ait) puſillorum ſunt, & apud puſillos in pretio ſunt, ſola virtute ornatus erat. D.

*D. Chryſ.*

Chryſ. frequentiſſimè, & vehementiſſimè inuehitur in ambitiosè & molliter veſtientes; hoc vnum apponam ex *homil. 36. ad populum Antioch.*

*Ornatus corporis feretrum animæ.*

Molles, diſſoluti, fornicarij, corporis munditiam curant, iugiter olentes vnguenta, ſepulchrum ornantes (ſepulchrum enim eis corpus eſt) animam verò intus habent mortuam. Sit aliquis habens putredinem, & vlcera corpus depaſcentia, ornauit corpus; quis exitus? quod lucrum? cùm ergo in anima fuerit tabes, quid vobis proderit corporis puritas? Hæc Chtyſoſtom. quæ ſi diligenter expenderent viri, ac mulieres, immoderatum luſum veſtium, atque omnem curam corporis tam abiecti ac putidi eſectarentur; geſtant enim emortuam animam in feretro deaurato.

3. Conſuerunt folia ficus, non quidem acu & filo; nec enim adhuc erat ſartoris ars, aut in tam repentino euentu inſtrumenta operis acurati; ſed teneriores ramuſculos circa latera plectentes, è quibus folia penderent ad velanda genitalia, conſuerunt quædam quaſi cinctoria & ſubligalia. Hebraicè חגורת *chagoroth.* Græcè

*Quæ ſint perizomata.*

περιζώματα, Latinè lumbaria, cinguli, ventralia, ſubligalia, cinctoria. D. Auguſtin. vertit

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

*Adā & Eua malè armati in aciem.*

campeſtria, qualibus nimirum vtebantur luctatores: Ita miſeri parentes malè ſuccincti & expediti, peſſiméque armati ex illa primæua felicitate ac ſecuritate prodierunt in luctam, medium in agmen, in puluerem, in clamorem, in caſtra atque aciem contra omnium vitiorum genera animam debellantia, & contra omnes calamitatum malorúmque ſpecies, ac mortem ipſam, corpus oppugnantes. Audiamus igitur ad conſpectum noſtrorum parentum in

*S. Bern.*

eo amictu & ornatu D Bernard. *ſermon. de verbis Habacuc* lamentantem. Heu me quàm vile operimentum quæris miſera anima, quàm inutile quæris operimentum? folia enim ſunt quæ

*Veſtitus indecens animæ.*

intexis, folia, inquam, quæ nil tibi caloris præbeant, nil habeant ſoliditatis: orto denique ſole areſcent, & ventus vrens diſperget illa: tu verò nuda, & miſera remanebis; tunc ergo nihil opertum, quod non reueletur, quoniam veniet Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cor-

*In iudicio nuda ſunt omnia.*

dium. Non erit iam, quò lateas miſera. Fruſtrà dices montibus: Cadite ſuper nos; & collibus: Operite nos; quoniam nudam & apertam oportebit te ſtare ante tribunal Chriſti, vt audias vocem iudicij, quò vocem conſilij contempſiſti. Hæc Bernardus. Ex cuius doctrina intelliges Adami & cuiuſque peccatoris inſignem ſtultitiam, quippe qui ſuorum ſcelerum turpitudinem velari poſſe & celari oculis Dei exiſtimet: ſic enim ſe habet in decurſu ſuorum facinorum, ac ſi Deus in orbe non ſit. iuxta il-

*Pſal. 11.*

lud Pſalm. 11. *Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus*; aut certè cæcus ſit, nec oculis diſpiciat, quæ à ſceleratis hominibus indigna patrantur.

*Nullum contra Dei oculos operimentum.*

Sed verè Deus videt, & quæcunque locorum latibula, vel operimenta velaminum, folia ſunt, quæ tenuis aura ventilet, ac dimoueat, quæ ad primum Solis radium areſacta diſpareant; maléque illis obtecta ſcelerum obſcœnitas dete-

*Ioſue 6.*

gatur. *Ioſ. 6.* circuiuit arca Dei bellatoris ciuitatem impiam Hierichot infelices Hierechuntini intra murorum propugnacula, & turres cæli æmulas, vt putabant, obtecti & ſecuri tenebantur, nec Dei arcam videbant, nec ab illa videri aut mali quidpiam parari arbitrabantur; ſed adueniet (ó miſeri) iuſtum pugnæ, & exci-

*Pſal. 54.*

dij tempus. Audite Pſalmiſtam Pſalm. 54. *Vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate, die ac nocte circundabit eam: ſuper muros eius iniquitas & labor.* Aduerte iniquitatē priùs pro ſceleribus, deinde pro ſuppliciis, phraſi communi

*S Aug.*

Hebræorum poni. Exponit autem ſic D. Auguſtin. Quamdiu iſti muri ſtabunt? non ſemper ſtabunt. Circuit arca Dei muros Hiericho; veniet tempus ſeptimo arcæ circuitu, vt omnes muri ciuitatis non credentis & contradicentis cadant. Sic Auguſtin. At etiam, quia Deus magnus & patiens, tardo incedit gradu ad vindictam, ſtulti homines pernicioſa quadam ſe-

*Deum minantem nouas.*

curitate ſuis ſceleribus blandiuntur. Iccirco Propheta contra iſtam ſtoliditatem peccsiorum prædicat, Deum arcu & ſagittis armatum iam à longè monere vt quiſque ſibi caueat. Dediſti metuentibus te ſignificationem

*Pſalm. 19.*

vt fugiant à facie arcus, *Pſalm. 59.* quo in bellandi inſtrumento duo ſunt illuſtriora, ſa-

*S. Aug.*

gitta & neruus. Ergo ſagitta (inquit Auguſt.) in priora mittenda eſt: neruus tamen retrò retenditur in contrarium, quà illa mittenda eſt; &

quanto plus erit eius tenſio retrorſum, tanto
maiore impetu illa currit in peiora. ſcilicet
quanto magis differtur Dei iudicium, tanto ma-
iore impetu venturum eſt. Hæc Auguſtinus. Igi-
tur miſeri amictu gratiæ, atque immortalitatis
Procop. exuti ad ficum confugiunt. Sed (vt Procop. ſub-
notauit) nullos ibi fructus, ſed ſola folia repere-
runt. Et Dominus huiuſmodi vana patrocinia
per arborem fici exſibilat, dicens: Fructus non
ex te naſcatur peccatoribus huic arbori compa-
ratis & in peccatum prolapſis dictum eſt: Non
eſt botrus in vineis tuis, nec ficulneæ tuę fructus
ferunt. Sic ille.

4. Vt autem noueris, quòd nihil opertum
quod non reueletur, & occultum quod non ſcia-
Matth. 10. tur, vt dicit Dominus, *Matth.* 10. Et ſubinde non
credas ſerpenti peccatum ſuggerenti, quem ſi-
Pſalm. 8. mul inimicum & vltorem Vates appellat *Pſal.* 8.
vt ſtatim apparuit; referam quod Hebræi docto-
*Serpens prodidit peccantes.* res aſtruunt, quamuis fabuloſum videri poſſit,
nimirum ſerpentem, à quo decepti noſtri paren-
tes, ſimul cum illis ad arborem confugiſſe, ſeu
potiùs in ramos editiores aſcendendo irrepſiſſe,
indéque ſibilis, & ſatanico præconio peccatores,
qui latebant, & illorum facinus prodidiſſe. Sic
hoſtis decepit miſeros vt in facinus ruerent: ſic
poſt illud admiſſum proditor extitit vt latentes
detegeret: & vltor, vt reos puniret tanquam ſa-
S. Hieron. telles diuinæ iuſtitiæ. Similiter hæreticus & ini-
micus & vltor eſt. qui (vt exponit S. Hieron.)
cum nequitia ſua impugnat Eccleſiam, defende-
re eam tamen aſſimulat. Affinis eſt prædictæ, al-
tera peccatorum ſtoliditas, qui cùm ſe ſentiant
vrgente conſcientia, aut aliâs increpatione ar-
guantur deliquiſſe, totos ſe vertunt ad excuſan-
Pſalm. 40. das excuſationes in peccatis, *Pſalm.* 140. Quem
S. Ambroſ. ſenſum eruit D. Ambroſ. *lib. de paradiſ. cap.* 13.
Ergo (inquit) quicunque præuaricatur manda-
tum Dei, ſpoliatur atque mandatur, & fit ipſe
ſibi turpis, vult ſe operire quibuſdam ficus fo-
liis, fortaſſis quibuſdam inanibus, vel vmbratili-
bus ſermonibus, quos compoſitis mendaciis aſ-
ſuens, & verbum de verbo ſtruens ad operien-
dam conſcientiam ſuæ mentis, factique vela-
men peccator intexit, vt pudenda ſua conte-
gat, iacit enim ſupra ſe folia, qui culpam vela-
re deſiderans: aut diabolum delicti memorat
autorem, aut carnis prætendit illecebras, aut
alium quempiam perſuaſorem prodit erroris.
Procop. Sic Ambroſius. Bene Procop. Conſuerunt (in-
quit) folia ficulnea, ideſt, adornarunt excuſa-
tionem peccati in ſpeciem non probabilem. Sic
ille. Contra hoc malum, quod tam latè ſerpit
inter filios Adam, qui patrem quotidie imitan-
tur in conſuendis foliis, quibus tegant, imò
magis detegant ſcelerum ſuorum turpitudinem,
Pſal. 140. armare nos videtur. Vates regius *Pſalm.* 140.
dum precatur: *Pone Domine cuſtodiam ori meo, &
oſtium circunſtantiæ labiis meis, vt non declinet cor
meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes
S. Aug. in peccatis.* Ad quem locum ſic D. Auguſtinus.
*Confeſſio ſincera & integra.* Non dixit clauſtrum continentiæ, ſed oſtium:
oſtium & aperitur, & clauditur. Ergo ſi oſtium
eſt, & aperiatur & claudatur: aperiatur ad con-
feſſionem peccati, claudatur ad excuſationem
peccati; ita enim erit oſtium continentiæ, non
ruinæ. Sic Auguſtinus. Meritò exclamat ad hunc
S. Hieron. verſum Prophetæ S. Hieronym. O infeliciſſi-
mum humanum genus; pro quo debueramus
pænitentiam agere, & dicere: Domine, pec-

A caui: excuſamus, & iungimus peccata pecca-
tis. Peccamus miſeri de vetito ligno malè co-
medentes, atque de eodem folia quibus pec-
catum obtegamus, nobis aſſuimus; nimirum
pudore, qui ex peccato conſequitur, noſtram
turpitudinem obuelamus, &, vt ait D. Bernard. S. Bern.
*ſerm. de circunc.* non inuerecundi ad obſcœni- *Pudet confiteri, & non pudet peccare.*
tatem culpæ, erubeſcimus agere pœnitentiam,
quod extremæ dementiæ eſt: malè proni in
vulnera, peiùs in remedia verecundi. Agè verò
peccatum nónne ægritudo animæ, & vulnus
eſt à diabolo inflictum? Nónne igitur (vt egre-
giè argumentatur D. Gregorius *in Pſalm.* 31.) S. Gregor. Pſal. 31.
ſi æger iſte celare vulnus cœperit, latiùs ex- *Confeſſio ſanat & tegit peccata.*
B tenſum introrſum putreſcit? Sic eſt peccatum,
niſi per confeſſionem detegatur, lethaliter in
intimis dilatatur. Et ſicut vulnus non oſten-
ſum etiam ſanam carnem putredine inficit, ita
peccatum niſi confitendo reueletur, etiam ſi qua
ibi ſunt bona corrumpit. At quid eſt hoc quod
dicit Propheta? *Beati quorum remiſſæ ſunt iniqui-
tates, & quorum tecta ſunt peccata?* Reſpondet
S. Doctor, tegit medicus vulnus ſanandum me-
dicamine, tegit Deus peccatum ea, quæ mul-
titudinem peccatorum operit, charitate. Si quis
ergo peccata ſua tecta eſſe deſiderat, Deo ea
per vocem confeſſionis oſtendat. Porrò quàm
grauiter ferat Omnipotens iſtos, qui peccata
C ſua occultare Dei oculis, vano & irrito auſu,
atque in confeſſione vulnera ſua detegere ve-
rentur, quibus (vt ait Tertullian. *de pœnit. cap.* 9.) Tertul.
potiùs eſt damnatos latere, quàm palàm abſol-
ui: ex eo vel maximè oſtenditur, quòd etiam
illa, quamuis inanima folia, quibus obuelan-
tur, ſeuerè admodum execretur. Inſignis eſt il-
le locus Matth. 21. *Videns fici arborem vnam ſe-* Matth. 21.
*cus viam, venit ad eam, & nihil inuenit in ea, ni-* *Ficus maledicitur, quia peccatores contexit.*
*ſi folia tantùm, & ait illi: Nequaquam ex te fru-
ctus naſcatur in ſempiternum. & areſacta eſt conti-
nuò ficulnea.* Sed quid meruere boues? dicet ali-
quis, quod fuit illius arboris peccatum tan-
to ſupplicio ſempiternæ ariditatis puniendum?
D Reſpondet ſapientiſſimè D. Athanaſ. *in ſuis quæ-* S. Athanaſ.
*ſtionib. quæſtione* 58. Quia poſt tranſgreſſionem
Adam accepit folia ficus, quibus obtexit ſuæ
turpitudinis peccatum, Dominus areſecit oper-
culum peccati; ideſt, folia ficus, quibus Adam
tegebatur poſt tranſgreſſionem. Pulchrè S. Hie- S. Hieron.
ronym. colligit: Areſacta eſt ficulnea, quæ eſu-
riente Domino cibos, quos ille cupierat, non
habebat. Foliis non capitur Deus: ſed fructu
noſtrorum paſcitur meritorum. Sed ô immen-
ſam Dei benignitatem! venit Dominus in tem-
pore, in quo ſciebat ſe non inuenturum fru-
ctum, figuram maledictionis vſque ad folia tan-
tùm faciens, ait S. Cyril. Hieroſol. *catech.* 13. S. Cyrill.
ita Dominus iram ſuam temperat, & ſupplicia
minuit: in folia tantùm eius vindicta impen-
ditur. S. Irenæus *lib.* 3. *aduerſùs hæreſ. cap.* 37. S. Irenæ.
E bonam in partem interpretatur hæc Adami fo-
lia, tamquam veri pœnitentis indumenta, qui-
bus caro, eiúſque prurientis illecebra foliis ali-
quanto aſperioribus pungeretur. ſic ait. Per
ſuccintorium in facto oſtendit ſuam pœniten-
tiam: foliis ficulneis ſemetipſum contegens exi-
ſtentibus & aliis foliis multis, quæ minùs cor-
pus eius vexare potuiſſent, condignum tamen
inobedientiæ amictum fecit, conterritus timore
Dei, & retundens petulantem carnis impetum:
quoniam indolem, & puerilem amiſerat ſenſum,

& in

A & in cogitationem peiorem venerat; frænum continentiæ ſibi, & vxori ſuæ circundedit, timẽs Deum, & aduentum eius expectans, & velut tale quid ſignificans. Quoniam, inquit, eam quam habui à ſpiritu, ſanctitatis ſtolam amiſi per inobedientiam, & nunc cognoſco, quoniam ſim dignus tali tegumento, quod delectationem quidem nullam præſtat, mordet autem, & pungit corpus. Et hoc videlicet ſemper habuiſſet indumentum humilians ſemetipſum, niſi Dominus qui eſt miſericors, tunicas pelliceas pro foliis ficulneis induiſſet eos. Hæc Irenæus. Nota quale indumentum inobediens induat, quod nimirum mordet, ac pungit. Perpetuis enim & acutiſſimis angitur curis, mœret irrequietus, ſibiipſi tormento eſt, qui iugum obedientiæ à ceruicibus excuſſit. Subtilis etiam illa interpretatio apud Procopium: ſic enim ait. Quædam aiunt, folia fici eſſe quaſi quædam ſymbola peccatorũ, quaſi ex propria natura ſtillauerint. Folia enim ficulnea, ſi corpus attingant, pruritum quendam inferunt: itaque peccati prurigiuem oſtendunt. Sic ille. Deliciæ quidem ſunt corpori delicta, ſed animæ aculei, ſpinæ, gladij.

*Add. & Eua pœnitentia amiciebant creduntur.* — *Inobediens angitur curis.* — *Procop.*

*S. Ambroſ.* — *Voluptas carnis vana & caſſa.*

5. *Conſuerunt folia ficus.* ] D. Ambroſ. *lib. de paradiſo, cap.* 3. foliorum iſtorum nomine intelligit bona temporalia, præſertim libidinum voluptates, ad quas corpori & animæ aſſuendas peccatores ſeſe vertunt, vbi à Deo deſciſcunt, eiúſque C gratia, & caſtiſſimis voluptatibus carere ſe vident. Ergo (inquit) poſteaquam ſpoliatos ſe illa ſimplicitate & ſinceritate viderunt integræ incorruptæque naturæ; quærere mũdana & manu facta cœperunt, quibus nuda ſuæ mentis operirent: delectationes delectationibus, & mundi huius vmbratiles voluptates, velut folia foliis aſſuentes, quibus obumbrarent genitale ſecretum. Hæc Ambroſ. Nota quàm appoſitè vocet vmbratiles voluptates. Folia quippe ſunt, quæ [illegible] uelant, non verò fructus qui ſuſcipitur intus ab anima: folia ſunt, quæ obumbrant aciem mentis, excæcãt iudicium, rationem perturbant. D Etenim in nocte ambulat, & tenebræ miſerum comprehendunt, qui carnis inhiat voluptatibus. Vera & propria libidinoſi vox illa eſt: *Et lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum*, Pſal. 37. quam protulit Dauid ſuum adulterium deplorans. Vniuerſim quidem peccatores oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram, *Pſ.* 16. illi maximè qui porcino luto paſcuntur. Cæterùm omnes in iudicio diuino oculos eleuabunt ad iudicem: vt ille diues, de quo Lucas cap. 16. *Eleuans oculos in tormentis vidit Abraham*, &c. Ad quem locum ſic egregie D. Petr. Chryſol. *ferm.* 122. Serò diues ſurſum leuat oculos ſuos, quos ſemper depreſſit in terram. Hæc ille. Folia ſunt vmbratiles voluptates, quia meræ nugæ, vmbræ caſſæ, atque inanes vetarum voluptatum, quæ ſolæ in virtutis E ſtudio, in Dei gratia, ſaluteque animæ conſiſtunt. Deerrauit illa ouis centeſima, de qua in Euangelio *Luc.* 15. & de qua in Pſal. 118. *Erraui ſicut ouis quæ periit.* Miſera quidem præ laſſitudine, & macritudine, adeò vicina morti erat, vt niſi paſtoris quæreretur, & inueniretur induſtria, illiúſque portaretur humeris, procul dubio interiiſſet. Et meritò (inquit D. Bernard.) defecerat, cuius cibus erat ſubſtantia ſeculi. Filius ille ſui potiùs, quàm patrimonij prodigus, vt à patris conſpectu domo ac menſa receſſit, conuiuari cœpit in popinis, meretricarique, ac demum cœnoſos porcorum greges paſcere, & cum illis pariter ſiliquas epulari. Quam animarum calamitatem D. Bern. *ferm. de conuerſ. ad clericos, c.* 13. ſic lamentatur. Nec immeritò ſanè mundus hic poſitus in maligno, vana promiſſione deludit animas propriæ conditionis & nobilitatis oblita, quas non pudeat porcis in miniſterio ſubiugari, in deſiderio ſociari; nec ſic tamen infelici edulio ſatiari. Vnde enim hæc tanta puſillanimitas, & abiectio tam miſerabilis, vt egregia creatura capax æternæ beatitudinis, & gloriæ magni Dei miſeram non erubeſcat ſub putredine ac corporeorum ſenſuum gerere ſeruitutem? meritò planè ne eas quidem apprehendere poteſt, quæ talem deſerens ſponſum, tales ſequitur amatores. Meritò B ſiliquas eſurit, & non accepit, qui porcos paſcere maluit, quàm paternis epulis ſatiari. Inſanus ſiquidem labor paſcere ſterilem, quæ non parit, & viduæ bene facere nolle. Omittere curam cordis, & curam carnis agere in deſiderio. Impinguare, & fouere cadauer putridum, quod paulo pòſt vermium eſca futurum nullatenus dubitatur. Hæc Bernard. Sed ô quàm multos hodie huiuſmodi prodigos vnà cum porcis de ſiliquis comedentes habet mundus! Vtinam cum illo tandem ad ſe, & ad patrem ſuum redirent! Significantur etiam foliis voluptates, quippe quibus nihil ſit infirmius, atque adeò infirmi reddantur, qui voluptatibus ſtudent. Et quidem de ſola C cogitatione libidinoſa hoc ipſum aſtruit S. Ephrem *ſerm. de virginit.* hiſce verbis. Concupiſcentia iucundam cogitationem efficit. Molleſcit virtus animæ ſe in illa occupantis, vincitur inuiſibiliter, & peccat latenter. Sic Ephrem. Quàm verò eneruentur voluptuoſi homines, dum ſuæ inſeruiunt libidini, oſtendit ille locus *Ezech.* 17. vbi ſic ſcribitur: *Aquila grãdis plena plumis venit ad montẽ Libani, & tulit medullam Cedri, ſummitatem frondium auulſit.* LXX. ſelecta Cedri. Quem locum ſic egregie interpretatur Theod. Aquila grandis Nabuchodonoſor plena vnguibus (ſic enim LXX. legunt.) vngues Regis ſunt milites, qui celeres ſunt atque validi ad percutien- D dum, & feræ inſtar dilaniandum eos, qui contradicere conentur, ſummum molitiæ vellicauit: Iechoniam innuit. Selecta Cedri, propter regnum dixit; ſummum mollitiæ, propter iuuenilem ætatem. Sequitur: *Cúmque germinaſſet, creuit in vineam.* Maximè quidem imbecille fuit nouiſſimum Iudæorum regnum. Hæc Theodor. Vbi vides ex mollitie voluptuoſorũ iuuenum eo tempore dominantium infirmum elanguiſſe regnum Iudaicum, ac demum ab exteris excisum periiſſe. Deinde Nabuchodonoſor diabolum gerit, qui maximè paſcitur delitioſis hominibus; qui contra diaboli impetus minimè obſiſtunt.

*Pſalm.* 37. — *Pſalm.* 16. — *Luc.* 16. — *Libidinoſi nihil cum videbunt in tormentis.* — *S. Pet. Chr.* — *Luc.* 15. — *Pſal.* 118. — *Errat à Deo peccator.* — *S. Bernard.*

*Luc.* 15. — *S. Bernard.* — *Anima libidinoſa ſponſum abdicit ſummum.* — *Voluptates folia ficus.* — *S. Ephrem* — *Ezech.* 17. — *Theod.* — *Milites regis vngues.* — *Delitioſis paſcitur diabolus.*

6. D. Ambroſ. *loco citato*, per iſta folia intelli- E git etiam (vt ait) exempla de propheticarum ſerie ſcripturarum, quæ quis ſibi malè aſſuit, & fructum eorum non putat requirendum. Hæc Ambroſ. Hoc vitio multi laborant, vel cùm prædicant, vel cùm prædicatorem audiunt, vt toti diffluant in folia, de fructu nihil curant. In quos inuectus D. Petr. Chryſol. *ſerm.* 18. hæc inter alia apponit. Qui maturitatis fructum quærit, deſpicit amœna camporum; violæ, roſæ, lilia, narciſſus, grati flores, ſed gratior panis. Seponenda eſt ergo eloquentiæ voluptas, quando ſcientiæ depoſcitur fortitudo. Ita Chryſolog. Deinde S. Ambroſ. proſequitur contra ſtultitiam Iudæorum. Nónne tibi videntur etiam Iudæi folia aſſuere, dum legis ſpiritalis verba corporaliter in-

*S. Ambroſ.* — *Folia grandis, & fructũ non curant multi.* — *S. P. Chryſ.* — *S. Ambroſ.*

terpretantur? quorum interpretatio fructum A omnem viriditatis amittit, damnata maledicto ariditatis æternæ. Bona igitur interpretatio, hoc eſt, ſpiritalis ficus eſt fructuoſa, ſub qua iuſti ſanctique requieſcunt. Mala autem interpretatio fructum ferre, viriditatem ſeruare non poterit. Hæc Ambroſ. Cuius explicatio confirmari poteſt illo vmbraculo hederæ, aut cucurbitæ Ionæ Iſraëliticum populum ſignificantis, quòd vno die apparuit, ac diſparuit Solis arefactū calore, *cap. 4. Ionæ.* Malè enim infideles hodie Iudæi ſe protegunt, ac requieſcunt ſub vmbraculo, quod ex Scriptura perperam intellecta ſibi cōſtruunt: ea tamen folia, nec contra veritatis lucem miſeros tuentur; peruadit enim veritas Solis more, B nec eſt, qui ſe abſcondat à fulgore eius: nec infirma hæc foliorum ſcuta defendent infidelitatem Iudæorum ab ardore diuinæ iuſtitiæ, quæ grauiſſimas in hac & in altera vita pœnas exigit ab iis, qui odio habuerunt gratis Dei filium Christum Ieſum: nec vllam perfidi excuſationē afferent de peccato ſuo. Vermis, vt ibi ſcribitur, à Deo paratus percuſſit hederam, quæ ſtatim exaruit: ſimulque ſole vrente, & vento calido ſpirante Ionas cœpit æſtuare. Per vermem intelligitur Chriſtus, iuxta illud Pſalm. 21. *Ego ſum vermis*, &c. ac ſimiliter per ſolem. Vento autem ſignificatur Dei vindicta, *Oſeæ* 13. Ergo (inquit D. Hieron.) æſtuare cœpit Ionas, & iterum velle C mori in baptiſmate cum Iſraële, vt in lauacro recipiat humorem, quem in negatione perdiderat. Vnde & Petrus arentibus loquitur Iudæis: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum. Sunt qui vermem, & ventum, vrentem Romanos intelligant duces, qui poſt reſurrectionem Chriſti Iſrael penitus deleuerunt. Hæc Hieron. Iuxta hanc interpretationem colliges, ſimul atque populus Iudaicus, qui velut in paradiſo feliciſſimum tranſigebat æuum in illa ſua Ieruſalem, miſit lignum in panem Meſſiæ, vt eraderet eum de terra viuentium atque in lignum, & pomum vetitum manus ſa- D crilegas iniulit, ſtatim omni Dei præſidio exarmatum, folia tantùm malè ac turpiter amictum, cæli ac terræ iniuriis patuiſſe. Tandem Reipublica Iudaica exaruit, totaque Ieruſalem Romano incendio conflagrauit, & vſque ad finem perſeuerauit deſolatio, vt habetur *Daniel. c.* 8. Quale excidium Iſai. *c.* 1. deſcribit copiosè. At quam grauiter & seriò Iudæos admonuit idem Iſaias cauerent ſibi ad hac impietate, illis verbis cap. 2. *Quieſcite ergo ab homine cuius ſpiritus in naribus eius eſt, quia excelſus reputatus eſt ipſe.* Quæ quidē eſt illuſtriſſima de Chriſto Domino prophetia, & valde torquet Iudæos, vt propterea in ea explicanda miros effingant dolos. Vera & germana paraphraſis huius loci eſt, quæ affertur à D. Hier. Cùm hæc (inquit) vniuerſa ventura ſint vobis, & prophetali ſpiritu prædicentur: ſermo eſt de Iu- E daicæ gentis excidio) moneo, atque præcipio, vt quieſcatis ab eo, qui ſecundùm carnem quidem homo eſt, & habet animam, & ita ſpirat, & naribus halitum trahit, vt nos homines; ſed ſecundùm diuinam maieſtatem excelſus & eſt, & reputatur, & creditur. Hebraicè במה נחשב הוא *bammeh necxab.* Hic notat ſubinde D. Hier. In iſto (inquiens) loco *bammah* apud Hebræos non excelſus dicitur, ſed excelſum, id eſt, ipſa altitudo, atque ſublimitas; quaſi ſi de aliquo dicamus: Non eſt diuinus, ſed diuinitas: non eſt ſtultus, ſed

*Iudæi fructū ex Scriptura non capiunt.*

Ionæ 4.

*Iudæi malè tecti contra veritatem.*

Pſal. 21.

Oſeæ 13.
S. Hieron.
*Ionas baptiſmum Chriſti appetit.*

*Romani excindunt Ieruſalem.*

Ierem. 11.

*Iudæi ſubuerſi propter Chriſti necem.*

Dan. 8.
Iſai. 1.

*Chriſtus eſt ipſamet celſitudo.*

A fons, non eſt homo, ſed ipſa humanitas. Hæc Hieronymus.

7. *Conſuerunt ſibi folia ficus.*] Ad hunc modum ſæpenumero peccatores, ne ſibi videātur turpes (vti ſunt) occultare ſolent ſuorum ſcelerum obſcœnitatem publicatis aliquorum, qui etiam deliquerunt, flagitiis. Et de Scripturis (ait D. Ambr. *loco indicato*) diuinis frequenter promunt exempla, quibus iuſtos in culpam perhibent incidiſſe, dicentes ſi fortè in ſtupris fuerint deprehenſi: & Dauid alienam adamauit, & ſibi aſciuit vxorem. Hæc ille. Cæterùm hæc folia peccatores ſibi aſſuunt ad tegenda illa corporis membra, in quibus omnium fœdiſſima patrātur flagitia, quibus B homines maximè verecundantur. Folia quidem excuſationum obtendunt iis in partibus vbi caſtitatis fructus ineſſe debuiſſet. Sed præſtat audire D. Ambroſ. Quod grauius (inquit) eſt, hac ſe Adam interpretatione ſuccinxit eo loco, vbi fructum magis caſtitatis ſuccingere deberet. Et ideò malè ibi ſuccinctus eſt Adam foliis inutilibus, vbi futuræ generationis, non fructum futurum, ſed quædam peccata ſignaret. Nota ex his Ambroſii verbis folia Adami & ſigna teſtimoniáque eſſe peccati, & quaſi ſigillum videri, quo innumerabilia in omni genere libidinum ac turpitudinum vitia, quaſi ſigillantur. Imò addiderim peccatum ipſum venereum, veluti ſigillum C eſſe, cætera in ſeipſo continens, & demonſtrans vitia; nec enim aliquid gloria & laude humana etiam dignum in eo prædicari ſolet, qui notatus ſit libidinis dedecore; omnia cùm gratiæ ac virtutis, tum naturæ bona, carnis vitio polluuntur. Adde quoque hæc ſola corporis membra foliis ab Adamo & Eua fuiſſe obuelata, quia nihil hominum oculos adeò offendit, & humanæ naturæ nobilitatem dedecorat, atque vitia carnis. Sunt quidem plerique, vt eleganter oſtendit Nazianz. *Orat.* 13. qui aliorum mala tragicis verbis exaggerant, vt ab alternis lapſibus excuſationē vitiis ſuis quærant. D. Hieron. *in 2. Michea*, pro eadem ſententia ſic ſcribit. Ne inſultetis cadentibus, & D alienam ruinam veſtram ædificationem putetis. Sic ille. Conſuerunt ſibi folia ficus. En fructus elationis animorum, qua inaniter ſubleuati ſperarunt fore, vt eſſent ſicut dii! En fructus inobedientiæ, qua Dei iugum tam ſuaue detrectantes vetitum pomum comederunt. Ergo (inquit D. Gregor. 26. *moral. cap.* 12.) ille primus inobediens mox, vt ſuperbiendo peccauit, pudenda contexit. Quia enim contumeliam ſpiritus Deo intulit, mox contumeliam carnis inuenit. Et qui auctori ſuo eſſe ſubditus noluit, ius carnis ſubditæ, quam regebat, amiſit: vt in ſeipſo videlicet inobedientiæ ſuæ confuſio redundaret, & ſuperatus diſceret quid elatus amiſiſſet. Ita Gregor. Multa ſubinde & præclara S. Doctor ediſſerit *eodem & ſequenti cap.* exponens verſum illum Iob 35. *Qui docet nos ſuper iumenta terræ, & ſuper volu-* E *cres cæli erudit nos.* In iumētis luxuriam, in auibus ſuperbiam inſinuari dicit. Et quòd cauſa libidinis (ait) ex culpa prorumpat elationis, oſtēdit Oſeas cap. 5. dicens: *Spiritus fornicationis in medio eorū, & Dominum non cognouerunt, & reſpondebit arrogantia Iſrael in faciem eius.* Ac ſi diceret: Culpa, quæ per elationem mentis in occulto latuit, per carnis luxuriam in aperto reſpondit. Proinde per humilitatis cuſtodiam ſeruanda eſt munditia caſtitatis. Sic enim piè ſpiritus ſub Deo premitur, caro illicitè ſuper ſpiritum non leuatur. Si autem auctorem ſuum ſuperbiendo contemnit, iure & à ſub-

ſecta

S. Ambroſ.
*Peccatores alienis erratis ſua excuſant.*

S. Ambroſ.
*Caſtitas ſeruanda.*

*Libido ſigillū vitiorum omnium.*

*Libidine nihil dedecoroſius.*
S. Gregor. Naz.

S. Hieron.
*Aliena vitia publicare.*

S. Gregor.
*Superborum humiliatio.*

Iob. 35.

Oſeæ 5.
*Superbia in luxuriam labitur.*

*Humilitas caſtitatis cuſtos.*

ieĉta carne prælium ſuſcipit. Hinc eſt, *cap.*23. A quòd longa continentia repentè ſoluitur; hinc quòd pleruoque, & vſque ad ſenium virginitas ſeruata viciatur. Quia enim negligitur humilitas cordis, rectus iudex deſpicit etiam integritatem corporis. Quia igitur mentis elatio ad pollutionem pertrahit carnis, reproborum cur à volatu volucrum ad petulantiam mergitur iumentorum. Sancti autem viri, ne appetitu beſtiali ad luxuriæ voraginem deuoluantur, ſoliciiæ cogitationes mentis à ſuperbiæ volatu cuſtodiunt: ac ne in infima deſipiendo corruant, omne quod ſublimiter ſapiunt, humiliter premunt. Hæc omnia Gregor. In pœnam igitur ſuperbiæ volucrum ſeſe in altum efferentium delapſus in pe- B corinam iumentorum ventri deditorum turpitudinem homo eſt: & qui ſupra hominem volaſe voluit, infrà iumentum, & carnis ſputcitiam præcipitatus iacuit. Et qui Deo præſtare obedientiam noluit, Inobedientiam ac rebellionem ſuorum etiam viliſſimorum membrorum in ſui pudorem patitur. Illud egregiè dictum eſt ab Hugone de S. Victor. in huius argumenti confirmationem; videlicet. Ex miſericordia Dei, & vt homo ſubſiſtere poſſit, factum eſt, vt cæteræ partes ad nutum rationis ſtent, aut moueantur: vna autem pars rationi non obedit, in ſignum tranſgreſſionis, ſcilicet pudenda. Ideo videlicet, quia tota propagatio generis humani per par- C tem illam erat tranſitura: ſcriptum eſt in ea, quaſi in porta, ſignum inobedientiæ parentum, inobedientia inflicta membrorum. Sic ille. Hae etiam ratione fit, Deo ita diſponente, vt homines quantumuis iuſti bellum hoc inteſtinum titillantium membrorum patiantur, de quo luculenter ſic Auguſt. *in Pſalm.* 75. Vt intelligas in te pœnam tuam: in te ex teipſo eſt flagellum tuum; ſit rixa tua tecum. Sic vindicatur in rebellem aduersùs Deum, vt ipſe ſibi ſit bellum, qui pacem noluit habere cum Deo. Hæc Auguſt.

*Superbia hominum turpiter punita.*

Hugo.

*Libido inobedientiæ pœna & ſignum.*

S. Auguſt.

8. *Conſuerunt ſibi folia ficus.* Haud prætcribo dicere quàm varios iſta ficus pariat ſenſus myſticos & allegoricos. Videat qui volet in ſylua, D vbi ſylueſcunt. Verumtamen ad præſentem locum ſubiiciam verba D. Ambroſ. *lib.* 1. *de virgin.* quæ habent. Ficus, id eſt, illecebroſa delictarum obumbrat prurigo mundi, humilis ad altitudinem, fragilis ad laborem, mollis ad vſum, ſterilis ad fructum. Idem *lib.* 10. *in Lucam* 21. Duplicem (inquit) habet figuram ficulnea, vel cùm dura miteſcunt, vel cùm peccata luxuriant. Nam per fidem credentium, quæ arebant antè florebunt: & per gratiam delictorum peccatores gloriabũtur. Ibi fructus eſt fidei, hic perfidiæ laſciuia. Fructum mihi ficulneæ, agricolæ, euangelici cultura promittit. Deſperare non debemus, ſi foliis ficulneæ peccatores ſe tanquam fraudis E veſte texerunt, vt conſcientiam velarent. Ergo foliæ ſuſpecta ſine fructu. Tales veſtes paradiſi exules habent. Sic Ambroſ. Ab hac infelici & maledicta ficu, folia quibus ſe tegant colligunt peccatores, cùm vanaa ſpes (folium enim ſpei ſymbolũ eſt) longioris vitæ animo concipiunt, vt interim ſine vllo timore mortis in omni flagitiorum genere impunè debacchentur. Cæterùm audiant ſanctum Ephrem, & caueant. Ait enim *ſerm. de morte*, quæ ſequuntur. Negligentes & contemptores occæcati cùm ſint peccati fraude, diebus ſuis præcedentibus exiſtimant procul abeſſe mortis horam, nihil de ſuo hinc exitu laborantes: verum annos multos, & tem-

*Ficus libidinē deſignat.*

S. Ambroſ.

*Conuerſio ad fidem, & gratiam.*

*Folia ſine fructu maledicta.*

S. Ephrem.

*Vana ſpes vitæ longioris.*

pora longa ſibi præſcribunt. Similes autem ſunt eorum, qui iter nocte intempeſta ſuſcipiunt: qui quidem arbitrantur procul abeſſe ab imminenti præcipitio, & prærupto loco, donec præcipitatis ipſis experientia dubitationem ſoluerit. Sic Ephrem. D. Aug. *ſerm.* 40. *de verbis Domini*, ad illa verba Ioan. 1. *Cùm eſſes ſub ficu vidi te*; ita ſcribit, Quod dictum audiuimus à Domino Nathanaeli, non ad ipſum pertinet ſolum: ipſe quippe Dominus ſub ficu vidit omne genus humanum. Iſto enim loco intelligitur per arborem fici ſignificaſſe peccatum: ea congruentia, qua noſtis primum hominem quando peccauit, foliis ficulneis fuiſſe ſubrectum. His foliis pudenda texerunt, quando de peccato ſuo erubuerunt. Et quæ Deus B illis membra, ipſi ſibi pudenda fecerunt: non enim erubeſcendum eſt de opere Dei: ſed confuſionem præceſſit cauſa peccati. Si non præceſſiſſet iniquitas, nunquam erubeſceret nuditas. Nudi enim erant, & non confundebantur: non enim commiſerant, vnde confunderentur. Hoc autem dixi, vt per ficum intelligamus ſignificatum eſſe peccatum. Quid eſt ergo, cùm eſſes ſub ficu? Cùm eſſes ſub peccato vidi te. Hæc Auguſt. D. Ambroſ. *in cap.* 13. *Lucæ.* Iudæorum perfidiam ſignificari vult hoc facto primorum parentum. Significarunt (inquit) futurum quod vltimis temporibus populus Iudæorum ſub Domini Sal- C uatoris aduentu, qui eos vocaturus aduenit, exutum ſe virtutibus per diaboli tentamenta cognoſcens, & intecta conſcientiæ probra formidans, à religione diuius præuaricatione confuſus eſſet à Domino receſſurus, verborum fluentium, velut foliorum, velaminibus adopertus pudenda geſtorum. Ergo illi, qui folia de ficulnea, non poma carpſerunt, eliminati ſunt à regno Dei. Sic Ambroſ. Optimè Procop. in eodem ſenſu: Qui tranſgrediuntur (inquit) legem Dei, deſinunt illuminari ab imagine Dei: quapropter rectè confugiunt ad arborem ſcientiæ; qui enim ſe ſubducit a conſpectu Dei, & non vult operari virtutem, ſed oſtendere virtutis ſpeciem, is ſe D occultat hypocriſi inuolutus. Sic ille. Tales Iudæi, atque inter nos multi.

S. Auguſt. Ioan. 1.

*Ficus peccatū deſignat.*

S. Ambroſ.

*Iudæi à Deo ad ficum fugiunt.*

Procop.

9. Aliis placet, vt ficus pro carne ipſa, ſeu potiùs carnali concupiſcentia ſumatur. Quo ſanè habitu foliorum arboris maledictæ genus humanum veſtitur: ſcilicet à primis illis parentibus accepto illo præuaricationis & maledictionis amictu. Quem tamen Dei filius, de Virgine carnem induens, de peccato damnans peccatum (vt ait Apoſtolus) prorſus aboleuit. Quare ſi prioribus illis ſeculis, quorum pater fuerat Adamus, quodammodo excuſanda (quæ ſemper nefaria fuit) videbatur carnis petulantia: profectò in hoc ſeculo, cuius pater ab Iſaia dicitur Dei E Filius homo factus, tam extra omnem rationem & excuſationem eſt, vt nec tolerari, nec diſſimulari poſſit ac debeat. Quod argumentum diſertiſſimè pertractat Tertull. ſæpè aliàs, tum maximè *lib. de pudicitia, cap.* 6. hiſce verbis. Habuerint priſtina tempora omnis impudicitiæ, ſi volũt Pſychici, etiam poteſtatem. Luſerit ante Chriſtum caro; imò perierit, antequam à Domino ſuo requiſita eſt: nondum erat digna dono ſalutis, nondum apta officio ſanctitatis. Adhuc in Adam deputabatur cum ſuo vitio, facilè quod ſpecioſum viderat concupiſcens, & ad inferiora reſpiciens, & de ficulneis foliis pruriginem retinens. Inhærebat vſquequaque libidinis viros, quod nec ipſæ adhuc aquæ lauerant. At vbi ſermo Dei

*Ficus concupiſcentiam deſignat.*

Ad Rom. 8.

Iſa 9.

Tertull.

*Poſt Chriſti natiuitatem ſummè damnatur libido.*

deſcendit

deſcendit in carnem, ne nuptiis quidem reſignatam: & ſermo caro factus eſt, ne nuptiis quidem reſignanda, quæ ad lignum non incontinentiæ, ſed tolerantiæ accederet, quæ non dulce aliquid, ſed amarum aliquid guſtaret, quæ non ad inferos, ſed ad cælum pertineret, quæ non laſciuiæ frondibus, ſed ſanctimoniæ floribus præcingeretur, quæ munditias ſuas aquis traderet: exinde caro quæcunque in Chriſto reliquas ſordes priſtinas ſoluit, alia iam res eſt, noua emergit iam, non ex ſeminis limo, non ex concupiſcentiæ fimo, ſed ex aqua, & ſpiritu mundo. Hæc Tertull. Ergo infelix hominum genus, licèt opportunè ſoluerit de portu, importuna tempeſtate iactatum, bonorum omnium diuinæ gratiæ fecit naufragium, vſque adeò fœdum & calamitoſum, vt ex innumeris opibus ad nuditatem redactum ſit. Vniuerſa illa cæleſtis beneficentiæ ſupellex pro foliis ficus commutata eſt. Nec aliud operimentum, quo tegatur, nec lenocinium, quo adornetur, nec munimentum, quo armetur, habet noſtra natura, quàm folia ficus ab Adamo parente teſtamento relicta, hoc eſt, meram fragilitatem, & meram vanitatem. Sed ecce noua fecit omnia conditor ipſe Deus. Alter nunc eſt paradiſus, alter Adamus, altera Eua, lignum alterum vitæ, in quo operta fuit noſtra nuditas (vt loquitur D. Ioan. Damaſcen. *ſerm. de dormitione beatæ Mariæ*) nimirum Virgo Dei mater. Illa eſt lignum ſcientiæ boni, non tamen mali, quæ de ſeipſa ait: *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt*, Eccl. 24. Sola pro armis aduersùs vitiorum ac dæmonum impetus, habet folia ficus noſtra natura. Quis ergo non timeat in tanta fragilitate virium & armorum inanitate? At quis iam nunc timeat in nouo paradiſo, vbi Virgo Dei mater ſicut platanus exaltata eſt iuxta aquas, *Eccleſ.* 24. Aquæ multæ (vt legitur *Apocalypſ.* 17.) populi multi: molles quidem lubrici, inconſtantes, aquei, imò aquæ ipſæ ſumus. Sed exaltata eſt virgo ſuper aquas: eiuſdem quidem naturæ nobiſcum, ſed virtutum & gratiæ donis ſupra omnem euecta creaturã. Exaltata eſt vt platanus aquas obumbrans, protegens, fouens, atque animans. Adamus foliis ficus malè ſe ac ſuos liberos operit. At Virgo parens patulos diffundit ramos, expandit folia platani, peltas (inquam) & ſcuta, quibus obtecti, & vitiorum ictus propulſemus, & mortis acerbitatem ac pericula repellamus. Ad hanc igitur benedictam arborem confugiamus, cuius folia virtutes ſunt, quas imbennut, & gratiæ ſunt quibus obumbremur; cuius fructus vita eſt, quam edentes in omnem æternitatem Immortales & glorioſi cum matre & filio pariter regnemus.

Chriſti puritas.

Naufragium generis humani.

Damaſc.

Eccl. 14.

B. Maria nos honorat, & protegit.

Apoc. 17.

---

## SECTIO XX.

*Et cùm audiſſent vocem Domini Dei.*

Deus humana figura apparet.

1. HVmano more dicta ſunt. Apparuit ſcilicet Deus humana effigie, & quaſi de longè adueniens, grandi pedum incedentium motu obambulans, valido ſubinde fragore inſtar tonitrui latè hortum perterrefaciens. Primò igitur diſcutiendum eſt, quidnam ſibi velit tam repentinus hic aduentus Dei? S. Chryſoſt. *homil.* 17. Deum vt patrem beneuolentiſſimum effingit, qui filio indigna patranti occurrat. Verba ſancti Doctoris ſic habent: Deus vt vidit peccando legem tranſgreſſos, non proinde tamen à miſericordia ceſſat: ſed ſemper ſibi ſimilis, quaſi clementiſſimus pater filium indigna quadam nobilitate ſua commiſiſſe, & à ſummo honore in extremam vilitatem redactum videns, paternis viſceribus commotis: non illum conſilij inopem & auxilio deſtitutum ſinit, ſed iterum ſuum agit officium, breui illum à leuitate liberatum, priſtinæ reſtituens dignitati. Sic Chryſoſtom. Inter Spiritus ſancti animam inhabitantis fructus numeratur ab Apoſtolo, quòd in eo clamamus, Abba Pater. Quo nomine (inquit Auguſtin.) caritas excitatur. Quid enim carius debet eſſe filiis, quàm Pater? Et ſupplex affectus, cùm homines dicunt Deo, Pater noſter, & quædam impetrandi præſuppoſitio, quid iam non det filiis petentibus, cum hoc ipſum antè dederit, vt filij eſſent? Poſtremò quanta cura animum tangit, vt qui dicit, Pater noſter, tanto Patre non ſit indignus. Sic Aug. Pulchrè iſtius paterni affectus demonſtratio legitur apud Oſeam 11. vbi Dominus ait; *Ego quaſi nutritius Ephraim, portabam eos in brachiis meis.* Verterunt LXX. Ego colligaui Ephraim, hoc eſt, vt declarat D. Hieron. Ligabam pedes Ephraim, ne à me longiùs fugeret. Et quidem verbum Græcum à LXX. poſitum συνεπόδισα, idem eſt atque pedes ligabam, ſeu ligaui. Vide eminentem Dei amorem erga homines, & hominum barbaram ac ſtolidam ingratitudinem. Eſſe ac viuere ſine hominibus non patitur Dei amor, at homines à Deo refugiunt: idcirco vt homines ſecum retineat, ligat compedibus Pater filium, ne Patrem fugiat, ac deſerat. Sed ne filius in Patrem indignetur, quod ſeueriùs agat, & duris vinciat catenis; ſequitur: *In funiculis Adam traham eos, in vinculis caritatis.* Exponit Hieronymus; quaſi repugnantes vinculis meæ dilectionis aſtrinxi. nam in vinculis Adam, idem eſt, atque in vinculis hominum, in vinculis caritatis. In Hieron. Tota eſt in hoc argumento parabola filij prodigi Luc. 15. Reuerſum denique filium pater recepit, nec tamen indignatus. Nam (vt ſubtiliter D. P. Chryſol. *ſerm.* 4. ſubnotauit) In filio eſt ſubſtantia patris tota: & ideo nil pater perdidit, filium cùm recepit. Sequitur. *Cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum.* Vbi idem Chryſ. Sic pater iudicat, ſic emendat, ſic peccanti filio dat oſcula, non flagella. delicta non videt vis amoris: & ideo pater peccata filij redemit oſculo, *ſerm.* 3. Amoris plena exempla Dominus paſſim in Euangelio proponit; videlicet (vt obſeruat idem Chryſol. *ſermon.* 2.) quia pater ſuorum voluit eſſe ſeruorum: qui magis amari voluit, quàm timeri, qui panem vitæ ſe dedit ipſum; qui ſanguinem ſuum in poculum ſalutis effudit. Sic ille.

S. Chryſoſt.

Deus vt pater Adamum quærit

Ad Rom. 8.

S. Auguſt.

Deus pater hominum.

Oſee 11.

S. Hieron.

S. Hieron.

Luc. 15.

S. P. Chryſ.

2. Sed adhuc timere poteſt homo conſcientia peccati conuictus Dei iudicis ſeueritatem: abſit; ſiletur iudicis nomen, patris tantummodo profertur. Quid quæſo ais, & vbi Dei iuſtitia? punit quidem, ſed vt pater. Audi quod ſequitur; *Et ero eis quaſi exaltans iugũ ſuper maxillas eorum.* LXX. legunt: Et ero illis quaſi dans alapas homo ſuper maxillas eius. Vbi D Hier. Et quia non ſponte currebant, ſed vincti funibus trahebantur, paululum maxillas eorum alapis verberaui; non puniens, ſed corrigens, & emendans. Iudex lacerat carnes, torquet funiculis, flagellis atque ignibus cruciat: qui autem pater eſt, laſciuientem filium palma percutit manus. Et pulchrè non dixit: Ero eos alapis verberans, ſed quaſi homo

Oſee 11.

Dulce patris ſupplicium.

S. Hieron.

mo maxillas manu percutiens: percutit autem A Deus filios aberrantes comminatione pœnarum euangelica lectione, & teſtimoniis Prophetarũ. Hæc Hieron. Cæterùm ne filij à patre ſic in maxillis percuſſi nimis doleant, aut proinde impẽſiùs timeant patrem; vt dolorem ac timorem ex animis filiorum depellat, Pater dulciſſimus adiungit: *Et declinaui ad eum, vt veſceretur.* L X X.

*S. Hieron.* reſpiciam ad eum: vbi D. Hieron. declinaui ad eos deferens regna cælorum, vt cum eis veſcerer, aſſumpta forma hominis; ſiue, dedi eis eſum corporis mei, ipſe & cibus, & conuiua. Sic Hieron.

*S. Chryſoſt.* *Eucharistia ſummus Chriſti amor.* Quid quæſo (ait D. Chryſoſt. *in 11. Corinth. 2.* hûc Dei paternum amorem admiratos) admirabilius, quid amabilius? Aduentat igitur in paradiſum B humaniſſimus Pater, vt recipiat filios à Patris amore, domo, & oculis fugientes. Quare tota illa Dei ad inſtar tonitrui aduenientis conclamatio, nil aliud erat, quàm blanda Patris comminatio. Audierunt ergo vocem Domini Dei. Fortè vocem illã, quam ſæpiùs Iſai. Ierem. aliique Prophetæ audierunt querimoniis atque eiulatibus plenam à paternis vtique viſceribus eductam.

*Deus vt pater conqueritur de filiis ingratis.* Dum enim Pater filium quærit, ad cælum, ad terram, ad Angelos, ad animantia, ad montium cautes, ad inania ſolitudinum teſqua conclamat; profugi, ingrati, amentiſque filij conqueritur iniurias. Et, vt eleganter his verbis oſtendit D.

*S. Chryſ.* Chryſoſt. *homil. 5. ad Roman.* quod facere ſolent C ij, qui vel vehementiſſimè eùm amant, negliguntur: circumiens ad omnes adit tum in cælo, tum in terra ſeſe manifeſtans, congreſſúſque nunc cum Ieremia, nunc cum Michea, non vt grauaret, ſed vt defenſione vteretur, vel ſuper iis, quæ à nobis commiſſa fuerant. Sic Chryſoſt.

3. Sunt qui exiſtiment hanc Dei vocem, illam omnino eſſe, qua ſubinde inclamauit: Adam vbi es? ſed meo quidem iudicio non rectè ſentiunt. Etenim hanc vocem, qualis illa fuerit, Dei audierunt, antequam ſe abſconderent, imò propter illam perterrefacti, latibula quæſierunt. At verò illa vox, *Adam vbi es?* prolata eſt, poſtquam ſe abdiderant, atque adeò propter illam è latibulo D prodierunt in conſpectum Dei compellantis.

*Vox Dei, quã fugit Adam, non fuit articulata.* Perſuaſum igitur mihi habeo, vocem illam non fuiſſe articulatam atque humanam, ſed ingentem aliquem ac terrificum ſonitum, ſcilicet, aut aëris remugientis boatum inenarrabilem, aut arborum paradiſi fragorem metuendum, quò Deus quaſi è longinquo aduentans, Ira tumens, ac ruens, omnia quæque preſſis veſtigiis concutiens ſeſe formidabilem oſtẽderet peccatoribus, quos antea dum iuſti obedientéſque erant, beneuolè ac peramanter alloqui conſueuerat. Quare vox

*Terrentur Adam & Eua.* Dei hoc ſenſu intelligitur, atque vox magna & ſtupenda. Fauétque huic expoſitioni conſueta phraſis Hebræorum, apud quos, pro adiectiuo גדל *gadol*, id eſt, magnus, magna, magnum, genitiuus Dei poni ſolet. Sic montes Dei, cedri Dei, viri, homines Dei, &c. ingentes dicuntur. E Nec tamen inuenies in eodem idiomate paruas & minoras quaſque res iſto idiotiſmo, Dei nuncupari, quaſi tantùm in rebus magnitudine præcellentibus diuina Maieſtas potiùs demonſtretur. Adde ingentes ſonos appellari voces, vt dicuntur; vox aquarum, *Pſal.* 28. vox catarractarum,

*Pſal. 28.* *Pſal. 41.* *Pſal. 46.* *Pſal. 76.* *Procop.* *Pſal.* 41. vox tonitrui, *Pſal.* 46. vox tubæ, *Pſal.* 76. & paſſim aliis in locis. Rectè igitur Procop. quo magis cognoſcerent peccati labem, eámque deinceps magis formidarent: magno tumultu, & terribiliter ſe illis obtulit. Vt iratum ſe oſtende-

A ret tanto ſtrepitu aduenit, vt terra moueri, & concuti crederetur. Sic ille. Princeps, Prælatus, pater ac dominus clamet, perſtrepat, iraſcatur, cùm ſuos in peccato deprehendit. Ergo venit

*B. Maria infantem Ieſum in ſinu fouet.* tempus, quando Deus ipſe, qui nunc in paradiſum aduentans horribiles edit ſonos ad perterrefaciendum: deſcendens tandem de cælo, & ex vtero Virginis matris enaſcens, vagitus edat, & illacrymetur infans; quem Virgo mater in ſinu atque ad vbera dulciter aſtringens dicet: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*, Cantic. 1. bene faſciculus dicitur in-

*Cant. 1.* *Ieſus cur faſciculus.* fantulus Ieſus, & quia tenellus, tractatúque facilis, & quia florum, odorum, gratiarúmque o- B mnium mira eſt coniunctio & affluentia: myrrhæ autem propter doloris, frigoris, paupertatis, & humilitatis amaritudinem, qua paſtus à mundo eſt, cùm ſui eum non receperunt. At vnicum infantulo ſolatium eſt inter vbera Virginea parentis, vbi commoratur, vbi quieſcit, vbi delicatur. Cæterùm duo vbera (explicat Alanus)

*Alanus.* *B. Mariæ caritas erga filium.* virginis duo ſunt brachia caritatis, vnum quo dilexit Chriſtum tanquam Deum; alterum, quo dilexit eum, tanquam Filium, & his duobus brachiis caritatis amplexatur illum. Sic Alanus. Oſtenditur ex hoc loco primam diſpoſitionem ad conuerſionem peccatoris, eſſe timorem Dei. Hanc primam Deus ſagittam emittit in corda C inimicorum ſuorum, *Pſal.* 44. vt ex inimicis efficiat amicos, deinde cùm eos timore perculſos

*Pſal. 44.* *Timor Dei ad caritatem parat.* videt, caritatis vulnerat iaculis. Rectè dicitur à D. Bernard. bona ſagitta timor. Rectiùs ab Ec-

*S. Bernard.* *Eccleſ. 1.* *Pſal. 110.* cleſiaſtico 1. cap. *Initium ſapientiæ timor Domini.* Idem in *Pſalm.* 110. Eſt enim Iſagoge & introductio ac manuductio ad ſapientiam timor Domini. Sapientia verò ſumma conſiſtit in caritate, vt ait D. Auguſt. quo ſenſu timor Dei eſt velut

*S. Auguſt.* ianitor, qui ædes aperit, hominémque adducit ad ſacratius penetrale; vbi Dei amor gratiáque iuſtificans reſident. Genebrard. Primum (inquit)

*Genebr.* præceptum diuinæ legis & ſapientiæ eſt timere Deum, atque abſtinere propter ipſum à peccato. D Alij vertunt, caput, aut ſumma perfectio ſapientiæ eſt timor Domini; quicquid enim ſummatim habetur de ſapientia, ad timorem Domini

*Timoris Dei ſumma perfectio.* refertur. Deinde, quia Domini timor maxima eſt ſapientia, ac præcipuum ſapientiæ gradum obtinet, vt illud Sapientis: *Initium dulcoris habet fructus apis*, Eccleſ. 11. id eſt, mel ſummum habet &

*Eccleſ. 11.* perfectum dulcorem, ſummum & ſupremum apicem dulcedinis. Sic Genebrard. Poteſt etiam non incongruè accipi ſapientia, pro pœnitentia, ex Clement. Alexand. cuius illud eſt. Pœnitentia

*Clem. Alex.* *Pœnitentia laus.* eſt magna intelligentia. Pœnitentiæ autem primum fundamentum ſolet eſſe timor Domini. Hinc elicies ſummam inſipientiam eſſe nullo Dei timore percelli; pœnitentiámque dum tempus habemus non agere: ſummè ſtultus eſt, qui

*Stultitia eſt non agere pœnitentiam.* ruit audacter & temerariè in peccatum, & in E æternam animæ perditionem, ſummè ſtultus, qui ſuorum ſcelerum nec in vita, nec in morte pœnitentiam agit.

4. Eſt autem timor Dei tam efficax ad euincendum peccatum, ad conſequendam Dei gratiam; ac demum animæ ſalutem ita certò molitor ac operator: vt propterea vniuerſa dona & bona animæ timor Dei aſcribantur; ſic enim di-

*Eccleſ. 1.* citur Eccl. 1. *Timor Domini, gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis; timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiã, & gaudiũ in longitudine dierum. Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis*

*functionis ſuæ benedicetur. Plenitudo ſapientiæ timere Deum. Corona ſapientiæ, timor Domini, replens pacem, & ſalutis fructum. Radix ſapientiæ eſt timere Deum, rami illius longæui; timor Domini expellit peccatum; qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari; ſapientia & diſciplina timor Domini, adimplebit theſauros illius.* Denique pro reliquis illud ſit ſatis ex Pſalm. 111. *Beatus vir, qui timet Dominum.* Ac ſi iam in ſpe, atque in pignore potiùs beatitudinem habeat, qui timet Deum. Igitur per illum terrificum ſonitum, & ingentem fragorem Dei aduentantis prænunciũ voluit Dominus timorem ſui peccatoribus illis incutere, vt territi, ſubditi, & humiles ad pœnitentiam diſponerentur, quem etiam timorem commendauit Hebræorum populo; quando enim apparuit in monte Sinai *Exod.* 29. ante illum audita ſunt tonitrua, micare fulgura viſa ſunt. Similiter quãdo apparuit Heliæ in ſpelunca montis Oreb. *Ecce ſpiritus grandis & fortis ſubuertens montes, & conterens petras ante Dominum.* 3.Reg.19. Ad quem locum ſic D.Gregor. *lib.5 moral.cap.*26. Spiritus ante Dominum euertit montes, & petras conterit, quia pauor qui ex aduentu eius irruit, & altitudinem cordis noſtri deiicit, & duritiam liquefacit. Ita Gregor. Denique audierunt vocem Domini Dei. Vtinam ſic Dei vocem audiamus, vbi cecidimus à Dei gratia in peccatum. Etenim ſapientiſſimè adnotauit D. Ambroſ. *lib.4. de paradiſ.cap.*14. Adhuc in his remedium ſanitatis eſt, quia audiunt Dei verbum. Iudæi qui ſibi clauſerunt aures ne audirent, hodiéque non merentur audire. Sic ille. Graue malum eſt in peccatore cæcitas, non, ùſquam, ſe ac ſuam turpitudinem videre; grauius multo eſt malum, & omnium grauiſſimum, ipſa deinde aurium ſurditas & occluſio, non audire Dei verbum, quo ſanè ad excitandum à peccato, & in gratiam Domini reducendum peccatorem, nihil eſt efficacius. *Verbum* enim *meum* (ait Dominus) *quod egredietur de ore meo, non reuertitur ad me vacuum,* Iſai.55. Moyſes hanc verbi Dei efficaciam agnoſcit, cùm ad terram qua nihil ſurdius, prædicat: *Audiat terra verba oris mei.* Ezechieli iubetur prædicare ad oſſa inanima & prorſus arida, quæ ad vocem Prophetæ, ſpiritu animata viuifico, ad humani corporis compagem redeunt & reuiuiſcunt, *Ezechiel.*37. Denique venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem Dei, *Ioan.* 5. Heu me! mortui audiunt vocem Dei, terra & oſſa cadauerum audiunt, & excitantur ad vitam: & qui viuimus, & verbum Dei non audimus; aut illo audito, nequaquam ad vitam gratiæ reuocamur! Et quidem velis nolis, Dei vox tibi, ô peccator, reſonat. Quando enim (inquit Procopius) quis peccauerit, & modicè ſenſerit, & cogitauerit Deum, Deum, inquam, qui omnia condidit, & gubernat: certè ad pœnitentiam conuertitur, relicto peccato: & cognoſcit Deum omnia inſpicere, eiúſque oculum nihil latere: ſecúmque hæc Deum colloqui in mente exiſtimat. Audiens igitur hanc vocem Dei in ſuo animo, ipſum ſcilicet nihil fugere, erubeſcit, ſentit peccati noxam, timet. Sic ille.

*Timoris Dei encomia.* — Pſal. 111. — Exod. 19. — 3.Reg 19. — S. Gregor. — S Ambroſ. *Vbi timor remedium eſt.* — *Non audire verbum Dei, graue malũ.* — Iſai.55. — Deuter.32. — Ezech.37. — Ioan.5. — Procop.

5. Valde mihi arridet eorum ſententia, qui contendunt, hic intelligi diuinum Verbum cui tribuatur hic aduentus, hæc deambulatio, hæc vox, & quicquid libidine legitur Deus egiſſe cũ Adamo, Eua, & ſerpẽte. Certè Anaſtaſ. Sinaita in duplicato illo nomine, Domini Dei, Iehouah, Elohim, Verbum diuinum, aliquando futurum hominem ſignificari arbitratur. Ante hominis (inquit) à Deo factam conſtructionem ſimplici quodam nomine Scriptura vocat Deum: facto autem homine, duplici, ſic, *in c.2. Geneſ.* quia homo eſt compoſitus ex terra & diuina inſufflatione, ſtatim Scriptura compoſitum quoque & duplex nomen opificis, eum appellans Dominum Deum, & ſic deinde nominat; quaſi dicens Spiritus ſanctus: Cognoſcite, quòd qui olim ante ſecula ſimplex erat, & incompoſitus, ſibi conſtructo humano tabernaculo, et vnietur in hypoſtaſi, in poſterioribus temporibus, & fiet compoſitus per incarnationem; & appellabitur Chriſtus Dominus, Deus & homo. Quare dicitur in capite ſecundo Dominus Deus, vt rebus, & verbis Dei verbi, qui aliquando fuit ſimplex, compoſitionem, & incarnationem in homine priùs deſcribat Scriptura. Hæc Sinaita. Tertullian. non hoc loco tantùm, ſed in cæteris omnibus, vbi legitur Deus apparuiſſe, diuinum Verbum intelligit: nuncupatim *lib. aduerſus Praxeam*, ſic ait: Filius viſus eſt ſemper, & Filius conuerſatus eſt ſemper, & Filius operatus eſt ſemper. Filius ab Adam vſque ad Prophetas & Patriarchas, in viſione, in ſomno, in ænigmate, in ſpeculo ordinem ſuum præſtruens ab initio ſemper, quæ erat perſecuturus in finita, ſemper ediſcebat: Deus in terris cum hominibus conuerſari non alius potuit, quàm ſermo qui caro erat futurus; ediſcebat autem vt nobis fidem ſterneret, vt faciliùs crederemus Filium Dei deſcendiſſe in ſeculum, ſi & retrò tale quid geſtum cognoſceremus. Sic etiam affectus humanos ſciebat iam tunc, ſuſcepturus etiam ipſas ſubſtantias hominis carnem & animam. Hæc Tertul. *cap.*16. *&* 17. Apparuit igitur Dei Filius non quidem carne indutus, ſed ſimilitudinem hominis præferens, acturus nimirum cum hominibus & more humano. Quod inſuper adnotauit Tertul. 2. *contra Marc. cap.* 27. Deus (inquit) non potuit humanos congreſſus inire; niſi humanos, & ſenſus, & affectus ſuſcepiſſet, per quos vim maieſtatis ſuæ intolerabilem vtique humanæ mediocritati humilitate temperaret, ſibi quidem indigna, homini autem neceſſaria, & ita iam Deo digna, quia nihil tã Deo dignum quam ſalus hominis. Sic ille. Neque verò mirandũ alicui videri debet, quaſi diuinæ Maieſtati detrahat, Dei verbum ſic ambulaſſe in paradiſo, vt cum peccatoribus, atque adeò cum ſerpẽte humana tantùm ſimilitudine indutum egiſſet, cùm demum aliquando, vt eleganter Tertull. adiungit; Deus, & quidem ſublimior, tanta humilitate faſtigium maieſtatis ſuæ ſtrauit, vt etiam morti ſubiiceret, & morti crucis. Hæc ille.

*Verbum diuinum egit cum Adam.* — Sinaita. — *Incarnatio Verbi præfigurata.* — Tertull. — *Verbum diuinum apparere ſolitum antiquis.* — *Verbum diuinum præludebat ad incarnationem futuram.* — Tertull. — *Salus hominis digniſſima Deo.* — Tertull. *Deus ſublimitatem ſuã ſtrauit.*

6. Porrò vt videas, quanti Filius Dei æſtimarit humilitatem, cuius etiam aliquo modo (vt erat Deo nondum homini poſſibile) præbuit innumera, & maxima documẽta: colligáſque quanti Dei Filius hominem fecerit, cuius vtilitati, & ſaluti etiam vigilanter ſtudebat, etiam tunc à ſuæ maieſtatis celſitudine quodammodo deſcẽdens: audi Tertul. qui ſubiicit. Profitemur Dei Filium in Dei patris nomine cõuerſatum ab initio cum Patriarchis & Prophetis, quem Pater omni diſpoſitioni ſuæ voluntatique præfecit, diminuens illum modico citra Angelos, ſicut ſcriptum eſt *Pſal.*8. qua diminutione in hac quoque humana diſpoſitus eſt à Patre, ediſcens iam inde à primordio, iam inde hominem, quòd erat futurus in fine, miſcens in ſemetipſo hominem & Deum, in virtutibus Deum, in puſillitatibus hominem,

Tertull. *Humilitas Deo gratiſſima.* — Pſal. 8.

vt

*Quantum Deus hominem ſiterit.*

vt tantum homini conferat, quantum Deo detrahit: totum denique Dei mei penes vos (agit cum hæreticis) dedecus, ſacramentum eſt humanæ ſalutis: conuerſabatur Deus, vt homo diuina agere doceretur. Ex æquo agebat Deus cum homine, vt homo ex æquo agere cum Deo poſſet. Deus puſillus inuentus eſt, vt homo maximus fieret. Hæc Tertullianus. Sed quid Domine Ieſu, tam tuoe hominem adumbras, & homo futurus clamas, vocem enim tuam peccatores audiunt? reſpondet S. Auguſtinus: Chriſtus hic parturit, Chriſtus hic dolet, caput eſſe ſurſum, membra deorſum, *in Pſalmum* 52. Quid ſubinde in paradiſo deambulas? pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in ſiti, retribuebant mala pro bonis, *Pſalm.* 61. Illi repellebant, ego eos ſitiebam. D. Auguſtinus. Clamat, & queritur Dei Filius quòd in paradiſo hominem amiſit. Ergo erit, cùm in altero paradiſo innumeros lucretur homines. Nimirum in Virgine matre conceptus, déque illa natus videbit ſemen longæuum fidelium, ac iuſtorum, dicétque lætos ad matrem: *Emiſſiones tuæ paradiſus*, &c. Canticor. 4. Senſus eſt. O Virgo parens, tu mihi hortus, tu paradiſus, ex quo propagines, ſurculi, germinarunt, arboréſque innumeræ: quinetiam complures paradiſi variis diſtincti plantulis, cuiuſmodi ſunt mali punicæ, nardi, fiſtulæ, &c. tuo enim exemplo, tuis precibus, tua (quæ in omnes exuberat) pietate materna iuſti & ſancti omnes naſcuntur in Eccleſia, nutriuntur, matureſcunt, in fructus mihi ſuauiſſimos; vt mihi vnuſquiſque ſit paradiſus deliciarum.

*Pſalm. 61.*
*S.Aug.*
*Cant. 4.*

---

## SECTIO XXI.

*Deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem.*

*S.Ambroſ. S.Chryſ. S. Hilar.*

1. QVæ eſt deambulatio Dei, qui vbique ſemper eſt? ait D. Ambroſius, Deus ambulat, num pedes habet? ait D. Chryſoſtomus. at D. Hilarius 12. *de Trinitate.* Putáſne deambulantis inceſſum niſi in ſpecie aſſumptæ creationis auditum, vt in aliqua creatione conſiſteret, qui inambulans fuerit auditus? Quare D. Ambroſius ad allegorias diuertit. Chryſoſtomus ad conſcientiæ internos motus, ac metus; non tamen negans externum ſonitum. Voluit (inquit) Deus illos hæc tali modo ſentire, vt in magno mentis angore conſtituerentur, ita ſenſerunt quaſi adeſſet Deus. Cæterùm ex Hilario videtur colligi, Deum ipſum aſſumpto quaſi corpore phantaſtico apparuiſſe; dici etiam poteſt cum D. Gregorio, Angelum vices Dei gerentem forma humana quidem, ſed obumbratili tamen ſpecie inductum ſeſe oſtendiſſe. Eo verò habitu Dominus apparens (inquit Theodoretus) ſenſum illis peccati præſtitit, & ad pœnitendum illos prouocauit. At in ipſo etiam deambulationis motu, vtpote graui & horribili, qui audiri, & conſternare poſſet, illud planè innuitur, quod ab Hugone de ſancto Victore adnotatum eſt. Ecce (ait)

*S Chryſ. Deus forma externa apparuit.*
*S Gregor.*
*Theod.*
*Hugo.*

Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.

A quanta eſt miſericordia Dei, non vult eos ſubitò conuenire de ſua culpa, ne amiſſa verecundia inuerecundi fiant, & pertinaces, ſed dat eis locum pœnitentiæ, & conſilij; vnde deambulat, vt audiant, & ſic fiant ipſi ſui De memores. Hæc ille. Et venit quidem, vt quæſtionem habeat de tranſgreſſoribus, reóſque poniat. Nec immeritò nunc nominatur Dominus Deus, illis verbis: *Et audierunt vocem Domini Dei.* Hebraicè Iehouah, Eluhim, Dei iudicis. quod ita ſubnotauit Procopius, pulchrè dictioni *Deus*, hoc loco addidit, *Dominus*; cùm tranſgreſſio hominis explicatur; at in creatione ſolùm poſuit: *Fecit Deus cælum*, &c.
B Nam conſequens eſt, ſi quis naturam Domini diligentius exquirat, vt pœnis coërceat negligentes, & bona opera fugitantes. Indigebant enim caſtigatione. Ita Procopius. Licet autem, vt iudex veniat ad puniendum, Deus tamen miſericordiæ ſuæ non obliuiſcitur, cùm iraſcitur; grauiùs multo puniret, ſi ad puniendum non veniret. quod argumentum egregiè pertractat D. Bernardus *ſermone quadrageſimoſecundo, in Cantica*, ad hunc modum. Ait Dominus per Ezechiel. 16. *Receſſit zelus meus a te; vltra non iraſcar tibi, ſola auditu contremiſco*; dicit iterum: *Ego quos amo arguo, & caſtigo*, Apocalypſia tertio. Si ergo te zelus de-
C ſeruit, & amor, nec eris amore dignus, qui indignus caſtigatione cenſeris. Vides quia tunc magis iraſcitur Deus, cùm non iraſcitur? *Miſereamur impio* (inquit) *& non diſcet facere iuſtitiam*, Iſaiæ 26. Miſericordiam hanc ego nolo; ſuper omnem iram miſeratio iſta ſe piens mihi vias iuſtitiæ. Satius profectò mihi iuxta Prophetæ conſilium *Pſalmo ſecundo*, apprehendere diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & peream de via iuſta. Volo iraſcaris mihi Pater miſericordiarum, ſed illa ira, qua corrigis deuium, non qua extrudis de via. Illud tua nobis benigna animaduerſio parit, hoc formidoloſa nutrit diſſimulatio. Non
D enim cùm neſcio, ſed cùm ſentio te iratum, tunc maximè confido propitium. Hæc Bernardus.

*Deus verecundiam præſtruit pœnitentia.*
*Procop.*
*Deus miſericorditer caſtigat.*
*S Bern.*
*Ezech 16*
*Apoc. 3.*
*Deus tunc iraſcitur, cùm non punit.*
*Iſa. 26.*
*Pſalm. 2.*

2. Motu illo quidem deambulationis, qui ſolet eſſe tardior, & grauior, moram ſuam indicat; quam facit, cùm ad vindictam procedit. Valde interim minando terruit; ne punire tandem cogatur, iuxta illud Pſalmi ſeptimi: *Arcum ſuum tetendit*: & Pſalmi 59. *Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui.* D. Auguſtinus *in Pſalmum* 44. de iſto Dei arcu diſſerens ſic effatur. Puniendum eſt peccatum, ſi puniendum non eſſet, nec peccatum eſſet. præueni illum, non vis vt puniat, tu puni. Ideo enim adhuc ille parcit, differt, tenet manum, at
E eum intendit, hoc eſt, minas: clamaret tantum feriturum ſe, ſi vellet ferire? differt ergo manum à peccatis tuis, tu noli differre. Conuerte te ad punienda peccata tua, quia impunita eſſe peccata non poſſunt. Puniendum ergo erit aut à te aut ab ipſo; tu agnoſce, vt ille ignoſcat. Hactenus Auguſtinus. Similiter D. Chryſoſtomus *homilia vigeſimaſecunda Antioch.* expendens illud Pſalmi 146. *Niſi conuerſi fueritis, arcum ſuum vibrabit*; ſic ait. Interim non excidit, vibrat tantùm, vt ſplendorem conſpicatos &

*Deus ſupplicium differt.*
*Pſalm. 7.*
*Pſal. 59.*
*S.Aug.*
*Deus minatur, vt non feriat.*
*S Chryſ.*
*Pſal. 146.*
*Peccatum neceſſariò vindicandum.*

& tertius ad pœnam non perueniat. Arcum ſuum tetendit; tetendit, non immittit ſagittam, vt te forma terreat. D. Gregorius 20. *moralium capite tertio.* Iccirco deambulaſſe Dominum arbitratur, vt illo ſuo motu ſignificaret miſerabilem ſtatum peccatorum. Quid eſt (inquit) quod poſt peccatum hominis in paradiſo Dominus iam non ſtat, ſed deambulat? niſi quòd irruente culpa, ſe à corde hominis motum demonſtrat, quem iam in ſuo præcepto ſtabilem non videbat? Increpauit ergo Adam deambulans, vt cæcis mentibus nequitiam ſuam, non ſolùm ſermonibus, ſed etiam rebus aperiret, quatenus homo peccator, & per verba (quod fecerat) audiret, & per deambulationem omiſſo æternitatis ſtatu, mutabilitatis ſuæ inconſtantiam cerneret. Nec verò mireris in ſeipſo Deum exprimere in qualem, & quam miſerum fuerit Adamus ex ſuo peccato ſtatum deiectus. Sic enim ſe habet erga nos Deus, vti ſpeculum nitidiſſimum ac fideliſſimum, quod cùm tale ſit, recipit tamen in ſe ſpecies obiectorum, & ad euiuſque obiecti ſeſe imaginem accommodat; ridenti ridens apparet, dolenti dolens, deformi deforme, formoſo formoſum videtur. Qui ſimilitudine vſus Gregorius Nyſſen. *tractat. de beatitud.* Ita inquit: Iuſtum quoque Dei iudicium noſtris affectionibus aſſimilatur; qualicunque à nobis commiſſa fuerint, tales nobis de ſuo præbens retributiones. Dionyſ. Carthuſianus. Non quidem inconſtantiam Adami, ſed Dei ab eius anima receſſum ſignificari vult per hanc deambulationem Deus (inquit) deambulauit, quaſi ſuo motu deſignans ſe receſſiſſe ab eis, in quibus antè per gratiam manſit, quia in ſua obedientia non ſteterunt. Deambulauit Deus, quia non ſtetit in paradiſo terreſtri, ſcilicet, à cordibus Adami & Euæ repulſus. Sic etiam Procop. Ante peccatum quidem (ait) Deus non ambulabat in paradiſo; verùm illis adiunctus erat. Cæterùm, vbi ipſi defecerunt à Domino, etiam ipſe eorum conſortium vitauit. Venit ipſe Deus in ſecundum paradiſum, Virginem dico: in ea ſtetit, & permanſit. At quorſum vbi homo peccauit, Deus ambulaſſe deſcribitur? Statim (reſpondet Procopius) vbi primùm homo peccato ſe vinxit, apparuit Deus, qui ad pœnitentiam ipſum retraheret. Nec diu cunctatur, in re ipſa deprehendit, vt peccator timeat.

*S. Greg.*

*Peccator inconſtans.*

*Deus in ſe exprimit ſtatum hominis.*

*S. Gregor Naz.*

*Dionyſ. Carth.*

*Procop.*

*Deus repulſus ab homine in B. Virginem quieuit.*

*Procop.*

3. *Ad auram poſt meridiem.* ] Quo verò tempore id acciderit, Hebræus textus habet לרוח היום *leruach haiom*, ad auram, ſeu ventum diei; quia verò poſt meridiem inclinato iam die ſpirant Zephyri, & frigidior ſolet aura perflare, ad quam captandam longo fatigati æſtu homines, ac præſertim viri principes in portus ac nemora ſecedunt, fit, vt ab interprete optimè vertatur, *ad auram poſt meridiem.* Chald. Ad quietem diei. Theodoretus: In aura verſus refrigerationem diei. LXX. τὸ δειλινόν. in meridie deſignatur hauddubiè tempus illud pomeridianum, de quo Cantic. 2. *Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ.* Nimirum poſtquam æſtus diei deferbuit, leneſque exſibilant ac refrigerant auræ, & paulatim vergit in occaſum dies. S. Hieronymus *de quæſtionibus Hebraicis*, ex Hebræis & Græcis has apponit verſiones noſtris haud diſſimiles. In vento diei, per ſpiritum diei. In ſpiritu ad refrigerium diei: nimirum (inquit) vt meridiano calore tranſacto refrigerium auræ ſpirantis oſtenderet. Ac tempus quidem pomeridianum haud vacat myſterio. Quid eſt (ait D. Gregorius 28. *moralium, capite tertio*) quòd ad auram poſt meridiem, niſi quòd lux feruentior veritatis ab homine abſceſſerat, & peccatricem animam culpæ ſuæ frigora conſtringebant? Quare, vt peccator homo per auram feruore caritatis à ſe expulſo, torporem ſuum animaduerteret, & per declinationem Solis agnoſceret, quod ad tenebras propinquaret, venit Dominus ad auram. Ita Gregorius. Profectò frigus eſt, & torpor animæ peccatum, refrigeſcente nimirum caritate, qua ve ut natiuo calore fouetur. Iccirco Petrus in illam timiditatem & perfidiam delapſus inter Caiphæ famulos ac ſatellites ad focum aſſedit, vt ſe calefaceret, *Lucæ* 22. vbi rectè Ambroſius. Acceſſit Petrus, vt calefaceret ſe, quia clauſo Domino calor mentis iam in ipſo refrixerat. Sed dices: Qui fieri poteſt, vt peccatum ſit frigus animæ, cùm potiùs videatur ignis, ad quem Petrus aſſidebat? Pulchrè igitur ibidem Ambroſius mala flamma vrit, non calefacit: malus focus qui quandam etiam ſanctorum mentibus fuliginem erroris aſpergit. Hoc frigore obrigeſcens totus obtorpuerat Thomas, qui ad voces diſcipulorum exultantium; *Vidimus Dominum*, non modò non vitalem fidei calorem exhibuit, ſed dixit: *Niſi videro, non credam.* Solet autem pia mater infantulum frigore rigentem & quiritantem in brachia ſuſcipere, manúſque illius gelu tremebundas ſuum intra ſinum recondere, vt pectoris & cordis calore tepeſcant. Sic planè Chriſtus Dominus ad Thomam: *Infer digitum tuum huc, mitte manum tuam in latus meum*, &c. Ioannis 20. Quantum verò frigus, & quàm omni Riphæa niue, ac Scythico gelu rigidius ſit peccatum, ex eo vel maximè oſtenditur, quòd nec immenſæ flammæ inferni per omnem æternitatem peccato vni admotæ illud conſument. Tanta e contrario vis eſt conditionis, vt ſi omnia omnino peccata, quæ nunc in flammis inferorum puniuntur quidem, ſed minimè abſumuntur, in illius ignem inciderent, ipſo vno momento conſumpta in nihilum funditus abirent. Sanct. Ambroſius *in Pſalmum trigeſimumnonum*, pro bis verbis, *Ad auram poſt meridiem.* legit; ad veſperam: conſidera quo Deum inclamaſſe: O homo, vbi es! Ego te in lumine poſui, tu tenebras requiſiſti, in paradiſo vbi ſemper matutinus erat dies, veſper eſt factus: quoniam omnia peccata tenebroſa ſunt. Ideóque audierunt vocem Domini deambulantis ad veſperam in paradiſo. Conſimilis eſt interpretatio Procopij hiſce verbis. Veſpertinum tempus admodum congruebat huic rei. Nam cùm adhuc virtutem tenebant vitiorum ignari, veritatis lumen in ipſis vigebat. Atqui relicto lumine ad ignorantiæ tenebras contendit, & vitia ſectatur, veſper qui præcedit tenebras, ei exoritur. Non itaque lux ſtatim omnis ipſos deſeruit;

*Dies ad occaſum vergens*

*Theod.*

*Cant. 2.*

*S. Hieron.*

*S. Greg.*

*Peccator frigore torpeſcit*

*Luc 22.*

*S. Ambroſ.*

*Petrus frigore peccati obriguit.*

*Thomas frigore infidelitatis obriguit.*

*Ioan 20.*

*Chriſtus mater erga Thomam.*

*Peccatum nec inferni incendiis abſumitur.*

*S. Ambroſ.*

*Contritionis vis admirabilis.*

*Peccatum caligo*

*S. Greg.*

deſeruit, ſed paulatim: veſpere enim audiere Deū. A Sic ille. Itaque peccarunt: ſed adhuc aliquid habent lucis & diei; timent, verecundantur. Quòd autem peccata tenebræ dicantur, animáque in illis conſepulta ſit, innumera comprobant teſtimonia Scripturæ: vnde illa pia eſt, &

Pſal. 17.

S. Auguſt.

prudens petitio Dauid: *Deus meus illumina tenebras meas.* D. Auguſtinus interpretatur nosipſos in peccatis noſtris eſſe ipſaſmet tenebras, quamquam in præſenti loco

Theodor.

Theodoretus calamitates & perſecutiones, quibus Dauid exercebatur,

Caietan.

Caietanus verò generis obſcuritatem Dauid per tenebras ſignificari velint.

S. Ambroſ.

4. Præterea D. Ambroſius *loco citato*, illis verbis, *ad veſperam*, ampliùs inſiſtens, ait ſimul B cognoſce myſterium. Manè erraſti: ad veſperam liberaberis. Videtur enim ſanctus Pater alludere ad veſperam, in qua Christus Dominus

*Christus crucifigitur qua hora Adam peccauit.*

Procop.

crucifixus eſt, hominémque redemit. Quod myſterium Procopius luculenter ita explicat: Dominus tunc veſpertino tempore viſitauit Adamum, & nunc veſpertino tempore in cruce expirauit. Etenim amaram paſſionem perpeſſus eſt illis ipſis horis, quibus Adamus comedit, vſquedum à Domino condemnationis pœna percelleretur, ſcilicet ab hora ſexta, vſque ad nonam. Ad latentem veſpere Dominus venit, dicens: Tu nunc maiora affectaſti, ego vt tibi conſulam, me minora aſſumo. Æqualis eſſe Deo appetiuiſti, C homini aſt ego æqualis fio. Cupiuiſti fieri Deus, quod quidem facere debebas iuxta animi mei ſententiam: ſed cùm id impetrare nequiueris præter meam ſententiam, ego propter te deſidero fieri homo. mea voluiſti temerario auſu rapere non valens: ego tua accipio valens. Sic

Hugo.

ille. Idem ſentit Hugo Cardinalis, cuius verba ſunt. Cùm audiſſent vocem Domini ad auram, &c. Vide hora nona Christus ſpiritum emiſit, qui ſexta hora crucifixus fuit, vt eadem hora reſtitueretur homo, qua de paradiſo eſt eiectus. His poſitis, quæ vera omnino ſunt; vide num iſta Dei vox deambulantis in paradiſo fuerit aliqua lamentanti ſimilis iam tunc præfigurans D illum clamorem validum, & lacrymas, in quas demum effuſus in cruce Dominus expirauit. Venit autem Dominus ad veſperam, non anteā vbi primùm peccauit Adamus; nec in diem craſtinum eſt moratus, ſed opportunio tempore, vt

*Deus homini dat ſpatium ad pœnitentiam.*

S. Ambroſ.

ex ſequentibus patebit, venit ad veſperam. antea quidem foret aduentatio importuna. Nam (vt ait Ambroſius *libro de paradiſo, capite decimoquarto*) dum culpa feruet in corpore, & anima exagitatur corporis paſſionibus non cogitat Deum ſenſus errantis; hoc eſt, non audit Deum ambulantem in mentibus ſingulorum; ergo cùm in animæ ſenſum redierit poteſtatis formido diuinæ tunc erubeſcimus. Tunc in peccatorum

*Paſſio peccati mentem & ſenſum adimit.*

noſtrorum poſt cogitationibus, in medio paradiſi vbi peccauimus, deprehendimur. Ergo E Dominus dum aliquantulum timoratur, dat ſpatium peccatoribus, vt interim paſſionis crapulam edormiant, & ad ſe redeant, aptique ſint ad pœnitentiæ medicamentum ſuſcipiendum. Cæterùm venit ad veſperam ipſius diei, in quo peccatum eſt admiſſum; non verò differt in craſtinum; vt egregiè dictum eſt à Procopio. Venit

Procop.

Dominus ad auram, &c. Peccatum enim hominis in ſolem non protrahit Deus. Proh! immenſa Dei miſericordia. Vult ille quidem omnes homines ſaluos fieri: quòd ſi labatur ho-

A mo in culpam, citò Deus accurrit, manum admouet, vt ſurgat, funem & tabulam offert naufrago, vt euadat in portum; ouem quærit deperditam, inuentam in humeris ſubleuat, & reportat in caulas, adeò ſaluti hominis inuigilat: quia (autore Tertulliano *ſecundo contra Marcionem, capite vigeſimoſeptimo*) nihil tam dignum Deo, quam ſalus hominis. Optimè ſic D. Chryſoſtomus *homilia decimaſeptima in Geneſim.* Non ſine ratione aſſignatur tempus: vt diſcas Domini miſericordiam, quòd neque, vt ſolet, differebat: ſed mox, vt vidit vlceris magnitudinem ad opitulādum feſtinauit; vt ne vlcus graſſando fieret incurabile vulnus: ideo, vt præ- B ueniat, accelerat, & velociter creſcenti vlceri adeſt, & pro ſua bonitate, neque ad paruum tempus a cura ſua illum deſtitutum relinquit. Non autem procraſtinat Deus opem ferre iacenti; nouit enim quam ſit dificile; imò & impoſſibile hominem, vbi ſemel corruit in peccatum, ſuis ſe viribus attollere. Scite autem D. Ambroſius *libro de paradiſo, capite decimoquarto*, ait: Quid eſt ad veſperam, niſi quia culpam ſuam ſerò cognoſcit; & ſerò venit quædam erroris præteriti verecundia, quæ errorem præuenire debuerat? Quod quidem exemplu Dauid comprobatur, qui ferè integrum annum cæcus, ſui ac Dei neſcius, iacuit in peccato, nec C niſi ad parabolam Prophetæ reſipuit excitatus. Rectè in hanc ſententiam D. Bernardus *ſermone de triplic miſer.* Difficilis (inquit prorſus res, & ſoli diuinæ virtuti poſſibilis, ſuſceptum ſemel peccati iugum a ceruicibus excutere. Hæc eſt magna miſericordia, magnis neceſſaria peccatoribus, de qua dicitur Pſalmo 50. *Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam, & ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum*, &c. Ibidem etiam ſanctus Doctor effingit quatuor filias magnæ miſericordiæ, quas Deus pro ſummo beneficio interdum ſummis peccatoribus immittit. Sunt (inquit) immiſſio amaritudinis, ſubtractio opportunitatis, virtus reſiſtendi, & D ſanitas affectionis: quandoque enim ei, qui peccato obligatus tenetur, piè immittit Dominus amaritudines quaſdam, quæ mentem occupant hominis, & expellunt perniciofam delectationem peccati, quandoque ſubtrahit opportunitatem, nec tentari patitur infirmitatem; quandoque virtutem donat reſiſtendi, quod maius eſt, vt ſcilicet tentationem ſentiens viriliter agat, & non conſentiat. Quandoque affectiones ſanat, quod perfectiſſimum eſt, & in quo prorſus tentatio tollitur; vt non ſolùm non conſentiatur ei, ſed nec ſentiatur quidem. Hæc Bernardus. Quæ omnia miſeriens Deus præſtitit primis illis peccatoribus, quorum miſertus eſt ſecundùm magnam miſericordiam ſuam, vt quiſque ſecum facilè conſiderabit. Subtiliter E ac verè Procopius ex tempore, quo Dominus venit ad quærendum & conuertendum peccatores, colligit tempus & opportunitatem, quam ſerpens habuit ad tentandam mulierem. Sic infit. Meridiano tempore diabolus acceſſit ad mulierem. Verùm iam ipſam antea obſeruarat captans opportunum colloquio tempus. Nam tum demum, vbi eam famelicam ſentit, & ad cibum capiendum feſtinantem, adoritur. Haud enim nobis nolentibus peccatum ingerere poteſt: ſed vt aliquid promoueat vtitur affectibus nobis inſitis inſtar mali conſiliarij, &

*Deus citò accurrit, vt peccatorem eleuet.*

Tertull.

S. Chryſ.

S. Ambroſ.

*Peccator ſerò ſe cognoſcit, & verecundatur.*

S. Bernard.

*Dei virtus non vis naturæ, hominem à peccato eleuat.*

Pſal. 50.

S. Bernard.

*Miſericordiæ 4 filias homini ad conuerſionem Deus præmittit.*

ſic nos in peccatum protrahit. Hæc ille. Itaque tentator captat opportunitatem tentandi hominem ex affectu, ſiue propenſione noſtra, atque ex occaſione, quæ forte datur. Ergo in iis maximè inuigilandum.

5. Quid, ô Domine, ambulas, & clamas ad auram poſt meridiem? An quia poſt menſam, epulas, & quietem angeris æſtuas vitulento aliquo, aut corrupto in viſceribus cibo, quo (donec illum euomas) afflictaris? Profectò dum illæ duæ parentum animæ in gratia Domini perſiſtebant, melle dulciores epulæ Domino videbantur. Pulchréque D. Ambroſius *ſermone* 18. *in Pſalmum* 118. tractans locum illum Apocal. 3. *Incipiam te euomere ex ore meo*; adiungit. Quanta Domini gratia, vt nos in ſuo ore conſtituat, & meritorum noſtrorum epuletur dapes? Sic Ambroſius. Corruptæ ſunt demum illæ dapes, ſcilicet peccati veneno infectæ; ac deinde cum graui ſenſu doloris à Domino euomuntur, aut euomi incipiunt. Quantum verò (ait D. Ambroſius *ſermone ſecundo in Pſalmum* 118.) amittit, quem euomuerit ex ore ſuo Dominus Ieſus, & ex ſuis viſceribus eiecerit: quàm pius tamen, qui & iuſtos in ore ſuo tenet, & iniuſtos non antè euomit, quàm denunciet euomendos, vt vel huiuſmodi admonitione conuerſi dignum aliquid efficiant, quo non vomantur? Hæc ille. Quid ad auram? An quia tu bone Ieſu ſpiritus es oris noſtri, Ierem. & non tam pœnam, quàm remedium peccantibus oſtendis, vt nouerint in te, ab æſtibus, & incendiis gehennalibus peccatri reſpirare, aperiant os ſuum, & attrahant ſpiritum? an quia vt in ſpem erigas veniæ peccatores, auram tuam, ſpiritum tuum, matrem tuam, ſcilicet, beatiſſimam ac dulciſſimam Virginem tecum præfers; quæ vt piè & verè dicitur ab Idiota antiquo Patre, eſt ipſum ſpiraculum hominis, quia peccator per ipſam reſpirat in ſpem veniæ & gratiæ. Liceat etiam dicere illud Prophetæ *Thren.* 4. Spiritus oris noſtri ſemper Virgo Dei mater; cui dicimus: In vmbra tua viuemus in gentibus. Et quidem in gentibus; qui ex gentili populo credimus in Chriſtum fideles, oris noſtri ſpiritum, vmbram, leuamentum protectionem, vitámque habemus in matre Dei, quæ tota ab Iſraelitico populo ingrato, & infideli, ad nos conuerſa Filium ſuum compellat. Cantic. 7. *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis*. Egrediamur (declarat Guillelmus) de illa Ieruſalem, quæ melius Babylon, exeamus in mundum vniuerſum, commoremur in villulis gentium, vſque ad veſperum ſeculi. Tecum manebo vbicunque moram feceris. Nam grata erit mihi gentium ſalus. Hæc ille. Hailgrinus verò, non multo aliter explicans: In his (inquit) verbis oſtendit Dei mater ſollicitudinem, quam gerit pro Eccleſia, qualiter ſollicitet Filium, vt eam viſitet, & profectus videat, quatenus quod minus eſt viſitando compleat. Hæc ille. Qui per eos, qui in agro laborant, intelligit prædicatores, per eos autem, qui commorantur in villis, accipit illos, qui habitantes in vnum per dilectionem vno iure viuunt; nimirum religioſos. Atque adeò hæc duo genera fidelium maximè à Chriſto Domino, & à Virgine Deipara innituntur, & recreantur; illi propter laborem, iſti propter amorem fraternum, quo nihil gratius ac dulcius. Vide quàm pulchro nomine religioſorum familiæ nuncupen-

*Margin notes:* S. Ambroſ. Apocal. 3. *Anima noſtra cibus Chriſti.* — S. Ambroſ. *Chriſti amor erga peccatores.* — *Chriſtus ſpiritus oris noſtri.* Thren. 4. — Idiota. *B. Maria ſpiraculum hominis.* Thren. 4. — Cantic. 7. Guillelm. *B. Virgo ſolicita pro Chriſtianis.* — Hailgrin. — *Religioſi Chriſto & Virgini quàm gratiſſimi.*

A tur villæ? Totus ipſe orbis, in quo ſiciſ degunt, ager dicitur; & ruſtici qui agunt in ſeculo, ſoli conuentus religioſi habentor pro oppidis, & vrbibus, aut ſi mauis hæ ſunt villæ, & horti, & paradiſi: in quibus ſponſus, & ſponſa, Chriſtus Ieſus, & Virgo mater ad animi vitæque delicias commorantur. Ac de religioſis quidem cœtibus illud optimè poteſt intelligi, *Emiſſiones tuæ paradiſus*, &c. Canticorum quarto. Ad Virginem matrem ſermo à Filio eſt. Ab illa enim velut ab horto & paradiſo Dei vti propagines ac ſurculi oriuntur omnes religioſæ familiæ (vt vniuſcuiuſque natales conſideranti patebit) ſub illius patrocinio florent tam pul-
B chra virtutum, meritorum, graduum, & officiorum varietate, vt vnaquæque religio Dei paradiſus iure optimo habeatur; quem Dei mater gratia plena iugiter irrigat, ac fæcundat.

*Margin note:* Cant. 4.

## SECTIO XXII.

*Abſcondit ſe Adam, & vxor eius, à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi.*

1. AD Dei voces conſternati latebras quæſierunt, atque inter denſiſſimas paradiſi
C arbores ſe occultarunt à facie Domini: nam in medio ligni, ſiue arboris (poſito ſingulari pro plurali) valet idem atque in medio nemore, vbi maior erat arborum denſitas. Intelligunt alij arborem illam ſcientiæ, quæ ſuperius dicta eſt eſſe in medio paradiſi, & cuius fructum vetitum edentes peccarunt. Nam cùm adhuc iuxta illam ſediſſent, ſubita trepidatione conterriti ſub arboris viciniores opacitate ramorum delituerunt. Sed vide (inquit D. Chryſoſtomus *homilia decimaſeptima in Geneſim*) quàm inſipientes faciat peccatum; abſcondere ſe tentant à Deo, qui vbique præſens eſt. Talis eſt peccantium conſuetudo, vt tametſi occultari non poſſint, oc-
D cultari tamen velint, & ſtudeant. Meritò ſanctus Doctor ſubnotauit impudentiam peccatorum, quòd ſe à Dei conſpectu abſcondere niterentur, ac non minùs imprudentes, quòd in tali loco. Nam (ait Chryſoſtomus) ſicut flagriones, & ingrati quidem famuli, cùm non poſſint à domino ſuo occultari, huc & illuc in angulos domus incurrere ſolent metu illorum conſcientias concutiente: ita & hi nullum inuenientes effugium, in ipſa domo, paradiſo inquam, verſantur. At verò D. Auguſtinus *libro vndecimo de Geneſi ad literam, capite trigeſimotertio*, docet, Adam id feciſſe perturbatum animo, atque ignarum, quid faceret, non verò, quòd exiſtimaret ſe à Dei oculis fugere, & occultari potuiſſe. Neque id mirum: ſæ-
E piùs enim euenire ſolet, vt homines animo turbati adeò ſint impotes ſui, vt multa efficiant, qualia dementes & furioſi agere ſolent. Verba D. Auguſtini ſunt. Cùm Deus auertit intrinſecus faciem ſuam, & fit homo conturbatus; non miremur hæc fieri, quæ ſimilia ſunt dementiæ; per nimium pudorem ac timorem. Illo quoque occulto inſtinctu non quieſcente, vt ea neſcientes facerent, quæ aliquid

*Margin notes:* S. Chryſoſt. *Peccator inſipiens putat ſe occultari Deo.* — S. Chryſ. *Adã & Eua ſerui fugitiui domini.* — S. Auguſt. — *Peccator turbatur inſtar dementis.* Procop.

aliqiid ſignificarent, quandoque ſciturіs poſteris, propter quos iſta conſcripta ſunt. Sic Auguſtinus.

*Non à Deo, ſed ad Deum fugiat peccator.*

Putaret aliquis male Adamum aduentante Deo ſe abſcondiſſe: id enim erat vnicum ſuæ ſalutis remedium detrectare; cæcum hominem à luce, pollutum ab aqua, ſitibundum à fonte, ægrum à medico, naufragum à tabula, imò, & à portu, atque adeò mortuum ab ipſamet vita profugere; icircò enim filius ille prodigus rediit ad patrem in quem peccauerat: Etenim, vt eleganter ait D. Auguſtin. 1. *confeſſ.* 18.

S. Aug.

Prodigè filius diſſipauerat, quod dederat pater proficiſcenti; at dulcis tamen pater: quia dedeeat, & egeno redeunti dulcior. Ad Deum potiùs fugiat Adamus peccator, ſed pœnitens; non ſolùm enim innocentibus, ſed peccatoribus, & oſtium apertum, & brachia expanſa Deus habet. Placuerunt quidem Deo ſaltus & tripudia Ioannis in vtero matris ſanctificati; ſed etiam grati, & iucundi fuerunt eidem ſaltus, & tripudia Dauid peccatoris, & pœnitentis ante arcam Domini, vt egregiè admonuit D. Nazianzen. *orat. 4. contra Iulian.* vbi rectè adiunait Nicetas. Si o minus, vt Ioannes ab vtero, at certè, vt Dauid ob requiem arcæ, *quæſtione ſecunda.* Quaſi dicat, ſi non vt innocens, at ſaltem, vt pœnitens ad Deum accede.

*Innocens, ac pœnitens Deo commendãs.*
S. Nazianz.
Nicetas.

Vera ſunt hæc omnia, ſed nihilominus plures ad ſalutem ducunt viæ, aliáque non minùs certa inſiſtens Adamus abſcondit ſe. Pulchre D. Ambroſius *libro de paradiſo, cap.* 14. in hanc ſententiam ait. Habent remedium, qui ſe abſconderunt. Nam qui abſconditor, erubeſcit; qui erubeſcit, conuertitor; ſicut ſcriptum eſt Pſal. 6. *Confundantur & conuertantur valde velociter.* Conſimilis eſt commentatio Procop. ſic habet. Quòd latebras petunt, quibus occultantur, ne veniant in conſpectum Dei; nihil aliud eſt, quàm deficere à Dei puriſſima mente; non tamen vt Cainus. Nam hic abiit è conſpectu Domini, ita, vt ſe non ampliùs offerret illuminandum Deo, & gratiæ particeps fieret. Qui celantur, exiſtimant ſe ampliùs curæ eſſe Domino: at propter peccati ſordes non habent poteſtatem & libertatem colloquendi cum Deo. Sic ille. Itaque iuſtus ille pudor (in peccati ſordibus venire ante faciem Dei) extitit; meruitque ipſius Dei miſericordiam.

S. Ambr.
Pſalm. 6.
*Pudor prævius conuerſioni.*
Procop.
Irenæus.

S. Irenæus *lib.* 3. *contra hæreſes, cap.* 37. ex timore ac pudore ſimul factum exiſtimat, vt Adam ſe abſconderet. ſic autem ſcripſit. Adamus timore corripitur, & abſconditur, non quaſi poſſet effugere Deum, ſed confuſus quoniam tranſgreſſus fuerat præceptum Dei, indignum ſe putauit venire in conſpectum, & colloquium eius; timor autem Domini eſt initium intelligentiæ; intellectus verò tranſgreſſionis fecit pœnitentiam. Sic Irenæus. Timeat, & erubeſcat, & confiteatur ſcelera peccator; at peracta confeſſione lætus vultum aperiat. Vtrumque in Lazaro expreſſum legimus *Ioan.* 11. imprimis cùm defunctus iaceret in ſepulchro, & peccatorem adhuc impœnitentem ageret, ligatus erat manus & pedes, & facies eius ſudario erat ligata; vbi verò ad vitam reuocatus à Domino conuerſum à peccato, & iuſtificatum præfigurauit, dixit Ieſus: Soluite eum. Quem locum diſertè pertractans D. Ambroſius *libro ſecundo de pœnitentia, capite ſeptimo,* ſic ait: Quia venia donatus eſt, reuelare faciem, aperire vultum iubetur; non habet enim quod erubeſcat, cui peccatum remiſſum eſt.

Ioan 11.
S. Ambroſ.
*Poſt confeſſionem non eſt quod peccator erubeſcat.*

A 2. Abſcondit ſe Adam à facie Domini. Quàm grauis hic locus ad temeritatem hominis confutandam! quis audeat peccatorum compluium & grauium oppreſſus colluuie ante faciem Dei apparere; ſi timet Adam vnius tantùm peccati reus, & à facie Domini ſe abſcondit? Sed audiamus hac de re D. Bernardum *ſermone de verbis Iob, ex capite quinto.*

S Bern.
*Indigniores venia ſumus, quàm Adam.*

Qui ille pudor erit, quæve confuſio, poſt tanta beneficia, tam tepidos, tam imperfectos, tam vacuos apparere ante faciem Dei noſtri? fugiebat Adam, vt abſconderetur ab eo, poſt vnius vtique pomi vetiti guſtum; quid nos poſt tanta flagitia, poſt tanta facinora præſumemus? Sic Bernardus. Simili argumento cõtendit aduerſus temere pec-
B cantem D. Hieronymus *Epiſt.* 14. ad Mauritij filiam de virginitatis laudibus.

S Hieron.

Adam (inquit) ſemel peccauit, & mortuus eſt: & tu te viuere poſſe exiſtimas, illud ſæpè committens, quod alium cùm ſemel perpetraſſet occidit? Quid ergo? propter arboris fructum Deus hominem morte multauit? non propter arboris fructum, ſed propter mandati contemptum. Ergo non agitur de qualitate peccati, ſed de tranſgreſſione mandati. Et qui dixit Adæ; de fructu arboris non ederet, ipſe tibi præcepit, vt non maledicas, &c. quem ſi aliquo contempſeris, ſi pepercit Adæ, parcet & tibi, imò illi magis parcendum fuerat, qui nouellus erat adhuc & rudis, & nullius antè peccantis, & propter peccatum ſuum morientis retrahebatur exemplo. Tibi ve-
C rò poſt tanta documenta, poſt legem, poſt Prophetas, poſt Euangelia, poſt Apoſtolos, ſi delinquere volueris quomodo indulgeri poſſit, ignoro. Hæc Hieronymus. Profectò hæc tam mira parentum ex peccato conſternatio, plena timoris ac pudoris, fuga, & occultatio ante oculos ſemper obſeruari debet illorum filiis; ne præcipiti ruamus temeritate in peccatum, cùm pro illius merita pœna ſubeundum nobis maneat ad finem vitæ, vt egregiè aduertit D. Bernardus *loco indicato,* malum triplex horroris, doloris, & pudoris. Felix (ait) ſiquidem anima, quæ fiducialiter inimicis ſuis loquetur in porta. *Pſalm.* 67. Quid hic aſtas cruenta beſtia? nihil in me
D funeſte reperies.

S. Bern.
*Morte triplex malum peccatori ſubeundum*
Pſalm 67.

Felicior, cuius opus non arſerit, quem ſuperædificaſſe aurum, argentum, lapides pretioſos examen illud inueniet. Feliciſſimus qui ſine vlla nube confuſionis reuelata penitus facie gloriam Domini ſpeculando in eandem imaginem transformabitur, & ſimilis erit illi videns eum, ſicuti eſt. Ita Bernardus. Malum hoc quod in parentibus primis, iam peccatoribus primò extitit, hæreditarium ſibi, & quaſi teſtamento legatum homines acceperunt, acceptúmque mirificè in vita obſeruant. Peccant timirum & abſcondunt ſe à facie Domini: dant iuxta Prophetam ſcapulam recedentem, retrò Deum ipſum, monita, conſilia, leges, minas, ſupplicia, præmia; mortem denique ipſam, & ſubſequentem deinde æternitatem
E obliti, & velut nihili curantes.

*Peccatoris inſenſibilitas.*
Zachar. 7.
S. Bern.

At monet D. Bernardus, vbi ſuprà. Horror (inquiens) in exitu, dolor in tranſitu, pudor in conſpectu gloriæ magni Dei. Vnde nobis iſta diſſimulatio eſt? Vnde hæc tam pernicioſa tepiditas, vnde hæc ſecuritas maledicta? Quid ſeducimus miſeri noſmetipſos? quicquid nunc paruipendendo tranſimus, palpãdo tegimus, diſſimulando negligimus, quanto illic cruciatu vindex flamma conſumet?

Hæc Bernard. Ergo timendum & precandum eſt: O Domine, confige timore tuo carnes meas. Timor enim ſalutem animæ procurat. Luculenter autem obſeruat Tertullianus *lib. 2. cõtra Marcionem, cap. 13.* Legimus (inquiens) mali viam latam, & multo frequentiorem. Nonne omnes illaberentur, ſi nihil in illa timeretur? Horremus terribiles minas creatoris, & vix à malo auellimur. Quid ſi nihil minaretur? Hæc ille.

*Timor Dei neceſſarius.* Tertull.

3. Abſconderunt ſe a facie Domini. Rectè D. Ambroſius *in Pſal. 39.* Omnes (ait) videt Chriſtus: ſed qui ſe abſcondit, abſconditur: quoniam qui ignorat, ignoratur: cognoſcit enim eos Dominus qui ſunt ipſius. Ille omnes ſuos vult eſſe, quos condidit, & creauit. Vtinam tu homo non fugias, & teipſe à Chriſto abſcondas. Sic Ambroſius. Pernicioſiſſimum verò eſt Adam ſe, vt peccatorem, abſcondere. Hoc eſt, quod Iob *cap. 31.* nunquam ſe admiſiſſe etiam cum magna quadam deteſtatione profeſſus eſt. *Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celaui in ſinu meo iniquitatem meam. Si expaui ad multitudinem nimiam, & deſpectio propinquorum terruit me.* Hi verſus iuxta L X X. inter ſe coniunguntur, ſiuntque ex illis vna integra ſententia. Loquitur autem apertè de confeſſione peccatorum: ſi qua vnquam commiſiſſet, humiliter, poſtpoſita omni confuſione, audactèque enarrabat. Quod ex Olympiodori expoſitione deducitur, quæ ſic habet. Quæ non eſſet ad rectæ rationis legem expreſſa, confeſſionem non reformidabat. D. Chryſoſtom. Qui (ait) rectè factorum nullum teſtem quærebat, erratorum cunctos eſſe optabat. Longè aliter homines hodie vſurpant; vitia quidem occultant, & ſi quid boni habent, in vulgus, & in forum educunt. Nota, *ſi abſcondi vt homo*, Hebraicè dici, vt Adam, qui ſimul atque peccauit, illicò nuditatem vel arreptis obtexit folijs, & abſcondit ſe. Abſcondi verbum Hebraicè כסה *caſaph*, ſignificat etiam veſtire, operire, vnde Hebraicè חבב *chabab*. Pectus, ſinum, latibulum ſignificare dicitur. Hæc vitioſa eſt filiorum Adam conſuetudo, vt vitia ſua gerant & foueant in ſinu, in latibulis habeant abſtruſa, ne prodantur: & ſi in ſacramentali confeſſione omnia fateantur, veſtire ſuleant nefario quodam amictu excuſationum. D. Gregorius *lib. 22. moral. cap. 13.* ſic ad hunc locum ſcribit. Hæc ſunt veræ humilitatis teſtimonia: & iniquitatem ſuam quemque cognoſcere, & cognitam voce confeſſionis aperire. At contrà vſitatum humani generis vitium eſt, & latendo peccatum committere, & commiſſum negando abſcondere, & conuictum defendendo multiplicare. Ex illo quippe lapſu primi hominis hæc argumenta nequitiæ ducimus, ex quo ipſam radicem traximus culpæ. Sic namque ille, dum lignum vetitum contigiſſet, abſcondit ſe à facie Domini inter ligna paradiſi: in qua abſconſione, ſcilicet, quia Deum latere non poterat, non latendi effectus deſcribitur, ſed affectus notatur. Quare Iob ait: *Si abſcondi peccatum meum quaſi homo*, hominis quippe eſſe proprium conſpicit, quòd ex parentis veteris imitatione deſcendit. In qua occultatione homo non ſe Domino, ſed Dominum abſcondit ſibi: agit quippe, ne omnia videntem videat, non autem ne ipſe videatur. Ita Gregorius. Iobi humilitatem imitatus Dauid innumera nobis reliquit documenta. Qualia ſunt Pſalmo 31. *Delictum meum cognitum tibi feci; & iniuſtitiam meam non abſcondi. Dixi: Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino.* Vbi multa & optima leges apud S. Gregorium de confeſſione ſacramentali. Illud hoc loco non omiſerim. In eo (inquit) euaſurum ſe credit, ſi ſibi iratus ſe ſine moderatione accuſat. *Si tu remiſiſti*, &c. Attende quanta ſit indulgentiæ vitalis velocitas, quanta miſericordiæ Dei commendatio, vt confitentis deſiderium comitetur venia, antequam ad cruciatum perueniat pœnitentia; ante ad cor remiſſio perueniat, quàm confeſſio in vocem erumpat. Ita Gregorius. Et tu remiſiſti impietatem cordis mei. Ita legit S. Auguſtinus, & colligit: Audiens vocem confeſſionis in corde, antequam voce proferretur.

S. Ambroſ. *Abſcondere ſe à Deo perniciosum.*

Iob 31. *Confeſſio vſitata ſancto Iobo.*

Olymp.

S. Chryſ.

*Hominis vitium propria occultare vitia.*

S. Gregor.

*Confeſſio peccatorum deficitis hominis.*

Pſal. 31.

A

S. Greg.

S. August.

B Nota pro huiuſmodi & ſimilium intelligentia vſitatum fuiſſe antiquis genus quoddam publicæ confeſſionis, offerendo oblationem pro peccato. Vnde abſcondere peccatum idem eſt, atque nullo ſigno exteriùs præbito, nullo ſacrificio, aut oblatione publicitus peracta ſignificare hominem ſe peccaſſe in aliquo, cuius expiationem tali ſigno curaret. In lege gratiæ, vt Dominus honori & famæ peccantium conſuleret, confeſſionem ſacramentalem inſtituit auricularem, qua nihil ſacratius & ſecretius eſſe poteſt. Nihilominus hæretici contra tam admirabile Dei beneficium, támque ſacroſanctum pœnitentiæ Sacramentum, virulentas linguas diſtringunt; ridéntque auricularem confeſſionem. Sed tempus C erit, cùm in gehenna illis erit fletus, & ſtridor dentium. Rectè verò (vt occurrit S. Pet. Chryſolog. *ſerm. 47.*) quàm malè ſtrident ibi, qui hîc malè rident.

*Confeſſio inſtituta à Chriſto & innixa hæreticis.*

S. P. Chryſ. *In inferno impiorum riſus punietur.*

4. Hinc etiam exiſtit illa omnium maxima laus, & prærogatiua confeſſionis: quòd in ea peccata deteguntur à pœnitente, detectáque omnino in ſempiternum obteguntur. Vera enim Dei ſententia eſt: *Si impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor*, Ezechiel. 18. Controuerti ſolet inter Theologos, an in die iudicij reuelanda ſint etiam peccata iuſtorum, imò tam tunc beatorum? Communior affirmat opinio. Non deſunt tamen boni autores, vt eſt Magiſter ſententiarum, Vigerius, & alij qui negent. Ego D quidem, quamuis communiorem ſequor ſententiam, ſubiciam tamen ſummorum in Eccleſia Dei patrum vera & incorrupta teſtimonia, quibus ea pars quæ negat, comprobari videatur. Ergo in Pſalmum 31. dicitur: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum.* Ad quem locum D. Gregorius Papa. Tegit Deus peccatum ea, quæ multitudinem peccatorum operit caritate: ſiquis ergo peccata ſua tecta eſſe deſiderat, Deo ea per vocem confeſſionis oſtendat. Si nobis peccata noſtra imputauerimus, non ea nobis imputat Deus. Clariùs mul- E to de imputatione, accuſatione, ac reuelatione delictorum in die iudicij declarant D. Hieronymus: Quorum tecta ſunt peccata; hoc eſt, vt hîc reuelentur per pœnitentiam, ne in iudicio reuelentur. D. Ambroſius: Obſtruit os inimici accuſatoris, qui ipſe de ſe fuerit ante confeſſus. At (inquies) nónne legitur in Apocalypſi: *Et libri aperti ſunt?* Reſpondet Theodoretus ad locum Pſalmi. Ita Deus peccata oblitterat, vt ne veſtigia quidem horum remaneant. D. Petr. Chryſolog. *ſerm. 3.* Tegit peccata Deus per vim amoris non videndo. D. Bernard. *ſer. 23. in Cant.*

*Confeſſionis ſumma laus.*

Ezech. 18.

Mag. ſent. Viger.

*An peccata tà confeſſa in die iudicij reuelanda ſint.*

Pſal. 31.

S. Gregor.

S. Hieron.

S. Ambr.

Apoc. 20. Theod.

S. P. Chryſ.

S. Bern.

Stat

Stat propoſitum Dei, ſtat ſententia pacis ſuper timentes eum, ipſorum & diſſimulans mala, & remunerans bona, vt miro modo eis non modò bona, ſed & mala cooperentur in bonum. O ſolus verè beatus, cui non imputauit Dominus peccatum! Nam qui non habuerit peccatum, nemo. Quis accuſabit tamen aduerſus electos Dei? ſufficit mihi ad omnem iuſtitiam, ſolum habere propitium, cui ſoli peccaui. Omne quod mihi ipſe non imputare decreuerit; ſic eſt, quaſi non fuerit. *Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat, quia generatio cæleſtis ſeruat eum*, dicitur 1. Ioan. 3. Generatio cæleſtis, æterna prædeſtinatio eſt, qua electos ſuos Deus dilexit, & gratificauit in dilecto filio ſuo. Hos ergo aduerti, quaſi nunquam peccaſſe, quoniam etſi qua deliquiſſe videntur in tempore, non apparent in æternitate; quia caritas Patris ipſorum cooperit multitudinem peccatorum. Hæc Bernard. Genebrardus ad hunc locum, cuius peccata tecta ſunt, & velata, ne videantur, & pateant oculis Dei ad imputationem & vindictam: neque amplius ſint in memoria, quaſi eorum obliuiſcatur ob veniam, & condonationem. Hæc ille. Titelm. Quorum peccata per remiſſionem plenariam ita ſunt tecta & operta, vt ea Deus vltrà non aſpiciat, non recordetur ampliùs, ſuntque veluti poſt tergum proiecta, & per obliuionē deleta. Quibus Deus ita perfectam conceſſit peccatorum omnium remiſſionem, vt nullum omnino peccatum in eis ipſe agnoſcat. Sic ille. Qui fieri ergo poteſt, vt diabolus in die iudicij publicitus conteſtetur peccata iuſtorum, quæ Deo ſunt oblita, ſicque deleta, quaſi nunquam fuiſſent patrata? Nicetas *in Oration. 40. D. Gregor. Nazianz.* Teguntur peccata per pœnitentiam, vt ea Dominus non imputet, nec in rationem vocet. Ergo libri, in quibus peccata fuerant ſcripta, non aperientur in die iudicij, ſi illa omnino ſunt obliterata.

*1. Ioan. 3.* · *Genebrar.* · *Titel.* · *Nicetas.*

5. Confirmari etiam poteſt hæc ſententia teſtimonio illo Apoſtoli 1. Corinth. 11. *Si noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.* Vbi ſermo eſt de confeſſione ſacramentali, in qua iudicia fiunt, quæ à Propheta Domini incruda vocantur, *Pſalm.* 118. Et fortaſſe non reuelari peccata iuſtorum in die iudicij, non imputari, non accuſari: ſed omnino eſſe obliterata, quaſi nunquam fuiſſent; & ab ipſius Dei memoria quodammodo excidere, non de omnibus peccatis intelligendum eſt, ſed de iis tantùm, quæ iam accuſata, iudicata, damnata, punitáque ſunt in iudicio confeſſionis, & à ſacerdote vicem Dei gerente condonata & abſoluta ſunt. Deus enim non bis iudicat aut punit idipſum. Quod diſertiſſimis verbis docet Doctorum omnium in Eccleſia D. Auguſtin. Quem ſi legiſſent graues alioqui Doctores, hanc ſententiam non deſpicerent. Sic igitur Auguſtin. *ſerm. 66. de tempore, qui ponitur 3. in prima Dominica Quadrageſimæ.* Quiſquis ſeipſum accuſat in peccatis ſuis húc diabolus non habet iterum accuſare in die iudicij: ſi tamen confitens pœnitendo deleat, quæ fecit, nec iterum renouet, quæ egit. Ita Auguſt. Quid quæſo ad veritatem huius ſententiæ commendandam dici poſſet ab Auguſtino luculentius, & illuſtrius? quem, vt videntur, ſecutus Hugo Cardinalis ad hunc verſum ſic diſſerit. Quorum tecta ſunt peccata, hoc fit per confeſſionem, qui enim detegit Deo peccata in confeſſione, tegit illa diabolo, vt non poſſit legere ea ampliùs in chirographo ſuo, nec accuſare in die

*1. Cor. 11.* · *Pſalm. 118.* · *S. Auguſt.* · *Egregia ſententia D. Auguſt. pro Confeſſione.* · *Hugo.*

iudicij: vnde in Pſal. 36. *Reuela Domino viam tuã, & ſpera in eo, & ipſe faciet*; ſcilicet id quod ſequitur *Educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tanquam meridiem*, ideſt, in die iudicij oſtendet te iuſtum eſſe. Illi autem qui tegunt Domino, non tegunt diabolo peccata ſua, illi maledicti ſunt; quia quod modò tegunt celando, reuelabitur in die iudicij. Ezechiel. 16. *Nudabo ignominiam tuam coram eis.* Oſe. 2. *Statuam eam nudam ſecũ iuxta diem natiuitatis ſuæ.* Vnde Dominus maledicet eis Iſai. 29. *Væ, qui profundi eſtis corde, vt à Domino abſcondatis conſilium, quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt, quis videt nos?* &c. Hactenus Hugo. Ad hanc doctrinam ampliùs aſtruendam nonnihil conducet celebris illa hiſtoria, de qua in libro qui dicitur Pratum ſpirituale, mentio fit. Vehebantur naui complures vtriuſque ſexus. ſubitá coorta tempeſtate naufragium in oculis: vitæ iam nulla ſpes; ſola de ſalute animæ cura. Sacerdos ſimul aderat. Ergo omnes iam de vita deſperabundi, ſua quiſque peccata omnia etiam grauiſſima publicitus contenta voce confitetur. Cæterum diuinitus ſubinde diſſerenauit tempeſtas; nauis portum ſecura & incolumis ſubiit. Egreſſi omnes ad vnum ſalui vectores. Deus bone, nulla omnino de peccatis in naui confeſſis memoria relicta eſt, recordabantur quidem ſubitò illo malo omnes confeſſionem publicam feciſſe & audiſſe, quid verò peccati, aut auditum aut dictum, nihil omnino deinceps in mentem rediit. Subtiliter autem Rupertus iſta verba, *Abſconderunt ſe in medio ligni*, expendens, ſic ait. Abſcondendo ſe vterque à Deo ſibi inſipienter prouidit tanquam impœnitens; non ſolùm enim iniquitatem ſuam non annunciauit, & non ſolùm oratio eius Dominum Deum ſuum non præuenit, ſed audita voce eius adhuc latere voluit. Deinde Abbas abſconſionem iſtam non tam ad corpus, quam ad animam referendam putat: occuluere nimirum eorum animos in peccato, nec per confeſſionem oris tanquam per apertam ianuam Deo aduenianti occurriſſe, & clamanti reſpondiſſe. Sed præſtat audire Abbatem. Abſconſionem (inquit) hic oportet intelligi, non tam corporis, quàm animi, quem Deus maximè requirit, quomodo ſecundùm animam abſconderunt ſe in medio ligni? videlicet amando concupiſcentiæ vitium, quod contraxerant per fructum ligni: nam quandiu peccator blandum amat vitium, tandiu clauſus & abſconditus animus preſſum tenet oris oſtium, & ad Deũ vocantem non egreditur per ſimplicem confeſſionis occurſum. Vnde ipſe Dominus: *Omnis qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt nõ arguantur opera eius*, Ioan. 3. Hoc verè eſt abſcondi à facie Domini Dei, quòd talis non mereatur videre faciem Domini, eo quòd ſe ab illo quantum in ipſo eſt, abſcondat. Et rectè quiſque in eo vitio dicitur abſconditus, quo delectatus per confeſſionis ianuas nuſquam egreditur, cubante cum illo deceptore ſuo diabolo, de quo Iob 40. *Sub vmbra dormit, in ſecreto calami, in locis humentibus.* Hæc Rupert. Pulchrè ſacramentalis confeſſio ianua dicitur, ſcilicet, per quam anima cum diabolo vno ſub tecto, vno in lecto commorans, repudiato tandem aduerſario ſe proripit, & vocanti Deo occurrit: per quam à tenebris, & vmbra mortis ad lucem, & vitam euadit. *Ego ſum ad oſtium, & pulſo*, Apocal. 3. Nimirum, pulſat Dominus oſtium cordis & oris vt aperiatur per cõfeſſionem. Tardat vocanti, & pulſanti ſponſo

*Pſal. 36.* · *Ezech. 16.* · *Oſeæ 2.* · *Iſai. 29.* · *Hiſtoria admirabilis de confeſſione.* · *Rupert. Abſcondit. mali ſe Adam à Deo.* · *Rupert.* · *Confeſſio ianua eſt.* · *Ioan. 3.* · *Iob 40.* · *Apoc. 3.*

A pigra illa, & dormitans anima aperire; ergo ille declinat, *Cant.* 5. Non intrat enim Deus ad animam, quę ſe malè tenet occluſam in peccato, nec fores aperit per confeſſionem; aliò longè diuertit Deus à peccatore impœnitente, fitque peregrinus ab illa anima, & viator in terra, *Ierem.* 14. Hanc ianuam valde ſtudet aduerſarius appoſitis feris verecundiæ ac timoris nobis occludere, vt in nobis regnet illud dæmonium quod erat mutum, *Luc.* 11.

Cant. 5.
Ierem. 14.
*Diabolus Confeſſionem impugnat.*
Luc. 11.
Pſalm. 74.

B 6. Dauid *Pſalm.* 74. exorditur: *Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.* Et ſubinde millies repetit in toto libro Pſalmorum, confiteri, & confeſſionem; quæ duplex eſt, altera laudis, altera peccatorum, vt aduertunt ſæpiùs Doctores, & ex cuiuſque loci verbis apertè demonſtratur. Atenim verò D. Aug. in præſentis Pſalmi interpretatione plura diſertiſſimè de confeſſione peccatorum congerit, nobiliora ſeligam, & vt ſors tulerit, hic attexam. Confitere (ait) & inuoca: confitendo enim mundas templum, quò veniat inuocatus. Confitere, & inuoca; auertat faciem ſuam à peccatis tuis, non auertat à te; auertat faciem ab eo, quod tu feciſti, non auertat ab eo, quod ipſe fecit: te enim hominẽ ipſe fecit, peccata tua ipſe feciſti. Non alicui crudeli confeſſus es, non vltori, non inſultatori; confitere ſecurus. Dicitur enim Pſal. C 106. *Confitemini Domino, quoniam bonus eſt.* quid times confiteri? bonus eſt, ignoſcit confitenti; fac confitendo propitium, quem negando non facis neſcium. Confitebimur tibi Deus; exhauſimus corda noſtra confeſſione, retruiſti, mundaſti; confeſſio nos humiles facit; propinqua humilibus qui recedis ab excelſis. Elatus ſi fueris, confiteri non poteris, nec ea quæ negas Deo, neſcit. Itaque confeſſio tua non illum docet, ſed te mũdat. *Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo,* Pſal. 74. Dono (inquit) nunc peccata cõfitenti, nũ parcam poſtea contemnenti. Pſal. 4. *Dicite in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris cõpungimini.* Cubile cor eſt. Quot habes ibi compunctiones facinorum, tot habe illic punctiones confeſſionum. D *Præueniamus faciem eius in confeſſione,* Pſalm. 94. præueni in confeſſione, veniet mitis, quem feceras iratum. Hæc omnia D. Aug. I nunc hæretice, & deliramenta illa bacchica tuorũ pſeudoprophetarum confeſſionem ſacramentalem irridentium, confer cum Gregor. Mag. cum Ambr. cum Auguſtin. cum Hieronym. cum Theodoret. cum omnibus Eccleſiæ Patribus ac doctoribus vitæ ſanctitate, & ſapientiæ gloria præcellentibus; & non pudet hæreticos inter ſua dogmata circumferre: vnum Lutherum præſtare mille Auguſtinis? at quem illum vnum? primò catholicum, deinde hęreticum; primò monachum, deinde apoſtatam, vxoratum, vita, & lingua infamem. at quibus mille Auguſtinus? Cùm vnus in E Eccleſia Dei habitus ſemper & nominatus ſit Doctorum lumen, & ſanctorum columen, & Eccleſiæ columna, & hæreſum omnium, atque hæreticorum malleus.

S. Auguſt.
*Pro confeſſione multa ex S. Aug. congeruntur.*
Pſal. 106.
Pſal. 74.
Pſal. 4.
Pſal. 94.
*Summa ſtultitia hæreticorum.*

7. Abſconderunt ſe. Rectè Philo Hebræus miratur *lib. Allegoriar.* Et poterit aliquis abſcondi a Deo, cùm nec mundũ nec partes eius effugere valeat? minimè quidem. Deinde inferiùs ſubiicit. Quiſquis à Deo fugit, confugit ad ſeipſum. at quàm triſte quàm vanum, quàm nullum hoc perfugium? id quidem eſt à vita in mortem, à cœlo in gehennam procidere potiùs, quàm profugere. Sapienter igitur monet D. Auguſtin. *in*

Philo Hebr.
*Fugere à Deo & vanum & malum eſt.*
S. Aug.

A *Pſalm.* 74. Prorſus non eſt quò fugias à Deo irato, niſi ad Deum placatum. Vis fugere ab ipſo? fuge ad ipſum. S. Ephrem Syrus *ſerm. de vita religioſa*, videtur in bonam partem accipere iſtam Adami abſconſionem: precatur enim Dominum: Illuc quæſo benignitate tua introducas me; abſcondárque ibi in medio arborum paradiſi: ac locum videam, vbi Adam occultatus eſt, cum claritate, & lætitia, illícque benignitati tuæ gloriam & honorem offeram, quia preces ac lacrymas meas exaudiſti, & cunctas iniquitates meas deleuiſti. Sic Ephrem. vel de vita religioſa, vel de ipſius perfectione loquitur. Ego verò nulla ratione habita ſenſus allegoriei exiſtimo iſtam B Adami abſconſionem, ſic in bonam partem accipi poſſe, vt à Deo ipſo, qui pœnitentiam peccatoris expectabat, cúmque ad ſuam gratiam atque amicitiam reducere conabatur, confuſus Adam timens, ac tremens, fugitans turbatus, ſui neſcius, latebras quærens, lucifugus, atque miſere afflictus in pœnam ſceleris eſſe videretur. *Bonum mihi, quia humiliaſti me, vt diſcam iuſtificationes tuas,* Pſalm. 118. vbi ſic D. Ambroſ. Hoc ſequutus Apoſtolus, *Placeo mihi*, ait, *in infirmitatibus*, 2. Corinth. 12. humiliaſti me, hoc eſt, Incommodis exercuiſti, quod aperuit Symmachus ſcribens: Profuit mihi, quòd afflictus ſum. Ergo qui humiliatur non deiiciat animum, neque frangat, C ſed magis humiliando proficiat. Eodem Pſalm. *Prius quam humiliarer ego deliqui.* Alia editio habet: Ego neſciui. Quamuis humilitas iſta, hoc eſt, velut quædam deiectio perturbationis, non virtus ſit: virtutem tamen ſæpè generat, & fit non pœna, ſed remedium delinquentis. Humiliatus eſt, vt poſſit reconciliationem mereri. Hæc Ambroſius.

*A Deo in Deum fuge.*
S. Ephrem.
*Adam pra humilitate fugit.*
Pſal. 118.
S. Ambr.
2. Corinth. 12.
Symmach.
*Humiliatio vtilis peccatori.*

8. Vſitatus Dei mos eſt, antequam hominem ad ſublimem aliquem gradum euehat, illum deprimere, atque humiliare. Quod ſignificat de ſeipſo Dauid Pſalm. 17. *Diſciplina tua ipſa me docebit.* Hebr. humiliatio tua ipſa me multiplicauit & auxit. Genebr. Diſcat ergo multiplicationem & augmentum diuinæ gratiæ poſitum in humi- D litate, & ſuppſius contemptu atque humiliatione, qui à Deo eleuari deſiderat. Et qui ſe videt à Deo humiliari, proculdubio ſperet quamprimum vt ab ipſo eleuetur. Eſt enim humiliatio pignus honoris à Deo conferendi. Sic manus Moyſis *Exod.* 4. leproſa priùs apparuit, quæ ſubinde portentis, & prodigiis cælo, terra, marique edendis percelebranda inter homines erat, de qua ſic Theod. *quæſt.* 10. *in Exod.* Dextera Moyſis quæ admiranda illa perpetrarat, cùm priùs fuiſſet leproſa, ſignis diuinis inſeruiuit, & elementa mutauit. Quæ res Moyſem etiam admonuit non ſuperbire debere, ſed agnoſcere naturam, cum recordatione dextræ lepra priùs infectæ. Sic Theod. Ex quo ampliùs colliges humiliationem E præcedere ante honores, rerúmque magnarum titulos; ne homo in altum euectus ſuperbia, ſed ſuæ infirmitatis & miſeriæ recordatus, quicquid bonum, aut illuſtre, & excellens habet, aut operatur, id totum Deo attribuat, glorietúrque ipſe in infirmitatibus ſuis cum Apoſtolo. Euaſit D. Paulus ex naufragio in Melitam inſulam, omnes, qui in inſula habebant infirmitates, accedebant, & curabantur, *Actor.* 28. Sed quis non videat, quàm multis & grauibus afflictatus antea fuerit calamitatibus Paulus tot miraculorum effector? Reus capitis in ſeditione comprehenſus, ligatus catenis inter milites, Impetatori

Pſal. 17.
Genebr.
*Humiliatio pignus honoris.*
Exod. 4.
Theod.
*Moyſes humiliatus vt eleuetur.*
Actor. 28.
*S. Paulus humiliatur, & eleuatur.*

ſiſten

ſiſtendus Romæ, fractâ naui,& vix tabula ſuper-
enatans emerſit in littus. Deinde illa eadem dex-
tera Pauli, quæ tot & tam inaudita operabatur
miracula, priùs congregauit ſarmentorum mul-
titudinem,& impoſuit ſuper ignem,& quod mi-
rabilius adhuc eſt, viperæ inhærentis morſu tē-
tata eſt; quod videntes barbari dicebant: Vtique
homicida eſt homo hic, qui cum euaſerit de na-
ui, vltio non ſit eum viuere. At obſtupuerūt In-
ſulani manum Pauli à vipera quidem nihil mali
accepiſſe: planè in mirum innocentiæ illius te-
Procop. — ſtimonium. Etenim (vt egregiè adnotauit Pro-
cop. *in 3. Geneſ. ad illa verba, multiplicabo ærumnas,*
&c.) vipera, quæ mordicus inuaſerat Pauli ma-
num, hanc deſerit non enim reperiebat cau-
ſam, ob quam morſum infigeret; ea cauſa erat
peccatum. Sic ille. Poſt tantam ergo humilia-
tionem Paulus, & innumera edidit miracula, &
à Melitenſibus illis, vt ſcribitur, multis honori-
bus honoratus eſt. *Humiliamini ergo ſub potenti*
1. Petr. 5. — *manu Dei vt vos exaltet*, 1. Petr. 5. *Vita veſtra abſcō-*
*dita eſt cum Chriſto in Deo. Cùm apparuerit vita ve-*
*ſtra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria*, ad
Ad Coloſ. 3. — Coloſſ. 3. præcedit igitur, abſcondi, ſubſequitur,
*Humiles in terra, glorioſi in cælo.* — apparere. Priùs eſt neſciri in terra, deinde regna-
ri in gloria. Ad quem locum ita D. Ambroſ. 3.
S. Ambr. — *offi: ior. cap. 5* Fugiamus iactantiam, prædicari non
expetamus; melius eſt hic eſſe in humilitate, ibi
in gloria. Sic Ambroſ.

9. Impulſu etiam quodam diuino primos
*Crux aſylum peccatoribus.* — peccatores ad arborem tanquam ad aſylum ſe
contuliſſe putandum eſt, vt ſignificaretur vni-
cum perfugium peccatorum, quod ſubinde con-
ſtitutū eſt in arbore crucis, in qua crucifixus eſt
Dominus Ieſus, quam mente præuidens Prophe-
Pſalm. 90. — ta compoſuit Pſalm. 90. *Qui habitat in adiutorio*
*Altiſſimi*, &c. Vbi adiungitur: *Scapulis ſuis obum-*
S. Aug. — *brabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis*. D. Auguſtin.
commentatur: Ante pectus ſuum te ponet vt
alis ſuis te protegat, ſi quaſi pullus infirmus fu-
gias, ſub alas matris, ne à miluo rapiaris, &c. Item
Pſal. 89. — in Pſalm. 89. dicitur, *Domine, refugium factus es no-*
S. Ambr. — *bis: factus es mihi in ſalutē*. D. Ambroſ. *li. 3. de fide,*
1. Cor. 1. — *cap. 3.* locum iſtum cum illo Pauli 1. Corinth. 1.
*Qui factus eſt nobis ſapientia*, &c. coniungit, atque
ſic exponit. Hic myſterium paſſionis exprimi-
tur. Sapientia igitur mea crux Domini eſt, re-
demptio mea mors Domini eſt. Idem in Pſalm.
45. prædictum verſum expendens. Confugiſti
ergo (inquit) ad Chriſtum. non deſeras fun-
damentum, confirmatorem tuum non derelin-
quas; vt te qui ſuſcepit, ipſe tueatur, & mercem
ſuam priùs animarum noſtrarum negotiator a-
Theod. — gnoſcat. Hæc Ambroſ. Theodoret. exponens
verſum ſupradictum: *ſcapulis ſuis obumbrabit tibi.*
Propugnator (ait) tibi erit, téque bello petitum
operiet. poſuit ſanè hoc ea tranſlatione eorum,
qui primarij in acie conſiſtunt, & humeris ſuis
eos, qui à tergo ſunt, operiūt. Ergo ex hac Theo-
doreti explicatione poteſt effugi diuinam iuſti-
tiam aduersùs peccatores in acie & in armis ſta-
re; at Chriſtum Dominum crucifixum ſe oppo-
nere ad excipiendos ictus diuinæ vindictæ, ho-
mines verò à tergo Domini protegi, obuelari-
Hugo. — que. Hugo Cardinalis exponit ſub aſcellis, qui-
*Crucifixus Dominus nobis refugium.* — bus accipiuntur, cùm aliquid timent pueri. Nos
quidem pueros ſenſibus vocat Apoſtolus, & quid
non timebimus inſenſati pueri, qui Patrem Deū,
tam multis, iiſque grauiſſimis contumeliis affe-
cimus? Ergo ſub brachiis Domini Ieſu crucifi-
xi occultamur, & fouemur, & ſecuri viuimus. Quam

A verò locus ille & latè & ſecurè pateat omnibus
ad perfugium, videtur ſignificari verbo, *obumbra-*
*bit*: facit enim hunc ſenſum, vt bene Genebrard. — Geneb.
adnotauit, ſublatis ſcapulis ſuis obumbrabit te.
Chald. vertit, vmbra diuinitatis eius obumbra-
bit tibi; & ſub vmbra gloriæ eius ſecurus conſi-
ſtes. Nomine autem gloriæ crucem Domini ſi- — *Crux Domini gloria.*
gnificari, facilè ſibi quis perſuadeat, ſi cum Eu- — Euthym.
thymio expendat locum illum Luc. 9. *Loqueban-*
*tur de exceſſu eius*. Verba Euthymij ſunt: Quædam
exemplaria non ἔξοδον, ideſt, exceſſum, ſed δόξαν,
ideſt, gloriam habent: nam gloria quoque ap-
pellatur crux ipſa, aliis ſiquidem omnibus pro-
brum erat, vtpote magnorum pœna criminum;
ſoli verò Chriſto gloria facta eſt, magni videli-
B cet erga nos amoris præmium. Quis enim gratū
habens animum, audiens, quòd qui omni dignus
erat honore, huiuſmodi pro noſtra ſalute per-
peſſus eſt ignominiam, non glorificabit illū? Eſt
igitur crux gloria eius. Moyſes autem & Elias
dicebant, exceſſum eius, & gloriam eius: hoc eſt,
loquebantur de exitu, vel de gloria eius ſiue de
cruce eius, quomodo crucifigendus erat. Sic Eu-
thym. Sed quis prætereat illam alteram vitæ ar- — *B. Maria perfugium hominum.*
borem Virginem Dei matrem, de qua dici opti-
mè poſſit, *Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi,*
*& fructus eius dulcis gutturi meo*, Cant. 2. Certè — Cant. 2.
Spiritus ſanctus ſuperuenit in illā, & virtus Al-
tiſſimi obumbrabit ipſam, ex quo facta eſt arbor
tanta ramorum, ac foliorum opacitate, vt quoſ-
C cunque etiam ſceleſtiſſimos peccatores obum-
bret & protegat. Fugite ô Adam, & Eua, fugite
ipſorum liberi, & abſcondite vos a facie Dei ira-
ti & vindicantis, ſub vmbram, ad brachia, intra
ſinum Dei matris Mariæ, ipſa eſt homicidis ci-
uitas refugij, ſpes vnica peccatorum, reorum &
ſupplicium ara ſacroſancta, naufragantibus ſta-
tio beneſida carinis; miſericordia eius ſuper
omnia opera eius. Dulciter admodum D. Bern. — *B. Maria miſericordia ſuauiſſima.*
*ſerm. 4. de aſſumpt.* Laudamus (inquit) virgini-
tatem eius, humilitatem miramur; ſed miſeri-
cordia miſeris ſapit dulciùs, miſericordiam am-
plectimur cariùs, recordamur ſæpiùs, crebriùs
inuocamus. O Domina mundi, deſideraſti Ver-
bum Dei hominem fieri. vidiſti, & poſſediſti.
D fructus eius tibi dulciſſimus; mater enim illius
fuiſti, ille tuus. ſediſti ſub ipſius vmbra, nimirum
quia (vt explicat Rupert.) non ſtetiſti ad horam — Rupert.
ſub vmbra, vt interdum patereris carnis æſtum,
interdum haberes refrigerium, ſed continuò ſe-
diſti: quia ſemper pacem habuiſti, iugiter ſub
vmbra illius quieuiſti. Sic ille. Igitur ô Virgo
Dei mater, fac nos fideles ſub vmbra tua, ab æſtu
vitiorum, ab arbore libidinum immunes & quie-
tos, in pace tecum & cum Filio tuo conſidere.

E
## SECTIO XXIII.

*Vocauit Dominus Deus Adam, & dixit ei:*
*Vbi es?*

1. EMphaticè ponitur articulus nomini Adā,
האדם *ha Adam*; quaſi dicat, vocauit illū
Adamū, quem mūndo vti alterum Deū præfece-
rat, quíque nihilominus Dei lege contempta
maluerat ſerpentem audire; illum Adam, qui è
ſummo primæuæ innocentiæ ac felicitatis ſtatu
deiectus, pudore deinde ſuffuſus, metúque per-
culſus à facie Dei aduentantis intra opacitatem
arboris,

arboris, male ſolis amictus ſe abdiderat. Nec enim admittenda eſt verſio, vocantis hominem, vti etiam valde impropria foret: Abſcondit ſe homo, & vxor eius, vbi ſimiliter Hebr. ponitur האדם *ha Adam*. Quare illa regula quorundam; affixa non adhiberi nominibus propriis affirmantium, vera omnino haud eſt, cùm ſæpius aberret. Chald. & LXX. vertunt, Adam, vt & vulgata: hinc videas, quàm leui fundamento nitantur, qui contendunt, non Adamum, ſed hominem alium gigantem aliquem intelligi ſepultum in Hebron, de quo ſcribitur *Ioſue* 14. Sic

Ioſuæ 14. *Adam ſepultus in Hebron.*

enim habet vltimus verſus: *Adã maximus ibi inter Enacim ſitus eſt*. Hebr. האדם הגדול בענקים הוא. *ha Adam hagadôl baghanaquim hu*. Ille Adam, ille magnus in Enacim ipſe. Luſitanè, O Adam, ô grande, &c. Vt ergo iſti aſtruant ſuam regulam cùm hic affixum præponatur nomini Adam, dicunt eſſe commune ſignificans hominem, non verò proprium, vt accommodarunt primo parenti; ſed pygmæorum iſthæc rixa eſt contra illum Herculem D. Hieronymum qui de locis Hebr.

S. Hieron.

atque in Epitaphio D. Paulæ. Item in 27. Matth. Adamum protoplaſtum hoc loco Ioſue intelligi, ſepultúmque eſſe in Hebron affirmat, quod etiã D. Iſidor. aſſerit. Lyra. & alij. Emphatice quo-

S. Iſidor.

que dicitur Hebr. ויאמר לו איכה *vaiomer loaiecah*, & dixit ei vbi tu? Sic vertit Chald. Ac primò quidem videtur hæc Domini Dei compellatio Adamum excitare ad ingentem pudorem habendum, vt ſuam agnoſcat miſeriam. Pudeat illum dejectum ex tam ſublimi faſtigio in tã turpem ac deplorandam ignominiam. Qui pudor ſit peccatori primus ad reſipiſcentiam aditus, ac pœnitentiæ ianua. Bene igitur D. Ambroſ. *lib. de paradiſ. cap.* 14. Quid eſt (inquit) Adam vbi es? id eſt, non in quo, ſed in quibus es? non interrogatio eſt, ſed increpatio. De quibus bonis, de qua beatitudine, de qua gratia, in quam miſeriam recidiſti? dereliquiſti vitam æternam, & attumulatus es morti, conſepultus errori. vbi eſt illa tua bene ſibi conſcia confidentia? timor iſte culpam fatetur, latebra præuaricationem. Vbi ergo es, hoc eſt, non in quo loco quæro, ſed in quo ſtatu? Quò te perduxerunt peccata tua, vt fugias Deum tuum quem antè quærebas? Hæc Ambroſ. Similiter Procop. Vbi es? ſcilicet, quo deſcendiſti, aut quò veniſti, quo redactus es? Quis ergo pater tanta cura & clementia perditum quæſiuit filium, dolens quòd ſuæ dignitatis oblitus in tantam miſeriam deuolutus ſit? Sic ille. Non vocauit autem Dominus Euam, ſed Adam, vt qui fœminæ caput & dux eſſet; præterea, quia cùm ad pudorem habendum excitaret peccatorem, multo maior ſuberat ratio Adamo, quàm Euæ ad verecundiam; [illegible]o enim ſexus fortior, eo peccatum eſt ignominioſius, & erubeſcentia de admiſſo ſcelere maior eſſe debet. Rectè proinde adiungit D. Ambroſ. Fortaſſe moueat, cur antè increpatur Adam, cùm mulier antè guſtauerit? Sed à præuaricatione ſexus infirmior cœperit, à verecundia fortior; vt fœmina erroris cauſa fuerit, vir pudoris. Sic Ambroſ.

*Deus pudorem incutit Adamo.*

S. Ambroſ. *Adami ſtatus miſerrimus.*

Procop.

S. Ambr. *Maior in Adam, quàm in Eua poſt peccatum pudor.*

2. Ad maiorem erubeſcentiam confert cognitio delicti, vt quàm fœdum illud ſit & quàm graue expendat Adamus, quod Tertul. 2. *contra Marcion. cap.* 25 ſic eleganter oſtendit. Inclamat Deus, Adam vbi es? Enimuero oportebat conſcientia peccati deliteſcentem, euocatum prodire in conſpectum Domini, non ſola nominis inclamatione, ſed cum aliqua iam tunc admiſſi ſugillatione. Nec enim [illegible] modo, id eſt, interrogatorio [illegible] dum eſt: Vbi es Adam: ſed impreſſo, & incuſſo, & imputatiuo; Adam, vbi es, id eſt, in perditione es, id eſt, iam hic non es; vt & increpandi & dolendi [illegible] vox ſit. Hæc Tertul. D. Chryſ. *hom.* 17. *in Geneſ.* diſertiſſime proſequitur calamitates, in quas Adam ex peccato ſuo recidit, quas à Domino ſignificari oſtendit ſua illa vocatione. Sic ait: Quaſi ita diceret ad illum: Quid factum eſt? in alio te loco reliqui, in alio te inuenio? Vnde tibi hoc accidit: quis te in tantam viciſſitudinem induxit? quis latro, vel fur, ſi ſemel omnes diuitiarum ſubſtantias auferens, in tantam te inopiam deduxit? Vnde nuditatis ſenſus tibi contigit? quis tibi autor fuit, quòd ablatum à te ſit veſtimentum illud admirabile quo amictus eras? Quæ repentina hæc mutatio? quæ tempeſtas, ita ſubitò omnes tuas merces demerſit? quid accidit, quòd ab eo, qui tanta tibi beneficia præſtitit, & in tantum honorem te erexit, occultari, atque, quem nunc timens deliteſcere ſtudes? Num adſtat tibi, qui accuſet? Num premunt teſtes? Vnde tanta formido, tantuſque metus te inuaſit? Ita Chryſ. inter alia notabis pulchrè comparatum eſſe Adamum, & naufrago, cuius nauis innumeris ac pretioſiſſimis onuſta mercibus tempeſtatum vi miſerabile fecit naufragium; & ditiſſimo mercatori, cuius ædes opulentiſſimas perfregerunt latrones, bonaque omnia, miſero etiam vulneribus inflictis ſemianimi relicto, diripuerunt. Simile qui de quacunque anima, quæ in peccatum incidit, egregie philoſophari poſſimus cum Philone Hebræo, cuius verba ſunt *lib.* 2. *allegor.* Adam vbi es? Idem valet, ac ſi dicat; quò deueniſti ô anima, pro qualibus bonis qualia elegiſti mala? à Deo vocata, vt fieres virtutis particeps, vertis te ad vitium? & cùm frui ſit datum arbore vitæ, id eſt, ſapientia, ſaturata es ignorantia, corruptionéque; quia maluiſti mortis animæ infelicitatem, quam veræ vitæ felicitatem. Hæc Philo. Quare hæc Dei compellatio non locum quærit, ſed ſtatum, vt notauit D. Ambroſ. Et vt paucis verbis totum comprehendat D. Chryſ. *homil.* –. *Antioch.* ſic explicat; Adam vbi es? alibi te reliqui, & alibi nunc inuenio, reliqui in fiducia, & gloria, nunc autem inuenio in confuſione & ſilentio. Sic ille. Denique per ſuam iſtam adeò emphaticam interrogationem ducere vult Dominus peccatorem, vt infeliciſſimum peccati ſtatum agnoſcat; pudeátque ac timeat, & ad pœnitentiam excitetur.

S. Chryſ.

*Naufragium Adami deploratur.*

*Adam direptus & vulneratus à prædonibus.*

Phil.

*Peccatoris ſtatus infeliciſſimus.*

S. Ambr.

S. Chryſoſt.

3. Porrò autem quia peccator cùm delinquit, & ſeipſum neſcit, & Deum, Deique legem ac maieſtatem ignorat, omnis enim peccans eſt ignorans. *Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant*, Pſal. 81. *Homo non intellexit, comparatus iumentis*, &c. Pſal. 48. *Neſciui, anima mea conturbata eſt*, Cant. 6. *Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus*, Pſal. 13. In pœnam tanti ſceleris, ipſe quoque peccator a Deo neſciri dicitur; *Amen dico vobis, neſcio vos* Matth. 25. Quod D. Gregor. *lib.* 2. *moral. cap.* 4. hunc locum expendens ſic effatur. Adam vbi es? quia lapſum vidit in culpa iam ſub peccato, velut ab oculis veritatis abſconditum, quia tenebras erroris eius non approbat, quaſi vbi ſit peccator ignorat. Ita Gregor. Et quidem oſtenditur in his verbis quoddam obſcuriſſimum chaos, in quo iaceat peccator, qui à Deo receſſit, ad quem ſolum, qui necedunt

*Peccator neſcit Deum neſcitur à Deo*

Pſal. 81

Pſalm. 48

Cant. 6.

Pſal. 13.

Matth. 25.

S. Greg.

cedunt illuminantur, *Pſal.* 33. Sic autem D. Gregor. 2. *moral.* cap. 9.

S. Gregor. *Peccator ſe demergit in chaos.*

Vnuſquiſque per peccatum proiicitur, ibi occultatur, & quaſi perditus, vbi ſit neſcitur, quando iuſtitiæ lucem, in qua cum Deus poſuit, derelinquit. Hinc eſt illud, Adam vbi es? quaſi dicat, quia te in luce, qua poſui, non inuenio, demonſtra vbi te poſuiſti? Hæc Gregor.

Rupert. *Peccator pertiens inueniat ſe.*

Rupertus ad hunc locum ſimiliter ediſſerit: Hoc benignitas quærentis intendebat, vt is qui quærebatur, ſeipſum inueniret, & ſciret quid perdidiſſet, quid commeruiſſet. Sic ille.

4. Ad hanc Domini compellationem dupliciter Adam reſpondere poſſet, ſi tam vehemens illa mentis conſternatio, non mutum & elinguem reddidiſſet.

Phil.

Primò quidem, vt Philo Hebr. indicato loco conſiderat; ſi quærenti, vbi es? reſpondeatur; nuſquam.

*Peccator nuſquam eſt.*

Nullum enim locum habet mali hominis anima, cui vel inſiſtat, vel inſideat, ideo malus Græcis dicitur ἄτοπος. Sic enim appellant malum, cuius nuſquam vſus eſt. Talis autem eſt homo inciuilis, fluctuans ſemper, & agitatus, vagúſque in morem incerti flatus, nullius omnino amicus conſtantis ſententiæ. Hæc ille. Nota ex iſta Philonis commentatione quanta ſit mentis inconſtantia peccatoris, qui ſine loco dicitur, quem nuſquam, hoc eſt, in aliquo certo & præfixo loco, aut rationis & iudicij termino, ac limite,

*Peccator irrequietus.* Pſal. 11.

vel ipſe Deus qui videt & nouit omnia, non inueniat, ſed quærat vbinam ſit? In circuitu enim impius ambulat, *Pſal.* 11. & à peccato in peccatum irrequieto motu circumuoluitur. Secunda reſponſio poſſet reddere infelicitatem ſtatus, in quem decidit.

Philo.

Sic ergo Philo: Adam vbi es? vbi ſum, audi: vbi hi, qui Deum videre non poſſunt? vbi qui Deum non audiunt; vbi, qui ab autore omnium rerum volunt ſe abſcondere; vbi qui virtutem fugiunt, vbi qui exuti ſunt ſapientia, vbi qui metuunt, tremúntque præ infirmitate, timiditatéque animæ. Hæc Philo. Habet etiam hæc Domini vocatio quod amet potius, quàm timeat peccator.

S. Ambr. *Vocatio Dei ſpem & animoſitatem peccatori.*

Nã, vt bene aduertit D. Ambroſ. *de paradiſ. cap* 14. Hoc ipſum quod vocat, indiciũ ſanaturi eſt, quia Dominus quibus miſeretur, & vocat.

S. Chryſoſt.

Hanc eandem Dei vocationem miſericordia plenam exiſtimat D. Chryſ. ita inquiens, *hom. 7. citata.* Nunquid ipſum omnino perdidit, quod iuſtitiæ ratio exigebat? Sed non hoc fecit Deus, nec abominatus eſt eum, qui ſe tam ingratum in benefactorem exhibuit; ſed ad ipſum venit, ſicut ad ægrotum medicus. Sic ille.

*Peccator ad confeſſionem excitatur.* Theoph.

Scilicet bonus medicus dum nomine ipſo compellat peccatorem, excitat vt vlcus ſuum detegat medico, vt confiteatur. Cùm enim (ait Theophilus) eſſet miſericors, præbuit occaſionem pœnitendi & confitendi.

Rabban.

Rabbanus Maurus. Adam vbi es? Verba (inquit) increpantis ſunt, & ad confeſſionem cogentis: adhuc vt redeat per pœnitentiam vocat, quia non vult mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. Ergo non eſt deſperandum de quibuſlibet peccatoribus, dũ & ipſi impij ad ſpem indulgentiæ prouocantur.

S. Gregor

D. Gregor. vbi ſuprà: Per hoc quod vocat, Adam vbi es? ſignum dat quia ad pœnitentiam reuocat.

Tertull.

Tertul. *lib. 4. contra Marc. cap.* 20. Vt confeſſionem certè prouocaret, vt timorem probaret. Quia verò Adamus propter pudorem & timorem aufugerat, & in latebras ſe abdiderat, nec vocem ipſam edere aut audebat aut poterat; Deus ipſum compellando ſpe omni, & fiducia replet ad loquendum, & confitendum:

S. Chryſ.

quod ita Chryſ. aduertit. Adam vbi es? Non (ait) ignorat vbi moraretur, ſed quoniam iis, qui peccauerunt, os conſutum eſt, peccato linguam auertente, & conſcientia ipſum cohibente, & ſtupidi remanent, ſilentio tanquam quodam vinculo coërciti. Volens itaque Deus ipſum in fiduciam erigere, per colloquium, & vt confideret, facere, & in eorum quæ admiſerat purgationem inducere, vt aliqua frueretur venia, ipſum prior ipſe vocauit, anxietatis multum appellatione recidens, & expellens timorem, óſque per hanc aperiens appellationem. Ita Chryſ.

5. Vide hinc quàm graue malum ſequatur ex peccato, à Deo nimirum aufugere, os occludere ad confeſſionem: quare tunc ſecurus regnat diabolus, & in pace eius ſunt omnia, cùm peccatorem reddit elinguem & mutum. Diſce quæſo ab illo pœnitente, qui ad Dominum ait,

Pſal. 31. *Confitendi ratio optima* S. Greg.

Pſal. 31. *Delictum meum cognitum tibi feci.* in quo verſu ampliùs videas modum ac rationem, quam obſeruare debeas in confeſſione tuorum criminum, vt peracutè aduertit D. Gregor. *in eundem Pſalm.* hiſce verbis. Plus eſt delictum cognitum facere, quàm manifeſtare. Ille enim delictum cognitum facit, qui non ſolùm quod fecit annunciat, ſed etiam omnem peccati cauſam & originem narrat. Qui non ſuperficietenus peccatum loquitur; ſed & quando, & vbi, & quomodo, & ſi vel ignorantia, vel caſu, vel ſtudio deliquerit, confitetur. Hæc Pontifex.

S Bernard.

D. Bernard. *ſerm. 16. in Cant.* pertractans miraculum illud Eliſæi 4. *Reg.* 4. nuncupatum ſupra illa verba, *Et oſcitauit puer ſepties*, ſic ait. Habeo & alias ſeptem oſcitationes, ſeptem videlicet experimenta, ſine quibus vera & certa ſalus rediuiui ſpiritus minimè conſtat. quatuor ad ſenſum compunctionis, tres ad confeſſionis ſonum pertinentia. Senſum ex integro recuperaſſe te ſcias, ſi tuam conſcientiam quadruplici ſentis compũctione morderi: pudore gemino, & gemino metu. Deum cogita factorem tuum, cogita & benefactorem, cogita Patrem, cogita Dominum. Ad primum & vltimum reſpondeat timor, ad media pudor. Deinde omne quod mordet conſcientiam, confitere humiliter, purè, fideliter. Hæc Bernardus. O ſi hæc monita Greg. & Bernardi obſeruarent filij Adam; quàm rectè ac fructuosè pœnitentiam agerent, & quantum huiuſmodi confeſſione ſcelera ſua expiarent, veniam impetrarent, & vberrimos diuinæ gratiæ fructus conſequerentur! At metuit, erubeſcit, fugit, tacet Adamus primus peccatorum, ac primus mutorum, & non confitentium.

*A confeſſione timor & pudor auertit.* S. Ambroſ.

Sciant illi quòd certa ſit & indubitata ſententia D. Ambroſ. *in Pſal.* 37. Vt febres in alto ſitæ non queunt mitigari; cùm foras eruperint ſpem afferunt deſinendi: ita peccatorum morbus dum tegitur, inardeſcit; ſi confeſſionibus proditur, euaporat. Quòd ſi adhuc pudet confiteri peccata ſub ſigillo omnium ſecretiſſimo, & ſacratiſſimo apud Sacerdotem; pudeat etiam non ſequi exemplum illud memorabile Theodoſij Imperatoris,

*Theodoſij pœnitentia publica.* S. Ambroſ.

quem D. Ambroſ. à ſacris, à communione fidelium, ab aditu Eccleſiæ amouit, donec lugeret facinus Theſſalonicæ; ergo ſanctiſſimus Pater Imperatorem publicè confitentem recepit, admiſitque ad ſacrorum communionem, narrátque factum *orat. de obitu Theod.* Strauit (ait) omne, quod vtebatur, inſigne Regium, defleuit in Eccleſia publicè peccatum ſuum, quod ei aliorum fraude obrepſerat, gemitu & lacrymis orauit veniam. Quod

priuati erubeſcant non erubuit Imperator, publicè agere pœnitentiam; neque vllus poſtea dies fuit, quo non illum doleret erroris. Non damnatur quidem pudor in confeſſione, niſi tantùm ille, qui mutum reddit peccatorem ne vlcus ſuum medico aperiat; damnatur pudor qui confeſſionem impedit, non qui comitatur, quam verò iſte ſit laudabilis, ita oſtendit D. Ambroſ. *lib. 2. de pœnit. cap.* 1. Pudor eſt, vt vnuſquiſque crimina ſua prodeat. Sed ille pudor agrum ſuum arat, ſpinas tollit perpetuas, ſentes amputat, fructus adolet. & *cap.* 6. Soluit criminum nexus verecunda confeſſio peccatorum.

S. Ambr.
*Pudor laudabilis in confeſſione.*

6. Inclamat Dominus, Adam vbi es? Et vt bene animaduertit Procop. Inclamando Deus vocem ingeminans, vehementiam deſiderij indicat. Sic ille. Sed cur ô Domine ſic cælo terráque & creaturis omnibus audientibus peccatum hominis ad ſummam illius confuſionem manifeſtas; profectò, vt facilius curetur, ac remittatur. Nam, vt ait D. Auguſt. *tract. de Conſ. vitiorum.* Etiamſi peccatum publicum grauius ſit ſecreto, faciliùs tamen publicum, quam ſecretum curatur. Etenim peccatorem ſecretum nemo admonet, nemo reprehendit, nec ille habet quod erubeſcat in conſpectu hominum; publicum verò, prælati, prædicatores, amici admonent, increpant, iudices puniunt, ipſe timet, & confunditur. Ita que ſæpius, vt & ſceleſtiſſimi peccatores, publicitus, aut puniti, aut conſuli, aut admoniti fiant religioſiſſimi. Certe Dauid quandiu latuit eius peccatum, nec in vulgus prodijt, pœnitentiam non egit, ſimulatque verò à Nathan Propheta reprehenſus, & confuſus eſt patefacti ſceleris ignominia, egit pœnitentiam. Ideo miſericors Deus ſæpenumero permittit, vt peccata publicentur, quo peccator confuſus propter infamiã, & ignominiam peccati illud abominetur, & ad Deum conuertatur, iuxta illud Pſal. 82. *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum.* Vbi S. Auguſtin. Horum facies ſalubriter implentur ignominia, vt quærant nomen Domini: reſpicientes ignominiam peccatorum ſuorum conturbantur, confundendi ſunt, ne confundantur in æternum. Confundantur, vt placeant: pereant, vt permaneant. ad hoc perdendi ſunt, in quantum mali ſunt, vt boni facti inueniantur in æternum. Sic Auguſt. Sed quam admirabile, ô bone Deus, miſericordiæ, & infiniti amoris documentum exhibes erga hominem ingratum, & tuipſius contemptorem? Veniſti, quæſiſti, nomine proprio vocaſti. Adam vbi es? quaſi compatiens dicit, vt intelligit Dionyſ. Carthuſ. Conſuetudo eſt diuinæ clementiæ peccatores blandè & peramanter compellare. Sic Luc. 14. Dominus *Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis prophetas,* &c. Vbi Venerabilis Beda. Hieruſalem non ſaxa, & ædificia ciuitatis, ſed habitatores vocat, quam Patris plangit affectu. D. Chryſ. Geminatio verbi miſerantis eſt, aut nimium diligentis. Nam tanquam ad amicam negligentem amatorem, & ideo puniendam Dominus loquitur. Quid fecit tandem paſtor ille, qui pro vna ouicula quærenda montes arduos, auiaſque peragrauit ſaltus, cum illam tandem à grege inuenit errabundam? anne baculo in caput, aut dorſum impacto, clamans & iracundus, ante ſe procurrentem impulit plagis ad caulas? Audi, & obſtupeſce paſtoris clementiam. Et cùm inuenerit eam, imponit in humeros ſuos gaudens, &c. *Luc.* 15. Pulchrè Gregor. Nyſſ. aduertit. Cùm

Procop.
S. Auguſt.
*Peccatum publicum, quàm ſecretum curatur faciliùs.*
Pſalm. 82.
S. Aug.
*Deus blandè agit cum peccatore.*
Dion. Car.
Luc. 14.
Beda.
S. Chryſ.
Luc. 15.
S. Gregor.
Nyſſen.

paſtor inueniſſet ouem, non puniuit, non duxit ad gregem vrgendo, ſed ſuper imponens humero, & portans clementer annumerauit gregi. Iſta igitur tam ſuaui amoris teneritudine Dominus Adamum appellauit, &, vt luculenter oſtendit D. Chryſ. *hom. illa 7. Antioch.* non Angelum miſit, ſed ipſemet Dominus ad collapſum deſcendit, iacentem releuauit, & ſolus ad amicum malefacientem, & in magna conſtitutum procella deuenit. Prima profectò vox ſtatim ipſius ineffabilem amorem demõſtrauit. Non enim dixit, ſicut par erat iniurijs affectum dicere: O ſcelerate, & ſceleſtiſſime, tali apud me beneuolentia potitus, tãto decoratus regno, &c. improbum dæmonem & peſtiferum tuæ ſalutis inimicum Domino, & tutore, cui crederes, digniorem duxiſti? quid ille tibi tale demonſtrauit quale ego? &c. Sed non ita Deus; imò à prima ſtatim voce ipſum erexit, & iacentem, & timentem, & trementem cõfidere fecit, prior cum vocans ipſe; quinimo etiam ex ſuo nomine ipſum appellans: Adam, vbi es? Ita Chryſ. Confide peccator: adhuc Pater, & Deus tuus nomen tuum nouit, ac repetit: etiam nunc dicit: Confide fili; vt Patrem tu ipſe tuum inclames, quæras, & priſtino amore proſequaris.

S. Chryſ.
*Deus blandè agit cum Adamo.*

7. Porrò autem aduertendum eſt in textu non coniungi hæc inter ſe, Adam, vbi es? Sed cùm legatur: Vocauit Deus Adam. rectè intelligi poteſt, vt communiter habent Patres & Doctores, vocari, Adam vbi es? quod quidem argumentum eſt immenſi amoris; ſcilicet adhuc Deus quamuis iniurijs ab ingrato homine malè acceptus non illum reſpuit, non ab animo delet, non obliuiſcitur, non indignum iudicat, quem nominet, quem quærat, quem alloquatur? Nullus ergo peccator deſperet, etiam nunc illius nomen à memoria Dei non excidit. Adhuc inclamat: Adam, vbi es? Quòd autem hæc proprij nominis appellatio magni ſit amoris teſtimonium, ſic deinde oſtendit D. Chryſ. hoc eſt legitimæ amicitiæ indicium. Sic & mortuos reuocantes facere conſueuerunt continue ipſorum nomina verſantes, ſicut viciſſim odio habentes, & inimici in quoſpiam diſpoſiti, nec nomine illorum, qui ſe læſere, tolerant commemorari; ideo Saul nullam quidem iniuriam paſſus, multas verò, & magnas iniurias in Dauid machinatus, poſtquã ipſum auerſabatur, & oderat, nec illius appellationem commemorare tolerabat, ſed conſidentibus omnibus poſtquam non veniſſe vidit; quid inquit? non dixit, Vbi eſt Dauid? ſed, vbi eſt filius Iſai? à patre ipſum vocans. Et iterum Iudæi in Chriſtum idem faciunt: quoniam enim ipſum aduerſabantur, & oderant, non dixerunt, Vbi eſt Ieſus? ſed vbi eſt ille? *Ioan.* 5. Sed Deus & in hoc demonſtrare volens, quòd nec peccatum amorem extinxit, nec inobedientia ſuam in ipſum beneuolentiam ſuſtulit. Sed adhuc prouidet, & curam gerit lapſi, ait: Adam vbi es! Ita Chryſ. Nihilominus Tertul. *lib. contra Pſychicos, cap.* 6. ſeueritatem quandam in his verbis Domini agnoſcit, & quidem promeritã valdéque proinde diſſimilem illis verbis quibus Dominus ad Heliam in ſpecu montis Oreb latentem compellauit, 3. *Reg.* 19. Helias (inquit) cùm in ſpeluncam diuertiſſet, quàm familiari congreſſu Dei exceptus eſt? Quid agis hîc Helia? multo amicior iſta vox, quàm: Adam vbi es? Illa enim paſto homini minabatur, iſta ieiunio blandiebatur. Tanta eſt circumſcripti victus prærogatiua, vt Deum præſtet homini contubernalem, parem reuera pari. Hæc Tertul.

*Fiduciam Deus peccatori præſtat.*
S. Chryſoſt.
*Nomine proprio compellare ſignum amoris.*
1 Reg. 20.
Ioan. 5.
*Odio reticetur nomen proprium.*
Tertull.
3. Reg. 19.
*Ieiunium hominem reddit Deo parem*

Tertul. Nota pro commendatione ieiunij Heliam blandiùs, Adamum verò duriùs à Domino compellatum. Et fortaſſe ideo etiam timens, fugitans, ac erubeſcens Domini conſpectum ferre non potuit Adam, quia vetitum cibum epulatus eſt. Helias verò Dominum aſpexit, quia ventre vacuo, & arido cibo (vt inquit Tertul.) peruenit in montem. Peracuta eſt obſeruatio D. Chryſ. *ſupradicta homil.*

S. Chryſoſt.

Non vocauit (inquit) Euam, non ſerpentem, ſed Adamum, qui omnium leuiſſimè peccauerat; hunc iudicio primùm accerſit: vt ab eo incipiens, qui aliqua poteſt venia potiri, etiam in eam, quæ multum peccauerat mitiorem ferat ſententiam. Ita Chryſ.

*Deus priùs vocat Adamum, vt mitius agat ſumminis cum hac.*

B Præclara ſanè iuxta Chryſoſtomum diuinæ clementiæ commendatio. Iratus Dominus, qui iuſtitiæ ſuæ vim in muliere punienda (vt quæ nocentior fuerit, & marito ſcandalum præbuerit) exacuere debuiſſet: econtrario, vt debilitata iracundia ad illam tandem accederet: primò Adamum ad iudicium vocauit, in quo iuſtitiam ſuam priùs diſtringeret, attemperatam tamen miſericordia; qua videlicet, non omnino videbatur indignus, qui non primò, nec ex ſuo ingenio adinuentor fuerit ſceleris, ſed alieno perſuaſus conſilio ad peccandum corruerit. Non aliter, ac mari concitato ventis, atque vndis ſolet euenire: attollit in altum ſinuoſa fluctuum volumina littoreis minabundum C rupibus; ſed priore ſtatim congreſſu in molliorem arenam expumat, vbi confringit tumentes fluctus ſuos, mitigatóque furore in cautes ſubinde minùs deſæuieſcit. Etſi autem hæc vera ſint, nihilominus Adami peccatum cenſetur grauius, eo quòd ille caput eſſet totius generis humani. Sciebat ille optimè à ſuo peccato ſolùm, non verò à peccato Euæ, originalem culpam, & mortis pœnam, in omne deinceps genus humanum fore tranſfundendam. Quapropter cùm penes illum tota eſſet poſteritatis futuræ aut vita aut mors; aut gratia, aut peccatum; debebat omnino ita ſe habere, vt & ſe & omnem poſteritatem ab originali culpa immu- D nem ac purum redderet.

S. Dionyſ. Carth. *Prælati grauius peccant.*

8\. Dionyſius Carthuſ. aliam longè diuerſam reddit rationem. Vocauit (inquiens) Deus magis Adam, quam Euam: quoniam principalior fuit: ad inſinuandum quòd ſuperiores dum peccant, ſpecialiter fiant reprehenſibiles apud Deum. ſic ille. Lege Prophetarum teſtimonia, & inuenies Deum paſſim & palàm queri de improbis paſtoribus. Hos appellat idola, retia diaboli, auertentes gregem à Deo, non paſcentes, ſed exoſſantes: illis grauiora minatur ſupplicia, vt quibus ſubditorum flagitia referantur. Proh quàm graue pondus imponitur humeris prælatorum! Lamentabatur vicem ſuam ſponſa, quòd ſe minus idoneam ad regendum alias animas, à Deo nihilominus illarum præfectuE ram videret accepiſſe. *Poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui*, Cantic. 1. D. Bernard. *ſermon. 30. in Cantic.* hunc locum cum alio Pauli ſimul coniungit, atque exponit in doctrinam prælatorum: Si quis domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? Miror (ait Bernard.) audaciam plurimorum, quos videmus de ſuis vineis non colligere, niſi ſpinas & tribulos; vineis tamen dominicis etiam ſe ingerere non vereri. Sic ille. Diſcant etiam ex hoc loco (quod bene ſuprà obſeruauit D. Chryſoſt.) Deum non miſiſſe

Cant. 1. S. Bernard. 1. Tim. 3. S. Chryſoſt.

A nuntium, vti aliquem Angelum, ſed ipſummet veniſſe ad inuiſendum ægrotum, ad quærendam ouem. Diſcant igitur prælati quantum ipſis incumbat inuiſere ſubditos, & non pro ſe alios delegare nuncios, qui minùs doleant, & minùs laborent in curando grege. Propterea Dauid Deum ipſum affatur, vt ipſe iam factus homo veniat in mundum, non verò ad id muneris Prophetas mittat, qui tandem nihil, aut parum efficiant.

*Prælati viſitent oues.*

*Tempus faciendi Domine: diſſipauerunt legem tuam*, Pſalm. 118. Aduertit egregiè D. Ambroſ. *ſerm. 16. in eundem Pſalm.* Tempus (inquiens) faciendi, non iubendi, quia non legatus, nec nuncius, ſed Dominus ſaluaturus erat B populum ſuum. Sic Ambroſ.

Pſal. 118. S. Ambroſ.

Diſcant etiam prælati ad exemplum Domini, non exurẽtis fulminibus Adamum & Euam, non terræ abſorbentis hiatibus, non virulento dicterio, & verbis amarioribus exulcerantis: ſed mitiſſima compellatione, & quaſi compatienti eiulatu vocãtis: Adam vbi es? Diſcant (inquam) prælati, vt Bernard. *ſerm. 13. in Cantic.* ſubditorum ſe matres eſſe debere, non dominos. Studeant magis amari, quàm metui. Suſpendant verbera, producãt vbera. Hæc Bernard.

*Prælatorum manſuetudo.* S. Bern.

Denique ex hoc Dei iudicio, qui non ſtatim condemnauit, ſed locum dedit pœnitendi, prior quæſiuit, ad veniam prouocauit, non aſperè egit, non maledictis & minis terruit: C ſed timorem ademit, pudorem ſoluit, fiduciam loquendi & obſecrandi præſtitit: diſcant iudices Chriſtiani præſertim Eccleſiaſti, nõ ſe temerarios, præcipites, furioſos, maledicos, truculentos, carnificéſque exhibere. Ad miſerendum, quàm ad puniendum procliuiores ſunto. Pulchrè in hãc ſententiam Procopius. Ita hunc locum cõmentatur: Adam vbi es? Simulauit ignorantiam; vt maius oſtenderet deſiderium, quo hominis teneretur: & ſic dicendi poteſtate accepta audiens, & viciſſim dicens iudicantis perciperet ſententiam. Audacia ſumpta ex eo, quòd quia non ſtatim apparuiſſet, putaret ſe deliquiſſe in Deum, ad cauſam dicendam accingitur.

*Iudices Christiani inſtruuntur.* Procop. *Deus inſtitutum iudicium cum Adamo egit.*

D 9. Non minacibus, & aſperioribus verbis Deus Adamum vocauit: amiciſſimis ac dulciſſimis peccatorem, imò omnium ſceleſtiſſimum Iudam proditorem verbis excepit Dominus Ieſus: *Amice, ad quid veniſti?* oſculandúmque ſe præbuit beſtiæ illi truculentiſſimæ: atque vt diſertè expẽdit D. Paulin. *Epiſtol. 2.* Eo affectu, quo & inimicos diligi iuſſit, amicum oſculum dedit pacis inimico, dilectionem reddens pro odio, qui pro ſua dilectione odium recipiebat. Sic ille.

Matth. 26. *Chriſti beneuolentia erga Iudam.* S. Paulin.

Sed quæ tanta eſt Domini Ieſu ſuauitas, etiã cùm peccatoribus aliquando minatur? *Omnis* (inquit) *qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor, & ego eũ corã Patre meo. Qui autem negauit me*, &c. Matth. 10. & Luc. 12. Quem locum ſubtiliter exponit ita D. Ambroſ. *lib. 1. de pœnit. cap. 2.* Vbi cõfitetur, pro omnibus confitetur, omnes comple- E ctitur: vbi negat, non omnes negat. Gratiam promittit omnibus, nõ omnibus minatur iniuriam. Quod eſt miſerationis exaggerat: quod eſt vltionis extenuat. Hæc Ambroſ.

*Chriſti manſuetudo etiam cùm iraſcitur.* Matth. 10 Luc. 12. S. Ambroſ.

Fortaſſe illud etiam myſterij latet in hoc diſcrimine loquendi, quod etiam alibi ſæpius inuenitur, quale eſt Ioann. 12. *Si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipſum.* Omnia. Quid hoc ſibi vult; non omnes homines ſalui fiunt, tracti à Domino? an non pauci electi? Igitur S. Aug. Si omnia (inquit) ipſi homines intelligendi ſunt; omnia prædeſtinata ad ſalutẽ poſſumus dicere. Sic Aug. Quare ſoli iuſti &

Ioan. 12. S. Auguſt.

ſancti numerum faciunt · impij & damnati ſunt nihil. Cæterùm quàm admirabilis illa Domini Ieſu dulcedo! Ecce multi publicani, & peccatores venientes diſcûbebant cû Ieſu. Et videntes Phariſæi dicebant diſcipulis eius: Quare cû publicanis & peccatoribus manducat Magiſter veſter, *Matth. 9.* Erant autem appropinquantes ei publicani, & peccatores: & murmurabant Phariſæi; quia hic peccatores recipit, & manducabat cum illis, *Luc. 15.* Vide quò proceſſit Dei facti hominis beneuolentia erga Adamum, hoc eſt, erga peccatores? tanta ſcilicet eſt vt, vel ipſi homines eam, tanquam nimiam, & dedecentem calumnientur. Sed rectè Theophylact. Hoc (ait) exequebatur, cuius cauſa carnem ſuſceperat, admittens peccatores, ſicut medicus ægrotantes. Et D. Auguſtin. *ſerm. 9. de verbis Apoſtol.* Tolle morbos, & tolle vulnera, & nulla eſt cauſa medicinæ. Idem in ea verba Pauli: *Iuſtificati grati per gratiam ipſius.* Si Deus non reciperet confugientes ad ſe, eſſet in eo iniquitas. D. Ambroſius *in cap. 15. Lucæ.* Tres (inquit) parabolas poſuit: ouis, dragmæ, & filij, vt triplici remedio prouocati vulnera noſtra curemus. Chriſtus quaſi paſtor reuehit, quaſi mater inquirit, quaſi pater veſtit. Gaudeamus igitur, quoniam ouis illa, quæ perierat in Adam, leuatur in Chriſto. Humeri Chriſti crucis brachia ſunt: illic peccata mea depoſui; in illa patibuli nobilis ceruice requieui. Hæc Ambroſius. Quis non miretur tam incredibilem commutationem rerum? Abſcondit ſe Adam à facie Domini, fugit ac timuit Deum inclamantem, & inſequentem: nunc autem legimus Erât appropinquantes ei publicani & peccatores. ratio verò eſt, vt mihi videtur, quam aſſignat Apoſtolus: Venit in ſimilitudinem carnis peccati, & habitu inuentus vt homo, *ad Philip. 2.* Ergo Deum hominem indutum ſimilitudine peccati non timent, non refugiunt, homines carnei, & peccatores; indutus pelle ouina Deus oues quærit, agit & paſcit, indutus amictu colorem campi referente, campi pecudes allicit, comprehendit, venatur. Sed cui hanc tam ineffabilem Dei erga nos beneuolentiam acceptam referimus ac debemus, quàm tibi (poſt ipſum met Deum) ô Virgo beatiſſima Dei mater? talem, tam beneuolum, tam noſtri amantem, tam noſtri ſimilem, noſtra indutum carne, hominem pro nobis paſſibilem, ſuauem, ac dulcem infantulum, tuo ex puriſſimo vtero nobis edidiſti. Maria (inquit Bernardus *homil. 2. ſuper miſſus*, matrem ſe agnoſcens maieſtatem illam, cui Angeli cum reuerentia ſeruiunt; cum fiducia ſuum nuncupat filium; nec dedignatur nuncupari Deus, quod eſſe dignatus eſt. Deus cui Angeli ſubditi ſunt, cui principatus & poteſtates obediunt, ſubditus erat Mariæ. Mirare ergo vtrumlibet, & elige quid amplius mireris: ſiue filij benigniſſimam dignationem, ſiue matris excellentiſſimam dignitatem; vtrinque ſtupor, vtrinque miraculum; & quòd Deus fœminæ obtemperet, humilitas abſque exemplo; & quòd Deo fœmina principetur, ſublimitas ſine ſocio. In laudibus Virginum ſingulariter canitur; quòd ſequuntur agnum quocunque ierit, *Apoc. 14.* Quibus ergo laudibus iudicas dignam, quæ etiam præit? Sic Bernard.

*Matth. 9.* — *Luc. 15.* — *Conſtans manſuetus erga peccatores.* — *Theoph.* — *S. Auguſt.* — *S. Ambroſ.* — *Deum carne indutum carnei homines amant.* — *Ad Phil. 2.* — *B. Maria Deum nobis reddidit propitium.* — *S. Bernard.* — *B. Maria Deus Filius obediens.* — *Apoc. 14.*

## SECTIO XXIV.

*Qui ait: Vocem tuam audiui in paradiſo; & timui.*

1. DOlentis voce Dominus Adamum compellauit, vt præmiſſum eſt, & quidem vox illa: Vbi tu, Hebr. איכה *aiecchah*, videtur eſſe compoſita ex *ai*, id eſt, heu, Luſitanè, *ay*, interiectio eſt dolentis, & *ei*, id eſt, tu. reddique poteſt, hei tibi, aut hei vbi tu? aut heu quomodo tu? Etenim Ierem. 2. *Quomodo dicis*; ponitur eadem dictio. & ſimiliter Thren. 1. *Quomodo ſedet*, &c. Hebr. איכה *echah.* lamentatur Dominus infeliciſſimum caſum Adami, at ille non viciſſim lacrymas ſoluit, rumpitúrve in eiulatus ſeipſum deplorando. Iam tunc in figura, & typo adumbrata eſt compatientis Domini commiſeratio, de vulneribus, de ruinis hominis; atque è contrario ingrati & ſtolidi duritia, & barbara exultatio hominis. Quæ duo tandem ſpectauit mundus, cùm Deus factus homo apparuit infans in præſepio, quod D. Bernard. piè ac dulciter, vt ſolet, ſic proſequitur. *ſermon. 3. in natali Domini.* Prædicat ſtabulum, præſepe clamat, membra illa infantilia loquuntur; lacrymæ & vagitus euangelizant. plorat quippe Chriſtus, ſed non ſicut cæteri, aut certè non quare cæteri ſolent. In aliis ſenſus, in Chriſto præualebat affectus. Illi ex paſſione lugent, Chriſtus ex compaſſione. Illi iugum graue quod eſt ſuper omnes filios Adæ, Chriſtus filiorum Adæ peccata deplorat; & certè pro quibus nunc lacrymas fundit, poſtea fundet & ſanguinem. O duritia cordis mei! Vtinam Domine ſicut Verbum caro factum eſt, ita & cor meum carneum fiat! Pudeat itaque propriam negligenter diſſimulare paſſionem, cui tantam à maieſtate tanta exhiberi video compaſſionem. Compatitur Filius Dei, & plorat; homo patitur & ridebit? Hæc Bernard. Deinde verò in eiulatu Domini deplorantis Adamum, & multo magis in vagitibus infantuli Ieſu pro nobis illacrymantis, magna occaſio ſubit pertimeſcendi. Quis enim non ſtupeat ad magnitudinem morbi, illáque perſpecta (ſi negligat medicinam) non deſperet de ſalute; cùm tantum medicum, Deum ſcilicet, ac tam nouam videat medicinam, vt malum curetur, ac ſalus reparetur hominû ægrotorum? Bene igitur adiungit B. Bernard. Dolor, & timor mihi eſt, quia ex conſideratione remedij, periculi mei æſtimo quantitatem. Ecce mittitur Virginis filius, Filius Dei altiſſimi, & iubetur occidi, vt vulneribus meis pretioſo ſanguinis illius balſamo medeatur. Agnoſce ô homo quàm grauia ſunt vulnera, pro quibus neceſſe eſt Dominum Chriſtum vulnerari. Si non eſſent hæc ad mortem, & mortem ſempiternam, nunquam pro eorû remedio Dei Filius moreretur. Sic & medicinæ æſtimatio, & doloris mihi, & timoris exaggeratio eſt. Sic Bernard.

2. Ego verò hinc aliam non minorem fortaſſe cauſam timoris arbitror euenire; vt ſcilicet peccator à tanto medico quæſitus, & ad iam admirabilem inuitatus medicinam, imò adhibitis iam ægroto medicamentis, nihilominus ille non conualeſcat, & quod maiorem ſubinfert deſperationem ſalutis, medicus ipſe ploret ægrotum, at ægrotus rideat, nec ſuam agnoſcat miſeriam, nec ſua doleat vulnera.

*Deus defles Adamum lapſum.* — *Ierem. 2.* — *S. Bernard.* — *Deus plorat: homo videt.* — *Puer Ieſus illacrymans.* — *Summus medicus, & ſumma medicina morbum ſummum demonſtrant.* — *S. Bernard.*

Summa

Summa profectò malorum omnium, ac ſempi- A ternæ, ſine remedio mortis teſtimonium eſt, cùm in ſummis ſceleribus coniuncta pariter mentis quædam inſenſibilitas videtur, qualem is habet qui deſcribitur Prouerb. 23. ad hunc modum: *Et erit ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo, & dicet: Verberauerunt me, ſed non dolui, traxerunt me, & ego non ſenſi.* Hugo Cardinal. explicat; in medio mari, hoc eſt, in vita præſenti, cuius fluctus, & ſolicitudines, & deſideria multos ſubmergunt, ſopitus gubernator amiſſo clauo, remigis, id eſt, ſtudio ſolicitudinis. Nauis quidem eſt anima, ratio gubernator, clauus ſolicitudo. Verberauerunt me dæmones tentationibus, illuſionibus, quæ ſunt verbeta ſpiritualia. Sed non dolui, non ſenſi; vel ignoraui. Traxerunt me in vitia ſeculi, in funiculis vanitatis, & voluptatis. Et ego non ſenſi, quia omnis peccator quaſi ebrius vino voluptatis palatum cordis omnino emortuum habet, nec ſpiritualia vulnera, nec delectationem cordis ſentit. Sic ille. Non eſt prætereunda D. Gregor. 3. *part. paſtor. admon.* 33. expoſitio, quæ ſic habet. Vox percuſſi, & dormientis exprimitur. Mens quippe a cura ſuæ ſolicitudinis dormiens verberatur, & non dolet: quia ſicut imminentia mala non proſpicit, ſic neque quæ perpetrauerit, agnoſcit. Trahitur, & nequaquam ſentit, quia per illecebras vitiorum ducitur: nec tamen ad ſui cu- C ſtodiam ſuſcitatur. In medio autem mari dormit, qui in huius mundi tentationibus poſitus prouidere motus irruentium vitiorum, quaſi imminentes vndarum cumulos negligit, & quaſi clauum gubernator amittit, quando mens ad regendam nauem corporis ſtudium ſolicitudinis perdit. Ita Gregor. Vide quàm graui ſomno conſopitur peccator poſt ebibitum voluptatis vinum (de quo illic ſermo eſt) vt miſer nouis inſuper inflictis vulneribus laceretur, nec tamen doleat; trahatur per abrupta vitiorum, de barathro in barathrum præcipitetur, nec tamen ſentiat. En quale veternum eſt peccatum, vt & vulnerum dolorem, & ruinarum ſenſum D adimat? Contrà verò mira eſt perſpicacitas hominis, & ſolicitudo euigilantiſſima in negotiis huius ſeculi, in captandis vanitatibus honorum, in conquirendis illecebris voluptatum; quod ſtatim adiungit Salomon: *Quando euigilabo, & rurſus vina reperiam?* Hugo Cardin. Euigilabo ad curas ſeculi, & reperiam vina voluptatum. D. Gregor. perſiſtens in expoſitione mentis vitiorum ebrietatibus conſopitæ. Quæ quidem (ait) euigilare optat, vt rurſum vina reperiat; quia quamuis ſomno torporis à ſui cuſtodia prematur; vigilare tamen ad ſeculi curas nititur, vt ſemper voluptatibus deebrietur, & cùm in illud dormiat, in quo ſolerter euigilare debuerat; ad illud vigilare appetit, ad quod laudabiliter dormire potuiſſet. Hactenus Gregor. Planè iſte fuit ſtatus Adami: ad habendum dolorem de pecca- E to, agendam pœnitentiam, veniam a Deo petendam: ſeipſum, ſuæque animæ calamitates, ac vulnera deplorandum, omnino inſenſibilis, ſtupidus, & quaſi lethargo ſoporatus; contrà verò ad ſenſum nuditatis, & calamitatum corporis, ad timoré ſupplicij, & mortis delicatiſſimus extitit.

*Reproborum inſigne.* *Prouerb. 23.* *Hugo.* *Peccatoris inſenſibilitas.* *S. Gregor.* *Ebrius & ſopitus voluptatibus.* *Diligentia in rebus ſeculi.* *Hugo.* *S. Gregor.*

3. Adamus ille fuit homo, qui deſcendebat ab Hieruſalem in Hiericho; & incidit in latrones, qui etiam ſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto, *Luc.* 10. Sic enim

*Luc. 10.*

*Bened. Fernand. in Gen. tom.* 1.

A intelligit Hugo ſuper loco. Notauerim ad hæc ſemiuiuum relictum Adamum, nô omnino mortuum: nam tametſi vere mortuus in anima ſit qui peccatum lethale admittit, ſemiuiuus tamen dicitur, quandiu in ſtatu huius vitæ permanet, datúrque ſpes ad vitam & ſalutem animæ, pœnitentiæ medicamentis recuperandum. Quod ipſe Dominus Deus in illo aduentu ad Adamum; & in ſecundo, quando factus homo redempturus humanum genus in terram deſcendit, apertè demonſtrauit. Pulchrè D. Bernard. ad illas ſuas melle defluentes ſententias adiungit: Sicut grauem agnoſco morbum, cui tanta apponitur medicina, ſic & ex hoc ipſo non incurabilem eſſe coniector. Neque enim B pretioſiſſimas ſpecies fruſtrà inſumeret medicus ſapiens, imò ſapientia ipſa. Porrò fruſtrà inſumi conſtat, non ſolùm ſi abſque eis facilis eſſet curatio; ſed multo magis, ſi & cum eis ſit impoſſibilis. Animat itaque ad pœnitentiam, & accendit vehementiùs deſiderium ſpes concepta. Hæc Bernard. Prodit ex latibulo Adam in conſpectum Dei, reus ante iudicem, prodigus filius ante patrem, cuius ſubſtantiam male operando prodegerat. Reliquum erat, vt peccator in terram procumbens ſuam deploraret culpam, ſuppliciter à Deo quem offenderat, veniam precaretur. Sed incredibile dictu eſt, quanta ſit ignorantia peccatoris; in- C fantiſſimus, & ſtoltiſſimus fit ob admiſſum ſcelus peccator, lumine ſcilicet rationis, ſi minùs offuſo, at certè magna ex parte conturbato, & quidem pudor, ac metus iudicium mentis obtenebrarunt vſque adeò, vt quid in eo euentu ratio ipſa poſtulabat, & perſonam infinitæ maieſtatis, cum qua loquebatur, omnino decebat, nequaquam facere ac dicere animaduerteret Adamus. Cæterùm illa fortè animi ſtoliditas potior cauſa fuit; quare Adam planè ruſticus ſine honoris præfatione Deum alloquatur, non Elohim, non Iehouah, non Adonai; aut quid aliud ſimile nuncupet. O quantum profeciſſet, ſi humiliter ſupplicaſſet! D *Oratio enim humiliantis penetrat nubes*, Eccleſ. 35. Deum ipſum quantumuis iratum, & armatum exarmat, diuinam expugnat iuſtitiam, vt meritò a D. Chryſoſtom. *homil.* 41. *Antioch.* dicatur magna armatura oratio. Rex ille Euangelicus ſeruo ingrato, & barbaro, qui conſeruum, pro leui debito conſtrictum, & penè ſuffocatum in vincula coniecerat, tantum hoc facinus exprobrauit: *Omnia dimiſi tibi quia rogaſti me*, &c. ad ſolius orationis vim expugnatus debitum decem mille talentorum condonauit. *Clamauit ad me, & ego exaudiam eum*, Pſalm. 90. ait Dominus; quaſi dicat, non poſſum non audire & exaudire ſupplicantis clamorem; vim facit oratio, cui diuinum pectus non obſiſtit, cui Dei Patris viſcera cedunt compunctа, debellatáque panduntur. O vis, ô omnipotentia ora- E tionis! Et vt eleganter ac verè D. Bernard. *ſermon. vltim. in Cant.* aduertit: Quàm ſecura aſcendit oratio, ſolo arbitro Deo, ſanctóque Angelo, qui illam ſuperno altari ſuſcipit præſentandam: quàm grata, & lucida verecundo colorata rubore! Hæc ille, &c. *Dilexi, quoniam inclinauit aurem ſuam mihi*, Pſalmo 114. Ad quem verſum D. Ambroſius *Oration. de obitu Theodoſ.* ſic ait: Inclinat ſe nobis, vt noſtra ad Deum aſcendat oratio. Et S. Hieron. Quoniam (inquit) non parui ſumus & humiles,

*Hugo* *Spes ſalutis eſt, ſemiuiuus.* *S. Bern.* *Adami ſumma perturbatio.* *Eccleſ. 35.* *S. Chryſoſt.* *Orationis mira vis.* *Matth. 18.* *Pſal. 90.* *S. Bern.* *Oratio in cælum aſcendit.* *Pſalm. 114.* *S. Ambr.* *S. Hieron.*

& non poſſumus nos extendere & exaltare: propterea Dominus inclinauit aurem ſuam, & dignatur exaudire nos. Ac S. Auguſt. Quia dilectionem ſpes ſolet accendere, dilexiſſe ſe dicit, quoniam ſperauit exauditurum Deum vocem deprecationis ſuæ. Incomparabilis quidem prærogatiua orationis, vt Deus omnipotens in ſolio gloriæ ſuæ conſtipantibus vndique Angelorum millibus, ſubitò ſe dimittat ex throno, inclinétque aurem, vt orationem à terra excipiat aſcendentem.

*Deus inclinat ſe orationi.*

4. *Vocem tuam audiui, & timui.* Quàm impudens reſponſio! Non timebat, quòd Deum offenderat, ſed quòd Deum inclamantem audierat. Sapienter dixiſſet: O Domine, timui te iratum, & meritò iratum, quia grauiter à me læſum. Et quidem huiuſmodi timor filialis ſumme laudatur, imò & ſeruilis ſuam quoque laudem habet. *Caritas* (ait Apoſtolus) *foras mittit timorem.* Profectò non foras mitteret, ſi intus non inueniret: & non eòdem veniret caritas, ſi priùs non ſubintraret timor, qui viam parat, aditum aperit, ædem adornat amori venturo; is vbi ædem occupat non eſt quòd intus timorem vltrà requirat; & foras mittit foràs, vt timor ipſe ianitoris officium præſtet, pro foribus excubet; domum, & Dei amorem in ea manentem tueatur, & conſeruet. *Timor Domini principium ſapientiæ*, Prouerb. 1. Ecce timor habet initia, moratur ad ædes, ſapientiam attrahit, quæ in caritate ex D. Auguſt. doctrina, conſiſtit. *Inuocabunt me, & non exaudiam: manè conſurgent, & non inuenient me, eo quod timorem Domini non ſuſcepsrint*, ibidem. Ecce anima ſine Deo, ad quam non ſubintrat, cuius vocem non audit, à qua etiam dum quæritur, Deus non inuenitur; eo quòd in illam non intrauerit timor Domini, vt pararet Deo eiúſque amori locum. Porrò quàm meticuloſos facit timor peccatorem! *Si malum feceris, time*, ad Roman. 13. Timorem enim non facit Princeps, ſed veſtra malitia, notat D. Chryſoſt. *homil. 23. ad Roman.* Pſalm. 3. pro titulo habet: *Pſalmus Dauid cùm fugeret à facie Abſalon filij ſui.* Et quidem in ſui dedecus, atque ignominiam ita loquitur Dauid; quid enim tam ignominioſum, quàm vt tantus rex, tantus Propheta imò & pater fugerit Abſalonem adoleſcentulum, delicatum, mollem, calamiſtratum, tyronem, rudémque in armis, & filium? Quis ergo timidior, atque infirmior Dauide? An non timore atque infirmitate plena ſunt illa verba, quibus ſuos ad fugam maturare iis incitauit. Surgite, fugiamus: nec enim erit nobis effugium a facie Abſalon. Feſtinate egredi, ne fortè veniens occupet nos, & impellat ſuper nos ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladij, 2. *Reg.* 15. Abulenſ. *quæſt.* 20. *&* 21. putat, Dauid non ex timore id ad ſuos dixiſſe; poſſet enim intra muros ſuſtinere obſidionem, qui in campo audebat congredi cum hoſte; ſed vt maiore ſui & ſuorum humiliatione Dei ſupplicium exciperet, & pœnitentiam ageret & miſericordiam impetraret. Bene id quidem; ſed non eſt negandum in pœnam præteritorum ſcelerum timuiſſe Dauidem, ac præ timore aufugiſſe. rectè hic Theodoret. Seminarium tot calamitatum extitiſſe peccatum oſtendit. Poſt peccatum (inquit) in multas ac varias calamitates incidit Dauid. Nam non ſolùm finitimæ gentes in pugnam bellúmque exarſere, ſed ſua ipſius etiam

S. Ioan. 4.
*Timor non commendatur.*
Prouerb. 1.
*Timor peccantem comitatur.*
Ad Rom. 13.
S. Chryſ.
Pſalm. 3.
*Dauid fugit Abſalonem.*
2. Reg. 15.
Abul.
Theodor.
*Peccatorum Deus deſtruit.*

domus cœpit ſeditione laborare, & peccatum peccato ſucceſſit: Amnonis libidini, homicidium Abſolonis; & fratricidio inſultus contra patrem, & ſubditorum defectio. Cùm enim diuina gratia Dauid perſpiceret, nihil horum ipſum vexabat. Cum verò ob patratum crimen deſtitiſſet: malitia campum occupauit, & tragœdiis digna effecit, malorúmque congeriem protulit. Tunc igitur temporis poſt ſeruum fugiens filium, hunc conſcripſit Pſalmum. Hæc Theodor. Idem *quæſt. 29. in 2. Regum*, fugam Dauide commemorans, Reliquit (ait) rex metropolim, optimam ratus expeditionem fugere ad tempus. Sic ille, præſertim de carnis turpitudine. Sic Ephrem *ſermone de Virginitate.* Habet hoc ſibi familiare concupiſcentia mala, vt mox vbi peccatum ſuum cõſummauerit, iiſdem veſtigiis dolor ſubſequetur. Sic Ephrem. Vertuntur enim roſæ in ſpinas.

*Voluptatem dolor ſubſequitur.*
Ephrem.

5. Sapienter igitur, vt quiſque ſibi caueat à peccato, ne propter illud ſuam iſtam ſuſpſius miſerrimam ac ſæuiſſimam patiatur carnificinam, monet S. Chryſ. *in Pſal.* 3. Vnde eſt fons peccati, illinc eſt plaga ſupplicij. O ſi (vt oportet) animaduerteres, videres tibi moleſtiæ, morbi, dolores, mœſtitiæ, opprobria, perſequutiones, rei familiaris iactura, filiorum, & propinquorum caſus, pericula, funera prouenerunt; peccatum aliquod tuum deprehenderes tot malorum primã extitiſſe originem; qualis enim fons, talis ab illo aqua ebullit. Peccauit Adam, audiuit vocem Dei ad vindictam, vt putabat miſer, properantis; & timuit, & fugit. Subtilis & pulchra interpretatio mihi videtur Procopij, quæ animum pœnitantis Adami valde cõmendat, hiſce verbis. Reuera homo miſerabilẽ emiſit vocem, nempe illam exoptatam, quæ omnia, quæ diues hîc habet opibus, mihi dono dedit. Noui nunc factis, cuius vocem deſpexerim. Sic ille, Sed heus tu, ô Adam, noli fugere (ait D. Bernard. *ſerm.* 1. *in Aduentu*) quia nobiſcum Deus. Ne timeas ô homo, nec audito Dei nomine terrearis, quia nobiſcum Deus, nobiſcum carnis ſimilitudine, nobiſcum carnis vtilitate; propter nos venit tanquam vnus ex nobis, ſimilis nobis, paſſibilis. Ad ciuitatem Nazareth, quod interpretatur flos, aduolauit, & ad ſuauolentem perpetuæ virginitatis florem aduenit, illi inſedit, illi adhæſit, apis noſtra ad nos veniens ſolum mel attulit, & non aculeum, ideſt, miſericordiam, & non iudicium. Hæc Bernard. Sed nihilominus etiam nunc Adamus trepidat ad vocem Dei deambulantis. En, ô homo, non eſt quid timeas, quid fugias; multum verò eſt, quod ames, quod condoleas. Vocem Dei audis non deambulantis, ſed illacrymantis, ſed vagientis in ſinu matris, atque poſiti in præſepio. Audi iam Bernardum *ſerm.* 1. *de Natali.* Quid iam times ô homo, quid trepidas à facie Domini quia venit? Venit non iudicare, ſed ſaluare terram. Olim tibi parſuaſum eſt ab infideli quodam ſeruo, vt furtim tolleres, & imponeres regium diadema capiti tuo. Deprehenſus in furto, quidni timeres, quidni fugeres à facie eius. Fortè enim gladium vibrabat ignitum, nunc in exilio poſitus: in ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Et ecce vox audita eſt in terra, quia dominator aduenit. Quò ibis à ſpiritu eius, & quò à facie eius fugies? Noli fugere, noli timere; non venit cum armis, non venit ad puniendum, ſed ſaluandum requirit. Et ne fortè dicas etiam nunc, vocem tuam audiui, & abſcondi me:

S. Chryſoſt.
*Peccatum cauſa malorum.*
Procop.
S. Bern.
*Chriſti aduentus miſericordia plenus.*
S. Bern.
*Chriſtus in præſepio Adamo timorem excutit.*

Ecce

Ecce infans eſt, & ſine voce. Nam vagientis vox magis miſeranda eſt, quàm tremenda. Aut ſi cui forte terribilis, ſed non tibi: paruulus factus eſt, tenera membra virgo mater pannis alligat, & adhuc timore trepidas? Vel in hoc ſcies, quia non venit perdere te, ſed ſaluare, eripere & non ligare. Iam aduerſùs hoſtes tuos dimicat; duo ſunt tibi hoſtes, peccatum & mors, vtrumque debellaturus aduenit, & ab vtroque ſaluabit te, noli timere, &c. Hæc Bernard. Noli timere (addiderim) ô Adam: en mater Virgo adeſt, quæ Iudicis quidem, & miſericordiæ ſimul mater eſt. ab illo nihil non impetrat, hanc omnibus libenter exhibet. Denique lætari potiùs debet Adam, & B in ſpem erigi veniæ, quòd Deus, quem offenderat, ipſe prior venit, quærit, loquitur, reum vocat. Ecce iſte venit ſaliens, *Cant.* 2.

Cant 2. Apoc. 3. *Deum munitat, ne fugiamus.* Iſai. 30.

*Ecce* (inquit) *ſto ad oſtium, & pulſo*, Apoc. 3. *Aperi mihi ſoror mea*, Cantic. 5. *Expectat Dominus vt miſereatur veſtri*, Iſai. 30. O ſaltem non fugiamus venientem, quærentem, & clamantem! O deſideremus ſaltem aduentum illius, & noſtrum ad illum acceſſum! Vir Daniel vir deſideriorum, *cap.* 9. Ille eſt enim qui animam eſurientem ſatiauit bonis, *Pſalm.* 106. Profectò ô filij Adam; Non nobis (ait D. Hieronym. *in* 4. *Matth.*) ſufficit velle iuſtitiam, niſi iuſtitiæ patiamur famem. Beati enim qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. Nos inopes, ille diues; ſed tamen ille quærit, vt diuites faciat, nos fugimus ne diremur à Domino, cuius (ait S. Ephrem *de virgine.*) nulla ſatietas eſt, vt tibi donet ſuum regnum. At plus illum vrget amor, quàm nos neceſſitas. Mira etiam ac dulciſſima peccatoribus affulget ſpes & fiducia, in ipſa ſuauiſſima Virgine matre Dei, quæ non tam vocibus inclamans, quam materna extendens vbera peccatores ad ſe inuitat. hæc enim ſunt vbera, quæ tam crebro ac dulciter in Canticis commendantur, tum præſertim cap. 5. dicitur: *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli.* Et quidem virginis vbera (vt commentatur Richard.) geminæ dilectionis lac fundunt, quis reis impetrat veniam, & iuſtis gratiam. Meritò etiam miſericordia virginis curſui hinnulorum comparatur, cùm per mundum currat, mundum irriget & fœcundet; & velocius occurrat, quàm inuocetur, & cauſas miſerorum anticipet. Lactas, ô Domina miſericors, dum miſericordiam nobis impetras à Deo pietate replentur vbera tua, vt alicuius miſeriæ notitia tacta lac fundat miſericordiæ, nec poſſis miſerias ſcire & non ſubuenire. Et quid mirum, ſi miſericordia affluis, quæ ipſam miſericordiam peperiſti? Hæc ex Richardo.

Daniel. 9. — S. Hieron. — S. Ephrem. — Cant. 5. — Richard.

## SECTIO XXV.

*Et quòd nudus eſſem, & abſcondi me.*

1. A Prior literæ ſenſus eſt huiuſmodi; præ verecũdia timui dare me in tuũ conſpectum. Noui quidem te ex clamore adeſſe, ego verò nudus eram: nam licèt iam foliis, vtcumque pudentiora membra velauerim, reliquum tamen corpus carebat amictu, atque adeò prorſus indignum, quod tuis oculis offerretur. Non dolebat itaque de reatu culpæ, quam non ita

*Peccator non dolet culpam, ſed pœnam.*

A grauem iudicabat; nec adeò ſollicitus erat de pœna, quam ſperabat leuiorem. Vnicè angebatur de pudore dedecoris ob nuditatem corporis. Quare illud, *& abſcondi me.* cauſale hîc eſt, vt & alibi paſſim, ideo (inquit) abſcondi me, quòd erubui nudus ante oculos tuos venire. Et hanc vnam peccati ſui pœnam dolebat, confuſionem videlicet nudi corporis. Bene Rupertus ad hunc locum: Peruerſus hic timor eſt, qui non facti ſui gerere pœnitudinem, ſed ſolam pœnæ ſuæ ſe fatetur habere confuſionem, perſeuerat hæc vſque hodie peruerſitas in filiis Adæ, vt aliqua pœnas pro ſuis malefactis afflicti, non quod ipſi fecerint, ſed ſemper accuſent, quod ſibi a iudicibus ſuis factum ſit. Hæc ille. Hinc eſt quod naſcimur omnes filij Adam adeò ſtupidi ad vulnera morboſque animæ, vt etiam à dæmonibus lacerati, & peccatorum vlceribus ſanie ac tabe purulenti, denique malarum appetitionum febribus æſtuantes nihilominus doleamus, imò nec ſentiamus quidem. Hierobam rex Iſraël, duorum teſtimonium veri Dei edita miracula ſpectauit, ad vocem Prophetæ altare vbi rex idolis ſacrificabat diſruptum eſt, deinde manus ipſius, quæ contra Prophetam extenſa eſt, ſubitò exaruit, 3. *Reg.* 13. Rectè adnotauit Theodoret. *quæſt.* 42. *in* 3. *Reg.* Et id quidem quod accidit altari, eum non obſtupefecit: ſed id, quod manui, valde anxit. Cæterum ſubiungitur. *Et ait rex ad virũ Dei, Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, vt reſtituatur manus mea mihi.* Theodor. optimè ſubnotauit ſtuporem iſtum regis impeni circa ſuæ animæ ariditatem, quæ nihil habita de ſola manu ſananda curam habuit. Cùm eſſet (ait) valde ſtultus, ſupplex rogauit Prophetam, vt ſibi peteret ab eo, qui eum miſerat, non ſceleris remiſſionem, ſed manus curationẽ. Saul reprehenſus à Samuele de ſacrilegio, & anathemate dixit: *Peccaui, ſed nunc honora me coram ſenioribus*, &c. 1. Reg. 16. Ea verò confeſſione nihil obtinuit a Deo, ratio eſt, quam aſſignat Euſebius Emiſſen. *homil.* 5. *ad Monach.* quia confeſſionem illam nuda magis verba, quam veri gemitus exprimebant, quia non compenſat magnitudinem criminis leuis humiliatio ſupplicãtis. Sed adhuc quæres, vndènam orta eſt iſta ſimulatio pœnitentiæ? Arbitror ex eo, quòd Saul non tam dolebat culpæ ſuæ reatum, quam timebat, ne ob illum priuaretur regno, aut ſaltem a populo minùs coleretur; cui timori medebatur, ſi honoris ergo cum Samuele pergeret ſimul vt adoraret Dominum. Optima eſt adnotatio D. Bernard. in illud, *Ecce nos reliquimus omnia.* Vbi expendit hęc verba Saul is; *ſed nunc honora me.* Indignus (inquit) cæleſti benedictione conuincitur, qui dubio quærit affectu duplici per conſentiunt, aliud E ſibi refugium parans, ſi fortè eam non obtineret contingat, *honora me*, &c. Ad quid tibi hæc honoratio miſer? Hæccine erat tota illa ſupplicatio: Peccaui, ora Dominum pro me? meritò ſanè non pepercit, qui intuebatur cor, falſa non poterat ſupplicatione moueri. Ecce ratio (inquit Caiet.) qua mouebatur Saul ad confitendum peccatum, vt Samuel iret cum eo placatus. Nihilominus in bonam partem ſic interpretatur Procop. Timor inuaſit ob delictum, latebras quæſiuit propter nuditatem. Satis manifeſtam accuſationem hæc verba demonſtrant: ſiquidem nuditas, timor, pudor, delictum prodebant.

Rupert. — 3 Reg. 13. Theod. — *Corporis damna, non animæ dolemus.* — 1. Reg. 15. Euſeb. Emiſſen. — *Saul, falſa pœnitentia.* S. Bernard. — Caietan. — Procop.

2. Profectò delicatiſſimus erat animæ atque

*Ben. Fernand. in Gen. tom.* 1.

T 3 con

*Dauidis conſcientia delicata.*

A conſcientiæ Dauid ſenſus, ex quo eiulatus, lacrymæ, acerbitates dolorum, ſpinarum aculei, vermium morſus, ponderis grauitas, tyrannorum ſæuitia, exactorum tormenta, pœnitentiæ indefeſſa cruciatio, quibus eius Pſalmi pleni ſunt, oriuntur. Et hic tamen ſenſus inerat Dauidi tantiſper, dum Deo gratus, in virtutis

*Peccantium ſtupor.*

ſtudio, ac Dei famulatu perſiſteret. Nam vbi primùm à Deo, virtutiſque commercio deſciuit, & in adulterium voluntatus eſt, penè integrum annum egit ſtupidus, velut ſtipes, aut cautes; nec niſi adacto malleo Prophetæ à Deo miſſi perculſus ad ſe rediit. Igitur ex hoc tanto ſtupore ſolet euenire, vt filij Adam doleant

B ſi quando à Deo huiuſce vitæ incommodis affliguntur, geſtiant verò, cùm proſperè viuam agentes, felicitate, quam vocant, huius ſeculi, potiuntur. Sed audiant Dauidicum illud;

*Pſal. 89. S. Auguſt.*

*Qui nouit poteſtatem iræ tuæ?* Pſalm. 89. Vbi ſic Auguſtin. Valde paucorum hominum eſt noſ-

*Deus miſericorſ caſtigat, iratus parcit.*

ſe, ô Domine, iræ tuæ poteſtatem. Quia pleriſque ita magis, cùm parcis, iraſceris; vt non ad iram, ſed potiùs ad manſuetudinem tuam pertinere intelligatur, labor & dolor, quo corripis, erudiſque quos diligis, ne pœnis excrucientur æternis; ad iram tuam pertinet, quòd nonnullis, quibus plus iraſceris, parcere videaris, vt proſperetur peccans in via ſua, & maiora recipiat in nouiſſimo. Sic

C

*Oſeæ 4.*

Auguſtin. Oſeæ 4. dicitur, *Sicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael.* LXX. vertunt: Sicut

*S. Hieron.*

vacca aſylo percuſſa; declarat D. Hieronym. Inſaniuit Iſraël percuſſus fornicationis ſpiritu. Appoſitè ad mentem Prophetæ illud dicitur à

*S. Ephrem.*

S. Ephrem *ſermon. de virgin.* Concupiſcentia maligna ac ſordida perpetuò furit atque inſanit. Sed quæ tanta, ô bone Propheta, fornicatius

*Proſperitas perniciosa. S. Hieron.*

iſtos manent ſupplicia? Subiicit deinde: *Nunc paſcet eos Dominus quaſi agnum in latitudine.* D. Hieronym. explicat: Ideo paſcentur in lata & in ſpatioſa via quæ ducit ad mortem; & patientia Domini, bonique paſtoris eos enutriet

*Dion. Carthuſ.*

ad interitum. Dionyſ. Carthuſ. hunc locum

D Geneſ. expendens; Iſta reſponſio (inquit) Adami quantum ad formam verborum fuit inſipiens. Cùm enim à creatore nudus eſſet formatus, & in nuditate relictus ſine pudore, non debuit dicere, abſcondi me quoniam nudus ſum, ſed potiùs, quia peccando nunc habeo erubeſcibilem nuditatem. Proh ſtultum peccatorem! Non doluit animæ culpam, ſed nuditatem ſolam erubuit, & de ipſa mera erubeſcentia queſtus eſt. Rectè Bernardus *ſerm. 1.*

*S. Bernard. Nuditas Adami qualis ante & poſt peccatum.*

*in annunciat.* Timui ergo (inquis) eo quòd nudus eſſem. Non ſic miſer, non ſic paulo ante timebas, non quærebas folia, licèt corpore nudus, ſicut & modò. Adde, imò iam ſentiebat Adamus pœnam eſſe, quod fuerat pulchritudo, & honor, ſcilicet veſte non tegi.

E Hæc Bernard. Vide quanta ſit vis diuinæ gratiæ, quæ & nuditatem corporis, non inhoneſtam modò haud faciebat, ſed valde honeſtam ac decoram. Vide quam recti, atque honeſti ſint oculi virtutis, quibus ne ipſa quidem corporis humani nuditas erat inuerecunda, quãta ſit gratia virtutis, qua ſola pro amictu, eóque ornatiſſimo corpora priùs induebantur; quanta

*Peccatum turpat & turbat omnia.*

peccati turpitudo, quo vel ipſa quæ à natura pudorem, aut timorem, aut vitium quoduis ſortita non ſint, accedente peccato impura, horribilia, vitioſiſſimáque redduntur.

A 3. Ergo in hac nuditate & illius erubeſcentia ſignificatur infeliciſſimus ille ſtatus, in quem primus homo ex feliciſſimo ſeipſum deiecit. Huc tandem, ô bone Deus, tuum illud

*Deus hominem fecit, vt benefaceret.*

opus, quod plaſmauerunt manus tuæ, quod tua viſcera exhalarunt, quod tuus amor decoxit, extruxit, concinnauit, huc (inquam) corruit omnino collapſum, ac diſſipatum? Sed ô Deus clementiſſime, commendat immenſam erga nos caritatem tuam noſtra infirmitas, noſtra ruina, noſtra aduersùs te ingratitudo. Eo initio quidem (inquit D. Irenæus, *con-*

*S. Irenæ.*

*tra hæreſ. cap. 28.*) non quaſi indigens Deus hominem plaſmauit Adam, ſed vt haberet, in

B quem collocaret ſua beneficia. Igitur Deus ab initio hominem plaſmauit propter ſuam munificentiam. Itaque nemo aduersùs Deum queratur, quòd hominem tam infirmum, tam inopem, tam indigum creauit, ſcilicet ex puluere. Sic fieri oportebat, vt amplior eſſet diuinæ benignitati, ac magnificentiæ materia: vt quo infirmior & miſerior homo exiſtit, eo diuina bonitas erga illum illuſtriùs proderetur. At dicet aliquis, ideirco Deum formaſſe hominem, vt ſeruum haberet. bene id quidem, ſed vt eleganter adiungit D. Irenæus: Seruitus erga Deum, Deo quidem nihil præſtat, nec opus eſt Deo humano obſequio; benefi-

C cium præſtat ſeruientibus ſibi ob id, quod

*Deo eget homo, non homine Deus.*

ſeruiunt. Eſt enim dives perfectus, & ſine indigentia; propter hoc autem exquirit ab hominibus ſeruitutem, vt quoniam eſt bonus, & miſericors, benefaciat eis, qui perſeuerant in ſeruitute eius; quantum enim Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Dei communione. Hæc eſt enim gloria hominis, perſeuerare in Dei ſeruitute, & propter hoc dicebat diſcipulis Dominus: *Non vos me elegiſtis,*

*Ioan. 15.*

*ſed ego elegi vos*; ſignificans, quoniam non ipſi glorificabant eum ſequentes eum, ſed in eo quòd ſequerentur filium Dei, glorificabantur ab eo. Hæc ſanctus Irenæ. Ad hæc peccauit quidem homo contra Dei, à quo fuerat tam

D inſigniter honoratus, præceptum; eligens potiùs ſub tyrannide iacere diaboli, quàm illuſtriſſima, & imperiis omnibus clariore ſeruitute nobilitari; permiſit tantum flagitium miſericors Deus; vt haberet aliquem cui peccata dimitteret, ait D. Ambroſ. quod ſummum

*S. Ambroſ.*

eſt, & miſericordiæ, & beneficentiæ, atque etiam omnipotentiæ diuinæ monumentum; vbi

*Ruina hominis reparata in melius.*

enim abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia, vt etiam meritò dicatur à D. Ambroſ. felix ruina, quæ reparatur in melius: *in Pſalm. 39.* Contigitque homini hæc peccati tempeſtas, vt alibi ait Tertull. proſpero errore, certa felicitate. Etenim ſi Adam non peccaſſet,

*Tertull.*

non tanta ſui amoris erga illum demonſtraret

E Deus clementiſſimus argumenta, nec illum quæreret, nec vocaret, nec tam familiari & paterno colloquio afferetur, nec ad pœnitentiam inuitaret, nec impetrata reatus venia in gratiam reciperet, nec (quod amplius eſt, imò excedit

*Incarnatio, aut certè redemptio Chriſti ex occaſione peccati.*

omnem humanæ mentis conceptionem, atque appetitionem) pro illo Verbum caro fieret, & habitaret in nobis, vt eſt ſententia D. Thom. aut

*D. Thom.*

ſaltem Deus pro redimendo homine non pateretur ac moreretur, vt lauaret, & dealbaret nos in ſanguine ſuo. Quod opus diuini erga homines amoris tam mirum eſt, vt maius ac mirabilius à Deo præſtari non poſſit.

4. Et

4. Et abſcondi me, inquit peccator. Hæc eſt A dementia peccatorum, putant ſe poſſe latere, abſcondíque à Deo. Optimè S. Bernard. *ſer. 1. de Epiphan.*

S. Bernard.

Adam à facie Dei fugit, ſed non effugit. At iſte timor non videtur à ratione alienus: poſſet enim dicere Adam, quod ſubiicit Bernard. Nónne deſperarem audiens, quia venit ille, cuius legem ſic præuaricatus ſum, cuius patientia ſic abuſus ſum, cuius beneficio tam ingratus inuentus ſum? Sic Bernard. Non effugis oculos Dei (quibus omnia ſunt aperta) cùm in confeſſione ſacerdotem eludis, ſcelera tua non prodis. Tunc illa clamant vehementius, tunc apparent patentiùs in conſpectu Dei & Angelorum, cùm profundiùs (vt putas) obteguntur. Peccator nuditatem operit, & nudum ſe abſcondit, contra B verò ſi quid habet illuſtrius, exponit omnium videndum oculis. Pulchrè in hanc ſententiam David: *Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem tota die*, Pſal. 31. cuius loci optima eſt S. Hieronymi ad hunc modum commentatio. Non protuli confeſſionem ad ſalutem, ideo omnis fortitudo mea in carnis infirmitate conſenuit.

Pſalm. 31.
S. Hieron.
*Deo nihil abſconditur.*

Tacui, vox malorum eſt. tacui, id eſt, tacent illorum peccata, & in confeſſione nolunt dicere. Inueterauerunt oſſa, id eſt, virtutes, quas debuerant habere, inueterauerunt per peccatum dum clamarem, id eſt, clamant ſi aliquid boni habent, per vanitatem demonſtrāt, vt Phariſæus in templo: dum clamarem tota die; in iſtius vitæ momento. Hæc Hieron. Non ſic iuſti, non ſic: quippe cùm non ab Adam ſuperbo, ſed à Chriſto hu- C mili addiſcant. Audi vnum Paulum. *Non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum Eccleſiā Dei.* 1. Corinth. 15.

1. Cor. 15.

Ea ſanctis conſuetudo eſt: quod perperam fecerunt, rependunt quotidie, deplorant, omnibúſque ob oculos ponunt; quod autem ingenuum & eximium, abſcondunt, & obliuione tranſmittunt. Ita S. Chryſoſt. *hom. vlt. in 2. Corinth.*

S. Chryſ.

Abſcondi me; ſic peccatores; ſed perperam nec latere, nec fugere Deum poſſunt: miſeros enim ſequitur, quocunque ierint, ira Dei atque vindicta. Imò frequentiùs (quod & magis Deo proprium) caritas, quæ vrget Deum, fugientes ſequitur peccatores. Illi ſe abſcondūt, D Deus illos comprehendit, detegit, inuitat, vt doleant, lacrymētur, veniam expoſcant. Extremum omnis infelicitatis barathrum illud eſt, cùm peccator Deo ſequenti & comprehendenti non cedit, non obedit; inuitantem refutat, clamantem propellit, medicanti nullum præbet nec doloris ex vulneribus ſenſum. Tria conſiderātur in corpore humano à D. Auguſt. *in Pſal.* 55. ſanitas, ſtupor, immortalitas.

S. Auguſt.
*Stupor peccatoris ſummum malū.*

Sanitas (inquit) ægritudinem non habet, ſed tamen quando tangitur & moleſtatur, dolet; ſtupor non dolet, amiſit ſenſum doloris, tanto inſenſibilior, quanto peior. Rurſus immortalitas non dolet, abſumpta eſt enim omnis corruptio; nullus ergo dolor in corpore immortali, nullus dolor in corpore ſtupido. Non ſe putet ſtupidus iam immortalem: vicinior eſt immortalitati ſanitas dolentis, quàm ſtupor non E ſentientis. Hæc Auguſt. Ergo Adamus ſenſum penè amiſerat, ideo ſtupidus non de propitiando Deo, in quē peccauerat, ſed de fuga, de latebris, de amictu foliorum curauit. Ac primum quidem quod à peccato vbi mentem ſubintrat, expugnatur, eſt ipſum lumen oculorum, quod excæcat; & hinc eſt quare peccator deerret miſer vti cæcus, qualis ille eſt, qui ait: *Lumen oculorum, & ipſum, non eſt mecum*, Pſal. 37. vbi ſic D. Auguſt. Lacuerat

*Peccato lumen rationis obcæcatur.*
Pſal. 37.
S. Aug.

A Adam lumen oculorum ipſius. Nam lumen oculorum ipſius, ipſe Deus erat, quem cùm offendiſſet, fugit ad vmbram, & abſcondit ſe intra ligna paradiſi, pauebat à facie Dei, & quæſiuit vmbram arborum; iam inter arbores lumen oculorum non oſtendebat, ad quod gaudere conſueuerat. Sic Auguſtin. Ibidem etiam S. Hieron.

S. Hieron.

Quia (inquit) propoſito veritatis lumine, in tenebras decideram peccatorum. Profectò in peccato nihil verum eſt, vana ſunt omnia: ibi multi errores, inſomnia, ſpectra & vmbræ horribiles tenebrarum. Contra verò in virtute lux & veritas. Porrò autem licèt cæcus & ſtupidus extiterit Adam, ideo tamen ſperanda illius eſt ſalus, quia nihilominus audit Deum loquentem, & B locutus ipſe viciſſim eſt; ſic enim vſu ſolet euenire, vt de peccatore non ſit deſperandum, imò licet cætera in eo deficiant, magnam de ſe ſpem exhibeat, fore, vt quam citiſſime ſanitatem animæ recuperet, in quo adhuc liberi duo ſenſus, ac ſoluti Deo patescunt; nempe auris & lingua; vt audire, & loqui poſſit & ſoleat, audiat Deum, loquatur cum Deo.

*Auris & lingua neceſſaria ad conuerſionem.*

Mira eſt enim vis verbi Dei, quod auditum plerunque fructum producit; mira vis confeſſionis & orationis, quæ duo ſunt ad vitam animæ, & æternæ beatitudinis aditus patentiſſimi. Precatur Dominum David: *Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundū, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum*, Pſal. 68.

Pſal. 68.

Vide ſupremum omnium malorum, quæ Vates à ſe deprecatur illud eſſe, vt puteus demum C claudat os ſuum; quare ſapienter ibi dictum eſt à D. Auguſt. Clauſit os, verè mortuus eſt.

S. Auguſt.

Verbū אטר *atar*, quod vertitur vrgere, D. Auguſt. vertit, coarctare, claudere. S. Hilar. continere, Theod. & Euthym. concludere. S. Hieronym. coronare.

*Extremum malorum non confiteri.*

Idem omnino ſenſus redditur ab omnibus. Secundùm Hieron. Non coronet puteus os ſuum. Etenim vitia, dæmones aduerſùm nos inſultantes, mala omnia huius vitæ, præcipitia, exitia, infelicitates tunc demum coronantur, cùm peccator non aperit os, non loquitur: obſtructio oris eſt corona flagitiorum, & exitiorum peccatoris in hac vita. Rectè hunc verſum explicat Theod.

Theodor.

Ne reſpuas Domine meam ſalutem, neque clau- D das benignitatis oſtium. Etenim in puteum incidentes, donec putei oſtium apertum eſt habēt quandam tenuem ſpem, vt illinc liberentur: operto autem eius ore de ſalute deſperant. Subtiliter S. Hieron. explicat: Neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. ſcilicet aditus inferni. Ergo os ad confeſſionem clauditur, & portæ inferni reſerantur.

S. Hieron.

At certum quidem mihi omnino eſt inter alia reprobationis æternæ ſigna euidentiora, vnum illud haberi, ſi peccator os clauſum, & mutum habeat ad deprecandum Deum, ſi clauſum ad Virginem Dei matrem inuocandam, quę vt piè ac verè ait German. Conſtant. maternam apud filium ſuum fiduciam & patientiam habet ad interpellandum pro nobis.

*Reprobationis ſignum non orare.*
German.

Profectò, & ſic infinita matris Dei dignitas poſtulat, & miſeri- E cordiam ipſius Dei erga hominum genus, decere videtur, atque ipſa experientia per omnes ætates infinitis exemplis confirmata planè conteſtatur; vix aut nunquam reprobari à Deo in æternam condemnationem, qui ſemper Virginem Mariam Dei matrem aſſiduis ſupplicationibus, piíſque obſequiis venerabitur. Tu verò, ô Virgo Dei mater, innocentes nos exaudi propter nomen tuum magnum, quo appellaris mater miſericordiæ. Et quare gratia plena facta es à

*B. Mariæ interceſſio efficax.*
*Non damnatur, qui B. Mariam pie colit.*

Deo, niſi (autore D. Bernard. *ſerm.* 19. *in Cant.*) vt ea ipſa veniret vſque ad nos, & fieret mater caritatis, cuius pater eſt caritas Deus.

---

## SECTIO XXVI.

*Cui dixit Dominus: Quis indicauit tibi, quòd nudus eſſes, niſi, quod ex ligno de quo præceperam tibi, ne comederes, comediſti.*

1. ADamus ad vocationem Domini reſpondit quidem, ſed nullum pœnitentiæ ſignum exhibendo, reddidit rationem ſuæ fugæ, metus, abſconſionis, nimirum nuditatem ſui corporis, in qua erubeſcebat ante faciem Domini venire, ſed de peccato, quod commiſerat, & cauſa erat erubeſcentiæ, ac timoris, ne verbum quidem fecit. Tanta eſt cæcitas & ſtoliditas in peccatore. Cæterùm Adamus nondum cognoſcebat, quæ tanta ſit grauitas flagitij in Deú admiſſi; quam ſi probè intelligeret, profectò de peccato erubeſceret, non de nuditate. Quod poſtea mulier illa pœnitentiæ magiſtra in ſeipſa præſtitit, cùm ingreſſa domum conuiuij procumbens ad pedes Domini peccata ſua deflendo, nú loquendo expiauit, de qua illud egregiè dictum eſt à D. Gregor. *hom.* 33. *in Euangelia.* Quia turpitudinis ſuæ maculas aſpexit, lauanda ad fontem miſericordiæ cucurrit, conuiuantes non erubuit. Nam quia ſemetipſam grauiter erubeſcebat intus, nihil eſſe credidit, quod verecundaretur foris. Ita Gregor. Iure quam optimo S. Ambroſ. *ad cap.* 7. *Lucæ.* pœnitentem iſtam conſiderans conqueritur. Nondum (inquiens) peccatis noſtris renunciauimus; vbi ſunt noſtræ lacrymæ? vbi gemitus? vbi fletus? venite adoremus, & procidamus ante eum, & ploremus ante Deum qui fecit nos: vt ſaltem ad pedes Ieſu venire poſſimus. Agnouit peccatum, & detulit gratiam. Sic Ambroſ. *Delicta quis intelligit.* Pſal. 18. Interpretantur multi hunc verſum regij Vatis, de difficultate in cognoſcendis peccatis, quia multa, aut quia leuia, quæ ſcilicet vocantur venialia, quæ etſi ſigillatim, vt Theologi loquútur, caueri poſſint, minime tamen collectiuè omnia. At multo facilior ſenſus eſſet, ſi ad grauitatem peccati referamus, quæ tanta eſt, & quodammodo infinita obiectiue, propter perſonam infinitam, quæ læditur à peccatore, videlicet Deum: vt pauci optimum diuinitus illuſtrati, fœditatem peccati agnoſcant, adiungit Propheta: *Et ab alienis parce ſeruo tuo.* Hebraice זדים *zedim*, ſuperbis LXX. legerunt, vt videtur זרים *zarim*, alienis. Verumque in genere maſculino: etſi autem Propheta videatur ſibi cauere ab hominibus ſuperbis, qui alienis, & peregrinis viuunt moribus, inſoleſcunt ſupra homines, illos opprimunt, ab illis adorari volunt; ac ſi alienæ ſint naturæ veluti quædam numina: nihilominus tamen D. Auguſt. & alij accipiunt in genere neutro. Quo ſenſo ſignificè de cribus grauitaa delictorum. Sunt enim quædam veluti monſtra incomparabili deformitate, & horrore; quod per nomen, *alienum*, ſignificatur. Peccati grauitatem probè cognitam habebat S. Anſelm. cùm dixit *tract. de ſimilit. cap.* 19. Mallem purus à peccato, & innocens in gehennam intrare, quàm peccati ſorde pollutus cælorum regna tenere. Sic ille. Optimè hæc S. Hier. Delicta quis intelligit, qui in delictis eſt, id eſt, in peccatis, iudicia Dei non intelligit; neque ſua peccata quandiu eſt in delictis. Planè ſi peccator non cæcus eſſet, ſi futurum Dei iudicium recordaretur; aut non peccaſſet, aut in peccato cohorruiſſet, pœnitentiámque illius maturaſſet.

Luc. 7.
S. Greg. *Magdalena pœnitens ad pedes Domini.*
S. Ambr.
Pſal. 18. *Veniales culpæ difficulter cognoſcuntur.*
*Superbi ſimulantur alieni.*
S. Auguſt.
S. Anſelm. *Peccatum gehenna deformius.*
S. Hieron.

2. At nos ideo peccamus, quia quid peccatum ſit, neſcimus. *Omnis, qui peccat non vidit eum, nec cognouit,* 1. Ioan. 3. Nam ſi quis videret Deum, aut ſi rectè intelligeret, quid ſit Deus, fieri non poſſet, vt is peccaret in Deú. Ex maieſtatis enim diuinæ amplitudine atque pulchritudine certò inferret immenſam peccati malignitatem. *Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus.* Prouerb. 10. Hebr. quaſi riſus eſt ſtulto operari ſcelus: ſapientia autem eſt viro prudentia; ſeu, vt alij vertunt, intelligantia. Perducte interpretatur Ianſen. Stultos putare eſſe rem ridiculam & iucundam. Non magnifacit, ſed paruipendit peccare: imò lætatur operando ſcelus, & ridet. Stultitia quidem hoc efficit in ſtulto. Sapientia contrà affert homini prudentiam & intelligentiá, qua ſcilicet cognoſcat, quam ſit res grauis & deteſtabilis operari ſcelus. Sic ille. Sapient. 2, vt Gloſſa notat, eſt de diuinis: prudentia verò, vt caueat, atque vt prouideat in futurum. Igitur vna omnium maxima inter homines ſtultitia eſt, non intelligere quàm graue malum ſit peccare: ſolus proinde ſtultus eſt, qui peccat. Contra verò ſapiens, qui & intelligit, quid ſit Deus, & cóſequenter quam graue ſit peccare in Deum, iſte prudentiſſimus eſt, vt ſibi caueat à peccando, deteſtetur, ac refugiat peccatum cui nouit per omnem æternitaté ſupplicia eſſe irroganda. Huiuſce itaque ſapientiæ ignarus Adam non agit de peccato, ſed de peccati pœna, effectuque, nimirum erubeſcentia, ob corporis nuditaté. At miſericors Deus tanquam optimus medicus, ægroto, & vlceroſo, & de carcinomate, prorſus obliro malum ipſum detegit, & ponit ante oculos, vt videat, doleat, veniam expoſcat. Quis indicauit tibi, &c. Dicta ſunt hæc per interrogationem, & admirationem, & increpationé: vt peccati grauitas, & peccatoris amentia ingratitudoque vehementer perſtringatur. At dicet aliquis laudabilem fuiſſe illum timorem ac pudorem Adami, quo ſcilicet perculſus non audebat nuditatem ſui corporis caſtiſſimis Dei oculis exhibere. Itaque non vitio, ſed laudi tribuendum videtur, quòd noluerit contra debitam modeſtiam inhoneſtus videri. En quanta eſt hominum ignorantia! Elephantes vorant, culicet reformidant. Abſalon reprehendit Chuſai, quod amicum Dauidem ſuo in illo mœrore ac fuga deſeruerit. *Hæc eſt* (ait) *gratia ad amicum tuum,* 2. Reg. 16. Et mortalium tamen ipſo infeliciſſimus ſuum parricidium non deteſtabatur, imò ne videbat quidem. Non comitari amicum iudicabat grande flagitium. Patrem regno, toro, & vita (vt moliebatur) priuare nihil ducebat. Ea fuit etiam dementia Samaritanæ illius mulieris. Quòd aquam Chriſtus peteret, piaculum contra religionem arbitrabatur; quomodo tu Iudæus cùm ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? *Ioan.* 4. Quòd verò ipſamet quinque habuerit viros, & nunc cum alieno viro viueret, nulla religio. Hæc fuit dementia Iudæorum, de quibus *Ioan.* 18. Adducunt ergo Ieſum à Caipha in prætorium: & ipſi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed manducarent paſcha. Rectè Auguſtin. exclamat. O impia cæcitas! alienigenæ iudicis prætorio contaminari timebant; & fratris innocentis ſanguinem

1. Ioan. 3.
Prouerb. 10. *Stultus peccati grauitatem non expendit & fugit.*
Ianſen.
Gloſſa.
*Prudens peccatum expendit & fugit.*
*Deus medicum agit Adamo.*
*Peccatorum ſtulta religio.* 2. Reg. 16. *Abſalonis ſtultitia.*
*Samaritanæ ſtulta religio.* Ioan. 4.
Ioan. 18. *Iudæorum ſtulta religio.* S. Aug.

guinem non timebant. Nam quòd etiam Dominus erat, & vitæ dator, qui occidebatur, non eorum conſcientiæ, ſed neſcientiæ deputatur. Sic Auguſt. Similiter D. Chryſoſt. ad eundem locum.

S. Chryſoſt.

Et quænam (inquit) contaminatio, ingredi prætorium, vbi iniuſti pœnas dant? Decimantes mentam, & anethum: at cùm iniuſte interficiût, contaminari ſe non exiſtimant, ſed cùm ad prætorium veniunt. Ita Chryſoſtom. Non prætereo commentarium Ianſenij, quod ſic habet. Vide eſt præpoſteram religioſorū iſtorum hominum religionem, qui metuebant coinquinari ingreſſu domus prophani hominis, nec metuebant contaminari effuſione ſanguinis innocentis, à quo cùm gentilis homo inquinari timeret, illi ſanguinem illum ſuper ſe, & ſuper filios recipere non ſunt cunctati. metuebant inquinari ingreſſu domus, & non timebant profani hominis conſortio pollui, cùm domus non pollueret, niſi propter eum, cuius erat. Hæc ille.

Ianſen.

Dei iudicium benignum.

3. *Quis iudicauit tibi*, &c. ] Meritò D. Chryſ. admiratur iſtam Domini humanitatem illis in verbis, quibus peccatorem arguit, & de peccato agit. Nam ſi reus vocatur à iudice, vt rationem reddat patrati ſceleris: vbi quæſo lictores, vbi virgæ, ſecuteæ ad terrorem? vbi deinde inclamatio ſolita hominum aduerſùs malefactores: ſceleſte, veterator, proditor, fax, & exitium vrbis, & orbis? Nihil horum. Iure optimo clamat regius Vates: *Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum, quia iudicia tua iucunda.* Pſal. 118. Itaque D. Chryſoſt. Docemur hic (ait) vt quando & nos condemnamus reos, non tam crudeliter illis loquamur, neque ferina in eos vtamur ſæuitia, ſed lõganimiter & miſericorditer agamus. Ita Chryſoſtomus. Aduertant iudices, viri principes, domini, prælati hanc doctrinam: temperéntque ſibi à maledictis, ac verbis contumelioſis. Muliercularum ille mos eſt. Chriſtus Dominus ad Samaritanam. *Voca* (inquit) *virum tuum, quinque viros habuiſti, & hunc quem habes non eſt tuus vir*, Ioan. 4 Narrat quidem factum, detegit peccatum, ſimpliciſſimo ac modeſtiſſimo verborum ambitu, ne in faciem mulieri, licèt inhoneſtæ videatur exponere contumeliam, nõ aſperè illam vellicat. Luculentiùs adhuc commentatur D. Chryſoſt. hunc eundem locum *homil. 13. ad Rom.* Attexam integram ſententiam. Cùm Adamum tranſgreſſum increparet, vide quàm manſuetè. Non enim illi dicebat: Sceleſte cùm tanta beneficia per me receperis, poſt illa omnia fidem habuiſti diabolo, benefactorémque tuum relinquens, attendiſti malo dæmoni? Sed quid dicebat? Quis tibi dixit, quòd nudus ſis, niſi quòd de ligno, de quo ne comederes tibi præceperam, comediſti? Quemadmodum ſi pater cum filiolo, ne machæram contingeret, præcepiſſet, deinde cùm ille non obediſſet, vulneratuſque iam eſſet, diceret pater: Vnde vulneratus es? Hinc ſcilicet, quòd me non audiſti. Agnoſcis verba plus amici, quàm domini, amici (inquam) contempti quidem: neque ſic tamen ab amore ceſſantis? imitemur ergo illum & nos, & ſi quando delinquẽtem increpauerimus, eandem ſeruemus manſuetudinem. Ita Chryſoſt. Chryſoſtomum ſequutus ita commentatur Procopius. Ne nunc quidem hominis peccatum in ſolem protrahit, ne ſcilicet verborum aſperitate eũ deterreret; & ipſe deinde minùs peccati redargutionem inuehere poſſet. Interrogando & dubitando oſtendit magis hominem deliquiſſe. Facile enim fuiſſet Deo dicere: In hunc timorem & pudorem te coniecit præcepti tranſgreſſio. Sed clementiùs agit cum lapſo homine. Ita Procop. Egregius eſt ille locus Pauli ad Galat. 6. in hanc ſententiam: & quem præ oculis omnes habere debeamus, maximè verò prælati, iudices, prædicatores, & confeſſarij. *Fratres* (inquit) *etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.*

Pſal. 118.
S. Chryſ.

Non aſperè loquendum reis.

Ioan. 4.

S. Chryſ.

Deus patrem egit cum Adam.

Procop.

Ad Galat. 6.

4. Locum Pauli diſertiſſimè interpretatur D. Thom. in hæc verba, ad miſericordiam eos, qui corrigunt monet: & hi ſunt ſpirituales ad quos pertinet correctio: ſpiritualis enim, 1. *Corint.* 2. iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur; ratio eſt, quia rectum iudicium habet de omnibus, qui circa vnumquodque rectè diſpoſitus eſt circa agenda: & ideo ipſe ſolus de eis bene iudicat. Sed quia nomen ſpiritus, rigorem quendam & impulſum deſignat, iuxta illud Iſai. 25. *Spiritus robuſtorum quaſi turbo impellens parietem.* Non tamen credendum quòd viri ſpirituales ſint nimis rigidi in corrigẽdo. Nam hoc ſpiritus huius mundi facit: ſed Spiritus ſanctus ſuauitatem quãdam & dulcorem efficit in homine. *O quam bonus, & ſuauis eſt, Domine ſpiritus tuus*, Sapient. 12. ideo dicit, *in ſpiritu lenitatis*. iuxta Pſal. *Corripiet me iuſtus in miſericordia.* Contra quod dicitur de quibuſdam Ezechiel. 34. *Cum auſteritate imperabatis.* Conſiderans teipſum, ita fiat, vt dixi, quia & tu fragilis es. Nihil autem ſic frangit hominis ſeueritatem in corrigendo, quàm timor proprij caſus. Hæc omnia D. Thom. Propriæ autem fragilitatis conſideratio humiliat hominem; remoratúrque vim iracundiæ, ne cæca impetu feratur aduerſùs proximum. Vnde S. Chryſoſtom. *hom. 9. in Geneſ.* ſic ſtatuit. Qui verè ſeipſum humiliat, nunquam poterit ira commoueri; quia anima eius in ſui conſideratione occupata eſt, & humiliata. Quicunque talis eſt, is in portu continuò ſedet ab omni tempeſtate liber, & oblectatur in ſerenitate cogitationum. Ita Chryſoſtomus. Contrà verò S. Doctor iram mari fluctibus agitato comparat, vbi ait: Nauis ob imperitiam gubernatoris ſæpe ſubmergitur. Caietan. ad locum citatum Pauli: Hæc eſt forma reparandi lapſos, vt actio correptionis procedat in ſpiritu manſuetudinis; ad differentiam eorum, qui impetuosè ſæuiunt in delinquentes; & creditur Paulum hæc dixiſſe, eo quòd pſeudoapoſtoli contra delinquentes indignabundi procedebant. In hoc enim vult cognoſci verè ſpirituales paſtores, quòd in ſpiritu manſuetudinis procedunt ad reparandum, non ad puniendum. Ratio verò manſuetudinis redditur cõſideratio propriæ fragilitatis, ne tu ſimiliter tenteris, ſicut ille, qui lapſus eſt. Sic ille. Quare Theodor. bene ſubnotauit. Ei, qui medetur, curam iniicit; homo es habens naturam mutabilem, dole eius vicem, qui male affectus eſt. Sæpè autẽ numero diſponente ſic Deo contigit, vt ſuo malo probi alioqui, & religioſi viri experiantur in ſeipſis hanc doctrinam Pauli. Et quidem hæc prudentia, & ſuauitas in rectoribus animarum, hoc præſertim tempore, magis neceſſaria eſt, cùm ex corruptione naturæ, maior quotidie cernatur fragilitas hominis in peccando. Hinc illa ſapientiſſimè ſcribuntur à D. Greg. *in interrog. ad D. Auguſt. Cantuar. cap.* 7. In hoc tempore ſancta Eccleſia quædam per feruorem corrigit, quædam per mãſuetudinem tolerat, quædam per conſiderationem diſſimulat

S. Thom.
Iudicium nomen rigor.
1. Corint. 2.

Sapient. 12.
Pſal. 140.

Ezech. 34.
Cognitio ſui periculi.

S. Chryſ.
Humilis ira non mouetur.

Caietan.

Regimen in manſuetudine.

Theod.

S. Greg.

mulat, atque portat, vt ſæpè malum, quod auerſatur, portando, & diſſimulando compeſcat. Ita Gregor. Monet igitur optimè D. Anſelm. ad locum Pauli citatum. Cuncti (inquiens) quouſque in hac mortali carne ſubſiſtimus, corruptionis noſtræ infirmitatibus ſubiacemus. Ex ſe ergo debet quiſque colligere qualiter alienæ imbecillitati oporteat miſereri, ne contra infirmitatem proximi, ſi ad increpationis vocem feruentiùs rapitur, oblitus ſui eſſe videatur. Penſa igitur quod es, vt increpationis zelo, ſe ſpiritus tempetet; dum ſibi quoque quod increpat, timet. Hæc Anſelm.

*S. Anſelm. Prælatus ſibi timeat in propria infirmitate.*

*Procop.*

5. *Quis indicauit tibi*, &c.] Reprehendentis eſt (inquit Procop.) verùm cum nimia manſuetudine. Orationem quoque extendit, vt et metum, in quo erat, adimeret. Seruus delinquens ſi acceſſerit ad dominum, primo ſtatim congreſſu metum, aut fiduciam capit, audiens hunc nunc aſperè inuehentem; nunc verò cum manſuetudine beneficia exprobrantem. Non multa prohibui: vnum ſaltem dedi præceptum, vt agnoſceres me tuum Dominum. Non igitur præcepti grauitas, & difficultas ſibi præuaricationis cauſa extitit. Hæc Procop. *Niſi quòd ex ligno de quo præceperam tibi*, &c. Emphaſin agnoſco iſtis in verbis, quibus innuitur præceptum, & præcepti violatio; & apertè ſubnotatur inobedientia Adami, ex qua nuditatis erubeſcentia, timor, fuga, abſconſio membrorum illa impura titillatio, & innumera mala prodierunt. Et conſequenter hinc edocemur quàm graue malum ſit inobedientia, de qua egregiè ſic diſſerit B. Laurent. Iuſt. *tract. de obedient. cap. 1. Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum tranſierunt in affectum cordis.* Pſal. 72. Hanc ſententiam protulit Propheta intelligens, quàm periculoſum ſit perficere, quod libet. Semper enim ſola mala voluntate miſer quiſque efficitur, ſed miſerior poteſtate, qua deſiderium malæ voluntatis impletur. Propterea, quicunque Deo ſtudet placere, & ſine animæ ſuæ ſcandalo viuere delectatur: contra propriam reluctetur voluntatem, nec ei vitæ ſuæ vnquam tribuat habenas. Præceps namque ad malum eſt: nec iudicio ſubiacet rationis, vult quodlibet, nec conſiderat verum liceat. Hæc tanto grauiùs corruit, quanto magis ſibi ipſi relinquitur, & ſicut phrenetico imponenda eſt cuſtodia, ſtatuenda eſt lex, ita & voluntati noſtræ. Propter hanc pater Adamus amiſit immortalitatis gloriam, & ſtolam innocentiæ ſpecioſiſſimam. Nemo ſine hac corruit, nullus cum ipſa ſtetit, ob hoc vt tantum euitetur malum ſancitæ ſunt leges, decreta firmata, & mandata ſunt tradita. Impoſuit Deus legem Adamo, indixit præcepta Moyſi, & Eccleſis ſuæ per ſanctos ſuos ſtatuta compoſuit, ne iterum ac deteriùs præcipitaretur. Nullo enim modo ſalubriùs homo reparatur, quàm per præceptum, ſicut proſtratus eſt proprio arbitrio, ita reſtaurandus eſt alieno, & ſicut per inobedientiam incurrerat culpam, ſic per obedientiam admittendus eſt ad gratiã: quæ quanto puriùs impletur, tanto magis dignum reddit hominem Deo; vt qui proprio ſenſu Deo ſimilis eſſe voluit, humiliatus in pœna erigatur ad Deum iudicio alieno, & diſcat mens non ſe extollere ſupra ſe, cùm opus habeat per obedientiam negare ſe. eſt enim obedientia voluptas faciendi mandatum ſuperioris; eſt etiã obedientia ſpontaneum & rationabile propriæ voluntatis ſacrificium, ſiue obedientia, eſt pio ſtudio propriæ voluntatis abnegatio. Hæc omnia B. Iuſtinian. quæ non explicatione indigent, ſed digna ſunt, quæ ſæpiùs legantur, & ſemper obſeruentur, præſertim à religioſis, qui propriæ voluntatis obſequium Deo ſuo deuouerunt.

*Laur. Iuſt. Inobedientia exitialis. Ieremias 72.*

*Voluntati propriæ obluctandum.*

*Voluntas propria malorum fons.*

*Obedientia commendatur.*

6. In hoc ergo argumento præclarè loquitur D. Irenæus *lib. 3. aduerſus hæreſ. cap.* 33. Captiuus (inquit) homo factus eſt condemnationis vinculis. Euæ inobedientiæ nodus ſolutionem accepit per obedientiam Mariæ, dicentis: *Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuũ.* Luc. 1. Quod enim alligauit virgo Eua per incredulitatem, hoc virgo Maria ſoluit per fidem. Sic Irenæus. Hinc ſedulò expende quam verè ac pulchrè dicatur inobedientia nodus in vinculis cõdemnationis. Quanta ergo calamitas religioſi, qui ſub iugo obedientiæ indignatur viuere, qui contra obedientiæ ſanctiſſimum & inuiolabile ius quicquam mutitur: ligatus enim eſt, & vinculis condemnationis, nodoque inſuper indiſſolubili adeò cõnexis, vt non niſi per obedientiam diſſolui ac rumpi queant. Deinde quantum obedientię Virginis matris Dei debemus, qua nodus ille vinculorum condemnationis, quibus, humanum genus colligatum tenebatur, ſolutus diſruptuſque fuit? Admirabilis enimuerò obedientia (vt cæteras eaſque maximas ſileam virtutes) in his verbis, beatiſſimę Virginis; aduerbium enim, *ecce*, promptam & cæcam obedientiam ſignificat Virginis ſe totam deuouentis prompto alacrique animo in Dei obſequium. quam vtique agnoſcimus apud Iſ. 6. cùm dicitur: *Ecce ego, mitte me, cap.* 6. & in Pſal. 39. *Tunc dixi: Ecce venio.* & 1. Reg. 3. *Ecce ego*, &c. Eadem obedientia in verbis, *ancilla*, & *fiat*, mirabiliter elucet. Non eſt autem huius loci ampliùs immorari diſcutiendis horum verborum myſteriis. Illud vnum attingamus, quod magis huc ſpectat: nimirum aliquoties repetito hoc verbo, *fiat*, mundum, mundique, ſuo quaſque ordine conditas fuiſſe creaturas. Fiat lux, fiat firmamentum, fiant luminaria, &c. At reparationem vniuerſalem rerum, quæ facta eſt per incarnationem Verbi diuini, vt ex Paulo conſtat: vnico, *fiat*, Virginis ſacroſanctæ extitiſſe. O Virginem omnipotentem! liceat ita loqui cum S. German. Conſtant. Ad cuius vnam vocem longe maius, imò infinitis partibus maius & illuſtrius opus eſt abſolutum, quam ad ipſius Dei toties repetitum imperium opera ſex dierum ſpatio conſtructa prodierunt: neque verò quis ſolum diuinæ gratiæ gratis operanti Filij Dei incarnationem attribuat: etſi enim certum omnino ſit in fide catholica illam non creaturæ alicuius, imò nec totius mundi cadere ſub meritum (vt vocant) de rigore iuſtitiæ: haud eſt tamen negandum merita quæ dicuntur de congruo omnium antiquorum Patrum magnam vim ad impetrandum à Deo incomparabile hoc beneficium habuiſſe; tum vel maxime Virginis merita ſupra omne genus humanum emicuerunt; quare ſemper mihi perſuaſum eſt Virginem Dei matrem, hoc vno tantùm facto, his ſolummodo verbis: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum, non modò ad impetrandum incarnationis beneficium, ſed & abſolutè quoque nimirum (vt latè accipitur meritorum ratio) plus meruiſſe, quam omnes omnino iuſti per opera quantumuis egregia, & gratiſſima Deo, vel ipſa martyria promeruerunt.

*S. Irenæus. Inobedientia captiuos mouit.*

*Luc. 1.*

*Obedientia vera libertas.*

*B. Maria obedientia incomparabilis.*

*Iſai. 6. Pſal. 39. 1. Reg. 3.*

*S. Germ.*

*Incarnatio Verbi non de iuſtitia, ſed de congruo merita.*

*B. Maria merita circa incarnationem.*

*B. Maria merita ſuper omnes iuſtos.*

7. *Quis indicauit tibi*, &c.] Luculenter, vt ſolet, D. Chryſoſt. ad hunc locum ſic ait: Vide excellentem

*S. Chryſoſt.*

cellentem miſericordiam, & patientiam Domini. Nam cùm poſſet nec reſponſo quidem dignari eum qui peccauerat, ſed ſtatim pœnam infligere, quam priùs ſtatuerat, præuaricaturo, longanimis tamen eſt, & ſuffert, & interrogat, & reſponſum accipit, & iterum interrogat, quaſi ad defenſionem eum prouocans, vt arrepta occaſione etiam poſt tantam præuaricationem, ſuam erga illum miſericordiam declaret. Ita Chryſoſt. Hæc eſt ergo cauſa, quare tantopere Deus elaborat, vt peccator ſeipſum videat & recognoſcat; vt cùm ſe recognouerit indignum diuina gratia, imò digniſſimum qui à Deo in ſempiternum proſcriatur; tanto excellentiorem iudicet, & collaudet Dei miſericordiam, quæ vel indigniſſimo denegata nõ eſt. Deinde vt etiam peccator ſtatum gratiæ, in quem à Deo reducitur, maiori habeat in pretio, dulciorem æſtimet vitam animæ, quam turpiter perdiderat. Vnde vox illa eſt peccatoris ad Deũ ſe conuertentis: Exaudi me Domine quoniam ſuauis eſt miſericordia tua, *Pſal. 68.* vbi S. Auguſt. Suauem ideo miſericordiam Dei arbitratur, quia (vt ait) panis dulcis non eſſet, niſi fames præcederet. Sed ô Deus immortalis, vbi eſt illa tua ſentẽtia; Quocunque die comederis, morte morieris; ecce Adam comedit, & adhuc non moritur? Vide, ne verbis tuis quicquam apud homines falſum ex hac tua miſericordia ineſſe putetur! Simile quid accidit Niniuitis, quibus Dominus excidium comminatus, pepercit, etiam erubeſcente Propheta. Vnde ſapienter illud à D. Chryſoſtomo *homil. 5. Antioch.* dictum eſt: Propheta quidem erubeſcit futurum ſciens & coniectans, quòd inſecta manebunt dicta, Deus autem non erubeſcit, ſed vnum duntaxat, ſcilicet hominum ſalutem, quærit. *Ibidem* etiam: Agitabatur ciuitas audita voce prophetica, ſed in nullo læſa eſt, quin & à timore adiuta. Timor enim ille ſalutem peperit, comminatio periculum reſoluit, ſubuerſionis ſentẽtia ſubuerſionem cohibuit. O nouam rem, & admirabilem; denunciatio mortem minans, vitam peperit! Sententia poſtquam lata fuit, tunc inualida facta eſt. Sic Chryſoſtom. Deinde illud quam optimè adiungit, vt peccatores in ſpem erigantur veniæ, & ad pœnitendum de ſceleribus excitentur. Portus quidam (inquit) optimus ex illo tempore peccantibus omnibus extitit Niniue, in deſperationem cadere nõ permittens, ſed omnes ad pœnitentiam vocans, perſuadens, bonam gerentes vitam de fine, tanquam bono penitus futuro confidere. Quis enim non reſurgat illorum exemplum audiens, etiamſi omnium ignauiſſimus. Elegit itaque Deus prophetiam potiùs ſuam cadere, quam ciuitatem corruere; imò verò neque propheta cecidit: ſi enim hominibus quidem in eadem malitia permanentibus, non in opus ſententia prodiiſſet, poſſet quis fortè dicta criminari. Si verò mutatis ipſis, & à malitia deſiſtentibus, etiam Deus ab ira deſtitit, quis ampliùs prophetiam carpere poterit, & dictorum mendacium condemnare? Hæc Chryſoſt. & quidem ingenioſè. Ex hac doctrina colliges vaticiniũ Ionæ: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*, non falſum excidiſſe. Nam quæ Niniue peccatrix erat, & in quam comminatio illa cadebat, prorſus mutata eſt, imò diſparuit: pœnitentia quidem ciuium patriam reformauit, alterámque omnino diſſimilem reddidit. Completo illo ſpatio quadraginta dierum ſententia ſubuerſionis futuræ iam Niniuem prio-

*Miſericordia Dei ſumme laudanda.*

*Pſal. 68.*
*S. Auguſt.*

*S Chryſ.*
*In Niniuitis Dei miſericordia elucet.*

*Niniue magiſtra pœnitentiæ.*

*Ionæ prophetia non irrita fuit.*

*Niniue commutatio.*

rem, quam ſolo aquaret, non inuenit; illam peccatores incolebant, hanc pœnitentes; illa ſcelerum officina, cœnum, volutabrum: iſta gemituum & eiulatuum carcer, lacrymarum vallis, veniæ gratiæque diuinæ ampliſſimum & pulcherrimum theatrum extitit.

8. *Quis indicauit tibi*, &c.] Videtur Dominus his verbis perpungere Adamum, alludens ad illud ſerpentis, *Aperientur oculi veſtri*; quaſi dicat: En apertos habes oculos, quòd præceptum meum violaſti; ſed ô miſer quid tandem apertis oculis vidiſti? Scilicet te nudum eſſe, ſcilicet turpitudinem tuæ animæ & corporis, ob quam tanto pudore afficeris: præuidere debuiſſes hæc omnia oculis animi adapertis, cùm ſerpentis malè ſuada promiſſio mentem fraudulenter oblectabat. Serò miſeri peccatores ſapiunt, cùm ſe vident in barathro conſepultos; peccatum ipſum, & pœna quam patiuntur, indicant illis, ſerò tamen, nuditatem ſuam. O quàm ſapiet, qui ante peccati congreſſum apertis oculis infelicem illius exitum perſpiciet. Quocirca (vt optimè admonet S. Ephrem *ſermone de virginitate*) eſt ipſe oculus totus aſſiduè obſeruans proſpectánſque prædones infeſtos, qui aduigilant, irrepúntque ſemper, vt aliquem mollem ac deſidem leném que inueniant. Attende igitur tibi ipſi, ne per negligentiam pyratas hoſtis maligni intromittas. Pyratæ ſunt cogitationes ſordidæ, atque moroſæ, hi ſunt pyratæ impudentiſſimi & peſſimi, qui nunquam ceſſant, nec vllius malitiæ ſaturitatem capiunt. Et quamuis vincantur, ſemper ſe tamen intrudunt, atque ingerunt. Inuerecunda eſt radix concupiſcentiæ, quæ licèt quotidie euellatur, horis tamen ſingulis pullulat. Sic Ephrem. Vide obſecro quanta nobis induſtria ſit vigilandum, cùm à prædonibus, & à ſerpentibus indefeſſa procacitate impugnantibus circumſepti teneamur. Quare, vt egregiè concludamus; audi eundem Ephrem de noſtra deſidia differentem *ſermone de morte*. Negligentia (inquit) multorum malorum fit cauſa non vigilantibus paulatim à ſpiritali conſuetudine ac ratione viuendi abducens, & fidei ardorem deprædans, efficiénſque, vt voluptatibus tanquam dominis ſeruiamus; non enim ſinit cogitatione complecti; quæ poſt hanc vitam erunt retributiones. Hæc Ephrem.

*Peccatoris cæcitas.*

*Peccati exitus infelix.*

*S. Ephrem.*

*Vigilantia commendatur.*

*Cogitationes impuræ & importunæ.*

*S Ephrem.*
*Negligentia malorum cauſa.*

## SECTIO XXVII.

*Dixítque Adam: Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.*

Hebraicè. non habet, *ſociam*, nec *mihi*, ſed אשר נתתה עמדי *aſer nathattah ghimmadi*, quam dediſti mecum. Similiter LXX. vertunt *μετ' ἐμοῦ*, mecum. Noſter tamen interpres elegantiæ cauſa vertit, quam dediſti mihi ſociam. Philo Hebr. *lib. 2. Allegor.* agens de facultate hominis ſenſitiua, quam ſub nomine mulieris hic intelligi vult, ſic interpretatur. Bene, quòd non dixit: Mulier, quam dediſti mihi, ſed mecũ. Non enim mihi, vt poſſeſſionem, ſenſum dediſti, ſed & ipſum ſiuiſti ſolutum, ac liberum, & quodammodo non ſubiectũ decretis mandatiſque meis. Sic Philo. Miror peccatoris inſcitiam: ineptiſſimè reſpondet. Miror hominis cæcitatem, non ſuum agnoſcit errorem, neſcit aut non vult dolere,

Heb. Phil.

*Senſus liberi ac ſoluti.*

lere, conteri, veniam expoſcere. Non immeritò in ſuperioribus puero adhuc inexperti, & rerum humanarum imperitiſſimo quoad praxim Adamum priore illo ſtatu comparauimus. Miror magis temeritatem, & verè dixerim impudentiam hominis: fatetur quidem ſe comediſſe de ligno, ſed an peccauerit comedendo, ne verbum quidem adiungit, imò quòd ipſe comederit, cauſam fuiſſe, ait, mulierem; at quam mulierem? illam vtique, quam Deus illi dederit ſociam & adiutricem; qua ſanè reſponſione, culpam ſuæ tranſgreſſionis totam mulieri Deóque adſcribit, & vt rectè ait Rupert. procaciter Deum percutit linguæ acumine. Appoſitè hîc Procop. Peccatum (inquit) admodum libenter ſolet inquirere cauſas, quibus ſe velet. Et peccatum non minima cauſa fertur, quòd peccantes difficulter & ægrè ad confeſſionem & pœnitentiam progrediuntur. Verùm ſemper ſolent excogitare cauſas, & velamina, quæ peccatis prætendant. Sic ille. Prima cauſa huiuſce mali fuit ſuperbia primi peccatoris, vt bene aduertit D. Auguſt. ad hunc locum, his verbis. Nunquid dixit: Peccaui? ſuperbia habet confuſionis deformitatem, & non habet confeſſionis humilitatem. Iuxta hanc ſententiam D. Auguſt. quæ vera & grauis eſt, videas nihil adeò obſiſtere confeſſioni ſacramentali, quàm ſuperbiam: quippe cùm, vt ait Tertul. pœnitentia hominem prouoluat, & ſqualidum faciat. Et quidem certum omnino eſt inter actus Chriſtianæ humilitatis primum & maximum videri, cùm quis ad pedes ſacerdotis prouolutus ſuorum ſcelerum dolens ac pœnitens confeſſionem ſacramentalem peragit: quam idcirco hæretici refugiunt, atque execrantur, quia filij diaboli faſtu ſatanico & arrogantia inflati nolunt humiliari, quos etiam, vt apud Tertullianum legimus, Chriſti Domini paſſionis & crucis pudeat. Sed heus hæretici, qui ſe non humiliauerit, ſicut paruulus iſte, non intrabit in regnum cælorum, *Matt.* 18 Chriſtus Dominus *Luc.* 18. de difficultate fidei diuinæ, nonnihil attigerat illis in verbis. *Verumtamen Filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra?* ſtatimque adiungit parabolam Phariſæi in templo præpoſterè deprecantis; quam conſequutionem D. Auguſt. de verbis Domini expendens: Quia fides (inquit) non eſt ſuperborum, ſed humilium, præmiſſis ſubiecit parabolam de humilitate & contra ſuperbiam. De Phariſæo igitur ſcribitur. Phariſæus ſtans apud ſe orabat. Quid quæſo arrogantius & impudentius? prototypus planè Phariſæus hæreticorum. Conſidera Phariſæum, atque hæreticum. Stans orabat, per hoc elatum eius animum notat, ait Theophil. Miſer nec ante Deum procumbit, ante cuius conſpectum ſeniores, hoc eſt, beatorum hominum præſtantiſſimos, omnéſque Angelos in cælo procidere vidit D. Ioann. *Apocal.* 7. Et quod longè mirabilius eſt. Verbum ipſum homo factus primogenitus omnis creaturæ, & princeps regum terræ procidens in horto, & vt videtur, alibi ſæpiùs in faciem prouolutus pernoctabat in oratione Dei. De hac humilitate in orando exhibenda pulchrum eſt illud teſtimonium Eccleſ. 35. *Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit.* Superbiæ coarguit Ierem. Iudæos in templo adorantes, *cap.* 11. vbi poſt alia ſic ait Dominus: *Nunquid carnes ſanctæ auferent a te malitias tuas? Oliuam ſpecioſam vocauit Dominus nomen tuum, ad vocem loquelæ grandis exarſit ignis in ea, & combuſta ſunt fruteta eius.* Glóriabatur ſcilicet populus ille de multitudine ſacrificiorum in templo. Cōparat autem (inquit D. Hieron.) populum Iudæorum oliuæ pulchræ, quæ exaltata per ſuperbiam nequaquam egit humiliter, nec intellexit creatorem & dominatorem ſuum, ſed elata per ſuperbiam, & locuta granditer, Domini igne ſuccenſa eſt. Sic Hieron. Collige hinc ſubuerſionem templi ciuitatis, ac totius regni Iudaici tempore Ieremiæ factam diuinitus fuiſſe propter ſuperbiam Iudæorum in templo ſacrificantium, cùm multa ſimul alia flagitia tunc inundarent, vt Prophetæ loquuntur.

*Adami ſtulta reſponſio.*
Rupert.
S. Auguſt.
Procop.
*Superbia confunditur, & non confitetur.*
Tertul.
*Confeſſio inſigne humilitatis teſtimonium.*
Matth. 18.
Luc. 18.
*Hæretici humilitatem oderunt.*
S. Aug.
Theoph.
Apoc. 7.
*Orare cum humilitate.*
Eccleſ. 35.
Ierem. 11.
S. Hieron.
*Superbia in templo extinuit*

2. Seqoitur, *apud ſe orabat*, quaſi non apud Deum (ait D. Baſil.) quia ad ſeipſum redibat per peccatum ſuperbiæ. Rectè S. Auguſt. *in Pſalm.* 31. *tr. Ct.* 2. de iſto Phariſæo, ita loquitur. Erat tanquam in ſtatione medici (quia nimirum medicus ſtat, aut ſedet, ægrotum inuiſens, æger autem iacet) ſana membra oſtendebat, vulnera tegebat. Sic Auguſt. Contrà verò Publicanus pœnitentem in ſumma humilitate ſeipſum confitentem non obſcurè ſignificabat. De quo ſic Euthym. Non ſolùm indignum ſe iudicabat, vt propè ſtaret, verumetiam vt in cælum intenderet. Spretus à Phariſæo, ſeſe magis hinc condemnabat, & pectus ſuum percutiebat, oſtendens, quòd plagis dignus eſſet. Verberans enim pectus crimina confitetur, & tanquam morbum medico manifeſtans, precatur ſibi miſericordiam exhiberi. Quare illius quidem omnes eminentias, ſeu bona opera euacuauit iactantia; huius autē omnes defectus repleuit humilitas. Vide ergo quomodo breui tempore cordis affectus, & oris ſermo, illius quidem multorum annorum iuſtitias corruperunt. Hæc Euthym. Adnotauerim obiter ſimiles huic Phariſæo arroganti, & publicanum irridenti, ac Deum ipſum ſuo in templo offendenti eſſe illos, qui ad templum veniunt, vt inter incautam & confertam multitudinem ſeſe ingerentes intercipiant, ſurripiántque pecuniarum crumenas, aut quod multo execrabilius eſt, vt in mulierculárum conſpectibus titillentur, eáſque ad nefarios deinde concubitus pelliciant. Atque Phariſæo quàm ſimillimos eos, qui in ſacramentali confeſſione ſacrilegiis, vel malè confitendo, vel ad peccandum irritando impiiſſimis, Deum, qui præſens adeſt, offendunt. Vim omnes iſti Deo inferunt etiam in domo ſua. De quo per Ierem. 11. ipſe Dominus conqueritur. *Quid eſt, quòd dilectus meus in domo mea facit ſcelera multa?* Qui locus vel poteſt accipi ironicè, vt dilectus vocetur, qui hoſtili odio Deum proſequitur: vel propriè, vt ingratus inſimuletur, qui tam malè rependat amorem Deo amantiſſimo, & beneficentiſſimo. Hanc iniuriam nullo modo ferendam exclamauit Rex Aſſuerus; atque proditionem Aman idcirco tanquam omnium grauiſſimam & impudentiſſimam iudicauit. Etiámne (inquiens) reginam vult opprimere me præſente in domo mea? *Eſther cap.* 7. Quo igitur corporis & mentis habitu orandum ſit (in templo præſertim) ita docet S. Ephrem *ſerm. de virginit.* Attende tibipſi in oratione. Cùm Deo aſſiſtis orans, cum timore & tremore coram illo te compone. Eſto toto orationis tēpore velut cæleſtis Angelus; ſicque contende, vt oratio tua ſit ſancta & pura, immaculata, & irreprehenſibilis. Sic ergo ſemper orationis hora eſto Deo cōiunctus vt Cherubim & Seraphim. Hæc Ephrem.

S. Baſi.
S. Auguſt.
*Phariſæi ſuperbia.*
Euthym.
*Confeſſio humilis deſcribitur.*
*Superbia merita euacuat*
*Furarii in templis.*
*Leones in templis.*
Ierem. 11.
*Sacrilegia in confeſſione.*
*Peccare in templo.*
Eſther. 7.
S. Ephrem.
*Oratio in templo qualis eſſe debet.*

3. Rectè D. Bernard. *tract. de precept. & diſpenſ.* iſtam tam impudentem Adami reſponſionem expen

S. Bern.

A expendens ſic effatur. Antiqua illa tam nota & tam noxia præuaricatio facile ( vt creditur ) indulgentiam conſequeretur, dummodo con-

*Adamo plus nocuit excuſare quam comedere.*

feſſio, & non defenſio ſequeretur. Neque enim tantum nocuit ſimplicis actionis, quamuis ex deliberatione tranſgreſſio, quantum adiunctæ excuſationis cum præmeditatione obſtinatio. Sic Bernard. Quia verò hæc noua peccatoris culpa, vſque adeò grauis videtur D. Bernardo, & quam parens ipſe nobis, quaſi reliquit hæreditatiam, qui tam facile peccamus, & tam impudenter excuſamus peccatum; aut ſaltem alto ſilentio tegimus, ne medico animarum vulnera noſtra aperiamus: idem S. Do-

S. Bern.

ctor non ſatis tantum malum deplorans eodem loco ita proſequitur. Arbitror & ipſam B primam grauiſſimamque præuaricationem, aut non aliunde, aut inde maximè grauiſſimam iudicatam, hoc eſt, ex rebellione defenſionis quæ ſecuta eſt, quando Deo cauſam requirente peccati, vt peccatores ad pœnitentiam prouocaret: nolebat quippe mortem eorum, ſed magis vt conuerterentur, & viuerent: ipſi maluerunt declinare cor ſuum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Pſal. 140.

*Pſalm.* 140. Et quidem gemina malitia peccatoris. Primum, quòd nec ſui miſertus eſt, vt culpam propriam fateretur, & ſanaretur. De-

*Adam crudelis in vxorem.*

inde, quòd & vxorem, vt ſe fallaciter excuſaret, crudeliter accuſauit. Hæc Bernard. Valde quidem homini eſt difficile, vt ſe peccato- C rem, & recognoſcat, & fateatur Chriſti ſacerdoti, atque accuſet ſe, vt alienum reum verè, grauiter, iracundè. Ferè ſic habet om-

Hugo.

*Confeſſio humana ardua.*

nium expoſitio; Hugo: Non humiliter confitetur, ſed ſuperbe ſe excuſat, & in autorem mulieris culpam retorquet. Dionyſ. Carthuſ.

S. Gregor.

ex D. Gregorio: Dixit Adam ſeipſum inaniter excuſando, ſicque culpam culpæ adiiciendo, qui mortale peccatum mox pondere ſuo traxit ad aliud. Quaſi dicat, culpa mea impu-

*Adamus contra Deum loquitur.*

tanda eſt coniugi, imò & quodammodo tibi, qui mihi talem ſociam præſtitiſti: ſicque peccatum ſuum retorſit in mulierem, & ex obliquo aliqualiter in creatorem. Sic ille. D. Hie-

S Hieron. Thren. 3.

ron. exponens locum illum Thren. 3. D *Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum.* nomine ſcuti obſtinationem & excuſationem Adami ſuo in peccato interpretatur, his verbis. Hoc ſcutum primus ille peccator tenuit, qui requirenti Domino, cur lignum vetitum contigiſſet, non ad ſe culpam reddidit; ſed à muliere, quam ei dederat, ſe accepiſſe reſpondit: vt quaſi reatum ſuum oblique in autorem retorqueret, qui ei mulierem dederat, quæ talia perſuaderet. Hæc Hieron. Et quidem explicatio ſcuti in

Lyra.

obdurationem affertur à Lyra, & à Doctoribus Hebræis, vt Lutique literalis. Emphaſim

Rab. Dauid.

habet verſio Rab. Dauid: E *Dabo eis dolorem cordis maledictionem tuam.* Nec enim vlla grauior homini poteſt irrogari maledictio, quam obduratio. Sed o immenſam Dei caritatem erga hominem, ſic & improbum contra Dei legem, & impudentem in loquendo, vt Pſal. 74. di-

Pſal. 74.

*Chriſti ſilentio Adami peccatis ſatisfactum.*

citur: *A loquuntur contra Deum iniquitatem!* Deus ipſe factus homo, ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum, *Iſai.* 53. Nimirum, vt ſapienter obſeruat D. Hieron. *in 14 Marci*, taciturnitas Chriſti, apologiam Adæ abſoluit.

Iſai. 53.

S Hieron.

4. D. Gregorius reſponſionem Adami non

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

A vno tantùm loco conſiderans, multa, cùm ad oſtendendam peccatoris impudentiam, tum etiam ad mores noſtros inſtruendos ediſſerit. Attingam nonnulla. Primò igitur pertractans illa verba Iobi 3. *Sit nox illa ſolitaria*, &c. ſic

Iob 3.

S. Gregor.

ait. Sunt nonnulli, qui non ſolum nequaquam deflent quod faciunt, ſed etiam defendere non deſinunt. Et nimirum dum defenditur culpa, geminatur. Contra quod rectè dicitur Eccleſ. 21. *Peccaſti? non adiicias iterum.* Peccatum quippe peccato adiicit, qui

Eccleſ. 21.

*Excuſationes peccatum geminant.*

male geſta etiam defendit, & noctem illam ſolitariam non relinquit, qui culpæ ſuæ tenebris etiam patrocinia defenſionis adiungit. Hinc eſt, quòd primus homo de ſui er- B roris nocte requiſitus eandem noctem eſſe ſolitariam noluit, quia dum requiſitione ad pœnitentiam vocaretur, ei adminicula excuſationis adiunxit, dicens: Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Scilicet exceſſus ſui vitium in autorem latenter intorquens, ac ſi diceret: Tu occaſionem delinquendi præbuiſti, qui mulierem dediſti. Hinc eſt, quòd huius erroris ramus in genere humano ex illa nunc vſque radice pertrahitur, vt quod malè agitur, adhuc etiam defendatur. Dicatur ergo. Sit nox illa ſolitaria. ac ſi aperte exoret, dicens: Culpa, quam fecimus, ſola remaneat, ne dum defenditur, in conſpectu nos noſtri iudicis C multiplicius aſtringat. Peccare quidem non debuimus, ſed vtinam alia non iungeres, vel ea quæ fecimus ſola deſeramus. Ita Gre-

S Gregor. Pſal. 31.

*Confeſſionis laus eximia.*

gor. Idem ſanctiſſimus Pontifex, *in expoſitione Pſalm. 2. pœnitentialium*, ad illa verba: *Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum*; ita loquitur. Si noſmetipſos iudicaremus, non vtique iudicaremur. Si nobis peccata noſtra imputauerimus, non ea nobis imputat Deus. Si ea ſatisfaciendo puniremus, nullum qui nos in futuro puniat, inueniremus. Imputare ſibi Adam peccatum ſuum noluit, quando culpam ſuam in creatorem refudit, dicens: Mulier, quam dediſti mihi, &c. Vnde quia ſe confiteri culpabilem renuit, D vniuerſæ damnationis ſententiam ad poſteros miſit. Nos ergo (adiungit ibidem D. Gregor.)

S Gregor.

præoccupemus faciem Dei iudicis in confeſſione, & effundamus coram illo corda noſtra, vt qui manum effugere non poſſumus iudicis; per confeſſionem mundati clementiam expetiamus miſericordis. Hæc ille. Et D. Auguſt.

S August.

*Si Adam confiteretur non eiiceretur à paradiſo.*

*ſerm. 19. de Sanctis.* Si Adam humiliter ſe accuſaſſet, & in auctorem ſuum culpam non retorſiſſet, à paradiſo non exulaſſet.

5. Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi; putat ſe miſer optimam ſui peccati obiectare defenſio- E nem. Mulier (inquit) dedit mihi, illa vtique à ſe ô Deus mihi donata in vitæ ſociam, amandam, & confouendam comedi, ne contriſtarem offerentem, & pariter comedentem: ſi non comederem, lugeret miſera ſe deſpectam & iniuſtam Ergo compatiens vxori, diligens, vt debui, vxorem, comedi. D Bernardus *ſermone primo in feſto Sanctorum omnium*, ad illa Domini

*Adam ſe excuſat ob amorem vxoris.*

S Bernard. Matth 5.

verba: *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam*; etſi arguat Adamum iniuſtitiæ, & proditionis in Deum, ac proinde omni excuſatione indignum; grauius tamen inuehitur in filios Adami, qui prorſus inexcuſabiliter patrem, dum acriter

incuſant, imitantur. Sic ait. Iam verò hoc verbum aduersùs Adam procedere credo, qui portionem quidem aliquam videtur tenuiſſe iuſtitiæ in eo, quòd mulieri quidem compaſſus eſt; ſed ſi eſuriiſſet iuſtitiam, curaſſet ſine dubio reddere quod debebat, non modò vxori, ſed multo magis creatori; debebat enim vxori compaſſionem vtique, & diſciplinam tanquam inferiori (caput enim mulieris vir.) debebat autem Deo obedientiam, atque ſubiectionem.

*Deus ſuper omnia diligendus.*

Sed quid putamus fratres, quamplurimi vſque hodie factum illud grauiter diiudicant, & tamen inſipienter imitantur? Indignantur aduersùs Adam quòd obedierit voci vxoris ſuæ, pluſquam Dei; & ipſi quotidie Euam ſuam carnem videlicet audiunt pluſquam Deum. Fratres, ſi modo præſentem videremus Adam in eo articulo poſitum, coarctari inter precem vxoris, & præceptum creatoris, nónne clamaremus aduersùs illum, dicentes: Caue tibi miſer; vide ne feceris, ſeducta eſt mulier, non acquieſcas ei.

*Euam quiſque ſuam Deo præfert.*

Vt quid ergo quoties apprehendit nos tentatio ſimilis, non perſuademus ſimiliter nobiſipſis? Hæc Bernardus. At verò Procopius non tam ineptam & impudentem agnoſcit reſponſionem Adami. Adamus (ait) reſpondet modeſtè, & non dicit: Neſciui; ſed mulier quam dediſti mihi in adiutorium, vt dixiſti. Verùm audire poſſet à Domino, quod

*Procop.*

Procopius ſubnotauit: Non propterea (inquiens) illam tibi vxorem coniunxi, vt ipſam ceu vitæ regulam ſequereris. Itaque ſi Adam in Deum voluit culpam ſuam retorquere, planè excutit: audiens vt magiſtram, quæ non ad docendum, ſed tantùm ad adiuuandum data fuerat. Pulcher ſanè locus ad arguendam præpoſteram multorum amicitiam. Adamus ob amorem ſuæ vxoris Dei legem violauit; at idem mox miſeram accuſauit; culpam vxori totam attribuit, & pœnam pro vxore maritus, non ſolùm ſubire noluit, ſed illa in culpam, & in pœnam intruſa, ab omni ſe periculo exemit. Quid quæſo inhumanius?

*S. Bern.*
*Adam crudelis in vxorem.*

6. Sed præſtat contra huius viri inhumanitatem audire D. Bern. *ſerm. 1. in feſto omnium Sanctorum*, ad illa verba Domini: *Beati miſericordes*. Iam verò (inquit) Adæ crudelitatem hæc ſententia tangit, qui videbatur vxoris amore peccaſſe. Ecce enim ſermus ô Adam, quia os de oſſibus tuis, & caro de carne tua eſt, & eius amore peccaſti. Videamus nunc quantum diligas eam; oppone te diſcrimini propter illam, & dic: Domine, mulier infirmior eſt, mulier ſeducta eſt, mea eſt iniquitas, meum peccatum; in me ſolum vindicta procedat; ſed non loquitur ſic: Mulier (inquit) quam dediſti mihi; de ligno, &c. O peruerſitas! pœnam pro ea ſuſcipere refugis, & culpam admittere non recuſaſti? quomodo proh dolor! omnia confudiſti, perniciosè miſericors, vbi ſeuerus eſſe debueras; & pernicioſus crudelis, vbi miſericordiam impendere oportebat? Nam delinquere propter illam nullo modo, ſatisfacere verò pro ea libenti animo debuiſti. Sic enim

*Propter neminem peccandum eſt.*

oportet fieri, vt nunquam propter alium homo peccet, quod eſt iuſtitiæ; & libenter aliena peccata portet, quod eſt miſericordiæ. Hæc Bernard. Quanto verò prudentius, &

*1. Reg. 24.*

humanius, quod ſcribitur de Dauid 1. Reg. 24. *Dixit Dauid ad Dominum, cum vidiſſet Angelum cædentem populum: Ego ſum qui peccaui, & ego ini-*

A *què egi: iſti oues ſunt, quid fecerunt? vertatur obſecro manus tua contra me.* Ad quem locum ita D. Ambroſius 1. *Apologet.* 17. Quam illud admirabile quòd Angelo ferienti plebem ſe obtulit? hoc facto ſtatim dignus ſacrificio iudicatus eſt, qui abſolutione æſtimabatur indignus. Et Moyſes offerens ſe Deo pro plebis errore, etiam plebis peccata deleuit. Sic Ambroſius. Similiter Theodoretus: Vtens (inquit) verbis boni paſtoris, imitans Filium ſuum & Dominum, qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis; &c. Chriſtum verum ſponſum, & amatorem, qui dilexit Eccleſiam, & pro ea mortuus eſt, non autem Adamum tam male meritum de ſua Eua imitentur boni coniuges, vt

*Dauidis amor erga populum.*
*S. Ambr.*
*Theod.*

B Paulus exhortatur. *Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam*, ad Epheſios quinto. Aduerte hîc quàm ſit horribile Dei iudiciũ, in quo non omnia peccatorem modò deſtituent, ita vt mulier pro ſe ſola reſpondere cogatur: verumetiam, quod erit adhuc calamitoſius; vel ipſi quos in peccando habuimus ſocios, ac fidiſſimos amicos, imò, & quos ſupra Deum colimus, quos adeò peruersè amauimus, vt pro illis Deum ipſum neglexerimus; poſtpoſito iam omni amore, verſóque in odium contra noſipſos inſurgent, ex amatoribus fient accuſatores importuniſſimi.

*Viris amor erga vxores commendatur.*
*Ad Eph. 5.*
*Male dilecti à cuſabunt nos.*

7. Porrò autem hanc à ſuo patre mutuati vocem, etiamnum conqueri non ceſſant viri de fœminis, in quas maiorem ſuorum ſcelerum

C cauſam deriuant. At immeritò. Et quidem quicquid priſcis temporibus dici verè potuerit, aut nimis criminosè in calumniam fœminarum, à quibus prima, & tota malorum peſtis in viros, totúmque humanum genus redundarit. Iam noſtra tamen hac ætate aurea illud à D. Bernard. *homilia ſecunda ſuper Miſſus eſt*, egregiè adnotatur, quod iiſdem omnino attexam verbis. Lætare pater Adam, ſed magis tu ô Eua, mater exulta: qui ſicut omnium parentes, ita omnium fuiſtis peremptores; & quod infelicius eſt, priùs peremptores, quàm parentes. Ambo conſolamini ſuper filia, & tali filia, ſed illa amplius, de qua malum ortum eſt prius, cuius op-

*Viri de mulieribus queruntur.*
*S Bern.*

D probrium in omnes pertranſiit mulieres. Inſtat namque tempus, quo iam tollatur opprobrium, nec habeat vir quid cauſetur aduersùs fœminam; qui vtique, dum ſe imprudenter excuſare conaretur, crudeliter illam accuſare non cunctatus eſt, dicens: Mulier, quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. Propterea curre Eua ad Mariam, curre mater ad filiam, filia pro matre reſpondeat, ipſa matris opprobrium auferat; ipſa patri pro matre ſatisfaciat; quia ecce ſi vir cecidit per fœminam, iam non erigitur niſi per fœminam. Quid dicebas ô Adam? Mulier, quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. Verba malitiæ ſunt hæc, quibus magis augeas, quàm doleas culpam. Veruntamen ſapientia vicit malitiam;

*B. Maria ſolatur Adam & Euam.*

E cùm occaſionem veniæ, quam à te Deus interrogando elicere tentauit, ſed non potuit, in theſauro indeficientis ſuæ pietatis inuenit. Redditur nempe fœmina pro fœmina, prudens pro fatua, humilis pro ſuperba: quæ pro ligno mortis guſtum tibi porrigat vitæ, & pro venenoſo illo cibo amaritudinis, dulcedinem pariat fructus æterni: muta ergo iniquè excuſationis verbum in vocem gratiarum actionis, & dic: Domine, mulier, quam dediſti mihi, dedit mihi

*B. Maria errorum Euæ expiatrix.*

de

de ligno vitæ, & comedi, & dulce factum eſt A
B. Maria dat cibum vitæ. ſuper mel ori meo, quia in ipſo viuificaſti me.
Hæc Bernardus. Videas ergo duo illa, quæ ma-
lè Adam cauſabatur, ſcilicet, mulierem ſibi
datam à Deo ſociam; & ſubinde mulierem
dediſſe de ligno; per mulierem alteram Virgi-
S. Bernard. nem Dei matrem & expiata, & emundata fuiſſe.
B. Maria viri querimonias ſopiuit. Circa vltimum (dedit de ligno) iterum D. Ber-
nardus *ſermone de natiuitate Mariæ*, ſic ait: Re-
empturus humanum genus pretium vniuer-
ſum contulit in Mariam. Vt quid hoc? Fortè, vt
excuſaretur Eua per filiam, & querela viri ad-
uerſus fœminam deinceps ſopiretur. Ne dixeris
vltrà ô Adam; mulier quam dediſti mihi, dedit
mihi de ligno vetito; dic potiùs: mulier quam B
dediſti mihi, me cibauit fructu benedicto.
Hæc ille.

---

## SECTIO XXVIII.

*Dixit Deus ad mulierem: Quare hoc feciſti?*

1. HEbraic מה *mah*, idem quod למה *lamah*,
cur, quare? Chald. & LXX. quid; id
eſt, quorſum? Non ampliùs immoratur Do- C
minus cum Adamo, nec ſeueriùs agit. Voluit
Procop. enim (ait Procopius) eum ſaltem corrigere:
Inquiſitio ante damnationem. ne igitur ipſum magis exaſperaret, ſeueriora
verba omiſit. Orationem conuertit ad mulie-
rem, vt quia communis peccati erat particeps,
particeps quoque fieret communis correctio-
nis. Sic ille. Igitur horum verborum ſenſus eſt:
quæ ratio, quæ cauſa fuit? ánne vlla potuit eſſe
tam vehemens, & efficax, quæ te impulerit, vt
tantum admitteres flagitium, virum inuitando
ad comedendum de ligno vetito? vel etiam ſicu-
ti dubius interrogat: vt oſtenderet (inquit Pro-
copius) ſe mulieri pacatum, iterum ignoran-
tiam ſimulat, & ſciſcitatur: nec peccatum diſer- D
tè exprobrat, quapropter ſumpta audacia, cul-
pam in ſerpentem reiicit. Hæc ille. Rectè hîc
Lyra. Lyra obſeruat: Ante (inquiens) condemnatio-
nem interrogauit virum & mulierem: quia nul-
lus eſt condemnandus ante inquiſitionem. Et
quidem eſt hoc in re iudiciali primum princi-
pium; inaudita parte nihil ſtatuendum; quod
priores Latini dicere ſolebant, indicta cauſa
Procop. nemo damnandus. Subtilius illud à Procopio
Prælatos manet ſeuerius iudicium. adnotatur, ſeueriùs, exactiùs, & minutiùs De um
cum Adamo, quàm cum Eua egiſſe. Inclamauit,
Adam vbi es? exprobrauit homini nuditatem,
arguit tranſgreſſionis latæ legis de vetito cibo
non edendo. An quia potentes potenter cru- E
ciabuntur? an quia prælati, principes, & penes
quos aliorum incumbit moderatio, ſeueriùs
apud Deum iudicium ſubibunt? profectò, & pro
ſeipſis, & pro ſubditis rationem reddent. Hinc
S. Auguſt. eſt, quod D. Auguſtinus ſibi & ſuis timens, eoſ-
Procop. dem exhortatur. Fratres, immutate vitam ob-
ſecro vos ſi obliti eſtis veſtri, miſeremini ta-
men mei. *ſermone in prima die poſt Paſcha*. Proco-
pius aliter reſpondet. At mulierem (inquit)
non diligentiùs excutit & examinat, volens ei
vt vaſi infirmiori parcere. Conſonè id quidem,
1. Petr. 3. ad locum *primæ Petri tertio*, in quo monet Apo-
ſtolus: *Viri cohabitantes ſecundùm ſcientiam, quaſi*

*infirmiori vaſculo impertientes honorem*. Optimè Mulier amanda & honoranda à viro ſuo.
interpretatur Caietanus. Paulus monet viros, vt
diligant vxores. Petrus autem, vt impertiantur
vxoribus honorem: vtroque eget vxor; & ama- Caietan.
ri, & honorari; honorari autem, hoc eſt, par-
ticipem fieri honoris. Periculoſum enim eſt, ſi
vxor deſpicitur, ſi mariti honoris non eſt par-
ticeps. Et rationem reddit non ex parte emi-
nentiæ, ſed ex parte defectus, dicendo; tan-
quam infirmiori vaſculo muliebri. Infirmitas
impotentiam ſignificat parandi ſibiipſi hono-
rem, ac per hoc indigentiam, vt maritus im-
pertiatur ei honorẽ. Ita Caietanus. D. Thomas S. Thom.
declarat impertientes honorem, ſcilicet, in
neceſſariorum adminiſtratione, & reuerentiæ
perhibitione. Luſitanè dicimus *tratai as com
honra*. verbo nimirum, & facto, non quidem
ignominioſè & ſeruiliter, quod quidem ſolum Viri diſcordia, oratio non exauditur.
eſt hominum viliſſimorum. Rectè Gloſſa Ideo
ita modeſtè vos habere cum vxoribus; ſi enim
diſcordes eſſetis, orationes veſtræ Deo non pla-
cerent. Collige hinc non exaudiri à Deo pre-
ces illius familiæ, vbi vir & mulier peracerbè
rixantur. Quî enim habitabit Deus in illa do-
mo, qui dicitur Deus pacis, & amoris, & con-
cordiæ. Cæterùm, ne vxorius quis in alterum
extremum exorbitans impenſiùs, quàm opor-
teat, vxorem colat, adiungit delicatiſſimè D. S. Thom.
Thomas. Et nota quod dicit, *impertientes*, id eſt, Vxor moderatè amanda & honoranda.
in parte tribuentes. Soli enim Deo honor tota-
liter eſt impendendus. Audiant hoc illi, qui
tantum non adorant pro Deo vxores.

2. Haud neſcio placere aliis, vti à Petro
commendari intelligatur abſtinentia à concu-
bitu coniugali ad tempus. Ita D. Hieronymus S. Hieron.
*contra Iouinianum*. Beda, Gloſſ. cuius ſunt ver- Beda Gloſſa.
ba: Si abſtinueris à coitu, honorem vxori tri- Mulier humiliatur in coitu.
buis. Accommodatè quidem ad phraſim diui-
næ Scripturæ. *Virgines humiliauerunt in Sion*,
Threnorum quinto. Humiliat enim vir, & quaſi Thren. 5.
vilem & deſpicabilem reddit mulierem illo in
actu. Nam, vt ait Beda, perſpicuum eſt honori Beda.
contrarium eſſe concubitum. Et hoc maximè
verum eſt, quando propter ſolam libidinem
etiam cum vxore maritus commercium habet;
nihilo enim tunc differunt ambo à pecudibus,
cùm de illis à Propheta dicatur. *Sicut equus &* Pſal. 31.
*mulus, quibus non eſt intellectus*, Pſalmo trigeſimo- S. Hieron. Vſus matrimonij ordinatus.
primo. Qui (exponit S. Hieronymus) non Dei
voluntate, ſed proprio motu ſe regere nolunt,
& effrænes in luxuriam decidunt. Vbi delicatè
admodum ſubnotauit S. Auguſtinus. Quibus
non eſt intellectus, ideo ſe regere volunt. con-
trà verò ſapiens eſt, qui non ſuo, ſed alieno iu-
dicio confidit. Quod vitium tam fœdæ impu-
ritatis cauendum coniugibus monet Petrus il-
lis verbis ſuperiùs citatis; viri cohabitantes ſe-
cundùm ſcientiam. Quæ videlicet verſatur, &
apparet in moderando turpiore ad libidinem
affectu. Definitur autem à D. Thoma, loco ci- S. Thom.
tato, concubitus impetuoſus & beſtialis, qui fit
cauſa implendæ libidinis. Addit inſuper: Non
vt in ſua, &c. eſt peccatum mortale; de quo
Auguſtinus dicit: Vehemens amator vxoris S. Auguſt.
adulter eſt. Contrà verò ea laus eſt caſtitatis,
vt gloria non ſemel appelletur in ſacris literis.
prima Corinthior. nono, de ſe ait Paulus: *Bonum* 1. Cor. 9.
*mihi magis mori, quàm vt gloriã meam quis euacuet.*
Vbi D. Thomas. Per luxuriam maculatur glo- S. Thom.
ria caſtitatis, iuxta illud Eccleſiaſtic. 7. *Inclinaſti* Eccleſ. 7.

*fœmora tua mulieribus, dediſti maculã in gloria tua.* Quod ſatis apertè viſum eſt in Dauide, Salomone, Holoferne. Hæc eſt gloria matris Dei, vt à ſanctiſſima Virgine Leucadia Toletana cum S. Illephonſo colloquente appellata eſt virginitas intemerata & æterna ſancta Mariæ. *Fons ſignatus, & hortus concluſus*, dicitur Canticorum quarto, & in vtroque ſymbolo exprimitur virginitas ſimul, & fœcunditas. Fructus in horto & ex horto multus & pulcher exuberat: fructus in fonte & ex fonte aquarum viuentium & perenniter ſcaturientium promanat. Hinc illud S. Hieron. *primo contra Iouinianum*: Quod clauſum eſt atque ſignatum, ſimilitudinem habet matris Domini, matris & virginis. Et tamen hæc Virgo perpetua multarum eſt mater virginum. Sequitur enim: *Emiſſiones tuæ paradiſus*, &c. Sic Hieron. Itaque fructus virginis Mariæ primus & natiualis eſt Dominus Ieſus filius ipſius: deinde omnes ſancti, maximè virgines, atq; adeò omnes omnino gratiæ, dona, virtutes iuſtorum à virgineo horto pullulant, à virgineo fonte deriuantur, poſt Deum. Quòd ſi per gloriam Pauli intelligas Apoſtoli prædicationem, aut ipſius perſonæ autoritatem: profectò neutra ſine caſtitatis ornamento poterat conſiſtere. Indignus enim eſt, qui verbum Dei prædicet, cui eſt vlla turpitudinis labes inuſta. Vandali hæretici, vt memoriæ proditum eſt, in Africa multos Epiſcopos catholicos occiderunt, aut viuis linguas amputarunt; qui tamen elingues diuino miraculo quàm optimè loquebantur. Quorum illic vnus (ſcribit D Gregorius *lib. 3. dialog. cap. 32.*) in luxuriam lapſus, mox priuatus eſt dono miraculi: rectò videlicet omnipotentis Dei iudicio; vt qui carnis continentiam ſeruare neglexerat, ſine lingua carnea non haberet verba veritatis. Ita Gregor. Monet hic locus mitiùs vindicandum in eos, qui ex ignorantia, aut etiam infirmitate labuntur: item non asperè, contumelioſè, ac ſuperbè agendum cum fœmina etiam peccatrice; nec enim (vt legimus) Chriſtus Dominus, aut Samaritanam, aut adulteram, quæ adducta eſt à Phariſæis, aut Magdalenam, quæ fuerat in ciuitate peccatrix, vllo vel tenui aſperitatis, aut conuitij ſigno compellauit. Et fortaſſe tanta hæc fœminei ſexus reuerentia præſtabatur à Domino in gratiam ſanctiſſimæ & puriſſimæ Virginis matris ſuæ. Certúmque eſt Chriſtum Dominum non obligatum teneri viris, ſed fœminis, quippe cùm humanitatem illam omni puritate puriorem non ex viro, ſed ex muliere acceperit. In gratiam igitur Virginis matris ſuæ Deus, vel in ipſo mundi exordio ſexum fœmineum honorauit, vbi mitiùs egit cum Eua, ſeueriùs cum Adamo. Quod planè ſic admiratur D. Ambroſius *libro de inſtitut. virginis, capite* 4. Quanto maior mulieris abſolutio? Ille arguitur, hæc interrogatur.

*Cant. 4.*

*S. Hieron.*

*Prædicatorem decet turpitudo quàm.*

*S. Gregor. Linguarum pœna mirabile ſupplicium.*

*Chriſtus cum peccatricibus mitis.*

*Chriſtus fœmineo ſexui debitor.*

*Plures in cœlo fœminæ, quam viri.*

*S. Ambroſ.*

3. Quare hoc feciſti? Terribile iudicium eſt, & horrore plenum: exclamat S. Chryſoſtomus, & meritò. Quid enim nobis fiet, cùm ſupremus iudex vitam cuiuſque diſcutiens, non vno, ſed innumeris inuentis ſceleribus acerrimè, vt meremur, inclamabit: quare hoc feciſti? quare hoc & illud, &c. feciſti? vbi ſcilicet nulla, nec ratio, nec cauſa, nec verò etiá excuſatio, aut ob ignorantiam, aut ob infirmitatem, aut ob tentatoris ſuggeſtionem digna & iuſta afferri poterit. Rectè Chryſoſtomus: Nuſquam neceſſitas, nuſquam violentia, ſed voluntas, & arbitratio dedit, non coëgit, non vim fecit; conſilium dedit, decepit, non coëgit, non vim intulit. Sic planè, ſic noſtra cuiuſque malitia ſola, & tota eſt cauſa delinquendi. Nam quæ neceſſitas ad peccandum, vbi ſerpens ſolùm dicere, & ſuadere poteſt, vbi ſuppetunt à Deo innumera, eáque frequentiſſima & validiſſima cùm ad reſiſtendum prauis dæmonum incitamentis, tum ad rectè, & ex virtute operandum adiumenta? Quid fortius Chriſtiano, cuius in fronte conſignatam crucem pertimeſcit infernus; illam (inquam) quam Damaſcenus *quarto Orthodox. 12.* vocat clypeum, atque armaturam, & trophæum aduersùs diabolum? Sanct. Ephrem, inſuperabilem Chriſtianorum armaturam. Tertullianus *apologet. aduersùs Gent. cap. decimoſexto*, ſubtiliter vocat inteſtinum trophæorum. Ideo vt videtur quòd omnia omnino, quæ in Eccleſia Dei ſunt infinita numero, & ad laudis ſempiternæ palmam, quàm illuſtriſſima confeſſorum, virginum, martyrum, atque omnium iuſtorum triumphantium de diabolo, mundo, & carne monumenta ſuam vim, robur, ſanguinem, vitámque accipiunt à cruce Domini. Quid etiam firmius Chriſtiano, cuius in fronte crux illa eſt, quæ à Chryſoſtomo iuſtorum conſiliarium, conuerientium manuductio. à Damaſceno, infirmorum baculum; itémque proficientium perfectio. à Cretenſi, cuſtos in nocte, in die tutris, in tenebris deductrix appellatur? Quò (vt ait Laurentius Iuſtinus) homines fugiant, vnde ſperent, vbi requieſcant. Heu tu ò male ſerpens, qui ligno viciſti, ligno quoque vſque adeò victus es, vt vel ad illius vmbram, & ſignum timeas, fugias, diſpareas? Hinc etiam Gregorius Nazianzenus ſolitum ſe dicere aiebat, quoties praua dæmonis titillatione mouebatur, proinde cede, ne te cruce feriam. Quare hoc feciſti? reſpondere non poſſumus; carere nos diuinis præſidiis, cùm Dominus ſtet ad oſtium & pulſet. Non Dei aduersùm nos inclementiam, & ſuorum bonorum auaritiam: certum enim illud eſt à S. Ephrem *ſermone de virginitate*, dictum: Dei nulla eſt ſatietas donandi nobis regnum ſuum.

*S. Chryſoſt. Iudicium Dei terribile.*

*Inexcuſabile peccatum hominis.*

*Chriſtiani fortitudo contra dæmonum.*

*S. Ephrem.*

*Tertull. Crucis dominica commendatio.*

*S. Chryſoſt.*

*S. Damaſc.*

*Cretenſ.*

*Laur. Iuſtin. Crux diabolo formidabilis.*

*S. Gregor. Nazian.*

*S. Ephrem. Dei magnificentia inexhauſtabilis.*

4. Quare hoc feciſti? Nec enim neſcire nos viam ad virtutem, nec difficultatem in itineris moleſtiis euincendis cauſari poſſumus. Via iam lata eſt, & innumeris trita incedentium greſſibus, poſtquam Chriſtus Dominus inceſſit pandens viam ante ſuos iuſtos. Profectò B. Iob dum iudicium Dei pertimeſcit, illud vehementer dolet: *Inſtauras teſtes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduersùs me, & pœna militãt in me*, capite decimo. Quo in loco pulcherrima eſt interpretatio D. Gregorij *nono moralium, capite quadrageſimotertio*; ſic habet. Teſtes Dei ſunt, qui per exercitium ſancti operis teſtantur, quæ electos ſecutura ſunt præmia veritatis. Teſtes hos ſuos Dominus contrà inſtaurat, cùm electorum vitam prauitati noſtræ contrariam, ad arguendos nos, inſtruendóſque multiplicat. Teſtes ſuos contra nos inſtaurat: quia bona, quæ fecere ipſi, negligimus; hæc ad correptionem noſtram, fieri ab aliis demonſtrat: vt qui præceptis non accendimur, ſaltem exemplis excitemur; atque in appetitu rectitudinis, nil ſibi mens noſtra difficile æſtimet, quod perfectè peragi ab aliis videt. Omnipotens autem

*Iob 10.*

*S. Gregor. Exempla ſanctorum nos excitant, & accuſant.*

Deus,

Deus, cùm contra nos teſtes inſtaurat, iram multiplicat; quia quò bonorum vitam noſtris oculis obiicit, eò prauitatis perpetratæ duritiam, qua diſtinctione in iudicio percutiat, oſtendit. Cùm ergo bona in aliis cernimus, valde neceſſe eſt, vt & exultationem noſtræ formidini, & formidinem noſtræ exultationi miſceamus: quatenus & de alienis profectibus caritas gaudeat, & de ſuis infirmitatibus cõſcientia conſtricta contremiſcat. Conſideratis autem Dei teſtibus pœnæ militant in nos, quia dum miranda illorum facta conſpicimus, vitam noſtram, quæ ea eorum comparatione diſplicet, ſtudioſa afflictione cruciamus, vt quicquid in nobis polluerunt opera, diluant lamenta, & ſi quid adhuc culpa delectationis inquinat, pœna mœroris tergat. Beatus igitur Iob, quia vitam Patrum præcedentium conſpicit; quid in ſe gemere debeat, ſubtiliùs agnoſcit. Sed magni doloris magiſterio, dum ſua plangit, ad lamenta nos inſtruit, vt quò virtutes in aliis cernimus, eò apud diſtinctum iudicem noſtra ſolicitè delicta timeamus. Hæc Gregorius. Qua ſolet ad inſtruendos mores, prudentia, & vbertate. Quare hoc feciſti? Nemo igitur non obmuteſcet ad hanc Domini interrogationem, in tanta nube teſtium, vt vocat D. Paulus *ad Hebræos, cap.* 12. in quam intuens D. Fulgentius grauem illam protulit ſententiam. Gratias tibi ago Domine, quia in noctem mundi huius conſtruxiſti lucidiſſima luminaria; per quæ viam poſſint inuenire, qui volunt, & excuſationem non valeant inuenire, qui negligunt. Hæc ille.

*Qualiter circa bona & mala proximi agendum.*

Ad Heb. 12.
S. Fulgent.
*Sancti ſunt luminaria in mundo.*

5. Quare hoc feciſti? O ſi hæc tam horribilia ſupremi iudicis verba noſtris altiùs animis inhærerent! profectò nullus noſtrûm auderet aduersùs eum leuare oculos, nedum peccare tam impudenter, vt peccamus, in cuius iram & iudicium tandem eſt compingendus. Huius iudicis ſeueritas duplici ex capite, quàm ſit terribilis, videtur demonſtrari; ac primò quidem vt D. Gregor. *loco citato* expendit. Eo nobis (inquit) multiplicari ira Dei dicitur, quo eſſe multiplex iudicatur: quia ex ipſa nunc bonorum vita & labore cognoſcimus, ſi emendari, dum tempus eſt, nolumus, quanta pòſt animaduerſione feriamur. Electos quippe Dei cernimus, & pia agere, & crudelia multa tolerare. Hinc ergo colligitur, diſtrictus iudex quanta illic feriat diſtrictione, quos reprobat, ſi hîc ſic cruciat quos amat. Petro atteſtante: *Tempus eſt, vt iudicium incipiat de domo Dei, ſi autem primum à nobis, qui finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio?* 1. Petr. 4. Argumentatio hæc D. Petri, quam affert S. Gregor. inde ſuam vim habet; quia Dei cognitio, ac præſertim vera fides, quam catholici habemus, maxime nos impellit ad omnia pietatis munera, & opera virtutum, quòd ſi his caremus, arguit nos ipſa noſtra fides, & cognitio Dei; quippe cùm non ſecundum ſcientiam operemur. Hinc multo potius & grauiùs timere debent catholici, quàm philoſophi Deum agnoſcentes, & non honorantes, de quibus agit Paulus *ad Rom.* 1. vbi ſic inter alia colligit. *Reuelabitur ira Dei ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum eorũ, qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent.* Id eſt (exponit S. Thomas) veram de Deo cognitionem detinent in iniuſtitia quaſi captiuatam. Nam vera Dei cognitio, quantum eſt de ſe, inducit homines ad bonum, ſed ligatur quaſi captiuitate detenta per iniuſtitiæ effectum, per quam, vt dicitur *Pſal.* 11. diminutæ ſunt veritates à filiis hominum. Hæc D. Thom. Deinde ampliùs demonſtratur iſthæc ſeueritas ex eo, quod conſiderat idem Gregor. 17. *moral. vltimo*, ad illa verba Euangelij. *Dixit Ieſus: Quem quæritis? Ego ſum, abierunt retrorſum*, &c. Ioan. 18. Quid (inquit) facturus eſt, cùm iudicaturus venerit, qui vna voce hoſtes perculit, etiam cùm iudicandus venit? Quod eſt illud iudicium quod immortalis exeret, qui in vna voce non potuit ferri moriturus? quis eius iram toleret, cuius & ipſa non potuit manſuetudo tolerari: itaque ſi Deus in hac vita ſuos fideliſſimos ſeruos, & chariſſimos filios, vel ad expiationem leuium erratorum, vel ad exercitium virtutis, & patientiæ coronam grauiſſimis ſinit calamitatibus afflictari; maximè verò Filium ſuum vnigenitum cruci affigi. Si hæc fiunt in viridi ligno, in arido quid fiet? Deinde ſi tam terribilem in horto paſſurus ſe oſtendit, qualis apparebit cùm venerit in nubibus cæli cum poteſtate magna, & maieſtate? Quare hoc feciſti? Iugis eſt in peccatoris conſcientia, hæc iudicialis inquiſitio. Iudicis enim (vt ait D. Auguſtinus *in Pſalm.* 56.) tribunal eſt in mente vbi accuſat conſcientia. Quòd ſi quid ſceleris admiſſum deprehendit, quæ tormenta patitur animus? Etenim, vt rectè monet D. Ambroſius *enarrat. in Prouerb. vltimo, cap.* 4 Conſcientia mala pungit, & omnia reddit amara. Atque vtinam hæc amaritudo, de qua hic Ambroſius, conſcientiæ, ſemel [illegible] mentem, quæ peccauit, ſparſa perpetuò duraſſet, nec deinde aduentantis malæ ſuggeſtionis, atque illecebroſæ titillationis fucata dulcedine ad peccatum inuitante, detergeretur ab animo. Eſto conſentiens aduerſario tuo citò, dum es in via cum eo, ne fortè tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris, *Matth.* 5 Conſilium Domini eſt, & nullum illo nobis ſalubrius ad animæ ſalutem. Cuius hæc eſt ſanior expoſitio D. Athanaſij *in quæſt. dicitur conſcientia aduerſarius.* Nam occultè nos in corde noſtro redarguit, coërcet à malo: etſi ſimus inobedientes, tandem nos ad Dei tribunal ſiſtit, vbi & pœnas dabimus enormium. Hæc ille. Repetat igitur identidem quiſque apud ſe; dicet tandem aliquando Deus ad animam meam: Quare hoc feciſti? Poſtremò quis mirabitur, cur Dominus tam lento gradu procedat interrogando, & audiendo in hoc iudicio delinquentium? Ratio illa optima redditur à Procopio hiſce verbis. Conſuetudo eſt, vt decepti, vbi circumſcripti fuerint, tum demum dolum & fraudem ſentiant: initio enim voluptas ita ineſcat hominem, vt mali ſenſus ad ipſum haud poſſit peruenire. Nam ratio, cuius erat peccatum ſubuertere & diſſuadere, voluptate obfuſcatur, vt non audiat Deum præſentem in mente & monentem. Hæc ille. Paulatim igitur rei ad ſe redeunt.

*Iudicium Dei horribile.*

S. Gregor.

*Boni multa patiuntur.*

1. Petr. 4.

Ad Rom. 1.

S. Thom.

S. Greg.

Ioan. 18

S. Aug.
*Conſcientia tormentum.*

S. Ambr.

Matth. 5.

S. Athan.
*Conſcientia accuſat.*

Procop.

## SECTIO XXIX.

*Qua reſpondit: Serpens decepit me, & comedi.*

1. HEbraic. הנחש *hannachas*, ſerpens cum articulo præfixo, ille ſerpẽs. Emphaticè,

A ille ſerpens, quem tu ô Deus creaſti, quem in paradiſum introire permiſiſti, cui tantam ad decipiendum indidiſti facultatem, quem à nobis non repuliſti, quem decipere ſiuiſti; ille me ſeduxit: me ſimplicem, incautam, fragilem, mulierculam, omnis expertem doli, fraudis neſciam, nunquam tale quid timentem, nec verò etiam cogitantem. השיאני *hixxiani*, ſeduxit me. quod verbum æquè poteſt deduci à duplici radice. Cùm enim in primigenio idiomate Hebræi non habuerint puncta, quæ poſt ætatem D. Hieron. pro vocalibus ſuffecta ſunt, fit, vt verbum נשא *naxa* duplicem efficiat radicē ex vario ſitu puncti. Nam *naxa*, cum puncto in dextero cornu literæ (ש) *xin* ſignificat decipere, deſolare, de-

*Mulier culpam excuſat.*

B ſtruere; at cum puncto in ſiniſtro cornu eſt eleuare, item comburere, ardere. Noſter interpres priorem radicem reſpexit: etſi vtraque eundem reddat ſenſum. Et quidem hæc omnia ſimul inueniuntur in vitio ſuperbiæ, quo primi parentes infecti ſuperbam ſobolem ediderunt. Serpens igitur (ait) me decepit, me deſolauit & deſtruxit, ſerpens me ſubleuauit, ſcilicet in ſuperbiam ad appetitionem diuinitatis. Fecit me ardere, combuſſit. Eſt autem verbum in coniugatione Hiphil השיאני *hixxiani*. Vides, vt mulier malum viri exemplum ſecuta, dum ſe nititur excuſare, culpam in ſerpentem directò retorqueat, in Deum autem obliquè, qui mali & ruinæ dederit occaſionem? En oſtenditur quanta ſit efficacia

*Superbia exitialis.*

C praui exempli: excuſantem ſe, & Dei conſilia ſugillantem virum mulier imitatur. Peccatum quidem odoris eſt putidi, at virtus ſpirat vnguenta. rectè id quidem dicitur ab Origen. *hom. 1. in Cant.* Cæterùm ipſo rerum vſu quotidiano experimur maiorem vim ineſſe fœtulento illi odori ad nocendum, quàm fragrantiſſimo iſti vnguento ad viuificandum, tenaciúſque adhærere hominum animis vitiorum, quàm virtutum exempla & documenta. Haud neſcio quidem quæ ſit illa via boni odoris, quam ſponſa in virtutibus ſui Domini atque ſponſi adeò efficacem experta dicebat: *Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum*, Cantic. 1. Quæ quidem vis boni odoris non ſolùm in ſponſo Chriſto Domino, ſed

Origen.
*Exempli mali efficacitas.*

Cant. 1.

D in quolibet iuſto ad permouendos aliorum animos multum efficax eſt. Quod S. Baſil. *Epiſt.* 175. columbæ per induſtriam odorum fragrātia ſuffitæ, & vnguentis delibutæ, quam quoquò verſum volitantē innumeræ aliæ vnde vnde coëuntes ad columbarium conſequuntur, appoſita ſimilitudine declarat: tùm ſe illi ſtatam huiuſmodi artificio cepiſſe, & conuertiſſe ſe ſcribit, Bene (inquit) olentem ſequuntur & reliquæ, atque in poteſtatem columbarij veniunt. *Et paulo infra*: Dionyſium filium aliquando nactus, diuino vnguento animæ illius alas perunxi, & ad honeſtatis tuæ grauitatem miſi, vt teipſam illi adiungeres, & ad nidum acciperes. Hæc Baſilius. Simili-

S. Baſil.
*Exempla boni odor.*

E ter S. Ambroſius ad eadem Cantic. verba *libro de Iſaac, cap.* 3. ſic ait: Bona anima, quæ non pro ſe ſola, ſed pro omnibus rogat: habemus enim cupiditatem ſequendi, quam vnguentorum tuorum inſpirat gratia. de eodem Chriſti Domini exemplo ita exponit Theodoretus. Animæ ſtrenuo ac virili ſenſu præditæ, vitæque voluptatem & laſciuiam, atque deſidiam fugientes, & laborem delicijs anteponentes, poſt ſponſum currunt, vnguenti fragrantia illectæ atque attractæ, ac veluti vinculo quodam inexplicabili vinctæ & colligatæ. Arbitror Eccleſiam ante Do-

Cantic. 1.

Theod.

A mini aduentum cum adoleſcentulis, hoc eſt, Patrum eſt Prophetarum animabus, vel ad nomen ipſius Meſſiæ geſtientem, ita profari. Vnde optimè colligit S. Bernardus *ſerm.* 21. Quòd ſi vnctionem in ſe offuſam ſentiret, cuius ita tenui exhilarata fragrantia promouetur, vt curratē mirum ſi non & volaret. Si nomen Meſſiæ tam mirabiles in antiquis Patribus effectus opprimebat; quid ſi illum vidiſſent in præſepio natum, ad vbera Virginis matris pendentem, matura dein ætate prædicantem, miracula facientem: ac demum patientem, crucifixum, excitum ab inferis, glorioſum, & in cælos aſcendentem? hæc nos habemus; & tamen frigidi ac deſidea ſumus.

S. Bern.

B a. Hoc ſanè debitum exigitur, vel maximè ab iis, qui religioſam vitam ſequuntur, & qui ſacerdotali funguntur munere, atque omnium potiſſimè, qui Epiſcopi & Prælati inter reliquos vt dignitate, ſic vitæ morúmque ſanctitate conſpicui eminere debent, de quibus ita D. Chryſoſt. *hom. 3. in 2. Corinth.* Tanquam thuribulum regium ſumus, cæleſte vnguentum, ac ſpiritualem fragrantiam, quoquò gentium pergamus redolentes. Vtinam talem ſe, cùm rogatus à Domino eſt, Adamus exhibuiſſet; profectò non ſuæ vitium impœnitentiæ, & imprudentiam excuſationum in mulierē, cuius vir, & paſtor, & rector, vt prælatus erat, infudiſſet; vitium enim (vt Tertull. ait) dum videtur, addiſcitur. Sed væ mundo à

S. Chryſ.

Tertull.

C ſcandalis, exclamat Dominus *Matth.* 18. Quod nimirū totus ſcateat ſcandalis, improborúmque hominum exemplis ad ruinam animarum impellentibus. Plena (inquit D. Ambroſ.) ſunt Angelorum omnia, aër, terræ, mare, Eccleſiæ, quibus Angeli præſunt. Sed quorſum (inquies) hæc innumerabilis multitudo Angelorum, quaſi nihil oculis videas, nihil manu attingas, nihil pedibus teras, quod infinitis non refertum Angelis videatur? Reſpondet egregie ſanctiſſimus Pater: Adſunt Cherubim & Seraphim, qui dicunt, Sanctus, ſanctus, ſanctus: plena eſt terra maieſtatis tuæ, plenus eſt mundus ſanctarum virtutum, quia plenus eſt nequitiarum. Plenus eſt orbis terrarum remedijs, quia plenus eſt laqueis. Sic

Matth. 18.
*Scandalis ſcatent omnia.*
S. Ambroſ.

D Ambroſ. *ſerm.* 1. *in Pſal.* 118. Ergo neceſſe fuit preſtò vt eſſent Angelorum præſidia, virtutes orbem implerent; ſuauiſſimi & ſanctiſſimi perſonarent cantus, vt dæmonum, & malorum hominum, impuritates, & nequitiæ, quibus eſt orbis infectus, quodammodo expiarentur. Verè & grauiter illud dictum eſt ab Euthymio *in cap.* 18. *Matth.* Scandalum à dæmone ſeminatur, ab homine verò alitur, & augetur ac recipitur. Sic ille. Sed ô lethale ac peſtiferum inuentum diaboli! Primus ſerpens inuentor ſcandali pepulit mulierem in ruinam: mulier deinde à diabolo edocta virum; vir etiam eodem in aliud, atque

S. Ambr.
*Remedium contra ſcandala orbis abundat.*

Euthym.
*Scandalum qui ſerit, & qui alit.*

E aliud barathrum præcipitauit, nefario ſcilicet exemplo. Minus enim (vt eleganter ſcribit D. Gregor. Nazianz. *in ſentent.*) ſermone opus erit, facto opus facienti: pictórque non tam ſermone, quàm penicillo, atque exemplo docet. Caueat ergo Adam quicquam indecorum efficere, ante oculos præſertim imbecillioris Euæ: haud dubiè tanquam ex ſuggeſto vitium inculcabit, vt verbo Tertulliani vtar. Caueat Eua ne turpe quid obiectet oculis Adami. Caueat (vt optimè D. Ambroſ. *lib. 1. de pœnit.*) ne vel fortuitis occurſibus pateat ad vulnus alienum, vel ſuum: vtrumque vulnus ſuum. Ne temerè aut videat, aut videatur

S. Gregor. Nazian.

S. Ambr.
*Scandalum ne præbeant, vir, ac mulier.*

Nazianz.

deatur. Et quod adiungit D. Nazianz. *exhortat. ad Virg.* Ne forte ex fraude dæmonis vel feriat, vel feriatur. Neque verò quis miretur Adamum, atque Euam, alterum alteri in ſcandalum ad ruinam eſſe; vtriuſque enim vna atque eadem caro: nimirum, vt D. Ambroſ. *ſerm. 1. in Pſal. 118.* adnotauit:

S. Ambroſ. *Caro humana vitio infecta.*

Madefacta ſerpentis veneno criminum marceſcit fœtore. At hanc vitio affectam viri & mulieris vnam carnem Dei gratia expiauit, vſque adeò, vt iam vna vnius viri, & vnius mulieris carne purius nihil & ſanctius habeatur. Vtrúque ſponſa intellexit in Canticis, vt idem Ambroſ. obſeruat *citato loco.*

S. Ambroſ.

Quare (inquiens) ſponſa meminerat ſe in Eua ante ſic lapſam, dum voluptatem corporis prætulit mandatis cæleſtibus, dicens: *Vnguentum effuſum nomen tuum*, Cant. 1. Hoc eſt, totus immundis impuritatibus diuerſorum facinorum fœtebat hic mundus.

Cant. 1.

*Caro Chriſti, & Virginis mundiſſima.*

Nunc ſpirat vbique ſuauitas pudicitiæ, vnguentum fidei, flos integritatis. Sic ille. Loquitur de incarnatione Verbi diuini: quo in myſterio alter eſt Adamus, altera Eua. Nimirum Deus homo, & mater Dei hominis: ille vita, illa mater vitæ: vtriuſque vna & eadem caro, ſed quænam amborum caro? Audi D. Ambroſium de leone & fauo Sanſonis diſſerentem.

S. Ambroſ.

Vbi erat antè pabulum mortis, ibi nunc eſt cibus vitæ. De carne ſcilicet humana ſermo eſt, quæ in Adamo, & Eua morti eſt addicta: in Chriſto autem, & in Virgine matre, vitam mundo attulit.

S. Auguſt.

3. Serpens decepit me, & comedi. D. Auguſt. agnoſcit in his verbis ſuperbiam mulieris, quæ peccatum ſuum palàm confiteri noluit. Nec iſta (inquit) confitetur peccatum, ſed in alterum refert, impari ſexu, pari faſtu. Sic Auguſt.

S. Auguſt. *Adam & Eua malè excuſant.*

Obiter collige ridendum eſſe, quòd fœmina ſuperbiat. quid enim abſurdius, quàm vt tam humilis ſexus tanto faſtu intumeſcat? Idem *14. de Ciuitate.* Excuſationes vtriuſque plenas arrogantia oſtendit ad hunc modum. Sed eſt peior damnabiliorque ſuperbia, qua etiam in peccatis manifeſtis ſuffugium excuſationis inquiritur. Ille dixit: Mulier, quam dediſti mihi, &c. Illa: Serpens decepit me. Nuſquam hic ſonat petitio veniæ, nuſquam imploratio medicinæ. Quærit ſuperbia in alium referre, quod perperàm fecit, ſuperbia mulieris in ſerpentem, ſuperbia viri in mulierem.

*Accuſatio potius, quàm excuſatio.*

Sed accuſatio potius, quàm excuſatio vera eſt, vbi mandati diuini eſt aperta tranſgreſſio. Hæc Auguſtin. Deinde inſipienter loquuta eſt mulier, cùm ſe ideo comediſſe dicit, quòd à ſerpente inducta fuerit. Neque enim, vt rectè adiungit D.

S. Auguſt.

Auguſtinus, propterea ambo non fecerunt, quia id mulier ſerpente ſuadente, vir muliere impertiente commiſit, quaſi quicquam Deo, cui crederetur, vel cederetur, anteponendum fuerit. Tota verò Deo interrogatio, inquiſitio, & compellatio delinquentium non ad alium finem tendit, vt rectè obſeruat D. Chryſ.

S. Chryſ. *Ad confeſſionem Deus prouocat.*

quàm vt Deus ipſe miſericordiam ſuam declaret, ad illorum infirmitatem demittendo ſe (ſcilicet alloquendo tam viles, abiectos, ac peccatores) & illos ad peccatorum confeſſionem prouocet. Ita Chryſ. Et quidem ambo confeſſi ſunt factum, nempe quòd comederint. Nec enim eò impudentię etiam poſt peccatum proceſſerunt, vt inficiari factum Deo auderent. Quod ſummum & grauiſſimum in confeſſione ſacramentali ſacrilegium qui admittunt, non à parentibus licèt peccatoribus, ſed ab ipſomet diabolo didicerunt. Cæterùm de hoc malo ſæpius iam diſſeruimus. Porro etſi confeſ-

A ſio iſta primorum parentum tam imperfecta extiterit, excuſationibus decorata, non abluta lacrymis, non peccati execratione, non dolore aliquo, non ſuplicatione veniæ, vt eſſe debet, abſoluta, & conſummata: nihilominus qualis illa fuerit: cùm prima in mundo apparuit, vſque adeò placuit Deo, vt mitiſſimum ſe geſſerit aduerſus peccatores, etiam imperfectè confeſſos.

*Confeſſio aliqualis Deo fuit grata.*

Quamobrem non immeritò dictũ eſt à D. Ambroſ. *lib. de paradiſ. cap. 14.* Dixit mulier: Serpens decepit me, & comedi. Veniabilis culpa, quam ſequitur profeſſio delictorum. Ideo non deſperata mulier, quæ non reticuit Deo, ſed magis confeſſa peccatum eſt, quàm medicabilis ſequuta ſententia eſt.

S. Ambroſ.

*Confeſſio neceſſaria peccatori.*

B Iuſtus enim accuſator eſt ſui in principio ſermonis, *Prouerb. 18.* Neque enim poteſt quiſquam iuſtificari à peccato, niſi fuerit peccatum antè confeſſus. Vnde Dominus ait Iſai. 43. *Dic iniquitates tuas, vt iuſtificeris.* Ergo quia Eua ipſa confeſſa delictum eſt, mitior ſequitur & profutura ſententia. Hæc Ambroſ.

Prouerb. 18

Iſai. 43.

4. Illud etiam mulieri rectè ad veniam cecidit, quòd ſeducta fuerit à ſerpente, qui erat callidior cunctis animantibus terræ, vt egregiè adnotauit D. Ambroſ. *lib. de paradiſ. cap. 15.* Serpens (inquit) decepit me. Et hoc veniabile Deo viſum eſt, eo quòd noſſet multas ad decipiendum vias eſſe ſerpentis, quia transfiguratur in Angelum lucis, & miniſtri eius ſicut miniſtri iuſtitiæ ſunt, falſa imponentis rebus ſingulis nomina, vt temeritatem dicat eſſe virtutem, & auaritiæ nomen imponat induſtriæ. Sic Ambroſ.

S. Ambroſ.

C

*Diabolus falſa rebus imponit nomina.*

Igitur mulieris peccatum quia ex imbecillitate muliebri, & malitia, impoſturáque ſerpentis ad fallendum aſtutiſſimi natum eſt, hoc nomine longe leuius putatur, quàm peccatum viri, qui non ex infirmitate naturæ imbecillioris, neque ex dolo alterius, propriáque ignorantia, ſed ex malitia ipſius prouenit: atque idcirco grauius multo eſt.

*Vir, quàm mulier, grauiùs deliquit.*

De iis ſic ſtatuit D. Paul. 1. ad Timoth. 2. *Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in prævaricatione fuit.* Quem locum perdifficilem reddiderunt innumeræ Doctorum ſententiæ, dum variè diſputant de ſeductione, quæ ſecundùm Apoſtolum, non in viro, ſed in fœmina peccante inuenta eſt.

1. Timoth. 2.

D

Videas noſtrum Magalianum, qui diligenter huiuſmodi diſputationem proſequutur; at meo quidem iudicio nulla ſanior ac verior, & magis theologica explicatio præſentem in locum adduci poteſt, quàm quæ affertur à D. Thom.

Magalian.

*Seductio qua in viro, & qua in fœmina fuerit.*

S. Thom.

Seductio (ait) duplex eſt, ſcilicet in vniuerſali, & particulari eligibili; quæ eſt ignorantia electionis. Quicunque ergo peccat, ſeducitur ignorantia electionis in particulari eligibili: mulier autem fuit ſeducta ignorantia in vniuerſali, quando ſcilicet credidit, quod ſerpens dixit; ſed vir non credidit hoc, ſed deceptus fuit in particulari, ſcilicet, quòd gerendus eſſet mos vxori, & cum ea comedere deberet, & inexpertus diuinæ ſeueritatis, credidit quod facilè remitteretur.

E

Sed contrà; ignorantia eſt pœna peccati; ergo pœna præceſſit culpam. Reſpondeo. Dicendum eſt, quòd non præceſſit, quia ſtatim ad verba ſerpentis elata fuit, eo quòd alius eſſet de ea ſolicitus, & ex illa elatione ſeducta eſt, vnde elatio præceſſit. Hæc S. Thom. Ex cuius doctrina, quæ fuit etiam D. Auguſt. hæc in planum deducitur ſententia.

S. Auguſt.

Mulier ſeducta eſt à ſerpente, credens omnia vera eſſe, quæ ab illo dicta ſunt. Adam non eſt ſeductus à ſerpente; falſa enim, vt erant, iudicauit dicta ſerpentis; ſed in eo ſeductus eſſe

aliquo modo dicitur, quia credidit facile veniam peccati à Deo impetrandam, mulieri morem gerendum inuitanti ad eſcam; potiúſque amori vxoris, quàm Dei præcepto obtemperandum eſſe iudicauit. Obiter expende verba D. Thom. eo quòd alius de ea ſolicitus eſt, mulier elata eſt. Exprimitur ingenium mulieris. Mirum eſt quantum amet amari, ſolicitè curari obſequiis cæli, officioſè tractari, compaſſione in aduerſis dolenter demulceri. & multa huiuſmodi mulier expetit, quæ vel ab infirmitate, vel à leuitate innata, vel à ſuperbia potiùs oriuntur.

5. Serpens decepit me, & comedi. Nonnulla ſuperſunt adhuc in his verbis elucidanda, quæ mulieris reſponſionem aliqua ex parte laudabilem reddunt. B Ac primò quidem palàm fatetur ſuæ mentis elationem, & arrogantiam. Vti enim ſubiecimus, verbum Hebr. נשא etiam ſignificat, ſubleuauit, ſeu efferri, eleuari fecit. Ingenuè igitur mulier confitetur ſe fuiſſe ſuperbam. Non diffitentur iuſti, ſi quando peccant, erratum ſuum, agnoſcunt quidem, & palam exponunt; vt de ſeipſo cecinit & cantandum gentibus propoſuit Dauid Pſalm. 50. *Delictum meum contra me eſt ſemper.* Vbi D. Ambroſ. Hoc (inquit) bonæ mentis eſt, vulnus ſentire peccati; vbi enim doloris ſenſus, ibi etiam ſenſus eſt vitæ. Et S. Hieron. Non trado (inquit) peccatum meum in obliuionem; ſed propono illud ſemper ante oculos meos. Quia ſi tu ponis illud ante te, Deus illud non ponit ante ſe. Sic Hieron. Ex eo ampliùs C videri poterit, quàm neceſſaria ſit iſta cuiuique propria cognitio, & humiliatio; quod ſummum gratiæ Sacramentum (vt vocat D. Auguſt.) diuini Verbi incarnatio, tot per ſecula, imò per multas annorum myriades dilatum eſt, ægrotante interim humano genere, & innumeris hominum millibus in ſempiternam gehennam pruruentibus, idcirco maximè; quia homines per ſuperbiam elati & occæcati, nec ipſos vt erant, impuriſſimos ac miſerrimos agnoſcebant, nec ſuam infelicitatem ſentiebant. Quare D. Thom. *in 3. part. quæſt.* 1. *art.* 5. huius dilationis de Verbi incarnatione aliquot rationes aſſignans, primam ita ſubiicit. Primò quidem propter conditionem D humani peccati, quod ex ſuperbia prouenerat, vnde eo modo erat homo liberandus, vt humiliatus recognoſceret ſe liberatoris indigere. Addiderim iuſtos, & ſanctos viros, non animo tantùm ſentire, & recognoſcere propriæ vtilitatis abiectionem, ſed eam quoque prædicare verbis, & in omnem æternitatem ſuorum ſcelerum ac dedecorum chronologiam conſecrare: quò Dei ſui miſericordia demonſtretur, qui de tam cænoſo, turpique ſtatu ad ſummum faſtigium illos euexit. Sic Matthæus catalogum Apoſtolorum conſcribens apponit, & Matthæum publicanum, *Matth.* 10. Vbi S. Hieronym. Cæterùm Euangeliſtæ non publicani nomen adſcribunt: ne antiquæ conuerſationis recordantes, ſugillare Euangeliſtam viderentur. iſte verò ſe publicanum appellat: vt vbi abundauit iniquitas, ſuperabundet E & gratia. Sic Hieronym. Ibidem his verbis D. Chryſ. Traducitur nonnunquam vita ſerui, vt appareat humanitas domini. Sic Paulus: *Gratias ago ei, qui fidelem me exiſtimauit ponēs in miniſterio, qui prius blaſphemus fui, & perſecutor, & cõtumelioſus, ſed miſericordiam Dei conſecutus ſum,* 1. Tim. 1. Vbi D. Chryſoſt. Habeat (inquit Paulus) blaſphemus, dummodo nota ſit humanitas eius, qui blaſphemum Apoſtolum fecit. Bene S. Hieron.

*Eua ſuperbiam ſi fatetur.*
Pſal. 50.
S. Ambroſ.
S. Hieron.
D. Auguſt.
*Cognitio propria vitioſitatis.*
D. Thom.
*Incarnatio Verbi cur dilata eſt.*
*Iuſti vt Dei prædicent ſe humiliant.*
Matth. 10.
S. Hieron.
S. Chryſoſt.
1. Tim. 1.
S. Chryſoſt.
S. Hieron.

A ad hæc eadem verba: Iuſtus (inquit) in primordio accuſator ſui eſt: vt ſtatim cùm cœperit, aduerſarius confundatur. Mirum enim modum humilitas hominis ſuperbiam confundit & perſtringit dæmonum. Sed quis non admiretur illa Pauli verba: *Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum:* ibidem. Ad quem locum ſic Theodor. Peccatorum omnium ſeipſum primum dicere, id ipſos quoque tranſilit terminos humilitatis. Quaſi verò dicat: Dominus Chriſtus animarum medicus, cùm factus eſſet homo pro ſalute peccatorum, me qui eram omnium ſceleratiſſimus, non ſolùm à prioribus liberauit maculis, ſed maximis etiam donis obruit, omnibus hominibus B per me oſtendens ſummam patientiam, & clementiam: vt nemo eorum, qui maxima ſcelera perpetrauerit, ad me reſpiciens, de ſalute deſperet. Hæc Theodor. Adiungit S. Hieronym. vt Dauid ait: *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur,* Pſalm. 50. Si mihi videriot indulta peccata, tunc docebo neminem deſperare debere. Nam ſi Dauid veniam inuenit: quis eam, ſi volet, non aſſequetur? Præterea mulier apertè oſtendit ſentire ſe & penitus internoſcere grauitatem & iniquitatem ſui delicti, eo quòd verbum Hebr. quod vertitur, *decepit*, ſignificat etiam onerare; quaſi dixerit: Serpens me onerauit grauiſſimo illo pondere peccati. Multo autem commendabilius eſt in Eua illud, *onerauit*, quàm in Dauide illud, *Sicut onus graue grauata ſunt ſuper* C *me,* Pſal. 37. Etenim delicatior ſenſus eſt animæ, quæ pondus ſentit vnius tantùm peccati, de pomo vetito comedendo; quàm iſtius, cuius homicidium, adulterium, ſcandalum populi, iniquitates ſunt ſupergreſſæ caput ipſius. Ac ſecundum peccati pondus, ita iudicij & ſupplicij grauitatem ſibi timebat Dauid; vti S. Hieronym. explicat ad hunc modum: Non eſt mihi leue peccatum meum; ſed recognoſco, quia graue mihi iudicij pondus impoſuit; & ſuper verticem capitis mei excreuit. Sic Hieron.

6. Denique nemo iure non miretur modeſtiam primæ mulieris: à marito accuſata non retorquet calumniam, ſerpentem accuſat; ſerpens D decepit me aduerſùs maritum obmuteſcit. Vbi ergo veritas illius ſententiæ, quæ à Nicephoro traditur: Nihil concitatius eſt muliebri animo, nihil æquè promptum ad probabiles calumnias ſtruendas, & ſua mala in inſontes conferenda. Sed heus tu, qui hoc audis, & celebras; adeſt prima, & mater mulierum, quæ à viro calumniis impetita non calumnioſè virum repetiit. Vir mulierem vocat in iudicium, mulier ſerpentem. Breuis omnis malitia ſuper malitiam mulieris; ſors peccatorum cadat ſuper illam: dicitur *Eccleſ.* 25. At prima mulier etiam intrinsùs exulcerata nullum malitiæ ſignum exhibuit, nec læſa exeruit aculeum. Sicut aſcenſus arenoſus, in pedibus veterani, ſic mulier linguata homini quieto, *Eccleſ.* 25. Sed ecce mulier elinguis mutáque E erga maritū querulum, moroſum, accuſatorem truculentum; non eſt igitur natura ſua mulier mendax, vindéxque, vt malè philoſophatus Ariſtoteles: nam quæ talis apparet, non mulier, ſed ſerpens eſt. Quæ maior patientia, quàm iſtius mulieris? & quid ad laudis & commendationis gloriam præſtantius, quàm patientia? Rectè Tertullianus *lib. de patiem. cap.* 15. Patiētia fœminam exornat, virum approbat; amatur in puero, laudatur in iuuene, ſuſcipitur in ſene; in omni ſe-

*Pauli inſignis humilitas.*
Theodor.
S. Hieron.
*Eua delicatius, quam Dauid ſentit grauitatem peccati.*
Pſalm. 37.
S. Hieron.
*Eua in virum modeſtior.*
Nicephor.
*Mulier vt dicatur a calumnus.*
Eccleſ. 25.
Tertul.
*Patientia laus.*

xu, in

xu, in omni ætate formoſa eſt. Pudeat ergo viros, pudeat etiam mulieres a tali, iam modeſta, patientéque matre progenitos degenerare. Errant qui laceſſiti probris ac maledictis honoris ſui ſe iacturam facere, & apud homines ignominiam infamiámque incurrere arbitrantur, ſi taceant, ſi ferant. audiant D. Chryſ. *homil.* 12. *in Epiſt. ad Roman.* Qui ſugillatus, mordetúrque, is cùm propterea dolet, palàm facit criminationis obiectæ conſcium ſe eſſe: qui verò ridet, is profectò riſu ipſo apud eos, qui rei teſtes, conſciique ſunt, ſeipſum omni ſuſpicione liberat. Nihil autem tam eos, à quibus lædimur vrere ſolet, quàm iniuriæ illatio riſu excepta. Ita Chryſoſt. Nihil adverſùs virum etiam ab illo accuſata denunciat; quia vir, quia caput eſt; quia prælatorum & principum vitia occultanda potiùs ſunt, quàm propalanda. Lamentatur Dauid mortē Saulis regis Iſrael, ſed multo magis mortem ipſam annunciari queritur. Non audiatur hoc in Geth, non prædicetur in compitis Aſcalonis, ne fortè lætentur. 2. *Regum.* 2. Ruinam principis ſciri, euulgari doleo: cecidit vnctus Domini: ah nemo id reſciat; montes ipſi cum oſſibus pariter ignominiam obtegant principum. Cadentem in monte Thabor Petrum, & ſui non compotem, neſcientem quid diceret: Ecce nubes lucida obumbrauit eum, *Matth.* 17. Velo igitur & pulchro ſanè velo caſus, & ineptiæ, à Deo occultantur Pontificis. Expende inſuper illa verba: *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos.* Subtiliter occurrit S. Hieronym. Quia imprudenter interrogauerat, propterea reſponſionem Domini non meretur. Vir prudens ſtulto non reſpondet: ſermonem omnem amputat, ne ſtulti dedecus prodatur. Fugit Elias tantus ille vir, propheta Domini, prædicator veritatis, querula voce ac meticuloſa, quæ fortè indigna tanto viro videretur, ſuam deplorat vicem, mortem ſibi imprecatur. Cùm ſubitò correptus ſomno ſub vmbra iuniperi obdormiuit, 3. *Reg.* 19. Deo nimirum ſic diſponente, ne quid vltra incommodum & Elia indignum loqueretur.

S. Chryſ. Iniuria patienter ferenda.

2. Reg. 2. Prælatorum vitia occultanda.

Matth. 17.

S. Hieron.

3. Reg. 19. Elias imprudenter loquens.

7. Patientiæ, atque amoris erga virum inſigne præbuit documentum prima mulier, cùm ab illo criminis incuſata ſiluit, patienter tulit, ac totam in ſe atque in ſerpentem reiecit culpam. Quaſi diceret: O Domine, tota huius ſceleris in viro meo cauſa ego fui, totam ergo libens pœnam ſubibo. Sic planè habet ſummi amoris argumentum, cùm is, qui amat, aliquid arduum, ac laborioſum patitur in amore; quod egregiè oſtendit D. Bernard. in amore Chriſti Domini *ſermon. in Cantic.* 20. Sed eſt (ait) quod me plus mouet, plus vrget, plus accendit, ſuper omnia, inquam, reddit amabilem te mihi, Ieſu bone, calix, quem bibiſti, opus noſtræ redemptionis; hoc omnino amorem noſtrum facilè vendicat totum ſibi. Hoc, inquam, eſt, quod noſtram deuotionem & blandiùs allicit, & iuſtiùs exigit, & arctiùs ſtringit, & afficit vehementiùs. multum quippe laborauit in eo Saluator, nec in omni mundi fabrica tantum fatigationis autor aſſumpſit. Illa denique dixit, & facta ſunt, mandauit, & creata ſunt, *Pſal.* 32. At verò hoc, & in dictis ſuis ſuſtinuit contradictores, & in factis obſeruatores, & in tormentis illuſores, & in morte exprobratores. Ecce quomodo dilexit. Hæc Bern. Cæterùm, ne quis fortè indignetur, quòd muliebria cauſam, vt potiorem defendam, audiat patienter illi patrocinantem D. Ambroſ. *lib. de inſtitut. Virgin. cap.* 4. ſic inſit. Sanè negare non poſſumus, quòd errauerit mulier. Quia tamen, ſi infirmior lapſus eſt ſexus, cùm in lapſu etiam fortior & mulier excuſationem habet in peccato, vir non habet. Illa à ſapientiſſimo omnium ſerpente decepta eſt, tu à muliere, id eſt, illam ſuperior creatura decepit, te inferior. Si inferiori non potuiſti reſiſtere, quomodo illa potuit ſuperiori? culpa tua illam abſoluit. Si Adam quod à Domino audierat, ſeruare non potuit quomodo potuit mulier ſeruare, quod audiuit a viro? Si illum Dei vox non confirmauit, quomodo iſtam vox firmaret humana? Denique Adam conuentus quòd contra præcepta guſtaſſet, nihil habuit quod diceret; niſi quòd ſibi mulier dediſſet, & manducaſſet: mulier autem ait; ſerpens traduxit me, & manducaui. Adde illud, quod & culpam fatetur, etenim quæ ſe dicit eſſe ſeductam, teſtatur errorem. Erroris igitur medicina confeſſio eſt. In iudicio ipſo quanto clementior viro. Ille mulierem ſuam accuſauit, iſta ſerpentem; hoc eſt, nec accuſata crimen retorſit. Sed ipſum accuſatorem ſuum maluit (ſi poſſet) abſoluere, quàm ligare. Hæc omnia D. Ambroſ. Gerebat quidem Eua typum alterius mulieris, non quidem peccando, ſed virum abſoluendo. Virgo ſcilicet Dei mater redemptionem ipſam ſcelerum ac miſericordiam, & vitam nobis peperit. En quantum (ait D. Ambroſ. *cap. ſequenti*) profuit ſexus, qui Chriſtum ſalua tamen virginitate generauit. Venit ergo Eua iam Maria, quæ nobis non ſolùm virginitatis incentiuum attulit, ſed etiam Deum intulit, vnde lætus & exultans tanto munere dicit Iſai. *Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filiū, & vocabitur nomen eius Emmanuel, nobiſcum Deus.* Vnde hoc munus? non de terra vtique, ſed de cælo vas ſibi hoc, per quod deſcenderet, Chriſtus elegit, & ſacrauit templum pudoris, per quam deſcendit; ſed multas vocauit, vnde & ſpecialē Maria Domini hoc nomen inuenit quod ſignificat Deus ex genere meo. Ita S. Ambroſ.

S. Bernard.

Amor Chriſti redemptoris.

Pſalm. 32. Redimere, quàm creare laborioſius.

S. Ambroſ.

Mulier excuſatur, non vir.

Confeſſa eſt primò mulier.

Mulieris amor virum amans.

S. Ambroſ. Maria pro Eua electa eſt à Deo.

Iſai. 7.

SECTIO XXX.

*Et ait Dominus Deus ad ſerpentem: Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ.*

1. Mirabile (ait Procopius) vide iudicium. deceptos interrogat, deceptorem non interrogat, ſed quaſi malum, & mali autorem, & penitus incorrigibilem, & inſanabilem, veniáque indignum affatur: Quia feciſti. Sic ille. Enimuero vt ex ſuperioribus conſtat, ideo Dominus examinauit facta priorum parentum, vt eos ſic ad pœnitentiam prouocaret, vt confeſſionem ab eis eliceret, vt miſericordiam quoque ſuam erga illos demonſtraret. at Serpens æternis iam erat damnatus cruciatibus; extra omnem ſpem reſurgendi à lapſu, operam igitur & oleum perderet, qui de excitando ad pœnitentiam cacodæmone ageret. Contrà verò homines, etſi labantur, ſpem habent dum viuunt reſurgendi à peccato; quod priuilegium adeò præclarum eſt, vt nihil peccatoribus, cùm vtilius ad ſalutem, tum præſtantius ad honorem, & laudem poſſit euenire. Rectè D. Ambroſ. *in Apolog. David cap.* 2. Beatus (inquit) ille, qui ſe potuerit reparare

Procop.

Homini, non diabolo pœnitentia locus eſt.

S. Ambroſ.

poſt.

poſt lapſum. Quoniam poſt mortem quoque reſurgere munus beatorum eſt. Hæc Ambroſ. Et quidem optimè vitæ prioris per pœnitentiam renouatio, quædam eſt imago reſurrectionis futuræ. Quis igitur timeat, aut verecundetur in confeſſione reſurgere, & beatorum iam nunc munere potiri? Præterea non agit Dominus iudicialiter cum ſerpente, iam enim iudicatus eſt; cum primoribus parentibus iudicium gerit, quippe adhuc ſunt in ſtatu merendi, ac demerendi, extra quem conſtitutus eſt ſerpens. Nunc tempus acceptabile, nunc dies ſalutis ſunt, 2. *Corinth.* 6. totúmque vitæ humanæ tempus, ad negotium ſalutis deſtinatum eſt. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum; veniet enim nox, quando nemo poterit operari. in quod argumentum luculenter multa congerit D. Bernard. *ſerm. 75. in Cant.* inter alia ſic ait. Tune aliud ad quærendum Deum, ad operandum quod bonum eſt, ſeperturus es tibi tempus in ſeculis ventura, præter hoc quod conſtituit tibi Deus, in quo recordetur tui? & ideo dies ſalutis, quia in his ipſe Deus rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terræ, *Pſal.* 74. I ergo tu, & in medio gehennæ expectato ſalutem quæ iam facta eſt in medio terræ, quam tibi ſomnias prouenturam inter medios ardores ſempiternos, facultatem, veniam promerendi, cùm iam tranſiit tempus promerendi? non relinquitur tibi hoſtia pro peccatis, mortuo in peccatis. Non crucifigitur iterum filius Dei, mortuus eſt ſemel; iam non moritur, non deſcendit ad inferos ſanguis, qui effuſus eſt ſuper terram. *Rom* 6. Biberunt omnes peccatores terræ, non eſt quod tibi ex eo vendicent dæmones, ad reſtinguendos focos ſuos, ſed neque homines ſocij dæmoniorum. Hæc Bernard. Quòd ſi difficultates (vt ſocordia ſolet confingere) tota vita exantlandas in ſtatio virtutis malè cauſaris, ſubeat quæſo mentem magnitudo præmiorum. Etenim (vt eleganter docet S. Ephrem *ſerm. de morte*) inſatiabile deſiderium futurorum bonorum, ſemper vigens breuem curſum efficit.

*Pœnitentia imago eſt reſurrectionis.*
2. Corint. 6.
S. Bernard. *Merendi tempus eſt hæc vita.*
Pſal. 74.
Rom 6.
S. Ephrem. *Præmium efficit leuem laborem*

2. Ad hæc non interrogat Dominus ſerpentem, quia nulla poteſt ab eo prætendi excuſatio. Qui ſemel malus, ſemper præſumitur malus, præſertim cùm duo inueniantur in ſerpente, ex quo lapſus è cælo eſt, inuidia, & odium, à quibus nihil non iniquum, ſæuum, prauum, & exitiale manare poteſt. Nam quid deteſtabilius inuidia, quæ, vt definitur à D. Auguſtin. *in Pſalm.* 104. eſt odium felicitatis alienæ. Dolores inferni, qui omnium quos, aut natura pati, aut cogitatio poteſt effingere, grauiſſimi habentur, vocauit Dauid illos, quibus inuidi contabeſcunt. *Dolores inferni circumdederũt me*, Pſal. 17. Sic enim exponit D. Auguſtin. In his, qui me circumdederũt, vt perderent me, erant dolores inuidiæ, qui mortem operantur, perducúntque ad infernum. Similiter S. Hieronym. In die detrahentium, qui mortem infernalem operantur. Inuidet enim cor intus, ac deinde in calumnias & detractiones foras erumpit. At quàm multorum & grauium malorum eſt ſeminarium truculenta illa rabies, quæ nominatur odium? In maleuolam animam non introibit ſapientia, *Sap.* 1. profectò, quia cum odio, nec ratio, nec conſilium, nec lumen vllum veri, & integri iudicij reperiri ſolet, ſed bacchicus furor, & tartari furiæ. Odiis noſtris benignitatem Dei nobis præcludimus, ait D. Greg. Nazianz. *orat.* 14. Adiungit etiam (quòd odia exercentibus ingentem debeat incutere timorem. Equidem vereor, ne præſens rerum ſtatus ignis illius ſempiterni fumus quidam ſit. Maximè verò ex diſcordiis belliſque gentium colligi voluit Dominus ſignum aduentantis iudicij finalis, vbi ſurſum deorſum omnia; dominantur improbi, ac triumphant, boni autem perpetuis calamitatibus afflictantur. Idcirco Dominus regnum cælorum ſimile dixit ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti, quam cùm impleta eſſet educentes, & ſecus littus ſedentes elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt; ſic erit in conſummatione ſæculi, *Matth.* 13. Verba Domini ſubtiliter exponens S. Petr. Chryſol. *ſerm.* 47. ita finem mundi, ex mutuis diſcordiis, & malorum tyrannide proximum iam ſubinfert his verbis. Quia ſeculi vicinus eſt finis, & ad iudicij littus, capturæ noſtræ rete iam propinquant; piſces, hoc eſt, homines, qui profundo ſeculi libero vagabantur, ſiccitate littoris, hoc eſt, finis propinquitate turbati, tota ſe rerum diſpenſatione colliduntur. Hæc Petr. Chryſolog. En ſubſultant, & inſultant, improbi, quid mirum? piſces in arenis ſunt expoſiti: vicina morti eſt illa ſubſultatio, & colliſio. Sic etiam ſolet euenire, vt improbus quiſque quo magis inſultat aliis, eo ſuo ſit exitio vicinior; nullum enim violentum diuturnum. Sicut fumus deficient, *Pſal.* 36. Adimit tibi lucem ac diem improbus, lacrymas tibi ab oculis exprimit? Beati qui lugent. Expecta Dominum, qui eris ſuſtinentes ſe. Fumus ille tandem deficiet, lætáque mundo ſerenitas redibit. Torrentes iniquitatis conturbauerunt me, ait pſaltes regius *Pſal* 17. vbi S. Hieronym. Turba (inquit) iniquorum, quæ ſicut torrentes in hyeme intumeſcunt, protinus defluentes. Non interrogatur, ſed ſtatim damnatur ſerpens, qui primas inter homines, ac Deus diſcordias excitauit.

*Diaboli inuidia, & odiũ.*
S. Aug.
Pſal 17.
S. Auguſt. *Inuidi ſimiles inferno.*
Sapient. 1.
*Odium quàm exitiale.*
S. Gregor. Nazianz.
Matth. 13.
S. Pet. Chry. *Diſcordia prænuncia Iudicij finalis.*
*Tyrannus non diu durat.*
Pſalm 36.
Pſal 17.
S. Hieron.

3. Philo Hebræus *lib. allegor.* perſiſtens in ea, quæ D. Ambroſ. & omnium pene Doctorum eſt percelebris allegoria, qua ſerpens pro voluptate carnis illecebroſa ſumitur, ſic ad hunc locum diſſerit. Quam ob cauſam non expectata defenſione execratur ſerpentem, cùm iubeat alibi, audiri ambos, inter quos res controuertitur, non præmaturè alteri credere? atqui vides, quòd Adamo non credidit priùs, quam mulieri, ſed inuitat eam ad defenſionem percontando, quare hoc feciſti? At illa errasse ſe fatetur, deceptam à voluptate ſerpentina & varia. Quid igitur vetabat etiam muliere dicente; ſerpens me decepit, percontari ipſum; deceperiſne? potiùs quàm indicta inauditáque cauſa execrari? At ſerpens voluptas ſuapte ingenio mala eſt; eam ob rem in bono ne inuenitur quidem omnino, ſed ſolus malus eſt eius particeps. Itaque iure optimo non permiſſam reſpondere execratur Deus, vtpote nullum ſemen virtutis in ſe habentem, ſed ſemper & vbique ſceleſtam, atque reprehenſibilem. Hæc Philo. Viden' vt & ſerpentem inauditum execratur? voluptas enim eſt. D. Ambroſ. *lib. de paradiſ. cap.* 15. eandem allegoriam proſequitur. Serpentis (inquit) typum accepit delectatio corporalis: mulier ſymbolum ſenſus eſt noſtri, vir mentis; delectatio itaque ſenſum mouet, ſenſus menti tranſfundit, quam acceperit, paſſionem. Delectatio igitur prima eſt origo peccati; itaque non mireris, cur antè ſerpens damnetur iudicio Dei, ſecundò mulier, tertiò

Philo.
*Voluptas, vt ſerpens, omnino mala.*
S. Ambroſ.

teitiò vit. Secundùm ettoris otdinem, damna- A
*Voluptas beſtialis.*
tionis quoque ordo ſeruatus eſt. Delectatio enim ſenſum, ſcuſus autem mentem captiuam facete conſueuit. Sic Ambroſ. Appoſitè autem ſerpens callidior cunctis animantibus terræ, delectationem carnia ſignificat. Inprimis, quia ſerpens inter animancia terræ, boc eſt, quia beſtialis eſt delectatio. Meritò enim a S. Ephrem *ſerm. de morte*, vocantur abſurdæ & vetitæ voluptates. Deinde ſerpens monſtrum hotribile. Nec enim, vbi prima ſui aſſultus tcotamenta libido oſtenіat, audiendus ſerpens eſt; fugite fotuicationem, clamat Apoſtolus 1. *Corinth.* 6. Ad quem locum ſic D. Ambroſ. *lib.* 1. *de pœnit. cap.* 14. Fugiamus ergo tanquam ſequentem, quæ non poſt nos, ſed B in nobis ſequitur. nometipſos videamus diligenter, nedum illam fugimus, nobiſcum eam portemus. Volumus enim plerumque fugere, ſed non penitus eam de ooſtro excutimus animo: tollimus eam magis, quàm relinquimus. Hæc Ambroſ. Fugite fotnicationem. Non dixit (exponit S. Chryſ.) abſtinete à fornicarione: ſed fugite; hoc eſt, ſtudium ponite, vt a malo liberemini. Cùm igitur tam hortibile animæ ſit hoc monſtrum; oon cum illo ſecnius colluctaris: remis & velis fugito.

*S. Ephrem.*
*1. Cor. 6.*
*S. Ambroſ.*
*Voluptas fugenda vt ſerpens.*
*S. Caryſoſt.*

4. At dices, quid mali pariat, ſi me ſerpens iſte comprehenderit, vt propterea fugiendum mihi ſit? Reſpondet idem Ambroſ. *lib. de fuga C ſeculi, cap.* 4. Perſequitur libido Fuge tanquam furioſam dominam, quæ ſi comprehenderit, nec die, nec nocte requieſcere ſinit; exagitat, vrit, incendit. Idem *lib. de bono mortis, cap.* 5. Clauus eſt libido. Mihi verò videtur ſimilis illi clauo, quo infixo infeliciſſimus ille poſt epotam lactis dulcedinem, vt erat ſomno deditus, periit in typum luxurioſi. Sic autem ſcribitur Iudic. 4 *Tulit Iahel clauum, aſſumens pariter & malleum, poſuit ſupra tempus capitis eius clauum; percuſſúmque malleo defixit vſque ad terram. qui ſoporem morti ſocians defecit, & mortuus eſt.* Idem cap. 6. *Voluptatem quæris? laqueum incurris.* Quam verò malum hoc inquietum ſit, idem oſtendit *lib.* 1. *de Abel, & Cain, cap* 5. Sæuus criminum ſtimulus libido eſt, quæ D nunquam manere quietum patitur affectum. Nocte feruet, die anhelat, de ſomno excitat, à negotio abducit, à ratione reuocat, aufert conſilium, patiendo inflammat, vſúque accenditur. D. Bern. *ſerm. 6. de aduentu*, ſimilem putat eſſe libidinoſum affectum illi dæmoni, qui, vt ſcribitur *Marc.* 9. miſerum torquebat energumenum, atqoe adeò non niſi diſcerpens exiit ab homine. Concupiſcentias (ait) dico, & deſideria malæ reprimi poteſt per gratiam Dei, vt non regnet in nobis, ſed non eiicitur niſi in morte quando ſic diſcerpimur vt anima ſeparetor a morte. Quis ergo non fugiat tam exitiale monſtrum? fugite fornicationem. Rectè in hanc ſententiam D. E Ambroſ. *lib. de bono mortis, cap.* 5. Surgamus hinc (ait) ideſt, de ſecularibus, atque mundanis. Dixit enim Dominus: *Eamus hinc*, Ioan. 14. Præcipiens, vt vnuſquiſque ſurgat de terrenis, erigat animam humi iacentem, ad ſuperna attollat, excitet aquilam ſuam. Anima noſtra, ſicut aquila alta petat, ſupra nubes volet, cælo volatus ſuos inferat, vbi laqueos incidere non poſſit. Auis enim, quæ deſcendit ex alto, vel quæ in altum ſe extollere non poteſt, frequenter aut laqueis capitur, aut viſco fallitur. Quam ſubinde valida ſit in exercitu ſatanico voluptas ad ſubuertendas acies virtutum, &

*S. Ambroſ.*
*Voluptas tyrannica.*
*Iud. 4.*
*S. Ambroſ.*
*S. Bernard.*
*Marc. 9.*
*Voluptas tantum in morte expellitur.*
*S. Ambroſ.*
*Ioan 14.*
*Anima, vt aquila, volet.*

A eneruandos Chriſti milites, pulchrè oſtendit D. Gregor. Nyſſen. expendens illa verba Cantici Moſaici Exod. 15. *Currus Pharaonis, & exercitum eius deiecit in mare*, ait igitur: Exercitus Pharaonis, eſt cætus abſurdorum ſtudiorum, & dedecoris affectuum, quæ in vnum cogens excitat bella timentibus Dominum. *Electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari rubro.* Electos dicit, qui tales eſſe aliis videntur, & breui voluptate ſtultos allicientes, vt ipſis adhæreant, & à Satana magnifiunt. Ita Nyſſ. Vides quem locum babeant apud principem inferni, ſcilicet electi, & priocipes in eius regia honorantur, qui voluptatem turpitudinibus dediti, alios B in eandem votaginem impellunt, fungentes nimirum officium ſerpentis, Euam ſeducentis. At delectationes (inquiet Philoſophus) ſunt propter operationes; & propter generationem tributa eſt delectatio à natura. Sit ita planè: & ſit honeſta, & licita, quæ ſola inter coniugatos propter ſtudium prolis captatur. Ita concipitur homo terrenus. Sed non ita ſecundus homo de cælo cæleſtis. De quo myſterio ſic loquitur D. Petr. Chryſolog. *ſerm.* 177. Sanguis ſiluit, caro ſtupuit, ſoporata ſunt membra, & aula Virginis tota eſt in cæleſti commoratione ſuſpenſa, donec auctor carnis, carnis ſumeret indumentum, & fieret homo cæleſtis, qui non ſolùm terram redderet homini, C ſed homini donaret cælum. Virgo concipit, virgo parturit, virgo permanet. Ergo virtutis eſt caro conſcia, non doloris, quæ magis pariendo integritatis augmenta ſuſcipit. Sic Petr. Chryſolog.

*Greg. Nyſſ.*
*Exod. 15.*
*Ѕenones à diabolo honorati.*
*Petr. Chyſ.*
*Virginalis conceptio & partus.*

5. Dixit Deus ad ſerpentem. Vulgaris quæſtio, ad quem loquatur; ad ſerpentémne illum verũ, animal illud tortuoſum & hotribile, quod irruerat in paradiſum, & in quo cacodæmon ſerpens allegoricus ioerat, & loquebatur; an ad ipſummet diabolum? Multa hîc multi congerunt, & innumera ineptiunt hæretici; verior hæc ſententia. In vtrumque Deus inuehitur; hiſtoricè quidem in ſerpentem beſtiam, quippe cùm D fuerit organum diaboli, & inſtrumentum decipiendi; nec id alienum à ratione & æquitate: ſæpius enim fit, vt iudices non puniant modò delinquentem, ſed etiam ſcelerum inſtrumenta, feralémque ſupellectilem vltricibus comburendam flammis adiudicẽt, ad maiorem facinorum deteſtationem: cuius rei exempla legũtur *Exod.* 21. *Leuit.* 10. *Deut.* 7. *Ioſue* 7. *Reg.* 1 *cap* 15. Hanc eandem dubitationem proponit, & diſſoluit eleganter, vt ſolet, D. Chryſ. in hunc modum. Fortè dixerit aliquis, cùm diabolus ſerpentis opera vſus, malum attulit conſilium, cur beſtiæ illi pœna infligitur? Eſt & hoc ineffabilis miſericordiæ Dei opus. Nam ſicut clementiſſimus pater puniens eum, qui filium ſuum occiderit, & E gladium & arma per quæ filius ſuus fuit occiſus, deſtruit, & in multas partes diuidit; eodem modo & Deus egit. Quippe ſerpens quaſi gladius quidam diabolicæ ſeruiuit malitiæ, vnde & perpetua ipſi pœna intentata eſt. Hæc Chryſ. Rectè quidem ſanctus Doctor agnoſcit hic immenſam Dei miſericordiam erga homines, Turgent (ait) omnia Dei miſericordia. Nam poſtquam mulier dixit, quis ſibi auctor fuerit peccati, ventúmque eſt ad ſerpentem, non iam illum dignatur audire reſpondentem, ſed pœnam intentat, & talem, quæ omni tempore duret, & ſui ſpectaculo omnibus poſthac futuris doctrina ſit,

*Serpentem atque in eo diabolum Deus condemnat.*
*Exod. 21.*
*Leuit. 10.*
*Deuter. 7.*
*Ioſuæ 7.*
*1 Reg 15.*
*Dei indignatio contra ſerpentem.*

ſit, ne vltrà peſtilens illud audiatur conſilium,
neque locus concedatur doloſis ipſius conſiliis.
Ita Chryſ. Demonſtrauit planè Dei ſummus
erga homines amor, quorum iniurias Deus tam
*Dei amor erga homines.*
ſeuerè vlciſcitur condemnata in æternum be-
ſtia quæ vel tantummodo fuerit inſtrumentum
diaboli, à quo ſunt decepti. Serpentem verò
Deus alloquitur, non quòd intelligat, ſed vt
homines hanc Dei ſententiam audientes intel-
ligant, quantum Deus indoluerit in hominum
delictis, quanto aduerſus peccatum exarde-
ſcat odio, quàm terribile ſoleat exercere iudi-
cium in eos, qui ſcandalo, & ruinæ ſunt pro-
ximis, quàm denique grauiter ac dolenter ferat
animæ, vel vnius, iacturam. Sic legimus Chri-
ſtum Dominum in ficulneam illam infructuo-
ſam iniecisse maledictum, quo actutum exa-
Matth. 21.
ruit, *Matth* 21.

6. Nugatur hîc ex fæce hæreticorum qui-
dam, nitia quædam commentus de priore illo
ſtatu ante fraudem ſerpentis; fuiſſe illum re-
*Serpentis eadem ſemper natura & ſtatus.*
ctum, rectóque incedere corpore, amabilem
tractabiléinque hominibus, floribus pratorum
delicationibus, atque arborum pomis ſuauiſſi-
mis, quibúſque veſci ſolitum, quæ omnia male-
dicto Dei impetitus commutauit, cum fœdiſſi-
mo ac ſummè horrendo habitu, quem modò
gerit. Sed caſſa, & vana, & ſtulta ſunt hæc, vt
ſolent eſſe omnia, quæ in popinis hæreticorum
edocentur. Ergo dicendum: ſerpenti naturalem
ſtatum nihil fuiſſe immutatum; etenim à natu-
ra ſerpens habet; vt ſerpat, vt repat, vt luto vli-
ginéque nutriatur, vt inamabilis ſit, & intracta-
bilis, vt horrendo terreat aſpectu, vt hominem
formidet, paritérque ab homine formidetur. Cę-
terùm quæ naturalia ſerpenti fuerant, poſt ma-
ledictum in pœnam ſimul conceſſere; & qui an-
tea infamis, ob ea quæ naturam ipſius decebât,
haudquaquam eſſet, nunc maledictione Dei per-
*Crux antè infamis, nunc glorioſa.*
ſtrictus, infamis omnino habetur. Quemadmo-
dum è contrario crux ignominioſa; infames, &
maledicti in cruce ſuſpenſi eſſe putabantur: at
poſtquam Deus homo baiulauit ſibi crucem, &
in cruce ſuſpenſus factus pro nobis maledictum,
humanum genus redemit: eadem crux in glo-
riam & in benedictionem tranſiit. Et hæc qui-
dem hiſtoricè dicta ſunt ad ſerpentem beſtiam.
Allegorico autem, & myſtico ſenſu præcipuè
tamen intento, in diabolum ſerpentem myſti-
cum, & qui vero tanquam inſtrumento ad fal-
lendum vſus fuerit, maledictiones Dei conbian-
S. Chryſoſt.
tur. Grauis (inquit D. Chryſ.) indignatio, ſed
magna etiam, & eminens impoſtura quam per
D. Auguſt.
*Diabolus in ſerpente maledicitur.*
ſerpentem malignus dæmon intulit. Quod ſer-
penti (ait D. Auguſtin.) dicitur, & ad eum qui
per ſerpentem operatus eſt, vtique refertur, fi-
guratum eſt: nam in his verbis tentator ille de-
ſcribitur; qualis generi humano futurus eſſet,
quod tunc propagari cœpit, quando hæc in dia-
Hugo Victor.
bolum, tanquam in ſerpentem, eſt prolata ſen-
tentia. Eodem modo philoſophatur Hugo de S.
Victor. Non ſerpens (inquit) ſed qui in ſerpen-
te latebat, diabolus maledicitur. Vocatur ta-
men nomine eius, quia eum tanquam tuni-
cam induerat, ſed deriſoriè; quemadmodum ſi
latro aſſumeret veſtes monachi, vt magis la-
tenter poſſet furari inter monachos, & ſic de-
prehenſus de furto, deriſoriè quidem mona-
chus appellaretur propter aſſumptas veſtes. Et
vocando eum attribuit ea illi, quæ ſunt ſer-
pentis. & eſt hiſtoria metaphorica. Sic Hugo.

A Et hæc quidem illum ad finem diriguntur om-
nia (quòd exprimit D. Chryſoſt.) vt futuri ho-
S. Chryſoſt.
*Cauendum à conſiliis diaboli.*
mines erudiantur, non accedendum ad diabo-
li conſilia, neque illius fraudes accipiendas vt
ne in eaſdem incidant pœnas. Subtilis obſerua-
Procop.
tio Procopij hoc loco eſt: nimirum. Minæ, quas
Dominus intentabat ſerpenti, nonnihil miti-
gabant, & leniebant illorum, qui circumuenti
erant, vulnera.

7. *Maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ.* Hebr. מִכָּל *miccol*, ab omnibus.
*mi*, *ab*, præpoſitio inſeruit comparationi, vt
Pſal. 44.
*Pſalm.* 44. יָפְיָפִיתָ מִבְּנֵי אָדָם *iophiaphitha mibbene Adam.* pulchrificuiſti, ſeu pulcher es à filiis ho-
Cant. 1.
B minum. Et Cant. 1. טוֹבִים דֹּדֶיךָ מִיַּיִן *tobim do-decha mi iaim.* boni amores tui à vino; haud-
dubiè comparatio vtrobique eſt, præ filiis, præ
vino, pluſquam filij, pluſquam vinum. Septua-
ginta vertunt *ἀπὸ πάντων*, ab omnibus, quod
ſi alio ſenſu quàm comparatiuo efferatur; pla-
nè in maiorem cedit ignominiam ſerpentis, vt
qui non modò ſit maledictus ſuper omnia ani-
mantia, ſed etiam ab omnibus quaſi com-
munis omnium hoſtis, maledictionibus ac di-
S. Ambroſ.
*Diabolus creaturarum hoſtis.*
ris in omne æuum deuoueatur. Sic enim D.
Ambroſ. *de fuga ſeculi*, *cap.* 7. Maledictus tu ab
omnibus pecoribus terræ. Omnium enim com-
munis inimicus eſt, qui fuit hoſtis bono-
C rum, & pro iis damnatur, quos adhuc non
læſerat. Quoniam qui hominem læſit cui illa
omnia ſubiecta ſunt, læſit omnia. Ideo communi
odio omnium, atque execratione maledictio
eius oneratur. Sic Ambroſ. Porrò autem male-
Ad Gal. 3.
dictus homo, qui pendet in ligno, *ad Galat.* 3.
ſeu, vt in fonte habetur: Maledictus à Deo eſt,
qui pendet in ligno: maledictionis diuinæ
ſententia damnatus in ſerpente ſuo inſtru-
mento diabolus, tandem aliquando in ſerpen-
Num. 21.
te pependit in ligno. Numeri enim 21. cùm
Hebræi ab igneis ſerpentibus morderentur:
*Locutus eſt Dominus ad Moyſem: fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno: qui percuſſus aſpe-*
D *xerit eum, viuet.* Ad quem locum reſpiciens
Ioan. 3.
Chriſtus Dominus ait Ioan. 3. *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis, vt omnis qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* D. ergo Am-
S. Ambroſ.
*Diabolus in ſerpente crucifixus.*
broſ. *ſermon.* 55. de vtroque loco diſputans
duos in vno ſerpente crucifixo agnoſcit cru-
cifixos. Serpens (inquit) primus crucifigitur.
Rectè planè, vt qui primus apud Deum pec-
cauerat diabolus, primus crucis ſententia fe-
riretur. Deinde poſt ſerpentem in ſaluatore
homo ipſe crucifigitur, ſcilicet, vt poſt au-
ctorem puniatur & facinus: per primam enim
crucem vindicatum eſt in ſerpentem; per ſe-
cundam in venena ſerpentis; hoc eſt, pri-
mum auctor ipſe punitur, deinde eius mali-
gnitas condemnatur. Sic Ambroſ. Multa no-
E tari poſſunt in hac commentatione D. Am-
broſij. Inprimis ſumma Dei iudicis integri-
tas, qui non patitur delictum, aut delinquen-
tem abire impunitum. Peccauit ſerpens, pu-
nitur ſerpens; peccauit in ſerpente diabolus,
in ſerpente crucifigitur. Sed o rem admiratio-
ne dignam! non in ſeipſo, ſed in figura, hoc
eſt, in ſerpente, illoque non carneo, & ſen-
ſili, ſed æneo & inanimi ſuſpenditur in cru-
cem diabolus, omnium malorum primus in-
*Crucis myſterium.*
uentor, & auctor. Contra verò peccauit ho-
mo, & punitur homo in ſuo ipſo corpore

ſenſua

ſenſus ac doloſis compote. At proh rem ſtupore omni admirabiliorem! Peccauit primus homo, ſed ſecundus homo pro priore in crucem agitur. Ergóne, Deus meus, dulciſſime Ieſu, non in typo, illoque æneo, ſed in corpore tuo innocentiſſimo ac delicatiſſimo flagellaris, crucifigeris, mortem appetis acerbiſſimam, vt primi illius peccatoris expies tranſgreſſionem, exoluáſque, quod non rapuiſti.

S. Greg. Nazianz. Diabolus crucifixus videtur.

8. D. Gregor. Nazianzen. *orat. 2. de Paſch.* illud eundem locum *Num.* 21. adducens, diabolum in typo ſuſpenſum cruci, velut exprobrans, irridet his verbis. Crux te proſtrauit, vitæ auctor tibi necem attulit; exanimis es, mortuus, immobilis, iners, ſerpentis licet figuram ſeruas, in ſublimi loco ignominioſè pendes. Ita Nazianz. Verè id quidem & piè. Sed heu me miſerum, proſtratus, crucifixus, mortuus fuit diabolus, & tamen adhuc nocet, proſternit, interimit homines ac detrudit in gehennam? qui poteſt obſecro exanimis & mortuus pugnare, ac debellare? Nos profectò, nos infeliciſſimi vitam reddimus mortuo, excitamus ab inferis ſepultum, de cruce tollimus, ab humo efferimus; in throno locamus, regem acclamamus. Idcirco enim monet Apoſtolus: *Non regnet peccatum in corpore veſtro mortali*, ad Rom. 6. Noſtra enim in poteſtate eſt, dæmonem ac peccatum regnare in ſolio, aut iacere in tenebris conſepultum. Pulchre ibi S. Hieronym. In corpore (inquit) mortali viuitis vt immortales. Et quomodo regnet peccatum in corpore, expoſuit: per obedientiam ſcilicet & conſenſum. Quia verò ex verbis Domini *Ioan.* 3. colligitur indubiè ſerpentem illum æneum cruci affixum adumbraſſe Chriſti Domini patibulum, placet mihi ea ratio iſtius ſimilitudinis inter vtrumque crucifixum, quam ingenioſè admodum D. Gregor. Nazianz. *loco citato* adinuenit. Serpens (ait) æneus aduerſus morſus ſerpentum ſuſpenditur, non tamen, vt Chriſti paſſi typus, ſed antitypus. Itaque ſimilitudo iſta in quadam antitheſi ſpectabatur; nimirum quia ſerpens in ipſo mundi naſcentis exordio fuit primus auctor mortis; ita Chriſtus Dominus extrema ſeneſcentis mundi ætate primus auctor vitæ. Perditio noſtra à ſerpente, ſalus noſtra à Chriſto manauit. Serpens mentitus in Deum ſeduxit hominem; Chriſtus Deum hominibus euangelizans fuit nobis via, veritas, & vita, diabolus ſerpentis infuſus corpori, ſerpens metaphoricè appellatur. Deus humanam ſibi naturam hypoſtatico vniens, homo vere dicitur, homo eſt, nobis per omnia ſimilis, pro nobis in crucem ſuſpenditur, affigens cruci, quod aduerſum nos erat chirographum delicti; & cum illo pariter auctorem diabolum ſuſpendit. Nam vt ait Vidner. *tract. 7. de cruce*: Viſibiliter Chriſtus crucifixus eſt, inuiſibiliter diabolus. Vt autem antitheſis illa cernitur inter diabolum & Chriſtum, alterum mortis, alterum vitæ auctorem: ſic plures videntur inter Euam, & Virginem Dei matrem per antitheſim ſimilitudines. Satis vna hoc loco eſt, quæ affertur à Tertulliano. Eua locuta operatáque eſt verbum (vt ille ait) ædificatorium mortis; virgo autem Maria verbum extructorium vitæ. Infelix illa mulier omnium malorum, quæ ab initio mundi ad extremum vſque in genus humanum redundarunt, mater prima fuit; at virgo Dei mater

S. Hieron. — Ioan. 3. — S. Gregor. Naz. — Inter Chriſtum & ſerpentem antitheſis. — Vidner. — Tertul. — Diabolum regem facimus. — Ad Rom. 6.

Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.

omnium creaturarum feliciſſima Deum peperit hominem, & cum filio Deo nobis omnia bona donauit. Serpentem diabolum Dei Filius ſuſpendit, at non in cruce ſine matre Virgine diabolum interemit; ſimul enim (ſi amorem indiuiſum, vtriuſque reſpicias) cum matre in cruce, paſſus doluit, & obiit. Rectè B. Laurent. Iuſtin. *de Chriſti agone.* In corpore Filius, in mente erat genitrix crucifixa. Rupertus Abbas *lib. 4. in Ioan.* extendit hanc animarum indiuiduam crucifixionem etiam ad Ioannem Apoſtolum illum, quem diligebat Ieſus. Sic enim ſcribit. An non calicem Domini bibit, qui in hora, quâ Dominus ipſe bibebat, iuxta crucem cum Maria matre Domini ſtetit? Si non matris Domini animam gladius pertranſiuit, nec iſte dilectus eius diſcipulus amarum eius calicem bibit.

B. Maria cooperatrix vitæ. — Laur. Iuſt. — Rupert. — S. Ioan. ſtans ante crucem.

## SECTIO XXXI.

*Super pectus tuum gradieris.*

1. HEbr. על־גחנך תלך *ghal guegonecha télech*, ſuper ventrem tuum gradieris. גחון *gachon* propriè ſignificat ventrem; interpres vertit pectus: nam in ſerpentibus propè nullum diſcrimen eſt inter pectus ac ventrem; quare alterum pro altero facilè ſumi poteſt. Quæ videtur cauſa, cur LXX. duo adiunxerint, ſuper pectus & ventrem. Iam ſuperiore verſu monuimus ſerpenti non alium fuiſſe incedendi vſum, quàm ſerpendo, qui greſſus humi naturalis eſt ſerpentis; at eundem etiam in pœnam fraudis commiſſæ ignominioſum & infamem redditum eſſe diximus. Aduerte per hoc ſupplicium ſerpentis viſibile ſignificari ſupplicium inuiſibile diaboli, vt Procop. obſeruat. At dices: Cur diabolum ipſum non pœna aliqua viſibili, quæ cerneretur à noſtris parentibus, Deus puniuit? reſpondet optime Procop. his verbis. Adamus & Eua neſciebant deceptorem. præterea, nec vtile erat tum homini aliud quidpiam cognoſcere inuiſibile: quapropter non ab re omiſit punire diabolum viſibiliter, vt aſſueſcerent ipſi Deo, & Domino ſoli; eúmque ſolum vt conditorem vniuerſi agnoſcerent. Sic ille. Scitè admodum Theod. *quæſt.* 34. circa maledictionem iſtiuſmodi reptationis diſſerit hoc modo. Itaque videntes ſerpentem repere, & volutari ſuper terram, maledictionis antiquæ recordamur, & diſcimus quanta mala peccatum accerſat non ſolùm his, qui illud admittunt, ſed & illis, qui ſubſeruiunt. At ipſe quidem ſerpens nullum inde damnum accepit, cùm ita gradi natus ſit (hanc enim habet à natura motus ſpeciem, nihil autem naturale moleſtum videtur eſſe) homo verò multum inde commodi conſequitus. Eſt igitur iuxta doctrinam Theodoreti, quæ optima eſt, reptatio ſerpentis etſi naturalis, à Deo tamen propoſita in ſignum illius primæ impoſturæ, qua diabolus parentes noſtros ſeductos in peccatum impulit: ita vt ſerpentem conſpicati totam illam infauſtam tragœdiam paradiſi terreſtris recordati doleamus parentum & noſtri vicem; deteſtemur diabolum impoſtorem, Dei iudicium ſeueriſſimum timeamus. Nouerimus etiã ſtatum huius vitæ, in quo ſerpentes repunt, agonem eſſe, & palæſtram certaminum; vbi & diabolus, & multi

Procop. — Theod.

adiouiſtri ac ſatellites diaboli ſerpentinos dolos exercent, venenum euomunt, exitium ac peſtem inferunt, nec id vllo modo detrahit de prouidentia, & miſericordia Dei ſalutem animarum curantis. Sapienter enim Theodor. *quæſt. 36. in Gen.* hoc pertractans argumentum, ſic ait. Inter homines alij ſunt virtutis amatores, alij verò nequitiam exercent. Si quis igitur de improborum creatione conquiritur, priuat vtique virtutis athletas præmiis victoriæ; ſi enim in electione voluntatis non haberent deſiderium virtutis, ſed naturâ immutabiles eſſent, ignoti eſſent egregij pietatis athletæ: at cùm voluntas habeat optionem bonorum, & malorum, hi meritò victoriæ coronam conſequuntur, illi verò pœnas luunt pro iis, quæ volentes admiſerunt. Sic Theod.

Theod.

*Libertas arbitrij neceſſaria.*

2. Valde roboratur hæc doctrina ex ipſius Domini verbis: *Neceſſe eſt vt veniant ſcandala,* Matth 18. quia (gloſſa) ſunt neceſſaria, id eſt, vtilia: vt qui per hoc probati ſunt, manifeſti fiant. Scandala enim (inquit Chryſoſt.) erigunt homines, & acutiores eos faciunt; & eum, qui cadit, velociter erigunt, inquantum ſcilicet ingerunt ſolicitudinem. Origen. interpretatur Angelos Satanæ ipſamet ſcandala. Non poteſt (ait) eſſe verum bonum, niſi habeat impugnationem mali; ſic ergo neceſſe eſt venire ſcandala, ſicut neceſſe eſt ſuſtinere malitiam ſpirituum malorum, qui magis irritantur, quanto magis verbum Chriſti in hominibus inualeſcens expellit ab eis malignas virtutes. Idcirco neceſſe fuit, vt Dominus mitteret Angelos ſuos, qui tollerent de regno ſuo ſcandala, *Matthei* 13. Angelorum nomine non ſolùm cælites ipſi, ſed prædicatores in Eccleſia etiam intelliguntur. Tum præcipuè inter hos illi ſunt, quos à ſecularibus negotiis ad ſuum paradiſum (talis cenſetur religioſa familia) Deus ipſe adduxit. Inter quos alij forâs egreſſi in ſtudium animarum incumbunt, ac proinde comparantur fluuio à D. Bernard. ſic enim ait *ſermon.* 1. *de S. Andrea.* Fluuius eſt prædicatorum ordo, non in eodem permanens loco, ſed extendens ſe, & currens, vt diuerſas irriget terras. Sic ille. Alij verò continent ſe in paradiſo, non vt ſerpentis more decipiant, non vt vetitum pomum velut Adam contra Dei præceptum deguſtent. Sed vt ipſimet cum Deo ſuo, tum etiam fidelibus côaduentantibus ſapidiſſimas præbeant epulas. Nec enim dulcius quicquam in terra Deus habet, quàm religioſas animas, nec aliunde, quàm ex religioſorum conſuetudine ſuauiorem ac ſaniorem doctrinam ſeculares homines petunt. Sed audi D. Bernard. ſic progreditur. Sunt & in ſtagno mundi piſces, qui in clauſtro Deo ſeruiunt, in ſpiritu & virtute. Meritò ſiquidem ſtagnis monaſteria comparantur, vbi quodammodo incarcerati piſces, euagandi non habeant libertatem, quò videlicet parati ſint ſemper ad epulas ſpirituales, dicentes: Quando veniet, qui me deferat? cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Sic Bern. Sed vtri præſtent, inquires; cùm illi verſentur in mundo, etſi tamen ſupra mundum, iſti autem longiùs à mundo remoti, Deo ſoli animos intendant. Reſpondet optimè D. Petr. Chryſol. *ferm.* 117. ad hunc modum: Difficilius quidem, ſed glorioſius eſt mundo præſente luctari; & aduerſùs inſtructas delinquentes turbas aciem quandam diſponere ſanctitatis. Quanta enim in

S. Matth. 18.

S. Chryſ.

*Orig. Scandala quomodo neceſſaria.*

*Matth 13. Angeli tollũt ſcandala.*

*S. Bern. Religioſorum duæ cohortes.*

*Religioſi cibum animis præſtant.*

S. Bern.

*S. P. Chryſ. Prædicatorũ ſtatus glorioſior.*

A mundo poſitis poſt certamen palma eſt, ſi in ſolitudine conſtitutis ſine luctamine coronæ debentur? Hæc ille. Ex quibus colliges priores poſterioribus anteponi: fluuios nimirum Eccleſiam Dei irrigantes, piſcibus in ſtagno enatantibus. Cæterùm à ſtagno fluuius emanat, hoc eſt, à clauſtro, & ſolitudine & contemplatione ſuas vires habet exercitatio prædicandi: à religione mittuntur Angeli ad tollenda ſcandala. S. Hilarius ipſammet paſſionem Chriſti Domini putat appellari ſcandala; & quidem ad mentem D. Pauli cuius illa vox eſt. *Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum,* 1. Corinth. 1. & quidem non vnum modò, ſed plura, imò innumera ſcandala in paſſione Chriſti, Iudæorum cæcitas, atque infidelitas deprehendit. Humilitas (ait Hilar.) paſſionis ſcandalum mundo eſt, quod ſub deformitate crucis, æternæ gloriæ Dominum noluit accipere. Ideo verò neceſſe eſt venire ſcandala, quia ad ſacramentum reddendæ nobis æternitatis omnis in eo paſſionis humilitas eſſet complenda. Hæc Hilarius.

S. Hilar. *Paſſio Domini Iudæis ſcandalum* 1. Cor. 1.

3. *Super pectus tuum gradieris.* D. Ambroſ. optimè obſeruat, non imperantis Dei hæc verba eſſe, ſed prophetantis. Non (ait) Deus ad hoc ſerpentem damnauit, vt noceat, ſed quid futurum eſſet oſtendit. Ergo non dicit: Facio te ſupra pectus tuum ambulare, ſed ambulabis, vt prædixiſſe magis de ſerpente, quæ futura ſunt, videretur, quàm præſcripſiſſe, quid faceret. Sed quænam iſthæc ſunt, quæ ſecundùm Ambroſium prædicuntur à Domino de ſerpente? ſtatuendum eſt myſtico & propriè intento diuiniùs ſenſu, vt iam ſuprà monuimus, hæc ad diabolum dici. Atque inprimis acerrimè his verbis perſtringitur malitia, & mens mali quidem conſcia, ſed mali tamen architectatrix, & quaſi de malo exultans, quo genere vitiorum, qui laborant, execrabiles valde ſunt apud Dominum. Qua de re Ambroſ. *lib. de fuga ſeculi. cap.* 7. tractans hunc locum *Geneſ.* 3. Genus (inquit) damnationis, non mors, ſed pœna diuturna eſt: ſuper pectus tuum & ventrem ambulabis. Premenda enim fuit noxia conſcientia, & proterenda malitia, fraudulentúmque ſecretum tanquam à Dei facie relegandum. Simul oſtenditur, quòd terrena malitia ſit, quæ in terram decurreret. Nota ex Ambr. hominem nequam, & veteratorem adeò eſſe deteſtabilem, vt ſubtus dæmone iaceat, quò poſſit à Dei oculis, quibus, vtpote ſimpliciſſimis eſt infeſtiſſimus, quàm longiſſimè ſubmoueri. Exprimuntur ergo iſtis tranſlationibus vitia diaboli, vt homines ab illo ſibi caueant, ne dolis capiantur impoſtoris; agnuſcant verò quam abiectæ turpéſque ſint prauarum ſuggeſtionum affectiones, quibus à diabolo pertentantur. Super pectus gradietur, vt (inquit D. Hieronym. *de quæſt. Hebrai.*) calliditatem & verſutias cogitationum eius aperiret, quòd omnes greſſus eius nequitiæ eſſent & fraudes. Eſt autem cohæres doctorum interpretatio ſignificari voluptatem libidinoſam per pectus, ventrémque diaboli. Sic enim D. Gregorius 21. *moral. cap.* 2. Malum luxuriæ, aut cogitatione perpetratur, aut opere. Callidus namque aduerſarius noſter cum ab effectu operis expellitur, ſecreta polluere cogitatione molitur. Vnde & ſerpenti à Domino dicitur: Pectore, & ventre repes. Serpens videlicet ventre repit, quando

S. Ambroſ.

*Malitia in diabolo perſtringitur.*

S. Ambroſ.

*Fraudulentus Deo execrabilis.*

S. Hieron.

S. Greg. *Voluptas ventre ſerpentis ſignificatur.*

quando hoſtis lubricus per humana membra ſibimet ſubdita, vſque ad expletionem operis luxuriam exercet. Serpens autem repit pectore, quando eos, quos in opere luxuriæ non valet polluere, polluit in cogitatione. Alius itaque luxuriam iam perpetrat actione, huic ſerpens repit ex ventre. Alius autem perpetrandam verſat mente; huic ſerpens priùs pectore, & poſtmodum repere ventre dicitur. En habes ex interpretatione D.Gregor. nomine ſerpentis ſignificari libidinem, illius pectore turpes atque illecebroſas cogitationes, quæ in ſolis animæ receſſibus, atque occulto in pectore mardeſcunt: ventre autem nefarios actus membrorum igne illo ſatanico æſtuantium, operáque conſummatæ iam fœditatis adumbrari.

*Turpitudo in cogitatu, & in actu.*

4. Atque inprimis repit humi libido, omnium eſt enim vitiorum impuriſſima; lutum eſt, ſterquilinium, cloaca. D.Hierony. *Epiſt. ad Euſtoch.* intuectus in eam fœminam, quæ repudiato coniugio, virginitatem dum vouet, amittit infelicitet: Rectius (ait) fuerat humana ſubiiſſe coniugium, ambulaſſe per plana, quàm ad altiora tendentem in profundum inferni cadere: ne fiat obſecro ciuitas meretrix, fidelis Sion; ne poſt Trinitatis hoſpitium, ibi dæmones ſaltent, & ſirenæ nidificent, & hericij. Hæc Hieronym. Vide quàm depreſſam in voraginem ac lutulentam prolabatur voluptuoſus, qui nihil altum, cœleſte, ac diuinum meditetur. Hinc egregiè D.Chryſoſt. *homil. 39. Antioch.* ſic effatur. Præſentibus affixus non futurorum vnquam poteſt arcanorum bonorum admittere deſiderium, tanquam lippitudine quadam corporeis oculis impoſita, ſic præſentium concupiſcentia rationem obtenebrante, nihilque permittente congruum videre. Ita Chryſoſt. Prætcrea luxurioſus adeò eſt in lutum ſuum defixis intentus oculis, vt ne legem quidem ſupplicia ſempiterna minantem reſpiciat. Priùs enim (inquit D.Cyrill. Alexand. *lib. 1. de lapſu hominis*) exorta voluptas faſcinat mentem, eóque paulatim deducit, vt arbitretur iam nullius planè momenti eſſe, diuinæ legis violationem. Ita Cyril. Cùm tamen facinus hoc ita dolendum ſit, vt animam in turpitudinis cæno iacentem conſpicatæ, & leges ipſæ diuinæ, ac iura, quæ violantur, & ſpiritus ipſi cælites, puritatem amantes lamentare videantur D.Baſilio. Sic enim ſcribit *Epiſtol. ad virgin. lapſam.* Equidem arbitror Dei leges magna ſuſpiria duxiſſe, dum tantum ſcelus in terra conſpexerunt. Suſpiria duxerunt etiam ipſi ſanctorum ſpiritus. Quis ab æterno auditus eſt in media ciuitate, & ſerena meridie imagini regiæ formam immundorum porcorum inſcribere auſum eſſe. Hæc Baſilio. Nota quo nomine appellet ſanctiſſimus Pater animis ad Dei ſimilitudinem creatis inuſta turpitudinis dedecora. Ad hæc perditus iſte, nec ad ipſum corporis florem, ac vitam attendit, quorum inſignis fieri ſolet iactura depaſcente luxuria, non animæ tantùm, ſed etiam ipſius corporis bona. Carnis enim concupiſcentia (vt ait Tertul. *lib. ad uxorem de nuptiis, cap. 4.*) decoria meſſem requirit, gaudet de contumelia ſua. Sic ille. Sed adhuc mirabilius videri debet eò cæcitatis venire mancipium quoduis libidinis, vt præ carnis illecebra potiunda, nec diuitiarum amplitudine, nec regni faſtigio, ſummíque honoris gloria moueatur. Sic eleganter D. Fulgent. expendens quare Herodias, eiúſque filia oblatam tertiam regni partem pro ſaltatione promiſſam libenter ſolo pro capite Ioannis Baptiſtæ repudiarint exclamat. O nequitia fœminæ! Elegit contemnere honorem vt luctum faceret ſanguinem. Verè quia non cogitat de imperio, cui carior eſt turpitudo.

S. Hieron. *Turpitudo libidinis.*

S. Chryſ. *Libidinoſus ad cæleſtia cæcus.*

Cyril. Alex. *Voluptas faſcinat mentem.*

S. Baſil. *Dolendum ſcelus libidinis.*

Tertull. *Libidinoſus ad omnia bona cæcus.*

S. Fulgent.

5. Digna etiam eſt Philonis Hebræi interpretatio, quæ hoc inſeratur. Super pectus, & ventrem gradieris. Circa has enim partes ſtabulatur affectus hic; pectus, ventrémque, quando præſtò eſt materia, copiáque voluptatis circa ventrem, & quæ ſub ventre ſita ſunt. Quando autem his caret, circa pectus, vbi ſedes iræ eſt. amatores enim voluptatum, ſi his deſtituantur, iraſcuntur, & exacerbantur. Quando igitur quæres, ô anima, quam regionem voluptas ſortita ſit, ne ſpectes capitis locum, qui rationis eſt, non inuenies enim; reſiſtit enim huic affectui ratio: nec poteſt vnà cohabitare; quòd hac vincente voluptas pellum eat. Sicut è diuerſo, dum voluptas vincit, exulat ratio. Proinde illam quære in pectore, ventréque, vbi partes brutæ domicilium habent, ira concupiſcentiáque. Nam ira collocatur in pectore; concupiſcentiæ locus aſſignatur circa iecur & ventrem: hîc enim vis hæc habitat, appetitus ratione carens Ita Philo. *lib. 2. alleg.* Vnde intelliges, quàm cæca, abiecta, ratione carens pecorina, & bruta ſit voluptas. Ergo Domine Ieſu oro te, vt propter infinitam tuæ ſanctiſſimæ carnis munditiam, & Virginis matris tuæ puriorem omni cæleſtium ſpirituum puritate integritatem expies, & purifices huius, quam geſtamus, carnis importuniſſimam petulantiam; illúdque in nobis demum perficias, quod tibi ab æterno Patre, cùm in mundum deſcenderes, demandatum canit Propheta Pſal. 2. *Et tanquam vas figuli, confringes eos.* Declarat D Aug. Conteres in eis terrenas cupiditates, & veteris hominis lutulenta negotia, & quicquid de peccatore limo contractum atque inoliuum eſt. Fellea iſta, & ſerpétina voluptate infectum erat humanum genus. Venit ergo (ait D Ambroſ. *de inſtitut. Virgin. cap. 5.*) Dominus Ieſus (natus ex Virgine) in amaritudinem fragilitatis humanæ; vt conditionis amaritudo dulceſceret verbi cæleſtis ſuauitate, & gratia temperata. Repit quidem carnis concupiſcentia, profundiſſimo inhæret cæno. Nihil excelſum & præclarum meditatur; oculos non in altum eleuat, quos cænoſa obſcœnitas occœcauit. At è contrario corporis munditia, terram, nubes, cælúmque ipſum prætervolans in ipſum diuinæ Triados penetrale ingreditur; triumphos de mondo, de carne, in inferno agens Nam vt rectè obſeruat D. Ambroſius *ſermon. 87.* Helias Angelis docentibus raptus ad cælum eſt, & quadriga ignea impoſitus, quaſi in quodam triumpho victor aſcendit. Victor enim extiterat ſecularium voluptatum Ergo Heliam Angeli ad cælum perferunt. Sic Ambroſius. Vide quæ ſit caſtitatis gloria; cùm Angelorum manibus vir pudicus in cælum euehatur, gaudeántque Angeli pro equis, & quadrigis triumphanti caſtitati deſeruire: Sed quid, Elias ad virginem, quæ virginitate placuit Deo, vt in matrem eligeretur: cuius virginitas (vt loquitur D. Ambroſ. *lib. 1. de virginitate*) Verbum Dei in ipſo ſinu Patris inuenit, & toto hauſit pectore. Optimè igitur idem concludit *de inſtit. virginis, cap. 9.* Nulli vberiora quàm virginitati Deus munera deputauit.

Phil.

*Voluptas abiectiſſima.*

Pſal. 2.

S. Auguſt. *Chriſtus mundiciam attulit.*

S. Ambroſ.

*Caſtitatis gloria deſcribitur.*

S. Ambroſ.

4. Reg. 2.

*Helias tollitur ab Angelis.*

S. Ambroſ.

*B. Maria virginitas Deum promeruit.*

Etenim omnium donorum, quæ Deus creaturis communicare poteſt, maximum eſt ipſa dignitas matris Dei, quæ præcipua prærogatiua eſt virginitatis. Quare Chriſtus Dominus (etſi decoratam innumeris virtutibus matrem elegerit) emphaticè tamen dicitur Filius Virginis. Vniuerſim autem ſerpens pro vitioſa quacunque affectione ſumitur: quo in ſymbolo deſcribitur, quàm abiectum, vile, cœnoſum, obſcurumque, & homine rationis compote indignum quodcunque vitium ſit. nihil planè homine vitioſo ignobilius. Contrà verò dici non poteſt quantus ſit virtutis iuſtorúmque ſplendor; quod bene demonſtrat

S. Ambroſ. D. Ambroſ. *ſerm. 8. in Pſal.* 118. ad hunc modum. Rex erat Pharao, ſed Deus non erat Moyſes; factus eſt illi Deus, hoc eſt, regi ipſi terribilis, quem rex metueret. Sed hæc erat potentia ſanctitatis.

*Virtutis ſplendor.* Quia verò tranſlatio L X X. habet, ſuper pectus, & ſuper ventrem; de ventre nonnihil adiungam. Et quidem præter expoſitionem D. Gregor. quam ſuprà retulimus, Rabbanus, in ventre

S. Gregor. Rabban. ingluuiem comeſſationum agnoſcit, à qua nutriuntur libidinoſæ cogitationes; pectus ſerpentis, totúmque illius corpus, hoc eſt, & cogitata & patrata ſcelera fouentur. Repit (ait) ventre, cum improbos ingluuie ſuperatos in æſtum libidinis excitat. Similiter D. Gregor. 3. *p. Paſtoral. cap.* 20.

S. Greg. *Ea ſaturas libidinem fax.* Homines plerumque edacitas vſque ad luxuriam pertrahit, quia dum ſatietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur. Vnde & hoſti callido, qui primi hominis ſenſum in concupiſcentiam pomi aperuit, ſed in peccati laqueo ſtrinxit, diuina voce dicitur: Pectore & ventre repes. ac ſi apertè diceret, cogitatione & ingluuie ſuper humana corda dominaberis. In eandem ſententiam

Philo. ita ſcribit Philo *lib. de agricult.* Saturitas germana proles eſt petulantiæ, ventriſque ingluuiem

Eurip. Caſſian. pediſſequa comitatur libido. Quod etiam Eurip. Ethnicus Poëta confirmat, cuius illud eſt: Satiato præſtò Venus eſt, fameſcenti haudquaquam. Eleganter etiam Caſſianus de ciborum ac Veneris intemperantia diſſerēs, quàm ſibi mutuas inuicem præſtent operas, ſic oſtendit. Illa ſeminat, iſta metit, & colligit; illa parit oua, iſta excludit; illa venaticam ſubodoratur pecudem, iſta comprehendit, mactátque. *Incraſſatus eſt dilectus, &*

Deut. 32. *recalcitrauit*, Deuter. 32. Sic ille. Denique ſaginata ſus ad cœnum properat, in luto quieſcit. Satúrque equus, erigit in cœlum armos, ceruicem excutit, calcibus obuios quoque colliſdens, libero vagatūr cāpo; difficilè vinciri, domarique ſolet.

6. *Gradieris.* Non irruit, non inuolat, non deſultat ſerpens diabolus, etſi primo ſtatim aſpectu terreret, omnéque minetur exitium. Pulchrè à D.

S. Hieron. Hieronym. *Apolog. contra Ruff. cap.* 2. dicitur: Malitia non tantas habet vires, quantos conatus.

*Voluntas ruinæ noſtræ cauſa.* Vnde non eſt quòd peccator cauſetur aut ſuam imbecillitatem, aut ſerpentis vires, & impetum incuitabilem. Voluntati noſtræ ruina, & interitus noſter potius, quàm tentatori adſcribitur.

S. Bern. Pſal. 117. Quod etiam D. Bernard. *ſerm. 82. in Cant.* exponens illud Pſal. 117. *Impulſus euerſus ſum, vt caderem*; ſic adnotauit. Eſt mundus impulſor, quia in maligno poſitus eſt, impellit omnes, ſed ſolos euertit amicos ſuos, ideſt, conſentaneos. Nolo eſſe amicus mundi, ne cadam: nam qui vult eſſe huius mundi amicus, inimicus Dei conſtituitur, quo vtique nullus grauior caſus. Sic Bernard.

Philo. Phil. Hebræ. *lib. 2. allegoriar.* ſubtiliter admodum, & verè verbum, *gradieris*, penſitans irrequietum ac motabile voluptatis libidinoſæ ingenium expri-

primi arbitratur. Rectè (inquit) gradieris ſuper pectus, & ſuper ventrem tuum; voluptas enim non eſt quieſcentium & ſtantium, ſed commotorum & perturbatione plenorum: & ſicut flamma continuè mouetur, ita cuiuſdam flammæ more affectus hic in anima excitus non ſinit eam quieſcere. Voluptas enim titillationem & conuulſionem quandam appetit, & interdum non quieſcentem, ſed continuam vehementémque exercitationem poſtulat. Hæc ille. Irrequie-

*Voluptas irrequieta.* tum malum voluptas, vt quæ ab importuno & impudente dæmone concitetur. Eſt enim (inquit D. Ephrem. *ſerm. de virginit.*) diabolus honeſtatis

S. Ephrem. *Voluptas impudens & importuna.* inimicus: quippe qui impudens eſt, atque effrōs, quem licet ſæpiùs increpando foras eiicias, ipſe tamen vſque impudenter introire tentabit. Sic Ephrem. Deinde voluptas domi conſiſtere non patitur, quem vti flamma corripuit. Sic à Salomone meretrix illa famoſa extra domum circuire dicitur. Sic quod magis mirandum eſt caſtiſ-

Prou. 5. & 23. ſima illa ſponſa Domini, quæ ſuum quæritans ſponſum per plateas, & vicos ciuitatis, nec impunè tamen ferebatur; non ſinebat enim (ait Theodoret.) eam domi manere amoris flamma.

Cant. 3. Theod. Suæ modeſtiæ curam habens, vt quæ vago illo, & impudicis mulierculis ſolito inceſſu diſcrimen graue ſubiret, obnixè ſponſum obteſtatur: *Indica mihi, vbi cubes, ne vagari incipiam*, Cant. 1.

Cant. 1. phraſi Hebræa, ne huc illuc concurſando incidam in ſuſpicionem malè habitæ pudicitiæ.

S. Bern. 7. D. Bernard. *ſerm. 39. in Cant.* grauiter & graphicè libidinoſæ concupiſcentiæ permultas miſerias deſcribit ad hunc modum. Luxuriæ currus quadriga nihilominus voluitur vitiorum, in-

*Libidinis mala recenſentur.* gluuie videlicet ventris, libidine coitus, mollitie veſtium, otij ſoporiſque reſolutione. Trahitur equis, æquè duobus proſperitate vitæ, & rerum abundantia: & qui his præſident duo, ignauiæ torpor, & infida ſecuritas; quia & copiam in ignauiam ſoluit, & ſecundùm Scripturam *Pro-*

Prou. 1. *uerb.* 1. proſperitas ſtultorum perdet illos; non ſanè ob aliud, niſi quòd malè ſecuros reddat. Cùm autem dixerint, pax, & ſecuritas; tunc ſubitaneus ſuperueniet eis interitus. 1. *Theſſal.* 5.

1. Theſſal. 5. hi calcaria minimè habent, neque flagella, vel aliquid huiuſmodi, ſed pro his vtuntur paruulo papilione conopeo ad faciendum vmbram, & flabello ad citandum ventum. Porrò conopeum diſſimulatio eſt vmbram faciens, & proſequens ab æſtu curarum. Proprium namque eſt mollis & delicatæ animæ etiam neceſſarias diſſimulare curas, & ne æſtuantes ſolicitudines ſentiat, ſub latibulo diſſimulationis abſcondi. Flabellum verò effuſio eſt ventum adulationis apportans; largi ſunt enim luxurioſi, ementes auro ventum de ore adulatorum. Hæc Bernard. Quibus nihil accommodatius, & elegantius ad luxuriæ miſerias deſcribendas. Præſertim ſubnotanda eſt in quadriga luxuriæ, illa mobilitas rapiditáſque ad curſum; illa totius quadrigæ & vectorum conuulſio, atque agitatio, quæ vel tenuis vmbra eſt animæ furiis gehennalibus incitatæ ad libidinem. Quis ergo ſanæ mentis, quem animarum diſpen-

*Dolendum animarum diſpendium.* Cant. 6. dium tangit, non tantum ac tam exitiabile malum lamētetur? *Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab*, Cāt. 6. Sui neſcia præ mētis impotentia deficiebat illa ſanctiſſima anima, dolens nimiū ad aſpectum & occurſum ignitorum ſerpentiū, libidinis ex ſe flāmas quoquò verſum ſpirantium. Sunt autē quadrigæ Principis (Aminadab Princeps dicitur) huius ſeculi; illa Veneris,

& cupi

& cupidinis fercula. Sunt autem vt hîc interpretatur Theodor. illi, & aliæ pariter, qui parent imperio diaboli, & tanquam cuſtus illius fiunt, atque ab eo gubernantur. Nec profectò aptior afferri poteſt iſtius impuræ cohortis delineatio. Sed quis effugiet ita blando greſſu reptantem diabolum? Quo enim leniùs prouoluitur, & blandiùs irrepit, eo inſultat violentiùs, eo certiùs vincit, eo ſecuriùs triumphat. *Fugite* (ait Apoſtolus) *fornicationem.* Sola enim in fuga ſalus, ait D. Ambroſ. Pungit libidinoſa cogitatio? illicò mentem aliò transfer. etſi enim non eliciat conſenſum ad opus nefarium; ſaltem animæ pietatem debilitat. Fortè de his importunis & aculeatis inferni apibus dicebat ille: *Circundederunt me ſicut apes*, Pſal. 117. vbi ſic D. Hieronym. Sicut apes fauum, vt auferrent dulcedinem, quam in me Chriſtus infuderat. Scilicet apibus mirum eſt illicium in mellis fauo, quem auidiſſimè corripiunt, atque exſugunt. Rectè idem Ambr. monet *Apolog. 2. Dauid, cap.* 3. Si non vis vinci, non congrediaris peccatis, ne de te vitia coronentur. Hæc Ambroſ. nimirum vitiorum omnium corona eſt carnalis concupiſcentia. Monet optimè Clemens Alexandr. *3. ſtromat.* Mundos eſſe oportet à voluptatibus, & cura eſt gerenda animæ. Videbimus Deum ſicuti eſt, & omnis qui habet hanc ſpem, ſanctificat ſe ſicut & ille ſanctus eſt, 1. *Ioan.* 3. Clemēt. legit, ſeipſum caſtum facit, ſicut & ille caſtus eſt. Deinde adiungit ad oſtendendam de Deo ignorationem, quæ cum voluptatum carnalium ſtudio coniuncta eſſe ſolet; vt ignoretur (inquiens) Deus, efficit vitæ inſtitutio. Omnino enim fieri non poteſt, vt quis ſimul ſit ſapientia præditus, & blandiri corpori non erubeſcat.

Theod.
*Voluptas, peſtemlota.*
S. Ambroſ.
Pſal. 117.
S. Hieron.
Clem. Alex.
1. Ioan. 3.

8. Non contemnenda explicatio Eucherij ſic habet. Nomine pectoris ſignificatur ſuperbia mentis; in pectore enim impetus animi dominatur; nomine autem ventris ſignificantur deſideria carnis, venter enim mollior corporis pars. His enim duabus rebus ſerpit diabolus aduerſùs eos, quos vult decipere, id eſt, aut terrena cupiditate, & luxuria; aut ſuperbiæ inſana ruina. Rectè quidem Eucherius: nam, vt ſæpe aduotauimus, propter ſuperbiam permulti corruunt in cœnum libidinis; & vt lamentatus Ierem. Thren. 4. *Qui veſcebantur voluptuosè, interierunt in vijs; qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.* Secundùm D. Hieronym. Vanam iſtius mundi pompam appetentes intelliguntur, quorum miſerabiles in luxuriam caſus deplorat Ierem. Deinde redditur ille alius ſenſus, quem appoſuimus ſuprà; quàm ſcilicet coniunctæ videantur Ceres, ac Venus, popina & lupanar; ingluuies & libido. Aliter etiam D. Hieronym. interpretatur præſentem locum Thren. de pœnis, quæ irrogantur luxurioſis. Quicunque (inquit) auaritiam terrenam, & delicias voluptatum ſecutus viam iſtius vitæ incorrectus expleuerit, non ad æternæ vitæ gaudia, ſed ad fœditatum pœnas perueniet. Rupertus ſubtiliter interpretatur hanc Dei maledictionem ad ſerpentem in bonum, & vtilitatem iuſtorum, qui preſſi tentationibus diaboli fiunt illuſtriores; quare maledictio in diabolum coniecta cedit in benedictionem iuſtorum. Quocunque (inquit) ô ſerpens, te verteris, ſemper intentionem tuam deorſum conteres, & factis premes contrariis. Verbi gratia inuidendo euacuaſti meritum hominis, ſed hoc facto gratiæ Dei locum aperuiſti,

Eucher.
*Superbia cum luxuria ſimul.*
Ierem.
Thren. 4.
S. Hieron.
*Luxurioſis manens pœna.*
Rupert.

*Bib. Fernand. in Gen. tom. 1.*

A cui ampliùs inuidebis, dum homo ſeipſo tanto ſit altior, quanto gratia Dei cuiuſque creaturæ meritis eſt maior. abhinc, & vſque in finem dum Deo volens aduerſaris, Deo nolens cooperaris; ſuper pectus tuum gradieris, quia miro modo, & mala intendis, & bona facis, dum perſequendo hoc ipſum, quod vt deſtruas perſequeris, dum quaſi malleolus aurum Dei nequiter affligis, & affligendo ad gloriam extendis. Sic Abbas Hinc intelliges Deo cooperatorem ad merita iuſtorū dici poſſe diabolum, inuitum tamen, & inuidentem ſaluti hominum, deinde ſerpentem tortuoſis circunuolui greſſibus, vt premat afflictétque B iuſtos, quos tentationibus turpium præſertim illecebrarum perpungit; ſed iſtis tanquam gehennalis mallei ictibus contuſa iuſti anima, terram inprimis omnem, fæceſque mundanæ contagionis expuens, defæcatur, vt aurum puriſſimum, extenditúrque in fulgentiſſimas laminas, ac tenuiſſimas bracteolas auri, quibus valuæ cæleſtis Hieruſalem exornentur, aut verò potiùs Chriſti Domini diademata (geſtat enim innumera) conſtruantur, ſanctorum enim meritis & gloria coronatur. Apoc. Iſai.

*Diabolus iſtis cooperator ſibi nocet.*
Apocal.
Iſai.

## SECTIO XXXII.

C *Et terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.*

1. HEbraicè עפר *glaphar*, terram, & puluerem ſignificat, frequentiùs puluerem. Iſai. 65. *Serpenti puluis eſt*; Mich. 7. *Lingent puluerem ſicut ſerpentes.* Chald. etiam puluerem, LXX. vertunt γῆν, terram. Idem in vtroque ſenſus. Inprimis perſtringitur hoſtis, dum infelicitas eius ſignificatur: vt his verbis Procop. adnotauit. Vt eius caſum oſtenderet; ait: Puluerem terræ comedes, &c. nihil dignitatis habebis, recedet ſpiritus illi elati. Humirepes, ſcilicet tua dignitate in lutum collapſa. Sic pœnitentiam agentes inquiunt: *Adhæſit terræ venter noſter.* Pſ. nimirum collapſoſum de cæleſti intellectu. Sic ille. Deinde: Directò quidem reſpōdet culpæ ſupplicium, D & malefacto maledictum. Ore ſerpens mendacium ſtruxit: prauum mulieri dedit conſilium, venenum ab ore profudit, quo humanum genus contabuit. Meritò igitur ore illo ſuo mendaci, doloſo, virulento, terram & puluerem comedet cunctis diebus vitæ ſuæ. Quod perdoctè Caiet. explicat ad hunc modum. Ad ſerpentem eſt ſermo, ac per hoc (omnes dies vitæ eius) vniuerſum tempus comprehenditur, quo diabolus viuit, quatenus ſerpens. Terminabitur enim vita eius ſerpentina, adueniente Chriſto ad iudicium, ceſſante quidem tempore merendi, ceſſabit & diabolicum ſerpere. Durante itaque hoc tempore quo diabolus officium tentandi exercet, puluerem, hoc eſt, rem omnino ineptam ad cibum co- E medet, quia vſque ad finem veſcetur malis affectionibus, & pœnis hominum. Quemadmodum enim puluis omnino ineptum eſt alimentum: ita malum tam culpæ, quàm pœnæ omnino ineptum eſt ad rationalis animi quaſi nutrimentum. Ita Caiet. Nota obiter duraturum vſque ad diem iudicij, officium dæmonis tentatoris, atque adeò ſummam infelicitatem, peccandi ex ſuggeſtione dæmonis; donec veniat renouatio, & perfectiſſima mundi felicitas, quam Dominus intelligit *Matth.* 13. Cùm finem mundi vocat conſummationem, hoc eſt, abſolutam perfectionem. Vt ſubtiliter explicat D. Petr.

Iſai 65.
Michæ 7.
Procop.
Caiet.

X 3 Chry

Chryſol. *ſermon.* 47. Mundus (inquiens) de fine principium ſumit, fine innouatur, non deficit creatura: ſeculum deficit non creatori, ſed criminí; neque iuſtis, ſed peccatoribus finiuntur elelucuta. Sic ille interpretatur conſummationem ſæculi. Et bene conſummatus perfectuſque omnino erit mundus, cùm nullus in vltra futurus ſerpens, qui tentet, nec homo qui tentetur, & peccet, nec peccatum erit vltra, quæ prima abierunt. Nam ecce noua fient omnia *Apocal. cap.* 21. Pax ſumma erit, & ſecuritas, in portu æternitatis cum Deo iuſti conquieſcent. Prima igitur expoſitio huius loci eſt, terræ ac pulueris nomine ſignificari, tam culpas, quàm pœnas hominum, quibus tentator diabolus ſerpentem agens paſcitur, vt Caiet. ait. Et quidem peccata percommodè terra & puluis appellantur: terra, propter vilitatem, & ſpurcitiam; puluis, propter leuitatem, & inconſtantiam. Terrenus, & animalis homo vocatur à Paulo; terrenáque ſunt illius opera, quæcunque in illo non aſſurgunt ad virtutis excellentiam. Neque verò ſolùm videntur, vt ſunt lutulenta opera carnis, ſed etiam pulueruIenta; quinimò, & omni puluere leuiora. Fugaciſſima eſt voluptas, momento peragitur, momento deficit, ac diſpatet in auras. Quod in primo Pſalm. de impiis cecinit Propheta. Ventoſæ diuitiæ, rectè appellantur à D. Auguſtin. Honores ipſi, vel ipſo nomine leuitatem pulueris præ ſe ferunt, vt qui aura popularis vna ſint; nec enim quid aliud firmius, ac ſolidius in terræ & pulueris huiuſmodi bonis inuenitur. Aliter enim nomine aquæ ſignificari ſolet rerum terrenarum inconſtantia: ex quo fit, vt homines illarum ſtudio dediti nuncupari piſcea conſueuerint. Vt in Pſal. 8. *Piſces maris, qui perambulant ſemitas maris.* Quo loci ſic D. Auguſtin. Intuere piſces maris, hoc eſt, curioſus, qui perambulant ſemitas maris, id eſt, inquirunt in profundo huius ſeculi temporalia. Quæ tanquam ſemitæ in mari, tam citò euaneſcunt, & intereunt, quàm rurſus aqua confunditur, poſtquam tranſeuntibus locum dederit, vel nauibus, vel quibuſcunque ambulantibus, aut natantibus. Non enim tantùm ambulant ſemitas maris, ſed perambulant, dixit, oſtendens pertinaciſſimum ſtudium inania & præterfluentia requirentium. Hæc Auguſtin. In eadem interpretatione perſiſtens S. Hieronym. adiungit. Qui per nimiam curioſitatem non contemplantes cæleſtia, intet huius ſeculi fluctus putant eſſe vitam æternam.

Fins mundi ſumma rerum... ia. — Apoc. 21. — Pſalm. 1. — S. Auguſt. — Abitio & leuitas mundi. — Pſal. 8. — S. Aug. — S. Hieron.

2. Altera explicatio habet terræ ac pulueris ſymbolo adumbrari ipſoſmet peccatores, quo cibo maledicto paſcitur diabolus. Sic D. Greg. *in Pſal.* 4. *pœnitential.* Antiquus (inquit) hoſtis, terrã comedit, quia peccatores quoſque in ventrem ſuæ malitiæ abſcondit. Iſque hominum perditionem deſiderans, quodammodo reficitur, dum prauis eorum operationibus delectatur. Rabbanus: Deuorat terram cùm errore peccantium paſcitur, ac delectatur, eoſque ſeducens, ad interitum ſecum rapit. Sicut enim ſancti, ſæpè cælorum, ita nomine terræ, hi qui terrena ſapiunt, indicantur. Rupertus: Terram comedes, & non cælum, id eſt, quorum conuerſatio in cælis eſt. Sed qui terrena ſapiunt, illi cibus tuus erunt. Malus operarius, & ſeruus nequam, ſed Deo tamen vtilis fatigationem iracundiæ tuæ talium deuoratione conſolaberis. Perdoctè etiam Lippomanus: Quia diaboli corpus & membra ſunt omnes impij, & illius familia, quales eſſent futuri huiuſmodi, dicere poſſumus his verbis à Domino deſcribi. Hi namque perpetuò hærent pectore ſuo terrenis, pauent, horrent, deſperant, terrena ſapiunt, fide in Deum non eleuantur, auerſantur cæleſtia. E contra verò, qui Chriſti ſunt, velut homines in cælum tendunt erecti, quæ ſurſum ſunt, ſapiunt, Deo fidunt, ex ipſo toti pendent, omnia propter eum faciunt. Hæc ille. Sed heu me miſerum! In terra quidem naſcimur, in terra viuimus, ſed non de terra viuimus, nec ad terram in illa aut ſemper victuri, aut in æternum morituri naſcimur: & tamen in luto ac puluere læti & geſtientes peruolutamur! Sed audi D. Bernard. in hanc ſenient. *ſermon. de S. Martino.* Non confeſtim (inquit) ſub terra Deus poſuit hominem, ſicut peccando meruerat, ſed in terra. Siquidem reſpirandum eſt nobis, & nullatenus deſperandum, donec in terra adhuc interim conſtituti & ſuſcipere cælum poſſumus, & ſuſcipere data optima, & dona perfecta deſurſum à Patre luminum, à Patre ſpirituum, à Patre miſericordiarum. Nam & propterea rectum fecit hominem, etiam corpore ipſo, & os homini ſublime dedit, cùm prona vtique ſpectent animantia cætera terram: vt attollens ad ſydera vultus, illicò ſuſpiret, vbi tam beatam & perennem conſpicit manſionem. Nonne enim piè & fideliter intuentibus nobis vehementiſſimum quoddam incentiuum amoris, & prouocatio flagrantiſſimi deſiderij, eſt viſio ipſa tam lucidiſſimæ regionis? Non ſunt ſtellæ cæli, ſimiles glebis terræ. Inter ſplendorem Solis, & caliginem ſoli huius, non parua diſtantia eſt. Fortè tamen hîc quoque nonnulla, ſed in ſuo genere pulchra videntur: & hæc ipſa vndique mixta non pulchris, vt aurum in luto, gemma in ſterquilinio, lilium inter ſpinas. Tota pulchra es patria mea, & macula non eſt in te: tota pulchra es, abſque eo quod intrinſecùs latet. Hæc omnia Bernard. quæ vtinam noſtris animis altiùs impreſſa perpetuò inhærerent, vt ad cælum intuendum, amandum, atque adeò perfruendum à Deo conditi in bonorum operum ſtudia excitaremur!

S. Gregor. Diabolus veſcitur hominum vitiis. — Rabanus. — Rupert. — Lippoman. — Improborum deſcriptio. — S. Bern. — Homo ad cæleſtia erectus.

3. Itaque ſimul eſt maledictio, & prophetia: Terram comedes. ſcilicet diabolum, qui Angelus in cælo creatus fuerat, in tantam infelicitatem deueniſſe, vt luto ſit victurus, hominum videlicet flagitiis, præſertim libidinibus ſpurciſſimis. Hinc apud *Matt.* 8. legimus, dæmones cùm iam virtute Chriſti ab homine, quem occuparant, eſſent in tartarum expellendi, Dominum deprecatos: *Mitte nos in porcos.* Nimirum in illas pecudes, quibus ſcelerati atque immundi homines ſignificarentur. Ad quem locum ſic eleganter D. Petr. Chryſol. *ſerm.* 17. Vide vbi Satanas ſedem deſiderat collocare. De ſepulchris in porcos ſemel infectus putredine habitacula fœtida & immunda perquirit: ſordibus delectatur & cæno, qui vtique ſemper fœtore criminum, & ſqualore paſcitur vitiorum; ſed ſic eſt odor eius tartareus & crudelis, vt eum nec porcorum natura ſufficeret ſuſtinere: denique demergi in mare, & fluctibus maluit deperire, quàm eius immunditiam pati, & putredinem tolerare. Ita Chryſolog. Legimus autem Matth. 8. *At illi exeuntes abierunt in porcos; & ecce impetu*

Matth. 8. — S. Chryſ. Diabolus immunditiis delectatur. — Matth. 8.

abiit

A *abiit totus grex per præceps in mare, & mortui ſunt in aquis.* Sed quæ maior infelicitas dæmonum eſſe poteſt, quam vt in porcis habitare velint, & nec ab illis poſſit eorum fœditas ſuſtineri? Deinde, vt adiungit idem Chryſolog. Miſer eſt, qui relicto iudice fruſtrà carnificis requirit fauorem: qui nec vexare, nec parcere, nec minuere poteſt tormenta, nec addere, ſed facit totum addictus verbero, ad ius & arbitrium iudicantis. Sic ille.

*Diaboli infirmitas.*
S. Pet. Chr.

Significari etiam puto Domini verbis ad ſerpentem, diaboli contra homines imbecillitatem. Nec enim comprehendit niſi eos, qui ſe præbent veluti terram ac puluerem, qua ſe beſtia per anfractus deuoluit, nec infelix ſeſe in altum poteſt erigere, ſed humi trahitur, B Chriſti Domini virtute, & matris ipſius Virginis debilitatus, & obtritus. Et qui Euam decepit, ad Mariam oculos non audet nec poteſt attollere. Nam vel ipſi primores congreſſus turpium cogitationum ad aſpectum matris Dei puriſſimum debilitantur, diſpareńtque. Quam ergo Virginis potentiam agnoſco illis in verbis Cantic. 7. *Sicut turris Dauid, quæ reſpicit contra Damaſcũ.* Mitto longiorem huius loci expoſitionem; tantùm, quod ad rem pertinet, adnotauerim, aut ſermonem hic eſſe de turre quadam eminentiſſima & fortiſſima, quæ conſtructa viſebatur in monte Libano, vbi terminus erat regni Hebræorum, & vnde pate- C bat proſpectus in finitimas gentes hoſtium, maximè in Damaſcum Iudaici regni inuidam & æmulam; aut de turre ipſa Dauidis in monte Sion ædificata, quod ex paraphraſi Chaldaica apertè colligitur; aut denique de templo Ieruſalem, quæ ciuitas in ſacris literis ſignificatur nomine Libani, vt *Zachar.* 11. Vide D. Hieron. *cap.* 33. *&* 25. *Iſai. in* 17. *Ezechiel.* Procop. *in* 49. *Geneſ.*

*Cant. 7.*
*Ante B. Mariam diſparet motus primo primi.*

*Turris Libani quanam fit.*

Ergo quæcunque illa fuerit turris, hoſtium oculis atque animis terrori erat; illa præcipuè in vertice Libani poſita, quæ amplitudine ſtructuræ, altitudine murorum, validiſſimis propugnaculis, armorum præſidio, armatorúmque manu fortiſſima ſic perterrefaciebat Damaſcum ex D aduerſo in planicie campi protentam, vt Damaſceni oculos (ea fama eſt) in humum demitterent, quoties in conſpectum arcis Libani venirent. Adeò formidabilis hoſtibus erat turris Libani quæ reſpiciebat cõtra Damaſcum. Sed vmbra eſt quicquid de Libani turre dicitur ad turrem Eccleſiæ Dei, ad matrem Dei virginem. Terribilis illa, vt caſtrorum acies ordinata; ſic toti gehennæ formidabilis, vt vel ipſi primores ſerpentũ aſſultus (vocant motus primo primos) nequaquam vnquam ad conſpectum Virginis ſeſe obtulerint. Nulla virginis mentem, vel tenuis vmbra inhoneſtæ, aut alio nomine vitioſæ cogitationis ſubiit. Armatæ flammis libidinum cohortes inferni, vt virginem conſpicantur, diffugiunt. Ita ſuos Virgo beatiſſima tuetur, ac protegit; vt ſi quem inuadat ſerpens, ſi quem aut E cogitatu, aut motu inflammet illecebroſo; inuocato ſuauiſſimo nomine Mariæ, Virgo mater accurrens in ſinum excipiat; brachiis foueat, ardentem irroret, extinguat incendia tartari, & ſua virginea pudicitia corpus animúmque perfundat. Quid nobis, & tibi Ieſu fili Dei? clamabant dæmones *loco Math. citato.* vbi ſic egregiè S. Hieron. Non voluntatis iſta confeſſio eſt, quam præmium ſequitur confitentis: ſed neceſſitatis extorſio, quæ cogit inuitos. Velut ſi ſerui fugitiui poſt multum temporis dominum ſuum videant: nihil aliud, niſi de verberibus deprecantur.

*B. Maria formidabilis diabolo.*

S. Hieron.

A Sic & dæmones Dominum in terris cernentes repentè verſari, ad iudicandos ſe venisſe credebant. Præſentia Saluatoris, tormenta ſunt dæmonum. Hæc Hieron. Ac poſt Dominum & Regem, Domina & Regina mater ipſius magno terrori eſt dæmonibus.

---

## SECTIO XXXIII.

### *Inimicitias ponam inter te, & mulierem.*

B 1. ITa planè res habet; capitale, atque irreconciliabile diſſidium eſt inter hominem, ac ſerpentem. Alter alteri tendit inſidias; alter alterum hoſtili petit impetu. Homo ſerpentis caput inuadit; quo abſciſſo, aut prorſus compreſſo totus ſerpens interit; quòd ſi medium diffindat, aut caudam amputet, adhuc viuit, & aſſultat ſerpens; hic autem cùm repat humi, nec in altum erigat corpus, latenter impetit hominis pedem, vt mordeat, vt veneno inficiat. Cæterùm hoc bellum ænigma eſt, & ſignum illius, quod inter hominem & diabolum geritur. Vtrumque ſignificatur à Deo; ſecundum præcipuè. Sic enim Procop. Inimicitias ponam, &c. C ſignificat nobis perpetuum cum reptilibus eſſe bellum. At hoc bellum indicat hoſtile quoque bellum, quod gerimus perpetuò cum diabolo: nullum eſt tempus, quo non omnis mali autorem culpemus diabolum. Sic ille. Porrò autem aduertendum eſt bellum hoc diuinitus eſſe indictum. Ait enim: Inimicitias ponam. Et quidem ex parte diaboli omnino eſt iniuſtum, ſed à Deo permittitur in vtilitatem & ſalutem hominis: vtitur enim Deus, quod ſæpè alias euenit, prauis conſiliis, & conatibus hoſtium ſuorum, maximè dæmonum, ad bonum aliquod inde eliciendum, qualis eſt Dei ipſius gloria, hominúmque ſalus. Quod in præſenti bello clariùs pateſcit, vt ele- D ganter oſtendit Procop. ad hunc modum. Mirum ſanè videri poſſet, quòd Deus bonus inimicitias mutuas poſuit. Sed mirari deſinemus, ſi reputemus ſimplicem non mediocre damnum accipere ex conſuetudine, & familiaritate mali; oportet itaque huiuſcemodi inimicitias conſtitui, vt ſimplex prudentior factus illud ſalutare dictum proferat: non enim ignoramus eius cogitationes; quibus enim de cauſis pax damnoſa eſt, ob eas vtile exiſtimatur bellum. Corrumpũt bonos mores colloquia praua. Quemadmodum enim ex parum ſalubribus locis aër homines afflans clandeſtinos morbos ſuo afflatu hominibus concitat. Sic vſu venire ſolet ex prauis colloquiis, & commercio peſſimorum hominum. Hæc Procop. Idem paucis verbis complectitur Græcus autor *in Catena.* Inimicitias (inquit) po- E nam inter te, & mulierem; quia, vt amicus decepiſti, vt inimicus expelleris, & hic ſermo in legem factus eſt; inter quos enim pax noxia eſt, bellum vtile eſſe videmus. Sic ille. Ac veriſſima quidem eſt illa ſententia D. Gregor. Nazianzeo. *Orat.* 14. Rerum omnium creatarum ornamentum in concordia ſitum eſt. Deinde S. Doctor, vt ampliùs demõſtret quàm ſacroſancta ſit concordia, petit argumentum ex ipſa Trinitate. Cui (ait) nihil æquè proprium eſt, ac naturæ vnitas & concordia. Ad hæc, cùm ea omnium mandatorum potiſſimè commendata ſit à Chriſto Domino, pulchrè ſubiicit *Orat.* 12. Paterna hæredi-

*Diſſidium inter hominem & ſerpentem.*

Procop.

*Deus hoſtium conatus diuindit.*

Procop.

*Inimicitiæ bonæ, & viles.*

Græcus.

D. Greg.
*Concordia laus.*

A tas, hoc eſt, concordiæ bonum. Nihilominus aliquando concordia ſolo nomine illuſtris, atque vtilis, reipſa infamis ac noxia videtur; quemadmodum interdũ diſcordia præſtabilis optandáque eſt. Sic enim idem adiungit: Mulier eſt concertatio pietatis, cauſa ſuſcepta, quàm vitioſa concordia. Ita Nazianz. Quare conſuluit Deus hominum vtilitati, cum bellum perpetuum, atque internecinum, inter diabolum hominémque indixit, aut verius eſſe conclamauit; vti homo, ac præſertim mulier ſuæ imbecillitatis conſcia, non credat vlteriùs ſerpenti, fugiat illius colloquiũ, aſpectum reformidet; ſciat illum hoſtem capitalem, nullam cum diabolo pacem, non fœdera, non inducias fore; ratæ ſunt, & ſtabiles vtrinque inimicitiæ, Denique ad arma clamante, in æternum duraturæ. Cùm etiam nulla ſit inter hominem & diabolum æqualitas. Lex autem (vt hîc adnotauit Procop.) certiſſima amicitiæ eſt æqualitas: hæc namque amicitiæ mater perhibetur. inter æquales enim plerumque amicitię conglutinãtur. At diabolus eſt hoſtis Dei atque hominis; & in malo obſtinatus. Cauendum igitur ac vigilandum: militia eſt enim hominis vita ſuper terram; eſt homini colluctatio aduersùs mundi rectores tenebrarum harum. Qui ſagittant in obſcuro rectos corde, *Pſal.* 10. Qui tanquam Andabatæ feriunt cæco impetu: aut vt explicat Euthym. inuidia occæcati. Eo verò talis eſt in diabolo aduersùs hominem, vt infeliciſſimus ſerpens ex bono hominis contabeſcat.

*Diſcordia, quàm concordia, melior interdum.*

*Procop.*

*Pſal.* 10.
*Euthym.*
*Diabolo inuidia in hominem.*

2. Proculdubio voluit etiam Deus iniurias ſibi, ac generi humano illatas à diabolo vindicare ignominioſo quodam, & infami genere vltionis: in eo ſcilicet, quòd tantus hoſtis ab infirma timidáque muliere puniretur; tyrannus à captiua, ſeductor à ſeducta; quæ pœnitentiam ſuæ præuaricationis agens, ſeductorem proſternet, peccatum expiabit admiſſum, cautiórque ſubinde in poſterum facta, & virtutum ſtudiis impenſiùs dedita triumphum aget de ſerpente. Qui ſenſus ab Hugone de S. Victore innuitur his verbis. Significatur, quòd Eua reſipiſcens pœnitentiam egerit, vnde diabolus doluit. quaſi dicat, tu gaudebas modò, quia eam deceperas, ſed fruſtrà, quia victus eris à muliere. Ita Hugo. Et hoc in præclaram mulieris gloriam cedit, vt Rupertus adnotauit: Ponam (inquit) inimicitias inter te, & mulierem: profectò magnum gratiæ ſuæ opus Deus promittit, quòd victorem diabolum, qui fraude vicerat, vita nunc mulier vincere quandoque debeat fortitudine. Sic ille. Vide glorioſam mulieris victoriã. Diabolus fraude mulierem vicit; ſed diabolũ mulier aperto Marte, fortem imbellis vincet. Adiungam Caiet. verba quæ hanc eandem ſententiam luculentiùs exornant. Noli, ô ſerpens, putare ex eo quòd ſuperaſti mulierem, te habiturum dominium ſuper vniuerſas mulieres: nam quamuis mulier ipſa imbecillis ſit, ego tamen ponam inter mulierem, & inter te odium inimicitiæ, vt habeat te non in dominum, ſed in inimicum, vt non pateat tibi, ſed hoſtem te ſentiat, vt hoſtem caueat, vt odio te proſequatur. Et hoc impletum videmus in mulieribus ſanctæ vitæ, non ex propriis mulierum viribus, ſed ex diuino dono, quo poſuit in animis earum odium, non qualecunque, ſed omnis generis inimicitiæ, propter hoc enim dicit *inimicitias*, in numero plurali, inter ipſas & ſerpentem diabolum. Non ſufficit inimicum eſſe diabolo, quoad ea quæ ſunt fidei, aut ſpei, ſed oportet inimicum eſſe ſecundùm omnes partes, ſecundum ea, quæ ſunt caſtitatis, abſtinentiæ, liberalitatis, miſericordiæ, & reliquorum ſanctorum officiorum. Ita Caietan. Nota quam difficile ſit ſtudium virtutis; non enim in ea conſequenda, vnum vel alterum geritur bellum; planè innumeræ ſunt peruincendæ inimicitiæ diaboli; in vnoquoque actu virtutis bella ſunt gerenda cum ſerpente, eiúſque militibus, carne, mundóque. Vide D. Chryſoſt. *homil.* 2. *Antioch.* meritò ait: Ibi multæ inſidiæ, vbi virtus. D. Ambr. 1. *lib. de Abel & Cain, cap.* 4. Sicut bellator ſine armis eſſe non poteſt, ita nec ſine exercitatione virtus. At quam infirmus eſt hoſtis noſter? Ponit Dominus inimicitias inter B illum & mulierem: & ſatis hoc vnum ſignificat, vt vincatur hoſtis. Itaque ô mulier ne credito ſerpenti, vt inimicum odi, ac deteſtare: & planè viciſti ſerpentem.

*Diabolus punitur per mulierem.*

*Hugo.*

*Rupert.*

*Mulier de diabolo triumphat.*

*Caietan.*

*In virtute multiplex bellum.*
*S. Chryſ.*

*S. Ambr.*

3. Pſal. 35. dicitur, *Iuſtitia tua ſicut montes Dei.* pulchra quidem eſt expoſitio Bernard. *ſerm.* 1. *ſuper, Non eſt regnum Dei eſca,* referens hunc locum ad multitudinem miſericordiarum, quas Dominus impertitur animæ, quæ virtutem aſſequitur. Bene (ait) ſicut montes, quia plures cumulos miſerationum ſuarum ingeſſit tibi. Sic Bernard. Verùm facilis erit ſenſus, ſi ita explicetur; virtus tua, ſicut montes excelſi; ardua ſcilicet eſt, aſcenſúque difficilis, non vnum tantùm eúmque non valde editum; ſed plurimos montes, alios aliis ſuperimpoſitos, omnéſque C editiſſimos, qui cælum ipſum pertingant; ſuperare debet, qui virtutem nititur adipiſci: tanto autem eminentior erit gloria mulierum in virtutis ſtudio, quanto illarum ſexus imbecillior; ac tanto etiam illuſtrior fœminarum de diabolo victoria. Turpius verò, & dedecoroſius diabolo à fœmina vinci. Commentanti hunc locum, venit mihi in mentem, an Deus omnipotens, vt diabolo acriùs inſultaret, muliebri ſexu, hoc eſt, inſtrumento ignobili vtens, voluerit ſuperbum, & inaniter triumphantem flagellare, vt qui ad maiorem ignominiam aduerſarij, illum fuſte, aut etiam arundine, aut (quod adhuc recidet in maius ludibrium) colo fœminea diuerberare. Luſitanè, *eſpan car com huma roca.* At verò, inimicitias D ponam inter te, & inter mulierem, cùm Dominus dicit; Cui (ait D. Bern. *homil.* 2. *ſuper Miſſus*) hæc ſeruata victoria eſt, niſi Mariæ? ipſa proculdubio caput contriuit venenatũ, quæ omnimodam maligni ſuggeſtionem, tam de carnis illecebra, quam de mentis ſuperbia deduxit ad nihilum; quam verò aliam Salomon requirebat, cùm dicebat Prouerb. 31 *Mulierem fortẽ quis inueniet?* Nouerat quippe vir ſapiens, huius ſexus infirmitatem, fragile corpus, lubricam mentem; quia tamen, & Deum legerat promiſiſſe, & ita videbat congruere, vt qui vicerat per fœminam, vinceretur per ipſam, vehementer admirãs aiebat. Mulierem fortem quis inueniet? quod eſt dicere: Si ita de manu fœminæ pendet, & E noſtra omnium ſalus, & innocentiæ reſtitutio: & de hoſte victoria; fortis omnino neceſſe eſt, vt prouideatur, quæ ad tantum opus poſſit eſſe idonea. Sed ne hoc quæſiſſe putetur deſperando, ſubdit prophetando. *Procul, & de vltimis finibus pretium eius;* hoc eſt, nõ vile, non paruum, non mediocre, non denique de terra, ſed de cælo, nec de cælo proximo terris pretium fortis huius mulieris, ſed à ſummo cælo egreſſio eius. Hæc Bernard. Ab ipſo enim Deo incomprehen-

*Pſal.* 35.
*S. Bernard.*
*Miſericordia Dei multiplex*

*Mulieris de diabolo victoria.*

*Ignominioſum diabolo vinci per fœminam.*

*S. Bern.*
*B. Mariæ de diabolo triumphus.*

*Prouerb.* 31.

*B. Mariæ pretium admirabile.*

ſibili

ſibili pretium ineſtimabile, dignitas incomparabilis, incomprehenſibilis maieſtas naſcitur in Virgine matre Dei.

Phil.

4. Philo Hebræus 2. *Allegor.* ſuæ allegoricæ interpretationi de voluptate per ſerpentem ſignificata inſiſtens pugnam inter voluptatem, & ſenſum corporis, aut verò etiam ipſummet corpus, cuius ſymbolū Eua eſt, arbitratur deſcribi. Verba Philonis ſunt Inimicitiás ponam, &c. Re vera voluptas inimica eſt ſenſui, quamuis ſunt qui putent amiciſſimam: ſed ſicut adulatorem nemo amicum dixerit; eſt enim adulatio vitium amicitiæ: ſic & voluptatem ſi examines, inuenies adulterinam familiaritatem inſinuantem ſenſui; certè ſaturatis voluptate omnes ſenſus luxantur. Et obſeruandum, non dixiſſe: Inimicitias ponam tibi, & mulieri, ſed inter te, & mulierem. Cùm quoniam in medio, & tanquam confinio voluptatis, & ſenſus hoc bellum naſcitur. Id amborū medium, cibus, & potus eſt, aptum ad quæcunque ſenſibilia huiuſmodi facultatem voluptatis inducendæ habentia, his quoties ſe voluptas ingurgitat, præſentaneam ſenſus noxam afferunt. Sic Philo. Ex hac tam ſubtili Philonis interpretatione videas quantum ſit euigilandum, ne voluptas edendi vincat rationem, ſobrietatiſque tranſiliat metas; non enim edacitate iſta obliguriente voluptatis ſolùm animæ periclitatur ſtatus, verùm etiam ipſi ſenſus corporis hebetantur, eneruatur vigor ipſe vtilitatis, ac ſalus, vitáque extremum ſolet ſubire diſcrimen. Contrà verò qui abſtinens eſt, adiiciet vitam, *Eccleſ. 37.*

Voluptas inſidioſa.

Edacitas nocet animæ & corpori.

Eccleſ. 37.

Præterea inimicitiæ prædicuntur inter carnem & ſpiritum, de quibus non ſemel D. Paulus quo bello carnis ſic aliquando affligebatur diuinus Apoſtolus, vt ipſum ſuæ tæderet vitæ, & exclamaret: video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Dominum noſtrum. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei; carne autem legi peccati, *ad Rom. 7.* Theodoret. egregiè declarat: Legem peccati peccatum appellat. Id autem operationem exercet, quando corporales quidē animi perturbationes exiliunt; anima verò propter eam, quam ab initio induit, ſocordiam, eas cohibere nō poteſt. Sed propriam quidem libertatem abiecit, eis autem vt ſeruiat, ſuſtinet. Sed tamen quamuis ſeruiat habet odiu ſeruitutem, & laudat eum, qui ſeruitutem accuſat. Hæc omnia cùm deſeripſiſſet Apoſtolus, vt oſtenderet quales eramus ante gratiam, & quales poſt gratiam, & veluti ſuſcepta perſona eorum, qui ante gratiam a peccato obſeſſi ſunt, tanquam a mediis hoſtibus circundatus, & in ſeruitutem abductus, & ſeruire coactus, & nullum aliunde videns auxilium, grauiter quidem gemit, ac lamentatur. Cæterùm per Chriſtum Dominum ſancti Spiritus gratiam percipientes non ſoli aduersùs animi perturbationes in acie ſtamus; ſed eam opitulatricem habentes, illas vincere poſſumus. Sic Theodor.

Inter ſpiritum & carnem pugna.

Ad Rom. 7.

Theod.

Gratia Dei fert opem contra carnis pugnam.

5. Multa hic notari poſſunt. Vel anima etiam Iuſti, imò & Pauli, qui vas erat electionis ad portandum Ieſu nomen, carnis affectionibus impetitur, immundis libidinum ſtimulis perpungitur, aliarúmque efferatarum paſſionum impugnatur aſſultibus; cæterùm nolens, renitens, dolens, eiulans, opem Dei; matris Dei, ac cælitum implorans ictus carnis excipit, trahitur in ſeruitutem, tenetur in ergaſtulo, latomiis addicitur, compedes patitur, mortem quotidie, vel potiùs mortes innumeras ante oculos videt ac ſubit; quod quidem ampliſſimum eſt theatrum ad conſequendas cæleſtis gloriæ palmas & coronas: idcirco enim appoſuitus, *de corpore mortis huius.* Eſt enim (ait Caietan.) mors, pati huiuſmodi ſenſuales motus. Hinc etiam colliges genus eſſe martyrij, licèt non cruenti, ſed diuturnitate moleſtioris hác quotidie mortem ſubire. Deinde Ieſus Chriſtus Dominus noſter in carne paſſus carnis hanc pugnam, ſi non omnino ſopiuit; & (quod maius eſt beneficium) vtilem & glorioſam: animæ Pauli, & cuiuſcunque iuſti reddidit, atque ſola ipſius gratia vel liberari poteſt anima ab hoc carnis bello, ac tyrannide, vel ita ſtare inuicta mediis in periculis, vt triumphet ad gloriæ cæleſtis meritum. Caiet. legit: Gratias Dei, pro (vt declarat) gratias ago Deo per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Significatur non gratia Dei liberans, ſed gratiarum actio. Ne paruipendentis iuſtificatum ſtatum ſuum propter miſeriam carnis, & deſperati voce dictum intelligeres: Infelix homo, &c. ſubiungit gratiarum actiones Deo per Chriſtum Ieſum; vt ex eo, quod gratias agit Deo per Ieſum, intelligamus beneficium eſſe vocem hanc, & verè beneficium magnum eſt, quod homo iuſtificatus non ſolùm cognoſcit, ſed æſtimat quòd carnis in ſe videt vt miſeriam, & æſtuat deſiderio rei communiter impoſſibilis in hac vita: huiuſmodi enim velleitas accenſa, vt homo totus ſeruiat Deo, meritoria eſt: & vtilis ad magis ac magis recedendum à ſeruitute carnis. Eſt itaque ſenſus: quamuis ex parte carnis miſerum, & non liberandum in hac vita cognoſcam me; de hoc tamen ipſo quod æſtimo hanc miſerā, & æſtuo deſiderio libertatis, gratias ago Deo, quia hoc eſt beneficium collatum mihi ex dono gratiæ Chriſti Ieſu reformantis mentem meam. Ita Caiet. Magna videbitur infirmitas & miſeria hominis: concupiſcentiæ aſſultibus pertentari, & libidinum ardoribus exardeſcere: at ſumma quidem eſt virtus in homine ſic infirmo tam periculoſo in bello non cadere, non ſuccumbere: quin potiùs obſiſtere fortiter, blanditias reſpuere, voluptates carnis tædio excipere, odio repellere, atque execrari. quod tamen diuinæ gratiæ præclarum eſt beneficium. Cùm igitur tot ac tam grauium malorum voluptas carnis ſeminarium ſit, vnde ſummum in animam redundat exitium: meritò Deus (inquit Philo 2. *Allegor.*) execratur nomine ſerpentis voluptatem. Eſt enim malus affectus, turbat terminos animæ, pro virtutis ſtudio amorem affectionum in ea generans. Ait Moyſes in execrationibus execratum eſſe, qui transfmouet terminos proximi. Terminum enim, & legem Deus animę præſcripſit virtutem, ſcilicet arborem vitæ. Hunc tranſmouit, qui finxit terminum malitiæ, ſcilicet arborem mortis. Execrabilis ille, qui cæcum errare facit in via. Facit & hoc voluptas impia. Eſt enim ſenſus naturaliter cæcus; quia brutus: hunc cæcum ſenſus voluptas fallit, vt cæcus ſenſus ſequatur nō mentem, ſed cæcum ducem, rem ſenſibilem. Sic autem in fraudem inducitur anima, vt vtatur cæcis vel ducibus, decepta perſuaſáque mutare virtutem vitio, & ſuo labore malum ſibi quærere. Voluptas igitur præ omnibus beſtiis eſt execrabilis, præ omnibus (inquit) affectibus animæ, quibus illa ſauciatur, & perditur. Quia voluptas omnibus affectibus eſt obnoxia

S. Paulus tentatur.

Sanctorum decertatio.

Caietan.

Tentatio iuſti glorioſa.

Caiet.

Voluptati reſiſtere beneficium Dei.

Philo.

Voluptas interminata, cæca, fallax.

A nexia, tanquam principium eorum, fundamentúmque. Hæc omnia Philo. Quibus graphicè demonſtratur, & voluptatis carneæ malignitas, & hominum illi deſeruientium calamitates deploranda.

## SECTIO XXXIV.

*Et ſemen tuum, & ſemen illius.*

Caiet.

1. HVius loci optima eſt expoſitio Caietan. quæ ſic habet. Et ne glorieris ô ſerpens, quod vniuerſum humanum genus in primis parentibus ſuperaſti, ac per hoc vniuerſa poſteritas B tibi obnoxia ſit. Scito quòd inimicitias ponam inter ſemen tuum, & ſemen mulieris. Semẽ diaboli zizaniæ ſunt, vt Dominus explicat in Euágelio, ſemen diaboli peccatores ſunt, dicente Domino: *Vos ex patre diabolo eſtis*. Semen autem mulieris homines ſunt imbecilles, qui non poſſent inimicitias exercere aduerſus ſemen diaboli niſi Dominus poneret in eis huiuſmodi inimicitias. Quocirca appellatione ſeminis mulieris ſortitu-

Ioan. 8.

*Prædeſtinati cum diabolo pugnant.*

ti a Deo inimicitias, aduerſus ſemen diaboli, poſteritas eſt primorum parentum in electis à Deo ad vitam æternam, inter quos ſupremum locum tenet homo Chriſtus Ieſus. Ita Caiet. Non o- C mnino diſſimilis explicatio affertur in Gloſſa in hunc modum. Electorum Eccleſiæ, ac Sanctorum filiorum eius prophetia eſt, quæ perpetuas cum ſatana, & aliis apoſtaticis ſpiritibus gerit inimicitias, quibus à Domino dicitur; Eſtote fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſerpente, & accipietis regnum æternum. Ergo tam ſpiritus maligni, qui à Lucifero omnium tanquam parente prodierunt, & velut ſatellites, ad impugnandos homines, pertrahendoſque in vitia primò; deinde in gehennam mittuntur: (vt enim ait Hugo de S. Victore ſemen diaboli vocat alios dæmones) quam improbi, etiam ac ſcelerati homines ſemen ſerpentis nuncupantur. Contra ve- D rò fideles, electi ſerui Dei ſemen mulieris dicuntur. His autem ſi originem reſpicias, nihil imbecillius, ſemen enim ſunt mulieris, nimirum de fragili, atque infirmo ſexo educti, & de muliere quidem quæ ſeducta fuit, peccatum prima commiſit, morti præbuit aditum, in gehennam portas aperuit. At illi tamen ex dono Dei fortes ac firmi bellum aduerſus ſerpentem, principatus, ac poteſtates tenebrarum, & contra impudentem ac furioſam malorum hominum cohortem ſuſtinebunt, victoréſque de diabolo, carne, mundóque euadent. Inſigne igitur ſymbolum ac nota reprobrorum eſt habere odio ac perſequi electos: electorum verò ſignum eſt haberi odio, patique à reprobis. Ex ſemine ſerpentis pullulant odia, & perſecutiones: ex ſemine autem mulieris repullulat patientia. Huc ſpectat grauis illa ſen- E tentia D. Ambroſ. Ambienda eſt hominum maledictio, quæ acquirit dominicam benedictionem. Et illa S. Hieron. *in Marc.* 1. Appropinquate ſaluti appropinquat tentatio. Optime Rupert. *in* 1. *Apocal.* obſeruauit Ioannem Apoſtolum de ſeipſo narraſſe, quónam ſcilicet pacto relegatus in exilium, viderit cælum apertum, mitáque, & ſupra omnem humanam intelligentiam myſteria oculis atque auribus vſurpauerit, quaſi occaſionem, aut rationem potius videatur aſſignare, tot ac tam incredibilium reuelationũ, ipſummet exilium, ipſámque a nefariis hominibus per-

Hugo.

*Prædeſtinati infirmi ac fortes.*

*Signum prædeſtinatorum, & reproborum.*

S. Ambroſ.

S. Hieron.
Rupert.

*Patientia electorum nota.*

A ſecutionem. Sic enim ait Abbas. Ioanni exulanti in inſula Pathmos, cui terra negabatur, cælum apertum eſt. Denique in hoc ſenſu ita concludit Procop. Semen mulieris dicit illos, qui ex ipſa naſcuntur, & virtute præditi ſunt. mulier namque typum gerit Eccleſiæ.

Procop.

2. Vis autem, ô quiſquis es, videre quò tandem iſtæ inimicitiæ inter ſemen ſerpentis, & ſemen mulieris ſpectent, & quorſum à Deo permittantur? Audi D. Auguſt. interpretantem verba illa Pſal. 36. *Quæres locum eius, & non inuenies.* Ait ergo *ennarratione* 1. Habet aliquẽ vſum peccator? habet. Hic vtitur illo Deus ad probãdum iuſtum quomodo vſus eſt diabolo ad probãdum B Iob. Eſt igitur in hac vita, quòd agatur de peccatore. Hic eſt locus eius. Quomodo eſt in fornace aurificis locus paleæ. Ardet palea, vt aurum purgetur: ſic ſæuit impius, vt iuſtus probetur. Sed cùm tranſierit tempus probationis noſtræ, quæres locum eius, & nõ inuenies. Sic Auguſtinus. At infelix ſemen ſerpentis, tunc longè infelicius habetur, cùm ſemini mulieris vim intentat. Sibi potiùs nocet, in ſeipſum vertit odiũ, atque iras exſuſcitat, qui iuſtum odit, & perſequitur. *Gladius eorum intret in corda ipſorũ*. dicitur ſupradicto Pſalmo. Vbi ſic D. Auguſt. *enarratione* 2. Deſipiunt, contra ſe ſæuiunt, inſaniunt, non ſe vident tanquam ſi vellet aliquis per corpus C ſuum ferrum traicere, vt conciderec tunicam alterius. Attendis, quò perueniſti, & non attendis quà traieciſti. Illius conciſiſti veſtem, & tuã carnem, &c. Altera expoſitio huius loci habet Chriſtum Dominum ſignificari per ſemen mulieris, cui à ſemine ſerpentis intentæ ſunt inimicitiæ. Sic enim Serapion: Pronunciatum eſt de Chriſto, quem ſine ſemine peperit intemerata Virgo. Singulare enim eſt ſemen, non ſemina, ſcilicet ſemen mulieris ex ſola fœmina, & non ex viro ſimul procreatus filius intelligitur. Conſonat paraphraſis Chaldaica, quæ ſic habet: Inter filium tuum, & filium mulieris. Aduerte obiter, verbum זרע *zeraḥ*, vel etiam זרע *zarach*, D pro quo redditur hoc loco ſemen, verti à LXX. *σπέρματος*, quale eſt ſemen animalis, ſignificare ſemen abſolutè, fructum, granum, &c. Omnium igitur Patrum antiquorum hæc eſt concors, & germana interpretatio, vt ſemen, fructus, filiúſque mulieris de muliere videlicet ſola, non autem ſimul de viro natus intelligatur Filius virginis Mariæ Dominus Ieſus, qui poſitus eſt in ſignum, cui contradicetur. Vnde egregiè appellatur à Tertull. ſignum contradicibile. Inprimis à diabolo, & Angelis eius: dicebant enim illi aliquando, *Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? Veniſti perdere nos*, Marc. 1. Planè exitiũ ſuum intentari videbant, ab humilitate Chriſti armata aduerſus ſuperbiam inferni. Quod ita cõprobat D. Aug. 9. *de ciuit.* Contra ſuperbiã porrò dæmonũ, E quantam virtutem habeat Dei humilitas, quæ in forma ſerui apparuit, ipſi dæmones ita ſciunt, vt idem Domino infirmitate carnis induto, hoc exprimerent; Veniſti perdere nos. Sic Auguſt. Præterea immundi ſpiritus, qui hominum immunditia paſcerentur, timebant ſibi ab illa immaculata & puriſſima humanitate Chriſti, quaſi dicerent (explicat D. Chryſoſt.) auferens immunditiã, diuinámque imponens cognitionem hominum animis, nobis locum in hominibus non das. Vt autem noueris, quanta ſit infirmitas dæmonum, & quanta virtus Chriſti, audi Dominum interrogantem, Mar. 5. *Quid tibi nomen*

S. Auguſt
Pſal. 36.

*Iuſti probantur vt aurum.*

Pſal. 36.
S. Aug.

*Sibi grauiùs nocet, quàm alium nocet.*

Serap.

*Chriſtus ſemen mulieris.*

Tertull.

Marci 1.

S. Aug.
*Diaboli humilitate Chriſti cruciantur.*

S. Chryſ.
*Diaboli munditiam Chriſti timent.*

Marci 5.

*men eſt?* Reſpondet: *Legio, quia multi ſumus.* Ad quē A
locum ita eleganter diſſerit S. P. Chryſ. *ſerm.* 7. Eui-
S. Pet. Chr. dens eſt deſidia militis, ſi deſerat aciem, ſi gradū
retrahat, ſi confligere pertimeſcat, vbi vnum nu-
meroſo hoſte fortiorem videt eſſe captiuum. Ad
vnum legio. Ad præſentiam Regis iſti quid ſunt,
*Diabolus infirmus ante Christum.* qui vt vnum, & needum tyronem, caperent toto
cohortis ſuæ agmine conuenerunt? Vbi eſſent,
ſi vexillum ibi iam crucis, ſi Chriſti ſigna vidiſ-
ſent? Age Chriſtiane: incede ſecurus. Manus tan-
ta, & tam multa, quæ ſic metuit inermem, procul
fugiet, ſi videat, ſi ſentiat, ſi cognoſcat armatū.
Hæc Petr. Chryſolog. Bene armatus Dominus
Ieſus, nimirum cruci affixus, de peccato damna-
uit peccatum, de diabolo triumphauit, homines
ſub iugum ſuæ legis adduxit. Vnde ipſemet, hāc B
ſuæ potentiæ, ſeu humilitatis potius gloriam ſi-
*Crucifixi potentia.* gnificans dixit: *Ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia*
Ioan. 12. *traham ad meipſum*, Ioan. 12. D. Auguſt. Exalta-
S. Auguſt. tionem (ait) ſuam dixit in cruce paſſionem.
S. Chryſoſt. Addit D. Chryſoſt. Trahet, quaſi a tyranno de-
tentos, & per ſe ipſos nequeuntes accedere, & il-
lius manus effugere. Colligitur hinc admirabi-
lis potentia crucis, & omnipotentia crucifixi, vt
idem Chryſoſt. loquitur, qui mortuus vicit, &
conuertit mundum.

3. Inimicitiæ ſunt etiam inter [illegible] diaboli,
hoc eſt, Iudæos, ad quos Dominus [illegible] *ex patre*
Ioan. 8. *diabolo eſtis*, Ioan. 8. Et Filium Dei [illegible] Ie-
ſum Nazarenum, qui cum inimicis [illegible]
vincens in bono malum. Illi odio arma[illegible], Do-
minus amore. Cruci Dominum impij affixerūt, C
vitam illi ademerunt, non tamē amorem [illegible]-
xerunt. Inde enim peramanter hoſtes ſuos allo-
quitur: *Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contri-*
Mich. 6. *ſtaui te?* Mich. 6. Senſus eſt, quem colligit D. Pet.
S. P. Chryſ. Chryſolog. *ſermon.* 18. Nonne dicit? Si diuinitas
*Christi amor erga Iudæos.* ignota eſt, vel caro ſit nota. Videte, videte in me
corpus veſtrum, membra veſtra, veſtra viſcera,
oſſa veſtra, veſtrum ſanguinem; & ſi quod eſt Dei,
timetis; quare, vel quod veſtrum eſt, non ama-
tis? Si Dominum fugitis, quare non recurritis
ad parentem? ſed fortè vos paſſionis meæ, quam
feciſtis, magnitudo confundit: nolite. Crux hæc
non mei eſt, ſed mortis eſt aculeus. Claui iſti, non
mihi infigunt dolorem, ſed mihi infigunt altius D
caritatem. Vulnera hæc non educunt gemitus
meos, ſed magis vos meis viſceribus introdu-
cunt. Extenſio corporis mei vos dilatat in gre-
mium, non meam creſcit in pœnam. Sanguis
meus non mihi deperit, ſed veſtrum prorogatur
in pretium. Venite ergo, redite, & vel ſic pro-
bate Patrem; quem videtis pro mala bona, pro
iniurijs amorem, pro vulneribus tantis tantam
reddere caritatem. Hæc omnia Chryſ. quæ ita
dulcia ſunt, ſic emollire poſſent corda Iudæorū,
niſi ſaxis eſſent, & omni chalybe duriora. Deni-
que vniuerſum ſemen ſerpentis, omnes peccato-
res, filij diabolo Chriſto bellum moliuntur, con-
tra quos etiam amor Chriſti depugnat. Vnde D.
Ad Rom. 12. Paul. ad Rom. 12. *Obſecro* (inquit) *vos per miſeri-*
S. Chryſoſt. *cordiam Dei.* Ad quæ verba ſic effatur idē Chryſ. E
*Crucifixi amor erga homines.* locu indicato. Rogat Paulus imò per Paulum
rogat Deus; quia plus amari vult, quàm timeri,
Rogat Deus; quia non tam Dominus eſſe vult,
quam Pater. Rogat Deus per miſericordiam, ne
vindicet per rigorem. Audi rogantem Dominū:
Iſai. 65. *Tota die expandi manus meas*, Iſai. 65. Nónne qui
expandit manus, ipſo habitu rogat? Expandi ma-
nus meas; ad quem? ad populum contradicen-
tem. Expandi manus meas, diſſēdit membra, di-

A latat viſcera, pectus porrigit, offert ſinum, gre-
mium pandit, vt Patrem ſe tantæ obſecrationis
demonſtret affectu. Ita Chryſ. O Patrem, agno-
ſcamus Chriſtum Ieſum, ad illius brachia accur-
ramus, in ipſius pectore animas noſtras recon-
damus. Nihil Domino Ieſu pretioſius eſt, quàm
hominum animæ; has de cælo veniens requirit.
Quorſum enim natus eſt, cùm deſcriberetur vni- *Christus animas requirit*
uerſus orbis, *Luc.* 2. niſi quia (vt explicat D. Am- Luc. 2.
broſius) dum profeſſio ſecularis obtenditur, ſpi-
ritalis impletur, non terrarum regi dicanda, ſed
cæli. Profeſſio iſta fidei, cenſus animorum eſt. Sic
Ambroſ. Habemus etiam in Chriſto doctorem S. Ambroſ.
noſtrum, cui contradicunt, qui non pertinent ad
B Deum, nec ſunt oues illius; at nobis clamat A-
poſtolus. *Recogitate eū, qui talem ſuſtinuit aduerſus*
*ſemetipſum contradictionē, ne fatigemini animis ve-*
*ſtris deficientes; nondū enim vſque ad ſanguinem re-*
*ſtitiſtis, aduerſus peccatum repugnantes*, ad Heb. 12. Ad Heb. 12.
Reddit rationem D. Thom. quare ad meditatio- *Domini paſſio recogitanda.*
nem Chriſti crucifixi Apoſtolus nos excitet pe-
renniter habendā, vt innuitur in illo, *recogitate*; S. Thom.
quia in quacunque tribulatione inuenitur eius
remedium in cruce, & exemplum omnis virtu-
tis; Crux enim (vt inquit Auguſt.) non ſolùm S. Auguſt.
fuit patibulum patientis, ſed etiam cathedra do-
centis. Quod autem conſideratio paſſionis Chri-
ſti animos addat fidelibus quamcunque tribula-
tionem perferentibus, hic Paulus docet, & ex-
periuntur iuſti, & pij viri: quocirca verè dictum
eſt à D. Gregor. quem Thomas refert: ſi paſſio S. Gregor.
C Chriſti ad memoriam reuocatur, nihil adeò du-
rum eſt, quòd non æquanimiter toleretur. Sub-
iunxerat autem Apoſtolus, per patientiam cur-
ramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicien-
tes in autorem fidei, & conſummatorem Ieſum,
qui propoſito gaudio ſuſtinuit crucem confu-
ſione contempta, atque in dextera Dei ſedet.
Vbi notant D. Chryſoſt. Oecumen. Theophil. S. Chryſoſt. Oecumen. Theoph.
non dixiſſe: Pugnemus, aut luctemur, ſed quod
leuius eſt, curramus. Ego verò mihi perſuadeo,
idcirco ab Apoſtolo curſum, non prælium dici,
cùm tamen ſint innumera prælia, eáque infeſtiſ-
ſima, cum vitiis, cum improbis hominibus, cum
ipſiſmet dæmonibus ineunda; quia videlicet cur-
D ritur per patientiam, quæ leuiores reddit labo-
res, alioqui cum impatientia moleſtiſſimos; &
maxime propter exemplum Chriſti Domini pa- *Patientia ad exemplum Christi.*
tientis; in quem intuentes currunt ac volant,
tanquam milites; cùm tubis concrepantibus au-
daciſſimo ruunt impetu, vexillum in medios ex-
panſum hoſtes ſequuntur.

5. Scio pleriſque doctorum placere, vt per
inimicitias inter ſemen ſerpentis, & ſemen mu-
lieris, eæ demum intelligantur, quæ perpetuò
grauiſſimæ intercedunt inter Ethnicos, hæreti-
cos, Mahometanos præſertim; omnes, inquam,
infideles ſemen diaboli; & inter catholicos *Bellum inter catholicos, & infideles.*
Chriſti fideles ſemen benedictum Eccleſiæ Ro-
manæ; dum pro ſua quique religione aſſeruen-
da, & prolatanda certare armis, & mortem ipſam
E oppetere glorioſum & ſacroſanctum arbitran-
tur. Et quidem licèt ex parte infidelium ſit iniu-
ſtum, ac deteſtandum bellū, at ex parte fidelium
nihil illo æquius, ſanctius, & glorioſius. Chri-
ſtiano populo dicitur à Domino, quod Hebræis
iniunctum legimus. *Hoſtes vos ſentiant Madianit-*
*tæ, & percutite eos, quia & ipſi hoſtiliter egerūt cōtra*
*vos*, Num. 25. & Deut. 25. *Delebis nomen eius ſub* Num. 25.
*cælo: caue, ne obliuiſcaris.* Loquitur de populo infi- Deuter. 25.
deli. Chriſtianis, & præcipuè principibus, regi-
búſque

búſque catholicis à Domino dictum exiſtimo, quod Saul Rex ad Dauidem loquutus legitur:

1. Reg. 18.

*Ecce filia mea, ipſam dabo tibi in vxorem, tantummodo eſto vir fortis, & præliare bella Domini*, 1. Reg. 18. Bella Domini vocat, quæ gerebantur pro illius fide & honore, contra cultores idolorum. Bella Domini ſunt quæ populus Chriſtianus infert Saracenis, hæreticis, ac exteris infidelibus; vel cùm ab eis oppugnatur, vel cùm vltrò eoſdem laceſſit. Bella Domini ſunt, quia potiùs à Deo, quàm ab hominibus geruntur, Deo fortitudo, ſi qua in nobis eſt; & quæcunque comparatur victoria, Deo eſt aſcribenda. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, *Pſal.* 10. Ecce bellicus apparatus, cui fidunt infideles. Sed rectè hic adnotauit D. Chryſ. Quid arma iuuant; ſi non ſit virtus? Nec hic ergo, ſi non adſit Dei beneuolentia. Propterea Machabæi bella Domini præliantes, incredibiles, ac ſtupendas de infinitis hoſtium gentibus reportabant victorias, quoniam, vt idem Chryſoſt. *in Pſalm.* 43. obſeruat, eorum dux erat Deus; non armis fidentes, ſed loco omnis armaturæ pugnæ cauſam ſufficere ducentes pro Dei gloria certabant. D. Auguſt. contra Fauſtum 22. *cap.* 74. *tom.* 6. appellat milites, non vltores iniuriarum ſuarum, ſed ſalutis publicæ defenſores. Et vt iis iure optimo ſtipendia præbeantur, inquit, tributa præſtentur. Digniores profectò, quibuſcunque etiam ampliſſimis donariis, illi cenſendi ſunt, qui vltores iniuriarum Chriſti, & Chriſtianæ fidei defenſores arma mouent aduersùs hoſtes Chriſti, pulchrámque petunt per vulnera mortem. Bellum igitur ſemper fuit inter ſemen ſerpentis, & ſemen mulieris, ac ſemper erit. Quid mirum? cùm & ipſam mulierem ſcilicet benedictam inter mulieres, Dei matrem ſemper virginem Mariam odiis & contumeliis appetitam legamus à ſemine diaboli, dicebant enim: *Nónne hic eſt faber Filius Mariæ*, Marc. 6. *Nónne hic eſt fabri filius? Nónne mater eius dicitur Maria?* Matth. 13. quaſi dicant fabro vxor digna, vilis, deſpicabilis, & vt vocatam fuiſſe alicubi docet S. Hieron. Quæſtuaria, quæ minimum paupercula acu victū quæreret. Hinc illud dictum à Regina mundi, *Filij matris meæ*; hoc eſt, Iudæi, *pugnauerunt contra me*, Cantic. 1. Pugnas (ait Rupertus) verborum, pugnas linguarum blaſphemantium. Huc etiam illud ſpectat: *Decolorauit me ſol*, ibidem; ſol nimirum inuidiæ Iudaicæ, & æſtus afflictionis. Filium enim meum, & me omni iniuriæ & vexationis genere affixerunt, Nec morte quidem filij mei eorum odia mortua fuerunt. Inſaturabile gerunt odium Iudæi aduersùs Chriſtum Dominum, & aduersùs matrem eius, & aduersùs ſeruos & fideles eius. Sed felices, & benedicti, qui à ſemine diaboli, odiis & contumeliis impetamur. Miles enim (inquit D. Petr. Chryſol. *ſerm.* 38.) Chriſti ad virtutem roboratur iniuriis. Quare non dedignatur ſeruus hoc accipere à conſeruis, quod Dominus ad ſeruis, & pro ſeruis accepit; palmis faciem non negauit, libens paſſus eſt & mortem. Ergo ſi dignum Dominus pati duxit, pati ſeruum, quomodo videtur indignum? Sic ille.

*Pro catholicis fidunt in bellis.* Pſal. 10.

S. Auguſt.

S. Auguſt. *Milites Chriſtiani.*

Marc. 6. *B. Maria fuiſſe dicitur Quæſtuaria Iudæorum.* Matth. 13. S. Hieron.

Cant. 1. Rupert.

S. P. Chryſ. *Gloria eſt ſeruum cum Domino pati.*

## SECTIO XXXV.

*Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.*

A 1. GRandis controuerſia præſentem ad locū agitatur, vnde exorta, quia Hebraicè modò legitur הוא *hu*, maſcul. aut neutr. generis, non autem היא *hi*, fœmin. ſed antequam puncta inuenirentur à Rabbinis, vt modò etiam illis de medio ſublatis, iiſdem manentibus literis tam *hi*, quàm *hu*, pronunciari poteſt. Ego verò ſuſpicor, & ratio iuuat, olim *hi*, legi ſolitum; etenim LXX *αὐτὴ*, legiſſe credo, quod & multa exemplaria conueniunt, & Ioſephus Hebræus vtriuſque linguæ periſſimus *αὐτὴ* legebat: eius enim eſt illud 1. *antiquit.* 1. Præcepit vt mulier eius capiti plagas inferret. Deinde, quod me plus mouet, D. Chryſ. Ambroſ. Auguſt. Gregor. Bernard. B Eucher. Beda, Rabb. in Rup. Hug. & Richard. de ſancto Victore, totáque Eccleſia Romana legit, *ipſa*, *αὐτὴ*. Nec D. Hieron. eam lectionem iam antiquare, & veritate per tot ſecula confirmatam voluit immutare. Dabo ampliùs; etſi Hebraicè *hu*, legatur, verti poſſe, *ipſa*: cùm non ſemel in ſacris literis, ex facultate linguæ Hebraicæ maſculinum accipiatur pro fœminino. Videas obſecro hac de lite erudititiſſimam tractatiuné apud noſtrū Delrio *lib. adagior.* 7. *adag.* v 1 videbis, quæ tanta ſit inſania, & impudentia hæreticorum contra Dei matrem Virginem puriſſimam hoc loco debacchantium. Sed ô Virgo Deipara, non equidem miror monſtra iſta iam C procaciter in teipſam deſæuire. Contriuiſti caput illorum, ſerpentem; dolent patris vicem, vlciſci parant. Virgo es ſole ipſo purior, cælo integrior; iſti verò indignantur, quòd ea puritate niteas, qua maior ſub Deo nequeat intelligi; nollent, negarent te ſemper eſſe Virginem, niſi vererentur Mahometanis haberi ſceleratiores, ſuáſque centurias nefarióſque libros Alcorano ipſo, in quo aſtruitur Ieſus natus, eſſe de Virgine, apud gentes maiore ſacrilegio, & impudentia obſtringi; nempe ſunt ſecta impij, lingua procaces, ſcientia rudes, & imperitiſſimi, vita impuri, & infames: pudeat ergo gens talium Doctorum, quos ab Orco exitos borealis regio ad inficiendam lucem Eccleſiæ, ac puritatem diuini Verbi D polluendam afflauit in orbem terrarum. Sed agnoſcamus tamen in primis poſteriorem lectionem: ipſe ſcilicet filius, aut ipſum nempe ſemen. Hebraicè הוא *hu*, conteret caput tuum, illúmque interpretemur. Intelligitur haudubiè filius, ac ſemen mulieris Chriſtus Dominus. Sic Leo Papa: Inter ipſa primordia mundi præſignauit Deus denuncians ſerpenti futurum ſemen mulieris, quod noxij capitis elationem ſua virtute conteret; Chriſtum ſcilicet in carne venturum Deum hominémque deſignans. Eucher. de beata Virgine naſciturus Dominus, ad inimicū vincendum, & mortem, cuius ille auctor erat, deſtruendam, promittebatur. Ergo intelligitur de fructu ventris Mariæ, qui eſt Chriſtus. Rupertus; ſubauditur Chriſtus. Nam hic planè cum antiquo illo ſerpente fortiter exercuit. Hoſtem publicum ante E pedes ſuos productum contriuit, & vulnerauit: iuxta Pſal. 88. *Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbū in virtute brachij tui.* Atque inprimis dicitur cōterere caput diaboli, quòd in ſeipſo nullum admiſit peccatum, nec inuentus eſt dolus in ore eius; eſt enim agnus innocens, immaculatus, ſegregatus à peccatoribus; &, quia mundus ab omni labe; idcirco, vt bene obſeruat Rupert. liberior atq; expeditior fuit accinctus gladio ſuper fœmur ſuū potentiſſimus, ſpecioſus, & pulcher, intendit, proſperè proceſſit, & regnauit, *Pſal.* 44.

Ioſeph.

Delrio.

*Hæretici contra Virginem Deiparam.*

*Hæreticorum deformis turpitudo.*

S. Leo Pap.

*Chriſtus filius Virginis contriuit ſerpentem.*

Eucher.

Rupertus.

Pſal. 88.

Rupert.

Pſal. 44.

2. Et quidem rectè Abbas: nam ſi peccati, vel A tantula macula conſpectus foret, nec expeditus ad pugnandum cum ſerpente videretur; nec potens, vt caput illius pede conteret, nec ſpecioſus præ filiis hominum, vt eos à tyranni ſe ſerpentis abductos, in ſuũ amorem, fidem, obſequiũmque traduceret; Talis profectò apparuit carne, vt humanam naturam in primo ſerpentis afflatu infectam emendaret. Homo quidem verus extitit;

S. Ambr.

ſed homo (vt rectè D. Ambr. *lib. de incarn. cap. 7.*) ſuſcepit affectum meum, vt emendaret. Idem *lib. de Paſchat. cap. 4.* In homine Deus veniens habitauit, vt honeſtam viuendi formam daret. Ac reliqui quidem viri etiam ſanctiſſimi, alicuius peccati labe fuerunt infecti; ſi enim dixerimus quòd peccatũ non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt, ait Ioan. Apoſt.

1 Ioan. 1. *Nemo à peccato liber præter Chriſtum, & matrem Virginem.*

Quo nullus purior & ſanctior inter homines (ſemper Chriſtum & matrem Chriſti excipimus) quare quamuis multis fuerint, uſque illuſtriſſimis adornati virtutibus, nõ omni tamen ex parte beati, quin aliqua leuium culparum macula in eorum animas irrepſerit; quæ ratio videtur optima, cur & re, & nomine ipſo diuerſam ſancti à Chriſto coronam meritorum accipere legantur, vti egregiè adnotauit D. Ambr. *ſerm. 21. in Pſal. 118.* in hæc

S Ambr.

verba: Corona Chriſti eſt corona gloriæ. Ioſeph coronam habuit caſtitatis, Paulus iuſtitiæ, Petrus fidei, ſingularum virtutum coronæ ſunt. Solus

*Corona Chriſti diuerſa ab aliis.*

Chriſtus habet coronam gloriæ; in hac corona C omnes coronæ ſunt, quia gloria nõ portio vnius coronæ, ſed præmium omnium coronarum eſt. Sic Ambr. Ipſa virtutũ ſumma vocatur Chriſtus Dominus à D. Aug. Sed obiiciet infidelis aduerſus illam omnimodam bonitatem Chriſti illud

S. Auguſt.

Euangelij *Luc. 18.* vbi ſe ipſum Dominus videtur negare bonũ, eo ſcilicet pacto, quo Deus eſt perfectiſſimè bonus: nam cum Phariſæus aſſeretur Dominum: Magiſter bone, quid faciens, Ieſus, quid me dicis bonum? nemo bonus, niſi ſolus Deus. Egregiè D. Ambroſ. exponit: Verſuta interrogatio, &

Luc. 18.

S. Ambr.

ideo arguta reſpõſio. Quid me dicis bonũ, quem negas Deum? quid bonum dicis, cùm bonus nemo, niſi vnus Deus? nõ ergo bonum ſe negat, ſed Deum ſignat. Venit quidem in hunc mundum, maréque huius vitæ, inter tot impollutúſque pertranſiit, vbi quæ ſunt reptilia, quorum non eſt numerus, in quo draco ille maximus libere ſupernatans nauigantibus inſidiatur, nec eſt qui ſecurus tranſeat aut maris fluctus, aut beſtiarum immanitatem. Viam igitur nauis in medio mari, ſibi intellectu explicatúque difficilem aiebat Salomon. Vbi ſic D. Ambroſ. *lib. de Salom. cap. 4.* Chriſtus eſt nauis, in qua aſcendunt omnium credentium animæ, quæ vt firmius inter fluctus ferbatur, de ligno fabricatur, & ferro configitur. Hoc autẽ eſt Chriſtus in cruce: deinde ſequitur aliud myſterium ſupra naturæ intelligentiam: via colubri ſuper petram. Petra eſt caro Chriſti, in quã ſerpentis, id eſt, diaboli veſtigium non apparet. Sic Ambroſ. Ex priuilegio autem, vti dicebat, E dignitatem matris Dei, Virgo ſanctiſſima & ab originali, & ab omni actuali culpa fuit exempta.

S. Ambr. *Chriſtus eſt nauis, & petra.*

3. *Ipſe conteret caput tuum.* Quod in plurimis conterendi modis cernitur. Primò quidem omnium contritum eſt à Chriſto ſerpentis caput; quia conceptus & natus eſt homo abſque peccato originali, hoc enim eſt caput, origo, & ſeminarium peccatorum omnium, atque adeò caput diaboli, vt ſerpẽtem agit aduerſus homines,

Quod etiam in iis, qui ad fidem catholicam A conuertuntur adulti, aut recens nati in Chriſtianiſmum adſcribuntur, exercet Dominus per Baptiſmi ſacramentum, de quo dicitur Pſal. 73. *Tu contribulaſti capita draconum in aquis, tu confregiſti capita draconis.* Ad literam ſermo eſt de mari rubro, cuius verticibus abſorpti ſunt Ægyptij; hos enim vocat dracones, vt placet Theodoreto, eorum capita duces, ac centuriones, caput verò Pharaonem. D. Auguſt. in myſtico ſenſu, ſed tamen, vt certum eſt, diuinitus etiam intento, explicat ad hunc modum: Intelligimus dracones omnia dæmonia ſub diabolo militantia.

Pſal. 73. *Caput ſerpentis initium peccati.*

Theod.

S. Auguſt.

Quem ergo ſingularem draconem, cuius caput B confractum eſt, niſi ipſum diabolum intelligere debemus? confregit caput draconis; illud eſt initium peccati, caput illud eſt, quod accepit maledictum, vt ſemen Euæ obſeruaret caput ſerpentis. admonita eſt enim Eccleſia caput ſerpentis deuitare; tanquam caput ſerpentis initium omnis peccati ſuperbia. Confractum eſt enim caput draconis, confracta eſt ſuperbia diabolica. Contriuiſti capita draconum, dæmoniorum ſuperbias, à quibus gentes poſſidebantur, contriuiſti ſuper aquam, quia eos quos poſſidebant per Baptiſmum liberaſti. Hæc Auguſt. Sic etiam S. Hieron. Tu confregiſti capita, &c. Potentiam dæmoniorum in Baptiſmo ſubieciſti. Et hic alius poteſt obſeruari ſenſus, vt per caput ſerpentis, C ſuperbia intelligatur, contra quam primò militat (vt alibi ait D. Aug.) omnis diſciplina Chriſtiana. Deinde adiungit Propheta. Dediſti eum eſcam populis Æthiopum. Auguſtin. exponit de conuerſione gentium, Æthiopum nomine, quibus ad fidem Chriſti conuerſis datur in eſcam draco ipſe, cuius ſub tyrannide priùs tenebãtur. Sed iam per Chriſtum confractus, comminutus, & in puluiſculos potabiles redactus, qualiter olim comminutum vitulum, cui antè litauerant Hebræi, lugentes ac pœnitentes ex mandato Moyſis biberunt, *Exod. 32.* Sed proh admirabilem Chriſti Domini potentiam, iam eſt quòd timeat ſerpentem Chriſtianus homo tam ſerpẽtis caput abſciſſum, compreſſum, totum iam abiit in pulueres, potabile eſt, nec Chriſti ſeruis epulum D caput veneni poteſt nocere. Atque vt explicat S. Hieron. Dediſti eum eſcam, &c. vt verſa vice ab his deuoraretur, ſiue comminueretur per ſignum crucis, quos priùs deuorauerat in perſuaſionibus vanis. Ipſe conteret caput tuum. Principatus deinde intelliguntur, reges, tyranni, quibus velut capite totum tartareum corpus adornatur ac regitur. Quod oſtendit D. Auguſtinus, ſignificatum eſſe in leone occiſo, cuius in ore Sanſon cũm ad celebrandas cum Philiſtæa nuptias pergeret, inuenit. Sic enim ait: *Fremuerunt reges terræ, &c.* Pſalmo ſecundo. Leo viro forti Sanſon venienti ad ducendam de alienigenis vxorem, Chriſto ſcilicet deſcendenti ad habendam Eccleſiam de gentibus fremens E ibat in obuiam, occidit, &c. Iam non ſic fremit regia poteſtas, non ſic fremit populus gentium, imò verò in ipſo regno gentium muniuntur leges pro Eccleſia tanquam fauum in ore leonis. Sic Auguſtinus *in Pſalmum* 80. Hunc ſenſum elicit Caietanus. Ex hoc loco: Chriſtus (ait) verè ſerpentis caput contriuit, hoc eſt, ſupremam partem, excellentiam ac principatum.

S. Hieron.

S. Auguſt.

*Conuerſio gentium.*

Exod. 32.

S. Hiero.

S. Augu.

Iudic. 14.

Pſal. 2. *Reges à Chriſto ſubiugati.*

Caiet.

4. Deinde idem Auguſtin. *in Pſalm.* 109. ex hac omnipotentia Chriſti Domini, quam in con-

uertendis regum, & principum aliis, atque aliis subinde puniendis, & euertendis exeruit, conterens caput ſerpentis, gradum facit ad grauiſſimum atque ſummè horrendum Chriſti omnipotentiæ argumentum, cùm in die iudicij dæ-
Pſal.109. monem, & peccatores omnes iudicabit. *Confregit in die iræ ſuæ reges, conquaſſabit capita in terra multorum.* De Chriſto eſt prophetia. Lapis (inquit
S August. Auguſtinus) eſt ante oculos tuos quaſi viliter
*Conſiſtendo contemptibili* & humiliter iacens, iacens dico, tanquam contemptibilis apparans: ideo contemnendo offendis, offendendo cadis, cadendo quaſſaris. Si ergo tanta eſt ira occulta, quid erit iudicium mani-
Pſal.9. feſti? audiſti iram occultā, de qua Pſal.9. inſcribitur: *Pro occultis Filij.* & ibi oſtenditur iudi- B
cium occultum iræ occultæ. Hæc Auguſtinus.
Contriuit etiam caput ſerpentis Chriſtus Dominus, quando mortem ipſam moriendo vicit, & vitam reſurgendo reparauit, tametſi ſerpens illius calcaneo inſidiatus (dictum enim ſerpenti, & tu inſidiaberis calcaneo eius.) quod ſic expo-
Eucher. nit Eucherius. Tu eum ſupplantabis, vt moriatur, ille autem victor reſurget, & caput tuum conteret, quod eſt mors, ſicut à Dauide prædi-
Pſal.90. ctum eſt Pſal.90. *Super aſpidem & baſiliſcum am-*
*Chriſtus mortem, ſed mortem vincit.* *bulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Aſpidē dixit mortem, baſiliſcum peccatum, leonem antichriſtum, draconem diabolum. Sic Eucherius.
Eſt igitur inſidiari calcaneo Chriſti, idem atque C
illum perſequi, mortem illi moliri, mittere lignum in panem eius. Rupertus: Tu inſidiaberis
Rupert. calcaneo eius, id eſt, ingeres te in extremis vitæ illius. inſidiaberis dicit, ſed non etiam mordere poteris. Quod ipſe Dominus verbis aliis dixit ad paſſionem mox ducendus: *Venit princeps mun-*
Ioan.14. *di huius, & in me non habet quicquam,* Ioan.14. Ea-
Caiet. dem eſt expoſitio Caietan. Contritus (inquit) eſt Chriſtus Dominus à diabolo ſecundùm perſonam naturalem in calcaneo, hoc eſt, in infima ſui parte, in corpore paſſibili affectus paſſione, & morte; iuxta illud: *Hæc eſt hora veſtra,*
Luc.22. *& poteſtas tenebrarum,* Luc.22. Porrò autem alius verborum iſtorum ſenſus eſt, vt intelligatur prophetia de hominibus ipſius Chriſti ſeruis, ac D
fidem ſequentibus catholicam, qui verè ſemen ſunt mulieris, aut Euæ, aut Eccleſiæ per Euam ſignificatæ. Illi oppugnant, & viciſſim oppu-
Caiet. gnantur à ſerpente. Sic ergo Caietan. Poteſt hæc ſententia referri ad genus electorum, quia electus quiſque conterit caput, hoc eſt, ſupre-
*Iuſti cum ſerpente luctantur.* mam partem diaboli, ſcilicet officium prouocantium ad malum culpæ. Conteritur autem in calcaneo, hoc eſt, in infima ſui parte, ſcilicet in corpore, ſecundùm malum pœnæ temporalis à diabolo. Sic ille. Nota ſecundùm Caietanum ab electis ſanctis que viris diabolum conteri, cùm illi reſiſtunt vitia ſuggerenti, cùm ex virtute operantur; torquetur enim hoſtis ex ſtudia bonorum ad cæleſtem gloriam anhelantium, ad quam ille, ob ſuperbiam decidens, E
pertingere nequiuit, aut verò potiùs noluit; at eoſdem iuſtos à diabolo conteri, cùm perſecu-
Eucher. tionibus afflictantur. Similiter Eucherius: Caput ſerpētis eſt cogitatio illicitæ ſuggeſtionis, quod nos omni intentione conterere, atque alidere
*Moribundis tentat acriùs hoſtis.* ad petrā, quæ eſt Chriſtus, debemus. Calcaneum eſt extremum vitæ noſtræ tempus, quo diabolus nos acriùs impugnare ſatagit, cui ſi viriliter reſtitimus, victoriam perſeuerantiæ cum ſalute noſtra percipiemus.

5. Ex hac Eucherij interpretatione, quis non A
timeat inſidias, & apertam quoque hoc loci vim ſerpentis, quicquid enim fraudis, & vis tū habet, totum ſolet exercere ad oppugnandum extremā iam hora moribundum, ſciens vtique finiri eo articulo tentādi ac nocendi tempus à Deo præfinitum. Quo vel maximè tempore timebat Dauid aciem armatam videre ſuos ante oculos, ac minabundam ſuorum delictorum, cùm dicebat:
*Iniquitas calcanei mei circūdabit me,* Pſal.48. Hebr. Pſal.48.
יום רע *bime ragh,* in die mali, malitiæ. Symm. veteris afflictionis. Chald. in die tempeſtatis malæ, redditque totum verſum hoc modo. Quare timebo in die tempeſtatis malæ, niſi quando reatus peccati mei circundabit me? vel niſi, quan- B
do reatus peccati mei in fine meo circundabit me? Heu me quam horribilis futura eſt extrema illa hora, qui dies mali, dies malitiæ, dies tempeſtatis malæ, quem diem iniquitates vitæ anteactæ, tanquam circumſepto vallo obſidebunt? *Mors plena*
Planus verò ſenſus habet, vt de morte intelliga- *periculis.*
tur per calcaneum extremā pedis partem ſignificata, mors enim finis eſt vitæ, vt calcaneus pedis. Per calcaneum (inquit S. Hieron. in Pſ.55.) S.Hieron.
intellige finem vitæ. Procop. ſubtiliter ita loqui- Procop.
tur: Deus bonus etiam inſidias aduerſarij noſtri aperit, oſtendens diabolum in hoc eſſe, vt obſeruet incrementa virtutum, quas per calcanei dictionem deſignat. Idem paulo inferiùs alterum
C his verbis ſenſum colligit: Serpens cùm nequit contingere caput ſapientis, violare nititur calcaneum. Calcaneum verò accipe extremas partes eorum, quæ ad virtutem ſpectant: ſæpiſſimè nāque diabolus, cum nequeat expugnare eos, qui iam in pietate ampliſſimos fecere progreſſus, circa neceſſitates humanas ponit inſidias, vt vel ſic nos euertere poſſit. Sic ille. Id quidem experientia comprobatur. ſæpius enim viri iuſti & graues circa vitæ commoda hærent illaqueati, ac neceſſitatibus corporis, maximè in ſenectute,
ſuccumbunt. Theodor. Per calcaneum, cum aliis Theod.
vitæ terminū intelligit, deinde potiùs opinatur intelligi fraudes ea tranſlatione eorum, qui currentes calcaneo ſæpè aduerſarios deiiciunt. Cauſa
D autem (inquit) huius timoris eſt iniqua vita, ob quam à recto tramite diuertit. Conſimili phraſi
Vates idem ait Pſal.55. *Ipſi calcaneum meum obſeruabunt.* Vbi Theodor. Manifeſtauit per hæc dicta Pſal.55.
dolos ipſos, & inſidias, & fraudes. Itaque ſi ſerpens tota vita in dolis hominum ſaluti ſtruendis inuigilat, multo magis, quicquid dolorum inſidiarúmque habet, in vitæ ipſius extremo periodo effundet, & vt calcaneum mordeat mulieris. Cæterùm qui pede puro & incolumi ſerpentis aſtutias in itinere vitæ liber ac ſecurus pertranſiit; is procul dubio (ſic vſu ſolet euenire) illæſo calcaneo, confectoque ſpatio vitæ ſupremo, ſerpentem ſuſi ſtantē ludificabit, atque irridebit. Opti-
ma igitur illa occurrit admonitio D. Ambr. *lib. de* S. Ambr.
*fuga ſeculi, cap.7.* Nō ergo ambulemus in terrenis,
E & ſerpens nobis nocere non poteſt. Sumamus euangelicum calceamentum, quo venenum ſerpētis excluditur, morſus eius hebetatur, vt ſimus
calceati pedes in Euangelium, *ad Epheſ.6.* Et for- Ad Eph.6.
taſſe ideo Moyſes iubetur ſoluere calceamentū *Vita bona bona mors.*
pedum ſuorum, vt ſumeret calceamentū Euangelij. Sic Ambr. Hinc etiam eleganter adnotauit
Greg. Nyſſen. *tract. de Orat. domin.* ad illa verba pa- S.Gregor.
tris, cùm reciperet prodigum filiū: *Date calceamenta* Nyſſen.
*in pedibus eius,* Luc.15. Munit (inquiēs) pedes cal- Luc.15.
ceamentis, ne nudo calcaneo capiti ſerpētis ap- S Hieron.
propinquās in morſum incidat. S. Hier. *in Pſ.48.*
ſic

ſic ait. Iniquitas calcanei originala peccatum accipitur ex Adam, vt dictum eſt ad ſerpentem: Et tu inſidiaberis calcaneo eius, ſiue obſeruabis calcaneum. Procopius, per illud, *ipſe*, intelligit Adamum, aut virum, ſic enim ait: Ipſe obſeruabit.

*Procop.*

6. *Ipſa conteret caput tuum.*] Iam iuxta literam vulgatæ lectionis interpretemur. Notandum verò imprimis eſt, Hebraicè יְשׁוּפְךָ *ieſuphcha*, conteret, & תְּשׁוּפֶנּוּ *teſuphenu*, idem verbum omnino eſſe שׁוּף *ſuph*, quod propriè eſt percutere, vulnerare, lacerare, conculcare, vt placet doctoribus. Verti autem variè ſolet, elegantiæ cauſa, ſed falſo ſenſu, nimirum quia varia ſunt læſionis genera. LXX. τηρήσει obſeruabit, quod verbum etiam Chald. vtrobique poſuit. Antiquiores Patres communiùs, obſeruabit, nimirum idem vbique ſenſus retinetur: nam obſeruare intelligendo locum vulneri, eſt idem, atque inſidiari; demúmque enitere poſt obſeruationem conſertâ, & inſidias diſpoſitas, vbi occaſio ad mordendum, aut opprimendum occurrit. Procopius cùm legat, *ipſe*, non verò, *ipſa*, ac proinde locum intelligat de Adamo, ſubtiliter ita interpretatur: De viro, vt qui non deceptus erat (ſecundùm Pauli teſtimonium) prædicari conueniebat: ipſe obſeruabit caput tuũ. Vir namque fortior erat, & magis idoneus ad bellandum, faciliùs quoque præcauere potuit, ſi afferret dolos. At oportebat de infirmiori dici: Inimicitias ponam, &c. vt fraudi, & dolo nullus daretur locus. Hæc ille. Itaque ſecundùm huiuſmodi interpretationem, mulier, eo quòd infirma, ſibi caueat à ſerpente, fugiat: indictum eſt illi bellum à ſerpente, & Deo inimicitias vtrinque proclamante. At vir quia fortioris naturæ, non debet fugere, ſed ipſemet vltrò ſerpentis caput obſeruet, vt conterat; mulieris pes obſeruatur à ſerpente, ſerpentis caput vir obſeruat. Nihilominus communior ſententia vtrobique de muliere locum intelligit. Ac primò quidem mulier conteret caput tuum: ipſa illa Eua, quam ſeduxiſti ſuas vleiſcetur iniurias, lacrymis abluet errati maculas, contritione conteret ſerpẽtis caput, pœnitentiæ ope à morte reducetur ad vitam. Viuo ego dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. Ergo (concludit Tertul. *de pœnit. cap.* 4) pœnitentia vita eſt, cùm præponitur morti. Ipſa conteret caput ſerpentis, cùm malo ſuo edocta mulier, cautior & fortior effecta occurret ad ſopiendus libidinoſæ voluptatis primores congreſſus, quod Paulus mouet ad Rom. 6. cùm ait: *Non regnet peccatum in corpore veſtro mortali*: nimirum (vt exponit D. Aug. *lib. de contin. cap.* 2.) non ſinendo cogitationẽ procedere in conſenſionem. Deinde S. Doctor pulchrè oſtendit regnare tunc libidinem, ac peccatum, cùm poſt cogitatum, ac conſenſum obſcœnum, oblatámque ad opus nefarium occaſionẽ, membra ipſa turpiter commouentur. Si poteſtas (inquit) adſit, protinus ex membrorum velut armorum motibus, quis in eis intus regnet, oſtendunt improbi, qui conſenſerunt. Sic Aug. Ipſa conteret caput ſerpentis, quia vt à muliere vitium in mundum introiuit, ſic à muliere, vitio expulſo, virtus & gratia introducetur. Vnde Ambroſius in Lucam. Congruè ante Ioannem Elizabeth prophetat, & Maria ante Dominum natum; vt à mulieribus, ſicut peccatum cœpit, ita bona inchoentur. Ipſa conteret; inſidiabitur quidem ſerpens mulieris calcaneo, cùm & impuris ſuggeſtionibus illius corpus, mentémque inuadet: tum etiam cùm infimas & abiectiſſimas in fœmineo ſexu inquinabit, & conculcabit mulierculas oneratas peccatis; quas vocat Tertull. *lib. de pallio. cap.* 4. Lupas popularium libidinum nundinas, ipſas quoque frictrices, propudia occiſæ in publico caſtitatis. Conteret nihilominus caput ſerpentis mulier, numeroſo & puriſſimo partu fœminarum, quæ ſupra omnem naturæ facultatem erectæ, ſeipſas in ſponſas Dei conſecrabunt. Electum genus, & in electis electius, eruditum in Eccleſia genus, vt vocat D. Auguſt. *lib. de ſancta virgin. cap.* 36. & 40. Haud neſcio illa in parabula *Matt.* 25. decem virginum ſymbolo ſignificari Chriſti fideles, quatenus fides catholica eſt, & quaſi virginalis ab omni errorum contagione, imò & à conſuetudine, & colloquio hæreticorum, nunquam à lupanaribus longiſſimè remota; ſed mihi tamen ſubit in mentem præter illam ſignificationem qua integritas fidei commendatur, aliud ineſſe arcanum decem illis virginibus; nempe fideles quidem vocari virgines: & fidelium, vt ex argumento parabolæ conſtat, alios quidem in cælum abire, alios verò in gehennam detrudi. Cæterùm ſolos, qui virginali pudicitia ſunt conſpicui à Chriſto nominari, quaſi tanta ſit excellentia caſtitatis, vt præ illa etiam in reprobis effulgente, quæcumque aliæ in reliquis fidelibus dotes, ac virtutum ornamenta quodammodo obſcurari videantur. Ac proinde totum Eccleſiæ ſuæ ſtatum, vniuerſámque fidelium multitudinem, in vnò virginalis pudicitiæ ornamento Chriſtus Dominus collocarit.

*Procop. Mulier fugiat, vir lacеſſat hoſtem.*

*Mulier ſe vlciſcetur pœnitendo.*

*Tertul. Pœnitentia ante mortem.*

*Ad Rom. 6. S. Auguſt.*

*Regnat peccatum conſenſu.*

*S. Ambroſ.*

*Tertul. Meretricum infamia.*

*Virginum ſacrarum decus. S. Auguſt. Matth. 25.*

*Virginitatis excellentia.*

7. *Ipſa conteret caput tuum.*] Præcipuè ſermo eſt de beatiſſima virgine Dei matre Maria; ipſa per Filium ſuum Deũ, atque hominem Ieſum Chriſtum ſerpentis caput contriuit, de diabolo, de peccato, de morte triumphauit. Amborum vna caro, & vnus ſanguis: filius & mater ſic inter ſe indiuidui, vt nihil magis vnum. Planè ſic res & veritas habet. Et ſi non *ipſa*, ſed *ipſe*, in fonte prorſus legeretur: adhuc *ipſa*, non poſſet non legi: quicquid enim Filius operatur, mater per Filium veriſſimè operari dicitur. Ipſa contriuit caput ſerpentis, quia puriſſima, & ſummè immaculata extitit, in cuius animam ſenſúſve corporis, nec tantula ſerpentis afflatio, auráque ſucceſſit: nulla ſuperbiæ, quæ caput ſerpentis eſt, vel tenuis vmbra virginis mentem offudit: omnium Sanctorum ſanctitate, & omnium humilium humilitate præſtantiſſima Virgo: vnius tantummodo filij ſui Dei hominis, qui cùm ſit ſplendor gloriæ exinaniuit ſe, humiliatus vſque ad mortem crucis: & ſanctitate, & humilitate ſe agnoſcit ſuperari: quod à B. Laurent. Iuſtin. *libro de humilit. cap.* 21. mirum in modum ſic explicatur. Hæc profectò immaculata mater, & virgo, quãquam incomparabilis fuerit ſanctitatis, nec non plus cæteris humilitate præfulſerit, humilitati tamen Chriſti æquiparata deformis eſſe videtur, ſicut in perſona ipſius exprimitur: *Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol*, Cant. 1. Ex hac Iuſtin. doctrina colligo admirabilem, & ſanctitatem, & humilitatem virginis: ſanctitatem: quia ſolus ille vmbram efficit virgini, qui Deus eſt: fortè in hoc etiam ſenſu dictum ab Angelo ad virginem eſt, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: illa verò & ſanctis, & Angelis (ſi cum Regina comparentur ſerui) noctem inducit: humilitatem; quia ſe fuſcam & decoloratam nominat, cùm in Filij ſancti-

*B. Maria contriuit ſerpentem.*

*B. Maria ſanctitas.*

*S. Laur. Iuſt.*

*Cant. 1.*

*Luc. 1.*

*Solus Deus Virgine Deipara maior.*

tatem & humilitatem intuetur. Sed ô Virgo feliciſſima, totus ille ſol, à quo te dicis decolorari, tuus eſt, illius fulgor tuus eſt; in filio tu mater irradias, & diem efficis æternitatis! Ipſa contriuit, & conterit caput ſerpentis, per omnes fideles, ac iuſtos, qui de plenitudine eius omnes acceperunt, & per omnia virtutum opera, quæ non ſine auxilio Filij eius Chriſti Domini, & prece Virginis matris, atque ad eius archetypum ſanctitatis à iuſtis peraguntur. Virgo enim, vt adiungit Iuſtin. ducem ſempiternam edidit mundo, hominibus præſtitit pacem, peccatoribus genuit vitam, pœnitentibus tribuit veniam, iuſtis auxit gratiam, vitiis finem poſuit, virtutibus præbuit diſciplinam, & antiquis Patribus patefecit gloriam.

*B. Maria gratia in omnes redundat.*

## SECTIO XXXVI.

*Mulieri dixit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.*

1. IAm Dominus Deus accedit ad ferendam ſententiam aduerſùs mulierem, quæ ſpreto mandato Dei credidit ſerpenti, & maritum, cui data fuerat in adiutorium & ſolatium, falſa perſuaſione decepit, & in peccatum vnà ſecum pertraxit. Triplex autem pœna in ſupplicium peccati conſtituitur mulieri. Prima cernitur toto illo tempore vſque ad partū excluſiuè, innuitur autē illis verbis: *Multiplicabo ærumnas tuas, & cōceptus tuos.* Hebr. הרבה ארבה עצבונך והרנך *harbah arbeh ghiccebonech veheronech*, multiplicando multiplicabo. Iam in ſuperioribus de hac phraſi diximus, habet hanc vim: certiſſimè ac vehementiſſimè, & frequentiſſimè multiplicabo ærumnas tuas: quas nimirū certò, & indubitanter patieris, crebrò iterabuntur, eǣque moleſtiſſimæ, & toleratu difficillimæ. Ærumnas Hebraicè עצבון *ghiccabon*, ſignificat laborem, dolorem, tribulationem, anguſtiam, ærumnam, & magis propriè, vt volunt aliqui, compreſſionem, à radice עצב *ghacab*, comprimere, comprimi, anguſtia & compreſſione affici, vt ex variis locis Scripturæ eliciunt. Vno tantùm nomine ærumnarum optimè comprehendit vulgata. ſenſus eſt: Multiplicabo compreſſiones & anguſtias tuas, & conceptum; ſeu, quia placet Doctoribus, vti hæc coniunctio duorum ſubſtantiuorum ſit Hebraiſmus valde vſitatus, vbi poſterius vim habet genitiui, multiplicabo ærumnas conceptuum tuorum, vel ærumnoſus, plenoſque anguſtiis, & compreſſionibus conceptus. Hebraicè הרון *heron*, ſignificat conceptum, deinde grauidationem, à radice הרה *harah*, grauidare. LXX. vertunt στεναγμόν σου, gemitus tuos; in quo videntur innuere vitam illam, laboribus, moleſtiis, doloribus, anguſtiis, eiulatibus, ac gemitibus plenam, quam miſeræ trahunt, quæ aluum geſtant; dignam planè, quæ non vita, ſed gemitus appelletur. Cùm verò hæc pœna fœminis impoſita ſit, propter illam primæuæ mulieris tranſgreſſionem: ex hoc loco futurum fuiſſet, iuxta quorundam opinionem, in priore illa felicitate ſi perduraſſet, vt fœmina ſuſcepto virili ſemine, formatóque paulo pòſt fœtu, illum ſine vllo tædio, moleſtia doloréque redderet, nec per nouem menſes, cum innumeris ac moleſtiſſimis ærumnis geſtaſſet aluum. Hæc tamen opinatio à Benedicto noſtro Perer. vt falſa, abſurda, & ridicula impugnatur; quare cùm ſit naturale fœtui, vt per nouem menſes in aluo geſtetur, quò augeſcat & matureſcat; nec per peccatum, aut peccati pœnam naturalis ſtatus immutaretur, haud dubiè mulier prægnans toto illo tempore, quo nunc geſtat, aluum geſtaſſet ſine vllo tamen tædio, atque grauamine. Rupertus; Latinam phraſim ſequutus, ærumnas, & conceptus diſtinguit. Mulier (inquit) quanto fœcundior, tanto ærumnoſior. Similiter Caiet. Pœnam (ait) in multiplicatis fœtibus affuturam denunciat; eſt enim ipſa multiplicatio concipiendi in grauamen mulieris, vt ipſæmet teſtantur. Adde, quia vbi multiplicatio cōceptus, ibi plerumque abortus, aut etiam fœtus immaturi, vel deformes ac monſtroſi; aut ſaltem numeroſa ſoboles, qua parentes prægrauantur ac laſſantur; liberorum alij morbis aſtricti, alij intereunt, alij (quod magis dolendum eſt) corruptis moribus viuunt, infeliciter moriuntur. Et quis Chriſtianæ mulieri dolor acerbior, quàm concipere, parere, nutrire filios ad populi ſcandalum, ad ſuſpendium patibuli, ad gehennam ſempiternam? Nihilominus aliis diſplicet hæc expoſitio, cùm multiplicatio filiorum à Deo inter benedictiones reponatur ſæpiùs. Et quidem hæc pœna, ſeu (ausim dicere) maledictio fœmineo ſexui irrogata maiori ex parte, aut ferme ſolùm a nuptis mulieribus exigitur.

*In ſtatu innocentiæ grauidatio fuiſſet nō moleſta.*

*Rupert.*

*Caiet. Grauidatio & partus laborioſi.*

2. Immunis ab hac maledictione vitam pluſquam humanam, angelicam planè tranſigit quæ pudicitiam ſeruat incorruptam. Quare ſponſa Chriſti, vt ſcribit D. Baſilius *libro de vera virginitate.* eius, quæ nupſit multiplices (vt ſic dixerim) mortes, quas illa in dies patitur, e regione conſiderans, ſibiipſi, propoſitóque ſuo gratulabitur. Profectò in portu conſident, quæ pudicitiam Domino deuouerunt, è portu intuentur miſeras, quæ in ſalo matrimonij inter fluctus maris, ventorúmque tempeſtates cum morte ipſa ob oculos poſita colluctantur. Perbeatæ illæ, quæ priſcis ætatibus (vt refert Tertullian. *lib. de virgin. veland. cap. 10.*) honorigeram nomen virginitatis ſuæ præſeferebant, qua ſuſciperentur & circumſpicerentur, & magnificarentur à fratribus. At longè beatiores, quæ noſtris ſæculis, Chriſto in ſponſas & ſeruas dicatæ in ſacratioribus Eccleſiæ parthenonibus vitam omnino cæleſtem degunt. Tertull. *libro de habitu mul.* vt fœminas à nimio cultu ornatúque ad modeſtiā Chriſtianam traducat, eas huiuſce maledictionis recordatione perſtringit. Sic autem exorditur. Si tanta in terris moraretur fides, quanta merces eius expectatur in cælis; nulla omnino veſtrùm, ſorores, ex quo Deum viuum cognouiſſet, & de ſua, id eſt, de fœminæ conditione didiciſſet, lætiorem habitum, ne dicam glorioſiorem appetiſſet, vt non magis in ſordibus ageret, & ſqualorem potiùs affectaret, ipſam ſe circumferens Euam lugentem & pœnitentem, quo pleniùs id quod de Eua trahit (ignominiam dico primi delicti, & inuidiam perditionis humanæ) omni ſatisfactionis habitu expiaret. Multiplicabo ærumnas, &c. Et Euam te eſſe neſcis? Viuit ſententia Dei ſuper ſexum iſtum in hoc ſeculo; viuat & reatus neceſſe eſt. Tu es diaboli ianua, tu es arboris illius reſignatrix, tu es diuinæ legis prima deſertrix, tu es quæ eum ſuaſiſti,

*S. Baſil. Virgines à maledictione immunes.*

*Tertul. Virginum ſacrarum felicitas.*

*Mulieres habitu lugubri Euā lugeant, & expient.*

ſtraſiſti, quem diabolus aggredi non valuit. Tu imaginem Dei, hominem, tam facilè eliſiſti; propter tuum meritum, id eſt, mortem, etiam Filius Dei mori habuit, & adornari tibi in mente

*Mulier Chriſto mortem peperit.*

eſt, ſuper pelliceas tuas tunicas? Hæc Tertul. Quæ ſi à fœminis obſeruarentur, honeſtius illæ viuerent, & ſanctius morerentur; nec tanta fieret ſtrages animarum à fœmineo fuco deceptarum. Cæterùm de prima illa pœna ærumnarum, quam prægnantes patiuntur, illud vnum adnotauerim

*Tertul.* *Matrimonij grauia onera.*

ex Tertul. *lib. ad vxorem, cap. 5.* vbi vocat coniugium, onera nobis quidem plurimum importuna, quantum fidei periculoſa. Dein ſubijcit: Cur Dominus væ prægnantibus & nutrientibus cecinit, niſi quia filiorum impedimenta teſtatur in illa die expeditionis incommoda futura? illum autem ad viduas non pertinebit; ad primam Angeli tubam expeditè proſilient; quamcunque preſſuram, perſequutionémque liberè perferent: nulla in vtero, nulla in vberibus æſtuante ſarcina

*Continentia reddit expeditos.*

nuptiarum. Sic ille. Ex his colliges quàm moleſtum ſit coniugatis mortis ipſius periculū, quam

*Matth. 25.*

expedita ad moriendum vita cælebs, virginibus conclamatur: Ecce ſponſus venit. Exite obuiam ei; & quæ tanta illarum celeritas? Tunc ſurrexerunt omnes virgines. Profectò maritatæ, & difficiliùs prægnantes, ad vocem Domini non ita facilè expeditéque accurriſſent. Non prætereo, quàm pulchram, puram, & Chriſtianam admonitionem ſcribat Tertul. ad vxorem, de ſeruanda

*Tertul.* *Virginum ſacrarum commendatio.*

caſtitate, ad exemplum virginum, quæ Chriſto ſeſe conſecrarunt; ſic ait *lib. ad vxorem, cap. 4.* Adhibe ſororum noſtrarum exempla, quarum nomina penes Dominum quæ nulla formæ, vel ætatis occaſione preſſæ, maritis ſanctitatem antepoount. Malunt enim Deo nubere. Deo ſpecioſæ, Deo ſunt puellæ: cum illo viuunt, cum illo ſermocinantur, illum diebus & noctibus tractant: orationes ſuas velut dotes Domino adſignant; ab eodem dignationem velut munera maritalia quotieſcunque deſiderant, conſequuntur. Sic æternum ſibi bonum Domini occupauerunt, ac iam in terris non nubendo, de familia angelica deputantur, talium exēplis fœminarum ad æmulationem te continentiæ exercens; ſpiritali affectione carnalem illam concupiſcētiam humabis, temporalia, & volatica deſideria formæ, vel ætatis inimicantium bonorum compenſans delenda. Sic Tertul. Nota orationes virginum Chriſti ſponſarum vocari dotes, quas ad ſponſum pro ampliſſimis patrimoniis, ac diuitiis adſportant cùm Chriſto nubunt: miſericordiam verò Chriſti Domini, quam appellat dignationē certam & paratam ad omnia, ſempérque affuturam veluti arrhas (vt vocant) ab ſponſo Chriſto donari. Dein expende, quàm emphaticè dicatur, carnis libidinem ſpirituali amore erga Chriſtum ſponſum conſepiliri.

3. Video hic à multis addubitari, quiſnam in ſtatu innocentiæ futurus eſſet concipiendi, & pariendi modus? Et ſunt, qui putent virgines omnes fœminas vtrobique permanſuras: at eſt

*In omni ſtatu idem ſemper eſſet concipiendi & pariendi modus.*

abſurdiſſima opinio. Certum eſt enim hominum genus in eo ſtatu propagandum fuiſſe per commixtionem maris & fœminæ; ad hoc enim etiam ante peccatum cum diſtinctione ſexuum creati ſunt vir & mulier, dictúmque illis eſt: Creſcite & multiplicamini, Hebræi. fructificate; vti nimirum natura humana exigebat per generationem propaganda, obeuntibus ſua naturalia officia vtriuſque ſexus membris ad generandum, & concipiendum ab auctore Deo deſtinatis. Quare mulier tunc conciperet, & pareret, omnino, vt modò fit: etenim naturalia non ſunt immutata per peccatum. Cæterùm in eo ſtatu duo prorſus abeſſent, quæ in pœnam peccati ſunt inuecta, nimirum dolor ac pudor. Nullum in violatione illa, nec in puerperio mulier ſentiret dolorem; ea namque facilitate mēbra omnia mouerentur ad nutum cuiuſque, qua nunc pes graditur, manus vertitur, oculus intuetur, os aperitur, lingua loquitur, tacétve, pudor nullus foret; nec enim ardor immoderatæ libidinis, deformitas concupiſcentiæ, immun-

*Quæ deformitas in ſtatu innocentiæ non eſſet.*

ditia fœtórque, & quædam quaſi rationis ipſius obſcuratio, & mentis alienatio, quam (vt aiunt) velut amentes, & furioſi patiuntur coëuntes, extitiſſent in ſtatu innocentiæ. Et hæc quidem omnia in maledictione illa comprehenduntur. Multiplicabo, &c. Et quidem integritatem ſignaculi muliebris in concipiendo permanſuram fuiſſe, videntur aſſerere D. Auguſt. 14. *de ciuitate, cap.* 26. & D. Thom. 1. *p. q.* 98. *art.* 2. apertionem autem eiuſdem futuram in pariendo nemo negabit. D. Bonauent. *in 2. ſentent. diſtinct.* 20. *q.* 4. cùm

*S. Auguſt.* *S. Thom.* *S. Bonau.*

doceat, quæ hactenus ſecundùm veram Theologiam ipſamque rectam rationem propoſuimus, nititur Auguſtinus mentem explicare, ſed illius verba longè aliud ſonant. Ergo Maria ſemper Virgo Dei mater ſola ſine exemplo, ac ſimilitudine in fœmininum genere ſuper omnem naturam, & ſecundùm naturam mater, vt loquitur D. Greg. Nazianz. virgo concepit, virgo peperit, inuiolato vtroque ſignaculo, virginei ventris, ſine virili ſemine, ſine vlla delectatione carnali, ſine tædio, ſine moleſtia, ſine compreſſione, & oppreſſione, ſine dolore, ſine ſordibus, aut alia conſimili ærumna & miſeriis ex innumeris illis, quæ in conceptione, grauidatione partuque fœminarum inueniuntur; Deum hominem concepit, geſtauit in vtero, ex vtero peperit, integro, illibato, puriſſimoque; vti lilium & roſa ſpirant odorem, arbor pomum producit, ac Sol lucem emittit, vt D. Cyprian loquitur.

*S. Greg. Naz.* *B. Maria conceptus & partus virginei miraculorum apex.* *S. Cypr.*

Ac demum extitit ſemper virginis Mariæ partus omnium miraculorum, quæ vnquam omnipotentia diuina edidit, aut in omnem æternitatem edet, maximum, auguſtiſſimum, & ſacratiſſimum prodigium. Grauiter enim, & verè dictum eſt à Patribus in Trullano Concilio *Canon.* 79. non licere ex communibus, & iis, quæ in nobis fiunt, inenarrabilem virginis partum, quæ ſupra mentem, & ſermonem verbum peperit: definire, metiri, ac deſcribere. Quare doctiſſimè ac piiſſimè ita ſcribit S. Io. Damaſc. 4. *Orthod.* 15.

*S. Ioan. Damaſc.*

Maria ſemper virgo ſuppeditauit creatori creari, & plaſmatori plaſmari, & Filio Dei & Deo incarnari & humanari ex puris & illibatis carnibus eius & ſanguinibus, primæ matris Euæ abſoluens debitum. Nam quemadmodum illa ſine commixtione ex Adam plaſmata eſt: ſic Maria nouum Adam lege partus in vtero tulit, quem peperit ſuper natiuitatis naturā. Natus eſt enim ex muliere ſine patre, & ex patre ſine matre. Et quoniam ex muliere, lege partus: quoniam ſine patre ſuper naturam eſt natiuitas. Sic ille.

4. *In dolore paries filios.*] Hæc eſt altera pœna, ſeu maledictio fœminis indicta: ſcilicet laborioſi, & pleni doloribus partus. Ac certum quidem haberi debet, naturale mulieri eſſe cum labore ac dolore parere. Naturalis enim vteri meatus

*Partus laborioſi.*

anguſtior eſt, quàm vt per eum fœtus exire poſ-

ſit: quamobrem neceſſe eſt, vt clauſtra vteri amplius laxentur ac diſtendantur; quod non ſine acutiſſimis cruciatibus fieri poteſt. Ac proinde ſæpiùs euenit, vt mulierum parturientium aliæ periclitentur, aliæ vehementiſſimis excruciatæ doloribus emoriantur. Hinc factum eſt, vt in ſacris literis, cùm magnitudo alicuius doloris grauiſſimi exaggerari ſolet, parturientium doloribus ſimilis eſſe dicatur. *Ibi dolores, vt parturientis*, Pſ. 47. *Mulier cùm parit, triſtitiam habet*, &c. Ioan. 16. Attexam verba D. Baſil. ad illud Pſal. 114. *Circumdederũt me dolores mortis, pericula inferni inuenerũt me.* Dolores (inquit) propriè de parturientibus dicuntur, quando ad tumorem venter inſurgens extra fœtum pellit: deinde partes illæ genitales diuexatæ, & circum prodeuntem ex vtero fœtũ diſtentæ, conuulſionibus ac fibrarum contractionibus acutiſſimos dolores, & vehementes cruciatus parientibus gignunt; tranſtulit autem Dauid dolores partus ad mortis pœnas circa animal in animæ & corporis diuiſione inſtãtes. Sic Baſil. Cæterùm hic dolor naturalis parturienti non eſſet futurus in ſtatu innocentiæ, diuina ſcilicet prouidentia ſic omnia diſpenſante, ac moderante, vt mulier ſine moleſtiis grauida, ſine doloribus pareret. Nam, vt ait D. Aug. *lib. 4. de ciuit. c. 26.* Cùm fœtus in vtero iam partui fuiſſet maturus, tunc fore vt materna viſcera ſponte in tantum laxarentur, vt commodum fœtui ſine matris dolore tranſitum præberent. Sic ad pariendum non doloris gemitus, ſed maturitatis impulſus fœminea viſcera laxaret, vt ad concipiendum, non libidinis appetitus, ſed voluntarius vſus naturam coniugis vtriuſque coniungeret. Hæc Aug. Meritò igitur D. Ambroſ. *lib. 1. de virgin.* inter alia de muliere nupta ſic ſcribit: Nubit & plorat, concipit & graueſcit; parturit & ægrotat; quàm dulce pignus, quod a periculo incipit, & in periculis deſinit; priùs dolori futurũ, quàm voluptati, periculis emitur, nec pro arbitrio poſſidetur. Sic Ambroſ. Sed quanta felicitas virginum, quæ ab hac maledictione liberam viuunt vitam! arbitror hanc illarum felicitatem maximè commendari, cùm miris tranſlationibus occluſio & illibatio ſignaculi virginalis deſcribitur, cuius nimirum diſciſſio ac dilatatio vehementes parit cruciatus. Dicitur enim Cant. 4. *Hortus concluſus, ſoror mea, ſponſa, fons ſignatus*, &c. Quem locum ſic exponit D. Ambroſ. *loco citato.* Fons ſignatus eo quòd in hortis huiuſmodi, impreſſam ſignaculis imaginẽ Dei, ſinceri fontis vnda reſplendeat, ne volutabris ſpiritualium beſtiarum ſparſo cœno fluenta turbentur. hinc ille murali ſeptus ſpiritu pudor clauditur, ne pateat ad rapinam. Sic ille. Vbi ampliùs adnotabis, illibationis iſtiuſmodi felicitatem in virginibus, quòd nimirum parturitionibus non diſtendantur, & excrucientur, prouenire ex integritate priore, quam voluptati carnis præferentes, in ſtatu illo Angelico permanere voluerunt. Quẽadmodum parturiens doloribus exoluit concupiſcentiæ ardorem, & effrænatam carnis in concubitu illecebram. Partus reſpondet conceptui; quæ cum voluptate concipit, cum doloribus parit. Pereleganter Procop. ærumnas doloréſque parturientibus indici à Deo contendit: Vt (inquit) nobis innaſcatur odium peccati, cogitantibus illas miſerias ex hoc manare. Dein admiremur, & exoſculemur immortalitatis beneficium, quod in nouiſſimo præſtabitur. adhibet verò vulneri dolorem, vt caſum noſtrum ſanet; vti chirurgus ſecat, vel vrit corporis vitium.

*Pſal. 47. Ioan. 16. S. Baſil. Pſal. 114.*

*Qualis partus in ſtatu innocentiæ. S. Auguſt.*

*S. Ambroſ. Parturientis ærumna.*

*Cant. 4. Virginum felicitas. S. Ambroſ.*

*Procop.*

A

B

C

D

E

5. Porrò autem cùm dicitur: In dolore paries filios; etſi in partu grauiſſima imponatur pœna, in filiis tamen plurimũ adiungitur ſolatij, quod egregiè obſeruat D. Chryſoſtom. Veruntamen (ait) doloribus tanta ſolatia ſimul admiſcuit miſericors Deus, vt fermè conferendum ſit gaudium, quod ex nato puero habetur cum doloribus illis, qui tot menſibus ventrẽ diſſecant. Nam tantum laborem, totque dolorum cruciatus ferentes, & penè de vita ipſa deſperãtes, poſtquam pepererint, & doloribus fuerint ſolutæ, lætitiáque frui cœperint, iterum quaſi oblitæ laborum omnium ſeipſas filiorum generationi accommodant, ſic diſpenſante miſericorde Deo, vt hominum ſaluetur genus. Et quid dico? ſæpè cum fœtu nato commori eas contingit, & neque hoc cæteras terret, neque perſuadet, vt refugiant, tantum Deus triſtibus illis inſeuit dolorem ſimul, & voluptatem. Hæc Chryſoſt. Planè ſi non eſſet illa miſeris voluptas, quam ſubinde doloribus exoluunt, nulla omnino ſeſe tantis incommodis exponeret. Mitigantur igitur prægnantis ærumnæ filiorum multiplicatione Sic enim S. Doctor exiſtimat illis verbis, *multiplicabo conceptus tuos*, admixtum cum dolore gaudium ſignificari; adiungit enim: Propter hoc dicebat, multiplicans multiplicabo triſtitias tuas, & gemitum tuum, in triſtitiis paries filios. Hoc etiam Chriſtus dicebat monſtrans, tam doloris magnitudinem, quàm lætitiæ excellẽtiam. *Mulier quando parit*, &c. Deinde gaudium oſtendens: *Cùm autem peperit, iam non meminit preſſuræ propter gaudiũ, quia natus eſt homo in mundum*, Ioan. 16. Ita Chryſ. Hæc itaque ſumma laus eſt ſtatus coniugalis, quem ita confert D. Ambroſ. *lib. 3. ad virg.* cum viduali & virginali. Hic cernas germina virginitatis flore vernantia: illic tanquam in campis ſyluæ viduitatem grauitate pollentem; alibi tanquã vberi frugæ coniugij Eccleſiæ ſegetem replentem mundi horrea, ac veluti maritatæ vineæ fœtibus torcularia Ieſu Domini redundantia, in quibus fidelis coniugij fructus exuberat. Sic Ambroſ. Nota quàm graphicè depingat tres ſtatus Eccleſiæ, cùm virginalem florigenis pratis; vidualem ſyluis ac nemoribus; coniugalem ſegetibus, ac vineis perſimiles eſſe dicit: multiplicabo ærumnas tuas, in dolore paries filios, maledictio eſt mulierum concipientium & parientium; multiplicabo gemitus, ſic etiam vertitur, vt viſum eſt; gemunt & eiulant miſeræ. Sed benedicta illa in mulieribus, quæ ſola etiam inter virgines in cælo nouum canticum modulantes dulciſſimè decantabit de partu, & partu diuino gloriabunda, vt eleganter oſtendit D. Bernard. *homil. 2. ſuper Miſſus eſt.* Deus ſiquidẽ (adiungit) matrem ſuam ſingulari in cæleſtibus donaturus gloria, ſingulari in terris præuenire curauit & gratia, qua videlicet ineffabiliter, & intacta conciperet, & pareret incorrupta. Porrò Deum huiuſmodi decebat natiuitas, qua non niſi de virgine naſceretur; talis congruebat, & virgini partus, vt non pareret, niſi Deũ. Voluit itaque matrem ſuam eſſe virginem, de qua immaculata, immaculatus procederet omnium maculas purgaturus. Ac debitum quidem omni iure intactum illud erat; vt ita conceptui partus reſponderet. Nam vt perbellè ſubinfert S. Ioan. Damaſc. 4. Orthod. 15. ſine dolore Mariæ partus eſt. Cuius enim voluptas non præceſſit; neque pariendi dolor ſubſecutus eſt: ſecundùm Prophetam dicentem: *Priuſquam dolorẽ partus ſentiret, peperit.* & rurſus: *Priuſquam aduenisset tempus dolorũ, partus effugit.*

*S. Chryſ. Filiorum voluptas.*

*Voluptas ſæmnam ſolatur.*

*S. Chryſoſt.*

*Ioan. 16.*

*S. Ambroſ. Tres ſtatus in Eccleſia.*

*S. Bern. B. Maria virgo & mater Dei.*

S. Ioan. Damaſc. Ad Hebr. 4. Iſa. 53.

*effugit, & peperis maſculum.* Ac mihi quidem valde admirandum hoc loco ſubit in mentem, quomodo Chriſtus Dominus dicatur ab Apoſtolo tentatus per omnia, vt ſciat compati; & a Propheta ſciens infirmitates, vir dolorum, & dolores noſtros ipſe portaſſe; ſi tam dulci, læto, & virgineo partu ex matre integra, non dolente, non eiulante (vt miſeri naſcimur) ſed immenſis diuinorum gaudiorum voluptatibus exultante in lucem fuit editus? Audi oro; quos dolores, ac triſtitias in matris ſuæ Virginis partu, ſuóque exortu noluit (nec enim decebat) inueniri; poſtmodum ipſe, vt ſimilis nobis eſſet, per omnia paſſibilis in ſeipſo, & quidem cumulatiùs B ſuſcepit; quod elegantiſſimè diſſerit à D. Ambroſ. *in* 22. *Luc.* ad illa Domini verba, *Triſtis eſt anima mea.* Nuſquam (ait) magis pietatem Domini, maieſtatémque demiror, minus enim contulerat mihi, niſi meum ſuſcepiſſet affectum. Ergo pro me doluit, qui pro ſe nihil habuit, quod doleret; & ſequeſtrata delectatione diuinitatis æternæ, tædio meæ infirmitatis afficitur. Suſcepit enim triſtitiam meam vt mihi ſuam lætitiam largiretur; & veſtigiis noſtris deſcendit, vſque ad mortis ærumnam, vt nos ſuis veſtigiis reuocaret ad vitam. Homo in plaga, & ſciens infirmitates ferre, nos voluit erudire, vt mortem vincere diſceremus in Chriſto; & quod eſt amplius, quemadmodum futuræ mortis mœſtitiam C vinceremus. Et hîc alto operatur affectu, vt quia in carne ſua peccata noſtra perimebat, mœrorem quoque animæ noſtræ, ſuæ animæ mœrore, aboleret. Sic Ambroſ. Atque vt mater Filio eſſet quàm ſimillima, dolores perpeſſa eſt grauiſſimos. Ipſa enim (ait S. Ioann. Dam. vbi ſuprà) beata & ſuper naturam, donorum digna effecta, dolores partus quos effugit pariens, illos tempore paſſionis ſuſtinuit, ex materna compaſſione viſcerum, laceram reparturiens. Et quem Deum per natiuitatem agnouit, illum vt maleficum interfectum videns tanquam gladio cogitationibus decerpitur. Sic ille.

S. Amb. Luc. 22. *Dolores Chriſtus in morte ſuſcepit.*

S. Ioan. Damaſc.

6. *Et ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur* D *tui.*] Hæc eſt tertia pœna, mulierem ſubiici, ſeruire ad nutum marito, ſui iuris illam non eſſe, ſed totam viri; virúmque in vxorem exercere poteſtatem ac dominatum! Et quid infelicius mulieri poſſet obuenire? Verè ac diſertè illud à D. Ambroſ. *in exhortat. ad virg.* ſcriptum eſt: Quæ nupſerit, ad ſeruitutem pecunia ſua venditur; meliore conditione mancipia, quàm coniugia comparantur, In illis meritum emitur ſeruitutis, in iſtis pretium ad ſeruitutem additur. Nupta venalis auro grauatur, auro æſtimatur. Sic Ambroſ. Ibidem nuptas appellat nubes graues, & verè graues nubes, quæ ſuſtinent ſarcinam matrimonij. Eſtote vos (ait ad Virgines) nubes, ſed E leues. Eris profectò, ſi ableuet virginitas onera conditionis, & tenebras huius limoſæ carnis illuminet. Iſai. 19. dicit, *Ecce Dominus ſedet ſuper nubem leuem, & ingredietur Ægyptum.* Nubem Mariam dixit, quia carnem gerebat; leuem, quia virgo erat nullis oneribus grauata coniugij. Sic Ambroſ. Et quidem vt peccato ſupplicium reſpondeat, meritò addicitur mulier alterius dominatui paritura, quod ita ſubnotauit Procop. Mulier malè imperitans, præuaricationis cauſa fuit viro. Quapropter quaſi non rectè imperaſſet, ex libera, & ingenua, alieno iuri ſubiectior, & ſerua fit. Hoc quidem ſciens Paulus prohibet mulieri docere publicè; primitus enim malè docuit; nec permiſit dominium mulieri in virum, ſiquidem primitus perperam imperauit viro. Sic ille. Cæterùm qui fieri poteſt, vt hæc mulieris ſubiectio, ſub poteſtate viri, pro pœna, & maledictione cenſeatur, quando aliter in ſtatu innocentiæ dedeceret mulierem à mariti iugo liberam eſſe? Seruiret quidem (reſpondet D. Auguſtin. *lib.* 11. *de Geneſ. ad liter. cap.* 27.) ſed ſeruitutem dilectionis, non conditionis; dicit Apoſtolus: *Per charitatem ſeruite inuicem,* ſed nequaquam diceret: inuicem dominamini; ſeruirent igitur coniuges per caritatem inuicem. Hæc autem ſeruitus cuiuſdam conditionis ſignificatur, vt B etiam ipſa talis ſeruitus qua homines hominibus poſtea ſeruire cœperunt, de pœna peccati reperiatur exorta. Ergo maritum habere dominium meruit mulieris, non natura, ſed culpa. Quod tamen niſi ſeruetur, deprauabitur amplius natura, & augebitur culpa. Ex hac doctrina D. Auguſtini ſic ſtatuenda ſententia eſt: fuiſſet in ſtatu innocentiæ mulier ſub poteſtate viri; ſed illa ſubiectio, nec pœna, nec maledictio eſſe poterat, vt poſt peccatum ſumma & grauiſſima habetur. Etenim ex parte mulieris, non eſſet moleſtum & graue ſubijci, nulla repugnantia ob leuitatem; aut ſuperbiam: cùm enim fuiſſet mulier integro animo, recta mente, ſine vlla C carnis, & appetitus, aut etiam voluntatis deordinatione, libens gaudénſque obediret ad nutum viro imperanti: dein verò ex parte viri nihil eſſet difficile, ſæuum, aſperum, ſuperbum, contumelioſum, tyrannicum. Nihil vir niſi ex amore, & rectæ rationis iudicio imperaret, haberétque mulierem non vti ancillam, ſed vitæ ſociam cariſſimam, conſiliorum participem, & ad prolem adiutricem. Eſſet igitur illa ſubiectio dulcis, & amoris plena. Contrà verò poſt peccatum, cùm natura humana ſit vitiata, & acerrimis paſſionibus conuulſa, & conſequenter ab ſtatu illo pacatiſſimo, & ordinatiſſimo mentis, ac rectæ rationis exorbitet: planè fit vt extrema pœnarum, hæc muliebrem ſexum affligeret; ſub D poteſtate viri eſſe: quippe cùm mulier nunc leuis, inconſtans, vana, ſuperba, impatiens, libertatis auida, ſenſu impotens, rationis minùs compos, iniquiſſimè ferat maritum ſibi præeſſe. Accedit eodem virum plerumque ſuperbum, iniquum, proteruum, procacem, zelotypum, maledicum, conuitiatorem, ingenio intractabili, & penè ferino in miſeram mulierem exercere tyrannidem. Quo ſanè coniugio nihil oneroſius, acerbius, truculentius eſſe ſolet; infernum illæ vocant, non matrimonium. Etſi autem ſic aſperum & iracundum ingenium viri tam graue & odioſum faciat coniugium, cuncta nihilominus leuia & tolerato facilia reddet mulieris virtus, ac modeſtia; quod egregiè obſeruauit Rupertus ad E hunc modum. Verùm caſtis & fidelibus mulieribus hanc tertiam pœnam beneuolentia nullam, aut leuiſſimam efficit; & non ſolùm non obeſt, ſed etiam laudi eſt.

Procop.

S. Auguſt. *Seruitus duplex.*

*Subiectio mulieris ante, & poſt peccatū.*

Rupert.

7. Porrò autem Hebr. legitur, ואל־אישך תשוקתך *veel ixech taxuquathech.* quo in verbo mira varietas verſionum. LXX. vertunt *εἰ ἀποστροφή σου* ad virum conuerſio tua. Quam lectionem communiter Patres ſequuntur. Iuxta illam diſſerens hoc loco D. Chryſ. adeò aſperam oſtendit hanc pœnam, à Deo inflictam mulieri, vt Deus ipſe ſuæ bonitati & honori conſolens quodammodo ſe videatur excuſare de huiuſmodi ſententiæ ſeueritate; ac deinde

S. Chryſ.

ne miſera ſupplicij magnitudine deſperet, & concidat, aliquid ſolatij adiongit; ſic igitur D. Chryſoſt. Ad virum conuerſio tua, & ipſe dominabitur tui. Quaſi ſe defendens apud mulierem, hæc dicit miſericors Deus. Ego (inquit) ab initio honore parem te formaui, & eiuſdem dignitatis in omnibus participem: cæterùm, quia abuſa es honoris dignitate, ſubiicio te viro, & ad virum conuerſio tua; quia relicto eo, qui dignitate par, & cuius naturæ particeps, & propter quem formata es, familiaritatem cum ſerpente mala illa beſtia habere, & eius conſilium accipere voluiſti, propterea poſthac illi te ſubiicio, & illum dominum tuum aſſero, vt illius ſcilicet dominium agnoſcas. Et quia neſciuiſti imperare, diſce bene regi. Ad virum enim tuum conuerſio tua, & ipſe dominabitur tui; melius eſt, vt tu ſub illo ſis, & illum dominum habeas, quàm impauide, & liberè viuens per præcipitia feraris. Itaque conſiderans, quod tibi vtile, ad illum te habere volo conuerſionem, & ſicut corporis eſt caput ſequi, dominium eius ſuauiter agnoſcere. Et ſic refugium ac portus, præſidium atque amor, timori coniuncta ſunt. Ita Chryſ. Eodem ſenſu Anaſtaſ. Nicen. Epiſcopus: Quaſi dixerit Dominus; feci te æqualem honore, & non rectè via es virtute, tranſi ad ſubiectionem, ipſe dominabitur tibi. non tuliſti libertatem; ſuſcipe ſeruitutem. Neſciuiſti imperare, pare igitur imperio, virum agnoſce dominum. Mulier (ait Apoſt. 1. *Timoth.* 2.) in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione: eius enim inobedientia, & arrogantia toti mundo intulit exitium, & naufragium. Itaque, vt colligitur ex Patribus, hæc pœna ceſſit in mulieris vtilitatem, poſita leuitate muliebri, aliiſque huiuſce naturæ vitiis per peccatum inuectis. Nimirum vt bene & ſecundùm prudentiam regatur à viro.

*Grauis ſed vtilis mulieri ſubiectio.*

Anaſtaſ.

1 Tim. 2.
*Mulieri ſilentium indicitur.*

8. Chald. Similiter vertit, conuerſio tua. Sed vtrobique idem omnino ſenſus; quaſi dicat: oculi tui ſemper erunt ad maritum conuerſi, illius nutum obſeruabis, vt obedias, illi placeas, morem geras. alij vertunt: viro tuo obedientia tua; alij, concupiſcentia tua, deſiderium tuum. D. Hieronym. *de quæſt. Hebrai.* Aquila (inquit) ſocietatem. Theod. appetitum, & impetum tranſtulerunt. Legunt etiam alij: deſiderium, decurſum, defluxum, quia radix שוק *xuck*, deſiderare, & decurrere ſignificat; ſed tamen ſenſus idem eſt. In poteſtate viri erunt tua deſideria, tuus decurſus, nec pedem mouebis, nec deſiderabis quidpiam cum effectu extra mariti voluntatem, cui ſubiecta eris. Videtur etiam Dominus mulierem optimis inſtruere conſiliis. Si ſapis mulier, non aliud tibi erit appetendum, quam quod viro tuo libuerit; ſi quid concupitum effici voles, à viro tuo impetres neceſſe eſt; ſi vis pacatam, ſecuram, & ſuauem vitam viuere, tota pendeas à viro tuo, cum viro tua ſentias, vir tuus tibi ſit refugium, portus, præſidium, & amor; ſit etiam tuus ipſe timor, ac frænum; ſit ipſa lex. Apud Homerum *in Odyſſ.* maritum vocat vxor πόθον, hoc eſt, deſiderium, à verbo ποθέω. Non deeſt, qui arbitretur, præſertim verſiones, quas affert D. Hieronym. ſequutus, in pœnam & maledictionem mulieri datum eſſe vehemens quoddam deſiderium mariti, & concupiſcentiæ, ad commercium coniugale, ardorem, ſine quo totam oneroſam vitam, & mariti graue imperium, ſuámque miſerrimam ſeruitutem nulla mulier æquo animo pertuliſſet, qua tam dura neceſſitate nihil durius ac luctuoſius eſſe poterit, vt mulier illum amet, appetátque, ab illo tota pendeat, cum illo non poſſit non viuere; quem videat ſibi contumelioſum, truculentum, tyrannum, leonem. Sed quia hoc minùs honeſtum, ac decorum videtur, dici poſſet impetum iſtum, & appetitum muliebrem propter filiorum maximè procreationem inditō hoc loco ſignificari, quo in ſenſu in ſuperioribus loquutus eſt D. Chryſ. quem recole. Et ita Procopius: Et ad virum conuerſio tua. Nam mulier, vbi perpeſſa fuerit grauiſſimos partus dolores, non auerſatur viri coniunctionem, ſed eam auidiùs expetit. Imò ſi quæ fortè ingruunt pericula, ſpem omnē in marito ſitam habet. Sic ille. Seuera quidem videtur hæc Domini ſententia contra muliebre vas, fragile illud quidem & leuiculum ſubiici viro dominaturo, cuius eſt ingenium aſperius, & qui eo nomine valde ſucceſeret in mulierem, quòd illius conſilio in peccatum corruiſſet. Ergo natum eſt diſſidium inter virum & mulierem, quòd inter cætera ſerpens in genus humanum eſt machinatus. Nam qui poſſent homines propagari ſine pace concordiáque parentum ex quibus naſcuntur? Conſoluit tanto periculo Dei prouidentia, cùm mulierem viro ſubiecit, & amorem vtrinque inſita cupiditate ad prolem habendam, cùm viri erga mulierem, tum mulieris erga virum, in vtriuſque animum impreſſit. Sed hoc idem præſtat audire ab ore D. Chryſoſt. *homil.* 26. *in* 1. *ad Corinth.* Non immeritò mulier ſubdita viro eſt; paritas namque honoris pugnam facit. Cùm verò credibile eſſet peccatum illud Euæ genus noſtrum ſibi inuicem inimicum reddidiſſe, neque quicquam profuiſſe ad pacem, quòd de viro facta eſſet mulier, cùm hoc acciderit. Cùm inquam diaboli malitiam Deus cognouiſſet, hoc verbum medium poſuit, *ſub viri poteſtate eris*, &c. vt quod ex inſidiis odium futurum erat, & inſita cupiditate per hanc ſententiam tolleret, & ex peccato contractam indignationem, tanquam medium parietem deiiceret. Ibidem ſanctus Doctor commendat amorem viri, & patientiam erga vxorem malè moratam, exemplo Philoſophi; qui rogatus quorſum vxoris malos mores tolerarct, reſpondit, vt gymnaſium & palæſtram domi haberet. Ero (inquit) cum aliis manſuetior, cum in vxore quotidie toleranda erudiar. Sic Chryſ. Itaque concordiam coniugum ſummè neceſſariam Deus ipſe ſtatam & ratam eſſe voluit, quæ ſtare non poteſt, niſi vir imperet, & vxor pareat. At vir aſperiùs imperabit, miſeréque vti ſerua opprimetur. Icciteo Dominus durius viri imperium attemperauit amore, quem illi erga fœminam indidit. Audi D. Chryſ. *homil.* 24. *in* 1. *Corinth.* Vt in vnaquaque domo magna eſſet concordia, principatu donauit, & prærogatiua virum; mulierem deſiderio, quo vir erga illam flagrat, armauit, in medium procreandi munus poſuit, vtrinque multa ad hæc caritatem inducentia commentus. Ita Chryſ. Et quidem amorem viri eleganter ibi cōfirmat ex verbis Domini Matth. 19. *Quamobrem relinquet homo patrem, &c. & adhærebit vxori, &c.* Non dixit (ait) mulier, ſed vir; quando cupiditas in hoc maior. Et maiorem quidem icciteo viro dedit, vt imperium, quod in mulierem habet, cupiditatis illius tyrannide retuſum imbecilliori ſubiiceretur. Denique mulier (ait Procop.) dum audit, Ipſe domina

*Explicatur ſubiectio mulieris.*

S. Hieron.
Theod.

Homer.

*Mulieris in virum amor.*

Procop.
*Amorem inter virum & mulierem diabolus ſuſtulit, Deus indidit.*

S. Chryſoſt.

*Obedientia pacem conciliat.*

*Vir patiens erga mulierem.*

S. Chryſoſt.

S. Chryſ.

Matth. 19.

*Imperium viri amore mitigatur.*

S. Chryſ.

Procop.

dominabitur tui: intolerandam ſeruitutem ne ſomniet: primo loco poſuit quanta cura mulierem vir curare & fouere debeat, dicens: Ad virum tuum erit tua conuerſio; id eſt, ipſe erit tuũ confugium, portus, anchora, tutiſſimúſque ex omni periculo receptus. Amor timori coniungitur. Præterea vtrumque copulauit, ingenerans vtrinque quaſdã mutuas neceſſitudinis cupidines. Sic Procop. Ad extremum huius commentarij non poſſum non aperire, quod mihi permagnam commouet admirationem; videlicet in hac Dei ſententia in pœnam & maledictionem imponi ærumnas, dolorem, ſeruitutem; adminiſtros autem ac ſatellites ad repetendas pœnas, vindictámque inferendam mulieri, pro Deo grauiter offenſo, eſſe filios, & maritum. An quia illi, cùm amati ſunt, ſeueriſſimi carnifices habentur, vt in excrucianda muliere grauiorem ſumant vltionem? an vt ea voluptas, quam mulier ex marito & liberis percipit; mariti pariter, ac liberorum tædiis, iniuriis, atque amaritudinibus, ne in perniciem animæ efferatur, attemperetur? Sic enim experientia comprobatur, quod à Tertulliano dictum eſt: Amariſſima liberorum (adde quoque) & mariti voluptas.

Procop.

Tertul.
*Mulieris carnifices.*

---

## SECTIO XXXVII.

*Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes: maledicta terra in opere tuo.*

1. REatibus ſupplicia conueniunt; gradiatur ſupra pectus; repat humi, puluere veſcatur ſerpens propter arrogantiam. Mulieris deliciæ doloribus partus puniantur. Ignauia viri laboribus, ac ſudoribus exerceatur. Sed in primis duo in peccato Adami Dominus ſubnotauit, quę reum magis culpabilem reddunt, minuſque dignum venia, & commiſeratione iudicis. Primum: Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti; en quàm facilè, quam leui, penéque nulla ex cauſa peccauit? Quia audiſti vocem; vbi vis, vbi coactio, vbi neceſſitas? audiſti vocem: vna tantùm fœminæ vox ſubruit virum. At quæ maior fingi poteſt infirmitas, ſeu potiùs, ac veriùs malitia in viro? Deinde quanta quæſo eſt potentia fœminæ ad impugnandum, euincendúmque virum, ſi reliqua ex fœmineo armamento expediet, & exeret arma ad virilem animum debellandum, quando ſola vox tantum illud, ac tam mirabile mentis, ac ſapientiæ Adami ædificium ſolo æquauit? Portius Cato apud Liuium *lib.* 4. decad. 4. monet Romanos, & armat aduerſus mulierum inſolentiam. Date frænos impotenti naturæ, & indomito animali, nec ſperate ipſas modum licentiæ facturas, niſi vos faciatis. At ſæpiùs, & quidem lepidè, verè ne alij iudicent, ipſæ pro ſe reſpondent, cùm hæc & ſimilia, vel dicta, vel ſcripta audiunt: & hæc quidem omnia dicunt, & ſcribunt viri aduerſùs mulieres; quid ſi dicerent ipſæ; quid ſi ſcriberent de viris? Cæterùm (quod ad rem facit) ad vocem, præſertim longam ſermocinationem vanam ac iocoſam fœminæ, vix, (vt ſcribit D. Baſil. *lib. de aſpir. ad perf.*) effugi poterit, quin vigor virilis, ſeueritáſque incorrupta aliqua ex parte leniatur ac labefactet. Syrenum cantus, vox muliebris ad voluptatem inuitat, in mortem inducit: ſed quis ſecurò enauigabit? Audi D. Ambroſ. *ſerm.* 55. Seculi (ait) ferunt fabulæ Vlyſſem, cùm in locum quemdam curſus illum nauigij detuliſſet, in quo Syrenarum dulci cantus crudelis varietate reſonabat, & aduenientes ſic blanda modulatione mulcebat, vt non tam ſpectaculum voluptatis caperent, quam naufragium ſalutis incurrerent. Talis enim erat illis oblectatio cantilenæ, vt quiſquis audiſſet vocis ſonitum, quaſi quadam captus illecebra, non iam tenderet ad eum, quem volebat, portum, ſed pergeret ad exitum, quem nolebat. Igitur cùm Vlyſſes incidiſſet hoc dulce naufragium, & ſuauitatis illius vellet declinare periculum, dicitur inſerta cera auribus ſociorum, ſeipſum ad arborem nauigij religaſſe, quô & illi carerent pernicioſa auditus illecebra, & ſe de periculo nauigij curſus auferret. Deinde adiungit. Ex quo Chriſtus Dominus religatus in cruce eſt, ex eo nos mundi illecebroſa diſcrimina, velut clauſa aure tranſimus. Nec pernicioſo enim ſeculi detinemur auditu, nec curſum melioris vitæ deflectimus in ſcopos voluptatis. Crucis enim arbor non ſolùm religatum ſibi hominem patriæ repræſentat, ſed etiam ſocios circa ſe potius virtutis ſuæ vmbra cuſtodit. Vtique ſane diu oberrans aut naufragus aliter ad patriam paradiſi, de qua primus homo ex erat, redire non poterat, niſi fuiſſet arbori religatus. Arbor enim quædam in naui eſt crux in Eccleſia, quæ inter totius ſeculi blanda & pernicioſa naufragia incolumis ſola ſeruatur. In hac ergo naui, quiſquis aut arbori crucis ſe religauerit, aut aures ſuas Scripturis diuinis clauſerit, dulcem procellam luxuriæ non timebit. Syrenarum enim quædam ſuauis figura eſt mollis concupiſcentia voluptatum, quæ noxiis blandimẽtis conſtantiam captæ mentis effœminat. Sic Ambroſ. Cuius quot verba tot ſyrenes cantarunt. Collige hinc quanto in periculo verſari neceſſe habeat Eua, quæ ſerpentem; Adamus qui Euam, aut non religatus in cruce Domini, aut non obturatis auribus, audire alloquive auſus fuerit.

Portius Cato.
*Vis fœminæ ad euincendum virum.*

S Baſil.
*Mulieres viro ſyrenæ.*

S Ambroſ.
*Vlyſſis & ſyrenũ fabula.*

*Crucis myſteriũ euoluitur.*

*Voluptates ſine cruce non vincuntur.*

2. Vlteriùs perſtringitur Adamus illis verbis. Quia audiſti vocem vxoris tuæ. Culpat (ait Euchet.) virum, quia præuenienti Dei mandato vxoris propoſuit voluntatem. Rupertus: Quid enim; nunquid mulier maior erat Domino Deo? D. Bernard. *ſerm.* 27. *in Paruis*: Peccauit Adam nimis diligendo vxorem, non quia eius voluntatem fecit, ſed quia eam voluntati prætulit diuinæ. Iuſtum quippe erat, vt illius magis voluntatem faceret, cui plus debebat; quis verò ambigat plus eum debere conditori, quàm vxori? Siquidem vxor erat aſtrictus tantùm per amorem, Deo autem per timorem ſimul, & amorem. Plus ergo debuerunt valere duo vincula ad tenendum eum erga Dei præceptum, quàm vnum tantùm erga coniugis affectum. Audiſti. Hebr. שׁמע *xamagh*, obediſti, & ſic legit Chald. Vtrunque ſignificatur in verbo Hebrai. quaſi dicat, plus tecum valuit amor vxoris, quàm mei; pluris feciſti vocem vxoris, quam præceptum meũ, cum tanto verborum pondere, & comminationum terrore inculcatum? Ad ſolam vxoris vocem, & legem Dei, & mortis timorem, & bonorum omnium iacturam, ac Deum ipſum pro nihilo habuiſti? Clamat hic D. Chryſ. Audiant viri, audiant mulieres, & illi quidem, vt ne ferant mala conſulentes; hæ autem, vt ne talia conſulant. Dices: Propter vxorem hoc, & hoc peccaui,

Euchet.

Rupert.

S Bern.
*Perſtringitur Adami culpa.*

S Chryſ.
*Nec vir, nec vxor contra Deum audiant.*

peccaui: & hoc, & hoc feci. Ea enim de cauſa ſub tua poteſtate facta eſt, & Dominus eius prenunciatus es, vt illa tibi pareat, & non caput pedes ſequatur: veruntamen non rarò videmus contrarium vſu euenire vt is qui ſuo ordine caput eſſet deberet, neque pedum ordinē ſeruet, & ea, quæ in pedum loco eſt, in caput conſtituatur. Sed viri eſt, vt diligenti opera malè conſulentem repellat. Secundò exprobrat Dominus homini facilitatem ac ſuauitatem ſui præcepti, quæ tamen adeò grauis & intolerabilis illi viſa eſt, vt propterea maluerit obedire ſerpenti libertatem ſuadenti, quàm Deo legem obſeruatu facillimam ſtatuenti. Et comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes. Quaſi dicat (ait Chryſ.) Noluiſti ab vnico hoc ligno abſtinere, de quo ſolo præcepi tibi, ne comederes; non enim tibi præcepi, vt à multis abſtineres, ſed de vno ſolo, & neque ab illo abſtinuiſti; in tantam malitiam perueniſti, vt neque ab hoc vnico ligno tibi temperaueris, tametſi tot, & tantis tibi frui liceret. Sed de conditione huius præcepti abundè ſatis in ſuperioribus diſſeruimus.

S. Chryſ. *Facile Dei præceptum.*

3. *Maledicta terra in opere tuo.*] Incipit Dominus expromere pœnam ac maledictionem in Adamum. Ante omnia miror equidem in tota iſta ſententia, & ſuppliciorum pronunciatione, ne verbum quidem fieri de muliere, propter quam Adamus in Deum ipſum peccauit; cùm tamen ipſe maritus, aut tota pœna, aut maior pars pœnarum, mulieri fuerit aſſignatus. An quia cùm vir dominus, miſera verò illa in poteſtate huius ſit, non verendum erit, ne vxor aduersùs virum potentior euadat, vt virum affligat, & carnificis loco ab eodem pœnas expetat in vindictam læſi numinis? Certum eſt enim quod vulgò dicitur; quà fragilius vaſculum eſt, ea ex parte diſrumpi. an quia ſatis conſtare debeat maledictio & pœna viri, quòd in prioribus verbis (quia audiſti vocem vxoris tuæ) includitur ſtatus coniugalis; in quo maritus neceſſariò ſub eodem tecto vitam ducet cum vxore; at quàm multis & duriſſimis exercitam moleſtiis? Viderique poſſet dictum à Domino, quod Saul, cùm filiam ſuam Dauidi, cuius ſanguinem expetebat, tradidiſſet, dixiſſe legitur: *Dabo eam illi, vt fiat ei in ſcandalum*, 1. Reg. 18. Circumfertur illud Euripidis in hanc ſententiam. Cùm multæ terra marique feræ ſint, omnium maxima mulier fera eſt. Teritur parœmia, mare, ignis, mulier tria mala. Secundo loco diſcutiendum occurrit, cur Dominus terram, non Adamum maledicat? Ac mihi quidem videtur hiſce verbis demonſtrari, patris irati ſimul, ac peramantis ingenium. fertur interdum iracundia percitus aduersùs filium, quem aliquo ſcelere deprehenſum tenet. Expedit virgam, aut quicquid fortè in manibus habet, eiaculatur. Sed tamen totus ille iactus in terram recidit; intacto filio, & illæſo, pulſatur terra baculo, miſſili fortuito percutitur. Regebat quippe manum patrius amor; iraſcebatur parens, ſed amabat, in filium ira vibrauit ictum, ſed à filio in terram ipſam amor deflexit. Proh Deum hominis, etiam cùm iraſcitur peccanti, cùm reum punit, amantiſſimum! Sic *Matth.* 21. *& Marc.* 11. areſecit Dominus ficum illam ad demonſtrandam ſuam omnipotentiam, quo ſcilicet viſo miraculo crederent homines Chriſtum Dominum verum eſſe Deum, ac ſubinde à Iudæis indigniſſimam mortem paſſurum non coactum & inuitum, atque impotem, & infirmum; ſed volentem, vltrò currentem, præ amoris erga homines magnitudine. O bone Ieſu, cur non hanc tuam omnipotentiam in ipſis aduerſariis demonſtraſti, quorum ſterilitas in ficu illa infrugifera innuebatur? Reſpondet optime D. Athanaſ. *quæſt.* 58. Quoniam Dominus paſſurus iam erat, ne exiſtimarent eius diſcipuli ipſum non omnipotentem eſſe, ſed infirmum, ideoque pateretur; in hac inanimata re ſuam declarauit potentiam, vt oſtenderet, quòd omnes aduerſarios ſuos ariditate percutere poſſet. Sed quemadmodum dixit ipſe, quia non venit ad condemnandum mundum, quin potiùs ad ſeruandum, ſuam quidem potentiam inanimata ficu declarat; ſuum autem erga homines amorem, immenſa patientia erga homines exercet. Hæc Athanaſ. Similiter S. Hieronym. *ad* 21. *Matth.* ita loquitur. Dominus paſſurus in populis, & baiulaturus ſcandalum crucis, debuit diſcipulorum animos ſigni anticipatione firmare. Potuit ergo ſaluator eadem virtute etiam inimicos ſiccare ſuos, niſi eorum per pœnitentiam expectaſſet ſalutem.

*Pœna viri ex muliere.*

1. Reg. 18. Eurip.

*Dei amor etiã cum iraſcitur.*

Matth. 21. Marc. 11.

*Cur Dominus areſecit ficum.* S. Athanaſ.

*Dominus hoſtes patienter tulit.*

S. Hieron.

4. Mirabitur verò aliquis, quid ſit, cur Dominus iudicem agat aduersùs Adamum, feriátque illum pœnarum, vt videbimus, acerbitate: at nos eiuſdem Adami filios ampliſſimis, ac perennibus ſuæ miſericordiæ donis cumulatos ad ſui beneuolentiam, gratiámque poſt infinita ſcelera reuocet, ac recipiat? Præclara huius quæſtionis dilucidatio eſt apud D. Ambroſ. *ſerm.* 8. in *Pſalm.* 118. ſic habet: Miſerere mei ſecundùm verbum tuum, ait Propheta: miſericordia quidem iuſtitiæ portio eſt. eſt miſericordiæ donare peccatum, & iuſtitiæ eſt. iuxta illud: *Benedictum lignum per quod fit iuſtitia*, Sap. 14. ad crucem Domini retulit. Iuſtitia eſt crucis, quòd adſcendens Dominus Ieſus, illud patibulum peccatorum noſtrorum chirographum crucifixit, & totius orbis peccatum ſuo cruore mundauit. In quo ergo iuſtus Deus, niſi in eo, quia ſciuit, quòd de limo terræ hominem figurauit. Quæ terra vtique corruptelæ obnoxia eſt, ac vitio lubricæ paſſionis? Sciens ergo ſecundùm corporis fragilitatem corruptelæ patere hominem, quaſi iuſtus fragili, lubricæque naturæ, delicta conceſſerit. Ac ne fortè dicat aliquis, cur ergo Adam maledicto, ſententiæque ſubiacuit? Nunquid iniuſtus Deus? non vtique: ſed quia quaſi fragili, atque infirmo, quid caueret antè præſcripſit (infirmus enim non vſurpare debet, ſed obedire mãdatis) ideo præuaricationis reum tenuit, quem prolapſioni addixit. In illum igitur iuſta ſeueritatis proceſſit ſententia, quia ſcire voluit, quod ſcire non profuit; nobis autem qui hæreditario vinculo tenemur aſtricti, qui in hac carne ſumus, quæ priorum præiudicio detrita iam, atque aſſuefacta non poterat emergere, quaſi iuſtus indulſit. Iuſtè enim ignouit hæredi: qui præiudicio laborat autoris. Eſt ergo iuſta miſericordia. Sic Ambroſ. Scilicet Adamus carnem illam ſuam à Dei manibus efformatam ſanctamque ſuſcepit, ſed tamen ſuo vitio inquinauit, at nos eandem ab illo ſic infectam miſeri accipimus: vnde ſeuerius cum illo, mitiùs nobiſcum etiam peccantibus agitur. Deinde primus ille peccati aditum aperuit, dúxque nobis fuit, & auctor ad peccandum. Simile argumentum pertractat, & concludit Theod. *quæſt.* 37. hiſce verbis. Conſiderandum eſt quòd primis legum tranſgreſſoribus ſine venia ſupplicia infligun

S. Ambroſ. *Mitius nobiſcum, quàm cum Adam Deus agit.*

Sapient 14.

Theod.

ſigurentur, vt alij punitione conſpectu tranſgredi non audeant. Conueniebat igitur Adamum, qui primus legem acceperat, & eam quidem leuiſſimam (omnis enim generis fructuum Deus illi dederat copiam, vnius tantùm eſu interdixerat) luere pœnas delicti, ad vtilitatem generis humani, quod & factum eſt circa legem de ſabbato latam. Eum enim, qui die ſabbati ligna colligere auſus erat, & ita primus legem tranſgredi; populus vniuerſus lapidauit; id enim Deus præceperat; vt qui ſuis manibus de nocente ſupplicium ſumpſerant, deinceps legem tranſgredi reformidarent tanquam ſupplicij cauſam. Longo verò poſt tempore, cum permulti legem de Sabbato latam violauerint, id legiſlator patienter tulit. Expende obiter, quare Dominus præſcipſerit, vt omnes ſuis manibus ſacrilegum lapidarent: quò nimirum ipſi à ſimili facinore, tum metu, tum pudore commoti abſtinerent. Peccantem verò peccans quis audeat punire? Talem igitur te exhibeas, vt (autore Ferrando Diacono, *regula* 2.) qui te audit præcipientem, non te reperiat aliter operantem. D. Chryſ. *homil.* 17. maledicit terram propter hominem puta, vt ille ſic pœnas luat vitam agens in terra maledicta, & conſequenter in qua, nec ſecurus, nec felix poſſit viuere. Verba S. Chryſ. ſunt: Maledicta terra in operibus tuis. Et meritò. Nam propter hominem producta eſt, vt ille frui poſſet his, quæ ex ea naſcuntur; ideo iterum propter hominem peccantem redditur ei maledictum, quia maledictum terræ euertens hominis ſecuritati, & felicitati obeſt. Sic Chryſ. Conſidera quam exitiale ſit peccatum, vt etiam maledictionibus addicatur tellus, in qua illud patratur; quam ergò peſtem, heu me, in animam peccatoris non inferet. Vide etiam ſolidi(?)tatem hominis, terræ, terrenisque bonis, aut malis, veriùs dicam, tuenbantis(?): nam ſi terræ maledictæ, vbi nulla ſecuritas, nulla felicitas, ſed inſida, & infelicia cuncta, ſic adhæremus in ſeri, quid nobis fieret, ſi ſecuri ac felices terram benedictionibus plenam habitaremus? Quæres cur ſola tellus maledicatur, non verò aqua, quam & bibit homo? duplicem rationem ſubdit Alcuinus. Prima literalis eſt, ſecunda ad myſticum ſenſum peropportuna. Terræ (ait) maledicitur, non aquis: quia homo de fructu terræ contra vetitum manducauit, non de aquis bibit. Et in aquis erat peccatum abluendum de fructu terræ contractum. Nimirum reſpectum habuit Dominus ad ſacrum Baptiſma, in quo delicta veteris Adami ſubmerſa funditus abluuntur.

*Primus qui peccat, grauius punitur.*

Ferrand. Diaconus.

S.Chryſ.

*Peccati pernicies.*

Alcuin.

*Aquis propter baptiſmum parcitur.*

5. Maledicta terra in opere tuo. Planus ſenſus; maledicta terra in opere tuo, hoc eſt, (vt explicat Rupertus) laborioſa ſis tibi operatori, vel cultori tuo. Hugo de S. Victore, quia non feret ſponte per ſe fructum, vt viuas, vel quia non reſpondebit tibi aliquando ſecundum opus tuũ. Redditur autem verior hic ſenſus ex eo, quòd in ſacris literis, vti Deum benedicere, eſt benefacere, contra verò maledicere eſt punire: ita benedictio Dei ſignificat copiam & abundantiam bonorum, è contrario maledictio inopiam, & ſterilitatem bonorum; ac malorum, & miſeriarum redundantiam. Homo itaque propter peccatum, qui ante ſuaui quodam non labore, ſed ſtudio ruris colendi, feracem atque abundantem ſibi reddere poſſet tellurem, expertus agriculturæ ſtudens ipſam maledictam, & anathemate percuſſam, hoc eſt, rerum vtilium ſterilem, noxiarum, & inutilium fœcundam, & quæ ad victum neceſſaria ſunt homini, nõ ſine grandi labore, multiſque eiuſdem ſudoribus, proferentem. Rogabis an per iſtam Dei maledictionem dempta fuerit, aut ſaltem diminuta telluris fœcunditas, inductaque ſterilitas? Perplacet, quod nonnulli volunt; eodem planè ſtatu terram ſemper extitiſſe. Cæterùm homo perdurante innocentiæ felicitate in paradiſo habitaſſet, cuius erat ſolum fœcundiſſimum, atque amœniſſimum, minor homini tunc foret indigentia; & conſequenter minorem operam fori colendo impendiſſet, cæleſtes influentiæ opportunius, clementiùs, certiùſque ſatæ, cultæque tellurui adfuiſſent. At poſt peccatum eiectus homo eſt ex illo feliciſſimo paradiſi ſolo; deinde ſparſi per orbem mortales, in varias, ac multo diſſimiles terrarum portiones dilapſi; aliud macrum, & tenuium; aliud arenoſum, aliud glabrum, aliud peſtiles, aliud noxijs fœcundum, infœcundum vtilibus plantis, inſenſerunt ſolum, coactique ſunt immenſis laboribus, ac ſudoribus alimenta ſibi ex tellure comparare; maximè verò, cùm cæleſtes impreſſiones, vel nunc ſi, ſæpenumero, aut non opitulentur agriculationibus, aut culta ipſa prorſus euertant. Illud hic obſeruârim; verbis illis, *in opere tuo*, nihil contineri de difficultate agriculturæ, aut de hominis in terra ſubigenda labore; quicquid enim in eam ſententiam dicetur, in ſequentibus includitur; tantùm hæc verba, *in opere tuo*, rationem & cauſam continent, ob quam maledicitur terra: maledictaque imminentem moleſtiarum iliadem homini erit allatura; quod ſic fiet luce clarius.

*Quis labor hominis cum terra.*

6. *In opere tuo*; idem eſt, atque in peccato, aut propter peccatum tuum. Sic enim D. Hieronym. *de quæſt. Hebr.* Opera hîc, non ruris colendi, vt plerique putant, ſed peccata ſignificant, vt in Hebræ. habetur. Et Aquila non diſcordat, dicens; maledicta humus propter te; & Theodoſ. maledicta Adama in tranſgreſſione tua. Sic Hieronym. Idem Chald. L X X. vertunt, in operibus tuis. Et quidem text. Hebraic. vt modò legimus, habet בעבורך *bagh*a*burecha*, ideſt, propter te. בעביר *baghabubur*, ſignificat pro, propter; vltimum eſt affixum ſecundæ perſonæ. Eſt autem alia dictio valde affinis, בעבוד *baghabod*, in operari, in colendo, in opere. עבד *ghabad* enim eſt infinit. ſignificans operari. (ב) *beth* eſt propoſitio, in; quare cùm duæ iſtæ literæ valde ſint ſimiles apud Hebr. (ר) *reſch*, & (ד) *daleth*. facilis erat tranſitus ab vna ad alteram dictionem. בעבודך *baghabudecha*, videtur legiſſe interpres; cum L X X. בעבורך *baghaburecha* nunc legimus. Nihilominus vtrumuis legatur, idem omnino ſenſus exiſtet: cùm certum ſit terram maledici à Deo propter hominem in operibus, aut in opere hominis; ſcilicet propter peccata hominis, maledictio autem terræ explicatur in conſequentibus, vbi de ſterilitate, & malitia terræ ſermo eſt, & vt rectè aduertit Caiet. maledicta terra propter te: pœnam in genere ſignificat, non enim maledicta terra abſolutè, ſed propter te, hoc eſt, relatiuè ad te, relatiuè ad tuum bonum, pro quanto eſt propter te. Quid autem contineat hæc maledictio, explicatur poſtea per partes. Sic ille. D. Ambroſ. legit, *in operibus tuis*. & terræ nomine carnem intelligit, aut animam carnis opera, hoc eſt, peccata proferentem. Sic *lib. de paradiſ. cap. vlt.* Conſidera, quia non eſt maledictus homo, ſed maledictus eſt ſerpens:

S.Hieron.

*Propter peccatum hominis terra maledicitur.*

Caiet.

*Peccata carnis opera.*

nec

nec terra in ſe maledicta eſt, ſed maledicta (in- A quit) in operibus tuis. Ad animam dictum eſt, tunc terra maledicta eſt, ſi habeas opera terrena, ideſt, opera ſecularia. Hæc Ambroſ. Porrò idem

S. Ambroſ.

putat maledictionem iſtam humanæ carni inhærentem per diuini Verbi incarnationem fuiſſe abolitam, aliáque opera benedictionum cæleſtium eidem fuiſſe à Chriſto Domino inſerta. Sic ait *lib. de fuga ſeculi, cap. 7.* maledicitur terra, ſed in operibus peccatoris, & maledicitur donec reſoluatur in terram. Ideo ergo Deus ſuſcepit carnem, vt maledictum carnis peccatricis aboleret, & factus eſt pro nobis maledictum, vt benedictio abſorberet maledictionem, integritas peccatum, indulgentia ſententiam, vita mortem.

*Chriſtus maledictionem noſtram abſtulit.*

ſuſcepit enim & mortem, vt impleretur ſententia, ſatisfieret iudicato per maledictum carnis peccatricis, vſque ad mortem. Nihil ergo factum eſt contra ſententiam Dei, cùm ſit diuinæ conditio impleta ſententiæ. Maledictum enim vſque ad mortem, poſt mortem gratia. Mortui ergo ſeculo ſumus, quid adhuc ſeculo deſeruimus? Mortui ſumus cum Chriſto, quid adhuc vitæ huius actus requirimus? non iam vitam illam noſtram, ſed Chriſti vitam viuimus, vitam innocentiæ, vitam caſtimoniæ, vitam ſimplicitatis, omniúmque virtutum. In Chriſto viuimus, in Chriſto aſcendamus vt ſerpens calcaneum noſtrum quod vulneret, in terris reperire non poſſit. Sic Ambroſ. Nec immeritò tam mirabilis facta eſt rerum omnium commutatio. Terra enim noua eſt, & cælum nouum. cælum videlicet, Deus homo; terra verò benedicta illa mulier, quæ germinauit Saluatorem, *Iſai. 45.* Iam conticuerunt maledictiones. *Etenim miſericordia Domini plena eſt terra*, Pſalm. 32. terra ſcilicet ipſa benedicta, cuius ventris benedictus fructus, Dominus Ieſus. Quis enim dignè poterit comprehendere plenitudinem diuinæ gratiæ, quæ in virginem Deiparam ſeſe effudit, vt illius ſaltem guttulæ mortalium corda, & animas repleant? maledicta propter hominem terra eſt, benedicta propter Deum Filium ſuum mater eius virgo eſt; & benedictus erit ante Deum cui mater Virgo benedixerit. Benedic ô Domina ſeruos tuos benedictione pulchræ dilectionis, vitæ, & honeſtatis. Terra, in qua peccatum commiſſum eſt, maledicta in peccatores exuberat. At virgo mater & Deum peperit, & innumeras fidelium animas fouet atque excitat aduersùs omnem peccatorem cohortem; tum etiam aduersùs ſerpentinam voluptatem, vt noſter loquitur Cantilus; ſacrarum dux Amozonum.

Iſai 45.

Pſal. 32.

*B. Maria benedicta, & propter illam benedicimur.*

## SECTIO XXXVIII.

*In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas, & tribulos germinabit tibi; & comedes herbam terræ. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo; donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es; quia puluis es, & in puluerem reuerteris.*

1. HEbr. בעצבון *beghitsabon*. vt ſuperiori verſu; multiplicabo ærumnas, idem nomen עצבון *ghitsabon*. (ב) *be* in, cum laboribus, cum ærumnis, cum doloribus comedes. Agriculturæ dediſſet operam Adamus in ſtatu innocentiæ, fructus è terra percepiſſet, ſed non cum doloribus, atque laboribus, qui poſt peccatum additi ſunt in pœnam. Senſus igitur eſt; cum multo labore, & moleſtia comedes prouentum terræ, quandiu viues. Hæc eſt maledictio terræ propter hominem, ſic reddita eſt permoleſta, laborioſa, & veluti maledicta homini, cùm ſuum in emolumentum colenti. S. Chryſ. legit, in triſtitiis, quod eodem recidit. Vide (ait) quot nunc ſeculis pœnam luimus, vt non ſolùm illis vtile ſit, ſed vt & poſteri iiſdem rebus doceantur; vnde illis hæc ſupplicia ſunt iniuncta. Sic planè habet mortalium conditio; nihil iam nunc ferè magis homini naturale, & quaſi congenitum, quàm dolor, ac triſtitia; cum doloribus matrum eiulantium ipſi earum carnifices, illacrymando tamen, & quiritando naſcimur, primorum parentum peccatum luentes, & terræ maledictionem ſubeuntes. Nec Dominus ipſe Ieſus liber eſſe voluit ab hac moleſtiarum grauiſſima, triſtis fuit eius anima vſque ad mortem, cœpit tædere, & mœſtus eſſe. Et quidem doluit, vt nos ad ſui amorem vehementiùs accenderet. Et nos (ait D. Ambroſ. *in 21. Luc.*) æſtimauimus te eſſe in doloribus, Domine Ieſu, cùm tu non pro te, ſed pro nobis doleres. Triſtis videbatur Dominus, & triſtis erat, quia nos paruulos relinquebat. Triſtis (inquit) eſt anima mea. Suſcepit enim animam meam, ſuſcepit corpus meum; non me fefellit, vt aliud eſſet, & aliud videretur. Anima enim obnoxia paſſionibus, diuinitas libera. Sic Ambroſ. Vide ex his, quàm ſit homini naturale doloribus affici; cùm dolores ſuos demonſtrarit Dominus, tanquam euidentiſſimum teſtimonium naturæ humanæ, quam aſſumpſerat. Teſtatur ſe hominem eſſe ex eo nimirum, quòd dolet, mœret, angitur, vt ita commendet caritatem ſuam, ne quis exiſtimaret Dominum, tot ac tam mira paſſum fuiſſe, ſed in corpore aliquo phantaſtico, & non carneo; aut ſaltem ex imperio diuinitatis impediſſe, ne in carnem dolores, atque in animam mœrores penetrarent. Vnde Procopius meritò intulit: In dolore paries. In doloribus comedes. Cum doloribus illa pariet, cum doloribus tu comedes. Hinc non licet inuenire quemquam, etſi opulentiſſimus ſit, quem non diuexent triſtitiæ, & dolores. Triſtitia homini peculiaris eſt, raro attingit bruta animalia. Viues igitur in doloribus, & malorum liberatio ſola tibi continget mors. Sic ille. Adiungit D. Baſil. *homil. 4.* plerumque dolores ex rebus ipſis lætioribus percipi, aut ipſis doloribus interturbari lætitias, & vitæ gaudia; quemadmodum (inquit) vermes ligna exedentes plurimum innaſci ſolent tenerioribus ipſis lignis. Ita decem filij Iob momento temporis, vna, & eadem plaga obtriti conciderunt in delectabili, & peramœna domo; quo potiſſimùm tempore ſe mutuò oblectabant, hoc in iſtos geniale illud domicilium deiecit diabolus. Ac diuinitus ita diſpoſitum eſt in hominis vtilitatem, maximè ad comprimendam licentiam effuſæ lætitiæ, quæ ſolet eſſe multarum flagitiorum ſeminarium; frænum eſt ipſa triſtitia, dolórque: ſeu (quod egregiè ait D. Chryſ.) vt vermis enatus ligno illud exedit, ſic de peccato mœſtitia peccatum abſumit.

S. Chryſ.

*Dolores nobis congeniti.*

S. Ambroſ.

*Triſtitiam Dominus ſuſcepit pro nobis.*

*Dolet Chriſtus, vt ſe hominem demonſtret.*

Procop.

S. Baſil.

*Doloribus vita aſpergitur.*

S. Chryſ.

*Doloribus vitia abſumuntur.*

2. *Spinas, & tribulos germinabit tibi.* Maledicta terra culturam homini laſſam reddet; laborem, ac diligentiam fruſtrabitur, ex horto fiet ſylua, & ex agro eremus, & ne Deum homo, aut terram incuſet. degenerabit tellus ab

origi

originali fœcunditate propter hominem, qui ab A originali iuſtitia deſciuit. Non in vota homini ſuccedet terra, quia homo Dei legẽ violauit. D. Chryſoſt. *homil.* 17. Ecce (inquit) maledicti monumenta: ſpinas & tribulos germinabit tibi, itaque multis laboribus & ærumnis operandum tibi, & omni tempore cum triſtitia viuere te faciam, vt hoc tibi frænum ſit, nequid ſupra dignitatem de te ſentias: ſed continuò cogites tuam ipſius ſubſtantiam; neque feras, vt poſthac decipiaris. Similiter Procopius interpretatur: Quaſi dicat (inquiens) contempſiſti magna; penieris per parua. Diſciplina temperata nõ necat; ſed moleſtias tamen quaſdam importat. Sic ille. Rabbanus arbitratur ante peccatum, nec arbores infructiferas, nec herbas inutiles ac noxias, nec ſpinas, tribulóſque enaſcituros fuiſſe; ſed in ſupplicium peccati, & in perpetuam admonitionem homini futuram, è terra prorupiſſe. Quapropter ſpinæ (vt ait) & tribuli monent hominem vt auertatur à peccatis; herbæ venenoſæ ad pœnam, & exercitationem mortalium creatæ ſunt, quia mortales propter peccatum facti ſumus. Per infructuoſas arbores inſultatur hominibus vt intelligant, quàm ſit erubeſcendum ſine fructu bonorum operum eſſe in agro Dei, hoc eſt, in Eccleſia; & vt timeant, ne deſerat illos Deus, quia & ipſi in agris ſuis infructuoſas arbores deſerunt, nec aliquam culturam eis adhibent. Sic ille. S. Baſil. *homil.* 5. *in Hexam.* ſimiliter philoſophatur. Roſa (inquiens) C tunc ſpinis carebat; poſtea verò pulchritudini floris adiunctæ ſunt ſpinæ, vt nos voluptatis inde capiendæ oblectamento, propinquo afficiamur dolore, recordatione delicti: cauſa cuius factum eſt, vt ſpinas, vt tribulos tellus huic addicta condemnationi nobis proferret. Sic Baſil. Quem ſequutus Procopius ita loquitur *ad cap.* 1. A primordio creationis roſa nullis ſpinis erat aſpera. poſtea demum eius pulchritudini acceſſere aſperi illi aculei: vt dum eius ſuaui odore fruimur & delectamur: appoſitam quoque ſentiamus triſtitiam, recordantes peccati, ob quod terra condemnatione proſtrata eſt, vt nobis ſpinas, ſentes, tribulóſque pariat. Sic ille. Et roſis etiam, atque herbis no- D ſtrum peccatum nocuit: quantum nocebit animis? Tertul. *lib.* 1. *contra Marcion. cap.* 24. Tribulos, & ſpinas dolor carnis tuæ tibi edit. Loquitur contra hæreticum hominem, & videtur dolores, moleſtias, ægritudines omnes, atque miſerias, quas in vita patimur, appellare ſpinas, quæ de corpore humano, vti de ſyluis ac dumetis proferuntur. D. Hieron. (quod alibi iam attulimus) ſpinas libidinum vocat, quas irrigata cibo, & vino caro germinat. Vocari etiam peccata ipſa ſpinas, & tribulos carnis, aut totius naturæ noſtræ poſt peccatum corruptæ cõſtat. Eucher. Ratio (inquit) noſtra arguitur, quæ per peccati concupiſcentiam ſeducta habet maledictiones terrenæ operationis, habet & dolores tẽ- E poraliũ curarũ, quaſi ſpinas & tribulos. Didym. Quid ex corpore noſtro ſequitur, niſi quod ſpinoſas curas, atque dolores mutat? Ex ipſo enim tum voluptates, tum curæ oriuntur, quas ſpinas Dominus appellat, quæ ſemen Verbi ſuffocare ſolent. Eucherius: Per ſpinas, & tribulos incentiua vitiorum accipere debemus, quæ in nobis ſunt D. Bernard. *ſermon.* 48. *in Cantic.* Donec in carne eſt anima inter ſpinas, profectò verſatur, & neceſſe eſt, vt patiatur inquietu-

S. Chryſ. *Monetur homo ex terra maledicta.*

Procop.

Rabban.

S. Baſil.

Procop.

Tertul. *Quæ ſint ſpinæ maledictionis.*

S. Hieron.

Eucher.

Didym.

Eucher.

S. Bern.

*Ben. Fernand. in Geneſim.* 1.

dines tentationum, tribulationúmque aculeos. Hinc edocemur quanto ſit incumbendum ſtudio in eam, quam D. Paul. & viri ſpirituales vocant, mortificationem. Vt enim perpetuò ſubnaſcentibus, ac millies repullulantibus malorum appetitionum, & agreſtium carnis affectionum ſentibus horret, & ſylueſcit hominis natura; ſic perpetua debet eſſe & infatigabilis mortificatio in euellendis, reſecandis, extinguendíſque illis vitiorum ſpinis. Neque verò quis animo ſuccumbat, ac deſperet in tam arduà continentique per totam vitam exercitatione. Quæcunque enim hac in concertatione victoria, magni eſt momenti: quicquid lucri acquiritur, magno æſtimari debet: atque ex quolibet feliciori ſucceſſu in euincendis vitioſæ naturæ appetitionibus, ac virtutibus acquirendis, vires ſubinde animíque augentur ad ampliora indies lucra nobilioréſque victoriarum palmas comparandum. Mira profectò illa ſententia D. Chryſ. *homil. de vit. & virt. hom.* 5. ad hoc idem aſtruendum: Sicut in pecuniis duorum aureorum lucrum feciſſe, maiorem interea ad denos, vel etiam vicenos duobus illis congerendos animum facit; ita in virtute bonum aliquod facinus egiſſe, adhortationem ſimul, & admonitionem quandam ingenerat, vt alia deinde plura ſimiliter aggredi animus velit. Doctè ac piè S. Cyril. Hieroſ. *catech.* 13. hanc maledictionem in Chriſti Domini paſſione fuiſſe ſublatam ita ediſſerit. Accepit ſententiam Adam: Maledicta terra in operibus tuis: ſpinas & tribulos afferet tibi. Propterea Dominus Ieſus accepit ſpinas, vt ſoluat hanc maledictionem. Et ideo ſepultus eſt in terra, vt maledicta terra pro maledictione recipiat benedictionem. Sic ille. Ergo benedixit Dominus terram, ac ſuo ſanguine irrigauit: vnde in ampliſſimam iuſtorum ſegetem exuberauit.

3. *Et comedes herbas terræ.* ] Digna prorſus pœna: vt qui delicatiſſimis, ac ſuauiſſimis, in paradiſo fructibus, plantuliſque veſci poterat, & contra Dei legem vetitum pomum comedit, de paradiſo depulſus, viliſſimis & abiectiſſimis cibis vnà cum beſtiis veſcatur, ſciátque per peccatum ſe factum eſſe ſicut equum & mulũ, quibus non eſt intellectus. Iure optimo exclamat Zeno Veronenſis: Nunquid deliciari nos patitur iſta ſententia? Caiet. arbitratur hac pœna indici, non vt comedat herbas, ſed herbas tantùm agreſtes: ad differentiam paradiſi, in quo poterat homo comedere herbas horti. Vnde iuxta Hebr. עשב השדה *gheseb haſade.* dicitur, manducabis herbam agri. Exiſtimo etiam commendari hominibus à Deo parſimoniam: delicioſaſque cupedias damnari. Meminerint ſe in tot ac tam multiplices vitæ miſerias, mortem denique ipſam incurriſſe manducando: ſibi ergo temperent à ciborum deliciis: pro pœna inflicta diuinitus propter peccatum habeant, quòd ad tuendam vitam manducare cogantur. Rectè Zeno Veronenſis: Manducando (ait) in hoc quod ſumus, ventum eſt. Quid igitur mala noſtra velut gloriam ducimus? quid pœnam delicias facimus? quid condemnationem ducimus voluptatem? Eccleſ. 2. Videtur Salomon hanc vitæ humanæ calamitatem lamentari: cùm ait: *Odiui vitam, quia malum ſuper me opus, quod factum eſt ſub ſole.* Sic enim interpretatur hũc locũ D. Hier. Rectè odio habet omne, quod ſub ſole factum eſt. Ad comparationem quippe paradiſi, & illius

*Mortificatio neceſſaria eſt.*

S. Chryſoſt. *Augmentum in virtutibus.*

S. Cyril. Hieroſ.

Zeno.

Zeno. *Deliciæ perſtringuntur.*

Eccleſia.

S. Hieron.

A beatitudinem in qua ſpiritualibus pomis, & virtutum delicijs fruebamur, nunc quaſi in ergaſtulo & carcere ſumus, & valle lacrymarum: in ſudore vultus noſtri comedentes panem. Et

Procop. Procop. Edes herbam agri: nam cum peccatum commiſeris contrectando vetitam arborem, meritò priuaris alimentis, quæ ſpontanea proferebant arbores.

4. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.*] Hebr. non eſt, *tuo*, תאכל לחם *tochal lechem*, comedes panem. En quæ tanta commutatio! Rectè

S.Chryſ. D.Chryſ. ex perſona Dei ad Adamum ſic eſfatur. Ego volebam te omni felicitate frui; quia verò non profuit tibi tanta ſecuritas; ea propter afficiam te triſtitijs, & continuis fatigationibus. Sudoribus item totum humiliabo, vt his

B exercitatus perpetuam doctrinam habeas modeſtè agendi, tuámque ipſius naturam agnoſcendi. Ita Chryſoſt. Vtinam ſic afflicti ſudoribus, ſic humiliati ſuperbiam à patre Adamo nobis relictam renunciemus! Ipſa eſt enim (in-

S.Bern. *Sudoribus humiliatur homo.* quit D. Bernard.) prima in peccato, poſtrema in conflictu. Senſus igitur eſt; nihil ad victum comparabis (nam apud Hebræos nomine panis omne genus eduliorum intelligitur) ſine magno labore, tædio, ac fatigatione, quæ per ſudorem inde ſtillantem faciei demonſtrabitur. Aduerte, licèt ſententia Domini pœnam contineat, à qua nullus mortalium excipitur, quoad

C viuet: haberi tamen velut præſentiſſimam medicinam ad excitandam ignauiam, & torporem hominis, otiúmque tollendum quoad ſcelerum omnium fomenta enutrienda, nihil eſt accommodatius. Labor igitur, & opus præcipitur, otium vitiorum ſentina prohibetur. Oc-

*Labor vtilis homini.* currit verò Dominus voluptati, quæ prima fuit radix peccati, & otio, ac torpore nutriri ſolet;

Procop. labor enim, vt ait Procop. ſemper virtutis auteambulo eſt, voluptatem comitatur ignauia. Nota etiam hunc laborem, & ſudorem aut pronunciari à Iudice, aut à ſummo animarum medico præcipi, totam in vitam: neque enim vnquam, aut otiandum, aut quieſcendum. Vox illa Da-

Pſ. 102. uidis: *Renouabitur, vt aquilæ, iuuentus tua*, Pſal. D 102. hoc vnum proclamat in ſtudio virtutum, in quo vehementiùs, ac diutiùs, imò ſemper

S.Ambroſ. elaborandum eſt. Pulchrè D. Ambroſ. *ſerm.* 54. hunc verſum expendens ſubijcit: Senectutem aquilæ non ſentiunt membra, ſed plumæ. In Collationibus Patrum, *collat.* 23. *cap.* 11. per ſu-

*Spinæ mala cogitationes.* dores iſtos, & labores accipi legimus, quos in extinguendis & comburendis prauarum cogitationum ſpinis & tribulis neceſſariò in hac vita perferimus; quarum (vt dicitur) aculeis, id eſt, vitijs carnis ſpiritus ſemina præfocantur, ne illum panem noſtrum, qui de cælo deſcendit, quique confortat cor hominis, edere abſque vul-

E tus noſtri ſudore poſſimus. Ergo Patres iſti per maledictam terram intelligunt carnem; per ſpinas, & tribulos, tentationes, ac paſſiones carnis; per ſudorem. ſtudium, in domandis affectionibus rerum caducarum, voluptatibus præcipue: per panem animæ cibum, Dei gratiam, virtutes, rerum diuinarum contemplationem, gaudia denique ſpiritus. Eucher. Illum (ait) in-

Eucher. telligit panem, qui de cælo deſcendiſſe teſtatus

*Euchariſtia & confeſſio.* eſt, qui dat vitam mundo. Hunc ergo panem cum maximo ſudore, & pœnitentiæ ſatisfactione accipiunt pœnitentes. Itaque Eucher. per panem intelligit Euchariſtiam, per ſudorem & laborem ſacramentum confeſſionis. O quàm la-

A boriosum illud eſt, quantis ſudoribus peragitur. Sed inde infinita & incomparabilia bona conſequimur: & quid maius atque excellentius cogitari, & deſiderari poſſet, quam vt poſt ritè peractam confeſſionem ad menſam cum Deo homo, Dei carne ac ſanguine paſtus, accumbat?

5. Expende adhuc obſecro, ſi homo ex ſententia Dei ad laborem, dolorem: colluctandum enim telluris cultura, ad eruendas herbarum, ad ſudores toto vitæ decurſu exantlandos addicitur vt ſuperbiam deprimat, tumores frangat, voluptatem flagitiorum officinam proterat, extinguátque, quid de mundi principibus, ac diuitibus, qui enecuati otio languent, & delitioſiſſi-

B me viuunt, ſperandum erit? Precatus eſt abeuntem e terris Eliam diſcipulus, & comes eius Eli-

*Periculoſa principum vita, & conſuetudo.* ſæus; *Obſecro (ait) vt fiat in me ſpiritus tuus duplex.* 4 Reg. 2. Doctè admodum D. Auguſtin. *lib. de mi-*

4. Reg. 2. S. Auguſt. *rab. ſcrip.* 2. *cap.* 25. rationem reddit quare diſcipulus duplo maiorem, quàm fuerit Magiſtri, ſpiritum popoſcerit. Quia (inquit) Eliſæus cum magno honore, & ſeculi dignitate viuentium, & prophetiæ donum habuit, quod Elias profugus, & perſecutus in montibus, & ſpeluncis degens, & electus ab hominibus retinebat. Sic Auguſt. Duplicato eget ſpiritu, qui cū principibus agit; qui ab hominibus honoratur, ne inſoleſcat: qui poſſunt igitur in ſummis honoribus politi ſu-

C perbiam deuitare? Diſcant tamen ab illa mundi

*In B. Maria ſummus honor, & ſumma humilitas* regina Dei matre, quę ſe ancillam ſemper nominauit. In ſummo honore, ſumma humilitas virginis demonſtratur. D. Ambroſ. *præfat. in Lucam*,

S.Ambr. monet putat hominem vt libēter laborem ſubeat, pro æterna vita, qui laboribus immenſis, ac perpetuis, victum pro alenda vita tam breui libentiſſimè ſuſcipit. Non otioſe (ait) dictum eſt homini, quod nulli aliorum animantium: In ſu-

*Laborandum pro æterna vita.* dore vultus tui veſceris pane tuo. His enim animalibus, quę natura irrationabilia ſunt, iuſſu Dei terra pabulum miniſtrare præcepta eſt. Soli autem homini, vt rationabile, quod accepit, exerceat: vitæ curſus in labore præſcribitur. Qui

D enim non eſt contentus animalium pabulo cæterorum, cui non ſatis eſt lignum fructiferum commune omnibus ad eſcam datum, ſed delitias ſibi variarum exquirit epularū, delicias ſibi tranſmarinas accerſit è terris, delicias venit è fluctibus: recuſare non debet, qui labore victum requirit breuem, ſi laborē pro vita ſubeat æterna. Sic Ambroſ. Subtilis in myſtico ſenſu eſt

Procop. commentatio Procopij ad hunc modum. Si quis aſſiduo opere & cura non patitur refloreſcere ſpinas: capiet tandem herbam, qua aliquo modo paſcetur. Primò enim naſcitur herba, hinc deinde ſuccedit ſpica. Boni verò quaſi introductio eſt comediſſe herbam, id eſt, prima virtutis degu-

E ſtaſſe rudimenta. deinde venit ſpica, id eſt, perfectio. proinde laborioſa virtus eſt, cùm cor hominis prorſus propenſum ſit ad malum.

6. *Donec reuertaris in terram, de qua aſſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.*] Hebr. עפר *ghaphar*, poteſt reddi humus, terra, lutum, puluis. Eſt autem hæc pœna communis vtrique ſexui, neceſſitas moriendi & illa quidem promerita propter peccatum primorum parentum; quod tanto cenſeri grauius de-

S. Auguſt. *Inobedientia Adami perſtringitur.* bet, quanto facilius erat obſeruatu præcepium, & ſeuerior pœna violatoribus indicta. Quod D. Auguſt. ſapientiſſimè demonſtrat *lib.* 14. *de Ciuit. cap.* 15. vbi ſic inter alia: Sicut obe-

dientia

dientia ſecundi hominis eo prædicabilior, quo A factus eſt obediens vſque ad mortem; ita inobedientia primi hominis eo deteſtabilior, qua factus eſt inobediens vſque ad mortem; vbi etiam magne eſt inobedientiæ pœna propoſita, & rea à creatore facilis imperata, quiſnam ſatis explicet, quantum malum ſit non obedire in re facili, & tantæ poteſtatis imperio, & tanto terrentia ſupplicio? At eſt nihilominus homini pœna omnium grauiſſima; mori vt cogatur tandem. Quod ſatis oſtenditur in illa Domini ad paſſionem, mortémque properantis triſtitia, cùm dixit: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* Nam & verum eſt, quòd mortem timuit Dominus vti verus homo, &, vt præclarè adnotauit D. Ambr. *in* 22. *Luc.* Fortaſſe ideo Dominus triſtis eſt, quia poſt Adæ lapſum ſub tranſitu nobis erat B ex hoc ſeculo recedendum, vt mori eſſet neceſſe. Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum, & ideo faſtidit, quod ipſe non fecit. Bene id quidem Ambroſ. Sed cùm Dominus iratus miſericordiæ ſoleat recordari, & iucunda triſtibus admiſcere; grande quoddem miſericordiæ teſtimonium deprehendit D. Bernard. in illo modo loquendi, *in terram*; ſi enim appoſuiſſet, ſub terram ibis, ſummum foret, & ſine vlla miſericordiæ vmbra ſupplicium. Sic igitur Bernard. *ſermon. de S. Mart.* Cogitur tutus Adam iudicium portare, quod meruit; velit, nolit, quantumcunque recalcitret, fert ſententiam, quam excepit: Terra es, & in terram ibis. Grauis quidem ſententia, ſed non ſine grandis miſericordiæ temperamento. Dura admodum, ſed ſi merita penſes, indulgentiæ plena. Siquidem non minùs iuſtè peccanti diceretur: Terra es, ſed ex hoc ſub terram ibis. Pepercisti ergo Domine creaturæ tuæ, non damnans hominem in loco perditionis, ſed in loco afflictionis humilians. Saltem (ait Rupertus) hæc plaga ſuperbiam cineris domare, & redigendas in lutum ceruices quandoque flectere habebat. Nota illud *donec*, eſſe miſericordiæ; quippe terminus malorum præfigitur: at verò *reuerteris in terram*, pœnæ; & quidem grauiſſimæ, ſed debitæ: quaſi dicat: Terra quidem es, & aliud nihil ex te: ſed tamen, iſtam ego terram ſpiritu, & vita donaueram. Ergo quia tanto beneficio ingratus te D vita ipſe, & ſpiritu indignum reddidiſti: rurſus eandem in terram inanem, rudem, informem, ſine vita reuerteris. Homini igitur accidit, quemadmodum ſi quis obſcuro natus genere, ob vitam regis gratiam, & beneficentiam, ad ſummum aliquem honoris gradum euectus ita ſubinde malè ageret, vt ingratus regi graue aliquod ſcelus admitteret: Rex autem vt pœnas debitas ſumeret de ruſtico illo, priuaret hominem vtique honoribus, e gradu ſuo deturbaret, atque adeò redigeret in puluerem & lutum illud, ex quo ad regis palatium fuerat ſublatus.

Luc. 22.
S. Ambroſ.
*Dolet Chriſtus mortem hominis.*
S. Ambroſ.
S. Bern.
*Mortis pœna cum miſericordia.*
Rupert.
*Adam ſpoliatus honoribus.*

7. Diſertiſſimè Rupertus ad hunc locum docet vtilem fuiſſe homini, iſtam etſi grauiſſimam, mortis ſententiam. Illud (inquit) innuit Dominus, quòd & vniuerſum genus humanum & ipſa tandem mortem perculſerit, vt non, ſicut E immortalis diabolus, adderent præuaricationem, ſed potius ab antiquæ præuaricationis ſuperbia per humilitatem pœnitentiæ refugerent. Quid ſi nunquam carne mortui eſſemus? quomodo futurum in fine ſeculi iudicium ſurdis auribus præteriremus, qui cras morituri, hodie ſuperbimus? Bene ergo Dominus, ne homo A ſecurus vſque ad vltimum iudicij diluuiũ in ſuis voluptatibus dormiret morte carnis illum percellit, vt ſaltem eius inſtantis metu aliquis euigilet. Ad hæc conſequenter illud adiungendũ Pauli: *Et mori lucrum.* ſcilicet, quia in morte homo (vt Chryſ. ait) & laboris & peccati præciſionem elucratur: quia mors (vt Nazianz.) & onaris excuſſio eſt, & cumulus deſideriorum. Rectè obſeruat Rupertus in illis verbis, donec reuertaris indefinitam ſententiam: & non dixit (ait) vſque ad tot annos, vel tot dies. Mortis enim diem vel horam homini incognitã eſſe voluit, vt dum neſcitur quando ſit, quæ ſine dubio futura eſt, ſemper ſolicitum reddat, ſempérque ſuſpectum ſuperbire non ſinat. Ita ergo hominem viuere voluit, quaſi altera die iudicandum, & rationem de pro- B priis factis redditurum. Hæc Abbas. Sic habet multiplex iſta maledictio terræ propter peccatum, & in pœnam Adami. At non ſic ſecundus Adamus, qui reformauit corpus humilitatis noſtræ: de terra ortus eſt, ſed innumeris, atque ditiſſimis, & dulciſſimis benedictionibus plena: de qua Pſ. 84. *Benedixiſti Domine terram tuam.* Illa vtique virgo eſt, ad quam dicitur: *Benedicta tu in mulieribus*, Luc. 1. *& benedictus fructus ventris tui*, &c. Illius quidem (ait S. Bern.) Filij mater eſt, cuius Deus eſt Pater. Chriſtus maledictum pertulit crucis, ſed ſuam matrem benedixit in cælis: ab Angelo benedicta, à cunctis generationibus terræ meritò beata prædicatur. Sic Bern. *homil.* 3. *ſuper Miſſus.* Denique in virgine C Maria qui benedicitur, à Deo benedictus erit, benedictionibus ſempiternæ gloriæ repletus.

Rupert.
*Morte peccare deſiſtimus.*
S. Chryſ.
Gregor. Naz.
Rupert.
*Mortis hora incerta.*
Pſ. 84.
*B. Maria benedicta, & propter illam benedictis.*
Luc 1.
S. Bern.



---

## SECTIO XXXIX.

*Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Eua, eo quòd mater eſſet cunctorum viuentium.*

1. PLerumque vnius linguæ vocabula, cùm in aliam tranſmutantur, aut vim prorſus amittunt, aut valdè corrumpuntur: quod paſſim contingit linguæ Hebrææ, cuius voces in Græcum, & maximè in Latinum idioma conuerſæ D magnopere commutantur. id in præſenti liquet. Nam nomen, quod vxori ſuæ indidit Adamus, non Eua per *h*, ſed חוה *chauuah* per *ch.* dicitur. חוה *chauuah* ſignificat núciare היה *haiah*, viuere. Ponitur tamen *chauuah*, pro *haiah*, ex more Hebræorum. Apud quos (ו) *vau.* & (י) *iod*, ſunt inter ſe litteræ permutabiles, vt docetur in Grammatica. Ex hac vocis ſimilitudine natum eſt, vt complures putauerint, Gabrielem Angelum in ſalutatione dixiſſe: *Aue*, quaſi nomen inuerteret primæ mulieris, quæ illis dicitur *Eua*, vt ſignificaret virginem bonorum omnium, quæ in hominum genus ipſa inuexit, redundantia omnino E diſſimilem, & contrariam primæ mulieri, malorum omnium fonti ac radici extitiſſe. Et quidem ita Eua, & ita virgo Dei mater ſe habet, vt bene colligunt. Cæterùm in verbo ſalutationis, *Aue*, non ea antitheſis ponitur. L X X. habent *ἐκάλεσεν Ἀδὰμ τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ζωή*, vocauit Adam nomen vxoris ſuæ vitam: voluerunt quippe nomen Hebræum explicare. Quamquam non deſunt viri docti, qui ſuſpicentur illos primæua verſione poſuiſſe *Euam*, ζωὴ autem ex gloſſula aliquis in textum, vt fieri ſolet, irrepſiſſe. D. Hier. *de quæſtionibus Hebrais.* ſic ait. Alia litera habet: Et vocauit Adã nomẽ vxoris ſuæ vitã, quia

*Imperitia linguæ Hebrææ.*
S. Hieron.

*Vnde nomen prima mulieris.*

eſt mater omnium viuentium. *chauuah* quippe transfertur in vitam. Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Eua. Non omnino certum eſt, quónam tempore Adam nomen hoc impoſuerit. An vbi primum finitum eſt Dei iudicium, an poſtquam eiecti ſunt ambo de paradiſo. Hoc autem poſterius video placere compluribus. Inſertum verò hoc loco cenſebitur à Moyſe, per proleptim, arrepta ſcilicet occaſione mortis, quam pro ſupplicio primis parentibus, & illorum poſteritati à Deo irrogatam pronunciauerat. Neque enim, vt rectè philoſophari poſſumus, in illo ſeueriſſimo Dei iudicio tam multis, & acerbiſſimis maledictionibus exulceratus inter flagella pœnarum, & amariſſimam B mortis neceſſariò ſubeundæ promulgationem, ita libero & pacato animo conſtitiſſet Adamus, vt poſtpoſito omni ſenſu doloris, tam alienè loqueretur, déque imponendo vxori nomine cogitaret; atque adeò illam, quæ tanti mali cauſa extiterat, tam pulchro & ſuaui nomine afficeret; quin potiùs putandum eſt (niſi prorſus, aut demens, aut impudens iudicatur) peccatum ſuum vehementer doluiſſe, proſtratúmque hominem ſimul cum muliere, ſi non pœnarum, ac culpæ ſaltem (quod pluris intererat) veniam a Deo popoſciſſe, atque impetraſſe; quamquam hac de re à Moyſe mentio nulla fiat.

*Adam Euā nominat cum exul.*

C

2. Nihilo tamen minùs, volunt alij, ſtatim vbi Iudex conticuit, Adamum in hæc verba prorupiſſe. Item non liquidò conſtat num vltima verba, *eo quòd mater eſſet cunctorum viuentium*; ſint Moyſis, an ipſius fuerint Adami? Certè Hebræus textus היא היתה אם כל חי *haiethaheim colchai*, fuit mater omnis viuentis; nonnihil facit, vt credamus à Moyſe eſſe additum, quaſi dicat: Benè ab Adamo vxorem nominatam fuiſſe Euam, quòd ipſa fuerit mater totius generis humani. Tametſi apud Hebræos præteritum, & futurum viciſſim, alterum pro altero accipi ſoleat. Et quidem D. Auguſt. ſic ediſſerit. Maiore quodam inſtinctu & non fruſtrà vocauit Adam nomen mulieris ſuæ vitam. Putat ergo diuiniſus commotum Adamum prophetice dixiſſe, ſe patrem, illam matrem hominum futuros; propagandum ab ipſis humanum genus: quod quidem magnum vtrique futurum eſſet ſolatium. Damnati enim morte, viuere adhuc cenſeri deberent ſuperſtites per liberorum vitam; talis inter homines inoleuit opinio. Eccleſ. 30. *Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus: ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe.* Solatur ergo Adam ſuam, & vxoris ſuæ mortem poſteritatis humanæ reuelatione. Quin etiam ſecundus Adam paſſionem & mortem ſuam futura numeroſiſſima ſobole fidelium ſolari credendus eſt. *Si* enim (ait Iſai. 53.) *poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum.* Vbi S. Hieronym. Quia laborauit anima Domini multo tempore requiem non inueniens in Iudæis; videbit Eccleſias in toto orbe conſurgere, & earum ſaturabitur fide. Quem in ſenſum videntur ſpectare parabolæ illæ: *Niſi granum frumenti*, &c. ac ſimiles, quæ de fructu copioſiſſimo ex morte Chriſti Domini prouenturo apertè loquuntur. Cæterùm licèt Chriſti animam ſanctiſſimam in medijs fluctibus acerbiſſimæ paſſionis leuare, imò & oblectare videatur præſcientia futuri prouentus innumerabilium iuſtorum: eam tamen vehementiſſimè affligebat ſempiternus illorum interitus, qui propter ipſius

*S. Auguſt.*
*Adam diuinitùs Euam vocat.*

D

*Eccleſ. 30.*

*Iſai 53.*
*S. Hieron.*

E

*Chriſti ſolatium ex prole iuſtorum.*

A neceem damnandi eſſent. Eſt autem ad huius ſententiæ confirmationem perquam luculenta D. Ambroſ. doctrina Luc. 22. ſuper illa Domini verba: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* Triſtis (inquit) erat pro perſecutoribus ſuis, quos ſciebat immanis ſacrilegij pœnas daturos; & ideo dixit: Transfer calicem hunc à me. Non quia Deus Dei filius mortem timebat, ſed quia nec malos pro ſe perire volebat. Denique ait: Pater ne ſtatuas illis hoc peccatum: ne exitialis eſſet populo paſſio ſua, quæ eſſet omnibus ſalutaris. Sic Ambroſ. Ex hac ſententia colliges etiam admirabilem Chriſti Domini amorem, qui volebat quidem ſuo ſanguine prædeſtinatorum ſalutem emere; ſed vellet, ſi fieri poſſet, vti nullus mortalium in æternum periret: aut certè ſua vt paſſio nulli eſſet occaſio damnationis æternæ: foretque potius vniuerſis & cum effectu, ac per occaſionem, omnibus ſalutaris. Pulchrè monet D. Bernard. *ſerm.* 11. *in Cant.* duo maximè, quæ nimis eminent in paſſione Domini conſideranda nobis eſſe. Duo ergo ſunt (ait) modus, & fructus: & modus quidem Dei exinanitio eſt, fructus verò noſtri de illo repletio. Hoc meditari, ſanctæ ſpei ſeminarium eſt: illud ſummi amoris incentiuum. Vtrunque profectibus noſtris neceſſarium, ne aut ſpes mercenaria ſit, ſi amore non comitetur: aut amor tepeſcat, ſi infructuoſus putetur. Hæc Bernard.

*S. Ambroſ. Luc. 22.*

*Chriſti dolor ex iactura impiorum.*

*S. Bern.*

*In paſſione Chriſti modus & fructus.*

3. Sententiam igitur mortis neceſſariò oppetendæ ſuſceperunt primi parentes: at illis ſolatio eſt humani generis ſoboles vniuerſa, quæ alijs, atque alijs ſibi inuicem vita, morteque ſuccedentibus ſemper viuet, ac perſiſtet: atque in viuentibus perpetuò viuent ipſimet progenitores. Vnde illud D. Bernard. *ſerm. S. Martini.* Dilatatus eſt vehementer Adam, multiplicatus eſt, repleuit terram. Sed veriùs multo ac dulciùs dixerim Chriſto Domino noſtro omnia adſcribi; viuit in nobis, laborat in nobis, colluctatur, vincit, coronatur, triumphat in nobis. Nec enim à patre filij, nec à capite membra ſeiungi queunt: viuit Paulus, ſed iam non Paulus, viuit in eo Chriſtus, & qui diligit Deum vnus ſpiritus fit cum Deo. Vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Eua. Optimè quidem Adam vxorem nominat: dominij grande teſtimonium. Penes maritum eſt, quòd loquatur domi, familiam componat: res, ſuo quamque loco, diſtribuat: rebus nomina ordinéſque præſcribat. Vxorem ſi fieri poſſet, ſolet maritus, & de nomine vocet, & de facie noſcat: cæteros ſic lateat mulier, vt qui vocetur, quænam ſit, imò & an ſit vſquam, prorſus neſciatur. Non deſunt qui dicant Adamum vt erat dolore exacerbatus propter peccatum, & pœnam mortis, & idcirco aduerſus mulierem, à qua fuerat in malum impulſus, valde iratus, per amarum quendam iocum, acerbámque ironiam, appellaſſe illam matrem viuentium, cùm ſecuſ potiùs eſſet appellanda, mater morientium: quippe quæ, ſibi, & marito, vniuerſæque liberorum poſteritati autor omnium malorum & cauſa mortis extitiſſet. Sit, ô mulier (quaſi dicat) qualem vitam tibi & viro, & liberis attuliſti? En quales, quam ad vitam, quam ad felicitatem paries filios? qua etiam ironia veteres vſi leguntur; cum bellum, Eumenides, nuncuparunt: illud quaſi pulchrum, iſtas quaſi faciles, ac mites: à contrario ſcilicet, quia illud eſt, & aſpectu, & cogitatu horribile, ac fœdum: iſtæ inclementes, furioſæ, inexorabiles. Igitur Adamus

*Viuunt parentes in filijs.*

*S. Bern.*

*Viri poteſtas in vxorem.*

*Mulierem latere ac neſciri decet.*

*Adam ironice vocat Euā.*

mulierem

mulierem ſignificare vult autorem eſſe mortis, humanúmque omne genus ab vtroque naſciturum tali de matre conqueri debere, à qua mortem ipſam cum vita hauriet. Vere atque eleganter Philo Hebr. *lib. quis rer. diu. her.* ſcripſit: Adam (inquiens) mulierem videns, quamuis mortem ſuam, vitam illam nominauit. Vocauit vitam (dicitur) quòd ipſa eſſet mater viuentium; reuera mortuorum, iuxta vitam animæ.

Philo Hebr.

4. Hinc etiam aſſurges ad alios nobilioris intelligentiæ ſenſus. A muliere videlicet, hoc eſt, à voluptate, vitáque & habitu delicioſo effœminari homines, vt nihil in vita præclarum, virile, & glorioſum efficiant; ſed vitam tranſigant in gloriam, abiectam, & mortis dignam elogio; breuius annorum ſpacium conficiant, ac maturiùs ad mortem properent, non corporis tantùm, ſed (quod eſt infelicius) animæ ſempiternam In quo argumento verſatur Nahum 3. vbi ſic inter alia. *O Niniue, omnes munitiones tuæ, ſicut ficus cum groſſis ſuis; ſi concuſſæ fuerint, cadent in os comedentis. Ecce populus tuus, mulieres in medio tui, inimicis tuis adapertione pandentur portæ terræ tuæ.* Ad quem locum in ſenſu myſtico ita D. Hieronym. Niniuem mundum ipſum interpretati ſumus: omnes bellatores tui, ſine vllo labore capientur in ſimilitudinem groſſorum ficus, quæ concuſſæ non in terram, ne ſaltem paruus labor ſit colligentium, ſed ſtatim in os deuorantis cadent. Omnes tuæ voluptates, & dulcedines, & potentiæ ſeculares, fortia quæque tua, ad primam arboris concuſſionem ruent in os diaboli deuorantis. Nec mirum ſi fortes tui, & pugnatores, in ſimilitudinem groſſorum ficus ſtatim in os decidant deuorantis, cùm populus tuus effœminatus ſit. Populus tuus, ô Niniue, homines videlicet ſeculares, ita paſſionibus eneruati ſunt, & vitiis elanguerunt, vt imbecillitati mulierum compatentur; nihil enim in animabus ſuis fortè, nihil roboſtum poſſident, & virile. Vnde inimici præualentes aduersùs eos aperuerunt omnes ſenſus eorum, & per corporales ianuas introgreſſi ſunt. Quando videris amatorem voluptatum magis, quàm amatorem Dei, & luxuriæ deditum; ſtatim de eo dicito: Inimicis ſuis aperuit portas terræ ſuæ, non amicis animæ ſuæ, ſed inimicis. Hæc omnia D. Hieronym. Deinde ſanctiſſimos Doctor vberiùs oſtendit per fœminam in ſacris literis effœminatos voluptuoſóſque homines ſignificari; per virum autem, fortiſſimum quemque virtutis athletam. Paucula è multis ſubiiciam, ad præſentis intelligentiam loci opportuniora. Ego (inquit) puto ad hanc cauſam in Exodo præcipere Pharaonem, vt omne maſculinum, quod natum eſt Hebræis, mittatur in flumium, & omne fœmininum viuificetur, *Exod.* 1. Neque enim poterat Rex Ægyptius quicquam aliud niſi hoc iubere; vt quodcunque eſt Hebræorum, & eorum, qui per ſeculum iſtud tranſeunt, forte, & virile; mittatur in aquas & perfluenta earum deferatur in mare. Et è contrario quicquid fœmineum, molle & formoſum videretur in hoc ſeculo, hoc viuificetur, adoleſcat & generet; ſimúlque conſidera, quòd Ægyptius Imperator viros Hebræorum non potuit occidere, nec eos, qui iam egreſſi ſunt de infantia: ſed quorum ætas adhuc tenera eſt, & molle corpus, & profectus incipiens: ſcit non poſſe nutriri fœminas, niſi interfecti fuerint maſculi: vult itaque in Hebræis

*Voluptas animæ & corpori pernicioſa.*

Nahum 3.

S. Hieron.

*Voluptuoſus à dæmonibus poſſidetur.*

Exod. 1.

*Pharao maſculos perimit, fœminas ſeruat.*

quicquid forte eſt, & virile, hoc gurgite ſui fluminis ſuffocare, vt quæ fœminea ſunt, liberiùs ſola ſuccreſcant. Hactenus D. Hieronymi myſtica, & perelegans interpretatio. Lyra explicat; Mater nimirum hominum in hac vita mortali degentium. Quaſi dixerit Adam: mater eris, ô mulier, omnium qui viuent iſtam, quam tu per peccatum tuum inuexiſti, ærumnoſam, miſeram, mortalem vitam; qui propter te erunt miſeri viuentes, & morti deſtinati. Videtur Adam commendare officium muliebre in concipienda, parienda & nutrienda ſobole. Vir quidem (ait Procopius) prærogatiuam habet, vt qui futuræ ſoboli det principium: at mulier miniſtrat ſequentia cum magna miſeria, magnóque labore.

Lyra

*Vita propter Euam ærumnoſa*

Procop.

5. Placet nonnullis Adamum locutum inſtinctu quodam diuino, cum futurorum admirabili præſcientia. Ergo ſic videtur ſecum locutus: mulier mortem intulit, mulier ipſam vitam reducet. Pariet mulier ſibi, & mihi remedium: illum nempe Meſſiam Dei Filium, qui & viuus eſt, & primogenitus omnium viuentium (prædeſtinatos intelligit) illum, inquam, qui ſolus erit mortis deſtructor, ac vitæ reparator, imò & vita ipſa; mulier ſula ſine commixtione viri pariet. Proh rem admirabilem! Primus peccator, qui mortem primò à Iudice ſupremo pronunciari audiuit, & qui toti ſuo humano generi mortem peccato ſuo importauit, nunc primò vitam attruit, vxorem ſuam, quæ cauſa mortis extitit, vitam appellat, & matrem viuentium! O grauem, & cordatum reſurrectionis prædicatorem! Nunc vitam expectat, cùm mortis excepit ſententiam. Nunc viuentes vocat filios, quos nouit eſſe morituros: ſcit enim, quòd redemptor hominum viuet, & in nouiſſimo die ſurrecturus ipſemet Adamus eſt, & rurſus circundabitur pelle ſua, & in carne ſua videbit Deum ſaluatorem ſuum, quem viſurus eſt ipſemet, & oculi eius conſpecturi ſunt, & non alius. Repoſita eſt hæc ſpes Adami in ſino ſuo, *Iob* 19. Ad quem locum D. Gregor. Redemptor (inquit) noſter ſuſcepit mortem, ne mori timeremus, oſtendit reſurrectionem, vt nos reſurgere poſſe confidamus. Vnde & eandem mortem non plus, quàm triduanam eſſe voluit, ne ſi in illo reſurrectio differretur, in nobis omnino deſperaretur. Ita Gregor. *lib. 14. moral. cap. 29. & cap. ſequent.* ſapientiſſimè probat reſurrectionem variis ex locis, eo præſertim, qui ex temporum ſibi inuicem ſuccedentium alterno obitu, atque ortu; item ex eo, qui ex arborum, plantarum, ſegetúmque, cùm pereuntium, tum reſurgentium perenni viciſſitudine deſumitur, ad fidem reſurrectionis comprobandam, qua nihil Adamo, & filiis Adami iucundius & glorioſius eſſe poterat: veruntamē oculis tuis conſiderabis, &c. *Pſal.* 90. Ad hanc ſpem reſurrectionis Deus ipſe Adamum excitat, vbi egregiè D. Bernard. *ſerm. 8. in Pſal.* 90. Futurus ſum ego ipſe qui videam, & ne iſti quoque, quibus eorum nouiſſimam intuear retributionem, oculi defuturi: neque enim ſimpliciter oculis: ſed oculis (ait) tuis conſiderabis: iſtis vtique, qui nunc languent præ inopia, & deficiunt, dum ſperas in Deum tuum. Ita Bern.

*Adam prophetat reſurrectionem.*

Iob 19.

S. Gregor.

*Probatur reſurrectio.*

S. Bern. Pſal. 90.

6. Non prætenbo tacitus, vt initio verſus aduerti חוה *chauuah* Hebr. idem eſſe atque denuncians, quo ex ſignificato ludere quis fortaſſe volet aduersùs fœmineum genus: quòd videlicet prima, & mater reliquarum mulierum ſuo-

iam nomine loquacitatem quaſi congeſtam traxiſſe videatur, cum Denuncians factit nuncupata. Sed quid illa denunciauit? mortem humano generi. O funeſtum, ô exitiale nuntium! an verò potius denunciatur eo nomine, quæ gaudium annunciauit vniuerſo mundo? Pulchrè igitur D. Ambroſ. *lib. de inſtit. Virg. cap.5.* ſic effatur. Veni Eua iam ſobria, veni Eua, etſi in te aliquando intemperans, ſed iam in prole ieiuna, veni Eua iam talis, vt non de paradiſo excludaris, ſed rapiaris ad cælum. Veni ergo Eua, iam Maria. D. Epiphan. *contra hæreſ.78.* eleganter, & piè oſtendit Adamum locutum eſſe per ænigma, ſcilicet per Euam intelligendo beatiſſimam ſemper Virginem Dei matrem Mariam. Eius verba ſunt. Hæc eſt quæ per Euam ſignificatur, quæ per ænigma accepit, vt mater viuentium vocetur. Illa enim mater viuentium vocata eſt etiam poſtquam audiuit: Terra es, & in terram reuerteris, poſt tranſgreſſionem: & mirum eſt, quòd poſt hanc tranſgreſſionem magnum cognomen habuit, & ſecundùm ſenſum quidem, ab illa Eua omnis hominum generatio genita eſt in terra. Hîc autem verè à Maria hæc vita mundo genita eſt; vt viuentem gigneret: & facta eſt Maria mater viuentium. Per ænigma igitur Maria mater viuentium appellata eſt. Eua mortis cauſa facta eſt hominibus, per ipſam enim ingreſſa eſt mors in mundum; Maria verò cauſa vitæ, per quam genita eſt nobis vita, & per hanc Filius Dei acceſſit in mundum. Et vbi redundauit peccatum, ibi ſuperabundauit gratia. Et vnde facta eſt mors, illinc proceſſit vita, vt vita pro morte fieret, & qui per mulierem nobis vita factus eſt, mortem ex muliere inductam excluderet. Et quandoquidem illic quidem Eua dum adhuc virgo eſſet, in tranſgreſſione inobedientiæ fuit, turſus per virginem obedientia gratiæ facta eſt, annunciato aduentu in carne de cælo, & vita æterna. Hæc Epiphanius. Appellauit igitur primus homo de terra terrenus vxorem ſuam vitam, & matrem viuentium, quæ tamen mortis ſibi viro, & filiis cauſa extitit; appellauit ſecundus homo Deus factus hominem matrem ſuam, vitam, & matrem Dei viuentis, ac fidelium, qui vitam gratiæ in terris, & vitam æternitatis in cælo tranſigunt.

*B Maria per Euam prænunciatur.*

*S.Ambroſ.*

*S.Epiph.*

*B Maria vitæ mater.*

## SECTIO XL.

*Fecit Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos: & ait: Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum.*

1. DVplex in præſenti loco exoritur controuerſia, quænam iſtæ veſtes, vndéve confectæ? deinde quem ad finem inductæ fuerint? Ac primò quidem ſtatuendum eſt cum communiore ac vetiore Patrum, & Doctorum ſententia, germanam hîc, & veram hiſtoriam conſcribi, non metaphoricam, vt Origen. quem refert Method. apud Epiphan. *lib.2. contra hæreſ.64.* Item S.Gregor. Nyſſen. & alij volunt, qui per tunicas pelliceas intelligunt corpora ipſa Adami, & Euæ fragilia, mortalia, omnibúſque aëriis inelementiis, & vitæ incommodis obnoxia. Quamquam Origen. vt legimus *in ipſis hom.6. in*

*Origen.*
*Method.*
*S.Greg. Nyſſ.*

*Orig.*

A *Leuit.* apertè dicit veras fuiſſe tunicas pelliceas, quibus corpora induerentur. Tertul. frequentiùs pelliceas, aliquando vocat, ſcorteas. ſed eodem ſignificato, vt ſarmitatis peritiores nunt: Feſtus verò, & Varro ſcortea vocant ex pellibus confecta indumenta. Exinde (ait Tertul. *lib.2. aduerſus Marcionem, cap.11.*) in ſcorteis veſtibus, ſed antè ſine ſcrupulo nudus. Similiter abeſt à vero quod Barcephas, Theodor. Gennad. aliique confingunt, veſtes huiuſmodi ex arborum corticibus tenuioribus ad veſtium humanarum compoſitionem & vſum coaptatis fuiſſe concinnatas. liberè dictum. Nec verbum Hebr. עור *ghor*, aliud eſt quàm cutis, pellis. At vndenam exſtiterunt huiuſmodi pelles? Nimirum

*Tertul.*

B vel ex nihilo à Deo creatæ, vel ex materia elementari in pellis formam transmutata, vel cæſis decoriatiſque animalibus detractæ pelles, idque Angelorum miniſterio. Rupertus nullum ex his modis approbat, ridiculum dicens Deum ſutorem, aut pelliceem fieri; ac proinde. Fecit (inquit) id eſt, faciendi neceſſitatem illis impoſuit. Talia quippe, támque miſera propter peccatum corpora eſſe voluit, quæ ſine tunicis pelliceis durare non poſſint. Exiſtimat igitur primos parentes habita diuinitus facultate cædendi animalia, ex illorum pellibus ſibi coaptaſſe indumenta cùm ad nuditatem membrorum integendam; tum ad iniurias temporum propulſandas. Habes itaque (adiungit) duo miſeriæ ſolatia cum labore, & indigentia ho-

*Vera pelles data parentibus.*
*Rupert.*

C mini propoſita, victum ſcilicet, & veſtitum. Victum: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Veſtitum: Fecit tunicas, &c. Hanc explicationem videtur didiciſſe à D. Chryſoſt. cuius ſunt verba. Id quod ſæpe dixi, id & nunc dico, vt omnia intelligamus, ſicut par eſt de Deo intelligi. Et verbum, *fecit*, accipe pro eo, quod eſt, imperauit, vt eſſent. Iuſſit enim rogis pelliceis veſtiri. Sic Chryſ. Cæterùm hæc opinio etſi non tam ſit abſurda, quàm illæ duæ de veſtibus metaphoricis, & de corticibus arborum, non adeò tamen probabilis eſt; vt communis. Simpliciter enim accipiendum eſt, vt ſonat illud, *fecit Deus.* Ridiculum putat Rupertus, Deum ſic ad

*S. Chryſ.*

D miniſterium tam ſeruile, ac ſordidum ſe abieciſſe, vt in aſſuendis homini pellibus verſetur. At mirari & venerari potiùs debet infinitam Dei bonitatem: cùm Deus ipſe peccatores, ſed homines tamen ad imaginè & ſimilitudinem ipſius Dei efformatos, & quidem de limo, de puluere, de luto, diuinis manibus coaptato, induit veſtibus à ſeipſo ſua manu & arte confectis. Nam ſi Deus ſe figulum ad formandum hominem egit: quidni agat ſutorem, ac pelliſicem, & ſartorem ad eundem veſtiendum? Quo etiam demonſtrare voluit adeò ſe miſericordem & benignum, vt peccatores non repellat in finem, ſed

*Dei amor erga peccatores.*

E punitos, admonitus, &, vt par eſt credere, iam pœnitentes, atque ad Dei gratiam conuerſus nouo illo beneficio, & paternæ beneuolentiæ monumento, deuinctos ſibi habeat, & in poſterum fideliores. Etenim, vt hic obſeruat Theodoret. *quæſt.39.* admirari oportet perennem Dei bonitatem: quippe qui etiam delinquentium curam gerat, nec veſtimentis neceſſariis carere nudos permittat. At qualem curam geret amantium & fidelium.

*Theod.*

2. Prælatus hinc edocetur, vt puniat quidem ſubditos, vbi deliquerint, cæterùm iam debito affectis ſupplicio, non deneget beneuolentiæ ſigna

*Prælatus corrigat, & foueat.*

ſigna debita, & quæ ad victum & veſtitum neceſſaria homini ſunt prouideat. Puniendus quippe peccator eſt, ſed homo tamen fouendus. Sic Patres, ſic Domini, & baculo ſuos corrigant, & pane veſteque alant ac foueant. Sed ad Ruperti quæſitum redeo. An non admirabilius eſt, Deum naſci nudum in præſepio, & mori nudum in cruce, quàm hominem nudum à Deo veſtibus indui? nonne magis ſe humiliauit Deus, cum pannis infans inuolueretur à matre Virgine, quàm cùm ipſe Deus Adamum pellibus induit? Rectè contemplatur, & admiratur D. Bernard. quòd maiorem Deus miſericordiæ ſeruis oſtenderit, cùm iis fecit tunicas pelliceas, & induit eos, quàm Filio ſuo, quem Virgo mater pannis inuoluit, & reclinauit in præſepio. Quare licuit dicere S. Gregor. Vt ſeruum indueres, Filium exuiſti. Sed audiamus D. Bernard. *ſerm. 3. de Natali.* Naſciturus (inquit) Dei Filius elegit tempus, quod moleſtius eſt, præſertim paruulo, & pauperis matris filio, quæ vix pannos haberet ad inuoluendum. Et cùm eſſet tanta neceſſitas, nullam audio pellium fieri mentionem. Primus Adam pelliceis veſtitur tunicis; panni ſecundus obuoluitur. Non eſt tale iudicium mundi. Quid? Chriſtus vtique qui non fallitur, elegit quod carni moleſtius eſt. Id ergo melius, id vtilius, id potiùs eligendum: & quiſquis aliud doceat, vel ſuadeat, ab eo tanquam à ſeductore cauendum. Hæc Bern.

S. Bernard.

S. Gregor.

*Deus pannis inuoluitur infans.*

3. Altera ſequitur addubitatio, quem ad finem confectæ à Deo ſint eæ veſtes pelliceæ, indutæque à primis parentibus? Ac primò quidem certum eſt, vt pudori & ſaluti eorum conſuleret, veſtes illas pelliceas oblatas fuiſſe à Deo. Deinde vt illis amicti diſcerent humiliari ſub potenti manu Dei: quod explicat diſertiſſimè D. Chryſoſt. hac ratione. Sicut miſericors pater filium habens bona indole præditum, & omni cura educatum, & fruentem omnibus delicijs, & veſte nitida, & ſericis amictum, & paternis opibus ſecurè vtentem, cùm viderit eum nimia proſperitate in malitiæ præcipitium prolapſum, priuat illis omnibus, & ſuæ poteſtati ſubiicit, & veſte ſpoliat, & vilem ſeruilémque togam illum induit, ne omnino nudus ſit, & turpis. Ita & miſericors Deus, quoniam Adam & Eua indignos ſeſe exhibuerunt indumento glorioſo illo, & nitido, & quòd tegendo nullis corporalibus eos neceſſitatibus obnoxios eſſe ſinebat, exuit nos omni illa gloria, & fruitione, qua ante grauem hanc ruinam gaudebant, miſericordia motus ob tantam ruinam. quia videbat magna confuſione amictos, & neſcios quid facerent, ipſos non omnino deſtituit præſidio, ſed velamentum illis excogitat, oſtendens qualibus ſe veſtimentis dignos fecerint. Ita Chryſoſt. Pulchrè Tertullian. *lib. de pœnit.* dicit, hominem condemnatum cum ſeculi dote. Vocans tunicas pelliceas dotem ſeculi. Egregium ſanè matrimonium præuaricator diuinæ legis contraxit cum ſeculo. Benè igitur, & matrimonio, & ſponſis pro dote reſpondent pelles. Item fecit illis tunicas pelliceas, & induit eos, vt perpetuum circumferrent amictu illo ſui peccati teſtimonium; quod etiam D. Chryſoſt. adnotauit his verbis. Iuſſit eos togis pelliceis veſtiri in perpetuam memoriam, quòd inobedientes fuerimus Domino. Præterea pelliceas fecit veſtes (ait idem Chryſoſt.) quod docuit nos, vt mollem & diſſolutam vitam fugiamus, neque inertem, & remiſſam ſectemur, ſed magis auſteram amplectamur. Sic ille. Hoc enim pelliceo

S. Chryſ.

*Pellibus induti parentes, vt humilientur.*

Tertullian.

*Ex pellibus Adami redocemur.*

S. Chryſ.

A amictu ambitioſus veſtiendi luxus, & delicatiſſima luxuries in filijs talium parentum valde perſtringitur. Denique (vt adieci) veſtium amictus continuum nobis ſit monumentum, quo memores ſimus, quantis bonis exciderimus, & diſcamus quanto ſupplicio humanum genus ob inobedientiam ſit affectum. Quare igitur, ô mulier, corpus tuum ornas, & gaudes molli & delicioſo amictu? non cogitas, quòd pro magno ſupplicio propter tranſgreſſionem veſtis eſt excogitata? Hactenus Chryſoſt. Sed proh infelicem hominum ſtoliditatem! Veſtes, quæ nobis datæ ſunt ad ignominiam, non ad gloriam, & delicias geſtamus.

*Veſtes damnatorum inſignia.*

B 4. Porrò autem mirè conſentiunt Patres; has pelliceas veſtes, vt quæ ex pellibus cæſorum animalium confectæ ſint, ſignum eſſe mortis, ac mortè punitorum. Theodor. Qui allegorijs (inquit) oblectantur per tunicas pelliceas, mortalem carnem intelligi volunt. Hippolytus: Mortuum quidem veſtimentum fecit eis, quia peccato mortui fuerant. Mortua enim peccata habenti, veſtimentum illud corporis corruptionem ſignificabat. Eucher. In tunicis pelliceis, mortis eſt intelligenda conditio, vt qui per inobedientiam Dei ſimilitudinem, id eſt, immortalitatem tenere noluerunt: per mortis conditionem, ſimi-
C litudinem ſuſciperent iumentorum. Strab. Ipſi fecerunt ſibi perizomata, vt peccatum ſuum abſconderent; Deus verò tunicas pelliceas, quibus totum eorum corpus induit, quia & in corpore & in anima iuſtè damnauit. Clarius hoc idem D. Auguſt *in Pſal. 103. concion. 1.* edidit: Primi parentes noſtri, autores peccati generis humani Adam & Eua facti mortales dimiſſi ſunt de paradiſo. Vt autem ſignificaretur ipſa mortalitas eorum, induti ſunt tunicis pelliceis. De pellibus enim tunicas factas accepimus: pelles autem detrahi non ſolent, niſi de animalibus mortuis: ergo pellium nomine mortalis illa figurata eſt. Sic Auguſt. Procopius omnia hæc breui dicto
D complexus: Mortuum (inquit) amiculum, mortuo parauit ob peccatum. Idem ad illa verba cap. 2. *lignum ſcientiæ, &c.* dixerat: Vbi primùm deliquit homo, labem ſibi peccati impreſſit, quod huius inuentor diabolus pepererat concipiens, vt dicit Scriptura, dolorem. Quare non ei conceditur vt ligni vitæ fiat particeps. Pelliceis ambo veſtiuntur tunicis, quibus mors determinatur. Sic ille. D. Epiphan. *lib. 2. de hæreſ. 64.* ait, Deũ ſua prouidentia obſtitiſſe, ne peccatum eſſet immortale, ſine pœnitentia vtique in ſempiternum duraturum. Sic enim ſemel admiſſum in animam indelebili nota inuritur (ſi naturæ vires ſpectentur, non autem diuinæ gratiæ virtus) pelliceis tunicis peccatores induit, in ſignum quod mortales illos effecerit. Deus (inquit) omnipotens immortale malum ex inſidijs ipſum factum in-
E tuitus, velut etiam diabolus ſeductor erat, pelliceas tunicas ob id fecit, velut mortalitate ipſos amiciés, quo per corporis mortem omne in ipſo factum malum moreretur. Sic Epiphan. Eleganter verò dictum eſt à Tertull. *lib. de pallio, cap. 3.* Primum hominem inductũ pelliceo amictu in teſtimonium condemnationis eo pacto fuiſſe, quo nefarij homines propter aliquod graue ſcelus damnari ſolent ad metallorum fodinas, in quibus miſeri, pellibus ob ſubterraneæ ſpeciei humiditatem ac frigus circumamicti verſantur. Cùm (inquit) de originis loco exterminatur, quippe deliquerat, pellitus orbi, vt metallo datur. Sic

Theod.

Hippol.

Eucher.

Strab.

S. Auguſt.

*Mortalitas pellibus innuitur.*

Procop.

S. Epiph.

Tertul.

 ille.

ille. Vide an etiam ſubnotetur hominis auaritia inſaturabilis; quaſi prædixerit Dominus homini futuram auri ſacram famem, cuius in ſignum pellibus indueret, quem in terræ cauernas, ad extrahendum inde effoſſum aurum, ſciret cupiditate penetraturum. Attexam hic eam, quam D. Epiphanius *libro hereſ. contra hereſ.* 78. inter Euam, ac Virginem Dei matrem, inducit comparationem. De duabus (ait) mulieribus dictum eſt: Quis dedit mulieri ſapientiam, & ſcientiam variegandi? nam prima ſapiens eſt Eua texens veſtes ſenſibiles, propter Adam, quem denudauit. Ipſi enim datus eſt hic labor, quoniam per ipſam nuditas inuenta eſt; ipſi datum eſt amicire corpus ſenſibile propter nuditatem ſenſibilem. Mariæ verò datum eſt à Deo, vt pepererit nobis agnum & ouem, & ex gloria ipſius agni & ouis factum eſt nobis velut à vellere in ſapientia per virtutem ipſius indumentum incorruptibilitatis. Cæterùm non intelligo mentem S. Epiphan. eam eſſe, vt exiſtiment pelliceas illas tunicas iuſſu Dei à prima muliere fuiſſe conſutas, ſed (vt mihi videtur) cauſam extitiſſe eur maritus amictu innocentiæ prorſus exutus pellibus ad induendum corpus indiguerit. Aut etiã quod aptius occurrit; mulier ipſa ſcientiam diuinitus accepit ad conſuendas, & concinnandas veſtes; primámque, poſt illam pelliceam à muliere confectam maritus amiciuit.

*Auaritia hominis perſtringitur.*

*S. Epiph.*

*Mulier virũ, quem nudauit, veſtit.*

*B. Maria Deum, & nos amicuit.*

5. *Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis, ſciẽs bonum & malum.*] Nónne Adam intelligi poſſunt ambo, vir & mulier; aut ſolus vir, vt videatur Dominus exprobrandi hac voce tam virulenta virum, non mulierem perſtringere, parcens nimirum infirmiori vaſi muliebri; quo doceamur muliebre genus revereri; eſt enim indigniſſimum viro, mulierem inceſſere probris, ac maledictis exulcerare, maximè quia in muliere typus & ſymbolum exiſtit illius virginis, quæ Dei, & hominum mater eſt. Video conuenire interpretes, ac Patres, vt per ironiam dicta hæc verba accipiantur, vt oſtenderet Dominus (inquit Theodoretus) falſiſſimam fuiſſe diaboli promiſſionem: Eritis ſicut Dij; homo enim per peccatum mortem incurrit. D. Aug. Verba hæc ſunt Dei, non tam huic inſultantis, quàm cæteros, ne ita ſuperbiant deterrentis, quid aliud intelligendum niſi exemplum timoris incutiendi eſſe propoſitum; quòd non ſolùm non fuerit factus Adam qualis fieri voluit, ſed nec illud quod factus fuerat conſeruauit? Sunt igitur verba Dei exprobrantis. Idem ſenſus affertur à D. Chryſ. Acriter in tranſgreſſorem hoc dictum vibratur: propterea quòd contempſiſti mandatum meum, ecce factus es, quod expectaſti; imò non quod expectaſti, ſed qualem te fieri dignum erat. Elegantius (vt ſolet D. Ambroſ. *lib. de Elia, & ieiun. cap.* 4.) in eodem ſenſu profatur: Irridens vtique Deus, non approbans dicit; hoc eſt, putabas te ſimilem fore noſtri? quia voluiſti eſſe quod non eras, deſiſti eſſe quod eras. Itaque dum ſupra te eſſe affectas, infra te eſſe cœpiſti. Denique veſtiuit eum tunica pellicea prius, & ſic ait: Ecce Adam; quaſi dicat: Ecce amictus tuus, ecce dignum indumentum tuum. Hic te veſtitus decet, qui diuina affectant, tali digni habentur ornatu. Ecce quò te tua culpa deduxit; ecce nunc in hac tunica pellicea, tanquam vnus ex nobis aperuiſti oculos. Circumſpice diligenter, nudum te aſpicit, quem veſtitum putabas. Hæc Ambroſ. Similiter Procop. Hæc dicit (inquit) reprehendens

*Mulier honoranda à viro eſt.*

*Theod.*

*S. Auguſt.*

*Adam illuditur à Deo.*

*S. Chryſoſt.*

*S. Ambroſ.*

*Procop.*

A Adamum, quòd paſſus erat ſe decipi fraude ſerpentis: magna enim ſibi falſa imaginando, pollicebatur Adamus ante deceptionẽ. deceptus itaque meritò ſtultitia illis verbis reprimitur. Certè quod animo tecum ſtultè voluiaſti, tibi accidit: annon planiſſimè nunc beatus es, ſcilicet vt vnus ex nobis? Sic ille. Sunt qui dicant, Deum hic loqui de Adamo ad Angelos; nihil de Trinitatis myſterio in his verbis agnoſcunt; ſed boni alioqui Doctores, cùm auidiùs abeant poſt Rabbinos, iſta & ſimilia deliramenta coguntur effutire. Verba Patris æterni ſunt ad Filium, & Spiritum ſanctum, vt volunt D. Aug. *lib.* 11. *de Geneſ. cap.* 39. Tertul. *lib. contra Praxeam.* vbi iſtã de Angelis, Iudæorum interpretationem, vocat *cap.* 12.

B Rupertus, & communiter Patres. Vide Benedict. Perer. Igitur æternus Pater loquitur: Ecce Adam, quod à ſerpente promiſſum concupierat, nunc adeptus eſt, vt fieret Deus. Ecce omnipotens, vt ego, ſapiens vt Filius meus, omnino ſanctus, vt Spiritus ſanctus. Ecce Adam nunc factus eſt immortalis, vti nos ſumus. Ecce nullius egens, per ſe beatus; ecce diuino contuitu omnia proſpicit, ac prouidet. Ecce vnus in perſonarum pluralitate Deus, ſcilicet quarta perſona, vt adiungit Rupert. vt iam non ſimus Trinitas, ſed quaternitas; quamquã non cum Deo Deus, ſed contra Deum affectauerit eſſe Deus. Chald. Ecce Adam eſt vnicus in ſeculo, ex ſe ſciens bonum & malũ. Et quidem à Deo dicuntur hæc omnia ſubſannando, & irridendo, vt notauit Procop. In

C verbis quidem diſſenſio eſt, ſed ſenſus idem omnino eſt; nimirum improperat Dominus ſtultitiam, & temeritatem Adamo, quaſi dicat: Ecce quantum profecit Adam comedendo pomum, & credendo ſerpenti, iam videt bonum & malum; eſt autem inſignis ironia. Nihilominus D. Ambroſ. *lib. de paradiſ. cap.* 14. hæc eadem verba expendens; non ironiam videtur agnoſcere, ſed in illis, *ſciens bonum & malum*, indicari putat cognitionem perfectiſſimam, quam demum Adamus habuit ſui delicti, & infeliciſſimi ſtatus, in quem à feliciſſimo ceciderat; ſed heu me miſerum, ſerò ſapiunt Phryges! O quam foret ea cognitio ſalutaris humano generi, ſi ante pec-

D catum foret! Sed audi Ambroſ. Factus eſt Adam quaſi vnus ex nobis, quia aperuit oculos, vt culpam ſuam videret, quam vitare non potuit. Magis enim poſtquam peccauimus, neſcio quomodo noſtra delicta cognoſcimus, & tũc peccatum eſſe intelligimus, quod antequam peccaremus, non putabamus eſſe peccatum. Certè non quaſi peccatum putabamus eſſe damnandum: nam ſi damnaremus, non admitteremus.

6. Semper quidem mihi perplacuit interpretatio illa Tertull. *lib.* 2. *contra Marc. cap.* 25. vt quę ſalutaris & iucundiſſima ſit Adamo, & Adami poſteris, atque ad commendandam infinitam Dei erga nos beneuolentiſſimi bonitatem nihil opportunius, atque efficacius. Etſi (ait) Adam propter ſtatum legis deditus morti eſt, ſed ſpes

E ei ſalua eſt, dicente Domino: Ecce Adam factus eſt, tanquam vnus ex nobis; de futura ſcilicet adlectione hominis in diuinitatem. Ergo iuxta hanc interpretationem acutiſſimam Tertulliani, Deus hiſce verbis ſignificat incarnationem futuram Verbi diuini; quaſi dicat: Ecce habemus occaſionem illam, quam ex omni æternitate venturam ſcimus, vt peccato in mundum ingruente, miſericordia noſtra ſuperabundet, & gratia, vbi abundauit delictum: vti Deus homo fiat ad redimendum

*Collocutio diuina Trinitatis.*

*S. Auguſt.*

*Tertul.*

*Rupert.*

*Superbia Adami perſtringitur.*

*Procop.*

*S. Ambroſ.*

*Adam ſerò ſapiens delicti.*

*Tertul.*

*Incarnatio Verbi ob peccatum Adami.*

mendum ſuo ſanguine hominem à diabolo factum mancipium; ac morte ſua in vitam reuocet hominem peccato mortuum. Et videtur illud, *ecce*, exultantis eſſe, quaſi Filius Dei propter oblatam ſibi occaſionem veniendi in carne & redimendi hominem gaudio incredibili geſtire videatur. Pelliceo indutus amictu Adam Filio Dei gratiſſimum præbuit ſpectaculum; illum quippe accepit in parabolam, vt loquitur Paulus de Iſaac in ſimili planè euentu; ſicut enim primus ille homo pellibus per mortem detractis ex animalibus amictus videbatur, ita Filius Dei venturus in mundum erat mortali natura hominis indutus, homo verè paſſibilis, & ſciens infirmitatem: ſicut vnus ex nobis, humilitate ſua hominis, attemperans vim maiestatis diuinæ, vt pulchrè loquitur Tertul. *citat. lib. cap.* 27. ſibi quidem indigna, homini autem neceſſaria, & ita iam Deo digna, quia nihil tam dignũ Deo quàm ſalus hominis. Illuſtrior fiet hæc interpretatio Tertul. ſi adiungamus illi pulcherrimam iuxtà & ſuauiſſimam, quæ à D. Bernard. *ſerm.* 1. *in annunciat. beatæ Mariæ*, conſingitur, concertationem inter miſericordiam & veritatem, quæ duæ altercabantur apud Dei Filium, penes quem eſt omnis iudicandi poteſtas. Illa vitam ac redemptionem Adamo, hæc mortem imprecabatur. Summa (inquit) controuerſiæ totius hæc fuiſſe videtur. Eget miſeratione creatura rationalis, ait miſericordia: econtra veritas; oportet impleri ſermonem, quem locutus es Domine. Totus moriatur Adam neceſſe eſt cum omnibus, qui in eo erant, qua die vetitum pomum in præuaricatione guſtauit; grandis controuerſia, & intricata nimiùm diſceptatio, quis non illic diceret: Bonum nobis erat, ſi natus non fuiſſet homo iſte? Sic erat omnino, non videbatur quomodo ſimul poſſent erga hominem miſericordia & veritas conſeruari: porrò index, hæc dicit, perij, ſi Adam non moriatur; & hæc dicit, perij ſi miſericordiam non conſequatur. Fiat mors bona, & habet vtraque quod petit, vt & moriatur, & miſericordiam conſequatur. Sed quomodo fiet iſtud? fieri poteſt, ſi ex charitate moriatur quis, vtique qui nihil debeat morti, qui mori velit, non ex debito, ſed ex voluntate; non ex malo merito, ſed ex beneplacito ſuo. Ergo qui conſilium dedit, ferat auxilium. Et ait Rex: Pœnitet me feciſſe hominem, pœna me tenet, mihi incumbit ſuſtinere pœnam, pœnitentiam agere pro homine, quem creaui. Ecce venio, non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum. Hæc, & plura Bernard. Venit igitur Dei Filius homo factus; vt hominem quæreret, & in gratiam totius Trinitatis reſtitueret. In cuius rei ſymbolum Dominus *Luc.* 13. ad ficulneam venit quærens fructum eius; nimirum (vt eleganter conſiderat D. Petr. Chryſolog. *ſerm.* 106.) ad ficulneam venit Chriſtus, ad quam legitur Adam nudus fugiſſe poſt culpam. Venit ergo ad ficum Chriſtus, vt inueniret Adam, vt nudum tegeret pio ſui corporis indumento, cuius ficus iſta non velabat, ſed ſtimulabat pudorem. Ita Chryſolog.

Ad Heb. 15.

Tertul. *Verbum fieri homo geſtit.*

S. Bern. *Diſceptatio de Adam apud Deum.*

*Chriſtus Adam quærit in ficu.* S. P. Chryſ.

## SECTIO XLI.

*Nunc ergo ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat & viuat in æternum. Et emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram, de qua ſumptus eſt.*

1. IRatorum & obiurgantium truncatur ſæpiùs oratio intercludente vocem, & præpediente ſermonis curſum iracundia. Nunc ergo, quidnam iſtud eſt? ſcilicet; nunc ergo reliquum eſt, vt longiùs arceam iſtos à paradiſo. Nunc ergo quid ampliùs moror, cur non actutum expello a vitæ ligno, vt cum memoriantur: nūc ergo quorſum iudicium, quorſum pœna, quorſum comminatio, leges, ſententia denique in reos lata; niſi vt peccatores luant ſupplicium? puniantur ergo, amandentur cum tota ſua poſteritate à paradiſo deliciarum, in terram, de qua ſunt aſſumpti, ſedeant; vbi in doloribus ac ſudoribus malè viui, verè mortui conſeneſcant: atque in cineres demum redigantur. Itaque concludit ſupremus iudex, vti eiiciantur à paradiſo; ne, ſi in eo perſiſtant, veſcantur de ligno vitæ, viuántque in æternum, quin aliquando moriantur; morientéſque luant pœnas pro tranſgreſſione debitas. Et, vt argutè notauit D. Auguſt. alienandus vtique à vita fuerat, iam moriturus. Et Procop. Pulſus (inquit) eſt homo ſecundùm præcepti tenorem à paradiſo, qui ſuſcipiebat viuentes, non morientes. Sic ille, ad illa verba: *Spinas & tribulas*, cap. 3. Etenim poſſet quis obiicere: ergóne Domine, licèt comedant iſti de ligno vitæ, quis tuæ poterit obſiſtere voluntati? an non de illo comedentes potens tua virtute perimere? poterit planè: ſed noluit, vt in paradiſo morerentur: locus eſt vitæ, non mortis. Abeant procul; & inter pecudes, quibus ſimiles ſe fecerunt, pariter moriantur; quaſi mora, quibus miſeri iam erant ex Dei ſententia addicti, non eos in paradiſo vitæ, ſed in liberiore ac ſecuriore terræ, in qua dominatura deinceps erat, campo & puluere deuorandos præſtolaretur. Ad eum ſanè modum, quo legimus apud Ioan. cap. 13. de Iuda proditore; poſt buccellam introiuit in eum ſatanas. *Cum ergo accepiſſet ille buccellam, exiuit continuò.* Vbi peracutè Origenes. Exiit (inquit) non ſolùm recedendo de domo, in qua tenebatur, ſed omnino egreſſus eſt à Ieſu. Ego autem opinor, quòd poſt panem ingreſſus ſatanas in Iudam, non tolerabat in eodem loco eſſe cum Ieſu: nulla namque conformitas eſt Ieſu ad ſatanam. D. Auguſt. perdoctè admodum dicit abalienatum fuiſſe Adamum à paradiſo (quòd in eo eſſet ſacramentum viſibile inuiſibilis ſapientiæ) tanquam excommunicatum, ſicut etiam in hoc paradiſo, id eſt, Eccleſia, ſolent à ſacramentis altaris viſibilibus homines diſciplina eccleſiaſtica remoueri. Ad hanc pœnam excommunicationis, qua percuſſi fuerunt illi peccatores, mirificè pertinet illa obſeruatio D. Bernard. *ſer.* 1. *in feſto omnium Sanctorum.* Miſeri (ait) Adam & Eua, qui connexi in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis, dum confeſſionis mundationem fugiunt immundo remanent corde, & à facie Domini eiiciuntur. Igitur ſicut excommunicatos non ſolùm, quia vetitum comederunt, ſed quòd malè confeſſi, pœnitentiam non egerunt, ablegauit illos Dominus à vitæ ligno, & deliciarum horto. Et quidem rectè: nam, vt Procopius ait, non oportet eum, qui peccati labe inquinatus eſt, vitæ ligno paſci; etenim inde fieret, vt cibus ille vitæ deſpectui haberetur.

2. Pulcher ſanè locus contra eos, qui ſcienter corpus Domini communicant peccatoribus, infamia

*Expellantur à paradiſo parentes.*

S. Aug.

Procop.

*Extra, non intra paradiſum mors adeſt.*

Ioan. 13.

Origen.

S. Aug.

*Velut excommunicati Adam & Eua.*

S. Bernard.

Procop.

infamia ſcelerum notatis, & publicè impœnitentibus, tradunt enim ſanctum canibus, margaritam porcis abiiciunt, Chriſtum, vti alter Iudas Phariſæis ac ſatellitibus produnt. Præterea contra eos, qui ſacrilegium admittunt grauiſſimum, dum corpus Domini ſuſcipiunt in conſcientia peccati lethalis; maxime verò ipſi perſtringuntur Sacerdotes, ſi qui erunt adeò amentes, & pene fide Chriſtiana deſtituti, vt audeant accedere manibus, & anima & ore polluto ſordibus criminum ad menſam ſacroſanctam Domini. Ad eos ita conclamat Dominus per Malach. 1. *Ad vos ô Sacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis: In quo deſpeximus nomen tuum? Offertis ſuper altare meum panem pollutũ, & dicitis: In quo polluimus te? In eo, quod dicitis: Menſa Domini deſpecta eſt.* Egregia eo in loco eſt interpretatio D. Hieron. Polluimus (inquit) panem, id eſt, Chriſti corpus, quando indigni accedimus ad altare, & ſordidi mundum ſanguinem bibimus, & dicimus: Menſa Domini deſpecta eſt; nõ quòd hoc aliquis audeat dicere, ſed opera peccatorum deſpiciunt menſam Dei. Sic Hieron. Conſiderandum igitur cum timore & tremore nobis eſt, ſi à paradiſo terreſtri primores illi parentes diuino imperio expulſi ſunt, ne fortè in eo remanentes ſumerent de ligno vitæ quo erãt indigni peccatores, qui pro ſuo delicto mortis ſententiam incurrerant, quis nõ timeat mortuus in peccato ad ſumendum vitæ panem, ipſummet vitam, & Deum viuum, accedere vel ad menſam, vel ad altare Domini? Procop. adiungit etiam, idcirco interdictum homini eſſe lignum vitæ, vt infelix eo ſummo ſolatio deſtitutus in mœrore ac deſiderio felicitatis venturæ cum Chriſto, vitã tranſigeret. Cùm verò (inquit) arcetur ab arbore vitæ peccator, deſiderabit toto pectore diuinam diſciplinam, euangelicámque doctrinam, ſentiens quò redactus ſit. Si non appetiuerit vitæ cibum, ſatius eſt, vt in amentia permaneat, & in peccatis ampliùs ſordidetur, quam vt diuina oracula aſpernetur. Sic ille. Aliam rationem ſubiicit Moyſes, quare emiſerit Dominus hominem de paradiſo voluptatis; nimirum vt operaretur terram, de qua ſumptus eſt. Quo in ſenſu diſertiſſime Bernard. loquitur, vt iam retulimus, *cap.2. ſect. 6. nu. 4.* Profectò mihi videtur optimus animarum medicus ægrotos iſtos admonere, vti pro præſentiſſimo remedio ad ſanitatem conſeruandam vtantur ſedula corporis exercitatione; quippe qui experti fuerint, quantum illis deſidia & otij langor, & inertiſſima liguriendi delectatio attulerit nocumentũ. Quod D. Chryſoſt. *hom.* 23. ſic adnotauit. Quòd de paradiſo illos eiecit, laborique adiudicauit, eo magis illum adorare, & admirari oportet. Quoniam enim ad iſtam ſecordiam deliciæ illos deduxerant, abſciſſa lætitia, triſtitiam veluti murum ſocordiæ propulſandæ præſtruxit, quatenus ad dilectionem ſuam reuerteremur. Ita Chryſoſtom. Intellige triſtitiam & laſſitudinem, quæ ſolet ex aſſidua exercitatione prouenire. Rupertus ſubtiliter verba illa expendens, *terram, de qua ſumptus*, mulierem etiam ad operandum miſſam à paradiſo intelligit, ſed eo modo operandi, qui leuare poſſit ſudores mariti laborantis; & mulieres amorem, atque officioſam curam erga maritos optimè doceat. Sic igitur ait: Sane licèt in Adam vir ſimul & mulier intelligantur, & vterque ſit eiectus; tamen quod dictum eſt, *vt operaretur terrã, de qua ſumptus eſt*, melius de ſolo viro accipitur, quia de terra ſumptus eſt: nam mulier de carne, vel oſſibus viri ſumpta eſt. Vnde & ipſa natura docet, decere virum, vt operetur terram: nam mulieri magis congruit, vt erga corpus viri in quolibet opificio ſeruiliter occupetur. Proinde cum dicitur, *vt operetur terram, de qua ſumptus eſt*, commodè ſubauditur, & mulier operaretur circa cultum viri, de quo ſumpta eſt.

Sacrilegium contra Dominicum corpus.

Malach. 1.

S. Hieron.

Procop. *Adam in exilio Chriſtum deſiderat.*

S. Bern.

*Exercitatio ad ſalutem animæ.*

S. Chryſ.

Rupert.

*Mulier curet de viro.*

3. *Ne fortè mittat manum*, &c.] D. Chryſoſt. arbitratur id non in pœnam à Deo conſtitutum, ſed in grande miſericordiæ ſuæ erga illos teſtimonium. Non poſthac (inquit) in paradiſo relinquit Adam, ſed exire inde iubet, monſtrans quòd propter nihil aliud id faciat, quàm propter miſericordiam erga nos: nam quia magna intẽperantiæ indicia adhibuit, præuaricandóque mandatum mortalis factus eſt, ne nunc, & lignũ quod vitam præbet perpetuam, attingere audeat peccaturus perpetuò, ſatius fuerit hinc ipſum eiici, ita vt magis prouidentiæ, quàm indignationis fuerit illa eiectio. Vtique miſericors Dominus ſi ſciſſet nos peiores non fieri impunè peccando, neutiquam vltra puniſſet, ſed vt reprimat noſtrum ad deteriora progreſſum, & tollat malitiam vlteriùs graſſantem, ſuam ſeruando miſericordiam punit, id quod & nunc facit. Curam enim agens protoplaſti, eiici ipſum à paradiſo præcepit. Ita Chryſoſt. In quo procliuitatem hominis meritò ſubnotauit. Similia cõcludit Theodor. Hoc (inquiens) non ideo dictum eſt, quòd Deus vitam æternam illi inuiderit, ſed vt per mortem, peccati impetum detineret. Vt enim ait Apoſtolus, qui mortuus eſt iuſtificatus eſt à peccato. Itaque mors non ſupplicium, ſed medicina fuit. Sic Theodor. Rectè in hanc ſententiam congruit illud Apoſtoli: *Et mors lucrum.* Sed ô immenſum erga nos amorem Dei, cuius pœna nobis indicta, pœnarum, & culparum omnium nobis medicina eſt! O manum pulcherrimam, & ſummè amabilem; quæ vel etiam cùm vulnerat, tunc maximè ſanat, cùm mortem infert, vitam impertitur! Non præteribo, quæ D. Epiphan. *lib. 2. contra hæreſ. 64.* luculẽtiſſimè ſcripſit, hunc locum expendens; ea ſic habent. Expulit eum Dominus de paradiſo, ne potuiſſet viuere corpus in æternum, vt ſcilicet peccatum ſimul occiſum cum corpore, moreretur, corpus verò peccato perdito reſurgeret. Quò itaque non eſſet homo malum immortale, & perpetuum haberet in ſeipſo peccatum prædominans, vtpote quod in immortali corpore germinaſſet, & immortale alimentum haberet: Deus ob hoc ipſum prohibuit, mortalitate amictum. Hoc enim pelliceæ tunicæ volebant; quo ſanè per ſolutionem corporis, peccatum inferni ſtirpitus ac radicitus in totum corrumperetur, vt ne tantillum quidem radicis relinqueretur, à quo noua peccatorum germina emergerent. Quemadmodum enim, vbi in æd ficiis templorum ficus enata eſt, & in longitudinem & magnitudinem probè coalita, & in omnes compoſitiones lapidum, per multum ſarmentoſas radices diffuſa, non priùs à naſcendo quieſcit, donec tota euellatur, diſſolutis lapidibus, in locis, in quibus enata eſt; poſſunt enim ruſſus in ſuos locos adaptari lapides, ficus ſublata, quò templum quidem ſeruetur, nihil amplius malorum ipſum diſſipantium ſibipſi producens, ficus verò tota radicitus euulſa emoriatur. Eodem modo etiam Deus optimus artifex templum ſuum hominem, qui inſtar ſylueſtris ficus peccatum produxit,

S. Chryſ.

*Mors peccata reprimit.*

Theod.

Ad Phil 1.

*Benignitas Dei puniẽtis.*

S. Epiph.

*Homo Dei templum deſtruitur & renouatur.*

duxit, breuibus mortis ictibus diſſoluit, occidēs (vt ſcriptum eſt) & viuificans quò iuſſua earundem partium caro pùſt exſiccatum, & mortuum peccatum inſtar renouati templi, immortalis, & illæſa excitetur peccato perfectè, ac funditus perdito. Viuente enim adhuc corpore antequam moriatur, neceſſe eſt ſimul viuere peccatum, intus in nobis radices ſuas abſcondens, etiamſi forinſecus, per caſtigationum, atque admonitionum ſectiones fuerit refrænatū. Et poſt multa: Proinde in auxiliaris medicamenti modum, ab auxiliatore noſtro, & vere medico Deo, ad eradicationem peccati, ac deletionem aſſumpta eſt mors, vt ne perpetuò durans in nobis immortale ſit peccatum, vt quod in immortalibus exiſtitum eſt. Ipſi verò mutilati, & ægrotantium modo exurgentes in virtutis ſanu diu conuerſemur; vt qui in ſubſiſtentibus ſemper immortalibúſque corporibus magnum peccati morbum nutrimus. Hactenus Epiphanius, & multo plura lucò indicam. Fere totum hunc locum iiſdem verbis, quibus Epiphan. commentatur Procop. ad illa verba, cap. 2. *lignum ſcientiæ*, ſic infit. Impletus malitia, & peccato quaſi mancipatus, paradiſo expulſus eſt, ne ſcilicet particeps foret vitæ, hancque mori neſciam geſtaret in corpore mortali ſicuti ante caſum eam circumferebat in corpore immortali. Oportebat peccatum priùs mortem perimi, vt eo per mortem quaſi eliquato, homo deinceps degustaret vitam veram. Placuit igitur priùs radicem peccati penitus è corpore erui, nedum vel minima eius reliqua foret particula, nouos peccatorum produceret ſurculos. Sic Procop. Deinde affert eandem templi ſimilitudinem. Directe igitur quis poterit ficum illam maledictionis, & mortis noſtræ cauſam, in viſceribus noſtris congenitā perenniter in vitia (hæc ſunt folia, & fructus illius) exuberare. Quare omni diligentia enitendum eſt, vt fructus, & folia, vt ramos, vt truncum, vt radicem ipſam mortiferæ ficus extirpemus. Optima ſecuris; quæ ab Apoſtolo vocatur continua mortificatio. Profectò ſi vitæ cibo viuentes mortem homines non incurrerent; obſtinati in peccatis permanerent: verúmque animæ cibum, ſcilicet virtutem, ac Dei gratiam nihili haberent. Diu enim (inquit Procop.) durat malum, ſi bonum contemnitur. Malo & peccato indurati nunquam ipſum bonum affectabunt. Sic ille.

*Salutaris hominis mors eſt.*

Procop.

2. Corint. 4

Procop.

Eucher.

4. Eucherius videtur exiſtimare Deum occurriſſe per iſtam ablegationem a paradiſo ærumnis ac doloribus vitæ, in longiſſimum tempus, aut in ipſam æternitatem duraturæ. Si enim (inquit) in paradiſo manerent, immortales quidem forent de ligno vitæ comedentes, ſed illis tamen miſeriis omnibus obnoxij, quas ob peccati pœnam ex Dei ſententia erant paſſuri; atque adeò infeliciùs tunc viuerent, quàm nunc moriuntur. Terminus enim eſt laboris, & ærumnarum mors. Sic Eucher. Verè vti clementiſſimus Dominus eiſdem dignatus eſt conſulere ad ſalutem, ne fortè per tranſgreſſionem indigni iam facti de ligno vitæ præſumerent edere, & ad perpetuum viuerent cruciatum. Exules itaque ſunt ab illius eſu ad tempus effecti, vt per congruam pœnitentiæ ſatisfactionem rurſus illuc, vnde emiſſi fuerant, reuerterentur. Tertul. *lib. 2. contra Marcion. cap. 25.* reſurrectionis futuræ ſpem, & nō quidem regreſſum ad paradiſum terreſtrem, ſed ingreſſum ad cæleſtem, vbi terra viuentium eſt, in his verbis Domini agnoſcit. Et nunc (in-

*Mors ærumnarum terminus.*

Tertul.

A quit) nequando extendat manum, & ſumat de ligno vitæ, & viuat in æternum. Interponens enim, *& nunc*, præſentis temporis verbum, temporalem, & ad præſens dilationem vitæ feciſſe ſe oſtendit. Ideoque nec maledixit Adam, nec Euam vt reſtitutionis candidatos, vt confeſſione releuatos. Idem *lib. de reſurrect. carn. cap. 23.* in eādem ſententiam, ſic adiungit: Rurſus ex terra repræſentabitur Adam auditurus à Domino: Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt. Verè tunc compos mali, quod euaſit, & boni quod inuaſit. Planè non perperam cenſet Tertul. pulchritudinem admirabilem hominis in corpore, & anima glorioſi, poſt reſurrectionem vniuerſalem; B qui quidem talis apparebit, vt alter Deus eſſe videatur. Aliud ſubinde myſterium ſeruari licet in illo, *& nunc*. Fiet enim aliquando tandem, vt Deus relegatum à paradiſo hominem non modò in cælis euehat; ſed in perſonalem vnionem Verbi diuini aſſumat hominis naturā, fiátque Deus homo; quoad commendandam Dei miſericordiam, nihil magnificentius; nec ad illuſtrandam hominis naturam, glorioſius, ne ab ipſo quidem Deo excogitari, aut effici poterat: vnde ſapientiſſimè dictum eſt à Tertull. *lib. de pœnit. cap. 2.* Deus poſt tot ac tanta delicta humanæ temeritatis a principe generis Adam auſpicata, poſt condemnatum hominem cum ſeculi C dote, poſt eiectum è paradiſo, mortique ſubiectum, cùm ruſus ad ſuam miſericordiam maturauiſſet, iam inde in ſemetipſo pœnitentiam dedicauit, reſciſſa ſententia iræ rum priſtinarum ignoſcere pactus operi, & imagini ſuæ, &c. Expelluntur a paradiſo, ne fortè extendant manum, Adeò peccati labe infectam habent manum. vt enim ſemel in vetitum extenderunt, iam in procliui eſt, vt ad quæcunque illicita deinceps extendant. Ad malum itaque manum habuit Adamus ſanam & expeditam, ad virtutis autem opera prorſus languidam, ſtupidam, emortuam. An hoc ſignificatū eſt in illo, de quo ita Marc. 3. *Erat homo habens manum aridam?* Vbi D. Chryſ. D *ſerm. 32.* Arueſat manus hominis, magis ſtupore fidei, quàm ſiccitate neruorum. Dixit illi Dominus: Extende manum tuam, & extendit. Et reſtituta eſt manus illius Extende manum tuam. Iuſſione ſoluitur, quæ fuerat iuſſione deuincta. Eam in opere pietatis extendat, relaxet & in miſericordia, in eleemoſynis porrigat. ſanari neſcit, qui neſcit pauperi fœnerari. Ita Chryſoſt. Ergo non iam filij Adam, ſed ſerui Chriſti manus non malè extentas, & peius aridas; ſed ad Dei obſequiū, & animarum noſtrarum lucra, ſanas agileſque extendamus.

*Hominis diuinitas ſpes reſurrectionis.*

*Immittitur ſinatura Verbo incarnatum.*

Tertull.

Marci 3.

*Manus hominis vitioſa ſanatur.*

S.P. Chryſ.

5. Ergo, ò vos nunc infelices, qui à ligno vitæ procul arcemini, qui à paradiſo voluptatis ablegamini; adueniet feliciſſimum tempus deſiderijs veſtris, & perennibus ad Deum precationibus illud accerſite; cùm venerit plenitudo E temporis, non modò noua fient omnia, ſed longè maior erit gloria veſtra, quàm illa fuerit, quam amiſiſtis. Alter paradiſus iſto, & ſanctior, & felicior exiſtet Virgo Dei mater. In hoc tam nouo, támque admirabili paradiſo non modò ad Dei gratiam exul reducetur homo, ſed in vnitatem perſonæ Deus homo fiet. Hoc eſt illud templum ſanctitate auguſtiſſimum, ſibiipſi à Rege regum ædificatum, in quod fidelium animas ſalutem æternam conſecuturas adduci propheticè vidit ſpiritu ille, qui cecinit: *Adducentur Regi virgines poſt eam, adducentur in templum Regis*, Pſal. 44.

*B. Maria nouus paradiſus.*

Pſal. 44.

Medita

Meditabatur David templum Domino magnificentiſſimum extruere. Ecce tibi Dominus ad Nathan Prophetam: *Vade & loquere ad ſeruum meum David. Nunquid tu ædificabis mihi domũ ad habitandum? Prædicit tibi Dominus, quòd domum faciat tibi Dominus*, 2. Reg. 7. Vides Deum architectantem, & ſibi & Davidi domum. Theodoret. intelligit Chriſti Domini humanitatem ſanctiſſimam ex ſemine Davidico oriundam. Quod (inquit) ex ſancta Virgine ſumpſerit carnem, & ipſe ædificauerit, & ipſam templum appellauerit, nos docuit Ioan. 2. Cum enim Dominus dixiſſet Iudæis: *Soluite templum hoc*, ſubiungit Euangeliſta: *Hoc autem dicebat de templo corporis ſui*. Rectè id quidem, ſed aptiſſimè quoque accipi poteſt nomine templi ac domus Virgo ipſa Dei mater, cuius (vt Ambroſius ait) Deus ipſe ſacrauit templum pudoris: ergo exules a paradiſo terreſtri, ab illa voluptatis domo, in qua primi parentes breuiſſimo tamen tempore habitarunt; procul expulſi, & toto orbe extorres, ac profugi a facie Dei cum ærumnis ac ſudoribus, cum morte denique colluctantes, poſtliminio reſtituti, ad beatiſſimam ſemper virginem Dei matrem regredimur: in eius brachiis conſidet ipſe, qui Adamum expulit, non iam minis territans, ſed blanditiis inuitans, infans enim naſci voluit, quem amari potiùs, quàm timeri deceat. Obſeruat egregiè Theodoret. in hoc ſermone Prophetæ Nathan ad David, inuſitatam ac dulciſſimam Dei ad regem amoris ſignificationem. Deliniit (inquit) eum appellatione ſeruitutis: Hæc dices ſeruo meo David, vſus beneuolentiæ nomine, illum ſeruum ſuũ appellans. Eſt autẽ ſummus honor nominari ſeruum Dei. Sed ô vos Adam & Eua feliciſſimi, nõ vos, neque liberos veſtros iam Deus ipſe ſeruos, ſed verè amicos, ſed veriùs fratres appellat: ipſe enim Deus homo filius Adam, natus ex muliere os noſtrum, & caro noſtra eſt. In ipſo iam non exulamus, ſed regnamus; in ipſo non homines tantùm, ſed Deus ſumus.

B. Maria templum Dei, & domus dominorum.
2. Reg. 7.
Theod.
Ioan. 2.
S. Ambroſ.
Per B. Mariam homo reſtituitur.
Theod.
Summus honor ſeruum Dei vocari.

6. Poſtremò ad huius commentarij finem illud vnum ſubiiciam. Percelebris quidem eſt concertatio inter Doctores, quanto tempore perſtiterint primi parentes in paradiſo terreſtri? Res planè difficilis explicatu; quis enim, vbi nulla mentio fit à ſacro Scriptore, pro certo quicquam audeat affirmare? Soli coniecturæ locus eſt in præſentia. Coniiciunt quidam vno eodémque die creatum Adamum, tranſlatum in paradiſum, cohabitaſſe cum muliere ſocia & adiutrice, animantibus nomina indidiſſe, peccaſſe, damnatum in iudicio, expulſum denique fuiſſe. Ac ſubinde ad enumerandas horas iſtius diei, quo paradiſum incoluerunt, procedunt. Contrà verò in alterum deflectentes extremum nonnulli conſtituunt quadraginta dies, nec deſunt, qui vltra dierum metas ad triginta & tres annos expatiantur. Quid verò mihi certum videatur, nihil omnino ſubeſt. Cæterùm de coniecturis, quænam minùs abhorreat, & exorbitet, libens indicarim: ſaniùs nimirum procedere, qui dicunt plus vno die verſatos fuiſſe in paradiſo, cuius amœnitatem aliquandiu contemplati fructum vitæ, alióſque deguſtarunt. Sic Ioſeph. Damaſc. Baſil. Auguſt. Gregor. Abulenſ. qui ſuper 13. Geneſ. reuocauit priorem ſententiam; & alij. ac demum ſi liceat vlterius coniectando loqui, per octo dies in paradiſo permanſiſſe dixerim; ita vt feria ſexta ſequentis hebdomadæ peccarint, expulſíque fuerint, quod viris doctiſſimis video approbari.

Quandiu Adam in paradiſo fuerit.
Ioſeph.
S. Ioan. Damaſc.
S. Baſil.
S. Aug.
S. Greg.
Abulenſ.

Vide accuratiſſimam de hac difficultate diſputationem apud Pererium noſtrũ, *lib. 6. in Geneſ. q. 1.* Ben. Perer.

## SECTIO XLII.

*Fecitque Adam, & collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.*

1. VErbum, *eiecit*, Hebraicè eſt ויגרש *igares*, à radice גרש *garas*, expellere, proiicere, repudiare, &c. hic eſt in coniugatione dagheſſata, Pighel, vti verſu præcedenti, *emiſit*, Hebr. ישלח *iesalleh*, à radice, שלח *salah*, mittere, admittere, in eadem coniugatione reperitur. Hinc iam elici poteſt, imprimis ſpectata nimirũ propoſitæ coniugationis vi & facultate hic ſenſus: Emiſit, eiecit ignominioſè, violẽter impulit, quaſi renuentem, & renitentem, & miſerabili eiulatu omnia complentem, ac ſi diceret: O Domine, en me demum eiicis ab iſto tuo paradiſo, & à tuo conſpectu, quod vehementius doleo! inuitum propelles reluctantem, non ſine violento impulſu tandem dimittes. mori potiùs cordi eſſet, quàm hinc abire. Vehementiorem eum ſignificatum importare ſolẽt verba cùm per huiuſmodi coniugationem efferuntur. Et quidem promeritam ſubiit Adamus pœnam, vt exulet à paradiſo qui paradiſum ſuo delicto polluit: ignominioſè pellatur à Deo, qui à Deo fugiens abſcondit ſe. Nec peccatori quicquam congruẽtius eſt, quàm & nomen, & vita exulis. Quod ita eleganter edifferit Philo Heb. *lib. 2. Allegor.* Docemur omnẽ malum eſſe exulem. Ciuitas enim ſapientum propria, virtus ipſa eſt: in hanc quiſquis admitti nequit, exulat. Et nemo malus vnquam in eam admitti poteſt: ergo ſolus malus hinc pellitur, & exulat. Virtutis autem exul ſtatim abſcondit ſe à Deo. Nam ſi ſapientes conſpiciuntur à Deo, vtpote amici eius; liquet abſcondi malos, & celare ſe, tanquam inimicos, hoſtéſque rectæ rationis. Hæc ille. Quia verò verba per ſupradictam coniugationem, vti & per quartam elata nonnunquam agere altero ſuaſore, & autore ſignificant; alter ſenſus effici poterit, vt dicamus: Fecit emittere, fecit eiicere, nimirum, quia non ipſe Dominus, ne quid amori ſuo, ac miſericordiæ ſuauiſſimæ detrahere videretur, per ſeipſum illos emiſit, atque eiecit: ſed ad tam acerbum ac tam luctuoſum miniſteriũ deſtinauit Angelum, & fortaſſe illum ipſum Cherubim (de quo mox) flammeo & verſatili gladio minantem, ac nolentes & reſtitantes cogentem diſcedere, denique violenter actos impellentem, aut etiam, non per Angelum, nec per vllam coactionem externam, ſed fecit ſuo imperio, vt abirent ipſi, ſeſéque pellerent à paradiſo, cuius hoſpitio, & fructibus prorſus indignos ſe iudicarent. In hoc igitur explicatu videtur exprimi dolor, & amor parentis beneuolentiſſimi, qui filium ſcelere graui deprehenſum, cùm ex debito paternæ iuſtitiæ corripere cogatur, ne alioqui impunitus liberiùs peccandi licentiam aſſumat, dolens, & illacrymãs virgas expedit, flagella, cruces, minabundus vociferatur. Imò & non ipſe filium verberat, ſed peracerbum hoc ſupplicium ſeruo alicui committit.

Pellitur violenter à paradiſo Adam.
Philo.
Malus exulat, vnde virtus ciuitas eſt.
Angelus pellit Adamum & Euam.
Deus patrem agit iratum & dolentem.

2. Confirmari nonnihil poterit hæc explicatio,

catio ſi adiungatur, quod ſubtiliſſimè ac veriſſimè adnotatum reperio apud Iunilium Africanum, *tract. ſuo in Geneſ.* videlicet: Statim (vt loquitur) poſt eiectum à paradiſo nominatur Deus, ſed non Dominus Deus. Et quidem ita res habet: hucuſque enim יהוה אלהים *Iehouah, Elohim*, vſque ad finem huius capitis tertij, toto autem deinceps quarto dicitur tantùm *Iehouah*, tacetur autem *Elohim*. Iunilius huiuſce tantæ nouitatis rationem aſſignat; vt diſcas (ait) quòd Eccleſiæ eſt proprius Dominus & Deus; at non ſimiliter eorum, qui ſunt extra Eccleſiam. Sumit autem paradiſum terreſtrem ea quo Adam eſt eiectus, pro Eccleſia. Forte faciliùs & accommodatiùs ad locum præſentem dices, idcirco poſt eiectum hominem ac damnatum, & iam ipſis in ſudoribus ærumniſque mœrentem, vno tantùm, & non duplici, vti antea, nomine Deum appellari ad teſtificationem doloris; ſuas enim (vt ex D. Gregor. Nazianz. ſuprà poſuimus) nos ille diuitias habet. Ergo ſi fracta naui, factóque naufragio pretioſiſſimæ merces, opulentiſſimúſque theſaurus in ventos, vndáſque pelagi abierunt, quid in ſuam doleat vicem, iacturam & naufragium cæleſtis hic mercator? Quo ſymbolo non ſemel in diuinis literis adumbratur Deus. Vide nunc etiam, an quia hominem tanto in pretio habuerit, ſibi nomen, dominium, & gloriæ laudem iudices, atque innuas funditus periiſſe vbi homo periit? Ac mihi quidem illud inſuper venit in mentem, quod ipſe Dominus per Zachariam quodammodo queſtus, ac dolens de ſe dixit: *Homo agricola ego ſum, quoniam Adam exemplũ meum ab adoleſcentia mea*, cap. 13. Profectò enim vti Adam in pœnam ſuæ tranſgreſſionis, à paradiſo, in quo non natus, ſed in quem tranſlatus breui tempore habitauit, expulſus eſt ad labores, & ſudores, ad mortem denique ſubeundam; ita Dei Filius à ſinu Patris deſcendens factus homo in vterum Virginis; & ab hoc materno paradiſo, cuius per nouem menſes hoſpitio potitus eſt, ad præſepis paupertatem, ac ſolitudinem ad ærumnas vitæ, ad paſſionis acerbiſſimæ cruciatus, ad infamem crucis mortem non ſua, quæ nulla innocens admiſit, ſed infinita humani generis ſuo ſanguine flagitia expiaturus. Sed hac de loco Zachar. in ſuperioribus plura diximus. Primus Adam in ſumma triſtitia conſtitutus in eam tellurem deſudat, quæ ſpinas, & tribulos germinat; at quo voluptatis gaudio ſecundus Adam inter ſpinas & tribulos ingratorum hominum & ſceleratorum verſetur, ipſa quam capite geſtat impoſitam, ſpinea corona teſtatur. De qua ſic D. Ambroſ. *in* 23. *Luc.* Corona de ſpinis capiti Domini annexa oſtendit, quòd de peccatoribus mundi tanquam ſeculi pœnis triumphalis Deo gloria quæreretur. Clem. Alex. *lib. 2. pædag. cap.* 8. pulchrè de illa ipſa corona diſſerit ad hunc modum. Domini corona nos propheticè ſignificabat, qui fuimus aliquando infrugiferi, qui circa illum poſiti fuimus per Eccleſiam, cuius ipſe caput eſt. Sed hoc quoque ſignum eſt rei à Domino bene geſtæ, cùm ipſe ſuo capite, & principali parte corporis omnia mala noſtra portauerit, propter quæ pungebamur. Cùm enim ab offenſionibus, & peccatis, & eiuſmodi ſpinis, nos propria paſſione liberaſſet, diabolúmque infirmaſſet, & aboleuiſſet, orans meritò dixit: *Vbi tuus, ò mors, ſtimulus?* Ita Clemens. Venerare obſecro immenſum Chriſti amorem erga nos. Noſtras ille ſpinas aſſumpſit, & capite ſuo inſeruit, vt nos à culpis culparúmque pœnis eriperet.

Iunilius.

Deus nomen Domini perdito homine renunciat.

S. Gregor. Nazianz.

Zachar. 13. Adam in exemplum Christo Domino.

S. Ambroſ. Corona ſpinea Domini quid ſignificet.

Clem. Alex.

1. Cor. 15.

3. *Eiecitque Adam.*] D. Chryſoſtomus infinitam Dei benignitatem etiam in hoc acerbiſſimo ſupplicio admiratus ait: Quamuis grauiſſimi doloris ſpectaculum erat, eſt tamen magnæ vtilitatis occaſio, vt dolens continuo aſpectu munitior, & cautior eſſet in aliis, ne iterum in ea peccata incideret, quæ hominis vt plurimum mos eſt. Nam quoniam cùm bonis fruebamur neſciuimus ipſis, vt oportet, vti, illorum priuatione emendati ſumus, & tunc experientia ſentire cœpimus noſtram deſidiam. Itaque tanta rerum mutatione docemur, & à quibus excidimus, & in quæ noſipſos mala intulimus. Ita Chryſoſtomus. Quæ ad futura peccata diligenter cauenda tum Adamo, tum filiis illius valde conducunt. Infeliciſſimum ſtatum, in quo nunc ſumus, propter parentis noſtri delictum, graphicè ita deſcribit D. Bernard. *ſermone de prim. med. & nouiſ.* Quid hic niſi labor, & dolor, & afflictio ſpiritus? Sed nunc ita contingit tibi, ac ſi puer in carcere natus ſit, vt in carcere ſit nutritus, & quia nunquam viderit lucem, miretur ſuper triſtitia, & anxietate matris ſuæ. Illa enim ſcit vnde doleat, & quia nouit bona, grauiora ſunt ei mala, & recordatione pacis amaritudo eius amariſſima eſt. Tibi magna videntur minora mala. Et præ maioribus compedibus, quibus aſſuetus es, minores annulos requiem putas. Hæc Bernard. Vehementer illi (vt par erat) exilium ſuum à paradiſo dolebant, quippe qui felicitatem priorem, quam amiſerant, animis adhuc impreſſam geſtabant. Nos verò miſeri, qui felicitatem nunquam deguſtauimus, in exilio, in carcere, inter compedes nati, quæ patimur mala, prorſus ignoramus, & bona quæ non vidimus, amiſſa non dolemus. B. Laurentius Iuſtinus hunc locum vberrimè pertractans oſtendit ad commendandam homini humilitatem Deum hoc peregiſſe, vt & anima illius portio nobiliſſima carni abiectiſſimæ vniretur, ac totus ipſe Adam ea anima & carne compoſitus à paradiſo tandem relegatus in ærumnoſum huius vitæ ſtatum, cum pecudibus habitaturus detruderetur. Ait igitur: Duplici ratione Dei ſapientia rationalem ſpiritum fragili, atque paſſibili, copulauit naturæ; vt qui luteo amictus erat indumento, atque in hoc exilio cum cæteris poſitus animantibus æquanimior eſſet, ac humiliter præſtolaretur tempus, quo de hac traheretur peregrinatione. Prætetea, vt ex aſſidua conſideratione corporeæ fragilitatis occaſionem caperet conſeruandi eximia dona ſuæ ipſius ſpiritualis naturæ: quia propalatæ diuitiæ facilè deprædantur, quæ verò latent, cuſtodiuntur ſine labore. Propter quod Dei ſapientia ſub carnis velamine munera ſpiritus celare diſpoſuit. Nam poſt lapſum, & præuaricationem vetitit Adam cum omni poſteritate tunica pellicea & carne corruptibili & mortali contexit, atque in hac miſeriarum valle collocauit peregrinaturum: vt ex qualitate exterioris hominis, diſcat non elatè præferre ſe cæteris. Sed ea continuis punctionibus, quas indeſinenter propter infirmitates & neceſſitates carnis patitur ſpiritus, materiam ſumat ſe in humilitate cuſtodiendi, & omni circunquaque ſe muniens diligentia, cum ſumma alacritate cordis, & animi deſiderio ad Patrem, qui in cælis eſt, repatriare feſtinet.

S. Chryſ.

Pœnitentiam cum Adam edocemur.

S. Bern.

Nati & nutriti in carcere non dolemus.

B. Laur.

Adam in exilio humilis, & cælorum deſideratus.

Miro enim modo, Dei operante clementia, quod illis illatum eſt ad peccati ſupplicium conuertitur in ſalutis adiutorium: & ipſa caro, quæ malè ſuadendo ærumnis & paſſionibus prægrauatur, omnium miſericorditer efficitur cuſtos donorũ. Ita Iuſtin. *lib. de diſ. & perf. cap.* 4. Rectè appoſuit eiectionem iſtam à paradiſo, & peregrinationem in hac valle lacrymarum humini profuiſſe, vt vehementius deſiderio ſedeundi ad patriam ac

S. Gregor.

Patrem excitaretur. Profectò, vt D. Greg. docuit *lib.* 1. *moral. cap.* 16. Dolẽs de præſentibus ad æternã feſtinat. Contrà verò improbi viæ patriæ diligunt exilium, quod patiuntur. Optimè etiam S.

S Cyrill. Hieroſol.

Cyril Hieroſol. *catech.* 2. benignitatem Dei commendat his verbis: Eiicit Adamum ex paradiſo: B neque enim erat dignus illo loco propter peccatum. Conſtituit autem illum è regione paradiſi, vt videat vnde exciderit, & à quibus, in quæ delapſus ſit, deincépſque per pœnitentiam ſaluetur. Sic ille.

*Paradiſus terreſtris cæleſtem ſignificat.*

4. Quòd autem paradiſus ille terreſtris figura fuerit gloriæ cæleſtis beatorũ, ad quem vnum deſideriorum, operúmque noſtrorum ſcopum dirigi collimatique debeat totum ſtudi in hominis, tum ex aliis paſſi locis habetur, tum

Iſai. 65.

verò ex cap 65. Iſai. vbi ſic Dominus: *Secundum dies ligni, erunt dies populi mei, & opera manuum eorum veteraſcent electi mei.* LXX verterunt, ſecundùm dies ligni vitæ dies populi mei; opera laborum ſuorum veteraſcere facient electi mei. C

S. Hieron.

Quem locum dilucide S Hieron. exponit. Æterna (inquit) erit habitatio atque plantatio iuſtorum; vt dies vitæ populi mei diebus vitæ ligni comparentur, de quo in Pſalm 91. dicitur:

Pſal. 91.

*Iuſtus vt palma florebit, quotidie triumphans de aduerſariis, & inſigne victoriæ præferens.* At iuxta LXX lignum vitæ intelligimus, quod in paradiſo ſitum eſt. Ad quod ne extenderet Adã manum ſuam vt viueret, eiectus eſt de paradiſo, ne in peccato poſitus, & necdum ſua delicta cognoſcens comederet ex eo, & impœnitentiæ, deſperationiſque, ac ſuperbiæ morte moreretur. Hæc Hieron. Loquitur igitur Dominus de felicitate cæleſtis patriæ, quæ ſimilis erit illi, quam primores parentes in paradiſo terreſtri de ligno vitæ D ad nunquam moriendum, comederent. Cæterùm ab illa felicitate deiecti homines, hoc habent reliquum, vt id deſiderio cæli æſtuantes per opera bona certam faciant ſuam vocationem, ſecurúmque & paratum ad cæli gloriam aditum ſibi muniant. Quod in vltimis verbis ver-

S. Hieron. *Profuit Adamo exilium, & mors.*

ſionis LXX. innuitur, quæ ſic expendit D. Hieronymus. An non tibi videtur quotidie inueteraſcere opera ſua, qui præteritorum oblitus in futurum extenditur: Sic ille. Optimè aduertit ſanctiſſimus Pater, ſi Adam & Euam in paradiſo remanſiſſent, futurum, vt nunquam à peccato reſipiſcerent, ſed impœnitentes, & Dei contemptores, ac ſuperbi in ſempiternum viuerent. Profuit illis igitur, & exilium & vita ærumnoſa, & E certa denique mors; vt humiliati ſub potenti manu Dei, & pœnitentiam ſuorum ſcelerum agẽtes, ad cæleſtem gloriam comparandam excitarentur. B Laur. Iuſtin. *lib de caſto connub. cap.* 4.

Laur. Iuſt.

acutè obſeruat, etſi innumeris homines exilium damnatos oppugnetur malis, adhuc tamen debilitatum aliquantulum veri & boni deſiderio permoueri. Verba illius ſunt: De paradiſo voluptatis, à facie Domini eiecti, in hac, in qua nunc peregrinantur terra, exilio damnati ſunt. Hinc naturæ deordinatio, lucta carnis, & ſpiritus creaturarum inobedientia, cæleſtis patriæ amiſſio, veri ignorantia, & boni inſenſibilitas effluxerunt; ſed non præualuit viri iniquitas opus Dei funditus

*Veri & boni deſiderium in homine.*

deſtruere. Vulnerauit quidem, non tamen totaliter extinxit naturæ bonum. Nam veri & boni ineſt illi appetitus, licèt longe debilior, quam priùs. Hæc Laurent.

5. Non ſatis viri ſanctiſſimi deplorant iſtud exſilium Adami, & vitam, quam ille infelix cum liberis ſuis in terra ærumnoſam trahit. Atque inprimis digna, quæ hic inſerantur, mihi videntur illa D. Bernard *ſerm. de abed.* Nunc verò (ait) in

*S Bern. Deſiderium bonum hominis.*

regione corporum habitantes, corporibus ſumus obnoxii, & ex quo diſſipauerunt legem Domini parentes noſtri, non modò faciendi tempus eſt, ſed etiam patiendi, & omnium noſtrûm ampliùs labor & dolor. Durus equidem cibus eſt, hordeaceus panis, ſed offenſo Rege, pulſus palatio ſtiles quamlibet delicatus, ad vnum fortè, quem ſolum habet ſeruulum, diuertere opus habebit; ibi hanere latebras, & inſulſa carpere prandia; apud eum regales delicias pultibus ruſticanis, ac nobiles ſtratus ſtercquilinio mutare ſeruuli, iuxta illud Threnor. 4. *Qui nutriebãtur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.* Ibique maxime deplorat Pro-

Thren. 4.

pheta oblitus propriæ conditionis ingenuitas creaturas tantam diſſimulare miſeriam: nec modò non reputare quod tolerant, ſed tanquam bona magna complecti, quę paulo minùs externa ſunt mala. Hæc Bernard. Inter pecudes habitat Rex ille animalium, cibis pecudum veſcitur, qui cum Angelis, & cum Deo epulabatur. Sed eiulat miſer. Vtinam & ſe doleat, & felicitatem amiſſam deploret, aueat, ſuſpiret! Ex his Bernard. aliiſque teſtimoniis, quæ malorum, quibus addicti inhæremus, experientia quotidiana nos edocet, præſertim verò ex ipſa, quam in nobis ſentimus, ac patimur carnis aduerſus animam lucta infatigabili, colligere licet, quanta nunc difficultas ſit puritatem vitæ, dulcedinem virtutis, ſalutem æternam animæ adipiſci. Sed tanto etiam nunc

*Difficultas in virtutis ſtudio.*

excellentior palma ſudanti, & laboranti Adamo retribuitur; tanto fient in virtutis ſtudio fructus dulciores. Quod late perſequitur B. Laur. Iuſtin.

Laur. Iuſt.

*ſerm. de feſto S. Ioannis Euang.* paucula ſubiiciam. Innocentiæ (inquit) candorem, immortalitatis ſtolam, carnis incorruptibilitatem, animæ puritatem, contemplationis dulcedinem, ſpiritus libertatem, regnum cælorum, Angelorum contubernium, ac etiam Dei perdidit homo ad quæ (quanquam ex parte) maxima cum fatigatione aſſurgit, quemadmodum ex inflicta ſententia illi dictum eſt: Terra germinabit tibi ſpinas & tribulos. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Nem-

*Mortificatio continua indigetur.*

pe in ſudore vultus, conſolationis, ac virtutis veſcimur pane; terra cordis, & corporis vitiorum ſpinas, atque concupiſcentiarum tribulos germinante; nunquam ab hoc ſpirituali ceſſandum eſt opere; nunquam à tentationum reluctatione quieſcendum. Torporis quidem tempore vitiorum ſeminantur ſentes, & ex exercitationis intermiſſione conualeſcunt; ſecum autem inſpirationis germen præfocant, quoties mens noxio ſopore deprimitur. Meritò igitur ab Angelis honorandus eſt ille, qui diuinæ charitatis flamma ſuccenſus infatigabiliter ignatas concupiſcentias, & adulta vitia vigore mediante virtutum ex ſe eradicare conatur, atque etiam ſibi vtriuſque hominis ad priſtinum originalis puritatis reformare decorem. Hæc Laurentius. Hæc eſt lex indicta filiis Adam, hoc illis impoſitum

tum iugum, vt extra paradiſum poſiti exulent, in ſudore, & labore operentur; in valle lacrymarum iugiter (vt poſtmodum gaudeant) deplorent. Hinc optimè Guarricus Abbas *ſermone ſecundo Pentecoſt.* Neſcio(inquit) ſi Spiritui ſancto, qui in columba apparuit, alia vox familiarior gemitu, aut gratior ſit. Puto quia nec in Apoſtolis locum inueniſſet Paracliti conſolatio, niſi quia lugebant ſe deſolatos. Vnde illis Dominus dicebat: *Niſi ego abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* hoc eſt, niſi deſolati fueritis præſentia mei corporali, non vos conſolabitur viſitatio ſpiritualis. Hæc ille. Rex erat Dauid, & tamen in rerum omnium affluentia dicebat: *Calicem ſalutaris accipiam*, Pſal. 115. Vbi D. Baſil. Appellatione calicis tolerantiam ſubindicat, ſudorémque certaminum in gratiam tuendæ pietatis, ſimúlque pertinacem conatum, quo ad mortem vſque aduersùs peccatum reſiſtimus. Sic Baſil. Quo in conflictu maximè D. Paul. & viri ſancti gemunt expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, quo liberentur de corpore mortis huius. Quis non miretur? Etiam innocentiſſima Virgo Dei mater huius exilij pertulit ærumnas, columba in cauernis maceriæ delituit, turtur ingemuit paſſa hyemes & imbres: ſed ita in ver illud amœniſſimum tranſibit, audiérque Filium dulciſſimè blandientem; vt piè admodum conſiderat Guarricus *ſerm. 1. de Aſſumpt.* Continuiſti paruulum in gremio, côtinebis immenſum in animo. Fuiſti diuerſorium peregrinationis, eris palatium regnantis. Fuiſti tabernaculum pugnaturi in mundo, eris ſolium triumphantis in cælo. Fuiſti thalamus ſponſi incarnati, eris thronus Regis coronati. Sic ille. Itaque in hoc ſuæ virtutis caſtello poſuit Deus (vt ait S. Bernard. *ſerm. 5. in Aſſumpt.*) murum continentiæ, & antemurale patientiæ: ſurgit autem opus, & creſcit per dilectionem. Felix planè (vt idem loquitur *ſerm. 1.*) Maria, & multipliciter felix, ſiue cùm excipit Saluatorem, ſiue cùm à Saluatore ſuſcipitur. vtrobique mira dignitas Virginis matris: vtrobique amplectenda dignatio maieſtatis.

Guarric. | Ioan. 16. | *Fletus exulũ gratus Deo.* | Pſal. 115. | S. Baſil. | Guarric. | *B. Mariæ exilium, & aſſumptio.* | S. Bern.

---

## SECTIO XLIII.

*Et collocauit eum ante paradiſum voluptatis.*

1. SEptuaginta legunt de Adamo, καὶ κατῴκισεν αὐτὸν, & collocauit eum, ſcilicet Adamum. Quam lectionem Græci omnes, & Latinorum antiquiſſimi Patres ſequuntur. Igitur eiectum è paradiſo poſuit Dominus Adamum è regione paradiſi. D. Chryſ. huic lectioni inſiſtens ſic ediſſerit. Miſericordiæ & benignitatis argumentum fuit, quod contra paradiſum illum habitare fecit; vt iugem dolorem haberet, quotidie cogitans vnde exciderit, & in quem ſtatum ſe coniecerit. Itaque quod propè, & è regione paradiſi eum habitare iuſſit, maximæ prouidentiæ & curæ erga illum fuit ſignum, vt & ſpectando memor eſſet, & inde lucrum faceret. Simile quid apud Theodoretum legitur. Ex aduerſo (ait) paradiſi expulſum hominem conſtituit, vt vita illa abſque vlla triſtitia, quam peccando amiſerat, in mentem illi veniret, atque ita peccatum laborioſæ vitæ autorem magis, magíſque odio proſequeretur. Igitur è regione paradiſi poſitus, perpetuo dolore, illóque acerbiſſimo excruciatus per longiſſima annorum ſpatia, vnius tantùm

S. Chryſoſt. | *Adamus è regione paradiſi deflet.* | Theod.

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

peccati primus peccator pœnitentiam egit. Nam D. Irenæi ſententia eſt: Mille fere annorum luctu pœnitentiam promeruit. Appoſitè D. Ambroſ. *in Pſalm. 38.* Conſidera (inquit) nunc mihi illum Adam de paradiſo eiectum, in caſtellum relegatum, ſpectantem vnde deiectus ſit, fluentē vbertim quia reminiſcitur quid amiſerit, quóve deciderit, & ideo gratias agamus Deo, qui nos perpetuo exilio liberauit, aperiens ianuam, qua reuertamur ad patriam. Idem *ſerm. 4. in Pſal. 118.* ad illa verba, *Adhæſit pauimento anima mea.* Eiectus (ait) de paradiſo Adam, hoc eſt, ex illo ſublimi & cæleſti loco in terram deplorat: adhæſit, &c. pœnitentiam gerentis hæc vox eſt, qui meminiſſet adhærentem ſe Deo infirmitatem corporis non ſenſiſſe: Adamus ergo, qui antè beatiſſimus auram carpebat ætheream, curas vitæ huius, & tædia neſciebat; is nunc ſolicitudine mundi huius, luxuriæ ſtudio, pecuniæque cupiditate curuatus, vulpium foueis ſe inſerit, latibuliſque terreſtribus. Meritò adhærebat pulueri, qui ſe leuare non poterat, niſi eum ſupra crucem ſuam Chriſtus leuaſſet. Sic Ambr. De hoc luctu mœrotéque Adami copioſè & eleganter diſſerit B. Laur. Iuſt. *lib. de caſto connub. cap. 12.* ad hũc modum. Solent quicunque ab humanæ dignitatis ſunt collapſi faſtigio, toties mœrore ſauciari, atque alta ab imo pectoris eructare ſuſpiria, quoties reuoluunt animo, quid fuerint, & quid ſint. Augmentũ quippe præſentis infortunij memoria eſt præteritæ felicitatis. Et eo grauiore confodiuntur doloris vulnere, quo ſublimior fuit tranſacta proſperitas. Verumtamen ſi ſic tẽporalium ac fugitiuorum pompæ bonorum, quæ ſingulis horarum momentis decurrunt, mẽtem afficiunt: quanto magis amiſſio æternorum? ſi homo de eo, quod (velit nolit) perdit, ſic cruciatur, quanto ampliùs de immortalitatis gloria, quam primus homo in innocentiæ ſtatu poſitus, ſi voluiſſet, tenere poterat, & amiſit: omne hominum genus intolerabili mœrore debet transfigi? Qui enim cæleſtis Ieruſalem ſe ciuem profitetur incolatus præſentis exilij ærumnas ægrè ferre debet, quoties delicias recolit amiſiſſe, quas habuit. Inde in perſona peregrinantium Pſaltes egregius flebili voce ait: *Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Siõ,* Pſ. 136. Quis namque rationis cõpos non gemat ſua, & totius Adæ poſteritatis damna, cùm recogitat quid perdidit, & quid patitur? Hæc L. Iuſt.

2. Optima ſunt, quæ hactenus retulimus de mœtore & luctu Adami; mihi tamen ad leuamentum noſtri exilij perquam ſuauis viſa ſemper eſt commentatio Procopij, quæ ſic habet. Vt Deus aliquãtulum pœnã leniret, iuſſit hominem habitare è regione paradiſi. In hoc imitatus eſt regem bonum & clementẽ, qui non longinquum delinquenti indicit exiliũ, ſed propinquũ: iubens illum morari in conſpectu regiæ vrbis: qua re ſignificatur fore, vt mox reuocetur, & in integrum reſtituatur. Præterea voluit, vt paradiſus ſubinde eius oculis obuerſaretur, vt recordaretur peccati, ipsúmque oderit, vt cauſam, quæ illum deturbauerit poſſeſſione paradiſi, & ex animo deſideraret eum locum, ex quo præuaricatus cecidiſſet. Nec dubito, quin homo crediderit Deum verſari, & quaſi domicilium habere in paradiſo: hinc perſuaſus eſt ſe non eſſe ſubmotum à cura, & prouidentia diuina. Hæc Procopius. Cùm lego hanc interpretationem, venit mihi in mentem locus ille 2. *Reg. 14.* quando

S. Iren. | S. Ambr. | Pſ. 118. | *Adam iacentem Chriſtus attollit.* | B. Laur. Iuſt. | *Homo ad fletum inuitatur.* | Pſ. 136. | Procop. | *Deus Adamũ non procul amandat.* | 2. Reg. 14.

Dauid parabola & precibus Thecuitis permotus reduxit ab exilio filium ſuum Abſolonem. Dixit autem Rex: *Reuertatur in domum ſuam, & faciem Regis non videat.*

Gl. interl.

Gloſſa interlin. rationem ſubiicit, ne præſentia eius mortem Amnon ad memoriam reducens triſtitiam mihi inferat. Verùm quod ad inſtitutum pertinet: reduxit Dauid filium ab exilio illo remotiſſimo in vrbem regiam; habitare fecit in propria domo, ſcilicet (vt credere par eſt) propè Regis palatium, à facio tamen Regis extorrem, & ablegatum: quod tamẽ ſummam dabat ſpem proximam, vt omnino ad Regia gratiam & conſpectum reciperetur: & ita contigit. Illud etiam adiungam, quod perbellè ſcripſit D. Ambroſ. *Epiſt.* 43.

S. Ambr.

Quid (inquit) de ſancto Dauid loquar? qui degenerem filium, & fraterno oblitum ſanguine ad vnius mulieris petitionem paternis viſceribus mentem emollitus, domo recepit. At quænam alia mulier proditorem, parricidam, & ſceleſtiſſimũ hominem

B. Maria reducit exules ad Deum.

à facie Dei longiſſimè expulſum, atque in barathrum iam vltimum, & mox gehennæ corruentem ad ipſius Dei gratiam conſpectúmque reducit, & in vrbem ipſam regiam cæleſtem Ieruſalem introducit, niſi ſemper virgo Maria mater Dei? Mariæ placatus precibus Filius ipſe Rex ait: Conuertatur peccator in meam gratiam, & faciem meam videat. O Virgo paradiſi aditus, cæli ianua, ſalutis vnica ſpes; qui te inuenerit, inueniet vitam! Ora potiſſima Virgo, intercede: placa nobis regem, vt qui per te nos redemit per te nos ab exilio reduces culpis ablutos ad ſui gratiam, ad faciem ipſius videndam ac perfruendam recipiat. In ſinu mater Virgo, & ad vbera

Ieſus infans Adamum reuocat.

ſuſpenſum geſtat Deũ ipſum, qui Adam & Euam eiecit, poſuitque è regione paradiſi. En ipſemet reuocat in paradiſum cæleſtem. Non eſt quod

Guarric.

timeatis ô exules. Puerum (ait Guarricus *ſerm.* 1. *de Natiuit.*) ſe maluit exhibere, magíſque amabilis, quam terribilis apparere; vt quia ſaluare veniebat, & non iudicare, præferret interim, vnde prouocaret amorem: differret, vnde incuteret poſſet timorem. Ne ſit tibi ſcrupulo, quòd grauiter deliquiſti, neſcit puer læſus iraſci: aut ſi iraſcitur, facilè poteſt placari. Sic Abbas. Sed ò pulchram noctem, in qua hunc locum commentamur, & poſt paucas horas feliciſſimum virginis partum inter miſſarum ſolemnia celebrabimus! ſed hic tantiſper ſileat commentatio, & ferueat meditatio tanti myſterij. O fons (ſubiungit Guarricus) miſericordiarum, & abyſſus iudiciorum! Quis de hoc fonte bibit, & non amauit? quis hanc abyſſum conſiderauit, & non expauit? qui non amauit, impius eſt, qui non expauit, vecors, & inſenſatus eſt. Sic ille. Quid

Natiuitas Domini dulciſſima.

igitur meditando exprobram? Hoc vnum cum eodem Abbate. O puer dulciſſime Ieſo bone! cùm totus ſis dulcedo, & deſiderium: dulciorem tamen te mihi facit teneritudo membrorum. Hanc Dei infantis teneritudinem arbitror Dauidi, & Salomoni prælusam fuiſſe, cùm inſolita quadam loquendi forma Deo blandiebantur. Sic enim Dauid 2. *Reg.* 7. ſæpiùs cum Deo agens

2. Reg. 7.

repetit: Domine mi Deus. Hebr. אדני יהוה *Adonai Iehouih*, nec (vt obſeruat Caiet.) Iehouih eſt

Caiet.

aliud nomen, quàm Iehouah, ſed blande loquendo mutatur prolatio, & præponitur nomen Domini cum pronomine, proinde ac diceretur, mi Iehouah, vt conſueuimus blandè obſecrando alloqui principem. Sic ille. Similiter Salomon 3. *Reg.* 8. ſuam illam orationem complet dicẽdo:

A Domine Deus Hebr. אדני יהוה *Adonai Iehouih*, vbi etiam idem Caiet. Complet orationem nominando Deum blandis nominibus, Domine mi Iehouih, quod idem ei atque Iehouah, ſola inflexione differens ad quandam dulcedinem affectus ſupplicantis. Ita Caiet. Denique (vt ad inſtitutum reuertamur) verba illa, *& collocauit*, &c. ſanè declarant hominem adhuc eſſe curæ ſupremo Numini: nec eiectum eſſe, vt omnis redeundi ſpes ſit interclusa. Sic Procop.

Procop. Quorſum veri Cherubini ante paradiſum.

3. Porrò autem iuxta verſionem vulgatam, quæ non diſcrepat a fonte Hebræo (licèt pro certo haberi poſſit, quicquid de proxima paradiſo habitatione Adami dictũ eſt) Cherubini ante paradiſum a Deo collocati eſſe intelliguntur: &

B veri quidem Angeli phantaſtico induti corpore, vt videri poſſent ab Adamo: non autem fucatæ quædam, & inanes rerum ſic apparentium oculis imagines quod aliqui falsò cõfinxerunt, & nunc eſt hæreticorũ error. Illi enim, vt moris habent, nunquam de ſterquilinio margaritas colligunt. ſed margaritis ipſis porcino roſtro abactis lutum ipſum ac ſtercus amant, ac degluriunt. Hæc autẽ cuſtodia diuinitus eſt adhibita paradiſo: quoniã (vt ait D. Chryſ.) tam negligens iam fuerat Adam

S. Chryſ.

in mandato Dei; hinc factum eſt, vt tanta diligẽtia ingreſſus ad paradiſum muniretur & præcluderetur. Similiter Procop. Illæ (inquit) viſiones

Procop.

C neceſſariæ erant Adamo habitanti in confinio paradiſi, vt perpetuò admoneretur ſui caſus. Addit optime S. Epiph. vt Adami filios moneret, &

S. Epiph.

exemplo ſui auerteret a peccato, ob id & fulminantis gladij aſpectus, & Cherubim vultum terrorem præbuerunt, quoadſque vixit Adam.

4. *Et verſatilem gladium.*] Rectè quid ſit *verſatilis*, exponit Rupertus. Dominus (ait) hic iræ

Rupert.

grandis ſocietatem miſericordiæ neceſſariæ adhibuit: iræ namque iuſti Dei eſt, quòd ante paradiſum flammeum gladium collocauit: miſericordiæ verò, quòd eundem gladium verſatilem eſſe voluit. Gladius verſatilis ſententia eſt diuini iudicij,

Verſatilis gladius quid ſignificet.

quæ talis eſt, vt poſſit verſari: id eſt, non ſemper eadem diſtrictione claudat hominibus aditum

D paradiſi. Idem apud D. Gregor. legitur: ſcilicet romphæa verſatilis dicitur, pro eo, quòd quandoque veniret tempus, vt etiam remoueri

S. Greg.

potuiſſet. quod iam euenit, vt rectè obſeruat Strabus, cuius illud eſt: Verſatilis dictus eſt gladius,

Strab.

quia poteſt remoueri; remotus eſt enim Enoch & Eliæ, & quotidie remouetur fidelibus de hac vita ad ſupernam beatitudinem aſcendentibus. Sciendum amplius eſt hunc flammeum gladium figuram extitiſſe omnium difficultatum, quæ in ſalute animæ comparanda occurrunt: vti (autore D. Bernard. *ſerm.* 5. *de verb. Iſa.*) incisio pariter

S. Bern.

& incenſio, quibus nihil carni terribilius eſt, à ligno vitæ manum prohibẽt. Itaque per gladios,

Chriſtus gladium paradiſi remouit.

E per ignes ad cælum munienda via erit: maximè verò ſignificator illud obſtaculum, quod cælo inerat, ne homini pateſieret antequam Chriſtus Dominus in cruce obiiſſet: de quo inſignis locus eſt Eccl. 3. *Vnus interitus eſt hominis, & iumentorum.*

Eccl. 3.

Vbi ſic D. Hieron. Huc dicit, quòd ante

S. Hieron.

aduentum Chriſti, omnia ad inferos pariter ducerentur: & Iob pios & impios in inferno queritur retentari, *Iob* 7. & 17. Et reuera antequam

Iob 7. & 17.

flammeam illam rotam, & igneam [illegible], ad paradiſi fores Chriſtus cum latrone reſeraret, clauſa erant cæleſtia; & ſpiritus pecoris hominiſque æqualis vilitas concludebat. Sic Hier. quod etiam ſubtiliter admodum Procopius,

d. ſcutit

diſcurrit in hæc verba: Adamus flammante, & verſatili gladio è paradiſo eiectus eſt. Et quod vertitur, tandiu vertitur, donec inueniat aliquid reſiſtens. Chriſtus verò proprium latus, ceu firmamentum aliquod, haſtæ obtulit, paradiſum aperiens, qui propter latus nempe mulierem fuerat obſtructus. Neceſſe enim erat, vt omnia quæ tendebant in perniciem hominis, Chriſtus in cruce diſſolueret, & dilueret. Senſit itaque gladio flammantem compeſcuit, cùm nemo verſatili fuiſſet auſus ſe opponere. S. Cyril. Hieroſ. *catech.* 17. linguas illas cælitus dimiſſas exiſtimat Spiritus ſancti acceſſas igne in Pentecoſte, vt paradiſus igneo gladio prohibitus pateſceret. Sic enim ait. Gladius igneus antea prohibebat ingreſſum paradiſi: ignea verò lingua ſalutarem præſtitit gratiam. quæ maior autem gratia, quam aditus liber ad cæleſtem paradiſum.

*Procop.* — *Latus Christi percuſſum.* — *S. Cyril. Hieroſ.*

5. Poſtremò aliquot, ad præſentis loci pleniorem intelligentiam, adnotauerim; atque imprimis non vnum tantum, ſed plures Angelos pro cuſtodiendo paradiſo eſſe poſitos. Hebr. non כרב *cherub*, ſed כרובים *cherubim*, numero plurali. Deinde apparuiſſe illos Angelos, ſub ſpecie & figura hominum, tenentes in manibus diſtrictos gladios acie fulgentiſſima, qui vibrati quaſdam quaſi flammas emittere videbantur, ac propterea flammeus dicitur gladius, aut etiam ille ignis in modum gladij erat elliſus; aut certè cùm ex continua vibratione, tum ex virtute ipſorum Angelorum digladiantium flammæ ab ipſis gladiis emicabant. Cæterùm ex contextu Hebræo non diuiſim accipiuntur gladius, & ignis, להט החרב *lahat, hacchereb*, ſed coniunctim acies gladij, flamma gladij; quod idem eſt, atque flammeus gladius; hoc eſt, adeò ſplendens & exacutus, vt vibratus flammas vomere videatur. Neque verò neſcio quid alij ſenſerint, & ſcripſerint de flammeo iſto gladio; autorum nomina præſtat ſubticere, quàm euulgare: ſatis erit, ſi dicamus neque hiſtoriæ neque communiori explicationi conuenire, vt pro flammeo gladio intelligatur, aut zona torrida regionem illam ambiens, inacceſſamque mortalibus efficiens: aut ignis è paradiſo ipſo quaſi ex Æthnæ, Vulcani, Veſuuiique ſpecubus erumpens: aut aliunde aſcitus, & locum illum inſtar murorum circuncingens: multoque alienius eſt à literali ſenſu, vt accipiatur ignis

*Flammeus gladius quid ſignificet.*

A purgatorij pro veſtibulo paradiſi accenſus ad expiandas animarum, antequam intro recipiantur, maculas: myſtica eſt, & pia commentatio. Vide pleniorem in hac quæſtione eruditionem apud doctiſſimum noſtrum Pererium *lib.* 6. *in Geneſ.* Denique vt ſapienter adnotarunt idem Perer. & Delrio, aliique viri doctiſſimi: Cherubim ſic armati veſtibulum ante ipſum paradiſi excubabãt vt arcerent quidem homines ab ingreſſu illius loci, ne (vt ait D. Thom. 2. 2. *q.* 164. *art.* 2.) ſumerent de ligno vitæ, & comederent, viuerentque in æternum. Nam licèt homo poſt peccatum, ſi de ligno vitæ comediſſet, non propter hoc immortalitatem recuperaſſet, beneficio tamen illius cibi, potuiſſet vitam magis prolongare, quod autem hic dicitur, & viuat in æternum, pro diuturno ſumitur. B Deinde, vt ab eiuſdem paradiſi aditu remouerent diabolũ, ne ſi illuc penetraret decerperet vitæ pomum: profectò tali munere homines producendæ in æternitatem, aut certè in tempus longiſſimum vitæ cupidiſſimos, ita ſibi deuinciret, vt pro illius obſequio, & cultu Deum ipſum verum contemnerent. Sed quorſum hæc tam ſtupenda & tragica hiſtoria initio mundi geſta eſt: cùm Deus probè ſciret quæ præſciret Adamum, totamq; eius poſteritatem in ſtatu peccati, & mortalitatis ad finẽ vſque temporis futuros? Fortaſſe illa optima videbitur reſponſio, quam ſic euoluit Procop. Deus diabolo conceſſit poteſtatem tentandi, quamuis poſſet penitus prohibere: vt experientia diſcamus, quãtum malum ſit peccatum, & affectuum moleſta conturbatio. C Et deinde agnoſcamus magnitudinem beneficij: dum corporis animæque pariter immortalitatem capimus intercedente reſurrectione. Nam haud veriſimile eſt, ſic exarſiſſe Deũ gratia vnius cibi, vt capitaliter puniret vtrũque. Deo iam antea ſic viſum erat, vt magis abominaremur infandum peccatum, quapropter propoſuit legem vt peccatores conuincat etiam inficiantes. Cæterùm hoc omne agit, non vt penitus nullo inquinemur peccato: ſed vt peccatum deteſtemur, & inde celeri refugiamus pede, & ſic gratiæ cæleſtis reddamur participes. Profectò, ſi peccatum non euitauerimus ſecundùm præſcriptum modum, eiiciemur ex æterno, & cæleſti paradiſo. Hæc Procopius. Et hîc abſoluitur prima Geneſeos pars de hominis creatione, & lapſu.

*Perer.* — *Delrio.* — *S. Thom.* — *Procop.*

## CAPVT QVARTVM.

1. ADam verò cognouit vxorem ſuã Heuam: quæ concepit & peperit Cain, dicens: Poſſedi hominem per Deum.

2. Rurſumque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola.

3. Factum eſt autem poſt multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino.

4. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorũ: & reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius:

5. Ad Cain verò, & ad munera illius, non reſpexit: iratúſque eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius.

6. Dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es? & cur concidit facies tua?

7. Nónne ſi benè egeris, recipies: ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit? ſed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.

8. Dixitque Cain ad Abel fratrẽ ſuum: Egrediamur foras. Cúmque eſſet in agro, conſurrexit Cain aduersùs fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.

A 9. Et ait Dominus ad Cain: Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit: Neſcio: num cuſtos fratris mei ſum ego?

10. Dixitque ad eum: Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.

11. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua.

B 12. Cùm operatus fueris eam, nō dabit tibi fructus ſuos: vagus & profugus eris ſuper terram.

13. Dixitque Cain ad Dominum: Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear.

14. Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur qui inuenerit me, occidet me.

C 15. Dixitque ei Dominus: Nequaquā ita fiet: ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur: poſuitque Dominus Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum.

16. Egreſſúſque Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.

17. Cognouit autem Cain vxorem ſuam, quę concepit, & peperit Henoch: & ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui, Henoch.

18. Porrò Henoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathuſael, & Mathuſael genuit Lamech.

19. Qui accepit duas vxores, nomen vni Ada, & nomen alteri Sella.

20. Genuitque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque paſtorum.

21. Et nomen fratris eius Iubal: ipſe fuit pater canentium cithara & organo.

22. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Soror verò Tubalcain, Noema.

23. Dixitque Lamech vxoribus ſuis Adæ & Sellæ: Audite vocem meam vxores Lamech, auſcultate ſermonē meum: quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum.

24. Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech verò ſeptuagies ſepties.

25. Cognouit quoque adhuc Adam vxorem ſuam: & peperit filium, vocauitque nomen eius Seth, dicens: Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain.

26. Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos: iſte cœpit inuocare nomen Domini.

## SECTIO PRIMA.

*Adam verò cognouit vxorem ſuam Heuam.*

1. EIECTVS è paradiſo deliciarum in ſudorum ærumnarúmque locum: ſeu, vt meritò nuncupat D. Bern. in ſordium ac miſeriarum lacum, primus homo ſimul cum compare peccati & pœnæ muliere: quod vnum reliquum miſeris erat, cœpit operā dare liberis; ingreſſus quidem illas, quas Paulus vocat tribulationes carnis: nec enim Apoſtolus aptiore alio nomine ſignificandum cenſuit matrimoniū. Scriptura vtitur vocabulo honeſtiſſimo, cognouit, Hebr. ידע *iadagh*, Græci dicunt, communicauit vxori. Latinis eſt concubitus. Ratio verò, quare maris & fœminæ commercium per verbum, *cognoſcere*, exprimatur, illa verior ac potior eſt, E quòd iſto opere maximè dignoſcitur vterque ſexus. Similiter apud Hebræos גלה *galah*, reuelare, diſcooperire, manifeſtare, paſſim vſurpatur pro eodem actu. Vnde עלמה *ghalmah*, virgo eſt incognita viro, non reuelata, omnino intacta & abſcondita, quæ naſcitur adhuc, num mulier ſit? Obiter aduerte גלה *galah*, quod verbum coniugale eſt, idem ſæpius eſſe atque migrare, transmigrare, captiuum duci, quæ omnia mirificè conueniunt nuptæ mulieri. Migrat infelix à parentibus ad extraneos, à libertate ad ſeruitutem, à tranquillo virginitatis portu ad matrimonij pelagus; in ſalo miſera cum innumeris moleſtiarum tempeſtatibus D colluctatura. En vbi ſe primùm prodidit fomes peccati in primoribus parentibus; ad mutuam ſcilicet carnis concupiſcentiam illos accendens? Ecce in peccatis omnes concipimur. Illa tantùm excepta eſt ab hac lege Virgo, quæ Deum concepit, ac peperit. In ea namque fomes peccati ligatus omnino, aut verius eſt extinctus. Quinimo nec peccato originali Virgo eſt aſperſa, vnde fomes ille inardeſcit; & peccata actualia exoriuntur. Indubitatum eſt in Virgine Deipara, nullum in aliquo genere peccatum nec veniale fuiſſe; ergo radix vitiorum, originalis nempe culpa, in Virgine haud apparuit. Profectò enim peccatum maior etiam feciſſet ſi paruula habuiſſet; vt egregiè concludit D. Aug. contra Iulianum, Chriſto E non fuiſſe peccatum actuale: quia non fuit originale. Quare idem Aug. de peccato agens ſapienter adiūgit: Excepta virgine Maria. Tota pulchra eſt, & macula nō eſt in ea. Quidam ex Rabbinis, & plures ex hæreticorum cœno in paradiſo id peractum fuiſſe contendunt. Sed ratio ipſa, & Doctorum, imò & plurium Rabbinorum conſenſus, atque ipſemet textus Scripturæ apertè demonſtrant in ſtatu illo innocētiæ, & iuſtitiæ originalis, non eos coniuges in mutuam exarſiſſe libidinem; cui peccatum habenas laxauit. Adam igitur cognouit vxorem, iam reus, & non in paradiſo, vt Gloſſa obſeruat: ſeruumque eſt illud D. Aug. In paradiſo virginitas, extra nuptiæ. Et illud D.Hier.

S.Bern.

1.Cor.7.

*Matrimonium laborioſum.*

*In B. Maria nec fomes peccati, nec originalis culpa fuit.*

S. Auguſt.

*Adam & Eua extra paradiſum copulati.*

S.Auguſt.

S. Hieron.

D. Hier. *lib. 1. contra Iouin.* Adam & Eua, ante offenſam, in paradiſo virgines fuerunt: at poſt peccatum, & extra paradiſum, protinus nuptiæ. Nuptiæ ergo terram replent, virginitas paradiſum.

Lyra.

Et quidé, vt recte adiungit Lyra eiecti de delicijs paradiſi recurrerunt ad delicias carnis. Probat

Del-Rio.

hanc ſententiam noſter Delrio perquam eruditè.

S. Chryſ.

Aurea ſunt, quæ D. Chryſ. ad hunc locum ſcripſit. Adam (inquit) cognouit vxorem. Conſidera quando hoc factum ſit.

*Virginitas poſt inobedientiam amiſſa.*

Poſt inobedientiam, poſt paradiſi amiſſionem, tunc primùm vſus rei venereæ cœpit. Ante inobedientiam enim, angelicam vitam imitabantur, & nullus de re venerea ſermo erat. Itaque ab initio virginitas palmam principatus accepit, ſed poſtquàm per deſidiam peccatum intrauit, & aditus patefactus eſt his quæ peccati ſunt, & illa quidem auolauit, vtpote ab his, qui indigni tantæ virtutis magnitudine facti erant, ſubintrauit autem rei venereæ lex.

*Virginitatis encomium.*

Cogita igitur quanta virginitatis dignitas, quam ſublimis & magna poſſeſſio; & quæ ſupra humanam naturam; & quæ opus habeat manu ſuperna. Sed quanto hæc maior eſt, & ſublimior, tanto maiores ſunt, & coronæ, & retributiones, & repromiſſa bona eorum, qui cum virginitate in alijs virtutum operibus ſe exercent. Ita Chryſoſt.

2. Nota inter alias Chryſoſtomi ſententias illud de obedientia & inobedientia, quarum altera virginitatis cuſtos extitit in paradiſo, altera & e paradiſo parentes noſtros expulit, & in libidinem mutuam accendit: igitur iure optimo dicta eſt ab vno è Patribus emeritis apud Caſſianum; Virginitatis vmbraculum obedientia.

Caſſian.
S. Aug.
*Obedientia cuſtos pudicitiæ.*
S. Bernard.

D. Auguſtin. docet ideo in paradiſo commercium illos non habuiſſe, quia nulla (inquit) ibi concupiſcentia tanquam ſtimulus inobedientis carnis vrgebat. Emphaticè D. Bernard. *ſerm. de S. Martin* exclamat: Magna quidem obedientia veſtra, Angeli ſancti. Etenim, vt philoſophari quis poterit; Angeli, cùm ſint ſpiritus, ab omni concretione carnis ſeparati, atque iccirco ab omnibus corporis impedimentis expediti, liberè volare vagarique poſſunt, quò, & quà obedientiæ diuinæ virtus eos impulerit; appoſitéque proinde alati pinguntur.

*Angelorum obedientia.*

Coactus tandem imperio Dei abiit in Ægyptum Moyſes. Ecce tibi Angelus diſtricto gladio, aut Moyſem ipſum, aut (quod magis placet D. Auguſtino) filium puerulum adhuc incircumciſum inuadit. Idem Auguſtin. *quæſt. 12. in Exod.* ex ſua, & aliorum ſententia rationem ſubijcit.

Exod. 4.
S. Auguſt.
*Moyſes impetitur gladio Angeli.*

Nam quidam (inquit) putauerunt propter hoc Angelum terruiſſe, ne ad impedimentum miniſterij, quod diuinitus impoſitum Moyſes gerebat, fœmineus ſexus comitaretur. Sic Auguſtin. Ita planè res habet: graui onere prægrauatior Moyſes, & quiuis alius in matrimonio, ne ad exequéda Dei mandata properet.

*Matrimonio animus præpeditur.*

Expende obſecro ſi primus homo in paradiſo propter mulierem, cuius adhuc congreſſum neſciebat, obedientiam Deo debitam præfregit; quid ſi iam foret fœmineis implicatus blãditijs, & liberorum ſtudio teneretur? Vide etiam quò tandem deducta eſt illa primi hominis circa res diuinas contemplatio, illa ſapientiæ admirabilis comprehenſio, ac celſitudo, de qua ſatis in ſuperioribus diſputatum à nobis eſt, in tribulationem carnis, in vxoria negotia; quibus valde mentis acies hebetari, & ſpiritus ad res diuinas aſpirantis ardor extingui ſolet.

S. Epiph.

Grauis illa longéque veriſſima ſententia eſt D. Epiph. *lib. aduerſ. hæreſ. in 78. hæreſ.* de ipſomet Moyſe, quæ ad noſtram, quam propoſuimus comprobandam, valde conducit.

*Moyſes continentia poſt propheticum munus.*

Poſtquam (inquit) prophetauit Moyſes, non ampliùs vxori coniunctus eſt, non ampliùs liberos genuit; habebat enim vitam Domino vacantem. Quomodo enim potuiſſet in monte Sinai quadraginta noctes & quadraginta dies degere, ſi nuptijs addictus fuiſſet? aut quomodo potuiſſet quadraginta annos in deſerto ad diſpenſationem Dei paratus eſſe, & ſacerdotio vacare, & quomodo myſteria explicare, & colloquia cum Deo perficere; ſi nuptijs coniunctus fuiſſet? Si enim de nobis dicit S. Apoſtolus expreſsè, & dicit, vt ad tempus vacent orationi, quanto magis de Prophetis hic ſermo verus erit? Hæc Epiph. Mentem ſanè deprimit actus ille coniugum, ne ad ſublimiorem rerum diuinarum contemplationem aſpiret, ac ſubuehatur. Oro te igitur (inquit S. Hieronym. *1. contr. Iou.*) quale illud bonum eſt, quod orare prohibet? quod Chriſti corpus accipi non permittit? Quotieſcunque vxori debitum reddo, orare non poſſum. Sic Hieronym.

1. Cor. 7.
S. Hieron.

Sacerdotibus maximè propter iuge ſacrificium, perpetua caſtitas indicitur. Nam (ait Origen. *homil. 23. in Num.*) certum eſt, quia impeditur ſacrificium indeſinens iis, qui coniugalibus neceſſitatibus ſeruiunt. Vnde illius eſt ſolius offerre ſacrificium indeſinens, qui indeſinenti & perpetuæ ſe deuouerit caſtitati. Sic Origen.

Origen.

3. Audiant Epiphanium Hieron. & Origen. deſertores iſti fidei Chriſtianæ caſtitatis hoſtes, qui ſe prædicant prædicatores verbi Dei, pudeat ipſos quòd ante omnia relicto clericatu catholico, & nonnulli abiecto monachali habitu vxores ducant, aut veriùs in lupanaria cum meretricibus victuri compingantur.

*Hæretici libidinum mancipia.*

ſcilicet hoc ſpectabat iſte zelus, vt vocant, verbi Dei, quo aguntur; nimirum vti mancipia carnis extra Eccleſiam, in qua eorum impudentia coercebatur, liberè atque impune ad omnia turpitudinum flagitia, ſub velamine matrimonij prouoluantur? Quàm verò habilem reddat caſtitas corporis & mentis hominem ad rerum ſublimium ac diuinarum contemplationem, & quàm illa coniuncta cum iſta eſſe ſoleat, oſtendit *loco citato* D. Epiphan.

S. Epiph.
*Caſtitas orationi neceſſaria.*

Inter alia vnum hoc adiungit. Sed & Philippo Euangeliſtæ quatuor fuerunt filiæ prophetantes, prophetabant autem propter virginitatem, quam habere dignæ factæ erant. De hoc diſcipulo ſcribit Actor. 21. Lucas. *Intrantes domum Philippi Euangeliſtæ, qui erat vnus de ſeptem, manſimus apud eum. Huic erãt quatuor filiæ virgines prophetantes.*

Act. 21.
S. Hieron.

De quo illud præclarè dicitur à D. Hier. Vna domus Philippi vnam quadrigam intulit in cælum virginum filiarum. Adam cognouit vxorem. Adijciam denique ad propoſitam explicationem verbi, *cognouit*, in eodem ſignificatu accipi ſolitum quod Matth. 1. ſcribit de ſanctiſſimo Ioſepho ſponſo Virginis deiparæ: *& non cognoſcebat eam, donec peperit filiũ ſuum primogenitum.*

Matth. 1.
*B. Maria perpetua virginitas.*

Qui locus à Patribus egregiè declaratur contra hæreticos, qui aduerbiu, *donec*, certum tempus ſignificare dicunt; cùm tamen hoc loco, & in alijs compluribus Scripturæ infinitum tempus deſignetur, vt illud: Donec conſeneſcatis ego ſum. Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi; oportet illum regnare, donec ponat inimicos ſuos ſub pedibus eius. Vide S. Hieronym *contra Heluid.* vbi concludit.

S. Hieron.

Intelligat ergo ea, de quibus poteſt ambigi,

bigi, ſi non fuiſſent ſcripta ſignificari. Cætera verò noſtræ intelligentiæ dereliquit: iuxta quod Euangeliſta illud indicat, de quo ſcandalum poterat moueri, non eam cognitam eſſe à viro vſque ad partum; vt multo magis intelligeremus cognitam non fuiſſe poſt partum. Hæc Hieron. Nihilominus in ſignificatione honeſta & vſitata ad ſcientiã pertinente intelligunt pleriq; verbum (*non cognoſcebat eam.*) Inter quos locũ iſtum

S. Epiph.

Matthæi expendens D. Epiphan. proximè indicato loco duo adnotauit, quæ mihi, & ſapientiſſima & iucundiſſima pro commendatione ſemper Virginis matris Dei eſſe videntur. Non dixit (inquit) peperit primogenitum ſuum; ſed, non cognouit ipſam, donec peperit filium ſuum. Et non dixit primogenitum ſuum, ſed primogenitum. In eo enim, quod dixit, peperit filium ſuum, ſignificauit ex ipſa ſecundum carnem genitum eſſe. In cognomine verò primogeniti non

*B. Mariam Dei eſſe matrem cognouit Ioſeph.*

appoſuit, *ſuum*, ſed tantummodo primogenitum. Hic enim eſt, qui apud Apoſtolum dicitur primogenitus omnis creaturæ. Peperit igitur Virgo filium ſuum primogenitum: non autem ſuum primogenitum, quaſi ipſa alium paritura eſſet. Deinde, & non cognouit illam. Vnde enim cognouiſſet, quòd tantam gratiam acceptura eſſet mulier, aut vnde cognouiſſet, quòd tali gloria glorificanda eſſet virgo? Mulierem nouerat ipſam, & ex matre Anna, & ex patre Ioachim, & de domo Dauid: non nouerat autem, quòd tali gloria honorandus eſſet aliquis in terra, maximè mulier. Non igitur cognouit ipſam, donec vidit miraculum, donec vidit genitum ex ipſa; quando verò peperit, cognouit Dei honorem, quòd ipſa eſſet, quæ audiuiſſet: Aue gratia plena, Dominus tecum. Hæc Epiphan. Ex quo addiſces in pulcherrimo ac puriſſimo ſignificatu accipi poſſe iſtud, *cognoſcebat*, apud Matthæum. Denique admiranda & adoranda eſt Dei noſtri bonitas; de malis enim, vt moris habet, bona ſæpius colligit; vt ex peccato primorum parentum generis humani propagationem elicit; quod ita

Procop.

Procop. ſubnotauit. Matrimonium non præceſſit peccatum: ſed ex iſto illud conſecutum eſt, colligimúsque peccatum eſſe cauſam diuinæ benedictionis, ſecundùm quàm genus humanum auctum & per totum orbem diffuſum eſt. Nullæ enim fuerunt nuptiæ in paradiſo ante peccati exortum. Sic ille. Cùm verò matrimonium in Paradiſo fuiſſe auctor hic negat, ipſam corporum coniunctionem intelligit.

## SECTIO II.

*Qui concepit & peperit Cain, dicens: Poſſedi hominem per Deum; rurſúmque peperit fratrem eius Abel.*

1. ERgo mulier incipit maledictionis ſuæ tributum reddere: ac ſententiæ illius, *multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos; in dolore paries*, pœnam exoluere. Iam experitur ſpinarum ſuarum ac tribulorum acumen, & virulentiam. Spinoſo in ſtatu & coniux, & mater Eua dolens, & eiulans, malè captam voluntatem pomi vetiti, & immoderatam carnis illecebram

*S. Hieron. Mulieris nuptæ ac matris ærumnæ.*

exoluit. Scitè admodum D. Hieronym. ſcribens ad Demetriadem virginem, idcirco coronatum Dominum Ieſum fuiſſe arbitratur: Vt (inquit) de ſentibus, & tribulationibus fœminarum roſa

A virginitatis, & lilia caſtitatis naſcerentur: ad quas dicitur. In dolore paries filios, & ad virum conuerſio tua. D. Baſil. *lib. de virginit.* ele-

S. Baſil.

ganter de iſto ærumnoſo nuptarum ſtatu diſſerens, primum omnium in ipſo ingreſſu nuptiarum: Veluti (ait) Epithalamium canitur: In dolore paries filios, ad virum conuerſio tua. Lego apud antiquos vſitatum fuiſſe, vt ſponſa cùm adduceretur, redimitum geſtaret caput ex aſparago, quæ herba ſeu frutex mille perhorreſcit ſentibus, etſi aliquo teneriore, ac dulciore, & in cibos experto calamo alicubi alludat. Quo ſignificabant veteres illi ſapientes tribulationum ſpinis afflictandam mulierem in coniugio, cum

B aliquali tamen voluptatis ſenſu. Effundunt enim nuptiæ fel ad ſatietatem: mellis autem aut micam, aut guttulam inſtillant. Sed eſt, quod nuptas ſoletur inter ſpinarum acies, ac tribulorum haſtilia viuentes, ſeu morientes potiùs: videlicet, naſci ex ipſis ſentibus, vt dixit Hieronymus, roſam virginitatis, & lilia caſtitatis. Et, quæ

*B. Maria felicitas.*

tanta eſt felicitas Euæ (maior quidem illa, quàm vt ſermone poſſit explicari,) quòd ab ſpinis, & tribulis Euæ nata ſit ſemper Virgo mater Dei Maria, non roſa tantùm, ſed integrum ex liliis, & roſis contextum vernánſque ſertum, imò pratum ipſum, viridarium, hortus, cælum, cælo iſto admirabilius, ſcilicet animatum? (vt vocat Dama-

C ſcenus.) Perſer igitur ò Eua tuas ſpinas, ſuſtine tribulos, felíxque filiam es Dei matrem paritura. At quæ filia tibi naſcetur? Illa Maria, quæ (vt ait D. Epiphan. *hæreſ.* 79.) ſola ipſa ſanctificatio

S. Epiph.

eſt: digna facta regno Dei. Simile eſt (ait Dominus) regnum cælorum theſauro abſcondito in agro. Equidem ſic interpretor: In agro naturæ humanæ (aruum enim vocat D. Auguſtin. genitale fœmineum) in ipſa (inquam) Eua matre viuentium, latebat abſconditus theſaurus, ſic opulentus, vt illi ſimile dicatur regnum cælorum, ſcilicet virgo Maria, in qua tota Dei maieſtas repoſita fuit.

2. *Peperit Cain.* Proh infelicem partum! melius eſſet, ſi natus non fuiſſet homo iſte. Rectè

D illud à Tertulliano de carne Chriſti *cap.* 17. dictum eſt. Eua nihil tunc concepit in vtero ex dia-

*Tertul. Eua primogenitus maledictus.*

boli verbo: imò concepit. Nam exinde vt abiecta pareret, & in doloribus pareret, verbum diaboli ſemen illi fuit. Enixa eſt denique diabolum fratricidam. Sic ille. Non eſt autem intelligendũ ſentire Tertullianum, quòd Cain fuerit natura ipſa diabolus, & quòd Eua ex diabolo conceperit. Loquitur enim per exaggerationem de diaboli fraudibus, quibus inducta mulier peccauerit, atque in pœnam ſui peccati deciderit in illam maledictionem: de Caino autem, qui odio pluſquam ferino, quaſi ab Orco excitus dæmon in fratrem innocentem deſæuierit. Pulchrè D.

S. Ambroſ.

Ambroſ. *cap.* 1. *lib. de Cain & Abel*, obſeruat de primo iſto parentum peccatorum filio: illa (in-

E quiens) penes autores non ſtetit culpa, ſed quod peius eſt, deteriorem inuenit hæredem. Vide ingenium peccati: non, vbi admittitur, ibi aut ſopitur, aut quieſcit: ſed vti lues peruadit & graſſatur, & in noua ſubinde augeſcit incrementa. At quem alium quæſo fructum producere debuit arbor naturæ humanæ tam peſtilenti halitu ſerpentis ſyderata; & de terra maledictionibus ſata, quæ ſeges alia pullularet? Huius Caini

*Cain primogenitus peccatorum.*

anima prima fuit omnium, quæ peccato originali inficiuntur: Cainum habet primogenitum fœmina peccatrix, omnes ſubinde peccatores edi-

duta

tura ex conſortio virili. Virginem Dei matrem A excepit Deus Filius ipſius, mater enim eſt (inquit D. Gregor. Nazianz. ſupra legem. Et quidem à multis aliis legibus naturæ corruptæ, & vitiatæ libera fuit virgo, nimirum à concupiſcentia, immunditia, violationéque in conceptu, & in partu: item ab omni peccato actuali, à fomite peccati, à corruptione corporis poſt mortem. Ergo potiùs ab illa de peccato originali. Dedeceret enim Deum Filium ſuum habere matrem quæ ſerua aliquando fuiſſet diaboli, & filia iræ. Ecce igitur ancilla Domini: quam Dominus poſſedit in initio viarum ſuarum: Dei tantùm ancilla, non peccati verò, & diaboli. In ipſo initio viarum, ipſoque momento conceptionis, & vitæ, à Deo ſolò poſſeſſa tanquam hæreditas ampliſſima, mater vtiq; Dei dilectiſſima futura.

*Greg. Naz.* — *Sola B. Maria culpam originalem non contraxit.* — *Prouerb. 8.*

3. *Dicens: poſſedi hominem per Deum.*] D. Hieronym, *in quæſtion. Hebraicis*; Acquiſiui ſiue poſſedi hominem per Deum. Cain acquiſitio, ſiue poſſeſſio interpretatur. Vnde & etymologiam ipſius exprimens ait, קניתי *quanithi*, id eſt, poſſedi hominē per Deum. Hebr. קניתי איש את יהוה *quanithi ix eth Iehouah.* poſſedi, emi, ſeu acquiſiui. (hæc omnia ſignificat verbum קנה *qana*,) hominem à Deo, vel cum Deo. Non eſt autem iurantis, vt aliqui ex ignorantia linguæ Hebrææ putauerunt. Vt illud ad Galat. 4. *Hæres per Deũ.* C Græcè σὺν θεῷ, cum Deo, adiutore Deo. Sapienter quidem mulier loquitur, prolis acceptum beneficium Deo referens. Incaſſum enim laborat natura, ſi Deus primus autor & parens filiorum illi deneget fœcunditatem. Poſſident, acquirunt (nec melior, aut pulchrior hæreditas,) & quaſi coëmunt, vt rem ingēti dignam pretio filium à Deo parentes. *Niſi enim Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam*, Pſal. 126. Apertè hîc loquitur Vates de filiorū ſobole; hæc dicit ædificari domum. Non ſemel enim in ſacris literis ædificare ad prolem ſignificandam transfertur, vt iam alibi adnotauimus, quæ quidem ædificatio domus (hæc autem ſine D liberis, matrimonij fructu, aut deſerta, aut inanis, aut nulla eſſe cenſetur) à Deo omnium autore, & filiorum datore, vt ait D. Epiphan. potiſſimum efficitur. Nam, vt rectè obſeruat D. Petr. Chryſ. *ſerm.* 92. Honor coniugij, matrimonij dignitas, eſt procreatio dulcium liberorum. Satis enim graue eſt, & ſatis triſte, & virginitatis carere præmio, & filiorum ſolatia non habere: ſuſtinere onera matrimonij, & ad fructum matrimonij non venire. Ita Chryſol. Hoc donum conceſſit Dominus Adamo, & Euæ, in leuamentum ærumnarum, ac mortis, quibus ex ſententia diuina fuerant addicti. Quod ſic docet D. Chryſ. *hom.* 18. *in Geneſ.* Summa poſtquam ſubintrauit mortalitas, conſolatio erat filiorum ſucceſſio. Idcirco miſericors Deus puniendi ſeueritatem diminuens, & mortis perſonam auferens, libero- E rum ſucceſſionem largitus eſt: & quaſi imaginem reſurrectionis per hoc ſubindicans & diſpenſans, vt pro cadentibus alij reſurgant. Ita Chryſ. Vocauit igitur filium Eua Cain, & in ipſo nomine impreſſam eſſe voluit memoriam tam beneficij, quod à Deo acceperat. Quo facto Deum quodammodo reddidit obligatum, vti deinceps conſimili ac maiore fœcunditatis beneficio mulierē tam piè gratam afficeret. Nam, vt ait D. Chryſ. optima cuſtos beneficiorum eſt, ipſa beneficiorum memoria, & gratiarum actio. Addiderim: & nouorum auctrix. Quippe cùm

*S. Hieron.* — *Galat. 4.* — *Pſal. 126.* — *A Deo filiorum procreatio.* — *Epiph.* — *S. Pet. Chr.* — *Filij honor, & ſolatium coniugij.* — *S. Chryſoſt.* — *Filiorum ſucceſſio ſymbolum reſurrectionis.* — *S. Chryſ.* — *Gratitudo beneficia con[ſeru]at, & auget.*

A dignum ſe gratus homo efficiat, in cuius ſinum nouâ ſemper bene[ficia à] Deo [liberali] ſaute[r] refundat. O quàm multi cernimus [ingratos, qui ſi] grati animi ſi[gna] [da]ſſe[nt] [...] & memoria i[n]gi[ter] beneficiorum erga Deum quotidie redderet opulentiores! Vt enim ingratus excæcat; ita gratia recludere ſe[...] diuinæ miſericordiæ perhibetur. Multa in hac muliere cùm pietatis, tum prudentiæ documenta Procopius obſeruauit his verbis. Mulier, quæ in paradiſo ad peccatum virum impulerat, nunc iam de paradiſo eiecta melior effecta eſt. Hoc ipſum dedit diſciplina: Deo enim adſcribit filij ſui creationem; quæ priùs deſpiciebat Deum, nunc eum Dominum agno- B ſcit, & ad eum, vt Dominum confugit. Quæ antea fraude circumuenit virum, filium decenter & piè inſtruit. Nomen illi imponit, quo audito ſemper admoneatur ſe eſſe donum Dei. Dum igitur petit nomenclaturam à munere Dei, quaſi perpetuam, doctrinæ argumentum [...] parat. Hæc Procop.

*Procop.* — *Inſignis pietas Euæ.*

4. Ex hac interpretatione Procopij colliges, & pœni[tentia] mulierem profeciſſe (vexatio enim dat intellectum, quem felicitas ſurripuerat:) & ſe ac filium [o]bligaſſe ad perpetuam Dei memoriam, vt quotieſcunque mater filium ante oculos haberet, aut de nomine vocaret, ac [...] ipſe C nuncup[a]ri [ſ]e audiret Cain, toties [...] tem veri[...]ſque, Deus ille, à quo datus [...], & mater datum acce[p]iſſet. Diſcant hinc etiam parentes, quanto [a]d piet[at]em, [&] quanto [a]d morem Dei ſtudio filios debeant inſtruere. O mul[ier], quæ mater es, audi D. P[etr]um Chryſol. *ſerm.* 6. Filius impendas affectum [...], ſolicitam curam, eóque fideliter in Domini [...] [di]ſciplina. Ita Chryſ. Nota obiter affectum ſobrium. Sunt nimirum matres nimio affectu liberorum [...] ebriæ atque amentes. Sed intolerab[ile] eſt patres hac temulentia ſui non compotes videri. Cæterùm in tam progratæ mulieris exemplo locus ſeſe offert ad comm[en]dandum beneficiorum Dei recordationem; de qua D. Bernard. *lib.* D *de inter. domo, cap.* 9. ſic effatur. Recordemur miſericordiam Dei, vt ſic accendamur in eius amorem, reuocemus ad memoriam bona, quæ tribuit nobis, quomodo in periculis ſæpe conſtitutos clementer nos eripuit; nec vnquam peccatis noſtri[s], quo minus miſereretur, vinci potuit; oblitos ſui de ſe, admonuit: auerſos à ſe reuocauit; venientes ad ſe benignè ſuſcepit; pœnitentibus indulſit; perſeuerantes cuſtodiuit; ſtantes tenuit, lapſos erexit; malas delectationes in amaritudinem conuertit; & rurſus ſalubriter amaricatis conſolationes ſuas tribuit. Poſtremò tribulatione purgatis quietem, & pacem perfectam reſtituit; qui nec peccantibus vnquam defuit, vt corrigeret, nec iuſtis, vt cuſtodiret. Recogitemus quanta bona Deus fecit nobis, non rogantibus, E nec deſiderantibus, imò recuſantibus & quàm multa peccata dimiſit nobis, & à quantis periculis liberauit nos liberator Deus. Quàm magna dignatio pietatis ſuæ, quòd ingratos & in multis contrarios à tam multis peccatis nos cuſtodiuit Dei gratia, in quæ potuimus cadere, ſicut in alia multa cecidimus. Idcirco ſicut nullum eſt momentum in quo non vtamur, vel fruamur Dei pietate & miſericordia; ſic nullum debet eſſe momentum in quo eum præſentem non habeamus in memoria. Hæc Bernard. Mulier nomine filij memoriam Dei perpetuam conſeruauit. Magna pietatis laus. Sobolem enim (inquit Procop.) natam

*Iſai. 28.* — *Qualis parentum erga ſuos affectus.* — *S.P. Chryſ.* — *S. Bernard.* — *Iugis & plena memoria beneficiorum Dei.* — *Procop.*

natam non accepto ferri nuptiis, ſed Deo, qui nuptiale ſacrum inſtituit. Quid mirum ſi Dei nomen ac memoria in nobis iugiter permaneat; cùm Deus hominum ſeruorum ſuorum nomen & memoriam apud ſe, & apud Angelos: & vniuerſum in mundo haberi, & celebrari voluerit? idcirco enim ſæpiùs in Scripturis dicitur: *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, hoc mihi nomen eſt in æternum*. Exod. 3. Quæ verba expendens D. Baſil. *in* 2. *Iſai.* ſic ait. Vt enim hoſce ſanctos honore afficeret: perpetuo memorabili, eorundem ſeruorum nomina ſuo ipſius nomini attexuit, vt quoties Dei memoria celebraretur, horum quoque toties commemorarentur nomina. Sic Baſil.

Exod. 3. S. Baſil. *Deus ſuſto-rum nomina celebrat.*

5. *Rurſumque peperit fratrem eius Abel.*] Hebr. ותסף ללדת *vatoſeph laledeth.* & addit, ad pariendum: Hebraiſmus, valet idem quod, & peperit adhuc. quo ſignificatur iterum peperiſſe. Vnde colliges, non iſtos fuiſſe gemellos, quod Philo, & alij perperam intellexerunt. Rectè hic D. Chryſ. Quia (inquit) pro natu puero grata fuit, & priùs beneficium agnouit, aſſecuta eſt & aliud; talis enim eſt Dominus noſter, quando in primis gratitudinem declaramus, & benefactorem agnoſcimus, largiùs nobis ſua dona erogat. Itaque quia & iſta Deo partum adſcribit, propterea & alium accipit puerum. Cæterùm circa etymologiã nominis Abel variè diſcrepant. D. Ambroſ. *lib. de Cain, & Abel, cap.* 1. ita diſſerit: Cain dictus eſt acquiſitio, quòd omnia ſibi acquireret: Abel qui omnia referret ad Deum pia deuotus mentis attentione, nihil ſibi arrogans, vt ſuperior frater, ſed totum tribuens conditori, quod accepiſſet ab eo. Iuxta interpretationem iſtam Ambroſ. taxatur in Caino arrogantia, Dei oblimio, & contemptus, philautia, & auaritia: in Abele commendatur humilitas, gratus in Deum animus, beneficiorum recordatio, & liberalitas. Videtur autem putare D. Ambroſ. Abel idem eſſe atque, ad Deum. Videas quæſo, quàm ſit neceſſaria diuinas literas, aut commentantibus aut addiſcentibus peritia Hebrææ linguæ. Abel dicunt alij ſonare luctum, ſic Ioſephus, & Euſebius Vnde Rupertus ita ſcribit. Cain cum tanto tripudio matris exceptus, ille, inquam, primum humanæ generationis initaculum, & falſa felicitas, variùmque gaudium infelicium, occidit fratrem ſuum Abel, quod interpretatur luctum; non ſolum quia primi luctus cauſa fuit parentibus, verumetiam quia primus illorum eſt de quibus dicitur: *Beati qui lugent quoniam ipſi conſolabuntur*. Sic Rupert. Et in hoc figura extitit Chriſti Domini, qui luctus eſſet futurus; inimicum, vt eleganter ait D. Petr. Chryſol. *ſerm.* 149 *de natiuit.* Hodie Chriſtus in lætitia, & diabolus in luctu; hodie Angeli in exultatione, & dæmones in confeſſione. Omnia pulchritudo pacis obtinuit; nunc in luctu eſt diabolus, & in lamentatione omnis dæmonum turma. Sic ille. Vel (ſi mauis) quia dolebunt eum planctu quaſi ſuper vnigenitum, *Zach.* 12. Fuiſſet autem Abel luctus, ſi per Aleph ſcriberetur; ſed contrarium legimus, הבל *hebel*, per *h*, quod ſignificat, vanum: impoſuit autem mater ſecundo filio huiuſmodi nomen, vel quòd facta memor conditionis humanæ per peccatum vanitati ſubditæ, quia vniuerſa vanitas omnis homo viuens; intellexit nunc in ſecundo partu, quam futilis & vana fuiſſet illa felicitas, quam putabat, & illa lætitia, quam habuerat in priore partu; vbi ſe vidit matrem, & ante ſe nouum hominem, quem genuerat. Fatigata fortaſſis & tædio nutriendi primum filium, ac ſecundi partus angoribus afflictata cognouit mulier (quæ nouam ſubinde rerum cognitionem per experientiam hauriebat) quàm vana, & nihil ſit omnis humana felicitas ac lætitia; & illa, quam tantopere laudauerat, poſſeſſio, acquiſitio, coëmptio hominis à Deo, quid enim in præſenti vita ſolidum, ſtabile, ac verum reputatur? Doloribus quippe partus emitur, & onere prægnantis vterus prægrauatur. Sic exoluitur voluptas. At è contrario Virgo Dei mater licèt grauida (vt ait D. Aug.) ſalubri grauitate plaudebat. Et parienti (inquit Nazianz.) obſtetricatur lætitia. Hoc Dei matrem, & Deum filium Virginis decebat. Concepit) ait optimè S. Petr. Chryſ. *ſerm.* 148.) virgo: virgo peperit. non te conceptus turbet, non te partus confundat; quando virginitas, quicquid eſt humani pudoris excuſat. Aut quæ ibi verecundiæ læſio, vbi init Deitas cum amica ſibi ſemper integritate conſortium: vbi eſt deſponſatio caſtitas, cauſa Deus, conceptus integritas, virginitas partus. Virgo mater? Sic ille. Itaque ſic concipi, ſic naſci de Virgine matre non dedecus, ſed ſummum eſt decus ipſius Dei. *Pete tibi ſignum?* ait Iſai. Regi Achaz *Non petam*, reſpondet ille. *Propter hoc* (inquit Propheta) *dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium*, &c. Quem locum egregiè diſſentiens Guarricus *ſerm.* 3. *de annunciat.* ita concludit. Nouimus vtique dolum & inuidiam Iudaicæ radicis, quæ & antequam Chriſtus naſceretur, inuidere cœpit gloriæ illius. Nam & iſte Achaz ideo recuſauit petere ſignum, ne Dominus glorificaretur. Sic ille. Summam igitur Chriſti gloriam; quod de Virgine matre natus ſit, inuidet, oditque, ac denegat perfidia & malitia Iudæorum. Ad extremum quæret à nobis aliquis, quo tempore Adam liberos genuerit? Video hic deliramenta circumferri, & falsò imponi ſancto Methodio martyri, cui reuelatum dicunt plures annos in virginitate permanſiſſe primos parentes, ſcilicet peccatum & eiectionem è paradiſo deplorantes. Certum eſt enim illos, vbi ſunt eiecti, & vt mandato Dei parerent, & deſiderio vehementi prolis, qua orbis repleretur, & ardore libidinis propter peccatum impenſiùs effuſæ, operam liberis dediſſe. Vide Benedict. Per. *lib.* 7. *in Geneſ. verſ.* 1. qui egregiè refellit iſtas, & conſimiles delirantium fabellas.

S Chryſ. *Gratitudo beneficia auget.*

S Ambroſ.

*Cain, & Abel conferuntur.*

Rupertus.

*Abel luctum interpretatur.*

S Petr. S. Chryſ. *Chriſtus dæmonum luctus.*

Zach. 12.

Pſal. 38. *Falſa hominum lætitia.*

*Prægnantis ærumna.*

S Auguſt.

Nazianz.

P. Chryſ. *B. Maria virginitate conceptus, & partus.*

*Naſci de Virgine ſummus Dei honor.* Iſai. 7 Guarric.

*Adam & Eua non diſtulerunt copulam.*

Bern. Perez.

## SECTIO III.

*Fuit Abel paſtor ouium, & Cain Agricola.*

1. F*Vit Abel*, &c.] At quorſum iunioris nomen primò, quàm ſenioris proponitur. Temerè quis ac ſine vllo myſterij ſignificatu factum id eſſe dicet. Contrà verò D. Ambroſ. *lib. de Abel, & Cain, cap.* 3. ita diſſerit. Non eſt otioſum, quòd cùm antè generatus ſit Cain, prælatus ſit hoc loco Abel: nec idem ſit ordo nominum, qui eſt ordo naturæ. Quid ſibi vult mutatio ordinis, vt priùs iunioris meminerit, vbi ſcribitur vitæ ſtatus, operiſque vſus, officiorum interregemus diſtantiam, vt colligamus cauſam collationis. Operari terram vſu prius eſt, gratia inferius, quam oues paſcere; hoc enim inſtar eſt cuiuſdam doctoris & principis. Placet quidem D. Ambroſ.

S. Ambro.

*Abel proponitur Caino.*

broſ. ratio; ſignificatur enim paſtorali munere Abelis doctorũ, prælatorum, principũ ſtatus; qui lõgè ſuperior, quàm ſubditorum, & ineruditorũ infima ſors à terra ſeſe parum in altum euehens, iudicatur: & quod amplius eſt, in Abelis typo Chriſtus ipſe Dei filius exprimitur. Item, vt volunt D. Auguſt. D. Ambroſ. & alij, Chriſtianus populus, & feliciſſimus prædeſtinatorum cœtus: in Caino autem, quicquid in orbe malum, Iudaicum, & reprobum futurum erat exprimebatur.

*Prælatorum & doctorum ſtatus eminet.*

Ad hæc priùs nominatur Abel, quàm Cain; & quidem meritò. Quia (inquit Ambroſ.) etſi tempore iunior, virtute præſtantior eſt; innocentia enim tempore poſterior eſt, quàm malitia, ſed meritorum nobilitate antiquior. Senectus enim venerabilis eſt, nõ annis incana, ſed moribus. Et ætas, inquit, ſenectutis vita immaculata, *Sap.* 4. Sic Ambroſ. Alia deinde peti poteſt ratio ex eodem Ambroſ. propter operum electionem; melius enim Abel elegit, quàm Cain. Etenim iunior (ait Ambroſ.) ea prætulit, quæ nullas ſpinas, nullos tribulos germinarent, nulli ſententiæ eſſent obnoxia. Hæc ille. Igitur ſapientius ille agit, qui quamuis reliqua ſint ad virtutem, & animæ ſalutem à Deo inſtituta ſtudia; in illud tamen potius incumbit, quod eſt minùs expoſitũ maledictionibus, vbi nõ ſpinæ ſilueſcunt, vbi (ſaltem) pauciores occurrunt occaſiones peccandi. Videlicet deſignat Abel ſtatum continentium qui in hac mundi ciuitate nobiliores ſunt. Integritas enim (ait S. Petr. Chryſol. *ſerm.* 146.) eſt cæleſte conſortium: virginitas iuncta Chriſto, copula eſt perfecta virtutis. Sic ille. Itaque ſunt terreſtres Angeli: vnde, cùm cæteri luteas domos habitent, vt dicitur *Iob* 4. Continentibus tamen (inquit Guarricus *ſerm.* 2. *de annunciat.*) quæ materiæ qualitate ſunt luteæ, continentiæ virtute ſũt eburneæ, iuxta illud Pſal 44. *Myrrha, & gutta a domibus eburneis*; dici etiam poteſt ab iis, qui Abel interpretantur luctum, idcirco primas illi deferri: Luctus enim (inquit Guarric. *ſerm.* 2. *Pentech.*) pius atque religioſus in doctrina ſpiritus & ordine primus, & vtilitate inuentor precipuus. Luctus eſt prima incipientium virtus, perfectorum cumulus, pereuntium ſalus, periclitantium portus.

*Quanto merito Abel præponatur Caino.*

*S. Ambroſ.*

*Sapient. 4.*

*S. Ambroſ.*

*Tutior ſtatus eligendus.*

*S. Pet. Chr.*

*Iob 4.*

*Guar.*

*Continentium excellentia.*

*Pſal. 44.*

*Guar.*

*Lacrymarum vtus*

2. Admiror hic etiam inſcrutabile Dei conſilium. Cain primogenitus à matre inuſitatis exceptus gaudiis, nomen accipit illuſtriſſimum, ex ipſamet Dei nomẽclatura delibatum, ad pietatem inflammandam, & Dei memoriam perpetuò conſeruandam appoſitiſſimum. Ac ſubinde illi deſtinatur operi Cain, in quo, cum patre ſimul, colendo tellurem verſetur. Contrà verò Abel iunior nomine ipſo præfert, aut luctũ patris, eiulatúmque matris, aut quendam, quaſi prolis ſubnaſcentis contemptum, vanitatis nomine ſubnotatum: deinde ad paſcenda pecora ſtudio planè viliore abiectus procul à conſpectu patris ſubmouetur. Nihilominus Dei ſuffragio iſte anteferitur illi ſeniori, in quem tota parentum ſtudia & vota ſeſe effunderunt. Proh quàm diſſimile ab humano eſt Dei iudicium! non iuxta intuitum hominis ego iudico: *homo enim videt ea, quæ parent, Dominus autẽ intuetur cor.* 1. Reg 16. dixit ipſe Dominus ad Samuelem: Cum repudiatis tot, ac tam illuſtribus filiis Iſai minimum natu, & paſcendis gregibus ab domo patria depulſum Dauidem in regem elegit. Naſcitur autem hæc tanta iudiciorum diſcrepantia, ex ipſa diſſimilitudine oculorum, qui in homine ſunt ad

*Fauentes Cainum Abeli ſ. d malè præferunt.*

*Dei iudicium ab humano diuerſum.*

*1. Reg. 16.*

A perſpiciendum limitati: in Deo autem nullos habent terminos. Quod rectè Tertul. lib. *de præſcriptionibus*, hunc expendens locum expreſſit: Tu (inquiens) vt homo extrinſecus vnumquemque noſti. Putas quod vides: vides autem, quouſque oculos habes. Sed oculi Domini alti. Homo in faciem, Deus in præcordia contemplatur: & ideo agnoſcit Dominus qui ſunt eius. Hæc Tertul. Profectò, ſic in præſentia res habet. Cain agricola rei neceſſariæ operam nauat, grauius laborat, ſudorum patris terram ſubigentis particeps fit, pœnam humano generi impoſitam diligentiùs ſuſtinet; & tamen poſthabetur iuniori

*Tertul.*

*Oculi Dei & hominũ diſſimiles.*

B paſcenti pecora: omnium, quia fide ac pietate, quæ ſunt illuſtriora ad oculos Dei opera, minor longè eſt, quàm Abel. Fuerit etiam ex obedientia Dei, aut certè (quod verius eſt) patris ſuo quiſque muneri obeundo addictus. in eo adhuc plus mereri cenſendus eſt Abel, quòd abiectius operandi ſtudium, alacriore tamen animo capeſſat, & obeat; contra verò Cain honoratius in conſtatu patris exercitium aggrediatur. grauiſſima enim eſt illa ſententia & veriſſima Rabbani, & Eucherij *in cap.* 15. *Regum* 1. Sciendum videlicet eſt, quòd obedientia aliquando, ſi de ſuo aliquid habet, nulla eſt: aliquando autem minima, ſi etiam ſuum aliquid non habet. Cum enim

*Obedientia duplex: & vera præſtet.*

*Rabba. Euchet.*

C locus ſuperior imperatur, obedientiæ ſibi virtutem euacuat, qui adhuc proprio deſiderio anhelat. Cùm verò opprobria, vel contumeliæ imperantur, niſi ex ſemetipſo hoc animus appetat, obedientiæ ſibi meritum minuit, quia ad huc inuitus deſcendit. Hinc Moyſes principatum populi recuſat, *Exod.* 4. Paulus autem ad abiecta dixit: Ego non ſolum ligari in Hieruſalem, ſed etiam mori paratus ſum. Sic illi. Procopius illis in verbis, *Cain agricola*, non modo officium colendi terram, ſed ſtudium amoremque ad terræ bona, ac mentis ipſius propenſionem ad abiectam humi, pecorumque vitam ſignificari exiſtimat. Cainus (inquit) terræ filius circa terram volutabatur. Ruſticus hoc vnum ſectabatur, vt

*Exod 4.*

*Procop.*

*Cain turpibus addictus voluptatibus.*

D curaret corpus, cuius ſupra quàm dici poteſt, ſtudioſus erat. Sic Procop. Itaque in Abele virtus, in Caino voluptas inſinuatur. Neſcio an alio in loco eloquentia D. Ambroſ. ſeſe vberiùs efferat, quam *lib. de Abel & Cain, cap.* 4. & 5. Vbi deſcribit voluptatis & virtutis certamẽ, circa hominis animum pertentandum, atque euincendum. Voluptas (ait inter alia) meretricis armata blanditiis miſerum adoritur; bibite (inquit) & inebriamini, vt cadat vnuſquiſque, & nõ reſurgat; ille apud me primus, qui omnium perditiſſimus: ille meus eſt, qui ſuus non eſt: ille mihi gratior, qui ſibi nequior. Item: quem miſerans virtus & caſurum citò videns, improuiſa occurrit veritate, ne inter moras illecebris demulcentibus, mens capiatur humana. Ouium ergo Abel

*S. Ambroſ.*

*Voluptas & virtus de homine certant.*

E paſtor inducitur, eo quòd imperitare corpori, & ſenſibus eius ac voluptatibus, vtrique modum tenere, ne velut ouis vagetur incerta, præſtantius æſtimatur, quàm regere populos, vel præeſſe vrbibus. Cain autem operator terræ legitur, qui in fratre ſuo vir inſipiens, formam, ſpeciémque virtutis expreſſam ferre non potuit, *cap.* 6. Hæc S. Ambroſ. Procop. de vtroque Cain & Abel ita diſſerit. Si reſpectu agitur ſtudiorum, priore loco collocatur iuſtus & pius. deinde vita paſtoralis initium dedit, vt quis ſe & deinde alios paſcat & regat. His enim ab initiis poteſtas regia exorta eſt. Cæterùm Cainus dictus eſt ruſticus, nec

*Abel virtutis ſymbolum.*

*Procop.*

agrico

agricolæ nomen meruit, quo dignus habitus eſt Noe; quam hic erat eruditior & modeſtior.

3. Atenim in paſtorali officio Abelis notari amplius illud poteſt: quòd primus in orbe paſtor regendarum animarum curam ſuo in grege præſignificans, inſignem habuerit innocentiam. Qui enim rectè alios reget, & rectè leges condet, ac ſeuerè vitia interdicet, virtutéſque præſcribet; qui vitam ipſe agat ſine lege, vitioſam, atque impuram? Abel innocẽs ſuo exemplo dulciter gregem ad virtutis officia quantumuis ardua deducet. Oues ergo ipſæ ad aſpectum innocentiæ ſui paſtoris vehementiùs excitatæ, aut vitia deponent ſi quæ habeant, aut maiores in ſanctitate, qua iam emineant, progreſſus facient. Quod Ioannes Baptiſta ſummis innocentiæ ac pœnitentiæ exemplis (vt vult Guarric. Abb.) in mundo prædicauit. Sciens (inquit) quia ſicut peccatoribus vt ſancti fiant: ſic ſanctis, vt ſanctiores fiant, neceſſaria eſt viuendi diſciplina. Verùm quia poſſet auertere auditores exemplar illud admirabile cum innocentiæ, tum pœnitentiæ (quis enim eo pertingere auderet imitando?) mirum eſt, quam leuia, & facilia de hominibus exigat, qui ſolum in ſeipſum nullum fecit finem, aut modum habuit delæuiẽdi. Sic adiungit Guarric. Ioannes ſublimius viuens, quàm poſſint homines vel intelligere, loquitur tamen eis prout poſſunt audire. Scilicet Abbas alludit ad illud quod Lucas 3. cap. refert. *Interrogabant eum turbæ: Quid faciemus? Reſpondens autẽ dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Venerunt autem & publicani, et ille dixit: Nihil amplius, quàm quod conſtitutum eſt vobis faciatis. Interrogabãt & milites, & ait illis: Neminem cõcutiatis, neque calumniam faciatis, & cõtenti eſtote ſtipendiis veſtris.* Vide obſecro iuſtiſſimo moderamine Ioannem præmonere, (vt loquitur Beda) nec enim à peccatoribus, publicanis, militibus, exigebat aliquid arduum, ſed quod ſatis erat, & facile ad ſalutem animæ. Vnde vno verbo dictum eſt de Ioãne, quem Dominus lucernam appellauit lucentem, & ardentem, à D. Bernard. ſibi arſit, nobis illuxit. Illud obiter adiungam ex Beda Venerabili, ſcilicet: Quantam Baptiſtæ ſermo virtutem habuerit, hinc probatur. Cum & publicanos, & milites, ad conſilium ſalutis ſuæ coëgerit inquirendum. Planè hæc duo genera hominum ab ſtudio rerum cęleſtium, valde ſolent abhorrere. Denique illud D. Chryſoſtomi perpulchrum eſt. Magna eſt virtutis fortitudo, dum felicitatis viam ſequuntur ab indigno locupletes. Igitur Abel paſtor ouium archetypus eſt eorum, qui aliis gubernandis præficiuntur, in quibus maximè debet eminere vitæ innocentia, morúmque integritas: ſic enim & officio, & vita Deum repræſentant, cuius in terra vices gerunt. Quam virtutis excellentiam Dominus in Moyſe conſpicatus illum in legiſlatorem ſui populi euexit. De quo ſic eleganter D. Ambroſ. *lib. de Abel & Cain, cap.* 5. Moyſes vẽturi Doctoris figura, humanæ dignitatem conditionis exceſſit euſque, vt Dei donaretur nomine: ſicut ſcriptum eſt, dicente Domino, *Poſui te Deum Pharaonis*, Exod. 7. Etenim victor paſſionum omnium, nec vllis captus ſeculi illecebris, qui omnem iſtam ſecundùm corporis habitationem cæleſtis puritate conuerſationis obduxerat, mentem regens, carnem ſubiiciẽs, & regia quadam autoritate caſtigans, nomine Dei vocatus eſt, ad cuius ſimilitudinem ſe perfectæ

*Prælatus innocentia excellat.* — *Guarr.* — *Ioan. Baptiſtæ vita & doctrina.* — *Luc. 3.* — *Beda.* — *S. Bernard.* — *Beda.* — *Publicani, & milites cæleſtia non curant.* — *S. Chryſoſt.* — *S. Ambr.* — *Moyſes virtute Deus dicitur.* — *Exod. 7.*

A virtutis vbertate formauerat. Sic Ambroſ.

4. Mitiſſimo denique primus paſtor ouium Abel gregi dum impendit ſtudium, in ipſa manſuetudine & patientia eruditur, qua ſubinde munitus inuidentiam, odium, & parricidale ferrum Caini fratris erit excepturus. Sic enim velut ouis ducetur ad mortem, & ſicut agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. Quo in vitæ & virtutis inſtituto ſummum paſtorem, qui ſimul & agnus mitiſſimus in mundum venturus erat, repræſentabat. Hac prima ſuos via incedere voluit Deus non modò ſeruos, ſed filios cariſſimos: ſcilicet, vt multa, & acerba perpeſſi æquo animo, conſtantes, ac manſueti ad coronas regni cæleſtis pergerent.
B Præcipuè Deus homo Euangelium ſuum ab hac patientia exorditur; *Audiſtis* (inquit) *quia dictum eſt antiquis: oculum pro oculo, &c. Ego autem dico vobis: Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram.* Matth. 5. vbi ſic optimè D. P. Chryſ. *ſerm.* 38. Quanta ſit cæleſtis Philoſophiæ magnitudo, quanta virtus militiæ Chriſtianæ, hodie docuit Dominus. Si quis te percuſſerit, &c. Hoc putat arduum qui præmia patientiæ quanta ſint, neſcit. Putaſne poteſt iſte vulneribus inuenire victoriam, qui nec ictu palmæ acquirere vult coronam? Poteſt ille mortis inquirere gloriam, cui pro honore diuino humana grauis videtur iniuria? Homo nonne
C præceptis talibus infantiæ ſuæ rudimenta componuntur? palmæ paruulorum ſunt verbera, non virorum. Hinc eſt quòd leuibus mandatis pueritia Chriſti animatur, vt ad grauia toto iam robore euangelica iuuentus accedat; vt hoc laboribus, pœnis, morte ſe gaudeat obtinere, quod per infantiam paruis iniuriis acquirere non valebat. Hæc omnia Chryſologus. Sed heu nos miſeros! quàm longè diſtamus ab hiſce rudimentis pueritiæ Chriſtianæ? Quis enim eſt, qui alapam patienter ſuſtinet? At ſtatutum quidem eſt, vt per patientiam curramus ad eum, qui baiulans ſibi crucem exiuit in caluariæ locum, vbi & crucifixus eſt; & Virginem matrem
D ſuam ſtantem vidit, atque immenſis ipſius animam doloribus ſauciatam; vt impleretur illud à Simeone prædictum: *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius*, Luc. 2. Quaſi Virgo parens (non vt cæteri martyres) corpore tormenta & mortem paſſa ſit, ſed in anima, in qua multo acrior eſt, & ſentiendi & dolendi facultas. Sed quis dignè poterit explicare, qualis illa paſſio, illa crux, illi dolores in virginis animam deſæuierint? Dicam quod à ſancto Bernardino ſcriptum & prædicatum legimus. Tantus (inquit) fuit dolor virginis, vt ſi in omnes creaturas, quæ pati poſſunt, diuideretur, omnes ſubitò interirent. Sic ille. Nimirum, quæ
E ſuo gremio totam Dei maieſtatem, capere potuit, pectore ſimiliter potuit incomprehenſibilem doloris magnitudinem ſuſtinere.

*Patientia Chriſtiana documentum.* — *Matth. 5.* — *S. P. Chryſ.* — *Luc. 2.* — *B. Mariæ dolor, & paſſio intra.* — *S. Bern.*

## SECTIO IV.

*Factum eſt autem poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum.*

1. HEbr. מקץ ימים *miqqec iamim*, à fine dierum. LXX. μεθ' ἡμέρας, poſt dies. Noſter

ſter vim Hebraiſmi exprimens,multos,addidit; & quidem anni per dies inſinuantur.Lapſi enim ſunt multi anni inter natiuitatem fratrum , & inter ſacrificium. Quare adoleuerunt fratres, ille tellurem coluit, iſte iunior paſtorem egit. Deinde ad venerandum Numen applicarunt animum. *S.Ambroſ.* D.Ambroſ. *lib.1. de Abel & Cain,cap.7.* in his verbis deſidiam Caini perſtringens: Culpa (inquit) eſt, quod poſt dies obtulit. Sacrificium enim celeritate & commendatur. *Celeritas in Dei obſequio.* Eſt autem poſtulatio bonorum à Deo cum ſoluendi muneris promiſſione,& ideo cùm impetraueris, quod petiſti,ingrati eſt tardare promiſſum. Adiungit,*cap.8.*Prima igitur voti gratia ,eſt celeritas ſolutionis.Hęc quidem Ambroſ.Sed nihil tamen errati videtur iis in verbis ſubnotari:alioqui , & Abelis taxaretur ignauia ; ad vtrunque enim ſacrificantem ea temporis deſcriptio pertinet. At quis eos docuit , vti Deo munera ſua offerrent ? Dicendum inprimis eſt , Adam Deo ſacrificia ſæpiùs obtuliſſe , idque lumine ipſo naturali edoctum. Vt enim , vel ex ſolo ipſo naturæ ductu Deum eſſe creatorem , & remuneratorem,ac punitorem, (quod vnum ſine dubio eſt inter prima Philoſophiæ naturalis principia)cognoſcit homo;ita eodem inſtinctu ductus concludit aliquem illi reuerentiam exhibendam , atque per ſignum aliquod exterius illi cultum , & adorationem ab homine deferendam eſſe. *Adam ritus diuinos & peregit , & docuit.* Quod copioſiùs demonſtrat D. Th. *2. 2. quæſt.85. art. 1.* *S.Thom.* Quare Adam & ſacrificabat,& filios ſacrificandi rationem edocuit : vt enim ſcribit D. Athanaſ. *lib. in illud:Omnia mihi tradita ſunt.* *S.Athanaſ.* Quæ Moyſes docuit diſtinguens munda ab immundis, non latuerant Abelem offerentem , ex primogenitis , quippe illud didicerat ab Adam , quia ea ex Deo audierat. Athanaſium ſecutus Hugo de S. Victor. ait. *Hugo.* Credimus Deum docuiſſe Adam cultum diuinum,quo eius beneuolentiam recuperaret,quam per peccatum tranſgreſſionis amiſerat , ipſúmque docuiſſe filios ſuos dare Deo decimas , & primitias. Sic ille. Vera hæc exiſtimo : ſed idcirco Adami ſacrificia non mandata literis ſunt, quia ea ſola in ſacris libris memorantur ſacrificia , in quibus aliquid diuinitus memorabile accidit,aut quibus aliquid ſublimioris myſterij ſignificabatur.Ac licèt doctorem patrem non haberent : ſatis illis erat lumen rationis. Sic enim Procop. *Procop.* Lex naturæ inſita homini concitabat & ſtimulabat illos fratres,vt ſe exhiberent gratos Deo omnium bonorum datori.

*S.Chryſ.* 2. *Vt offerret Cain de fructibus terræ.* ] S. Chryſoſt. *homil.* 18. *in Geneſ.* egregiè ſic diſſerit ad hunc locum. Conſidera quomodo naturæ conditor ſcientiam animæ indidit. Quis enim Cainum ad hanc cogitationem produxiſſet? Nullus alius , quàm quæ in animo conſcio ſcientia. Sciebat enim & clarè ſciebat ; quòd congruum eſſet ex ſuis poſſeſſionibus aliquid Deo offerendum ; *Cur Deus à nobis coli exigit.* non quòd eo Dominus indigeat , ſed vt ſuam gratitudinem declaret, qui tali beneficio fruitur. Nulla enim re indiget Deus , nulliſque noſtris opus habet ; quia ob ineffabilem miſericordiam ita noſtræ infirmitati ſe attemperat,& propter ſalutem noſtram hæc fieri tolerat , vt Dei cognitio humanæ naturæ virtutis ſit ſchola. Ita Chryſoſt. Priuſquam verò diſcrimen inter vtriuſque fratris oblationes diſpiciamus , ſciendum eſt Hebr. מנחה *minchah,* quod à vulgata redditur munus , aut munera,

*Ben.Fernand.in Gen.tom.1.*

A duplicem habere ſignificatum : aliquando enim idem eſt atque munus quodcunque ; Luſitanè *preſente.* Interdum verò peculiare quoddam ſacrificium , idque , vt volunt Hebræi , aut eſt placenta ex ſimila in fornace decocta , quæ interdum ſimul cum pinguedine aut olio frigebatur ; vel ex ſpicis & granulis primitiarum fiebat ; incertum autem eſt vtrùm fuerit munus, videlicet quodcunque , vti poma , an placentula illa ? non ſcribitur etiam ritus offerendi, & ſacrificandi , ſed credendum eſt , eos altare ſolitos erigere , in quo & offerebant munera, & in Dei honorem ignibus abſumebant. D. Chryſ. *S.Chryſ.* in priore ſenſu munera Cain videtur accipere. Cain ( inquiens ) obtulit de frugibus terræ,
B quaſi diceret : qualiacunque obueniebant , nulla ad delectum adhibita opera vel diligentia. Dicam igitur & dicere non ceſſabo , non quia Deus his indiget ; ſed vult & per hæc oſtendi noſtram gratitudinem. *Homo Deum colat oportet.* Nam qui Deo offert , & offert ex his , quæ Dei ſunt , & intelligit quantum differat natura , & cùm homo ſit , tantum ſit honorem ſortitus : oportebat , quantum ſibi conceditur , ſuum teſtari officium , & pretioſiſſima offerre. Hæc Chryſoſt. *Quæ munera obtulit Cain.* Quare Cainus prima fortuitò , ac ſine delectu colligens vieta , & in humum decidua , & fortaſſe putida , ac mucida , aut ſi malis, placentulam aliquam malè coctam pinguedine parum delibutam , vt fors coqueret , aut frigeret ; aut ſpicas macriores , & granula minutio-
C ra , & ſolio terræque puluere admixto turpiora Deo in altari obtulit : digna profectò munera , quæ & terrena dicantur , & figura extiterint terrenorum ſacrificiorum Hebræi populi ; vt enim obſeruat Tertul. *lib. aduerſùs Iudæos , cap.* 5. *Tertull. Iudaica ſacrificia Cain ſignificat.* A primordio maioris filij, ideſt, Iſraël , terrena fuiſſe in Cain præoſtenſa ſacrificia : & minoris filij Abel , ideſt , populi noſtri ſacrificia ſpiritualia demonſtrata. Sic ille. *Caiet.* In eadem explicatione perſiſtens Caietan.Oblatum ( inquit ) à Cain , abſque vlla electione deſcribitur , nihil tamen detrimenti in eodem narratur ; vt intelligamus penes electionem à Cain neglectam diſparitatem fuiſſe. Ita
D Caietan.

3. Ex hac interpretatione, quæ optima eſt, videbis , quàm parui Cainus æſtimarit Deum, eiúſque honorem , atque amicitiam ; quippe cùm pro Deo colendo , próque illius gratia promerenda , nullum putauerit ſibi damnum ſubeundum. Profectò ſummum amoris argumentum in eo demonſtratur , quod qui amat, & relinquere quæ poſſidet ; & pati quæ alioqui non pateretur , præ illo , quem amat , velit animo libentiſſimo. *Qui maximè amor in Deũ habendus.* Sic enim magni fit, qui amatur , pro quo tam multa ; vel contemnuntur , vel ſuſtinentur. Pulchrè à D. Nazianzen. dictum eſt *Orat.* 28. *S. Greg Nazianz.* Pro alterius amore periculum ſubiiſſe acriores amoris flammas excitat. Idcirco religioſorum ſtatus apprimè com-
E mendatur, eo quòd in eo homines alioqui liberi ſeſe priuant libertate pro Dei obſequio , vt nec bona mundi poſſidere , nec matrimonij voluptatibus potiri , nec ſuam ( quod amplius multo eſt)voluntatem exequi , & ad ſuum viuere arbitrium,illis vlteriùs liceat. Quo de vitæ inſtituto ſic Bernard.*ſerm.in illud:Simile eſt regnum cælorum quærenti bonas margaritas.* *Religioſi amor in Deũ. S.Bernard.* Quæ eſt iſta tam pretioſa margarita pro qua vniuerſa dare debemus, ideſt,noſipſos:quia totũ Deo dedit, qui ſeipſum

A obtulit vt poſſimus eam habere? nónne hæc eſt religio,&c. Longè adhuc præſtantius amoris argumentum ediderunt erga Deum ſanctiſſimi martyres. Caritatem enim maiorem nemo habet, quàm vt animam ponat quis pro amicis ſuis, *Ioan.* 15. Hinc etiam fit, vt incomparabilis ſit erga homines dilectio Dei, qui pro illis ſe exinaniuit formam ſerui accipiens, factus obediens vſque ad mortem crucis. Proh quanto in pretio Deus hominem habuit, vt dignum iudicarit, pro cuius amore Deus homo factus ſit, ſanguinem fuderit, vitam inter opprobria doloréſque amiſerit! Caino perſimiles mihi videntur quicunque impia quadam auaritia erga B Deum, viliora illi offerunt; vt parentes, qui filium, aut filiam deformiorem ſpecie, aut minùs compotem ſui, aut quouis alio naturæ vitio laborantem in Dei obſequium ad clericatum, aut religionem quodammodo non offerre, ſed abiicere, ac detrudere cenſentur; cùm tamen Deus ipſe vetuerit, ne ſibi Hebræa gens victimas vlla deformitate notabiles offerret. Idcirco Malach. 1, dicitur, *Maledictus fraudulentus, qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino.* Vbi D. Hieronym. Oſtendit eos habere, quæ optima ſunt; & offerre, quæ mala ſunt. Gloſſa interpretatur allegoricè: Aliquando homo bene creatus à Deo habet ingenium aptum ſacris diſciplinis; ſed C tradit luxuriæ & inertiæ, habens maſculum, offert debile, ideſt, orationem aliqua animi perturbatione corruptam; hic ſentiet in ſe eſſe completum, quod ſcriptum eſt: *Potentes potenter tormenta patientur,* Sapient. 6. Optima offerendi ratio eſt, cùm priùs Deo cor, & animam offerimus; hinc enim, cætera quæ offerentur, pretium habent. Sic factitabat Dauid; cuius illud eſt Pſalm. 115. *Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.* Vbi ſic D. Baſil. Decoram laudationem exoluam, quæ peculiaris mihi ſupereſt poſſeſſio, meique cordis fœtus; ex ipſo perinde, atque è quopiam altari illam ſacrificabo, è penu mentis nimirum meæ de- D promptam. Ita Baſil. S. Hieronym. de martyrum primò, ac deindè de religioſorum ſacrificio exponit ad hunc modum. Hæc eſt laus martyrum. Sicut enim martyres laudant Dominum purè in regione viuorum: ita & Monachi, qui die & nocte pſallunt Domino, debent eandem puritatem habere martyrum, ſiquidem ipſi martyres ſunt. Quod enim faciunt Angeli in cælis, hoc monachi faciunt in terris. Sic Hieronym. Perpulchra ſanè religioſorum laus.

Ioan. 15.
Ad Philip. 2.
*Dei amor erga hominem.*
Malach. 1.
*Deo viliora quidam offerunt.*
S. Hieron.
Sapient. 6.
Pſal. 115.
S. Baſil.
*Deo cor offerendum.*
S. Hieron.

4. *Abel quoque obtulit,* &c. Malè diuiſit Cain, cùm ſibi meliora reſeruans, Deo viliora obtulit, ſeipſum Deo præponens, ſe pluſquam Deum diligens. Contrà verò Abel elegit toto ex grege E primores, & pinguiores fructus, quibus Deum ſuum veneraretur, quem ſibi anteferebat, digniorem iudicans primitiuis, & pinguiſſimis agnis, hædis, vitulis. En vis amoris: quem Abel in illa oblatione vbere, & lectiſſima quoad potuit, expreſſit. Vnde Rupertus eleganter ait, vterque, cui debuit, obtulit; ſed non rectè vterque diuiſit. Nam Cain cùm Deo offerret ſua, ſeipſum ſibi retinuerat, repoſitum habens in cupiditate terrena. Huiuſmodi Deus portionem non accipit, *Sed præbe* (inquit) *fili cor tuum mihi*, Prouerb. 23. At Cain cor ſuum retinuit, ſibi, & fructus terræ obtulit Deo. Abel autem

Rupertus.
*Abel ſeipſum Deo obtulit.*
Prou. 23.

A primò cor ſuum, deinde rem ſuam offerendo plurimam hoſtiam obtulit. Sic Rupert. Abel igitur præter ſelectiſſima illa & adipalia moneſa, ſuum amorem, quo nihil electius, Deóque gratius, obtulit. Nam quid ante oculos Dei valent munera omnia, etiam pinguiſſima, ſi tamen amor negetur? Operationes (ait D. Ambroſ. 1. *de Iacob*, *cap.* 8.) bono commendantur affectu. Sic planè habet amor, cùm ſit ipſe pretioſiſſimus, pretium operibus attribuit, nec aliquod munus ſine amore pinguitudinem, quæ pietas eſt, habet, qua Deo placeat. Si enim dederit homo omnem ſubſtantiam ſuam pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam, *Cant.* 8. B Itaque qui amat, vt dixit Ambroſ. *in Luc.* cenſu diues eſt. Prudens planè, ac pius Abel, qui de pecudibus obtulit. Animata enim iure naturali (ait Procop.) præſtantiora ſunt inanimatis: ſiquidem Deus ipſe in creationis primordio gauiſus eſt plurimum animatis, & ſeſe mouentibus creaturis, quas ſolas benedictiones exhilarauit. Sic ille. Nobilis victima; in qua Deo vita offertur cum ſenſu ac dolore. Abel innocentium ac iuſtorum primus, & virginum ſignifer Deo ſe totum conſecrauit; Dei totus, non ſui iuris erat; dedicator illius in Deum pietatis, quam in virginibus commendat Apoſtolus, *Innupta cogitat, quæ Dei ſunt, quomodo placeat Deo.* C Etenim, vt Patres orthodoxi, Baſil. Hieronym. Ambroſ. Epiphan. & omnes vniuerſim affirmant, virgo fuit Abel, occiſúſque eſt nondum vxore ducta, vt ſcribit Epiphan. *lib.* 1. *contra hæreſ.* 39. *hæreſ.* Vbi mirabile illud adiungit, Cainum copulatum fuiſſe ſorori maiori Saue appellatæ: Seth verò tertium filium poſt Abel genitum Azuræ ſorori ſuæ vocatæ. Deinde Adamum ſolas duas filias genuiſſe quas nominauimus, filios plures. Ex quo apertè colligimus (ſi verum eſt, quod aliqui autumant) gemellos Euam peperiſſe ſolitam, præſertim in prioribus partubus, maſculum, & fœminam, vt perfectum eſſet coniugium ad propagationem generis humani; miraculi tunc inſtar extitiſſe, D quòd Abel ſolus ſine vterina compare prodiret in lucem, aut ſaltem nondum in orbe fœmina alia præter duas Euam, & vxorem Caini, enata eſſet; diſponente ſic Deo, vt ſibi Abel virgo viueret, & moreretur. Profectò hæc eſt hæreditas Domini felicior, ſors beatior, pinguior portio, locus honoratior, in terris nunc, atque ſubinde glorioſior in cælis apud Deum, qui Abeli primò obtigit, quem alij deinceps virginali palma conſpicui ſortiuntur. Quam felicitatis prærogatiuam, ſic perdoctè atque eleganter commendat D. Hieronym. 1. *contra Iouin.* de Ioſue illibata per totam vitam in armis, & in principatu, pudicitia diſſerens. Ioſue Naue, nec vxorem habuit, nec filios, & certè pulcherrimum terræ E Iudææ in partitione accepit locum: moritúrque non in vicenario numero, qui ſemper infauſtus eſt, ſed in decimo. Sepelitur autem in Thamnat Sarech, ideſt, in perfectiſſimo principatu, ſiue in numero operimenti noui; vt virginum ſignificaret greges Saluatoris auxilio coopertos: in monte Ephraim; hoc eſt, in monte frugifero, ab Aquilone montis Gaas, qui interpretatur commotio. Sic Hieronym. Non erit alienum ab inſtituto, cùm de primo virgine Abele, & virginalis ſtatus dedicatore commentemur, illa ſubiicere, quæ de huiuſce

S. Ambr.
*Amor pretioſiſſimum donum.*
Cant. 8.
S. Ambr.
Procop.
1. Cor. 7.
*Abel virgo & virginum primus.*
Epiphan.
*Virginum ſors felicior.*
S. Hieron.

S.Bern.
*Caſtitas commendatur.*

iuice ordinis & chori commendatione diuinitus a D.Bernard. dicta eſſe intelliguntur *Epiſtol. 42. ad Henricum Senonenſem Epiſcopum.* Quid caſtitate decorius, quæ mundum de immundo conceptum ſemine, de hoſte domeſticum Angelum denique de homine facit? Differunt quidem inter ſe homo pudicus, & Angelus; ſed felicitate, non virtute. Sed etſi illius caſtitas felicior, huius tamen fortior eſſe cognoſcitur. Sola eſt caſtitas, quæ in hoc mortalitatis, & loci, & temporis ſtatum quendam immortalis gloriæ repræſentat. Sola inter nuptiarum ſolemnia morem beatæ illius vendicat regionis; in qua neque nubunt, neque nubentur: præbens quodammodo terris, cœleſtis iam illius conuerſationis experientiam. Vas interim fragile, quod portamus, in quo & crebrò periclitamur; tenet caſtitas, vt monet Apoſtolus, in ſanctificationem; & inſtar odoriferi balſami, quo condita cadauera incorrupta ſeruantur; ſenſus ipſa & actos continet, & conſtringit, ne diſſoluantur otiis, ne corrumpantur deſideriis, ne carnis voluptatibus computreſcant: quemadmodum legitur de quibuſdam quia computruerunt, vt iumenta in ſtercore ſuo, *Ioel. 1.* Hæc Bernard.

Ioel. 1.

Ad Heb. 11. Theod.

5. Apoſtolus 11. ad Hebræos de Abele ſic loquitur: *Fide plurimam hoſtiam Abel, quam Cain, obtulit Deo.* Theodor. Legit maiorem, vbi Græcè πλείονα; plurem debuiſſet interpres vertere, ſed quia minus Latine; iccirco poſuit, plurimam. Senſus igitur eſt, plura obtuliſſe Abelem Deo de ſuis ſelectiſſimis, ac pinguiſſimis pecoribus, quàm Cainum, vt illius auaritia, illius liberalitas oſtenderetur, vt ſubnotauit Caietan. ſeu, vt malunt alij, pretioſiorem hoſtiam. Sic Theodoret. Hæc verò excellentia non tam ſpectatur in ipſis ſelectiſſimis victimis, quæ offerebantur, quàm in ipſo corde, & animo offerentis; Apoſtolus fide plurimam hoſtiam fuiſſe dicit. Sed quænam iſta fides, quæ tam pretioſæ reddebantur Abelis victimæ, qua, quia fructus Caini carebant, diſplicuerunt Deo? Non eſt credendum ſine vlla omnino fide Cain obtuliſſe; quorſum enim ita Deum veneraretur, in quem non crederet? Solùm hîc ſignificatur illum non habuiſſe fidem redemptoris venturi, reconciliationémque futuram per mortem agni immaculati ſacrificandi non credidiſſe; quare Cain obtulit fructus Deo vt creatori; non autem ſacrificauit Deo, vt redemptori. Contrà verò Abel, grandi quadam, & ardenti fide de gregibus obtulit, ſignificans ſe Deo debere hoſtiam, non tantùm, vt creatori, ſed etiam vt redemptori mactans agnum in fide Chriſti in cruce immolandi. Sic noſter Salmer. Vide obſecro quanto in pretio Deus habeat titulum redemptoris, vt non modò illum creatoris elogio anteponat, verumetiam omnem reſpuat oblationem, quæ redemptorem ipſum non agnoſcit. Abel igitur, vel à parentibus, vt credere par eſt, probè ac ritè inſtitutus, & diuino inſuper auxilio adiutus credidit fide diuina futurum, vt (quod Rupertus ait) verſaretur, ſeu remoueretur gladius ille, quem collocauerat Dominus ante paradiſum, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ, & hoc per illud ſemen mulieris, quod contereret caput ſerpentis. Hac fide emeritum, haud dubitandum eſt, Prophetiæ quoque ſpiritum accepiſſe vt illud ſemen mulieris, inter quod audierat Deum poſuiſſe inimi-

Caiet. Theod.
*Fide redemptoris Abel obtulit.*

Salm.

*Redemptoris, quàm creatoris titulus illuſtrior.*

Rupert.

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

A citias, & inter ſemen ſerpentis; ſciret non tantùm fore ſemen mulieris, ſed filium Dei, qui verus agnus Dei per ſuam innocentiam ſerpentis conculcaret malitiam, & per ſuum ſanguinem flammeum gladium reſtingueret. Hæc Rupertus. Abel etiam obtuliſſe dicitur non vnam ſolummodò hoſtiam, ſed multas, & multorum generum, & eas omnes ſelectiſſimas; vt quodammodo referret & imitaretur multiplicem venturi redemptoris victimam. Vnde S. Bern. *ſerm. 5. in natal. Domin.* Miſericordiæ (inquit) Domini multæ, ait quidam, *Thren. 3.* videlicet quia multæ tribulationes iuſtorum. Vnus eſt B Dei Filius, ſed miſeria noſtra multiplex, non modò magnam miſericordiam, ſed & multitudinem quærit miſerationum. Sic Bernard. Ex quibus amplius infero Abelis menti penitus inſediſſe cognitionem futuræ Virginis ex qua Dei Filius naſceretur; non ſolùm enim ſciuit, quodnam eſſet futurum illud ſemen mulieris; ſed ſimul etiam quænam illa futura mulier. Quam præſcientiã de Virgine Dei matre proculdubio Adamus, & Eua habuerunt; támque filios, & poſteros edocuerunt. Iam tunc Abelis innocentia, virginitáſque non ſine ardentiſſima pietate atque amore in beatiſſimam ſemper virginem, atque innocentiſſimam illam ouem, cuius e vel- C lere candidiſſimo Dei Filius humanam erat carnem aſſumpturus; aut eſſe, aut adoleſcere, aut conſeruari poterat. Etenim, vt ait Bernard. *ſerm. 4. in Natal.* continentia per virginẽ Mariam deſignatur. Adde, & comparatur, & conſeruatur. Qua etiam (vt optimè idem Bernard. *ſerm. 2. in Natal.*) regnum cælorum reparatur. Prouerb. 8. loquitur ſapientia, ſed ex accommodatione ſapientiſſima Eccleſiæ virgo ipſa mater Dei loqui intelligitur; inter alia illud: *Et qui mane vigilant ad me, inuenient me.* Omnes enim (ſic intelligo) ante virginis ortum in illo antelucano tempore, priuſquam illa aurora nouum diem prænũcians, ſolem ipſum Filium Dei ſuo ex vtero parturiens in vrbem effulgeret; viri ſanctiſſimi ad virginis fores excubabant, pulſabant oſtium ſuſpiriis, ac D deſideriis. Qualia ſunt illa Iſaiæ, *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, & germinet ſaluatorem*, Iſai. 45. Vertunt LXX. Lætetur cælum deſuper, & nubes ſpargant iuſtitiam. Germinet terra, & oriatur miſericordia, & iuſtitiam germinet ſimul. Explicat D. Hieronym. vltima verba: vt & peccatores miſericordiam, & iuſti præmia conſequantur. ſcilicet in aduentu Domini, vti animaduertit. Cõſcij enim omnes iam inde ab Adam humanæ maledictionis expectabant benedictam illam inter omnes mulieres, de qua eſſet redemptor naſciturus; & maledictiones doloréſque noſtros ablaturus. Nec mirum (inquit S.Bernard. *ſerm. 3. in vigil. Natal.*) ſi dolorem E non intulit matri, qui dolores totius mundi tulit. Duo ſunt, quæ timet humana fragilitas, pudor & dolor; vtrumque Chriſtus tollere venit. Et vt fiduciam nobis daret, quòd tolleret hæc à nobis; prius matrem ſuam immunem ab vtroque ſeruauit, vt nec in conceptu quicquam pudoris, nec in partu quicquam doloris exiſteret; adhuc creſcit gloria, ſed & mater eſt ſine corruptione. Iam ſecurus expecto promiſſam mihi gloriam incorruptionis in carne mea; quandoquidem conſeruata per eum eſt incorruptio etiam in matre ſua. Hæc Bernard.

*Redemptoris multiplex miſericordia.*

S.Bern.

Thren. 3.

*Adam, Eua, & Abel virginem Dei matrem præſciuerunt.*

S.Bern.

Prou. 8.

*B. Mariam patres deſiderabant.*

Iſai 45.

S.Hieron.

S.Bern.

*Deus per matrì noſtra malo abolens.*

## SECTIO V.

*Et reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera eius non reſpexit.*

1. Hebr. וישע *vaixagh*, à radice שעה *xaghah*, quæ verti variè ſolet: etſi bene conſideranti res vna, eadémque ſignificari videatur. Eſt enim reſpicere, attendere, animaduertere, intento & defixo oculorum obtutu cernere; delectari, ſibi complacere, inclinari, aliqua in re, Sæpiùs autem idem eſt, atque quieſcere, deſinere. Eòdem recidunt omnia. Dominus enim B requieuit in Abelis ſacrificio, complacuit ſibi in eo, delectatus & Abele, & ipſius ſacrificio, beneuolo vultu Abelem, eiúſque munera reſpexit. Quia verò iſta Dei complacentia, reſpectúſque ad ſacrificium, & requies in ipſo demonſtrata eſt per aliquod ſignum exterius, ac viſibile: ideo alij variè vertunt per effectus, ac ſigna, quibus patuit illa Domini requies, & approbatio. In quam ſententiam audi Procopium: Theodotion (ait) interpretatur, incendit. Aquilas, conſolationem accepit. Symmachus, oblectatus eſt. Syrus, placuit. Sed ſinguli interpretes peculiarem reſpexerunt finem. Theodotion enarrat, quomodo ſacrificium acceptarit Dominus, & alluſit ad modum, quem in libris Moyſis & regum legimus. Aquilas vertens: Conſolationem accepit; docet Deum placatum, & depoſuiſſe iram qua in Adamum exarſerat, & ſic ſuſcepiſſe ſacrificium. Symmachus ſignificat Deum delectatum eſſe illo ſacrificio, quod conſtabat viuentibus animalibus, non rebus inanimatis. Hæc Procopius. Obiter adnotarim, in tranſlatione, & commentatione Aquilæ, nihil nos cogere, vt dicamus hoc ſacrificio voluiſſe Abelem placare Deum, redderéque propitium parentibus, è quibus erat natus, ob tranſgreſſionem in paradiſo admiſſam. Vt enim paulo ſuperiùs ſtatuimus, credendum eſt Adamum ſæpè vſum fuiſſe oblationibus, & ſacrificiis ad venerandum, propitiandúmque Numen. Quòd ſi adhuc Abel pro ſuis parentibus litare inſtituit, id quidem fecit ex abundantiori pietate in parentes, quorum reconciliationem cum Deo, etſi iam factam, ampliùs ratam & ſtabilem expetebat. Præterea in iſtis ſacrificiis dicitur Deus quieſcere ab ira, quaſi qui admoto naribus odore requieſcit, fragrantiam illam interim captans, Idcirco enim, vbi in Exod. & Leuit. lectio vulgaris habet: In odorem ſuauitatis, aptiſſimè verti poteſt, in odorem quietis. Malim ego tamen, Deum quieuiſſe in Abelis victimis, non ab ira, qua procedebat ad vindictam, ſed in voluntate, in pietate, amoréque; atque anima virtutibus clariſſimis præcellente Abelis mirificè oblectatum ſibi complacuiſſe.

Procop.

*Abelis victima quàm Deo accepta.*

*Quieſcit Deus in Abelis victima.*

2. Sed quódnam iſtud exterius ſignum, quo Deus approbare ſacrificium Abelis, & reprobare munuſcula Caini viſus eſt? Illa optima eſt reſponſio, quæ affertur à D. Hieronym. *in quæſt. Hebraicis.* Vera interpretatio eſt Theodot. Et inflammauit Dominus ſuper Abel, & ſuper ſacrificium eius; ſuper Cain verò, & ſuper ſacrificium eius non inflammauit. Ignem autem ad ſacrificium deuorandum ſolitum venire de cælo, & in dedicatione Templi ſub Sa-

Hieroſ.

*Inflammantur de cælo victima.*

A lomone legimus; & quando Elias in monte Carmelo conſtruxit altare. Erat autem adeò conteſtatum, & conſuetum hoc ſignum Dei approbantis victimam; quando iactis e cælo flammis illam abſumebat, vt diabolus Dei (ſic vocat Tertul.) æmulus ex aduerſo; aut veris, aut fictitiis nonnunquam ignibus paganorum ſuorum ſacrificia conſumere legatur; quale illud eſt, quod ſcribit Solinus *cap.* 11. Nec longè inde colliseſt Vulcanus, in quo qui diuinæ rei operantur, lignea virea ſuper aras ſtruūt, nec ignis apponitur in hanc congeriem, cùm porricias intulerint; ſi adeſt Deus, ſic ſacrum probatur: ſarmenta licèt viridia ignem ſponte concipiunt, & nullo in- B flammante à lætato numine fit incendium. Ibi epulantibus alludit flamma, quæ flexuoſis exceſſibus vagabunda, quem contigerit non adurit; nec aliud eſt, quam imago nuncia perfecti ritè voti. Sic ille. Cæterùm præter illud exterius ſignum flammarum victimas deuorantium, aliud interius interfuiſſe non eſt negandum, quod Procop. ſic adnotauit. Cain vt ſentiret ſuum ſacrificium parum gratum fuiſſe Domino, triſtitiam accepit veluti ſignum. Gaudium enim innaſcitur purè, & irreprehenſibiliter ſacrificanti. Sic ille. Itaque ſignum interius, quòd Dominus in Abelis victima ſibi complacuerit, fuit gaudium planè cæleſte, quo Abelis C anima mirum in modum perfuſa exultabat. Contrà verò, ſignum reprobati muneris in Caini oblatione fuit ingens quidam mœror, & triſtitiæ magnitudo, qua mens Caini oppreſſa ſuccubuit; fructus enim ſpiritus caritas, gaudium, &c. *ad Galat.* 5. Vbi obſerua inter fructus diuini Spiritus proximè poſt caritatem connumerari gaudium. Qui enim (exponit S. Hieronym.) diligit quempiam, ſemper in eius felicitate lætatur. Hoc autem gaudium ſæpius ab Apoſtolo vocatur ſanctum; & gaudium in Spiritu ſancto. Nimirum Spiritus ſanctus etiam in hac vita ſolet iis, qui virtutis opera efficiunt, animi quoddam gaudium caſtiſſimum, & ſuauiſſimum infundere. Hæ ſunt ſpiritus delitiæ, quas D illi ſoli experiuntur, qui rectè & ex virtute viuunt. Bene Philo Hebr. *lib. de congreſſu*: Feſtum (inquit) eſt animæ, rerum optimarum æmulatio. Locum hîc opportunum habet illud D. Auguſt. Da amantem, & ſcit quod dico. Miror equidem Platonem hominem ſine fide, ſed ſolo naturæ lumine philoſophantem, ac bene ſecundùm virtutum moralium regulas aliqualiter viuentem, ac verum iſtud animæ gaudium in ſe, aut experientem, aut ſaltem alicubi eſſe poſſe cognoſcētem. Ait enim: Lætamur quoties feliciter nos viuere arbitramur: quotiéſque lætamur, rurſus feliciter viuere diſcimur. Philo riſum Saræ expendens: Particeps (inquit) eſt anima ſanctæ lætitiæ. Addiderim ego verius; ſolam animam ſan- E ctam participem eſſe lætitiæ; *Non eſt enim pax impiis*, dicit Dominus. Pulchrè Clem. Alex. vocauit Chriſtum Dominum, maximè in ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento ſanctum lætitiæ fluentum. quò non incongruè referes illud Domini apud Luc. 12. *Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* En quàm dulci conuiuio, quàm regiis epulis, quàm ſuauibus deliciis excipiūtur à Domino, qui vigilāt, ſperant, operantur, amāt, toti pendent ab ſponſo animarum qui ritè & piè corpus Domini ſuſcipiunt? Vnde D. Ambroſ. *lib.* 5. *in Luc.* Qui domicilio Chriſtum recipit interno, maximis delectatio

Tertul.

Solin.

*Diabolus flammas mentitur.*

Procop.

*Gaudium fit ritui purè ſacrificanti.*

Galat. 5.

S. Hieron.

Phil.

*Vera lætitia cum virtute coniuncta.*

S. Auguſt.

Plato.

Philo.

Iſai. 48.

Clem. Alex.

Luc. 12.

S. Ambroſ.

ctationibus exuberantium paſcitur voluptatum. Et D. Petr. Chryſolog. ad eadem verba *ſerm.* 24. Diſcumbenti homini Deus aſtat, epulanti ſeruo ſeruit Dominus, miniſtris ſuis miniſterium facit Chriſtus. Sic ille. Neque verò tantùm de cæleſti conuiuio, ſed etiam de voluptatibus ſanctiſſimis huius vitæ intelligi debet Euangelij parabola. Soli enim (ait D. Chryſ.) ex virtute operantes deliciari ſciunt.

S.Chryſoſt.

3. D. Chryſoſt. Vim ipſam verbi שעה *xagbah* ſic optimè expreſſit. Quid eſt, aſpexit? id eſt, approbauit, laudauit mentem, coronauit voluntatem, & quaſi quis dicat facto contentus fuit; quia recta intentione, & ſincera mente Abel obtulerat, aſpexit Deus, accepit, gratum habuit, laudauit. Cæterùm oblata vocauit dona, vt per hoc offerentis animi maiorem honorem haberet: Ad Cain autem, & ad ſacrificia eius non attendebat, monſtrans reprobationem oblatorum. Deinde vocando oblationes fructuum terræ, ſacrificia: oues autem munera, docet nos diuina Scriptura quòd Deus, neque vt bruta adducantur, neque terræ fructus offerantur, ſed tantùm mentis affectionem quærit. Vnde nunc cum donis ille approbatus eſt, & gratus fuit; at hic cum ſacrificio ſuo reiectus eſt. Ita Chryſoſt. Quare ſic legit ſanctus Doctor, reſpexit ad Abel, & ad dona eius; ad Cain autem, & ad ſacrificia eius non reſpexit. Et cùm dignioris nomine Caini oblationes, quàm Abelis nuncupentur; nihilominus, quia mens, & voluntas, & charitas Abelis potiùs, quàm cæſarum pecudum victimæ à Deo æſtimabantur; Abelis oblatio accepta fuit, Caini verò repudiata, quia non voluntatis puritate cõdita. Non omiſerim hìc obſeruare, neſcio quid difficultatis in Chryſoſtomi verbis. In Hebræo fonte, non aliud nomen Caini, quàm Abelis oblationibus imponitur, quod in vulgata ſimiliter cernitur, vbi ponũtur vtrobique munera. Hebr. חשע יהוה אל־הבל ואל ואל־מנחתו ואל־קין ואל מנחתו לא שעה *vaixagh Jehouah el Hebel; veel minchatho: veel Cain, veel minchatho lo xaghah.* & reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius; & ad Cain, & ad munera eius non reſpexit. Quamobrem irrito fundamento nititur obſeruatio illa diſparitatis, quam fortaſſe concinnatores auide arripient. Videas hinc tu, quanto in lumine verſetur eruditionis, qui peritia Hebrææ linguæ præditus diuinas literas commentatur. At eſt tamen quid reſpondeam pro tuenda Chryſoſtomi ſententia: ſecutus ille verſionem L X X. alio atque alio ſubinde vtentium nomine diſſimilitudinem illam oblationum inuenit. Ita L X X. καὶ ἐπεῖδεν ὁ θεὸς ἐπὶ Ἄβελ, καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ· ἐπὶ δὲ Κάϊν, καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχεν. reſpexit ad Abel, & ad munera eius: ſed ad Cain, & ad ſacrificia eius non attendit. Chald. vertit: Et ſuſcepit Dominus cum beneplacito Abel, & munus eius; Cain autem, & munus eius non ſuſcepit cum beneplacito. Tertullian. *lib. aduerſus Iudæos, cap.* 2. Abel (inquit) offerentem ſibi ſacrificia laudauit Dominus, accepto ferens, quæ offerebat in ſimplicitate cordis; & reprobans ſacrificium fratris Cain eius, qui quod offerebat, non rectè diuidebat. Malus animus Caini meliora ſibi reſeruantis, & deteriora Deo offerentis, ob innatam præcordiis auaritiam ab omnibus carpitur, cuius ex occaſione D. Ambroſ. in auaritiam, quin Caini, & eius imitatores la-

Honorat Deus Abelem.

Hebrææ linguæ peritia vtilis.

Tertul.

Caini auaritia carpitur.

S.Ambroſ.



A borant morbo, graphicè depingendam inuehitur, *lib. de Abel, cap.* 5. Quid (inquit) de auaritia dicam, & inſatiabili pecuniæ cupiditate, & quadam æris libidine, quæ quo plura abſtulerit, eo magis inopem eſſe ſe credit? omnibus inuida, ſibi vilis, in ſummis diuitiis inops, affectu extenuat, quod cenſu abundat. Nullus capiendi modus, vbi nulla menſura cupiendi. Sic inflammat animum, ſic igne ſuo paſcit animum, vt hoc ſolo diſtet, quòd libido formarum adultera ſit, iſta terrarum; elementa concutit, mare ſulcat, terram effodit, cælum votis fatigat, non ſereno grata, nec nubilo, condemnat prouentus annuos, fœtúſque terrarum arguit. Si quæris theſauros, accipe inuiſibiles, & occultos, quos in cæli altiſſimis, non quos in terrarum venis requiras; eſto pauper ſpiritu, & eris diues qualicumque cenſu; quia non in abundantia diuitiarum vita eſt hominis, ſed in virtute ac fide; iſtæ te diuitiæ verum diuitem facient, ſi ſis in Deum diues. Hæc Ambroſius.

Auaritiæ malum deſcribitur.

Vera diuitia in virtute.

4. Ergo infelix Cain, ſuis è terra collectis incubans fructibus ſperabat ſignum publicius exhibendum diuinæ beneuolentiæ pro deterrimis munuſculis: terræ voluptatibus affluens, cœleſtia ſubinde gaudia ſibi promittebat. At vera eſt illa ſententia D. Bernard. *ſermon. 4. in vigil. Natiuit.* Conſolatio mundi vilis, & ad nihilum vtilis, & quod magis metuendum eſt, veræ & ſalubris conſolationis impedimentum. Damnatur hic auarorum hominum erga pauperes inhumanitas, quibus ne fruſtulum quidem panis porrigunt; at Cainus eorum pater non ita ferus extitit; ſi non pinguium agnorum carnes, at certè poma & placentulas obtulit; ſi non iſtius generis optima, ſaltem vilia, ſaltem aliqua obtulit. At Lazarus mendicus ad forea auari epulonis iacens volebat explere famem de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat, *Luc.* 16. Rectè ad hunc locum, ita ſcribit D. Petr. Chryſolog. *ſermon.* 66. Reus eſt, quòd cùm à Deo pro malis receperit bona, bona pro bonis Deo reddere contempſit. Nam de diuitiis tantis nec victum dedit pauperi, nec ſacrificium Deo minima oblatione dependit. Sic de diuite auaro, & crudeli: ſed quid de paupere mendico, & vlceroſo Lazaro? Elegantiùs ad hunc modum. At pauper diues vulnere, cenſu nudus, exutus corpore, veſtitus pœnis; animam, quam ſolam non tenebant vulnera, Deo in hoſtiam iugiter offerebat. Hinc eſt, quòd recipit pro doloribus requiem, pro opprobrio gloriam, pro deſpectu gratiam, pro pannis immortalitatem, pro vulneribus præmia, pro ſiti refrigerij fontem, pro fame cæleſtis menſæ delicias ſempiternas, & quem diuitis angulus non capit, ſinus diuinæ conſolationis includit. Hæc omnia S. Petr. Chryſ. Audiant pinguiores iſti, in ſeculo D. Gregor. Nazianzen. *in ſentent.* & contremiſcant, ſi fidem habent, ſi Chriſtum Deum agnoſcunt. Pauper (inquit) acceſſit, abijtque nihil à me conſecutus? Vereor Chriſte ne ipſe quoque ope tua indigens, auara legem illam, quam ſanxiſti, egens, atque inanis recedam. Nam quod quis non dedit, nec ipſe ſperet. Iſtam igitur feritatem animi odit ſemper Dominus in auaris, quam Cainus præſeferebat, atque iratus propter illam, aliáque in animis penitus latentia vitia,

S.Bern.

Diuina cum terreſtri non commiſcetur voluptas.

Auarorum crudelitas in pauperes.

Luc. 16.

S.P.Chryſ.

Lazarus mendicus & vlceroſus.

Greg. Naz.

Qui pauperi opem negat, à Deo ſibi timeat.

Tertul.

A quî fiet, vt ſacrificiis, & oblationibus eorum oblectetur? Grauiter Tertul. 2. *contra Marc*, *cap.* 22. in hanc ſententiam diſſerit. Si ad oblationes (inquit) Abel aduertit Dominus, quæ iucunditas, ſiue viſcerum veruecinorum, ſiue nidoris ardentium victimarum? Sed animus ſimplex, & Deum metuens offerentis ea, quæ à Deo habebat, & pabuli, & ſuauis olentiæ gratia apud Deum deputabatur, non quæ fiebant exigentis, ſed illud propter quod fiebant, ob honorem ſcilicet Dei. Si cliens diuiti, aut regi nihil deſideranti, tamen aliquid viliſſimi munuſculi obtulerit; quantitas & qualitas muneris infuſcabit diuitem, & regem, an delectabit titulus officij?

*Deus animū potiùs, quàm munus reſpicit.*

B At ſi cliens ei munera vltrò, vel etiam dicto, ordine ſuo offerat, & ſolemnia regis obſeruet, non ex fide tamen, nec corde puro, nec pleno circa cætera quoque obſequia, nónne conſequens vt rex ille, vel dìoes exclamet: Quo mihi multitudinem munerum tuorum? plenus ſum, & ſolennitates, & dies feſtos, & veſtra ſabbata odit anima mea, *Iſai.* 1. Veſtra dicendo, quæ ſecundùm libidinem ſuam, non ſecundùm religionem Dei celebrando, ſua iam, non Dei fecerant: conditionalem idcirco & rationalem demonſtrauit accuſationem eorum, quæ adminiſtranda præſcripſerat. Hæc Tertul.

Iſai. 1.

C Ex quibus colliges, quod potius & gratius Deo eſt; non ex munerum, aut pretio, aut copia, ſed ex animi pietate cenſeri.

5. D. Ambroſ. *lib de Incarnat. cap.* 1. ideo tam gratum Deo arbitratur fuiſſe ſacrificium Abelis, quia in eo, & Chriſti, & iuſtorum innocentia, & virtus, martyrúmque paſſione ſignificabantur. Abel (ait) ex primitiuis ouium obtulit ſacrificium, docens non terræ munera placitura Deo (quod in Caini oblatione figurabatur) quæ degenerauerant in peccatores; ſed ea, in quibus diuini gratia myſterij refulgeret. Sic Ambroſ. Pulchriùs adhuc D. Cyprian. *de oration. dominica*, præfigurari putat diuinam Euchariſtiam in ſacrificio Abelis, atque ob id fuiſſe Deo ſuauiſſimum;

S. Ambroſ.
*Quod Abelis ſacrificio figurabatur.*

S. Cypr.
*Abel ſacerdotum magiſter.*

D & in Abele documentum agnoſcit, quod obſeruare debeant, qui aut celebrant, aut communicant corpus Domini. Verba ſunt Cyprian. Abel pacificus, & iuſtus, dum Deo ſacrificat, innocenter docuit, & cæteros, quando ad altare munus offerunt, ſic venire cum Dei timore, cum ſimplici corde, cum lege iuſtitiæ, cum concordiæ pace. Meritò ille dum in ſacrificio Dei talis eſt, ipſe poſtmodum ſacrificium Deo factus eſt; vt martyrium primus oſtendens initiaret ſanguinis ſui gloria dominicam paſſionem, quæ & iuſtitiam Domini habuerat & pacem. Hæc Cyprian.

*Vnde Abel meruit eſſe martyr.*

E Vide quantum profuerit Abeli ſuum iſtud ſacrificium, cum tanta mentis puritate, morum innocentia, Dei amore; vt inde meruerit primus in Eccleſia Dei martyrum eſſe, primáque figura Domini patientis. Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; priùs ad Abel, quàm ad munera; priùs ad mentem, quàm ad manus: priùs ad intentionem, quàm ad opera: nam ab interiore homine ad exteriorem, cùm bonum, tum malum quicquid eſt, deriuatur. Reſpexit (inquit D. Irenæus *lib.* 4. *cap.* 34.) Deus ad munera Abel, quoniam cum ſimplicitate, & iuſtitia offerebat. Super ſacrificium autem Cain non reſpexit, quoniam cum zelo & malitia quæ erat aduersùs fratrem, diuiſionem habebat in corde. Sic Irenæ.

S. Irenæ.

A Quare amor proximi, fraterna pietas, & concordia ſi adſit, ſacrificium Deo reddit grauiſſimum: barbarus eſt, & inſigniter impudens, qui iratus in fratrem accedit ad propitiandum patrem? Atque vt bellè adiungit D. P. Chryſolog. contra diuitem epulonem, qui poſitus in tormentis miſericordiam à patre Abrahamo deprecabatur, *Luc.* 16. Crudelis (inquiens) fili, quam miſericordiam petis? Reſpexit Deus ad Abel: multo intentiùs, ac dulciùs. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, illam inquam humilitatem, qua (quæ virginitate placuerat) concepit Dei Filium. Ipſa ipſa Virgo ſanctiſſima vnicè præ cunctis creaturis dicere

*Amor proximi ante Euchariſtiam.*
S. Petr. Chr.

Luc. 16.

B poteſt, & quidem veriſſimè, *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi*, Pſalm. 39. Ipſa eſt, cuius illud: *Dilectus meus mihi, & ego illi*, Cant. 2. Illa (vt Bernard. explicat *ſerm.* 69.) Maieſtatem, quaſi cætera non curantem ſoli ſibi intendere gloriatur, cui ſoli ipſa poſtpoſitis curis omnibus tota ſe deuotione cuſtodit. Ac longè quidem aptiùs & veriùs verbum שעה *xaghab*, in Deo, ad Virginem, quàm ad Abel ſuos omnes, quos præmiſimus, ſignificatus exprimit; omiſſis reliquis: Requieuit Dominus in virgine, quod illi proprium eſt, vt Filios in matre. Sola enim canere poteſt canticum illud nouum:

*B. Mariā vnicè Deus reſpexit.*
Pſal. 39.
Cant. 2.
S. Bern.

C *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*, Luc. 1. Subtiliter ibi aduertit Caietan. *meo*, poſſeſſionem ſignificat Saluatoris tanquam proprij; verè enim meus, inquit Maria; quoniam totum corpus eius mediante quo ſaluat mundum, meum eſt; nullam in eo partem habet vir aliquis.

*Deus in B. Maria requieſcit.*
Luc. 1.
Caiet.

---

## SECTIO VI.

### *Iratúſque eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius.*

D 1. HEbr. ויחר *vaichar*, à radice חרה *tharab*, ira excandeſcere, in furorem agi ſtimulante inuidia, tulit enim iniquiſſimo animo fratrem ſibi antepoſitum. Ambitionis tyrannicum malum iura omnia proculcat, fratrem, vt hoſtem odit, auerſaturque, ſi videat ſuperiorem. Acceſſit mater filiorum Zebedæi, petens à Domino: *Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram, & vnus ad ſiniſtram tuam in regno tuo*, Matth. 20. Mira in hac petitione ſedium, vis exprimitur ambitionis, quod nec fratrem ſibi præferri quiuis patiatur, vt Caietan. ſubnotauit his verbis: Primas ſedes inter duodecim promiſſas petunt; nec volunt alter ſub altero ſedere, ſed vnus ad dexteram, & alter ad ſiniſtram Chriſti, vt ex vtroque latere ſint primi. Sic ille.

*Ambitio tyrannica iura omnia violat.*

Matth. 20.

Caiet.
*Frater fratrē ſibi prætuli dolet.*

E Admirabilis ſanè modeſtia Moyſis enituit, cùm Domino mittenti ad Ægyptiacam expeditionem, qua nulla glorioſior eſſe poterat, eúmque conſtituenti Deum Pharaonis, ſæpiùs reſiſtendo dixit, *Obſecro Domine mitte quem miſſurus es*, Exod. 4. Neque verò putandus eſt ſic abnuere, propter timorem periculoſæ ac difficillimæ expeditionis, in qua ſingulis horis mortis eſſet extremum diſcrimen ſubiturus. Timebat quidem, at quia minùs idoneus, vt obſeruat D. Auguſtinus. Nam quod ſummam in tam illuſtri dignitatis elogio modeſtiam præ ſe ferret, ex eo patet, quòd vt ſcribitur: Abiit Moyſes reuerſus ad Iethro ſocerum.

Exod. 4.
*Moyſis modeſtia in honore.*
S. Auguſt.
Lyra.

cerum ſuum. ſcilicet vt notat Lyra: nolebat recedere abſque licentia illius. Vide generum tam modeſtum, támque ſubiectum ſocero. Illud excellentius, quod de reditu in Ægyptum agens cum ſocero, ait: Vadam & reuertar ad fratres meos in Ægyptum; reddit cauſam, vt videam ſi adhuc viuāt. Vbi rectè Carthuſianus: Non dubitauit Moyſes quin Aaron, & cæteri ſibi propinqui adhuc viuerent, ſed (vt putatur) noluit ex humilitate ſocero ſuo reuelare qualiter Dominus ei apparuit, arduámque legationem iniūxit: ſicut nec Saul adhuc bonus, & humilis indicauit patruo ſuo, quemadmodum Samuel vnxit eum in Regem. Scribitur enim 1. Reg. 10. *Et dixit ei patruus ſuus: Indica mihi, quid dixerit tibi Samuel. Et ait Saul: Indicauit nobis, quia inuenta eſſent aſinæ; de ſermone autem regni non indicauit ei.* Ideo Moyſes excogitauit aliam cauſam ſui reditus in Ægyptum, quæ tamen extitit vera, quia ad hoc etiam reuertebatur, vt videret, an viuerent. Ita Carthuſ. Tam mirè modeſtum ſe Moyſes exhibuit. Non enim (ait Rupertus) ſuam, ſed Dei gloriam quærebat. Ac proinde, vt Procop. adnotauit, Moyſes vultus gloriam ideo aſſecutus eſt, quòd Deum gloria dignè nouerat afficere. Sed modeſtiam Moyſis glorioſiorem reddit, adhuc poſt ſigna virgæ & manus, iterata repetitio: *Mitte Domine quem miſſurus es*, Exod. 4. Cùm enim (obſeruat Procop.) caſtus & pius foret, ne videretur ſibi arrogare magnifica illa facta, nonnihil cunctabatur.

Carthuſ.

1. Reg. 10.

Rupert.
Procop.
*Moyſes Dei gloriam quærebat.*

Exod. 4.
Procop.

2. Cæterùm quod magis ad propoſitum locum attinet, mirum in modum emicuit Moyſis amor erga fratrem Aaronem, quem videbat à Deo in ſummo illo principatu præteriri; cui modeſtiſſimus, atque amantiſſimus frater, primas in omni dignitate volebat deferre. Obſecro (inquit) Domine, mitte quem miſſurus es. Quem locum ſic interpretatur Carthuſ. Hoc in Gloſſa exponitur ſic: Humiliter ſe excuſat Moyſes petens aliquem digniorem ſe mitti: Quidam exponunt de Aaron, ita quòd Moyſes per verba hæc intendebat orare, vt Deus aſſociaret ſibi in adiutorem fratrem ſuum Aaron, qui ſenior, atque facundior Moyſe fuit. Huic expoſitioni videntur conſonare verba illa ſequentia. Iratus Dominus in Moyſem ait: Aaron frater tuus, ſcio quòd eloquens ſit. Hæc Carthuſ. Profectò nunquam ſatis laudanda Moyſis humilitas, & modeſtia. Hinc optimè S. Cyril. Non defuerunt (inquit) neque deſunt, qui humanam gloriam magnopere ſectentur. At non talis Moyſes fuit; ſed cùm eſſet maximè diuino dicto auſcultans, ad populum tamen mittendus. Obſecro (inquit) Domine, mitte alium, quem miſſurus es. Qua ex re (vt ita dicam) Deum contentioſum aduersùm ſe reddidit, ſuæ videlicet imbecillitatis confeſſione, & honorificæ legationis recuſatione. Ita Cyrillus. Mirare obedientem per omnia Deo Moyſem; at in ſola recuſanda dignitate reſtitantem, & penè (ſi dicere liceat) inobedientem. Noſtro autem ſeculo nullus tam ſanctus, quàm Moyſes; & nullus tamen ambit, ſuſpirat, indagat, occupat in mundo dignitates. Pulchrè S. Gregor. ad eundem locum *lib. 33. moral. cap. 13.* ſic effatur. Moyſes, quia apud ſe mente humilis extitit, oblatam protinus tanti regiminis gloriam expauit; móxque ad infirmitatis patrocinium recurrit, dicens: Obſecro Domine non ſum eloquens, &c. Et ſe poſtpoſito, alium depoſcit, dicens: Mitte quem miſſurus es. Ita Gregor. Caiet. exiſtimat Moyſem in eo tantùm laborare, vt dignitatem illam declinaret, quatuórque excuſationibus, quas attulerat, nequaquam acceptis à Deo, demum ſupplicare, vt quicunque alius mitteretur. O virum verè humilem, ſanctum, ac dignum, qui Deus regum nuncupetur! Sed omnium humilium humillimus Deus homo, qui miſſus à Patre in mundum non venit miniſtrari, ſed miniſtrare; nec honorem, & regnum totius mundi ſibi debitum, dum vixit in terra, ſed in cælo iam glorioſus voluit obtinere. Hac eadem incedens via Dei mater dum vixit ancillam Domini ſe præbuit humilitatis officioſiſſima miniſteriis. Sed fons iſte paruus excreuit, & cælum repleuit; ac mundum vniuerſum irrigauit gratiarum, & miraculorum, immenſa quadam, & quotidiana ſuperabundantia. Ab hoc fonte tota Dei Eccleſia irrigatur. Egreditur (legamus 2. Geneſ.) fluuius de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum. Ad hoc (inquit Rupert. in Cantic.) ex te ô voluptas, ſiue locus voluptatis Dei; ô Virgo mater, initium accipiet ſanctum Euangelium, vt per vniuerſum mundum ſpiritualem irriget paradiſum. Sic ille. Expende quàm bellè dicatur Virgo mater, & voluptas Dei, & locus voluptatis Dei. Beatam illam dicunt omnes generationes: nunc in cælo regina cum Filio ſuo Rege regnantem; quæ ancilla Domini cum Filio miniſtro hominum in terra vitam pauperem, deſpectam, humilem, innumeris plenam ærumnis, & doloribus tranſegit.

Carthuſ.
*Moyſes honorē fratri defert.*

S. Cyril.

*Moyſes oblatū recuſat honorem.*

S. Gregor.

Caiet.

Matth. 20.
*Humilitas Chriſti oſtenditur.*

Geneſ. 2.
Rupert.
*B. Maria humilitas & maieſtas.*

3. Porrò autem iratus eſt Cain vehementer. Quidnam Cainus dolet; in quem, & quamobrem iraſcitur? Rectè Theodoret. Angebat illum non peccatum ſuum, ſed fratris proſperitas. D. Chryſoſt. Duplex illi triſtitia facta eſt; & quòd ſolus ipſe repudiatus ſit, & quòd fratris donum acceptum fuit; igitur opus erat, vt delictum corrigeret ille, qui ex his, quæ egerat, cauſæ cōſcius erat. Caiet. in demiſſione vultus, tanquam non audentis reſpicere in cælum, triſtitia interna, ex qua excandeſcit animus, ſignificatur. Pudore enim ſuffuſus eſt, videns ſe deſpectum à Deo, & videns minorem fratrem ſibi præponi, inuidit, atque excanduit. Rupertus bene exprimit vim illius verbi, *concidit vultus eius*; vehementer iratus eſt, quod ab effectu claruit, quia cōcidit vultus eius; videlicet ira in odiū verſa, trabali pondere declinauit in terram vultum, & oculos illius. in terram namque aſpiciunt, qui crudelia meditantur. Vnde eſt illud in Pſal. 16. *Proiicientes me nunc circumdederunt me, oculos ſuos ſtatuerūt declinare in terram.* Pro hac obſeruatione Ruperti ea mihi ratio ſuccurrit, quia qui cælum ſuſpiciet, Deúmque eiſe ſupremum iudicem, ac vindicem in eo reſidere intelliget; non video qua ratione ad nocendum aliis, nedum ad perimendum hominem illius Dei ſeruum, ipſiúſque ſanguine redemptum audeat proſilire. D. Gregor. totam, & primam cauſam iſtius furoris, & homicidij, quod inde ſecutum eſt, inuidiam eſſe dicit: Liuor itaque ſacrificij fratricidij ſeminarium fuit. Nam quem meliorem ſe eſſe doluit, ne vtcumque eſſet, amputauit. Crediderim etiam iracundum & mœſtum, & vultu demiſſo verecundantem Cainum, & quod peius eſt, mortem denique innocentiſſimo fratri machinantem, ſic à ſacrificio receſſiſſe; quia timuit, ne primogenituræ ius, & dignitas (quæ erat in Abelem Dei beneuolentia) transferretur in fratrem iuniorem. Quod ſtatim conteſtabor cum D. Chryſoſt.

Theod.
*Caini inuidia, & dolor.*
S. Chryſ.

Caiet.

Pſal. 16.
*Homicida Deum neſcit.*

Carthuſ. Carthuſ. Contra fratrem ( inquit ) ſuum innocentem indignabatur, inuiditque ei, videns eum ſibi eſſe prælatum in bonitate, & gratia coram Deo; per quod reputauit ſibi, quaſi primogenito, ac ſeniori derogatum, ſiue iniuriam factam à fratre iuniore; idcirco optauit ſe de illo vindicare.

4. Vide quæſo, quàm ſit homini ſceleſto grauis & moleſta virtus, probitas, pietas, innocentia bonorum. Quàm oderint improbi paſtorem Abelem, doctorem ſcilicet, prælatúmve, qui magis vita, quàm lingua illorum impuritatem coarguat, frangat exemplo illorum cupiditates; atque in ueſtatus ipſorum conformandis moribus ſedulò, vt debet, inſudet. Ideo ( ait D. Ambroſ. *lib. 1. de Abel, cap. 6.*) Ægyptiis abominationi erant paſtores ouium. Omnes enim qui corporis dediti paſſionibus, & voluptatibus indulgent ſuis, diſceptatorem verbi, doctorémque virtutis, quadam execratione declinant, & ideo per ænigmata hæc docuit Moyſes apta Deo eſſe ſacrificia, quæ refugit omnia inſipiens, hoc eſt, opera & præcepta virtutis. Ideoque paſtor Abel, Cain autem operator terræ legitur, qui in fratre ſuo vir inſipiens formam, ſpeciémque virtutis expreſſam ferre non potuit. Quæret fortaſſe aliquis, cur Dominus tam vilem oblationem non ſtatim vindicauerit, in ipſúmque Cainum impiū, ac ſceleſtum, vt merebatur, debitas pœnas irrogarit? Reſpondet D. Chryſ. quia Dominus noſter cùm miſericors ſit, quando delinquimus, nō ſic nos auerſatur ob delictum, quam quādo perſeueramus in delicto. Addiderim ſatis, & quidem grauiſſimè puniri Cainū. Quæ maior enim pœna quàm inuidiæ iſti carnifici torquendum, lacerandum excedendúmque, Deus improborum acerrimus vindex, Cainum dimiſit cum permiſit; quo adminiſtro ſuæ iuſtitiæ vſus eſt cum Eli Pontifice, cum Saule, cum populo Iudaico, quem prouocat in eo, qui non eſt populus, cui dedit ſpiritum compunctionis. Rectè inuidia vocatur à D. Cyprian. animi tinea, tabes pectoris. Videtúrque (adiungit) qui bonorū proſperitate torquetur, velut quoſdam pectori ſuo admittere carnifices, cogitationibus, & ſenſibus ſuis adhibere tortores, qui ſe inteſtinis cruciatibus lacerent, qui cordis ſecreta maleuolentiæ vngulis pulſent, non cibus inuidi lætus, non potus poteſt eſſe iucundus; ſuſpiratur ſemper, & gemitur, & doletur; dúmque ab inuidis, nunquam liuor exponitur, diebus ac noctibus pectus obſeſſum ſine intermiſſione laniatur. Ita Cyprian. *ſerm. 2. de liuore.* Contrà verò monet Apoſtolus: *Gaudete cum gaudentibus*, ad Roman. 12. Vnde ſic optimè diſſerit S. Chryſoſt. Si bene audierit frater ſiue dicendo, ſiue prædicando, ſiue quæ recta ſunt faciendo; eſto conſors celebritatis eius; oſtende illum eſſe membrum tuum. non aſſecutus ès gloriam in dicendo? aſſecutus es tamen congaudendo. Ille cam, quæ eſt ex rhetorica; tu eam, quæ eſt ex vera dilectione. Hæc Chryſoſt. Cur concidit vultus tuus? Vultuoſum tibi aſſiſtere non vult Dominus. Nam ſi ( autore D. Ambroſio ) ne vultu quidem lædenda eſt pietas parentum. Quanto erit impudentior, qui ſe mœſtum, iracundum, & ſuperciliosum Deo patri, ac Domino ſuo beneuolentiſſimo exhibebit? Lætos, hilares & alacres, ſuo in obſequio ſeruos vult eſſe Dominus. Hilarem enim datorem diligit Deus. Illis dicitur: *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete*, ad Philip. 4. declarat D. Anſelmus. Gaudete in Domino, vt triſtitia ſeculi nullum in vobis inueniat locum. Gaudete, non in ſeculo, ſed in Domino; non in iniquitate, ſed in veritate; non in flore vanitatis, ſed in ſpe æternitatis. Gaudete ſemper, ſiue in proſperis, ſiue in aduerſis. Sic Anſelm. Cain dolet, & mœret, quia improbus; Abel quia ſanctus exultat in Deo ſuo. Vnde ſapienter D. Gregor. Qui obedire ( inquit ) diuinis præceptis ſtuduerit, complet dies ſuos in bono, & annos in gloria. S. Gregor.

*Mali bonorum virtutem oderunt.* S. Ambr.

*Bonus rectè cauſus improbis.*

*Non peccare, ſed perſeuerare in peccato Deū irritat.* S. Chryſoſt.

Deuter. 32. S. Cypr. *Inuidia inuidorum carnificina.*

Ad Rom. 12. S. Chryſoſt. S. Ambr.

*Bonis lætitia, malis dolor inhæret.* Ad Phil. 4. S. Anſelm.

---

## SECTIO VII.

*Dixítque Dominus ad eum: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nónne ſi bene egeris, recipies: ſin autem malè: ſtatim in foribus peccatum aderit? ſed ſub te erit appetitus eius: & tu dominaberis illius.*

1. MEritò S. Chryſoſt. hîc admiratur diuinæ bonitatis excellentiam, & patientiæ magnitudinem, vt loquitur. Nam poſtquam vidit Cain mœſtum, non illum deſpexit. ſed quam erga patrem ipſius Adamum declarauerat miſericordiam, dando illi ſatisfaciendi occaſiones, & fiduciæ ianuam aperiens, & dicens: Vbi es? poſt grauem illam ruinam, miſericordiam, & nunc erga ingratum illum Cain declarat, manum illi quaſi in præceps ruenti porrigens, & occaſionē præbere volens, vt delictum corrigat. Ita Chryſ. S. Chryſoſt. *Dei ingens miſericordia erga peccatores*

Rupert. Ita percunctādo vocat illum mitis Dominus ad miſericordiam, mittit ad conſcientiam ſuam, inuitat eum ad cor ſuum, vt videat ipſe quid cogitet. Optimè Carthuſ. Quaſi dicat. Non habes rationabilem cauſam harum deteſtabiliū paſſionum tuarum, videlicet, iræ, impatientiæ, indignationis, inuidiæ, & mœroris peruerſi; quia potius debetes congratulari fratri tuo in bonis, & gratiæ eius cordialiter congaudere, imò & ædificari virtutibus eius, atque ex acceptatione, & inflammatione munerum eius, de tuis peruerſitatibus corrigi, atque ad meliora mox prouocari: nam gratia eius tibi non nocet, & ego paratus ſum tibi retribuere bona quemadmodum ei, ſi rectè egeris. Hæc ille. Ac duo quidem Dominus reprehendit in Caino, iraſci, ac dolere: non qualemcunque iram carpit, ſed ex inuidia in odium efferueſcentem, ac deinde ſcelus, & homicidium anhelantem. Sapienter ergo aduertit D. Gregor. *3. paſtor. cap. 11.* Admonendi ſunt inuidi, vt cognoſcant, quantis lapſibus ſuccreſcentis ruinæ ſubiaceant, qui dum liuorem à corde non proiiciunt, ad apertas operum nequitias deuoluuntur. Niſi enim Cain inuidiſſet fratris acceptam hoſtiā, minimè perueniſſet ad extinguendam vitam. Ita Gregor. Opportunè autem occurrit Dominus, qui patrocinium ac defenſionem pro iuſtis ſemper ſuſcipit. Videns enim Cainum machinari fratri interitum, ne vlterius malum ſerpat, & in ſanguinem innocentis fera illa immaniſſima debacchetur excandeſcentem præcordiis inuidiam, ex qua flammæ irarum, atque odiorum ebulliebant, primo quoque momento reſtinguere conatur. Periculorum plena eſt inuidia, niſi vbi apparuerit, illico ſopiatur. Quod grauiter oſtendit D Cypria. *ſerm. de liuore*, ſic ediſſerens. Mala cætera habent terminum, & quodcunque delinquitur, delicti conſummatione finitur. In adultero ceſſat facinus perpetrato ſtupro;

Rupert. Carthuſ. *Deus Cainum recte inſtituit.*

*Quantum ira damnetur.*

S. Gregor.

*Inuidia malorum ſeminarium ſopiatur.*

S. Cypr.

ſtuprũ; in latrone conquieſcit ſcelus, homicidio admiſſo. Zelus terminum non habet permanens iugiter malum, & ſine fine peccatum eſt; quantóque ille, cui inuidetur, ſucceſſu meliore profecerit, tanto inuidus in maius incendium liuoris ignibus inardeſcit, hinc vultus minax, toruus aſpectus, pallor in facie, in labiis tremor, ſtridor in dentibus, verba rabida, effrænata conuitia, manus ad cædis violentiam promptæ, etiamſi gladio interim vacuæ, odio tamen furioſæ mentis armatæ. Ita Cyprian. Quare iratus es? quaſi dicat, tui mœroris, tuæque iracundiæ nulla tibi aliunde ratio ſubeſt, quàm ex teipſo. Teipſum corrige, & omnem triſtitiam, atque iram depones. Sic planè res habet; à nobis eſt quicquid mali, aut facimus aut patimur. Sapienter igitur D. Gregor. Nazianz. ſcribit ad ſanctum Baſilium: Relinquẽs vrbes, & mille malorum occaſiones; at meipſum nondum relinquere potui. Sic Nazianz. O ſi quiſque ſeipſum à ſe procul amoueret: quàm ſecutus, lætus, ac ſanctus viueret!

*Inuidia interminabilis.*

*A nobis eſt malum, quod facimus, aut patimur.*

S. Gregor. Nazian.

2. Alterum quod Dominus carpit in Caino, eſt nimirum dolere, mœſtum eſſe demiſſo vultu, ſupercilioſo ac toruo aſpectu incedere. Cur cõcidit vultus tuus? Lateus in animo triſtitia aut lætitia diu celari non poteſt; foras prodiens in vultu maximè demonſtrari ſolet. Dicitur enim Prouerb. 15. *Cor gaudens exhilarat faciẽ, in mœrore animi deiicitur ſpiritus.* Item Eccleſ. 13. *Cor hominis immutat faciem eius, ſiue in bonum, ſiue in malum.* Et quidẽ Dominus in ſeruis ſuis, nimiam exeratur mæſtitiam: lætos & alacres in ſui obſequio plurimi facit, vt *præcedenti ſect.* diximus. Ceterùm non tollit, quo minùs aliquãdo indoleamus noſtris, aut noſtrorũ potiùs calamitatibus, vbi contingũt. Sic Aaron Pontifex, cùm duos filios igne de cælo tactos lugeret, rogatus à Moyſe, cur in ſolennitate victimarum non intereſſet oblationi, & conuiuio, reſpondit: *Oblata eſt hoſtia, & holocauſtũ Domino: mihi autem accidit, quod vides. Quomodo potui comedere, aut placere Domino in cæremoniis mente lugubri*, Leuit. 10. Vbi ſic Caiet. Cenſuit & rectè cenſuit Aaron ieiunandum eſſe illo die, & non veſcendum carnibus in tali, tantáque plaga. Et propterea horrendo eſum carnium eodẽ die, dicit: Et comedam hodie? & ne rationem ſui, non Dei habere, crederetur, ſubiungit: Nunquid placebit in oculis Dei? quaſi dicat, nequaquam placebit Deo, vt in tanta ira eius, ego & filij mei veſcamur carnibus, ſed potiùs vt affligamus noſmetipſos. Ita Caiet. Aduerte hîc ampliùs, Aaronem contra Dei præſcriptam de cæremoniis legem, abſtinuiſſe ab eſu illarum carnium; ſed nihilominus non peccaſſe. Sequitur enim: Quod cùm audiſſet Moyſes, recepit ſatiſfactionem; id eſt, vt Carthuſ. interpretatur, præ excuſationi acquieuit, quæ fuerat; in tanta triſtitia, præ turbatione, mœrore, & inaduertentia contingit iſte defectus, nec delectabit nos cibus in tali euentu. Quare nõ Deo diſplicet mœror, ac luctus pro filiis fato aliquo violenter abreptis: penſum eſt, ac debitum naturæ, vti lugubri veſte, dolenti animo, vultu mœrente, noſtris in Chriſto obeuntibus ritè ac piè parentemus.

Prou. 15.
Eccleſ. 13.

*Dolor iuſtus de malis noſtrorum.*

Leuit. 10.
Caiet.

Carthuſ.

3. *Nonne ſi bene egeris, recipies: ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum tuũ aderit.*] Ingredimur labyrinthum. opus eſt Theſei filo. eſt hîc planè inter obſcuriores totius Geneſeos obſcuriſſimus locus. nata obſcuritas ex variis lectionibus, quæ ab ipſis vocibus Hebræis multiplici ac vario ſignificato fœcundis deducuntur. Fontes huiuſce

*Locus obſcuriſſimus euoluitur.*

A eruditionis indico: at pro varietate verſionum cõſule Benedictum Pererium, & Lippomanum, atque Oleaſtrum; pro vulgata interpretatione Delrium adi. Mihi tantùm ſatis erit lectiones ipſas varias, ſine vlla diſcuſſione, ac diſcrepatione in hoc commentarium inſerere. Igitur in vulgata hîc redditur ſenſus. Quid iraſceris ô Cain aduerſùs fratrem? Quid doles? quid vultu ita incedis funebri? Luſitanè *arrufado, carrancudo*: an quia fratris munera flammis de cælo applaudẽte abſumpta ſunt; tua verò minimè? En quid te infelix mœrore, inuidia, odio laceras? an non ſi animi ſinceritate, veráque in Deum fide optima, & ſelectiſſima munera offeras, vti Abel: eandem, B quam ille, beneuolentiam experieris, ac mercedem tuæ pietatis recipies; abſumam illicò tuam victimam, atque interno inſuper gaudebis præmio, quod ex pace gaudióque Spiritus ſancti tuã in conſcientiam rei bene geſtæ redundabit? Sin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit. Contrà verò, ſi fratrem, vt malè cœpiſti, inuidia odióque inſecteris, aut in tuis oblationibus auaritiam iſtam tuam, atque impietatem exuberis: ſcies tibi malum iſtud euenturum. Nempe actutum delicti admiſſi pœna, te dies noctéque immani quadam carnificina lancinabit. Aderit enim conſcientia criminis, & ſuo tuam mentem ſatellitio circumſedebit, ſupplicium à te patrati ſceleris expoſcens. Tanquam Cerberus pro foriC bus excubans animæ oblatrabit, dentes exeret, morſum minabitur: ac tu miſer, nec intus in mẽtis ſecellum ingredi, nec foras egredi poteris, quin in tuorum facinorum furiales pœnas incidas. Sumitur autem hoc loco, vt & multis aliis, peccatum pro pœna peccati, nimirum pro conſcientiæ flagello, aut etiam quod eodem recidit, pro ipſomet delicto, cuius horrẽda ſpecies ante oculos mentis perpetuò obuerſatur. Sic Albin. Intrantem (inquit) vel exeuntem te ſemper peccatum tuum comitabitur, & deſinet Dominus cuſtodire introitum tuum, & exitum tuum. Sic Rupert. Sin autem (inquit) malè, ſubauditur, illud recipies: nam ſtatim in foribus peccatum aderit, vt quocunque te verteris, quicquid agere D volueris, tecum ſit comes in itinere, princeps in opere. Sic Abbas. Hugo de S. Victore, peccatum pro culpa tantùm accipit: Peccatum (inquiens) in foribus eſt, vt intret poſt malã cogitationem occaſio parata peccandi, quam meritò malæ voluntatis homo meretur, & Deus iuſto iudicio ei obiicit. Peccatum verò, quod eſt in foribus, vt exeat, mala voluntas eſt, quæ non poteſt celari, quin aliquando exeat, & appareat aliquo ſigno. Sic ille. Nota pro vitandis occaſionibus peccandi: facile enim, & procliue eſt, in tanta morum licentia, & humanæ naturæ, poſt peccatum corruptela, oblata occaſione in peccatum labi.

*Conſcientia in bonum. & in malum.*

Albin.

Rupert.

Hugo.
*Peccatum in cogitatione, & in opere.*

4. Optimè D. Hieron. explicat ad hunc modum. Quare iraſceris, & inuidiæ in fratrem liE uore cruciatus, vultum demittis in terram? Nonne ſi bene feceris, dimittetur tibi omne delictũ tuum? ſiue (vt Theodotion ait) acceptabile erit; id eſt, munus tuum ſuſcipiam, vt ſuſcepi fratris tui. Quòd ſi malè egeris, illicò peccatum ante veſtibulum tuum ſedebit, & tali ianitore comitaberis. Sic Hieron. Vide num idcirco etiam peccatum ſedeat ante fores delinquentis, quaſi quidam partus abortiuus, aut fœtus malè expoſitus: qui Dei & Angelorum, & aliquando tandem hominum (nihil enim occultum quod non reueletur) oculis pateat in propatulo ad ſummam

S. Hieron.

*Peccatum ianitor mentis vitioſæ.*

mam ipſius peccatoris infamiam, turpe ſui præbens ſpectaculum. An verò vbi peccatum aduixerit, ad fores animæ aſſidet, pulſans importunè, ſed cùm vbi miſera in aliud, atque aliud, in peius ſemper ruituens, in facinus collabatur: vnum enim ſcelus aliud ad ſe vocat, ac pertrahit? An quod magis proprium: peccatum vbi contrahitur, fores obſidet peccatoris, atque incunditis clamoribus Deum obteſtatur vindicem ac mánum, pœnáſque huius vitæ, atque gehennæ ſempiternas accerſit: an denique fores iſtæ non in domuncula ſunt peccatoris, ſed in aula regia Dei omnipotentis; tantáque eſt hominis impudentia, tam inſana temeritas, vt peccet cōtra Deum; quod idem eſt, ac ſi ſtercora, canes emortuos, cadauera ſanie fœtoréque manantia, etſi quid aliud aſpectu fœtidum in orbe habetur, ad valuas palatij, in quo Deus ipſe reſidet, in ſummam ignominiam proiiciat? Eſt enim (vt rectè Bernard *de inter. domo, cap. 35.*) peccator opprobrium hominum, pecore vilior, cadauere peior. Tolerabiliùs canis putridus fœtet hominibus, quàm anima peccatrix Deo. Sic Bern. Peccatum in foribus adeſt. Eia Domine Ieſu, adſunt peccata noſtra foribus tuis; iaceant, excubent, aſſideant, ad fores miſericordiæ tuæ; vulnera tua obſideant; pulſent, inclament tua viſcera, veniam impetrent. In tuum illud clementiæ & amoris pelagus proiicimus, Deus meus, omnia peccata noſtra, vt immenſa profunditate ſanguinis tui hauſta, ſubmerſáque diſpareant. Ad fores tuas, ô bone Deus, adſunt peccata noſtra, noſipſi qui fecimus protecti adſumus. At quæ ianua tuæ miſericordiæ, quæ porta cœli, niſi Virgo illa ſanctiſſima mater tua? Matris ergo tuæ ſemper virginis precibus freti ſcelerum noſtrorum veniam, atque in regiam tuæ miſericordiæ ſecurum aditum, atque in penetrale tuæ felicitatis æternæ, feliciſſimum ingreſſum ſperamus.

*Peccatum & aliud, & ſui pœnam accerſit.*

*Peccator impudens in Deum.*

*S. Bern.*

*Peccatum ad Chriſti vulnera, & matris confugit.*

5. Septuaginta vertunt, οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; ἡσύχασον. πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ αὐτοῦ ἄρξεις. Nonne ſi rectè offeras, nō rectè autē diuidas, peccaſti? quieſce: ad te conuerſio eius, & tu dominaberis illius. Hāc lectionem ſequuntur, & explanāt D. Auguſt. Ambroſ. Chryſoſt. aliique Patres. Iuxta hanc verſionem Dominus Cainum ad ſanitatem mentis à furore illo abducere conatur. Sciat miſer ſe peccaſſe, quia non ritè & piè, vt debuit, Deo ſua munera obtulit; non quidem ſelecta, vt tantum dicebat Numen, ſed vilia, & fortuitò arrepta. Hoc vocat non rectè diuidere, ſcilicet cum Deo. Itaque velle munus offerre Deo, laudabile eſt; at munus ipſum ſine vllo delectu, atque in ſeipſo deterrimum, & ſine fide, pietatéque in Deū; hoc ipſum ſummæ impietatis eſt. D. Auguſt. Diuiſionem hic (ait) intelligimus diſcretionem, ſiue cùm offertur, vbi non oportet, ſiue cùm offertur, quando non oportet, aut quod non tunc, ſed aliàs oporteret: ſiue cùm id offertur, quod nuſquam, & nunquam penitus debuit: ſiue cùm electiora ſibi eiuſdem generis rerum tenet homo, quàm ſunt ea, quæ offert Deo: ſiue cùm eius rei, quæ oblata eſt, ſit particeps profanus, aut quilibet, quem fas non eſt fieri. In quocunque autem horum Deo diſplicuerit Cain, facile non poteſt inueniri. Sic Auguſt. D. Ambroſ. idipſum eleganter exprimit. Rectè Cain (ait) obtulit, quia oblatio inſigne deuotionis, & iudicium gratiarum eſt; ſed non rectè diuiſit: quia ante omnia Deo debuit deferre primitias, vt à gratia inchoaret autoris. Etenim diuiſionis hic ordo eſt, vt prima ſecundis, non primis ſecunda præcurrant, & cæleſtia terrenis, non terrena cæleſtibus præferantur. Hunc ordinem Cain confudit. Sic Ambroſ. Hic ordo (ait Procop.) in gratiis referendis plurimum eſt obſeruandus: vt Deo primitias ex primis fructibus offeras. Non enim decet, vt tibi reſerues prima, Deo autem dones ſecunda. quod ſane ingrati animi ſignum eſt. Sic ille. Igitur ex hac doctrina colliges, quàm ſedulò curandum ſit, ne iſta recta diuiſio & diſcretio (vt vocat Auguſt.) prætermittatur. Profectò ſummum illud beneficium fuit diuinæ gratiæ, de quo ſibi gloriatur ſponſa, cùm ait: *Ordinauit in me caritatem*, Cant. 2. Si hūc ordinem obſeruaret Cain, nō vtique adeò exorbitaret, vt terrena diuinis, ſeipſum Deo anteferret. Vera enim (inquit D. Ambroſ. *Epiſtol. 51.*) pietas eſt, quæ præponit diuina humanis, perpetua temporalibus. Ambroſium legenti occurrit mihi locus ille Cant. 3. *En lectulum Salomonis ambiunt ſexaginta fortes, ex fortiſſimis Iſrael: omnes tenentes gladios, & ad bella fortiſſimi: vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum.* Quo in loco deſcribuntur ij, qui Deo ſunt propinquiores, vel dignitate muneris, quod obeūt, vt prælati, doctores, religioſi; vel excellētia maximarum virtutū, & ardentiſſimo præſertim amore, quo vnus fiūt ſpiritus cum Deo. Hi ſunt igitur, qui ſemper Deo aſſiſtunt, inter hos ſecuros capiat ſomnos, quieſcit, gaudio exultat ſponſus, fortes ſunt, & omnium fortiſſimi bellatores. Geſtant enim gladios, ſuo quiſque femori, velut prælium mouentes. Etenim (vt egregiè Ambroſ. *loco indicato*) contemplatione, atque amore reuerētiæ diuinæ perimitur omnis affectus neceſſitudinis. Neſciunt ſuis (adde & ſibi) parcere, qui nihil ſuum norunt, quorum omnia Deus eſt. Cainum imitatur, qui terram cælo præfert, corpus animæ, honores virtutibus, pecuniam pietati, curas huius ſeculi ſtudio æternæ patriæ. Quàm prudenter ac piè Vates regius decantabat: *Super* (huius mundi Babylonem vocat) *flumina. Si oblitus fuero tui Ieruſalem, obliuioni detur dextera mea, ſi nō propoſuero Ieruſalē, in principio lætitiæ meæ*, Pſal. 136. Hebr. על ראש *ghal rox*, ſuper caput ibi cælum, & cæleſtia geſtabat Rex. Hæc ditior corona, pulchrius diadema. Deinde caput ſignificat ſummā, ipſum principale. Summa enim intentionum, deſideriorum, curarum, ſermonum, cogitationum, atque operum noſtrorum debet eſſe Ieruſalem cæleſtis, animæ ſalus, Dei viſio, quam ſperamus. Hoc eſt principale in toto homine; cætera, aut minoris momenti, aut nihili ſunt. In hac Ieruſalem habeamus cum D. Auguſt. religatas noſtri ſpiritus primitias 9. *confeſſio.* Hanc ſuſpiremus Ieruſalem, de hac loquamur. *Adhærebat lingua mea* (addit Vates) *faucibus meis, ſi non meminero tui.* Id eſt (inquit S. Auguſt.) obmuteſcā, niſi tui meminero. Vt quid enim loquitur? vt quid ſonat qui cantica Sion nō ſonat? ipſa eſt lingua noſtra, canticum Ieruſalem. Canticū delectationis ſeculi huius lingua aliena lingua barbara eſt, quam in captiuitate didicimus.

*Malo electio, & diuiſio.*

*S. Auguſt.*

*S. Ambr.*

*S. Chryſoſt.*

*Procop.*

*Ordo in homine ſeruandus.*

*Cant. 2.*

*S. Ambr.*

*Cant. 3.*

*Deus omnibus præferendus.*

*S. Ambr.*

*Pſal. 136.*

*Cælum præ omnibus appetendum.*

*S. Auguſt.*

6. *Quieſce.* D. Ambroſius ſic vim huius dicti exponit. Omnia Deus docet; primùm, ne pecces; ſecundò ſi peccaueris, quieſcas. Erubeſcere enim debemus, & condemnare peccatum, non defendere; quia pudore culpa minuitur, defenſione cumulatur, & ſilendo corrigitur; contentione prolabimur. Sit ſaltem verecundia, vbi non eſt abſolutio. Quieſce, quoniam non habes quod excuſes. Sic Ambroſ. Itaque monet Dominus

*S. Ambr.*

*Pudor de peccato commendatur.*

nus Cainum, vt quoniam ſcelus in animo contra fratrem machinatus iam eſt, in cogitatu illo nefario ſiſtat, inde mentem reuocet, edormiat demum illius furoris & inuidentiæ crapulam; ad ſe redeat, meliora in fratrem ſtruat conſilia: nam ſi progrediatur vlteriùs, ſemper in dies virus ſuccreſcet in animo, & in flagitia miſer grauiora deuoluetur. (S.Ambr. — *Peccati in primis incrementum.*) Atrociorum enim (ait Ambroſius) ſcelerum reatum vitia quælibet ſequuntur: quoniam quò flagitioſa propenderint, eò inclinant cætera. Monet hic locus, vt ſi quando praua ſuggeſtio mentem occupabit; illico, ne malum ſerpat, ſopiatur. Atque in hanc ſententiam illud ſæpiùs ex D. Auguſtino inculcetur. (S.Auguſt.) Delictum vbi oritur, ibi moriatur. Deinde ſeriò admonemur, ne quis, vt malè Cainus, in ancipiti aliquo euentu, propter tædium moleſtiámque animæ, aut verò etiam ob aliquam vehementem perturbationem adhibeat prauos illos conſiliarios, inuidiam, iram, atque odium. Cæcus enim cæcos ponè ſequens in foueam cadet. Expende quæſo, atque imitare admirabilem illam conſtantiæ ac patientiæ magnitudinem, & quod eſt longè admirabilius, prudentiam, quæ in ſummis tribulationum ac perſecutionum procellis mentem Dauidis tenere, ac regere potuit. (*Dauidis conſtantia.*) *Etenim ſederunt principes, & aduerſum me loquebantur: ſeruus autem tuus exercebatur in tuis iuſtificationibus,* (Pſal. 118. S.Hieron.) Pſal. 118. Vbi D.Hieronym. Quod in hoc verſiculo Propheta in ſe loquitur, futurum in Apoſtolis, reliquiſque martyribus videt; qui multa corá regibus & præſidibus, Domino etiam hoc prænunciante perpeſſi ſunt. (*Martyrũ virtus & pietas.*) Qui licèt ſint diuerſis pœnis affecti; vſque ad ſectionem tamen ceruicum ſemper ſe in Dei exercuerunt iuſtificationibus. Sequitur (quod magis huc pertinet) *Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt; & conſilium meum iuſtificationes tuæ*, adduntur à L X X. Hebr. עדותיך שעשעי אנשי עצתי *ghedothecha xaghaxughai anxe ghacathi*: teſtimonia tua deliciæ meæ, viri conſilij mei. (S.Hieron.) S.Hieron. vertit; teſtimonia tua, voluntas mea, quaſi viri amiciſſimi mei. Nota igitur, quo ſe pacto gerebat Dauid mediis in perſequutionibus; an inuidia ſtimulabatur, an odiis excandeſcebat, an efferueſcens in iras vindictam minabatur, ſanguinem inimicorum expetebat? (*Patientia Dauidis.*) Vnica (inquit) voluptas mea, ſolatia, deliciæ, lex tua, præcepta tua erant. Ipſa ergo in dubiis, quid facto opus eſſet; quid pro me reſponderem; an vltionem debitam exigerem, an potiùs ſilentiore, patientéque animo perferrem omnia, conſulebam; quóſnam conſiliarios ô bone Rex? teſtimonia tua; hi mei conſiliarij, hi mei amici; conſulebant verò, vt ſilerem, patienter ferrem, opem Dei implorarem; iuſtè, & meritò pro delictis meis pœnas inflictas ſuſciperem. O admirabilem prudentiam Dauidis! (*Dei mandata conſiliarij ſunt & amici veri.*) Optimè vocat conſiliarios & amiciſſimos, quippe ſemper conſulunt quod verum, quod licitum, quod decens, iuſtúmque, atque ſecundùm Dei legem, & quod Dauidi opportunius, decentius, ſalubrius, ſanctiúſque ad animæ ſalutem videbatur; in his ergo tota Dauidis voluntas poſita erat, nec tranſuerſum quidem vnguem ab iſtis (Geneb.) conſiliariis & amicis, quicquid conſulerent, recedebat. Hæc Dauidis deliciæ. Genebrard. commentatur: Deliciæ propriæ mihi erant in mediis crucibus. Quod quidem mirificè extollit conſtantiam, & magnitudinem animi Dauidis; maximè verò Chriſti Domini quem ille referebat; ac martyrum, qui dulcius inter cruciatus quàm inter epulas geſtiebant. Aduerterim hic verba Genebrardi non eſſe lectionem aliquam ex Hebræo textu; nulla enim in cunctis illis vocibus radix crucem ſonat; ſed paraphraſis eſt, explicans ſtatum illum perſecutionum, in quo Dauid poſitus, meditationem diuinorum præceptorum ſibi familiarem, vocauit delicias ſuas, quod vno (*Deliciæ veræ mandata Dei.*) verbo ſignificauit D. Hieron. Nam & teſtimonia, &c. In his (inquit) vtique preſſuris. (S.Hieron.)

7. Quieſce, ait Dominus ad Cainum. Pulchrè D.Chryſoſt. *homil.* 18. *in Geneſ.* (S.Chryſ.) Igitur quia peccaſti, quieſce; tranquillitatem facito tuarum cogitationum; & libera mentem à procellis fluctuum inundantium; cohibe tumultus illos tuos, (*Deus animũ Caini ſtudet tranquillare.*) ne addas priori peccato grauius aliud; ne conſilium arripias, vt poſthac medicina nihil proſit. Aliud adhuc longè ſubtilius rimatur idē Chryſoſtomus in ipſo dicto Domini, quieſce, cuius in proxime ſequentibus ratio redditur. Sic enim *homil.* 13. *in epiſt. ad Roman.* hunc eundem explicat locum. Quieſce: ſi times enim, nequando propter fratris hoſtiam immolatam primogenituræ dignitatem tibi auferam; bono ſis animo; quieſce, omnem ſiquidem principatum in illum, in manus tuas pono, tantummodo ſis melior; & eum, qui tibi nihil mali fecit, diligas. Nam vtrumque curo, neque quicquam libentius videro, quam nihil inter vos eſſe diſſidij. (*Timet Cain primogenitura priuari.*) Et quemadmodum mater filiorum amans, ita nihil non facit Deus, ne quo pacto alter ab altero diuellatur. Idem *homil.* 18. *in Geneſ.* Peccaſti, quieſce, ne putes, licet tuum auerſatus ſim ſacrificium, ob prauam mentem fratriſque oblationē acceptam habuerim, ob ſanam intentionem, quòd ideo primatu te deſtituam, & primogenituræ dignitatem à te auferam: nam licèt honore ego illum proſecutus fuerim, acceptáque fuerint illius dona: verumtamen ad te conuerſio eius, & tu ipſius dominaberis. Atque poſt peccatum hoc tuum, permitto, vt primogenituræ priuilegiis gaudeas, illúmque ſub tua poteſtate, & dominio eſſe iubeo. Sic Chryſoſtom. Quem imitatus Procop. ita (Procop. S Ambr.) commentatur. Omitte triſtitiam tuam, fuge peccatum, nec te ſolicitet Abelem tibi eſſe prælatum, (*Animus mali occaſio.*) imperabis iterum ei, vt primogenitus; ſi dignos pœnitentiæ ediderts fructus. S. Ambroſ. *lib.* 2. *de Abel & Cain, cap.* 7. de peccato ipſo explicat. Quieſce; quoniam non habes, quod excuſes, culpæ ipſius ad te conuerſio eſt. Non enim frater ei adijcitur, ſed error adſcribitur, cuius ipſe ſibi autor eſt. In te (inquit) reuertetur crimen, quod à te cœpit. Non habes, in quo neceſſitatem magis, quàm mentem tuam arguas, in te retorquetur improbitas tua, tu princeps es illius. Tu ergo princeps operis tui, tu dux criminis; non te inuitum, non imprudentem error attraxit, ſed voluntarius reus iudicio, non lapſu feciſti dolum, quo te diuinæ iniuriæ reum ipſe conuincis. Hæc Ambroſ. Inſignis planè hic locus ad demonſtrandā humani arbitrij libertatem, quam (*Libertas arbitrij demonſtratur.*) Deus ipſe aſtruit in Caino, propter quam Cain dominus erat ſuarum paſſionum, voluntariúſque effector ſuorum operũ, tam in bonum, quàm in malum. Vnde fiebat, vt ſi bene ageret, palmā ferret; ſi autem malè, pœnam promeritam ſubiret. Quia verò hic locus euidenter conuincit hæreticos, mirum eſt, quanta hic impudenter, temerè, ac ſtultè nugentur. Dicerem plura contra iſtam inſaniam, ſed nihil eruditius, atque luculentius, quàm quod integro cōmentario ad hunc locum de huiuſmodi cōtrouerſia noſter Delrio edisſerit.

Con

Conſulto enim eum iſta fæce hominem agero recuſo;fœtida illis anima eſt. Appoſitè quidem D.Baſil.*in Hexaem.*ad illa verba 1.Gen.*Et tenebræ erant,*&c.Hæreticos vocat putredinem Eccleſiæ, ſcilicet in tam ampla & regia domo,non mirum eſt,ſi fimus,ſi lotum,ſi canis mortuus, ſi mucor, ſi ſordes, interdum appareant , quæ tamen foras egerantur;ea oobis prodierunt,ſed non eraot ex nobis,1.*Ioan.*2. Subtilis illa cōmentatio Procopij, qua mirum iu modum perſtringitur auaritia Caini:ſic habet.quid te excrucias?quod mihi obtuliſti,reddetur tibi.Et tu dominaberis ei,in tua erit poteſtate,cū eo pro libito tuo agere poteris. Sic Procop.ſcilicet mœrebat infelix,quòd etiam parua illa,& leuia iouuera à ſe in Deū tráſtuliſſet.

*S. Baſil.* *Hæretici putredo Eccleſiæ.* *1.Ioan.2.* *Procop.*

B 8.Sequitur lectio Hebræa הלוא אם תוטיב שאת ואם לא תוטיב לפתח חטאת רבץ ואליך חשוקתו ואתה תמשל־בו *Halo im-tetib ſeeth? veim lo tetib lapetach chatrat robes,veelecha texuquatho veattah timxal-bo*:nónne ſi benefeceris eleuare?& ſi non benefeceris,ad oſtiū peccatū cubās?& ad te appetitus eius,& tu dominaberis in eū.Verbum שאת *ſeeth*,à radice נשא *naſſa*,proptiè ſignificat portare,leuare,& eleuare. חטאה *chatah*,vel חטא vel חטאת ſignificat peccatum , & peccati pœnam? רבץ *robes*,à radice רבץ *rabas*,cubare, iacere.Sēſus igitur eſt;nónne ſi benefeceris, eleuare,portare , infinitiuum pro futuro ( quod Hebræis eſt conſuetum) portabis ſcilicet præmium,extolles, C leuabis palmam adeptam pro tuo bono opere. Luſitanè *leuaras teu galardan,a merecido.* Contra verò ſi malè feceris,ad oſtium peccatum iacens; illicò pœna tui peccati te inuadet , præſtò erit ſupplicium.Nónne ſi benefeceris,eleuare.Miror hîc quàm exacta ſua munera , etiā pomorū ſructuúmque terræ Deus ipſe voluerit, oō ſioe animi puritate,fide,pietate,caritatéque offerētis accepta , gratáque ſibi ſtatuit. Contrà verò,ſi ritè ſanctéque,vt fas eſt,offerantur;palmam in altum ſublenatā pollicetur.Heu me Domine Deus,quis non timeat in lege gratiæ ſacerdos hoſtiam corporis & ſanguinis tui factutus? Quæ digna corporis,ſenſuum,animæ , cogitatioouúmq; puritas, qui pietatis & caritatis ardor dignus afferri poteſt myſticis illis(vt vocat Nazianz.) & ſurſum D ferentibus ſacris,qoibus Deus colitur,& quibus nec maius quicquam, nec excellētius habemus? Proh infelix ooſtræ deſidiæ prodigium ! mirata eſt Babylon,& qoidem meritò,tres illos pueros in fornace mediis circumſeptos flammis non ardere.Maius prodigium, Chriſtianum homioem, & ſacerdotem quotidie,oon intus in camino, & inter flāmas illæſum diſcurrere; ſed ipſa prorſus totius diuinitatis iocendia tractare manibus , in os inferre,in pectus,in viſcera , in animā recondere ; atque ipſummet hominem fieri caminum flammarum;nec tamen æſtuare,ſed adhuc frigeſcere?An non Deus ooſter,quem in ſacroſanctæ Euchariſtię myſterio ſuſcipimus,ignis conſumēs E eſt? *Benedic Domine fortitudini eius,& opera manuū eius ſuſcipe*,Deuter.33. Beoe ſic precatos legitur Moyſes tribui ſacerdotali Leoiticæ. Hebraicè ברך יהוה חילו exercitui eius.Clariùs id cernitur io ſacerdotibus Chriſtianæ gentis, tractāt manibus,ore conficiunt, popolo adminiſtrāt Dei fortitudinē,integros validiſſimóſque exercitus,ſacramentum(inquam) corporis & ſanguinis Domini,quo nec ad cælum ipſum penetrandū, nec ad Dei pectus quātumuis iratum emolliendum, nec ad omnem diuinæ gratię implorandā opem, nec ad dæmonum vires euertendas,virorúmque

*Quanta puritas in ſacerdotibus.* *Dan 3.* *Deuter.33.* *S. Euchariſtia omnipotentia.*

A tentamenta ludificāda, nec ad virtutes ipſas adipiſcendas,quicquam præſentius atque efficacius hominibus à Deo inſtitutū eſt. Scias etiā ex hoc loco,vel ipſas preces,quas Deo fundimus,nō temerè,oſcitātes,ac frig.de fieri debere;vt enim pia & feroēs oratio nubes penetrat,*Eccl.*35.leuátq;, vt hîc habetur , & tollit palmā;ita frigida & temeraria Deū irritat.Audi D.Ambr.*lib.*1. *de Abel & Cain,cap.*9.An neſcis,quàm graue ſit in oratione contrahere peccatū,vbi ſperas remediū?Certè Dominus per Prophetā docuit hoc graue eſſe maledictum, dicens:*Et oratio eius fiat in peccatū*, Pſal.108. Sūt etiā pleriſque Caino deteriores,qui non curant Deo quicquā offerre,nec Dei memoB ria vlla eſt apud illos. Talis ille diues epolo , & crudelis,de quo *Luc.*16.qui cùm in vita nec Deū nec ſanctos deprecari curaſſet æſtuans miſer in tormētis inclamabat:*Pater Abraham rogo te*,&c. ſed peracutè reſpondet D.Petr.Chryſol.*ſerm.*66. Modò rogas?modò tibi tempus patiendi eſt, non rogandi.In vita igitur,dum tēpus habemus,operemur,& oremus.Nunc maximè cùm tempus eſt acceptabile,cùm dies ſalutis.Iam hyems tranſiit, imber abiit , flores apparuerunt in terra noſtra, *Cant.*2.Ex ipſa(declarat Rupert.) qualitate temporis auſpicium cape magnæ felicitatis. tranſiit hyems peccati , abiit imber iræ cæleſtis. Flores quippe apparuerunt in terra ooſtra,nimirū terra mea,quæ me florem pepetit;tua etiā,& ideo noC ſtra,quia omnia mea toa ſunt, & matrem meam feci tuam eſſe.Loquitur ita ſponſus;ſeu etiam in Virgine Deipara flores apparent, hoc eſt , certa ſpes,& propinqua proximæ gloriæ , & coronationis fructū pollicentes,flos enim quaſi promiſſio eſt,merces ipſæ fructus.Ipſa quidem Dei mater,non modò ſpem,& fiduciā præbet booorum omniū,verùm ipſamet ſpes,& fiducia noſtra eſt.

*Eccleſ 35.* *S.Ambr.* *Qualis eſſe debet oratio.* *Pſal.108.* *Luc.16.* *S.P.Chryſ.* *Cant.2.* *Rupert.* *In B. Maria multiplex nobis bonum.*

9. Cæterùm vt redeamus ad Hebr. lectionis expoſitionē,verbum שאת *ſeeth*,ſic vertūt alij leuare,attollere,ſeu leuabis,attolléſve vultum tuū, quo nūc demiſſo,ac mœrēte incedis. Alij nónne ſi bene egeris,exaltatio erit tibi?hoc eſt , ſi bene egeris,ita euectus eris,vti frater,quē doles ſupra te à me honoratum;& exaltatū. Denique alij,& D fortè accōmodatiùs interpretātur;ſi bene egeris, portabis præmiū:ſi autē malè , pœnā tui peccati referes,quæ velut canis ad oſtiū aſſidet,& oblatrat cupiens ingredi ; nimirū ſignificatur præſtò peccāti affutura pœna:veloti,eſt in poteſtate domini claudere oſtiū,ne canis introrsū penetret, imò & illū lōgiùs ab oſtio arcere;ſic in poteſtate hominis eſt omnē punitionē declinare,ſi peccatum nō admittat;cuius ergo ſuppliciū irrogatur: hæc autē pœna ianuā mentis obſidēs,vt volunt, eſt illa delicti cōſcientia,quæ dies, noctéſq; diſcruciat,de qua paulo ſuprà diſſeruimus. Thargū ſic vertit:Nónne ſi emendaueris opera tua,in ſeculo iſto ; condonabitur tibi in ſeculo futuro? Quòd ſi nō emēdaueris opera tua in ſeculo hoc, E ad diē iudicij magni peccatū tuū conſeruabitur; & ad oſtiū cordis qoieſcet. Verumtamē in manū tuam tradidi poteſtatē concupiſcētiæ tuæ , & tu dominare ei ſiue ad bonū , ſiue ad malū. Chald. verò:Nunquid ſi emēdaueris opera tua,remittetur tibi?quòd ſi non emendaueris opera toa, ad diem iudicij peccatū tuū conſeruatur,qoo futurum eſt,vt pœna ſumatur à te ſi pœnitentiā non egeris;quòd ſi pœnitentiā egeris,remittetur tibi. D.Aug.15.*de ciuit.cap.*7.elegāter & copioſè hūc locū pertractat.Ex quo hoc vnō delibo;quod dictū eſt ad Cain de peccato,vel de vitioſa carnis

*Libertas arbitrij ad bonum & malum.* *Tharg.* *Pœnitentia reatus indu-* *cit.* *S.Auguſt.*

concu

concupiſcentia, *ad te conuerſio eius, & tu dominaberis illius*; hoc ipſum dictum fuerat de peccatrice fœmina, *cap.* 3. Et ad virum tuum conuerſio tua, & ipſe denominabitur tui. Intelligendum eſt ergo virum ad regendam vxorem animo carnem regenti ſimilem eſſe oportere. Vnde Apoſtolus; *Qui diligit vxorem ſuam, ſeipſum diligit. Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit*, ad Epheſ. 5. Sananda ſunt enim hæc ſicut noſtra, non ſicut aliena damnanda. Rectè quidem Auguſt. obſeruat: vtrobique enim eadem vox Hebræa ponitur 3. Geneſ. תְּשׁוּקָתֵךְ *teſuquatech*, hic autem תְּשׁוּקָתוֹ *teſuquatho*, à radice שׁוּק. In quo mirabilis cernitur appetitus peccati, imò & pœnæ pro peccato miſerum hominem inuadentis, ac veluti eſſe ipſamet illecebroſa carnis libido, ad culpam nunc admittendam, & ſubinde ad gehennam ſubeundam pertentantia atque impellentis.

*Virilis conſtátia contra appetitus.*
Ad Epheſ. 5.
S. Auguſt.

## SECTIO VIII.

*Dixitque Cain ad Abel fratrem ſuum: Egrediamur foras. Cúmque eſſent in agro, conſurrexit Cain aduersùs fratrem ſuum, & interfecit eum.*

1. EGrediamur forâs; nó eſt hodie in textu Hebræo: fuiſſe in primitiuo, nó leuis eſt coniectura: inde LXX. verterunt; etſi D. Hier. dicat eſſe ſuperfluum, inueniri tamen in Pentateucho, quo Samaritani vtebantur. Delrio hîc plura erudite. Cæterùm veriſimile eſt primò Cainú ſimulata inuidia, & tecto altiùs odio frontem, quam priùs obduxerat, explicuiſſe; ſicque læto ac blando vultu cum fratre colloquutum; nimirú (vt putat D. Hier.) retuliſſe, quæcúque à Deo acceperat. Nam niſi familiariter ageret cum Abele, beneuolentiam vultu ac verbis prodens, animo interim doloré, odiúmque premens, qui hominé iratum, ac demiſſa fronte metuendú innocens ille ac mitis non refugeret? At non aderant parentes? Vtiná ad patré Adamum referret Cainus, quid ſibi accideritin oblatione; quòd repudiatus, quòd monitus à Deo, quòd fratrem ſibi ætate minoré, honore tamen, & gratia apud Deum viderat anteponi. Profectò compeſceret pater iracundiá filij, doloré mitigaret; aut ſaltem ipſe foras prodiens, & verbis explicatus dolor conquieſceret. Cæterùm dixit Cain ad fratré ſuum Abel; lupum tegens, fratré ſe oſtentat, fratré appellat, blandè alloquitur: Ergo, vt rectè Bern. *ſerm.* 26. Suppreſſus dolor altiùs introrſum radicauit, eo acerbior factus, quò nó eſt exire permiſſus. Vſque adeò deteſtandum eſt proditionis flagitiú, dum veterator blanda ſimulatione incautó intercipit; vt meritò à Tullio dicatur: Proditor, cómunis hoſtis. Quare cum pluriſmi, tum Iudæi, tum Ethnici, aduersùs Dominum, & aduersùs Chriſtum eius conuenerint, nullus eorum tamen hanc vitá tam citò, ac tá infeliciter finierit, quàm Iudas, qui ſtatim laqueo ſe ſuſpendit, & ſuſpéſus crepuit medius, & diſperſa ſunt omnia viſcera eius, *Act.* 1. Reſpóſio facilis: proditor fuit. Idcirco Iudæ cor, in quo proditionis facinus ſtruebatur, cruména diaboli vocatur ab Origene, iuxta illud: *Cùm diabolus iá miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas.* Ioan. 13. miſiſſet vtique proditionem illá aduersùs Magiſtrum. Idcirco etiam non Iudæ profuit Chriſti ſanguis ad ſalutem, idque iure optimo, quia illum proditor

*Cain veteratur & proditur.*

*Dolor foras prodiens egeritur.*
S. Bern.

Act. 1.
*Iuda proditoris mors.*

Ioan. 13.



A vendens à ſe fecerat alienum. Nemo autem (vt eleganter Nazianz.) retinere poteſt, quod vendidit. Meritò igitur; quia regem cæli, & Saluatoré terræ prodidit, ſuſpenſus in aëre mortem obiit: Vt (iuxta D. Bern. *ſerm.* 8. *in, Qui habitat.*) proditoré nec cælum reciperet, nec terra ſuſtineret. Credendum eſt Cainum omnibus fraterni amoris, ac beneuolentiæ exhibitis documentis fratré pelexiſſe in agrum, atque in mortê, quò magis deteſtandum eſſet illius facinus; quippe amoris vſus eſt ſignis ad parricidale odium exprimendum; quod etiam Dominus Ieſus, vel maximè conqueſtus videtur in proditione Iudæ, cùm dixit: *Iuda oſculo filium hominis tradis?* Luc. 22. Quem locum
B eleganter (vt ſolet) D. Ambr. expendit 6. *Hexaem.* 9. Quid (inquit) ad humani oſculi venuſtatem, quo amicitiæ inſigne, humanitatiſque præfulget, in quo plenæ caritatis fidelis exprimitur affectus. Vnde & Dominus, velut prodigij genus, in proditore condemnans ait: Iuda oſculo filium hominis tradis? hoc eſt, caritatis inſigne conuertis ad ſignum proditionis, & infidelitatis indicium? pacis hoc pignore vteris ad officium crudelitatis? beſtiali igitur oris obſequio inferentem potiùs necem, quam caritatis fœdera deferentem diuinæ arguit vocis oraculu. Sic Ambroſ.

Nazianz.
S. Bern.
Luc. 22.
S. Ambroſ.
*Amoris ſignũ in odium vertitur.*

2. Grandis hinc colligitur obſtinati ad facinus animi pertinacia in Caino. Deus ipſe conuenit hominem, blandè allocutus compellauit,
C paternis ſermonibus emollire ferreum illud pectus voluit; nec effecit tamen. Adeò Cain obiurus erat non cedere. Admonitus (ait D. Ambroſ. *lib.* 2. *de Abel, cap.* 8.) vt quieſceret, auget inſolentiam, acerbat flagitium. En quid amplius debuit facere, & non fecit Dominus Caino? profectò excuſationém non habet de peccato ſuo. Maledictus furor eius, quia pertinax: quaſi ſola pertinacia digna ſit maledictionum pœnis, non autem ira & furor, quo repenté ad tempus ſolummodo conturbamur. Quælibet iracundiæ commotio, etiam momentanea, valde ſolet eſſe homini dedecoroſa; atque eo ſolo nomine, ſi deeſſent cætera, omnino cohibenda. Diſcentes enim (ait D. Baſil *homil. de ira*) turpem eorum immu-
D tationem, qui ira tenentur agnoſcimus, quòd vir iratus fœdus aſpectu ſit. Non caret myſterio, quòd Apoſtolus temulentiam & iracundiam inter ſe copulauerit, cùm dixit eligi debere in Epiſcopum: non violentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, 1 *Timoth.* 3. Vbi D. Hier. duobus malis vnum appoſuit bonum, vt temulentia & ira modeſtia refrænentur, *Epiſt.* 83. optimè, *refrænentur.* Vtraque enim reddit hominem veluti pecodem rationis impotem, equúmve indomitum atque infrænem. Quando die ergo, mare oſtentat, quæ intus habeat, horrenda, & ſpurca; niſi cùm efferueſcit, ac veluti iracundia temulétum in littora ſeſe diffundit? tale de ſe præbent intuétibus ſpectaculum, qui ab Apoſtolo Thadæo nuncu-
E pantur fluctus feri maris deſpumantes ſuas confuſiones. Vide in hanc ſententiam D. Greg. Naz. *Orat.* 58. vt vera hæc omnia ſint, nihilominus ſi mare illud ſubitò intumeſcens, breui tamen conquieſcat, ferendum id erit, tanquam humanum; at ſi pertinaciter vt in Caino malum perſiſtat, nó iam humanum, ſed diabolicum eſt. Sapienter igitur Paulus: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram*, ad Epheſ. 4. Vbi D. Hier. *Epiſt.* 36. Si Apoſtolus monet; ſol non occidat ſuper iracúndiam veſtram, quid agemus nos in die iudicij, ſuper quorum iram non vnius diei, ſed tantorum an-

*Caini obſtinatio ad malum.*
S. Ambr.
Gen. 49.
S. Baſil.
*Ira deformis.*
1. Tim. 3.
S. Hilar.
S. Thad. Apoſt.
S. Greg.
Ad Epheſ. 4.
*Ira breuis eſſe debet.*

norum, ſol teſtis occubuit? Optimè ſenſum A

S. Anſel.

Apoſtoli ſic exponit S. Anſelm. Non teneatis iracundiam diu, nec in craſtinum reſeruetis, ſed ante Solis occaſum eiicite illam de corde veſtro. Sed adhuc meliùs intelligitur. Lucem, hoc eſt, Chriſtum deſinit mens videre, cùm perturbatione iracundiæ fuerit tanquam nubilo ſuperata. Et tunc quaſi occidit ſuper iracundiam hominis ſol, quia cùm menti iracundia confuſionis tenebras incutit, huic Deus radium ſuæ cognitionis abſcondit.

*Ira quàm ſit cauenda.*

Cauenda igitur multùm eſt iracundia, per quam lux veritatis amittitur. Vnde ſequitur: Nolite locum date diabolo; iratus enim mala cogitat, & ſic ſe diabolo ingerit, atque pandit oſtium cordis, & hoſtem ſinit intrare. Sic Anſelm. B

3. Quis deinde non timeat ad aſpectum Caini, etiam poſt monita, colloquia, blanditias Dei ipſius, ad ſcelus tamen obſtinatiore impetu patrandum ſeſe accingentis? En primò viſa eſt in orbe illa obduratio cordis, quæ malorum extrema ſolet eſſe. *Nolite obdurare corda veſtra*, commonet Propheta Pſalm. 94. quaſi in poteſtate hominis ſit, ne obduretur.

Pſal. 94.
*Obduratio cordis quæ ſit.*

Contrà verò toties in Exod. *Ego indurabo cor Pharaonis*; quaſi obduratio à Deo proueniat. Vtrumque verum, quod Patres explicant.

S. Auguſt.

D. Aug. *Epiſt.* 105. Deus indurat corda, non impartiendo malitiam, ſed non impartiendo miſericordiam. C Idem *tract.* 53. *in Ioannem*: Obdurat Deus deſerendo, & non adiuuando, quod occulto iudicio facere poteſt, iniquo non poteſt.

D. Greg.

D. Greg. 11. *moral.* 5. Obdurare per iuſtitiam dicitur Deus, quando cor reprobum per gratiam non emollit. At homo tunc dicitur obdurare cor ſuũ, quando reſiſtit inſpirationibus, & vocibus Dei, iuxta illud Act. 7. *Vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis.*

Actor. 7.

Scilicet homo claudit mẽtis ſuæ ianuã Deo, eiúſque inſpirationibus, monitis & conſiliis, obſeratã dulcedine falſa peccãta præſentis, quæ ab Apoſtolo dicitur fallacia peccati; vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.

Ad Hebr. 3.
*Falſa dulcedo peccati.*

Pulchrè intelligi etiam poteſt illis in verbis, quæ paulò antè D explicauimus, *ſub te appetitus eius, conuerſio eius, ad oſtium cubans*. hæc peccati fallacia, fucata ſcilicet, & illecebroſa peccandi dulcedo, quæ mentis aditum obſidet, deliuitámque illã tandiu tenet, donec obduret, obduratámque detrudat in gehennam.

S. Gregor.
*Pœnitentia ſalutaris.*

D. Greg. tanto huic malo remediũ videtur inculcare præſentiſſimum; & lacrymas, quibus emollitur obduratio, & pia erga proximos opera caritatis, quibus Dei gratia impetratur, adeò certa, & copioſa, vt ita quis moriens ſacroſancto myſterio altaris pro animæ ſuæ ſubſidio non indigeat. ſic ait: Confleamus in lacrymis duritiam mentis, formemus in proximis gratiam benignitatis. Et audenter dico: quia ſalutari hoſtia poſt mortem non indigebimus, ſi ante mortem Deo ipſi hoſtia fuerimus 4. *dialog. vltim.* Nimirũ quia per ea pia opera cum Dei miſericordia plenè ac E perfectè videbitur ſatisfeciſſe pro ſuis delictis; ita vt iam cælo donatus ſuffragiis orationum & miſſarum opus non habeat. De Caino igitur idẽ

S. Gregor.
*Obſtinatus Dei verbum reſpuit.*

D. Greg. ita loquitur 11. *moral. cap.* 5. Non mirum ſi à corde reprobo prædicator minimè auditur, dum nonnumquam ipſe quoque Dominus in his quæ loquitur, reſiſtẽtium moribus impugnatur. Cain enim diuina voce admoneri potuit, & mutari non potuit; quia exigente culpa malitiæ iam intus Deus cor reliquerat, cui foris ad teſtimoniũ verba faciebat.

S. Auguſt.

D. Aug. 15. *de Ciuit. c.* 1. Quòd Deus locutus eſt ad Cain, qui os profuit? nónne conceptum ſcelus in necando fratre; etiam poſt verbũ diuinæ admonitionis impleuit? D. Chryſ.

S. Chryſ.

Vide poſt tantam prouidentiam, & ſui curam; in quantam inciderit inſaniam Cain; oportebat conſcium peccati ſui in emendando occupatum eſſe; at ille quaſi ebrius vulneri priori aliud vlcus coniungens ad deſtinatam cædem feſtinat.

4. *Dixit Cain ad Abel fratrem ſuum.*] D. Chryſ. Verba quidem fratris; mens autem homicidæ. Nimirum molliti ſunt ſermones eius ſuper oleũ, & ipſi ſunt iacula, *Pſalm.* 54. Rectè Bern. *in ſerm.*

*Amicitia falſa.*
Pſal. 54.
S. Bern.

Non molles, ſed molliti, quòd ſit in eis non tam vera & ſolida, quàm ſuperinducta & ſimulata ſuauitas. Egrediamur foras. Lxx. *εἰς τὸ πεδίον*, in agrum. D. Ambroſ. in campum, legit; & ita cõmentatur. *lib.* 2. *de Abel & Cain, cap.* 8.

S. Ambroſ.

Quid ſibi vult: Eamus in campum? Niſi quia locus nudus gignentium eligitur parricidio: Vbi enim frater habebat occidi, niſi vbi fructus deeſſet? tanquam præſagiens natura tanti ſceleris, loco germina denegauerat; quia non conueniebat, vt idem ſolum, & contagia parricidalis ſanguinis reciperet præter naturam, & fructus ſecundùm naturam germinaret.

*Cur in campo perimatur Abel.*

Meritò ipſe dicit: Eamus in cãpum, non dicit: Eamus in paradiſum, vbi poma florent, non in aliquem cultum & fructiferum locum. Ipſi parricidæ indicant fructum ſe ſceleris habere non poſſe, nec penes eos fructum manere, qui tantæ impietati præbuerunt officium. Nam ipſam refugiunt elementorum benignitatem, vt iſte Cain, qui videtur veritus, ne largior boni terra prouentus triſte facinus impediret, & liberalitatis aſſuetudine genitalis, qua facit ſibi fœtus & fructus varios germinaſcere; in hoc quoque criminis apparatu, vel muta ſpecie ſui fraternum reuocaret affectum. Lucem adulter erubeſcit, quaſi adulterij conſciam, parricida terrarum fœcunditatem fugit. Quomodo enim poterat communis partus videre conſortia, qui conſortem ſui ſanguinis trucidabat? Iuſtum igitur natura eſt impertita iudicium, ea loca in quibus erat futurum parricidium muneris ſui dote priuando, vt ex innocentis ſoli quadam damnatione oſtenderet futura ſupplicia noxiorum.

*Propter hominem elementa damnantur.*

Propter ſcelus igitur hominum, & ipſa elementa damnantur. Hactenus Ambroſ.

S. Chryſ.

D. Chryſ. egregiè à parentum dolore parricidium hoc ita lamentatur. O Cain, quid in campum prouocas fratrem? & foras à paternis vlnis abducis? quare ipſum paterno auxilio deſtituis? Eſto cæcatus mente, fraternæ caritatis nullam rationem habeas, neque naturam agnoſcas, cur aduerſus illũ ad bellum te inſtruis, qui nulla te iniuria affecit? Quid item habes, quod parẽtibus obiicis, quos tanta mœſtitia affligere deliberas, & actor terribilis tragœdiæ, vt primi violentam mortem videant?

*Cain dolore parentes afficit.*

has illis retributiones reddis ſuæ educationis? Sic Chryſoſt.

Phil.

Philo Hebræ. *libro quod deter. potiori inſid.* certamen hic intelligit inter nefarium & iuſtum. ſic ait: Arbitror campum, in quem Cain Abelem inuitat, contentionem, atque dimicationem ſignificare; ſed qua de re diſceptatum eſt? de contrariis opinionibus. Abelis enim ad Deum referentis omnia, pium dogma. Cain verò ſibi attribuẽtis (interpretatur enim poſſeſſio) arrogans: qui ſeipſos amant virtutis amatores in certamẽ prouocãt, corporis voluptates, delicias, honores, diuitias proponũt.

*Certamen inter impium, & iuſtum.*

At virtutis cultores in actionibus laudandis verſati in anima ſola honeſtũm theſaurum repoſuerunt. Sic ille.

5. Cumque

5. *Cumque eſſent in agro, conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum, & interfecit eum.* ] Scilicet, aut ferro; aut fuſte, aut lapidibus, quo mortis genere deflu-xit ſanguis, quem tellus imbiberet. *Cumque eſſent in agro*, non caret locus myſterio; quod eleganter euoluit D. Aug. ad illa verba Pſal. 8. *Inſuper & pecora campi.* Sic enim ait: Pecora campi congruentiſſimè accipiuntur homines in carnis voluptate gaudentes; vbi nihil arduum, nihil laborioſum aſcendunt. Campus eſt enim etiam lata via, quæ ducit ad interitum. Et in campo Abel occiditur. Quare metuendum eſt, ne quiſque deſcendens de montibus iuſtitiæ Dei, *Pſal.* 34. latitudines, & facilitates voluptatis carnalis eligens à diabolo trucidetur. Sic Aug. Scilicet innocētia, & pudicitia pereunt, in laxiore & faciliore viuendi conſuetudine, in qua ſolæ pecudes in gehennæ macellum deſtinatæ, hoc eſt, delicioſi, & libidinoſi homines liberè diuagantur. Sed quid præceſſerit iſtud, *conſurrexit*, &c. non liquidò conſtat. Ioan. 1. Epiſtol. 3. de hac cæde loquēs ait: *Propter quid occidit eū; niſi quia opera eius maligna erāt, fratris autē iuſta?* Sic planè virtus habet; non ſolet eſſe diuturna: breui circonſcripta ſpacio recedit. Sic de Saule ſcribitur 1. Reg. 13. *Filius vnius anni erat Saul, cum regnare cœpiſſet.* id eſt, humilis tanquam paruolus, & lactens; ita Gl. Sicut puer anniculus. Symmach. ſequitur: Duobus autem annis regnauit, ſcilicet iuſtè & manſuetè; poſtea enim magis tyrannus, quàm Rex fuit. Gloſ. Viden' quàm citò exaruerit illa innocentia, quaſi infantuli Saulis? Quòd ſi virtus ita non pereat transmutato in peſſimum iniquitatis ſtatum peccatore, vt Sauli contigit; ea tamen virtutis conditio eſt, ſeu talis eſt terræ ac mundi in maligno poſiti infelicitas, vt diutiùs virtus incolumis, quin affligatur, & per cædē denique ablegetur, nequeat permanere. Innocentiam execratur mundus; innocentem perſequitur, vt extraneum terræ, atque inimicū. Omnis malus odit lucem, quia arguuntur opera eius, vt habetur *Ioan.* 3. Etenim virtutum, atque operū Abelis fulgore perſtrictus, Cain tenebrarū amans Abelem illum ſolem extinguit. Quid mirum ſi fratrem Cain occidit, Abel erat; quid plura de virtutibus & operibus illius requiris? Eleganter ait D. Ambr. *lib.* 2. *de Cain & Abel, c.* 6. Sol, & Luna interprete non indigent, habent interpretem fulgorē ſui luminis, quo totus repletus orbis eſt. Illis illuminatio eſt fides ſine indice, quæ (vt ita dicam) inteſtata teſtis, quæ alieno nō indiget teſtimonio; & ſubitò ſe vniuerſorū oculis effundit. Non ergo nunciantur opera noſtra, ſed clamāt, & ſeipſa annunciāt. Hæc Ambr. de operibus Iuſtorum, quæ ſuo ſe produnt lumine: at quis tantus illius fulgor extitit, cuius innocentia ne mortis quidem tenebris poſt innumera ſpatia annorū occultari potuit: cuius nomine Abel, ipſamet innocentia exprimi ſolet? D. Aug. *lib.* 1. *de mirab. ſacræ Scripturæ*, de Moyſe loquens ſic ait: Hac de cauſa mortis eius, & ſepulchri nemo conſcius erat, quatenus illam faciē, quæ conſortio ſermonis Domini rutilauerat, mortis mœrore repreſſā nemo videret. Sic Aug. Lux enim Sanctorum inſigne, reproborū nox eſt. Et tamen, ò bone Deus, voluiſti, vt filius tuus vnigenitus morte turpiſſima in cruce perimeretur ſpectāte cælo, ac terra; vt viderent eum homines, & non eſſet ei decor, nec aſpectus: ac reputarent eum, quaſi leproſum & percuſſum à Deo, & humiliatum, & nouiſſimum virorum: & quidem Moyſes morte humiliatus multum apud homines minueretur. At

*S. Auguſt. Pſal. 8.*
*In deliciis virtus occiditur.*
*Pſal. 34.*
*1. Ioan. 3.*
*1. Reg. 13. Virtus non diu permanet. Symmach.*
*Mundus innocentiam odit.*
*Ioan. 3.*
*Opera iuſtorū ſuo ſe fulgore produnt. S. Ambro.*
*Abelis innocentia percelebris.*
*S. Aug.*
*Moyſem mori nemo vidit.*

Dominus Ieſus, quo ſibi vilior, eo mihi carior. Vide num iccirco Deus Moyſis faciem demortuam ab oculis mortalium auerterit, quia prælatorum etiam nebulæ, & naturales quæcumque labes occultandæ potiùs, quam euulgandæ ſint? Sed ad inſtitutum. Potuit mors faciem Moyſis deformare, eiuſque fulgorem tenebroſo caliginis occulere velamento: at innocentiam Abelis nulla fratris inuidia, nulla mortis caligo, potuit obſcurare, quin ad hanc vſque diem, atque in omnem æternitatem ſole ipſo nitidior exiſtat. Sic planè res habet. Cùm Abelem nomino, innocentiam dico. Profectò mors ipſa, quæ primum Abelem ſuſtulit, pignus accepit alterius innocentis, quem aliquando peremptura eſſet, hoc ipſo tantùm, quòd innocens futurus erat. Sic delicatiſſimè D. Cyril. In Abelis (inquit) innocentia mors oppignorata eſt, quaſi prius transmiſſa foret in eum qui poſtea ſine culpa moreretur. Hæc ille *in fragmentis Euangel.* citaturque ab Stapletono *in controuerſiis de gratia, controuer* 3.

6. D. Cyprian. *ſerm.* 2. *de zelo, & inuidia*, eādem Abelis virtutem cauſam huius cædis fuiſſe ſic oſtendit. Ex inuidia nouæ fraternitatis prima odia; hinc parricidia nefanda cœperunt, dū Abel iuſtum Cain æmulatur iniuſtus, dum bonum malus inuidia & liuore perſequitur; tantum valuit ad conſummationē facinoris æmulationis furor, vt ne caritas fratris, nec ſceleris immanitas, nec timor Dei, nec pœnæ delicti cogitarentur. Iniuſtè oppreſſus eſt, qui iuſtitiā primus oſtenderat, odia perpeſſus eſt, qui odiſſe non nouerat, occiſus eſt impiè, qui mortē non repugnabat. Ita Cypr. Sed Abelis mors ſanè pignus extitit futuræ reſurrectionis, vt eleganter concludit Theodoretus *quæſt.* 46. *in Gen.* Vbi quærens, quare cùm Adam peccaſſet, iuſtus Abel primus mortuus eſt? Reſpondet: Debile voluit Deus eſſe mortis fundamentum. Si enim Adam prior obiiſſet, firmiore fundamento mors niteretur, primum mortuum excipiens peccatorem. Quia verò primū recepit eum, qui iniuſtè occiſus erat, dubium fundamentum habet. Hæc videtur mutuatus à D. Athanaſ. q. 94. cuius verba ſunt: Quare cum peccaſſet Adā, Abel qui iuſtus erat, mortuus eſt? quia non voluit Deus mortis fundamentum eſſe firmum. Nam ſi Adam primus fuiſſet mortuus, firmam illa certè baſim habuiſſet, tanquam quę primum mortuum eum, qui peccaſſet, abripuiſſet; quia verò eū, qui iniuſtè fuit interemptus, primū recepit, lubricum habet, & debile fundamentum. Sic Athan. Quod autē Abel morte ſua præfigurauerit Domini Ieſu paſſionem, luce ipſa clarior eſt inter Patres, & Doctores Eccleſiæ. Addiderim, & quidem verè, non modò primam, ſed expreſſam adeò extitiſſe Abelem Chriſti Domini patientis figurā, vt propterea dicatur *Apoc.* 13. Agnus occiſus ab origine mundi, nēpe in typo Abelis occiſi. Vide Vieg. Deinde poteſt intelligi Agnus occiſus in Abele propter innocentiā Chriſti; quæ iam in Abele perſecutionibus Caini (in quo omnis improborū hominū cōgeries innuebatur) atque odiis afflictam, & mortémque adducta fuit. Adiunge propter obediētiā, quę in Abele emicās Chriſti obediētiā adumbrauit. Hinc Laurent. Iuſtin. *lib. de contēptu mundi, cap.* 9. de obedientia diſſerens ſic ait: Non aliunde ſpiritualia chariſmata conferuntur, virtutes creſcunt, dona cumulantur, perficitur lex, gratificatur anima, vnitas cuſtoditur, patefiunt myſteria, natura reformatur, augetur gratia, promittitur gloriā, quàm ex obedientiæ merito, per

*Prælatorum vitia occultāda.*
*S. Cyrill. Abel Chriſti pignus ad mortem.*
*S. Cyprian. Virtus occaſio mortis Abelis.*
*Abel pignus reſurrectionis. Theod.*
*S. Athanaſ. Cur Abel primus mortuus?*
*Apoc. 13.*
*Chriſtus qui occiſus in Abele?*
*B. Laur. Iuſt.*

quam innocentiam cuſtodiuit Abel. Ita Iuſtin. Bene à quodam ex Anachoretis Patribus appellatur obedientia vmbraculũ, & cuſtos virtutum. Nam & ſuam illam innocẽtiam cuſtodiuit Abel, ſub vmbraculo, & propugnaculo obedientiæ, quã Deo & parẽtibus ritè ſanctéque præſtabat. Præterea intelligi etiam poteſt Agnus Dei occiſus in Abele, quia hoſtis innocentia, manſuetudo, pietas, virtutes, totus ipſe Abel Chriſto erat gratiſſimus; dicerẽque poſſit Dominus: O Cain, non tam Abel Adami patris tui filiũ, quàm meipſum Dei, ac Virginis filium in Abele occidiſti. Putat Catharinus hoc loco metuiſſe diabolum, ne Abel ipſe futurus eſſet ſemen illud mulieris, quod cõtereret caput ſerpentis, vel certè ex Abele progenerandum, atque ideo inſtigaſſe Cainum ad necẽ Abelis. Dixerim diabolum Abelis innocẽtia, tum vel maximè Dei erga illum beneuolẽtia publicis conteſtata ſignis fuiſſe inuidia, odióque ſtimulatum, atque necem illam idcirco machinatum: & fortaſſe quia timuit, ne ex tã iuſto innocentéque homine Dei filius tandẽ oriretur. Cæterũ ipſummet Abelem fore redemptorem humani generis, qui verbis illis promittebatur venturus; non aſſentior. Semen enim illud mulieris alterius ſanã mulieris filiũ hauddubiũ intelligit: non Eua natum peccatrice muliere, quam ille dolo captam pertraxerat in ſeruitutem peccati, ſed ex altera muliere cuius innocentia, puritas, ac ſanctitas talis eſſet, qua maior ſub Deo excogitari non poſſet. Etenim filiũ Deum talis mater decebat. Prædicatur ideo tidem Abelis innocentia; ſed ne hinc inferas Abelẽ originali macula caruiſſe, innocẽs fuit, hoc eſt, iuſtus, Deo gratus, virgo, & actualiũ vitiorũ labe minimè, aut parùm aſperſus. Perfectã autem, & omnibus abſolutam numeris innocentiam ſolus habuit Agnus Dei, & ouis illa immaculata, cuius in vellus candidiſſimum cæleſtis pluuia deſcendit. Conſtituta lex erat ab Aſſuero Rege, vti omnes Hebræi occiderentur. At idem Rex Reginam Eſther Hebræã brachiis excipiẽs, ne timore perculſa caderet, ait: Non morieris. Nõ enim propter te, ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt, *Eſther* 15. Sic planè habet: lex de peccato originali pro omnibus quidem conſtituta eſt, ſed non propter te ô mater Dei, ô Regina mundi, quæ tota pulchra es, & macula non eſt in te. Talis mater talem filium decebat.

*Obedientia laus.*

*Cathar.*

*Diabolus Abeli mortem ſtruxit*

*B. Maria ſine peccato originali concepta.*

*Eſth.* 15.

7. D. Chryſ. *hom. 7. in Epiſt. ad Rom.* de inuidia vberrimè diſſerens, magnopere, & quidem verè exaggerat odium erga homines diaboli, quorum ſanguinem inexplebili ſiti ſerpens truculentiſſimus expetit. Ait ergo: Diabolus vnà cum Caino belli ducem agebat: nam quandoquidem illi non ſatis fuit, quòd homo mortalis iam effectus fuiſſet; ipſo etiam mortis genere tragœdiam ipſam amplificare conatus eſt; ſic vt illi perſuaſerit fratris parricida vt fieret. Vrgebat enim, ac deſiderabat Dei ſententiam in opus editam videre, qui ipſe noſtris mortalium malis nullo vnquam tempore ſatiatur. Nam quemadmodum ſi quis aduerſariũ iis compedibus habens, & quidem mortis in eum ſententia iam lata, antequam vrbe egrediatur feſtinet, ac tempore congruo minime expectato, illum vel intra vrbem trucidatũ videre percupiat: ſic & diabolus fecit. Is enim, tametſi audiſſet fore, vt homo in terram reuerteretur, concupiuit amplius quiddam videre: videlicet filium morientem ante patrem, & fratrem à fratre interemptũ & intẽpeſtiuam, & violentã necem. Vides quam multas ad res inſeruierit inuidentia, vt inſatiabilẽ diaboli animum impleuerit, eidémque menſam tantã appoſuerit, quantã videre ille expetiuerat? Hæc Chryſoſt. Porrò autẽ quòd martyr, & martyrum anteſignanus in mũdo extiterit Abel, concors eſt Patrum & catholicæ Eccleſiæ conſenſus; quippe cùm in odium virtutis, atque ipſius Dei amiciorem ſe erga illum exhibentis, fuerit occiſus à Cain; quod indicatur à Ioanne illis iis verbis, quæ iam retulimus, *fratris autem iuſta.* deinde conteſtatur paraphraſis Hieroſolymitana, quam Lyra, pluréſque alij magni faciunt; ſic habet. Dixit Cain ad Abel: Veni, & egrediamur in agrũ. Et accidit, cùm egreſſi eſſent ambo in agrum, dixit Cain: Non eſt iudicium, neque iudex, nec ſeculũ aliud, nec merces bona pro iuſtis, nec pœna pro impiis; nec Dei miſericordia creatus eſt mundus, nec Dei miſericordia regitur, eo quòd recepta eſt oblatio tua cum beneplacito, mea autem non eſt ſuſcepta cum beneplacito. Reſpondit Abel ad Cain: Eſt iudicium, eſt iudex, eſt ſeculum aliud, eſt quidẽ merces pro bonis, & pœna pro impiis; miſericordia quoque Dei mundus creatus eſt, & miſericordia Dei gubernatur, quia verò meliora fuerunt opera mea tuis, ſuſcepta eſt oblatio mea cũ beneplacito, tua verò non eſt ſuſcepta. Cumque ſic contenderent in agro, inſurrexit Cain, & occidit Abel. Vide quàm cõſonet hæc paraphraſis cum loco illo Ioannis? Hinc bene concludit Lyra; ergo Abel fuit primus martyr, primus ſacerdos, primus virgo. Vnde D. Aug. *de mirab. ſacr. ſcript.* Triplex (inquit) iuſtitia fuit in Abel; prima fuit, quia etiam munera Deo placita, vt ſacerdos obtulit; ſecunda proſapiam generis in ſeculo nõ reliquit: tertia martyrij coronam ſanguinis effuſione promeruit. Meritò igitur huic Dominus Ieſus primatum iuſtitiæ hominum commiſit, ita inquiens ad Phariſæos: *Veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terrã à ſanguine Abel iuſti,* &c. Matt. 23. Sic Aug. S. Hil. *Ca. 24. in Matth.* reddit rationem, quare in Iudæos redundauit omnis ſanguis iuſtus; vt quibus (ſcilicet Apoſtolis) ſi obediuiſſent, propriorum criminum eſſet venia præſtita: ab his ob eoſdẽ interemptos pœna in eos, qui peremerint, paternorum quoque facinorũ cogeretur. At S. Proſper. Cain (ait) princeps illatæ mortis, & primus in hominibus parricida. Hic initia bellandi inſtituit, vt reus innoxiũ ſanguinem fundat. Præclara hinc fuiſſe martyria, dum iuſti occiduntur ab impiis. Sic S. Proſp. *de bened. & prad.* Ex eo iam tempore inueteratũ eſt, vt mali inſurgant in bonos, & opprimant eos. Patienter tolerent iuſti, quoniam beati qui perſecutionem patiuntur. D. Bern. *ſerm. 27. in paruis.* Cain factus eſt omnium impiorũ patriarcha, & primus lapis in ædificio Ciuitatis exemplar filiorũ huius mundi. Lipp. Cain Abelem fratrem tanquam intempeſtiuam primitiam morti celeriter tradidit, atque viam nefandiſſimæ necis generi humano oſtendit. Ita D. Cyril. *lib. 2. in Geneſ.* Quare, vt bene colligit S. Hilar. *in Pſ.* 118. difficile eſt cauere ab iis, qui ſub nomine fratrũ inimici ſunt. Abel iuſtũ ſceleſtus Cain per familiaritatem fratris occidit.

*Paraphr. Hieroſ.*

*Abel primus martyr.*

Lyra.

S. Auguſt.

*Cain ſcſſorum perſecutorum.*

Matth. 23

S. Hilar.

S. Proſper.

S. Proſper.

S. Bern.

Lippoman.

S. Cyrill.

Hilar.

8. S. Cyrill. etiam de Abelis innocentia, & morum comitate pertractans hoc adiungit. Ad agriculturam ſe contulit Cain, ſed Abel arbores conſerendas, fodiendámque terram omiſit, atque falcem exercendam non paſſus, ad greges ſe ouium contulit. Quod huius ſit mentis: agni fortaſſis eum impellebant, qui mattibus quoddam reſonabant, vt aqua balantes mollibus recentibúſque pedibus per gramina tripudiabant. Hæc Cyrillus. Iuxta hanc obſeruationem, non mirum videri debet, ſi Cain mẽte, moribúſque

*Inuidia diabolum paſcit.*

*Cain durus dura pertractas*

que

que ferox, cum arboribus, cum ſyluis, cum teſtæ A glebis & ſaxis, ferro armatus agat, ferroque ſubinde, truculentus, & ſaxis durior, atque immanior fratrem trucidarit. Contrà verò Abel, vt erat mitis, ſuauiſque ingenio, ſut ſimiles agnos paſcens adeò ſe manſuetum præbuit, vt truculento fratri nequaquam obſtiterit. Quaſi agnus coram tondente ſe obmutuit: nec enim vnqua Abelis, aut querentis, aut ſaltem gementis vox audira legitur: ſolus quippe interempti ſanguis clamare dicitur. Præclarum ſanè manſuetudinis, ac patientiæ, primùmque in genere humano exemplum. Hoc ille imitabatur paſtor, deinde Rex, de quo D. Ambr. *in Pſal. 35.* Iuſtus (inquit) Dauid, qui patebat inimico, & malebat innocentiam tuā, quam vitam tueri: ne malo publico vindicaretur, atque appetendi principis in malis quoque cauſis, alijs exemplum ederet, cum ipſe vindictam de inſidiatore ſumpſiſſet. Sic Ambroſ. Sed quid Abelem occiſum, quid Dauidem patienter ferentem aduerſa cómemoro? Propoſitus nobis eſt Dei filius in cruce factus pro nobis maledictum. Ergo, vt rectè D. Ambroſ. ait *lib. 2. de ... de, cap. 4.* Ne fleuit, ne tu homo dū fleres: ille iniurias paſſus eſt, ne tu iniuriā tuam doleres. Grande remedium, ſolatium habere de Chriſto. Ille enim pro nobis hæc patientiùs tulit: & ſumus, qui patienter hæc pro illius nomine ferre nequeamus? Hæc Ambroſ. Pariter cum Filio mater Virgo, & ærumnis perfuncta eſt, & patientiam exhibuit dignam matre C Dei; atque rectè Filius de cælo ad præmium inuitat matrem; *Veni* (inquiens *de Libano, veni coronaberis, de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermō de cubilibus pardorum*, Cant. 4. Planū ſenſus habet: Veni de terra, in qua poſt Filij aſcenſionem remanſiſti, vbi ſuperbia, impietas, feritas Iudæorum & Gentilium, contra filium tuum, ac teipſum, & contra ipſius diſcipulos, primoreſque fideles armata, & debacchata eſt quaſi perſecutiones dum viueres, & vid ſti, & doluiſti. Coronaberis igitur ob tam admirabilem patientiam. Coronabitur autem [illegible] quia credent gentes in [illegible] & eorum credentium [illegible] corona virginis erit. Ita coronabitur, vt in cælis regina ſanctorum, & in terris D regina ſit regnorum. Sic ille.

*Abel mansuetior agnos paſcit.*

*S. Ambr.*
*Patientia Dauidis.*

*S. Ambroſ.*
*Patientia Chriſti Domini.*

*B. Maria patientia, & aſſumptio.*
*Cant. 4.*

*Rupert.*
*B. Maria regina coronata.*

## SECTIO IX.

*Ait Dominus ad Cain: Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit, neſcio. Num cuſtos fratris mei ſum ego?*

1. IOſephus *lib. antiq.* ſcribens hanc tragœdiā adiungit: Denique Cain interfecit fratrem, & cadauere eius abdito, rem clam fore putabat. Rectè Caiet. Deus (ait) inquiſitionem cædis Abel inchoat à loco: Vbi eſt Abel? Vt qui nuſquam Abel apparebat, inciperet Cain agnoſcere ... E ſuum eſſe depſehenſum. Inquirit etiam ad docedum iudices, vt citent reum, quantumcunque certum, antequā iudicent. Nec aliqua vti turo contumelia nō, inquit, ſceleſte, ſed abſolutè inquirit: ad inſtruendos etiam iudices, vt abſtineant à contumelijs. Ita Caiet. Meritò D. Chryſ. admirans ait: Vbi eſt Abel? Hoc ipſum, vt ſolum quantæ bonitatis eſt, quod cum, qui tanta commiſit, colloquio dignatur? Medicus enim eſt, & clementiſſimus Pater. Opportunè ad hunc locū de confeſſione factamen: aſt multa egregiè diſſeruntur à Patribus, quā profectò Deus ipſe iam tunc a pri-

*Ioſephus.*

*Caiet.*
*Deus iudex Cain iudices inſtruit.*

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

mis illis ſeculis aſſectabatur: atque interea præſtruebat viam ad conſtituendum omniū ſuæ legis præceptorum longè difficillimum, excepto martyrio, vbi occaſio eius offertur: ſed tamen vtiliſſimum ad expiandas culparū ſordes, ad præſentiſſimum curandis animarum vlceribus medicamentum. D. Ambr. *lib. de Abel, cap. 9.* ita effatur. Vbi eſt Abel? Interrogat quaſi neſciret ceciſum: quod ad rationem profundam attinet, peccantes admonet ad pœnitentiā. Confeſſio enim peccatū compendium eſt. Eſt quædā in peccatis verecundia, & pœnitentiæ portio crimen fateri, nec deriuare culpam, ſed recognoſcere; nam gat iudicem pudor reorum, excitat autem pertinacia B denegantium: vult te prouocare ad pœnitentiam Deus, vult de ſe ſperare indulgentiam, vult demōſtrare ſua confeſſione, quòd non ſit autor malitiæ. Sic Ambroſ. D. Chryſ. ad hunc modum. Vbi eſt Abel? Ignorantiam ſimulat miſericors Deus hac interrogatione eum, qui talia commiſerat, præparans, vt ad peccati confeſſionem adducerecur, poſt&que veniam fortè & miſericordiam aſſequi. *homil. 19. in Geneſ.* Non dit repat Procop. eiuſ hæc ſunt verba. Deus non vt ignarus rei ſciſcitatur, ſed perennitatis, vt Cainum adigat ad quærendum peccati remedium. ſimul oſtendens peccati magnitudinem, intendit peccatori [illegible] pœnitentiæ apprehendendæ ſuppeditare. Tertul. *lib. aduer. ſ. Iudæos, cap.* ſic legit: Et tunc dixit Ieſus ad Cain: Vbi eſt Abel? Et quidem arbitror Dei filium qui poſt multa ſecula factus eſt homo, qui damni odo indoluiſſe, quòd Abel ille innocens ſemini, illud primum Ieſu partus virginei ſymbolum, ac typus, morte violentæ ceſſis excelleret, quæ perbeatæ cenſerentur, quā in ſe Abel ſé incolam haberent. Hinc mihi videtur peracce mmodata men[illegible] ſententia D. Ambroſ. de tuſtorum mortentium dānoine[illegible] putabili. S enim *lib. de Cain & Abel, 2. c.* Quam beata ciuitas, quæ plurimos iuſtos habet, quam celebrabilis ore omnium, quomodo be edici ir tota de patte: & beatus, atque perpetuus eius ſtatus exiſtimatur! Quam gaudeo cum aliquos mites ac ſapientes diu viuere video: cùm virgines caſtas, viduas graues, aſpicio longæuas velut quādam in caſtam Eccleſiæ curiam præſidendant, ipſo quodam vultu, & ſpecie grauitatis, quod te iecreantur, quòd imiten ur, quo ad omnem morum gratiam coloretur. Non enim ipſis gaudeo, cùm viuendo multa ſubeunt tædia ſeculi huius, ſed quia proſunt pluribus. Similiter eùm aliquis huiuſmodi decidit, quamuis longa ſenectute depoſitur, afficior, quia deſtituitur grex iunenum mitto ſenili. Denique peritoræ vrbis, aut malorum imminentium, vel futuræ labis, hoc primum indicium eſt, ſi deeſdant viri conſultores, vel etiam grauiores fœminæ. Hinc primùm ingruentium porta aperitur malorum; ergo vrbs tota ſolidatur atque angetur cœtu ſapientum, & obitu labeſactatur. Hæc Ambr.

Quid quæſo detrimenti non paſſa terra eſt vno Abele, qui ſolus innocentia cæleſtes ipſos Angelos referebat, qui Deo gratiſſimus ac ſimillimus habebatur, deſtituta? Vbi ille moruus ſenſi[illegible] quo aduerſus infernum terra ſepe batur? Iuuenis quidem ætate fuit Abel, ſed morum & probitatis in cana grauitate venerandus. Ætas enim ſenectutis vita eſt immaculata. Itaque (vt ait Ambroſ. *lib. cit. cap. 1.*) ea demum bona eſt animæ ſenectus, quam nulla peccati inquinamenta maculauerunt. Quod autem S. Doctor malè

*Confeſſio ſacramenti alia commendatur.*

*S. Ambr.*

*S. Chryſ.*

*Procop.*

*Tertul.*

*S. Ambroſ. Iuſti quam utiles mundo.*

*Grandis iactura in morte ſeniorum.*

*S. Ambroſ.*

 ominatur

ominatus vrbi excidium, cuius dicit eſſe præſagium virorum honeſtiſſimorum interitum; planè in populo Hebræorum euidenter ſpectatum eſt. Sic enim Iſai. cap. 3. prænuncians extremum illorum excidium: *Ecce* (inquit) *Dominus exercituum, auferet, à Hieruſalem, & à Iuda validum, & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ: fortem & virum bellatorem, Iudicem & Prophetam, & ariolum, & ſenem, principem ſuper quinquaginta, & honorabilem vultu, & conſiliarium, & ſapientem de architectis, & prudentem eloquij myſtici. Et dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis: ruit Hieruſalem, & Iudas concidit.* D. Hieron. contendit hanc prophetiam eſſe de Iudaici populi ſupremo excidio poſt Domini paſſionem à Romanis illato. Vbi enim Iudæi Dominum Ieſum crucifixerunt, qui illis erat fortitudo, robur, panis, aqua, bellator, Iudex, Propheta, Senex, Princeps, honor, conſilium, ſapiens architectus, prudens, eloquium myſticum, bonis omnibus ſpoliari facilè perierunt. Et eſt ordo (ait Hieron.) quoniam noluiſtis ceſſare ab homine (ſic *ad finem cap. 2.*) cuius ſpiritus in naribus eius, qui excelſus reputatus eſt; ſed è contrario fudiſtis ſanguinem iuſti, ideo, &c. Nihil enim apud Iudæos poſt paſſionem Domini forte, nihil validum eſt; ſed omnia infirma & languida: omnes gratiæ, & donationes ſublatæ ſunt à Iudæis. Refer etiam ad hanc ſententiam illud de Moyſe: *Et dixit vt diſperderet eos: ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius, vt auerteret iram eius, ne diſperderet eos*, Pſ. 105. Exponit Genebrard. Deleturus erat Dominus Hebræos propter vitulum aureum, niſi Moyſes ſtetiſſet in confractione, vt prohiberet eum aditu, & corruptione, ideſt, ex oppoſito rupti muri, quaſi in ruptura muri, ad eum depellendum, ne per eam in vrbem irrumperet. Metaphora bellica, niſi in ipſa veluti muri perruptione ſe ei fortiter oppoſuiſſet, niſi interceſſiſſet ad cohibendum eum. Itaque Moyſes ſua vehementi interpellatione conſequutus eſt à Domino, qui in ipſos impetum faciebat, quaſi ferox quidam hoſtis, vt ſuam iram ab eorum internecione retraheret. Chaldæus modum ipſius perruptionis exponit; niſi Moyſes electus eius ſurrexiſſet, ac inſtitiſſet orare in cõſpectu eius. Hæc Genebr. Vbi vides quantæ ſit virtutis ad tuendũ populum, placandúmque Deum vir iuſtus dum viuit, & quantam patiatur iacturam ea ciuitas, vbi ille mortem obit. Cæterùm D. Hieron. ſimpliciùs locum interpretatur, ſed optimè tamen: Attende (loquit) hæc ô ſacerdos. Perierat enim populus, niſi Moyſes confregiſſet iram omnipotentis Dei, & tu cùm videris populum delinquentem, cane tuba: annuntia eis delicta eorum, & ſta in confractione ad eum, vt auertatur furor eius ab eis. Sic ille. Nota iuxta interpretationem D. Hieron. quantum populus revereri debeat, quanti facere ſacerdotem, penes quem domus inclinata recombit: in toto illo numeroſiſſimo exercitu Hebræorum multi erant principes viri, ſed vnus tamen Moyſes ſacerdos irrũpenti Deo ad vindictam, & excidium, occurrit, leniuit iram, populum tutatus eſt. Quinetiam, vt obſeruat S. Ephrem *tract. de Sacerdotio*, ſacerdotium poſſidẽs Moyſes manus ad Deum ſuſtulit, vulnerauitque Amalec plaga incurabili. Hoc etiam circumamictus Abraham reges in fugam vertit. Ibidem vocat Abelem primum ſacerdotẽ in priori creatione. Cæterùm ſi tanta virtus in vmbra fuit, quanta erit in veritate, nimirum in ſacerdotio

*Iſai. 3. Mors iuſtorum præſaga calamitatum.*

*Iudæi Chriſto deſtituti perierunt.*

S. Hieron.

Pſal. 105. Genebr.

*Moyſis oratio pro populo efficax.*

S. Hieron.

*Sacerdotis oratio pro populo.*

S. Ephrem.

Chriſtiano? De quo idem Ephrẽ: O formidabile, & admirabile ſacerdotium! cùm oblata fuerint tremenda myſteria, immortalitate plena, præuio ſacerdote orationem pro cunctis faciente, tunc animæ accedentes per illa tremenda myſteria macularum purificationem accipiunt. Sic ille.

3. *Vbi eſt Abel frater tuus?* ] Emphaticè, ille, inquam, qui mihi de pinguiſſimis ac ſelectiſſimis victimis obtulit ſacrificium, in quem mea ſtudia votáque effuſa ſunt: quem euidentibus de cælo ſignis, mihi gratum, amicum, pium, & ſanctum ſum conteſtatus. Et, vt rectè adiungit D. Chryſoſt. fortè mea beneuolentia, hanc illi cædem peperit; & tu cùm non poſſes mecum pugnare, in illum effudiſti furorem. Vbi eſt Abel? Ille, inquã, primus in orbe iuſtus, quem ideo, quia iuſtum impius tu iniuſtè occidiſti. Bene Tertul. *lib. aduerſus Gnoſticos, c. 8.* à primordio iuſtitia vim patitur, ſtatim, vt coli Deus cœpit, inuidiam religio ſortita eſt. Qui Deo placuerat occiditur, & quidem à fratre, quo procliuiùs impietas alienum ſanguinem inſectaretur, à ſuo auſpicata. Vbi eſt Abel frater tuus? Vehementer aculeatur Cain illis verbis, *frater tuus.* Tertul. *lib. de monog. cap. 4.* expendit: Vbi primum ſcelus homicidium in fratricidio dedicatum. O abominabilem manum (inquit Chryſoſt.) ô audacem mentem, & abominabilem; quomodo non obduruit manus? quomodo potuit tenere gladium, & intentare plagam? quomodo non cogitauit naturam? fratrem occidit, fratrem eodem natum vtero vidit expiraſſe? &c. Ad ſummam exaggerationem piaculi: quo ſe ac ſuam naſcentem Romam ille contaminauit, dictum à Poëta eſt,

*Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.*

Sed ad terræ ipſius vniuerſæ adhuc ſuo quaſi latentis incunabulo, infelicitatem prorſus tragicam dicere verius poſſumus; fraterno primum rubefacta eſt terra cruore. Hæc ſunt opera Caini omnium reproborum ducis, qui primus, & gehennæ portas reſerauit, & flammarum ſenſit incendia. Ab hoc fraternæ inuidiæ, rixæ, odia cædes emanarunt. Quare optimè in hanc ſententiam D. Cyprian. *tract. 5. de ſimplicitate prælatorum*; Non ad Cain munera reſpexit Deus, neque enim habere pacatum Deum poterat, qui cum fratre pacem per zeli diſcordiam non habebat. Videtur ſanctiſſimus Pater arbitrari, iam ante oblationes ſuas rixari ſolitum Cainum cum Abele, & ob animum ſeditioſum, ſuorum munerum repulſam à Deo paſſum fuiſſe. Addit Cyprianus. Quod alicui fortaſſe nimio zelo dictum per hyperbolem videatur. Quam ſibi (inquiens) igitur pacem promittunt inimici fratrum? tales etiamſi occiſi in confeſſione nominis fuerint, macula iſta nec ſanguine abluitur, cùm inexpiabilis & grauis culpa diſcordiæ nec paſſione purgatur. Eſſe martyr non poteſt, qui in Eccleſia non eſt; ad regnum peruenire non poterit, qui eam, quæ regnatura eſt, derelinquit, pacem nobis Chriſtus dedit, concordes atque vnanimes eſſe præcepit; exhibere ſe non poteſt martyrem, qui fraternam non tenuit caritatem. Occidi talis poteſt, coronari non poteſt. Malum hoc fideliſſimi fratres iam pridem cœperat, ſed nunc creuit eiuſdem mali infeſta clades, & ſurgere, & pullulare plus cœpit enenata pernicies; quia & ſic in occaſum mundi oportebat (intellige dictum Domini, tunc refrigeſcet caritas.) Hæc Cyprianus. Quod verius de noſtro ſeculo

*Sacerdotij Chriſtiani excellentia.*

S. Chryſ. *Abelis mors exaggeratur.*

Tertull.

*Impietas à parricidio auſpicata.*

Tertull.

S. Chryſ.

*Sanguis primus effuſus fratris à fratre.*

S. Cyprian.

*Irati in fratrem reſpuit Deus munera.*

*Diſcordia martyrium impedit.*

ſeculo aſtruere poſſumus; in quo non multorum, ſed penè omnium caritas; non frigida tantùm, ſed propè nulla (vt quæ litibus, rixis, odiis, bellis lacerata, & ſepulta ſit) vel inter ipſos Chriſtianos apparet. Aduertas tamen quæſo in hyperbole S. Cypr. ſententia quænam ſit concors inter Theologos. videlicet non poſſe non eſſe martyrem, & in gratia Dei mori, qui pro Chriſti fide mortem oppetit. Quare licèt ad illam vſque horam in odio, aliove lethali eſſet peccato; raptus tamen ad martyrium, vel pœnitentiam aget contritus; vel caritate Dei ſuper omnia præteritum ſcelus expiabit.

*Fratrum concordia rara, aut nulla nunc eſt.*

4. Porrò autem ex aduerſo Dei filius Chriſtus Ieſus, nihil nec frequentiùs, nec maiori verborum pondere commendauit hominibus, quos ſibi fratres fecit, ac vocauit, quam fraternam & mutuam caritatem. *Hæc mando* (inquit) *vobis, vt diligatis inuicem*, Ion. 13. Vnde D. Cyprian. *ſerm. de zelo, & liuore*, rectè ait; Meminiſſe debemus quo vocabulo Chriſtus plebem ſuam appellet, quo titulo gregem ſuum nuncupet, oues nominat, vt innocentia Chriſtiana ouibus æquetur; agnos vocat, vt agnorum naturam ſimplicem. ſimplicitas mentis imitetur. Quid ſub veſte ouium lupus latitat? qui gregem Chriſti, qui Chriſtianum ſe mentitur, infamat? Ideo Paulus cùm pacis & caritatis merita depromeret, aſſeuerauit firmiter, nec fidem ſibi, nec eleemoſynas, nec paſſionem quoque ipſam confeſſionis & martyrij profuturam, niſi caritatis fœdera integra atque inuiolata ſeruaſſet, 1. *Corinth.* 13. D. Auguſt. *Epiſt.* 503. lamétatur diſcordias inter ſe Chriſtiani populi. A militibus (ait) non eſt diuiſa veſtis pendentis in cruce, & à nobis dilaceratur ſacramentum ſedentis in cælo. Pacem & concordiam Chriſtianæ veritatis vocat ſacramétum Chriſti. *Gratia vobis, & pax multiplicetur*, ait Apoſtolus. D. Hieron. *Epiſt.* 83. expendit illud, *multiplicetur*, quo ſignificat Apoſtolus vehementer ſe percupere, vt non qualicunque, ſed magna, multiplici, iugi, copioſaq; inter nos mutuò fruamur pace; atque vtinam nunquam capax fuerit diſcordiis ingruentibus diſrupta. Saltem ergo diſciſſam pacem reficiamus, ac renouemus. Audi Ethnicum Philoſophum Non eſt dubium, quin felicior ſit nunquam laceſſita pax, quàm multo reparata ſanguine. Profectò ſi meminerimus ex Chriſtiana nomenclatura oues nos eſſe in vno grege, vnis in caulis, ſub vno paſtore, cui demandatum à Domino eſt: Paſce oues meas, paſce agnos meos, *Ioan.* 21. Remis (vt aiũt) & velis diſcordiam refugientes, in vinculo pacis colligati eſſemus, vnum cor & anima vna; cáque (vt aiebat Abigail 1. *Reg.* 25.) cuſtodia quaſi in faſciculo viuentium. Ac mille quidem in blando illo, ac dulci ouium nomine caritatis Chriſtianæ commendantur documenta: illud hic vnum, quod à D. Ambroſ. memoratur, apponam. Cùm ex ſua, quæ communis eſt Patrum, interpretatione oſtendat populum Iudaicum pullo aſinæ, Chriſtianum verò, ouibus & agnis ſignificari; concludit ad hunc modum *lib.* 2. *Cain & Abel*, *cap.* 2. Dicitur Exod. 13. *Partum aſinæ mutabis oue*; aſina laborioſum animal eſt, ouis fructuoſum. Omnem igitur tuum laborem puro & ſimplici commeodabis affectu. Hæc Ambroſ. Vnde colliges ſtolido huic animanti ſimilem eſſe Chriſtianum, qui laboribus, atque afflictionibus ſponte ſuſceptis, carnem macerat, aliíſque pietatis operibus curam & ſtudium impendit, nec tamen officia caritatis exercet, imò in proximorum ac fratrum odiis totus efferatur. Heus tu, quiſquis es, non lupos, non aſinos, ſed agnos, & oues Petrus hic regit, & in cælum ſuſcipit.

*Ioan. 13.* *S. Cyprian.* *Chriſtiana caritas commendatur.* *1. Cor. 13.* *S. Auguſt.* *1. Petr. 1.* *Seneca.* *Ioan. 21.* *Caritas & pax propria Chriſtianorum.* *1. Reg. 25.* *S. Ambroſ.* *Exod. 13.* *Sine caritate nihil alia proſunt.*

5. *Qui reſpondit, neſcio; num cuſtos fratris mei ſum ego?* Mendax, impius, ac ferus Cain, qui ſic Deo reſpondet: Neſcio. Ecce mendacium impudentiſſimum. Occidit fratrem, & dicit neſcire ſe vbi ſit, quidve de illo actum. Impietas ſumma, cùm negat Deo, quaſi Deum latere putet quæ aguntur, quantumuis abdita, & abſtruſa: ſumma etiam cum impietate, irreuerentia diuini Numinis, cùm indignabundus effutit: Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? ſumma inhumanitas, ac feritas animi, cùm & cuſtodiam, & curam, & affectum fratris exuiſſe ſe, & abieciſſe profitetur. Quaſi dixerit: Mea non intereſt fratris cura; nec fratrem, quid ſibi eſſe velit, agnoſco. Meipſum curo, tueor, & cuſtodio ſolum. D. Ambroſ. *lib.* 2. *de Cain & Abel*, *cap.* 9. ſic expendit hanc parricidæ reſponſionem. Etſi contumaciam prodat hic ſermo, ſonat tamen, quia ſi bonum fratrem conſideraſſet, cuſtos debuit eſſe pietatis. Quem enim magis, quàm fratrem ſeruare debuerat? Sed quomodo germanitatis ſeruaret officium, qui neceſſitudinis non agnouiſſet affectum? aut quomodo fieri poſſet, vt naturæ obedientiam deferret, qui Deo reuerentiam non exhiberet? Negat primùm quaſi apud ignorantem; recuſat fraternæ munus cuſtodiæ, quaſi exors naturæ. declinat iudicem, quaſi liber arbitrij. Quid miraris ſi pietatem non agnouit, qui non agnouit autorem? Cur neſcis, vbi eſt frater tuus? ſoli eratis, cum duobus parentibus, inter paucos frater te latere non debuit. An quia parentes tui accuſatores eſſe non poſſunt? nolo enim, vt ea neceſſitudo, quæ eſt autor ſalutis, fiat autor periculi: in te ſolo leges ſuas natura amiſerit. Ideo ergo putas crimen latere, quia parentes accuſare non debent. Sed eo maior eſt condemnatio tua. Nam ſi cara neceſſitudinis nomina accuſare non debent, multo magis non debent occidere. Soli eratis, quis eum potuit alter occidere? Si accuſas parentes, parricidam probas. Potuit fratrem occidere, qui non parcit parentibus. Potuit parricida eſſe, qui de parricidis ſe ortum probare deſiderat. Hæc Ambroſ. quibus nihil elegantius, ac ſubtilius. Neſcio. Vox Cain, & multorum. Sed nihilominus homo & Rex erat ille, qui dicebat: *Labia mea non prohibebo: Domine ſciſti*, Pſalm. 35. Nota, *non prohibebo*. quaſi conceptum ipſum animo peccatum erumpere foras nitatur, vti vlcus cum collecta iam ſanie maturum: at infelix peccator appoſitis timoris ac pudoris obicibus labia ipſa occludat, linguam comprimat, vocem intercludat; ne per confeſſionem peccati vlcus diſrumpatur, ſaniémque exhauriat. Domine tu ſciſti; quaſi dicat, incaſſum dixiſſem, neſcio, quando tu ſciſti: tuos offendi oculos, cùm ſcelus admiſi; vereri debuiſſem tuum conſpectum. Ergo confiteor, quod tu vidiſti, ac ſciſti, vt confeſſione ipſa veniam impetrem. Neſcio. Grauius hoc peccatum, quàm fratricidium arbitratur Procop. Declarat enim (inquiens) ſe impia ſentire de Deo, quaſi oculus Dei non vbique præſtò ſit, & omnia inſpiciat.

*Caini reſponſio perſtringitur.* *S. Ambroſ.* *Pſal. 35.* *Confitenda ſunt crimina* *Procop.*

6. D. Bern. *ſerm. in Natiuit. Ioan. Baptiſt.* de pio proximorum zelo diſſerens, ſic ad hunc locum reſpicit. Ferueat in nobis zelus, ferueat amor iuſtitiæ, odium iniquitatis. Nemo vitia palpet.

*S. Bernard.*

*Zelus iuſtitiæ commendatur.*

peccata diſſimulet nemo; nemo dicat: Nunquid A cuſtos fratris mei ſum ego? Nemo quod ille eſt, æquanimiter ferat, cum videtit ordinẽ deperire, minui diſciplinã. Eſt enim conſentire ſilere cùm arguere poſſis. Et ſcimus quia ſimilis pœna facientes maneat, & conſentientes. Digna Caino, hoc eſt, mortalium ſceleratiſſimo reſponſio, nimirum impudentiſſima, & impiiſſima: Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Quid ergo dixerim de illo, qui non modo cuſtos non eſt fratris ſui, ſed fratri ſcandalo eſt, & ruinæ? *Væ mundo à ſcandalis*: clamat Dominus Matth. 18. *Qui ſcandalizauerit, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria ad collum eius: & demergatur in profundum maris*, ibid. B Ad quem locum S. Ambr. *ſerm.* 10. Cur ſcandalizantibus iſta pœna data eſt? Quaſi non ſufficeret in mare homini demergendo ſaxum qualecunque non magnũ, aut enorme, ſed molæ aſinariæ lapis ei religetur ad collum, vt cũ perituro homine, pereat res vſui neceſſaria. Itaq; iuxta Ambr. ita peſtilens eſt, qui aliis ſcandalum præbet, vt etiam ipſa mola, quæ ad illius collũ alligatur, in profundum demergi neceſſe ſit, ne ex contagio, quod à collo ſcandalizantis contraxit, mundum ipſum inficiat. Quid autem ſit ſcandalum, ita definitur a Tertul. *lib. de virg. vel. cap.* 3. ſcandalum non bonæ rei, ſed malæ exemplum eſt, ædificans ad delictum. Bonæ res neminem ſcandalizant, C niſi malam mentem. Digna ſanè Bernardo illa ſententia. Libenter carebo quanti libet etiam ſpirituali quæſtu, qui non poſſit acquiri niſi cum ſcandalo, *Epiſtol.* 82. Quid verò fieri oporteat, in religioſorum familiis, de iis, qui ſcandalo ſunt aliis, egregiè idem Bernard. ſtatuit *ſerm.* 2. *de ſancto Michaele.* Ad calcem huius ſectionis expendi oportet primum filiorum Adami Cainum extitiſſe, qui peccatum originale contraxerit, ac ſubinde ex iſta infauſta radice pullulaſſe in primis duo hæc flagitia, impietatem erga Deum, cui malè obtulit, & odiu parricidale in fratrem, cui mortem intulit. Quemadmodum è contrario finis diuinæ legis eſt dilectio erga Deum, & erga D proximos. A matre prima peccatrice morbum illum deteſtabilem hauſimus omnes, illa ſola excepta eſt cum filio ſuo, quæ ipſam vitam, ſolutem & caritatẽ Dei peperit. de qua Pſal. 45. dicitur, *Adiuuabit eam Deus mane diluculo, Deus in medio eius non commouebitur.* Nimirum mane diluculo, ipſo primo inſtanti, quo concepta vitam habuit, diuino eſt præſidio adiuta, ne caderet in originale crimen. Alij enim, inquit S. Bona. poſt caſum erecti ſunt, Virgo autem ſuſtentata eſt ne caderet. Igitur immunis a primigenia illa macula Virgo puriſſima Dei manibus ſublata caritatem accepit admirabilem, vt ipſa conteſtatur. *Introduxit* (inquiens) *me rex in cellam vinariã, ordinauit in me caritatem*, Cant. 2. Sed ius eſt: in ipſam Deitatem, ac bonorum omnium abyſſum à Deo ſuit E introducta, & de plenitudine eius plenitudinem accepit, vt in omnes ſubinde reflueret. Maximè verò (vt bene interpretatur Gulhelm.) cu virgo Deum corporaliter cõcepit, tantam in ſeipſa de calore ſuperuenientis in ſe Spiritus ſancti, flammam p[...] conce[...]t, quantam capere poterat puri hominis modus. Sic ille. Ordinata eſt igitur in Virgine caritas, vt prim[...] & nobis incõ[...] Deum dil[...]eret, de[...] verò homines puriſſimo & ardentiſſimo amore tanquam mater filios proſequeretur. O ſi vel [...] nobis inſidere flamma caritatis à Matre Virgine, vt Deum ſuper omnia, & proximos ſicut nos

*Scandalum peſtiferũ.*
Matth. 18.

S. Ambr.

*Scandali deſcriptio.*
Tertull.

S. Bernard.

*B. Maria originalis culpæ fuit immunis.*

Pſal. 45.

S. Bonauẽt.

Cant. 2.

*B. Maria gratia, & caritate plena.*
Guilh.

metipſos (quod Dei lex præſcribit) diligeremus.

---

## SECTIO X.

*Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.*

1. OPtimè ad hunc locum ita exorditur S. Chryſoſt. Magna huius verbi emphaſis. Quare hoc operatus es? quare feciſti hoc facinus? abominabile opus, factũ inexcuſabile, inſaniam intolerabilem, cædem nouam & rarã iam primum hominum vitæ tua dextera iniectam? Ita Chryſoſt. Neque mirum videri debet tam execrabile parricidium conſideranti, à quo inſtigatus fuerit tanti ſceleris patrator Cain, ſcilicet ab ipſo diabolo humanum ſanguinem & interitum inexplebiliter ſitiente. Tertul. *lib. de patientia, cap.* 5. refert hoc facinus ad impatientiam, quam vocat matricem omnium ſcelerũ. Homo (inquit) terræ datus, & ab oculis Dei electus facile vſurpari ab impatiẽtia cœpit in omne quod Deũ offenderet. Nam ſtatim illa ſemine diaboli concepta, malitiæ fœcunditate iram filium C procreauit: editum ſuis artibus erudiit. Quod enim ipſum Adam & Euã morti immerſerat, docuit & filium ab homicidio incipere. Fruſtrà iſtud impatientiæ adſcripſerim, ſi Cain ille primus homicida, & primus fratricida oblationes ſuas a Domino recuſatas æquanimiter nec impatienter tulit. ſi iratus fratri ſuo non eſt, ſi neminem denique interemit. Cum enim nec occidere potuerit niſi iratus, nec iraſci niſi impatiens demonſtrat, quod per illam geſſit, ad eam referendum, a qua ira ſuggeſta eſt, per hæc impatiẽtiæ tunc infantis, quodammodo incunabula. Cæterum quanta mox incrementa? nec mirũ. Nam ſi prima deliquit, conſequens eſt, vt quia prima, ideirco, & ſola ſit matrix in omne delictum, defundens de ſuo fonte varias criminum venas. D Hæc Tertul. ferina planè ſæuitia illius, qui hominem occidit. Audi quid de homicidis regius Vates dicat: *Fiat habitatio eorũ deſerta, & in tabernaculis eorũ non ſit, qui inhabitet*, Pſal. 68. Deinde rationẽ ſubiicit diuinæ vindictæ: *quoniam quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt.* Vbi D. Aug. Mortales homines cum pœna naſcuntur: huic pœnæ addunt, quicunque hominem fuerint perſecuti. Iam enim hic homo moriturus non eſſet, niſi illum Deus percuſſiſſet: *Quacunque die comederis, morte morieris.* Quid ergo tu homo ſæuis ampliùs? parúmne homini eſt, quòd aliquando moriturus eſt? Sic Aug. Exod. 21. præcepit Dominus: *Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur.* E *Si autem non eſt inſidiatus, ſed Deus tradidit illũ in manus eius, conſtituam tibi locum, in quem fugere debeat.* In primis ergo voluntarium homicidium, vt vocant, de propoſito & induſtria commiſſum morte mulctandum iubet: verendúmque amplius eſt, ne ſimiliter morte ſempiterna condemnatus eſſe dicatur homicida. Euidenter enim Ioan. 1. cap. 3. idipſum videtur cõteſtari cum ait, *Scimus quoniã omnis homicida nõ habet vitam æternam in ſe manentem.* Ex quibus verbis, [...] infallibile ſignum damnationis æternæ eruitur, at certè ingens in ſalute cõſequenda difficultas. Quod innuit Gloſſa, cùm ſubiicit. Quia in perpetuum cùm Cain damnabitur, qui homicidium

S. Chryſ.
*Caini facinus expenditur.*

Tertullian.

*Impatientia quam ſit exitialis.*

Pſal. 68.
*Homicidium damnatur.*
S. Auguſt.

Exod. 21.

1. Ioan. 3.
*Homicidium reprobationis ſignum.*

Gloſſa.

ſidium committit. Circa partem alteram vbi de homicidio agitur inuoluntario, pulchra eſt obſeruatio Theodoreti, *quæſt. 47. in Exod.* Theod. Quæſit autem: Qua de cauſa iuſſit Dominus eum fugere qui inuitus homicidium admiſit? Reſpondet: Quia mederi voluit eorum animis ad cædem propenſis. Inſtruens illos, quòd ſi ſcelus præter voluntatem admiſſum quempiam reum conſtituit: multo magis ille ſupplicio dignus eſt, qui delitа opera cædem admiſerit. Fuga quoque eius, qui interficit, mitigat iram cognatorum occiſi viri. Sic Theod. Adiungit ibidem Dominus: Exod. 21. *Si bos cornu percuſſerit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedentur carnes eius.* Theod. Theodor. *quæſt. 49* aſſignat optimam huius ſtatuti rationem. Vt ex animabilus (inquit) irrationabilibus doceat homines rationales, quàm graue ſcelus habeatur homicidium. Sic ille. Mirum eſt quod Dauid moriens Salomoni filio demandauerit de Ioab, qui interfecit duos viros meliores ſe: *Non deduces caniciem eius pacificè ad inferos*, 3. Reg. 20. Ioab pietas, & mors. 3. Reg. 20. Ergo Ioab in domo Domini, quò cõfugerat, apprehendit cornu altaris dicens: Non egrediar, ſed hic moriar; iuſſu regis peremptus eſt. Propter quam pietatem, & xenodochium, quod in domo ſua conſtruxerat ad curandos alendóſque pauperes, tradunt Hebræi ſalutem animæ fuiſſe Ioab conſecutum. Ita Lyra. Lyra. Vide, ſi Ioab ſaluus tandem fuit hominum homicida, quam multis opus habuit remediis vt expiaret homicidia, & ſalutem conſequeretur: ſcilicet miſericordia in pauperes, & pietate in Deum, cuius ad altare quaſi hoſtia pro peccatis ſuis voluit immolari.

5. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.*] Hebr. קול דמי אחיך צעקים *quol deme achicha coghaquim*. vox ſanguinum fratris tui clamantium. Chald. legit: Vox ſanguinis generationum, quæ futuræ erant ſuccedere, de fratre tuo clamãt coram me de terra. Cæterùm fabula videtur doctis viris iſta Chaldæi alluſio ad liberos, quos Abel habiturus eſſet, ſi viueret. Quod tamen à Lyra, Caiet. Carthuſ. Bened. Perer. ab aliiſque referunt quidem, nec refellitur tamen. Illud aduerterim; ſi Abelis filij & poſteri, qui futuri eſſent, nec tamẽ vnquam fuerunt, dicuntur vindictam Numinis clamoribus imprecari Caino, qui obtruncauit Abelem parentem futurum; quam quæſo vim cælo inferent ad vltionem ſumendam liberi, & Orfani contra patris homicidam. fortè pupilli atque implumes, orfani, omni ope deſtituti, qui parentem lugent à ſicario aliquo interemptum? Melius referes, ſi myſteriō in hoc plurali agnoſces, ad ſingulas fraterni ſanguinis guttulas, quas omnes Dominus in numerato habet, vt Abeli pro omnibus, innumera reddat præmia. Pſal 55. Sic illud Pſal. 55. *vitam meam annuntiaui tibi, poſuiſti lacrymas meas in cõſpectu tuo.* Vitã meam, Hebraicè נדי *nodi*, motionem meam; LXX. transmigrationes, varietates, labores. Annõtiaui tibi, Hebraicè ספרתה אתה *ſaphartaattah*, numeraſti tu, in ſecunda ſcilicet perſona. Significatur (ait Caiet.) Caiet. cura Dei circa fugã Dauid numerando quæque loca, & latibula eiuſdem in hac fuga. Deinde lacrymæ Dauidis ad Deum effuſæ ne perirent, aut in vtre (vt vertunt aliqui) reponebantur, aut in librum (legunt alij) Domini referebantur in ſempiternam memoriam. Dei ſollicitudo pro afflictis. Nec inaudita videri debet hæc Dei ſollicitudo, cùm & noſtri capitis capilli omnes ab illo numerati Matth. 10. ſint, *Matth. cap.* 10. quod quidem (vt colligit S.

A Hieron.) immenſam Dei erga homines oſtendit S. Hieron. prouidentiam, & ineffabilem ſignat affectum. Cæterùm non videtur contineri myſterium in hoc numero plurali quo vtitur Hæbræa lingua, vſurpans ſanguines pro ſanguine: vt etiam participium præſentis tẽporis pro ipſo verbo eiuſdem temporis, quo carent, hîc ponitur. Redditq; poteſt ad verbum: Vox, aut voce, ſanguines fratris tui clamantes, aut clamare facientes. Poteſt Sanguis mul-tus Abelis clamat. nihilominus intelligi eo loquendi modo ingens quædã effuſio ſanguinis; qui ex vulnere, vel potiùs vulneribus multis, atq; ingentibus emanauit. Vox ſanguinis fratris tui clamat, &c. vt bene obſeruat S. Ambr. *ſerm.* 76. S. Ambr. Clamare dicitur ſanguis, qui innocens effuſus eſt, non tam voce, quã B cauſa. Sic ille. Deinde hic ſanguinis clamor celerem & atrocem in conſpectu Dei vindictam vehementer expoſtulat. Sic enim dicitur peccatum clamare ad Deum: Quare vox ſanguinis, &c. idẽ eſt, atque parricidium tuum, tua in fratre interimẽdo inhumanitas, cædes ipſa clamat, vindictã à Deo expoſcit aduersùs te, ô Cain! Eleganter D. S. Ambr. Ambroſ. hunc locum ſic expendit. Vox ſanguinis, &c. Non dixit, de fratris clamat corpore, ſed de terra clamat. Et ſi frater parcit, terra non parcit; ſi frater tacet, terra condemnat. Ipſa eſt in te teſtis, & iudex. Teſtis acrior, quæ adhuc parricidij Terra vindictam de Cain expoſcit. tui ſanguine madet. Iudex aſperior, quæ tanto C ſcelere coinquinata eſt, vt aperiret os ſuũ, & reciperet ſanguinem fratris tui de manu tua. Et illa quidem aperuit os ſuum, quaſi acceptura de fratribus verba pietatis; nihil timẽs cum fratres videret, quæ ſciret ius germanitatis, amoris incentiuum eſſe, non odij: nam quomodo poterat parricidium ſuſpectare, quæ adhuc non viderat homicidium? ſed tu effudiſti ſanguinem, cuius dolens ipſa contagium non augebit virtutem ſuam dare tibi. Non mediocre etiam dogma quod ait: Vox ſanguinis fratris tui ad me clamat; quia Deus iuſtos ſuos audit etiam mortuos, quoniam Iuſti poſt mortem Deo viuunt. Deo viuunt. Et meritò pro viuentibus habentur, quia etiamſi corporis guſtauerint mortẽ, vitã tamen incorpoream capiunt, & illuminantur ſuo- D rum ſplendore meritorum, luce quoque fruũtur æterna. Sic Ambroſ. Cuius quot verba, tot ſententiæ contra Caini parricidalem inhumanitatẽ, & pro commendanda fratrum concordia, & iuſtorum funeribus celebrandis. Procop. Sanguis Procop. (inquit) hoc loco pro anima accipi poteſt veriſſi- Apoc. 6. mè. Nam Deus exaudit ſanctos, & ſi mortui fuerint, eos immortalem vitam viuere præſumẽdo. Verùm malorum preces repudiat, etiamſi adhuc fuerint incolumes, indicans eos planè excidiſſe immortali vita, & eſſe mortuos, licèt ſibi viuere videantur. Sic ille.

3. Conſimilis huic locus ille Apocal. 6. vbi Ioan. *Vidi ſubtus altare animas interfectorum pro-* E *pter verbum Dei, & clamabant voce magna, dicentes: Vſquequo Domine non vindicas ſanguinem noſtrum,* &c. cuius loci melior & ſanior Patrũ interpre- Animæ martyrum clamant. tatio ſic habet: Animæ ſanctorum martyrum, quæ Dei viſione iam perfruuntur in cælis vehementer deſiderant. Clamor enim illarum, vt explicat Haym. Haym. deſideriũ ipſarum eſt, & tanto magis clamat, quanto magis deſiderio flagrant. Eadẽ eſt expoſitio D. Greg. D. Greg. 2. *moral. cap.* 6. *& ſuper* 1. *Reg. cap.* 6. Sed quid clamant, quid deſiderãt? Vindica ſanguinem, &c. Vindictam nimirũ ſui ſanguinis. Sic enim ait D. Aug. S. Auguſt. *ſer.* 39. *de tẽpore*: Sãcti ſe vindicari cũ petunt, non cõtra ipſos homines,

ſed

ſed contra regnum peccati petunt, quo regnante tanta illi perpeſſi ſunt. D. Ambroſ. Diem (inquit) vltimum deſiderãt, in quo & corpora, & mercedem plenam laborum ſuorum à Domino percipiẽt. Quid ſub altari? Richar. & S. Ambroſ. intelligunt Chriſtum Dominum, ſub quo, tanquã ſub capite membra, ſancti martyres clamãt. D. Aug. Eccleſiã ipſam Dei interpretatur. Sub cuius (ait) oculis martyres interfecti ſunt tamen quia ſanguis eorum ſuper terra funditur, ſub ara clamare dicũtur. Sicut ſanguis fratris tui clamat ad me de terra *Geneſ. 4.* Aduerte hic quã pretioſa ſit in cõſpectu Domini mors ſãctorũ eius, *Pſ. 115.* Moriũtur quidẽ mundo, ſed viuunt Deo, imò & mortui viuunt mundo, nec enim Deus eſt mortuorũ, ſed viuentiũ, cum quo ipſi regnant in cœleſti patria. Atq; adeò quod ſummoꝛe admirandũ eſt, etiam ipſorũ ſanguines, minutiſſimæ quæque ſanguinis guttæ, non viuunt modò, ſed clamant, & tam validis clamoribus, vt cælos penetrent, Dei cõplẽt aures, quod tamen de ſanguine iuſtorũ adhuc in terra viuentium, nõ ita ſcriptum reperies. *Nõ ſic impij, non ſic, ſed tanquã puluis, quẽ proiicit ventus à facie terræ,* Pſ. 1. *Periit memoria eorũ cũ ſonitu,* Pſ. 9. Audi D. Ambr. Nõ mediocre etiam dogma, quod ait, vox ſãguinis fratris tui clamat ad me de terra. Iuſtorum ergo audit, & ſanguinem: auertit ſe autem à precibus impiorum, quoniam etiãſi videantur viuere, miſeriores tamen ſunt omnibus mortuis carnẽ ſuã ſicut tumulũ circumferentes, cui infelicem infoderũt animam ſuã, quid enim aliud eſt, quàm ſepulta, quę intra humũ voluitur, & terrenæ auaritiæ cupiditatibus, cæteriſq; vitiis includitur, vt gratiæ cæleſtis auram ſpirare non poſſit? Sic Ambr. Viuunt igitur ſancti apud Deũ in cælo, & in terra apud homines, qui illorũ reliquias, ſacras imagines, & templa ritè ſanctéque vucãtur. De quo fidei orthodoxæ articulo doctè atque eleganter ſcribit S. Ioan. Damaſc. *lib. 4. orth. fid. c. 16.* pauca tantùm colligã. Honorãdi (inquit) à nobis ſunt ſancti, tẽpla & tabernacula Dei animata. Fontes nobis ſalutares Chriſtus Dominus præbuit ſanctorum reliquias, multimoda beneficia ſcaturiẽtes, vnguentum ſuauitatis emanãtes, & nullus diſcrepat. Si enim ex rupe & ſaxo aqua proſiluit volẽte Deo, ex martyrum reliquiis vnguentũ ſuaue olens emanare incredibile eſt? Eos non mortuos appellamus. mortuũ enim corpus quomodo miracula operari poteſt? omne donũ à Patre luminum per eos iis qui firma fide petunt, deſcẽdit. Adiutores ergo totius generis Deo pro nobis ſupplicationes porrigentes certè honorãdi ſunt. tẽpla à nobis erigenda ſunt in ipſorũ nomine. ſtatuas illis erigamus, & viſibiles imagines. Et noſipſi animatæ ſtatuæ, & imagines ipſorum, virtutũ imitatione efficiamur. Hęc Damaſc. Quid ais hæretice? nõ te pudet Dei ſãctis, imò & Deo, Deiq; matri bellum indictũ habere? D. Paul. 12. *ad Hebræos* oſtendens felicitatem legis gratiæ dicit, nos acceſſiſſe ad ſanguinis aſperſionẽ, melius loquentem, quam Abel. Declarat D. Th. quia ſanguis Abel clamat vindictam, ſed ſanguis Chriſti clamat veniã: *Pater ignoſce illis,* Luc. 23. *Pro tranſgreſſoribus orauit,* Iſ. 53. *Hic eſt ſãguis noui Teſtamẽti, qui pro multis effundetur in remiſſionẽ peccatorũ,* Matth. 26. Vel meliùs loquentẽ; ideſt, meliùs loqui facientẽ, quia ſanguis Chriſti facit nos loqui Chriſtũ verum Deum iuſtificantẽ. Sic Th. Iob ex perſona Chriſti aiebat, *Terra ne operias ſanguinẽ meũ, nec inueniat in te latẽdi locũ clamor meus.* Quẽ locũ ita explanat D. Greg. 13. *moral. c.* 12. Ipſe ſãguinis redẽptionis, qui ſumitur, clamor noſtri redẽptoris eſt. Melius loquitur ſanguis Ieſu, quam Abel: quia ſanguis Abel mortẽ fratricidæ petiit, ſanguis autẽ Domini vitã perſecutoribus impetrauit. Locum latendi clamor eius in nobis inuenit, ſi hoc quod mẽs credidit, lingua tacet. Sed ne in nobis clamor eius lateat, reſtat, vt vnuſquiſque iuxta modulum ſuum viuificationis ſuæ myſterium proximis innoteſcat. Ita Gregor.

*Rich.* *S. Ambroſ.* *S. Aug.* *Geneſ. 4.* *Pſal. 115.* *Pſal. 1.* *Pſal. 9.* *S. Ambr.* *S. Ioan. Damaſc.* *Ad Hebr. 12.* *D. Thom.* *Sanguis Chriſti quomodo clamat.* *Luc. 23.* *Iſai 53.* *Matth. 26.* *Iob. 16.* *S. Gregor.* *Zelus animarum neceſſarius.*

4. Nota hunc locum pro concionatoribus, quorum munus eſt prædicare Chriſtum, & hũc crucifixum. Nihil tam frequenti, acri, ac vehementi ſtudio verſare, & inculcare debent, quam Domini Ieſu paſſionem, cuius in figura Raab ad feneſtram appẽdit coccineum filum De quo ſic D. Ambroſ. *lib. 5. de fide, c. 5.* Quæ in excidio ciuitatis remedia deſperaret ſalutis, quia fides vicerat, ſigna fidei, atque vexilla dominicæ paſſionis attollens coccum in feneſtra ligauit; vt ſpecies cruoris myſtici, quæ foret mundum redemptura, vernaret. Ita foris Ieſus nomen fuit prælĩantibus ad victoriam, intus ſpecies dominicæ paſſionis periclitantibus ad ſalutem. Sic Ambroſ. Rubeſcat ergo vox, totúmq; os in concionatore Chriſti Domini ſanguine; hęc eſt enim illa oris venuſtas, quam tãtopere cõmendabat in ſponſa diuinus Spirit9, Cãt. 1. *Sicut vitta coccinea labia tua.* Sed præcipuè de beata Virgine Dei matre intelligitur hic locus Vitta coccinea in labiis Deiparæ ſilentium admirabile illi9 ſignificat. *Maria enim cõſeruabat omnia verba hæc cõferens in corde ſuo,* dicitur Luc. 2. in corde ſcilicet, nõ in ore. Nec de diuinis etiam multum loquebatur, vt ſuo ſilentio loquacitatem Euæ cũ ſerpente expiaret, & virginibus eſſe exemplar ad imitandũ; cultus enim iuſtitiæ ſilentiũ, *Iſai. 32.* Deinde vitta coccinea in labiis virginis demonſtrat illius in loquendo gratiam. *Diffuſa eſt* enim (ait regius Vates Pſ. 44.) *gratia in labiis tuis.* Quis autem vnquã tam dulci fuit eloquio, quàm mater dulcedinis? Si ex abundantia cordis os loquitur, *Mat. 12.* quid poterat cor dulcedine Deitatis redundans eructare, niſi verbum dulce? Mater gratiæ quid in ore, ac labiis gratiã ſupereffuſam audientibus inſtillaret? Vitta coccinea in labiis ruborem, ac pudorem virgineũ cõteſtatur; qui tunc nitidior, & ſuauior, cũ (auctore D. Hier. *ſer. de Aſſũpt.*) felicia oſcula mater labiis imprimebat lactentibus infantuli Domini Ieſu. Denique tunc maximè vitta coccinea in labiis virginis rubuit, cũ ſtaret iuxta crucẽ Ieſu, mater eius, & defluẽti ea Filij vulneribus ſanguini velũ capitis, manus, os, & labia cũ incredibili dolore, ac reuerentia pariter admoueret. Denique diſertiſſimè D. Chryſ. expendit emphaſim iſtorũ verborum: *Vox ſanguinis,* &c. ſingula enim mirificè dolorem excitant, & aculeos infigunt in pectus Caini, ſi lapis non ſit, & amabilem illum ac dulciſſimum Abelem commẽdãt. Quaſi dicat Dominus: O Cain Abelem fratrẽ tuũ (vt D. Chryſ. *hom. 8. in Epiſt. ad Rom.* diſſerit) interfeciſti, quandoquidem mihi dilectũ videbas, capectãs à dilectione mea illũ exturbare? Extẽdi ego magis dilectionẽ meam erga illũ. Nõ enim tua inuidentia amorẽ meũ extinxiſti. Vox ſanguinis fratris tui, &c. Idem *in 13. ad Rom.* Hæc dicebat, vt viuidam adhuc illius ſedaret irã, perſuaderétq; ad diligẽdũ fratrẽ, etiam iam morte ſublatũ. Vt (inquit) fratris extinxiſti; vt quid non inimicitiam quoque iam deinceps extinguis? Itaque vt videtur, Dominus conatur pectus illud ferreum Caini emollire, vt poſito iracundiæ furore,

*Paſſio Domini prædicanda.* *Ioſue. 2.* *S. Ambroſ.* *Cantic. 1.* *B. Maria in ore vitta coccinea quid.* *Luc. 2.* *Iſai. 32.* *Pſalm. 44.* *Matth. 12.* *S. Hieron.* *S. Chryſoſt.* *S. Chryſ.*

quo

quo adhuc inſanit, ad ſe redeat; ſciat ſe fraterno madere ſanguine, ploret occiſum à ſe fratrem, amet extinctum, quem viuum oderat. Frater eſt adhuc Abel; extinctus ferro eſt, ſed fraternum nec amorem, nec numen exuit; non ille, ô ſcelestè, ac merebaris, tibi ſpecie terribili minabundus obſeruatur; non te vltricibus agitat furiis; clamat tantùm; imò nec ille, nec ipſius anima clamat, ſed ſanguis ipſe, quem tu fudiſti; nec verò ille, quo tuæ manus rubeſcunt, aut de tuo ferro diſtillat; ſed quem de plurimis, atque fœdiſſimis vulneribus ebullientem tellus ipſa miſerans, ac dolens excepit. Huius vox ſanguinis, ſed adhuc fratris tui, adhuc fraterno erga te amore incaleſcentis, non ad te, ſed ad me clamat; non tibi ſcelus exprobrat, non hoſtem arguit, non feram pronunciat; ſed meam appellat iuſtitiam, ſi te facti non pœniteat; miſericordiam implorat, ac veniam; ſi reſipiſcas, ſi doleas, ſi confitearis, vt delictum expies. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Addam quod ſubſcribit Dionyſ. Carth. Poſtremò per vocem ſanguinis Abel, quidam intelligunt parentes, & propinquos ipſius, qui eiuſdem ſanguinis ſecum fuerunt, & contra Cain clamauerunt ad Dominum, vel directè, vel occaſionaliter. Quia aut vltionem tanti criminis optauerunt, aut ex eorum planctu, dolore, ac gemitu Deus magis prouocatus fuit ad punitionem fratricidij Cain. Cæterùm ſenſus proprius eſt: manifeſtum eſt quod feciſti, quia ipſa effuſio ſanguinis fratris tui hoc indicat, & teſtatur, & quaſi contra te clamat, vltionem tuæ impietatis exigens à me. Sic Carthuſ. Non omittam, quę legi apud Clementem Alex. 4. *pædag. c. 6.* de allegoria ſymbolica ſanguinis cū verbo diuino: ſic ait: Verbum multis modis allegoricè dicitur, & cibus, & caro, & nutrimētum, & panis, & ſanguis, & lac. Omnia eſt Dominus, vt eo fruamur, qui in ipſum credidimus: quòd autem ſanguis ſit verbum, Abel iuſti ſanguis fert teſtimonium, qui Deum interpellat. Sanguis enim vocem nunquam emittet, niſi ſanguis verbum intelligatur. Vetus enim iuſtus typus eſt noui iuſti: & ſanguis vetus qui interpellat, pro nouo ſanguine interpellat. Deum autem alloquitur ſanguis, qui eſt verbum, quoniam ſignificauit Verbum, qui erat paſſurus. Sic ille. Itaque iuxta Clementem ſanguis Abel clamabat futurum Dei hominis ſanguinem; accerſens & vocans illum ad redemptionem mundi.

*Abel mitis, Cain ferus oſtenditur.* — *S. Dionyſ. Carth.* — *Clem. Alex.*

---

## SECTIO XI.

*Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos.*

s. HEbr. ועתה ארור אתה מן האדמה *veghattah arurattah min haadamah*, & nunc maledictus tu è terra, vel à terra ingenti afficitur pœna Cain: quoad viuet ipſe, & poſt mortem, quoad perdurabit orbis; atque adeò in omnem æternitatē; Cainus memorabitur ſceleſtiſſimus, parricida primus, & humani ſanguinis primus effuſor. in Cainum opprobria, imprecationes, atq; maledictiones omnium mortalium congerentur: & hoc quidem eſt maledictum eſſe à terra, ſcilicet ab iis, qui terram incolunt: hæc communior expoſitio. Neq; verò agnoſco hic hypallagen, quaſi terra ipſa, quā habitat, & colit Cain, maledicta ſit ob ſcelus ab ipſo patratum. Meritò autem non Adam ſed Cain maledicitur, huius enim delictum longè deteſtabilius extitit. Adamo (inquit D. Chryſoſt.) dictū eſt: Maledicta terra in opere tuo, & in terrā effuſa eſt maledictio, oſtenſa Dei in hominem cura. Hic verò, quia res pernicioſa, facinus iniquum: ipſe Cain pœnam luit. Maledictus tu de terra. Nam quia fermè eadem egit, quæ ſerpens, & quaſi organum ſeruiuit diabolo, & ſicut ille fraude & inuidia malitiam introduxit, ſic & hic ex inuidia decepit fratrem, & ad illius homicidiū proſiluit. Sic Chryſ. Graue quidem fuit facinus Dauidis, cùm Vriæ vxorem abſtulit, & vitam: fecitque eo delicto blaſphemari nomen Domini: cur igitur non occurrit è cælo Deus, inclamat: Maledictus tu Dauid è terra: quod tamen in Cain pronūciat? An quia ſanguis Vriæ vocem non habuit, vt clamaret, aut ſi vocē habuit, occludente terra meatus ſuos, & ſpiramenta, clamor forâs prodire, & in altum inſonare non potuit? Digna reſponſio diui Ambroſ. eſt: Meritò vox ſāguinis Abel iuſti clamauit ad Dominum, qui nullis Cain impij bonis operibus tegebatur, quia parricidalis erat, quia non confitebatur flagitium, ſed negabat. Dauid verò occiderat virum minimè reū, ſed occiderat non ſtudio crudelitatis impulſus, ſed vt obumbraret pudorem, tegeret verecundiam concupiſcentiæ. Non cruento fecit affectu, ſed vi tentationis inflexus eſt. Texit peccata ſua. Cùm ipſe doceret, quòd remittantur iniquitates, tegantur peccata, non imputentur à Domino. Peccatum remiſſum ſibi eſſe dixit: *Delictum meum ego cognoſco, & iniuſtitiā meam nō operui. Dixi: Pronunciabo aduerſū me iniuſtitiam meā Domino, & tu remiſiſti impietatē cordis mei*, Pſal. 31. Si dixit: Pronūciabo: & veniam meruit antequam pronunciaret: quanto magis, vbi de ſe pronunciauit, dicens: Iniquitatem meā ego cognoſco, remiſſum eſt ei omne delictum? ergo remiſſionem meruit iniquitatis, & texit caritate, atque operuit peccata ſua, texit operibus bonis. Nec imputatum eſt ei peccatum, quia non fuit in eo dolus malitiæ, improbitatis æſtus, ſed lapſus erroris. Dilexit multum, vt nimia caritate regere quęuis poſſet errorē. Hęc Ambr. *Apol. Dauid. c. 7.* Ex hac doctrina multa colligi poſſunt: atque in primis peccatum ex inuidia, fraude, crudelitate, odióque profectum, quale fuit Caini parricidium, valde irritare diuinam iuſtitiam, & quaſi ſublatis clamoribus vindictam expoſtulare: deinde peccatum ex fragilitate carnis, atque ex vehementi paſſione, & ad tuendam boni nominis famam, obuiandúmque ſcandalo puſillorum, occaſione ſuſceptum, non tam enorme, atque inexpiabile videri: præterea, quod caput eſt, vbi pœnitentia, cōfeſſio, caritas, bona opera ſuccedunt; & condonari, & tegi peccata quantumuis grauia: contrà verò vt in Caino, cuius opera maligna erant ſi nihil boni appareat, quo delictorum inclamantium voces opprimantur. Deo ipſo è cælo excitum accurrere, vt acerrimam expoſcat vindictam. Denique optimè animaduerſum eſt ab Ambroſ. quàm celeri venia Dauidi conceſſa, Deus apertè demonſtrarit, & ſuam in condonando clementiam, & pœnitentiæ noſtræ efficacitatem.

*Maledictus Cain, non Adam.* — *S. Chryſ.* — *Maledictus Cain, non Dauid.* — *S. Ambr.* — *Pſalm. 31.* — *Impœnitens irritat Dei iuſtitiam.* — *Pœnitentia efficacitas.*

1. *Maledictus tu à terra.* Peccator (ait Ambroſ. *lib. de Cain & Abel, cap. 9.*) à terra maledictus

*S. Ambr.*

dictus eſt, quæ eſt poſtrema, & infima pars mundi. Et quidem rectè, ac meritò: qui enim contra Deum vniuerſi vrbis conditorem peccando inſurgere auſus eſt, communis fit omnium creaturarum hoſtis, & quia in terra peccat in qua habitat, terra miris in eum maledictionibus inſurgit. Itaque ne terra quidem, toto in orbe infima patitur, quietum, ac lætum viuere, qui Deum ſui creatorem offendit. Vide quàm exitiale ſit peccatum. Sequitur: *Quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui,* Quo ſignificatur adeò crudele, & infandum parricidium illud extitiſſe: vt, vel ipſa tellus, inanime elementum, exhorruerit ad tam fœdum ſpectaculum, quod tamen edere Cainus non horruit: ergo ne pateat vllis vnquam oculis ſignum tam deteſtandi facinoris, tellus aperto hiatu ſanguinem omnem effuſum ebibit: occultatur (inquiunt) neſciatur, quòd frater fratrem occiderit. D. Ambroſ. aliter interpretatur, vt præcedenti ſect. retulimus. Terra (ait) aperuit os ſuum, quaſi exceptura de fratribus verba pietatis, nihil timens, cùm fratres videret, quæ ſciret ius germanitatis amoris incentiuum eſſe, non odij. Sed tu effudiſti ſanguinem, &c. Videtur ex ſententia Ambroſij, terra, vt in agrum euntes conſpicata eſt fratres, quodammodo ſibi gloriabunda de illo tam pulchro fratrum pari exultaſſe, hiatuſque ſuos inter flores aperuiſſe, vt omnia fraterni amoris verba, quæ ſine dubio dicerentur, auidè exciperet; nec enim dignum putabat, quod periret, vel vnum a fraterno amore productum verbum. Sed non amoris vllum ſignum ſuſcipiens, ſanguinem hauſit parricidali ferro profuſum. Valde exorbitat a communi explicatione in qua verſamur, Tertull. qui maledictam dicit à Deo terram, quòd Abelis ſanguinem hauſerit. Maledicta (inquit) terra, quæ hauſerit ſanguinem. Sed & hoc ipſum in figuram carnis homicidæ; nam etſi iuuari, ſeu lædi habet terra, id quoque propter hominem, vt ille iuuetur, ſiue lædatur per conſiſtorij ſui caſus, quo magis ipſe penſabit, quæ propter ipſum etiam terra patietur. Itaque cum comminatur terræ Deus, carni potiùs comminari eum dicam. *lib. de reſurrect. cap. 46.* vocat conſiſtorium terram à conſiſtendo, quia in ea conſiſtat homo. *Maledictus tu à terra*, &c. Addubitabit aliquis, ſi maledictum ſe à Deo, atque adeò reprobatum in ſempiternam condemnationem intellexit Cain: qui ſubinde peccauit deſperando? Nam, vt Alex. de Ales. Altiſiod. aliique nobiles Theologi docent: Deus (ſic loquuntur) non poteſt de potentia ordinaria alicui viatori ſuam damnationem abſolutè prædicere: quia tunc ille haberet, ſeu teneretur deſperare, nec videretur deſperando peccare. Quare Cain deſperaret iuſtè, vtpote qui ab infallibili iudice ſe damnandum audiuit. Reſpondet optimè Carthuſ. Quòd non oportebat Cain ita intelligere verba iſta per omnia, quamuis ſint eo modo completa etiam per reprobationem à Deo ſempiternam, ſed potuit intelligere per modum comminationis, & quantum ad temporalē maledictionē ſeu pœnā. Sic Carthuſ.

*Contra peccatorem totus inſurgit orbis.* — *Fratricidij grauitas expenditur.* — S. Ambr. — *Fratrum amor gratiſſimus.* — Tertull. — *An reprobatum ſe Cain nouerit.* — Carthuſ.

3. Cæterum, quòd ad literam ſpectat: maledictio iſta Caino irrogata cernitur in eo quod ſubſequitur; *Cum operatus fueris eam, tibi nō dabit fructus ſuos.* D. Chryſoſt. Magna (inquit) pœnæ ſpecies & grauis indignationis pondus. Laborē quidē ſuſtinebis, & quæ tu facere potes, omnia facies, & operaberis terram, tali ſanguine contaminatam: non ſenties autem aliquem fructum tam multorum laborum; ſed inutilis erit omnis labor tuus, quem feceris. Ita Chryſoſt. Quare propter Adami peccatum maledicta fuit terra, reſpectu generis humani, valdéque imminuta illius eſt, ac debilitata fœcunditas. Nunc verò præter illam infœcunditatem, maiorem aliquā adhuc ſubibit ea terræ portio, vbicunque locorum Cain exercebit agriculturam. Reprimet enim Deus illam fœcunditatem, quæ terræ fuerat relicta, & quæcunque à Caino coletur, illius vota magnoperè fruſtrabitur. Hebraice *hocbah*, vim, virtutem ſuam, robur, fructus. Maior autem pœna infligitur Cain, quàm Adamo fuerit inflicta. Quòd & peccatum Caini longè grauius extiterit, ac deteſtabilius: deinde quia debuiſſet malo parentum edoctus Dei legem non præuaricari, quos nouerat idcirco fuiſſe à paradiſo expulſos, totúmque humanum genus morti adiudicatum. Præterea, quia fuit hoc primum in mundo homicidium, & quod eſt enormius, fratricidium. Seu quod optimè aduertit D. Aug. *ſer. 144 de tēpore*, quia Adam confitendo peccatum veniæ redditus eſt; Cain quia negauit, æterna pœna damnatus eſt. Vide quantū Deus iam tunc, vel ipſam confeſſionis ſacramentalis vmbram ac figuram fecerit. Multo adhuc grauior eſt maledictio, quam peccatores incurrunt, qui ſuo in ſeculo colendo, acquirendis honoribus, voluptatibus comparandis, pecunia coaceruanda infelicem ætatem conterunt, vitam inſummunt, & in vanum omnis eorum recidet labor; & quæ pararunt, cuius erunt? O quàm ſaperent, ſi labores ſuos benè collocarent? ne ſerò ſapiant Phryges, fruſtráque dicant: *Ambulauimus vias difficiles,* Sap. cap. 5. *Ego cuſtodiui vias duras,* Pſalm. 16. Audiántque miſeri, *Quem fructum habuiſtis in quibus nunc erubeſcitis?* Superiùs retulimus ex Ambroſ. Ouis nomine laborem cum fructu; aſinæ verò nomine laborem infructuoſum ſignificari: atque ideo Exod. 13. Deum iubere: *Primum aſinæ mutabis oue.* addo nunc, ex eodem Ambroſ. *lib. de Cain & Abel, cap. 3.* Fructu ergo dicit mutandum laborem vt finis operis ſui fructus ſit. Quod legis exemplo aſtruimus. Cùm deprimerent Ægyptij Iudæorum populum in operibus variis, & luto ac lapide, ingemuerunt filij Iſraël, & Domini prouocauerunt in ſe miſericordiam, & dixit ad Moyſen: Vade & dic filiis Iſraël. Ego vos educam de ſeruitute, & ſumā vos mihi, & inducam vos in terram fluentem lac, & mel, *Exod. 3.* Ecce quomodo populus Hebræorum fructu mutauit laborem, vt qui luto operabatur, ſpe regni operaretur æterni, & ideo Dominus inanem miſeratus laborem hominum, qui lateres conſtruerent lutulentæ ſuperſtitionis, & voluptatibus corporis dediti ſolidum fidei murum ædificare non poſſent, velut ad quoſdam aſinæ fœtus loquutus ait: *Venite ad me omnes qui laboratis, & ego reficiam vos,* Matth. 11. Sic Ambroſ.

4. Sed quæres a ſanctiſſimo Patre; ſi vera illa ſententia eſt, quam eodem loco poſuit: Nulla ſine labore virtus, quia labor proceſſus virtutis eſt. Quo pacto nos labores fructu commutari dicat, cùm à ſeculi deliciis ad virtutis ſtudiū quis conuertitur? Reſponderi poteſt, virtutem quidē multis ſtare laboribus: cæterum diuinæ gratiæ dulcedine, ac præmiorum fructu amara omnia, & laborioſa optimè compenſari. Vnde licuit Prophetæ

S. Chryſ. — *Terra infœcunda Caino.* — *Cur Cain grandius, quam Adam punitur?* — S. Auguſt. — Sap. 5. — Pſal. 16. — *Labores vani malorum.* — Ad Rom. 6. — Exod. 13. — S. Ambr. — *Fructuoſus labor iuſtorum.* — Exod. 3. — Matth. 11.

*Labor iuſtorū ſuauis.*
*Pſal. 118.*

phetæ dicere: *Iudicia tua munda. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Latum mandatum tuum nimis*, Pſalmo 118. Et Chriſtus Dominus inuitauit ad laborem: Tollite iugum meum ſuper vos. Sed tamen laborem ſuauiſſimum, qui requies potiùs animæ, quàm corporis labor meritò nuncupetur, iuxta illud: Et inuenietis requiem animabus veſtris; iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Sed nihilominus pugnabis pro delicijs huius ſæculi, quibus permulti liberè, alacriter, & ſine vllo, aut timoris, aut doloris ſenſu potiuntur. Quomodo ergo iſti laborare dicuntur à Domino? Audi quæſo Ieremiam Threnor. 3: *Repleuit me amaritudinibus, & inebriauit me abſynthio.* Vbi Propheta rationem reddit, quare cùm ſint omnia in ſeculo amara & iniucunda, non talia ſentiantur tamen, quia ebrij ſunt, ſui non compotes filij huius ſeculi, atque adeò fel pro melle ſuauiter ebibunt. Sed præſtat audire D. Hieronymum ad hunc locum. Sic enim effatur. Myſticè Ieremias totius in ſe humanæ conuerſationis ſpeciem tenens, per lamentum queritur, dicens: Inebriauit me abſynthio. Ebrius quiſque, quòd patitur, neſcit. Qui enim abſynthio inebriatur, quod ſumit amarum eſt; & præ ebrietate eam amaritudinem, qua repletur, non ſentit. Sic humanum genus, in calamitatibus ſuis, ſibi demiſſum, per eaſdem voluptates ſpontaneis tribulationibus traditum, abſynthio eſt ebrium, quia amara ſunt, quæ pro huius vitæ amore tolerat, & tamen eandem amaritudinem cæcitate cupiditatis, quaſi inſenſibilitate ebrietatis ignorat. Mundi enim gloriam ſitiens, dum multas pro ea tribulationes reperit, amarum eſt quod bibit; ſed quia hoc nimis inaniter ſumpſit, eiuſdem amaritudinis malum diſcernere, iam præ ipſa ebrietate non ſufficit. Amant enim peruerſi homines pro huius mundi gloria, & tribulationes; cunctiſque pro ea ſudoribus libenter ſeruiunt, & grauium laborum iugo deuotiſſimè colla ſubmittunt. De quo adhuc ſubditur: *Confregit ad numerum dentes meos*: hoc eſt, abſtulit mihi vſum edendi, & pauit paſtu mortali. Dum peccato anima paſcitur, panem iuſtitiæ edere nō valet. Sic Hieronym. Simile argumentum, non diſſimili verborum ac ſententiarum elegantia pertractat D. Gregorius *lib. 20. moraliū, cap. 16.* exponens illud Oſeæ; *Ephraim vitula docta diligere triturare*, cap. 10. Ita (inquit) prauorum mens huius mundi ſeruitijs dedita, & rerum temporalium fatigationibus aſſueta, etiamſi liberè vacare liceat, ſubeſſe tamen terrenis ſudoribus feſtinat; & vſu miſeræ conuerſationis trituram laboris quærit; vt à iugo mundanæ ſeruitutis ceſſare non libeat, etſi liceat. Ceſſationem Dominus à mundi laboribus imperat, ſanctæ quietis dulcedinem perſuadet; & tamen veſana iniquorum mens, plus ſe aſſequi aſpera carnaliter, quàm tenere blanda ſpiritualiter gaudet: plus acerbitate fatigationis, quàm quietis dulcedine paſcitur: quia videlicet peruerſæ mentes dulcia per gratiam quietis dona deſpiciunt. Nam pro carnalibus voluptatibus laborioſa huius vitæ itinera; etiam cum lacrymis plena concupiſcunt. Contemnunt habere, vbi ſpiritualiter gaudeant; deſideranter appetunt, vbi & carnaliter gemant. Peruerſo iudicio perturbata tranquillis; dura lenibus, aſpera mitibus, tranſitoria æternis, ſuſpecta ſecuris anteponunt. Hæc & plura Gregorius, vbi etiam affert locum

*Threno. 3.*
*Abſynthio ebrij homines in ſæculo.*

*S. Hieron.*

*Impiorum labores.*

*Faſtidium delicio-rum.*

*S. Gregor.*
*Oſeæ 10.*

*Peruerſum iudicium impiorum.*

*Matth. 11.*
*Exod. 16.*



Matth. 11. indicatum, & Exodi 16. de Hebræis præ nauſea faſtidientibus manna, & cepas, ollaſque Ægyptiorum appetentibus. Aduerte, quod citauimus ex D. Hieronymo, idem iiſdem omnino verbis à D. Gregor. cap. 15. repeti.

3. Planè hi ſunt cum Caino maledicti ſuper terram, cui toti inhiant, maledicti à terra, quæ fructos negat; vbi enim mors accidit, inanes omnes illorum ſpes, vanæ cogitationes, futiles honores, fallaciſſimæ voluptates in auras, & in nihilum euaneſcunt. Sed quæ tanta hæc eſt mortalium infelicitas, vt naſcantur, educentur, viuant, moriantur denique in terra toties à Deo maledicta ſcatente tribulis & ſpinis, afflictionibus, & ærumnis fœcunda? Quare magna illa laus, & admirabilis videri ſolet, tuliſſe caſus ſapientes aduerſos, non fractum eſſe vitæ humanæ calamitatibus, retinuiſſe in rebus aſperis dignitatem. At fortè maior & admirabilior illa laus exiſtet; in terra ſic fortiter obluctari aduerſùs illecebras voluptatum; vt ab ſtudio virtutis, Deique obſequio animus hominis nequaquam abſtrahatur. Vtrique malo præſentiſſimè ſolent mederi dulciſſimæ conſolationes, quæ à Deo ijs infunduntur, qui propter Deum, aut mundi bona relinquunt, aut mundi mala libenter patiuntur. Idcirco Virgo mater filium ſuum allocuta dicebat Cantic. 1. *Exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum.* Senſus eſt: O Fili omnium in te vota, & amores diriguntur; paſcis enim ſuauiſſimo lacte tuarum conſolationum, non me tantummodo, ſed etiam cæteros, qui ad me miſericordiæ matrem in ſuis afflictionibus confugiunt. Sunt autem tua vbera longè fortiora ad conſolandum, quàm vinum afflictionum huius vitæ ad compungendum; etſi à Propheta dicatur: *Oſtendiſti populo tuo dura, potaſti nos vino compunctionis*, Pſalm. 59. Dulciùs igitur ſtillant vbera tua ò Fili, quàm vineæ Sodomorum, & ſuburbana Gomorrhæ proferunt vinum, honorum ac diuitiarum mundi, & voluptatum carnis, maledicta quadam, & mortifera ſuauitate conditum. Referunt alij locum iſtum Cant. ad ipſam Virginem Deiparam, cuius vbera, quæ lactauerunt Deum, ſuauiſſimo lacte conſolationum turgentia, labris ſitientibus fidelium immulgentur. *O Virgo Deipara, oleum effuſum nomen tuum*; Cantic. 1. Alanus hæc à Chriſto ad matrem Virginem dici arbitratur. Oleum (inquit) eſurientem reficit, ægrotantem ſanat, membra defatigata mitigat, odorem parit, flammam nutrit; ſic & in laude virginis reficimur; exemplo eius ad virtutum medicamina inuitamur, aduerſitatibus feſſi eius patientia recreamur; vitæ eius forma illuſtramur: adde & abundantia miſericordiarum, & gratiarum illius ſuauiſſimè perfundimur & ſuſtentamur. [illegible]

*Amatores terra inſa-niunt.*

*Mundi bona relinquere, & mala pati glorioſum eſt.*

*Cant. 1.*
*Diuinarum conſolationum dulcedo.*

*Pſal. 59.*

*Cant. 1.*
*Alanus.*
*Maria dul-cis fidelibus.*

## SECTIO XIII.

*Vagus & profugus eris ſuper terram.*

1. HEbraicè נע ונד תהיה בארץ *nagh uanad tihie baarec*, vagus & profugus eris in terra; radix enim נוע *nagha*, eſt vagari, mouere, concutere, vnde נע *nagh*, mobilem, inſtabilem eſſe; נד *nadad*, velociter fugere. Itaque infelix Cain, ex maledicto Dei, toto orbe vagus, huc atque illuc errabat; nullibi perpetuus conſi-

ſtere. Conſuetum hoc eſt homicidarum ſupplicium, exulare, vagari, ſedibus incertis nuſquam quieſcere: in quo etiam deſcribitur infelicitas impiorum, qui ſemper irrequieto motu agitantur. Peccatum peccauit Ieruſalem. Propterea inſtabilis facta eſt, *Thren.* 1. vbi Gloſſa. Anima pro peccato, per diuerſa vitia raptatur, quæ ſupra petram virtutum non fixit greſſus. Tametſi litteralis ſenſus ſit de tranſmigratione populi Iudaici in Babylonem, cæteráſque nationes. Pulchrè autem infrà dicitur: *Sordes eius in pedibus eius.* Vt enim Paſchaſius exponit, inſtabilis facta eſt, & longa via fatigata, ideo ſordes in pedibus portat, D. Hieronymus: Sordes geſtat in pedibus, qui greſſū cōuerſationis ſuæ malis polluit operibus. Hanc inſtabilitatem peccatorum agnouit regius Vates, cùm perbeatum illum in terris dixit, qui non abiit in conſilio impiorum, *Pſalm.* 1. Hebr. רשעים *rexaghim*, propriè ſunt inſtabiles, qui non manēt in eadē mentis diſpoſitione; vagi ſunt, & errores, *Eccl.* 7. vbi legimus: Ne impiè agas multum. Hebr. habetur אל־תרשע הרבה *al-tirxagh harbeh*, ne paueas multum, vel ne occupes te multum; ſcilicet in negotiis mundanis. Ne inquietes te, ne ſis inſtabilis. Itaque רשע *raxah*, impius, inquietus, commotus, inſtabilis, vagúſque eſt. Hanc inconſtantiam animi repetio in Pſal. 57. *Alienati ſunt peccatores, errauerunt ab vtero, locuti ſunt falſa*, Nimirum peccati originarij vis in impiis elucet ab incunabulis; ita vt ſtatim ab infantia in malitia adoleſcant & proficiant; vix enim nati ſe vitiis tradunt. Ex D. Chryſoſtomo. Alienati ſunt, & erraouerunt; repetitio eſt eiuſdem ſenſus. Plus adhuc inuenio in iſta impiorum inconſtantia, quæ ſimul cum impiis à materno prodit vtero. *In circuitu impij ambulant*, Pſalm. 11. Adeò genuina eſt peccatoribus irrequieta mentis commotio. Luſitanè *nam tem ſoſſego.* quod illis etiam verbis innuitur; Non eſt pax impiis; & conſequenter cum arundine, quæ leui mutatur vento, & puluere, quem proiicit ventus à facie terræ, ſæpiùs comparantur. Sed quid continetur in eo quod ſequitur: *Locuti ſunt falſa*. Egregia planè obſeruatio Card. Bellarmin. Hoc enim (inquit) primum eſt ordinariè actuale peccatum, quod pueri committunt, mendacium videlicet; inde ſe primum prodit naturæ corruptio. A quo vitio longiſſimè abeſt ille, qui verax, & fidelis, & ipſa veritas dicitur. Similiter, & ipſius Domini virgo parens; cuius in ore non eſt inuentum mendacium, nec verbum vllum otioſum, cuius labia, ſicut vitta coccinea, *Cantic.* 4. hoc eſt, & pulchra & prudentiæ atque diſcretionis vitta erant conſtricta, Ratio prima eſt, quia radix horum & reliquorum omnium ſcelerum in virgine nō fuit, videlicet originalis macula. Quòd autem actualis culpa nulla in virgine fuerit (quod eſt planè de fide) illa conuincit argumentatio D. Thomæ 3. *p. quæſt.* 27. *artic.* 4. Non enim (inquit) fuiſſet idonea mater Dei, ſi peccaſſet aliquando, eo quòd honor parentum redundat in prolem; & ignominia matris ad filium redundaſſet. Sic Thomas. Quæ argumentatio potiorem locum habet in peccato originali, quod longè grauius punitur à Deo, quàm quælibet venialis culpa actualis. Etenim cum veniali huiuſmodi ſtare poteſt, & de facto ſtat gratia, & caritas Dei: cum illa etiam moriens æternam ſalutem conſequitur, licèt illam priùs in purgatorio ſit expiaturus. At cum originali neque gratia, neque amicitia Dei, neque vllus ſupernaturalis habitus, neque animæ ſalus, & gloria cæleſtis, aut etiam ad illam ius vllum ſtare poteſt. Eſt enim filius iræ, inimicus Deo, atque iccirco ſempiterno exilio à facie Dei addictus qui labe originali infectus diſcedit. Igitur ſi tam ignominioſa culpa originalis in virgine fuiſſet aliquando, multo ſane grauior infamia in Deum filium illius redundaſſet.

*Thren.* 1. *Inſtabilitas impiorum.* — *Paſchaſ.* — *S. Hieron.* — *Pſal.* 1. — *Eccleſ.* 7. — *Pſal.* 57. *Procliuitas hominis in peccatum.* — *S. Chryſoſt.* — *Pſal.* 11. — *Bellarm. Mendacium primum ſolet committi.* — *Cant.* 4. — *B. Maria immunis ab omni culpa actuali & originali.* — *S. Thom.* — *Turpior labes originalis, quàm venialis actualis.*

2. Chaldaica editio habet: Inſtabilis, & tranſmigrans eris in terra. Procopius vertit ex Hebraic. Eris mobilis & inſtabilis, non manens tuis ſedibus in vno loco: ſed errabundus, & vagabundus in orbe viues. Dignum planè tanto ſcelere ſupplicium: ſic vel ipſæ creaturæ rationis impotes; vel ipſum exanime ſolum, ſic exhorruit fratricidium, vt quòcunque Cainus accederet; terra ipſa inſurgeret indignabunda, ſterilem ſe præbens, & penè ferream, ſudoribus agrum colentis, quò illum à ſe tandem reiiceret, veluti peſtem, & exitium totius naturæ. Et ſi quid fructus circa ſuas vires, ac fœcunditatem innatam parricidæ proferebat, id quidem in vita, & magnis coacta laboribus, Deo creatori obediens, producebat, indignum iudicans, qui cibo aleretur, & viueret, qui primus vitam homini eripuit. Diſcant ea hoc loco principes ac iudices, penes quos ſcelerum vindicta eſt, non conniuere in homicidiis, quæ quia impunita, liberiùs & frequentiùs committuntur. Impij, atque iniuſti clementiam volunt exhibere; vbi ratio, lex, Deúſque ipſe iuſtitiam exerceri præcipit. Profectò homicidiū, quod de aliis publicis delictis ſimiliter dicendum eſt, primò & maximè Regibus ipſis, atque eorum magiſtratibus iniurioſum eſt, atque eo nomine nequaquam condonandum. Iccirco enim Rex Dauid moriens mandat tanquam ex legato hæredi ſuo Salomoni filio pro animæ ſoluendo debito, aut piaculo abluendo, vti Ioab iuberet interfici. *Tu noſti* (ait) *quæ fecerit mihi Ioab, quæ fecerit duobus principibus, quos occidit*, &c. 3. Reg. 2. O verum Regem, ô iudicem æquiſſimum! Quid fecerit mihi. quaſi dicat: cædes illæ tantorum virorum meæ ſunt, me occidit Ioab. Contra me patrata ſunt hæc ſcelera. Non ea ſinas impunita; occidatur Ioab, quòd Regem offenderit, cùm illius in regno innoxium effudit ſanguinem. Facies ergo iuxta ſapientiam tuam, inquit Dauid ad Salomonem filium. Hæc enim eſt vera ſapientia, non ſinere impunita ſcelera; at impetrare poſſet veniam Ioab à filiis, & propinquis occiſorum: impetraſſet, remiſiſſent illi liberè, & condonaſſent iniuriam. Quid ergo Salomon? iuxta ſapientiam ſuam vindicandum cenſuit homicidium, quod primò, & maximè contra Regem, ipſámque Rempublicam, & iuſtitiam, & ſtatum patrari iudicatur. Sic Dauid ſe gerebat in adminiſtranda iuſtitia. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciuitate omnes operantes iniquitatem*, Pſalmo 100. Vbi egregiè Genebrardus. Summo mane, ſcilicet maxima diligentia, & ſtudio, maturè, tempeſtiuè, vigilanter, feſtinanter, antequam inualeſcerent flagitia, nulla interpoſita mora, Hebr. Exſcindebam & purgabam terram ab impiis, & ſceleratis; vt in ciuitate, & regno, in quo Deus colitur, pietas, & iuſtitia vigerent. Nota inſuper zelum iuſtitiæ in rege ſanctiſſimo, *vt diſperderē*, &c. nimirum, vt conſulerem bono publico, vt ciuitatem Ieruſalem in pace, & iuſtitia regerem,

*Procop. Homicidium graue toti naturæ.* — *Homicidium puniendum.* — *3. Reg.* 2. — *Ioab occiditur.* — *Pſal.* 100. *Genebr.* — *Puniendi flagitioſi.*

vt

*Non iuſtitia regni ducantur.*

vt eam perpurgarem à monſtris iſtis: ſceleratos morte puniebam, indignos planè, qui in vrbe regia, vbi reſidet Rex, vbi Deus colitur, viuerent.

Theod.

Theodoretus, vno verbo complexus omnia: Impios (inquit) morte mulctauit, & ſacram expiauit vrbem. At dices, quo pacto igitur Ioab non in matutino, ac celeriter interfecit? Quia nondum firmatum ipſius, ac ſtabile regnum erat; periclitaretur enim Dauid, ſi tanto illi exercitus principi vitam eriperet. Confirmato iam regno, ac Salomone in Regem creato, ſupplicium mortis promeritæ irrogatur Ioab. Subtilis explicatio S.Hieron. ad verſum Pſalmi propoſitum ſic habet. Vult dicere, quòd immiſſiones diaboli, quas mihi ſuggerebat, eiiciebam de corde meo. Co- B gitationibus enim malis eiectis, dæmones occiduntur. Sic Hieron. Nota contra cogitationes ad peccandum ſtimulantes.

S.Hieron.

3. LXX. vertunt: στένων καὶ τρέμων, ſuſpirans, ſeu gemens, & tremens; quaſi miſer nunquam à lacrymis ceſſauerit, nutabundusque, ac totis artubus contremiſcens, fœdum ac miſerabile fuerit ſpectaculum. Quadrat etiam optimè lectio iſta cum verbo ipſo Hebræo נע *nagh*, cuius ſignificatio eſt quidē moueri, titubare ad morem temulenti, vt videre eſt *Iſai.*29. *Pſ.*107.&c. Bene igitur vertitur tremens: mutabat enim totus ad ſimilitudinem trepidantis, aut ebrij; quare licet hæc duo verba commotionem quandam importent; primum tamē ſignificat commotionem in- C ternam mentis, aut externam corporis; ſecundū verò tranſmigrationem de loco in locum, vt *Ierem.*50. *Pſ.*11. *Pſal.*69. aliiſque locis legere eſt. Quod verò attinet ad commotionem illam internam, ſcilicet conſcientiæ Cainum carnificis more diſcruciantis, quæ pœna fuit grauiſſima, concors eſt Patrum & Doctorum interpretatio, infelicem Cainum hoc tormento vehementiſſimè lancinatum vixiſſe. D. Ambroſ. *in Pſalm.*35. ſic ait: Abel occiſus Deo loquebatur in voce ſanguinis ſui; Cain viuus à facie Domini repellebatur, & cùm adhuc à Domino pœna ceſſaret, torquebat eum ſuorum conſcientia peccatorum. Latebat miſer tremens, & timens; & cùm adhuc percuſſor deeſſet, ipſa ſeſe iniuſti vita trucida- D bat. Quæ pœna maior, quam timere, quod vitare nō poſſis nec quod timueris, euadere? Vnde Dauid exprimens cummentionem grauiſſimam conſcientiæ peccatricis, ait: *Quoniam iniquitatem meā ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.* Pſalm. 50. Offunditur enim nobis vltrix noſtri imago peccati, nec quietum ſuum reum eſſe permittit inferens miſeram ſeruitutem; atque in ſua vincula trahit, vt enodare ſe nō queat, quoniam volens ipſe ſe vendidit, cui liberum erat delictorum æra non capere, & libertatem innocentiæ reſeruare. Itaque ſemper nobis error noſter, tanquam malus exactor occurrit, vel tanquam improbus fœnerator conueniens debitorem. Hæc Ambr. de cruciatibus malæ conſcientiæ, quibus E peccator exeditur. Ac prudens ille, qui tantum malum declinat, de quo egregiè idem Ambroſ. ita profatur. Sed iuſtus nouit quemadmodum peccatorum ſuorum vincula diſſoluat, nec expectat accuſationem, ſed præuenit, vt confitendo ſuum alleuet omne delictū, ne habeat, quod aduerſarius criminetur. Ideoque Scriptura ibi dicit: *Iuſtus in principio ſui ſermonis accuſator eſt ſui*, Prouerb.18. Vocem enim eripit aduerſario, & quaſi dentes quoſdam paratos ad prædam criminationis inteſtæ, peccatorum ſuorum con-

*Conſcientiæ tremor, & conſcientia.*

S.Ambr.

*Conſcientia tormentum.*

Pſal.50.

S.Ambr.

*Confeſſio quam homini ſalutaris.* Pro.18.



A feſſione conſtringit. Hæc D. Ambroſius. Nota egregiam pro confeſſione ſacramentali tanti Doctoris ſententiam, quam hæretici repellunt, at illi fortaſſe non ea indigent, vt antidoto contra conſcientiam peccatorum. Scilicet iuſtitiam iam facilem habent, vt ex ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti iuſtificari ſe putent. Proh miſeri quam cauteriatam conſcientiam habent! Si forte illius voces ac tormenta non ſentiant: adueniet extrema dies, & morientes adorietur, quæ nunc inueterata peccandi conſuetudine ſuppreſſa, & nulla eſt conſcientia. Cuius aculeis lancinati, repetentes identidem illud Regis hæretici (nota in mundo hiſtoria:) itaque amici B omnia perdidimus, in gehennam detrudentur.

*Hæreticorum qualis conſcientia.*

4. Cruciatus conſcientiæ ferre non potuit Iudas; de quo adiungit Ambroſius. Quantos putamus in ipſo fuiſſe tortores, vt ſibi ipſe tam grauis pœna exactor incumberet, & ſemetipſum laqueo ſtrangularet. Deinde ſanctus Doctor exponens verſum Pſal.26. *Mentita eſt iniquitas ſibi*, adiicit in commendationem bonæ conſcientiæ: ſibi ante mentitur, qui in ſuum mentitur exitium. Sibi delinquit (dixit nullus, vt delinquat ſibi, *Pſalm.*35.) qui ſibi innocentiæ eripit ſuauitatem. Quis enim puritate, & ſimplicitate pectoris dulcior fructus? quis cibus ſuauior, quàm is, quem animus bene ſibi conſcius, & mens C innocentis epulatur? Pulchrè D. Chryſoſtomus *homil.*22.*ad Roman.*11. Abel (inquit) tranquillæ ſedis portum, immortalem adeptus gloriam conceſſit: Cain verò vitā quauis morte miſeriorem vixit, ſuſpirans ac tremens: atque in ſuo ipſius corpore facti reprehenſionem circumferens. Idem ad hunc locum expreſſius cauſam reddit iſtius tremoris hoc pacto. Quia abuſus es (ait Dominus) ò Cain robore corporis, & membrorum viribus, propter hoc continuum hunc tremorem, & motum tibi infero, vt non ſolùm ipſe habeas iugem admonitionem, & memoriam huius nefandi ſceleris; ſed vt omnes qui te vident, viſo te quaſi clara illis voce annunciaretur, diſcant ne talia audeant, & pœna tua alios doceat, ne vltra tali ſanguine terram inceſtent: & præ- D terea non breui te morte plectam, vt ne factum obliuioni tradatur, ſed vitam morte grauiorem ſuſtinere te faciam; vt per hæc diſcas qualia perpetraueris. Ita Chryſoſtom. Nota ex hac interpretatione iuſtos in morte quieſcere, ex alto in portum appulſos, mortuos in portu conſiſtere; contra verò Cainum, & illius hæredes iniuſtos, atque impios vitam in ſalo trahere, procellis malorum huius vitæ, ac præſertim conſcientiæ concuti; & iccirco nutantes, ac trementes pererrare. Præterea ſæpe à Deo fieri, vt puniamur in iis, per quæ peccauimus, ſiue quibus abutentes arma contra Deum fecimus, quæ à Deo nobis eſſent conceſſa pro inſtrumentis E virtutum; ſic auari diuites ad inopiam rediguntur; ſuperbi ex alto præcipitantur; robuſti ac ſicarij, debilitantur viribus; libidinoſi grauiſſimis afflictati morbis carnis voluptates, carnis ipſius doloribus exoluunt. D. Ambroſius ad conſcientiam reſpiciens, *libro de Cain*, *cap.* 9. explicat: Gemens & tremens iubetur eſſe ſuper terram. Euidens enim generaliſque ratio, quia omni improbo aſſunt mala, & affutura ſunt, quæ aſſunt, triſtitiam operantur; quæ futura, formidinem. Neque verò mirandum, imò paradoxum videatur alicui, quod D. Chryſ. *in* 13. *ad Roman.*

S.Ambr.

Pſ.26.

Pſ.35.

S. Chryſoſt. *Conſcientia bonæ fructus.*

*Tremor Caini doctrina hominum.*

*Mors iuſtorū & malorum diſpar.*

*Per quæ peccamus, peccando punimur.*

S.Ambr. *Vbi peccatores inſectatur.*

S.Chryſoſt.

DD 2 obſer

obſeruat citca hanc locum. Quòd nimirum talis ſit Dei clementia, vt ne ſceleratiſſimum parricidam ſupplicio afficiat, quin ſimul miſericordiam illi ſuam exhibeat. Ergo (ait Chryſoſtom.) Cainum Dominus punit, imò ne punit quidem, ſed tremore conſtringit ad exuendam culpam, vt vel ſic, ad illius amorem reuerſus, ad amandum etiam ſublatum fratrem induceretur. Neque enim volebat illum mortuo fratri adhuc inimicum ex hoc ſeculo migrare. Nam qui doleut, quòd odio habeantur, illi neque puniri cupiunt. Ita Chryſoſt. Quocirca totius corporis illa commotio diuinitus fiebat, vt ea præcordiis altiùs infixum odium excuteretur. Cúmque infelix ſe ab omnibus (quocunque accederet) malè accipi videret, in deteſtationem parricidij; ad ſanitatem mentis rediens, facti pœnitentiam ageret, & ſuo malo addiſceret, quam ſit graue malum odio habere & haberi. Procop. Caini ſtatum infeliciſſimum ita deſcribit. Cainus perpetuo corporis tremore fuit excruciatus: membra eius non firma cohærebant compage ob parricidium commiſſum. Cùm corporis virtute eſſet abuſus, priuatus eſt corporis quoque firmitate, adeò vt ſubinde palpitaret & tremore quateretur. Non facilè quiuit, vel cibum, vel potum admouere ori poſt impium illud patratum facinus. Nec etiam manus in rebus neceſſariis commodè inſeruire poterant, quamuis ſic eſſet affectus, tamen ineffabilis quædam neceſſitas ei incumbebat colendi terram. hæc ita eum vrgebat, vt nullam ſibi à labore quietem concederet; nullúmque tempus vacuum laboris emitteret. Et quod erat calamitoſiſſimum, cùm terra maledictione eſſet violata, fructus non reſpondebant laboribus, vt inde aliquod ſolatium perciperet. Hæc ſumma miſeria: ſubinde cum laboribus luctari, & nullum à laboribus habere otium ad vires reſtaurandas. Hæc ille.

*Punit Cain ad pœnitentiam & caritatem mouens.*

Procop.

5. Hæc eſt conditio peccatorum. Profugi vagíque in vitiorum præcipitia, ruentes Deo dorſum dederunt, & ſcapulam recedentem: ſed, infinita qua eſt bonitate, Deus ipſe relictus, ſpretúſque clamat, reuocat, inſectatur à tergo: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Luculenter Rupert. O laborantes! ò onerati! qui præter iugum mortis, & peccati, regum quoque, & dominorum dura imperia ſuſtinetis, quales potiùs feræ, quàm homines merentur dici: Venite ad me, ego reficiam vos; ecce facies mea eſt hominis; ecce ego ſum ille filius hominis, qui poſt illas feras veni in nubibus cæli; non ſum, vt feræ illæ, ſed homo ſum mitis, & humilis corde. Sic ille *in cap. 7. Daniel.* Conſidera obiter, quàm graue iugum ſit imperiũ regum ac principum terræ. Papè, vt feris atque inhumanis beſtiis comparãtur, leænæ, vrſo, pardo, & quartæ omnium truculentiſſimæ! an non feræ, cùm tributa exigũt iniquiſſima, cùm ambitioni, auaritiæ, nouis ſubinde acquirendis prouinciis, aut vindicandis, vel inferendis iniuriis copias comparãt, vxores maritis, parentis liberis, liberos parentibus, agros cultoribus, vrbes, oppida, regnum, incolis exuunt, ac ſi vaſtitatem extremam tyranni violentiſſimè inducerent? *Hæ quatuor beſtiæ* (inquit Daniel) *quatuor ſunt regna*, &c. Vide quo nomine pretioſiſſima mundi, & glorioſiſſima nuncupauit; beſtias quæ non ratione, ſed vi ac ſæuitia dominantur. Adiungit: *Et ſedebit iudicium, vt auferatur potentia, & conteratur, & diſpereat vſque in finem. Regnum autem detur populo ſanctorum Altiſſimi, cuius regnum ſempiternũ eſt.* Theod. ſubnotauit. Hæc itaque regna delebuntur, & verum ac ſempiternũ regnũ ſanctis Altiſſimi tradetur. Illud ergo expetens pro nihilo exiſtimato hominũ regna in præſenti vita, quæ non multo pòſt habitura ſint finem. Sic Theodoret. Sed tamen per beſtias intelligi poſſunt variæ vitioſæque affectiones, à quibus intercipitur infelix peccator, qui peregrè profectus abiit in regionem longinquam, *Luc. 15.* de filio prodigo. Peregrinus (ait Ambroſius) qui ſe à Chriſto ſeparat, exul eſt patriæ, ciuis eſt mundi. Et quidem iſte dixit patri: Da mihi ſubſtantiam; acceptóque patrimonio receſſit à patre, vt intelligas quantum ſit periculũ in diuitiis. Hæ ſolent mentem auertere à Deo. Rectè Petr. Chryſol. Cenſus filiũ tulit è gremio patris, eiecit de domo, exemit patria, ſpoliauit fama, exuit caſtitate; ciuem in peregrinum, filiũ in mercenarium, locupletem in egenum, liberũ mutauit in ſeruum: iunxit porcis, à patre piiſſimo quem ſeiunxit; vt ſeruiret cœnoſo pecori, qui pietati ſanctæ parere contempſit, *ſerm. 1.* Cainum etiam imitabatur ille populus Iudæorum, contra quem Dominus, per Ierem. 5. grauiter commotus aiebat: *Populo huic factum eſt cor incredulum, & exaſperans; receſſerunt & abierunt, & non dixerunt in corde ſuo: Metuamus Dominũ, qui dat nobis pluuia*, &c. D. Hieron. explicat. Populus quondam meus ſuo vitio ſtultus effectus, non ſolum contemnit, ſed & dulcem exaſperat Deum. Receſſerũt à me, & mihi terga verterũt, & concito abierunt gradu: nec tacita conſcientia eos retraxit, vt dicerẽt in cordibus ſuis: Metuamus Dominum, qui dat nobis pluuiam. Sic Hieron. ſaltem vt ſibi conſulat peccator, ſuóque ſtudeat commodo; vagari, & profugere non debuiſſet. Certum eſt enim, quod experiebatur Auguſt. cùm ita vagus & profugus à Deo recedebat: Hoc tantùm ſcio, quia malè mihi eſt præter te Domine, non ſolum extra me, ſed in meipſo. *13. confeſſ. 8.* Nam quocunque verſum ſe extenderit anima hominis, ad dolores figitur, figitur in pulchris extra te, & extra ſe. *4. confeſſ. 10.* Noli eſſe vana anima mea, & obſurdeſcere in aure cordis, tumultu vanitatis tuæ; audi & tu, verbum ipſum clamat, vt redeas, vbi eſt locus quietis, imperturbabilis, vbi non deſerit amor, ſi ipſe non deſeratur, *cap. 11.* Ecce ades, & conſtituis nos in via tua, & dicis: Currite, ego feram, ego perducam. *6. confeſſ. 6.*

Theod.

*Vnum in cælo regnum appetendum*

Luc. 15.

S. Ambr.

S. P. Chryſ.

Ierem. 5.

*Diuitiæ quam nocent animæ.*

S. Hieron.

*Dei deſertores Iudæi.*

S. Aug.

*Recedere à Deo ſumma infelicitas.*

6. O tandem reuertamur ad nos; & ad Patrem noſtrum, vt ille prodigus, de quo *Luc. 15.* in ſe reuerſus dixit, &c. Bene D. Petr. Chryſolog. *ſerm. 2.* In ſe (inquit) reuerſus eſt. In ſe ante redit, vt rediret ad patrem, qui à ſe antè receſſerat, cùm receſſit à patre; & ſe migrat, & ab homine totus tranſit in beſtiam, paternæ pietatis immemor, gratiæ genitoris oblitus. Sic ille. Atque vt redeamus ad Deum, multis ſæpè grauibúſque affligimur ærũnis, vt Cainus agitatione ſua corporis, & terræ maledictionibus; ac prodigus ſua fame tam infami. Vnde adiungit Chryſolog. fames reuocat, quem ſaturitas expulerat. Fames illi patrem dedit ſapere, cui copia tulerat ſentire genitorem. Ne verò quis cauſetur difficultatem itineris, cùm ad Deum reuocatur, audiat Ierem. 17. *Et ego non ſum turbatus te paſtorẽ ſequens.* D. Ambr. exponens hunc locum ait: Non laborat anima, quæ Chriſtum ſequitur cùm laborantes ad ſe, vt requieſcant euocet: ergo ipſum ſequamur; quandiu ipſum ſequimur non laborantes, *tertio de virginitate.* Maximè verò curret ad Dominum

Luc. 15.

S. P. Chryſ.

*Conuerſio ad Deum.*

*Tribulationes reuocant ad Deum.*

Ierem. 17.

S. Aug

&

& non deficiet, qui amore illius docetur: nam (vt ait Auguſtinus *in Pſalmum 39.*) ipſe amor curſus eſt. Et D. Bernard. *de grad. humil.* adiungit: Verè dulcis & ſuauis eſt cibus caritatis, quæ feſſos alleuat, debiles roborat, mœſtos lætificat. At nihilominus adhuc timet vagus iſte & profugus peccator ad Deum redire, cuius maieſtatem ſæpiùs offendit? Heus tu ne timeas, audi: *Deduxit eos in nube diei*, Pſalmo 77. Ecce nubem habes, quæ ſe ab ira Dei protegat, quæ ſe ſaluum & incolumem deducat; non eſt quòd noctem vllam metuas; nubes eſt diei, tota lucida, tota lux, tota dies. Nubem hanc leuem (ibi D. Hieronymus) debemus accipere ſanctam Mariam nullo ſemine humano prægnatam. Pulchrè dixit, *diei*, nubes enim iſta non fuit in tenebris, ſed ſemper in luce. Sic Hieronym. Ergo ſi reuertens ad Deum anima clamat: *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges*, &c. Cantic. 1. iam non eſt quid timeat, reſpiciat ſtellam, inuocet Mariam; Deus enim quos ad ſe trahit, ducit eos in nube diei in illuminatione ignis; in virginis (inquam) Mariæ matris Dei precibus ſubnixos, ope recreatos, ſanctitatis imitatione conſpicuus excipiet.

S. Auguſt.
S. Bern. *Dulcis labor currentis ad Deum.*
Pſal. 77. *B. Maria ducit nos ad Deum.*
S. Hieron. *D. Maria nunquam non lucida.*
Cant. 1.

## SECTIO XIII.

*Dixítque Cain ad Dominũ: Maior eſt iniquitas mea: quàm, vt veniam merear.*

1. HEbraicè גדול עונִי מִנְשׂ *gadol ghauoni minneſo*. Locus eſt difficilis, & varios reddere cenſetur ſenſus. Ad verbum: magna iniquitas mea, quàm leuari, præportari. נשא *naſa*, enim eſt leuare, ferre, portare. Hebræorum phraſis eſt, leuare, ferre, portare iniquitatem, idem atque remittere, condonare, parcere. LXX. vertunt μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με. Maior cauſa mea, ſic Ambroſius; delictum meum, Tertullianus; factum meum, alij: quàm vt dimittatur mihi. His poſitis exurgit difficultas circa interpretationem עוני *ghauoni*. Cùm enim conſtet עון *ghon*, ſine vllo diſcrimine, nunc pro culpa, nunc pro pœna ſolitum accipi; vtrum hoc loco ſit, ambigitur? & quidem Hebræi nonnulli per interrogationem legunt, accipientes pro reatu culpæ, fitque ſenſus: Maiórne eſt culpa mea, quàm, vt remittatur? Quod aiunt dictum à Caino, vt extenuet ſuum delictum, & iniquum oſtendat eſſe, ſi graui ſupplicio puniatur. Quæ ſanè ſolet eſſe impudentia improborum hominum. Bibunt enim quaſi aquam iniquitatem, nihil faciunt quodcunque admittant ſcelus: quod ſi corripiantur, queruntur iudicum truculentiam, & iniuſtitiam; quòd leuibus culpis atrociſſima imponant ſupplicia. Cæterùm hæc nota interrogationis non inuenitur in textu; nec iſte ſenſus pro ſano haberi debet, ſed explodi, vt figmentum Rabbinorum. Reſtat igitur, vt verba Caini enunciatiuè prolata, vel pro culpa, vel pro pœna capiantur. Sunt, qui pro pœna intelligant, quaſi dicat Cain: Maior eſt hæc pœna mihi à te iniuncta, quàm vt illam ferre, portaréque valeam, ſupra vires meas ſupplicium impoſuiſti. Arguit ſcilicet Deum ipſum iniuſtitiæ, quippe qui puniat vltra debitum ac menſuram culpæ. Id quidem hominum vitium eſt conſuetum, mendaces ſunt in ſtateris. Nec ille ſanctiſſimus Iob fidit innocentiæ ſuæ, ſi humana, quæ nemo defugiet, errata ſua ab hominibus in ſtatera appenderentur. Profectò enim cum Deo loquens, ad Dei ſtateram confugiebat in illis verbis: *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior in ſtatera*, capite ſexto. Sed heus vir ſanctiſſime, an non reformidas diuinum iudicium? Dei cupis tua delicta bilancibus examinari? Quid ſi multum deliquiſſe te deprehendet? Qui cœpit (ait) ipſe me conterat, ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me. Hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore non parcat, nec contradicam ſermonibus ſancti. Hoc eſt, declarat D. Thomas iudiciis ſanctis Dei. Paratum ſe igitur dicit Iob omni ſubeundo ſupplicio, dummodo à iudice incorrupto, & æquiſſimo Deo iniungatur. Et hoc ſe punitum ſolatio recreabit, quod iuſtè, atque in rectiſſima Dei trutina expenſus, reus tamen ac debitor inuentus fuerit, & meritò pœnam æquiſſimam luat. Volebat etiam ſanctus Iob, vti ſua manifeſtò apparerent errata, in ſtateris expenſa, nimirum quo patientiùs ferret pœnam, quam ſuis delictis videret æquiſſimè reſpondentem. Rectè D. Baſilius monet: Petamus à Domino, vt cauſam nubis indicet, quare plectamur, ſicut Dauid aiebat: *Quare faciem tuam auertis*, Pſalmo 43. Deinde vt ſcelerum noſtrorum conſcij, quibus iram Dei meruimus, reſipiſcamus pœnitentiæ, lacrymiſque addicti. Nota etiam Iobi prudentiam. *Ipſe* (inquit) *me conterat*. Supplicium ab ipſo Deo, non ab alio infligi petit. Deus enim per ſe filios, quos amat, caſtigat; hoſtes verò ac reprobos aliis ſatellitibus puniendos, tradere conſueuit. Quod probè agnoſcens Dauid precatur. *Eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ*, Pſal. 16. Hebr. fit appoſitio ad hunc modum. Ab impio framea tua; ab inimicis manus tua. Malus enim & hoſtis Dei eſt gladius, eſt manus ipſa, qua Deus malos alios punit; & bonos exercet, vt apud Iſai. 10. Aſſyrij, virga furoris Domini baculus ipſe eſt. Sic interpretantur D. Hieron. & Genebr. Hoc ipſum factum legimus 3. *Reg.* 16. Zambri enim Rex impiiſſimus Iſraël, obſeſſus ab Amri, non minùs impio ne veniret in illius manus, ingreſſus eſt palatium, & ſuccendit ſe cum domo regia, mortuus in peccatis ſuis. Ad quem locum ſic Theod. *quæſt.* 46. Per hæc docemur nos, quòd eos, qui vitam agunt in ſceleribus, Deus per ipſos inuicem punit, & ſceleratum tradit ſceleratiori, illis vtens tanquam lictoribus. Sic ille. Nam quem quæſo alium carnificem æqualem delinquenti Deus eligeret contra Zambri, quam ipſummet Zambri? Sic Architophel: ſic Iudas: ſic Cain, ſibiipſis tortores extiterunt.

*Cain Deum iniuſtitiæ arguit.*
Iob 6.
S. Thom. *Dei iudicium æquiſſimum, cum punit.*
S. Baſil.
Pſal. 43. *Deus ſi ſua manu flagat.*
Pſal. 16.
Iſai. 10.
3. Reg. 16. *Impij carnifices ſui & ſimilium.*
Theod.

2. Impiè verò Cain queritur de Deo, quòd puniat vltra condignum. Inſignis planè iniuria contra infinitam Dei miſericordiam. *Cum electo electus eris, & cũ peruerſo peruerteris*, canit Propheta Pſalm. 17. & quidem electiſſima ſunt beneficia, quibus miſericors Deus electos ſuos, & qui ipſum præ mundi diuitiis, ac deliciis eligunt, in hac & in altera vita cumulat. Contrà verò agit aduersùs impios ac peruerſos, qui Deum peruersè, & præter omnem rationem, contra quod debent ipſi, ac Deus meretur, offendunt. Hebr. peruertes te, peruerſum luctatorem te facies. Sumpta (inquit Genebrard.) metaphora à luctatoribus, qui flectunt, obliquant, & variè torquent corpus, vt alterum ſubuertant. Significatur nimirum quam occultò, & vt ita dicã, inſidiosè Deus irruit

Pſal. 17.
Genebr.

*Qualiter ſe gerat Deus in ſupplicijs.* Pſal. 18.

iruit in peccatores incautos, & nihil tale ſperantes: dies enim Domini vt fur veniet. Crediderim reſpici potiùs ad puniendi opus, quod peregrinum ab eo núcupauit Propheta. Etenim ſe quodammodo peruertit, commutátque Deus in alium à ſe benigno ac dulci, videlicet in ſeuerum, ac rigidum, a patre in iudicem; ponit patris blanditias, aſſumit virgam iudicis, vt ſe impiis exhibeat, qualem ipſi in amaritudinibus ſuis eum amarum, atque iratum reddiderunt. Illud tamen vſu euenire ſolet, vt Deus qui in corripiendis delictis, quæ contra ipſum directè ac ſolùm committuntur, conniuere vt plurimum videtur, ad vlciſcenda tamen facinora, quæ aduersùs proximum patrantur, ociùs Euro accurrat, & graues intentet pœnas. Lege Pſal. 17. qui totus eſt in gratiarum actionem, eo quòd ex omnibus, iiſque grauiſſimis periculis Deus eripuerit Dauidem, & illatas Dauidi iniurias acriter vindicauerit. Ibi ergo inter reliqua: *Inclinauit cælos, & deſcendit.* Genebrard. Vt celeriùs (inquit) adeſſet, cælos veluti contraxit versùs terras. Celeritatis ſtudio non eos aperuit ad deſcendendú, ſed inclinauit ſecum, & in terras traxit: ſcilicet, vt bonos tueatur, & improbos vlciſcatur. Sic ille. Sequitur: *Et poſuit tenebras latibulum ſuum.* Nimirum (adiungit idem) venit tectus tenebris, ne videretur, & ſic ſecuriùs feriret. Ibidem etiam admirabilem inuenies Dei ſuccurrentis ad vindicandos ab improborum iniuriis ſuos electos deſcriptam celeritatem illis verbis: *Et aſcendit ſuper Cherubim, & volauit ſuper pennas ventorum.* Hebraicè, equitauit, vexit ſe. Proh quam timendum ſpectaculum improbis & iniuſtis; at lætum verò iis, qui patienter iniurias ferunt pro Deo, eſt videre Deum armatum, & equo vectum, vt ſuis fidelibus contra violentos opituletur! Sed quid in hoc argumento illuſtrius, quàm Regis parabola, Matt. 18. Serue nequam (aiebat) omne debitum dimiſi tibi, &c. Vbi ſic D. Chryſoſt. Quando decem milia talenta debebat, nú vocauit eum nequam, neque eſt conuiciatus, ſed miſertus: quando autem contra ſeruum ingratus eſt effectus, tunc dicitur: Serue nequam, &c. Plus quidé motus fuit, ſeruo ſuo, quàm ſibi facta iniuria. Sed ad Cain reuertamur. Homo quidem iſte vaſtus, & agreſtis terræ natus, imò primus ad gehennam ductor impœnitentem exprimit, qui delicta ſua excuſat, aut omnino negat. Rectè S. Petr. Chryſolog. *ſerm.* 34. Eſt nobis (inquit) dura, & deflenda conditio. Peccare nos cogit fragilitas innata, & confiteri prohibet confuſio cognata peccati. Malum enim facere pudor non eſt, & pudor eſt confiteri; timemus dicere, quod committere nos timemus. Prima eſt felicitas in peccatorum turpitudinem non veniſſe; ſed felicitas eſt ſecunda peccatorum veniam peccatis latentibus inueniſſe. Ita Chryſolog. Aduerte illud, *cogit*, non ſignificare neceſſitatem, ſed proclinitatem peccandi, ſemper enim liberum & voluntarium eſt peccare. Deinde Cainus, & ſimilis alius peccator, non ſponte, ſed inuitus, ac reluctanti ſimilis, inflictam pœnam ſuſtinet; præterea grauiora, quàm meruerit, ſupplicia pati conqueritur. Denique de corpore tantùm curans, nullam verò de anima rationem habens; quid pœnarum corpus ferre cogatur, id ſolùm ſentit, plorat, atque exaggerat; quæ verò delicta commiſerit, non meminit; quibus anima ſcateat vitiis, quot & quàm grauibus affligatur morbis, penitus obliuiſcitur. Ita diues epulo animam geſtabat vitiis omnibus dilaceratam, ſed de corporis tantùm voluptatibus curabat, *Luc.* 15. Cæterum in pœnis poſtea in vanum clamabat. Stultus (ait D. Petr. Chryſol. *ſerm.* 66.) in vita diues, ſtultior inuenitur in pœna. Et qui bonorum ſuorum neſciuit tempus, nec malorum ſuorum tempus miſerandos agnoſcit. Quanto verò ſapientius dices cum Auguſtino: Domine, hîc ſeca, hîc vre, vt in æternum parcas. Habeamus ante oculos illud D. Nazianz. *orat.* 15. Adhuc lenitas & benignitas hæc ſunt, & blanda caſtigatio, plágæque clementa puerilem ætatem coercentis; adhuc iræ fumus, tormentorum præludium (ita pœnæ & calamitates huius vitæ à ſancto Doctore vocantur:) nondum autem ignis comburens: poſtremum ac formidabile illud tribunal erit, magiſque etiam iuſtum, quàm formidabile, imò, vt rectiùs dicam, idcirco formidabilius, quia iuſtum. Ita Nazianzenus. Summa verò malorum omnium in Caino fuit, pœnis ipſis non emolliri, non conuerti, quinetiam obdureſcere. Adiungit optimè Nazianzenus. Non graue eſt plagis affici, ſed plagis meliorem non fieri, grauiſſimum & acerbiſſimum eſt; vnde Ierem. 5. *Percuſſiſti eos, & non doluerunt.* Per omnia enim flagella (declarat S. Hieronymus) emendantur, & tamen ne verecundiam quidem ſuorum habuere vitiorum: ſed inſtar petræ indurantes frontis impudentiam, noluerunt ad meliora conuerti. Sic Hieron.

*Proximorum iniurias Deus vindicat.* Genebr.

*Deus equitãs, & armatus pro ſuis ſeruis.*

Matth. 18.

S. Chryſoſt.

S. P. Chryſ. *Confeſsio peccatorum ſe... lix.*

*Impij non curant de anima.*

Luc. 15. S. P. Chryſ.

S. Gregor. Nazianz. *Iuſtis appositum hic puniri, vt... parcant in æternum.*

Ierem. 5. S. Hieron. *Plagis non emendari ſummum malum.*

2. Porrò autem communior ferè omnium Patrum, & planè verior expoſitio, textuíque Hebræo multo congruentior eſt; vti per עון *ghon*, culpa ipſa reatúſque peccati accipiatur, quod eruditiſſimè probat noſter Delrio. D. Hieronymus *Epiſtol. ad Damaſcen.* Maior eſt cauſa mea, quàm vt dimittatur, id eſt, plus peccaui, quàm vt merear abſolui. S. Proſper *tertio de vita contemplatiua.* Maior eſt iniquitas mea, &c. hoc eſt, dicere Deo: indulgere mihi non peto, quia peccatorum meorum magnitudine indulgentiæ tuæ vincitur magnitudo. Quare nuſquam legitur, aut pœnituiſſe de ſuo ſcelere, aut veniam meruiſſe. D. Bernard. grauiter, & piè contra iſtum diuinæ miſericordiæ blaſphematorem impiiſſimum ſæpiùs inuehitur *ſermone* 11. *ſuper Cantic.* Maior eſt iniquitas mea, &c. abſit, abſit. Maior enim eſt eius pietas, quàm quæuis iniquitas. *Sermone* 61. *in Cantic.* agens de vulneribus Domini Ieſu affluentibus miſericordia ſic effatur: Petra refugium herinaceis, dicitur *Pſ.* 103. Et reuera, vbi tuta firmáque infirmis ſecuritas, & requies, niſi in vulneribus Saluatoris tanto illic ſecurior habito, quanto ille potentior eſt ad ſaluandum. Peccaui peccatum grande, turbatur conſcientia, ſed non perturbabitur, quoniam vulnerum Domini recordabor. Nempe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. Quid tam ad mortem, quod non Chriſti morte ſaluetur? Si ergo in mentem venerit, tam potens, támque efficax medicamentum, nulla iam poſſum morbi malignitate terreri. Et ideo liquet erraſſe illum, qui ait, maior eſt, &c. Ego verò fidenter quod ex me mihi deeſt, vſurpo mihi ex viſceribus Domini, quoniam miſericordia affluunt, nec deſunt foramina, per quæ effluant. Clamat clauus, clamat vulnus, quòd verè Deus ſit in Chriſto mundum reconcilians ſibi; patet arcanum cordis per foramina corporis, patet magnum illud pietatis ſacramentum; patent viſcera

S. Hieron. *Caini deſperatio.* S. Proſper.

S. Bern.

Pſal. 103. *Vulnera Chriſti miſericordia affluunt.*

*Mira in Chriſto peccatoribus ſtantia.*

viſcera miſericordiæ Dei noſtri; meum proinde meritum miſeratio Domini. Nõ planè ſum meriti inops, quandiu ille miſerationum non fuerit. Hæc Bernard. & plures mellis fauos conſtruit ex vulneribus Domini Ieſu pendentis in cruce: vt animos faciat peccatoribus, quantalibet numeroſitate, aut grauitate ſcelerum coopertis: ſecuri accedant, veniam impetraturi. At inquiunt, Deus eſt ille ſublimis regnans in cæleſtibus, quem nos terræ vermiculi offendimus. Ergo Bernardus adiungit: Sublimis in regno, ſed ſuauis in cruce. Sapienter D. Chryſ. *hom.* 8. *in* 1. *Corinth.* Ne deſperemus (inquit) neque enim caſus tam grauis eſt, quàm poſt caſum iacere; neque tam graue vulnus accipere quàm nolle acceptum curare. Pſalm. 77. ſæpiùs repetit Propheta, quoties Hebræi in deſerto tentauerunt, exacerbauerunt, irritauerunt Dominum, non crediderunt in Deo, nec ſperauerunt in ſalutari eius. Legunt ex Hebr. aliqui, limitauerunt, alij cruciſixerunt. Genebr. Vt intelligas quàm grauiter Deum lædat, qui eius infinitam limitat miſericordiam. Primus igitur qui Deum cruciſixit, Cain fuit, cùm Dei miſericordiam terminari putauit limitibus, quos ſcelerum aut numerus, aut grauitas vltra queat tranſilire.

S. Chryſ.

Pſalm. 77.

Genebr. *Miſericordiam Dei cruciſigit deſperans.*

4. Deſperauit aliquando Iudaicus populus de potentia, déque benignitate Dei, quòd aut non poſſet, aut nollet illum tueri ab exercitu Samariæ; atque adeò infelix ad petendam opem Aſſyriorum ſe contulit. Ergo Dominus iratus: pro eo quòd abiecit populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cum ſilentio, & aſſumpſit magis Raſin, &c. *Iſai.* 7. & 8. Vbi vides Domini benignitatem vocari fontem, ac fluuium inde manantem, cuius aquæ ſunt ipſamet pax, ſilentium, quies. Siloe verò à Ioanne interpretante vim Hebræam, dicitur miſſus. Ipſe videlicet Chriſtus Dominus à Patre miſſus, miſericordiæ theſauros effundit. Sed grauis planè quæſtio, cur miſſus ſit à Patre filius ad redimendum hominem, & miſericordiis ſuis cumulandum: an non ſatis eſſet, ſi mitteretur Angelus? Reſpondeo; noluiſſe Deum, vt redemptori alij, quàm ipſimet obligati homines tenerentur; nec honeſtum atque glorioſum homini eſſe, vt vlli creaturæ, ſed ſoli ſuo creatori redemptionis ſuæ beneficium acceptum referret: & conſequenter alium, quàm Deum ſui dominum recognoſceret. Hæc optima ratio affertur à D. Anſelmo *lib.* 1. *Cur Deus homo cap.* 5. hiſce verbis. An non intelligis; quia quæcunque alia perſona hominem à morte æterna redimeret, eius ſeruus idem homo rectè iudicaretur. Quod ſi eſſet, nullatenus reſtauratus eſſet in illam dignitatem, quam habiturus erat, ſi non peccaſſet: cùm ipſe, qui non niſi Dei ſeruus, & æqualis Angelis bonis per omnia futurus erat, ſeruus eius eſſet, qui Deus non eſſet, & cuius Angeli ſerui non eſſent. Sic Anſelm. Non areſcet vnquam hic fons, non fatigabitur peccatoribus veniam ſalutémque cõdonare Dominus Ieſus. Ergo ſitientes clamat, venite ad aquas, & aquas vitæ ſalientis in vitam æternam. Pulchrè D. Ambroſ. *lib. de Cain & Abel, cap.* 3. Venit de cælo medicus. Ideo autem omnibus opem ſanitatis detulit, vt quicunque perierit, mortis ſuæ cauſas ſibi adſcribat: qui curari noluit, cùm remedium haberet, quo poſſet euadere. Chriſti manifeſta prædicatur miſericordia, eo quòd ij, qui pereunt, ſua pereunt negligentia. D. Chryſ. aduersùs Cain ſic loquitur *hom.* 19. *in Geneſ.* Dixit Cain, maius eſt peccatum meum quàm vt dimittar ego. Ecce abſoluta confeſſio. Tale, tantúmque (inquit) peccatum commiſi, vt non poſſim accipere veniam. Ecce confeſſus eſt, & ſic confeſſus eſt, vt omnem excederet diligentiam, ſed nihil inde lucri. Sufficiens confeſſio, ſed intempeſtiua, hoc enim facere oportebat tempore congruo, quando adhuc impetrari poterat à iudice miſericordia. Ita Chryſ. Neque verò tàtus vir vult dicere, ſufficientem confeſſionem, quæ hac vita fiat, ad veniam culpæ impetrandam non proficere. Sed nimirum id ſibi vult, intempeſtiuam eſſe ad tollendam pœnam confeſſionem illam, quam depromit reus cùm eſt iam inflicta ſententia. quod & verba illa, quæ ſequuntur, oſtendunt. Memores (inquit) nunc eſtote, quòd terribili illo die Dei iudicium non poterit deprauari, & vnuſquiſque noſtrûm ob peccata deſperabit videns ante oculos ſempiternas illas, & ineuitabiles pœnas, nullam inde habiturus vtilitatem, tẽpore deſtitutus. Pœnitentia enim, priuſquam pœna inferatur, tempus habet, & ineffabilem vim. Proinde obſecro, cùm adhuc efficax eſt mirificum hoc pharmacum, commoda, & fructus inde percipiamus, & cùm adhuc ſumus in præſenti vita, pœnitentiæ medicamen non aſpernemur, ſcientes liquidò, quòd nihil tunc nobis proderit pœnitentia, cùm ſolutũ fuerit ſpectaculum, & tempus certaminum ablatum. Sic Chryſ. Nemo tamen hinc colligat, veram eſſe poſſe, ac ſufficientem reproborum confeſſionem, & idcirco non acceptari à Deo poſt mortem, quia ſit intempeſtiua. Tunc enim, etſi doleant, ac pœniteant damnati, dolor ille non eſt vera contritio, nec illa pœnitentia virtus, cùm omnino ſit impoſſibile in ſtatu damnationis vllum virtutis actum à damnato elici, quinimò ſuperbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper, *Pſalm.* 73. Explicatur à multis de odio, indignatione, ſuperbia, damnatorum perpetua contra Deum.

Iſai. 7. & 8.

Ioan. 9.

*Redemptor cur Deus, non Angelus.*

S. Anſel.

*Soli Deo redemptori tenetur debet homo*

S. Ambroſ.

*Qui perit, ſua culpa & ipſe perit.*

S. Chryſoſt.

*Confeſſio non aliquando intempeſtiua.*

*A damnatis nullus actus bonus elici- tur.*

5. Ergo ſuppoſita Dei miſericordia, cui fidere debemus etiam in omni ſcelerum colluuione, fide diuina, fiduciáque plenî confeſſionẽ integram emittamus. Luculenter enim D. Ambr. *lib.* 2. *de pœnit. cap.* 8. ait: Et agendam pœnitentiam, & tribuendam veniam credere nos conuenit, vt veniam tamen tanquam ex fide ſperemus, non tanquam ex debito; aliud eſt mereri, aliud præſumere, tanquam ex ſyngrapha fides impetrat. Et rectè: cùm abſolutè, & ante omnem Dei promiſſionem, nihil eſſe poſſit ex parte peccatoris, quod Deum efficiat debitorem. Si enim per impoſſibile (vt logicè loquamur) Deus verè & ritè pœnitenti ſuam denegaret gratiam, nihil iniuſtitię admitteret aduersùs huiuſmodi pœnitentem, ſed contra ſuammet veracitatem, ac fidelitatem procederet, ſibi iniurius, quòd fidelis non eſſet, nec ſtaret promiſſis. Meritò igitur ſæpiùs in ſcriptura fidelis Deus nuncupatur, maxime vbi ſermo eſt de hominum meritis. Plura de his Theologi. Sed quoniam adhuc peccator multitudine debitorũ prægrauatus animo ſuccumbet; quòd Deo non ſit ſoluendo, adiungit D. Ambroſ. Plura ſoluendi habet ſubſidia, qui Deo, quàm is, qui homini debet. Deus affectum exigit, qui in tua poteſtate eſt. Nemo pauper eſt qui Deo debet, niſi qui ſeipſum pauperem fecerit. Et ſi non habet, quæ vendat, habet, quæ ſoluat. Oratio, lacrymæ, ieiunia, debitoris boni

S. Ambr.

S. Ambr. *Ad confeſſionem animamur.*

S. Ambr. *Deo, qui debet, habet vnde ſoluat.*

cenſus eſt. Sio Ambroſ. Bene quidem hæc omnia A in remedium deſperatorum, ne Caiuum imitati dicant: Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Iam nunc (quæ eſt ſuperabundantia gratiæ Chriſti) propter nimiam ſpem, ſibi perperam confidentes, plures iouconiuntur, qui peccent, & pereant. Pulcher in hanc ſententiam ille locus eſt Prouerb. 14. *Sapiens timet, & declinat à malo, ſtultus tranſilit, & confidit.* Vbi Gloſſa: Sicut ſtulti eſt, de ſua alacritate confidere, torrentem rapidum, vel voraginem ſaltu velle tranſilire; ſapientis autem ad planum, vel ad pontem diuertere. Ita qui peccatum, quantum valet, declinat, timens ne inuoluatur malis, ſapiens eſt. Stultus autem qui contemnit B peccans, blandiens ſibi; quia aut pòſt pœniteat, aut poſt mortem fortiter pœnas ferat. Lyra conſimiliter: Sapiens timet Deum timore filiali; & declinat à malo magis propter offenſam, quàm propter pœnam; ſtultus tranſilit de facili, currens de peccato ad peccatum, & confidit veniam conſequi ex benignitate Dei, qua tamen fatuè abutitur. Interlin. Sapiens pœnas timet, ſtultus de impunitate confidit. Hugo Cardin. Sapiens timet pœnas, & ſeparationem, & offenſam patris. Vel; qui habet oculos in capite, vt dicitur *Eccleſ.* 2. timet pericula viæ; quia videt totum mundum plenum laqueis, & gladiis, & puteis bituminis, idest, viſcatæ voluptatis. C Vnde Eccleſ. 7. *Qui timet Deum, nihil negligit.* Stultus tranſilit de peccato in peccatum, velut equus exoculatus, qui nihil timet, quia nihil videt. Vnde volgò dicitur: Nullum animal audacius equo cæco. Sic Hugo. Dici ergo poterit iis, qui ex nimia ſpe peccant audacter, quod per Ieremiam dictum eſt populo Iudaico: *Quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis proſperum*, cap. 2. Sed ad Cainitas reuertor, hoc eſt, ad puſillanimes, ad deſperantes: ſint licèt peccata veſtra ſuper numerum arenæ, quæ eſt in littore maris: at miſerationum Domini nec finis, nec numerus, nec modus, aut menſura eſt. Iudicem nihilominus timetis: eſt apud Iudicem mater ipſius, quam ille ipſe nobis dedit parentum D (vt ait D. Bernard. *homil. 2. ſuper Miſſus eſt,*) reparatricem, poſterorum viuificatricem. Tanta verò eſt matris gratia apud Filium, vt quicquid illa volet, hauddubiè fiat. Non modò impetrat, ſed veluti mater imperat. Cum fiducia enim (inquit D. Bernard. *hom.* 1.) ſuum nuncupat Filium, Deus ipſe ſubditus erat Mariæ, *Luc.* 2. Vtrinque ſtupor, vtrinque miraculum. Et quòd Deus fœminæ obtemperet, humilitas abſque exemplo; & quòd Deo fœmina principetur, ſublimitas ſine ſocio. Sic ille. Addo, & vtrinque ſumma Dei miſericordia. Matrem enim ſuam, cui Deus ipſe, vt Filius obedit, nobis eſſe voluit aduocatam, imò & matrem, vt filiorum negotia ſolicitè & confidenter apud Filium pertractet.

*Peccant plures ob vanam ſpem in Deo.* — Prouerb. 14. — Gloſſ. — Lyra. — *Sapiens & ſtultus timet.* — *Stultus non timet.* — Hugo Card. — Eccleſ. 2. — Eccleſ. 7. — Ierem. 2. — S. Bern. — *B. Maria pro nobis Deum ſolicitat.* — Luc. 2.

---

## SECTIO XIV.

*Ecce eiicis me hodie à facie terræ; & à facie tua abſcondar; & ero vagus, & profugus in terra.*

1. HEbr. חן גרשת אתי היום *hen geraxtta othi haiom*: ecce eiecisti me hodie. præteritum eſt; ſiue pro præſenti accipiatur, idem ſenſus elicitur. Eiectio iſta vt illa parentum è paradiſo intelligenda eſt, violenta, & ignominioſa expulſio. Ecce emphaticè. Meritò ergo deſperaui: nam video me tua deſtitutum cura mihi metipſum commiſſum, hinc expulſum, nuſquam locorum conſiſtere quietum ac ſecurum. Quia verò, vt antea præmiſimus, ſermo eſt de culpa, aut de pœna: Ecce (ait Cain) non ſine cauſa deſperans de venia dixi maiorem eſſe iniquitatem meam, quàm vt à te illius veniam impetrarem: aut non temerè dixi grauius mihi ſupplicium impoſitum, quàm vt peccato ipſi deberetur, aut quàm vt ſuſtinere illud in vita poſſim. Hoc enim aperte demonſtrant ea mala, quæ mihi ſubeunda irrogaſti. Ecce eiicis me hodie à facie terræ. Quod duplici dictum ſenſu explicatur; vel eiicis me à facie terræ, ab hac ſcilicet regione in qua natus, & nutritus ad hanc vſque horam vixi cum parentibus; quæ vicinior paradiſo, ſalubriori cælo, ac ſolo fertilitate vberiori, longéque pulchriori amœnitate commendatur. Ab illa procul exterminor in alias atque alias ſubinde terræ portiones, vbi cuncta erunt victui, ac vitæ difficiliora. Vel nomine terræ homines intelligit, Exul (inquit) peruagabor, nullibi paſſus conſiſtere, quippe inuiſus mortalibus; auerſabuntur omnes, vti aſpectu, ſermone, conſuetudinéque indignum; omnibus odium ac peſtis ero. Plura iam hinc poteris adnotari. Ergo ne tanti ſuum Deus facit paradiſum, vt ne propè quidem degere ſinat Cainum fratricidam: de cæleſti patria, quam paradiſus ille ſignificabat, ait Ioan. Apoc. 21. *Non intrabit in eam aliquid coinquinatum.* Putarim, etſi pollutum ſordibus carnis cæleſtis illa ciuitas abominetur; multo adhuc faſtidioſiùs reſpui ab illius aditu (vt qui ſit deteſtabilior) humano, per ſummam iniuſtitiam ſanguine contaminatum. Eſt enim ille locus quietis, vrbs beata Hieruſalem dicta pacis viſio, de qua dicitur Pſalm. 147. *Qui poſuit fines tuos pacem.* Ex qua (ait ibid. S. Auguſtin.) non exiit amicus, in quam non intrat inimicus. Non auditus eſt ſonus mallei in templo, cùm ædificaretur à Salomone, 3. *Reg.* 6. Nec illò ferrum eſt inductum, Pacificus rex, pacifico Deo, & pacem amanti, templum ſine vllo ſtrepitu, ac ſonitu ferri, ſine ſimulachro belli, ac diſcordiæ dedicauit. Mirórque magis hæc pacis etiam & concordiæ ſymbola in fanis Ethnicorum ſolita obſeruari; ideo enim ſcriptum eſt à Tullio 2. *de legibus: Æs,* & ferrum arceto à delubris, duelli inſtrumenta, non fani.

2. Procul abeſt à paradiſo Cain, non modò quia occidit, ſed etiam, quia inuidit. Caritas in cælo, non inuidia regnat. Deus pacis & ſolatij dat idipſum omnes ſapere in alterutrum, vt vnanimes, vno ore honorificent Deum. Omnium cor, & anima vna. Pater ille Deum in ſe exprimens, de quo Luc. 15. filio querulo aiebat: *Fili, tu mecum ſemper es, & omnia mea tua ſunt.* Eleganter D. Auguſtin. Quid (inquit) ſibi vult: Et omnia mea tua ſunt, quaſi non ſint & fratris? Sed ſic à perfectis, & immortalibus filiis habentur omnia, vt ſint omnium ſingula, & omnia ſingulorum. Vt enim cupiditas nihil ſine anguſtia, ita nihil cum anguſtia caritas tenet. Cum beatitudinem illam obtinuerimus, noſtra erunt ad videndum ſuperiora, ad conuiuendum æqualia, ad dominandum inferiora, congaudeat igitur ſecuriſſimus frater maior. Sic Auguſtin. Legimus autem de iſto inuido, & ruſtico fratre: *Et cum veniret & appropinquaret domui, audiuit ſymphoniam*

*Cain quomodo eiicitur à Deo.* — Apoc. 21. — *A cælo arcentur homicidæ.* — Pſal. 147. — 3. Reg. 6. — *Cur in Salomonis templo defuerit ferrum.* — Tullius — Luc. 15. — S. Auguſt. — *Caritas fratrum in cælo.*

*phoniam & choros : indignatus eſt autem & nolebat* A *introire*, Luc. 15. Vbi ſic optimè D. Petr. Chryſol.

S. P. Chryſ. *Inuidi arcentur à cælo.*

Inuidum fugat ſymphonia pietatis, chorus caritatis excludit; & quem venire ad fratrem, & appropinquare domui vocat ratio naturæ, hunc peruenire zelus non ſinit, liuor non patitur introire. Sic ille *ſerm.* 4. Rectè indignatus iſte, & inuidens non intrat in aulam cæleſtem, vbi conuiuium parens cum filiis celebrat, vbi concentus fraternæ perſonat pietatis. In cælo omnia ſunt omnibus communia. Sed Cainitæ propriis ſtudent. Et quando ( adiungit D. Petr. Chryſ. ) inuidus non auarus, quando quicquid habet alter, ſe computat perdidiſſe. Deinde longiùs arceantur rixoſi, diſcordes, inuidi, iniurioſi, à diuina Euchariſtia, quæ verus eſt in terra paradiſus.

*Inuidus ſemper auarus.*

B Matth. 5. monet Dominus : *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſus te, vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Rectè D. Chryſ. exclamat: O admirabilem bonitatem! ô ineffabilem benignitatem! Dei honorem reſpuit, dum proximi ciuitatem requirit. Rectiùs etiam D. Hieronym. infert. Si munera noſtra abſque pace offerre non poſſumus, quanto magis, & Chriſti corpus accipere. Denique in hanc ſententiam illud afferri poteſt ex Pſalm. 90. *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Qui locus propriè intelligitur paſſiuè; nimirum tu, ô Deus bone, adeò excelſus ſuper omnia reſides, vt tibi nihil nocere

Matth. 5. *Ab Euchariſtia qui arceantur.*

S. Chryſ.

S. Hieron.

Pſal. 90.

C queat, imò nec in domum tuam pateat aditus alicui tribulationi ac ſupplicio, quo ſolent creaturæ flagellari. Nihilominus non erit abs re accipere etiam actiuè, vt ſit ſenſus : Non habes tecum mala, quæ nobis inferas; quæ namque patimur, à nobis perueniunt, perditio noſtra ex nobis; imò nulla domi tuæ inueniuntur flagella, & inſtrumenta nocendi; ſi quando enim opus habet iuſtitia tua punire, vt merentur, peccatores; aliunde neceſſe eſt conductas virgas, & verbera importet. Præclarus ad hunc ſenſum ille locus Iſai. 7. *In illa die radet Dominus in nouacula conducta in his, qui trans flumen ſunt in rege Aſſyriorum, caput, & pilos pedum, & barbam vniuerſam.*

*Alienum Deo punire, & ferire.*

Iſai. 7.

D Vbi vides in domo Dei, ne vnam quidem nouaculam ( adeò arcetur inde ferrum ) inueniri, & quando illa opus fuit, conductam à remota trans flumen regione Aſſyriorum fuiſſe aſportatam; & conductam quidem non coëmptam, vt quæ poſt abraſi capilli opus, eſſet iterum procul ab domo Dei remittenda ad Aſſyrios. Non prætereibo, quódnam ſupplicij genus per hanc nouaculam ſignificetur. Ergo (ait D. Hieronym.) in iſta nouacula, in rege videlicet Aſſyrio, omnes capillos, & pilos totius corporis à capite vſque ad pedes, decorémque barbæ, quod vtilitatis indicium eſt, radet Dominus de Iudæa, vt nihil in illa forte, nihil pulchrum reſideat, ſed effœminatis hominibus, imò ignominioſis mulieribus E comparentur. Quod quidem vnum eſt, ex grauiſſimis ſuppliciis, quibus Deus punire vrbem, regnum, atque rempublicam conſueuit; vt auferat fortes, robuſtos, & iuſtos viros, relinquárque effœminatos, imbelles, turpíque, & quæſtui, & libidini ſtudentes; Abeles extinguat, ſinat viuere Cainos.

S. Hieron.

*Fortes extingui, molles viuere ſumma pernicies.*

3. *Ecce eiicis me à facie terræ.* Bene Rupertus ſtoliditatem incuſat Caini. Non ergo ( inquit ) Deum ſibi iratum eſſe graue putat, ſed timet, ne agricolari ſibi non liceat, ne terram, quam ſolùm

Rupert.

A amat, pro admiſſo facinore perdat. Eſt Cain vnus ac primus eorum, qui ( vt ait D. Ambroſ. 2. *de Cain, cap. vlt.*) vnicam hanc vitam putant eſſe, quæ fit in hoc ſeculo. Hanc enim ſolùm iſti terræ filij amant, huic tantùm conſecrandæ ſtudent; viuant, & oblectentur in terra, quicquid ſit de cæleſtibus bonis, nihil omnino curant. Quod ſummè anguſti & abiecti animi eſt. Contra verò, qui generoſo, & excelſo animo eſt, terrena, omnia bona, vt vilia, & nihili reputat. Hinc diſertiſſime D. Chryſ. *homil. 9. in Matthaum*, expendens, quare Dominus Nazaræus, & Galilæus vocetur : ſubinfert. Verùm ille tamen ne inde quidem erubeſcens vocari, oſtendit, quòd nullius, quæ ſecundùm hominem magna videntur, indiget.

S. Ambr. *Carnales terra non cælo ſtudent.*

S. Chryſoſt.

B Nam & diſcipulos de Galilææ regione elegit, docens quòd nullius rei indigeamus externæ, ſi voluerimus ſtudere virtuti. Sic Chryſ. Profectò ſi Cain deploraſſet eiici à facie Dei, & procul ablegari ab illo terræ ſolo, in quo certior erat, & familiarior Dei prouidētia in homines; in quo parentum ſuorum præſentia, doctrina, conſilia, monitáque illi præſtò aderant; atque adeò videre ſe deſtitutum Dei cura, parentúmque; id quidem ſi doleret, ac lugeret; Dei ſanè miſericordiam imploraret. Id enim moris eſt, vel erga impios, Deo beneuolentiſſimo aliquid ſemper, in ſummis malorum procellis gubernaculi & doctrinæ impertiri. Quod D. Ambroſ. luculenter adnotauit eodem in loco. Inde eſt ( ait ) quòd poſtea Prophetæ in captiuitatem

*Solius virtutis ſtudium neceſſarium.*

S. Ambroſ.

C cum populo Iudæorum tranſierunt, ne reliqua plebs ſuorum deſtituta præſidio, conſilióque viduata grauiorem ſubiret ærumnam; ſed magis frequentibus commonita oraculis Prophetarū, ad Dominum Deum ſuum pio rediret affectu, ne aduerſis captiuitatis attrita proruerer in perfidiæ peccatum, ſalutiſque perpetuæ remedium deſperaret. Sic Ambroſ. Præſertim à cura & conſortio parentum ablegari valdè periculoſum eſt. Aſpectus enim ( ait D. Petr. Chryſ. *ſerm.* 3.) patris fugat crimina, expellit noxam, cunctam nequitiam, & tentamenta propellit. Idem *ſerm.* 1. dixerat in eandem ſententiam. Viuentri inter tot virtutum duces (parentes ſcilicet, & propinquos) criminum tenebræ propinquare non poſſunt.

*Doctrina inſtorum neceſſaria.*

S. P. Chryſ. *Parentum cura filiis neceſſaria.*

D Ac mihi quidem perſuaſum eſt, non modò in pœnam ſui delicti fuiſſe Cainum procul ab illa regione diuino imperio ablegatum: ſed vt ita Dominus conſuleret dolori parentum, qui Cainum fratricidam ante oculos iugiter habētes non poſſent nō lamentari tam inhumaniter extinctum illum Abelem, qui vnus fuiſſet amor ac deliciæ ipſorum: ne matris præſertim ad cōſpectum Caini, ſingulis planè momentis recrudeſceret dolor. Bene Gregor. Nanzianz. *Orat.* 35. exponens, quare matri cathedras illas in regno Chriſti petenti pro filiis Dominus aſperiùs non reſpondiſſet, ait : quia mater eſſet ; neque enim E ( inquit ) quicquam eſt materno affectu mollius, idque eò commemoro, vt honori matrum, quaſi data lege conſulam. Idémque *Orat.* 21. expendens admirabilem illam conſtantiam qua mater Machabæorum vidit ante oculos ſuos ſeptem filios immaniſſimè torqueri, ac trucidari; concludit. Vereor ne a me audacter dictum ſit, hoc ſacrificium maius, atque præſtantius ſacrificio Abrahæ. Itaque procul exulet Abelis interfector, vt temporis decurſu leniri paulatim queat de filio chariſſimo interempto parentum dolor. Illa etiam ratio quæ redditur à D. Ambroſ. *lib.* 2. de

Greg. Naz. *Matrum dolor & amor pro filiis.*

S. Ambroſ.

*de Cain, cap. vltim.* egregia mihi viſa eſt. Repulit (ait) eum à facie ſua, & à parentibus abdicatum ſeparatæ habitationis quodam relegauit exilio, eo quòd ab humana manſuetudine tranſiſſet ad ſæuitiam beſtiarum. Nimirum quia Cain hominem exutus, feram induit, cùm parricidium admiſit, meritò ab hominum conſortio, in ferarum luſtra, ſaltúſque beluarom exterminatur.

4. *Et à facie tua abſcondar.*] Hic locus variè diſpungi ſolet. In primis eſt hypallage, pro eo quod eſſet, tu à me faciem tuam aſcondes. Phraſis Hebræorum valde vſitata; faciem Deus dicitur oſtendere, cùm ſe beneuolum, & peramantem, & manifeſtis indiciis ſe alicui fauentem demonſtrat; contrà verò dicitur faciem ſuam auertere, cùm aliquem auerſatur, illum à ſe reiicit, priuat beneficio, fauore deſtituit, punit denique; hinc millies Dauid loquitur de vultu, de facie, de ore, de conſpectu, de oculis Domini, vbi proculdubio ſermo eſt de beneuolẽtia Domini magnis beneficiorum ſignis conteſtata. Hinc ſæpiùs in ſacris literis Christus Dominus in mundum vẽturus dicitur facies, vultus, os, conſpectus, oculi Dei, cujus aduentum Dauid tantopere cupiebat, requirebat, precabatur; quod & alij paſſim Prophetæ factitabant. Hinc Prophetæ, Dauid maximè, timebant, ac deprecabantur Deum, ne faciem, vultum, os, oculos, aſpectúmque auerteret. *Ne auertas faciem tuam à me, & ne declines in ira à ſeruo tuo,* Pſal. 26. Vbi non aliud iræ & furoris Dei ponitur ſignum, quàm faciem ipſam auertere, declinaréque vultum à Dauide. Sic optimè D. Auguſtin. *conc. 1 in Pſalm. 26.* Ne auertas vultum tuum à me, ſcilicet, vt inueniam quod quæro. Ne declines in ira à ſeruo tuo. Ne te quærens in aliud incurram. Quid enim hac pœna grauius amanti, & quærenti veritatem vultus tui. Sed vberiùs adhuc, & ſuauiùs *concion. 2.* in eadem verba profatur. Ne declines (ait) in ira à ſeruo tuo. Magnificè. Nihil dici diuinius poteſt. Sentiunt hoc qui verè amant. Alius vellet beatus & immortalis eſſe io his, quas diligit terrenarum concupiſcentiarum voluptatibus. Non vult hoc iſte. Deinde alius iratum Deum non timeret, niſi ne illi auferret temporalia. Iſte vnde timet Deum iratum? ne auferat, quod amauit; quid amauit? vultum tuum Domine. Ideo hanc putat iram Domini, ſi auertat ab illo vultum ſuum. Domine ne declines in ira à ſeruo tuo. Poſſet illi hoc modo reſponderi; quid times? ne declinet à te in ira? magis ſi à te declinauerit in ira, non in te vindicabit; ſi incurras in illum iratum, vindicabit in te. Opta ergo potiùs, vt declinet à te io ira, non accedat. Quid nouit enim? Quid deſiderat? Ira eius non eſt niſi auerſio vultus eius. Hæc Auguſt. Tam pulchra quidem, dulcis, atque amabilis eſt Dei noſtri facies, vt etiam cùm iraſcitur, mirificè recreet intuentem: nec maius accedere poſſit leuamentum homini, cùm à Deo irato punitur, quàm, vt tunc Dei punientis faciem contempletur. Et quidem meritò Cain dolenter ait: A facie tua abſcõdar, plorans ſe diuino præſidio & beneuolentia per faciem ſignificata deſtitui. D. Ambroſ. *lib. 2. de Cain, cap. 9.* hanc eandem ſententiam elicit. Dixit Cain, ſi derelinquas me hodie, à facie tua abſcondam me. Nihil enim grauius, quàm errantem à Deo deſeri, vt ſe reuocare non poſſit. Mors peccatoris peccandi finem affert, vita autem diuino gubernaculo deſtituta præcipitatur, & io grauiora prolabitur; vt ſi gregem paſtor relinquat, incurſent beſtiæ: ita cùm Deus deſerit hominem, ingruit diabolus. graue eſt præſertim inſipientibus non habere rectorem. Serpit malitia, vulnus augetur, vbi medicina defuerit. Sic Ambroſ.

*Facies Dei pro beneuolentia.*

*Pſal. 26*

*S. Aug.*

*Faciens Dei quàm dulcis, etiam cùm iraſcitur.*

*S. Ambroſ.*

*Deſeri à Deo in peccatis.*

5. Abſcondar à facie tua. Alius ſenſus eſt. Siquidem me reiicis à facie iſtius terræ, in qua natale mihi ſolum: eia bonis auibus ibo peragraturus orbem, nec te ampliùs ìotuebor, faciem tuam non requiram; imò ſi tu me requiras abſcondar. Nihil vltrà cum Deo mihi velim. quæ omnia ſunt impudentiæ, ac deſperationis plena. Quod hîc innuitur a D. Ambroſ. Abſcondit ſe (ait) qui velare vult culpam, & regere peccatum. Qui enim malè agit, odit lucem, & amat tenebras ſuorum, & latibula delictorum. Iuſtus autem non abſcondere ſe à Domino Deo ſuo, ſed ipſe magis ſe offerre conſueuit, dicens: Ecce ego ſum, qui non habet criminoſam conſcientiam, quam timeat deprehẽdi. Meritò ergo ſe abſcondit malè conſcius. Sic Ambroſ. Quanto autem ſapientiùs Cainus egiſſet, ſi cùm ſe ſtimulis compunctum conſcientiæ, & à Dei facie repulſum videret, non de fugâ, de latebris cogitaret; ſed peccatum ſuum dolens, ac lugẽns, ſeipſum ante pedes Domini abiiceret, veniam clementiſſimi Iudicis deprecaretur. Ergo quod ille non egit, ſapiet, ac ſuæ ſaluti conſulet, qui egerit; dicétque cum D. Bernardo *de inter. dom. 31.* Eripe me, Domine, ab homine malo, id eſt, à meipſo, à quo recedere non poſſum. Nam quocumque me verto, vitia mea me ſequuntur; vbicumque vado, conſcientia mea non me deſerit, ſed præſens aſſiſtit, & quidquid facio, ſcribit. Iccirco quamquam humana ſubterfugiam iudicia, iudicium propriæ conſcientiæ fugere non valeo. Et ſi hominibus celo quod egi, mihi tamẽ (qui noui malum, quod geſſi) celare nequeo, proprij reatus conſcientiæ non me requieſcere ſinit, ſed de die in diem vehementer me torquet, & de die iudicij vehementiùs terret. Propterea ſtatuam me ante me, & iudicabo meipſum, vt illius extremæ & tremendæ diei iudicium euadere poſſim. Piiſſime Domine, ego peccabam, & tu diſſimulabas. Prolongabam multo tempore iniquitatem meam, & tu pietatem tuam; quia pœnitentiam & indulgentiam cogitabas. Da ergo miſericordiam miſero, qui tamdiu pepercisti criminoſo. Hæc Bernard. Deſperantis verba ſunt, *Et à facie tua abſcondar.* Sed ô vocem (vt bene vocat S. Petr. Chryſ. *ſerm. 3.*) debellatricem vitæ, ſalutis inimicam! Rogo quis deſperationis locus? Hîc ſimulatio quæ timoris? (ſermo eſt de patre, qui filium prodigum recepit) niſi fortè timetur occurſus? terret oſculum, turbat amplexus, cùm pater filium trahit manibus, claudit gremio, ligat lacertis? Sic ille. Planè cùm Deus Pater ſit, nihil illi magis execrandum, quàm vt quis de tali Patre deſperet. Nunc maximè, vbi cum matre Virgine (vt ait D. Auguſtin.) Deus infans Magos ad ſe perduxit, nimirum alienigenas, & Gentiles homines, vt genus omne mortalium incredibili fiducia repleret. Pueri ergo Ieſu (vt rectè D. Bern. *ſerm. 2. de Epiphan.*) quanto ſublimitas nobis notior, tanto humilitas pretioſior & àmabilior eſt. His deliciis vſque modò caruit mundus, hanc dulcedinem hactenus non guſtauit. Ecce Rex noſter pacificus, in diademate, quo coronauit eum mater ſua. Hæc ex Bernard. At quæ mater [illegible], ſemper Sulamitis, pacifica, cariſſima in [illegible] fœcunda ſcilicet

*S. Ambr.*

*Peccator lucem fugiens.* *Ioan 3.*

*S. Bern.*

*Conſcientia tormentum.*

*Peccator Dei miſericordiã implorat.*

*S. Petr. Chr.*

*De Deo numquam deſperandum.*

*S. Auguſt.*

*Ieſu infantis amabilis.* *S. Bernard.*

gratiarum mater, quas ſuis fidelibus ſupereffun- A
dit. Quídni omnia nobis impetret, quæ Filium
*Beata Maria reconciliatrix cum Deo.* Deum nobis peperit? Mediatrix illa eſt inter
Deum & homines, paruulum enim dedit nobis.
S. Bern. Meritò exclamat D. Bernard. *ſerm. 1. de Epiphan.*
O dulciſſima reconciliatio! O ſatisfactio ſuauiſ-
ſima! O verè reconciliatio facilis, ſed perutilis!
S. Ambr. Poſtremò adiungam, quod eſt à B. Ambroſ. *cap.*
*vlt. lib. 2.* de Cain perquam ſubtiliter adnotatum.
Vide (inquit) quàm perpetua vita iuſtorum, &
*Viuunt iuſti impij ſemper mortui.* nulla ſit improborum. Iuſti ſanguis clamat, &
mortui; vita autem peccatoris abſconditur. Abſ-
conditus à facie Domini Cain non mirum eſt,
quòd vagus & profugus in terra fluctuet. Sic im-
pij hæretici, ſic & mali Chriſtiani oberrant: cùm
S. Auguſt. tamen interim (vt loquitur S. Auguſt. 4. *conf.* 16.)
paruuli tui, ô Domine, in nido Eccleſiæ tuæ tuti
plumeſcant, & alas caritatis alimento ſanæ fidei
nutriant. ô Domine, in velamento alarum tuarũ
ſperamus, & protege nos, & porta nos. Tu por-
tabis & paruulos, & vſque ad canos tu portabis;
quoniam firmitas noſtra quando tu es, tunc eſt
firmitas; cùm autem noſtra eſt, infirmitas eſt. Vi-
uit apud te ſemper bonum noſtrum, & quia inde
auerſi ſumus, peruerſi ſumus. Reuertamur iam,
Domine, vt non euertamur; quia viuit apud te
ſine vllo defectu bonum noſtrum, quod tu ipſe
es. Sic Auguſtin.

---

## SECTIO XV.

***Omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me. Dixítque Dominus: Nequaquam ita fiet.***

1. INſelix Cain non iram Dei timet, non mor-
tem animæ veretur, non dolet admiſſum
ſcelus. Debuiſſet, ni ſtultus & lapis eſſet, collige-
re; igitur ad pœnitentiam meorum ſcelerũ con-
fugiam. Profectò tanta vis illius eſt, vt meritò
S. Bernard. dicat D. Bern. *de inter. dom.* 31. O Domine, credo,
quidquid mihi condonare decreueris, ſic erit
quaſi nunquam fuerit. Non condonat autẽ Do- D
minus peccatori niſi pœnitenti. Non eſt quidem
Dei ingenium, quale hominibus à corruptione
*Homines aliorum errata improbant.* naturæ inditum eſt; cuius enim aliquid errati
deprehenſum eſt, aut æterna in eo, aut certè diu-
turna valet opinio improbitatis. Ceterùm ſi pœ-
nitentiam peccator aget, in obliuione corã Deo
deinceps illius delictum erit: plena ſunt huius
propoſitionis catholicæ ſcripturarũ volumina.
Deinde talis eſt pœnitentiæ virtus, vt de Saule
Paulum, de lupo agnum & paſtorem, de muliere
*Pœnitentia tranſmutationes.* in ciuitate peccatrice beatiſſimam in cælo Mag-
dalenam effecerit; ac de Caino parricida iuſtiſ-
ſimum efficere Abelem potuiſſet. Hoc eſt illud
quartum myſteriũ, quod inſcrutabile Salomoni
videbatur. Via ſcilicet mulieris adulteræ, quæ
Prouerb. 30. tergens os ſuum dicit: *Non ſum operata malum.*
S. Ambr. Quem locum D. Ambr. *lib. de Salomone, c. 4.* ſic ex- E
*Deus & crimen, & nomen criminoſi abluſtitur poſt pœnitentiam.* planat: Meretrix iſta Eccleſiæ typus eſt, aliquan-
do in gentibus conſtituta idolorum cultibus vi-
tiata. Hanc poſteaquam Dominus noſter Ieſus
Chriſtus puro Baptiſmatis fonte perdidit, ablu-
tionẽ & criminis accipit, & nominis; per gratiã
fidei poſt meretricẽ fit virgo, quia vni ſe deſtina-
uit ſponſo. Nota ex his Ambr. verbis apud Deũ
& crimina, & criminoſi nomen per pœnitentiã
omnino expiari, atque aboleri. Omnis (ait) qui
S. Ambroſ. inuenerit me, occidet me. Pulchrè D. Ambr. *de*
*Cain lib. 2. c. 9.* ad hunc locũ. Anguſtæ mentis ho-
A mo præſentem mortẽ veretur, perpetuam negli-
git, & diuinũ iudicium non reformidat, interitũ
ſolũ corporis deprecatur. D. Bern. *ſerm. in Euang.* S. Bernard.
*Ecce nos reliquimus omnia*, &c. ſic inuehitur in
Cainũ. Graue ſcilicet damnum, grandis iactura,
ſi perimatur corpus, quandoquidem anima pe-
riit? Sed occidendum ſeſe cauſabatur infelix, tã- *Non de anima, ſed corporis iactura impij curant.*
quam pro magno beneficio habiturus, ſi prohi-
beretur occidi, quod & factum eſt. Conſolatio-
nem miſeram obtinuit, quam quærebat, & obli-
tus eſt conſolationis maximę, pro qua multo ſtu-
dioſiùs ſupplicare, & remedium quærere opor-
tebat. An non idem & de Saüle legiſti? Vbi enim
perſtitit in ſentẽtia Samuel ſanctus: Nũc (inquit) *Saül de honore, non de anima ſollicitus.*
B honora me coram populo. Ad quid tibi hæc ho-
noratio miſer? Hæccine erat tota illa ſupplica- 1. Reg. 15.
tio? Peccaui, ora Dominũ pro me, 1. *Reg.* 15. Falſa
non poterat ſupplicatione moueri, meritò non
pepercit, qui intuebatur cor. Hæc Bern. Infelix S. Bernard.
iam de vita deſperans cæleſti, viuere in terra,
quæcumque ſit vitæ conditio, volet. Indignus
quippe (ait Bern.) benedictione cæleſti, aliud ſibi
refugium parat. Itaque terræ filius immortalem
ſe cupiens in terra, cælo ipſi libens nuncium re-
mittit, ſolámque mortem timet, ne terrę deliciis
miſer priuari cogeretur. Grauis illa ſententia D.
Athanaſ. *lib. 3. contra Gent.* Nolens homo concu- S. Athanaſ.
piſcentias relinquere, timet; rurſus eaſdem cu- *Cain timet mori, ne priuetur deliciis.*
C piens, vt voti compos fieret, cædes exercere, &
iura violare didicit. Opportunè ad Cainum, cu-
ius filij (vt videbitur) rapinis, ac cædibus omnia
infeſtarunt. Atque vtinam non plures hodie
Caini, ſtoliditatem iſtam, atque impudentiam
imitarentur, terræ affixi, qui inter ſordes, ac ſter-
cora libidinum immortales eſſe cuperent. Sic S. Bern.
(ait Bernard.) nimirum, ſic vſque hodie cuius ad *Diuina, propter terrenam, conſolatio negatur.*
alias conſolationes mens inhiat, & penitus in
caducis & tranſitoriis non renuit conſolari, ipſe
ſibi profectò cæleſtis ſubtrahit gratiam conſo-
lationis. Adde illud D. Athanaſ. *vbi ſuprà.* Huma-
nus animus, cùm totus ſecum eſt, & in ſe habi-
tat, tunc ſenſibilia tranſcendens in auras verè li-
D bertatis euadit. Hæc Athanaſ.

2. Vnde colliges, illum, qui ſe totum terræ,
atque huius mundi deliciis mancipauit, nihil de
cælo curans, animam habere malè captiuam,
cuius ſpiritus in aliis eſt, quæ cum Moab re-
quieſcit in fœcibus; aut illi pro ſale, ne corrum-
patur, animam datam eſſe; porcum videri, qui
oculos ſuos ſtatuit declinare in terram; ſiliquas
habeat, & volutabrum, id vnum curæ & cordi
eſt. Cuius infelicitatis elogium in filio prodigo *Homines libidinum mancipia.*
deſcribitur. Hic à patre ſuccedens adhæſit cuidã,
à quo miſſus eſt ad paſcendos porcos, *Luc.* 15. Luc. 15.
Nimirum (vt explicat D. Petr. Chryſ. *ſerm.* 2.) bo- S. P. Chryſ.
num ac pium patrem deſerentes ad mundi lon-
ginqua rẽdimus, & deſperationis autori diabolo
tradimur, qui nos mittit ad huius ſeculi illece-
broſas conualles, ad paſcendos porcos, eos vide-
E licet, qui proni ſemper in terram viuunt ventri,
& æſtus carnis in volutabro luti temperant, in
cœno premunt, refrigerant in gurgite vitiorum.
Quòd autem mercenarios ſuos mittat ad por-
cos, facit hoc inſatiata crudelitas, quæ contenta
non eſt homines criminoſos fieri, niſi eos vitio-
rum duces criminum faciat, & magiſtros. Cùm *Libido inſaturabilis.*
eos tales fecerit, non ſinit eos ex ipſo porcorum
cibo, paſtúque ſaturari, vt eſurientes vitia plus
delinquant; luxurioſos ſatietas capere non po-
teſt, voluptas neſcit expleri. Hæc omnia Chry-
ſolog. Rex quidem Dauid in ſumma regię digni-
tatis,

ſatis, atque opum affluentia, irrequieto tamen animo,& rerum ſupernarum ſitienti corde clamitabat: *Quid mihi eſt in cælo,& à te quid volui ſuper terram? Defecit caro mea,& cor meum: Deus cordis mei,& pars mea Deus in æternum. Quia ecce qui elongant ſe a te,peribunt. Perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam*, Pſal. 72. Quibus Prophetæ verbis nihil dulcius, nihil ad inflammandum animæ in Deum deſiderium vehementius dici poſſet. Scilicet, nec in cælo ſurſum, nec in terra deorſum, nec in creatis denique rebus quidquam inuenire potuit Propheta, in quo amorem, deſiderium, ſpem, felicitatem ſuam collocaret. Hoc ergo mihi (ait Aug.) eſt ſeruatū, Deus cordis mei, pars mea Deus. Inuenimus noſtras diuitias; eligat ſibi partes genus humanū. Quid ergo? nullum præmium Dei? Nullum præter ipſum: præmium Dei ipſe Deus eſt. Mihi autem adhærere bonum eſt. Hoc eſt totum bonū. Vultis amplius? Doleo volentes. Deo adhærere nihil eſt melius. Sic Auguſtin.

*Pſal. 72.* — *S. Auguſt. Deus ſolus amandus, ac deſiderandus. Deus nobis omne bonum.*

3. Expende etiam illud, *Et à te quid volui?* &c. Hebraic. Et tecum non volui, &c. Chald. Tecum ſocium non volui, &c. Nimirū ſic Propheta defixus erat in amore, deſiderióque videndi Deū, vt præ illo nihil iucundum, præſtabiléque iudicaret, immò ne cum Deo quidem aliud quid creatum ſimul amare, & deſiderare videbatur, quaſi dicat: Vnus amor, vnum deſiderium, vna voluptas, vnum mearum cogitationum centrū, ac ſcopus tu es Deus meus Hebraicè, צור לבבי *tſur lebabi*: petra cordis mei. Deus ſolus petra eſt, in qua cor meum ſecurè & firmiter quieſcit. Et vt D. Bernardus ex his Prophetæ verbis colligit, vbi bene erit ſine illo? aut vbi malè eſſe poterit cum illo? *ſerm. 1. de aduent.* Defecit caro mea: aut quæritur in his verbis, quòd aliquando cùm rerum humanarum ſtudio & cupiditati eſſet intentus, ipſius caro & cor extra Deum poſita putreſcerent, fluctuarent, ac deficerent, vt quæ non eſſent in Deo ſolidata. Aut hîc defectio, vti aliis in locis, ſumitur pro ardenti deſiderio; quo Prophetæ caro, & anima, & totus ipſe contabeſcere, & amoris deliquia pati videbatur. Priorem ſenſum innuit expoſitio D. Auguſtini, quæ habet: Seruas mihi tu in cælo diuitias immortales, teipſum; & ego volui à te in terra, quod habent & impij, quod habent & facinoroſi, pecuniam, aurum, & argentum, gemmas, familias, quod habent & multæ fœminæ turpes, multi viri turpes. Hæc pro magno deſideraui à Deo meo ſuper terram, cùm ſeruet ſe mihi in cælo Deus meus. Sic Auguſtin. Videtur autem Propheta ſeipſum incuſare, quòd aliquando in turpem Bethſabeæ amorem ſe abiecerit, Dei ſui omnino oblitus. Quaſi dicat: (declarat S. Hieronym.) Tam grandia mihi in cælis præparaſti, & ego infelix in terris à te parua quærebam. Neque in terra, neque in cælo alium præter te quæro. Sic Hieronym. Ego quidquid ſit de vita, quidquid etiam de morte, quam ſolam reformidat Cain, terrenæ vitæ amans, in ſalutem, vitámque animæ totus incumbas. Audi quæſo D. Bernard. ac ſi ſapis, illius obſerua conſilium: Relinque (ait) cætera, & teipſum diſcute; per te curre, & in te conſiſte. A te incipiat cogitatio tua, & in te finiatur, nec fruſtrà in alia diſtendaris, te neglecto. Præter ſalutem tuam nihil cogites, quoniam in acquiſitione ſalutis tuæ nemo eſt tibi germanior, nemo propinquior teipſo. Si verò aliquid cogitationi tuæ ſe offerat, quod non quoquo modo ad tuiipſius ſalutem pertineat, illicò reſpue, & exue. Suſpende ergo animum tuum ab inferiorum amore, ne fortè de ſublimibus eiectus, & de loco voluptatis à propria conſcientia abſtractus, & illectus, poſt concupiſcentias ſuas eat, & vagus fiat, & profugus ſuper terram. *lib. de inter. dom. cap. 65.* Iure autem optimo timet Cain, ne ab omnibus, quibus obuiam venerit, occidatur; quia peccator cùm Deum offenderit, communis fit omnium creaturarum hoſtis. In vltionem igitur Dei offenſi totus coniurabit orbis; nihil tutum Caino, nec à ſeipſo viuet ſecurus, quippe ſui carnifex erit. *Non eſt pax impiis, dicit Dominus*, Iſai. 48. Contrà verò iuſto, & Dei amico trita ſunt omnia, & facilia. Iccirco Moyſes & Ioſue iubentur calceamenta de pedibus ſoluere, ac diſcipuli Domini calceos non portare, cùm in orbem mittuntur ad euangelizandum. Securitatem (inquit Procopius) Dominus pollicetur. Quemadmodum enim peccatori omnis creatura hoſtem ſe præbet, velut contra Ægyptios factum; ita iuſto omnia vado cedunt, ſiue per mare rubrum, ſiue per deſertum vaſtum permeet. Timebat etiam, ne ab alio ſubinde interficeretur, qui primus hominem interficiens aditum fecit homicidiis. Vnde Procopius: Agnoſcit (ait) Cainus ſe malum ad poſteros dediſſe exemplum: quo grauiſſimè violaretur humanæ vitæ ſocietas: idem exemplum & ipſe extimeſcebat. Exiſtimabat enim viciſſitudinem quamdam fore, quemadmodum ipſe turpiter commiſiſſet cædem, ſic ipſe à poſteris eſſet interficiendus. Ita Procopius. Tanta ineſt vis malo exemplo ad ſimile quid nefarium patrandum.

*D. Bernard.* — *S. Aug. Mundi bona perperam diligimus.* — *S. Hieron.* — *S. Bernard.* — *Saluti propriæ quiſque ſtudeat.* — *Iſai 48. Iuſto omnia facilia.* — *Procop.*

4. *Dixitque Dominus: Nequaquam ita fiet.*] Non erit quod times, cunctos deterrebo, ne tibi violentam mortem inferant. Admiror in primis hoc loco infinitam Dei benignitatem, vt perhumaniter ſe gerat cum ſceleſtiſſimo illo parricida; nullum dicat verbum aſperius, ne fortaſſe obſtinato iam animo deſperabundum, ac metu illo tot ærumnarum, exilij, fugæ, mortis denique ſibi ab omnibus, vt putabat, intentandæ, veluti oppreſſum amplius adhuc affligat. Afflicto enim non eſt danda afflictio. Simile humanitatis in Deo legimus argumentum Ioan. 4. æſtuanti enim ſub illo inani vmbraculo, & iraſcenti Prophetæ Dominus reſpondit: *Putáſne bene iraſceris tu?* Hebraicè, ההיטב חרה לך *haheteb charah laq.* Perpulchra eſt huius loci commentatio D. Hieronym. Verbum (ait) Hebraicum חרה לך *charah laq*, iratus es tu, &c, contriſtatus es tu, transferri poteſt. Quod vtrumque, & Prophetæ, & Domini perſonæ conuenit; quòd vel iratus ſit, ne videretur apud Niniuitas fuiſſe mentitus, vel contriſtatus, intelligens Iſraël eſſe periturum. Et rationabiliter non ei dicit: Malè iratus es, vel contriſtatus es, ne videretur reprehendere contriſtatum. Sic Hieronymus. Nihilominus alij alios in ſenſus hæc Domini verba interpretantur. Aiunt quidam Cainum perterrefactum ſuppliciis ærumnoſæ vitæ, quam erat ſubiturus, petiiſſe à Domino, & peroptaſſe ab aliquo ſtatim occidi, quò per mortem è vitæ moleſtiis euaderet. Contrà verò Dominum reſpondiſſe: Non morieris, vt cupis, nec tam breui ſupplicio parricidium tuum lues. Hoc ſenſu Tertullianus ſit, ait

*Deus humaniter agit cum improbis. Ioan. 4.* — *S. Hieron.* — *Contriſtatus reprehendi non debet.* — *Mortem Cain exoptat.*

2. contra

Tertull. 2. *contra Marcion. cap.* 25. Cain maledixit, & A cupidum morte luere delictum, mori interim vetuit; vt præter admiſſum, negationis *Confeſſio ſalutaris.* etiam exemplo oneratum. Nota ex Tertull. quantum nocuerit Caino negare ſuum facinus Deo ſciſcitanti, & ad confeſſionem inuitanti; quantum verò profuerit Adamo & Euæ, licet peccantibus, aliqualis illa confeſſio; quos (vt ait) ideo Dominus non male- S. Ambroſ. *Vita longæua in vindictam.* dixit, vtpote confeſſione releuatos. D. Ambroſ. *lib.* 2. *de Cain, cap. vlt.* Ergo & iſti Cain longæuitas indulta vindicta eſt, eo quòd vixit in metu, & prolixum ſpatium multo cucurrit, & infructuoſo labore, qua pœna nihil B grauius, quàm vt quis ipſe ſibi maiorum cauſa pœnarum ſit. S. Hieron. D. Hieron. *Epiſt. ad Damaſ.* luculenter in eandem ſententiam ſic ait: Cain vitæ fuit derelictus ad pœnam. Quod vt manifeſtius fiat, quotidianæ conſuetudinis ponamus exemplum. Loquitur inter verbera ſeruus ad dominum: Quia incendi dumum tuam, & vniuerſam ſubſtantiam tuam diſſipaui, interfice me: dominúſque reſpondet. Non vt vis morieris, & finies morte ſupplicio; verùm longo tempore cuſtudieris ad vitam, & tam infeliciter in hac luce verſaberis, vt quicunque te occiderit, beneficium præſtet occiſo, dum te de tam multis liberet S. Baſil. cruciatibus. D. Baſil. eidem inſiſtens interpre- C tationi putat ingrauiora ſupplicia productam Caino vitam. Lucrum enim (inquit,) & liberatio à ſupplicio eſt mors iis, qui peccaue- Procop. runt. In eodem ſenſu loquitur Procop. Noluit (inquiens) vt Cainus continuo capitali afficeretur ſupplicio. Nam his, qui ſupplicio feriendi ſunt, mors lucro eſt. Deus autem extendit pœnas ad vitæ ſpatium pro merito expetens pœnas. Sic ille. Ac mihi quidem videtur, dum in hoc ſenſu perſiſtimus, ſempiternos gehennæ cruciatus hîc adumbrari, rerum enim naturæ valedicent *Damnatorum vita in pœnis.* (vt ait D. Auguſtin.) morituri vitæ, & morti ſine fine victuri. Viuebat itaque Cain (ſi tamen ea, non mors potiùs, quam vita di- D cenda erat) vitam illam, quæ damnatorum in gehennæ incendiis ſtatum exprimeret. Mors enim depaſcebat Cainum, & vermis eius non moriebatur. fœcunda ad plures mortes (vt ita loquar) vita parricidæ in longum ac miſerrimum producebatur æuum.

S. Chryſ. 5. Aliter explicat, ſed optimè D. Chryſoſt. Totius (inquit) vitæ tuæ productio po- *Cain in exemplum reſeruatus.* ſteritati vtilis erit, & id quod ſolus nullo præſente operatus es; hoc diſcent omnes, qui trementem ac gementem viderint, & quaſi clamantem, & omnibus dicentem: Nullus talia audeat, qualia ego, vt ne in eandem pœnam E incidat. Cenſet igitur Chryſoſt. Cainum ideo in vita reſeruatum à Deo, vt eſſet exemplo omnibus, qui trementem & errabundum hominem contuentes, cauſámque edocti vererentur in ſimilia ſcelera corruere, ſciténtque eſſe in mundo Deum improborum vindicem atque iudicem; timoréque pariter à peccando Procop. cohiberentur. Ad hunc eundem ſenſum Procopius egregiè ita commentatur. Interim multum iuuat mortales illo exemplo. Maius enim erat videre fratricidam pœnas expendentem, quàm huiuſmodi rumorem ſpargi: quidam Cainus, quia fratrem letho dedit, capite ple- A xus eſt. Præterea nemo crediaiſſet tam immane facinus à fratre in fratrem committi potuiſſe: at cùm vita ei prorogaretur miſera, nepotibus euidenter ſignificauit, quæ pateretur ob factam cædem mala. Ita Procop. Illa etiam ra- S. Ambr. tio additur à D. Ambroſ. *loco citato*, in commendationem Dei, beneficio (quod petebat) vitæ Cainum morte digniſſimum afficientis. Reflectere (ait) volui errantem, & beneficio ſuo in- *Dei clementia in Cainum* uitare ad correctionem: ipſis enim nos facilius committere ſolemus, quorum habemus gratiam. Nec tamen magna concedit, ſed in eo ipſo imprudentiam inſipientis vlciſcitur. Qui cùm eſſet perpetuis ſuppliciis obnoxius, non B remitti ſibi pœnam popoſcit, ſed vitam corporis huius obſeruandam putauit, in qua plus ærumnæ eſt, quàm voluptatis. Sic Ambroſ. Præterea non mortis pœnam violentæ Dominus Caino inflixit, ne plura ſubnaſcentibus in orbe hominibus exempla ſuppeterent ho- *Peccandi exempla plura ne ſint.* minem perimendi. Quod recte aduertit Pro- Procop. cop. Noluit (ait) Deus, vt Cain occideretur, ne cædes cædi iungeretur; & dum quis cædem vellet expiare cæde, nouæ ſe implicaret cædi. Sic ille. D. Ambroſ. ſimiliter; Homicidio S. Ambroſ. (inquit) noluit homicidam vindicari, qui mauult peccatoris correctionem, quàm mortem.

6. Poſtrema illa ſit ratio, vt Deus patienter C ferens parricidam, nec illicò mortis ſupplicio addiſcens, & manſuetudinem hominibus commendaret, & venturos ſubinde iudices in mundo erudiret qualiter ſe debeant gerere in vindicandis delinquentium criminibus. Sed audiamus D. Ambroſ. verba in hanc ſententiam: Quo- S. Ambroſ. niam cùm parricidium eſſet admiſſum, hoc eſt, *Manſuetudo iudicibus commendatur.* ſcelerum principatus, vbi peccatum obrepſit, ſtatim & lex diuinæ manſuetudinis prorogari debuit, ne ſi continuò vindicatum eſſet in reum, homines quoque in iudicando, nullam patientiam moderationémque ſeruarent; ſed ſtatim reos ſupplicio darent. Diuinæ autem ſententiæ prouidentia huiuſmodi eſt, vt magnanimitatem, D & patientiam doceret iudices, ne quis præpro- *Deus patientiam & iuſtitiam commendat iudicibus.* pere raperetur ſtudio vindictæ; & ipſa deliberationis immaturitate puniret innoxium; aut pœnam acerbaret irati; nec tamen inultum eſſe pateretur in eo, qui nullam pœnitentiam ſceleris induiſſet; repulit enim eum à facie ſua, & à parentibus. Sic Ambroſ. Itaque patientiam ſuam commendauit Dominus in Caino, quam quotidie in nobis exhibet. Peccamus miſeri, & à Deo tamen toleramur; nec ſaltem futurum iudicium (vt bene aduertit D. Gregor. S. Greg. *homil.* 14. *in Euang.*) extremæ deſtrictionis po- *Deus iudicium minatur & differt.* nimus ante oculos. Penſemus, quàm diſtrictus iudex veniat, qui iudicium minatur, & latet. Terrores peccatoribus intentat, & tamen ad- E huc ſuſtinet. Et iccirco venire citiùs differt, vt minus inueniat, quod condemnet. Ita Gregor. Sed fruſtrà tamen expectauit, vt Cain pœnitentiæ fructum redderet. Obſtinata mens hominis ad malum indies magis obduruit, theſaurizans ſibi iram diuinæ iuſtitiæ. Bellè à D. Ambroſ. additum eſt graui pœna fuiſſe Cainum affectum, cum Dominus eum repulit à facie ſua, & à parentibus. Hanc ſibi pœnam plerique inferunt prorſus immemores Dei, ac propriæ ſalutis, quibus nihil inſuauius eſſe ſolet, quam quicquid ſupra mundum, & carnem, quicquid ſpiritale ac diuinum eſt.

*Guarr. Homines diuina faſtidientes.* Eleganter de hoc malo ita diſſerit Guarricus Abbas *ſerm. 1. Pentecoſtes.* O faſtidium tinea cordium, rubigo mentium, langor peſſimus animarum; quod abominari facit bonum Dei verbum, contemnere cæleſte donum, faſtidire manna propter ollas carnium! Quæ lues tam peſtifera, quis morbus tam lethalis, qui ſic faciat hominem immemorem ſuæ ſalutis, ridentem ac malè ſecurum appropinquare vſque ad portas mortis? Sic ille. A facie Dei, & à patentibus procul exulare Cainorum eſt, hoc eſt, reproborum. Quàm multi hodie viuunt, quorum animis rarò, aut nunquam ſubit, vel tantula Chriſti & virginis matris *Homines Dei ac Deiparæ obliti.* recordatio? ſummum plane ab irato Deo ſupplicium. Timeat ſibi, quiſquis ita negligens & vecors eſt, circa memoriam, & pietatem Virginis Deiparæ. Quis oſtium non attingit? non dum, ô infelix, oſtium ſalutis, cæli portam attigiſti. caue ne tandem in morte audias: Clauſa eſt ianua. *B. Maria gratia commendantur.* Quis ſui compos à regia via deerrabit? Tu viam ſalutis, quæ ducit ad vitam, & Dei faciem, nondum es ingreſſus. Certa & facilis homini via eſt ad Deum illa eadem, per quam Deus ad homines venit. *Pſal. 57.* Errauerunt ab vtero, *Pſal. 57.* Improbi (liceat ita interpretari) qui virginem Dei matrem neſcierunt, cuius vterus aula eſt ſummi regia; & in quo ſummam Deus eſt peccatoribus miſericordiam operatus. *S. Bern.* Optimè S. Bern. *ſerm. in natiuit. Mar.* Si quid (inquit) ſpei in nobis eſt, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis, ab ea nouerimus redundare. Certè hanc etiam impetrationis gratiam inuenit virgo apud Deum, de qua Angelus *Luc. 1.* Vnde idem Bern. Aduocatum habere vis ad Deum? ad Mariam recurre. Exaudiet vtique Filius matrem. A virgine gratiarum abyſſo in totam naturam humanam ſuperfuſa gratia illa eſt, quam Deus in nobis inuenit; cùm ſcilicet & homo ſimilis nobis fieri, & ſuæ diuinitatis nos conſortes efficere, & mori denique pro nobis voluit. Deum (inquit Bern.) nobis fratrem Maria dedit. *1. Cor. 3.* *Lac vobis potum dedi,* ait Apoſtolus. Nullum inter cætera ſpiritualia ſtudium adeò facile, minùs oneroſum, magis ſuaue, quàm quod Virginis Deiparæ impenditur pietati; ſuos illa mater virgineo lacte velut infantes nutrit, & ad æternam vitam alacres, lætóſque, & ferè nullo labore geſtientes, in brachiis perducit.

---

## SECTIO XVI.

*Sed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur. Poſuitque Dominus Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis, qui inueniſſet eum.*

1. CONſultò remiſimus ad hunc locum illud Hebr. לכן *lachen*, quod noſter interpres ſenſum proprium ſequutus reddidit: nequaquam ita fiet. LXX. non ſic. Chald. præterea. Et quidem via & ſignificatio huius Aduerbij *οὐχ οὕτως*, germanior eſt, vt affirmet: redditúrque, imò ſic, hoc modo, propterea. Ibi autem per reticentiam finitur ſententia, ſubintelligendo aliud quiddam, quod ſiletur, ſed innuitur. Vnde bene interpres appoſuit, ita fiet. At ſenſus quidem idem ſemper exiſtit. Dixerat Cain: Omnis qui inuenerit me, occidet me, mortem ſcilicet violentam pertimeſcens: occurrit Dominus illius timori; imò, propterea; ne ſcilicet, te quis occidat; ſtatuam grauiſſimum ſupplicium homini, qui te interficiet; apponam inſuper in te ſignum viſibile, quo mortales omnes deterream, ne quis audeat te occidere. His prælibatis accedamus ad explicationem verborum ſequentium, *ſeptuplum punietur.* quæ difficilis admodum eſt, & varia propter Hebr. שבעתים *xibghatham*, non autem שבצתים *xibcatham*, vt malè habetur in Catena Lippomani. Interpres, ſeptuplum, alij ſeptempliciter, alij ſeptimum, videlicet ſeptimus punietur; alij ſeptem vindictas exoluet. יקם *iucham*, punietur, vindicabitur, ſignificat etiam verbum נקם *nacham*, iudicare. LXX. vertunt, ſeptem vindictas. Ergo triplex circumfertur expoſitio huius loci. Prima eſt: qui occiderit Cain, grauiſſimè punietur; non quidem ſepties; Deus enim non punit bis in idipſum. Sed ſolùm prædicitur pœna, & vindicta occidentis Cainum integra, & perfecta: nam ſeptenarius numerus perfectionem & integritatem deſignat: quemadmodum Pſal. 11. *Pſal. 11.* vocatur argentum purgatum ſepties, non quidem ſeptem vicibus, ſed perfectè. Igitur duo prædicit Dominus, & quod omnis qui occiderit Cain punietur; ne (vt egregiè adnotauit Caiet.) *Caiet.* licitum putaretur cuilibet occidere hominem fratricidam. Enimuerò audito tam immani, & primo crudelitatis humanæ facinore arbitrarentur homines, non modò licitum cuicumque eſſe occidere illius patratorem ſceleris Cainum; ſed iuſtitiæ, atque humanæ naturæ debitum, & conſequenter Deo quàm gratiſſimum. Huic igitur ignorationi, ac temeritati Dominus obſiſtit, proponendo ſupplicium interfectori. Certum eſt enim, vti ſumma iuſtitia eſt, ſi Rex, ſi Princeps, ſi publicus iuſtitiæ moderator, aut adminiſter puniat peccantes, coërceat vi, & pœna capitali delinquentes afficiat; *Illicitum eſt propria autoritate punire delinquentes.* ita ſummam fore iniuſtitiam propria quemuis autoritate in alium quantumuis ſceleſtum, ac morte dignum animaduertere. Imò nec, pro liuore, odio proprióve alio tantùm reſpectu Principi, ac Magiſtratui licebit vindictam ſumere, ſed pro zelo iuſtitiæ & reipub. emolumento. Damnatur enim, vt iniquiſſima & truculentiſſima Saulis regia ſententia, qua omnes ad vnum interfici iuſſit magos, & hariolos, & pythones habentes in ventre, 1. *Reg.* 28. Concors autem Hebræorum, & noſtrorum opinio eſt, ideo Saulem hanc feciſſe internecionem, *1. Reg. 28. Zelo tantum iuſtitiæ licet punire.* quia paſſim illi venefici prædicebant Dauidem in regno Sauli ſucceſſurum, quod iniquè ferens barbarus Rex, & non pro zelo iuſtitiæ, aut Dei obſequio morte illos mulctauit. Sic enim Gloſſ. *Gloſſ.* Diuinos hos Saul quaſi zelo legis deleuit: quia, vt aiunt, à dæmonibus coacti Dauid regem eſſe futurum præconabantur. Iuſtin. Martyr non multum diſcrepat cùm ait: *Iuſtin.* Saul ſuſtulit ventriloquas, vt ea ratione Deum ſibi reconciliaret, quo ſententiam abrogaret, qua Saulem regno abdicauerat. Non ille quidem ventriloquarum impietatem odio perſequens, ſed regnum amans: Et quia non admiſit Deus intentionem eius, eum deſeruit, vt egeret eis quas *Saul malè occidit ariolos.*

non

non bona intentione ſuſtulerat. Sic Iuſtin. Euidenter id ex eo conſtat, quòd ipſe rex priuatis intentus ſtudiis pythoniſſam conſuluit; & ait mulier ad eum: Ecce tu noſti quanta fecerit Saul, & quomodo eraſerit magos, & hariolos de terra, quare ergo inſidiaris animæ meæ, vt occidar? Et iurauit ei Saul: Viuit Dominus, quia non eueniet tibi quicquam mali propter hanc rem. Rectè Lyranus. Hoc ponitur ad declarationem facinoris Saulis, quia quod deſtruxerat, iterum requiſiuit. Sed quæres cur non hæc pythoniſſa cum cæteris à Saule fuerit interempta? Planè videtur hîc euidentiùs regis animus nullo Dei, & iuſtitiæ zelo, ſed priuato ſtudio commoueri. Sic enim ſcribit ad hunc locum D. Hieron. Quamuis legatur eraſiſſe magos, & hariolos de terra, hanc tamen mulierem Hebræi matrem fuiſſe Abner filij Ner autumant, & propter eundem Abner reſeruatam fuiſſe ne periretur cum cæteris pythoniſſis.

Lyra.
Saul propter ſtudet com-mo-...

D. Hier.

2\. Alterum verò, quod prædicit Dominus, eſt, puniendum quidem, non aliquali ſupplicio, ſed integro, & perfecto. id enim ſignificatur per Aduerbium, *ſeptuplum*. Ne ſcilicet (vt aduertit Caietan.) pœnam minorem pœna homicidæ putaretur infligendam eſſe, eo quòd hominem tam impium occidiſſet. Vide quàm certum ſit peccare grauiſſimè, & grauiſſimo ſupplicio puniendum, qui propria autoritate etiam pro zelo iuſtitiæ, cuius tamen publicus miniſter non eſt, & in bonum reipub. latronem, incendiarium, & quemlibet inſigniter facinoroſum occidet. Puniant iudices delicta, priuati fugiant ſceleratos, caueant ſibi ab illis, patientes ferant, ſi nequeant defugere; deferant, accuſéntque pro bono publico, non odio, non ſiniſtro ſtudio inducti. Audi D. Aug. pro tolerando æquanimiter improborum ingenio, *in lib. 83. quæ. q. 72. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti*, ad Galat. 6. Noui Teſtamenti donum eſt caritas, huius dilectionis officium eſt onera noſtra portare. hoc exhibeamus illi, cuius infirmitatem portare volumus; quod ab illo vellemus exhiberi, ſi fortè nos in ea eſſemus, & ipſe non eſſet. *Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifacerem*, ait Apoſtolus 1. Corinth. 9. Omnibus omnia factus eſt, cogitando, ſcilicet, etiam in eo vitio ſe eſſe potuiſſe, vnde cupiebat alium liberari, compatiendo id agebat. Deinde etiam cogitandum, nullum eſſe hominem, qui non poſſit habere aliquod bonum, quod tu nondum habes, & ſi lateat, in quo ſine dubio poſſit te eſſe ſuperior. Sic Aug. Quocirca ex doctrina D. Aug. & Patrum ſæpius inculcata, Deus vitam malorum aliquando tuetur, vt per malos boni exerceantur, & mali ipſi tempus habeant reſipiſcendi; Deúſque ipſe contra eos iuſtificetur in ſermonibus ſuis, & vincat cùm iudicarit, eo quòd mali excuſationem non habeant de peccatis ſuis. Ac proptereà ſeptuplum, hoc eſt, acerbiſſimè vindicabitur in eum, qui Cainum occiderit. Non enim (ait D. Ambroſ.) debuit interimere eum, qui vſque ad naturalem terminum, mortis ſuæ agendæ habebat ſpatium pœnitentiæ. Excuſare poſſet quòd ſe redemiſſet, vel ſerà actione pœnitentiæ, niſi eum præmatura pœna rapuiſſet. Nota hæc verba D. Ambroſ. contra eum, qui propria autoritate occidit hominem peccatorem (niſi fiat in defenſionem propriam, cum moderamine inculpatæ tutelæ) præcidit miſero ſpatium pœ-

Caiet.

Quid priuatus agat in delinquentes?

S. Aug.

Ad Gal. 6.
Caritas Chriſtianorum patiens.

1 Cor. 9.

Mali ad pœnitentiam tolerantur.

S. Ambr.

Homicida pœnitentiam præcidit ...



A nitentiæ, quod vſque ad vltimum vitæ naturalis terminum protegatur. Itaque Deo iudici reſeruandus, aut magiſtratui etiam deferendus, qui deliquit; Deus enim propter iuſtitiam, & clementiam, vt ait D. Auguſt. *lib. cit. quæſt. 67.* neque impunitum reliquit peccatum, neque inſanabilem voluit eſſe peccatum. At verò D. Ambroſ. non modò per illud, *ſeptuplum*, acerbiſſimum intelligit ſupplicium, ſed multo adhuc acerbius, quàm fuerit Caino pro fratricidio impoſitum: putat enim grauius peccaſſe Lamech (qui creditur occidiſſe Cainum.) In Lamech (inquit) ſeptuagies ſepties vindicatur, quia grauior culpa eius eſt, qui nec poſt damnationem ſe correxit alterius. Cain impetu E quodam improuido ante peccauerat: Lamech vtique quod in altero reprehenſum aduerterat, cauere debuerat; ſuo quippe iudici ſententia debebatur, ne quis paſſim reum eſſe feriendum putaret. Aduerte etiam ex poſtremis Ambroſij verbis, ideo grauiùs punitum Lamech, quòd ſibi licitum putarit autoritate propria occidere Cainum, cuius delictum ad aliud, nimirum Dei, tribunal pertinebat, vbi recognoſceretur & puniretur.

Deus iuſtus & clemens.
S. Aug.

S. Ambroſ.

Lamech grauius, quàm Cain deliquit.

3\. Altera expoſitio deducitur ex verſione LXX. & miror quàm ſit grata, familiariſque Patribus. Vertunt autem, ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει, ſeptem vindictas exoluet. C Quod quidem aliqui referunt ad peremptorem Caini. hoc eſt, qui occiderit Cainum, ſeptem vindictis ſuum luet homicidium, id eſt, plurimis ac ſeueriſſimis afficietur pœnis. Quæ interpretatio eadem eſt cum præcedenti. Et hoc referas velim ad grauiorem malitiam Lamech, quippe malis Caini edoctus non ſe continuit, quin in alterum incideret homicidium. At poſt exempla etiam malè ſe habere, non putatur inſcitia, ſed duplicata malitia. Peccauit Nabuchodonoſor, peccauit & filius ipſius Balthaſar: in vtrumque diuinitus animaduerſum; diuerſo tamen exitu. Nam pater reſipuit, & ad regnum, à quo pulſus fuerat, rediit. Filius inter vina & epulas ſubita hoſtium irruptione D priuatus regno vitáque fuit. Ratio verò huius diſcriminis colligitur ex illis verbis Daniel. cap. 5. ad ipſum Balthaſarem; *Pater tuus de ſolio regni depoſitus eſt, &c. Tu quoque filius eius non humiliaſti cor tuum cùm ſcires hæc omnia.* Vbi Theodor. Quia Nabuchodonoſor alterum impietatis pœnas luiſſe non conſpexerat, idcirco dignum venia iuſto Dei iudicio exiſtimatum comperimus; ſed iſte ſummum patris ſupplicium conſpicatus nihil inde percepit vtilitatis; iure itaque iuſtus iudex illi definito ſupplicium præſcripſit: iſtum autem nulla venia dignum cenſuit. Alteram ſubinde rationem aſſignat idem Theod. quæ quia in ſimi- E libus euentis locum habet, digna eſt quæ notetur. Alioqui (ait) & omnia futura prouidens Deus præcognita illius pœnitentia omnia quæ ad eum pertinebant, ita moderatus eſt. Iuſtius autem præcognoſcens perpetuam impietatem, mortis ſedat impietatis incrementum. Hæc Theodoret. Ergo iuxta obſeruationem Theodoret. plures Deus præmatura morte abripit mediis in peccatis, quia ſcit eos nunquam, etſi mille viuerent annos, pœnitentiam ſuorum ſcelerum acturos; quare illis morte conſulens incrementum culparum indies increſcentium, & pœnarum quæ

Dan. 5.
Alienum ſupplicium non emendari.
Theod.

Cur nonnulli præmatura morte quidam rapiuntur.

inde

*Ad pœnitentiam expectantur vasti futuri.*

inde in inferno ſubſequentur, præcidit. Contra verò inſignes alios peccatis, & (qui hominibus videantur) iam tartaro deſtinatos, cóſeruat multos per annos vita incolumi; qoippe quos præuidet pœnitentiam acturos, vti Saulum, Matthæú, Magdalenam, Manaſſem, cúius Amon filius patrem in ſceleribus, non in pœnitétia imitatus in ipſo vitæ ac regni tyrocinio adoleſcentulus ferro eſt à ſeruis ſuis trucidatus. Rectè D. Ambroſ. *2. de Cain & Abel, cap. vlt.* Si nocenres moriuntur, qui gradum à peccaris reuocare noluerint, vel iouiti: tamen finem non naturæ, ſed culpæ adipiſcuntur; ne plura delinquant, quibus vita fœnus eſt delictorum. Sic Ambroſ.

*S. Ambroſ.*

*Ma'is prodeſt mors.*

B 4. Aliter alij capiunt ſeptem vindictas, quas dicunt eſſe ipſius Caini. videlicet, qui Cainum occiderit, ſeptem vindictas illius exoluet, diſſoluet, diluet, finiétque. Etenim ſeptem peccata commiſit, quibus ſeptem irrogatæ ſunt pœnæ, iis igitur liberabit Cainum, qui de medio illum toller. Septem illius peccata ſic eoumerantur. Malè ſacrificauit; fratri ſuo inuidit; Dei admonitionem contempſit; per fraudem, & dolum fratri locutus eſt; crudeliter eum interemit; procaciter Deo cædem eius negauit; denique ſceleria admiſſi veniam deſperando, ſeipſum damnauit. Procop. in hac explicatione ſeptem vindictatum perſiſtens varios apponit modos numerandi ſeptem peccata Caini. Optima in hoc ſenſu D. Hieron. *Epiſtol. ad Damaſum* explicatio ſic habet. C Nolens Deus eum compédio mortis finire cruciatus, nec tradens pœnæ, qua ſe ipſe damnarat, ait: Non ſic, ideſt, non vt exiſtimas morieris, & mortem pro remedio accipies: verùm viues vſque ad ſeptimam generationem, & conſcientiæ tuæ igne torqueberis; ita vt quicunque te occiderit ſecundùm duplicem intelligentiam, aut in ſeptima generatione, aut ſeptimo te liberet cruciatu. Non quòd ipſe qui occiderit Cain, ſeptem vltionibus ſubiiciédus ſit, ſed qoòd ſeptem vindictas, quæ in Cain toto tempore incurrerunt, ſoluet interfector occidens eum, qui vitæ fuerat derelictus ad pœnam. Hæc Hieron. qui etiam appoſuit tertiam expoſitionem quæ habet. Omnis qui occiderit Cain. Ibi finitur ſententia D per reticentiam, ſubintelligendo, grauiſſimè punietur. Deinde ſeptuplum punietur, vel vt Symmachus vertit, ſeptimos punietur. Pertinétque ad Cain, qui non punietur, donec perueniat ad ſeptimam ſuam generationem, quæ terminata eſt in filiis Lamech; à quo, vt opinio conſtantior eſt, Cain fuit interemptus.

*7. peccata Cain admiſit.*

*Procop.*

*S. Hieron.*

*Cain morte ſeptem pœnas euaſit.*

*Cain in ſeptima generatione occiſus.*

5. *Poſuitque Dominus Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum.* Vt non omnis, idem eſt, atque vt nullus. Celebris Euthymij obſeruatio: ſi præcedat, non, & ſequatur omnis, valet quod nullus. Mille congerunt locos ſacræ Scripturæ ad hanc regulam confirmandam boni autores. Sed io teoui labor, E quaſi verò hoc vnum ex primoribus Dialecticæ rudimentis non circunferatur. Signum verò iſtud quale fuerit non omnino conſtat; ſine dubio tamen aſpectabile, & conſpicuom omnibus erat. Quare illo viſo apertè dignoſcebatur Cain tanquam fratricida, & vt talem cuncti auerſabantur, oderant, abominabantur, maledictis ac diris inceſſabant, vti fuerat à Domino prædictum: Maledictus eris ſuper terram. Deinde illo ſigno monebantur omnes, ne quis Cainum occideret; aut caſu, & per ignorationem, aut per ſtudium iuſtitiæ ſcienter illum interimeret. Quale illud fuerit ſignum, vt iam præmiſimus, non conſtat ex Scriptura; tametſi verſio LXX. occaſionem dederit peruulgatæ Hebræorum, ac plurium ex noſtris doctoribus opinioni. Septuaginta enim, vt paulo ſuperiùs adnotauimus, legerunt, στένων καὶ τρέμων: ſuſpirans, & gemens eris ſuper terram: ero gemens, & tremens. Vnde Hieron. *Epiſtol. ad Damaſ.* ita ſcribit. Omnis qui me inuenerit, occidet me, dum ex tremore corporis, & furiata mentis agitatus eum eſſe intelliget, qui mereatur interfici. Sic Hier. Igitur communis opinio habet, in Caino per totam vitam fuiſſe inſignem quandam motationem, ac tremorem totius corporis, B capitis quaſſationem, pauorem hominis omnia fugitantis, inſtabilitatem quandam ſurialem, qua percitus nullibi poterat conſiſtere, & ſecurò viuere. Miror autem Rupertum hæc fabulis Hebræorum adſcribere: fortaſſe non Hieronymum, alióſque antiquos Patres legerat, nec verſionem LXX. expenderat. Minus placet quod ille adiungit, videlicet, non Caino ſignum aliquod impoſitum, ſed ipſummet fuiſſe ſignú. At qoi potuit Cain eſſe ſignum, ſi nihil externis haberet, quo ſignaretur, vt fratricida, vt Dei contemptor, vt pœnas luens, vt odio & ſibi & gentibus habitus? Quocirca cùm duo maxime attributa Dei, nempe miſericordia & iuſtitia, in moderando creaturarum orbe, præſertim erga C res hominum eluceant: neceſſe omnino erat, vt hominibus demonſtraretur Dei vindicantis iuſtitia punitiua, vti peccandi licentia liberiùs indies, & effrænatiùs ſeſe effundente, cohiberentur homines metu ſaltem Dei iudicis improborum delicta punientis. Ac miſericordiam quidem Dei omnia iam creata conclamabant: ſimiliter vita Adami & Euæ, ipſiúſque Caini, qui nequaquam in terris perſiſtere poſſent, poſt Deum contemptum, peccatiſque læſum, niſi eſſet in Deo infinita miſericordia, benignitas, patientia. Deerat tantùm præco iuſtitiæ vindicatiuæ. Ergo oportuit (quod infelix propter Abelis necem commeruerat) vti tremebundus, capite nutanti, corpore fluctuans, palleſcens, fugitans, D irrequietus, Lymphato ſimilis, conſternato animo, vultúque demiſſo Cain oppreſſus, per orbem vagaretur: ſuo aſpectu & habitu clamitans Deum eſſe iudicem, delicta ſubnotare, punitéque mortalium. Atque, vt ait D. Chryſ. omnes gementem, & trementem Cainum viderent, veluti proclamantem. Nullus talia audeat qualia ego, vt non in eandem pœnam incidat: vt *in ſup. ſect.* ſubnotauimus. Quare non ineptè quidam nobilem Poëtam de Theſeo loquentem imitatus dixerit,

*S. Hieron.*

*Quod ſignum in Cain extiterit.*

*Rupert.*

*Deus index & tremens demonſtratur.*

*Cain præco iuſtitiæ diuinæ.*

*S. Chryſ.*

*---- Gemet æternúmque pauebit*
*Infelix Cain. hominéſque miſerrimus omnes*
*Admonet, & magna teſtatur voce per Orbem.*
*Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere Numen.*

E In eodem ſenſo ita rem diſpungit Procop. Qui gementem & trementem conſpicabatur, etſi rei geſtæ eſſet ignarus, nec ſciret quare impreſſum eſſet ſignum, tamen ſciſcitando eò perueniebat, vt audiret confitentem ſuum ſcelus, & ſemet incuſantem. Sic ille.

*Procop.*

6. Rectè igitur intulit Albinus explicans illa Domini verba, paulo antè diſcuſſa: *Omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur.* quaſi dicat; grauiſſima vltione puniendum eſſe, qui tantæ damnationis acerbitate admonitus, a ſanguine effundendo nollet manus cohibere. Non enim

*Albinus.*

*Cain in pœnã, & doctrinam ſeruatur.*

dicitur

debuit homo occidere eum, cui Deus reſeruauit vitam, ad pœnam ipſius,& ad correptione aliorum. Sic ille. Aduerte hoc loco a Patribus hanc tragœdiam inter Cainum & Abelem accipi ſolitam in ſymbolum Christi Domini ſimul cum ſuo populo fidelium,atque populi Iudaici.Hinc D.Amb.*lib.1.de Cain & Abel, cap.2.* ſic edisſerit.

S.Ambroſ.

Figura Synagogæ & Eccleſiæ in his duobus fratribus antè præceſſit Cain,& Abel.Per Cain parricidalis populus intelligitur Iudæorũ, qui Domini auctoris ſui,& ſecũdùm Mariæ virginis partum fratris(vt ita dicam) ſanguinem perſecutus eſt. Per Abel autẽ intelligitur populus Chriſtianus adhæreſ Deo.Sic Ambr.Idem tradit D. Aug. multis in locis, aliique paſſim Doctores. Ideo B queritur Dominus Cãt. 1.*Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Seu potiùs Virgo Deipara,contra quam pugnauerunt fratres illius,hoc eſt,Iudæi,cùm aduersùs Filium & matrẽ linguas ſuas diſtrinxerũt. Gloria filij(inquit Guillel. *ad cap.5. Cant.*) ad matrem redundabat. Dicebatur matri: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.Dicebatur Filio: Beatus venter, qui te portauit,& vbera,quæ ſuxiſti.Sed & Phariſæi blaſphemantes dicebant: In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia: hoc de Filio. At in ipſam etiam matrem calumniæ & maledicta redundabant,dicentibus non paucis: C Maledictus venter,qui ſeductorem illum portauit; & vbera quæ illum lactauerunt. Sic ille.Iccirco dicit mater:*Vulnerauerunt me*,Cant.5.Linguis nimirum ſuis, & me in Filio crucifixerunt. Quapropter:*Nigra* (inquit Cant.1.) *ſum, decolorauit me ſol.* Quia oportet me cum Filio meo deſpecto deſpici, & cum reputato leproſo, leproſam reputari. Sic aiebat mater Virgo, iuxta crucem Ieſu pio affectu commoriens Filio, & quodammodo in ipſo moriens, quia ipſe erat os ex oſſibus eius, & caro ex carne eius. Benè Alanus *ad 1. Cant.* Mater (ait) cum lacrymis aſtans cruci, & condolens morienti animam ſuam pro Filio ſuo, etſi minimè poſuit patiendo, tamen expoſuit compa- D tiendo. Hæc ille.Igitur deſpectam,& malè affectam cum Filio ſuo a Iudæis,etſi fratribus, gentes exteræ ſuſceperunt; illam vti eſt, Dei matrem,ſemper virginem beatam dicunt,& pie venerantur omnes generationes. Procopius cùm fuſiùs oſtendat in Caino Iudaicum populum parricidam impiiſſimum ſignificari, qui Abelẽ, hoc eſt, Chriſtum Ieſum agnum innocentiſſimum,& paſtorem animarum occidit; adiungit. Iccirco Iudæi vbique in orbe cùm ſint peregrini,& aduenæ,timore & tremore perpetuo diuexantur.Cæterùm ne funditùs intercideren,ſigno notati ſunt. Seruatæ enim ſunt(ait Apoſtolus) reliquiæ. Exierunt quoque, vt Cain à conſpectu Dei.Sic Procop.Memora quæſo, quæ dicũtur a Propheta,ſeu potiùs ab ipſo Chriſto.Ne E occidas eos, ſed diſperge illos; protector meus Domine; nequando obliuiſcantur populi mei, *Pſ.58.* Vagantur ergo Iudæi interfectores Chriſti,toto orbe exules,ſine patria, ſine regno, ſine ſacerdotio,ſine templo,ſine ſacrificio, ſine lege, ſine Deo,vt ſaltem(ait S. Hieron.) ſic emendati ſuperbire deſiſtant: vt vel in hac diſperſione ſcelus ſuum pœnitendo deplorent. Et ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus; ait Dominus *Deut.32.* Vbi Procop. Non enim illis tantopere dolet ſeruitus, non diſperſio, non templi amiſſio; quantopere gentium pietas, &

Caut 1.
Iudæorum blaſphemia contra B. Mariam.
Guill.
Cant.5.
B. Mariæ dolor iuxta crucem Filij.
Cant.1.
Alan.
Procop.
Iudæi ſigno per orbem notati vt Cain.
Pſal.58.
S.Hieron.
Deut 32.
Procop.

*Ben.Fernand.in Gen.tom.1.*

A dignitas; earum videlicet,quæ antea rudes erant atque indignæ, quæ in populorum numerum recenſerentur. Non eſt vlla (inquit Chryſoſt.) pars totius orbis terrarum, quæ ſit Iudæorum calamitatis expers. Deus enim Iudæos viuos omnibus exemplum propoſuit,eos quoquouerſus diſpergens,eo quòd crucifixerũt Chriſtum. Leges plura apud eundem in Pſal.8. illúdque expende, quod ſubiicit: Propterea vos Chriſtus diſperſit, vt ſciretis quantam in terris plantarit rempublicam. Tam illuſtris,tam glorioſa in mũdo eſt Chriſtiana gẽs, vt illius obſequio ſe dicat honorari Deus homo Chriſtus Ieſus & opprobria omnia,quibus à Iudæis eſt affectus,hoc vno B ſuorum fidelium amore, & veneratione compenſari teſtetur.

Iudæis tronques dignitas Eccl. Chriſti.
B Chryſ.
Gloria Chriſti ex conuerſione gentium

7. At quódnam ſignum geſtant notabile Iudæi toto profugi orbe? mille profectò, eaque ſola clariora? Num euidentius ſignum, quàm quòd ipſi Chriſtum crucifixerunt, quòd Chriſtum negent? Occidetur Chriſtus, & non erit populus eius,qui eum negaturus eſt? *Dan.9.* Ipſamet cæcitas Iudæorum, mundo ſol eſt, demunſtrãs eorum perfidiam,& noſtræ fidei veritatem. Et eris palpans in meridie, ait Dominus *Deut.28.* Nunc enim(inquit Procop.) cùm gẽtes in media luce ætatem degant; Iſrael verſatur in C tenebris, & tanquam cæci morum palpãt legem ipſius traditã iuxta Iſaiam.Eò quòd lucis radios Chriſti nollent admittere, & cum Dauide dicere:Reuela mihi oculos tuos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Ita Procop.Locus verò Iſ.59. quem Procop.citat, hic eſt: *Palpauimus ſicut cæci parietẽ, & quaſi abſque oculis attrectauimus:impegimus meridie,quaſi in tenebris,in caliginoſis quaſi mortui.* Etenim Iudæi(declarat S.Hieron.)erroris tenebris occupati ſunt,ita Scripturas ſanctas quaſi cæci palpantes parietem verba tantùm in eis, & folia, non ſenſum fructumque quærunt. in toto orbe ſole iuſtitiæ rutilãte,illi morantur in tenebris peccato mortui.Sed ad Pſalmi 58. verba redeamus. *Deus meus demonſtrauit mihi in inimicis* D *meis: Ne occideris eos,ne quãdo obliuiſcatur legis tuæ. Et deduc eos protector meus Domine.* Sic legit D. Aug. Sẽſu & re nõ diſcrepãs à vulgata. Interpretatur autẽ hoc modo. Poteſt hoc intelligi de Iudæis.Iſtos inimicos meos ipſos, qui me occiderunt,noli tu occidere,maneat genus Iudæorum. Non ſine cauſa Cain ille eſt, qui cùm fratrem occidiſſet, poſuit in eo Deus ſignum, nequis eũ occideret. Hoc eſt ſignum, quod habent Iudæi. Tenent omnino reliquias legis ſuæ. Sunt Iudæi, non ſunt occiſi;neceſſarij ſunt credentibus gentibus: vt demonſtret nobis in inimicis noſtris miſericordiam ſuam.In ramis ſuperbiæ præciſis, inſerto miſericordiam ſuam demonſtrat oleaſtro. Diſperge eos in virtute tua. Iam factum eſt; per omnes gentes diſperſi ſunt Iudæi, teſtes ini- E quitatis ſuæ,& veritatis noſtræ. Ipſi habent codices de quibus prophetatus eſt Chriſtus,& nos tenemus Chriſtum. Diſperge eos: protector meus,Domine. Et in eo ipſo me protegas, vt de ipſorum diſperſione habeam teſtimonium miſericordię tuæ.Sic Aug. Optimè S.Bern. de populo Iudaico,*ſerm.75.in Cant.* ita diſſerit: Verùm ille ſenior frater, qui de agro veniẽs formam tenuit populi veteris, & terreni, qui pro terrena hæreditate doctus diligere trituram attrita fronte gemit anxius ſub graui iugo legis, portâtque pondus diei, & æſtus. Is, inquam, quia intellectum non habuit, foris ſtat etiam nunc,

Iudæorum cæcitas ſignũ illorum.
Dan 9.
Deut 28.
Procop.
Iſai.59
S.Hieron.
S Aug.
Diſperſi Iudæi propter bonum Eccleſiæ.
Iudæi teſtes iniquitatis ſuæ,& veritatis noſtræ.
S.Bern.
Iudæorũ perfidia & malitia.

& non vult, nec inuitatus à Patre intrare domum conuiuij, ſemetipſum fraudans vſque adhuc participio ſymphoniæ, & chori, & vituli ſaginati. Hæc Bern.

*S. Ambr.*

8. Porrò autem grauiter, & ſeriò expendi debet, quod egregiè obſeruat D. Ambroſ. 2. *de Cain, cap. vlt.* Qua ratione (ait) ſignum ſuper Cain ponitur, ne occidatur parricida, cùm proſpectum non fuerit, ne innocens occideretur? Huic dubitationi ſatisfacit S. Pater, dum conatur oſtendere acerbiſſimam vitam Cain morte quacunque miſeriorem: contrà verò de morte Abelis ait: Non peremptoria mors eſt, per quam non adimitur vita, ſed ad meliora transfertur. Qui bonæ ſpei compotes ſunt, migrare magis, quàm deficere credendi ſunt. Sic Amb. At quam multos per huſce dies celebrauimus Abeles de Caino triumphantes, nimirum innocentes infantulos ab Herode occiſos? *Matthæi* 2. Audi D. Petr. Chry. *ſerm.* 153. Coorta Regi (ait) cohors ſua magis præmori, quàm commori tota geſtit. Chriſto dicati milites cœperunt antè militare, quàm viuere, antè pugnare, quàm ludere: fundere antè ſanguinem, quam lactis vbera perpotare. Ardentes animæ moras corporis non tulerunt, à gremio ad furentes hoſtiū cuneos peruolantes; anticipant virtutibus blandimenta, vulneribus oſcula, vnguentes ferrot vt cælum poſſint inhabitare, antequam terram, præuia ſpiritus antè portare, quàm carnem; antè referre triumphos Deo, quàm perferre hominum nutrimenta. Verè verè iſti ſont gratiæ martyres, confitentur tacentes, neſcientes pugnant, vincunt inconſcij, ignari tollunt palmas, coronas rapiunt ignorantes. Hæc omnia Chryſ. Nō minùs eleganter S. Cyp. *ſerm. de Magis*, ita ſcribit. Acta eſt Natiuitatis Chriſti ſolennitas, ſurſum iubilantibus Angelis; deorſum ex ore infantium, & lactentium laus eſt perfecta; reſonantibus vſque ad cælos victoriæ tubis, & reuerſus eſt paruulorum vagitus in gaudium, & luctus in iubilum, ſequente Agnum exercitu innocentium, & baiulante glorioſiſſimi triumphi ſolenne vexillum. Hi in ordine Sanctorum Protomartyres primum habent locum, & ſecretorum cōſcij diuinorum propinquitate familiariſſima, clementiam Dei pro noſtris exorant laboribus, quos vſque hodie funeſtus Herodes perſequitur, quorum ſanguine, & morte diabolus delectatur. Hæc Cyprian. Cæterùm adhuc quis mirabitur diuini iudicij abyſſum; vt Caino ſceleſtiſſimo mortalium vita protogetur, innocentiſſimo autem Abeli auferatur? En qualis eſt hominum conditio; en vt ſe gerit mundus, qui in maligno poſitus eſt? in eadem rerum diſparitate conſideranda defixus hoc loco S. Ambroſ. ſic effatur. Ecce iuſtus, innocens, pius, propter gratiam deuotionis odia fratris incurrens, immaturus adhuc æui ſublatus eſt parricidio; & iniquus, ſceleratus, impius, etiam fraterna cæde pollutus longæuam duxit ætatem, duxit vxorem poſteritatem reliquit, vrbes condidit, & hoc meruit permiſſione diuina. Nónne in his apertè vox Dei clamat: Erratis, qui putatis hîc eſſe omnem viuendi gratiam. Itaque iuxta Ambroſium videtur Dominus, cùm Cainum viuere permittit, Abelem verò perimi; mortalibus hoc ſignificare documentum, vt vitam in terris non magni faciant; quippe cùm & ſceleratis cōcedatur, & iuſtis denegetur; ſed eam felicem ac perbeatá quæ ſola iuſtis in cælo donabitur, exiſtiment, appetant, & conſequi nitantur. Enimuerò (vt ait D. Cyprian. *ſerm. indicato*) per vias latas, deſcenſuſque præcipites itur ad inferos. At religioſus quiſque vias duras ingreditur, & iugulatoi voluptatum ſtantem ex diuerſo hoſtem ſecurus aggreditur. Arcta via eſt caſtitas, trames ſtrictus humilitas, ieiunio affligi, & carnem in ſeruitutē redigere, ſcopuloſæ ſunt ſemitæ; ſed ad patriam ſuperiorem, nō niſi per meatus difficiles armati milites reuertuntur. Ita Cyprian. Viuant ergo in terra improbi, ſed eorum tamen vita, cùm nihil habeat glorioſum, mors & ſepultura potius dicenda erit; atque ideo (vt credo) miſeri ſibi malè ominantes ſumptuoſas ſepulchrorum moles ædificant, quò poſt mortem in illis memorabiles, & glorioſi eſſe videantur: at è contrario iuſti, & vita & morte commendabiles, ſuorum operum, non lapidum, ac pyramidum gloria potiuntur: vt enim pulcherrimè dicitur à S. Ambroſ. *lib.* 1. *de Cain, cap.* 2. Nemo ſcit ſepulturam Moyſis, quia vitam eius omnes nouerunt.

*Differunt bonorum, & malorum mortes.* — *Matth.* 2. — *S. P. Chryſ.* — *Innocentium puerorum triumphus.* — *S. Cypr.* — *S. Ambroſ.* — *Non in terra, ſed in cælo vita amplâ.* — *S. Cypr.* — *Iuſti in cælum per labores eunt.* — *Mali ſepulchris, boni operibus glorioſi.* — *S. Ambr.*

---

## SECTIO XVII.

*Egreſſus Cain à facie Domini habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.*

1. IMpœnitens homo, & obſtinatus animo non veniam ſcelerum deprecatur, non ſupplex orat Dominum, nolit a ſe repellere creaturam, quæ abſque præſidio creatoris nuſquam benè, ac ſecurè conſiſtet. Non reſipiſcit Cain, ſed egreditur à facie Domini. Duplex horum verborum ſenſus. Primò cenſetur egreſſus ab illo terræ ſolo, quod paradiſo terreſtri vicinus erat, quaſi pomœrium illius vrbis, & palatij Dei; à facie Dei, quia ibi parentes Deo fideliter obſequentes, ac de ipſius mandato habitabant, vbi Deus viſibili forma videbatur, colloquebatur, familiarem ſe hominibus exhibebat. Deinde dicitur egreſſus à facie Domini, videlicet a cura, ſolicitudine, præſidio, ſingulari beneuolentia, qua Deus ſeruos ſuos tueri ſolet, & tractare peramanter; vti pater filios, potiùs, quàm dominus ſeruos. Quia nimirum Deus deſerit deſerētem ſe, vt loquitur D. Aug. Vnde D. Chryſ. Quid eſt, egreſſus eſt à facie Domini? hoc eſt, nudatus eſt præſidio Dei propter abominabile & perniciosum factum. Non autem intelligas egreſſum eſſe à præſentia, notitia, & potentia Dei. Nam quò ibo a ſpiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic eſt: ſi deſcendero in infernum, ades: ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua, *Pſ.* 138. Scientiam, & potentiam Dei infinitam deſcribit, quam nullus peccator poſſit effugere; Deus enim & omnia replet, atque vbique eſt, & omnia nouit, ac intuetur, cuius etiam velle poſſe eſt. Sanè huius potentiæ (ait Theodor.) Propheta Ionas periculum fecit: cùm enim vniuerſitatis Deum fugitare conatus eſſet, & captus fuit, & vndis proditus; & velut in quibuſdam vinculis in Cetum iniectus eſt. E quidem appoſitè de Iona fit mentio, qui etiam, vt legitur c. 1. ſurrexit, vt fugeret in Tharſis a facie Domini; quod non diſſimile facto eſt Caini, qui egreſſus à facie Domini, &c. D. Greg. 6. *moral. cap.* 13.

*Cain impœnitens à Deo recedit.* — *Cain Dei præſidio deſtitutus.* — *S. Aug.* — *S. Chryſoſt.* — *Pſal.* 138. — *Deum nullus effugit.* — *Theod.* — *Iona* 1. — *S. Greg.*

de

*Ionas Deum fugiens eum perenditur.*

de Iona, ſic loquitur: Ionas in culpa deprehenditur, in profundum mergitur, Ceto ſorbente repente deuoratur, atque illuc geſtante belua peruenit, quò ire ſponte contempſit. Ecce fugitiuum Dei tempeſtas inuenit, ſors ligat, mare ſuſcipit, belua includit, & quia auctori ſuo obedire renititur, ad locum quò miſſus fuerat, ſuo reus carcere portatur. Ita Greg. Et quidem optimè. Nam, vt ibidem ait D. Hieron. In tranquillitate tempeſtas oritur. Nihil Deo aduerſante ſecurum eſt. Deinde ſequens vox, *profugus*, in Caini receſſu à facie Dei, conuenit etiam cum eo loco Ionæ, *fugeret in Tharſis*. Tharſis enim nomine intelligitur mare. Notátque inſuper D. Hieron. Non igitur Propheta ad certum locum fugere cupiebat; ſed mare ingrediens, quocunque pergere feſtinabat. Et magis hoc conuenit fugitiuo, & timido; non locum fugæ otiosè eligere, ſed primam occaſionem arripere nauigandi. Cæterùm ad Dauidem reuertamur, adiungit: Vt omnem ſpem euadendi, fugiendíque à Deo peccatoribus præripiat. Et dixi: Forſitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis, quia tenebræ non obſcurabunt à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Quibus omnibus depingit Dei notitiam lucidiſſimam, quam nihil lateat, oculos ſole ipſo clariores, quibus nihil abdi poſſit, nihil eſſe obſcurum. Quare ſint licet tenebræ denſiſſimæ: nox ipſa, in qua libidini ſtudens peccator latere ſe putat; ſol plane, meridies eſt Deo cuncta videnti, nec apud illum diſcrimen vllum eſt inter lucem, ac tenebras, æquali omnia ſemper intuitu vbique contemplatur.

*S. Hieron.*

*Ionas non in locum certum fugiebat.*

*Deo nihil non apertum, & clarum eſt.*

2. *Egreſſus Cain à facie Domini.* ] Deum quidem nuſquam locorum Cain effugiet, ſed quia improbus eſt, licèt Deum timere vindicem debeat, in terra tamen haud eſt, quod Cain cogatur pertimeſcere, vt ſubtiliter Philo Hebræus philoſophatur *lib. quod deter. poſter. inſid.* O Cain (ait) non eiectus a terra abſcooderis ab eo, qui eſt; ſed cum deuitans in terram confugiſti locum mortalem. Imò nec omnis, qui inuenerit te, occidet, quemadmodum ſuphiſticaris: nam quicquid inuenitur, vtique ab altero inuenitur, aut ſimili, aut diſſimili: ſimili, cognatóque iuxta communionem omnium familiaritatémque; diſſimili verò iuxta diuerſitatem contrariam. Simile igitur conſeruare ſtudet ſui ſimile; diſſimile verò perimere ſolet ſui diſſimile. Sciat ergo, & Cain, & quiſquis alius vafer eſt, quòd non à quouis occurrente interficeretur: ſed malefactores quidem germanorum cognatorúmque vitiorum æmulatione cuſtodes eius erunt, & ſatellites. Non quicunque ó Cain artis tuæ palæſtrita te inuenerit, occidet. Scias, quòd non quiuis ex innumeris, qui inter tua cenſentur auxilia, ſed ſolus virtutis amicus tecum gerit bellum ſine inducijs. Sed Phil. Cuius allegoriæ tam luculentæ inſiſtens dixeris Cainum à facie Domini egreſſum ad ſui ſimiles confugere, ſceleſtos, ac perditos, quique etiam à facie Domini procul abſint: ac demum ſecurum in ſceleribus æuum ducere, vbi non eſt facies Domini, vbi nullus Dei timor, nec verecundia, nec ius, ac probitas cernitur; ſed licentia, libertas, impudentia, & contemptus Dei, & ſumma iniquitas dominatur. Tanta verò fuit in Caino imprudentia atque impudentia, vt egreſſus à facie Domini intelligatur ludenti, videntíque ſimilis abire; quod egregiè Philo ipſe colligit ex ipſius verbis Cain, quæ paulo antea dixerat, *Si eiicis me hodie a facie terræ, & a facie tua abſcondar.* quaſi dicat: Si non præbes mihi bona terræ, ne cæleſtia quidem accipio. Si non datur frui voluptatibus, ne virtutem quidem deſidero. Si non impartiris humana bona, diuina quoque tibi habeto. Nam apud nos, neceſſaria, cara, & germana bona ſunt hæc, edere, bibere, veſtiri, ſenſuum expleri voluptatibus, aurum, honores, conquirere. Prudentiam verò, fortitudinem, iuſtitiam, res terricas, & vitæ moleſtiam afferentes miſſas facimus. Quòd ſi libet eis vti, non vt bonis perfectis vtendum eſt, ſed vt cauſis bonorú. O ſceleſtum caput! Ergo priuatus his lucris corporeis in conſpectum Dei non venies? &c. Hactenus Philo. Ex cuius explicatu illa verba Caini ſeparanda ſic erunt. Ecce eiicis me ab hac terra tam felici, & amœna, & terræ maledictis ac laborioſis operibus affligis; negas voluptates corporis? ergo lubens abſcondar à facie tua, nec cælum tuum, nec faciem tuam volo; tibi tua cæleſtia, tuíque vultus glorioſam viſionem renuncio; ſine terra, nec cælum, ſine voluptate carnis Deum nolo. Optime in hac ſententia Procop. *Egreſſus* (inquit) *Cain*, &c. Non localiter hæc accipienda ſunt, ſicut nec intrare coram Deo. Incedit quis coram Deo, foris relinquens peccata, & res omnes externas. Sed Cainus egreſſus eſt a facie Domini, indignum ſe faciens Dei conſpectu: nec per reliquum vitæ tempus quicquam curans benignum. Ita Procop.

*Philo.*

*Mali cum ſimilibus ſecuri viuunt.*

*Caini mira impudentia.*

*Philo.*

*Mali virtutem oderunt, voluptates amant.*

*Procop.*

3. Ad confirmandam doctrinam quam Philo optime colligit ex verbis Caini, videtur aptiſſimus ille locus Oſeæ 9. *Noli lætari Iſraël, noli exultare, ſicut populi, quia fornicatus es a Deo tuo.* Vbi ſic D. Hieron. Qui a Deo receſſerunt, cùm in profundum venerint peccatorum, & deſperauerint ſalutem ſuam, vniuerſa contemnent. Sic Iſraël recedens à lege Dei, & colens idola, gaudet, & gratulatur, quòd a Dei notitia receſſerit, & ſit gens mixta cum cæteris. Corripit eos: ne gaudeas, nec putes talem te eſſe, ſicut ſunt cæteræ nationes. Aliter enim neſciens Deum, aliter punitur recedens a Deo; quia ſeruus, qui ſcit voluntatem domini ſui, & non facit eam, vapulabit multum. Sic Hieron. Nota Iſraëlis peccatum hic & alibi ſæpiùs vocari adulterium meretricis, quæ repudiato viri ſui toro in lupanar ſe abiecit. Quo nomine dignus cenſetur Cain, quicunque Cainum ſequentes egrediuntur à facie Dei. Meritò egreſſus à facie Dei (vt iam præmonuimus) dicitur Cain, quod à parentum conſortio, tutela, cura, diſciplináque recedit. De iniquo illo dicitur: *Odiſti diſciplinam, proiecisti ſermones meos retrorſum*, &c. Pſalm. 49. *Egeſtas, & ignominia ei, qui deſerit diſciplinam*, Prouerb. 13. de reprobis, quorum in interitu ridebit ſapientia, illud tanquam extremum malorum dicitur: *Exoſam habuerunt diſciplinam*, Prouerb. 1. Millia huius generis inuenies in ſacra Scriptura. Phil. Hebræus *lib. iam indicato*, tractans illum locum Exod. 3. *Conſtitui te Deum Pharaonis*; inquirit: Qui fieri potuit, vt Moyſes Deus conſtitueretur Pharaonis: ac demum concludit: Ex his colligimus, quod ſapiens dicitur quidem Deus inſipiẽtis, imaginatione ſcilicet, exiſtimationéque, non veritate, atque eſſentia. Sic ille. Vnde inferẽs Cainum ſtultum ac furioſum dici egreſſum à facie Dei, quia longe receſſit a conſortio patris Adam, qui velut Deus eſſet ad regendum inſipientem, illiuſque furias cohibendas. Quinetiã

*Oſeæ 9.*

*S. Hieron.*

*Qui Deum nouit & peccat, grauius punietur.*

*Luc. 12.*

*Graue malum odiſſe diſciplinam.*

*Pſal. 49.*

*Prouerb. 13.*

*Prouerb. 1.*

*Philo.*

*Exod. 3.*

*Sapiens vocatur Deus inſipientis.*

& non vult, nec inuitatus à Patre intrare domum conuiuij, ſemetipſum fraudans vſque adhuc participio ſymphoniæ, & chori, & vituli ſaginati. Hæc Bern.

S. Ambr.

8. Porrò autem grauiter, & ſeriò expendi debet, quod egregiè obſeruat D. Ambroſ. 2. *de Cain, cap. vlt.* Qua ratione (ait) ſignum ſuper Cain ponitur, ne occidatur parricida, cum proſpectum non fuerit, ne innocens occideretur? Huic dubitationi ſatisfacit S. Pater, dum conatur oſtendere acerbiſſimam vitam Cain morte quacunque miſeriorem: contra verò de morte Abelis ait: Non peremptoria mors eſt, per quam non adimitur vita, ſed ad meliora transfertur. Qui bonæ ſpei compotes ſunt, migrare magis, quàm deficere credendi ſunt. Sic Amb. At quàm multos per hoſce dies celebrauimus Abeles de Caino triumphantes, nimirum innocentes infantulos ab Herode occiſos? *Matthæi* 2. Audi D. Petr. Chry. *ſerm.* 153. Coorta Regi (ait) cohors ſua magis præmori, quàm commori tota geſtit. Chriſto dicati milites cœperunt antè militare, quàm viuere, antè pugnare, quàm ludere: fundere antè ſanguinem, quam lactis vbera perpotare. Ardentes animæ moras corporis non tulerunt, à gremio ad furentes hoſtiũ cuneos peruolantes; anticipant virtutibus blandimenta, vulneribus oſcula, vnguentes ferro: vt cælum poſſint inhabitare, antequam terram, præmia ſpiritus antè portare, quàm carnem; antè referre triumphos Deo, quàm perferre hominum nutrimenta. Verè verè iſti ſunt gratiæ martyres, confitentur tacentes, neſcientes pugnant, vincunt inconſcij, ignari tollunt palmas, coronas rapiunt ignorantes. Hæc omnia Chryſ. Nõ minùs eleganter S. Cyp. *ſerm. de Magis*, ita ſcribit. Acta eſt Natiuitatis Chriſti ſolennitas, ſurſum iubilantibus Angelis; deorſum ex ore infantium, & lactentium laus eſt perfecta; reſonantibus vſque ad cælos victoriæ tubis, & reuerſus eſt paruolorum vagitus in gaudium, & luctus in iubilum, ſequente Agnum exercitu innocentium, & baiulante glorioſiſſimi triumphi ſolenne vexillum. Hi in ordine Sanctorum Protomartyres primum habent locum, & ſecretorum cõſcij diuinorum propinquitate familiariſſima, clementiam Dei pro noſtris exorant laboribus, quos vſque hodie funeſtus Herodes perſequitur, quorum ſanguine, & morte diabolus delectatur. Hæc Cyprian. Cæterùm adhuc quis mirabitur diuini iudicij abyſſum; vt Caino ſceleſtiſſimo mortalium vita prorogetur, innocentiſſimo autem Abeli auferatur? En qualis eſt hominum conditio; en vt ſe gerit mundus, qui in maligno poſitus eſt? in eadem rerum diſparitate conſideranda defixus hoc loco S. Ambroſ. ſic effatur. Ecce iuſtus, innocens, pius, propter gratiam deuotionis odia fratris incurrens, immaturus adhuc æui ſublatus eſt parricidio; & iniquus, ſceleratus, impius, etiam fraterna cæde pollutus longæuam duxit ætatem, duxit vxorem poſteritatem reliquit, vrbes condidit, & hoc meruit permiſſione diuina. Nónne in his apertè vox Dei clamat: Erratis, qui putatis hîc eſſe omnem viuendi gratiam. Itaque iuxta Ambroſium videtur Dominus, cùm Cainum viuere permittit, Abelem verò perimi; mortalibus hoc ſignificare documentum, vt vitam in terris non magni faciant; quippe cùm & ſceleratis cõcedatur, & iuſtis denegetur; ſed eam felicem ac perbeatã quæ ſola iuſtis in cælo donabitur, exiſtiment, appetant, & conſequi nitantur. Enimuerò (vt ait D. Cyprian. *ſerm. indicato*) per vias latas, deſcenſiſque præcipites itur ad inferos. At religioſus quiſque vias duras ingreditur, & iugulatori voluptatum ſtantem ex diuerſo hoſtem ſecutus aggreditur. Arcta via eſt caſtitas, trames ſtrictus humilitas, ieiunio affligi, & carnem in ſeruitutẽ redigere, ſcopuloſæ ſunt ſemitæ; ſed ad patriam ſuperiorem, nõ niſi per meatus difficiles armati milites reuertuntur. Ita Cyprian. Viuant ergo in terra improbi, ſed eorum tamen vita, cùm nihil habeat glorioſum, mors & ſepultura potius dicenda erit; atque ideo (vt credo) miſeri ſibi malè ominantes ſumptuoſas ſepulchrorum moles ædificant, quò poſt mortem in illis memorabiles, & glorioſi eſſe videantur: at è contrario iuſti, & vita & morte commendabiles, ſuorum operum, non lapidum, ac pyramidum gloria potiuntur: vt enim pulcherrimè dicitur à S. Ambroſ. *lib.* 1. *de Cain, cap.* 2. Nemo ſcit ſepulturam Moyſis, quia vitam eius omnes nouerunt.

*Differunt bonorum, & malorum interitus.*

*Matth.* 2.
*S. P. Chryſ.*
*Innocentium puerorum triumphus.*

S. Cypr.

S. Ambroſ.

*Non in terra, ſed in cælo vita amanda.*

S. Cypr.
*Iuſti in cælum per labores eunt.*

*Mali ſepulchris, boni operibus glorioſi.*
S. Ambr.

## SECTIO XVII.

*Egreſſus Cain à facie Domini habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.*

1. IMpœnitens animo, & obſtinatus animo non veniam ſcelerum deprecatur, non ſupplex orat Dominum, nolit a ſe repellere creaturam, quæ abſque præſidio creatoris nuſquam benè, ac ſecurè conſiſteret. Non reſipiſcit Cain, ſed egreditur à facie Domini. Duplex horum verborum ſenſus. Primò cenſetur egreſſus ab illo terræ ſolo, quod paradiſo terreſtri vicinus erat, quaſi pomœrium illius vrbis, & palatij Dei; a facie Dei, quia ibi parentes Deo fideliter obſequentes, ac de ipſius mandato habitabant, vbi Deus viſibili forma videbatur, colloquebatur, familiarem ſe hominibus exhibebat. Deinde dicitur egreſſus a facie Domini, videlicet a cura, ſolicitudine, præſidio, ſingulari beneuolentia, qua Deus ſeruos ſuos tueri ſolet, & tractare peramanter; vti pater filios, potius, quàm dominus ſeruos. Quia nimirum Deus deſeruit deſerẽtem ſe, vt loquitur D. Aug. Vnde D. Chryſ. Quid eſt, egreſſus eſt à facie Domini? hoc eſt, nudatus eſt præſidio Dei propter abominabile & pernicioſum facinus. Non autem intelligas egreſſum eſſe à præſentia, notitia, & potentia Dei. Nam quò ibo à ſpiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades: ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua, *Pſ.* 138. Scientiam, & potentiam Dei infinitam deſcribit, quam nullus peccator poſſit effugere; Deus enim & omnia replet, atque vbique eſt, & omnia nouit, ac intuetur, cuius etiam velle poſſe eſt. Sanè huius potentia (ait Theodor.) Propheta Ionas periculum fecit: cùm enim vniuerſitatis Deum fugitare conatus eſſet, & captus fuit, & vndis proditus; & velut in quibuſdam vinculis in Cetum iniectus eſt. Et quidem appoſitè de Iona fit mentio, qui etiam, vt legitur c. 1. ſurrexit, vt fugeret in Tharſis a facie Domini; quod non diſſimile facto eſt Caini, qui egreſſus à facie Domini, &c. D. Greg. 6. *moral. cap.* 13. de

*Cain impœnitens a Deo recedit.*

*Cain Dei præſidio deſtitutus.*

S. Aug.
S. Chryſoſt.

Pſal. 138.
*Deum nullus effugit*

Theod.

Ion. 1.

S. Greg.

*Ionas Deum fugiens tempeſtate percutitur.*

de Ions, ſic loquitur. Ionas in culpa deprehenditur, in profundum mergitur, Ceto ſorbente repente deuoratur, atque illuc geſtante belua peruenit, quò ire ſponte contempſit. Ecce fugitiuum Dei tempeſtas inuenit, ſors ligat, mare ſuſcipit, belua includit; & quia auctori ſuo obedire renititur, ad locum quò miſſus fuerat, ſuo reus carcere portatur. Ita Greg. Et quidem optime. Nam, vt ibidem ait D. Hieron. In tranquillitate tempeſtas oritur. Nihil Deo aduerſante ſecurum eſt. Deinde ſequens vox *profugus*, in Caini receſſu à facie Dei, conuenit etiam cum eo loco Ionæ, *fugeret in Tharſis*. Tharſis enim nomine intelligitur mare. Notátque Inſuper D. Hieron. Non igitur Propheta ad certum locum fugere cupiebat; ſed mare ingrediens, quocumque pergere feſtinabat. Et magis hoc conuenit fugitiuo, & timido; non locum fugæ otioſe eligere, ſed primam occaſionem arripere nauigandi. Cæterùm ad Dauidem reuertamur, adiungit: Vt omnem ſpem euadendi, fugiendíque à Deo peccatoribus præripiat. Et dixi; Fortiſan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in deliciis meis, quia tenebræ non obſcurabuntur a te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Quibus omnibus depingit Dei notitiam luciđiſſimam, quam nihil lateat, oculos ſole ipſo clariores, quibus nihil abdi poſſit, nihil eſſe obſcurum. Quare ſint licèt tenebræ denſiſſimæ: nox ipſa, in qua libidini ſtudens peccator latere ſe putat; ſol plane, meridies eſt Deo cuncta videnti, nec apud illum diſcrimen vllum eſt inter lucem, ac tenebras, æquali omnia ſemper intuitu vbique contemplatur.

*S. Hieron.*

*Ionas non in locum certum fugiebat.*

*Deo nihil non apertum, & clarum eſt.*

2. *Egreſſus Cain à facie Domini.*] Deum quidem nuſquam locorum Cain effugiet; ſed quia improbus eſt, licèt Deum timere vindicem debeat, in terra tamen haud eſt, quod Cain cogatur pertimeſcere, vt ſubtiliter Philo Hebræus philoſophatur *lib. quod deter. poſter. inſid.* O Cain (ait) non eiectus a terra abſconderis ab eo, qui eſt, ſed eum deuitans in terram confugiſti locum mortalem. Imò nec omnis, qui inuenerit te, occidet, quemadmodum ſophiſticaris: nam quicquid inuenitur, vtique ab alterutro inuenitur, aut ſimili, aut diſſimili: ſimili, cognatóque iuxta communionem omnium familiaritatémque; diſſimili verò iuxta diuerſitatem contrariam. Simile igitur conſeruare ſtudet ſui ſimile; diſſimile verò perimere ſolet ſui diſſimile. Sciat ergo, & Cain, & quiſquis alius vafer eſt, quòd non à quouis occurrente interficeretur: ſed malefactores quidem germanorum cognatorúmque vitiorum æmulatione cuſtodes eius erunt, & ſatellites. Non quicunque ô Cain artis tuæ palæſtrita te inuenerit, occidet. Scias, quòd non quiuis ex innumeris, qui inter tua cenſentur auxilia, ſed ſolus virtutis amicus tecum gerit bellum ſine induciis. Sed Phil. Cuius allegoriæ tam luculentæ inſiſtens dixeris Cainum à facie Domini egreſſum ad ſui ſimiles confugere, ſceleſtos, ac perditos, quique etiam à facie Domini procul abſint: ac demum ſecurum in ſceleribus æuum ducere, vbi non eſt facies Domini, vbi nullus Dei timor, nec verecundia, nec ius, ac probitas cernitur; ſed licentia, libertas, impudentia, & contemptus Dei, & ſummæ iniquitas dominatur. Tanta verò fuit in Caino imprudentia atque impudentia, vt egreſſus à facie Domini intelligatur ludenti, videntique ſimilis abire; quod egregiè Philo ipſe colligit ex ipſius verbis Cain, quæ paulo antea dixerat, *Si eiicis me hodie a facie terræ, & a facie tua abſcondar.* quaſi dicat: Si non præbes mihi bona terræ, ne cæleſtia quidem accipio. Si non datur frui voluptatibus, ne virtutem quidem deſidero. Si non impartitis humana bona, diuina quoque tibi habeto. Nam apud nos, neceſſaria, cara, & germana bona ſunt hæc, edere, bibere, veſtiri, ſenſuum expleri voluptatibus, aurum, honores, conquirere. Prudentiam verò, fortitudinem, iuſtitiam, res tetricas, & vitæ moleſtiam afferentes miſſas facimus. Quòd ſi libet eis vti, non vt bonis perfectis vtendum eſt, ſed vt cauſis bonorū. O ſceleſtum caput! Ergo priuatus his lucris corporeis in conſpectum Dei non venies? &c. Hactenus Philo. Ex cuius explicatu illa verba Caini ſeparanda ſic erunt. Ecce eiicis me ab hac terra tam felici, & amœna, & terræ maledictis ac laborioſis operibus affligis; negas voluptates corporis? ergo lubens abſcondar a facie tua, nec cælum tuum, nec faciem tuam volo; tibi tua cæleſtia, tuíque vultus glorioſam viſionem renuncio; ſine terra, nec cælum; ſine voluptate carnis Deum nolo. Optime in hac ſententia Procop. *Egreſſus* (inquit) *Cain*, &c. Non localiter hæc accipienda ſunt, ſicut nec intrare coram Deo. Incedit quis coram Deo, foris relinquens peccata, & res omnes externas. Sed Cainus egreſſus eſt a facie Domini, indignum ſe faciens Dei conſpectu: nec per reliquum vitæ tempus quicquam curans benignum. Ita Procop.

*Philo.*

*Mali caum ſimilibus ſecuri viuunt.*

*Caini mira impudentia.*

*Philo.*

*Mali virtutum aderunt, voluptates amant.*

*Procop.*

3. Ad confirmandam doctrinam quam Philo optime colligit ex verbis Caini, videtur aptiſſimus ille locus Oſeæ 9. *Noli lætari Iſrael, noli exultare, ſicut populi, quia fornicatus es a Deo tuo.* Vbi ſic D. Hieron. Qui a Deo receſſerunt, cùm in profundum venerint peccatorum, & deſperauerint ſalutem ſuam, vniuerſa contemnent. Sic Iſraël recedens à lege Dei, & colens idola, gaudet, & gratulatur, quòd a Dei notitia receſſerit, & ſit gens mixta cum cæteris. Corripit eos: ne gaudeas, nec putes talem te eſſe, ſicut ſunt cæteræ nationes. Aliter enim neſciens Deum, aliter punitur recedens a Deo; quia ſeruus, qui ſcit voluntatem domini ſui, & non facit eam, vapulabit multum. Sic Hieron. Nota Iſraelis peccatum hic & alibi ſæpiùs vocari adulterium meretricis, quæ repudiato viri ſui toro in lupanar ſe abiecit. Quo nomine dignus cenſetur Cain, quicunque Cainum ſequentes egrediuntur à facie Dei. Meritò egreſſus à facie Dei (vt iam præmonuimus) dicitur Cain, quod à parentum conſortio, tutela, cura, diſciplináque recedit. De iniquo illo dicitur: *Odiſti diſciplinam, proiecisti ſermones meos retrorſum.* &c. Pſalm. 49. *Egeſtas, & ignominia ei, qui deſerit diſciplinam*, Prouerb. 13. de reprobis, quorum in interitu ridebit ſapientia, illud tanquam extremum malorum dicitur: *Exoſam habuerunt diſciplinam*, Prouerb. 1. Millia huius generis inuenies in ſacra Scriptura. Phil. Hebræus *lib. iam indicato*, tractans illum locum Exod. 3. *Conſtitui te Deum Pharaonis*; inquirit: Qui fieri potuit, vt Moyſes Deus conſtitueretur Pharaonis; ac demum concludit: Ex his colligimus, quòd ſapiens dicitur quidem Deus inſipiétis, imaginatione ſcilicet, exiſtimationéque, non veritate, atque eſſentia. Sic ille. Vnde inferés Cainum ſtultum ac ſtulioſum dici egreſſum à facie Dei, quia longè receſſit a conſortio patris Adam, qui velut Deus, eſſet ad regendum inſipientem, illiúſque furias cohibendas. Quinetiā

*Oſeæ 9.*

*S Hieron.*

*Qui Deum nouit & peccat, grauius punietur.*

*Luc. 12.*

*Graue malum odiſſe diſciplinam.*

*Pſal. 49.*

*Prouerb. 13.*

*Prouerb. 1.*

*Philo.*

*Exod. 3.*

*Sapiens vocatur Deus inſipientis.*

A infelix illa prouincia, vel ciuitas haberi debet, in qoa non habitant, aut non imperant viri ſapientes. veluti diſruptis mœoibus, atque omni virtutis præſidio ablato deſtitura innumeris pateſcit iniutiis. Hoc tam illuſtre ſapientium virorum encomium apud Iſaiam vno verbo exprimitur. Sic enim de puero Ieſu recens nato ad ſuum ſtabulum reges magos adducēte prædicator. *Priuſquam ſciat puer vocare patrem, & matrem, accipiet virtutem Damaſci*, cap. 8. declarat optime Imperfect. *hom.* 2. *in Matth.* Magi ſunt orientales viri ſapientes. Ideó autem dicti ſunt virtus Damaſci, quia virtus vniuſcuiuſque prouinciæ ſunt ſapiētes ipſius. Sic ille. Sequitur, *Habitauit profugus in terra.* Hebt. וישב *vaiexeb*, propriè ſedit. ישב *iexab*, ſedere. Infelix Deum valere iuſſit, & terram auidè complexus eſt. In terra ſedem ſuæ vitæ, atque animæ præſixit, Nec poterat ſe totum terræ mācipare, niſi poſtquam à Deo receſſit. Ita plane è contrario, non Deo perfectè inhærebit, qui a terra priùs non receſſerit. Audi Dauid deſiderio Dei flagrantem. *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie. Vbi eſt Deus tuus? Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam*, Pſal. 61. Doctè D. Aug. expendit illud, *effudi*. Effudi (inquit) ſuper me animam meam, vt illum attingerem, non in me remanſi; quando enim anima mea contingeret, quod ſuper animā meam quæritur; niſi anima mea ſuper ſeipſam C effunderetur? Si in ſeipſa remaneret, nihil aliud, quàm ſe videret; & cùm ſe videret, non vtique Deum ſuum videret. Sic Aug. Hinc meritò D. Bern. *ſerm.* 9. *in Pſalm. Qui habitat*: Perfecta caritas ſolùm ſitit, quod ſummum eſt, tota deſiderij vehementia clamans: Quid mihi eſt in cælo, &c. Bonus es Domine ſperantibus in te animæ quærenti te, *Thren.* 3. Singularis perfectionis eſt non modò nihil ſperare niſi ab eo, ſed nihil quærere, niſi eum. Sic Bern. *Regem* (ait Iſai. 33.) *in decore ſuo videbunt oculi eius, cernent terram de longè.* Loquitur de iuſto, qui à terris ad cæleſtia contemplanda, & amanda ſubuolauit: cui, quàm vicinus eſt Deus, tam procul à tergo relictus fuit mundus. Nam, vt explicat locum Iſaiæ D. Hier. In D cælo poſiti terrena deſpiciunt.

Iſai 8.
*Sapiens quātum confert vrbi, & regnet*
Imp. in Matth.
*Deus & terra non ſimul amandi.*
Pſal. 61.
S. Aug.
S. Bernard.
Thren. 3.
Iſai. 33.
S. Hieron.

4. Sed planè deſipit Cain, qui à Deo profugus in terra putat ſe poſſe habitare: non eſt terra locus quietis, niſi mortuorum, quorum oſſa inanima in ſepulchris cenſentur requieſcere, quia vitæ laboribus iam perfuncta inter ceſpites, aut cineres quodammodo orianrur. At viui fluctuāt in terra velut in ſalo, quippe qui non hîc habent terram permanētem; vbi noſter interpres vertit, *profugus*, Hebr. נד *nod.* LXX. *ναὶδ*. Eſt autē radix נוד *nud*, hoc eſt mouere. Poteſt autem eſſe nomen, aut proprium, aut appellatiuum. Ergo D. Hier. de loc. Hebr. *Naid*, terra, in qua habitauit Cain, vertitur autem in ſalum, ideſt, motum, ſiue fluctuationem. Vide nunc quam ſibi, Deum derelinquens, ſedem eligat Cain, terram quidem E *nod*, aut *naid*, ipſammet fluctuationem; quid vndarum pelago inſtabilius? talem ſedem eligis; vbi autem nihil ſtabile, nihil firmum, quid bonum iucundúmque eſſe poterit? iccirco additur, ad orientalem partem, Hebr. קדמת עדן *quidmath Gheden.* ad orientalem voluptatis. Alij cōtrà *Gheden*, voluptatem. Quam vltimam ſecutus verſionem ait Clem. Alex. 2. *Stromatum*. Interpretatio *Naid*, eſt fluctus, *Eden* autem delitiæ. Igitur peccator effrænatus fertur in ſalum fluctuans. Deliciæ ſunt fides, cognitio & pax. Bellè id quidē.

*Terra requies mortuorum, non viuorum.*
S. Hieron.
Clem. Alex.

A Qui enim ſpreto Deo terræ totus inhæret, contra veras animæ immortalis delicias, quæ quidē in virtutibus habentur, fluctuet neceſſe eſt, vti pelago naufragus fruſtra innatans, vbi nihil inuenit, quod manu prehendat, aut in quo pedem figat. Vna eſt in vno Deo animæ ſecuritas. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, *Pſalm.* 72. Sæpè (inquit Clem. Alex. *loco proximè citato*) repetens Scriptura illud: Ego Deus veſter; pudore afficiēdo pulcherrimè hortatur docens ſequi Deum. Adde, & adhærere Deo, extra quem ſemper eſt cor hominis irrequietum, Appoſite commentatur Procopius: *Nod* interpretatur ſalum. Nam quæ ſedes conuenientior erat deficienti a virtu- B re, quæ concordiam & pacem gignit, quàm ſalum mobile & inſtabile, quod meritò malitiam ſiue vitium dices? Adamus vi eiectus, nec ſua ſponte egreſſus eſt paradiſo. Nam adhuc ardebat deſiderio manendi in illo. hinc Deus eum collocauit è regione, quaſi ipſe regens eius domicilium. At Cain nec expulſus, nec alicubi à Deo poſitus legitur. totus enim propenſus ad malum, ambabus illud amplectebatur vlnis. Percelebris figura (vt Patres volunt) Cainus habetur populi Iudaici; procul vterque remotus à facie Domini viuit in abiectis, ac ſine fructu animæ operibus diſtentus. Quemadmodum frater ille ſenior, qui de agro, & villa venerat, & certus de reditu fra- C tris minoris indignatus noluit domum, vbi erat conuiuium, introire, *Luc.* 15. Vbi egregie D. Petr. Chryſ. *ſerm.* 5. Venit Iudęus ad domum patris, ideſt, ad Eccleſiam, ſtat foris per inuidiam, audit Dauidicam citharam perſonare, audit ex concentu prophetico ſymphoniam ex populorum vario conſenſu choros audit, & introire non vult, per inuidiam ſtans foris. Dum gentilem fratrem priſtinis iudicat, & borret, ex motibus, ipſe paternis bonis ſe eximit, ipſe ſe paternis excludit gaudiis. Sic Petr. Chryſ. Nec verò puret Cain ſe, licèt careat animæ deliciis, habirans contra Eden, nihilo tamen minùs poſſidere terram, cuius fructu, hoc eſt, voluptatibus potietur. Bene aduertit Philo *lib. ſam vindicato*, à Deo dictum eſſe D Caino: Terram operaheris, non autem agricola eris, Etenim totus, ex ſubacta, ſata, & culta tellure fructus agricolæ redundat; at operatius laborat quidem, ac deſudat in agricultura, ſed præter denarium diurnum pro mercede acceptum nihil ex fructibus terræ ſuſcipit. En plena ſudoribus vita Caini, & fructibus valde ieiuna. carò illi ſtant ſuæ deliciæ, quæ plus fellis, quàm mellis habent. Putat ſe roſas e pratis colligere; ſed ego (ait Dominus) ſepiam vias tuas ſpinis, *Oſea* 2. Quidni miſer incidat in ipſam fluctuationem, ſi à Deo receſſit? Quidni contra ſe habeat, longè poſitas animæ delicias, qui animam terræ deliciis impuram habet. Diſertè illud à D. Greg. Nazianz. *in ſentent.* dictum eſt: Præclariſſimum Deo munus eſt morum integritas; meretriciæ mercedis purus Deus particeps eſſe non vult.

*Solo in Deo vera quies & ſecuritas.*
Pſalm 72.
Clem. Alex.
Procop.
*Iudæi à ſorte Dei repulſi.*
Luc. 15.
S. Petr.
S. Chryſ.
*Iudæi inuident Chriſtianis.*
Phil.
*Malorum laborioſa & infructuoſa vita.*
Origen. 2.
Greg. Naz.
*Purus Deus impuritatem execratur.*

E 5. Aduerte hîc Eden, hoc eſt, voluptatem Domini eſſe contra terram Naid, in qua ſedet Cain. Non enim Dei conſolatio ſecum admittit reſupina (vt vocat D. Ambroſ.) diuitum faſtidia, nec voluptuoſorum impuras ingreditur animas. Cōtrà verò, beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Vnde Tertul. 4. *contra Marc.* 14. Certè oblectatio, & exultatio illis promittitur, qui in diuerſa conditione ſunt. Ego verò in hac voce, *nod*, fluctuans, inuenio, quid hominem terreat, & quid illi animos ſpemque faciat. Eſt

S. Ambr.
Tertull.

nimi

nimirum terra fluctuans, & vita, quam in terra viuimus, perpetuis mutationibus obnoxia. Quare nec iuſtus ſibi nimium confidat, nec improbus de ſalute ſua deſperet. alter enim in peius ruere, alter in melius euehi poterit. Ergo (vt grato ter D. Greg. Nazianz. *in ſent.*) Ne quid proſperè nauigans, magnificè dicas antequam ad portum appuleris. Multis enim hoc accidit, vt cùm ſecundo curſu nauigaſſent, in ipſo portu naufragium fecerint. Plerique rurſus ex grauiſſima tempeſtate in portum applicauerunt: vna ſecuritas eſt calamitates aliis non exprobrare. Malunt verò plures, vt *Nod*, ſit appellatiuum; vnde vertitur optimè, profugus, ſeu, vt ait D. Hieron. *in quaſt. Hebr.* fluctuans, & inſtabilis, ac ſedis incertæ. Non eſt igitur terra Naid, vt vulgus putat, ſed expletur ſententia Dei, quod huc atque illuc vagus & profugus oberrauit. D. Chryſ. adiungit: Locus ille, in quo habitauit Cain, perpetua memoria fuit non illi ſoli, ſed & ſeculis poſterioribus ad tremorem, & commotionem. Nomen enim, *naid*, vocatur motio. Itaque crimen illius notum, & à loco, quaſi in columna ærea ſcriptum eſſet. Videtur ſanctus Pater ſignificare terram illam in qua profugus à facie Domini primò conſedit Cain, nomen à tremore & commotione illius accepiſſe, vt Naid appellaretur. Cain igitur inſtabilis omnia reddebat inſtabilia, & plena commotionibus. Notatúque dignum eſt, primum in orbe natum hominem ex parentibus, primogenituræ dignitate præcellentem, diuitem, atque opulentum, cuius patrimonium totus erat terrarum orbis, fuiſſe inſtabilem, irrequietum, perpetuis fluctuaſſe moribus. Meritò Dauid: *Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſuper cedros Libani: & tranſiui, & ecce non erat, & quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius*, Pſalm. 36. Vbi D. Hieron. Sicut cedros ſuper excelſos montes apparet exaltata, & impulſu ventorum ſæpe delabitur; ita & impios, qui relicto Deo in diuitiis mundi confidit, quamlibet floreat, & extollatur, & eleuetur, non inuenietur, cùm ab hoc mundo migrauerit. Theod. Meritò (inquit) Saulis, Abſalonis, Naas, Goliath felicitatem ſterilibus arboribus comparauit. Varios autem eſſe dicit, non ſolùm ipſos, verum etiam eorum loca, per hoc memoriam demonſtrauit. Pulchra eſt paraphraſis Genebrard. Impios cum ſuo loco, & ſtatu, fœno ociùs periit, me non aduertente, nec opinante; me pertranſeunte; vt ad meum reditum vel etiam abitum, vt ad meum tranſitum nulla iam ipſius ſit commemoratio. Hebr. per tertiam perſonam, & tranſiuit. Chald. Et tranſiuit de mundo, & ecce non fuit, Sic ille.

*In malum, & in bonum mutatio homo.* Greg. Naz.
S. Hieron.
S. Chryſ. *Cain inſtabilis & vagantium.*
*Impiorum gloria & memoria perit.* Pſal. 36. S. Hieron.
Theod.
Genebr.

6. Habitator terræ Cain cælum deſpicit. Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire, nec duo ſimul amores Dei, ac mundi vno in corde ſimul eſſe poſſunt. Moyſi clamat Dominus à rubo ardenti: *Solue calceamentum de pedibus tuis; locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt*, Exod. 3. Pedes animæ, affectus animæ non ſemel à D. Auguſt. dicuntur, atque iis quidem ad Deum itur; ergo calcei de pellibus carnium cæſarum abiiciuntur, hoc eſt, omnis affectus rerum terrenarum ab anima procul arcendus eſt, ſi Dei obſequio & amori ſtudendum erit. Quod Moyſes quidem tunc intellexit, & in poſterum obſeruauit. Sic enim ſcribit D. Gregor. Nyſſen. *Orat.* 11. *in Cant.* Ne Moyſes quidem poſtea quàm ex diuino mandato ſemel cadaueroſo pellium tegumento pedes ſuos exoluit, quo tempore in ſolo ſacro, & illuminato incedebat; calceamentis pedes deinceps cinxiſſe creditur. Idem cum veſtem ſacerdotalem ad exemplum in monte ſibi commonſtratum ſummo ſtudio confeciſſet; nullum tamen pedibus ornamentum excogitauit: ſed hoc ipſum pedi ſacerdotali cultus erat loco, quod ab omni tegumento nudus ac immunis eſſet. Nam ſacerdoti omnino incedendum erat ſacro in pauimento, quod cadaueroſis pellibus calcare non fas erat. Hactenus Greg. Nyſſen. Nuda, & libera ab omni caduco, & mortali affectu, debet eſſe animæ affectio, maximè in ſacerdote, qui quotidie carne & ſanguine, ac diuinitate Chriſti Domini paſcitur.

*Amor Dei cum terreno ſimul non eſt.* Exod. 3. S. Auguſt.
*Moyſes calceis non vtebatur.* Greg. Nyſſ.
*Sacerdos ab impuro affectu liber.*

7. Egreſſus igitur Cain, & peccator alius inſigniter improbus à facie Dei, profugus habitat in terra fluctuante contra Dei paradiſum, ſpretis nimirum cæli bonis. Sed qua infinita eſt Deus clementia per Ieremiam clamat, *Reuertere. Vſquequo diſſolueris filia vaga?* cap. 31. D. Hieron. Vſquequò negligentia diſſolueris, & profundo errore vagaberis? Addit ſubinde Propheta, vt animos faciat redeundi: quia creauit Dominus ſuper terram. Fœmina circundabit virum D. Hieronymus. Reſpice, quid dicturus ſum; vnde tibi tanta beatitudo expectanda ſit, diligenter attende. Audi quod nunquam antè cognoueras. Abſque viri ſemine, abſque vllo coitu, atque conceptu, fœmina circundabit virum, gremio vteri ſui, qui iuxta incrementa quidem ætatis per vagitus & infantiam proficere videbitur ſapientia, & ætate; ſed perfectus vir in ventre fœmineo ſolitis menſibus continebitur. Sic Hieron. Profectò emphaticè Propheta nouum iſtud miraculum, quod eſt fœmina circundans virum, (clarius Virgo mater Dei hominis facti) adduxit, vt attentionem faceret intuendi, & contemplandi. quod bene aduertit D. Hieron. & peccatorem à Deo profugum, & in terra, per terræ volutabra carníſque ſpurcitias diuagantem reuocaret ad Deum; affulget quippe noua ſpes veniæ, gratiæque, nimirum virgo mater Dei, vtero & brachiis Deum filium ſuum geſtans. Meritò exclamat D. Epiphan. Virginem Deiparam contemplatus ô cæli, & terræ myſterium! O theſaurum Eccleſiæ ſtupendum! Oportet igitur, vt in nouitate myſterij contemplandi omnes animorum defigantur obtutus, atque in theſauro bonorum omnium ſpes tota peccatoris firma, & ſecura collocetur. myſterium eſt, ſemper virgo Dei genitrix Maria. Delrio noſter contendit, per *Gheden*, hoc loco non intelligi paradiſum terreſtrem, ſed certam regionem versùs Orientem.

Ieremi. 31. *Deus peccatorem reuocat.* S. Hieron.
*Virginalis conceptio.*
*B. Maria myſterium mundi.* S. Epiph.
Delrio.

## SECTIO XVIII.

*Cognouit autem Cain vxorem ſuam, quæ concepit, & peperit Henoch; & ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui Enoch.*

1. EGreſſus Cain à facie Domini, & à conſortio parentum, vicináque paradiſo terreſtri, regione, oberrauit aliquádiu donec ad radices Lybani montis (ſi ei qui nomen præfert Beroſi, fides habenda eſt) conſedit. Genuit filium

ex

ex ſorore vtique, id enim ex diſpenſatione diuina tunc fieri oportebat, vt propagaretur genus humanum. Nunc autem etiam inter cognatos ad certum gradum ex iure Eccleſiaſtico interdictum matrimonium eſt: & quidem quàm id meritò ſancitum ſit, illud oſtendit, quod ſcribitur à D. Greg. *interrog. ad B. Auguſt. Canthuar.* c. 6. ſic enim ait. Quædam terrena lex in Romana Repub. permittit, vt ſiue frater, ſiue ſoror, ſeu duorum fratrum germanorum, vel duorum ſororum filius, & filia miſceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio ſobolem non poſſe ſuccreſcere. Sic Greg. At inter fratrem & ſororem, vt inferiùs videbimus, illicitum nunc omnino eſt. Rectè D. Chryſ. *homil.* 21. dolet mortalium calamitatem, qui cæleſtia parum, aut nihil cogitantes, immortalitatem, vt poterant, in terris conſequi ſtuduerunt. Vide (inquit) quomodo res noſtræ paulatim deteriores fugacioréſque fiunt. quippe hominibus factis mortalibus ſtudium fuit, vt immortalem ſuam memoriam facerent, partim ex filiis, quos generabant, partim ex locis quibus filiorum nomina imponebant. Hæc omnia rectè quis diceret peccatorum, & ruinæ primæ monimenta, qua è priſtina gloria exciderunt, in qua cùm eſſent, nihil horum agebant Adam, & Eua, vtpote affectionibus ſuperiores, & nihil obnoxij. Ita Chryſ. Hunc hominum errorem dedocere voluit magiſter veritatis è cælo veniés; quod ita demóſtrat D. Chryſ. *hom. 9. in c. 2. Matthæi.* Et natus Dominus in præſepio collocatur, & in diuerſorio manet, & matrem elegit pauperem, nos videlicet erudiens, ne quid horum eſſe erubeſcendum putemus. Itaque ab ipſis omnino principiis vniuerſam mundi pompam, omnem ſuperbiam atque arrogantiã calcans ſolius nos ſectatores præcepit eſſe virtutis. Cur enim tu de nobilitate patriæ tumeſcas, cùm te ego totius mundi iubeam eſſe peregrinum? cúmque talem eſſe te liceat, vt ad comparationem tui totus hic orbis iudicetur indignus. Ita Chryſ. At Cain primus reproborum in terra nominis famam, & ſplendorem, ex filiorum glorioſis titulis, & primæ ciuitatis, ex ædificatione aucupatus eſt. At cur Deus ſceleſtum hominem non modò non morte mulctauit, ſed potiùs nuptias celebrare, & filios procreare voluit? An quia ex illis ſpinis aliquæ eſſent naſcituræ roſæ, ex illo luto vaſa in honorem effingenda, ex illo cœno margaritæ colligendæ? Certè D. Ambroſ. *lib. de paradiſ.* c. 8. cùm præclaram illam ſententiam in mulieris, quæ erat peccatura, ædificatione enucleanda poſuiſſet; nimirum, maluit enim Deus plures eſſe, quos ſaluos facere poſſet, & quibus donaret peccatum, quàm vnum ſolum Adam, qui liber eſſet à culpa; pulchrè adiunxit, vt hoc etiam in Cain ſtatueretur. Poſtremò, nec Cain parricidij reum priuſquam generaret filios, paſſus eſt interire. Neque crediderim omnem Cain poſteritatem reproborum extitiſſe; ſed, quæ eſt immenſa Dei bonitas, multos in ea iuſtos ac prædeſtinatos ex Caino progenitos fuiſſe putandum eſt.

S. Greg.
*Coniugium inter cognatos infauſtum.*
S. Chryſ.
*Homines immortalē memoriam ſtudent.*
*Peccati fructum hominum cupiditas.*
S. Chryſoſt
*Chriſtus docet calcare ſuperbiam.*
*Mundus homine minor & vilior.*
S. Ambr.
*Tolerantur mali, ex quibus naſcuntur boni.*

2. Plerunque fit, vt parentum vitia liberis transfuſa videamus, nec arbor mala fructus bonos faciat, nec ex tribulis ficus, aut ex ſentibus vuæ colligantur. Tantáque vis ineſt parentum erga filios, exemplo, & inſtitutioni, vt meritò filiorum vitia parentibus, aut quia improbis vita, aut quia negligentibus in erudiendo, adſcribantur. Facetum illud quidem, A ſed tamen non iniuria factum, quod narrat Plutarch. in Diogene: ſcilicet Diogenes conſpicatus puerum impudentem, & procacem, patri illius, qui aderat, alapam impegit: patris enim potiùs male inſtituentis, quam filij male morati cenſebatur illa procacitas. Quod quidem Lacedæmones, quorum admirabilis extitit in moribus diſciplina, ſic pro certo iudicabant, vt patrem pœna damnarint, cuius filij diſcordiis mutuis ſeſe hoſtiliter impetebant. Quare monet Salomon Prouerb. 1. *Audi fili mi, diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.* ad quem locum ſic Caiet. Meminit vtriuſque parentis, non ſolùm, quia vtriſque debet obedire, ſed etiam, vt a cunabulis quodammodo imbuatur filius timorem Dei ex maternis B documentis. Sequitur: *Fili; ſi te lactauerint peccatores.* Hebr. incitauerint, *non acquieſcas eis.* Caiet. ſubtiliter obſeruat: E regione parentum non diſtinguit extraneos, ſed peccatores, eo quòd parentes præſupponit fungi officio parentum rectè inſtruendo filium. Ac licet quidem hæc rectè habeant; fieri tamen nonnunquam videmus, vt ex improbis parentibus ſanctiſſimi enaſcantur filij; quid ampliùs dixerim, quàm quòd ſemper virgo Dei mater, & conſequenter Deus homo factus, de multis peccatoribus traxerit genus, quò etiam auorum impuritatem ſua infinita puritate ablueret, & per omnia ſuæ ſponſæ Eccleſiæ ſimilem ſe præberet, quam ex peccatoribus, ex idololatris collegerat, ac ſuo ſanguine puri- C ficarat, vt eſſet ſine ruga, & macula. Prætereà (quod obſeruat D. Hieron. *in cap. 1. Matth.*) vt qui propter peccatores venerat, de peccatoribus naſcés omnium peccata deleret. Nominatim verò de Moabita gentili Ruth, ſed conuerſa tamen genus ſuum Dominus traxit. Magnum enim (inquit D. Ambroſ. *in Luca*) nobis exemplum eſt; quòd in illa noſtrûm omnium, qui ex gentibus collecti ſumus, ingrediendi in Eccleſiam Domini figura præceſſit. Porrò quis non admiretur immenſam Dei clementiam. reiecit quidem parricidam illum Cain à facie ſua, ſed non oblitus mediis in iris miſericordiæ ſuæ, hominem ſolator afflictum benedictionis diuinæ benefi- D cio, vt filium ſuſcipiat, quod ſummum erat antiquis ſeculis ſolatium, ad mitigandum dolorem mortis, per quam ex viuorum & contubernio & memoria delebantur. Sic Dauid proditori ſuo imprecatur: *Pereat de terra memoria eius*, Pſalm. 108. Id enim (ait Procop. *in lib. Num.*) veteribus tam durum & graue viſum eſt excedere ſine liberis, quàm nobis vita excidere æterna. Hunc morem ſequutus vt videtur Salomon librum ſuum ſic auſpicatur: *Parabolæ Salomonis filij Dauid regis Iſraël*, Prouerb. 1. Explicat Caiet. Appellat ſe filium Dauidis ſeruando antiquorum morem ad perpetuandum patrem in nomine, vt vel ſic grati eſſent parentibus; propter quod et- E iam regiam patris dignitatem commemorat. Expende obiter quanta fuerit prudentia Salomonis, quantus in patrem amor ac reuerentia, vt patrem regem, ſe verò minimè appellarit; quaſi dicat; vbi Dauid rex eſt, ego Salomon rex non auſim nominari; pudet in præſentia, vel certe in ſola recordatione Dauid regis alium regem nuncupari: plus mihi accedit regalis ornamenti ex eo, quòd patrem regem habui, quàm quòd ipſe Rex habeo Iſraël.

*Parentum vitia filiis transfuſa.*
Plutarch.
*Lacedæmonum lex de parentibus.*
Prouerb. 1
Caiet.
*Inſtitutio bona filiorum.*
*Chriſtus maiores habuit peccatores.*
S. Hieron.
S. Ambroſ
*Filij ad parentum ſolatium.*
Pſal. 108.
Procop.
*Filij grati ergo memoriam parentum.*
Prouerb. 1.
Caiet.
*Salomon ſe filium regis, non regem, nominat.*

3. *Et ædificauit ciuitatem.* ] Proximam monti Libano teſtatur Beroſus, cuius etiam ſuo tempore

porc diuturæ ingentia videbantur fundamenta & A moles ruinarum. Sed quorſum eam ædificauit? an vt ibi tutior viueret? Vitam enim infelia trahebat plenam timoribus, vt ſolet eſſe improborum pœna carnifex. Sed fruſtrà ſe tuetur murorum aggeribus, qui Deum ſuorum ſcelerum vindicem cauere non poteſt, & domeſticum conſcientiæ perurgentis ſatellitium nequit effugere. Præclara illa D. Ambr. circa hos Caini timores ſententia legitur *Epiſt. 44. ad Conſtantium.* Abundat ſibi locuples teſtis conſcientia. Fugiat quiſque etiam mala opprobria, etiamſi ſe credat non poſſe conuinci. Nam etſi clauſus parietibus ſit, & opertus tenebris, ſine teſte, ſine conſcio, habet tamen facti arbitrum, quem nihil fallat, ad B quē clamant omnia, ſibi ipſum vnuſquiſque animum ſuum, ſeuerum iudicem ſui, vltorem ſceleris, & vindicem criminis habet. Denique timens, & tremēs oberrabat Cain, parricidalis facinoris luens pœnas, & ei remediū ſua mors fuerit; quē vagum, eadem formidato per omnia momenta terrore mortis per mortem exuit. Nemo igitur, vel ſolus, vel cū altero aliquid turpe, aut improbum faxit; & ſiquis ſolus eſt, ſeipſum præ cæteris erubeſcat, quem maximè debet vereri. Hæc Ambroſ. Ergo vt parentes primi conſcientia ſceleris agitati, & terrore Dei aduentantis, & clamantis, conſternati latebras petierūt malè foliis arborū tecti; (vbi enim quis latere poterit Deum?) Ita C Cain timens omnia, muris ſe nouæ conditæ vrbis putat obtectum, ac ſecurū eſſe poſſe; aut ideo vrbē condidit, vt vnum in locum tota ipſius familia congregata in vnum populum coaleſceret, cuius loci, & gētis ipſe dux, moderator, pater, ac princeps eſſet. Gliſcebat enim dominandi ambitio in ſcelerato illo pectore cū cæteris, quæ inde cōſequuntur, vitiis; & mira coaceruandi opes cupiditas, vt expleri poſſet terrenis bonis, qui à cæleſtibus iam ſe abdicauerat. Illam ergo in vrbem comportabat Cain, quicquid vndique colligebat. Rectè D. Hier. *in c. 33. Iſaiæ.* Auaritia (inquit) mater calumniæ. Niſi enim cum alterius damno & malo, pecuniæ alteri non coaceruan- D tur. En qualem habetis ò diuites huius ſeculi auctorem & inuentorem veſtri ſtudij, quo ardetis congerendi terræ diuitias! Væ qui congregatam habet dolo ſubſtantiam, & in ſanguine ædificat ciuitatem; vt Michæas de Iudæis c. 3. querebatur.

*S. Ambroſ. Conſcientia teſtimonium.*

*In ſecreto nihil mali patrandum.*

*Caini ambitio & cupiditas.*

S. Hieron.

*Diuitiæ ex rapinis congeſtæ.*

Michææ 3.

S. Ambroſ.

4. Sapienter D. Ambr. *Epiſt. ſuperius adducta*, de terræ opibus diſſerens hæc interponit. Diuitiæ hominis ad redemptionem animæ debent proficere, non ad deſtructionem. Et theſaurus redemptio eſt, ſi quis eo bene vtatur: & iterum laqueus eſt, ſi quis vti neſciat. Quid enim homini pecunia ſua, niſi quoddam viaticum eſt; multa oneri, moderata vſui. Viatores ſumus vitæ huius, multi ambulant, ſed opus eſt, vt quis bene tranſeat. Quid enim prodeſt homini, ſi totius mundi capiat opes, animam autem ſuam vitæ æternæ defraudet ſtipendio? quam beatus qui radicem E vitiorum reſecare potuerit auaritiam? Auaritia plerunque ſenſus hebetat humanos, & præuertit opiniones, vt quæſtum pietatem putent, & pecuniam quaſi mercedem prudentiæ. Quid in hoc mundo proſunt diuitiarum ſuperflua, cùm in iis, & nulla adiumenta naſcendi ſint, nec impedimenta moriendi: nam & ſine integumento in hoc mundo naſcimur, & ſine viatico diſcedimus, ſine hæreditate ſepelimur. Diſcant bonorum operum diuitias quærere, & morum eſſe locupletes. Diſcant pecunioſi erigere oculos ad cæleſtia, nihil ponere in lucro, niſi, quod vitæ æternæ ſit. Caduca hæc omnia, cum damno ſine lucro: illud ſolum eſt lucrum, vbi fructus perpetuus, vbi æternæ merces quietis. Hæc omnia S. Ambroſ. quæ ſigillatim, & ſeriò expendi debent: tot enim radiāt ſententiæ; quot verba dicūtur. Et quidem eo cenſebuntur dicta opportune, quòd (vt Ioſephus ſcribit, pluréſque alij conſentiunt) idcirco vrbem Cain ædificari, quo latè poſſet prædari impuniùs, aliena bona eripere, ac tyrannidem vbique exercere. Primus iſte mortalium extitit deprædator alienarum opum: primus accito præſidio, finitima circumcirca cœpit infeſta reddere latrociniis. Hoc autem ea inſita crudelitate, nō verò ex neceſſitate, moliebatur; etenim neceſſitas aliqualem ſolet obtendere excuſationem deprædantibus. Vbi eſt enim (inquit D. Petr. Chryſol. *ſerm. 7.*) neceſſitas, fures deeſſe non poſſunt. At Caino quæ poterat eſſe neceſſitas, vbi totus orbis patebat, & pauci adhuc homines, qui illum incolerent, videbantur? Cęterùm Cain volebat alienis laboribus potiri, otioſus ingentes poſſidere diuitias, non ſuo tamen partas ſudore, cupiditate etiam inexplebili filius terræ incitatus rapto viuere cœpit, ſuóſque docuit. Sicut enim (adiungit idem Chryſologus) de veſtimento tinea, rubigo de metallo, de neceſſitate fures naſcuntur: ita de diuitiis auaritia, cupiditas de quæſtu, de habendo habendi ardor acquiritur. O mundi bona, quinimo mala quibus homines inhiantes Deum nihil habent! In camo & fræno maxillas eorum conſtringe, qui nōn approximāt ad te, *Pſ. 31.* Quin tu reges; ò bone rex, vt calcaribus incitentur pigri iſti equi, non verò inhibeantur camo, & fræno. At optimè rogat; camo enim cohibiti à paſtu nefario mūdi, in quo detinētur, atterantur. Quia (docet ibi S. Greg.) in hoc mundo deſpectus tanto celeriùs attrahitur ad Deum, quanto nihil habet in ſeculo, vbi delectetur. Multis profuit inopia & abiectio. Denique primus iniuriarum, dolorum, fraudum, contractuū, iniquorum, rapinarum, violentiæ cuiuſlibet inuentor, incitatórque fuit. Nec mirū, cùm homo eſſet totus terræ addictus, de cęlo prorſus deſperans Dei contemptor atque hoſtis. Ciuitas conditur, multorum concordia ſtabilitur vnanimis ad malum. Vtinam ſic ad bonum nobis omnibus, qui Chriſtum profitemur, vnum eſſet cor, & anima vna: ſaltem iſta multorum mutua caritas in familiis religioſorum vigeat, ac dominetur. De qua ſic Hier. *in regula Monachorum.* Hæc religioſos, & monachos facit. Sine hac cœnobia ſunt tartara, habitatores ſunt dæmones, cum hac verò ſunt paradiſus in terris, & in eis degentes ſunt Angeli. Sic Hier. Similiter S. Baſil. *in conſtit. Monach. c. 19.* ſic effatur de religioſis. Hi vitæ diligenter communitate retenta Angelorum viuendi ritum æmulantur, nulla eſt inter Angelos lis, nulla contentio, nulla controuerſia. Vbi verò hæc vnanimis cōſenſio caritatis viget, acerrimū fit bellum aduersùs hoſtes Dei, & animarū. Huiuſmodi enim congregatio verè dicitur: Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata, *Cant. 6.* Hoc loco inferuntur fabulæ de vxore Cain, & de quibuſdam aliis reuelationibus illius primæuæ gentis falsò attributis D. Methodio. vide Delrio.

*Diuitiarum qualis eſſe vſus debeat.*

*Lucrum ſolum eſt in vita æterna.*

*Cain primus in orbe latro.*

S. P. Chryſ.

*Neceſſitas origo latrocinij.*

S. P. Chryſ.

*Cupiditas de auaro.*

Pſal. 31.

S. Greg.

S. Hieron.

S. Baſil.

*Religioſorum concordia.*

Cant. 6.

5. *Vocauitque nomē eius ex nomine filij ſui, Henoch, &c.*] Hebr. חנוך *chanoch*, à radice חנך *chanach*, inſtruere, erudire, initiari, auſpicari; & vt Philo docet, nomen eſt boni ominis, idem quod Græcis eſt κεχαριτωμένος, gratioſus. Conuertitur

Phil.

ad

adhuc locum, quónam ætatis ſuæ tempore hanc ædificarit vrbem Cainus? D. Aug. *lib.* 18. *de Ciuit. cap.* 8. reſpondet dupliciter. Primò quidem Henoch non fuiſſe primogenitum Cain, ſed ab eo genitum in ſenectute, & præ cæteris vſque adeò patri dilectum, vt vrbem à ſe conditam de nomine illius Henochiam appellarit: cùm iam poſteritas Caini latè propagata eſſet, poſsétque vrbem integram continoctis operis ædificare, ac ſubinde inhabitare. Secundò reſpondet, quod eſt probabilius, & à Ioſepho traditur, fuiſſe Henoch primogenitum Caini, ſed vrbem non ędificatam niſi iam ſene Caino, cùm iam fusè multiplicata eſſet familia Cain. S. Cyrillus Alex. *ſuo lib. in Geneſ.* aſtruit vrbem hanc Henochiam non a Cain, ſed ab ipſo filio Henoch extructam; geſta verò filij ſolent aſcribi parenti. Haud prætereũda eſt allegoria D. Gregor. perpulchra ſuper hunc locum, quæ habetur *lib.* 16. *moral. cap.* 5. hiſce verbis. Iniqui dum corde tranſire ad æterna negligunt, & cuncta præſentia fugitiua eſſe non intuentur, mentem in amore præſentis vitæ figunt, & quaſi longæ habitationis in ea ſibi fundamentum conſtituunt; quia in terrenis rebus per deſiderium ſolidantur. Sic primus in terra Cain ciuitatem conſtruxiſſe deſcribitur, qui videlicet peregrinus apertè monſtratur, quia ipſe in terra fundamentum poſuit, qui à ſoliditate æternæ patriæ alienus fuit. Peregrinus quippe à ſummis, fundamẽtum in infimis poſuit, qui ſtationem cordis in terrena delectatione collocauit. Vnde & in eius ſtirpe Henoch, qui dedicatio interpretatur, primus naſcitur; in electorum verò progenie Henoch ſeptimus fuiſſe memoratur: quia videlicet reprobi in hac vita, quæ antè eſt, ſemetipſos ædificando dedicant; electi verò ædificationis ſuę dedicationem in fine temporis, id eſt, in ſeptimo tempore expectant. Videas namque plurimos temporalia ſola cogitare, honores quærere, ambiendis rebus inhiare, nil poſt hanc vitam requirere. quid itaque iſti, niſi prima ſe generatione dedicant? Videas electos, nil præſentis gloriæ quærere, libenter inopiam ſuſtinere, mala mundi æquanimiter perpeti, vt poſſint in fine coronari, &c. Hæc Gregor. Tanti ſuum iſtum Henoch fecit Cain, vt nomen eius condita prima in terris vrbe, æternitati voluerit conſecrare: fortaſſis non tam gratus Deo fuit; imò quàm carus patri, tã exoſus Deo. Longè aliter ac de Dauid greges paſcente procul ab domo paterna dixit D. Ambroſ. *Epiſtol. citata.* Deſpectus patri, pretioſus Deo. Henoch deliciæ, & amores patris, nutritus, vt fas eſt credere, in ſumma patris indulgentia, & icciteo inuiſus Deo, quippe quem ille, patris impudentiam imitatus, nec amabat, nec reuerebatur: itaque genitus à Cain & educatus, non cælo, ſed terræ, in qua primus ſuum conſecrauit nomen. Bellè dicitur à D. Hieronymo *Epiſtol. ad Nepotianum*: Dum delicias ſectamur, à regno cælorum retrahimur.

*Vrbs prima quando & à quo ædificata.* S. Cyrillus. S. Gregor. *Iuſtorum & iniuſtorum circa hanc vitam diſſenſus.* *Non ſemper Deo, & patri filius ſimiliter charus.* S. Ambr. *Deliciæ à cælo retrahunt.* S. Hieron.

6. Nota inſuper, qualis in mundo extiterit primus nobilitatis autor, & dedicator, qui laudis humanæ gloriæ ſtuduit, ac ſplendore nominis famam in terris ſibi parere voluit immortalem. Natus videlicet parente ſceleſtiſſimo parricida, & reproborum anteſignano, qui primus aditum ad inferos patefecit. Vnde D. Auguſtinus 8. *Confeſſ.* 4. Diabolus plus tenet ſuperbos nomine nobilitatis, & de his plures tenet nomine autoritatis. Nobiles cùm multis noti ſint, multis ſunt autoritati ad ſalutem, & multis præeunt ſecuturis. Ideóque multum de illis gaudetur (ſi boni ſunt) quia non de ſolis gaudetur; & plus hoſtis vincitur in eo, quem plus tenet, & de quo plures tenet. Sic Auguſt. Ergo non multi nobiles, non multi potentes, &c. ait Apoſtolus. Sed quid admirabilius ad hanc ſententiam aſtruendam? Illam Deus in matrem deligit virginem quæ incognita, & abſcondita, cuius nec facies, nec nomen ſcitum in mundo erat, paupereulo deſponſata Ioſeph, in oppido Nazareth inter Iudæos deſpicabili. Quæ omnia Virgo beatiſſima iam Deum vtero geſtans decantauit, dicens, *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*, Luc. 1. Quo loci, quamquam nomine humilitatis permulti virtutem ipſam intelligant: virgo enim (vt celebre eſt illud D. Bern.) virginitate placuit, humilitate concepit; aliter tamen, & bene explicat Caiet. ad hunc modum. Aduerte, quòd in his beatæ Virginis verbis, virtus humilitatis non ſignificatur voce, ſed exercetur opere. Nam hic eſt intimæ humilitatis actus æſtimare ſe infimam, exiguam, paruam, &c. Et hoc magis quadrat humilitati maximæ beatæ Virginis, quàm cantare virtutem humilitatis ſuæ eſſe aſpectam à Deo, hoc enim ſonat ad meritum propriæ virtutis reſpexiſſe Deum; quod dicere procul eſt ab humilibus. Illud autem cordis humilitas eſt in actu exercito. Magnitudinem igitur beneficij diuini erga ſe explicat dicendo; quia reſpexit ad exiguitatem ancillæ ſuæ, ita quòd non ſat fuit dicere, quia aſpexit ancillam ſuam; ſed appoſuit, ad exiguitatem ancillæ ſuæ. Et intellige exiguitatem, quoad merita. æſtimabat ſiquidem ſe nullius meriti, nulliúſque virtutis; nec fictè, aut falsò, quoniam conſiderabat ſeipſam ex parte ſui, non ex parte donorum, in ipſa. Hæc enim conſideratio mater eſt humilis cordis, cùm in anima radicata eſt. Hæc Caiet. Porrò exiguitatem iſtam ſuam virgo prædicat, non modò quoad merita, ſed etiam quoad conditionem naturæ humanæ, quæ in ſe abiectiſſima eſt. & ſtatum vitæ pauperioris, & iuxta ſeculi iudicium ignobilioris. Poſt partum virginis demonſtratur ſimiliter in paſtoribus Bethlehem quantopere Deus reſpiciat deſpectos, & abiectos in ſeculo. Sed audi D. Ambroſ. *ſerm.* 13. *in Natali Domini.* Mirum eſt, quòd priùs redemptionem ſeculi potuerint ſcire paſtores, quàm principes. Non enim Angeli annunciauerunt regibus, non iudicibus, ſed hominibus ruſticanis; non ergo iam mirandum eſt, ſi Chriſti gratiam antè ſcire meruerit innocentia, quàm poteſtas; & priùs cognoſcere veritatem ſimplex ruſticatio, quàm ſuperba dominatio; vnde & beatus Apoſtolus 1. Cor. 2. *Quam nemo principum ſeculi huius cognouit.* Sic Ambroſ. S. Hieron. per hanc vrbem Caini ſæpiùs intelligit improborum hominum ſocietatem. Interpretatus illa verba Oſeæ cap. 11. *Ego Deus in medio tui ſanctus non ingrediar ciuitatem*, ſic ait: Quia primus Cain parricida extruxit ciuitatem, in nomine filij ſui Henoch, in huiuſcemodi vrbem Dominus non ingreditur, quæ ex ſcelere, & ſanguine, & parricidio fabricata eſt. Item *in* 4. *Ionæ*, ad illa verba, *Et egreſſus eſt Ionas de ciuitate.* Primus (inquit) Cain fratricida, & homicida, cruentum mundum germani ſanguine, dedicans ædificauit ciuitatem, & vocauit eam ex nomine filij ſui Henoch, quam Dominus non

*Nobilitas ad malum, & bonum præſt.* S. Aug. 1. Cor. 1. *B. Maria humilitatem ſuã non prædicat, ſed exercet.* Luc. 1. S. Bern. Caiet. *Deus deſpectos & humiles eligit.* S. Ambroſ. 1. Cor. 2. D. Hier. Oſeæ 11. *Malorum ciuitatem Deus non ingreditur.* Ionæ 4

non ingreditur. Domini enim ſunt exitus mortis, *Pſalm.* 67. Quamobrem, & vna fugitiuorum ciuitas appellatur Ramoth, quod interpretatur viſio mortis. Et rectè quicunque fugitiuus eſt, & propter peccata non meretur habitare Hieruſalem, habitat in vrbe mortis, & eſt trans flumen Iordanis, qui deſcenſus exprimitur; egreditur ergo columba (Ionas) de iſtiuſmodi ciuitate, &c. Item *in capite* 30. *Iſai.* ſuper illa verba, *Propterea hæc dicit Dominus*, &c. Impietatis (ait) hæreticorum ciuitas deſtruetur, quam ædificauit Cain. Hæc Hieronym. Non incongrua eſt etiam allegoria Philonis ad hunc locum quæ ſic habet, *lib. de confuſ. linguar.* Cain poſt natum ſibi filium Enoch inducitur ciuitatem condere, & quodammodo creaturas mortales ædificare ad ſubuerſionem rerum diuiniorem apparatum ſortitarum. Nam Enoch interpretatur, gratia tua. At impius quiſque opinatur, quod cogitat, & intelligit eſſe intellectus ſui gratiam: quod videt oculorum: quod audit aurium; quod olfacit narium; itidémque cætera officia fert accepta ſuis ſenſibus, ſicut, & ſermonem vocis inſtrumentis. Deum autem cauſam eſſe negat, aut contendit, non eſſe primariam. Hæc Philo. Saltem in pleriſque ea videtur Dei obliuio, vt illi gratias non habeant, cùm in eo moueantur, & ſint. Sed mittamus iam iſtum omni hominum memoria execrabilem Cainum, qui (vt ait D. Irenæus *lib.* 1. *cap.* 34.) primus zelum & mortem oſtendit.

*Pſal.* 76. — *Malorum ciuitas exitialis.* — *Iſai.* 3. — *Phil.* — *Impius Deū, & cæleſtia negat.* — *Cain primus inuidiam, & mortem induxit.* — Irenæus.

## SECTIO XIX.

*Porrò Henoch genuit Irad, & Irad genuit Maniael, & Maniael genuit Mathuſael, & Mathuſael genuit Lamech. Qui accepit duas vxores, nomen vni Ada, & nomen alteri Sella. Genuítque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque paſtorum. Et nomen fratris eius Iubal: ipſe fuit pater canentium cithara & organo. Sellà quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Soror verò Tubulcain, Noema.*

1. Mirabitur aliquis, cur tam raptim perſtringat Moyſes poſteritatem Caini, cuius vnam tantùm lineam, ex qua Lamech fuit, commemorat: atque in iſta ad ſolam ſeptimam generationem peruenit, in qua tota Caini poſteritas diluuio funditùs deleta eſt. Sed iſte fructus eſt improbitas. Nihil memoratu dignum eſt in conſpectù Dei, quod ex virtute non oritur. D. Cyril. Alexand. *lib.* 1. *in Geneſ.* hanc genealogiam ediſſerens, ita grauiter philoſophatur: Ex his facile quiſque intelligere poteſt, nullo pacto Deum vitam peccatorum pati cognoſcere. Audient namque, cùm Chriſti tribunali adſiſtent: Amen amen dico vobis: neſcio vos. Quippe etſi nihil ſit, quod mentem diuinam effugere poſſit, tamen peccatores eum ignorare aſſerimus, ob nimiam quam aduerſùs illos iracundiam habet. Quamobrem, & tempus vitæ eorum, qui ex Cain procreati ſunt ſilentio traditum eſt, nihil enim memoratum dignum egerunt. Quapropter meritò Dei labuntur memoria. Iudæi porrò imagines ſunt eorum, qui ex Cain procreati fuerunt qui cognoſcuntur à Deo, qui cuncta ſciuerit, quoniam ſunt. Sed quòd in libro vitæ adſcripti non ſint, eo facile patet, quòd vita eorum, qui ex Cain deſcendunt, ſilentio tradita eſt. At iuſtorum vita Deus cognoſcit, quam maximi facit, nihilque eorum eſt, quod mentem diuinam lateat, iis dicitur: *Veſtri capilli omnes numerati ſunt*, Luc. 12. Si capillorum ergo numerus dignus Dei memoria cenſetur, quonam pacto tempus vitæ eorum ignorare veriſimile ſit? Hæc Cyril. Adiunge, quod à D. Gregor. 16. *Moral. cap.* 5. de Caino, & eius filio Henoch, atque vrbe condita Enochia, quo in vtroque nomine dedicatio ſignificatur, optimè ſubnotatum legimus. Quia quotidiano (inquit) temporis lapſu, ipſa præſentis vitæ mortalitas decurrit; atque reproborum dedicationem eoſdem reprobos, ſubtrahendo deſtruit; rectè de iniquis dicitur, *Et flumen ſubuertit fundamentum eorum*, Iob 21. ideſt, ipſe curſus mortalitatis ſtatum in eis ſubruit peruerſæ conſtructionis. Ita Gregor. Felix videbatur in ſeculo Cain, vrbe clarus, & progenie numeroſa venerandus, atque eo amplius terrenis bonis incumbens, de cælo, de ipſo Deo nihil aut ſtudij, aut memoriæ habebat; ſed breui tempore Caini felicitas, & poſteritas, non de terra modò, ſed etiam de memoria hominum prorſus deleta eſt.

S. Cyril. — *Bonorum memorat vitam, mal non peret apud Deū.* — Luc. 12. — S. Gregor. — Iob 2. — *Caini felicitas & poſteritas deleta eſt.*

2. *Lamech accepit duas vxores.*] Tanquam rem nouam, & illa ætate inuſitatam narrat Scriptura Lamechi polygamiam. Interlin. contra naturam & contra morem adulterium commiſiſſe teſtatur. Similiter Nicolaus ſummus Pontifex Lamech vocat adulterum *in cap. an non.* 24. *quæſt.* 3. Vtique, quia ſine diſpenſatione Dei plures coniuges habuit. Tertul. *lib. exhor. ad caſt. cap.* 5. vehementiùs in Lamechum iſtum inuectus ait. Primus Lamech duabus maritatus tres in vnam carnem effecit. Numerus matrimonij maledicto viro cœpit. Item *lib. de monog. cap.* 4. Primum ſcelus homicidium in fratricidio dedicatum, tam dignum ſecundo loco ſcelus non fuit, quàm duæ nuptiæ. Aliæ diluuium iniquitates prouocauerunt, ſemel defenſæ, quales fuerunt; non tamen ſeptuagies ſepties, quod duo matrimonia meruerunt. Aduerte phraſim Tertul. Aliæ quidem iniquitates ſemel defenſæ, hoc eſt, dumtaxat diluuio vindicatæ, vno tantùm ſupplicio punitæ à Deo ſunt: at pluralitas illa coniugum in Lamech ſeptenis eſt vindicata ſuppliciis. Putat enim illa verba, quæ mox diſcutiemus, *ſeptuagies ſepties*, ad ipſum Lamechum referenda eſſe, quod nimirum Lamech vltionem ſuſtinuerint ſeptuagies ſepties ſupra Caini vindictam. Cautè verò legendus hoc loco eſt Tertul. qui hæreſi montana imbutus aſtruit illicitum eſſe mortua priore coniuge alteram ducere. En qualem luxurioſi auctorem & inuentorem ſuæ profuſæ vagæque libidinis habent, qui primus ſignum extulit ad carnis ſterquilinia, qui primus mentem hominis cœlo, ac Deo procreatam ſordidiſſimo impudicitiæ cœno docuit inquinare. D. Amb *lib.* 1. *de Cain & Abel, cap.* 10. mentem hominis conſiderans in varios ſui partus exuberare, alios quidem ad in-

Nicol. — *Prima in orbe polygamia.* — Tertul. — S. Ambroſ. — *Vitia ſcortum quod habent.*

teritum verò ad ſalutem ſempiternam, ita concludit. Harum generationum, quædam fœminæ ſunt petulantia, luxuries, intemperantia, impudicitia, aliáque huiuſmodi vitia, quibus animi noſtri quædam eneruatur virilitas. Maſculinæ ſunt caſtitas, patientia, prudentia, temperantia, fortitudo, quibus mens noſtra, & caro ipſa firmatur, & ad obeunda impigre munia virtutis erigitur. Hos partus aluus ille propheticus parturiuit, & ideo ait: *In vtero accepimus & parturiuimus ſpiritum ſalutis*, Iſai. 26. Maſculum igitur, & parturiuit, & peperit, qui ſpiritum ſalutis effudit. Sic Ambroſ. Nota ex hac doctrina maſculũ, & virilem animum eſſe, qui voluptatum illecebras cohibeat; atque ex ſe viriles illos, & maſculos producat ſpiritus, qui in conſeruanda corporis & animæ caſtitate geruntur; contrà verò imbellem, effœminatum, languidum & marcidum eſſe animum, nec in eo quicquam vigoris, non cæleſtis modò, ſed ne humani quidẽ videri qui ad libidinum ſordes abiectus, perditionis, non ſalutis, gignit, parítque ſpiritum. Pulchrè maſculum vocauit ſpiritum ſalutis. Laudat Luther Lamechum quòd rem tãtam primus ſit auſus. Et non pudet deſertorem fidei, ſolenni caſtitatis voto obſtrictum, tam ſe alacrem pro impuritate carnis aſſertorem præbere. At ſus in volutabro; pudeat ſaltem alios tam luculenti ducis, ac magiſtri; ſcilicet in tam ſpurco ore inſedit verbum Dei, quod prædicate ſe dicebat iſte Veneris prædicator, & amator? *Sileat ſileat omnis caro à facie Domini, quoniam venit*, Zachar. 2.

*Virtus maſcula.* — *Iſai. 26.* — *Caſtitas generoſi animi.* — *Hæreticorum libido.* — Zach. 2.

3. Opportunè hoc loco commentamur aduersùs Lamechum, qui vt ſcribit D. Hieron. 1. *contra Iouin.* & refertur *in cap. quomodo.* 31. *quæſt.* 1. primus ante diluuium (fortè & vltimus) polygamiam auſus, & vnam carnem in duas vxores diuiſit. Opportunè, inquam, *in vigilia Natiuit. Domini Ieſu*; quam ſcitè admodum vocat Abbas Guarric. *ſerm. 1. de Natiuit.* fontem gratiarum, & abyſſum iudiciorũ. Proh quàm immenſum malorum pelagus aperitur, in quo miſeriæ ac tormenta non habent finem iis, qui puriſſima de virgine naſcentem Deum impuris animis, atque corporibus excipiunt! Rectè D. Auguſt. *ſerm. 3. de Natiuit.* In cuius (inquit) natiuitate, qui cõſcientiam habet puram, dulciùs gaudet; qui miſeram, attentiùs timet. Nec modò animi & corporis munditia requiritur in virginis partu, ac Dei natalitio celebrando; ſed & nimia veſtium elegantia, quæ redolet immunditiam morum, ſeuerè interdicitur à D. Ambroſ. *ſerm* 14. Oportet cæleſtis regis ortum celebremus, non quidem veſtibus, ſed (vt ait) moribus accuratis; lætus erit, quo nos proſpexerit puriores, vt cuius natiuitas per immaculatam virginem conſtitit, eius natalis per immaculatos ſeruulos procuretur. Quiſquis enim in illa die ſordidus fuerit ac pollutus, natalem Chriſti, ortúmque non curat, interſit licèt dominicæ feſtiuitati corpore, mente tamen longiùs à Saluatore ſeparatur: nec ſocietatem habere poterunt immundus, & ſanctus, corruptus, & virgo; niſi quòd magis ingerendo ſe indignus offenſionem contrahit, cùm minimè ſe cognoſcit. Dum enim vult officioſus eſſe, iniurioſus exiſtit. Quibus ergo animas noſtras exornari oportet? quia Rex noſter, non tam nitorem veſtium, quàm animarum requirit affectum, nec inſpicit ornamenta corporum, ſed cõſiderat merita cordiũ. Atque ideo caſtificemus corda noſtra, mundemus conſcientiam, purificemus ſpiritum, ac

*S. Hieron.* — *Guarr.* — *Natiuitas Domini purè ſanctéque celebranda.* — *S. Auguſt.* — *S. Ambr.* — *Non veſtium ſed morum elegantiam Dominus requirit.*

nitidi, & ſine macula immaculati Domini ſuſcipiamus aduentum. Hæc Ambroſ. Ergo quicquid fuerit de Lamech polygamo; in Domini albo numeremur, qui de matre ſemper virgine, virgo ipſe natus approbare magis voluit (vt ait D. Auguſt.) virginitatem, quam imperare. *Qui poteſt capere, capiat*, Matth. 16. Elegantiſſimè, vt ſolet magnus ille pudicitiæ, ac virginitatis propugnator, ac laudator D. Hieron. virgines vxoratis præferens diſcrimẽ inter Moyſem, & Ioſue ita conſtituit, *lib. contra Iouinian.* 1. *cap.* 12. Ieſus Naue populum in terrã repromiſſionis induxit. Porrò Moyſes vidit tantùm terrã repromiſſionis, & intrare non potuit, & mortuus eſt in terra Moab, & ſepeliuit eum Dominus in valle terræ Moab contra domum Phoghor, & non cognouit vir ſepulchrum eius vſque ad diem hũc. Comparemus vtriuſque ſepulturam. Moyſes in terra Moab moritur; Ieſus in terra Iudææ. Ille ſepelitur in valle contra domum Phoghor, quod interpretatur ignominia; propriè quippe Phoghor, lingua Hebræa פעור, priapus appellatur. Hic in monte Ephraim ab aquilone montis Gaas, & eſt in verbis ſimplicibus ſemper diuinarum Scripturarum ſenſus anguſtior; quia apud Iudæos gloria erat in partubus & parturitionibus; & maledicta ſterilis, quæ non habebat ſemen in Iſraël; & beatus, cuius erat ſemen in Sion. Et in benedictione maxima ponebatur: *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui ſicut nouella oliuarum, in circuitu menſæ tuæ*, Pſal. 127. Icciro ſepulchrum eius poſitum in valle deſcribitur cõtra domum idoli, quod propriè libidini conſecratur. Nos autem, qui militamus ſub Ieſu duce, vſque ad præſentem diem ignoramus, vbi Moyſes ſit ſepultus: contemnimus enim Phoghor, & omnem ignominiã eius, ſcientes, quòd qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Et Dominus ante diluuium quoque dixerat: Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, quia caro ſunt. Quamobrem, & Moyſes moriens plangitur à populo Iſraël: Ieſus autem quaſi victurus non plangitur; nuptiæ enim finiuntur in morte, virginitas poſt mortem incipit coronari. Sic Hieron.

*S. Auguſt. Math.* 16. — *S. Hieron.* — *Continentia præfertur matrimonio.* — *Pſal.* 127. — *Continentia in lege Chriſti.*

4. *Iabel pater habitantium.*) Hebr. אבי ישב אהל ומקנה *abi ioxeb ẽ hel vmiqneh*, pater habitantis tentoriorum, & peculij. Pater Hebræis dicitur qui princeps, dux, autor fuit alicuius rei. Qualis extitit primogenitus Lamechi filius Iabel; non quòd primus paſtoritiam vitam inierit; (multo antè Abel paſtor ouium) ſed paſcendi gregis peritiſſimus, rem induſtriis auxit pecuariam, inuentórque fuit artis conficiendi tentoria, extruendi mapalia, & paſtoritias caſulas, quæ pro vtilitate paſcuorum in alias atque alias ſoli & cæli plagas facilè transferri poſſent. מקנה *miqneh* iumentum etiã ſignificare poteſt, vt etiam aliqui transferunt; intelligúntque fuiſſe inuentorem ſedendi in iumentis, equis, atque huiuſmodi beſtiis onorariis, & quidem ישב *iaxab* ſedere propriè ſignificat. Porrò antẽ vbi opum affluentia; voluptatis ſubinde capiendæ ſtudium gignitur. Icciro alter Lamech filius Iubal, ipſe fuit pater canentium cithara, & organo. Hebr. תפש כנור ועוגב *tophes chinnor veghugab*, tympanizantis cithara, & organo, aut apprehendentis, ſeu tractantis. Ideo canere poſitum ab interprete, latiùs patet; vt ſignificetur Iubal inuentor omnium inſtrumentorum muſices, quæ feriuntur, aut inflantur. *Chinnor* propriè

prie inſtrumentum eſt muſicum, quod pulſans comprehendit ac tenet, qualis cithara, tibia, &c. Verbum enim תפש *tapas*, propriè comprehendere, complecti ſignificat. עגב *ghugab* à radice *ghagab*, ideſt, adamare, inſanire præ amore, vel vt doctis placet potiùs, ſuſpirare, ſuſpitiũ emittere. Vnde inſtrumentũ, quod ore ſufflãte, quaſi ſuſpirante pulſatur, eſt, עוגב *ghugab*. Quare obiter adnotabis in ſignum vehementiſſimi amoris haberi ſuſpiria. Sic Ierem. 4. *Contempſerũt te amatores tui*; verti poſſet: ſuſpiratores tui. Sic Ezechiel. 23. *Adamauit amatores ſuos*: verte etiam, ſuſpirauit ſuper ſuſpiratores ſuos. At quàm vana, quàm irrita ſeculi huius amatorum ſuſpitia? Iob feliciùs: *Antequam comedam* (inquit) *ſuſpiro cap.* 3. Vtique ad Deum ſuum apud quem nullius ſuſpitij iactura fit. Expende obſecro in familia reprobi Cain inuentam eſſe muſicam, qua nihil efficacius ad ſubruendam virtutem, vigorémque animorum eneruandum, ſi laſciua, venereáque ſit, placido illo ac dulci concentu blanda vitia mentibus illabuntur: illa modulatio mouet ſenſus (vt ait D. Cyprian. *Epiſt.* 2.) mulcet affectus, expugnat boni pectoris conſcientiam fortiorem; nec deeſt probri blandientis autoritas, vt auditu molliore pernicies hominibus obrepat. Ita Cyprian. Rectè in eandem ſententiam ſic beatus Ephrem *tom.* 1. *encom. in Pſal.* Vbi diabolicæ cantiones ſunt, ibi ira Dei, & væ remuneratio riſus. Vbi citharæ, & tibiarum cantus, atque tripudia perſtrepunt; ibi virorum pariter ac mulierum ſunt tenebræ, diaboli feſtum celebratur, choreæ diabolo ducuntur. Hæc Ephrem. Amphion, & Arion (de quibus multa in fabulis) concentu vſi, vt Clemens Alexand. arbitratur *lib. ad Gentes*, fuerunt deceptores, qui prætextu muſices primæ deduxere homines ad ſimulachra. Itaque inducta eſt in orbem idolorum abominatio auxilio muſici concentus. Quo etiam abuſus eſt Nabuchodonoſor Rex Babyloniæ. *Fecit iſte ſtatuam auream*, Daniel. 3. Sibi (ait D. Hieronym.) fieri iuſſit ſtatuam, vt ipſe adoretur in ſtatua; aurea eſt, & infiniti ponderis, vt ſtuporem creet, & res inanimata adoretur, vt Deus, dum vnuſquiſque ſuam conſecrat auaritiam. Hæc Hieronym. Sequitur: *Vt audierunt populi ſonitum, tubæ, fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ, & pſalterij, & ſymphoniæ; & omnis generis muſicorum, cadentes adorauerunt ſtatuam aureã*, &c. Vbi Theodoret. Omnes materia, & arte, & magnitudine ſtatuæ perterrefacit, delinit autem, atque demulcet omnis generis muſicorum inſtrumentorum ſono. Itaque adorare cogebantur ſtatuam (addit Theodor.) & metu, & voluptate. A cantu igitur barbarus Rex ſuppetias expetiuit, vt idololatriam ab hominum animis extorqueret.

Ieremi. 4.
Ezech. 23.
*Suſpiria amoris quã fructuoſa.*
Iob 3.
S. Cyprian.
*Cantus laſciui quàm periculoſi.*
S. Ephrem.
Clem. Alex.
*Idololatria per cantum inducta.*
Daniel. 3.
S. Hieron.
Theod.

5. Vitanda eſt hæc peſtis animorum, quæ quo blandiore ſerpit illapſu, eo certiùs incautos decipit, deceptóſque interimit. At dices; an non Canticum Canticorum Salomonis inter ſacratiora volumina computatur, in quo amatoria pertractantur negotia? Reſpondet egregiè D. Hieron. *lib.* 1. *contra Iouin.* Ac ne putaremus eum amorem carnis & nuptias ſignificare corporeas; illicò excludit hunc ſenſum, & ait: *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa.* Vbi ſororis nomen eſt, ſuſpicio omnis fœdi amoris excluditur. Sed quid de Pſalmis Dauid, dulci ac cœleſti modulamine hominum animas faſcinantibus? Audi D. Chryſ. *in Pſal.* 14. Non ita cerui tela fugiunt, vt Pſalmos

*Cantica Salomonis de amore ſancto.*
S. Hieroſ.
Cant. 4.
S. Chryſ.



A Dauid dæmones. Sumpſit Dauid citharam, & pulſauit, & à Saul receſſit malus ſpiritus, & recedens dæmon cecidit vt ceruus ſagitta percuſſus, & in iecore ſauciatus. Pulchra eſt Dauid cithara, eſt enim animæ conſolatio. Pulchra eſt lyra paſtoris, mentis enim noſtræ neruos confirmat ad virtutem. Dauid diuinus Orator & Theologus, & à Deo doctus muſicus. Idem in Pſalm. 9. Dauid, quia videre Deum non poteſt, facit in ipſum cantica: per cantus cum ipſo congrediens, & deſiderium accendens, & ipſum videre exiſtimans, vel potiùs cantando multorum inflammat deſiderium. Ita Chryſ. In quo vel maximè commendatur vehemens amor Dauid erga Deũ, & cantus Eccleſiaſtici harmonia mirificè laudatur.

B Cantu fœdo, ac laſciuo nihil peſtilentius. Syrenũ vocibus, plures in hoc ſeculi pelago, deliniti pereunt nauigantes: Dauidis autem Pſalmis, qui quot verſus tot ſyrenas habent, mulcentur animæ, curas huius vitæ abiiciũt, & veluti ſoporatæ in rerum cæleſtium contemplationem, Deíque amorem ac deſiderium abſorbentur. Sic Dauid (ait D. Ambr. *in Pſal.* 40.) & foris & intus canebat; foris corpore, intus corde. Quod experiebatur Aug. primo ſuæ conuerſionis tyrocinio. Sic enim ſcribit 9. *conf.* 4. Quas tibi Deus meus voces dedi, cùm legerem Pſalmos Dauid, cantica fidelia, & ſonos pietatis, rudis in germano amore tuo catechumenus, matre adhærente nobis muliebri habitu, virili fide, anili ſecuritate, materna caritate, Chriſtiana pietate, quomodo in te in-

C flammabar ex eis, & accendebar eos recitare ſi poſſem toto terrarum orbe aduersùs typhũ generis humani: & tamen toto orbe cantatur: & non eſt qui ſe abſcondat à calore tuo. miſerebar Manichæos quòd illa ſacramenta, illa medicamẽta neſcirent, & inſani eſſent aduersùs antidotũ, quo ſani eſſe potuiſſent. Sic Aug. Salutaris plapè cantus verbi Dei, quo in Eccleſia perſonante animarum morbi curantur, hoc loco etiam memorari debet. Et ſi alium litera ſenſum habeat, accommodari huc poteſt ille locus Amos 5. *Vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos, qui ſciunt plangere.* Vbi ſic D. Hieron. Qui ſciũt more prouinciæ canere ad cõcitandas lacrymas. Optimus

D ille quidẽ concentus verbi Dei, qui ad pœnitẽtiam conuertit audientes, dolorẽ incutit peccatorũ, in luctum plãctúmque ſoluit. Igitur, vt ſuo rectè officio defungãtur concionatores, audiant à D. Hieron. *Thren.* 1. quid ſibi velit concionator? *Ille* (inquit) *eſt doctor Eccleſiaſticus, qui lacrymas, non riſum mouet.* Cæterùm de Cantu Eccleſiaſtico, pſalmodia præſertim, ſic eleganter & piè diſſerit S. Ephrem *tom.* 1. *in Encom. in Pſal.* Pſalmus tranquillitas eſt animæ, deſignator pacis. Pſalmus amicitię conciliator, diſſidentiũ vnio, inimicantiũ inter ſe fœdus, atque pacificatio. Pſal. Angelorũ ad ſubueniendum inductio, præſidiũ timoris nocturni, requies à laboribus diurnis, infantiũ tutela, ornamentum ſenibus, maiorum natu conſolatio, mulieribus aptiſſimũ ornamentum.

E Hic ſolitudines inhabitat, conciones temperat, rudibus eſt inſtructio, proficientibus incrementum, perfectorũ firmamentum, & vos Eccleſiæ. Hic feſta colluſtrat, hic dolorẽ ſecundùm Deum operatur. Etenim Pſalmus ex lapideo etiã corde lacrymas excutit. Pſalmus Angelorum opus eſt, cæleſte munus atque adminiſtratio, incenſum ſpiritale, Pſalmus mentiũ illuminatio, & corporum ſanctificatio, & piorum gaudium. Hic otioſiloquium exterminat, riſum reprimit, iudicium ſugge

*Pſalmi Dauidici commendantur.*
S. Ambroſ.
S. Aug.
*Cantus Eccleſiæ commendatur.*
Amos 5.
S. Hieron.
*Prædicator luctum excitans.*
S. Ephrem.
*Pſalmorum encomia.*

ſuggerit, animam in Dei laudem excitat,cũ Angelis choros agit. Vbi Pſalmus adeſt cum compunctione, ibi & Deus vnà cum Angelis. Hæc omnia S.Ephrem. At cantor in iis concentibus ſibi caueat, ne cogatur lugere cum Bernard. *lib. meditationum,cap.*11. ad hunc modum. Sæpè ad ſacrum myſteriũ vocem meam fregi, vt dulciùs cantarem; magis delectabar in vocis modulatione,quàm in cordis compunctione.Deus verò, cui non abſconditur quicquid illicitum perpetratur, non quærit vocis lenitatem, ſed cordis puritatem.Nam dũ cantor mulcet populum vocibus,Deum irritat prauis moribus.Hæc Bern.

S.Bernard. *In cantu quid vitij vitandum.*

6. *Tubalcain fuit malleator, & faber in cuncta opera æris & ferri,&c.*)Hebraic.לוטש *lotex*, acuẽs, ſeu poliens, à radice לטש *latax*, acuere. חרש *chorex* artificium, opus elaboratum, à radice חרש *chorax*, quæ multa ſignificat, ſcilicet fabricare, arare: & quia fabri dum malleo tundunt incudem, ſilent, videntúrque loquentibus ſurdi propter inconditos malleorum fragores, fit, vt ſignificet etiam ſilere, ſurdeſcere,tacitè cogitare. Quare iam ferro vtebantur mortales, ad inarandam tellurem, vti Cain: ad excotiandos ſacrificio exhibendo agnos, ſicuti Abel: cæterùm poliendi, & acuendi ferrum, atque in bellica inſtrumenta conformandi artem primus inuenit Tubalcain. Quod quidem verè reſponderi poteſt Poëtæ,dum quærit,& queritur,

*Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes?*
*Quàm ferus, & verè ferreus ille fuit?*

Claud. *Belli inſtrumenta quis inuenit.*

Philo, Ioſephus, aliique probè inde ducunt ab iſto Lamechi filio belli inſtrumẽta inuenta fuiſſe. Vide quæ tanta ſit Dei clementia. Caini poſteris, genti (vt par eſt credere) improbæ ac flagitioſæ mira ingenij dona elargitur:quod tamen de Seth filiis haud commemoratur: quo nimirum illi reprobi magis diuinam æſtiment, & collaudent bonitatem: ac ſubinde ingratitudinem, atque impietatem ſuam plus inexcuſabilem agnoſcant.At quis primus exiſteret malleator ferri, niſi ferreus homo, qui tundendi ſtrepitu inamabili omnia latè infeſtat, ac procul abeſt ab illo ſuaui leníque ſibilo, in quo aduentare Deus cernitur ab Helia,3.*Reg.*19.Tubalcain (ait D.Hieron.) arte ferraria crudelitatem bellorum excitauit. O hominem humano generi exitialẽ! At Deus è cælo veniens pacem terris attulit.Sic enim Angeli cõcinebant in natalitio Domini, *Et in terra pax hominibus*, Luc.1. Rectè S. Petr.Chryſ.*ſerm.*149.exclamabat. O quàm deſiderabile nomẽ pacis! Quàm religionis Chriſtianæ ſtabile fundamentũ, & altaris Dominici cæleſtis ornatus! Et quid dignum poſſumus de pace proloqui? Pax nomen eſt ipſius Chriſti,*ad Epheſ.* 2. Iam bella deſtructa ſunt: omnia pulchritudo pacis obtinuit. Nunc in luctu eſt diabolus, & in cæleſtibus lætitia. Apud cæleſtes fons pacis habetur perennis; ex quo etiam terreni guttis quibuſdam exinde diſtillantibus irrorantur. Ita Chryſoſt. Ad eadem verba Lucæ ita S.Ambroſ. *ſerm.*13. Digna planè, & iuſta ſententia, quæ in natiuitate Chriſti, & Deo honorem repræſentat in cælis, & hominibus pacem præſentat in terris. Ante Saluatoris enim ortum, nec cæleſtia reuerentiam deferebant, nec terrena requiem poſſidebant. Hæc Ambroſ. Quæ maior clementia regis noſtri pacifici, quàm quòd inimicos ſuos ad pacem, ad concordiam, vocauit, quibus & cælum promiſit,ſed indigni & ingrati Dominum pacis abiecerunt & crucifixerũt. *Tri-*

*Dei clementia cum impiis.* — 3.Reg.19. S. Hieron. — Luc. 1. S. P.Chryſ. *Chriſtus pacẽ terris attulit.* — Ad Epheſ. 2. — S.Ambr.

A *ſtis eſt* (aiebat ille dolens ingratitudinem inimicorum) *anima mea vſque ad mortem*, Matth. 26. Declarat egregiè S.Hieron.*in Pſal.*108.Hoc dolebat mihi, & contriſtabar pro perſequentibus me: quia nolebant pœnitentiam agere. Ego in cruce pendebam, & ſanguine meo lauabam ſordes eorum, & ipſi nolebant agere pœnitentiam. Hæ erant lacrymæ meæ, hæc compunctio, quoniam perſequentes me non potui ſaluare. Sic Hieron. Pacem igitur hominibus, quam cum Deo & inuicem inter ſe haberent, Dominus attulit: ſed nihilominus bellum venit mittere in terram. Regnum enim cælorum poſt illius ortum vim patitur, & violenti rapiunt illud,
B *Matth.*11. Vbi diſertiſſimè S. Ambroſ.*ſerm.*15. ad hunc modum effatur.Cogimus ergo regnum cælorum,& vim quodammodo facimus.Vim facimus Domino non compellendo, ſed flendo: non prouocãdo iniuriis,ſed lacrymis exorando: non blaſphemando per ſuperbiam, ſed per humilitatem mœrẽdo. O beata violentia,quæ non indignatione percutitur, ſed miſericordia condonatur:beata violentia,quæ vim patienti bonitatem elicit,& vtilitatem tribuit inferẽti! Quiſquis violentior Chriſto fuerit, religioſior habebitur à Chriſto. Hæc Ambroſ. Cæterùm quia violentia ſonat neſcio quid vſirarum in latrociniis;ſubtiliter idem Ambroſ.de Chriſtianæ gentis impetu,ac furto,vlteriùs ſic ediſſerit. Aggre-
C dimur ergo in itinere Dominum,ſi quidem ipſe eſt via,& more latronum ſuis eum ſpoliare nitimur, & cupimus illi auferre regnum,theſauros, & vitam.Sed ille tam diues & largus eſt, vt non abnuat,non reſiſtat;& cùm omnia dederit,nihilominus omnia ipſe poſſideat. Aggredimur illum non ferro, non fuſte, non ſaxo,ſed manſuetudine,bonis operibus,caſtitate. Hæc ſunt arma fidei noſtræ, quibus in congreſſione certamus, Raptores igitur ſumus.Raptores autem non niſi diripiunt aliena. Agnoſco veram eſſe ſententiam.Chriſtum enim Eccleſia rapuit Synagogæ, & alienæ gentis regnum vim faciendo poſſedit, Raptores igitur ſumus. Mirandũ non eſt,quippe qui à tali autore deſcendimus. Rapitur igitur
D Chriſtus, cùm à Iudæis dimittitur, & ab aliis prædicatur. Rapitur Chriſtus, cùm occiditur à Iudæis,& ſepelitur à nobis. Rapitur Chriſtus à vigilantibus diſcipulis,à dormientibus perditur Iudæis. *Venerunt* (inquiunt Matth. 25.) *& dormientibus nobis furati ſunt eum.* Chriſtum omnes dormientes perdunt,vigilantes inueniunt. Hæc omnia S. Ambroſ. quibus nihil elegantius dici poſſet ad deſcribendum myſticum bellum,quod Deus homo princeps pacis attulit in terras: & commendandam Chriſtianæ gentis violentiam, quam in virtutis ſtudio inſudantes,cælo ac Deo inferunt.

7. *Soror verò Tubalcain Noëma*) Notanter fœminam iſtam nominauit, eo quòd in aliqua
E re fuerit memorabilis.Inuentricem textrinæ dicunt nonnulli,alij conficiendarum veſtium. Secundùm interpretationem D. Hieronym. Noëma, ideſt, voluptas vocatur, & carnis concupiſcentia ſignatur. Iuxta alios ſignificat venuſtam, & comptam. Mater eius,צלה *cella*, à radice צלה *callah*, ſignificat amore ſuo torrentem, Hada comptam & ornatam: nihil in iſtis niſi ſæculi ornatus, corporíſque voluptas. Terræ, non cælo enatæ. Videas igitur flagitioſæ huius proſapiæ viros, ac mulieres in inueniendis rerum humanarum artibus eminentes extitiſſe;

Matth. 26. S. Hieron. — Matth 11. S. Ambroſ. — *Vim patitur cælũ à iuſtis.* — *Arma, vis, & furtum fidei.* — Matth. 25. — *Chriſtiana fortitudo.* — S. Hieron.

titiſſe: qui filij huius ſeculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt, *Luc.* 16. Hoc autem non ex eo prouenire arbitror; quòd illis, quàm iſtis acutiora, & ſolertiora inſint ingenia. Sed vt bene Theophyl. aduertit, filios huius ſeculi prudentiores vocat, quia cogitantes quæ ſibi commoda ſunt in terra; filiós verò lucis ſpirituales opes tractantes intuitu diuini amoris. Hæc igitur vera & tota ratio eſt huius diſcriminis. Filij huius ſæculi, cùm de cælo non curent, nec quid cælum ſit meminerint, toros ſe ad ſtudium huius vitæ & amorem terrenorum bonorum addicunt: atque adeò non mirum eſt, ſi tam mira quotidie inueniant, augeant, elaborent: terra eſt illorum ſtudium, ac palæſtra. Contrà verò filij lucis in terra hoſpites & peregrini, futuram vitam inquirunt, atque in ſempiternæ ſalutis ſtudium ſeriò, & inconſtanter, & diligenter incumbunt. Cælum ipſis, & cura & ſtudium: cælo ingenium, induſtria, tota mentis quanta iis ineſt, acies deſudat. Denique Noëmia voluptas docuit filias huius ſeculi voluptatibus terræ inhiare, veſtium nitore, gemmarum fulgore, ac tam multiplici lenocinio conſpicuas ſe contuentibus exhibere: hæc illis gloria. Cæleſtem Chriſti virginibus libenter remiſerunt. Sed iam Tubal hebetentur gladij, conticeſcant mallei: Noemæ veſtes, & lenocinia, & corporeæ ablegentur illecebræ. Deſcendit è cælo in terras Dei verbum Princeps pacis, vt Propheta cecinit *Pſalm.* 71. Sicut pluuia in vellus. Quid enim (inquit D. Ambroſ.) tam ſiléter, & ſine ſtrepitu fit, quàm cùm imber in lanæ vellus infunditur? Nullius aures ſono verberat, nullius corpus humore repercuſſionis aſpergit: ſed ſine inquietudine hominum totum imbrem, per multiplices effuſum partes toto corpore in ſe trahit, vnius meatus ſciſſuram neſciens, ſolida mollicie plures præbens meatus; & quod clauſum videtur per denſitatem, eſt patulum per tenuitatem. Rectè ergo Maria velleri comparatur, quæ ita concepit Dominum, vt toto eum hauriret corpore, nec eius diſciſſuram corporis pateretur. Sed eſſet mollis ad obſequium, ſolida ad ſanctimoniam. Rectè, inquam, Maria velleri comparatur, de cuius fructu ſalutaria populis veſtimenta texuntur. Vellus planè Maria eſt, ſiquidem de molli ſinu eius agnus egreſſus eſt, qui & ipſe matris lanicium, hoc eſt, carnem geſtans, molli vellere cunctorū operit vulnera populorum. Omne enim peccati vulnus Chriſti lana ſuffunditur, Chriſti fouetur ſanguine, & vt ſanitatem recipiat, Chriſti indumento veſtitur. Sic Ambroſ. *ſerm.* 13. Fouemur quidem Chriſti præſidio, & virginis matris refugio. Eſt enim illa (inquit S. Anſel. *de concept. Virg.*) ſingulare totius ſeculi propitiatorium, & Filij Dei vnicum reclinatorium. Item *in orat.* O beata (inquit) fiducia, ô tutum refugium! Mater Dei eſt mater noſtra: iudex, noſter eſt frater. Qua igitur certitudine debemus ſperare; quorum ſiue ſalus, ſiue damnatio de boni fratris, & de bonæ matris arbitrio pendet. Idem *cap.* 26. *de concept.* Ecce (inquit Dominus) mater tua. O peccator homo gaude, & exulta. non eſt vnde formides. id quod iudicabitur de te, totum dependet ex ſententia fratris tui, & matris tuę. factus eſt per illam Dominus frater noſter.

*Luc.* 16. — *Theoph.* — *Impij circa terrena vigoroſi.* — *Piorū ſtudium cæleſtia.* — *Pſalm.* 71. — *S. Ambroſ.* — *B. Maria velleri comparatur.* — *Chriſto veſtimur, & fouemur.* — *S Anſel.*

*Ben. Fernand. in Gen. tom.* 1.

## SECTIO XX.

*Dixítque Lamech vxoribus ſuis Adæ, & Sellæ: Audite vocem meam vxores Lamech: auſcultate ſermonem meum; quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum. Septuplum vltio dabitur de Cain; de Lamech verò ſeptuagies ſepties.*

1. PRæſens locus cenſetur vnus ex difficillimis totius diuinæ Scripturæ. Sed actum agerem, ſi fusè vt obſcuritas rei poſtulabat, commentario quæſtiones de more ventilatas inſererem. Pertractatur hæc difficultas à noſtris Perera, & Del-Rio, tanta cum eruditionis laude, vt nihil amplius adiici poſſit. Statuendum igitur, vt facilè me expediam è ſalebris: Lamechum verè, & cordatè, non ſtolidè, vt Philoni viſum eſt; nec vana virium oſtentatione, ac Deo exultantem, vt hæretici nugantur, ſuis vxoribus dixiſſe, quod illicò ſubiiciam. Conſternatæ namque timore fœminæ marito, ſibíque, & toti familiæ graue aliquod malum euenturum in pœnam homicidij, à Lamecho patrati ominabantur. Dolet ille factum, oſtendit quandam criminis reſipiſcentiam, docet quàm ſit execrabile facinus, Deóque odioſum, hominis occiſio. Deinde conſtantior ac verò ſimilior ſententia tenet, non vnum tantummodo, ſed duos à Lamecho interemptos, virum, & adoleſcentem; ac non vno, ſed duplici mortis genere; ferro virum, fuſte iuuenem. Procop. Cùm duos agnoſcat occiſos, miram tanti ſceleris cauſam adiungit. Eorum (ait) quos occiderat, vxores duxit; his ſuum crimen confitetur. Omnis luxuria, & libidinoſa licentia eo tempore ſupra modum dominabatur. Crebræ virorum ob vxores edebantur cædes. Mulieres gaudebant mutare alium ex alio, nec earum cupiditas amore cōiugali; ſed multitudine maritorum terminabatur. Videtur mutuatus à S. Ephrem, cuius hæc ſunt verba. Duas cædes patrauit Lamech; alius eſt enim vir, alius adoleſcens; & interfectorum à ſe vxores ſibi copulauit, apud quas crimen ſuum confeſſus eſt, non apud viros. Multum enim per id tempus laſciuia vigebat, ob quam multæ etiam cædes committebantur. Iuxta hanc ſententiam (ſi vera eſt) multa obſeruari poſſunt; inprimis bene comparari vitium quodlibet, præſertim turpitudinem carnis, igni omnia eradicāti, & fluuio hybernis aquis hinc-inde augeſcenti, cuius impetus cum ſtabulis armenta trahit. Ex parua ſcintilla ingens oritur incendium, ex tenui riuulo paulatim gurges aquarum intumeſcit; ſic habet vitium, præſertim turpitudo, quæ (vt D. Baſil. ait *homil.* 9.) repetita ardeſcit magis, non reſtinguitur. Miraque facultas ineſt vitiis ad noua ſubinde augmenta: Cain occidit vnum, Lamech eius nepos duos. Adam ne contriſtaret (vt loquitur D. Auguſt.) ſuam vxorem, Dei violauit mandatum: Lamech ab illo ſeptimus duarum vxorum amore irretitus Deum offendit, homines interfecit.

*Et nihil eſt, quod non effrano captus amore*
*Auſit, nec capiunt incluſas pectora flammas,*

Ouid. 6. *Meta.* Scitum eſt illud M. Tull. 5. *de finibus*, Omnium rerum principia parua ſunt, ſed ſuis progreſſibus vſa augentur. Quod qui-

*Procop.* *Lamechi homicidium, & libido.* — *S. Ephrem.* — *S. Baſil.* *Libidinis impetus, & augmentum.* — *Ouid.* *M. Tull.* *Vitiorum progreſſus.*

dem In vitiorum progreſſu, & incremento clariùs cernitur: Qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora, *Thren.* 4. mirum hoc alicui videbitur ex croceis ad ſtercora deſcendere; ſed planè, ſic via recta itur ad ſtercora per crocea; immoderatus veſtium luſus ad carnis volutrabrum deducit; ſeu à minoribus ad maiores, ac turpiores delicias deuenitur. Iob etiam c. 8. hic progreſſus vitiorum apprimè deſcribitur: *Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius, & lucerna quæ ſuper eum eſt, extinguetur: arctabuntur greſſus virtutis eius, & præcipitabit eum conſilium ſuum. Immiſit enim in rete pedes ſuos, & in maculis eius ambulat.* Vide vti paulatim mala ſuccreſcant; deficere lux cœpit; deinde nox incubat; oculus non caligat modò, ſed occæcatur. Non videt miſer; ſed non ibi ſiſtit malum, pedes comprimuntur, greſſus præpeditur, conſilium & ratio omnis perit. Irretitur laqueis peccator, in labyrinthum poſtremò inextricabile detruditur. Vnde S. Greg. ad hunc locum. Iniquorum mentem terrena gaudia poſſident, atque eam in voluptatibus abſorbent. Et iniquus per hoc, quod hic appetere prauis cogitationibus elegit, in æterni ſupplicij tenebras mergitur. Ita Gregor.

Thren. 4.
Iob 18.
S. Greg.

*Mulierum adulteria prima.*

2. Scilicet, huc tandem deuenerunt Cela & Hada vxores Lamechi. Illa ſuo amore torrens, iſta compta, & ornata; vt maritos faſtidierint, adulterum adamarint, ac maritorum ſanguine dotatæ nupſerint mœcho parricidæ! Lamechus amicas deperiens inſidiosè maritos occidit, alterum virum, adoleſcentem alterum; vxoribúſque eorum ductis, ad ſui erga illas amoris, & virium oſtentationem gloriabundus, mortis cuiuſlibet genus exponit. Et iuxta hanc ſententiam Philo fortaſſe locutus eſt, quod initio ſectionis minùs approbauimus.

*Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen!*

Tibul.
Claud.

cecinit Tibull. Sed quia cæcus ineſt vitiis amor, ruit in vetitum damnum ſecura libido. Claud. Cella, quia ſuo amore torrens; faces libidinis Lamecho admouit ad patrandum adulterium, atque homicidium; marito autem ignem interitus excitauit. Quid de Hada illa compta, & ornata non timendum mali? ſcilicet illis mundi ſui muliebris pennis ſubleuata extra domum, totúmque coniugis, alienum in torum ab omni iure legéque reſiliens aduolauit. Obſeruatu dignum eſt, quæ tanta ſit vis fœdi amoris: vnum inuidia odiúmque edidit homicidiũ Caini; duplex cum duplicato adulterio patrauit homicidium turpis fœminarum amor. Ita gliſcit furor libidinis, ita graſſatur in hominum perniciem. Lege carnis iura violantur diuina pariter, & humana: ſed heu nos miſeros, qui adeò fortis, & conſtans animo, contra iſtam dominantem in membris noſtris legem peccati reluctabitur? Duce Deo facilè omnis euincitur difficultas. An non poſtquam Deus factus homo ex matre ſemper virgine ortus eſt, mundus innumerabili virginum, continentium viduarum, ac virorum honeſtiſſimorum multitudine florere viſus eſt? Lex eſt caſtitatis omnium in Eccleſia Dei ſeruatu difficillima, ſed diuina ope ſuffulta caro ipſa, pondus iſtud ſine pondere portat; quod mihi videtur in typo expreſſum illo In loco 1. *Paral.* 15. Nam cùm arca Dei humeris Leuitarum ſublata de domo Obededon à Dauide rege ad tabernaculum Syon in ſummo totius Hebræorum regni applauſu aſportaretur, adiungit ſacra Scriptura:

*Mulierum ornatus penna ad malum.*

*Libidinis ardor exitialis.*

*Caſtitas difficilis, ſed poſt Chriſtum ſuauis.*
1. Paral. 15.

A *Cúmque adiuuiſſet Deus Leuitas, qui portabant arcam fœderis Domini immolabantur ſeptem tauri*, &c. Vbi Lyranus: Dicunt Hebræi, quòd arca ſeipſam portabat, id eſt, quòd portatores arcæ nullum pondus ſentiebant; & pro iſto miraculo facta eſt illa immolatio. Sic planè habet Dei lex: ab hominibus portata; ſeipſam portat; pondus illi ferunt, ſed non grauatè: intus eſt in ipſa Dei legé, in arca manna, hoc eſt, omnis ſpiritualis auxiliorum & gaudiorum affluentia, quibus homo confirmatus, ac delibutus, carnis illecebras faſtidit, dulciúſque nihil habet, quàm vt vitam caſtam, & à voluptatibus huius ſeculi longiſſimè abhorrentem agens ſtatum illum feliciſſimum Angelorum in terra æmuletur. Triſte exhibebat obſequium pro inuiſibili maieſtate (ait D. Petr. Chry- B ſol.) homo, antequam Verbum caro fieret, & habitaret in nobis. Nunc autem vbi meum (autore D. Amb.) ſuſcepit, vt emendaret affectum. Quis numerando cõprehendat, quot millia virginum ætate puellarum, fragilitate fœminarum, virtute Angelorum pro tuenda pudicitia Deo ſponſo conſecrata per infinitos cruciatus mortem oppetierint? ſcilicet dulce exhibet homo obſequiũ pro viſibili maieſtate. *Adducentur Regi virgines poſt eam*, canit Vates regius *Pſal.* 44. Simulatque enim filio ſuo Deo, ac regi altiſſimo mater ſemper virgo vexillum extulit virginei pudoris; certatim innumerabilis multitudo virginum conuolauit, vt ſecuta virginem matrem Deo homini virginis filio virginitatem corporis & animæ C illibatam conſecraret. Neque verò poterant tam dulces, ac pulchri fructus caſtitatis enaſci, quàm ab illa veræ ac diuinæ vitæ arbore, quæ à cælo in terras vtero virginali tranſplantata fuit, de qua ſponſa Cant. 2. *Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Pulchrè igitur ad hæc verba D. Paulinus. Omnis vallis ad meum Ieſum comparata, ſaltus eſt.

Lyran.
S. P. Chryſ.
S. Ambr.
*Virginũ ſanctarum martyria.*
Pſal. 44.
*B. Maria dux virginum.*
Cant. 2.
*Chriſtus vitæ lignum.*
S. Paulin.

3. Nihilominus communis ſententia contra Procopium, tenet virum iſtum occiſum à Lamecho fuiſſe Cainum: adoleſcentẽ verò, aut filium Lamechi, aut eius famulum comitem, & armigerum. Quæ verò fuerit occaſio huius facti, hæc D ſcribitur. Lamechus, ſicuti venationi erat deditus, in ſaltum concedit; monet hominem puer, feram in ſylua latere, collineat ille ſagittam, iacitque; ſed pro pecude (quæ putabatur) hominem transfigit, ac perimit, ſcilicet Cainum, qui miſer eô loci ſe abdiderat, vt vel hyberno tempore obdormiret, aprico in receſſu, captarétve amicum ſolis teporem; vel in mediis æſtiui temporis caloribus frondoſarum arborum vmbram peteret, auræque lenis refrigerio torridum mitigaret cælum. Fugitantem ac trepidantem (vt ex maledicto Dei incedebat) illuc ſe abdidiſſe volunt aliqui; ſed non approbo; erat illi certa ſedes, ſecurum domicilium in vrbe Henochia, nec à E ſuis poſteris timebat, vt ab hominum conſortio ad ferarum ſyluas confugeret. Reſciuit factum Lamechus, vidit hominem loco feræ, & falſo pueri indicio, imò & atauum ſuum Cainum à ſe transfixum iaculo; furit ergo iracundia, præcépſque ruit in puerum, contundit fuſte, vel arcu, ita vt ex contuſione paulo pòſt interierit. Quod verò ſcribunt aliqui Lamechum iam ſenem capularem, ac cæcum à puero, à quo ducebatur, impulſum eſſe; non eſt vero ſimile. Non enim Cain perueniſſe putandus eſt ad ſenium Lamechi, qui ab illo ſextus erat.

*Cain à Lamecho perimitur.*

Cæte

Cæterùm, qui Cainum negant à Lamecho peremptũ; duplici nituntur fundamento. Tum quia euidenter videtur conuinci ex Domini verbis Cainum à nemine occidẽdum. Sic enim habent: *Omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur*. Et rurſus: *Poſuit Dominus Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum.* Sed ego ex hoc eodem loco intelligo ab aliquo Cainum occidendum. Nec enim Dominus dicit, non occidendum Cainum, ſed illius occiſorem, ſi quis erit, grauiter puniendum. Deinde ſignum à Deo poſitum in Caino, non illum à nece ſecurum reddebat, ſed cauſa erat vt non interficeretur Cain ab eo, qui inueniſſet eum, hoc eſt, qui Cainum inuentum, cognitum, viſúmque, ſciens & volens, nihilominus interficeret; non autem ſi per ignorationem, & iactum teli prorſus inconſideratum caſu, non culpa occideret. Alterum fundamentum eſt in illis verbis, *ſepties vltio dabitur de Cain.* Nam quæ (inquiunt) iſthæc eſt pœna, quam Lamech ob necem Caini ſeptenam luit? facilis reſponſio. Vt enim ſuprà demõſtratum eſt, iſtud, *ſepties*, non certum pœnarũ ſignificat numerum, ſed graue tantummodo ſupplicium, quod planè Lamechus cum ſeptuaginta ſeptem filiis, atque vxoribus (vt vult Ioſephus) diluuio ſubmerſus exoluit. Et ratio ipſa expoſcebat, vt primus qui docuit humanum ſanguinem effundere, & obtruncare hominem, ſimili crudelitatis genere peremptus è vita ad inferos transferretur. *Virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus*, Pſal. 5. *Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos*, Pſal. 54. Vtique illis præmaturus interitus prædicitur. Quid eſt enim (inquit D. Aug.) non dimidiabunt dies ſuos? non proficient quantum putant; intra tempus quod ſperant, peribunt. Atque in peius quotidie (vt experientia conteſtatur) ruunt, circa omnia infelices, qui alieno ſanguine incedunt onerati. Adiungit D. Auguſt. contra eos, qui ſeducunt animas, vel ad peccatum, vel ad hæreſim. Vtinam ſolas viſibiles facerent mortes, & animas non perimerent.

*Homicidæ citò moriuntur.*
Pſal. 5.
Pſal. 54.
S. Aug.
*Animarum ſeductores.*

4. Reſtat adhuc euoluenda difficultas, quæ illis in verbis ineſt, *ſeptuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuagies ſepties*. Duos hinc video contrarios inter ſe colligi ſenſus. Primus eſt: vindicatum eſt in Cain ob illius parricidium, ſeptuplum; hoc eſt, ſeptem vindictas, grauem ſcilicet pœnam Deus à Caino repetiit; at ſeptuagies ſepties, multo grauiſſimè puniar ego Lamech quòd Cainum occiderim. Sic D. Hieron. *Epiſt. ad Damaſum*, & clariùs *contra Iouinian. 1. lib.* Primus (inquit) Lamech ſanguinarius, atque homicida, vnam carnem in duas diuiſit vxores, fratricidium, & bigamiam, eadem cataclyſmi pœna deleuit, & de altero ſepties, de altero ſeptuagies ſepties vindicatum eſt, quantum diſtat in numero, tantum & in crimine. Sic Hieron. D. Chryſ. lõgiſſima & diſertiſſima expoſitione, hunc eundem ſenſum eruens inter alia ſic ait. Conſidera, quantum illi profuerit pœna Cain irrogata; non ſolùm enim non expectat, vt ab alio arguatur, quòd in idem, & grauius peccatum lapſus ſit, ſed nullo, vel accuſante, vel increpante ipſe ſemetipſum manifeſtum facit, & confitetur facinus, & narrat magnitudinem delicti, &c. Item: Multiplex, piáque viri prudentia; non ſolùm enim factum confitebatur, ſed & pœnam ſibi inferebat comparans peccatum ſuum peccato Cain. Qua enim venia (inquit) fuerit dignus, qui alterius pœna emendatior non fit, & perpetuò memor eius rei eſt, & admonetur; & nihilominus duplex homicidium patrauit? Occidi virum in vulnus mihi; non tantum nocui illis, quos occidi, quantum mihi ipſi; in pœnam enim, quam effugere non poſſum, meipſum conieci; propterea licèt ſeptuagies ſepties magis, quàm ille, punirer; attamen neque ſic diluerem pœnam. Si ille pro vna cæde ſeptem pœnis obnoxius factus eſt, ego dignus fuerim ſeptuagies ſepties pœnam luere, &c. Vbi ſanctus Doctor multa diſſerit de confeſſione peccatorum, quam vocat pharmacum ſine cruciatu, remedium vulnerum. In Chriſto conſiderat medici gloriam, & pluſquam patris amorem. O miſericordiæ (ait) magnitudinem, ô bonitatis excellentiam! peccator confitetur peccata; veniam petit, accipit poſthæc ſecuritatem, repentéque iuſtus apparet! Iſai. 43. monet: *Dic tu prior iniquitates tuas vt iuſtificeris.* Prior, hoc eſt, ne expectes te arguentem, ne præſtoleris actorem: ipſe præueni, & rape ſermonis principium, vt accuſatoris linguam obmuteſcere facias, &c. Hæc Chryſoſt. Ex hac doctrina colliges Lamechum peccatum ſuum grauius multo dicere, quàm fuerit Cain fratricidium, atque adeò longè grauioribus ſe dignum ſuppliciis, quàm quod morte ſua exoluet. Deinde pœnitentem ſe delicti ſui exhibuiſſe ita, vt veniam à Domino impetrarit. Videtúrque ſanctus Pater cẽſere Lamechum ob delicti ſui pœnitentiam, à Deo venia donatum ac iuſtificatum, & forte æternam animæ ſalutem fuiſſe conſequutum. Cui ſententiæ fauet nõ parum, quod à D. Athanaſ. *quæſt. 97.* ſcribitur his verbis. Declinauit pœnam propter confeſſionem peccati, & ſua lata ſententia Dei ſententiam remoratus eſt. Hanc ſui delicti confeſſionem Lamech edidit (vt vult Procop.) ne inconfeſſus vti Cain damnaretur. Sic enim ait: Lamechus, cùm videret quanta pateretur Cain ob indignam cædem fratris, ſeipſum quoque condemnauit conſcientiæ ſtimulo. Vide quantum profuerit poſteris exemplum Caini. Sic ille. Quare per hanc confeſſionem, pœnas ſuo delicto debitas aliqua ex parte voluit eleuare.

*Grauiùs Lamech, quàm Cain punitur.*
S. Hieron.
S. Chryſoſt.
*Lamech facinus ſuum exaggerat.*
*Cõfeſſio pharmacum animarum.*
S. Chryſ.
Iſai. 43.
*Lamecho profuit confeſſio.*
S. Athanaſ.
Procop.

5. Alter ſenſus eſt; qui occiderit Cainum, ſeptuplum punietur; qui verò Lamechũ, ſeptuagies ſepties. quaſi diceret Lamech: Licèt ego homicidium admiſerim, non propterea tamen, ô vxores, eſt, quòd timeatis, ne ab aliquo interficiar. Si enim Deus propoſuit pœnam, vt ſeptuplum puniretur ille qui Cainum fratricidam primum humani ſanguinis effuſorem, hominẽ ſceleſtiſſimum de medio tolleret; quanto grauiore pœna cauebit, ne ego occidar, qui per ignorationem, & alienam fraudem peremi hominem vita indigniſſimum. In hoc ſenſu D. Auguſt. *de quæſt. vet. Teſtam.* locum iſtum exponens, ait: Hoc idcirco commemorauit Lamech, vt oſtenderet acriùs aſtringendum eum qui ſub manifeſta lege peccauerit; ac per hoc ſi poſt Cain in imitatorem eius ſepties vindicatum eſt, quanto ampliùs in eum vindicandum eſt, qui [illegible] factũ Cain, & correptio, nec pòſt in eum lata ſententia terruit, vt à tam impio & ſcelerato facinore, voluntatem auerteret? Poſt Cain ergo Lamechi homicidium perpetrauit, qui ſine dubio ſeptem vindictas exoluit, & quid poſt Lamech ei, qui hoc ſequutus fuiſſet, eſſet futurum, oſtendit, dicens: De Lamech autem ſeptuagies ſepties. Vt quia malum opus pœnitentia nõ ſubſequitur ſeptuaginta ſeptem plagarum ictibus feriatur. Sic Auguſt. Caiet. hunc ſenſum amplectitur, dilucidiùs

S. Auguſt.
*Alienis ſuppliciis non terreri.*

Lipporaau. eundem ſic Lippomanus enuclear: Volchat Lamech humili confeſſione aoreuertere Dei iudicium, qui peccata cutar, non exprohtat. Vnde dixit interficiendo hominem, meipſum ſauciaui; & conſcientiam oneraui: attamen nemo me impunè occidet, ſoli Deo pœna ſeruata eſt. Quòd ſi quis me interfecerit, is ſeptuagies ſepties luet; id eſt, multo ploribus plagis afficietur, quàm Cain; & hoc, quia me facinoris mei pœnitoit, illum nunquam; ego Dei miſericordiam imploraui, ille abiecit. Sic ille. Hæc interpretatio potiùs mihi placet. Aduerte in Hebræo haberi לפצעי לחברתי lephiegh lechabburathi, quæ noſter optimè vertit, in vulnus meum, in liuorē meum. LXX. ἰμοὶ ponunt vtrobique, εἰς τραῦμα ἐμοὶ, in vulnus mihi, εἰς μώλωπα ἐμοὶ, in liuorem mihi, vt hinc intelliges quantum ſibi noceat, qui alteri nocet; ſibi vulnus, & mortem inferat, qui alium vulnerat & occidit; non modò quia malum culpæ, quòd eſt animæ lethiferum, contrahit, ſed etiam, qoia pleruṁque vulnerator, & occiſor hominis ſimili pœna, vel ab hominibus, vel à Deo punitur in hac vita.

*Pœnitentem occidere grauius eſt.*

*Sibi grauiùs quàm alteri no et homicida.*

6. Expende item, quanta ſit vis pœnitentiæ, quam Lamech cognoſcens, Deo, vt credere par eſt, lacrymis vim inferebat; & fortè præualuit ad eum, & confortatus eſt; fleuit, & rogauit eum, vt de Iacob colluctāte cum Deo expoſuit Oſeas 12. Bene id quidem: lacrymæ ſunt enim (D. Nazianz. *orat.* 3.) peccati diluuium, & mundi piamentum, Hebræi mare rubrum emenſi cernunt in aquis Ægyptiorum exercitum ſubmerſum; egregiom ſanè pœnitentiæ ſymbolum. Eiſdem enim (ait D. Leo *ſerm.* 4. *de paſſ.*) quis videt inimicos extinctos, quibus eſt ipſe ſaluatus. Loquitur de lacrymis pœnitentiæ, quam veram extitiſſe in Lamech; D. Chryſoſt. *homil.* 31. *in epiſt. ad Roman.* affirmat. vbi licèt peccatum Lamechi grauius, quàm Caini, fuiſſe oſtendat; concludit tamen: Verùm qooniam neque fratrem poſt admonitionem occidit, neque accuſatore opus habuit, oeque interroganti Deo impudenter reſpondit; ſed nemine arguente, ſeipſom & reprehendit, & cōdemnauit, veniam adeptus eſt: Cain verò quoniam contraria commiſit, ſupplicio affectus eſt. Iuxta hanc ſententiam bene inferebat Lamech, ſi tanto Dei ſupplicio afficiendos denunciatur, qui Cainum ſceleſtum, & impœnitentem occidiſſet, cur non multo grauior pœna illi diuinitus irrogabitur, qui Lamechum pœnitentem, ſcelera ſuā luctu, & ſqualore dolentem, ac demum venia impetrata iuſtum interficit? Nam ſi Deus inimicorum ſuorum iniuſtas cædes vlciſcitur, quanto acerbiùs ſuorum amicorum iniurias, atque interitus vindicabit? *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius*, Pſal. 115. pretioſa, quia carò ſtat; quia graues pro illa pœnas ab eo repetet, qui iuſtum de medio ſuſtulit; ſi, qui iuſtum manu tantùm iniurioſè attingit; ſic Deum offendit, vt illius pupillam oculi perſtringere dica[t, q]uid ſi iuſtū illum feriat, qoid ſi perimat? Si qui adhæret, Deo vnus ſpiritus fit cum eo; profectò, quæcunque bona fient, aut mala inferentur iuſto, in Deum ipſum pariter redundabunt, iuxta illud: *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*, Matth. 25. Ea inſuper tanta vnitas cum Deo in cauſa eſt, vt iuſtus aliena peccata (ait D. Auguſt.) vt ſua doleat; quòd nimirum offendi non poſſit Deus, quin ſimul offendatur, offenſúſque doleat iuſtus adhærens Deo. Hinc puto Dominum dixiſſe Samueli 1. Reg. 16. *Vſquequo tu luges Saul; cùm ego proiecerim eum?* D. Bernard. Samuelis pietatē laudat *ſerm. in feſtum B. Mariæ Magdal.* Samuelem (inquit) recolo, qui non ſemel, ſed omnibus diebus vitæ ſuæ lugebat ſuper Saul, cùm ſciret illum longiùs ab oculis diuinitatis elongatum. Non ceſſabat tamen compaſſio, quæ condolentis animum irrepſerat, fundens lacrymas, etſi non profutura, puras tamen. Bene S. Bernard. ſed vt colligitur ex verbis Domini; non eſt, quòd ampliùs Samuel lugeat Saulem, cùm Deus illum à ſe proiecerit, quaſi dicat Dominus; lugebas ô Samuel, non tam Saulem, quàm me offenſum a Saule. Siſte iam lacrymas; repuli à me Saulem, damnaui; iam de inimico vindictam ſumpſi, lætari potiùs debes, quòd Deus tuus de ſuis ſe vlciſcatur inimicis, atque in interitu illorum rideat. Sic legimus 2. Reg. 13. *Conſolatus eſt Dauid ſuper Amon interitu.* Vbi D. Hieron. Conſolatus eſt; eo quòd nouerat eum flagirioſum & dignum morte, meritóque periſſe. Lætatur igitur orbis vniuerſus, quòd tandem diuina iuſtitia primum hominis interfectorem, primum hoſtem innocentiæ, primum inuidum, & parricidam ſuſtulit, ac tam immani, & prodigioſo monſtro terram expiauit. At cur tam ſerò vindicatum eſt tandem in Cainum illum primum fratricidam, & primum humani ſanguinis effuſorem? Scilicet ea Dei clementia eſt, tam lento ad vindictam gradu procedit. diſcamus non vlciſci, ſed condonare, grauiſſimum in mundo facinus Iudæi Deum hominem perimentes admiſerunt. Puniti ſunt tādem; ſed quando, & quinam ex illis? Audi S. Hieron. *in Pſal.* 108. Sed & in hoc clementia eſt Domini: crucifixerunt eum, & quadraginta duos annos dedit eis ad pœnitentiam. Ego ſimpliciter dico: Propterea interfecit eos poſt quadraginta duos annos: quia ex illis qui crucifixerunt Dominum, nemo remanſerat ex eis. Sic ille. quare ſubuerſa eſt à Romanis Ieruſalem quadrageſimo ſecundo anno poſt paſſionem Domini, cùm iam Pilatus, Caiphas, & cæteri carnifices hauddubiè mortui erant; ne ſi adhuc forent ſuperſtites, videretur de ſuis crucifixoribus, pro quibus orauerat, vindictam Dominus ſumere. Denique ſepelit hîc diuinus ſcriptor Cain, eiúſque poſteritatem; adeò nihili ſunt ante Deum, & poſt mortem inter homines eſſe ſolent, improbi, ac ſcelerati. Periit memoria eorum, *Pſalm.* 9. At in memoria æterna erit iuſtus, *Pſalm.* 111. vix Moyſes, idque obiter, *in* 6. *cap.* Caini repetit nomen; nec nos ampliùs in tam infauſtam, truculentam, ſacrilegam, ac turpem hominum familiam, dum vlteriùs commentaria proſequimur, retorto aſpiciemus oculo, niſi fortè ea mente, quam probat D. Auguſt. *in Pſalm.* 36. Noli (inquit) poſteriora ex deſiderio attendere, ſicut attendit vxor Loth, & remanſit in via; ſed reſpice ex deſpectu, & videbis impium nuſquam eſſe.

*Lacrymarum vis in pœnitente.* Oſeæ 12. S. Nazianz. S. Leo. S. Chryſoſt. *Lamechi pœnitentia, & ſalus.* *Deus vltor iniuriarū quæ iuſtis fiunt.* Pſal. 115. Matth. 25. S. Auguſt. *Iuſti cum Deo mira vnitas.* 1. Reg. 16. *Samuel deflet Saulem.* S. Bernard. *Lætandum in vindicta Dei.* 2. Reg. 13. S. Hieron. S. Hieron. Pſal. 9. Pſalm. 111. S. Aug.

## SECTIO XXI.

*Cognouit quoque Adam vxorem ſuam; & peperit filium; vocauitque nomen eius Seth, dicens: Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel quem occidit Cain.*

1. STrah. Magiſter hiſtor. Scholaſt. Lyra, Doctoréſque Hebræi, ſcribunt Adamum tam

grauī

graui & inconſolabili dolore propter interitum Abelis à Caino interempti fuiſſe affectum, vt iuramento, aut voto ſe obſtrinxerit, ne ampliùs cõmercio vteretur coniugali, atque liberos progigneret; multóſque per annos in luctu & continentia cum Eua coniuge pariter dolente permanſiſſe. Cæterùm adfuit Angelus, qui mandata Dei expoſuit, vti deinceps, poſito luctu, & diuinitus diſpenſato voto, aut iureiurando liberis daret operam. Quod & præſtitit, monitus præſertim ab Angelo, & inſigniter recreatus, quòd acceperit ab eodem fore, vt filium haberet, ex cuius progenie tandem aliquando Deus homo eſſet naſciturus, illud nimirum mulieris ſemen quod ſerpentis caput contereret. Meritò Burgenſis, & alij quamplurimi viri docti figmẽtum hoc appellant Rabbinorum, ac derident: quare mortuo Abele (miſſis fabulis, vt veritas ipſa ratióque habet (vbi filio dilectiſſimo parentes, & iuſta, & lacrymas detulerunt, ad ſtudium habendæ ſobolis intenti filium ſuſceperunt. Hæc ſolet eſſe diuinæ bonitatis vſitata demonſtratio: malum non permittit, niſi propter aliquod bonum exinde naſciturum. Proh quàm multa prouenerunt bona ex Abelis interitu, qualia iam ſuperiùs memorauimus? Nec iuſtum virum, ac ſibi fidelem ſeruum priuat Deus vllo bono, niſi aliud longè maius bonum ſubſtituat. Abelẽ ſinit occidi; priuat filio parentes; ſed illis pro Abele filiũ alium ſubrogat, cuius poſteritas mundum, cælúmque impleret. Itaque conſolatus eſt Dominus Adam & Euam abundantiore quodam beneficio, quàm fuerat damnũ, & deploratio vnius Abelis interempti. Sed quis vnquam mortalium plura & acerbiora ſenſit, in opibus, in familia, in liberis, in ſuo corpore, flagella diuinæ iuſtitiæ, quàm Iob? at quanto ſubinde cum fœnore, & reddidit, & multiplicauit illi bona omniũ Dei miſericordia? Habetur enim capite vltimo: *Dominus autem benedixit nouiſſimis Iob magis, quàm principio eius. Et addidit Dominus omnia quæ fuerant Iob, duplicia.* Vbi D. Gregor. *lib. moral. 35. cap. 8.* cuncta quæ amiſerat duplicia recepit; quia per pietatem benigni iudicis tentationis noſtrę diſpendium vincunt ſuffragia conſolationum. Minus autem tentat probatio, quàm remuneratio conſolatur; vt ex retributionis merito leue fuiſſe, quod tolerauit, agnoſcat, qui ex perſecutionis pondere graue ſe aliquid tolerare iudicabat. Vnde afflictæ quoque Iudææ dicitur: *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te,* Iſai. 54. Ita Greg. Sic dicitur Eccleſ. 11. *Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat; & in hora veloci proceſſus illius fructificat.* Etenim fidelis eſt Deus, & ablata reſtituit iuſtorum duplicato augmento. Quod Hebræi Babylonem relegati reſcientes precabantur: *Conuerte Domine captiuitatem noſtrã ſicut torrens in auſtro,* Pſal. 125. ſignificant inprimis ſummam velocitatem, qualem in rapidiſſimis torrentibus cernimus, qui flante auſtro, niuéſque è montibus reſoluente, ſubitò infinitam colligunt aquarũ eluuiem, eáque intumeſcentes per obuia quæque impetu, & fragore horrendo deuoluuntur. Tam velox igitur ſit ô Domine noſtra de exilio Babylonico liberatio, vel fratrum noſtrorũ, qui adhuc detinentur Babylone poſt multorum reductionẽ ſub Noëmia. Vel etiam ſignificatur alacritas redeundi ab exilio, quæ tã noua & incredibilis nobis erit, quanta cum agricolarum lætitia æſtiuis imbribus auctus torrens delabitur arentia ſata lætificans &

*Adam num abſtinuerit à coniugio.* — Burgenſ. — Iob 42. — *Superabundăs diuina conſolatio.* — S. Gregor. — Iſai. 54. Eccl. 11. — *Duplicia reddit Deus iuſtis.* — Pſal. 125. — *Hebræorũ reditus ab exilio.*

A irrigans. Theod. refert ad multitudinẽ Hebræorum, vnde confluentium ab exilio in patrias ſedes. Cùm enim (inquit) auſter humidus ventus fit, nebularum aërem implet, & vehemẽtes pluuias inducit, atque etiam niuem diſſoluere ſolet, & aquis torrentes implet: ſic igitur noſtros ciues indignè diſſipatos iube vt cogantur, & torrẽtis inſtar iter faciant; Luſitanè *rio de gente.* D. Hier. ad ſenſum myſticum diuertit. Sicut enim (ait) flante auſtro ſoluuntur glacies, & impletis torrentibus omnis horror cum impetu ſuo defluit: ſic flante Spiritu ſancto ſoluuntur peccata, &c. D. Auguſt. in eodem ſenſu latiùs expatians addit B inſuper: Nolite ſeduci gaudio humanarum rerum, flenda in rebus humanis aduertite; ipſa vita humana, quam ingreſſi ſumus, miſera eſt, laboribus plena. Diu laborauimus, & laboramus etiam facientes bene. Curramus ad patriam, quaſi torrentes in auſtro. Sic Auguſt. Rectè quidem hæc omnia, ſed fortaſſe ad literam accommodatiùs intelliges, de affluentia bonorum per torrentes ſignificata. quaſi dicatur: O Domine noſtræ captiuitatis ærumnas in tam iucundam & felicem bonorum omnium abundantiam conuerte, vti redundat torrens auſtro diſſoluente niues, & pluuiarum deciduæ colluuie intumeſcit. Certè Chald. non multum diſcrepat; ſic C enim explicat. Conuerte Domine captiuitatem noſtram, ſicut conuertitur terra, quando abundant aquarum fluenta tempore ſiccitatis.

2. Iſta verò bonorum, quæ à Domino redduntur, conduplicatio, fructus ſolet eſſe patientiæ iuſtorum, quam in aduerſis exhibuerunt. Sic D. Auguſt. *in quæſt. ex vtroque Teſtam. q. 118.* docet: Cùm beatus Iob fuerit patientiæ exemplũ, quod multi imitarentur, duplicatum ſibi meritum parauit, duplicatum diabolo damnum intulit. Qui fructus bonorum etiam in hac vita plerumque percipitur; vt innititur *Pſal. 90.* ſic enim terminatur: *Longitudine dierum replebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum.* Vbi Theod. Faciam vt ad profundam vſque ſenectutem perueniat, & futuram ſalutem in futura vita illi præmonſtrabo: hoc au- D tem ſignificatur in illo, *ſalutare meum.* Item in Pſal. 115. *Calicem ſalutaris accipiam:* vertunt Tertullian. & Cyprian. calicem ſalutis, quæ ſcilicet etiam in hac vita cum felicitate bonorum non rarò conceditur illi, qui Domini calicem ærumnis plenum patienter ebibit, & nomen Domini inuocauit. Sic etiam (vt ſcribitur *Iob vltimo*) venerunt ad eum omnes fratres, & ſorores, & comederunt cum eo, & conſolati ſunt eum. Vbi ſic D. Gregor. Quia diuinæ diſpenſationis permiſſione percuſſus, etiam amicorum verbis afflictus eſt, diuinæ pietatis muneribus conſolatus, etiam humana debet caritate refoueri, vt vndique ei conſolationis gaudia reſpondeant, quem vndi- E que dolorum triſtitia & aduerſa lacerabant. Ita Gregor. Eccleſ. 1. legitur: *Ad tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea reditio iucunditatis;* propriè germinatio aut pullulatio. Tranſlatio ab arbore cuius truncati rami, exuſta folia, vix remanet ſtipes, vt putatur exſuctus, ignibúſque aptus, hyemali tempore: at eadem appetente vere reuireſcit ac repullulat; nullus igitur animo cadat, etiam hybernis oppreſſus, & velut ſepultus tribulationũ rigoribus: Deo iterum flante ac bene proſperante repullulabit duplo amplioribus bonis cumulatus. An non Deus ille eſt, qui menſus eſt pugillo aquas, & cælos palmo põderauit: *Iſai. 40.* aquarum nomine tribulationes accipi ſolent, cælorum

Theod. — S. Hieron. — S. Auguſt. — *Mala huius vitæ, & bona alterius.* — S. Auguſt. — *Patientia fructus copioſus* — Pſal. 90. — Theod. — *Patientiæ remuneratio in bonis vitæ.* — Pſal. 115. — Tertul. — S. Cypr. — Iob 42. — S. Greg. — Eccleſ. 1. — *Poſt hyemem ver iuſtorum.* — Iſai. 40.

cælorum autē, & gaudia, & beneficia Dei; quippe quæ manu ille extenta metitur; at compreſſa, in pugnumque aſtricta, tribulationes. O benedictam, ô ſaloratem, ſed & ô magnificam Dei manum! De qua Pſal. 144. *Aperis manum tuam, & imples omne animal benedictione*. Vatabl. Pagn. & alij vertunt; Saturas deſiderium omnium animantium ad volūtatem. Vt dicatur, extendi Dei liberalitas, ad quæ ſe extendet hominis voluntas. Et quidem ſi ſermo erit de cæleſti felicitate ea tanta eſt, vt (quemadmodum loquitur D. Ambroſius) votum impleat diligentis. Si de hac vita tantùm loquitur Propheta: Quid æquè magnificum atque diuina Euchariſtia, qua Deus ſuos paſcit fideles? Quo de myſterio in Pſal. 110. *Magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates eius*, Hebr. דרושים לכל חפציהם *deruxim lechol chephceehem*. quæſita omnibus volentibus ea. Legunt alij in omnes voluptates. Alij exquiſita ab omnibus voluntatibus eorum. Alij perueſtigata ad cuncta beneplacita eorum. Mentem enim hominis; ſatiat ſacroſancta Euchariſtia, vt in qua verè & ſubſtantialiter Chriſtus Dominus contineatur, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. Satiata igitur & impinguata Deo mens à rebus humanis tota ad amorem, & deſiderium rerum cæleſtium aſſurgit.

*Pſal. 144 Satiantur omnium deſideria.*

*S. Ambroſ.*

*Pſalm. 110 Dei magnificentia in Euchariſtia.*

3. Quòd ſi de benedictione illa Dei ad reliqua huius vitæ bona, largiter extenta ſermo ſit: hauddubiè ſic ſuos in hac vita, vel mediis in laboribus atque ærumnis caſtiſſimarum, & ſpiritualium voluptatum dulcedine perfundit; vt vel ipſis ad æternitatē anhelantibus prodigus Deus, & nimia illa dulcedo eſſe videatur. Hanc bonorum multiplicationē Baldad, etſi neſciens, prædixerat Iobo, *Si mundus & rectus inceſſeris ſtatim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculū iuſtitiæ tuæ in tantum, vt ſi priora tua fuerint parua, & nouiſſima tua multiplicentur nimis*, Iob cap. 8. *Iuſtus enim, ficus palma florebit*, Pſal. 91. Vbi D. Auguſt. Palma in nouiſſimis ſuis pulchra eſt, Vt initium eius à terra ducas, finem ipſius in cacumine, vbi habet totā pulchritudinem. Aſpera radix videtur in terra, pulchra coma ſub cælo eſt. Erit ergo & tua pulchritudo in fine. Sic Aug. Cæterùm quàm dignè promeruerit Iob iſtam diuinæ retributionis benedictionem etiā in hac vita præterquam in altera largiſſimè diffuſam, ob incredibilem in homine fragili, & carneo patiētiam; audi quæſo Tertul. *lib. de patientia, cap. 14.* O feliciſſimum illum, qui omnem patientiæ ſpeciem aduersùs omnem diaboli vim expunxit! Quem non abacti greges, non illæ in pecore diuitiæ, non filij vno ruinæ impetu adempti, non ipſius denique corporis in vulnere cruciatus à patientia (fide Domino dedita) excluſit: quem diabolus totis viribus fruſtrà cecidit. Neque enim à reſpectu Dei tot doloribus auocatus ille eſt, ſed conſtitit nobis in exemplum, & teſtimoniū tam ſpiritu, quàm carne, tam animo, quàm corpore patientiæ perpetrandæ: vt neque damnis ſecularium, nec amiſſionibus cariſſimorum, nec corporis quidem conflictationibus ſuccidamus. Quale in illo viro feretrum Deus de diabolo extruxit? Quale vexillum de inimico gloriæ ſuæ extulit, cùm ille homo ad omnem acerbum nunciū nihil ex ore promeret, niſi Deo gratias: cùm vxorem iam malis delaſſatam, & ad praua remedia ſuadentem execraretur! Quid? ridebat Deus. Quid? diſſecabatur malus, cùm Iob immunditiam vlceris ſui redundantiam magna æquanimitate diſtringeret, cùm erumpentes beſtiolas inde, in eoſdem ſpecus, & paſtus foraminoſæ carnis ludendo reuocaret. Itaque operarius ille victoriæ Dei, retuſis omnibus iaculis tentationum lorica, clypeóque patientiæ, & integritatem mox corporis à Deo recuperauit, & quæ amiſerat reduplicata poſſedit. Hæc omnia Tertull. Sed quid ego Iobum, quid Adamum & Euam commemoro? Filios præmaturo interitu ereptos deplorarunt, ſed illis extinctis aliorum deinde ſubnaſcentium lætitia dolorem priſtinum exuerunt. At Virgo Deipara ſummum eſt vtraque in re exemplum. Abelem ſuum, agnum Dei immaculatum vidit ante ſuos oculos cruci affixum, immenſis dolorum cruciatibus æſtuantem, atque infinitis contumeliis, & opprobriis ſaturatum in cruce demum expiraſſe. Cæterùm ipſamet Virgo poſt triduum incredibili gaudio excepit filium ab inferis rediuiuum & glorioſum. Recepit filium, habétque in cælo regnantem, & cum illo pariter innumerabilem ſobolem filiorum ſuſcepit. Quotquot enim Chriſtum eius filium adorant, & matri ſeruiunt Virgini; & illam, vt parentem amant ac venerantur. Illa ergo de ſe loquitur Cantic. 1. *Nigra ſum, ſed formoſa*. Nigra, quia mœroribus preſſa, & aduerſitatibus afflictata, toto vitæ meæ decurſu. Quia decolorauit me ſol. Patienti enim Filio meo compatiēs cruci affixo adſtans corpore, & animo affixa, ſimilem paſſionis illius colorem contraxi: deſpecta cum deſpecto, & leproſa cum leproſo. Vbi enim amor duorum eſt indiuiſus, ſic pariter & dolor. Sed hoc mihi certamen dedit ille, vt vincerem: nemo enim coronatur niſi qui legitimè certauerit, Sic mœrens, ſic afflicta, ſic infuſcata nigra ſum: ſed tamen tolerans, patiens, & vincens, ſed formoſa, Tandémque exacta hieme rediit ver, transacta nocte ſol oriens Filius meus, mihi matri ſuæ, & mundo illuxit. Iam nunc cum Filio mater in cælo formoſa, & glorioſa regno, & beatam me dicunt omnes generationes: innumeri enim fideles à meis vberibus adimplentur. Hæc Virgo Deipara. Quis ergo per delicias, honores, & opes, ridens, gaudens, tripudians in hac vita ſibi ad cæli regnum, & gaudia viam molitur? Nam ſi in viridi ligno hæc fiunt, in arido quid fiet? Igitur Iuſtus iuſtorum caput vt palma florebit. Chriſtus quidem (declarat S. Hieronym. *in Pſal. 91.*) crucifixus erat in corpore: ſed verè crucifigebat ibi dæmones. Non fuit crux, ſed triumphus fuit, ſed vexillum fuit, propterea conſcendit crucem, vt nos de terra in altum tolleret. Sic Hieron.

*Iuſtus vt palma viuit & moritur.*
*Iob 8.*
*Pſal. 91.*
*S. Auguſt.*

*Tertull.*

*Iobi patientia & remuneratio.*

*B. Maria de paſſione & reſurrectione Filij.*

*Cant. 1.*

*S. Hieron.*

4. *Vocauitque nomen eius Seth, dicens: Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quē occidit Cain.*] Hebr. שות *xuth*, vel שית *xeth*, ponere, à quo שת *xeth*, poſitio. Sic D. Hier. *in quæſt. Hebr.* Seth (inquit) propriè theſis, id eſt, poſitio dicitur. Quia ſcilicet poſuerat eū pro Abel. Vocauit, &c. non quidem Adam, ſed Eua, vt conſtat ex affixo fœmineo, ותקרא *vatiqra*. Vnde qui putat Adamū vocaſſe, non bene aduertit ad Hebręā linguam: de Adam enim dicendū eſſet יקרא *iqra*, non תקרא *tiqra*, hæc enim perſona eſt fœmin. illa maſcul. in futuro. Ruper. nomine iſto, Seth, reſurrectionem agnoſcit. Seth (ait) interpretatur reſurrectio, ſeu poſitio. Reſurrectio videlicet, quia quæ in Abel occubuerat, in iſto generatio iuſtorū quodámmodo reſurrexit, vel poſita eſt. Sic ille. Deinde in hac obſeruatione adiūge innocentiā illam, pietatémq; Abelis occiſi reſurrexiſſe in Seth. Potuit

*S. Hieron.*

*Rupert. Reſurrectionis figura.*

Cain

Cain Abelis corpus perimere ac ſepelire, non eius tamen virtutem, quam etiam in hominum memoria viuam, per omnes ætates Deus conſeruat: & vt aliquo in ſimulachro magis eminens toti mundo videatur, Seth fratrem eodem materno ex ventro naſci pro Abele voluit. Quinetiam Seth pro Abele ſuffectus poſteritatem habebit; in qua infiniti Abeles exiſtent, maximè verò Dei Filius ſactus homo innocentiam, ac pietatem Abelis non referet modò, ſed vltra modum ac menſuram amplificabit. Nec immeritò adſcribenda erit innumerabilis iuſtorum, & innocentium ſeges in terra alioquin maledicta, repullulaſcens, ſanguini Abelis iuſti: & hoc quidem habetur ſymbolum illius ſanguinis pretioſiſſimi Domini Ieſu, qui toties in terram perfuſus eſt, & cuius virtute quicquid in terra boni & ſancti cernitur enatum eſt. Hæc enim pluuia animarum ſata irrigat ac fœcundat, iuxta Prophetam Pſal. 67. *Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata eſt, tu vero perfeciſti eam.* Et, pro quia, ponitur, vt ſæpiùs fit. Quia tua hæreditas, tua Eccleſia, vel Meſſiæ hæreditas, humanum ſcilicet genus, vt habetur *Pſal.* 2. vbi Pater ad filium dicit: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* Huic igitur hæreditati ſuæ Deus ipſe ſegregatam habebat ab origine mundi pluuiã, quam cùm venit plenitudo temporis, abundè profudit, ſui ſanguinis. Voluntariam vocat, quia ex ſola Dei gratia, non ex hominum meritis: nec enim eò vapores (vt ita dicam) noſtrorum operum eleuari poterãt, vt pluuiam iſtam cogerent, Deique ſanguinẽ promererentur. Voluntariam, videlicet illius, qui oblatus eſt, quia ipſe voluit, *Iſai.* 53. Voluntariam, Hebr. נדבות *nadaboth*, pluralis numeri: cuius ſingularis eſt נדבה *nadabah*, ſpons, voluntas, liberalitas, munificentia, principatus. Vide quam diues illa ſanguinis Chriſti ſit pluuia, voluntatũ, munificentiarum, vt vertit Pagnin. Nec enim in immenſo Dei pectore, vbi ſunt infiniti theſauri, quicquàm remanſit abſconditũ, quod non cum iſto Domini Ieſu ſanguine ſimul effuſum fuerit. Cum illo pariter emittebantur voluntates Dei. Sic enim ſponte volens lætúſque ſanguinẽ profundebat, vt plures in ſanguine volũtates, complacentiæ, beneplacita Dei ineſſe viderentur, quàm humoris guttulæ. Hæc eſt vis amoris Domini Ieſu. Sic Deus dilexit mundum? Proh diuitem pluuiam principatuum! Vnaquæque illius guttula infinitos principatus, infinitas Dei glorias ac beatitudines, ſi eſſe poſſent, promerebatur. Nec tantum diuina omnipotentia ſeſe largiter effundens poterit hominibus impertire, quanto amplius in infinitum, non promereatur vna guttula ſanguinis Domini Ieſu. Denique quantum humano generi profit hæc Domini pluuia, textus ipſe Hebræus, vt vertit S. Hieronymus, optimè demonſtrat. Sic habet: Pluuiam voluntariam eleuaſti Deus; hæreditatem tuam & laborantem confortaſti.

*Pſal. 67.*
*Sanguis Chriſti rigans mundum.*
*Pſal. 2.*
*Iſai. 53.*
*Pagnin.*
*Sanguinis Chriſti theſaurus.*
*Sanguinis Chriſti pretiũ inæſtimabile.*
*S. Hieron.*

5. *Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abele.* Rectè ſemen. Niſi granum frumenti cadens in terram mortuũ fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autẽ mortuum fuerit, multũ fructum affert, *Ioan.* 12. Omnium quidẽ iuſtorum ſeges ex Chriſti ſanguine, aut ex Chriſto crucifixo, & ſepulto tanquã ex ſemine exuberauit. Sic etiam vno ſancto martyre occiſo multi ponebãtur: ſemen enim eſt ſanguis Chriſtianorũ; plures efficimur quoties metimur à nobis. Non deficiet hæc fides, quã tunc magis ædificari ſcias, cùm cædi videtur. Tertul. *Apolog. & ad Scap.* poſuit pro Abele, quaſi parentũ reſurrectio, & iterata in mundo, & in viuis poſitio cenſetur iſte filius. Sic enim doluerunt interemptum Abelẽ, vt cum eo pariter interempti, & cõſepulti fuiſſe viderentur. Rectè illud ab antiquo Philoſopho dictũ eſt: Toties quis moritur, quoties amittit ſuos. quẽ dolorẽ in his verbis adhuc miſera mater exprimit, vt vult D. Chryſoſt. Sic enim ait: Non cõtenta mulier quòd impoſuiſſet filio nomen, dicit: Excitauit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quẽ occidit Cain. Vide quomodo, & mater natum ſibi filium nominando, memoriã ſceleſti huius facti continuam mentibus inſerit, vt & poſteri ſciant, quid Cain patrare auſus fuerit. Dicit, pro Abel, quem occidit Cain. Dolentis animæ verba ſunt, & confuſæ ob facinoris memoriam. Licèt ſententiã mortis acceperint, è verbis tamen eã tantummodo intelligebant, & nondũ ſciebant qualis eſſet mortis ſpecies. Sed Cain primus ob odium in fratrẽ graue parentibus ſpectaculũ exhibuit. Proinde mater, quæ parum reſpirauit, & vix aliquando tanti luctus conſolationem inuenit, gratias agit Domino ob natum filiũ, & fratricidæ ſcelus infamat, hac maxima illum afficiens pœna, vt factum illius perpetuæ commendaretur memoriæ. Adeò propter peccatũ, & parentibus natura ad amandos filios propenſis abominabilis fuit Cain. Ita Chryſ. Deinde idem Chryſ. in his verbis poſuit mihi Deus; laudat Euæ prudentiã, ac pietatem, quæ filij procreationem Deo, non naturæ cauſiſque rerum acceptã fert, vt fœminæ ab hac communi omniũ parente addiſcant. Nunquam ergo (ait) doleant mulieres, quando non pariunt, ſed gratitudinem mentis præſeferentes ad naturæ opificem confugiant, & ab illo petãt, qui naturæ Dominus eſt. Præterea ſanctus Doctor optimè expendit conſtãtiam, & patientiam Euæ, quæ in Abelis ſui funere nihil (vt ſolent mulieres) præ doloris magnitudine impatientiùs locuta legitur; quam certè animi virtutem Deus reſpiciens pro Abele filiũ ſubrogauit aliũ, qui vocari poſſet fructus patientiæ matris. Excitauit (inquit) mihi Deus ſemen aliud pro Abele, quẽ occidit Cain. Vides (ait Chryſ.) quomodo non ſolùm non grauatim tulit, neque triſte aliquid locuta eſt? Non enim intermiſiſſet diuina Scriptura ſi tale quoddam ab illa dictum foret. Verùm generosè ferens quod fiebat, conſolationem ſtatim meretur, & maiorem gratitudinem præſefert.

*Ioan. 12.*
*Sanguine martyrum Eccleſia creſcit.*
*Tertull.*
*Parentum dolor de filiorum interitu.*
*S. Chryſoſt.*
*Cain infamia ſempiterna.*
*Eua pietas & patientia.*
*S. Chryſoſt.*

6. שית *xeth*, ornatus. Ornamentum eſt etiam Hebr. ſeu potiùs *xith*. Summum enim ornamentum parentibus in luctu, & ſqualore iacentibus fuit iſte filius. Item *xeth*. fundamentum, poſitio. Vnde שתות *xathoth*, fundamenta, retia, *Pſal.* 10. Quoniam השתות *haxxathoth* retia deſtruentur: alij fundamenta, id eſt, iuſti, qui mundum tuum fundarunt; vel retia, id eſt, cogitationes & conſilia. Vulgata habet; quoniam quæ perfeciſti deſtruxerunt. Eſt autem *xeth* fundamentum poſteritatis iuſtorum: nam ab illo ducunt originem Patriarchæ, de quorum ſerie in ſequentibus fit chronologia, maximè verò ſemper Virgo beatiſſima eiúſque filius, qui eſt fundamentum, & poſitio omnium, quæ ſunt in cælo, & in terra. Sed de his ad primum verſum cap. 1. dictum eſt. Qualis autem, quantúſque vir fuit Seth, ex eo manifeſtum erit, quod ſcribit Suidas verbo *Seth*: Seth ab hominibus illius ætatis fuit appellatus Deus, eo quòd & Hebraicas literas, & ſtellarum appellationes

*Pſalm. 10.*
*Seth fundamentum iuſtorum.*
*Suidas.*
*Seth virtus admirabilis.*

A

lationes inuenit:& ob inſignis aius pietatis admirationem primus omoium cognominatus eſt Deus: quemadmodum & Moyſes poſtea dictus eſt Deus Pharaonis, & iudices, ac principes populorum in ſacra Scriptura nominantur dij. Hoc enim ſignificare voluit Moyſes cùm dixit filios Dei ingreſſos eſſe ad filias hominum, id eſt, filios, ſed poſteros Seth ad filias hominum, ſcilicet ex ſtirpe Cain. Ita Suidas. Vide quantam vim habeat bona filiorum inſtitutio à parentibus: magna enim ex parte tanta virtutis in Seth admiratio debetur Euæ parenti, quæ filium à Deo ſuſceptum in ipſius famulatum per virtutum Abelis imitationem educauit & erudiuit, vt verè dixerit à Deo, & à parentibus poſitum fuiſſe Seth pro Abele. Meminerint parentes illius ſententiæ D.Ambroſ.2.*de Cain* 1. Tantum valet inſtitutio, vt vincat naturam. Quid verò fiet, ſi ad naturale ingenium indolémque bonam pueri accedat bona parentum eruditio? Salom. 1.Prouerb. Filium inſtituit, eruditque in parabulis, quæ conducunt: vt (ait) detur paruulis aſtutia, & adoleſcenti ſcientia, & intellectus. Hebr. לנער דעת ומזמה puero ſcire,& cogitationes. Vbi Caiet. Indigent pueri, vt exercitentur in meditationibus, ne ſint præcipites,& ſciant diſcernere vitanda à proſequendis. Ita Caiet. Sic videtur fuiſſe à pia matre inſtitutus Dauid, qui ait: *In te confirmatus ſum ex vtero; de ventre matris meæ tu es protector meus*, Pſalm. 70. *Suſcepiſti me de vtero matris meæ*, Pſalm. 138. Hinc eſt, quod identidem repetit: *Suſceptor meus Domine: tu es ſuſceptor meus.* Quia videlicet talem in virtutum ſtudio mater educauerat, vt probè inſtitutum Deóque oblatum ſuis ipſe manibus ſuſciperet, ſuſceptorémque deinceps ſe præberet, obuiis manibus (vt Lyndanus exponit) iamiam caſurum ſuſtinens. Portò autem ſi Dominus Euę Abelem crudeliter à Caino peremptum deploranti filium alterum moribus Abelem ſubrogauit ad ſolatium: quidni Dominus ipſe factus homo virgini parenti ſuæ dilectiſſimæ in ſummis dolorum acerbitatibus iuxta crucem Ieſu ſtanti, alterum pro moribundo filio ſubrogaret? Cùm vidiſſet ergo Ieſus matrem,& diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dicit matri ſuæ: Ecce filius tuus; deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua, *Ioan.* 19. vbi D. Auguſtin. Alterum pro ſe filium quodammodo prouidebat. Theophil. Tu eris pro me: ecce mater tua. D.Hilar. *in Matth.* Ad deſolatæ ſolatium caritatem filij in diſcipulo relinquebat.

*Filiorum pia institutio.* — S.Ambroſ. — Salomon. Prouerb. 1. — Caiet. — Pſal. 70. — Pſal. 138. — *Filius bene institutus suscipitur à Deo.* — Lyndan. — *Christus matri Ioannem pro ſe reliquit.* — Ioan. 19. — S.Auguſt. — Theophil. — Hilar.

7. Permagna vis pallij, quo induebatur Elias, quod in altum curru igneo ſubleuatus ille diſcipulo Eliſæo remiſit, quo iſte ſubinde amictus duplicem (vt obſecrabat) ſpiritum Eliæ ſuſcepit, 4. *Reg.* 2. Vnde eleganter D. Chryſoſtomus *homilia ſecunda ad Antiochenum.* Et erat duplex Elias ille; & ſurſum Elias, & deorſum Elias. Igitur ſi tanta vis ineſt pallio, ac ſpiritui, quem Elias diſcipulo legauit, vt duos efficeret Elias: cur non Virgo beatiſſima diſcipulo in matrem à filio relicta duos efficeret Chriſtos: meritò dixerim,& erat duplex Ieſus: & erat ſurſum Ieſus, & erat deorſum Ieſus. Tanti verò iſtum in terris filium quem ad crucem Ieſu ſuſceperat Virgo ſanctiſſima ſemper duxit, vt illo ſolo contenta, non Angelos, nec ipſoſmet Apoſtolos ad ſui ſolatium, & contubernium deſiderauerit; quod pulchrè conſiderat Guarricus Abbas *ſermone ſecundo de Aſſumptione.* Virginem

4.Reg. 2. — S. Chryſoſt. — *Ioannes alter Ieſus.* — Guarric.

Deiparam ſic loquentem inducens: Sufficit mihi meus nouus in carne Angelus, diſcipulum dico, quem diligebat Ieſus; cuius me affectionis hæredem reliquit, cùm illum mihi, & me illi in cruce commendauit; cuius obſequio nihil mihi gratius; quia conuerſatione,& affectu nihil caſtius, moribus nihil ſuauius, nihil ſincerius fide, nihil ſanctius ſermone. Iure optimo Ioannes Apoſtolus vocatur a S.Ambroſio, Humani piſcator affectus. An non in Virginis Deiparæ in Chriſti Ieſu, atque adeò in Apoſtolorum, & mortalium propè omnium pectoribus, & corda, & animas, & amores expiſcatus Ioannes eſt? Ioannes Apoſtolus amores, ac deliciæ generis humani, quin potiùs ipſius Dei, atque omnium creaturarum. Theophil. rationem ſubiicit; eo quòd abſolutè mitis erat, ſuauiſſimiſque moribus, ac mundo corde, nempe Virgo. Sed ó felix diſcipule, petebas ſedere ad dexteram, vel ad ſiniſtram Ieſu in regno ipſius; planè quid peteres, neſciebas. Longè incomparabilius eſt, quod accepiſti. Non ſedes ad dexteram Ieſu, ſed recumbis ſuper pectus Ieſu. Non cathedram accipis in regno dexteram, ſed matrem regis in matrem accipis; at quam matrem? quæ poſt Deum omnia ſuperat. Ad quam comparatus orbis ſimul cum omnibus, & naturæ, & gratiæ opibus; aut aquæ guttula, aut vna in mari arenula computatur. Ecce mater tua: ecce filius tuus. Diximus Seth filium à matre Eua probè & ſanctè inſtitutum in ſublimes illos, atque (vt vocabant illis ſeculis) diuinos viuendi mores euaſiſſe. Quid de Ioanne dixerim, cui præſtò fuit aula cæleſtium Sacramentorum (vt loquitur D. Ambroſius) Virgo Dei mater: cum qua eodem hoſpitio per multos annos, vti cum matre Filius, atque ad eandem menſam,& habitauit & accubuit? A Virgine Deipara inſtructus Ioannes filius in tam ſublimem verticem aſcendit, vt mortales omnes exceſſerit. Hinc vocatur à D. Ioan. Damaſc. Deiloquus; à Dionyſ. Areopag. Theologus,& ſupremus Theologorum,& ipſamet Theologia. Auguſt. Ioannes (inquit) diuinitatis potentiam ſublimiùs contemplans cum Domino ad cælum volat. At Paul. 1.Corinth. 2. *Nec in cor hominis aſcendit*, &c. ſi in cor hominis non aſcendit, quomodo aſcendit in cor Ioannis? in tantum aſcendit in cor Ioannis, in quantum ipſe Ioannes ſupra homines eſſe videbatur. Origenes: Ioannes ille Theologus, Deiuidus, omnem viſibilem & inuiſibilem creaturam ſuperat; & deificatus in Deum intrat ſe deificantem. Sed quomodo illud Pauli: Audiui arcana verba, quæ non licet homini loqui? Non ergo Ioannes erat homo, ſed pluſquam homo, quando & ſeipſum, & omnia quæ ſunt, ſuperauit: non enim aliter potuit aſcendere in Deum niſi priùs fieret Deus. Hæc Origenes. Scilicet Paulus raptus vſque ad tertium cælum audiuit, & homo adhuc eſt, & loqui non poteſt: Ioannes autem Chriſto ſimilis. *Vidi* (inquit, *cælum apertum*, Apocalypſi 19. hoc eſt (ait Origenes) ſacroſanctæ Trinitatis, & vnitatis myſterium reuelatum. Paulo, quia homini, non licet loqui, quæ audiuit. Ioanni, quaſi Chriſto alteri dicitur: Scribe quæ vidiſti. Apocalypſ. 1. Ioannes loquitur: *In principio erat verbum*, &c. An Paulo non licuit loqui quia id erat Ioanni reſeruatum? Pulchrè igitur B. Laurentius Iuſtinian. Ecce mater tua, hoc eſt, poſt me ſecundus eſto. Ecce filius tuus, hoc eſt, Ioſeph

*Ioannes Dei matri quam gratiſſimus.* — S.Ambroſ. — *Ioannes amor ac deliciæ humanæ.* — Theophil. — *Ioannes incomparabilibus donis ditatur.* — S.Ambr. — *Ioannes cum Dei matre viuebat.* — S.Ioã. Dam. — Dionyſ. Ar.op. — S.Auguſt. — 1.Cor. 2. — *Ioannis admiranda encomia.* — Origen. — Apocal. 19. — Origen. — Apocal. 1. — B.Laur.Iuſt.

&

A ſ& alij diſcipulos iſte amborum in te ſupplebit vices. Non minus igitur Ioanni profuit cum matre virgine babitare in terris, quàm Paulo rapi ad tertium cælum. Ille quodammodo Deus in terris extitit, iſte in cælo adbuc homo permanſit. Cæterùm hæc omnia per hyperbolem dicuntur. homo quidem Ioannes; ſed mira tamen priuilegia conſecutus à Deo eſt; vt non incongruè quælibet ſuperlatio in dilectum Domini conueniat.

---

## SECTIO XXII.

*Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos. Iſte cœpit inuocare nomen Domini, &c.*

1. HEbr. אנוש *enox*, à radice אנש *anax*, commune nomen homo plur. אנשים *anaxim*, paſſim in Scriptura legitur. Hinc etiam אנוש *anux*, dolor, afflictio; item fortis, validus, aut ipſa fortitudo, grauitas; item dolens, infirmus, languidus. quod videre eſt apud Iob 34.

*Iob 34.*

*verſ.* 5. אנוש חצי *anux chici*, valida ſagitta tua. Alij, infirma, languida; alij, inſanabilis; alij, deſperata. Quæ omnia apprimè conueniunt afflictioni fragili, qui patitur, violenta, inſanabilis, deſperata; ſatis verò infirma Deo omnipotenti, qui multo acerbioribus poteſt hominem pœnis excruciare: infirma etiam homini, qui Dei adiutus ope æquanimiter fert. Infirma denique homini, ſi eam comparet cum gehennalibus incendiis.

*Tribulationis effectus multiplex.*

Verbum in coniug. Niphal, eſt נאנש *neenax*, dolere. 2. *Reg.* 12. ואנש *vaieanax*, & dolui, iuxta hanc ſignificationem homo appellatur *Enox*; quod omnibus diebus vitæ ſuæ doleat.

*2. Reg. 12.*

Hinc Pſal. 9. vbi legimus: *Vt ſciant gentes, quia homines ſunt*. Hebr. ידעו גוים אנוש המה *iedeghu goim Enox Hemah*, ſciant gentes quòd homo ſunt; ſcilicet homo miſer, afflictus, ærumnoſus.

*Pſal. 9.*

Expende modò, qui duo iſta cohæreant; *xeth*, poſitio, fundamentum, & *Enox*, dolor, ærumna, aut dolens, ærumnoſus? En quale fundamentum in terra iacitur, ſcilicet ærumna, afflictio? *Filij hominum, & quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium*? Pſal. 4. Spem reponitis in fundamento vano, & mendaci; ſtabile putatis, quod inane eſt; iucundum quod eſt ærumnoſum; & fortaſſe meliùs, Enos primus in *xeth*, hoc eſt, in fundamento iuſtorum ærumnoſus, & afflictus, appellatur; quia hæc erat futura ſors iuſtorum in hac vita, in qua hoſpites ſunt aduenæ, & peregrini, odio habiti à mundo, quia non ſunt de hoc mundo.

*Homo Hebr. ærumnoſus.*

*Pſal. 4.*

*Iuſtorum ærumnæ, & perſecutiones.*

*Omnes enim, qui volunt piè viuere in hoc mundo, in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur*, 2. Timoth. 3.

*2. Tim. 3.*

E Perſecutiones, vel à diabolo, vel ab improbis, vel à propria carne, quæ domeſticum, & inteſtinum, & ſine induciis aduersùs animam habet inductum bellum. Hinc optimè colligit S. Hieron. Timendum igitur nobis eſt, ne non piè viuamus, qui nihil patimur propter Deum.

*S. Hier.*

Ergo, vt bene aduertit D. Auguſtin. *lib. de paſtoribus*. Chriſti paſſiones imitandæ, non à Chriſtianis deliciæ conquirendæ. Venit ille pati, venit ille mori, venit lignæ configi; omnia hæc ille propter te, tu nihil pro illo? quia Chriſtianus es, aliquid plus paſſurus es in hoc ſeculo. Idem *ſerm. 24. de verbis Apoſtoli.*

*S. Auguſt.*



A Omnes mali perſequuntur bonos, non ferro & lapidibus, ſed vita & moribus; non vapulando, ſed malè viuendo. Maximè, quia ſi peccamus, dignum eſt, vt hîc patiendo peccata expiemus. Hinc illa optimè dicuntur ab Origene *homil. 8. in Exod.*

*Origen.*

Hic Deus zelans ſi requirit, & deſiderat animam tuam adhærere ſibi; ſi corripit, ſi caſtigat, ſi indignatur, & velut zelotypia quadam erga te vtitur, ſpem tibi eſſe ſalutis agnoſce. Ego opto, vt dum in hoc ſeculo ſum, viſitet Dominus peccata mea. Intelligamus propterea nos in præſenti ſeculo corripi, vt in futuro requiem conſequamur, &c. Hæc Orig.

*Præſtat pati in hac, quàm in altera vita.*

E 2. Imò etſi innocentes eſſemus, oportet cum Chriſto pati, & intrare in gloriam ipſius. D. Bernard. *Epiſtol.* 83. Abbatem Nicolaum in mediis perſecutionibus gementem ita conſolatur.

*S. Bern.*

*Cum Chriſto patiuntur iuſti.*

Quis ſine anxietate videat Petrum de mediis fluctibus brachia tendentem? ſine dolore audiat columbam Chriſti, non cantantem, ſed gementem, tanquam quæ dicat: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Quis, inquam, ſine lacrymis lacrymas ipſius Chriſti de limo profundi, etiam nunc leuantis oculus ſuos ad montes vnde veniat auxilium ſibi, reſpiciat? Omnes quippe, qui piè volunt viuere in Chriſto, perſecutionem patiuntur;

C ita vt cum eis nunquam deſit piè viuere, non ſemper tamen adſit, & perficere pro bona voluntate. Sic Bernard. Eundem locum diſertiſſimè D. Ambroſ. pertractans *ſerm. 11. in Pſalm.* 118. ſic ait.

*S. Ambroſ.*

Bene non vnam perſecutionem, ſed multas perſecutiones dixit; nec expreſſit vocabula perſecutionum, quia multi perſecutores. Omnes ergo ſub perſecutoribus, qui volunt piè viuere, quia vbi multi perſecutores, nullum à perſecutoribus vacat tempus piè viuere geſtienti. Et fortaſſe cùm perſecutiones non patimur, tanquam condemnati habemur, quia nequaquam piè viuere volumus in Chriſto, deuotionem enim fidei prælia perſequuntur.

*Nihil pati malū ſignum eſt.*

Si deſint certamina, vereor ne deeſſe videatur, qui certare deſideret. Citò

D fides inexercitata langueſcit, & crebris cioſa tentatur incommodis. Remiſſas excubias callidus inſidiator irrumpit: aſſuetum autem bello virum externa fraus inſtruit, & glorioſæ prouehit palma victoriæ. Pax ergo fidei corruptelæ materia eſt, &c. Item *in eundem Pſal. ſermon.* 21. *Per multas tribulationes oportet nos ire in regnum Dei*, Actor. 14.

*Act. 14.*

Si multæ perſecutiones, multæ probationes; vbi multæ coronæ, multa certamina. Tibi proficit, quòd multi perſecutores ſunt, vt inter multas perſecutiones faciliùs inuenias quomodo coroneris. Omnes, qui piè volūt viuere in Chriſto, &c. Omnes dixit, nullum excepit; quis enim exce-

E ptus poteſt eſſe, cùm ipſe Dominus perſecutionum tentamenta tolerauerit. *Et infrà*: Quanti ergo in occultis quotidie martyres Chriſti ſunt, & Ieſum Dominum confitentur? Dictum eſt ad Rom. 6. *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore.*

*Martyres quotidie in occulto.*

*Ad Rom. 6.*

Vides ante quos reges ſtatuaris ô homo, ante quos præſides peccatorum, ſi culpa regnat? quot vitia, tot reges; & ante hos adducimur, & ante hos ſtamus. Hæc Ambroſ. Pulchrè etiam S. Chryſ. ad verba Pauli. Neque enim (ait) fas eſt hominem pergentem virtutis viam, triſtitia, preſſuris, doloribus, tentationibus immunē eſſe. Non eſt poſſibile, vt vir qui malis indixerit bel-

A lom, preſſuris careat. Nemo certans requiem quærat: nefas eſt pugilem Dei vacare delicijs, non licet epulari luctantem. aliud eſt quietis tempus: hoc ærumnis deputatum eſt, atque ſudoribus. Hinc eſt etiam quòd religioſus vir, etſi profeſſione ac vita talis ſit, qualem paulo inferiùs demonſtrabimus; nihilominus in clauſtris abſconditur à ſuis maioribus (vt ait D.

S. Bern.
Religioſorum mortificatio.

Bern. *ſerm. 4. in, Qui habitat.*) quotidie tanquam negligens arguitur & increpatur. Parúmne (addit) hoc lucrum ducitis, quòd non reputamini ſancti, antequam ſitis? An non timetis ne fortè hic vili mercede hac recepta in futuro mercedem non habeatis, &c. S. idem Ambroſ. non

S. Ambr.

B refert interpretationem nominis *Enos*, ad ſignificandum hominem infirmum & ærumnoſum, ſed in eo dignitatem hominis exprimi vult. Sic

Hominis illuſtre nomen.

*lib. de paradiſ. cap. 3.* Enos, hoc eſt, homo ad imaginem Dei factus, qui ſperauit inuocare nomen Domini Dei. Item *lib. de Iſaac & anima, cap. 1.* Sapientis eſt ſegregare ſe à voluptatibus carnis, eleuare animam, atque à corpore abducere: hoc eſt enim ſe hominem agnoſcere. Qui Enos dicitur, Latinè homo: qui ſperauit inuocare nomen Dei. Non videtur itaque homo eſſe niſi is, qui in Deum ſperat. Qui autem ſperat in Deum, non degit in terris, ſed quaſi tranſlatus adhæret Deo. Hæc Ambroſ.

3. *Iſte cœpit inuocare nomen Domini.*] Hebr. אז הוחל לקרא בשם יהוה *az huchal liqro beſcē Iehouah.*

C Variè locus iſte tùm vertitur, tum explicatur, eo quòd verbum חלל *chalal*, cuius hîc ponitur præteritum paſſiuum *huchal*, varios ſortitur ſignificatus. Nam in prima coniugatione *chalal* ſemper inuenitur intranſitiuum, vulnerari, occidi. In tertia, occidere, polluere, profanare, communem facere, tibia canere. In quinta communiter ſignificat incipere. Vnde תחלה *techillah*, principium; itaque iuxta duas præcipuas acceptiones iſtius verbi, duplex redditur interpretatio. Principalis eſt, quam appoſuit vulgata: Tunc cœptum eſt inuocare, aut inuocari nomen Domini. Vbi aduerte in Hebræo non eſſe, *iſte*, ſed *az*, id eſt, tunc. Interpres ſequutus eſt L X X. qui ponunt οὗτος, iſte. Non

D quia mortalium primus Deum coluit, & inuocauit Enos: id enim priùs Adam, Cain, & Abel fecerant. Sed tempore Enos primò cœptum eſt

Caiet.

inuocari nomen Dei. Caiet. docet, quia tunc primò ſub nomine ſacroſancto Iehouah, homines Deum inuocare, & appellare, & colere cœperunt. Verùm alij complures probát hoc Dei no-

Exod. 6.
Enos pietas & doctrina.

men vſque ad Moyſem fuiſſe inauditum, primóque reuelatum Moyſi, vt habetur Exod. 6. Vbi Dominus ait: *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob, in Deo omnipotente, & nomen meum Iehouah non indicaui eis.* Igitur (quod veroſimilius) dicitur Enos primus inuocaſſe nomen Domini, quia ſuper omnes priores pius & religio-

E ſus erga Deum extitit: atque adeò non modò religionem coluit, & pietatem, ſed eam publicè docuit ac prædicauit, vt ab eo inſtructi quamplurimi Deum religioſiſſimè venerarentur. Vel quia nouas quaſdam precandi formulas, ritus, & cæremonias, publici cultus ad propitiandum Numen, adinuenit, condidit, euulgauit. Fortè erexit altaria, imaginéſque aliquas ad excitandam animorum pietatem fabricauit, aut ædiculas extruxit, in quas populum ad Dei cultum celebrandum per ſacrificia precéſque congregaret; Eccleſiam iam tunc fidelium inchoans,

A & adunans; cuius ille ſe præberet antiſtitem, doctorem, & quaſi rectorem ad morum inſtitutionem, & animarum ſalutem. Et hac ratione admitti poteſt, quod Cyrill. Theodoret, Suidas, & alij ſcribunt, Enos fuiſſe Deum appellatum, non quòd nomen ſacroſanctum Iehouah illi fuerit attributum. Certum eſt enim, etſi alia Dei nomina hominibus nonnunquam communicentur, nomen tamen Iehouah nunquam de homine dici, ſed de ſolo ipſo Deo. Ac fortaſsè nomen Elohim huic mortalium primo fuit communicatum. Primus in orbe veluti religioſam & Deo ſacram vitam egiſſe videtur Enos, nec immeritò nomen illud diuinum

Nomen יהוה nunquam hominibus tribuitur.

B ſortitus. Etenim, vt rectè obſeruat D. Ephrem *Parænaſ. 1. ad relig.* Admirandum ſpectaculum in cælis eſt monachus, ſuper terram Angelicam vitam agens. Sic ille. Quid mirum igitur ſi Enos, & quiuis verè religioſus hominibus ſit ſpectaculo? Celebre enim eſt dictum illud D. Bern. ad religioſos *ſerm. 4. in Pſalm. Qui habitat.* Credo nullum hîc eſſe, qui ſi quartam partem eorum quæ facit, in ſeculo actitaret, non adoraretur vt ſanctus, reputaretur vt Angelus. Hæc ille. Primus etiam fuit Enos prædicator verbi Dei. Hoc eſt enim: Cœpit Enos inuocare nomen Domini; & innumeros prope mortales exemplo doctrináque ad Dei cultum aggregauit. Et quidem exemplo vitæ ſanctioris vehe-

S. Ephrem.

S. Bern.

Religioſorum laus.

C mentiùs permouebat. Nam, vt bene aduertit D. Greg. Nazianz. *in ſententiis*: Sermoni omni ſermo alius aduerſari poteſt: vitæ autem egregiæ quis tandem erit, qui aduerſetur? aut à docendi munere abſtine, aut moribus, vitæque probitate doce; ne alioqui diſcipulos altera manu trahas, altera repellas. Sic Nazianz.

S. Greg. S. Naz.

Exemplo vitæ doctor emoueat.

4. Quæres cur tantopere ſponſus cæleſtis laudet greſſum & calceamenta ſponſæ; tanta enim cum venuſtate gradiebatur, vt filia Principis; hoc eſt, Dei ſtatim ex ipſo inceſſu eſſe videretur. Sic autem Cant. 7. *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis?* ſcilicet, quia ſuo ingreſſu ſocias ad incedendum inuitabat. Sunt enim calceamenta exempla,

Cant. 7.
Exempla boni eſſe actum.

S. Bern.

D vt exponit D. Bern. Nota etiam adoleſcentulas, hoc eſt, animas adhuc in virtutis ſtudio, neque perfectas, neque robuſtas, currere tamen, non ad vocem & imperium, aut etiam hortatum ſponſi excitatas, ſed ſolo vnguentorum odore perfuſas, & velut incantatas. Curremus (inquiunt) in odorem vnguentorum tuorum; vtique odor vnguentorum eſt exemplum bonorum operum, bona vita miros exhalat odores; Chriſti bonus odor ſumus ad vitam cùm bene & ex virtute viuimus. Hoc autem primum & maximum eſt in præfectura animarum pondus, quòd prudentes, qui agnoſcunt, verentur adeò; vt idcirco aliis præeſſe nullo modo in animum inducant. Contrà verò qui

Cant. 1.

E cæcutiunt ad ſplendorem dignitatis, non quod exhibere debeant virtutis exemplum, ſed quo radient honore, ac vulgo emineant, id quidem curant. Rectè D. Bern. *ſerm. 77. in Cant.* ad illa verba Domini ad Petrum: *Sequere me*, Ioan. vltimo. Succeſſores (inquit) omnes cupiunt eſſe, imitatores pauci. O vtinam tam vigiles reperirentur ad curam, quàm alacres currunt ad cathedram! Et quidem illorum ſortiti ſunt miniſterij locum, non zelum. Inde eſt, vt non parcant ſuis, qui non parcunt ſibi, perimentes pariter, & pereuntes. Ita Bern. Idem, vt citatur apud D. Th.

Ambitio eccleſiaſtica perſtringitur.

S. Bern.

in :lj.

*Vt exemplum malorum in prælato & de ſtare*

*in c. 5. cap. Epiſt. 1. Petri*, eleganter hoc ipſum proſequitur argumentum hiſce verbis. Monſtroſa res eſt, ſedes prima, & vita ima: gradus ſupremus, ſtatus infimus: ingens autoritas, & animi ſtabilitas: forma factiua, & non fictina. *Et infrà.* Non ſic fuerunt antiqui Prælati, vt Apoſtoli, Martyres, & Confeſſores, qui non cauſa dominandi, ſed laborandi prælaturas ſuſceperunt. Proh quàm felix illa ciuitas, illa Eccleſia, illa ætas, in qua Enos vitæ ſanctitate, & doctrinæ facultate reliquos ad Dei obſequium excitabat. Legimus Prouerb. 11. *In bonis iuſtorum exultabit ciuitas, & in perditione impiorum erit laudatio.* Caiet. vertit ex Hebræo, erit cantus. Nimirum vita iuſtorum cantus eſt, qui omnes recreat, atque ad ſimile ſtudium feſtiuo plauſu excitat. Improbus autem dum viuit omnes offendit: quocirca vbi moritur, ſic omnes eius luctus & funebria iuſta recreant, vt illa canticis, & ſæpiùs compoſitis ad publica gaudia carminibus concelebrent. Infelices prorſus, qui viuunt cum luctu aliorum, & cum cantibus eorundem moriuntur. Enos igitur nomen Dei inuocauit, & alios inuocare pariter docuit. Veréque de illo dici poterit, quod a D. Greg. Nazianz. de fideli Epiſcop. dicitur: Pronubus animarum, &, vt ita dicam, Deus eſt, alioſque Deus efficit.

*Prou. 11.*

*Caiet.*

*Mali & boni diſſimiles exequia.*

*S. Gregor. Nazianz.*

5. Chaldaica paraphraſis (etſi alij contrà legant) vt habetur in Biblia Complut. conuenit cum textu Hebræo: Eſt autem. Tunc cœperunt homines orare in nomine Domini. Orandi exercitatio tunc primum cœpta eſt. Qua nihil nec ſanctius ad virtutem, nec ad ſolatium animæ iucundius, nec ad impetranda Dei beneficia efficacius, nec ad omnia pericula, vel tentamenta hoſtium propulſanda potentius inuenitur; oportet ſemper orare, & non deficere, ait Dominus. Sic illa ſemper orabat, & non deficiebat ſponſa, cuius illud legimus; *In noctibus quæſiui quem diligit anima mea*, Cant. 3. Vbi pulchrè D. Ambroſ. de Iſaac *cap. 5.* Qui bene quærit; in cubili quærat, in noctibus quærat; nec dies feriatus, nec noctes ſit, nullum tempus vacet in pietatis officio; & ſi non inuenerit primo, perſeueret in quærendo. Nullum tempus vacuum ſinat ſancta deuotio præterire. Sic Ambroſ. Enos Deo totos contemplando, & inuocando addictus illud iam tunc obſeruabat, quod poſtmodum S. Ephrem docuit 1 *tom. in encom. in Pſal.* Cum Deo multis, cum hominibus paucis loquere. Idem paulo inferiùs. Etſi manum admoueris operi, os pſallat, & mens oret. Pſalmus in ore tuo ſit aſſiduè. Quoniam Deus cùm nominatur, dæmonas fugat, & pſaltem ſanctificat. Sic ille. Certum eſt beatorum animas in cælo, audire, atque accipere viuorum deprecationes, pro iiſque ad Deum, quo iam perfruuntur, ſupplices preces fundere. Nam, vt bene argumentatur D. Aug. *ſerm. 1. de ſanctis, & in Pſal. 147.* Si Apoſtoli, & Martyres in corpore conſtituti, quando pro ſe deberent eſſe ſoliciti, pro aliis orabant: quanto magis poſt palmas, victorias, & triumphos? Crediderim tam dulce frequénſque fuiſſe dum viuerent orandi ſtudium viris ſanctiſſimis, vt etiam in cælo illud identidem repetant, non pro ſeipſis quidem, ſed pro viuis, qui ſe, ſuáque ipſorum præſidiis fidenter committant. Maximè verò commendatur à Patribus illud orandi ſtudium, quod aſſiduè per interualla quædam temporis breuiuſcula fit, mente ad Deum ſubinde eleuata, fuſiſque (vt vocant) iaculatoriis: quippe quæ, veluti iacula a deſiderante, & amante atque orante corde in cor ipſius Dei emittuntur; quibus fortaſſe Dominus ſauciatus dicebat: *Vulnerasti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui*, Cant. 4. Nam rectè quidem aſſiduæ iſtæ ac breues ad Deum effuſæ preces, aut ſuſpiria cordis, aut deſideria, aut cogitatus, aut contemplandi morulæ queunt aptiſſimè vocari iactus vnius oculi, & crines, e cæſarie capitis in collum demiſſi. Quare ſic D. Ambroſ. 1. *de Abel. 9.* Dominus frequenter monuit orandum, non vt faſtidioſa continuetur oratio, ſed vt aſſidua frequenter effundatur. Puto etiam Enos diuinos compoſuiſſe hymnos, quos cantare ſolitus erat. Quod ſtudium ſemper à ſanctis viris obſeruatum; præſertim viget in religioſis familiis. Qua de re ſæpiùs S. Ephrem diſſerit, paucula ex encom. in Pſalm. hæc adſcribam. Fluentum diuinum in ore monachi, eſt pſalmus confeſſionis. Item; diuinas laudes perſonet monachus. Seraphim enim inceſſabili voce Deum glorificauit. Canticum ſpirituale in ore tuo verſetur monache, quo ſuperuenientium tentationum onere ſubleueris. Hæc Ephrem. Igitur tunc cœptum eſt inuocare nomen Domini, tunc cœptum eſt, vt nunc etiam, & ſemper continuetur; cœptum eſt, ſed non deſitum eſt. Cœpit Enos iuſtus, & Eccleſia iuſtorum, ſed nunquam deſiſtit aut deſiſtet inuocare nomen Domini, principium fuit in Eccleſia, quod & ipſa pariter habuit, ſed finis erit nullus inuocandi nomen Domini. Oportet ſemper orare, & nunquam deficere, ait Dominus. Vnde D. Bern. *ſermon. 4. in, Qui habitat.* Quid eſt (inquit) quòd inceſſanter orantes & ſupplicantes, non poſſumus ad eam, quam deſideramus gratiæ abundantiam peruenire? Putatis, quia auarus, aut inops factus eſt Deus; impotens, aut inexorabilis? Abſit hoc. Sed ipſe nouit figmentum noſtrum. Quia dum adhuc infirmi ſumus, oportet ipſa bona gratia temperari, ne fortè elationis, aut indiſcretionis vitium incurramus. non tamen à petitione propterea ceſſandum eſt; quia etſi non dat ad ſatietatem, dat tamen ad ſuſtentationem, etſi cauet nobis à feruore nimio, tamen fouet nos tanquam mater calore ſuo. Hæc Bernard.

*Orandi ſtudiū tunc cœptum.*

*Luc. 18.*

*Cant. 3.*

*S. Ambr.*

*S. Ephrem.*

*S. Aug. Sancti in cælo adhuc orant.*

*Orationes iaculatoriæ.*

*Cant. 4.*

*S. Ambr.*

*Hymni & cantus Eccleſiaſtici.*

*S. Ephrem.*

*Orandum iugiter.*

*S. Bern.*

*Quomodo ſemper orans exauditur.*

6. Dei nomen Iehouah raro, aut nunquam (ſumma erat religio) Hebræi pronunciabant; in lamina tamen aurea extenta per frontem geſtabat illud Pontifex cùm ad altare Dei veniret; de quo bene id obſeruatur à D. Hieronym. *Epiſt. ad Paulin.* Super pileum in fronte additur, & totam Pontificis pulchritudinem ſanctum Dei nomen coronat & protegit. At nunc, non vt tunc, cœptum eſt, in lege gratiæ oleum effuſum nomen tuum, *Cant. 1.* Sacroſanctum Domini Ieſu nomen vbique ſcriptum vt legatur, vbique diffuſum, vt ſuæ fragrantiæ ſuauitate ſentiatur, inuenitur. Nomen iſtud per omnes gentes Paulus vas electionis portauit, portarunt Apoſtoli; portarunt pro illo ſua tormenta martyres, portant in illo ſuæ

*S. Hieron.*

*Cant. 1.*

*Ieſu nomen vbique diffuſum.*

*Act. 9.*

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

carnis fragilitatem, & vitæ miſerias iuſti, portant ad illud ſuam illibatam pudicitiam virgines; ſua ſtudia, curáſque coniugati. Hoc admirabili, & omnem excedente pulchritudinem ornamento adornare dignatus eſt clementiſſimus Ieſus ſeruum ſuum dilectiſſimum, & ſanctiſſimum Ignatium de Loiola, cuius ſocij ac filij in Pauli Apoſtolorúmque prædicationis munus ſubrogati à Domino venerandum ac ſuauitate dulciſſimum portant nomen Ieſu. Non alienum; ſi accommodem: *Honorabile nomen eorum coram illo*, Pſalm. 71. Nec enim nos ſimul cum parente, & autore noſtro Ignatio aliud nomen habemus, quàm quod eſt honorabile nomen, ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur; Hebr. habetur: ויקר דמם בעיניו *veiequar Damam beghenaiv.* Et pretioſus erit ſanguis eorum in oculis eius: nam ſimul cum nomine Ieſu ſanguis datus eſt Ignatio, quo ipſe beatiſſimus Pater, & omnes tanti Patris filij ditamur, atque ornamur. Sanguis eorum: vt iſtum ſanguinem Domini, redemptionémque portemus ad gentes, vt pro iſto nomine noſtrum ſanguinem libenter profundamus, vt tam immenſam nominis Ieſu dignitatem non gratis, ſed cum ſanguinis debito coniunctam ſuſcipiat Societas Ieſu. grandis quidem honor nobis à Domino Ieſu confertur, ſed grande quoque onus imponitur: bellè tamen Societas Ieſu calicem ſalutaris accipit, effunditque; quia nomen Dei inuocat, in quo fiducialiter aget; & non timebit.

*Ignatius ſocietatis Ieſu fundator.* — Pſal. 71. — *Nomē & ſanguis Ieſu in Ignatio.*

7. L X X. vertunt: Iſte ſperauit inuocare nomen Domini Dei; οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ θεοῦ. quod cur ita verterint, non facilè dictu eſt; quorſum enim, aut vbi verbum, *ſperauit*, in fonte reperitur? niſi fortè dicas reddi hunc ſenſum; ſperauit per inuocationem, hoc eſt, per religioſum Dei cultum ſe à malis liberatum iri, & quæcunque optaret, ac peteret à Deo, bona facilè conſecuturum; vt rectè coniicit noſter Pererius. Vnde colliges quanta vis inſit orationi, vt in qua certò & firmiter ſpes omnis cum Deo feliciter agendi collocanda ſit. Hanc verſionem paſſim leges apud Patres, quippe qui lectioni L X X. interpretum Græcæ ſtudebant. Sic D. Hier. *in 5. Epiſt. ad Galat.* Enos ob principalem in Deum ſpem, & inter cæteros eminentem, ſperaſſe ſcribitur inuocare Dominũ Deum, Non quòd & Abel & cæteri deinceps Deum non ſperauerint inuocare; ſed quòd ex ea parte vnuſquiſque appelletur, quam vel maximè habet. Nota quo potiſſimum diſcrimine ſeparentur iuſti ab impiis in hac vita; quòd illi ſint vincti ſpei, ſpe viuant, ſpéque accenſi Deum inuocent, ad Deum clament; vt quibus terra nihil aliud ſit, quàm ergaſtulum, & vita exilium. Peregrinantur enim à Domino, ſoláque Dei ſpe mundum in maligno poſitum; & Deo, ac Dei ſeruis contradicentem patienter ferunt; & impenſius anhelant ad patriam & ad Patrem, qui abſterget omnem lacrymam ab oculis eorum. At improbi de ſpe bonorum cæleſtium deiecti, ſolùm in terra, terræque lutulentis bonis ſuam omnem ſpem collocarunt. In hac eadem interpretatione perſiſtens Philo Hebræ. *lib. de Abrahamo*, ita diſſerit. Quoniam principium parandorum bonorum ſpes eſt, etiam hanc tanquam publicam viam oſtendit, & aperit anima veri boni ſtudioſa, quæ primum amicum ſpei nominat hominem, vocabulum totius generis commune tribuens ei per excellentiam. Nam Chaldæi hominem Enos vocant; ac ſi ſolus verè homo ſit, qui res bonas expectat, & bona ſpe ſe ſuſtinet. Vnde manifeſtum eſt, quòd ſpe carentem, non hominem exiſtimat, ſed beſtiam humana forma præditam, cui deſit ſpes proprium ornamentum humanæ animæ. Quamobrem cùm vellet egregiè laudare hunc bene ſperantem, poſtquam dixit: Hic ſperauit in Patrem, & in factorem omnium; ſubiecit. Hic eſt liber generationis hominum; quamuis iam, & patres, & aui quidem erant. Nec minus rectè librum generationis veri hominis dixit, quandoquidem ille bene ſperans celebratione, memoriáque dignus eſt non in chartulis corrumpendis, ſed in immortali natura penes quam ſunt commentarij virtutum omnium. Hactenus Philo egregiè ſpem, & ſperantem hominem ſcilicet ſublimia & æterna commendat. Similiter Proc. Alia (inquit) lectio habet: Sed hic ſperauit appellari nomine Domini Dei; id eſt, dici filius Dei. Omnes ſiquidem, qui ex Seth generis originem ducebant, fuerunt iuſti, appellantúrque filij Dei. Sic ille. Poſtremò ſecundùm alterum ſignificatum verbi *chalal*, profanare, legunt aliqui ex Hebræis: Tũc profanatum eſt, aut pollutum eſt nomẽ Domini; hoc eſt, tunc primò cœptus eſt idolorum cultus, principale ſcelus generis humani, vt vocat Tertul. Quo nomen veri Dei polluitur, veraque illius profanatur, ac deſtruitur religio. Hanc potiùs lectionem amplectuntur hæretici. Tunc profanata eſt inuocatio nominis Domini: egregiè tunc cœptum eſt, quòd nos aut multis abhinc iam ſeculis abolitum inſtauratis; aut illius profanæ gentis impietatem ſacram rectámque conſeruatis, & continuatis; cùm veſtra impietas bellum planè ſatanicum contra ſacras Chriſti Domini, ſemper Virginis Deiparæ, Sanctorúmque imagines: deinde aduerſùs ritus, cæremonias, preces, ſupplicationes, & quod omnẽ excedit improbitatem, aduerſùs ſacroſanctum myſterium Miſſæ, in quo ſita eſt Chriſtiani nominis gloria, indictum habet. Cæterùm iſtam ſignificationem verbi, *chalal*, vt hoc loco incongruam, & alienam, explodunt doctiores. agitur enim de pietate, ac religione Enos, iuſtorúmque proſapiæ, non autem de Caini damnatæ poſteritatis impietate, & abominabili idolorum cultu: veriuſque habetur inter peritiores, tam nefandum huiuſmodi ſcelus, non niſi poſt diluuium in orbe apparuiſſe.

Perer. — *Spes in Deum firma iuſtorũ typus.* — S. Hieron. — Philo. — *Spes ornamentum hominis.* — Procop. — Tertull. — *Hæretici contra omnem pietatem inſaniunt.*

8. Ac fortaſſe quidem haud caret myſterio, poni verbum, ex quo duo iſti ſenſus patiuntur, an vno eodémque tempore duo in mundo ſummè contraria extiterunt, pietas Enos, & impietas Cainitarum: hinc pij, inde impij; illi pro Deo, illi contra Deum armati? Et vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Vbi infernus excogitauit ac docuit idololatriam; ibi cælum homines edocuit nouam, & publicam formam colendi precandíque Deum per ritus, cæremonias, altaria, templa, ſupplicationum pompas, ac verbi Dei ad populum fidelem conciones. Conſueuit enim Dominus, & ſuo honori cõſulens, & animarum ſaluti proſpiciens tunc apponere antidotum, ac medicum mittere, vbi lues aliqua vitiorũ latiùs dominatur. Sic Prophetas mittebat, cùm maior erat in populo Hebræo corruptela morum. De-

*Opportuna medicatio vitiorum.*

múmque

númque cùm venit plenitudo temporis, vbi ſcilicet abundauit delictum, miſit Deus Filium ſuum. Quod ita explicat Autor imperf. *in Matth. homil.* 1. Quandiu gens Iudaica, quamuis ſub peccatoribus, tamē Iudaicis regibus tenebatur, Prophetæ mittebantur ad remediū eius. Qualis neceſſitas, tale & auxilium. Nunc autem quando lex Dei ſub poteſtate regis iniqui tenebatur, id eſt, iuſtitia Dei ſub dominatione Romana premebatur, naſcitur Chriſtus, quia magna, & deſperabilis infirmitas medicū artificioſiorē quærebat. Sic ille. Nullum viro iuſto, vt bene de Deo mereatur, opportunius tēpus eſt ad pietatē verbis prædicandam, & exemplo vitæ (quod multo potentius eſt) virtutis opera commendanda occurrit: quàm cùm improbitas vitioſorū ſeſe magis effundit, & amplius dominatur. Hoc eſt confiteri Dominum Ieſum coram hominibus, non erubeſcere Dominum, imò periclitari pro Domino. Locus eſt egregius ad propoſitum argumentum ex Ierem. 38. Iudæi principes verbum Domini, & illius prophetam Ieremiam impiiſſimo perſequentes odio; Prophetam, ne Dei verba populo annunciaret, dimiſerunt in lacum, vt ibi fame periret. Sed Abdemelech Æthiops Prophetam extraxit è lacu, & cibo refecit. Quē locū ſic D. Ambroſ. *lib. 2. de Spiritu ſanct. cap.* 11. interpretatur. Ieremiam de lacu Iudaicæ domus, ille aſſumptus à Domino Abdemelech pannis & funibus eleuauit. Verbum enim propheticum deſpiciens in lacum demerſerat populus Iudæorum: nec quiſquā inuentus eſt de Iudæis, qui leuaret Prophetam: ſed vnus Æthiops Abdemelech: in quo nomine figura pulcherrima eſt. Quia ſermonem propheticum, quem Iudæi, velut in cœnum ſuæ mentis carniſque detruſerant, nos videlicet ex gentibus peccatores nigri antè delictis, & quondam infructuoſi eleuauimus de profundo. Scriptum eſt enim Pſal. 68. *Æthiopia præueniet manus ſuas Deo.* In quo ſanctæ Eccleſiæ ſpecies ſignificatur, quæ ait Cant. 1. *Nigra ſum, & decora.* Nigra quidem, exercitij ſui puluere: nigra ergo dum præliatur, decora dum victoriæ ſuæ inſignibus coronatur. Hæc Ambr. Bonus Æthiops, qui ſe vnū pro ſancto Propheta, pro verbo Dei, pro ipſo Deo contra principes Iudæorum etiam cum capitis ſui diſcrimine oppoſuit. Prophetámque è lacu extractum, & cū Propheta ſimul verbum Domini in libertatem vindicauit. Ah quam multi nunc Æthiopes in miſerrima ſeruitute degētes pietatem Chriſtianam, cælique regnum malè ſpretum, turpitérque derelictum pulcherrimo latrocinio furantur. Peropportunus locus hic eſt ad commendationem S. Franciſci, atque ipſius ſacræ familiæ virorum pietate doctrináque præcellentium: qui pannis & funibus è lacu Prophetam eduxerunt, ſcilicet pannoſis ad ſummam paupertatem, & rerum humanarum contemptum amiculis viliter induti, atque horrētibus nodoſa ruditate funibus ſuccincti, verbum Dei, vocem Dei, cauſam Dei, pietatem, virtutem, ferè illo ſeculo ſubmerſam, & a mundo damnatam ergaſtulis, aſſeruerunt in libertatem; in lucem, in gratiam hominum, quorum incredibilis toto eſt orbe à vitiis ad Deum facta commutatio.

Aut. imp.

Chriſti aduentus perop-portunus.

Ierem. 38.

S. Ambr.

Certandum pro Deo contra impios.

Pſal. 67.

Chriſtianus præfertur Iudæo.

Cant. 1.

Æthiopum apud nos pietas.

S. Franciſci habent admirabiles.

9. *Surgent Niniuitæ in iudicio*, ait Dominus. Mirum eſt, quod audierint, vti Prophetam Dei, hominem externum Hebræum, excidia minantem, cur non indignari, quòd ad Niniuen diuerteret; quòd Hieroſolymam, Samariam, milléque alias gētium ciuitates non aggrederetur, in quibus non pauciora, nec in minora fortaſſe reperirētur ſcelera? At omnibus poſtpoſitis verbū Dei audiunt, Prophetam excipiunt, pœnitentiam agunt, ſoláque Niniue tunc in toto orbe, cùm omnes penè mortales in omni flagitiorum genere volutati, nec de cælo, nec de Deo, quicquam cogitarent; in luctu & ſqualore Deum precatur. Et, vt ait D. Hieron. in 3. *Iona*. Ad ieiunium ſaccum copulat, vt inanis vēter, & habitus luctuoſus ambitioſiùs Dominum deprecetur. Sic Hier. Ergo qui Chriſtum confitetur corā hominibus, cùm alij epulātur, ille ieiunat: cùm alij ridēt, ille deplorat: cùm alij ſerico & auro irradiant, ille cilicio conſtringitur: cùm alij indulgenter carnē enutriunt, ille corpori ſuo mortificationem Domini Ieſu circumfert: cùm alij mundanæ gloriæ faſtus, & honorum auras aucupantur, ille ſtudet abiectus eſſe in domo Dei ſui: cùm alij terræ diuitiis inhiant, ille probroſam Chriſti paupertatē imitatur. Meminerit vnuſquiſque qualem ſe in Baptiſmo exhibuerit, renunciauit quidem mundo, carni, ac diabolo nomen ſuum militæ Chriſtianæ dedit, bellaturum ſe aduersùs vitia profuilit, & pro Deo contra diabolum in vita & in morte ſtrenuum ſe militem præbiturū. Nam vt egregiè aduertit D. Greg. Nazian. *Orat. de Baptiſmo*: Baptiſmus eſt ſecundæ vitæ purioris præſtātiuriſque inſtituti pactum cum Deo initum, peccati diluuium, ſplendor animarum, vitæ in melius commutatio, ſpiritus affectatio, vehiculum ad Deum, peregrinatio cū Chriſto, clauis regni cæleſtis. Sic Nazianz. Illud vnum mouuerim ex D. Ambroſ. propriam Chriſtiano homini militiam eſſe decertare cū vitiis, quæ ſi vincat, ſummam ſibi parit gloriam; ſi vincatur, ſummā contrahit ignominiā. *Hæc eſt* (inquit) *victoria, quæ vincit mundum fides noſtra*, 3. Ioa. 5. melius cōfligitur cum vitiis, quàm cùm ſine vlla cōflictatione dominantur. Melius eſt, inquam, bellum cum ſpe æternæ pacis, quàm ſine vlla liberationis cogitatione captiuitas. Sed ſi, quod abſit, illius tanti boni ſpes nulla eſſet: malle debuimus in huius cōflictationis moleſtia remanere, quàm vitiis in nos dominationem nocentis reſiſtendo permittere. Sic Ambr. Nota quanta ſit turpitudo vitiorū, & quàm ignominioſa captiuitas eorum, qui abiectis Chriſtianæ militiæ armis certandi moleſtiam pertæſi in mancipia ſe vitiis dediderunt.

Matth. 12.

Niniuitarum pœnit. mira.

S. Hieron.

Bonorum, & malorū diſpar ſtudium.

S. Nazianz.

Baptiſmi affectus admirabiles.

S. Ambr.

3. Ioan. 5.

Militia Chriſtiana contra vitia.

10. Denique (vt nihil indiſcuſſum relinquamus) verbum חלל *chalal* vulnerari & occidi etiā ſignificat. Et quidem appoſitè, ſibi enim profani homines, ac vitioſi, tormento, vulneri, dolori, mortui ſunt; nec delicias hauriūt huius ſeculi à miſeriarum felle defæcatas: deliciantur quidem, ſed ſimul illacrymantur; ſub ſentibus delicias computāt, vt dicitur *cap. 30. Iob.* vbi D. Greg. 20. *moral.* memorās ridicula illa ſuſpiria Hebræorū, qui manna faſtidientes, ad ollas, pepones, cepas Ægypti animo recurrebāt: ſic ait. Quid ſignatur per ollas carnium, niſi carnalia vitæ opera in tribulationū doloribus quaſi ignibus excoquēda? Quid per pepones, niſi terrenæ dulcedines? Quid per porros, & cepas exprimitur, quæ plerumque, qui comedūt lacrymas emittunt, niſi difficultas vitæ præſentis, quæ à dilectoribus ſuis, & nō ſine luctu agitur, & tamen cū lacrymis amatur? Manna igitur deſerentes, cū peponibus ac carnibus porros, cepáſque quæſierunt; quia videlicet perverſæ mētes dulcia per gratiā quietis dona deſpiciūt, & pro carnalibus voluptatibus laborioſæ

Iob 30.

S. Greg.

huius vitæ itinera etiam lacrymis plena concupiſcunt. Ita Greg. Virgineus ille, & ſupra omne quod creatum eſt ſanctiſſimus matris Dei ſpiritus exultans in Deo ſuo inter alia cecinit; *Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes,* Luc. 1. Quicquid ergo ſit de hac vita, æternam appetunt, ſuſpirant, inquirunt Enos, & Enoſi filij, iuſtorum familia, confecti nunc ærūnis in ſqualore, luctu, fame, ſiti, afflicti & humiliati; ſed manet illos æterna patria, cæleſte regnum: principes conſcribentur in cælo, principes aſſidebunt coram Domino, accumbent cum Deo; eſurientes hìc, implebuntur illic bonis. Suſcepit (ait) Iſraël puerum ſuum, Iſraël confitentem, qui nomen Dei inuocat, qui ſpem ſuam in Deo collocat, quem in hoc mundo vocat, *Iſai.* 18. conuulſum, dilaceratum, & conculcatum. Atque iccirco ſpectantem ſcilicet ſempiterna gaudia regni cæleſtis. Nam (vt optimè aduertit D. Baſilius) qui contemnit humiliari, non poteſt ſaluari. Iſraël etiam, qui (vt Beda explicat) nomen fidei retinens habet oculos tendentes ad videndum Deum. Puerum ſuum; puritate morum, & pudicitia maximè infantem: hunc enim ſuum Dominus habet, præſertim poſtquam ex Virgine natus eſt homo. Vnde ſumma dignitas in caſtitatem, caſtóſque redundat. Quare optimè B. Leo *ſerm.* 1. *in Epiph.* monet. Diligite caſtimoniæ puritatem; quia Chriſtus virginitatis eſt filius. Adiungit Virgo Deipara; quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Mirum, quàm ſe Deus communem & beneuolum præbeat humilibus; & cùm in virgine propemodum infinita & clariſſima extiterint virtutum ornamenta, præcipuè Deus humilitatem illius reſpexit. Non enim dicit virginitatem, non pietatem, imò nec ipſam caritatem, ſed ſolam (inquit) reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Quid ad hoc dicitis, ô ſuperbi? Audite illud D. Ber. *lib. medit. cap.* 11. Suſpecta eſt

*Iuſti nunc afflicti cælo ſitiant.*
Luc. 1.
Iſai. 18.
S. Baſil.
Beda.
*Caſtitatis dignitas poſt Chriſtum.*
S. Leo.
*B. Mariæ virginitas & humilitas.*
S. Bern.

A Deo ſuperbia, & odioſa; nec fieri poteſt, vt cum eo in gratiam reuertatur. Diuerſum vtriuſque hoſpitium: nec in eodem cohabitant animo: quibus non licuit cohabitare in cælo. In cælo nata eſt; ſed veluti immemor, qua via inde cecidit, illuc poſtea redire non potuit. Hæc Bern. Contrà verò in virgine, in qua profundiſſima erat humilitas, Deus ipſe cum humilitate cohabitare potuit. Nec minus verè, quàm dictum à ſancto Leone fuit, dicere poſſumus: Diligite humilitatis virtutem, quia Chriſtus humilitatis eſt Filius. Arbitror etiam ſuperbiam à cælo depulſam in terras, iccirco etiam in cælum non rediiſſe, quia ſecurum, & amicum, & B ornatum, & honoratum in terris, ſcilicet in hominum animis, hoſpitium inuenerit: nihilominus aduersùs hoc monſtrum; Enos, & qui inuocant nomen Dei, qui ſe nobis mitem, & humilem exhibuit, humiles & humilitari perpetuò colluctantur. Denique non præteribo quod ſubtiliter obſeruat S. Auguſt. *lib.* 15. *de Ciuit. c.* 17. hiſce verbis. Seth reſurrectio interpretatur: Enos filius eius homo ſic interpretatur, vt hoc nomine non poſſe fœminam nuncupari periti linguæ illius aſſeuerent, tanquam filius reſurrectionis, vbi non nubent, neque vxores ducent; non erit ibi generatio, cùm illuc perduxerit regeneratio. C quare in his generationibus, quæ propagantur ex Seth, cùm genuiſſe filios & filias dicatur, nulla ibi genita nominatim fœmina expreſſa eſt. In his autem, quæ propagantur ex Cain, in ipſo fine quouſque protenditur, nouiſſima fœmina genita nominatur. Vbi elegánter ſignificatum eſt, terrenā ciuitatem vſque in ſui finem carnales habituram generationes. Hæc Aug. Igitur poſſeſſores, & amatores terræ, & carnis, ab illa oriuntur, & in illa moriuntur: de fœminis agunt, cum fœminis viuunt, fœminas imitantur, & cum fœminis effœminati peribunt.

*Superbia de cælo repulſa in terras.*
S. Aug.

## CAPVT QVINTVM.

1. HIc eſt liber generationis Adam. In die qua creauit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit illum.

2. Maſculum & fœminam creauit eos, & benedixit illis: & vocauit nomen eorum Adam, in die quo creati ſunt.

3. Vixit autem Adam centum triginta annis: & genuit ad imaginem & ſimilitudinē ſuam: vocauítque nomen eius Seth.

4. Et facti ſunt dies Adam, poſtquam genuit Seth, octingenti anni: genuitque filios & filias.

5. Et factum eſt omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus eſt.

6. Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos.

7. Vixítque Seth poſtquam genuit Enos, octingentis ſeptem annis, genuítque filios & filias.

8. Et facti ſunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus eſt.

D 9. Vixit verò Enos nonaginta annis, & genuit Cainan.

10. Poſt cuius ortum vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios & filias.

11. Factique ſunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus eſt.

12. Vixit quoque Cainan ſeptuaginta annis, & genuit Malaleel.

13. Et vixit Cainan poſtquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuitque filios & filias.

14. Et facti ſunt omnes dies Cainan E nongenti decem anni, & mortuus eſt.

15. Vixit autem Malaleel ſexaginta quinque annis, & genuit Iared.

16. Et vixit Malaleel poſtquam genuit Iared, octingentis triginta annis: & genuit filios & filias.

17. Et facti ſunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus eſt.

18. Vixitque Iared centum ſexaginta duobus annis, & genuit Henoch.

19. Et

19. Et vixit Iared poſtquam genuit A Henoch, octingentis annis, & genuit filios & filias.

20. Et facti ſunt omnes dies Iared nōgenti ſexaginta duo anni, & mortuus eſt.

22. Porrò Henoch vixit ſexaginta quinque annis, & genuit Mathuſalem.

21. Et ambulauit Henoch cum Deo: & vixit, poſtquam genuit Mathuſalam, trecentis annis, & genuit filios & filias.

23. Et facti ſunt omnes dies Henoch trecenti ſexaginta quinque anni.

24. Ambulauítque cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus.

25. Vixit quoque Mathuſala centum octoginta ſeptē annis, & genuit Lamech.

26. Et vixit Mathuſala, poſtquam genuit Lamech, ſeptingētis octoginta duobus annis, & genuit filios & filias.

27. Et facti ſunt omnes dies Mathuſala, nongenti ſexaginta nouem anni, & mortuus eſt.

28. Vixit autem Lamech centū octoginta duobus annis, & genuit filium:

29. Vocauítque nomen eius Noe, dicens: Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum, in terra cui maledixit Dominus.

30. Vixítque Lamech, poſtquam ge- B nuit Noe, quingentis nonaginta quinque annis, & genuit filios & filias.

31. Et facti ſunt omnes dies Lamech ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem anni, & mortuus eſt. Noe verò cùm quingentorum eſſet annorum, genuit Sem, Cham, & Iapheth.

## SECTIO PRIMA.

*Hic eſt liber generationis Adam. In die qua creauit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit illum. Maſculum & fœminam creauit eos, & benedixit illis. & vocauit nomen eorum Adam, in die quo creati ſunt. Vixit autem Adam centum triginta annis: & genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: vocauítque nomen eius Seth. Et facti ſunt dies Adam, poſtquam genuit Seth, octingenti anni, genuítque filios & filias. Et factum eſt omne tempus quod vixit Adā, anni nongenti triginta, & mortuus eſt. Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos. Vixitque Seth poſtquam genuit Enos, octingētis ſeptem annis, genuítque filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Seth nongentorū duodecim annorū, & mortuus eſt. Vixit vero Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. Poſt cuius ortū vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios & filias. Factíque ſunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus eſt. Vixit quoque Cainan ſeptuaginta annis, & genuit Malaleel. Et vixit Cainan poſtquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuítque filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Cainan nongenti decem anni, & mortuus eſt. Vixit autem Malaleel ſexaginta quinque annis, & genuit Iared: & vixit Malaleel poſtquam genuit Iared, octingentis triginta annis: & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus eſt. Vixítque Iared centum ſexaginta duobus annis, & genuit Henoch. Et vixit Iared poſtquam genuit Henoch, octingentis annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Iared nongenti ſexaginta duo anni, & mortuus eſt.*

HIc liber intelligitur idem, qui hactenus à Moyſe conſcribitur per quatuor priora capita, & eſt generationis Adam; nimirum, in quo cōtinuatur ſeries filiorū, & nepotum Adami, & generis humani multiplicatio. Deſcribitur ab ipſo mundi exordio, vſque ad diluuiū, per mille ſexcētos quinquaginta ſex annos. Cæterùm narratio non ducitur per filios Cain, aut per aliorum filiorū Adami, qui plures fuerunt, proſapiam. Liber eſt generationis Adā per ſobolē filij Seth. Ac de Cain, eiúſque poſteritate nulla deinceps fit mentio, nec in libro generationis Adā computantur Cain & eius poſteri. Peccatū enim peſtis eſt omnia, etiā in terris famā ac memoriam conſumēs. Simul cum patricidio ſuo Cain, & vniuerſa illius proſapia cōſepulta eſt. Sed audi S. Chryſoſtomum ad hunc locū: Docet nos, quòd generationes illas, quaſi reprobas factas, neque memoria poſthac dignetur; ſed ex Seth, qui nunc illi natus eſt, genealogiam orditur, vt ex hoc diſcas quantam Deus humani generis rationē habeat, & quomodo illos auer- C ſetur, quibus ſanguinarius animus eſt. Nam illorum memoriam, quaſi nunquam vixiſſent, ita ſilentio præterit, monſtrando nobis, quàm graue malum ſit peccatum, quod qui agunt, ſe primùm & maximè peſſundant. Ecce enim illi è catalogo expunguntur, & eatenus memoriam aſſecuti ſunt vt infametur eorū malitia, & poſterioribus ſeculis emendationis ſit occaſio. Ita Chryſoſt. Similiter Procop. quærens, cur proſapiam Caini Moyſes non ampliùs enarrauerit, ſed ſolius Seth, eiuſque filiorum ac nepotum inſtituerit chronologiam: Non enim (inquit) ſcire expetit Deus vitam impiorū, quibus in extremo die dicetur: Neſcio vos; non noui vos: at tanta cura fouet iuſtos, vt etiam horum capillos D in numerato habeat. Sic ille. Mirum in modum ſuorum iuſtorum memoria delectatur Deus, vt qui deſcriptos illos gerat in manibus, in quos defixum habeat cùm oculorum obtutum, tum cordis amorē. *Dominus de cælo proſpexit*, ait Pſaltes Pſal. 13. At quorſum? *Vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.* Hoc circūloquio iuſtum exprimit, vt videat iuſtum. Explicat verò S. Chryſ.

*Malorum memoria infamis.*

S. Chryſ.

*Peccatum omnia conſumit.*

Procop.

*Deus quanti iuſtos faciat*

Pſal. 13.

S. Chryſoſt.

Vt tanquam amicum amplecteretur, & vt iuſtum amaret; vt videat, an ſit ægrotus, qui quærat medicum; an pauper, qui requirat theſaurum; vt videat ſi eſt intelligens, vt cum eo tanquam cum prudente & intelligente diſſerat; requirens Deum, vt illum inueniat. Ita Chryſoſt. Hinc videas, quanto Deus iu pretio & in amore habeat iuſtum, & quæ ſit vera prudentia, & intelligentia, nimirum virtni em ſequi, requirere Deum;

*Iuſtus verè prudens.*

& quidem Deus cùm ſit ipſamet ſapientia, ſi colloqui, ſi agere volet amicè cum hominibus, vtique cum ſapientibus, & prudentibus conuerſabitur, non cum ſtultis. Prudentes autem iidem omnino ſunt, atque pietatem colentes; de Deo,

B

déque animæ ſalute impenſiſſimè curantes. Forsè illud, *proſpexit*, ſignificat, quàm rarus ſit in mundo iuſtus; iccirco etiam numero ſingulari ponitur, *intelligens*, *requirens*; & particula, *ſi*, dubitationem innuit; an fortè inueniatur? Simile quid apud Salomonem legimus Prouerb. 1. *Audiens ſapiens ſapientior erit, & intelligẽs gubernacula poſſidebit.* & infrà, *Sapientiam ſtulti deſpiciunt.* Vbi Venerabilis Beda: Notandum quòd ſapientem ſingulari numero; ſtultos deſcribit plurali, quia plures ſunt ſtulti. Notauerim illud, *gubernacula*, nimirum quia iuſtus, vt verè ſapit, ſi nauem ſuam rectè dirigit, non vno tantùm, ſed pluribus inſiſtit gubernaculis; nec enim ſe habet vt ſtulti, & iniuſti ventis, & vndis commiſſi; quò ſors & fortuna fert, & rapit impetus appetitionum, ruunt miſeri, alliduntúrque. Deinde obſerua illud, *audiens, ſapiens*, etſi quis ſapiens habeatur, audiat, fortè obediat, audire enim pro obedire plerunque ſumitur: vt ita ſapientior euadat. Quanta verò ſit obedientiæ vis ad ſapientiæ incrementum, ſcitè admodum obſeruauit D. Ambroſ. *lib. de parad. cap.* 11. agens, cur præceptum Dominus Adamo impoſuerit. Ergo (ait) quia Deus ſciuit infirmum te eſſe ad iudicandum, voluit obedientem eſſe mandato, ideo præceptum poſuit; quòd ſi non præuaricatus eſſes, periculum incerti iudicij incidere nequiuiſſes. Sic Ambroſ. Quocirca iuſtus & intelligens gubernacula

*Prouerb. 1.*

*Beda.*

*Iuſtus in cælum nauigat.*

*S. Ambr.*

*Obedientia ad ſapientiã confert.*

D

poſſidet, ac proram dirigit in cælum; eò namque dum curſus intenditur, aut naufragium, aut error etiam in ſalo procurrenti non poterit obuenire. Rapiuntur enim (adiungit Ambroſ.) ſæpe in paradiſum iuſti. rapieris in paradiſum, vt poſſis diiudicare omnia. Vnde Adamum (ait) poſuit Deus contra paradiſum, ne memoriam eius poſſit abolere.

*Sapiens in cælum reſpicit.*

a. Porrò autem repetitur ex primæua creatione Adami quod ſequitur, *In die quo creauit*, &c. *Et vocauit nomen eorũ Adam.* Aduerte viro, & fœminæ vnum à Deo nomen inditum, id eſt (ait D. Hier. *de quæſt. Hebr.*) Homo; ſiquidem hominis nomen tam viro, quàm fœminæ conuenit. Licèt autem Adam, vti apud Latinos homo, vtrique ſexui adaptetur, pro præſtantiore tamen ſignificato, hoc eſt, viro crebriùs accipitur; & nomen Adam pro illo primo viro, à quo eſt totum humanum genus propagatum. Adam igitur homo eſt terrenus, vel rubra terra, vel indigena; quæ omnia æqualiter viro ac mulieri conueniunt. Hoc autem nomen illis Deua, & non aliud ſpecioſius indidit, vt ab ipſo, quo nuncupantur, nomine perenniter commonefacti modeſtos ſe atque humiles, ac Deo obſequentes exhibeant; quippe terrenos, fragiles, luteos, mortalea, de terra ſumptos ſe agnoſcat, atque euidentiùs exinde nobis ſuam Deus commendaret carita-

*S. Hieron.*

*Homo vilem ſe agnoſcat.*

A

tem, qui noſtram hanc, ita luteam, & abiectam naturam aſſumpſerit. In quo enim (ait D. Bern. *ſerm. 1. de Epiphan.*) magis commendare poterat benignitatem ſuam, quam ſuſcipiendo carnem meam? Quid tantopere declarat eius miſericordiam, quam quòd ipſam ſuſcepit miſeriam? Quid ita pietate plenum, quàm quòd Dei verbum propter nos factum eſt fœnum? Domine, quid eſt homo, quia reputas eum; aut quid apponis erga eum cor tuum? *Iob* 7. Hic attendat homo, quanta ſit cura eius Deo. Nun interroges ô humo ea, quæ pateris, ſed quæ paſſus eſt ille. Quanti te fecit ex his, quæ pro te factus eſt,

*S. Bern.*

*Dei charitas in incarnatione.*

*Iob 7.*

B

agnoſce; vt appareat tibi benignitas eius ex humanitate. Quanto enim minorem ſe fecit in humanitate, tanto maiorem exhibuit in bonitate. Et quanto pro me vilior, tanto mihi carior eſt. Sic Bern. nec maius, nec dulcius quicquam pro commendatione diuini amoris erga homines, aut fieri, aut dici poſſet. Sed adhuc latet myſterium in nomine Ipſo. Adam, vocauit nomen eorum Adam, vocauit eos Adam, homo ambo dicuntur à Deo, non homines; quaſi ambo non ſint plures, ſed vnus ob coniugium; erunt enim duo in carne vna. Deinde vel maximè propter amorem mutuum; vbi enim amor eſt, ibi non pluralitas, ſed vnitas inuenitur. Vis certò co-

*Coniugum vnus amor.*

C

gnoſcere an quis in virtutis ſtudio proficiat? Vide quos habeat progreſſus in caritate Chriſtiana, quæ ſumma virtutum eſt. Deinde vt incrementa caritatis deprehendas, ad vnitatem recurre; quod eleganter expreſſum eſt *Prouerb.* 1. vbi agitur de fructu ſapientiæ; nimirum: Vt detur paruulis aſtutia, adoleſcenti ſcientia, & intellectus. Igitur Beda exponit: Paruuli dicuntur ſenſu ſimplices, adoleſcentes in fide, & opere proficientes; paruulos dicit eos, qui nuper ſapientiæ aurem accommodare cœperunt; adoleſcentem, qui aliquantulum iã in eius auditione profecit. Et ideo fortaſſe paruulos plurali numero, adoleſcentem ſingulari appellat, quia doctrina ſapientiæ, quos diuerſis animi motibus, diuerſis viuen-

*Prouerb. 1.*

*Vnitas in caritate Chriſtiana.*

*Beda.*

D

di moribus deditos ſuſcepit, in vnam virtutis profectionem erudiendo prouehit, de quibus iure dicatur; multitudinis credentium erat cor vnum; & anima vna, *Act.* 4.

*Act. 4.*

3. *Vixit autem Adam*, &c.) Ex his verbis, & ex illis ad finem cap. 4. *cognouit quoque adhuc Adã*, &c. circa Abelis necem, & ortum Seth oritur grauis difficultas, quam breuiter ita explicabis. Adamus primum omnium filiorum habuit Cain, deinde Abelem, cuius nulla deſcribitur ſoboles, & fortè etiam cùm ſuppeteret ad coniugiũ fœmina, maluit ille virginitatem colere; præterea plures filios & filias habuit Adam ante necem Abelis. Quod ſic apertè colligitur. Occiſo Abele ſtatim natus eſt Seth, ad ſummum vno, vel altero anno poſt Abelem mortuum, quem mater à Deo pro Abele datum læta ſuſcepit, ne putaretur filiorum ſuorum interrupta procreatio. Atqui Adamus cùm natus eſt Seth, erat centum triginta annorum. Ergo Abel circa centeſimum ætatis Adami fuit occiſus; atque adeò toto illo tempore poſt ortum Abelis, vſque ad illius necem, cùm fluxerint pluſquam centum & viginti anni, hauddubiè complures nati ſunt filij & filiæ Adamo; nullum enim tunc generari eſt prorſus incredibile. Vide Caiet. & Perer. *lib. 7. in Geneſ. 4. verſ. 25. Genuit filium ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam.* Quod multos habet ſignificatus. Primò intelligitur ſimilitudo iſta in natura

*Adamus plures habuit filios.*

huma

humanæ; genuit homo hominem. Item ſecundùm eandem acceptionem, qua ſuperiùs imago & ſimilitudo explicata nobis eſt c. 1. quoad vim intelligendi, & arbitrij libertatem. Vel ſermo eſt de ſimilitudine in moribus, ac pietate.

*Seth optimè inſtitutus ab Adam.*

Adam poſt pœnitentiam vir iuſtus & piiſſimus erga Deum genuit ſimilem ſuæ vitæ, ac probitati filium; talẽ enim inſtruxit atque erudiuit, vt alter Adamus eſſe videretur.

S. Chryſ.

Quo ſenſu ait D. Chryſ. *homil.* 21. ſecundùm imaginem, id eſt, eorundem morum quibus ille qui genuerat præditus erat; & qui operibus mores paternos exprimebat, qui reparare poſſet ſua virtute prioris peccatum. *Secundum imaginem*, &c. De ſtatu animæ, non de picturis corporalibus loquitur. Sic Chryſoſt.

Lyra.

Lyra ſimiliter: ad imaginem, id eſt, perfectum in cognitione Dei, ac more, ſicut eum docuit Adam, diſtinguendo eum per hoc à Cain, & eius poſteritate. Quàm ſit efficax parentum inſtitutio ad erudiendum filium, maximè cum tenellus adhuc facilè quoquouerſum flecti poteſt, ipſa quotidiana experientia docet; ab vnguibus Leo, à lacte vir iuſtus euadit; primos ſemper, quos imbibit, lana colores retinet; adeò facile eſt pueri mentem, quò parens volet, inflectere; vti aquulã hortorum irriguam digito hac illac deducere.

*Filiorum optima inſtitutio.*
Prouerb. 1.

Pulchrè Salom. Prouerb. 1. *Audi fili diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.* At quis inde fructus? Sequitur; *vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.*

Caiet.

Caiet. exponit de felici euentu rerum omnium à primordio vitæ, aut operis cuiuſdam ad exitum vſque, vel vitæ vel ſuſcepti operis. Adiungendam (ait) promittit gratiam principiis conuerſationis eius, & apponenda ornamenta ſubſequentibus actionibus. Sic ille. Adiicit Salomon filium inſtituens: *Vt addatur torques collo tuo.*

Beda.

Quod ſic interpretatur Beda: Additur collo torques, cùm fulgore perfectæ operationis ſermo prædicationis, qui per collum procedit, confirmatur: aut ne contemni ab auditoribus debeat, in deficiente virtutum connexione docetur. Itaque iuxta Bedæ interpretationem videas filium à parentibus ſtudioſè & ſanctè inſtitutum adeò feliciter per omnem vitæ curſum procedere; vt tandem impium, & verè Christianum prædicatorem euadat, qui verbo, & exemplo ad virtutem promoueat auditores; quæ quidem omnia tanquam accepta referenda ſunt primææ piorum parentum eruditioni.

*Vnde naſcitur egregius prædicator?*

4. Quid longiùs quæram teſtimonium? Adam probè filium Seth erudiuit; qui patrem imitatus filium Enos ita inſtituit, vt is non iam ſimilitudinem patris Seth gereret, ſed alter Deus eſſe ab omnibus videretur; Deum enim ob excellentiam morum, & vitæ admirabilem ſanctitatem, vt iam docuimus, Enos filium Seth gentes illius ætatis appellabant.

*Cur Seth ſolus ad imaginem Adami genitus dicatur?*

Rogabis quare cùm Cainum, aut Abelem progenuerit Adam; non dicatur genuiſſe ad imaginem & ſimilitudinem ſuam? Ea potiſſimum occurrit ratio, quia Caini poſteritas diluuio abſumpta periit. Abel nullam reliquit. Cęterorũ etiã liberorũ ſoboles, imò ne ipſa quidem nomina memorantur; at ſolius Seth commendatur ortus, nomẽ, mores, ac vita; quippe in quo vno conſeruanda eſſet poſteritas Adami: & à quo etiam poſt diluuium proſeminandum eſſet, ac propagandum genus humanum, ſcilicet per Noë illius nepotem.

Rabban.

Rabbanus aliter explicat ad myſticum ſenſum diuertens. Nota (inquit) quòd Adam ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus eſt; homines autem ad ſimilitudinem Adę facti ſunt. Addiderim Rabbano; Genuit Adã filium, non quidem ad ſimilitudinem Dei, quam peccando amiſerat, ſed ad ſuam, quam induerat, per peccatum; quare ſicut a Deo innocẽte, & immortali factus Adã eſt innocens, & immortalis; ita poſtquam à Deo deſciuit, eiuſque ſimilitudinem exuit, peccator ac morti obnoxius filiũ ſibi ſimilem, peccator peccatorem, mortalis mortalẽ, ac deinceps totam ea labe infectam, & pœnæ addictam poſteritatem proſeminauit.

*Ab Adamo peccatorum ſoboles.*

Ex quo etiam illuſtriùs commendatur Dei miſericordia.

S. Bernard.

Suſcepit (ait D. Bern. *ſerm.* 1. *de Epiphan.*) carnem meam, meam (inquit) non carnem Adam, id eſt, non qualem ille habuit ante culpam. Sic Bern. Intellige tamen carnem Domini, etſi ab Adamo peccatore proſeminatam, nulla tamen fuiſſe labe infectã, vt quæ ex matre virgine prorſus immaculata, & ab omni etiam originali reatu libera fuerit, obũbrante Spiritu ſancto, producta, & perſonæ diuini Verbi adunita.

1. Cor. 15.

Quocirca rectè Paul. 1. Corint. 15. *Primus homo de terra terrenus; ſecundus homo de cœlo cæleſtis, qualis terrenus, tales & terreni; & qualis cæleſtis, tales, & cæleſtes, igitur ſicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ cæleſtis.*

*Chriſtus Adamum reformauit.*
S. Hieroſ.

Atque inprimis obſeruat S. Hier. cur Dominus noſter Ieſus Chriſtus dicatur homo de cælo cæleſtis. Quia (inquit) nõ humanæ fragilitatis ritu, ſed diuinæ maieſtatis nutu & conceptus eſt & enixus.

S. Chryſoſt.

At S. Chryſ. de actione intelligens: Adamus (ait) terrenus, hoc eſt, craſſus & affixus præſẽtibus. Sed qui eſt Dominus de cælo cæleſtis, dicit optimã vitæ inſtituendæ rationem: portemus igitur imaginẽ cæleſtis nempe vitæ agendæ rationem quæ eſt in cælis. Ita Chryſ. Igitur Adam, quẽ vocat animalem, ac terrenum non modò, quia de terræ luto formatum, ſed potiùs quia peccatorem, & à ſimilitudine illa Dei in ſpiritu, & donis gratiæ decidentem in ſimilitudinem pecorinam peccati, ab honore (vt loquitur Pſaltes) in quo cùm eſſet non intellexit, comparatum iumentis, & ſimilem factum illis; adueniens ſecũdus de cælo Adã, Deus homo reformauit in nouitatem ſpiritus: priùs enim (ſubiicit Paulus) non quod ſpirituale eſt, ſed quod animale, deinde quod ſpirituale.

D. Thom.

D. Th. hęc verba exponens citat illud ex D. Aug. Huius (inquit) ſignum eſt, quòd primogeniti antiquitus conſueuerũt eſſe animales, ſicut Cain ante Abel natus: Iſmaël ante Iſaac, & Eſau ante Iacob.

*Primogenitorum ignominia.*

Ex quo etiam ſatisfacies roganti, cur in Seth, non in aliis natu maioribus ſimilitudinem illam Adami in moribus pietatẽque erga Deum viſam Moyſes commendarit; quia reliqui fortaſſe animales, terrenique moribus, ſolus autem Seth ſpiritualis extiteſit. An hæc ratio etiam reddi poteſt, cur (vt tritum adagium eſt) primogenitus plerumque ſtultus habeatur? Ac proinde Dauid in regem à Deo creatus inter fratres minimus. Ioſeph vndecimus in Ægypti principatum erectus; Salomon ætate minor, quàm alij Regis filij à patre in regnum ſublatus legitur. Sed quidquid ſit de primogenitis hominum: primogenitus Dei, & virginis Chriſtus Ieſus, tota nobis & vnica ratio eſt ſpiritalis vitæ, atque honoris.

Luc. 2.

Idcirco Luc. 2. ſcribitur de Virgine Deipara: *Peperit filium ſuum primogenitum.*

Beda.
*Chriſtus quomodo primogenitus virginis.*

Cuius loci optima explicatio traditur à Beda Venerabili ad hunc modum. Primogenitũ vocauit Dominum, non quia credendum ſit beatam Dei genitricem alios poſt eum peperiſſe filios, quam perpetua caſtitate vnà cum viro ſuo

Ioſeph

Ioſeph conſtat eſſe memorabilem; ſed ob id eum rectè primogenitum appellat, quia ſicut Ioannes ait, quotquot autem eum receperunt, dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri. In quibus filiis ipſe iure primatum tenet, qui & antequam naſceretur in carne Filius Dei abſque initio natus extiterat, & factus homo eſt ipſe primogenitus in multis fratribus, *ad Rom.* 8. Sic Beda *homil.* 2. *in Euang. Luc.* Proh admirabilem hominum fidelium gloriam! Deum patrem habemus, matrem ipſam Dei genitricem, fratrem primogenitum Christum Ieſũ Deum hominem. O dulcem Ieſum, noſtri verum amicũ, qui ſua nobis fecit omnia communia; & Patrem ſcilicet, & matrem; vt fratrem ipſum veneremur, & amemus.

Ad Rom. 8. Beda.

5. Pro conſequente generationum, quæ memorantur, ſerie obſeruãt Peret. & alij, neminem illa ætate ante diluuium generaſſe filium, quin iã excederet ſexageſimum annum, quã putant ætatẽ virilem hominum, tunc ad propè mille annos viuentium. Alij verò in plures iam annos prouecta progenuiſſe legũtur; vti dicitur: *Vixit Seth centum quinque annis, & genuit Enos.* Igitur manſiſſet Seth in virginitate, aut cælibatu, vſque ad centũ quatuor annos. Mihi eſt hoc incredibile, cum tantum vrgeret deſiderium, etiamſi præceptum nullum eſſet, de multiplicando hominũ genere, quò totus hominibus coleretur orbis. Fortaſſe nõ erit abſurdum ſi dicamus Seth (quod de cæteris ſimiliter dicendum) ætate ad coniugium matura viginti aut triginta annorum, operam dediſſe liberis, multóſque genuiſſe: at quia per illorũ ſobolem non eſſet poſt diluuiũ continuanda poſteritas Adami, & genus humanum propagandum, ſed ſolùm per Enos: ideirco reliquis ſilẽtio rectis, Enos natum refert. *Mortuus eſt,* &c. Hæc clauſula ſingulis apponitur, vt intelligamus ſententiã de morte latam Adamo, totiq; humano generi, certò & indubitatò effectum ſuum ſortiri. Mortuus igitur eſt Adam poſt exactam ſui ſceleris pœnitentiam, ac ſalutem animæ ſempiternam conſequutus eſt: quod idem de matre omniũ Eua eſt aſſerendum. Et quidem de Eua hoc dici poteſt. Forte Deus, cùm Eua peccauit, mulieri tamen pepercit, ne miſeram ſtatim damnaret; maximè quia miſericors eſt, tum etiam, quia iam in illa fœmina reſpexit Deus virginem, quam ſibi matrem futuram ob omni æternitate delegerat. Pulchrè enim dicitur a D. Fulgentio *ſerm. de laudib. Mariæ.* Maledicta Eua fuerat, quam nunc credimus per Mariam ad benedictionem gloriæ remeaſſe. Sic ille. Vbinam ſepulti fuerint, non eſt omnino certum, veroſimiliùs Abulenſ. & alij putaot in Hebron. Qua de re perdoctè ſcribit noſter Magal. *ad cap.* 14. *Ioſue.* Reſurrexit à limbo, cũ Chriſto Domino, & cæteris Patribus: at in cælũ corpore glorioſum aſcendiſſe non crediderim. Præſtat enim credere S. Brigitæ in ſuis reuelationibus. In quibus hæc omnino verba ſanctiſſimæ Virginis ad famulam ſuam leguntur. Seias, quòd nullum corpus humanum in cœlo eſt, niſi corpus glorioſum Filij mei, & corpus meum.

*Qua ætate coniugia prisca potant?*

*Adam & Eua beati in cælo ſunt.*

*Propter B. Mariam Eua Deus pepercit.*

Magallan.

*Sola corpora Christi, & mater glorioſa.*

---

## SECTIO II.

*Porrò Henoch vixit ſexaginta quinque annis, & genuit Mathuſalam. Et ambulauit Henoch cum Deo: & vixit poſtquam genuit Mathuſalam, trecẽtis annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Henoch trecenti ſexaginta quinque anni. Ambulauitque cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. Vixit quoque Mathuſala centum octoginta ſeptem annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathuſala, poſtquam genuit Lamech, ſeptingentis octoginta duobus annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Mathuſala nongenti ſexaginta nouem anni, & mortuus eſt. Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium, &c.*

1. DVplex Enoch memoratur. Vnus ille filius Cain, terræ, non cælo natus; alter iſte Enoch ex progenie Seth. Conſequenterque ille prior terræ voluptatibus, vt pater Cain, intẽtus, nihil de diuinis rebus aut cogitans aut curãs; contrà verò Enoch filius Seth & iuſti ſciunt ſe peregrinos longè factos à patria, pulſos hæreditate, (vt inquit D. Bern. *ſerm. de Epiphan.*) Vbi etiam hæc adiungit. Quiſquis deſolationem nõ nouit, nec cõſolationem agnoſcere poteſt. Quiſquis conſolationem ignorat eſſe neceſſariam; ſupereſt, vt non habeat Dei gratiam. Inde eſt quòd homines ſeculi negotiis & flagitiis implicari, dũ miſeriam non ſentiunt, nõ attendunt miſericordiam. Hæc Bernard. Adde, nec illam curant, aut æſtimant; vt quibus terra quàm cælum; corpus quàm anima; voluptas quàm Deus potior ſit. Malè quidam confundunt Enoch iſtum cum Enos filio Seth. Ergo Enoch admirabili fuit ſanctitate ſupra omnes, quotquot leguntur ad illam vſque ætatem in virtutis ſtudio floruiſſe.

S Bernard.

*Conſolatio diuina quibus detur?*

2. *Ambulauitque cum Deo.*] LXX. vertunt, placuit Deo. Thargum, ſeruiuit in veritate coram Domino. Chald. ambulauit in timore Dei. Aduerte apud Hebræos, *ambulare*, poſt Deũ, cum Deo, coram Deo, ire poſt Deum, ſequi Deum; idẽ eſſe, atque obtemperantem, acceptum, gratum, & carũ eſſe Deo, inculpatis moribus, vitæque probitate inſignem demonſtrari. Subtilis eſt obſeruatio Procopij ad hũc locum; vbi inter ſeptimũ diem, quo Deus à rerũ opificio quieuit, & Enoch in ſeptima generatione Deo ſanctè famulantem ſcrutatur latens myſterium. Deus (inquit) die ſeptimo quieti ſe tradidit, cùm abſoluiſſet vniuerſũ mundi opificium, & nunc ille idem Deus generatione ſeptima ab Adamo accipit veluti ſymbolum conſummationis ſeculi Enoch, vt primitias rationalis creaturæ; quia tulit eũ Deus. Hæc ille. Inſignis quidem laus Enoch: vt Deo tanquã ex toto modo primitiæ, ac munus gratiſſimũ, & appelletur, & reddatur. D. Greg. *lib.* 8. *moral. c.* 41. Similiter obſeruans ſeptimum ab Adamo natum Enoch. Ab humanæ (inquit) conditionis exordio in electa prole Enoch ſeptimus naſcitur, quia iuſtorum vitæ feſta dedicatio in fine ſeruatur. Enoch enim interpretatur dedicatio. Ita Greg. Itaque iuſtus Deo dicatus cæleſtia cogitans, terrena deſpiciens, ambulare dicitur cum Deo. Vnde D. Ber. *ſerm.* 1 *de purificatione B. Mariæ.* Ambulemus (ait) non ſecũdum carnẽ in carne, ne diſpliceamus Deo. Liberè ambulemus in ſpiritu; & in corde ſit conuerſatio noſtra. Idem *ſerm.* 49. *in Cant.* Ambulare (inquit) proficere eſt. Ambulabat Apoſtolus, qui dicebat, *Nõ arbitror me comprehendiſſe.* Et addit: *Vnum autem, quæ retrò ſunt obliuiſcẽs; ad ea, quæ antè ſunt, me extendo,* ad Philip. 3. Quid eſt

*Ambulare cum Deo quid ſit.*

Procop.

*Enoch hominum primitiæ.*

S. Greg.

*Iuſtorum finis feſtiuus.*

S. Bernard.

*Proficiendum in virtute.*

Ad Philip. 3.

eſt, vnum autem? Vnum autem (inquit) quaſi remanſit mihi ad remedium, ad ſpem, ad conſolationem. Quid illud? quæ retrò ſunt obliuiſcens, &c. Magna fiducia, quod magnum electionis vas perfectum abnuens, profectum confitetur. Ergo non ambulantem, ſed ſedentem, à mortis tenebris comprehendi periculum eſt. Et quis ſedens niſi qui nō curat proficere? Sic Ber. Locus eſt valde familiaris Paulo de profectu in virtutibus. Vnde ſic D. Hier. ad hęc verba Pauli; Hoc (inquit) vnū ſcio, quia quotidie proficio, & præteritum laborem non computans ad priora feſtino. Idem *ſuper Pſal.* 83. Quicunque ſanctus quotidie in priora extenditur, & præteritorum obliuiſcitur. Felix eſt qui quotidie proficit, qui non conſiderat, quid heri fecerit, ſed quid hodie faciat, vt proficiat. S. Baſil. *I poſt ad Chilon.* ſimiliter Venerab. Beda *in* 5. *Matth.* ad illa verba, *Beati qui eſuriūt*, &c. Apertiſſime (inquit) nos inſtruit, nunquam nos ſatis iuſtos æſtimare debere: ſed quotidianum iuſtitiæ ſemper amare profectum. Sic ille. S. Chryſoſt. ad locum Apoſtoli. Qui ſe (inquit) adhuc à meta abeſſe cogitat; is nunquam à curſu ceſſat. Hoc igitur & nos exiſtimare ſemper debemus, etiā ſi ſexcenta obiermus virtutis officia. Etenim ſi Paulus poſt ſexcentas mortes hoc ſecum putabat, nondum perueni, ſed adhuc curro, adhuc certo, hoc vnum ſpecto, vt aſſiduè proficiam: multo magis nobis faciendum eſt. Sic ille. Legimus Apoc. 22. *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, & ſanctus ſanctificetur adhuc.* Vbi S. Greg. 22. *Moral. cap.* 5. More (ait) viatorum nequaquam debemus ſpectare, quantum iam iter egimus, ſed quantum ſupereſt, vt peragamus. Denique D. Bern. *ſerm.* 1. *de aſc. & baſ.* Si reſpicis (inquit) ad ea, quæ habes; eleuaris in ſuperbiam, dum te aliis præponis; proficere negligis, quia magnum te habere arbitraris, & tepidius incipis deficere, & remiſſius agere. Sic Bern. Eleuatur quidem mente à terrenis, qui cum Deo ambulat: illius enim oculi ad ſuperna & cæleſtia ſemper intenti non capiuntur mundi illecebris. Nam fruſtrà iacitur rete ante oculos pennatorum, *Prouerb.* 1. Cuius loci élegans eſt apud Bedam explicatio, nempe: Pennas habent ſpei & caritatis electi; habent oculos mentis, per quos & mala quæ ab impiis ſuſtinent, ocius tranſitura: & bona quæ ſuſtinendo meruerunt, æternè manſura præuideant. Quibus oculis ſimul, & reproborum ſuperbiam citò conſummendam; & tormenta ſequentia ſemper manſura proſpiciunt. Anima noſtra, ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantium, *Pſal.* 123. Facile enim laqueos, qui in terra tenduntur, cauet, qui pennis virtutum ſubuectus conuerſationem habet in cælis. Hactenus Beda. At cauſantur homines amariorem virtutis viam, voluptatibus ineſcati. En ò vos ſtulti! vlla ne ſuauior voluptas, quàm ea, qua bona mens perfruitur, vbi iuge conuiuiū, læta feſtiuitas; etenim, vt pulchrè D. Ambr. *lib. de Cain. & Abel, cap.* 2. Feſtus dies Domini eſt, vbi perfectarum virtutum gratia eſt; ſolus itaque ſapiens hanc celebrat ſolennitatem, nullus alius. Ac fuit illud tempus cùm Dominus à commercio mortalium procul amotus ambulabat, vt canit Pſaltes, ſuper pennas vētorum, *Pſalm.* 103. Quod ſanè contingit, ait S. Bern. *in ſermone.* cùm electi eius dulcedinem, vel tenuiter attingunt. Id quidem priſcis Patrum ætatibus. Tunc enim admonebat Vates regius: *Intrate in conſpectu eius in exultatione: ſcitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus*, Pſalm. 99. Eundum ſcilicet hominibus erat, & ambulandum, vt Deum inuenirent, & alloquerentur. Intrate ad eum (ait) nimirum, vt optimè occurrit S. Petr. Chryſol. *ſerm.* 6. Quos ſcinderat reatus, quos expulerat conſcientia, gratia reducit, intromittit innocentia. Sic ille. At nūc nō homines ambulāt cū Deo: ſed Deus ipſe ambulat cū hominibus; deſcēdit enim ad terras, & cū hominibus cōuerſatur. Et quam dulciter. Tolle oculos in virginem Dei matrē; cū filio infantulo; quàm dulcis (adiūgit S. Petr. Chryſol.) in gremio, mitis in habitu, in noſtro contubernio blādus apparet: ergo ingreſſus; non pœnas iudicis metuas, ſed parentis præſumas amplexum. Sic ille. Non minùs dulcia ſunt, quæ a D. Bern. dicuntur *ſerm.* 1. *de Epiphan.* de hac eadem benignitate Domini ſaluatoris? Hæc ex multis appono: Quid timeam quando Saluator venit in domum meam? gaudere nos oportet, quòd in noſtra venerit: nunc enim facilis ad indulgentiam erit. Denique paruulus eſt, leuiter placari poteſt. Quis enim neſciat, quia puer facile donat. Sic Bern.

3. S. Chryſoſt. egregiè adnotauit ordinem verborum. Genuit Mathuſalem, & ambulauit cum Deo; & genuit filios. Ex quo colliges Henoch & in ipſo cōiugio, & ſuſceptis liberis ſanctum, carumque Deo, & ambulaſſe cum Deo. Audiant (inquit) viri & mulieres, & diſcant iuſti virtutem: nec putent nuptias in cauſa eſſe, quo minùs quis Deo placeat. Nam iccirco ſacra Scriptura ſemel, & iterum aſſignauit, dicens: Genuit Mathuſalem, & tunc placuit. Et idem geminat, ac repetit, dicens: Et placuit, poſtquam genuit; vt ne quis arbitretur obſtaculum virtutis eſſe coniugium, quia ſi ſobrij ſumus, neque educatio, neque coniugium, neque aliquid nobis oberit, quominùs placeamus Deo, Nam ſi nuptiæ, vel puerorum educatio impedimentum forent in virtutum itinere, nequaquam in hanc noſtram vitam nuptias introduxiſſet Dominus, vt ne temporalibus, & maximè neceſſariis nos læderet. Sed quia non ſolùm nihil nobis obſtat ad philoſophandum Deo, ſi voluerimus eſſe ſobrij, ſed & magnam affert conſolationem dum comprimit inſanum naturæ impetum, nec turbari quaſi mare ſinit, ſed efficit, vt ſcapha feliciter in portum appellat, & ideo conſolationem hanc humano generi tribuit. Hæc S. Chryſoſt. Vide quàm proprio nomine appellet ſanctiſſimus Pater coniugium, cùm illud nauigium dicit ab ipſo Deo extructum, quo mare concupiſcentiæ ardoribus efferueſcens ſecuri coniuges tranſmittant. Amor illis mutuus, & pax Dei, à quo ſunt coniuncti, ſummè nauigantibus eſt neceſſaria, ne litibus, diſcordiis, & odiis conuulſa nauis miſerabile naufragium faciat. Miror quòd nulla de Enoch virtute commendatio memoretur ante ſuſceptum coniugium, imò & ante genitos liberos. Atque eo mirabilior virtus Enoch extitit, quò ſtatus coniugij, & moleſta liberorum educatio nō modò virum iſtum non auertit à pietatis ſtudio, ſed acriores illi ſtimulos ad omnem virtutem impreſſit, vſque adeò; vt in matrimonio, & filios enutriens ambulare cum Deo dicatur, quod de ipſo Enoch continente, ac cælibe, & omnibus impedimentis libero non refertur. Neque verò quis ſuſpicetur Henoch temporarium fuiſſe in Dei obſequio, & virtutum de

Marginal notes (left column): S. Hieron. — S. Baſil. — Beda. — S. Chryſ. — Apocal. 22. — S Greg. — S. Bernard. — Prouerb. 1. — Beda. — *Salutaris de futuris cogitatio.* — Pſal. 123. — S Ambroſ. — *In ſola virtute feſtum agitur.* — Pſal 103. — S. Bernard.

Marginal notes (right column): Pſal. 99. — S. Petr. S. Chryſ. — *Deus cum hominibus conuerſatur.* — S. Bern. — *Ieſus puer in matris gremio.* — S. Chryſoſt. — *Coniugium virtuti non obſtat.* — *Coniugium à Deo extructum nauigium.* — *Mirabilis virtus Enoch in coniugio.*

demonſtratione. Nam rectè D. Chryſuſt. obſeruat; neque paruo tempore in virtutum meditatione perſeuerauit Henoch, ſed vt ſcribitur: Et vixit Henoch poſtquam genuit Mathuſalem trecentis annis, & genuit filios, & filias, & facti ſunt omnes dies Henoch trecenti ſexaginta quinque anni, ambulauitque cum Deo. Sic ille. Hoc mihi ſanè videtur voum è ſummis miraculis, ſpectata naturæ humanæ corruptione, & ad omne vitium procliuitate, tot per annorum ſecula, hominem in admirabili virtutum maximarum puritate permanere. Vbi lubricum ſeculum, vbi tentationes innumerabiles, importunæ, vehementiſſimæ? Vbi hominis inſtabilitas, atque infirmitas? Vbi virtutom ardua ſemita, & bene operandi, moleſtiſſima carni, ab ipſo ortu vitioſæ difficultas? Euicit omnia ſanctitas Henoch. Quam acriter perſtringit illorum inconſtantiam, de quibus Propheta: *Et non fecerunt, & obliti ſunt operum eius, & non ſuſtinuerunt conſilium eius; de quibus antea dixerat, crediderunt verbis eius, & laudauerũt laudem eius*, Pſalm. 105. Meritò hic conqueritur S. Ephrem *tom. 2. paran.* 48. Enoch trecentis annis placuit Deo, & nos in breui hoc vitæ tempore negligentes ſumus. Difficile quidem dices perſeuerare vſque in finem. Optimè. Sed Deo duce nihil non facile. Ecce enim (adiungit Chryſoſt.) & Enoch eiuſdem naturæ eſt, cuius nos ſumus, & neque lex tradita erat, neque Scripturæ docebant, neque aliud quiddam ad honeſtatis ſapientiæque ſtudium impellebat. domi ſibi natum eſt, & ex voluntate profectum, quo Deo placuit, vt vſque hodie ſibi ſufficiat, ne vſque nunc mortis guſtum experiatur. Hæc S. Chryſoſtom.

*[Margin: S. Chryſoſt. — Virtutis perſeuerantia in Enoch. — S. Ephr. — Inconſtantia in virtute. — Pſal. 105. — S. Chryſ. — Vnde mira laus Enoch.]*

4. At, quæ noſtræ nunc eſt inconſtantia naturæ, & leuitas appetitionum, vbi quem videris rectè operantem, poſſis meritò clamare cum D. Bernard. O ſi duraſſet! Fruſtrà enim currit (ait D. Gregor.) qui ante metam deficit. Salus quidem, & corona perſeueranti conceditur. Quod exemplum perſeuerandi, & permanendi (inquit D. Cyprian. *de exhortat. martyr.*) deſignatur in Exod. 17. vbi Moyſes ad ſuperandum Hamalech, qui figuram portat diaboli, in ſigno; ſacramento crucis alleuat ſupinas manus, nec vincere aduerſarium potuit; niſi poſtquam ſtabilis in ſigno alleuatis iugiter manibus perſeuerauit. Ita Cyprian. Verùm inter Dei dona hominibus conceſſa ſumma in hac vita eſt, perſeuerare in bono ad finem vſque. Lege D. Ambroſ. *lib. 1. de vocat. Gent. capite* 9. Quòd vnus aſſumatur, & alter relinquatur. Quòd currant duo; deficiat vnus, & pereat; alter currendo inſiſtens ad palmam perueniat; humano ſenſu prorſus non poteſt indagari. Tales fuerunt, qui ſunt attracti, quales ij, qui in ſua duritia ſunt relicti; ſed illis tribuit gratia ſtupenda, quod voluit, iſtis retribuit veritas iuſta quod debuit, vt iudicium Dei magis inſcrutabile ſit in electione gratiæ, quàm in retributione iuſtitiæ. Hæc Ambroſ. Nihilominus conandum nobis eſt, vt adiuti gratia Dei perſeueremos ſine crimine vſque ad aduentum Domini. Bellè D. Bernard. *Epiſt.* 119. ſcribit ad Ianuenſes rectè in via Dei incedentes: Et nunc quid reſtat, niſi vt admoneamini de perſeuerantia, quæ ſola meretur viris gloriam, coronam virtutibus? Prorſus abſque perſeuerantia nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor conſequitur. Vigor virium, virtum conſummatio eſt, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium. Soror eſt patientiæ, conſtantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, propugnaculum ſanctitatis. Tolle perſeuerantiam; nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Denique, non qui cœperit, ſed qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Saul non perſeuerans in humilitate, & regnum amiſit, & vitam. Si cautela Samſon, ſi Salomonis deuotio perſeuerantiam retinuiſſent; nec is profectò priuaretur ſapientia, nec ille viribus. Hoc ſummæ honeſtatis inſigne, hanc totius probitatis vnicam fidamque cuſtodem cuſtodiri à vobis firmiter hortor, & precor. Hæc Bern. Rata planè virtus Henoch, qui trecentos ſexaginta quinque annos agens, adhuc ambulabat cum Deo, tam impiger, & ſtrenuus in Dei famulatu operarius, vti fuerat priorum ætatum vigore ac flore. Pronunciare vtique illud poſſet, quod apud D. Ambroſ. *de Iacob & vit. beat. lib. 2. cap.* 10. Eleazarus ille grandæuo ſenio venerandus mortem pro patriis ritibus, ac Dei fide conſtanter oppetens, dicit: *Non ſum ita ſenex, vt mihi non iuueneſcat animi fortitudo.* Igitur Eleazarus in ſumma illa ſenectute, vt adiungit Ambroſ. immoriendo tormentis factus eſt cæteris magiſterium perſeuerantiæ, qui electus erat, ad infirmitatis exemplum. O felix anima, quæ dicere poſſet illud ſponſo ſuo dilectiſſimo ad finem huius vitæ; Omnia poma noua & vetera, dilecte mi, ſeruaui tibi, *Cant.* 7. Et quidem hic locus de cuſtodia meritorum & bonorum operum perſeuerantia intelligitur. Atque in virgine Deipara ſic Hailgrinus: Bonorum (inquit) operum perſeuerantia demonſtratur in virgine. Dicit enim: Omnia boni odoris opera, ò dilecte, quæ feci, tam vetera, quæ ex mandatis legis veteris præceſſerunt; quàm noua, quæ produxerunt præcepta Euangelica ſine infectionis macula, ſine corruptionis putredine ſeruari tibi, tanquam grata xenia præſentanda. Sic ille. Igitur Dei mater, & in ſe perſeuerantiam bonorum operum habuit, & (quod mirum alicui videatur) perſeueraturis in bono fauet mirificè, non perſeueraturos ope ſua deſtituit. Accipe locum egregium Cant. 1. *Indica mihi vbi paſcas, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.* Senſus eſt ex Hailgrino maximè. O Fili (ait Virgo mater) da mihi diſcretionis ſpiritum quo falſos ſodales à veris queam diſcernere, ne in illis operam & oleum perdam. Dic vbi paſtoris officio fungens greges tuos paſcas; quænam ſunt tuæ veræ oues prædeſtinationis nota inſignitæ. Ne vagari incipiam, ſed certa fiam quibus ſolitudinem maternæ cuſtodiæ impendere me velis, ne fatiget vagando, & ſectando greges alienos ouium reproborum.

*[Margin: S. Bern. — S. Greg. — S. Cyprian. — Exod. 17. — Perſeuerantia in bono finali. — S. Ambr. — Diſpar exitus hominum. — S. Bern. — Perſeuerantia in bono deſcribitur. — Perſeuerantia Enoch in bono. — S. Ambroſ. — 2. Macab. 6. — B. Maria perſeuerantia in bono. — Cant. 7. — Hailgr. — Cant. 1. — B. Maria prædeſtinatis fauet. — Hailgrin.]*

5. *Et non apparuit, quia tulit eum Deus.*) Hebr. ואיננו כי־לקח אתו אלהים *veenennu chi laquach otho Elohim:* & non ipſe quia accepit, vel tulit eum Deus. LXX. οὐχ ηὑρίσκετο. Non eſt inuentus. Chald. Non comparauit. S. Paul. 11. *ad Hebr.* & non inueniebatur. Hebræorum aliqui interpretantur mortuum eſſe Henoch ante præſcriptum à natura tempus Dei beneficio, ne

*[Margin: Ad Heb. 11.]*

mali

maliti a, quæ tunc graſſabatur, mutaret intellectum. Cæterùm cum Scriptura in reliquis appoſuerit; & mortuus eſt, de Henoch autem nouo vtens modo loquendi: & non ipſe, non comparuit, non inueniebatur, quia tulit eum Deus. Vera omnino eſt Patrum, & totius Eccleſiæ ſententia, Henoch tranſlatum viuum à Deo in paradiſum terreſtrem, vt inde cum Helia tempore Antichriſti prodeat ad prædicandum, & ſua morte conteſtandam Chriſti Domini fidem. Vide noſtrum Viegas apud 11. *Apocal.* Petr. Delrio *hoc loco*. Tertullianus *lib. aduersùs Iudæos, cap.* 2. oſtendens ſine circuncisione, & ſabbati Iudaica obſeruatione ſalutem eſſe poſſe, vt de facto, & ante legem Moſaicam, & poſt illam, conſtat; ſic ſcribit. Et Henoch iuſtiſſimum non circunciſum nec ſabbatizantem de hoc mũdo tranſtulit qui necdum mortem guſtauit, vt æternitatis candidatus iam nobis oſtenderet, nos quoque ſine legis onere Moyſi Deo poſſe placere. Idem *lib. de anima, cap.* 40. Tranſlatus eſt Henoch & Helias, nec mors eorum reperta eſt, dilata ſcilicet. Cæterùm morituri reſeruantur, vt Antichriſtum ſanguine ſuo extinguant. Idem *lib. de reſurrectione, cap.* 58. Quod hodie Henoch & Helias nondum reſurrectione diſpuncti; quia nec morte functi, quâ tamen de orbe tranſlati, & hoc ipſo iam æternitatis candidati, ab omni vitio, & ab omni damno, & ab omni iniuria & contumelia, immunitatem carnis ediſcunt; cuinam fidei teſtimonium ſignant, niſi qua credi oportet, hæc futuræ integritatis eſſe documenta. Idem *lib.* 3 *aduersùs Marcionem, cap.* 2. Metro ſcribit Henoch zelo Dei accenſum infidæ, ac ſceleſtiſſimæ illo ſeculo gentis facinora lugentem, & improbos conſilio reuocare laborantem à Deo tandem lacrymis impetraſſe, vti à conſortio peſſimorum hominum transferretur.

*Tertull.*
*Enoch viuit & ſuo tempore redibit.*

*Enoch & Elias ſidei teſtes.*

*Enoch(ait) inſigne decus, de corpore membrum*
*A Deo digreſſos populos, facinúſque ſequentes,*
*Dum fierit in terris fugarum turba latronum;*
*Sacrilegum genus, vt fugeret crudele gigantum,*
*Conſilio reuocabat in omnibus ipſe fidelis,*
*Ingenti gemitu placuit meritoque labore.*
*Translatum magno pignus ſeruatur honore.*

*Enoch tranſlationẽ ſuam lacrymis impetrat.*

Hæc omnia Tertullianus. Placuit igitur Henoch Deo, ante circumcisionem Iudaicam; ne putaret qui incircunciſum hominem corpore, non poſſe circunciſum anima & iuſtum & ſanctum Domino placere. Deinde in ſpem nobis, & quaſi pignus reſurrectionis futuræ tot per annorum myriades adhuc viuit. Denique tam admirabili zelo Dei ardebat, vt ægerrimè ferens, tam multis, & immanibus flagitiis hominum Deum ſuum offenſum, à tam impio conſortio mortalium, támque impuro, & fœdo ſpectaculo ſcelerum, procul eripi öiteretur. Quid ſi hæc verba, *Ambulauit cum eo, & non apparuit*, ſeu, *& non inueniebatur*, ſeu, *non ipſe*, ſignificent etiam admirabilem orationis gratiam, qua vir iſte ſanctiſſimus excelluit? Etenim, vt Caſſianus *collat.* 9. *cap.* 31. de Magno Antonio dictum refert: Non eſt perfecta oratio in qua ſe orans, vel hoc ipſum quod orat, intelligit. Adeò intentum ſoli Deo animum oratio perfecta expoſcit: quæ mentis velut à ſe alienatio contingit, ex mira Spiritus ſancti dulcedine, quàm D. Auguſtinus expertus dicebat *libro decimo confeſſion. capite quadrageſimo*. Introducis me in affectum nimis inuſitatum, ad neſcio quam dulcedinem, quæ ſi perficiatur in

*Caſſian.*
*In oratione mentis alienatio.*

*Ben. Fernand. in Gen. tom.* 1.

me, ignoro quid futurum ſit. Sic Auguſtinus. At prius eſt, ambulauit cum Deo, quàm & non apparuit; nimirum bonorum operum ſedula exercitatio contemplationem præcedat neceſſe eſt. Quinetiam mauult D. Bernard. Sic enim ait *ſermone quadrageſimoſexto in Cant.* Vtinam detur mihi pax, bonitas, gaudium, in Spiritu ſancto, miſereri in hilaritate, tribuere in ſimplicitate, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, & his contentus ero. Cætera ſanctis Apoſtolis, viriſque Apoſtolicis derelinquo. Sic Bernard. Denique optimè coniunguntur hæc duo, *Ambulauit, & non apparuit*; *operatio & oratio*, ſibi enim mutuas præſtant operas; præſertim ab oratione ſuam operatio vim mutuatur. Nam vt docet D. Auguſtinus *homilia quarta ex quinquaginta*. Rectè nouit viuere, qui rectè nouit orare. S. Bernard. *de progr. relig. capite ſeptimo*. Sine ſtudio (inquit) orandi omnis religio eſt arida, imperfecta, & ad ruinam promptior.

*S. Auguſt.*

*S. Bernard. Operatio cum oratione.*

*S. Aug.*

*S. Bernard. Quàm neceſſaria ſit oratio.*

6. D. Hieronymus *in epiſtola ad Galatas* 1. pulchram apponit obſeruationem de verbo iſto, *tranſtulit*. quæ ſic habet: *Miror* (ait Apoſtolus Galat. primo) *quòd ſic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam*, &c. Verbum tranſlationis in Geneſi primùm legimus; vbi Enoch tranſtulit Deus, & non inueniebatur. Et poſtea tertio Regum vigeſimoprimo, quando Achab à cultu Dei ad idolorum venerationem tranſtulit vxor ſua Iezabel: ſed cùm ſit vtraque tranſlatio; illa Dei eſt, hæc diaboli; qui transfertur à Deo, non inuenitur ab inimicis ſuis, nec ei poteſt inſidiator obrepere. Hoc quippe ſignificari æſtimo: *Et non inueniebatur*; qui verò transfertur à diabolo; in hoc transfertur, quòd videtur eſſe, ſed non eſt. Hæc Hieronymus. Ergo ſecundùm hanc interpretationem non inueniebatur Enoch à Deo tranſlatus, nec ab improbis, qui vitturem ac doctrinam illius exoſi, fortè ſanctiſſimo viro moliebantur inſidias, & mortem ipſam denique intentabant; nec à diaboli ſuggeſtionibus, & à vitioſis appetitionibus; quæ hominem carneum & fragilem quærentes, vt pertentarent, ac pellicerent ad peccatum; non tamen Enoch inueniebant, quippe cum Deo ambulans, in Deum tandem fuerat transmutatus, adhærens nimirum Deo, vnus ſpiritus cum eo. Nota conſequentiam. Ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tranſtulit eum Deus; vt intelligas non inueniri, non apparere, non ipſum eſſe, ſed transferri, & capi à Deo, fructum eſſe ac præmium illius. Ambulauit cum Deo. Eſt enim virtutum ſedula operatio via recta ad contemplationem, familiaritatémque Dei, & ad quandam cum Deo intimam vnionem. Quod autem ambulare cum Deo ad virtutis actionem pertineat, docet D. Hieronymus *in ſextum Michææ*, ſuper illa verba, *ſolicitum ambulare cum Deo ſuo*. Ambulare (inquit) cum Deo non eſt præmium, ſed præceptum. Præcipitur nobis, vt præparati ſimus ambulare cum Domino Deo noſtro: nulla hora dormire, nullo tempore ſecuri eſſe debemus: ſed ſemper expectare patremfamilias venientem, & diem formidare iudicij, & in nocte huius ſeculi dicere: Ego dormio, & cor meum vigilat. Quinta editio habet agere ſolicitè, & hanc habere curam, vt ambules cum Deo tuo. Qui enim dicit in Chriſto ſe

*Ad Galat.* 1. *Tranſlatio à Deo, aut à diabolo.*

*3. Reg.* 21.

*Quid ſit Enoch non inueniri.*

*Operatio ad familiaritatem Dei ducit.*

*S. Hieron.*

*Vigilandũ & operandum ſemper.*

*Imitatio Dei eſt perfectorũ.*

HH credere,

credere, ſic debet ambulare, quomodo, & ille ambulauit, & Paul. 1. Corinth. 4. *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.* Hæc Hieron. Hinc tandem colliges ambulare cum Deo idẽ eſſe atque imitari Deum, ex qua ſedula imitatione vir iuſtus hominem, & quicquid erat humanũ exuens, altiorem quendam, & prope diuinum in virtutum excellentia ſtatum ſortitur. Deinde ambulare cum Deo eſt, Deum quem in corde atque anima vir iuſtus habet, per exteriora opera demonſtrare. Vt enim deambulatio maximè vitam hominis oſtendit, vt in Lazaro ab inferis excitato legimus, ita Dei gratia, quæ vita eſt animæ, potiſſimùm in bonis & ſanctis actionibus demonſtratur. Optimè Tertullianus *lib. de reſurrectione, cap.* 31. Apoſtolus (inquit) Epheſiis ſcribẽs in interiore homine habitare Chriſtum; ſenſibus vtique intimandum Dominum ſignificauit. Intimandus itaque eſt proximorum ſenſibus Chriſtus, quem in animo gerimus: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videãt opera veſtra bona,* &c. Audiant hæc coniugati, & ſciant, ſe illo in ſtatu poſſe ad tam ſublimẽ perfectionis gradum euehi, vt ambulent cum Deo, & nõ ſint ipſi, nec inueniantur, & ab ipſo Deo in ſummam familiaritatem aſſumantur. Quòd ſi Elias cælebs & virgo continentium anteſignanus igneo curru in cælum ſublatus maiorem ſui mundo præbuit admirationem, & hoc in teſtimonium pudicitię, quę longè præſtat coniugio; at nihilominus non parua laus eſt; quod prior Enoch, quàm Elias; coniugatus, quàm continens, illo tam admirabili priuilegio fuerit potitus.

1. Cor. 4.

*Operum bonorum demonſtratio.*

Tertul.

Matth. 5.

*Potest in coniugio Mirã eſſe virtus.*

7. Placet admodum illa ratio, quam huiuſce tranſlationis aſſignat Theodoretus *quæſt.* 45. Ego (inquit) puto Deum hoc feciſſe ad conſolandos virtutis athletas. Cùm enim Abel, primus iuſtitiæ fructus, immaturus adhuc radicitus abſciſſus eſſet, nullàque reſurrectionis ſpes tunc homines conſolaretur, tranſtulit Deus ipſum Enoch ſibi gratiſſimum; eúmque ſeiunxit à mortalium vita, vt quicunque piè viuere ſtatuerit, animaduertat quanto in honore habendus ſit. Cùm Deus qui iuſtus eſt, & iuſtè gubernat vniuerſa; Enoch honore proſecutus ſit, Abel quoque ornamento carere non permittet. Hac de cauſa illum quidem occidi conſpexit, Enoch autem tranſtulit, vt huius prædicatione futuram indicaret reſurrectionem. Qui enim in hac vita remunerationem non fuerit virtutis adeptus, illam in altera vita certò conſequetur. Hæc Theodoret. Et quidem optimè; Deus enim etſi ſuis ſemper fidelibus in cælo reſeruatam habeat coronam iuſtitiæ, nonnunquam tamen in hac vita ne à ſeculi huius filiis Dei cauſa infametur, quòd deſpecta, ſterilis, inutiliſque habeatur, magnam ſuorum beneficiorum retributionem oſtentat. Vt enim ait D. Nazianz. *orat.* 21. Deus iuſtus retributor in hac etiam vita rependit. Nam hoc quoque ſæpenumero facit ad eorum, qui dubia fide ſunt, ædificationem, per exigua ſcilicet, & in aſpectum cadentia maioribus & inuiſibilibus fidem aſtruens. Sic Nazianzen. Quod argumentum luculenter pertractans D. Auguſtinus 1. *de ciuit.* 8. inter alia hoc adiungit: Patientia Dei ad pœnitentiam inuitat malos, ſicut flagellum Dei ad patientiam erudit bonos. Itémque miſericordia Dei fouendos amplectitur bonos, ſicut ſeueritas Dei puniendos corripit malos. Sic Auguſtinus. Ad hæc Enoch (vt ait Alcuinus) tanto tempore ſeruatur morte, vt in eo oſtendatur, quia homo ſemper viueret, ſi non peccaſſet. Sed idipſum D. Chryſoſtomus copioſiùs tradit *homilia* 21. Monſtrauit (ait) Dominus, quòd non volens mortem humano generi, nunc viuentem iuſtum transfert. Deinde ſanctus Doctor eleganter obſeruat in hac tranſlatione Enoch, quanti fecerit Deus virum iuſtum, illo præſertim ſeculo, vbi iam omnia peſſum ierant; conſultò tamen metum mortis non ademerit, ne homines de immortalitate ſibi blandientes ad omne ſubinde flagitium prolaberentur. Sic effatur: Modò inuentum virum, qui virtutem operatus eſt, dignitate honorauit, quam ante peccatum Adam habebat. Tranſtulit autem, non verò immortalitatem largitus eſt, ne peccandi metum tolleret, ſed ſtatum ius morti reliquit in genus humanum. Ita Chryſoſtomus. Rectè D. Thomas *in epiſtola ad Hebr. cap.* 11. Ideo (inquit) data ſententia mortis voluit Dominus ducere hominem in ſpem vitæ; quod fecit; in primo quidem ſtatu naturæ euadendi neceſſitatem mortis ſpem dedit in Henoch; in lege in Elia; in tempore gratiæ in Chriſto; alij tamen morientur. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur. Sic Thomas. D. Irenæus, vocat Enoch & Eliam conſpicantes immortalitatem: hoc eſt, eius auſpicium accipientes, & quaſi adumbrationem futuræ immortalitatis, ſeu ineuntes ipſius quaſi tyrocinium, quod nimirum eſt longiſſimè & feliciſſimè ſine vlla humanæ vitæ miſeria æuum ducere in paradiſo illo terreſtri, in quo ad concertandum cum Antichriſto parantur, & armantur à Deo; nec nimium videri debet tot per annorum myriades proludium ad futurum certamen. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modò, neque fiet, *Matth.* 24.

Theod.

*Iuſtos ſolatur ſpes reſurrectionis.*

*Iuſtorum remuneratio etiam in hac vita.*

S. Nazianz.

S. Auguſt.

Alcuin.

S. Chryſoſt.

*Immortalis ſtatus in Enoch oſtenditur.*

*Spes, timórque ad virtutem conducunt.*

S. Thom.

S. Irenæ.

*Enoch & Elias qualẽ ducãt æuum.*

Matth. 24.

8. Igitur vt Sapient. 4. legimus, *placens Deo factus eſt dilectus, & viuens inter peccatores tranſlatus eſt. Raptus eſt ne malitia mutaret intellectũ eius.* Apage quanta eſt malitiæ via, quàm peſtilens improborum cõſuetudo, vt etiam ſanctiſſimum virum Henoch poſſet auertere, eiúſque intellectum mutare, niſi diuinitus raperetur? Grande ſit amoris teſtimonium Deus homini exhibet, quem à malorum conſortio abducit, quem à ſeculi negotiis ad religionis portum transfert; quem ad continentiæ libertatem, propriam filiorum Dei, euehit, coniugij ergaſtula fugientem. Nec enim non rarum, & grande miraculum fuit Henoch in coniugio libertatem virginum, vt cum Deo, & de Deo ageret, aſſequi potuiſſe. Quid enim ſibi vult Paulus cùm ait: *Alligatus es vxori? Noli quærere ſolutionem.* 1. Corinthior. 7. Nota, *alligatus*, & *ſolutionem*. Eleganter igitur diuus Hieronymus, hinc colligit *primo contra Iouinianum*. Qui vxorem habet, & debitor dicitur, & ſeruus vxoris: & (quod malorum ſeruorum eſt) alligatus: at mundus doleat, lugeátque transferri iuſtum. Præſtò adeſt exitium ipſis improbis, vbi primum Deo rapiente iuſtus ab illorum conſortio transfertur. Vis imus, & colligimus ea, dicebant ſerui, cùm viderent zizaniorum ſegetem ſimul cum tritico ſuccreſcere. Reſpondit paterfamilias: Non, ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul & triticum, *Matthæi* 13. Vide quàm vtile zizaniis erat conſortium tritici: dum inter zizania triticum perſiſtebat, illa pariter pullulabant. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem. Tunc

Sapient. 4.

*Malorum conſuetudo periculoſa.*

1. Cor. 7.

S. Hieron.

*In coniugio dura ſeruitus.*

Matth 13.

*Iuſtorū præſentia vtilis improbis.*

Tunc enim demeſſo tritico zizania illius orbata [A] præſidio ſtatim collecta ſunt ad comburendum. Hoc quidem ita habet: ſed mundus io maligno poſitus, & perſequens iuſtum, ſibi nocet, &, vt dolenter ait Iſaiæ 57. *Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo; à facie enim malitia collectus eſt iuſtus.* Quem locum etſi poſſimus de quocuoque iuſto interpretari, præcipuè intelligit D.

*Iſai. 57.*

*S. Hieron.*

Hierooymus de Chriſto Domino. A facie malitiæ ſublatus eſt; erit enim (ioquit) in pace ſepulsura eius, & ſublara de medio; neque enim caro eius vidit corruptiooem, occ permanſit in ſepolchro, qui eſt inter mortuos liber. Similiter cum Domino ſurgente in requiem ſuam ſurrexit arca ſaoctificationis ſuæ: eùm filio Deo mater

*Chriſtus & mater in cælo glorioſi.*

Dei ſemper virgo Maria ſecundùm corpus, & [B] animam ſimul glorioſa, ſempiternom in cælo agit æuum. Tranſlata Virgo eſt: mortua quidem fuit, ſed reſurrexit, & innixa ſuper dilectum ſuum euecta eſt in cælum, vbi apud Filium interpellat pro nobis, tanquam mater pro filiis: at

*S. Chryſoſt. Chriſtus matrem exaudit pro nobis.*

ipſe Dominus (vt probè docet D. Chryſoſtomus in *Matth.* 20.) qui maternos animos filiorum miſeratiooe repleuit, faciliùs exaudiet maternum affectum.

*Philo.*

9. Non præteribo valdè diſertam interpretationem Philon. Hebræi ad hæc verba. ſic habet *libro de Abraham*. Poſt ſpem (per Enos ſignificatam) ſecundùm ordioem tenet pænitentia peccatorum, & correctio. Ideo deinceps memorat io melius mutatum hominem Enoch, dictum Hebræis, id eſt, gratioſum: qui placuit Deo, & [C] non eſt inuentus, quoniam tranſtulit eum Deus. Nam hæc tranſlatio verſionem, & mutationem ſignificat. Fit autem io melius, quandoquidem

*Tranſlatio ad meliorem ſtatum.*

fit per Dei prouidentiam. Quicquid enim Deo fauente agitur, omnino bonum eſt ac vtile: ſicut ioutile quicquid citra opem Numinis. Rectè verò, & illud dicitur: Non eſt iouentus, de tranſlato. Eo quòd prior vita culpabilis euanuerat, vt non inoeniretur ampliùs; ac ſi ne fuiſſet quidem vnquam antea. Vel quod noo facilè ioueniatur, qui ad potiorem ordinem tranſeat; quia vitium ſuapte natura latè patet, ideo vulgò notiſſimum. Virtus autem rara eſt, vt vix paucis contingat. Hæc Philo. Itaque tranſlatio à [D] deteriore ad meliorem vitam eſt commutatio, quæ in pleriſque inſigniter pœnitentibus, & conuerſis exiſtit. Non inueniri, ſignificat pauci-

*Boni pauci, mali affatim.*

*S. Ambr.*

tatem booorum: rara eoim virtus hoc præſertim ſeculo. in quo illud D. Ambroſij *ſermone vigeſimo*, vbi ad tempora Apoſtolorum reſpexit, deplorare poſſumus. Nos (videlicet) quanto

*Philo.*

poſteriores ſumus tempore, tanto & inferiores merito. Adiungit etiam Philo. Probus quietæ vitæ amator ſeceſſum & ſolitudioem diligit, latere ignotus cupiens, noo ſocietatis humanæ odio: eſt enim cum primis amans hominum: ſed quia fugitat vitia, quibus vulgus delectatur, lætum rebus dolendis, gaudio dignas ægrè

*Iuſti ſeceſſum amant.*

ferre ſolitum. Quapropter incluſus domi ſe plerumque continet, aut abdit ſe io aliquod [E] ruſculum ſolitarium; ſuauiùs victurus cum viris præſtantiſſimis, quorum tempus aboleuit corpora, ſolis virtutibus eorum ſuperſtitibus, quæ in meliorem frugem reducunt animas. Quare dictum eſt, quod tranſlatus noo inueniebatur, videlicet veſtigatu, & inuentu haud facilis. Sic ille. Nec video quibus lineamentis pulchriùs deſcribatur religioſæ vitæ ſeceſſus, carnis mortificatio, rerum humanarum contemptus, diuinarum ſtudium. Etſi verò hæc omnia conſtent; oihilominus S. Gregorius Naziaoz.

*S. Greg. Nazianz.*

*orat.* 20. Enochum inferiorem ſancto Baſilio ſic oſtendit. Enoch tranſlatus eſt exiguæ pietatis præmium (fides enim adhuc in vmbris erat) hac tranſlatione conſecutus, vitæque ſequentis periculum effugit; Huius autem vita omnis nihil aliud quàm tranſlatio erat.

## SECTIO III.

*Vocauitque nomen eius Noë, dicens: Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum, in terra cui maledixit Dominus. Vixitque Lamech, poſtquam genuit Noe, quingentis nonaginta quinque annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Lamech, ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem anni, & mortuus eſt. Noe verò cùm quingentorum eſſet annorum, genuit Sem, Cham, & Iapheth.*

2. MAthuſala, vel (vt alij legunt) Mathoſalem, Hebr. מתושלח *Methuxelach*, de ſtirpe Sethi, omnium mortalium, quorum eſt in literis mentio, longæuitate fuit annotiſſima. Obiit ſex anois ante diluuium, vt vult D. Auguſtinus. Ipſomet anno, quo cœptum eſt diluuium, mauult D. Hieronym. quem Caietan. aliique ſequuntur. Noſter Gordonus io ſua chronologia

*Gordon.*

ſcribit ad hunc modum, Mathuſalem obiit anno ante diluuium; vixit annos nongentos ſexaginta nouem, ſaltem inchoatos. Mortuus eſt anno mundi milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo quinto. Hic vixit cum Adamo ducentis quadraginta tribus anois. Illum audire potuit Noë

*Mathuſalem longæuitas.*

concionantem & exponentem, quæ ab Adami ore acceperat. Conceſſa verò fuit hæc Patrum primorum longæuitas oó ex ſola locorum commoditate, victus ſalubritate, temperantia, & temperamentorum bonitate: ſed vel maximè Dei ſingulari munere, vt per eos genus humanum multiplicaretur, & eſſent columnæ Eccleſiæ, quaſi viua Dei bibliotheca, & viuum teſtimonium dicerent de diuinis operibus, acceptáque à Deo doctrina. Ex quo facilè apparet Eccleſiæ continuata ſucceſſio: conſtátque fidem, religionem, & traditiooes potuiſſe optimè deduci ab Adamo ad Abrahamum. Ita Gordon. *capite ſecundo*. Pro certo tenendum eſt Patriarchis,

*Cur tāta patrum priorum longæuitas.*

de quibus à Moſe inſtituitur chronologia hæc vſque ad diluuium, plures fuiſſe liberos: ſed eos tantū nomioari, per quos deducta eſt ſeries humani generis ab Adamo, vſque ad Noë; alij verò ſi nominentur, non niſi obiter & tranſcurſim inſeruntur. Natus eſt Lamech, patre Mathuſalem. Genuit ille filium, vocauitque nomen eius Noë. Hebraicè נח *Noach*. Quod nomen à duplici poteſt radice ſoboriri: vel à נחם *Nacham*, vel à נוח *Nuach*. Et quidem *Nacham*, eſt conſolationem accipere, pœnitere. vti 2. Reg. 13. *Ceſſauit Rex Dauid perſequi Abſalom, eo quòd conſolatus eſſet ſuper Amnon interitu*, capite 13. Hebraicè נחם

*2. Reg. 13.*

*Nicham*. Et 1. *Reg.* 15. Dominum pœnitebat. Hebraicè *Nicham*, quòd conſtituit Regem Saul. At

*1. Reg. 15.*

verò radix *Nuach*, eſt quieſcere, requieſcere. Vnde מנוח *Manoach*, מנחה נוח נוח נחת הנחה menuchah, *Noach*, *Nuach*, *Nachath*, *Hanachah*,

A omnia hæc ſignificant requiem, aut quietem, vel ab opere, vel à negotiis, vel à laboribus, & afflictionibus: ſiue cùm res locatur, vbi eſſe debet. Hinc tres naſcuntur verſiones. Iſte conſolabitur nos: iſtum pœnitebit noſtri; propter opus noſtrum: iſte quieſcere faciet nos, &c. Poſtremam ſequuntur LXX. Οὗτος διαναπαύσει ἡμᾶς. prima tamen placuit potiùs D. Hieronymo, & Chaldæo. Secunda minùs ad rem, ſed non omnino caret ſenſu percommodo. quaſi nimirum lugeant parentes, filij ſubnaſcentis calamitates; quippe qui vitam auſpicetur ærumnoſam, & quam vbi rationis compos probè agnouerit, ſe lamentetur quòd natus fuerit, quòd ab illis ſatus
B parentibus qui tam laborioſæ vitæ in ſubigenda terra, diuinitus maledicta fuerint addicti. Nec immeritò. Sancti enim (vt ait D. Ambroſius *libro de bono mortis, capite ſecundo*) ac ſapientes viri, longæuitatem peregrinationis huius ingemiſcebant, & diem generationis ſuæ execrabantur: ſicut ille, qui ait: *Pereat dies, in qua natus ſum*, Iob tertio. Quid enim eſt, quo hæc vita delectetur, plena ærumnarum & ſolicitudinum: in qua innumeræ calumniæ, & multæ moleſtiæ, & multæ lacrymæ eorum qui affliguntur moleſtiis, & non eſt qui eos conſoletur. Sic Ambroſ.

*S. Ambroſ.*
*Vita ærumnoſa & inconſolabilis.*
*Iob 3.*

C 2. Quid ſi pater Lamech diuino inſtinctu ſanctitatem futuram filij præuidens, illum pœnitentem nuncuper: quippe cùm in ætate illa flagitioſiſſima, vbi carnis vitia tam effusè graſſabantur, hominem pœnitentem, illacrymantem, appetitiones animi comprimentum inueniri, prodigium inauditæ ſanctitatis haberetur? Nec eſt aliena pœnitenti vox illa: iſtum pœnitebit noſtri, quam peccator vbi ſuam agnoſcit miſeriam, profert clamoribus cum D. Bernard. *de interior. dom. cap.* 33. Heu mihi qualis vixi, quanta mala feci, & dixi! Pudet, qui ſic vixerim, & quòd natus fuerim. Mallem non eſſe, quàm talis eſſe. Bonus eram, & malum me feci. Vtique qui ſponte me feci miſerum, iuſtum eſt ſemper eſſe miſerum. Sic Bernard.
D *Pœnitentiam agite, appropinquauit regnum cælorum*, Matthæi tertiò. Sic exorſus eſt ſuam Ioannes Bapriſta prædicationem. Eſt enim via, aditus, oſtium ad regnum cælorum pœnitentia. Non tam pœnitens regno cælorum, quàm ipſummet regnum cælorum pœnitenti appropinquar. Nota, & grata Deo ipſi pœnitentia, merces perennis vitæ, vt eam vocat Tertullianus *lib. de pœnitentia, capite ſexto*. Iam inde Dominus (addit *capite ſecundo*) à primordio in ſemetipſo pœnitẽtiam dedicauit, reſciſſa ſententia irarum priſtinarum, ignoſcere pactus operi, & imagini ſuæ. Sic ille. Neminem igitur pudeat ſuorum ſcelerum pœnitere, cùm Dominus in ſeipſo pœnitentiam quoquo modo agens
E illuſtrauerit. Ipſe Dominus per Iſaiam capite primo, *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis*, vel conſolationem accipiam ab hoſtibus meis. Hebr. אנחם *ennachem*, legi poteſt, pœnitebo, nempe ſuppliciorum, quæ aduerſariis ſum comminatus. Ergo, vt vides, conſolatio eſt pœnitẽtia; Deus ſeipſum ſolatur, cùm pœnitẽtiam agit, cùm ſcilicet iram cohibet, minas remittit, pœnas condonat, parcit denique peccatoribus. Seu quia cùm pœnitentiam ritè agimus, quieſcit apud Deum lis illa iuſtitiæ, ac miſericordiæ. Nam ſimul vindicatur offenſa Dei iuſtitia, cum ſeipſum accuſat, confitetur, deflet, & condemnat peccator (nec enim Deus bis punit in idipſum) & miſericordia ſeſe

*Pœnitentis vox & luctus.*
*S. Bernard.*
*Matth. 3.*
*Pœnitentia laus.*
*Tertull.*
*Iſai. 1.*
*Pœnitẽtia litem apud Deũ componit.*

A largiter effundit, cùm pœnitenti veniam concedit, & gratiam reſtituit. Vnde regius Vates cecinit: *In æternum miſericordia eius, & vſque in ſeculum veritas eius*; Pſalm. 99. Senſum optimè ſic reddit D. Petr. Chryſolog. *ſermone ſexto*. Deus ſalua veritate miſeretur: qui ſic dat peccatis veniam, vt iuſtitiam in ipſa miſeratione cuſtodiat. Ita planè cùm ſe Niniuitæ ſeueriſſimis pœnitendo ſuppliciis affeciſſent, Deum ſic iratum ſolati ſunt, vt ſententiam ſuam mutaret. Quod factum egregiè D. Ephrem *tomo primo, ſermone in quotidie peccantes*, expendens hoc adiungit. Commiſeratus pœnam pro peccatis debitam diſſoluens, &
B mendax potiùs haberi, quàm crudelis tulit; non ſinens obedientes ſibi temerè perire. Sic Ephr. Mendax (dicit) haberi, non autem eſſe; & quidem comminatio Domini conditionalis erat, vt nemo neſcit. Iſai. 61. miſſum ſe dicit Chriſtus Dominus à Patre, vt conſolaretur omnes lugentes. Hebr. לנחם כל־אבלים *lenachem col-abelim*, & Iſai. 40. *Conſolamini, conſolamini popule meus*. Hebr. נחמו נחמו עמי *nachamu nachamu ghammi*. Vtroque autem in loco ſi verbum *pœnitere* transferas, ſenſum reddes haud inconcinnum. Conſolatur Deus lugentes ſua peccata, & verè pœnitentes, dum ſuæ iræ, ac minarum pœnitens ad parcendum & miſerandum ſe inclinat. Deinde
C pœnitentes diuina quadam afficit voluptate, quia iudicia Domini iucunda, *Pſal.* 118. Conſolatur etiam mirificè pœnitentes, dum eorum tetigit aboletque delicta, ne vltrà ſint aut confuſioni, aut terrori. Sic Dauid eodem Pſalm. *Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum*. Hebraicè העבר *haghaber*, tranſire fac: & quidem tranſiit poſt pœnitentiam Regis opprobrium. Iccirco enim natum ex illo ſcelere infantulum Deus è medio ſuſtulit, 2. *Reg.* 12. Nimirum (vt ait Theodoret. *quæſt.* 26.) vnius erat futurus argumentum ſceleris, ac iniquitatis. Pij ergo Regis curam gerens Dominus non ſinit eum viuere. Obſerua etiam Dominum venire, vt conſoletur lugentes. Hoc enim ipſum con-
D feſſariis commendat. In quam ſententiam ita luculenter ſcribit D. Ephrem *tom. 2. tract. in attende tibiipſi, cap.* 9. Si quis ſuas tibi enarrauerit cogitationes, ſuáque detexit errata, ne mente eum contempſeris, tanquam qui talia peregerit; ſed potiùs de fratris mutatione admirare. Nam quòd quis ſponte ſua peccata ſpiritualibus viris prodit, correctionis vitæ ſignum eſt: occultare verò animi malè affecti indicium exiſtit. Nullus enim, cum furibus currens, & partem ſuam cum adulteris ponens, hos prodit vnquam, quia nimis paſſioni & affectioni indulget. Quare oportet eum omni cum humilitate eum qui ſua exponit arcana, conſolari. Hæc Ephrem. Itaque Dominus conſolatur lugentes; eſt enim confeſ-
E ſio vnicum ægrotæ animæ medicamentum, vnicum mœrentis ſolatium. Porrò hæc tam mira quæ prædicamus, intelligi maximè debent de pœnitentia perfecta, nimirum cum præteritæ vitæ mutatione. De qua S. Ephrem *citato ſermone in primo tomo*. ſic effatur. Vbi ſemel emerſeris, noli denuò mergi, quotidie peccando, ædificando, diruendo, texendo, diſſoluendo, puerorum inſtar; qui frequenter domos, quas erexerunt, reuerſi iteratò deſtruunt. Fuge ſcorpionem, cuius nouiſti ſtimulum. Qui ſecundò in eundem lapidem impegerit, cæcus eſt, aut mente captus. Hac cura adhibita, cum pœnitentia accede, cuius præſidio munitus creatorem placare

*Deus in miſericordia iuſtitiã ſeruat.*
*Pſal. 99.*
*S. P. Chryſol.*
*S. Ephrem.*
*Dei miſericordia in Niniuitas.*
*Iſai. 61.*
*Iſai. 40.*
*Pœnitẽtia ſolatur Deum & hominem.*
*Pſal. 118.*
*4. Reg. 12.*
*Theod.*
*S. Ephr.*
*Confeſſarius pœnitentem ſoletur.*
*S. Ephrem.*
*Pœnitentia cum emendatione vitæ.*

placate ſtude. Erraſti, reſipiſce; cecidiſti, conuertere; ſaluatus, caue excidas; poſt lapſum reuetere; ſanctus perſiſte, ſanus ſis per omnia, & conſeruatus auerſare morbum, quem depoſuiſti. Caue iterum incendas ignem, quem ſemel reſtinxiſti. Caue in lutum incidas, quod rectè abſterſiſti; noli imitari porcos, qui cœno delectantur; neque canes æmulare vomitum lambentes. Nullus ſemel ablutus ad ſordes recurrit. Hæc Ephrem.

3. Cæterùm ad duas potiores huius loci lectiones redeamus. Iſte conſolabitur nos; iſte requieſcere nos faciet. Præuidit, vt credere par eſt, Lamech filium ſibi recens natum fore humano generi vtiliſſimum. Etenim Noë inueniſſe creditur aratrum, quo boues ad iugum attracti faciliùs terram proſcinderent, quæ antea ligonibus difficiliùs rumpebatur. Primus plantauit vineam, & vſum vini adinuenit, quo moderatè epoto ad reparandas vires, nihil ſalubrius ac potentius. Prævidens etiam pater futuram filij ſanctitatem prædixit, ob illius merita Deum effecturum, vti deinceps tellus antea maledicta, minori cum labore colentium, & abundantiore fructuum fœnore votis hominum reſponderet. At omnium maximè Lamech intellexit filium humani generis reſtauratorem futurum; quod tandem ob infinita ſcelera eſſet diuinitus abſumendum: atque ex filij ſemine naſciturum Deum hominem, qui eſſet futurus humanorum ſcelerum expiator, redemptor Adami, eiúſque ſubolis ſola & vera requies, & conſolatio animarum. Animaduerte, Patres verſionem LXX. familiarem habentes, de requiete, quam Noë nomen præfert, diſſeruiſſe. D. Hieronym. Alia litera (inquit) habet: Iſte requieſcere nos faciet ab operibus noſtris, Noë requies interpretatur. Ab eo igitur, quòd ſub illo omnia retrò opera quieuerunt, per diluuium appellatus eſt requies. Putat itaque D. Hieronymus, iccirco Noë requiem dici, eo quòd viuente illo & arcam in diluuio regente, genus humanum cum ſuis omnibus operibus, diuitiis, domibus, opidis funditus periit; ceſſarúntque omnia hominum negotia. D. Chryſoſt. exiſtimat Lamech accepta diuinitus reuelatione venturi diluuij, filio nomen Noë indidiſſe, quod eſſet hominibus perennis conteſtatio futuri ſupplicij propter eorum delicta. Noë (inquit) quietem dicit. Quietem autem vocat generalem illum interitum poſt multos annos futurum, ſeu abolitionem, & ſublationem per diluuium appellat quietem. Hic itaque (ait Lamech) quietem nobis præſtabit ab operibus noſtris, à malitia deſiſtere faciet, & à moleſtiis manuum noſtrarum, & ab operibus malis manuum, quia per manuum opera, & malas actiones, moleſtiæ & triſtitiæ anctæ ſunt. Ita Chryſoſtomus. Noia ſecundùm hanc interpretationem, vbi ſunt mala opera, triſtitiam, & moleſtiam increſcere, aut quia viri iuſti dolent improborum facinora latiùs ſerpere, & ab illis malè affliсtantur; aut quia diſponente hoc diuina iuſtitia, ipſi quoque improbi homines, non ſine grandi moleſtiarum fœnore ſuam conſequuntur improbitatem; atque vbi delicias ebibunt, inde amaritudines, & triſtitias epotant. Itaque (vt adiungit Chryſoſtomus) magna extitit longanimitas Domini facientis ante tempus prophetiam præcedere, vt & ſuam oſtenderet miſericordiam, & omni priuaret defenſione eos, qui pœnæ

*Multa hominibus commoda à Noë.*

S. Hieron.

S. Hieron.

S. Chryſoſt.

*Mala quiescunt mala opera.*

*Cum peccatis tribulatio iuncta.*

S. Chryſ.

*Noë nomen erat prædicatio.*



A futuri erant obnoxij. Puellus enim ille paulatim creſcens, omnibus ipſum videntibus diſcendi occaſio fuit. Nam mox, vt quis nomen pueri ſciſcitatus eſt, ex interpretatione vocabuli didicit euenturum generalem interitum, Luſitanè vocaretur, *ceſſaçam, acabamento*.

4. Longè aliter interpretatur nomen Noë, ſeu quietis, &c. Ambroſius *lib. de Noë, & arca, capite primo.* Noë (inquit) quod Latinè dicitur iuſtus, vel requies. Quod vtique, ſi ad ea quæ facta ſunt referendum putes: cùm diluuium ſub eo factum ſit, non requies hominibus, ſed interitus videatur illatus, nec remiſſio malorum, ſed cumulus miſeriarum. Verùm ſi iuſti viri nomen conſideres, aduertes iuſtitiam ſolam eſſe, B quæ aliis potiùs nata eſt, quàm ſibi; non quod vtile ſibi eſt, quærat, ſed quod omnibus. Hæc nos requieſcere facit ab operibus iniquitatis; hæc reuocat à triſtitia; quia dum ea, quæ iuſta ſunt, gerimus, nihil timemus puræ conſcientiæ ſecuritate, non dolemus graui dolore. Nihil eſt enim, quod maioris doloris ſit, quàm culpæ reatus. Hæc Ambroſius. Accommoda etiam præſentem interpretationem iuſtitiæ, & iuſti ad iuſtitiam punitiuam quæ ſi rectè adminiſtratur, timore inhibentur homines à peccando, & optimis inſtituta moribus in pace Reſpubl. effloreſcit. Philo Hebræus *lib. ſecundo Allegor.* Si quis (ait) roget, cur Noë dicatur inueniſſe gratiam C coram Deo, priuſquam aliquid boni feciſſet? rectè reſpondebimus, liquere, quòd laudator ſit creationis & generationis: nam Noë interpretatur requies, aut iuſtus. Neceſſe eſt autem, eum qui ceſſans à peccatis, & iniquitatibus requieſcit in honeſtate, & viuit cum iuſtitia, gratiam inuenire apud Deum. Vide an iuxta Philonis mentem, ille dicatur naturæ laudator, ac Deum ipſum propter beneficium creationis laudare; qui honeſtè ſanctéque viuat; videlicet dignus naturæ opificio effectus, digna ſuo creatore creatura, digna Deo ſui archetypo imago, & ſimilitudo. Aliud etiam euoluit idem Phylo myſterium circa Enoch paulo antè poſitum, & Noë ſubſequentem. Sic enim ait *libro de Abrahamo*: D Meminiſſe debemus pœnitentiam (per Enoch ſignificatam) ſecundo poſt integritatem gradu conſiſtere; ſicut poſt ſanitatem corporis reualeſcentiam. Ergo perpetua perfectio ſtat proxima diuinæ potentiæ: cæterùm proceſſu temporis ad meliora tranſitus, eſt propria dos bene natæ animæ, quæ contemptis puerilibus ſtudiis, per ſolidiora, & magis vtilia contendit ad tranquillam conſtitutionem diſcurrentem per cogitationes honeſtiſſimas. Ideò meritò poſt pœnitentem ſubſequitur Deo carus virtutis amator, Hebraicè Noë, Latinè quies, ſiue iuſtus, vocatur nominibus ſapienti conuenientiſſimis. Ita Philo. Poſt pœnitentiam igitur animæ requies eſt; quia non perfruitur, qui ſcelerum ſe nexibus irretiri ſinit. E Filius ille prodigus in patria domo quietus, & ſatur viuebat; inde ſe proripiens ponè ſectabatur poros; rerum ſubinde omnium indignus, faméque enectus. Rectè D. Bernar. *homilia infra octauam Epiphaniæ*. O infelix (inquit) egeſtas, cui & panis deſuit; & porcorum cibus non profuit. Afferte Domino filios arietum, *Pſal.* 28. Quorſum? vtique ad ſacrificium. Quodnam illud? ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus. *Pſal.* 50. Peccaſti, vt homo, pœnitentiam age vt Chriſtianus. Clama, vt niam implora: Ego ſum paſtor ouium, ait Dominus: Ergo nos Domini

S. Ambroſ.

*Iuſtitia vere tus deſcribitur.*

*Peccato dolor adnexus.*

Philo.

*Iuſtus Deo opifice dignus.*

Philo.

*Pœnitentia encomia.*

*Poſt peccatum infelix ſtatus.*

Luc. 15.

S. Bern.

Pſalm. 28.

Pſal. 50.

*S. P. Chryſ.* *Pœnitentis gemitus ouem Dei indicat.*

mini oues ſumus. At (vt egregiè animaduertit D. Petr. Chryſolog. *ſerm.* 10. quomodo Chriſtianus domum ſuam iudicat ouile Dei, vbi non paſcuale germen Dei pecus dat balatum? Abſoluta denique pœnitentia reliquum eſt, vt requies detur, ſtabilis nimirum ſit gratiæ diuinæ in noſtris mentibus ſtatio; qualis decet filios Dei; additur enim: Afferte Domino filij Dei. Vbi optimè adiungit idem Chryſolog. Audiuimus quò nos tulit diuina dignatio; quò paternitas extulit nos ſuperna. Credamus nos Dei filios; reſpondeamus generi, viuamus cælo, Patrem ſimilitudine referamus. Ne perdamus vitiis, quod ſumus per gratiam conſequuti. Sic ille.

*S. P. Chry.* *Pœnitens in filios Dei aſcitur.*

5. *Noë verò cùm quingentorum eſſet annorum, genuit Sem, Cham, & Iaphet.* Noſter Gordon in ſua chronologia mauult vt Noë cùm genuit Sem, fuerit annorum quingentorum duorum, nonaginta octo ante diluuium; neque id repugnat lectioni vulgatæ, quæ ſolùm aſſerit Noë completos iam habere quingentos annos, cùm genuit Sem; quod & verum fatetur, qui biennio poſt natum Sem affirmet, maximè verò, quia Sem à pluribus exiſtimatur non fuiſſe primogenitus Noë. Igitur licèt anno quingenteſimo inceperit Noë generare liberos, Sem qui primus non fuit, natus cenſetur ſubinde anno ſecundo. Arbitratur enim D. Auguſt. *lib.* 2. *de ciuit.* catalogum iſtum generationum, quem Moyſes ab Adamo ad Abrahamum inſtituit, non contexi per primogenitos; ait enim *cap.* 15. Non apparet omnino, verùm qui nominatur genitus, ipſe fuerit primogenitus; imò verò quoniam credibile nõ eſt, patres illos ætate tam longa, aut impubes fuiſſe, aut cõiugibus caruiſſe, vel fœtibus; nec illos eorum filios primos eis natos fuiſſe credibile eſt. Sed cùm ſacræ ſcriptor hiſtoriæ, ad ortum, vitámque Noë, cuius tempore diluuium factũ eſt, per ſucceſſiones generationum notatis temporibus intenderet peruenire, eas vtique commemorauit, non quæ primæ ſuis parentibus fuerint, ſed quæ in propagationis ordinem venerint. Ex quo intelligi poteſt veteres homines ante diluuium non primogenitos, ſed eos fuiſſe commemoratos, per quos ſuccedentium ordo generationum ad Noë Patriarchatum duceretur, ne ſeræ pubertatis illorum obſcura, & non neceſſaria quæſtio nos fatiget. Hæc Auguſt. Quod autem iuxta hanc doctrinam Sem ſecundo genitus dicatur, videtur cohærere cũ illo loco *Geneſ.* 11. vbi legimus: Sem cùm genuit Arphaxad habuiſſe centum annos; foret autem centum & duorum annorum, ſi natus fuiſſet quingenteſimo anno patris Noë; vt bene aduertit Gordon, Torop. & alij. Colliget fortaſſe aliquis ex dictis Auguſt. Noë ante hos tres filios, qui hoc loco nominantur, plures alios genuiſſe, in tanta illa longæuitate, vſque ad quingentos annos; & conſequenter illos, aut ante diluuium vita functos, aut in ipſo periiſſe: vt etiam in familia Noë viſum illud fuerit: vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Quod certè viro ſanctiſſimo, & parenti optimo inſigniter eſſet luctuoſum ac miſerandum; multos nimirum habere filios & filias, ac numeroſam nepotum ac pronepotum ſobolem, quos omnes, tribus exceptis, videret Dei contemptores, prædicantis futurum diluuium patris irriſores, hauſtos diluuio in gehennam detrudi; niſi fortè dixeris, ne tam inconſolabilis dolor in virum Deo amicum caderet, filios ipſius ante diluuium mortuos, vel in ipſo ſalutem ex Dei be-

*Gordon.*

*S. Aug.* *Non per primogenitos ſeries hominum contexta.*

*An Noë plures quam tres habuerit filios.*

A neficio æternam adeptos, peracta ſcilicet vera ſuorum ſcelerum pœnitentia, veréque contritos, aquis diluuij pro ignibus purgatorij leuiores culpas, & pœnas grauioribus debitas eluiſſe. Lyra tamen literæ, vt ſonat, inſiſtens: Quare (inquiunt) tantum tardauit ad generandum, cùm alij præcedentes ante centeſimum annum generauerint? Reſpondent Hebræi; quia ſi antè generaſſet, tot ex eo, & filiis eius multiplicati fuiſſent, & inter eos multi mali, de quibus non eſſet dignum, quòd ſaluarentur in diluuio; diſpoſuerat enim Dominus eum ſaluare cum tota ſua poſteritate in diluuio: item tot perſonæ, cum neceſſariis ad vitam per annum integrum non potuiſſent competenter in B arca collocari. Non diſplicet Lyræ obſeruatio. Ex qua colliges, vti habere liberos eſt Dei beneficium, ita eos non habere interdum pro beneficio habendum eſſe. Quid ſi tibi Deus deneget filios, quos (ſi erunt) malè moratos habeas, latrones, ſicarios; videas illos ante oculus tuos ſuſpendi in patibulum; aut domum recipias vulneribus confoſſos, in lethali peccato mortuos ad gehennam? An non tunc diceres: O felices, qui non genuerunt; & quæ non pepererunt? Felicior Dauid foret, ſi Abſalonem etſi mortalium formoſiſſimum, non genuiſſet. At habuit filium, cuius interitum lamentatus infeliciſſimum, 2. *Reg.* 19. Luxit (inquit Theodoretus *quæſtione vigeſimaſexta*) tanquam pius cum, qui non poterat ampliùs curari per pœ- C tentiam. Nam poſt mortem pœna peccati eſt immedicabilis.

*Lyra.*

*Carere filiis beneficium Dei nonnunquam eſt.*

*Lugendus qui pœnitentiam non egit.* 2. Reg. 19. Theod.

6. S. Chryſoſtomus ratus Noë nullos alios, nec antè, nec poſtea filios habuiſſe, meritò ſuſpicit admirabilẽ viri pudicitiam! Quantæ (inquit) virtutis eſt in tantam temporis longitudinem concupiſcentiæ rabiem frænare, quando malitia ſuper omne genus humanum ſe extenderat; & non ſolùm ab illicito concubitu, ſed & à legitimo ſe cohibere. Mihi autem videtur diuina diſpenſatione factum, quòd iuſtus iſte à coitu abſtinet, & pueros iſtos habet, vt fermentum, & radix eſſet generis humani. huius cauſa cùm iam quingentorum eſſet annorum, habetétque D iſtos tres filios, iſtis contentus fuit: declarans hoc factum, vt diuinæ in humanum genus miſericorditer ſeruiret. Ita Chryſoſtomus *homilia vigeſimaquarta.* Pulchrè Caiet. adnotauit poſitum in Hebr. Et fuit Noë filius quingentorum annorum. ויהי־נח בן־חמש מאות שנה ויולד נח *vaihi noach ben chamex meoth xanah, vaioled noach*, &c. non fortè ſine myſterio, de ſolo Noë dicit Moyſes, quòd fuit filius tot annorum; & intelligo, quòd hoc dixerit ad ſignificandam abſtinẽtiam Noë à generando; quòd ante quingenteſimum annum ſuæ vitæ non genuit. Addiderim Caietano; dici filium quingentorum annorum: tum quia in tota illa præcedenti ætate, pater non fuerat, ſed filius tantùm: tum quia vſque ad quingenteſimum annum ſuæ vitæ cum paren- E tibus, vti bonus filiusfamiliàs cohabitauerit; pluris æſtimans filij, quàm patris nomen; nec in animum inducens, vt nurum aliquam rixoſam & permoleſtam parentibus ſubinferret. Proh incredibilem filij amorem & obedientiam erga parentes, tot per ſecula nomine, factíſque præſtitam! Audiant hæc, & erubeſcant filij, qui vix ætatem puberem ineuntes contra præſcriptum parentum matrimonio ſtulti ſe immergunt: vnde miſeris ilias malorum ſuccedit.

*S. Chryſoſt.*

*Mira caſtitas Noë.*

*Caiet.*

*Noë amor erga parentes.*

Vſque

Vſque adeò rarum, & inſolitum inter homines videtur Pſalmiſtæ filium à patris domo ac tutela excuſſum, parentibus deinde deferre & obſequi; vt prædicârit: *Sicut ſagitta in manu potentis, ita filij excuſſorum*, hoc eſt, excuſſi filij, Hebraiſmus: ſcilicet à domo, cura & tutela patrum excuſſi. Luſitanè, *mancipados*. *Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis*, Pſal. 126. Si pater eſt, quem filius à patris domo egreſſus, honoret, iuuet, aláque, is habeatur in mundo feliciſſimus. Quid ſi ne parentibus moleſtiam inferat, vxorem ducere nolit, & vt ſenectuti parentum ſolatium afferat, & adiumentum cælebs, ac filius eoſdem ad mortem vſque comitetur? Et quidem hoc miraculum eſſet in vita ſexaginta annorum planè ſtupendum. Quódnam prodigium, quàm incredibile, ſi fides diuina non aſtrueret, Noë filium adhuc eſſe vſque ad quadringentos nonaginta annos, & cùm quingentorum eſſet annorum, tunc patrem eſſe inciperet?

*Pſal. 126.*

*Chriſti obſequium erga matrem.*

7. Porrò mirandum fuit Noë propoſitum filiis in obſequio parentum ſpectata longæuitate obſequendi: at longè maius miraculum (nec vlla ſubeſt comparatio) ſcribit Lucas de Chriſto Domino cap. 2. *Deſcendit cum illis in Nazareth: & erat ſubditus illis*. Vbi D. Ambroſ. Quid magiſter virtutis niſi officium pietatis implerat? Et miramur ſi defert patri, qui ſubditur matri. Non vtique infirmitatis, ſed pietatis iſta ſubiectio eſt. Deferebat homini, deferebat ancillæ, deferebat ſimulato patri. Diſce tuæ vtilitatis præcepta, & exempla pietatis agnoſce; diſce quid parentibus tuis debeas, tu matri debes pudoris iniuriam, virginitatis diſpendium, partus periculum, matris longa faſtidia, matri longa diſcrimina, cui miſeræ in ipſis votorum fructibus maius periculum eſt: & cùm ediderit quod optauit, partu abſoluitur, non timore; quid autem patres loquar pro filiorum profectu, & multiplicatos alienis vſibus cenſus; iactáque agricolæ ſemina poſterorum ætatibus profutura? Nónne pro his obſequia ſaltem oportet rependi? cur impio patria vita prolixior, & communitas patrimonij videtur anguſtior, cùm Chriſtus non refugiat cohæredes? Sic Ambroſ. *lib. 2. in Lucam*. Quam ſententiam omnes filij addiſcere, & obſeruare debuiſſent. D. Bernard. *ſerm. 3. de reſur.* ex hoc loco obedientiam commendat ſubditorum: maximè verò vt ſua libenter, & humiliter iudicia deponant, Prælatorúmque conſilia ſequantur. Attende (inquit) quid fecerit magni conſilij Angelus, quomodo cõſilium ſuum poſtpoſuerit, conſilio vel magis voluntati mulieris vnius (beatam Virginem loquor) & fabri pauperis. Deſcendit & erat ſubditus illis. Quis iam non erubeſcat obſtinatus eſſe in conſilio ſuo, quãdo ſuum ſapientia ipſa deſeruit? Sic mutauit conſilium ſuum, vt quod iam tunc cœperat, ea tunc vſque ad trigeſimum ætatis ſuæ annum prorſus dimiſerit. Bonum erat conſilium Chriſti, quod ait: Quia in his quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe. Sed mutauit illud conſilium, vt nos mundaret ab ea lepra, quæ proprij conſilij eſt. Voluit nobis formam huius humilitatis exhibere, & ad lauandam peſſimam hanc lepram diuinum in ſeipſo parere Iordanem. Hæc Bernard. Idem *ſerm. 19. in Cant.* Formam obediendi Puer Ieſus pueris ſanctis tradidit. Sequi illos in Nazareth non deſpexit, Magiſter diſcipulos, Deus homines, Verbum, & Sapientia, Fabrum, & Fœminam. Sic ille. Tanti verò obedientiam erga matrem ſuam ſemper virginem Chriſtus Dominus fecit, vt etiam moriens alterum pro ſe Filium matri de cruce tradiderit, Ioannem ſcilicet ſuum dilectum. Ioan. 19. *Ecce mater tua: ecce Filius tuus.* Vbi D. Ambroſ. ſic effatur *lib. 10. in Luc.* Stabat mater eum ſtudio pietatis, quæ ſua pericula poſthaberet. Stabat, & Dominus ſuſpenſus in cruce, qui ſua pericula contemneret, pio matrem commendabat affectu. Habemus igitur pietatis magiſterium. Docet lectio, quid maternus debeat affectus imitari; quid ſequi reuerentia filiorum: vt ille ſe offerat in filiorum periculis, illis ampliùs ſolicitudo materna, quàm ſuæ mortis mœſtitia ſit dolori. Igitur tam gratum Domino fuit obſequendi ſtudium matri ſuæ, vt non modò per triginta annos matri comes indiuiduus, & filius obſequentiſſimus adſtiterit, ſed moriens alterum pro ſe in amore filium delegauerit, qui ſua obiret officia pietatis, & in quo, & per quem (vt ita dicam) etiam immortalis, & glorioſus in cælo ad dexteram patris ſedens, matri ſuæ inſeruiret, matri obtemperaret, matrem eadem in domo, ad eandem menſam dies, noctéſque, ad matris vſque in cælos aſſumptionem, filius comitaretur.

*Luc. 2.* *S. Ambroſ.* *Quantũ filius debeat parentibus.* *S. Bernard.* *Obedientes ſuũ iudicium deponũt.* *Chriſti humilitas, & obedientia.* *Chriſti pietas in matrem.* *Ioan. 19.* *S. Ambroſ.* *Chriſtus viuit per Ioannem matri obedit, & ſeruit.*

# CAPVT SEXTVM.

1. CVmque cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent.

2. Videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant.

3. Dixítque Deus: Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt: erúntque dies illius centum viginti annorum.

4. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis. poſtquam enim ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, iſti ſunt potentes à ſeculo viri famoſi.

5. Videns autem Deus quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore.

6. Pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terra. Et tactus dolore cordis intrinſecus.

7. Delebo, inquit, hominem, quem creaui, à facie terræ, ab homine vſque ad animantia, à reptili vſque ad volucres cæli; pœnitet enim me feciſſe eos.

8. Noë verò inuenit gratiam coram Domino.

9. Hæ ſunt generationes Noë: Noë vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit.

10. Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth.

11. Corrupta eſt autem terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate.

12. Cúmque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam (omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram.)

13. Dixit ad Noë: Finis vniuerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniquitate à facie eorum; & ego diſperdam eos cum terra.

14. Fac tibi arcam de lignis leuigatis: manſiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinſecus & extrinſecus.

15. Et ſic facies eam: Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius.

16 Feneſtram in arca facies, & in cubito cōſummabis ſummitatē eius: oſtium A autem arcæ pones ex latere: deorſum, cœnacula, & triſtega facies in ea.

17. Ecce ego adducam aquas diluuij ſuper terram, vt interficiam omnem carnem, in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cælum: vniuerſa quæ in terra ſunt, conſumentur.

18. Ponámque fœdus meum tecum; & ingredieris arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum, tecum.

19. Et ex cunctis animantibus vniuerſæ carnis bina induces in arcam, vt viuant tecum: maſculini ſexus & fœ- B minini.

20. De volucribus iuxta genus ſuum, & de iumentis in genere ſuo, & ex omni reptili terræ ſecundùm genus ſuum: bina de omnibus ingredientur tecum, vt poſſint viuere.

21. Tolles igitur tecum ex omnibus eſcis, quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te, & erunt tam tibi quàm illis in cibum.

22. Fecit igitur Noë omnia, quæ præceperat illi Deus.

## SECTIO PRIMA.

***Cúmque cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent; videntes filij Dei filias hominum, quòd eſſent pulchra, acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant.***

1. *Vitiorũ multiplicatio diluuium promeruit.*

DESCRIPTVRVS Moyſes diluuiũ quo genus humanum (exceptis tantùm octo) vniuerſum periit, in primis cauſam illius vniuerſalis exitij præmittit: fuit illa hominum effuſa carnis libido, cuius ſordibus pollutam terram Deus effuſis de cælo imbribus, atque maris ſeſe effundentibus extra limites natura prefixos, aquarum vorticibus ablueret, & expiaret. *Cùm cœpiſſent igitur homines multiplicari ſuper terrã,* &c. Rectè obſeruat Caietan. *Caiet.* Ne putaretur vitiorum copiam incepiſſe, tempore Noë, manifeſtat Moyſes, quòd longè priùs abundauit *multitu*do peccatorum, quæ meruit diluuium, & explicat à tempore, quo incœpit multiplicatio D hominum, ſimul multiplicata eſt vitiorum copia. Sic ille. Occurrit igitur iuxta hanc interpretationem Moyſes tacitæ cauillationi, quæ fieret aduersùs virum innocentiſſimum Noë: quòd nimirum illius ætas fuerit omnium flagitioſiſſima, nec ipſe, aut felix fuerit; quippe cùm ſuo tempore inundauerit carnis immunditia: aut non tam potens verbo, aut facto extiterit, vt deprauatam illam morum licentiam cohiberet. Natus ergo Noë dicitur, cum multo antè multiplicato humano genere, multiplicata pariter fuiſſet omnis flagitiorum colluuies. *Ingratitudo hominum erga Deum.* Pulchrè multiplicatũ dicit genus humanum vſque adeò, vt tota eſſet hominibus repleta terra; quod E erat diuinæ benignitatis ſummum argumẽtum, & fructus illius benedictionis: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Reliquum erat, C vt mortales Deo illi obſequerentur, cuius tam larga & mirabilia iugiter acceperant beneficia; ſed barbari, atque ſtolidi, cùm maximè Dei benedictione multiplicarentur, tunc aduersùs eundem innumeris ac fœdiſſimis ſceleribus armati proruperunt. Oportebat, vt incendia libidinum, quæ à terra in cælum efferebantur, cælo in aquas diſrupto reſtinguerentur. D. Ambroſ. *S. Ambroſ.* ordinem horum verborum expendens, miſericordiam Dei primò commendari exiſtimat; vt diluuium ſubſequens à Deo ſceleribus hominum læſo, iratóque, ac velut inuito, & coacto euenturum oſtendatur. Vniuerſa (inquit *lib. de Noë & arca*) ſe effudit, quàm maximè eo tempore generatio. *Miſericordia Dei iudicium precedit.* Secuturo enim diluuio non debuit æſtimari defuiſſe gratiam fœcunditatis illi generationi, quam diluuia abſorbuerunt; vt quod fuit humani generis abundantia, diuinæ deputetur gratiæ, quod diluuium ſequutum eſt, noſtris adſcribatur iniquitatibus, qui peccatis noſtris auertimus Dei miſericordiam. Sic & in poſterioribus inuenies, quod ſecuturam Ægypti ſterilitatem præceſſit totidem annorum fœcunditas. Principale eſt enim virtutis inchoare à beneficiis, & præſeminare gratiam. Vnde Dauid Pſal. 100. *Pſal. 100.* *Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine.* Præcedit beneficij gratia, ſequitur cenſura ſobriæ diſciplinæ. Diuinum eſt igitur, quòd bona præmittuntur, noſtrum, quòd mutantur. Hæc Ambroſ. Addiſcant hinc principes, prælati, domini, patréſque familiâs ordinem, quem obſeruare debeant. Primò, vt panem porrigant, deinde virgam expediant. Primò benefaciant; deinde

deinde puniant, vbi opus erit. Eorum enim tunc præmiſſa benignitas, ſeueritatem deinde conſequentem reddet iuſtiorem. Præſeminanda igitur ſemper eſt gratia ſeueritati, & iudicio. *Et filias* (dicit) *procreaſſent*. Quare non filios? an quia debilitata vis generatrix propter libidinem immaniter profuſam in filias deteriorem atque imbecilliorem ſexum deerrauerit? an homines (quæ illorum erat effrænis intemperantia) medicamentis aliunde adſcitis ad plures fœminas generandas, vt plura eſſent ſuarum libidinum inſtrumenta, vtebantur? an ita diſpoſuerat diuina prouidentia, quo genus humanum magis augeſceret? an per ironiam id dicitur; cùm tam molles, effœminati, libidinibus eneruati eſſent homines, vt meritò fœminarum mollitudine, ac nomine cenſerentur? Certè non caret myſterio Noë iuſtum non generaſſe filias; itémque filias dici hominum. Philo (vt moris habet) *lib. de Gigantibus*, allegoricam ſubdit rationem; nemo iniuſtus ſeminat in anima prolem maſculam; ſed qui ſunt parùm viriles, fracti, effœminatíque cogitationibus, & ſententiis gignunt fœminas, vt expertes virtutis feracis, non bonorum fructuum, & plantatores omnium vitiorum, affectionúmque, quarum muliebria ſunt germina.

*Homines effœminati, ac turpes.*

*Philo.*

2. Porrò aduertendum hîc eſt, pro ſaniori eorum, quæ conſequuntur, intelligentia; quinam appellentur hoc loco homines, & qui filij Dei? Ac Tertul. quidem, Lactant. & alij ex antiquis exiſtimarunt filios Dei eſſe Angelos, qui fœminarum concubitu potiti, nefarios illos, & prodigioſos filios ediderunt. Sed error eſt, quem noſter Perer. fusè eruditéque confutat. Certa igitur inter Patres, & doctores ſententia definit filios Dei appellari progeniem Seth; in qua ſola Dei cultus, pietas, iuſtitia, & vera Dei ſecundùm virtutem ſimilitudo expreſſa cernebatur; &, vt addit Gennad. erga quos Deus ipſe affectum paternum, & curam ſingulariter oſtenderit. Vnde D. Auguſtin. *quæſt. in Geneſ.* Credibilius (inquit) eſt homines iuſtos appellatos, vel Angelos, vel filios Dei, concupiſcentia lapſos peccaſſe cum fœminis, quàm Angelos carnem non habentes, vſque ad illud peccatum deſcendere potuiſſe. Theod. *quæſt. 47. in Geneſ.* ſeueriùs illos perſtringit, qui Angelorum turpitudinem in hunc locum inuexerunt. Quidnam (inquit) nimis ſtupidi, & ſtolidi exiſtimarunt Angelos eſſe, putantes ſuam forſan intemperantiæ patrocinium habituros ſi Angelos eiuſdem criminis reos tenerent. Verùm etſi abſurdum omnino eſt huiuſmodi commentum de Angelis, non vt ſibi de Angelica impunitate impuri homines blandirentur, putandi ſunt boni alioqui autores Angelos dicere, qui filij Dei nuncupantur. Adiungit ergo Theodoretus: Filij Seth & Enos, &c. tanquam pij, & boni cognominati ſunt filij Dei. Separatum enim erat genus Seth, & non permiſcebatur cum cognatione Cain, propter illatam à Deo maledictionem. Ita Theodor. Quare qui virtutem, & pietatem, & veri Dei cultum ſequebantur, filij Dei vocabantur; timeo, ne ſic per irriſionem à Cainitis, Deo, atque omni pietati per ſummam impietatem inſultantibus, dicerentur filij Dei; vti à tyrannis & Gentilibus Chriſtiani per ludibrium dicebantur, vt ex Tertul. alibi retulimus. Theodoret. quod & alij aſſeruerunt, aliò reſpicit. Propter pietatem (ait) Enos filius Seth primus diuinam appellationem ſortitus eſt, & à cognatis vocatus eſt Deus; vnde & qui ex eo nati ſunt, vocati ſunt filij Dei; quemadmodum & nos à cognomine Chriſti Domini, nuncupamur Chriſtiani. Iſti ergo videntes filias cognationis Cain ſpecioſas, & illecti (vt veriſimile eſt) inſtrumentis muſicis ab eis excogitatis (Tubal enim inter eos florens pſalterium, & citharam inuenerat) permixti ſunt illis, & contaminauerunt ſuam nobilitatem. Sic Theod. Hi quidem (ait Albin.) auita benedictione religioſi, illæ paterna maledictione impudicæ. Subtiliter Caietan. aduertit: Multitudo (inquiens) vitiorum manifeſtatur ex caſu iuſtorum; vt ex hoc quod iuſti extunc declinauerunt à recto, intelligatur innumera multitudo peccantium; imò fuiſſe tunc vitia communia. Ita Caietan. Cæterùm ea longè grauiora in filiis Dei; quorum nobilitatem dedecebat illa tam fœda carnis turpitudo. Graue non eſt (ait S. Ephrem *tract. Attende tibi, cap. 3.*) oppugnari, & repugnare paſſionibus; ſed graue eſt, per ignauiã cadere coram aduerſariis, ipsíſque ſuccumbere. Sic ille. At quid turpius illecebris voluptatum; quid fugacius, quid inanius? Vno verbo expreſſit omnia S. Petr. Chryſ. *ſerm. 8.* à quo ibi vocantur, voluptatum ſpumæ. At (inquies) humanum vitium eſt, cognatum carni, quam geſtamus. Falleris (inquam) alienum eſt ab homine, cuius potior pars anima de cælo eſt. Verùm illud eſt D. Petr. Chryſol. *ſerm. 148.* Dedit Deus tibi animam de cælo, corpus de terra, vt in te nexa cæli terræque concordia ſeruaretur. Ita Chryſ. Poteſt igitur fieri, vt carnem habeas, nec tamen à carne ſpiritus deturpetur: concordes perſiſtant, tunc maximè, cùm ſpiritui obediet caro. Quòd ſi adhuc iſta obluctetur, nihil oberit, quo minùs ille purus (ſi blandienti obſiſtat) cæleſtem ſuum ſtatum conſeruet. Etenim (inquit D. Bern. *in form. honeſt. vitæ in docum.*) non nocet ſenſus, vbi non eſt conſenſus. Monet etiam optimè S. Ephrem *loco indicato*. Reſiſte vrenti concupiſcentiæ; vt flammam, quæ nunquam extinguetur, effugere queas. Nam ſi nos perturbationes ſuperarint, non recedent à nobis; quin & magis aduerſùm nos inſoleſcent. Attende igitur tibiipſi, ne gloria diuini aſpectus priueris. Sic ille. En quid ab omni ratione alienius, quàm vt propter momentaneam, & turpem carnis voluptatem ſempiternas Dei voluptates amittamus?

*Seth filij Angeli & filij Dei dicuntur.*

*Gennad.*

*S. Aug.*

*Theod.*

*Theod.*

*Coniunctio eſt filiabus Cain.*

*Albin.*

*Caiet.*

*Caſus iuſtorum grauior.*

*S. Ephrem.*

*Fœda, & inanis voluptas.*

*S. Petr. Chryſ.*

*Indigna homine libido.*

*S. Bernard.*

*S. Ephrem.*

3. Hanc eandem ſententiam de filiis, ac nepotibus Seth, qui filij Dei, & Angeli vocabantur, latè probat D. Auguſtin. *lib. 15. de ciuit. cap. 23.* Igitur filij, & nepotes Seth & Enos iuſtorum capti pulchritudine admirabili fœminarum prolis Caini, cum illis repudiata ſobole cognatarum mulierum contraxerunt connubia. Bene D. Auguſtin. *cap. 22.* Malum à fœmineo ſexu cauſam rurſus inuenit; fœminæ, quę prauis motibus fuerant, amatę ſunt à filiis Dei propter pulchritudinem corporum, quod bonum Dei quidem donum eſt; ſed propterea id largitur etiam malis, ne magnum bonum videatur bonis. Sic filij Dei, filiarum amore capti ſunt, atque vt eis coniugibus fruerentur in mores ſocietatis terrigenę defluxerunt, deſerta pietatę, quam in ſancta ſocietate ſeruabant. Sic enim pulchritudo corporis à Deo quidem factum, ſed temporale, carnale, infimum bonum malè amatur, poſtpoſito Deo æterno bono. Nota ex hac doctrina D. Auguſt. quàm nihil debeas æſtimare corporis pulchritudinem, vt quæ filiabus Caini generationi quidem Deo inuiſæ ac damnatæ concedatur. Naſci quidem pulchrum à Deo eſt; at nimio ſtudio pulchri

*S. Auguſt.*

*Pulchritudo muliebris exitialis.*

*Nihil æſtimanda pulchritudo.*

pulchritudiuem adſcitis hinc inde lenociniis, & fucis colorum ſpecioſiorem reddere, venalémque oculis laſciuientibus proſtituere; id quidem meretricium eſt, & ſatanicum. Quàm verò ea cura comendi, ornandi, colorandi ſit aliena à Chriſtianis, ſic D. Hier. docet *lib.2.contra Iouin.*

S. Hieron. *Ornatus & fucus perſtringitur.*

Quoſcunque formoſos, quoſcunque calamiſtratos, quos crine compoſito, quos rubentibus buccis videro, de tuo armento ſunt; imò inter tuos ſues grunniunt. De noſtro grege triſtes, pallidi, ſordidati, & quaſi peregrini huius ſeculi; licèt ſermone taceant, habitu loquuntur, & geſtu.

Tertull.

Tertul. multa diſertiſſimè in fœminarum illecebroſo nitentem fuco, & ornatu pulchritudinem inuectus effatur; præmonuerim tamen errasse in Angelorum, quos verè putat Angelos, nomine, quod ſæpiùs inculcat. Igitur, *lib. de habitu muliebri, cap.1. & 2.* ſic ait. Omnia iſta damnatæ, & mortuæ mulieris impedimenta ſunt, quaſi ad pompam funeris conſtituta. Nam & illi quia ea conſtiruerunt, damnati in pœnam mortis deputantur, illi ſcilicet Angeli, qui ad filias hominum de cælo ruerunt, vt hæc quoque ignominia fœminæ accedat. Multis deinde contendit ornamenta, fucos, & lenocinia fœminarum ab illis immundis Angelis pro turpi commercio fuiſſe inuenta, & inculcata fœminis, quod ego non reiicio, niſi quatenus inuoluitur fabella de Angelorum concubitu; non enim mihi videtur abſurdum, plura huiuſce generis, quę ſunt incitamenta libidinum, ad exitium animarum fuiſſe ab immundis ſpiritibus inuenta, traditaque fœminarum ſexui.

*Ornandi ars à diabolo tradita.*

Quod verò ibidem dicit de huiuſmodi Angelis, etſi fabuloſum omnino ſit, & indignum Chriſtiano doctore; illud ego accommodarim ad homines, qui de ſtatu gratiæ prorſus Angelico deiecti, in turpitudinum ſtercora velut alter filius prodigus, ad ſe reuerſi priſtinum vnde exciderunt ſtatum ſuſpirarent.

Tertull.

Qui (ait) interdum cogitabant, vnde cecidiſſent, & poſt libidinum vaporata momenta cælum ſuſpirabant.

*Fugacitas libidinum.*

Nota obiter quàm emphaticè deſcribatur fugacitas, & leuitas voluptatis venereæ per vapores, qui ſubitò exhalati euaneſcunt; & per momentaneas morulas, quibus nihil breuius, aut eſſe, aut fingi poteſt. Hunc eundem locum expendens idem Tertul. *lib. de Virg. veland. cap. 7.* egregiè concludit: Debet ergo adumbrari facies tam periculoſa, quæ vſque ad cælum ſcandala iaculata eſt.

Tertull. *In templis decet lenocinii muliebre.* 1. Cor. 11.

Aptari hoc poteſt ad illud Pauli monentis velari debere capita fœminarum propter Angelos, vbi aliqui veros Angelos, qui aſſiſtunt in templis ad diuina myſteria intelligunt; ad quorum præſentiam vitanda eſt omnis indecentia, quæ carnis ſpurcitiam ab ſpiritibus illis cæleſtibus valde alienum redoleat.

4. Cæterùm aduertendum hîc eſt, iſtos filios Dei non malè audire, quòd ſtupris & adulteriis, aut aliis portentoſæ concupiſcentiæ flagitiis ſuam decorauerint nobilitatem: ſed quòd vxores acceperint ex illo Caini damnato genere. Quòd enim de connubio, & non de nefario concubinatu ſermo ſit, euidenter ibidem colligit Tertul.

Tertul.

Acceperunt (inquiens) vxores ſibi, quas elegerant, filias hominum, manifeſtè virgines portendit, quæ adhuc apud parentes deputarentur: nam nuptæ maritorum nuncupantur; cùm potuerit dixiſſe vxores hominum æquè, non adulteros nominans Angelos, ſed maritos, dum innuptas ſumunt filias hominum, virgines ſignificans. Hæc illè.

*Libidinoſa connubia omnium.*

Vnde igitur oritur peccatum filiorum Dei, ſi vxores ducunt? Expende illud, *ſibi.* acceperunt vxores ſibi, &c.

S. Auguſt.

D. Auguſt. 15. *de ciuit. cap. 23.* inferiùs legit, genuerunt ſibi. quod tamen illic non eſt in textu; ſed hoc loco, vt conſtat, nihilominus quocunque in loco poſitum, egregiè ſic exponitur à ſanctiſſimo doctore: Generabant ſibi, ſatis oſtendit, quod priùs antequam ſic caderent filij Dei, Deo generabant, non ſibi, ideſt, non dominante libidine coëundi, ſed ſeruiente officio propagandi. Sic Auguſtin. Ergo ex his verbis D. Auguſtini ad proprium locum adductis facilis erat explicatus horum verborum, *acceperunt ſibi vxores*, ſibi nimirum, non Deo; dominante libidine coëundi, non ſeruiente officio propagandi; quare iam turpitudine vitiata erant illa connubia filiorum Dei, cum filiabus hominum; & fortaſſe non ſinguli ſingulas, ſed vnuſquiſque plures, non ad prolis multiplicandæ ſtudium, ſed ad inſaturabilem explendam libidinem, vxores ducebat.

S. Hieron.

Rectè D. Hieronym. *in 56. Iſai.* Cùm cœpiſſent (inquit) homines fieri multi (qui numerus ſemper in vitio eſt &c.) Etenim multiplicata gente non multiplicatur lætitia, vt ex ipſo Iſai. alibi habetur; & multiplex numerus, vt alio in loco aduertit idem Hieronym. ab vnitate caſtitatis deflectit; præſertim iſta pluralitas vxorum, quas filij Dei propter pulchritudinem conquirebant, non niſi ex inſana quadam, & prodiga Veneris intemperantia oriebatur.

*Vxorum pluralitas ob libidinem.*

Ac pulchritudine quidem natiua, & decore aſcititio, atque inſuper concentu vocum, & inſtrumentorum ad irritandam laſciuiam compoſito in ſui amorem pellexerunt filiæ hominum filios Dei; vnde vtrunque defluxit in hominum genus diluuium, alterum flagitiorum, alterum aquarum. Mira eſt enim vis in muliere ad flectendum virum quôcunque velit. Et quidem ad virtutem inſinuatur à Paulo 1. Corinth. 7. vbi ſic ait: *Si qua mulier fidelis habet virum infidelem; & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum: ſanctificatus eſt enim vir infidelis, per mulierem fidelem.*

1. Cor. 7. *Mulieris vis ad flectendum virum.*

Hoc in beata Cæcilia & in multis aliis viſum eſt. D. Thom. egregiè commendat hoc loco mulieris huiuſmodi facultatem.

S. Thom.

Infidelitas (inquit) eſt culpa tenacior; virilitas ſexus robuſtior: ſanctificare actus difficilior; & tamen cùm eſſet mulier, per doctrinam ſuam conuertit incredulum, emolliuit robuſtum, mundauit immundum, & ſic ſanctificauit infidelem virum. Sic Thom. Hinc etiam rectè colligit S. Chryſoſt.

S. Chryſ. *S. Cæcilia virum conuertit.*

Nihil potentius muliere bona ad inſtruendum, & informandum virum quocunque voluerit. Quanta è contrario ſit potentia in muliere (ſi praua fuerit) ad euertendum virum, Adamus ipſe cum tota ſua poſteritate expertus lamentatur. Vnde illud dictum eſt à S. Chryſ. *homil. 32. in Matth.* Quid aliud eſt mulier, quàm amicitiæ inimica, ineffugabilis pœna, neceſſarium malum, naturalis tentatio, deſiderabilis calamitas, domeſticum periculum, delectabile detrimentum, mali natura boni colore depicta?

S. Chry. *Mulieris prauæ vitia.*

Orig.

Origen. ſimiliter *homil. de Chananæa.* Mulier (inquit) caput peccati, arma diaboli, expulſio paradiſi, delicti mater, corruptio legis. Et quidem iſtæ filiæ Caini in filios Dei nimis vxorios dominati ſunt; quo quid infelicius. Hoc ipſum de Iudæis plorauit Iſai.

Iſai. 3.

*Mulieres* (inquit cap. 3.) *dominatæ ſunt eis.* Vnde ſubintulit D. Auguſtin. *lib. de catechiz. rud.*

S. Auguſt.

Cùm fœmina dominatur in virum, peruerſa, & miſera

ſera

*Mulieris interuentu virum domi natus.* ſera domus eſt. A fœmina omne malum; ita fugeimus. Sed tamen etiam a fœmina omne bonum: ita cum gaudio prædicamus. Etenim (ô immenſam Dei benignitatem!) cùm venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, vt humanum genus redimeret, & ſcelerum maculas ſuo ſanguine ablueret. Sed quænam iſta mulier? Hæc nempe (inquit Laurent. Iuſtin. *libro de caſto connub.*) Virgo eſt ſan-
Laur. Iuſt. *B. Mariæ excellentia deſcribitur.* ctiſſima, quæ virtutum omnium ornata decore, & gratiarum plenitudine, atque donorum cæleſtium irradiata fulgore, cælorum regem ſuo ad ſe traxit odore. Nimio namque innocentiæ ac virginitatis reſperſa candore, tanquam præ ceteris ſanctior, Dei mater efficitur. Hæc quidem propter humilitatis meritum, & feruentiſſimum caritatis affectum ab Altiſſimo adamatur, eligitur à Verbo, fœcundatur ſpiritu, diuina prole ditatur. Quem cæli capere nequeunt, & omnis natura miratur; Maria mente concepit concepit in ventre, geſtauit in vtero, nutriuit lacte, fouit gremio, brachiis amplexata eſt. Quicquid bonoris, quicquid dignitatis, quicquid meriti, quicquid gratiæ, quicquid eſt gloriæ, totum fuit in Maria. Magna quidem naſcitur, maior cùm concipit; vbique ſancta, vbique plena, plena gratia, & virtute; immaculata verbo, & ſponſo. Ita eſt quæ culpam abſtulit, & dedit gratiam, quæ contulit mundo pacem, hominibus Deum, finem vitiis, vitæ ordinem, motibus diſciplinam. Hæc Laur. Iuſtin.

## SECTIO II.

*Dixitque Deus: Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum; quia caro eſt; eruntque dies illius centum viginti annorum.*

1. HEbr. לא־ידון רוחי באדם לעלם *lo-iadon ruchi baadam legholam.* quod diuerſimodè vertitur ex eo quòd ידון *iadon.* & ילון *ialon* legi poſſit: atque ipſum *iadon* deduci queat, vel à radice נדה *nadah*, vel à נדן *nedan*. Noſter interpres vertit, permanebit; legerat enim *ialon*, à radice *lun*, permanere, morari. Hodie legitur in Hebr. *iadon*, vel à radice *nadah*, elongare, producere, morari; vel à radice *nedem*, ideſt, vagina,
*Corpus animæ vagina.* ſignificáque, immanere. Igitur *iadon* idem eſt atque euaginabo, ac proinde cum negatione; non euaginabo, ſeu extraham animam de corpore, non ſinam diutiùs viuere. Conſideratur hîc anima in corpore, velut gladius in vagina; animámque extrahere è corpore per mortem, dicitur euaginare ſpiritum ſiue animam è ſua, in qua immorabatur, vagina: Simachus deducit *iadon* à radice דון *dun*, quod eſt contendere, diſceptare, litigare. Alij, iudicabit; quia verbum, *dun*, illud etiam ſignificat. His poſitis ad interpretandum procedamus. Iratus Dominus innumeris, & fœdiſſimis hominum ſceleribus, minatur humano generi exitium. Non permanebit ſpiritus meus in homine: hoc eſt, anima, & vita, quam ego corpori inſufflo, & infundo, non diutiùs perſiſtet in corpore, morientur quidem homines, totum peribit humanum genus, eo quòd ita vitiis carnis fœculentis ſit inquinatum; vt nihil aliud, quàm caro eſſe videatur: ita viuunt, & ad turpitudinum tuunt flagitia homines rationali anima

A prædiri, ac ſi non ad imaginem, & ſimilitudinem Dei creati ſint, ſed mere cenſeantur pecudes ad carnis inquinamenta abiecta. Non ſinam (ait D. Chryſ.) homines poſthac viuere, eo quòd carnalibus operibus ſe totos dedunt, & animæ ſubſtantia abutuntur, & quaſi ſola carne circundati anima carerent, ſic vitam ſuam abſu- *Hominū libido prodigioſa.* S. Chryſ.
munt. Ita Chryſ. Nota tuam animam dici ſpiritum Dei; quid ergo illum ſcelere contaminas? *Animæ dignitas deturpata.* Quid illum Deo aufers, & diabolo tradis? quid illum ſub carnis luto conculcas? quid tam vili pretio illum vendiras? Rupertus putat hiſce ver- Rupert.
bis Dominum iterum confirmare ſuam illam B antiquam ſententiam mortis Adamo, eiúſque poſteris indictam. In ſententia (inquit) perdurabo, vt homines non viuant in æternum, quia cùm deberét ſpirituales eſſe homines, caro ſunt, ſolaque ea, quæ carnis ſunt, ſapiunt. Sic Rupert. Vide quàm ſit abominabile carnis vitium, vt indignus, qui viuat, cenſeatur qui carnis inſectatur immunditiam: opprobrium hominum, & ipſamet abiectio humanæ naturæ eſt libidinoſus, quippe qui ſic viuat, vt homo eſſe non putetur; quaſi re ipſa conteſtans ſe non habere immortalem animam Deo natam, ſed equum eſſe adhinnientem, aut ſuem in volutabro. Contrà verò excellentiam caſtitatis admirabilem quis C dignè explicabit? Audi tamen S. Ephrem *tom. 1. in encomio caſtitatis.* O caſtitas (inquit) cui abomi- S. Ephrem. *Caſtitatis encomia.*
nationi ſunt deliciæ, venuſtas corporis, & ornatus veſtium! ô caſtitas oculorum frœnum, quæ è tenebris ad lucem totum corpus transfers! ô caſtitas, quæ cæleſtia velociſſimè penetras! ô caſtitas Angelicæ vitæ ratio, homines Angelis ſimiles reddis! ô caſtitas portus tranquillus in ſumma pace, ac ſecuritate conſtituens! ô caſtitas, cœleſtis prudentia, & ſancta prædicatio; animæ ad cæleſtia alas adiungis! ô caſtitas, quæ iuſtos illuminas, & diabolo tenebras offundis, cælerique curſu ad brauium ſupernæ vocationis in Chriſto contendis! ô caſtitas, æternæ diuitiæ in anima hominis Chriſtum amantis reconditæ! ô caſtitas pulchra, & pretioſa poſſeſſio! ô caſtitas D currus ſpiritalis poſſeſſorem ſuum in ſublime euchens! ô caſtitas, quæ apud quoſcunque homines gratiam inuenis! ô caſtitas, quæ roſæ inſtar in medio animæ & corporis flores, vniuerſamque domum odoris fragrantia reples? Hæc Ephrem.

2. Minatur verò Deus mortem, ſed non ſtatim infert; dicit ſe multos poſt annos excidio ablaturum de terra homines. Conſidera (inquit D. Chryſoſt.) quomodo Indignationi, & inter- S. Chryſoſt.
minationi miſericordiam admiſcuit. Talis eſt *Deus minatur vt parcat.* Dominus: minatur ſæpè, non vt opere compleat minas, ſed vt correctis nobis minas non ad opus perducat. Alioqui, ſi punire vellet, cur prædiceret? Sed quia non vult, ſemper ceſſat, & E moram nectit, & differt, & prædicit occaſionem reis præſtans, vt fugiendo malitiam, & apprehendendo virtutē, pœnas non experiantur. ita Chryſ. Scilicet flagitioſis hominibus, nihil æquè terrorem incutit, atque mortis interminatio, qua priuandi erunt abuſu nefario ſuarum voluptatum; vellent enim in terra (fieri ſi poſſet) immortales viuere. Idcirco diuina ſapientia, vt ſurdos excitet, à ſcelerum fæcibus, quibus hauſti iacent, mortem ſæpiùs detonat, mortem inclamat. vti Prouerb. 1. *Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quaſi tempeſtas ingruerit, quando venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia.* Hebr. כבא Prouerb. 1.
בשאוה

A בשאוה פחדכם ואידכם כסופה יאתה בבא עליכם צרה וצוקה *bebo chexaaub padedechem veedechem cheſuphah ietheh bebo ghalechem çarah veçuqah*, veniente ſicut deſolatione timore veſtro,& fra-ctione veſtra, ſicut turbine veniente ſuper vos anguſtia,& anguſtia. Timorem vocat mortem, hanc enim ſolam timent; de cælo nihil curant, Deum neſciunt, aut nó recordantur ſit ne Deus; fractionem, quia morte illorum vires, arrogan-tiæque debilitantur: deſolationem, quia priuat illos omni bono extrinſeco, quo fruuntur in vita; tempeſtatem, ac turbinem (vt notat Ca-

*Caiet.*
*Mors infelix improborum.*

iet.) propellentem ad extranea; hinc enim à viuis ad inferos detruduntur. Item (vt adiun-git idem) vt intelligamus, quòd peccator mo-

B riens remanet viuus ſecundùm ſpiritum; deſo-latus, & propulſus viuit. Anguſtia & anguſtia duplicatur, ſeu à dolore mortis, amiſſionéque bonorum huius mundi ad dolores inferni æter-næque vitæ diſpendium commigrabunt. Sequi-tur: Tunc inuocabunt,& non exaudiã. Caiet. poſt mortẽ non audiuntur propter præterita peccata. Peccata verò præterita non ſufficiunt ad impe-diendam exauditionem inuocantium in hac vi-ta, quoniam in quacunque hora ingemuerit peccator, promittitur venia. Expende maturius

*Deus in hac vita exorabi-lis.*

illud, *tunc*. quaſi dicat; Solùm poſt mortem Deus nun exaudit peccatores, ſi clament,& ploreot; io vita enim nunquam non exaudiet, ſi clamare,& ingemiſcere ad Deum velint. Peccauit Dauid,

C ſed clamauit, ſed orauit; atque adeò veniam ſce-lerum,& Domini gratiam eſt adeptus. Nihil illi ſic familiare deinceps fuit, quàm oratio, quę tan-tam vim habet apud Deum. Eſt enim (inquit D.

*S. Aug.*

Auguſt. *de exhort. ad Comitem, cap.* 28.) oratio clauis cæli, aſcendit precatio, & deſcendit Dei miſera-tio. Semper orandum in vita iubet Dominus.

*Zozim.*
*Oratio potens & ingis.*

Nam (vt ait Zozimus Papa, *in decretali Cæleſtini Papæ contra Pelag. cap.* 9.) quod eſt tempus, in quo Dei auxilio non indigemus? In omnibus igitur rebus, cauſis, & negotiis exorandus eſt protector Deus. Superbum eſt enim, vt humana natura aliquid de ſe præſumat. Sic ille. Sequi-tur; Comedent igitur fructus viæ ſuæ, ſuiſque conſiliis ſaturabuntur. Caiet. exponit; pœnas

*Caiet.*
*Damnatorum pœna.*

D luent tanquam comedentes, vſque ad ſacieta-tem. O infelix ſatietas damnatorum apud in-feros; comedent pœnas, ſaturabuntur pœnis; nec tamen vnquam miſeri comedere, & ſaturari deſinent.

3. *Non permanebit ſpiritus meus*, &c.] Spiritum ſuum vocat Deus, vt aliqui volunt, ſeipſum, vt ſit ſenſus: Non amplius ero cum iſtis homi-nibus: non me illis patrem, amicum, beneuo-lum exhibebo, vt hactenus feci; meam ab illis faciem auertam; auerſor enim obſcœnitatem illorum. Faſtidium, & nauſeam mihi parit il-lorum tam profuſa intemperantia; toti caro ſunt. Aut, quod malunt alij, Spiritus ſanctus non morabitur ampliùs in hominibus, quos

E peramanter curabat, ac tuebatur; caro ſunt, at nihil puritati Spiritus ſancti æquè contrarium,

*Clem Alex.*
*Libidinoſus vel ſit ſpiritui ſan. re.*

atque impuritas. Quam Clemens Alexand. 2. *pedag*. aptiſſimo verbo definit, cùm vocat, mor-bum immedicabilem. Nullum profectò vi-tium tam obſtinatè ac pertinaciter reſiſtit Spiri-tui ſancto, dum ſanctis inſpirationibus animum ad pietatem permouet. Sic enim legimus Ec-

*Eccleſ 21.*

cleſ 21. *Audiuit luxurioſus verbum ſapiens, & diſ-plicebit illi, & proiiciet illud, poſt dorſum ſuum.*

*S Ambroſ.*

Quare S. Ambroſius ad hunc locum, ita diſcur-

A rit: Spiritus ſanctus ſpiritus ſapientiæ eſt, ſpi-ritus cognitionis. Habet ergo ſapientiam, ha-bet & diſciplinam. Hic ſpiritus non permanet in hominibus, quia caro ſunt. Carnis enim na-turæ diſciplinæ repugnat, quia voluptati ob-temperat. Denique de ſolo Domino Ieſu ſcrip-tum eſt: *Super quem videris Spiritum deſcendentem de cælo, & manentem ſuper eum; hic eſt*, Ioan. 1. in eo manebat, quem nulla corruptelæ carnalis impe-dimenta reuocabant, quo minùs incorruptæ,

*Ioan. 1.*

& impermixtæ ordinem diſciplinæ teneret, cu-ius caro non vidit corruptionem, *lib. de Noe, cap.* 3. Cæterùm carnis vitium, in nullo hominum genere, tam fœdum aſpectu eſt, & tam iratum

B Deum reddit, atque in filiis Dei, quorum pars, & ſors, & hæreditas Deus eſt: nimirum in Ec-cleſiaſticis hominibus. Vnde illa eſt D. Bern. comploratio *in tract. ſuper, Ecce nos reliquimus*, Qui puritatis auctori impuro corde & corpore miniſtrantes, non verentur ſtare Angelum Do-mini, qui ſecet medios, & diſperdat, *Dan.* 13.

*Libido in Eccleſiaſticis damnatur.*
*S. Bernard.*
*Daniel 13.*

Sed omninò audent agni immaculati ſacras contingere carnes,& intingere in ſanguine Sal-uatoris manus nefarias, quibus paulo antè car-nes proh dolor meretricias attrectarunt. Et in-frà ſapienter aduertit ea corrupta conſuetudi-ne paulatim turpitudinis vitium increſcere, quod filiis Dei contigit, quorum ſanctitas & religio multos per annos ritè obſeruata turpiſ-

C ſimum fecit naufragium in connubiis filia-rum hominum, quarum conſuetudine paulatim à Deo in barathrum carnis deſciuerunt. Sanè (inquit Bern.) nemo repentè fit turpiſſimus; & via aliquis in hunc affectum nequitiæ, niſi praua conſuetudine pertranſiuit. Sunt qui di-

*S Bernard.*
*Conſuetudo praua ducit in barathrũ.*

cant filios Dei, ex aſſuetudine peccandi pro-lapſos eſſe in tam nefariam & prodigioſam impudentiam; vt primi omnia propinquitatis, & conſanguinitatis iura profanauerint, coëun-tes cum parentibus, filiabus, ſororibus, & vxo-ribus fratrum; quod etiam teſtatur Beroſus. Vi-de quô, & vnde filij Dei ceciderint. Qui ergo ſtat videat ne cadat; ab extremo ad extremum procurrerunt, à ſumma religione, & continen-tia, in ſummam impietatem, & obſcœnitatem

D infelices proruperunt; ab Angelorum ſtatu, & nomine ad ſtercora, & cœnum porcorum, ac dæmonum corruerunt. Aduertit Caietan. iam ante Abelis mortem, ſaltem (opinor) non mul-to pòſt, vbi multiplicatio extitit hominum, ſimul effuſam fuiſſe libidinum intemperantiam. Cæterùm hominum, & mulierum multiplica-tum conſortium ſolet eſſe incitamentum ad carnis illecebras vehementiſſimum; quod alibi retulimus ex Tertul. Fugam igitur capeſſat, vi-tet hominum cœtus, & præſertim fœminarum commercium, qui caſtitatem conſequi pero-

*Fugienda mulierum conſuetudo.*

ptabit. Idem eſt enim in Scripturis Sanctifica-mini, atque caſtificamini, & ſegregamini: ſan-ctitas, caſtimonia, & ſegregatio à peccatoribus,

E & ab operibus immundis, eodem prorſus no-mine appellantur. Mirum planè in modum ad-uerſatur Spiritui ſancto libidinoſa impuritas, nec permanet ſpiritus Dei in homine, qui caro eſt, hoc eſt, carnis vitia conſectatur. Contrà ve-rò explicari verbis haud poteſt, quàm ſit amica, grata, ſuauiſque diuino Spiritui caſtitas men-tis, & corporis. Ad virginum principem, & parentem dictum eſt ab Angelo: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit ti-bi*, Luc. 1. Ipſa virgo, quia virgo (vt loquitur

*Luc. 1.*

S. Petr.

*S.P.Chryſ.*
*B. Maria parit admirabilia.*

S.Petr.Chryſol.*ſerm.*143.)diuinitatis fuit bibulũ vellus. Pete tibi ſignum à Domino: ait Iſaias ad Regem Achaz. Quódnam iſtud ſignum? Ecce (inquit) Virgo concipiet. Rationem ſubiicit S.Iren.*lib.3.cap.*27. Quoniã inopinata ſalus hominibus inciperet fieri Deo adiuuante, inopinatus & partus Virginis fiebat, Deo dante ſignum hoc, ſed non homine operante illud. Sic Iren.

*S.Irenæ.*

*Quam grata Deo puritas.*
*S.Ephrem.*

Vide quàm grata Deo puritas, cuius eſſe voluit partus, ſine qua ſalutem humani generi noluit operari. Meritò exclamat S.Ephr.*loco cit.*O caſtitas, præcurſor atque cohabitor Spiritus ſancti! O caſtitas, quæ homines diuinos efficis! Hinc iã mirari deſine, cur nec fides catholica, nec Spiritus ſanctus, nec aliquid cæleſte, ac diuinum habitet in hæreticis. Quia nimirũ caro ſunt. Audi S.Iren.lib.5. Hæc eſt (inquit) omnium hæreticorum oſtenſio. Non meditantur eloquia Dei, nec iuſtitiæ operibus ſunt adornati. Sed porcorum & canum aſſumpſerunt vitam, immunditiæ, & gulæ ſeipſas tradentes. Iuſtè igitur tales propter ſuam luxuriam, & incredulitatem non adipiſcuntur diuinum ſpiritum, & variis characteribus à ſe eiiciunt viuificãs verbum, & in ſuis concupiſcentiis irrationabiliter ambulant. Apoſtolus carnales, & animales vocauit; Prophetæ autem iumenta, & feras dixerunt; lex autem immundos enũtiauit. mortui dicti ſunt à Domino: ſinite mortuos ſepelire mortuos ſuos. Hi vocantur caro, & ſanguis, quia non habent ſpiritũ Dei in ſe. Hæc Iren. O ſi virum ſanctiſſimum, & ſapientiſſimum hæretici audirent, & ſe recognoſcerent, atque erubeſcerent, demúmque ad doctrinã ſpiritus redirent, in qua illorũ aui, & proaui mirandũ in modũ emicuerunt! Sed frõs illis, vita, & doctrina meretricia eſt, ac proinde nolũt erubeſcere. Pulchrè illud eſt dictum à S. Aug. *in Pſ.*147. Paucorũ eſt virginitas in carne: omniũ debet eſſe in corde. Virginitas carnis, corpus intactũ: virginitas cordis, fides incorrupta. Sic Aug.

*S.Irenæ.*
*Hæreticorum luxuria execranda.*

*S.Aug.*

4. Quia verò ſpiritus frequẽter vſurpatur pro ira, furore, & indignatione; quippe iratus, & indignabundus ſpirat naribus, & ante flatum iracundię flammas eructantem: vti apud Iſai.cap.2. *Quieſcite ab homine, cuius ſpiritus in naribus eſt*, hoc eſt, cuius ira in promptu, & vehemens eſt. Hic reddetur ſenſus. Non permanebit, ſeu non perdurabit in æternũ indignatio mea aduerſùs iſtos homines. ſcilicet puniam eos in hac vita temporali ſupplicio, & non eos reſeruabo puniendos æternis ſuppliciis in gehennam: vel nõ differam in æternum, in longiſſimum tempus exercere aduerſùs illos meam indignationem. quod quidem eſt inſignis miſericordię peccatorem confeſtim puniri, vt reſipiſcat; imò & perimi, ne diutiùs viuens noua ſemper veteribus accumulet flagitia, vnde grauioribus in tartaro pœnis torqueatur. Audi Prophetã Pſal. 9. *Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit Dominum peccator ſecundum altitudinẽ iræ ſuæ non quæret.* Vbi D.Aug. Nemo gratuletur homini, qui proſperatur in via ſua, cuius peccatis deeſt vltor, & adeſt laudator. Maior hæc ira Domini eſt. Irritauit Dominum peccator, vt iſta patiatur, id eſt, vt correptionis flagella non patiatur. Multum enim iraſcitur Dominus, dum non exquirit, dum quaſi obliuiſcitur, & non attendit peccata; & per fraudes, & ſcelera ad diuitias honoréſque peruenitur. Sic Aug. Similis explicatio eſt D.Hier. etiam in alia lectione: Non iudicabit ſpiritus meus; ſic enim

*Iſai.2.*
*Dei ſupplicium ex miſericordia eſt.*

*Pſal.9.*

*S.Aug.*
*Iratus Deus non punit peccatorem.*

*S.Hieron.*

A ait *lib.de quæſt. Hebraic.* In Hebræo ſcriptum eſt, non iudicabit ſpiritus meus iſtos homines in ſempiternum, quia caro ſunt: hoc eſt, quia fragilis eſt in homine conditio, non eos ad æternos ſeruabo cruciatus, ſed hìc illis reſtituam, quod merentur. Ergo non ſeueritatem, vt in noſtris codicibus legitur, ſed clementiam Dei ſonat, dum peccator hìc pro ſuo ſcelere viſitatur. Sic Hier. Vnde & iratus Deus loquitur ad quoſdam: Non viſitabo filias eorũ, cùm fuerint fornicatę, & ſponſas eorum, cùm adulterauerint, Oſeę, 4. & in Pſal. 88. *Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum; veruntamen miſericordiam meam non auferam ab eis.* Vbi D.Aug. multum, & luculentiſſimè differit. ſeligam nobiliores ſen-

*Oſeæ 4.*
*Pſal.88.*
*S.Aug.*

B tentias. Multum eſt (inquit) quod promittit Deus Chriſtianis; ſi deliquerint, non contemnam eos, neque in perditione dimittam. Non ergo tantùm miſericordia vocantis eſt, ſed & flagellantis. Sit itaque manus paterna ſuper te, & ſi filius bonus es, noli repellere diſciplinam patris tui; det pater diſciplinam, dummodo non auferat miſericordiam; cædat contumacem, dummodo reddat hæreditatem. Tu ſi promiſſa patris benè agnouiſti, non timeas flagellari, ſed exhæredari. Quem enim diligit Deus, corripit; flagellat autem omnem filium, quẽ recipit, *ad Hebræos* 12. Peccator filius dedignatur flagellari, cùm ſine peccato videat vnicum flagellatum? Sic & Apoſtolus 1.*Cor.*4. Quid vultis? in virga veniam ad

*Deus quos diligit, caſtigat.*
*Ad Heb 12.*
*1.Cor 4.*

C vos? Abſit, vt dicerent pij filij, ſi cum virga venturus es, noli venire; melius eſt enim erudiri in virga patris, quàm in blandimento perire prædonis. Ergo vnuſquiſque pro peccatis ſuis flagellatur, ſed ab eo, ſi Chriſtianus eſt, Dei miſericordia non diſpergitur. Planè ſi in tantas ieris iniquitates, vt repellas à te virgam verberantis, ſi repellas manum flagellantis, & de diſciplina Dei indigneris, & fugias à patre cædente, & nolis eum verberantem patrem pati, quia non parcit peccanti; tu te alienaſti ab hæreditate, ipſe te non abiecit. Nam ſi maneres flagellatus, non remaneres exhæreditatus. Miſericordiam (inquit)

D meam, non diſpergam ab eo, neque nocebo in veritate mea. Ad hoc enim non diſpergetur miſericordia liberantis, vt non noceat veritas vindicantis. Sic Aug.

5. Ex hoc loco ad principes Eccleſiaſticos, vt rectores animarum, ſubinfert idem Aug. egregiũ documentum, vti iudiciũ, & miſericordia ſimul exerceantur. Quod (inquit) mãdatorũ tranſgreſſorũ in virga, id eſt, in diſciplina Dei corripiantur, & miſericordia diuina non auferatur; illud oſtenditur; vt nullus ſine ſpe recuperationis ab Eccleſia arceatur: quia ſicut ſeueritas diuina terret arguente iuſtitia; ita pietas reparat moderãte clemẽtia. Prudentia igitur Dauid peccatorem ſe

*Iudicium & miſericordia exerceantur.*
*S.Aug.*

E agnoſcens, virgam Domini tãquam ſummũ miſericordiæ teſtimoniũ expetebat. Pſ.37. *Quoniã ego in flagella paratus ſum.* Declarat Theod. Peccatũ (ait) me flagellis dignũ fecit: icciroo ſuppliciis meipſum ſubiicio, quandoquidẽ curationẽ deſidero, cùm peccati ſtimulis pũctus ſim. Sequitur: Quoniã iniquitatẽ meam annũciabo, & cogitabo pro peccato meo. Propterea accuſator meiipſius fio, & vt ſanus ſim, omnẽ diligẽtiã adhibebo. Sic Theod. Quòd ſi adhuc peccator flagella Domini verberãtis timeat, doleátq; correptionis iuſtos vibices: tollat oculos in Dominũ Ieſum, qui pro nobis innocẽs mortẽ crucis tulit acerbiſſimã. illius enim verba dicit eſſe D.Hier. ex Pſ.37.

*Pſal.37.*
*Iuſti amant puniri, vt corrigantur.*
*Theod.*

*S.Hier.*

*Quoniam ego in flagella.* Præparo(inquit)me ad ſuſtinendam crucem, lanceam, fel, acetum; vt per hanc mortem meo ſanguine redimam populum pereuntem.

*Chriſti pro nobis paſſi exemplum.*

Peccatorem autem ſe profitetur, qui peccata noſtra portauit, vt pio cogitatu, ac miſericordiæ conſilio nos ab iiſdem erueret; & ſolicitus ero pro peccato meo: peccatum Chriſti, humani delicta ſunt generis: propter quæ, & patri dicitur nunc eſſe ſubiectus. Ita Hieron. Porrò autem lectio de vagina eundem reddit ſenſum; vt comminatus interitum hominibus Dominus intelligatur: Non diutiùs ſinam reconditum in vagina corporis ſpiritum vitæ, non vaginabo ſpiritum; ſed illum euaginabo, extrahámque; homines occidam ablatis per mortem animabus, quibus informantur, & viuunt corpora.

*Mortis recordatio perutilis.*

O ſi nouiſſima homo prouideret! O ſi quotidie in mentem ſubiret mortis demum venturæ recordatio; quàm aliter Deo ac vitæ æternæ ſe præparans, & expediens viueret!

6. Non litigabit, non diſceptabit, non contendet, eodem ſenſu quo iudicabit; paulo antè, quid ſibi velit, *iudicabit*, explicuimus.

*Lyra.*
*Lis de peccatore apud Deum.*

Lyra ex Rabb. Salom. adiungit alium ſenſum, & quidem bonum, ac facilem: Non diſceptabit ſpiritus meus; ac ſi diceret Deus: Vſque nunc tenui ſententiam de deletione generis humani per diluuium in ſuſpenſo, per modum cuiuſdam diſceptationis, ſed ex nunc proferam ſententiam. Ergo dum peccator viuit, & in ſuis delictis perſiſtit, permagna fit apud Deum litigatio inter illius iuſtitiam, & miſericordiam; illa inclamat, vt puniatur improbus; iſta rogat, vt vita illi ad pœnitentiam prorogetur. Heu nos miſeros, ſi miſericordiæ lis non adiudicetur! Cæterùm fit interdum, vt prorogato ad pœnitentiam ſpatio vitæ, deterior nihilominus, & obſtinatior euadat impius; quid ergo reliquum eſt, niſi vt lite cadat miſericordia, & iuſtitia virgam tandiu coërcitam expediat, ac ſublato prorſus tempore litigandi extrema ſententia de ſupplicio irreuocabili contra peccatorem pronuncietur? An etiam diſceptatio, & litigatio iſta inter Deum ac peccatorẽ exiſtit: cùm Deus infatigabili conatu per illuſtrationes, inſpirationes, motiones internas, gratiam excitantem, vocantem, impellentem, & inuitantem per externa monita, Scripturarum, & prædicationum, aliáque huiuſmodi hominem adoritur, impellit, commouet, vt ad ſe redeat, peccare deſinat, pœnitentiæ tabulam ſuſcipiat, ad virtutem, atque ad Deum cõuertatur?

*Dei lis cum peccatore.*

At ſtolidus obſiſtit Deo, vſque adeò obnixus non cedere; indies magis, ac magis obdureſcit. Fit ergo aliquando, vt Deus litigando quodammodo feſſus, à diſceptatione illa deſiſtat, & aſſumpta iudicij ſui virga inuadat miſerum, & collectam ex multo iram in illum expromat, æterno ſcelera peccatoris ſupplicio vindicaturus.

*S. P. Dam.*
*Tremendum Dei iudicium.*

At, vt optimè aduertit Petr. Damian. *Epiſtol. 5 ad Pontificem Victorem ſecundum, ex Tim. 1.* Quid ad Deum iudicẽ excuſationis peccator opponet, quid allegationis, quid defenſionis ad purgandum ſe coram Deo, qui argumentatione non fallitur, inueniet. Ac nonnunquam euenit, vt homo paterna Dei cura & ſpiritu orbatus (etſi gratiæ ſufficientis auxilia ſemper præſtò ſint) in præceps labatur per vitia, iam deputatus gehennæ, nec ſentiat in conſciẽtiæ tribunali illam, quæ priùs tumultuabatur, Dei & hominis litigationem: velut alter Iudas, à conſortio, & collegio Chriſti, vbi ea diſceptatio fiebat, in diaboli caſtra ſbductus. Legimus enim Ioan. cap. 13. *Cùm accepiſſet Iudas buccellã, introiuit in eum ſatanas, & continuò exiuit.*

*Ioan. 13.*
*S. Cyrill.*
*Iudas abreptus diabolo.*

Vbi rectè D. Cyrillus: Timet diabolus (vt credo) ne morando locus pœnitentiæ detur, & quaſi à temulantia mentem ſuam rectiùs cogitans homo eripiat; hac de cauſa feſtinat, & impellit. Ita Cyrillus. Scilicet apud Chriſtum permanens Iudas ſpem habebat reſipiſcendi, ob illam Dei cum proditorẽ inuiſibilem concertationem, at forâs ſubductus in barathrum incidit malè quietæ & obſtinatæ conſciẽtiæ, quæ ſolet eſſe nota reproborum.

*Nota reproborum conſcientia malè quieta.*

Hoc extremum malorum iuſto Dei iudicio, præcipuè incurrunt filij Dei, dum ſpreto, & derelicto amantiſſimo ac ſuauiſſimo Patre perfringunt illius iura, & in peccati diabolíque caſtra deſciſcunt. Non ſolent iſti modum tenere in peccando: quo enim antea meliores, eo cùm à virtute in vitium deflectunt, deteriores fiunt.

*S. Ambroſ.*
*Meliores fiunt deteriores, ſi cadunt.*

Quos (vt aduertit D. Ambroſ. *in Pſalm. 36.*) bene vixiſſe pœnituit: egerunt itaque noui generis pœnitentiam pro virtutibus, & non agunt pro delictis. Sic Ambr. Omnes verò ſenſus, quos litigandi verbũ hîc parturit, exprimi videntur illo verſu Pſal. 38. *Menſurabiles poſuiſti dies meos.*

*Pſal. 38.*
*S. Ambroſ.*
*Vita breuis & plena periculis.*

Vbi D. Ambr. legens: Palæſtras poſuiſti dies meos; Si palæſtras (inquit) accipimus dies, ex nomine intelligimus plenos certaminis & laboris: quoniam palæſtræ luctatores in agone dicuntur, qui luctantur ad coronã. Hebr. טפחות נתתה ימי *tephachoth nathatha iamai.* menſuras dediſti dies meos. Quaſi dicat, viuat homo quantouis tempore, dies eius breues ſunt, Deóque iudici miſer propediem præſentatus rationem reddet villicationis ſuæ. Cæterùm de agone vitæ illud S. Aug. dixiſſe ſufficiat: Nemo ſecurus eſſe debet in iſta vita, quæ tota tẽtatio nominatur: vt qui fieri potuit ex deteriore melior, non fiat etiam ex meliore deterior. Vna ſpes, vna fiducia, vna firma promiſſio tua, ô Domine. 19. *Confeſ.* 32.

*S. Auguſt.*

7. *Eruntque dies illius, centum viginti annorum.*] Caietanus interpretatus verſionẽ illam, de qua ſuprà, vaginabit, ſic ait: Hoc eſt; erit, vt in vagina; ad ſimilitudinem gladij reconditi in vagina, quo quandiu in vagina eſt, non vtitur quis ad incidendum, ad percutiendum, &c. Et eſt ſenſus: non erit iuſtitia mea relatiuè ad hominẽ puniendum, vt gladius in vagina in æternum, ſed euaginabo ipſam poſt centũ viginti annos. Sic ille.

*Caiet.*
*Ira, & iuſtitia Dei gladius.*

Nimirũ Spiritus Domini, ſecundùm Caiet. Albinum, & alios, vt monuimus, vocatur ipſius ira & iuſtitia, quam Deus tandem euaginabit contra filios Dei, qui nobilitatem ſuam, & nomen omnibus turpitudinum maculis inquinarunt. Diſcant ex hoc loco ſummi Pontifices atque Epiſcopi euaginare gladium cõtra ſceleratos, præſertim libidinoſos, & maximè filios Dei, hoc eſt, viros Eccleſiaſticos, ſi quando in turpitudinem prolapſi erunt. Contrà verò ſit, vti conqueritur ac deplorat B. Petr. Dam. *Epiſt. 6 lib. 1. ad Nicolaum ſecundũ Pontificem*, hiſce verbis.

*S. P. Dam.*
*Publica in Eccleſia puniuntur delicta.*

Noſtris tẽporibus quædã conſuetudo ſeruatur, vt de cæteris quidẽ Eccleſiaſticę diſciplinę ſtudiis examẽ, pro vt dignũ eſt, moueat Eccleſia: de Clericorũ verò libidine propter inſultationem ſecularium diſpenſatoriè conticeſcat. Quod certè ſatis correctione dignũ eſt; ne vnde vulgus omne cõqueritur, inde potiſſimum à Magiſtris Eccleſiæ in iudicio taceatur. Si enim malũ hoc eſſet occultũ, fuerat fortaſſis vtcumque ferendum. Sed ô ſcelus! omni pudore poſtpoſito peſtis hæc in tantã prorupit audaciã, vt per ora populi volitent flagitia, &c. Ergo præ

pudore

pudore neſcio quomodo ſupprimatur in Synodo, quod publicè vociferatur in mundo, vt non modo peccantes, vt dignũ eſt, notentur infamia; ſed & hic quoque, qui vltores eſſe debuerant, videantur in culpa. Sic doctiſſimus & ſanctiſſimus Cardinalis. Quia verò iſte (vt vocat) pudor in principibus eccleſiaſticis ad punienda publica ſuorum ſubditorum delicta credit in perniciem Eccleſiæ Dei: peracutè impugnatur hoc modo. Non (inquit) hic pudor faciem Phinees ſacerdotis operuit, qui nimirum coeuntem cum Madianitide Iſraëlitem coram omni multitudine arrepto pugione transfodit. Porrò autem nos contra diuina mandata perſonarum acceptores in Eccleſiaſticis, quod nimis abſurdum eſt, luxuriæ inquinamenta per ſilentij tolerantiam veneramur. Sed ecce hic Phinees diuini ſpiritus ſuccenſus, cùm totus penè populus cum filiabus Moab fornicando corrueret, non in deſpectos quoſque, vel infimos diuinæ legis propugnator inſiluit: ſed excellentiores & clariores in populo, quos ad terrendum cæteros trucidaret, elegit. Teſtante Scriptura, quæ dicit: Erat nomen viri Iſraelitæ, qui occiſus eſt cum Madianitide, Zambri filius Salai dux de cognatione, & tribu Simeonis. De mulieris quoque nobilitate dicitur: Porrò mulier Madianitis, quæ pariter interfecta eſt, vocabatur Cozbi filia Sur Principis nobiliſſimi Madianitarum, *Numer. 25.* Sanè poſt digeſtam fornicationis, & dignæ vltionis hiſtoriam, quid opus fuit Moyſi, vt genealogiam fornicaturis vtriuſque contexeret; & alterum ducem, alteram nobiliſſimi Principis filiam fuiſſe narraret: niſi vt doceret canales illecebras in eminentioribus perſonis acriùs perſequendas? Hinc eſt, quòd & ipſe Dominus, cùm omnis Iſraëlitica plebs non diſpari crimine teneretur obnoxia, de populo quidem tacuit, aduersùs autem ſolos principes in furorẽ ſe dignæ animaduerſionis erexit. Iratus enim ait Moyſi: Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Iſraël. Quid in his omnibus datur intelligi, niſi quia reatus adulterij in perſonis clarioribus debet duriùs vindicari. Et qui tales commotus vlciſcitur, pacem superni Iudicis, & gratiam non modò ſibi, ſed & populo abſque dubio promeretur. Hæc omnia Petr. Damian. In quibus acriter ſed iuſtè tamen carpit incontinentiam Magnatum etiam Eccleſiaſticorum ſuo tempore. Noſtro verò, quicquid de minoribus dicendum aut tacendum ſit, profectò ex ſumma Dei benignitate factum videmus, vt maiores prælati, viríque principes, non Eccleſiaſtici modò, ſed etiam ſeculares eximio caſtitatis exemplo cæteris præluceant. Narro quod in Luſitania cernimus: ſuſpicarique poſſumus idipſum in aliis Chriſtianæ gentis prouinciis actitari.

*Prælatorum inſcitia.* — *Phinees zelus pro Domino.* — *Num. 25.* — *Magnatum incontinentia punienda.* — *S. Hier.*

8. D. Hieron. aliter explicat præſentem locum. Porro (inquiens) ne videretur eſſe crudelis, quòd peccantibus locum pœnitentiæ non dediſſet, adiecit; Sed erunt dies eorum centum viginti anni, hoc eſt, habebunt centum viginti annos ad agendam pœnitentiam. Non igitur humana vita in centum viginti annos contracta eſt, ſed generationi illi centum viginti anni dati ſunt. Siquidem inuenimus, quòd poſt diluuium Abraham vixerit centum ſeptuaginta quinque, & cæteri ampliùs ducentis, & trecentis annis. Quia verò pœnitentiam agere contempſerunt, noluit Deus tempus expectare decretum, ſed viginti annorum ſpatiis amputatis induxit diluuium anno centeſimo agendæ pœnitentiæ deſtinato. Sic Hier. Ex quo videas confutari explicationem, ſeu vt ille vocat, errorem eorum, qui centum iſtos viginti annos accipiunt veluti terminum, vitæ humanæ poſt diluuium ab eo præfixum. Cum B. Hieronymo conſentit D. Chryſoſt. D. Aug. Philo, Ioſephus, & multi alij. Vide Perer. noſtrum. Cæterùm quod adiungit D. Hieron. præciſos à Deo eſſe viginti annos ex illo numero ob impœnitentiam mortalium, atque adeò contigiſſe diluuium ipſo centeſimo anno, quem Deus prędixit: durius id quidem videtur D. Aug. 15. *de Ciuit.* 24. Verùm explicatio Aug. nonnihil difficultatis habet, vt videre licet apud Perer. Faciliùs rem expediunt, qui dicunt viginti annos ante natum Sem hæc Dominum dixiſſe Noë, illius verò natiuitatem narratam eſſe per anticipationem, vt ſimilia patent per multa exempla in Scriptura. Quare cùm Noe haberet quadringentos octoginta annos, Deus comminatus eſt diluuium futurum poſt centum viginti annos; deinde diluuium cecidit ſexcenteſimo anno vitæ Noe. Tunc autem erat Sem centum fermè annorum, & patris circa quingenteſimum annum fuerat natus. Vide Delrio, ac Perer. quorum ſumma eſt diligentia, cùm in cæteris, tum in ſupputatione annorum.

*Vita prorogatur ad pœnitentiam.* — *Quo anno diluuium indictum fuit.* — *Delrio. Perer.*

## SECTIO III.

*Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis; poſtquam enim ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, iſti ſunt potentes à ſeculo viri famoſi.*

1. EX his duo habemus, & gigantes iam antea in terris extitiſſe, & præcipuè multos, & magis famoſos à filiis Dei ex connubio filiarum hominum fuiſſe procreatos. Hoc loco eſt quod repetas ex verſu illo ſuprà explicato: Videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ. In Hebr. habetur טבת *toborh*. טב *tob* autem propriè eſt bonum. & deinde ad pulchrum transfertur, & fortè ad ſignificandum id quod eſt procerum, excelſum extendi poteſt; coniectura bona eſt, quia 1. *Reg. cap.* 9. dicitur de Saule, *Erat electus, & bonus* (Tob) *& non erat vir de filiis Iſraël melior illo. Ab humero & ſurſum eminebat ſuper omnem populum.* Melior: Chald. pulchrior. Vnde Theod. & Procop. Quomodo bonum nominauit Saulem? Non dedit ei teſtimonium virtutis animæ, ſed famam & magnitudinem corporis. Narrat enim pulchro, & præſtanti corpore fuiſſe. Hinc Lyra & Hebræi occaſionem arripiunt ſubnotandi fœminas, quæ rogatæ in itinere à Saule de vidente, ſeu Propheta, lentiùs, & moroſiùs reſponderunt. Volebant enim (inquiunt) eum aliquantulum detinere verbis, admirantes pulchritudinem illius. Ex his conſtat pulchritudo Saulis; ſed, quænam illa quæſo, quam, quæ ſtatim aſſignatur; nempe proceritas ſtaturæ, quæ tanta in illo erat, vt ab humero, & ſurſum emineret ſuper omnem populum? His poſitis, ſunt qui dicant, nec extra chorum, vt aiunt, bonas & pulchras vocari, quia proceras; ergo filij Dei maximè, conquirebant mulieres procerioris ſtaturæ, & quaſi gigantææ magnitudinis, vt ex illis progenerarent

*1. Reg. 9.* — *Theod. Procop.* — *Saul ſpulchritudo corporis.* — *Lyra.* — *Mulieres pulchræ admirantur.*

filios habitu corporis proceros, gigantes: quam ſummam in liberis expetebant pulchritudinem virilem. Vt enim abiecta, ignominioſa, & ridicula apud homines habetur ſtatura viri nimiùm puſilli, nani, pygmæi: ita inſigniter commendatur proceritas corporis, & gigantæa moles ſtupori eſt. Procerum itaque bonum,& pulchrum dicitur; puſillum verò malum, & deforme: argumento eſt, quod Dominus ait Matth.6. *Quis veſtrum cogitans poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?* Quis veſtrûm, emphaticè; non enim Chriſtus Dominus eam puſillitatis (vt vocat S.Hilar.) contumeliam voluit aſſumere. Statura enim fuit moderatè procera. Cogitans; quia nimirum ſolet ea infirmitas eſſe hominum, vt qui breuiore ſunt habitu corporis, de proceriore ſemper cogitent. Sed in vanum (inquit Dominus) cogitatis; non cogitando adiicietis ſtaturam; quocirca inter curas & cogitationes hominum vanas, irritas, ridiculas, hanc vnam recenſet, & fortè frequentiorem commemorat Dominus, qua nani, & puſilli, dies & noctes exeduntur. Gigantes erant, Hebræi variis nominibus appellant gigantes ſecundùm diuerſas etymologias. אימים *emim* dicuntur quaſi terrores, ac terribiles. גברים *gubborim*, robuſti, fortes, potentes, dynaſtæ à גבר *gneuer*, robore. רפאים *rephaim*, quaſi curatores, ac medici populi cui præſunt; à radice רפא *raphah*, mederi, vel remitti, & leuem eſſe; quod ad eorum conſpectum homines elangueſcunt: ענקים *ghannaquim*, vel à ענק *ghenag*, eorum autore, vel quaſi torquati, ſeu torque inſigniti. נפילים *nephilim* à radice נפל *naphal*, cadere; ideo cadentes volunt Hebræi, quia ad aſpectum gigantum homines conterriti cadebant animo, & humi proſternebantur; aut cadentes, quia in diluuio ceciderunt illæ prodigioſæ corporum moles hauſtæ vorticibus aquatum, aut quod fortè verius eſt, cadentes actiuè incidentes, irruentes, & cuncta inſtar tempeſtatis proſteruentes; & quia quando gigas impetu ferebatur in aliquem, corruere in illum videbatur inſana quædam moles inſtar turris, aut montis. Aquila vertit, violenter irruentes. Vnde Iob 16. dicitur: *Irruit in me quaſi gigas.* D. Hieron. in Hebræo (inquit) ita habet: Cadentes erant, pro cadentibus, ſiue gigantibus, violentos interpretatus eſt Symmachus: Et Angelis, & ſanctorum liberis conuenit nomen cadentium. Quid ſi ſignificetur, quod ita ſcribit Procop. Sed Deus illorum gigantum habitum & corpora ita temperauit, & compoſuit; vt facilè etiam à puſillis & parua ſtatura hominibus ſuperarentur.

*Statura corporis expetenda omnibus.* — Matth.6. — S.Hilar. — *Gigantum nomenclatura.* — Iob 16. — S.Hier. — Symmach.

2. Circa proceritatem iſtam gigantum, illud egregiè obſeruat Theodoret. Ita diſpoſuit Dominus, vt cognoſcerent homines, non infirmitatis diuinæ fuiſſe tam proceram ſtaturam non omnibus datam; facile enim illi erat alios quoque huiuſmodi facere: ſed vt mentis tumorem atque iactantiam amputaret, cùm & homines tam paruæ ſtaturæ etiam aduersùs Deum inſurgãt. Eſt etiam præclara obſeruatio D.Aug. 15.*de Ciuit.*23.*de gigantibus*. Quos (inquit) propterea creare placuit creatori, vt etiam hinc oſtenderetur, non ſolùm pulchritudines, verumetiam magnitudines, & fortitudines corporum non magnipendendas eſſe ſapienti, qui ſpiritalibus, atque immortalibus longè melioribus, atque firmioribus, & bonorum propriis, non malorum, bonorúmque communibus beatificatur bonis. Sic Auguſtin. Itaque iuxta Theodoret. ad oſtentationem diuinæ potentiæ; iuxta Auguſtin. ad conteſtandam, quæ haberi debet à iuſtis, deſpicientiam bonorum, ac donorum corporalium, quibus plerumque reprobi, & non prædeſtinati nobilitantur. Rectè Gloſſa Interl. deſcribit gigantes, immanes corpore, ſuperbos viribus, inconditos moribus, filios terræ. Lyppom. quoque paraphraſis eſt valde luculenta. A ſeculo, ideſt, à principio ſeculi, aut longo tempore gigantes fuerunt; qui poſt omnia latrocinia, & violentias aggrediebantur filias hominum, libidine corrupti turpiſſima, filióſque genuerunt, robuſtos, violentos, feroces, hominum oppreſſores: ex immanibus flagitiis ſibi nomen parantes perpetuum; quale genus hominum audax, & truculentum, ad præſens vſque ſeculum perdurat, orbis infame incommodum, onus importabile piis, infauſtum, & execrabile. Hebr. גלברים *gulaborim*, fortes, robuſti. Noſter vertit potentes; bello quippe finitimos quoſque, atque exteros laceſſebant, opprimebántque, ferro, & vi, non ratione agentes. De his Baruch cap.3. *Ibi fuerunt gigantes ſcientes prælium; hos non elegit Dominus.* Ad quem locum D. Ambroſ.1. *de Cain, cap.5.* pulchrè ſubiicit: Et meritò non elegit; quia prælium, non pacem ſciebant; & ideo tu pacem diſce, vt eligaris à Deo. D. Cyrillus Alex. *lib.3.in Geneſ.* arbitratur in pœnam libidinis effrænatæ, qua filij Dei filiarum Caini, & eius poſteritatis pulchritudinem appetiuerunt; atque vt ipſam illarum pulchritudinem ſummo damnaret maledicto gigantes filios ab illis natos fuiſſe. Et quamquam (inquit) dij, deorúmque filij appellarentur, mox ad filiarum hominum mores, & inſtituta ſe conuerterunt, atque turpiſſimam, & ſceleratiſſimam vitam ſequebantur, atque ita fiebat, vt vxores eorum prodigia parerent. Deus enim ob eorum effrænatam libidinem, & ipſam humanorum corporum pulchritudinem, deformem ſanè reddebat. Erant namque gigantes, ideſt, indomiti, robuſtique homines, plurimúmque deformes, & corporum magnitudine excedentes. Sic Cyrill. At Ambroſ. *de Noë & arca.* Homines (inquit) erant cultui carnis ſuæ ſtudentes, animæ autem curam nullam habentes. Aduerte ſubnotari gigantes iſtos à Propheta Baruch ideo periiſſe, quia nòn habuerunt ſapientiam; & ideo infelices in turpiſſima ruebant flagitia, quia inſipientes, & velut rationis expertes, vt mutæ pecudes, quò impetus & libido impelleret, ferebantur, beſtiæ, non homines, ſi vitam moréſque conſideres, quorum ferociam, & arrogantiam brutalem imitatus quidam Rapſaces Aſſyriorum ductor, in Hieruſalem minas, & contumelias, & in Deum ipſum blaſphemias eiaculatus: Quis eſt Dominus (ait) vt erant Hieruſalem de manu mea? Cui à Domino per Iſaiam reſponſum eſt: *Ponam circulum in naribus tuis, & frænum in labiis tuis, & reducam te in viam per quam veniſti*; Iſai.37. Vbi eleganter Theodor. Vt brutum tractat Dominus eum qui anima rationali præditus; rationem corrumpit. Itaque à filiis Dei tam fœdi ac prodigioſi eduntur partus. Non vſitata quidem, ſed monſtroſa edunt facinora qui à domo Dei ad caſtra diaboli ſe transferunt in ſignum reprobationis æternæ. Qua de re ſic egregiè diſſerit S.Ber. *ſer.* 1. *de*

Theod. — *Gigantes oſtentant diuinam potentiam.* — S.August. — *Dona & bona corporum non æſtimanda.* — Gloſſ. — Lyppoman. — *Infame gigantum genus.* — Baruch.3. — S. Ambroſ. — S.Cyrill. — *Rexoji Deo ſunt exoſi.* — *Gigantes ex infami libidine nati.* — S. Ambroſ. — Iſa.37. — Theod.

*de SS. Petr. & Paul.* Eorum, qui peccant, antequam Deum nouerint, antequam miſerationes eius experti ſint, antequam portauerint iugum ſuaue & onus leue, priuſquam deuotionis gratiam, & conſolationes acceperint Spiritus ſancti: eorum, inquam, copioſa redemptio eſt, & tales omnes nos fuimus. At eorum qui poſt conuerſionem ſuam peccatis, & vitiis implicantur, ingrati acceptæ gratiæ, & poſt miſſam manum ad aratrum retrò reſpiciunt tepidi, & carnales facti, aut poſt agnitam viam veritatis retrò eunt apoſtatæ manifeſti: eorum vtique perpaucos inuenies, qui poſt hæc redeant in gradum priſtinum; ſed magis in ſordibus ſordeſcant adhuc. Hæc Bern.

B

4. *Viri famoſi.*] Hebr. אנשי השם *anxe haxxem*; viri nominis; hoc eſt, nominati, nominis, famæ, gloriæque ſtudentes, mundana felicitate conſpicui, dignitate ſublimes. Nec mirū ſi conſequenter impij; Deóque inuiſi extiterint. Quis in mundo felicior fuit, quàm Salomon? Et de Salomone

*Mundi gloria periculoſa.* tamen incertum nobis eſt, num tandem ſaluus factus: id quidem diuino ſic conſilio diſpoſitum eſt; ne (vt aduertit S. Proſper Aquit.) felicitate turbati poſteri Chriſtum deſerant. Incerta igitur

*Salomonis incerta ſalus.* ſit, & ignota mortalibus ſalus Salomonis, vt ſibi quiſque timeat à mundi gloria, & felicitate, ob quam Rex ille vſque ad barathrum idololatriæ

Pſal. 68. prolapſus eſt. Sed omnes iſti in terra ſcribentur, *Pſal.* 68. Sicut fumus deficient, *Pſal.* 36. En quid

C

Pſal. 36. prodeſt homini magna iſta nominis vmbra? in

*Superbi cadentes dicuntur.* conſpectum eius cadent omnes, qui deſcendunt in terram, *Pſal.* 21. Sciant gentes, quia homines

Pſal. 21. ſunt, *Pſal.* 9. Gigantes, potentes, famoſi, ſed cadē-

Pſal. 9. tes; deiecisti eos dum alleuarentur, *Pſal.* 72. fe-

Pſal. 72. riúntque ſummos fulmina montes, Horat. Ca-

Horat. dentes, hoc illis proprium, & congenitum nomen illorū patet & magiſter Lucifer Gigas primus fuit, ſed illum vidit Dominus tanquam fulgur

Luc. 10. de cœlo cadentem, *Luc.* 10. Tanta illius arrogantia, tantum ſuperbiæ pondus ſtare non potuit; idcirco aiebat, *Sedebo in monte teſtamenti*, Iſai.

Iſai. 24. S. Bern. 24. Rectè Bern. *ſerm.* 85. *in Cant.* Ideo fortaſſe ſedere voluit, quia ſtare non valuit. Sed ad verba

D

Beda. Domini ex Luc. ſic Beda ſubtiliter commentatur. Quia diſcipulos de ſignorum operatione vidit elatos, exemplo eos terret, atque ad humani-

*Cognitio propria conſequi.* tatem reuocat, eius qui primus ſuperbiendo cecidit: vt qui hunc ob ſuperbiam de cœlo recordarentur eiectum; multo magis ſe de terra editos, ſi ſuperbierint humiliandus agnoſcant. Sic Beda. Perierunt, quia non habuerunt ſapientiam, quam ſi haberent, natos ſe infantulos, & ex tantula turpique materia coagulatos agnoſcerent, vnde humiliari, non ſuperbire debuiſſent. Gra-

Philo. uis enim & vera illa eſt ſententia Philonis; Principium ſapientiæ inuiſibilis, eſt non obliuiſci ſui, & habere præ oculis ſuas origines. Inſipiens Nabuchodonoſor ſuam originem non

E

inſpiciens, Deum ſe, non hominem putabat. Rex quidem erat toti orbi imperitans; gigas, robore, potentia, pulchritudine, nominis glo-

Dan. 4. ria; fuerit ergo ille, vt ſcribit Dan. *cap.* 2. ſtatua vna grandis, magna, & ſublimis ſtatura, & terribilis. Huius ſtatuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem, & brachia de argento; venter & fœmora ex ære; tibiæ ferreæ; pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fi-

*Nabuchodonoſor ſuperbia & ſultus.* ctilis. At tota quidem illa moles, totum illud aurum, argentum, æs, ferreum in lutum deſinebat: Rex tamen inſipiens de ſolo ſibi auro blan-

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

diens, nec lutum diſpiciens adorari ſe imperauit in ſtatua tota aurea, quod bene aduocauit Theodor. *Orat.* 3. Quia beatus (ait) Daniel, Theod.

ſomnium interpretans ipſum eſſe aureum caput dixit, alias verò imaginis partes ex alia materia multiplici; ipſe omnem ex auro imaginem molitur. Sed aureum illud caput pede luteo nitebatur; ergo vbi lutum adacto fortè lapillo diſſipatur, tota moles cum ſuo auro & metallorum robore, ac pretio diſiecta corruit, ac diſparuit ſtudia ſomnij: nihil in humanis, quod grande, pretioſum, pulchrum, & glorioſum putatur; aliud eſt, quàm lutum, quàm ſomnia.

4. Et quidem gigantes filij terræ illi fuerunt, qui à filiabus hominum impuris, corruptis, cantillantibus, & filios Dei fallentibus, & percutientibus nati fuerunt, vt viſum eſt: homines quidem, vt ſubnotauit Procop. peccatis toti ad- Procop.

dicti, nun niſi mortalia curantes, repudiatis cœleſtibus. At alius extitit de cœlo Gigas filius Dei Patris, & natus ex matre ſemper Virgine, de quo Propheta Pſal. 18. *In ſole poſuit taber-* Pſal. 18.

*naculum ſuum*: in manifeſto ſcilicet omnibus videndam exhibuit ſuam humanitatem, in qua diuinitas Verbi corporaliter habitat, & ex qua Verbum ipſum tanquam ex tabernaculo ſuo militari bellum aduerſus peccatum, & diabolum gerit. Non incongruè tamen intelligi poteſt de Virgine Deipara, in qua *B. Maria Dei tabernaculum.*

tanquam in tabernaculo Deus homo factus, & humanis oculis viſibilis commoratus eſt. Nec arcæ Moſaicæ tabernaculum, aut pulchrius, aut pretioſius, aut ſacratius fuit; quinimo vmbra tantùm extitit vteri virginalis Deiparæ. In ſole, dicit, quia virginis admirandæ virtutes toti mundo innotuerunt. Magna enim S. Anſelm.

(inquit D. Anſelm. *lib. de excel. B. Virgin. cap.* 2.) *B. Maria ſtupendum miraculum.*

atque miranda diuinorum ſignorum indicia natiuitatem virginis præcurrerunt: quatenus eo maior veneratio fidelium circa eius exortum exiſteret. Sic Anſelm. Quid ſi etiam in ſole, hoc eſt, in virgine Deus tabernaculum ſuum dicatur poſuiſſe? Illa eſt enim mundo vniuerſo eminens & conſpicua, vti ſol, beatam illam dicunt omnes nationes. Fulgor illius omnem ſenſum & cogitationem excedit, ac perſtringit. Vltra omne (inquit Anſelm. *cap.* 3.) quod dici poteſt S. Anſel.

admirabile, hoc eſt, ſcilicet; Puella de propagine Adam nata, de peccatrice progenie orta, ſubitò verſa vice maledictionis Euæ, benedicta prædicatur ſuper omnes mulieres, & concepit & parturit, & parit hominem Deum. *Sequitur*: Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. explicat Damaſc. *Orat.* 1. *de Natiuit. B. Ma-* S. Damaſ.

*riæ.* Sempiternum lumen, quod ex ſempiterno lumine, antiquiorem ſeculis exiſtentiam habet, ex Virgine Maria corporaliter, ac tamquam ſponſus de thalamo prodit. Sequitur; *exultauit vt Gigas ad currendam viam*, &c. Veniendo S. Greg.

(vt D. Gregor. Bern. & Ambroſ. exponunt) ad re- S. Bern.

demptionem noſtram quoſdam veluti ſaltus *Chriſtus ad paſſionem currit.*

dedit, & exultauit ad currendam viam, vt nos poſt ſe currere faceret, eíque diceremus ex corde: Trahe nos, poſt te curremus, *Cant.* 1. Vbi Cant. 1.

notanda eſt Domini venientis ad paſſionem crucis alacritas: ea nimirum eſt nimia, & ſupereminens caritas Chriſti Ieſu, qui propoſito gaudio ſuſtinuit crucem: rupit, & euicit omnia, vel mortem ipſam acerbiſſimam, ſummúque infamem, factus pro nobis maledictum, vt no-

bis ab omni maledicto redimeret. Vnde appoſitè dicitur Gigas *gubbor*, fortis, robuſtus, potẽs, Princeps, vt vertit Theodoſion. (Theod.)

## SECTIO IV.

*Videns autem Deus, quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pœnituit eum, quòd hominem feciſſet in terra. Et tactus dolore cordis intrinſecus. Delebo, inquit, hominem quem creaui à facie terræ, ab homine vſque ad animantia, à reptili vſque ad volucres cæli, pænitet enim me feciſſe eos.*

1. HEbr. וכל־יצר מחשבת לבו רק רע כל־היום *vechol ieçer machxeboth libo raq ragha col haiom*, omnis imaginatio cogitationum cordis eius tantum malum omni die. Vel: Et cuncta formatio cogitationum, &c. vel, Et omne figmentum cogitationum, &c. Chald. Et omnis ſenſus cogitationis cordis eorum eſſet malus omni tempore. L X X. καὶ πᾶς τις διανοεῖται ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ πάσας τὰς ἡμέρας, & omnis cogitatio in corde ſuo diligenter ad mala omnibus diebus. *Ieçer*, in qua voce tota eſt, ſi qua eſt huius loci difficultas, naſcitur à radice יצר *iaçar*, formare, fingere, facere, cogitare, operari, concupiſcere. hinc יצר *ieçer* quinque punctorum nomen eſt maſculinum, idem atque deſiderium, cogitatio, eò quòd in corde humano deſiderante formatur, & effingitur. At *machxebath* à radice חשב *chaxab* cogitare, putare, reputare etiam, vt noſter vertit, & non reputauimus eum, *Iſai.* 53. Hebr. ולא חשבנהו *velo chaxabnuhu*. hinc nomen מחשבה *machaxabah*, vel מחשבת *machaxebeth*, cogitatio. Vnde Ieremias מחשבות שלום *machxeboth xalom*, cogitationes pacis, *cap.* 11. Sed ſi rectè examines, eòdẽ recidũt variæ iſtæ verſiones. Vidit igitur Dominus Deus humanum cor prauum, corruptum, diſtortum, omnis boni expers, officinam malorũ omnium: vt quod cogitando, non niſi fœda, turpia, violenta, iniqua, impia contra Deum atque homines architectetur. Vnde peſſima opera prodire neceſſe eſt. A cogitationibus prauis omne deinde ſcelerum exoritur diluuium; ſed quis ad procellam geheonalium cogitationum rectus, ſtabilis, ac ſecurus perſiſtet? Ille nimirum, qui (vt obſeruat S. Ephrem *tom.* 2. *paran.* 24.) cogitationibus piis eſt perfectus. Hunc enim malæ cogitationes de loco tranquillitatis non dimouent, nec ipſum vincunt tanquam aliqua catena vinctum. Sic Ephrem. A malo dæmone ſuggeruntor impura, & nefaria; deinde mens (vt ait Philo *lib. quod det. pot. inſid.*) concipit, & parturit cogitationes, quas volens parere per linguam, vox eas excipiens obſtetricis more producit in lucem. Sic ille. Per linguam dicendo, & per inſtrumenta corporis operando iſti exitiales fœtus vitiorum educũtur. D. Bern. *ſerm. de tripl. gen. cog.* tria facit genera cogitationum. Primum (inquit) otioſarum, eſt lutum ſimplex. Secundum eſt lutum viſcoſum ac limoſum cogitationum, quæ ad neceſſitates naturæ pertinent. Tertium eſt immundiſſimum, ac fœtidiſſimum cænum.

(Margin: Iſai. 53. — Ierem. 11. — *Cor hominis officina malorum.* — S. Ephrem. — *Cogitationes nefaria à dæmone.* — Philo. — S. Bern. — *Cogitationum tria genera.*)

A Quod nec admittere vlla ratione debemus, ſed à longè præſentire fœtorem, & tota virtute repellere, & conuerſi ſtatim ad gemitus, lacrymis, atque ſuſpiriis inuocantes ſpiritum, qui adiuuet infirmitatem noſtram. Hæc Bern. Multa malitia dicitur eſſe in terra, multa in omni genere, & numero malorum: nec enim eſt, aut fingi poteſt vitium, quod in hominum genus illa ætate non redundauerit, vt verbo vtar D. Cyprian. *Epiſt. ad Nouat.* Duo etiam valde exaggerant diluuium illud vitiorum, cùm dicitur tantùm, רק *raq*. Et omni tempore, כל־היום *col-haiom*. Magna (inquit Caiet.) ingénſque corruptio interiùs ſignificatur, dicendo quòd ſolummodo malum, nihil habens boni admixtum, niſi relatiuè ad malum, & quod amplius eſt, nulla hora præſtabat eis ſapere, ſed omni, ſeu tota die vniuerſa cogitatio eorũ, formabatur duntaxat ad malum. Et ſiquidem conatur Moyſes Dei cauſam omnino iuſtã aſtruere: vt quando legerimus Deum de cælo tonantem, fulgurantem, cataractas cæli diſrumpentem, imbriũ tempeſtates, pluuiarum noua, & integra maria profundentem in terras, vt hominũ abſorbeatur genus: intelligamus iuſto id fieri iudicio Dei inſigniter læſi; & ſummo iure irati: tã multa enim atque immenſa turpitudinum, & flagitiorum carnis incendia, multis etiam atque immenſis imbribus reſtinguẽda. *Abyſſus abyſſum inuocat*, Pſ. 41. Abyſſus culparum abyſſum pœnarum: abyſſus flagitiorum abyſſum inundationum. Caiet. expendens illud, *videns Deus*, obſeruat optimè. Rectè inducit Deum non audientem, ſed videntem, vt omnimoda certitudo deſcribatur. Et primum viſum deſcribitur; in voluntate hominum malitia, non imbecillitas, nũ paſſio, ſed quod in voluntate peſſimum eſt, malitia nec ea parua, aut vna, ſed multa; vt hinc intelligamus homines vſque adeò declinaſſe in malũ, quod peccabunt ex malitia, ac per hoc incorrigibiles erant. Ita Caiet.

(Margin: S. Cyprian. — Caiet. — *Vitiorum eluuies.* — Pſ. 41. — Caiet.)

2. Hinc ego mihi perſuaſum habeo, carnis impudicitiam fuiſſe primam originem, vnde illi mortalium peſſimi, potiùs ſcelerum immanitate, quàm corporum mole gigantes extiterint. Idque duplici ex capite; inprimis propter impudentiam, quæ cum carnis libidine coniuncta eſſe ſolet; etenim perfracto ſemel pudoris vallo, nihil non turpe, ac nefarium liberè audactérque hominis temeritas patrabit. Quare optimè D. Chryſ. *homil.* 29. *ad Popul. Antiochen.* Nihil ita facit impudentem, vt mala conſcientia; quare meretrices ſunt impudentes, quare virgines verecundæ? nónne illæ ex peccato? nónne iſtæ ex modeſtia? Nihil enim tam impudẽtẽ facit, quàm peccatum. Vſque adeò fœdum eſt ac dedecoroſum homini peccatum, vt rectè dictum ſit à D. Chryſ. *homil.* 6. *ad Popul. Antioch.* Magnũ ſupplicium peccare, etiamſi non puniamur. Deinde peccatum mẽti offundit tenebras, rationem perturbat: quid ergo nocte illuni, conuulſo gubernaculo, ſopotato atque ſtertente nauclero, inter concurſantes nimborum, ventorum, vndarúmque in ſalo procellas, infelici fiet nauigio? *Delicta quis intelligit*, Pſa. 18. quæ ipſum oculum claudũt, declarat D. Aug. Cæterùm, etſi alia lõgè grauiora flagitia habeantur; nullum ita mentem obtenebrat, atque turpitudo carnis; nimirum lutum, & ſordes mentis oculo impoſitæ de medio tollunt omnem rationis lucem. *Fiat via illorum tenebræ, & lubricũ; & Angelus Domini perſequens eos*, Pſal. 34. Vbi D. Auguſt. hæc eis futura prædixit, non

(Margin: *Impudentia cũ libidine.* — S. Chryſ. — S. Chryſ. *Peccare ſummum eſt ignominia.* — Pſal. 18. *Peccatum tenebras mẽti offundit.* — Pſ. 34. — S. Aug.)

non vt euenirent, optauit: tenebræ eſt ignorantia, lubricum eſt luxuria. Et S. Hieron. Tenebræ, ignorantiæ, lubricum; id eſt, luxuria. Qui iſtis mente eſt deditus, diabolus illum perſequitur. Vel, non cognoſcunt veritatis lumen, nec firma ſtatione conſiſtunt. Lubrici ſunt, qui in hac paſſione graſſantur, atque ab Angelo elatitatis donunicæ affliguntur. Sic ille. Vide, vt coniungantur tenebræ ac ſordes, quæ duo mala patitur libibiuoſus. *Iniquitas calcanei mei circundabit me*, Pſal. 48. Iniquitas (ait D. Ambroſ.) calcanei noſtri eſt, in quo Adam dente ſerpentis eſt vulneratus, & obnoxiam hæreditatem ſucceſſionis humanæ ſuo vulnere dereliquit, vt omnes eo vulnere claudicemus. Vnde Dominus diſcipulis pedes lauit, vt lauaret venena ſerpentis: vnde teot iniquitatem calcanei magis lubricum delinquendi, quàm reatum aliquem noſtri eſſe delicti. Hæc Ambroſ. Nota lubricam, & pronam ruere in barathrum omnium vitiorum, quam in pectore gerimus, effrænatæ poſt originale peccatum concupiſcentiæ paſſionem. Hinc fit vt ſæpenumero ſuperbi, & inflati homines, quales iſti gigantes extiterunt, in pœnam ſuæ arrogantiæ, permittente Deo in profundiſſimam luxuriæ voraginem ruant præcipites. Hoc enim ſignificat Dauid Pſal. 43. cùm ait; *Humiliaſti nos in loco afflictionis*. vbi duo ſubnotabis. Primum, humiliari, vt *hic* ſumitur, & *Deut.* 22. & 21. idē eſſe, atque pollui, ac dehoneſtari carnis turpitudine, quod D. Ambroſ. & Chryſ. aduertunt, vt iam alibi docuimus. Deinde Hebr. רכיתנו במקום תנים *dichithanu bimquom Thannim*, contriuiſti, redegiſti vſque ad puluerem tenuiſſimum; ſcilicet anima carnis ſordidata vitiis nihil eſt abiectius: in lutū, ac deinde in puluerem, qui pedibus incedentium & conculcantium in platea efficitur, miſerè redacta eſt. Oſeæ 4. dicitur: *Ligauit eum ſpiritus in alis ſuis*. Vbi D. Hier. Immundus ſpiritus ligat in alis ſuis, & libere volare non patitur. Roges, quî fieri poſſit, vt volare non patiatur ligatum à ſpiritu in alis ſpiritus; præſertim quia legit Symmachus; Velut ſiquis liger ventum in alis venti? Facilis reſponſio, tantum eſt immunditiæ carnis pondus, vt eo mens depreſſa quantumuis alligetur ventis, altum nimirum ad virtutis ſublimitatem, & amorem Dei, ad deſiderium bonorum cæleſtiū, nec ſubuolare, nec aſpirare valeat. Rectè igitur D. Chryſ. *ad hunc locum*, dicit, quòd multa malitia erat hominū. Nam vbi ſcortatio, & luxuria, & tanta intemperantia; veriſimile eſt ibi & ebrietatem, & crapulam, & magnam iniuſtitiam, & auaritiam, & innumera alia naſci mala ex hoc opere, quaſi è fonte quodam. Deinde inter alia, quæ colligit ex illis verbis (omnis cogitatio intenta ad malum) hoc adiungit; Vidiſti quomodo dedita opera malum fecerunt, diligenter omnia mala operantes, & omnis ætas ad agendum malum, ſua ſponte acceſſerit? Vidiſti quomodo ſtatim ab incunabulis omnes malum hoc prælium certabant, contendentes vt malis operibus alter alterum ſuperaret: &c.

S. Hieron. — Pſal. 48 — S. Ambroſ. — *Pedibus in lapſum homo.* — *Superbi in luxuriā ruunt.* — Pſal. 43. — Deut. 22. & 21. — S. Ambroſ. S. Chryſ. — Oſeæ 4. — Symmach. — *Luxuria pondus animæ.* — S. Chryſ. — *Hominum in malis ſtudiū.*

3. Et verò tanta eſt morum omnium vbique gentium corruptela noſtra ætate, vt ad deplorandam generis humani profuſam in omni peccandi genere licentiam non neceſſe ſit ad priora illa ſecula recurrere, imò nec ad poſteriora tempora D. Cyprian. quorum fœdam ſtragem ſanctiſſimus Martyr deſcribit *Epiſtol. 2. lib. 2. Epiſt. ad Donatum*. cuius prudentiam commendat, quòd ſe ſubduxerit in tranquillum ſtudioſæ, ac religioſæ vitæ portum à turbulentiſſimo vitiorum omnium pelago, nimirum mundo longè ſemotus. Locus eſt planè accommodatus ad præſentem commeodationem, vbi colluuiem flagitiorum ac turpitudinum humani totius generis, è qua Noë in arcam, vti prudens, & ſuæ ſalutis amator in religionem à ſeculo ſe confert, commemoratus. Sic ait: Atque vt illuſtrius veritate, patefacta diuini muneris indicia clareſcant, lucem tibi ad cognitionem dabo, & malorum blandientium caligine abſterſa, operti ſeculi tenebras reuelabo. Pauliſper te crede ſubduci in montis ardui verticem celſiorem. Speculare inde rerum infra te iacentium facies, & oculis in diuerſa porrectis, ipſe à terrenis contractibus liber fluctuantis mundi turbines intuere. Iam ſeculi, & ipſe miſereberis; tuique admonitus, & plus in Deum gratus, maiore lætitia, quòd euaſeris, gratulaberis. Cerne tu itinera latronibus clauſa, maria obſeſſa prædonibus, cruento horrore caſtrorum bella vbique diuiſa. Madet orbis mutuo ſanguine, & homicidium cùm admittunt ſinguli, crimen eſt, virtus vocatur cùm publicè geritur. Impunitatem ſceleribus acquirit non innocentiæ ratio, ſed ſæuitiæ magnitudo. Iam ſi ad vrbes ipſas oculos tuos, atque ora conuertas, celebritatē offendas omni ſolitudine triſtiorem, &c. Ita B. Cypr. agit ibi eleganter de gladiatoribus; de circo ferarum, de theatris mimorum & comœdorum: ſed iis omiſſis, de morum corruptela in vrbibus diſſerens: Nunquam (inquit) æui ſenio delicta moriuntur, nunquam crimen temporibus obruitur, nunquam ſcelus obliuione ſepelitur. Adhuc deinde morū quanta labes, quæ proborum fomenta, quæ alimenta vitiorum? in laudem creſcit ex crimine, & eo peritior, quo turpior iudicatur. O ſi & poſſis in illa ſublimi ſpecula conſtitutus oculos tuos inſerere ſecretis, recludere cubiculorum obductas fores, & ad conſcientiā hominū penetralia occulta reſerare, aſpicias ab impudicis geri, quod nec poſſit aſpicere frons pudica; videas quod crimē ſit, & videre. Sed tibi poſt inſidioſas vias, poſt diſperſas toto orbe multiplices pugnas, poſt ſpectacula; vel cruenta, vel turpia; poſt libidinum probra vel lupanaribus proſtituta, vel domeſticis parietibus obſepta, quorū quo ſecretior culpa, maior audacia eſt. Hactenus de impudicitia S. Cypr. Sed de iniuſtitia fortè adhuc elegantiùs. O ſi quæ ſequuntur, magiſtratus in vtroque foro eccleſiaſtico, & ſeculari audirent in ſui & Reip. vtilitatem! In forum (inquit) aciem tuam flecte, plura illic, quæ deteſteris, inuenies, magis oculos tuos inde diuertes. Inter leges ipſas delinquitur, inter iura peccatur: innocentia nec illic, vbi defenditur, reſeruatur. Sæuit inuicem diſcordantium rabies, & inter togas pace rupta forum litibus mugit inſanum. Patronus præuaricatur, & decipit: Iudex ſententiam vendit; qui ſedet crimina vindicaturus admittit; & vt reus innocens pereat, fit nocens iudex. Flagrant vbique delicta, & paſſim multiformi genere peccandi per improbas mentes nocens virus operatur; inimicis inſimulat, inſidiator impugnat, teſtis infamat, vtrobique graſſatur in mendaciū criminum proſtitutæ vocis venalis audacia; cùm interim nocentes, nec cum innocentibus pereunt; nullus de legibus metus eſt: de quæſtore, de Iudice pauor nullus; quod poteſt redimi non timetur; eſſe iam inter nocentes innoxium cri-

S. Cyprian. — *Mundi vitioſi deſcriptio egregia.* — *Iniuſtitia in iudicibus.*

men eſt; malos quiſquis non imitatur, offendit. Conſenſere iura peccatis, & cœpit licitum eſſe quod publicum eſt. Quis illic rerum pudor? quæ eſſe poſſit integritas? Vbi qui damnent improbos, deſunt; ſoli illi qui damnantur, occurrunt? Hactenus Cyprian.

4. *Pænituit eum, quòd hominem feciſſet.*] Vbi ſcire oportet, multa dici metaphoricè de Deo; aliter enim cùm ſimus rudes, vim & germanam intelligentiam rerum quæ aguntur, complecti non poſſemus: accommodant igitur ſe diuini ſcriptores ad noſtrum modum, & morem intelligendi ac loquendi. Vnde dicimus Deum iratum, pœnitere. Senſus eſt. Videns Deus hominum malitiam nullo fræno ac termino cohibitam vbique graſſari; genus humanum cum omnibus animantibus ſimul voluit funditus delere, hauſtum diluuio aquarum; quo in conſilio & facto ſubinde ſe habuit, atque ſi ita & furore moueretur; atque ſi ipſum pœniteret, quòd homines crearet, amplificat donis, innumeris cumularet beneficiis ingratos; abutentes enim Dei benignitate homines infinita & grauiſſima peccata contra ipſum Deum perpetrarunt. Quia verò ex iracundia mentem inflammante, & facti alicuius pœnitudine vehemens dolor ſolet exiſtere; adiungitur, *tactus dolore cordis*, &c. Sic enim ſe geſſit Deus deſtruendo hominum genere, ac ſi ita, pœnitudine, dolore (quæ apud nos notæ, & vſitatæ ſunt paſſiones) commoueretur. Tale quid homo quiuis patraret in demoliendæ aliquo opere, ſi illis perturbationibus foret impulſus. Pulchrè S. Ambroſ. *de Noe*, *cap.* 4. Ideo (inquit) hæc leguntur, vt exprimatur peccatorum noſtrorum acerbitas, quæ diuinam meruerit offenſam; tanquam eo vſque meruerit culpa, vt etiam Deus, qui naturaliter non mouetur, aut ira, aut odio, aut paſſione vlla, prouocatus videatur ad iracundiam.

*De Deo multa dicuntur metaphoricè.*

*S. Ambroſ. Grauitas peccati Deum commouentis.*

5. *Tactus dolore cordis intrinſecus. Et, præcauens in futurum.*] Hæc vltima, *præcauens in futurum*, non leguntur, neque in Hebræo, neque in Chaldæo, neque in LXX. Fortè olim fuerant in ipſo fonte Hebr. Sed quid de prioribus? Hebr. ויתעצב אל־לבו *vaithaçeb el libo*: & cõtriſtatus eſt in corde ſuo. Nimirum; quia deſcribitur pœnitudine, atque iracundia commotus, & velut inuitus ad puniendum; iccirco vehementi quodam dolore angi dicitur, vt intelligamus Deum ad benefaciendum, quàm ad corripiendum longè propenſiorem; ſi quando punit, nonniſi compulſum, & irritatum noſtris ſceleribus, & quaſi dolentem & eiulantem expedire virgas; in manu ſupplicium, in oculis lacrymas, in corde dolorem præferendo. Putarim horum verborum tam incredibile metaphora (ſi diuina conſideretur natura) planè demonſtrari peracerbam ac deplorandam ægritudinem libidinoſæ animæ, quæ hominem exedens, inde ad Dei cor, & animi penetralia excrucianda diffundatur. Quænam obſecro peſtis vlla eſſe poteſt pernicioſior? Si cor Dei ſic ſtimulat; quid faciet in corde hominis, in quo exæſtuat? Si videns Deus hominis impuritatem tam inuſitato afficitur dolore, quid ipſemet impurus homo non patietur? Si in viridi ligno hæc fiunt, in arido quid fiet? Quàm igitur hæc peſtis homini ſit exitialis, egregiè ſcribit D. Bern. *de inter. dom. cap.* 29. hiſce verbis. Hæc peſtis, quo præ cæteris vitiis eſt mihi familiarior, eo ad nocendum procliuior, & ad repellendum difficilior. Nam cùm eam repellere

*Deus punit inuitus, ac dolens.*

*Luxuria peſtis exitialis.*

*S. Bernard.*

A volo, nolenti mihi ſe ingerit, blandè oneroſa, diſplicendo placens. Carnis libidinem nunquam fugere potui, ſed ſemper me perſequitur; & cum aliqua delectationis cogitatione, vel viſus intentione, me comprehendere poteſt, non diebus neque noctibus requieſcere ſinit. Subtiliter intrat, & mentem occupat; & niſi ſubitò repellatur, allicit, & incendit, & quaſi virus peſtilentiæ, per totum corpus paulatim ſe diffundit. cogitationes prauas multiplicat, affectiones malas generat, delectatione illicita mentem afficit, & ad conſenſum prauitatis animum inflectit; omnéſque animæ virtutes corrumpit. Hac peſte, cùm aſtrictus teneor, diuelli ab ea vix

B poſſum, quoniam ſtimulos eius confiteri, aut neſcio, aut erubeſco; tam ſubtiles & turpes ſunt. Reuera difficile eſt libidinis incendia extinguere. Impuberes ſtimulat, iuuenes inflammat, vires eneruat, ſenes, & decrepitos fatigat, non aſpernatur tuguria, non reueretur palatia. Vtinam ſola cænobia fugiat. Adiuua me Domine Deus meus, vt huic tam peſtifero & mortifero vitio reſiſtere poſſim. Scio enim, quia quod reſiſtentem fatigat, vincentem coronat. Scio etiam, quoniam ſi mentem meam cogitatione immunda polluero, tibi qui munditiæ autor es, placere non valeo. Cor mundũ crea in me Deus, *Pſ.* 50. Hæc Bern. Quæ ſanè omnia ſæpius, quam

C dici poſſit, experiuntur filij Adam. Quare quam pauci à luto puri, & ab ignibus illæſi libidinum reperiantur in hominum genere, videtur Salomon ſignificaſſe 7. Eccleſ. dicens: *Hominem vnum de mille inueni, & mulierem in omnibus his nõ inueni.* Vbi D. Hieron. Reperi, quòd paulatim peccando, & ad vnum delictum aliud apponendo, grandem nobis ſummam efficimus peccatorum, & cùm vix paucos de viris bonos inuenerim, mulierem bonam omnino inuenire non potui. Omnes enim me ad luxuriam, & non ad virtutem deduxerunt; & quia appoſitum eſt cor hominum diligenter ad malitiam ab adoleſcentia, & penè omnes offenderunt Deum, in hac ruina generis humani, facilior ad caſum eſt mulier.

*Pſal. 50. Libidinum pauci nõ ſentiunt.*

*Eccleſ 7.*

*S. Hieron.*

D Hæc Hieron. Sed tamen per hyperbolem dicta intellige; ſemper enim in omni ætate floruerunt mulieres pietate atque honeſtate perinſignes. Salomon mulierem in omnibus non inuenit; at ipſa Dei ſapientia mulierem vnam in omnibus inuenit, elegit, aſſumpſit, tam infinita mentis & corporis puritate, vt mater Dei eſſe mereretur. Non inuenit Salomon vel vnam in omnibus mulierem, cùm omnes (vt S. Hier. ſubnotauit) ad impudicitiam incitarent, nulláque ad virtutem adduceret; atque in communi mortalium exitio fœmina facilior ſit ad ruinam. Fuerit hoc ita, vt dicitur, retroactis mundi ætatibus; at vbi venit plenitudo temporis, ſuperabundauit & plenitudo gratiarum. Mulierem Deus inuenit vſque adeò puram, & ſanctitate præcellentem, vt ad illius animam vterum, vbera, & brachia læ-

*Mulier periculoſa, & fragilis.*

*B. Maria à Deo electa in matrem.*

E tus deſcenderit, de cuius carne virginea carnem aſſumens apparuerit Angelis ſpecioſus præ filiis hominum. Qui Dominum è matris vtero naſcentem admirati clamant inuicem: *Egredimini, & videte regẽ Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die deſpõſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius*, Cant. 3. Quo loco ſic effatur D. Greg. Pap. Mater Chriſti beata Maria eſſe creditur, quæ coronauit eum diademate, quia humanitatem noſtram ex ea ipſe aſſumpſit. Quàm pura igitur & immaculata caro eſſe debuit,

*Cant. 3.*

*S. Greg.*

buit, ex qua Deus regium ſibi diadema conſtruxit, quod in capite geſtaret? Quinetiam vbi mater pulchræ dilectionis Deum virgo enixa eſt, quis numerando comprehendet infinitam multitudinem, caſtiſſimorum hominum, & virginum, qui naturam ſuperegreſſi ad angelicam integritatem aſpirarunt? Iam nunc (vt prædictum eſt ab Iſai. *cap.* 55.) pro vrtica creſcit myrtus. Declarat optimè D. Greg. *lib.* 18. *moral. cap.* 11. ad hunc modum: Vrtica, igneæ omnino naturæ eſt: myrtus autem temperatiuæ fertur eſſe virtutis. Pro vrtica igitur creſcit myrtus, cùm iuſtorum mentes à prurigine, & ardore vitiorum ad cogitationum temperiem tranquillitatemque perueniunt, dum iam terrena non appetunt, dum flammas carnis deſideriis cæleſtibus extinguunt. Ita Gregor. Vna eſt mulier Dei mater, quæ omnes ad virtutem adducit, quæ puritatem mentibus, & corporibus adſpergit, cuius ope ſuffultus nemo tentationum æſtibus conuelletur. Non præteribo myſticam elegantiam D. Bern. *ſerm.* 1. *in annunt.* vbi latè refert illam apud Deum concertationem inter iuſtitiam, & miſericordiam de homine aut perdendo, aut redimendo: inducit ergo Dei filium ſe ad redemptionis officium accingentem; & inter alia dicentem: Pœnitet me fecisse hominem; pœna me tenet; mihi incumbit ſuſtinere pœnam; pœnitentiam agere pro homine, quem creauit; tunc ergo dicit: Ecce venio.

*Caſtitas in mundo floruit poſt Deum è virgine natū.* — Iſai. 55. — S. Greg. — *B. Maria puritatem communicat.* — S. Bern. — *Verbum Dei pro homine pati ſtatuit.*

6. *Delebo hominem quem creaui*, &c.] Optimè declarat D. Chryſ. Abolebo, ſicut malum quoddā fermentum, totū illorū genus, vt ne poſterioribus ſeculis peccandi autores & doctores fiant. Et quidem verbum, *delebo*, interpretationem D. Chryſ. valde confirmat. Hebr. eſt מחה *machah*, propriè eradere, & abſtergere, ita vt in re, quæ abſtergitur, nullum maneat veſtigium; decreuit igitur Deus ita delere hominum genus, vt nihil illius remaneat, nec ſignum, nec veſtigium in terra. Vel ſola enim impreſſa tam impuræ & libidinoſæ generis veſtigia contaminarent terram, & poſteris: deinde conſequentibus, aut offenderēt oculos, aut animos ad ſimilia patranda flagitia irritarent. *Delebo* (inquit Dominus) *hominem à facie terræ*. Pulchrè (exclamat Procop.) Nam nequaquam vult hominem penitus abolere, & ad nihilum redigere: neque etiam eius animam perdere vult. quid igitur? Delebit eum de ſuperficie terræ. Sic ille. Collige ex hac ſententia Procopij multos in diluuio ſalutem æternam animæ conſecutos. Sed quid meruere animantes, mereri, ac demereri neſciæ; vt ſimili exitio cum hominibus excindantur? Reſpondent D. Chryſ. D. Ambroſ. & alij: Cùm animantia ſolùm in gratiam homini producta fuerint, homine deleto ſuperuacanea cenſentur in orbe. S. Aug. magnitudinem futuræ cladis ſignificari dicit. Factum ergo id eſt ad deteſtationem delictorum humani generis, & ad exprimendam læſi, atque irati, & punientis Dei ſeueritatem. Lyra, & alij adiungunt etiam bruta nefandos exercuiſſe coitus inter ſe, atque hominibus ad infamem libidinis abuſum inſeruiiſſe, tam immanis erat, & latè diffuſa in omne genus impudicitiæ corruptela carnis. Fortè aut ipſi mortales impudentiſſimi nefarios illos congreſſus iumenta ipſa edocuerant; aut verò hæc illorum turpitudinem ſæpiùs oculis vſurpatam didicerunt.

S. Chryſ. — *Qualis eueržio humani generis.* — S. Chryſ. — S. Ambr. — S. Aug. — *Libido neſanda in mundo.* — Lyra.

## SECTIO V.

*Noe verò inuenit gratiam coram Domino. Hæ ſunt generationes Noe. Noe vir iuſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit. Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth.*

1. IN communi hominum corruptela vix extitit virtute famáque illibatus Noe. In quo oſtenditur (inquit D. Ambroſ.) quòd hominem iuſtum non obumbret aliorum offenſio, quando ipſe ad totius generis reſeruatur ſeminarium. Et quidem illi omnes, quorum perditiſſimos mores paulo antè audiuimus, malis (ait D. Chryſ.) operibus Deum miſericordem ad indignationem prouocauerunt: contrà verò Noe virtute pollēs, gratiam inuenit coram Domino. Appoſitè, vt iam oſtendimus, Noe, vel potiùs נח Hebr. nomen illi eſt impoſitum, ſcilicet requies; vt in quo Deus, cuius ſpiritus litigarat, tot per ſecula cum hominibus profligatiſſimis, & veluti luctādo defeſſus, requieuerit. Quæ eſt iſta domus, & quis eſt iſte locus requietionis meæ? Ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos? *Iſai.* 66. Loquitur Dominus ad Iudæos, qui tantum ſuo templo Hieroſolymitano confidebant, vt in illo quaſi concluſum, ligatúmque, & quietum, ne aliò abiret inde, Deum ſibi arbitrarentur. Ergo ait (vt exponit D. Hier.) ſublato templo, & altari terreno, quod humana conſtruxerat manus; creator omnium, qui in terris templum habere ſe denegat; humilem, & quietum, & trementem ſermones ſuos homines aſſumit in templum. Sic Hier. Vide igitur Deum in ſuo Noe, atque in ſua requie à tumultibus, & flagitiis totius humani generis confidentem. D. Hier. definit, quínam ſint illi quieti, ad quos Deus reſpicit, & in quibus; vt in templo habitat, & vt in altari reſidet. Qui (ait) quietem agunt à malis operibus: & ſedentes in domo, æterno requieſcunt ſabbato, ne moueant ſe ad opus ſeruile peccati. Sic ille. Pulchrè ſeruitutis nomine carpit peccatum. Seruus eſt, qui peccat, ſeruilibus occupatur miniſteriis: qui verò ſtudet virtuti, vt nobilis, & dominus feſtum cum Deo agit. Quietus item Noe dicitur, eo quòd in Domino, non vt reliquum genus hominum in ſuorum flagitiorum fæcibus, requieſcit. In ferculo illo Salomonis, de quo *Cant. cap.* 3. nihil viſebatur æquè pretioſum, atque elegās, vti reclinatorium aureum: quod quidem poſſidet, qui ſolo in Deo fixam habet ſuæ vitæ, curarum & animi requietem, quę vocatur egregiè à Guilbert. *ſerm.* 18. *in Cant.* Votorum finis. Nimirum quia terminus, quò deſideria iuſtorum intenduntur, eſt quieſcere in Domino, vti lapis in centro, & filius in brachiis amantiſſimi Patris. De hac ſibi quiete gloriabatur ſponſa, Cant. 2. *Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi.* Vbi D. Bern. *ſerm.* 48. Fortaſſis felicius aliquid iſta expertam ſe gloriatur in eo, quòd ſe in vmbra dicit, non vt Propheta viuere, ſed ſediſſe. Sedere enim quieſcere eſt: plus eſt autem quieſcere in vmbra, quàm viuere. Vbi itaque nos cum labore viuimus, qui conſcij peccatorum ſub timore ſeruimus: ibi hæc deuota & amans ſuauiter requieſcit: & dixit ſingulariter, ſedi, vt agnoſcas prærogatiuam. Sequitur.

*Noe vara inter malos inuentus.* — S. Ambroſ. — S. Chryſ. — Iſai. 66. — S. Hieron. — *Deus requieſcit in viro iuſto.* — S. Hieron. — Cant. 3. — *In Deo iuſti quieſcunt.* — Guilb. — Cant. 2. — S. Bern.

Et

*Et fructus eius dulcis gutturi meo.* Meritò deſidera- A
*Chriſtus anima ſolatium & vita.* uit eius vmbram, de quo & refrigerium eſſet,&
refectionem pariter acceptura. Nam cætera qui-
dem ſyluarum ligna, etſi vmbram ſolatij habēt,
ſed non vitæ refectionem, non fructus perpe-
tuos ſalutis. Solus eſt Dominus Ieſus, qui non
ſolùm ab æſtu refrigerat vitiorum, ſed & replet
delectatione virtutum. *Sub vmbra eius,*&c. Vm-
bra eius caro eius: vmbra eius fides. Mariæ ubū-
brauit proprij Filij caro; mihi Domini fides:
*Euchariſtia ſolatur & viuificat.* quamquam & mihi quoque quodammodo obū-
brat caro, qui in myſterio manduco eam. Hæc
Bern. Sub hac vmbra ſponſi refrigeratur anima
(inquit Greg. Nyſſ.) ab æſtu tentationum. & B
quidem ſponſus pomum eſt; nobis fit lætitia ocu-
lorum, vnguentum odorantibus, & vita come-
dentibus. Sed non licet ſub vmbra arboris vitæ
refrigerari, niſi cupiditas ad eam deduxerit. Cæ-
terùm iuſti quidem, per amorem, & mentis
contemplationem dicuntur in Domino requie-
ſcere: at peccatores dum pœnitentiam agunt di-
cuntur requieſcere poſt Deum. Sic legimus 1. *lib.*
*Reg. cap.* 7. poſt reductionem arcæ Domini à Phi-
1. Reg. 7. liſtæis ad Hebræos: *Et requieuit omnis domus Iſraël*
*poſt Dominum.* Heb. וינהו נהה & luxerunt om-
Caiet. nis dominus Iſraël poſt Deum. Ecce (inquit Ca-
*Pœnitens requieſcit poſt Deum.* iet.) prima actio populi infra illos viginti an-
nos; & eſt actio pœnitentiæ propter offenſum
Deum. Vide quænam Hebræorum fuerit requies C
poſt Dominum, ſcilicet luctus, & pœnitentia
ſuorum ſcelerum, quibus Deus iratus arcam ab
illis in Philiſtæos ſiuerit abductam fuiſſe. Re-
quieſcamus, qui peccatores ſumus, in hac vita
poſt Dominum, vt in morte cum S. Stephano
obdormiamus in Domino. Quis enim eſt, qui ſic
viuat adeò purus, innocens, & dilectus Domi-
no, vt viuus quieſcat, & dormiat recumbens ſu-
*S. Ioannes ſuper pectus Ieſu.* per pectus Ieſu. Fuit ille diſcipulus, quem di-
ligebat Ieſus, de quo ſic Guilbert. *ſerm.* 12. *in*
Guilb. *Cant.* Dormiuit Ioannes, recumbens in pectore
Ieſu, vbi reconditi ſunt omnes theſauri ſapien-
tiæ, & ſcientiæ Dei: ibi veræ quietis locus, intel-
ligentiæ ſerenum ſanctuarium pietatis, delecta-
tionis cubiculum. Sic ille. D

S. Chryſ. 2. Porrò vt ad Noë reuertamur: Oſtendit Do-
minus (ait D. Chryſ.) quòd ſi in tanta multitu-
dine inueniat hominem quæ ſibi placita ſunt fa-
cientem, non deſpicit, ſed ſua illum dignatur
cura, & tanto maiorem illius rationem habet,
quantò eùm tot tantique ſint, qui ad malum eū
*Noe cur Deo gratus?* trahunt, ipſe conſtantiùs virtutis viam ſectatur.
Ita Chryſ. Quod verò diligentiſſimè ſtudio vir-
tutis Noe incubuerit, oſtendunt quæ ſequun-
tur: *Inuenit gratiam coram Domino.* Quia Noe (in-
Procop. quit Procop.) ſe præparauit ad bona opera, gra-
tiam coram Deo inuenit: operibus virtutis ſe in-
ſinuabat diuino fauori. Inuenit: indicat enim
Noe ſummopere ſtuduiſſe, vt inueniret gratiā in E
conſpectu Domini, & tandem inueniſſe. Sic ille.
Hebraiſmus iſte valet idem, atque gratum eſſe,
S. Chryſ. placere Domino. D. Chryſ. Inuenit (inquit) gra-
tiam, non ſimpliciter, ſed coram Domino, vt nos
doceat, quòd vnum ille habuerit ſcopum, vt ab
illo oculo laudaretur, nihilque curauit huma-
nam gloriam, vel ignominiam, & irriſionem.
Non enim tantùm decem, viginti, centum homi-
nes; ſed omnium hominum natura, & tot myria-
des deſpexit. Veriſimile enim eſt omnes illū irri-
dere, & reprehēdere, & ſubſānare, & debacchari,
& fortè etiāſi poſſibile eſſet dilacerare voluiſſe.
Semper enim contra virtutem inſanit malitia.

A Sed iuſtus ad oculum Dei reſpexit, ad illum ſuæ
mentis oculum direxit, atque poſt hæc, omnia *Iuſti ſcopus eſt placere Deo.*
quaſi non eſſent curauit. Noe inuenit gratiam
coram Domino. Tametſi omni hominum ge-
neri, quod tunc erat, non eſſet gratus, neque
amabilis, eo quòd nolebat eandem incedere
viam, quam illi; fauit tamen illi Deus, qui men-
tem illius approbauit. Quid damni ergo naſci-
tur viro, quòd ab hominibus irridetur, cùm Deus
illum prædicat, & coronat? Et quæ vtilitas ho-
mini, ſi eum totus orbis admiretur, & laudet:
creator autem, & iudex condemnet? Ita Chryſ.
Atque vtinam hæc prudentia & pietas Noe in *Humana iudicia pro Deo deſpicienda.*
B nobis ineſſet: vt Deo placere, Deum colere,
Deo parere, vnicum nobis eſſet, ac ſummum
ſtudium, quicquid interim homines oblatra-
rent, irriderent, atque adeò furioſiùs deſæui-
rent. Etſi autem inuenire gratiam in oculis, vel
in conſpectu Dei, coram Deo, apud Deum, in
ſacris literis idem ſit, atque acceptum Deo, gra-
túmque eſſe, Deo placere: non tamen in ea tan-
tùm ſignificatione reſtringi voluit Gabriel An-
gelus, quando Virgini ſanctiſſimæ dixit: *Inue-*
*niſti gratiam apud Deum*, Luc. 1. Etenim præter Luc. 1.
illam acceptationem, quæ ſumma inter omnes
creaturas fuit in virgine (nihil enim gratius
Deo extitit, quàm Chriſtus homo, & mater
ipſius) gratiam ſubinde iſtam, de qua loquitur
C Angelus, puritatem virginalem intelligi etiam *B. Mariæ virginitas, qua Deo placuit.*
conſtat inter Patres. Vnde D. Hier. *Epiſtol.* 22. *ad*
*Euſtochium.* Beata (inquit) Maria, tantæ extitit S. Hieron.
puritatis, vt mater Domini eſſe mereretur. D. S. Baſil.
Baſil. *homil.* 25. Quoniam nulla puritate par Ma-
riæ virginitas ad effectum, ſancti Spiritus exci-
piendum eſt reperta, electa eſt beata Virgo, &c.
D. Bern. *in feſto Aſſumpt.* Quæ, vel angelica pu- S. Bernard.
ritas virginali illi audeat comparari, quæ digna
fuit Spiritus ſancti ſacrarium fieri, & habitacu-
lum Filij Dei? Iuſtin. Mart. *tom.* 2. *in quaeſt.* 186. Iuſt.
Deus non quamlibet fœminam elegit, quæ geni-
trix Chriſti fieret, ſed quæ mulieres omnes vir-
tute anteiret. Non abs re eiuſmodi virtutis no-
mine matrem ſuam beatam deprædicari voluit,
D per quam virtutem honore eo digna habita eſt,
vt virgo mater Dei fieret. Sic Iuſtin. Itaque bea-
tiſſima Virgo inuenit gratiam apud Deum, quia
virginitatem coluit: quod quidem extitit nouū,
& inauditum illis ſeculis inter Hebræas fœmi-
nas, quæ promiſſione futuri Meſſiæ ex illo ſuo *B. Maria inuenit gratiā apud Deum.*
genere mirabiliter excitatæ fœcunditatem in
ſummis benedictionibus vnam æſtimabant; ratę
ſi matres fierent, poſſe aliqua ratione ad illum
benedictum fructum ventris fœminei pertinge-
re. At nunc recta via quæſierunt hoc ſummum
gratię ſacramentum, vt appellat D. Aug. Incarna- S. Aug.
tionem diuini Verbi. Sola virgo prudentiſſima
virginitatis viam ingreſſa, certò ac rectè ad ma-
E tris Dei gratiam peruenit; virgo quæſiuit, virgo
inuenit; quæſiuit, & inuenit gratiam virginita-
ti, & per eam quæſiuit, atque inuenit gra-
tiam maternitatis; quid caſtitate decorius, quæ
ſola in hoc mortalitatis loco, & tempore ſta-
tuo immortalis gloriæ repræſentat? ait D. Bern. S. Bern.
*Epiſt.* 42. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea in-* Cant. 2.
*ter filias*, Cant. 2. Viden' quàm excedat reliquas *Summa laus virginitatis.*
animas, etiamſi Dei gratia, & amore filias, non
tamen pudore candicantes illa, quæ virginalem
colit pudicitiam? Quid (ait D. Ambroſ. *de in-* S. Ambroſ.
*ſtit. virg. cap.* 17.) ad concelebrandam virginita-
tis gloriam, plus conferre potuit Dominus,
quàm, vt Deus ex virgine naſceretur? Pulchrè
dica

dicitur virginitas gratia, quæ gratioſum, decorum, amabilem reddit hominem Deo, Angelis, & hominibus; virginitas ipſa facies eſt, venuſtas, gratia virtutum reliquarum.

3. *Hæ ſunt generationes Noe; Noe vir iuſtus, atque perfectus in generationibus ſuis.* ] Bis, vt vides, ponunt hîc generationes Noe; miror autem Caiet. Oleaſtrum, Lippoma, alióſque diligentes in exquirendis Hebræorum vocibus, ac vocum radicibus prætcrire tacitùs, quod eruditè obſeruat noſter Delrio: etſi noſter interpres vtrobique verterit generationes; Hebraicè tamen, Chald. & Græcè diuerſi ſoni, ac ſignificationis voces poni. Primo quidem loco *hæ ſunt* generationes Noe; Hebr. & Chald. תולדת *tholedoth*. LXX. Geneſis, *αὗται δὲ αἱ γενέσεις*. Secundo loco, in generationibus ſuis. Hebr. & Chald. בדרתיו *bedorothau*. LXX. genera, *ἐν τῇ γενεᾷ* [illegible]. mox arcanũ perſcrutabimur. Ac priori quidem loco generationes actiuè ſumuntur. Deſcribitur enim numerus, & nomina filiorũ Noe, quos habuit ante diluuiũ; cũ quibus ſimul eſt ingreſſus arcam, quique ſeruati ſunt tanquam ſeminarium ad reparandum generis humani communem interitum. Adiungitur ſtatim vir iuſtus, & perfectus, vt demonſtretur virtus admirabilis Noe, & intelligamus non immeritò ſolùm Noe ex toto humano genere ſeruatum eſſe, ne periret

C in diluuio. Noe vir; emphaticè dicitur vir, cum paulò antè, & pòſt homines nihil aliud quàm caro, eáque corrupta, putrida, fœtulentáque dicantur. Vnde luculenter D. Chryſ. Noe, vir, com-

S. Chryſoſt. *Vir eſt qui virtutem colit.*

mune nomen pro laude iuſti vſurpat: nam cæteri ob carnales voluptates, quibus immerſi erãt, amiſerant eſſe homines; iſte ſolus in toto mundo ſeruauit imaginem hominis, ſcilicet rationalem eſſe. Tunc enim homo eſt, quando virtutem colit. Nam malus vitiis ſtudentes vocat non homines, ſed carnem, & terram corruptam; & alio loco, nec carnem, nec terram nominat, ſed neque eſſe eos putat in præſenti hac vita, eo quòd virtute careant. Hinc Iſai. in Hieruſalem

D innumeris habitatoribus plena clamabat: *Veni, & non erat homo; vocaui, & non erat, qui audiret*, c. 50. Non dicit, quia non aderant, ſed quia præſentes nihil meliores erant, quàm ſi non fuiſſent præſentes. Et Ierem. *Diſcurrite, & videte, ſi eſt vnus, qui faciat iuſtitiam, & iudicium, & propitius ero*, cap. 5. Hactenus Chryſ. *Noe vir iuſtus*, &c. Addit D. Chryſ. Hæ ſunt generationes Noe, &c. Rarus, & alienus genealogiæ modus! Quis ergo eius pater, vnde genus duxit? relictis omnibus dicit: Noe vir; genealogiam iuſti narraturum ſe promittens Moyſes, dicit Noe homo; hic enim ſolus homo, cæteri non homines, ſed humanam gerentes formam. O admirabilem genealogiam! Noe homo. Iuxta hanc nominis excellentiam accipi poteſt, quòd Chriſtus Dominus ſeipſum frequentiſſimè appellarit hominem; nam Filius

*Mali ita ſũt, ac ſi non ſint.* Iſai. 50.

Ierem. 5.

*Admirabilis genealogia Noe.*

E hominis Hebraiſmo ſatis peruulgato idem eſt, atque homo. ſcilicet ille ſolus primam ac germanam hominis veri nobilitatem, quam primus Adam peccando amiſerat, & habuit, & in mundum iterum importauit. Quemadmodum etiam virgo Dei mater, quæ benedicta eſt inter mulieres ab ipſo Deo filio ſuo mulier appellatur; & quidem honoris ergo, vt Dei voce prædicetur verè ac propriè mulier hæc vna eſſe iuxta primum exemplar atque ideam mulieris, quæ in diuinæ mentis theſauro continetur. Sumit

*Chriſtus veri hominis archetypus.*

A igitur D. Chryſ. priori loco generationes paſſiuè pro genealogia Noe, quam, in virtute, iuſtitia, perfectione, & gratia coram Deo poſitam (vt explicat diuina Scriptura) conteſtatur. Eodem ſenſu D. Ambroſ. Noe (inquit) non generationis nobilitate; ſed iuſtitiæ, & perfectionis merito laudatur. Probati enim viri genus, virtutis proſapia eſt: quia ſicut hominum genus homines; ita animarum genus virtutes ſunt. Etenim familiæ hominum, ſplendore generis nobilitatur; animarum autem clarificatur gratia, ſplendore virtutum. Sic Ambroſ. Conferet etiam multum ad virtutis præſtantiam humanæ nobilitatis excellentia. Iccirco enim plus à no-

*B. Maria vera mulieris archetypus. Nobilitas vera in virtute eſt.*

S. Ambroſ.

B bilibus, quàm à plebeis Dominus exigit, iuxta illud Num. 10. *Si ſemel clangueris; venient ad te principes, & capita multitudinis Iſraël.* Vbi Procop. vnius tubæ ſonitu conuocabantur principes, acutiùs cernentes, & citiùs obedientes. At verò plebs conuocabatur ad tabernaculum Domini ſæpiùs à Moyſe repetito clangore.

Num. 10. Procop.

4. Noe vir iuſtus perfectus; ita Hebr. Chald. צדיק תמים, & Græcè ſine copula, *δίκαιος τέλειος*, quaſi dicat iuſtus perfectè, in ipſa iuſtitia perfectus, & conſummatus: iuſtus quidem in ſe, erga Deum & homines, & integrè perfectéque iuſtus in filiis, quos ſcilicet ab illo communi

C carnis incendio illæſus ſeruauerat; quod rectè obſeruat Caiet. declarans: Iuſtus, & perfectus in generationibus ſuis, hoc eſt, in filiis, quod (inquit) Noe fuit perfectus non ſolùm in ſeipſo, ſed etiam in generationibus ſuis, in filiis ſuis; ſeruauit enim ſe & filios, ſine defectu mortali. Profectò iuſtus eſſe non poteſt, qui filios, aut ſubditos ad virtutem non inſtruit, qui eos iuſtos fieri non ſtudet, id enim debitum eſt ex iuſtitia. Quòd ſi pro ſua virili conatur illos ad virtutem erudire, nec tamen proficit, ob illorum naturam indomitam, & ad peccandum procliuitatem, perfectus non dicetur, nec felix, ac beatus in ſuo ſtatu; quæ alia enim eſt felicitas, & conſummatæ virtutis perfectio in patre, in præ-

Caiet.

*Quis iuſtus & perfectus in filiis.*

D lato, in domino, in principe, quam, vt virtutem ipſe, & ſui, quibus præeſt, ſimiliter conſequantur? *Filius ſapiens lætificat patrem; filius verò ſtultus mæſtitia eſt matri ſuæ*, Prouerb. 10. *Beatus vir, qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis*, Pſal. 126. Sermo eſt de filiis bene inſtitutis, qui paterna cura & ſtudio ad virtutem optimè eruditi adoleuerunt. Sic enim præmiſerat: *Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij excuſſorum.* הנעורים *hanneghurim*, à radice נער *naghar*, excutere, rugire. Hinc נער *naghar*, puer, miniſter; נערה *nagharah*, puella, נער *noghar*, pueritia. נעורים *neghurim* in plurali pueritiæ, adoleſcentiæ: poteſt etiam verti, excuſſiones; vbi luculenta expoſitio Caiet. ſic habet. Hebrææ linguæ conſuetudine, operam dantes excuſſioni, filij excuſſionum (ſic enim legit in Hebr.) appellantur; ſi-

Prouerb. 10.

Pſal. 126.

Caietan.

E cut filij nuptiarum, vacantes nuptiis; & quia excutimus à nobis immunditias, & quæcunque abominabilia ſi tangant nos, ideo filij concuſſionum appellantur Iſraëlitæ ſtudioſi ad excutiendum à ſe immunditias iniquitatum, & ſeruandum ſe mundos à malis moribus, & operibus: beatitudines erunt viri, qui impleuit pharetram ciuitatem ſuam ex filiis ipſis excuſſionum, viris mundis excutientibus à ſe omnem immunditiam: non confundentur, cùm loquentur inimicis ſuis in

*Parentum felicitas ex filiis bonis.*

in porta, ſcilicet ciuitatis; Deo illos tuente. A Vbi deſcribitur Deum cuſtodire ciuitatem per viros mundos; & propterea meritò dictum eſt, quòd ſi non cuſtodierit ciuitatem, vana eſt cuſtodia eius; quia ſi non ſunt viri mundi, Dominus non cuſtodiet, & ſic vana erit hominum cuſtodia. Ita Caier. Videas quantum valeat apud Deum homo vel fœmina puritate corporis, & animæ inſignis, quantum præſtet vrbi, & orbi: nam propter virginem & caſtos viros Deus vrbem & orbem cuſtodit; vniuerſáque hominum & murorum & armorum vana nulláque eſt cuſtodia, vbi non adeſt pudicitiæ præſidium.

*Caſtitas præſidium eſt vrbis & orbis.*

B 5. Icciico exiſtimo dictum à Domino ſuis Eunuchis, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum, per Iſaiam. *Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis, & filiabus*, cap. 56. Nota locum in muris, ſcilicet ad cuſtodiam, defenſionémque murorum. Imò, vt vidimus ex Dauide, non confundentur in porta; non enim modò è muris acriter propugnabunt aduersùs oppugnantes hoſtes; verumetiam patefactis mœnium portis, ita obſiſtent irruenti hoſtium cuneo, vt facilè propellant; nec confundantur, nec conſteruentur, etiam medio in ipſo portarum aditu depugnantes; adeò fortis eſt, qui ſeipſum vincit, vt facilè de reliquis triumphet. Iſte Eunuchus (inquit ibi D. Hieron.) C regno cælorum vim facit, & violenter diripit illud. Iſte in muris Domini locum optimum habebit, vt ſcilicet turris Domini efficiatur. Talis fuit ille, quem diligebat Ieſus, qui Petro tardiùs ambulante elatus virginitatis alis cucurrit ad Dominum, qui in ſecreta diuinæ ſe natiuitatis immergens, auſus eſt dicere, quod cuncta ſecula naſciebant: In principio erat Verbum. Sic Hieron. Et quidem Hebræos perſtringit locus hic Prophetæ: totam enim ſuam felicitatem, ac Dei benedictionem in fœcunditate liberorum repoſitam habebant. At quæ virtus (occurrit hoc loco Cyrillus Alexandrinus) eſt, cuius præclari facinoris ſplendor, prolis fœcunditas? Carnis e- D nim opera ſunt hæc, nec reprehenſione nec laude digna. Quomodo etiam iuuabit peccatis in hac vita addictos, quòd multorum filiorum & filiarum patres exiſtunt? Deinde ad illa verba, *Dabo eis*, &c. ſic adiungit. Domum & murum, ſiue munitionem, & ſecuritatem appellare videtur Eccleſiam ſuperam, & cæleſtem, vel hanc, quæ in terris verſatur, in qua reſplendent viri innocentia & grauitate quaſi enutriti, & qui continentiæ gloriam potiorem fœcunditate exiſtimant. Hi accipiunt à Deo gloriam æternam, hoc enim illuſtre illis nomen eſt, illóſque gratia ipſius non deficiet. Eximia ſunt enim caſtitatis præmia. Ita Cyrillus. Vide quàm illuſtre, ſanctum, ac diuinum pudicitiæ ſit encomium. E Celebrem caſti locum habent, vt hîc interpretatur idem Cyrillus. Perfectus igitur, & omnibus numeris abſolutus pater fuit Noe, qui tam probos, ac pudicos filios educauit, & inſtituit; exemplóque eſſe poteſt parentibus, vt ſedulò incumbant ſanctæ atque Chriſtianæ filiorum inſtitutioni. Illud meminerim, quod Salomon filio identidem inculcabat. *Fili ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis*, Prouerbiorum 1. Nota, *lactauerint*. vigilandum enim parentibus eſt, ne noxio ac lethifero lacte nutriantur filij, quale infantulis, A atque puerulis, multo autem ſceleſtiùs puellis propinant peccatores, & peccatrices; ergo ab iſtorum conſuetudine procul arceatur: ſed quod tandem iſtud lac eſt? Reſpondet Beda. Duobus modis lactant peccatores, quos decipiunt, quia aut ad facienda ſcelera blandimentis alliciunt; aut facta iam fauoribus, quaſi laudabiliter acta ſuſtollunt. Fortè iſtæ ſunt lamiæ de quibus Thren. 4. *Sed & lamiæ nudauerunt mammam; lactauerunt catulos ſuos*. Vbi D. Hieron. Lamia humanam faciem habet, ſed corpus beſtiale; ſi hypocritiæ in prima facie, quod oſtendunt, quaſi ex ratione ſanctitatis eſt; beſtiale eſt, quod ſequitur corpus; quia B valde iniqua ſunt, quæ ſub boni ſpecie moliuntur: poſſunt & accipi hæretici. Hi tunc mammam nudant, quando errorem ſuum liberè prædicant; tunc catulos lactant, quando malè ſequaces paruulorum animas, dum peruerſa inſinuant, ad impietatem nutriendo confirmant. Sic Hiero. Denique non ſatis laudari poteſt iuſtitia, & perfectio patris Noe in generationibus ſuis, in filiis ſuis, quos in illa immenſa vitiorum omnium colluuie, quæ in totum genus hominum redundauerat, potuit virtuti, Deóque ſuo illæſos, puros, ſanctóſque conſeruare.

*Caſtitatis encomium.*

*Sancta filiorū educatio.*

Prouerb. 1.

*Virtus non eſt habere filios.*

S. Cyrill.

*Ioannes Apoſtolus virgo fuit.*

*Mira fortitudo caſtorum.*

S. Hieron.

Iſai. 56.

Beda

*Lamiæ deceptrices animarum.*

Thren. 4

S. Hieron.

*Hæreticorum hypocriſis.*

C 6. *In generationibus ſuis*. Heb. בדורתיו *bedorothau*, à radice דור *dur*, habitare, peregrinari: inſinuantur autem ætates, tempora, decurſuſque vitæ Noe. Quæ ſignificatio valde frequens eſt in ſacris literis: à generatione in generationem; à progenie in progeniem, &c. Senſus igitur eſt, Noe vir iuſtus, & perfectus extitit per omnes vitæ ſuæ ætates, in omnibus ſuis actionibus, per illa ſex omnino ſecula virtutem coluit, Deique mandata obſeruauit. Omnia (inquit D. Chryſ.) impleuit quæcunque facere conuenit eum, qui virtutem amplexatur. Hic enim eſt perfectus. Nihil enim intermiſit, in nullo claudicauit. In generationibus ſuis: hoc eſt, in tempore illo, in generatione illa peruerſa, quæ nullum præſeferebat veſtigium virtutis, in illis D temporibus iuſtus ille in tantum peruenit culmen, vt perfectus & abſolutus eſſet. At bene agere inter virtutis hoſtes, & inter eos, qui virtutem prohibent, maius ſemper virtutis pondus teſtatur. Hæc Chryſ. In hanc ſententiam percelebre illud à D. Greg. *in exord. moral.* dictum. Immenſi eſt præconij bonum, etiam inter malos extitiſſe. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*. Quam eandem laudem ſponſa de ſuo dilecto decantauit: *Sicut malus* (inquit) *inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios*, Cant. 2. per ligna ſyluarum optimè intelligit S. Greg. Nyſſ. homines vitiis ac paſſionibus feruis ſyl- E ueſcentes; inter quos tamen vixit Chriſtus Dominus innocens & impollutus, & (vt Gregor. adiungit) Factus arbor, vt ſibi inſerens agreſtes ramos ſyluæ efficiat, vti ſimiles fructus producant. Itaque ſponſus aduerſarios & filios iræ per fructus communionem transformat in filios Dei. Sic ille. O mira hominis transformatio per ſacram Euchariſtiam! Arbitror, ideo iuſtum perfectúmque, per omnia illa tam longa ſeculorum ſpacia, hominem ſexcenteſimo ſuæ vitæ anno deſcribi Noe, vt intelligamus quàm meritò illum Deus reſeruârit in parentem humani generis; quanto cum iure illi ſuam arcam, & in illa ſeminarium hominum & animantium recluſum tradiderit; hominem ſcilicet

*Perfectio N inter malos.*

S. Chryſ.

S Greg.

Cant. 2.

S Greg Nyſſ.

cet

*Virtus matura expetitur ad regimen.*

cet Deus elegerit ad tam præclarum munus non præcocis virtutis, ſed maturæ, annoſæ, multiſque ſeculis probatæ, & conteſtatæ, inter innumera, & improborum, & improbitatum irritamenta. Talis debet eſſe virtus in eo, qui præeſt aliis, aut vti rector, & doctor, aut vti iudex. Permagnum quidem diſcrimen fecit Dominus inter Apoſtolos, & Latronem; vt illis, ſic iſti promiſit regnum cælorum; at illis tamen ſedes & thronos in regno: Sedebitis ſuper thronos iudicantes; iſti verò ſolum paradiſum; Hodie mecum eris in paradiſo, pollicitus eſt. Rationem huiuſce diſcriminis egregiè ſubiicit D.Amb. *Obſeruat. 2. in Michaam.* E latrocinio (inquit) conuerſus requiem habet; at in Apoſtolatu probatus accipit poteſtatem. Non caret myſterio, quòd Filius Dei iuuenili ſpecie inter iuuenes illos ſanctiſſimos mediis in ignibus fornacis Babylonicæ conſpectus fuerit a Nabuchodonoſor; idémque à Propheta & viſus & dictus ſit antiquus dierum, hoc eſt, longæuus ſenio, & multa canicie venerãdus. *Aſpiciebam* (ait) *donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit*, Dan. 7. Quod autẽ in fornace ignium angelica & iuuenili ſpecie ſe lætum & pulchrum exhibuerit, ratio eſt, quia ſe accommodauit iuuenibus in fornace concinentibus: deinde vt oſtenderet quanta ſit Dei potentia, quæ mediis in flammis florem ipſum iuuenilem in facie, & corpore ſuorum ſeruorum conſeruârit illæſum, pulchrum, nitentem. Sed cùm de poteſtate, de regendi munere, de iudicio ſermo eſt, non modò virilis & matura ætas, ſed ſumma ſenij longæuitas deſcribitur. Vt enim adnotauit Brixianus Epiſcopus: Senes multa experti, meliùs diiudicant; & ideo Chriſtus antiquus dierum introducitur. Moyſes à Deo miſſus in Ægyptum, vt cum Pharaone Rege ageret, Hebræorúmque populum ab illa ſeruitute liberatum ſecum ad terram promiſſionis deportaret; reſpondet tamen: Si dixerint mihi, quod eſt nomen eius? quid dicam eis? Dixit Dominus: Ego ſum, qui ſum. Qui eſt, miſit me. Dominus Deus Patrum veſtrorum, &c. *Exod. 3.* Commendat ſuam ipſe Deus autoritatem, quæ poſſit inuitare & compellere populum Hebræorum, vt ad ipſum adorandum ex Ægypto læti & alacres ferantur. Videlicet (ait Caietan.) quòd non nouus eſt Deus in Iſraël, ſed ab antiquo fuit Deus Hebræorum filiorum Heber, cuius tempore diuiſæ ſunt linguæ. Imò, vt vides, Deum ſe nominat ſempiternum, qui ſemper eſt. Contrà verò deos gentium, vt illorum autoritatem extenuet, vocat deos recentes, ac nouos. Deuteron. 32. *Immolauerunt dæmoniis, non Deo, diis, quos ignorabant; noui recentéſque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.* Vbi Caietan. Numen אלה *eloha* habetur, vbi legimus, Deo, & eſt ſenſus, non iudici, non gubernatori, qui ſuapte natura eſt iudex, & gubernator vniuerſi, & eorum Diis, quos ignorabant, nomen eſt אלהים *elohim*: ſacrificauerunt diis, iudicibus, & gubernatoribus, quos neſciebant, noui recentéſque venerũt. In Hebr. חדשים מקרב באו noui è propinquo venerunt, non adierunt eos patres veſtri; ergo non ſolùm noui ſecundùm tempus, & de propinquo ſecundùm locum, ſed etiam alieni à patrum timore, & cultu dicuntur dij iſti, vt omni ex parte enormitas peccati luceat. Ita Caietan. Timendum valde, vbi quis inexpertus clauum, ſceptrúmve aſſumit. *Væ tibi terra, cuius Rex puer eſt*, Eccleſ. 10. Vbi D. Hieron. Reprobare videtur iuuenum principatum, quòd

S. Ambroſ.

Daniel. 7. *Chriſtus & iuuenis & ſenex apparet.*

Brixian. *Senex, non iuuenis, aptus regimini.*

Exod. 3.

Caietan. *Deorum nouitas & vanitas.*

Deut. 32.

Eccleſ. 10.

A in iis per ætatem ſit infirma ſapientia. Iuuenes etiam dicuntur in Scriptura, qui a veteri autoritate deſciſcunt, & cana præcepta parentum contemnunt. *Et dabo*, inquit per Iſai. 3. *iuuenes Principes eorum, & illuſores dominabuntur eis.* Lege Dan. 7. Vetuſtum dierum inuenies Deum. Lege Apocalypſ. 1. & caput Saluatoris candidũ, vt niuem, & quaſi lanam albam reperies. Hieremias quoque quia ſapiens erat, & cani eius in ſapientia reputabantur, prohibetur iuuenem eſſe ſe dicere. Hæc Hieron. Vno verbo expreſſit omnia, qui cecinit, *Exultauit leuitate puer, grauitate ſenectus.* Væ igitur terræ, cuius rex puer eſt. Quàm verò id ſit experientia quotidiana comprobatum? Roboam filius Salomonis cum pueris ſuæ ætatis,

B atque imprudentiæ demonſtrat, decem ſtultus, & nouus Rex amiſit tribus. 3. *Reg.* ſtrages illa totius Ægypti in mari rubro edita non aliunde, quàm ex ignorantia noui regis proceſſit? Surrexit interea Rex nouus ſuper Ægyptum, qui ignorabat Ioſeph, &c. *Exod.* 1. Bene Caiet. Hic enim Rex nouus eſt, qui oppreſſit abſque vlla culpa populum Iſraël. Quid plura? diluuium aquarum ob diluuium vitiorum contigit maiori ex parte propter iuuenes peſſimis moribus infames. dicitur enim cap. 8. *Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua*; quæ verba vltima etiam legit Procop. *ad hoc cap.* 6. Ab adoleſcentia (inquit) quòd nullus eorum erat ſenex, reſpectu virtutis acto. Non omittam, quid myſtico ſenſu explicari ad hunc locum poteſt. Væ

C terræ (ait D. Hieron. *Eccleſ.* 10.) cuius eſt diabolus rex, qui ſemper nouarum rerum cupidus etiam in Abſalon aduersùs parentem rebellat. Hug. Cardin. *in 1. Exod.* Chriſtus rex nouus dicitur, quia innouat omnia in melius, Apoc. 21. *Ecce noua facio omnia*; & Sapient. 7. *Permanens in ſe innouat omnia.* Diabolus autem Rex nouus dicitur quia nouitate gaudet, & ſemper vellet hominem quærere nouitates. Eccleſ. 27. *Stultus vt luna mutatur.* Rex igitur nouus Pharao totam Ægyptum ſecum in aquis rubri maris ſepeliuit: Noë verò ſenex ſexcenteſimo anno genus humanum in arca incluſum etſi ad ſeptem tantùm homines redactum, ex aquis diluuij terras obruentibus, ſecum

D ſeruauit. Iuſtus & perfectus in generationibus ſuis. Aliter etiam atque explicarat, iterum exponit D. Chryſ. non de ſublimitate, ſed de mediocritate virtutis. Hinc (ait) docet nos miſericors Deus menſuram virtutis, quantam tunc à iuſto exigebat. Non enim eandem virtutis menſuram ab omnibus afferri vult, ſed pro varietate temporum, & virtutes differentes requirit. Te vidi iuſtum in generatione iſta, quæ tam mala, ingrata, &c. Sed nunc longè maior virtutis menſura à nobis exigitur, quanto, & maiora bona ſortiti ſumus, *homil.* 24. Sequitur: *Cum Deo ambulauit.* D. Hieron. Dei veſtigia ſecutus eſt. Chald. In timore Dei ambulauit. Lyppom. piè & innocenter vixit, & hominibus illius ætatis prædicauit verbum Dei, & pœnitentiam, ſed ſurdis.

E Alij: Placuit Deo. D. Cyril. Alexand. *lib. 3. in Geneſ.* Noë vir bonus, ſupernæque diuinitatis amator præcipuus fuit, & huic rei nihil prorſus anteponebat.

Cætera patent.

S. Hieron. *Iuuenes inepti ad regimẽ.*

Iſai. 3.

Daniel. 7.

Apoc. 1.

Gallus.

3. Reg. 12.

Exod. 1.

Caietan.

Procop. *Nouitatis ſtudia ex diabolo.*

S. Hieron.

Hugo.

*Rex nouus perdit omnia.*

S. Chryſoſt.

*A Cur ſtatu maior virtus exigitur*

S. Hieron.

Lyppom.

S. Cyrill.

## SECTIO VI.

*Corrupta eſt autem terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate. Cúmque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam (omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram) dixit ad Noe: Finis vniuerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniquitate à facie eorum, & ego diſperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis leuigatis: manſiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinſecus & extrinſecus. Et ſic facies eam: Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. Feneſtram in arca facies, & in cubito conſummabis ſummitatem eius: oſtium autem arcæ pones ex latere: dorſum, cænacula, & triſtega facies in ea.*

1. C*Orrupta eſt terra, & repleta iniquitate.* Hebr. חמס *chamas*, vertit iniquitas; ſed etiam, iniuſtitiam, iniuriam, oppreſſionem, & violentiam ſignificat. Et quidem radix *chamas*, vt docti exquiſitiùs venantur, propriè eſt deſtruere, ſubuertere, ſuccidere, frangere; vnde *chamas* nomen, ſubuerſio, deſtructio. Similiter שחת *ſachath*, noſter vertit corrumpere, propriè (vt videtur doctoribus) eſt deſtruere, diſſoluere. Itaque terra illo ſeculo corrupta erat, deſtructa, diſſolutaque; vbi gigantum arrogantia, diſſidiis, violentiis, rapinis, immanitatibus, & omni flagitiorum ac turpitudinum colluuie, omnia videbantur infecta, & infeſta; nihil ſecurum, nihil purum, ac ſanctum: infeliciſſimus vbique rerum omnium ſtatus: veluti peſtis, ac lues, & putrida tabes corporum, animarúmque congeſtis perenniter ſtragibus debacchabatur. Et hoc quidem coram Deo, id eſt, verè, vt aliqui exponunt; nec enim, aut celari poterat tantum, & tam multiplex malum, aut homines vlla poterant ſe tergiuerſatione excuſare apud Deum, cuius oculis nuda ſunt omnia, & aperta. *Coram Deo*; hunc etiam habet ſenſum, tam procaciter & impudenter peccabant homines, vt nihil vererentur oculos Dei cuncta videntis; quinimo ſcientes, ac Deum purum & iuſtum, & vindicem agnoſcentes; nihilominus fœdiſſimis illum afficiebant iniuriis, probris inceſſabant, & blaſphemiis inſectabantur. *Coram Deo*; vt vult Abulenſis, id eſt, publicè, quaſi in conſpectu Dei, & cæli, ac terræ. Peccabant enim publicè ſine vllo, aut timore, aut pudore: quæ duo à natura homini data ſunt, ne in vitiorum prærupta temerario auſu rapiatur. D. Chryſ. terræ nomine ipſos intelligit homines, natura & dignitate humana exuta, & abolito nomine in terram corruptam, ac putulentam degeneraſſe. Nomine (inquit) terræ hominum multitudinem vocat, eo quòd omnia eorũ opera terreſtria erant: & iccirco terræ nomine & eorum vilitatem & malitiæ abundantiam ſignificat. Neque ſimpliciter terra, ſed corrupta omnigenam illorum malitiam emphaſi quadam dixit. Non enim vnius, vel duorum peccatorum tantùm rei erant, ſed omnes iniquitates abſque modo committebant. Ideo ſubdit, *repleta eſt*, non obiter, neque vulgariter malitiæ ſtudebant: ſed peccata quæque feruenti contentione agebant.

*Corruptiſſimus mundi ſtatus.*

*Pudor & timor retrahũt à peccando.*

S. Chryſoſt.

*Turpitudo & infamia peccatorum.*

A Vide quomodo illos ne tenui quidem memoria dignatur. Sed nomine terræ vocat: ſimul indicãs, & Dei indignationem, & peccatorum grauitatem. Vidiſti quantum malum ſit peccatum, & quomodo homines facit, vt ſuo nomine vocari non ſint digni? Hæc omnia Chryſ. Corrupta eſt, deſtructa, ſubuerſa. Non ſic impij & carnales iudicant, quòd tunc corrumpantur, ac ſubuertantur, cùm delicientur: delicias ſuas & amant, & nominant miſeri, quæ veriùs ſpinæ, aculei, tormenta ſunt. Concinnè apud Hebræos eodẽ nomine deliciæ, ac vincula ſignificantur; vti primo Reg. Samuel ait: *Adducite mihi Agag regem Amalech. Et oblatus eſt ei Agag pinguiſſimus.* Hebr. B מעדנות *maghadanoth*, cum deliciis: ac ſi dicat (vt explicat Rabbi Dauid) cũ lætitia, & dilectione. quia elegerat potiùs mori, quã viuere; & ſunt qui exponãt בקשורים *bequixurim*, in vinculis, & catenis, in quibus arat: & recta eſt expoſitio. Sic ille.

*Deliciæ vincula ſunt.*

1. Reg. 15.

2. Non aſſentior voluptati moriendi. Sequitur enim: Tremens, & dixit Agag: Siccine ſeparat amara mors? Ergo non cum voluptate, ſed cum ſummo dolore infelix trahebatur ad ſupplicium mortis. Melius dixeris, catenis vinctum adduci: quæ deliciæ dicuntur vel ironicè, vel quia in locum illius regis deliciarum ſucceſſerant; vel certè Rex ex auro, & pretioſis margari- C tis elaborata geſtabat ornamenta, torques, annulos, & huiuſmodi, ſimúlque cum illis trahebatur ad patibulum. En quò recidunt tandem mundi lenocinia, & deliciæ? Planè infauſta mors, quæ inter delicias hominem intercipit: vtique à deliciis ad pœnas gehennæ ſempiternas effœminatum illum traducet. Optimè dicũtur eodem nomine deliciæ, ac vincula. Quid enim hominem blandiùs allicit, & arctiùs conſtringit? Nulla captiuitas miſerior, quàm ea, in quã delicioſus homo incidit: non pedes, aut collum, ſed animam prorſus & corpus voluptatibus addicit. Contrà verò nihil tam liberum atque ingenuum, quàm corporis animíque puritas. Pulcher locus in hãc ſententiam habetur Eccleſ. 10. hiſce verbis: *Væ* D *terra, cuius principes manè comedũt.* Vbi D. Hieron. Luxurioſos iudices condemnat, in quibus matura ætas deliciis eneruatur. Sequitur: *Beata terra cuius Rex nobilis eſt, & cuius principes veſcuntur in tempore ſuo, & non ad luxuriam.* Vbi S. Hier. hos iudices prædicat, qui nequaquam voluptatem negotiis ciuium præferant, ſed poſt multum laborem & adminiſtrationem reipublicæ cibum capere, quaſi neceſſitate cogantur. O ſi principes, prælati, iudices, & qui Reipublicæ munia obeunt, hæc audirent, & obſeruarent, quàm feliciter omnia ſuccederent, & miſerorum ac pauperum cauſæ negotiáque non perirent! Sed ad Regẽ reuertamur. Rex nobilis dicitur, ſeu filius ingenuorum. Igitur S. Hieron. Chriſtus (inquit) E eſt Rex filius ingenuorum: de Abraham, Iſaac, & Iacob, Prophetarum omnium, & ſanctorum ſtirpe deſcendens, quibus peccatum non fuit dominatum; & ob id verè fuerunt liberi. Ex quibus nata eſt Virgo liberior ſancta Maria nullum habens fruticem, nullum germen ex latere, ſed totus fructus eius erupit in florem. Ego flos campi, & lilium conuallium. Principes quoque Eccleſiæ ſunt Apoſtoli, & omnes ſancti, qui regem habent filium ingenuorum filium liberæ. Hæc Hier. En vt vides vera libertas, ingenuitas, & nobilitas, in virtute, ac pudicitia eſt: ſumma verò, qua ſcilicet maior cogitari nõ poteſt, in Chriſto, & in Virgine matre inuenitur. E cõtrario autẽ infelix ſeruitus, ergaſtu

*Mors inter delicias infelix.*

*Luxuries captiuitas miſerrima.*

Eccleſ. 10.

S. Hieron.

*Mira vtilitas in caſtitate.*

*B. Maria flos virginum.*

Cant. 2.

ergaſtula catenæ, inſignis infamia reperitur in A impudicitiis. Deinde licèt quædam alia ſint ſpecie grauiora peccata, nullum æquè, atque libido tenaciùs inhæret homini, ac difficiliùs exuitur. *Fornicarij regnum Dei non poſſidebunt*: ait D. Paul. Rarò enim huiuſmodi vitio implicatus, ritè & Chriſtianè moritur. Et quidem deliciæ catenæ ſunt, quibus reprobi ad gehennam damnati, iam nunc trahuntur à dæmone ad mortem æternam, vti Agag. Ergo vbi libidinis vitium videris, catenas damnatorum agnoſce. ... . .

1. Cor. 11.
*Fornicarij rarò conuertuntur.*

3. *Corrupta eſt terra.* Extremum id omnium malorum eſt; ſic Pſal. 1. *Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit.* Tertio nimirum, & poſtremo loco, peſtilentia, corruptióque peruadens, & corrumpens omnia, ponitur. Omnis quippe caro corruperat B viam ſuam, hoc eſt, modum, & orationem ſuam, ſeu vitam, actiones, & opera. Peſtis quidem, & corruptio erat vniuerſalis, tam in omni genere, conditione, ſtatu, ſexu, ætate mortaliū; quàm per omnia omnino opera, ſtudia, curas, & conſilia humana: omnes enim, & in ſuis omnibus, corrupti, perditi, peſtiferi videbantur. Multiplicatum per orbem benedictione Dei genus humanum fuerat: ſed cum illo pariter propagata, & vulgata peſtis, & corruptio morum, nihil non ſanctum & religioſum inquinarat. Iſai. 9. dicitur, *Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam.* Etenim (vt egregiè ſubnotauit D. Bernard.) non magnificatur lætitia, dum nihil minus appareat, decreuiſſe meriti, quàm numeri acceſſiſſe. Sic ille. quanquam S. Hieronym. ſolùm C intelligat de conuerſione gentium, & de Iudæorum reprobatione. Dicitur (inquit) ad Chriſtum: Multiplicaſti gentem, hoc eſt, repleſti omnes gentes notitia tui. Sed non magnificaſti lætitiam propter interitum Iudæorum. At verò illo in ſeculo profligatiſſimo, quantum accreuerat numerus mortalium, tantum de virtute decreuiſſe, ac de ſceleribus accreuiſſe videbatur. Ante omnia vigilandum eſt prælato, principi, patrifamiliâs, cùm ſe prodit iniquitas, & morum corruptela ſerpere incipit; illicò vt ſopiatur peſtis, ne vulgari paulatim permiſſa corruptionem, vt hîc legimus, latè diffuſam efficiat, quæ diluuiis aquarum indigeat, quibus extinguatur. At qui ſuo D in munere conniuet, & malè patienter ſerpere malum ſinit, non excuſationem apud Deum habet de peccato ſuo. Audi Bernardum ad Eugenium Papam *lib. 1. de conſiderat.* Iuſti aptare curato, & affectionem, & vocem, qui ait: Quæ eſt enim fortitudo mea, vt ſuſtineam, aut quis finis meus, vt patienter agam? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt, *Iob.* 6. Magna virtus patientiæ: ſed non hanc tibi ad iſta optauerim: interdum impatientem eſſe probabilius. 2. Corinth. 11. *Libenter ſuffertis inſipientes, cùm ſitis ipſi ſapientes.* Niſi fallor ironia erat, & non laus: ſed ſugillatio quorundam manſuetudinis, qui quaſi datis manibus, Pſeudo-Apoſtolis, à quibus ſeducti erant, ad quæque ipſorum peregrina & praua dogmata, trahi ſe ſapientiſſimè ferrent. Vnde & ſubdit; *Suſtinetis enim, ſi quis vos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat,* &c. Non bona patientia, cùm poſſis eſſe liber, ſeruum te permittere fieri. Hæc Bernard. Non præteribo tacitus, quod egregiè obſeruat S. Ambroſ. Sic enim ſcribit *lib. 2. de vocatione Gent. cap.* 4. Regebatur (inquit) primus ille populus Dei ſpiritu Dei, & à maledicti ac prædamnati populi ſocietate, ac moribus per

Pſal. 1.
*Peſtis vitiorū damna corrumpunt.*
Iſai 9.
S. Bernard.
S. Hieron.
*Obſtandum vitiis, ne ſerpant.*
S. Bernard.
Iob 6.
2. Cor. 11.
*Mala patientia Prælatorū, & principū.*
S. Ambr.

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

eruditionem ſancti Spiritus abſtinebat, cuſtodiens diſcretionem ſui à permixtione carnalium, quorum mala tandiu ſuſtinuit patientia Dei, quandiu boni per id, quòd eos non imitabantur, placere potuerunt, vbi verò etiam boni malorum imitatione corrupti ſunt, & per voluntatis defectum, in eandem nequitiam conſpirauit vniuerſitas, quos (excepta Noë domo) vna impietas profanauit, ſententia vna deleuit. Hæc Ambroſ. Vide quanti faciat Deus iuſtos, quantum orbi, & ſceleratis etiam conferat præſentia iuſtorum. Suſtinet Dei patientia iniuſtos, quandiu iuſtorum ſocietate muniuntur. Vbi verò etiam iuſtos deſiit parere tellus, vniuerſa cum ſuo ſcelerato ſemine diluuiis ſubuerſa eſt. B Simul etiam collige, quàm periculoſum ſit cum improbis verſari; etiam iuſtorum progenies, vulgata ab impiis lue, prorſus contabuit. Quàm facile princeps, prælatus, paterfamilias, incendium à ſuis auerteret, ſi cautè & prudenter primas emicantis flammæ ſcintillas aduerteret, ſtatímque reſtingueret? Quia verò terra eſt corrupta, & repleta iniquitate, & omnis caro corrupit viam ſuam, idcirco finis vniuerſæ carnis venit coram me, ait Dominus. Quid enim ampliùs procraſtinandum eſt? *Ecce ego viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis*, Sophon. 1. Vertunt LXX. qui contemnunt cuſtodias ſuas, nimirum leges, & mandata Domini non ſeruauerunt. Valde quidem prouocant diuinam vltionem iſtæ fœtulentæ pecudes, quæ in cœno C carnis volutantur. At quis odor ſuauior, quàm qui à puris corporibus & animis exhalatur? Vnde optimè à Caſſiano vocatur, caſtitas odorifera. Mitto nunc omnia; vnum illud memoro. *Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum*, Cant. 1. Loquitur Virgo Deipara; Dum eſſet Dei Filius in Patris ſinu; nardus mea (ideſt) vt explicat Alanus, caro mea fragilis per arborem humilem ſignificata adiutu Spiritus ſancti mundata, fomite peccati extincto, pura & immaculata inuitauit regem ipſum, vt de meo vtero carnem ſibi mundam & puram aſſumeret. Hic eſt odor carnis virgineæ. Seu dedit odorem ſuum, vt Alanus interpretatur; D caro virginis propoſita eſt aliis in exemplum, vt ſuæ quiſque carnis puritatem in virginis ſpeculum intuitus conſectetur. Odor etiam pro fama ſumitur. Illam enim ſemper Virginem Dei matrem prædicant, & venerantur omnes generationes. Et quidem inter homines nulla maior celebritas nominis, ac famæ gloria ſplendeſcit, quàm quæ ab inſigni pudicitia commendatur. Corrupta eſt terra, omnis caro corruperat, &c. quam corruptionem egregiè expendens Procop. ſic ait: Nam iniuſtitia perdit, & corrumpit terram; non verò diluuium deſtruxit terram, ſed magis eluit: iniuſtitia terram vaſtauit, ad quam per orbem inundatio graſſata eſt. Sæpiùs quidem repetit Dominus exitium, quod orbi minatur, quia pertinacia impius tardiùs conuertitur, & emollitur: E deinde vt homines ſaltem, toties perterrefacti ad ſe redeant, & pœnitentiam agant. Sæpiùs etiam inculcatur hominum iniquitas, & terræ corruptio; vt oſtendat (ait Hugo de S. Victor.) patientiam Dei non potuiſſe leuiter incitari, ad tantam ſubuerſionem generis humani abſque iuſtiſſima cauſa.

*Iuſtorum præſentia mundo ſalutaris.*
*Periculoſa cõſuetudo cum improbis.*
Sophon 1.
*Odor ſuauiſſimus caſtitatis.*
Cant. 1.
Alan.
*B. Maria odor ex virginitate.*
*Fama celebris caſtitatis.*
Procop.
Hugo Vict.
*Dei patientia non leuiter incitatur.*

4. *Fac tibi arcam*, &c.] Audiit Noë Domini ſententiam de ſubuertendo aquis hominum genere,

*S. Chryſ.*

*Commiſeratio propria iuſtorum.*

nere, nec ſine (vt par eſt credere) grandi ſenſu doloris; quod S. Cbryſoſt. bene aduertit. Cogita nunc (ait) qualem tunc habuiſſe putas animam Noë virum iuſtum, cùm hæc à Domino audiret? Nam licèt multarum virtutum ſuarum conſcius eſſet, non tamen abſque dolore, quæ dicebantur, accepit. Amicum, & indulgentiſſimum dilectionis eſt, iuſtorum genus, vt pro aliorum ſalute iuſti quæque ferre eligerent. Quomodo igitur eximius ille vir ſe continuit, cùm mente ſua omnium interitum, & totius naturæ abolitionem tractaret, & fortaſſis nec ſibiipſi iucundum quiddam polliceretur? Ita Chryſoſt. Nota Dei conſilium, terram, & carnem; homines ſcilicet terrenos, & carnalibus vitiis lutulentos diſperdit; ſed Noë virum iuſtum, ex illorum, & commercio primùm, dein ex diluuio ereptum ſeruat. Mundum ſolet Dominus variis, & continuis diuexare calamitatibus, vt iuſti nihil habeant, vbi delectentur, totóſque ſe à terrenis auocent, ſurſum aſpirent, ad arcam ſalutis ſe recipiant, in cælum mente, curarúmque ſtudiis confugiant. Pulchra in hanc ſententiam verba illa ſunt D. Gregor. 3. *dial. cap. vlt.*

*S. Greg.*

*Mundi calamitates trahunt ad Deũ.*

In terra in qua viuimus, finem ſuum mundus iam non nunciat, ſed oſtendit. Tanto ergo nos neceſſa eſt inſtantiùs æterna quærere, quanto à nobis cognoſcimus temporalia fugiſſe. Deſpiciendus à nobis hic mundus fuerat, etiamſi blandiretur, ſi rebus proſperis demulceret animum. At poſtquam tot flagellis premitur, tanta aduerſitate fatigatur, tot nobis quotidie dolores ingeminat; quid nobis aliud, quàm ne diligatur, clamat? Hæc Gregor. Haud prætcribo, quod Ioſephus ſcribit de Noë, 1. *lib. antiq.*

*Ioſephus*

*Noe à commercio impiorum ſe proripit.*

Vbi poſtquam commemorat profligatiſſima hominum illo ſeculo inſtituta, ſubiungit. Noë autem facta eorum moleſtè & indignè ferens, ſuadebat, vt in melius voluntates & opera ſua commutarent; verùm cùm videret illos ſibi non parere, totóſque vitiorum dulcedini ſuccumbere, veritus ne ſe ſuámque familiam interimerent, ſecedens cum ſuis in aliam regionem migrauit. Tum Deus viri iuſtitia delectatus; non eius ſolùm ſeculi homines extremæ malitiæ damnauit; ſed cùm decreuiſſet vniuerſum genus humanum extinguere, aliúdque nouum, & à vitiis purum inſtaurare, diluuio illud hominum aboleuit vniuerſum genus: Noë autem ſolus eſt ſeruatus, diuino oraculo, viam euadendi & rationem edoctus. Hæc ille. *Fac tibi arcam*, &c. Emphaſim habet, tibi, in qua, ſcilicet tu, & familia tua ſeruemini à diluuio. *Tibi*, hoc eſt, in tuum commodum, non meum, qui nullis indigeo. *Tibi* occas, aras, & ſeris, & metis, quando Dao ſeruis, & virtutem ſequeris.

*Noë pater alterius mundi.*

In hoc eodem ſenſu ſancta anima ſæpiùs in Cant. flos, lilium, roſa dicitur. Etenim (vt delicatè obſeruat S. Gregor. Nyſſ. *hom.* 4. *in Cant.*) humana natura perfecta per virtutes ſolùm fit flos, non agricolam nutriens, ſed ſeipſum exornans. Deus quidem noſtris non eget bonis, ſed nos illius bonis egemus. Sic ille.

*S. Greg. Nyſſ.*

*Greg. Naz.*

*Tibi*, in qua tu noui ſubinde futuri hominum generis pater, tecum illud ſerues. Etenim (vt eleganter D. Gregor. Nazianz. *orat.* 1. *in Iulian.*) Noe in periculo ſeruatus eſt, ipſeque in exiguo ligno, mundum ſeruans, nationúmque ſemina, orbis terrarum diluuium fugientium, vt terra rurſus ſanctioribus habitatoribus ornaretur. D. Paul. *ad Hebr.* 11. duas præcipuè virtutes in Noe commendat: & fidem (qua Deo minanti futurum diluuium, & ſalutem ipſi Noe, totíque eius familiæ per vnius arcæ præſidium pollicenti credens, ad fabricandam arcam ſeſe applicauit: deinde iuſtitiam, hoc eſt, perfectionem abſolutam, vt illa ferebant tempora, virtutum quas hæreditario iure, à prioribus iuſtis acceptam conſeruarat, & amplificarat: ſic ait. Noë reſponſo accepto de his, quæ adhuc non videbantur; metuens aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ, per quam damnauit mundum; & iuſtitiæ, quæ per fidem eſt, hæres eſt inſtitutus.

*Ad Hebr. 11.*

*Fides & iuſtitia Noe.*

Vbi aduerte Noë metuiſſe ex fide. In primis quidem Deo fidem habuit; deinde fide plenus timuit, fides enim principium timoris, *Eccleſ.* 25. Vnde inferes, quàm ſit mortua, quàm ferè nulla fides in eo, qui ſuorum conſcius ſcelerum non timet Deum. Sic enim permulti ſuis in flagitiis ſecuri perſiſtunt, quaſi fidei Chriſtianæ ſcintillam ne vllam quidem habeant. Si enim credunt in Deum, vbi timor Dei?

*Eccleſ. 25.*

*Fides mortua eſt, vbi non eſt timor.*

5. Per hanc verò fidem, quam in fabricanda arca palàm oſtendebat Noe, apertè arguebat, vti ſceleſtos, & inexcuſabiles omnes ea tempeſtate mortales, quibus ille diuinitus acceptum prædicabat diluuium venturum: quique prædicantem verbis, & vehementiùs arcæ conſtructionem proclamantem nihilominus irridebant; imò, vt pſeudoprophetam mendaciſſimum perſequebantur. Pulchrè in hanc ſententiam ita ſcribit S. Auguſt. *ſerm. 69. de temp.*

*S. Aug.*

Noe, etſi tacebat voce, opere loquebatur. Silebat lingua, fabricatione clamabat. Nam vtique cùm operaretur opus nouum, & nulli aliquando compertum admonebat cunctos, nouis periculis noua tabernacula præparari. Hæc Auguſtin. Per quam intelligunt alij iuſtitiam. Etenim ſanctitas Noe totius humani generis corruptiſſimos mores conuincebat. Solus hic ſanctus in orbe inuentus à Deo eſt.

*Noë ſancti mores deſcribuntur.*

Cui (ait Nazianz. *orat. de Baſil.*) arca commiſſa eſt, & qui ſecundi mundi ſemina paruo ligno concredita & in aquis ſeruauit.

*Nazianz.*

At qualis vir? Vno verbo exprimitur à D. Ambroſ. 2. *lib. offic. cap.* 25. Noe mundo potiùs, & vniuerſis, quàm ſibi natus: quàm fortis, vt diluuium vinceret; quàm temperans, vt diluuium toleraret.

*S. Ambroſ.*

*Facies tibi arcam.* Communis Patrum in ſenſu myſtico explicatio eſt; per arcam Noe ſignificari Eccleſiam Chriſti Domini.

*Eccleſia Chriſti per Arcam Noe ſignificatur.*

*S. Auguſt.*

Puto ergo (ait D. Aug. 15. *de ciuit. cap.* 26.) quòd ſicut imperat Deus Noe, vt faciat arcam de lignis non putreſcentibus, ita etiam ad noſtrum Noe, qui verè ſolus iuſtus, & ſolus perfectus eſt, Dominum Ieſum Chriſtum dictum eſt à Patre, vt faceret ſibi arcam, id eſt, Eccleſiam, ex omnibus gentibus; arca ergo iſta, quæ natat in fluctibus, & in qua humani generis fit reparatio, procoldubio figura eſt peregrinantis in hoc ſeculo Eccleſiæ, quæ fit ſalua per lignum, in quo pependit mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus. Atque vtinam iſtam Noe, & Chriſti Domini arcam ante oculos ſemper habentes, quid illa maximè repræſentat, monétque, ratum firmúmque conſeruaremus; eſt autem pax Chriſtiana vnanimis fratrum ſub vno Patre, & mediatore, vna in domo, vna in arca concordia. Sed præſtat hoc ipſum audire ex D. Gregor. Nazianz. *orat. de pace.* Prouidendum quidem nobis

*Concordia Chriſtianorum laus.*

*S. Greg. Nazianz.*

nobis erat fratres, ne qua inter nos diuiſio exiſteret, vetúſque illud noſtrum decus, & ornamentum extingueretur. Sic namque ſe res habebat, vt noſtri gregis hæc laus eſſet propria, quod ab omni contentioue, & diſſidiis abhorreret. Quam etiam ob cauſam perſæpe arca Noë vocati ſumus, vt qui ſoli totius orbis illuuiem effugiſſemus, pietatíſque ſemina in nobis integra conſeruaſſemus. Verùm quando homines eſſe comperti ſumus, nec dæmonis inuidiam prorſus fugimus, nec morbo omnia occupante ſuperiores extitimus; verùm publicæ calamitatis noſtram ipſi quoque partem accepimus, nec paternam hæreditatem, hoc eſt, concordiæ bonum ad extremum retinuimus. Sic Nazianz. loquens de Eccleſia Naxianxi, quæ diſſidiis aliquot mutuis B laborauerat, ſed ipſius ſtudio ad pacis Chriſtianæ conſenſum eſt reuocata. Obiter adnotabis eos, qui concordes Chriſtiana pace viuunt, non homines vocari, à ſancto Doctore; vt qui angelicum ſtatum, aut cælituum paradiſum, aut etiam anguſtius quiddam, ac diuinum repræſentét: humanum autem, fragile, abiectum, & miſerum quid pati, quos diſſidia, lites, rixæ & contentiones mutuò ſuccendunt. Atque vt vno verbo ſcias quàm periculoſæ ſint iſtæ contentiones in Eccleſia Dei; audi Paulum: *Audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo. Nam oportet hæreſes eſſe.*

1. Cor 11. S.Hieron.

1. Cor. 11. vbi S.Hieronym. Quia tales conteotiones habetis, neceſſe eſt vos etiam vſque ad C hæreſes peruenire. Sicut ſi dicas: Ille qui tantum bibit, neceſſe habet inebriari. Sic Hieronym. Vide quódnam in báratbrum recidant contentiones.

6. Eadem omnino ratione religioſa quæque familia poteſt appellari arca Noë, in qua omnes ſub vno rectore, & Patre Deo, erepti è mundi ſalo prætemauigant, vnanimi conatu ſtudentes Dei obſequio, & virtutum acquirendarum perfectiooi; quod ſanè vitæ excoalita multorum conſuetudine inſtitutum longè præſtat ſolitariæ Anachoretarum, vt latè probat D.Baſil. cuius illa ſententia eſt memorabilis, inter alias religioſæ congregationis laudes, nimirum: Coniuncta & vnita fratrum cohabitatio certandi ſtudium eſt. expeditum ad perfectum pietatis iter, exercitium D mandatorum Dei continuum. Sic Baſil. Hæc vitæ ſpiritualis inſtitutio (vt verè ac piè affirmat D.Bernard. *tractat. de præcep. & diſpenſ.*) præeminens vniuerſis vitæ humanæ generibus, profeſſores, & amatores ſuos Angelis ſimiles, diſſimiles hominibus facit: imò diuinam in homine reformat imaginem; configurans nos Chriſto inſtar Baptiſmi. Sic Bernard. De illorum cœtu dicitur Prouerb. 18. *Frater qui adiuuatur à fratre quaſi ciuitas firma. Multitudo credentium* (adde, & Deo ſeruientium) *erat cor vnum, & anima vna*, Act. 4. De his ad obſequium Dei confluentibus dici poteſt illud 1. Reg. 11. *Egreſſi ſunt, quaſi vir vnus.* Hinc Bern. *ſerm. 29. in Cant.* E Pax vobis à vobis ſit; & omne quod extrinſecus minari videtur, non terret, quia non nocet. Nam è contrario, quicquid foris blandiri apparet, nulla eſt profectò conſolatio; ſi intus (quod abſit) ſeminarium diſcordiæ germinauerit. Sic ille. Arca iſta ſymbolom eſt ſanctiſſimæ crucis. Fac tibi arcam de lignis. Filio dicit ſempiternus Pater, vt crucem ſibi conſtruat, baiulet ſibi crucem, ſceptrum ſuper humerom regale aſſumat, leuet ſignum in nationes, cornua in manibus ſuis ſumens, ventilet peccata, mortem,

S. Baſil.

S Bern.

*Concordia inter religioſos.*

Act. 4.

1. Reg 11.

D. Bernard.

*Crux per Arcam Noe ſignificata.*



A dæmones: Arcam in mediis aquis diluuij ingrediatur, in qua ſuos electos ipſe ad æternitatis portum ſecum inuebat. Arca veri Noë ipſa eſt beatiſſima ſemper Virgo Dei mater. Fac tibi arcam, dictum eſt à Patre; vti Verbum diuinum ſibi matrem eligat. *Sapientia ædificauit ſibi domum*, Prouerb. 9. Sic planè res habuit; qualem decebat eſſe, quæ mater eſſet futura Dei, talem ſibi Deus matrem fecit: menſura donorum, & gratiarum Virginis ſanctiſſimæ, fuit ipſa omnipotentia, & voluntas Filij ſui erga matrem ſuam. Etenim, vt docet D. Auguſtin. *lib. de Nat. & grat. cap. 36.* Inde nouimus tantam gratiam illi eſſe collatam, quia Deum meruit concipere, ac B parere. Hanc ſibi matrem fecit Deus, hanc nobis Arcam fecit, in qua de ſalo huius mundi, de diluuiis peccatorum, de gehennæ incendiis erepti, cum ſuo Noë ipſius Filio Chriſto Ieſu, in cælum ipſum appellunt, qoos Deus prædeſtinaoit conformes fieri magni Filij ſui. Hæc eſt mater ſalutis, vt vocat Anſelm. Extra arcam diluuium & interitus, ſine præſidio, ac tutela Virginis matris Dei nulla ſolent animæ bona donáque comparari.

*B. Maria per arcam Noë ſignificata.*

Prouerb. 9.

S. Aug.

S. Anſelm.

7. Arcam de lignis. Hebr. תבה *theuath*, arca, capta, non vti nauigium, ſed infrà & ſuprà lata, æqualis, plana; quare non ventricoſa, vt fiunt nauium carinæ. Phil. Arias Montan. alilqoe dicunt ſimilem feretro, quo mortuos deportatur. C D.Ambroſ. D.Auguſt. idipſum videntur aſtruere, dum forma arcæ figuram humani corporis protenſi, quod eſt longius quidem, quàm latum, repræſentari dicunt. Vebebantur illa arca, velut in loculo funerali, humani generis reliquiæ: nulla vectoribus, ſi naturam ſpectes, videbatur ſpes ſalutis, vel ipſa forma arcæ vſque adeò funebri putabantur demortui, qui ad ſepulchra portarentur. At eo illuſtriùs prodiit virtus Dei ex aquarum diluuiis, ex loculo ferali, exequiarum pompa eos, qui ceoſebantur demortui, exſuſcitans in nouam lucem, in nouom nouarum gentium mundum. *Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione*, Pſal. 9. *Si conſiſtant aduerſum me caſtra, ſi exurgat in me prælium, in hoc ego ſperabo.* Non confundit Dominus ſperantes in ſe. Metuunt filij D huius ſeculi vitam religioſam, feretrum dicunt ſepulchrale. Quæ (inquiunt) hæc eſt hominis dementia; vt ſeipſum ſuo gladio perimat, vt viuum ſe florente ætate, fruentem bonis ac deliciis huius vitæ, ante mortis diem in funeſtum iſtum loculum inferat, ſepeliat inter cineres & buſta defunctorum? At mortui quidem ſumus (dicunt religioſi) ſed vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo: apparebit aliquando vita noſtra, & cum illo apparebimus in gloria. Quinimò viuimus, quibus viuere Chriſtus: mortui tamen mundo; in arca ipſa in feretro noſtro, cum Deo, cum Noë noſtro, de veſtra ô miſeri, ſalute agimus. Sic planè habet. Orant religioſi, & iram Dei auertunt, clementiam inuocant, impetrántque E dum ſeculares, & ſceleſti (quod peius eſt) homines, vel negotiis terrenis occupantur, vel ſceleribus implicati Deum offendunt; & ad vindictam inſtigant. Illi ſua concluſi arca ſoliciti ſunt de ſalute iſtorum, qui penitus occœcati extra ſalutis arcam, cum diluuio, aut negotiorum, aut flagitiorum colluctantur, immemores ſui atque Dei. Audi Iſaiam: *Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes: tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Qui reminiſcimini Domini, ne taceatis, & ne detis ſilentium ei, donec ſtabiliat, & donec ponat*

*Qua forma Arca Noe.*

*Dei virtus in periculis adiuuat.*

Pſal 9.

Pſal. 26.

*Religioſi Chriſto mortui, ac ſepulti.*

*Religioſi pro ſecularibus orant.*

Iſai. 62.

S. Hieron. *Hieruſalem laudem in terra*, cap. 62. Vbi D. Hieron. Apoſtolos atque Doctores accipere poſſumus. Intellige tu etiam religioſos viros, qui verbo, & exemplo docent, verique ſunt Apoſtolorum ſucceſſores. O vos (Hieron.) qui recordamini Domini, eiúſque clementiam die ac nocte precibus fatigatis, cauete ne vnquam io vestro ſileat oratio, ne detis ſilentium ei, ſubauditur Domino: ſed ſemper moleſti ſitis opportunè importunè. Sic Hieron. Miratur ſanctus Doctor quorſum LXX. veteriot recordantes Domini; non eſt enim veſtri ſimilis, ſi correxerit, & faciet Hieruſalem gaudium ſuper terram. Niſi fortè (inquit) hoc artifici eloquio coaptemus, vt dicatur, ad cuſtodes Eccleſiæ. Nullum eorum ſimilem fore, qui prædicatione ſua fecerint, vt corrigatur, & fiat Hieruſalem gaudium omnis terræ. Profectò multum valet in Eccleſia iuſtorum, & religioſorum hominum aſſidua deprecatio, vt cæteri diuino auxilio valleantur, in pace & gaudio viuat reſpublica Chriſtiana. Hinc illud eſt optimè ſcriptum à D. Ambroſ. *in orat. contra Auxentium*. Aduerſus arma, ad ocſa milites Gothos lacrymæ meæ arma ſunt. Talia enim munimenta ſunt ſacerdotis.

*Inſtandū Domino in oratione.*

S. Ambroſ. *Arma Sacerdotis orationes lacrymæ.*

8. *Facies arcam de lignis*, &c. Hebr. גפר *gopher* hoc loco tantùm reperitur, qoid propriè ſignificet, non omnino conſtat. Quibuſdam eſt pinus, aut picea arbor, vtraque apta mari. vnde גפרית *gophrith* cap. 19. infrà, & *Iſa.* 38. *Ezech.* 39. pro pice, aut ſulphure ſumitur. Hebræi putant eſſe Cedrum, quæ arbor in Syria frequens & aptiſſima fabricandæ arcæ, vt quæ longiorum tabularum ſuppeditet materiam, & leuis illa ſit, facilèque ſuperfluitans, atque corruptionis & carioſæ malignitatis neſcia. Chald. idem ſignificat. D. Ambroſ. *lib. de Noë, cap.* 7. vocat ligna iſta imputribilia. Idem ſcribit D. Auguſt. *tract.* 6. *in Ioannem*, vtique cedrina vt clarum eſt. Noſter Interpretes, non ligni naturam, ſed modum & artificium ligni ad arcam aptari reſpicit. Fuerunt igitur ligna cedrina, bene dolata, & perpolita, quadra, ſtabilia, & lenia, vt commode illinerentur. D. Hieronym. bituminata, Hebr. כפר *copher*, bitumen fortè ſic legetat, non *gopher*; vel ergo dicuntur ligna bituminata; quod deinde bitumine ſunt intet ſe conglutioata; vel quod ſatius duxerim, bituminoſa, ſeu glutinoſa ex materia pingui, & oleagina; volat enim vncta carina. Sed quid ſtatuendum eſt de iſtius arcæ dimenſionibus? Integra de hac re complures edidere volumina. Peret. eruditè pertractat negotium; quem vide *lib.* 10. *in Geneſ.* Mihi præ reliquis doctiſſima videtur commentatio noſtri Delrio, quem ſequor libentiùs. Erat igitur arca molis vaſtiſſimæ; ridiculum enim eſt in breuem quandam capſulam tot animantia, & tantæ molis corporum cum præſepibus, cibariis, aquarum doliis coarctari. Itaque ea (qualem Origen. *lib.* 4. *contra Celſum.* nec ea diſplicuit D. Auguſt. *lib.* 2. *quæſt. in Geneſ.* Caiet. & aliis: placet verò Iſidoro, Clario, Delrio, &c.) longitudine bis mille, & ſeptingentos habebat pedes, latitudine quadringentos quinquaginta, altitudine ducentos ſeptuaginta. Quia verò pedes geometrici hîc intelliguntur ea ſententia doctiorum interpretum, ad palmos, vt vulgo ſatisfaciam, & communes, quos noſtri vocant, *cranneos*, rem totam ſic redigo. Arcæ longitudo continebat ter mille octingentos ſeptuaginta palmos; latitudo ſexcentos quadraginta quinque; altitudo trecentos octoginta ſeptem. Sequitur: *Manſiunculas facies*. Hebr. קנים *quinnim*, nidulos nimitum intelligit, domunculas, caueas, ſufficientes quidem, vt notat Caiet. ad manendum tantummodo, & non ad diſcurrendum. Aduerte hic in ſumma, & vniuerſali omnium mortalium calamitate ſatis ſupérque actum bene eſſe cum iis animantibus, & cum ſeptem illis hominibus, vt domunculas haberent in arca in quibus illæſi ab aquis, & ſecuri degetent; nec enim ampliùs ad voluptatem, & delicias requirenda erant laxiora ambulacra. Neceſſitati Deus fauet, non indulget voluptati. Sequitur: *Feneſtram facies*. Intelligit vnam grandiorem ad latus vnum altitudinis arcæ; per quam poſtea coruum & columbam Noë dimiſit. Vnde bene inferes, valuis illam fuiſſe inſtructam, vt aperiri claudique poſſet; non verò vnum carbonculum illo in hiatu fuiſſe inſertum, miri (vt aiunt aliqui) ſplendoris: figmentum eſt Rabbinorum. haud negarim tamen ipſas feneſtræ portas, aut ex vitro, criſtallo, ſplendidiſque margaritis conſtituiſſe, aut ſaltem lucidiores quaſdam è ligno materias fuiſſe inſertas, vt lucem acciperet à cælo, redderétque nectoribus. oam ſi perpetuò eſſet comperta, hauddubiè, vt rectè obſeruat Procop. arca pluuiali impleta fuiſſet aqua. Feneſtram. Hebr. צהר *çoar*. D. Hieronym. vertit meridianum. Symm. dilucidum: intelligitur feneſtra per quam lux admittitur, cælúmque ſuſpicitur. Quî enim in funebri illo feretto homines illi, velut ante mortem conſepulti, tam calamitoſam viuerent vitam, abſque ingenti eo ſolatio, ac leuamento, quod cælum, & cæli lumina contoentibus præbere ſolent? Ergo habent religioſæ ſponſæ Chriſti, quo ſuam (vt vocant) clauſuram conſolentur. Intra ſepta parietum editiorum, intra valuas, & ferreos cancellos, velut in carcere continentur; foràs nullus aditus, nullum vt ſit commercium cum diluuio, & cum fluitantibus in diluuio; bituminatis prorſus ſepiuntur vallorum repagulis: denique mortuæ, atque conſepultæ iam cenſentur: at feneſtram cælo patulam in arca Noë fecit, per illam piæ virgines oculos ad cæli lumina ſuſtollant, vbi ſponſos, vbi deliciæ caſtiſſimæ; nouerint planè non eſſe condignas paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in ipſis. Non ſentiet corpus ſepta, crates, cuſtodiam, vela nigricantia, funebrem ac luctuoſam vitam, cùm animus præ contemplatione ac deſiderio in cælo fuerit. Non vident; in tenebris enim ſepultæ iacent; ita gemma incomparabilis pretij, nimirum caſtitas in tuto erit. Quemadmodum enim (inquit S. Ephrem *tom.* 1. *tract. de humil.*) aquæductus confractus deperdit aquas; ita & oculorum diſtractio mentem caſtam deſtruit. Tenentur clauſæ ſeu vinctæ potiùs ita ficri oportet, vas eſt fragile, & innumeris periculis expoſitum; quare (vt D. Gregor. *lib.* 3. *ex regiſtro indict.* 12. *cap.* 9. præcipit) vagari monialibus non liceat, ſed ipſæ referentes Deo laudes, atque coërcentes ſemetipſas in monaſteriis ſuis nullam occaſionem fidelium mentibus prauæ ſuſpicionis iniiciant. Igitur ò beneditte (ait S. Ephrem *tom.* 2. *paran.* 50.) grex Saluatoris, operamini bonum, donec hæc duret celebritas. Oculos adimplete lacrymis; & confeſtim oculi cordis veſtri aperientur. Bene ſentite de regno, ac paradiſo, & mox res terrenas contemnetis. Ad ſeipſam vnaquæque ex virginibus Chriſti, ſciat à Domino dici: *Hortus*

Margin notes (left): *Arca Noë ex cedro.* — S. Ambroſ. — S. Auguſt. — S. Hieron. — Peret. — Del Rio. *Arca Noë dimenſiones.* — Origen.

Margin notes (right): *Neceſſitatis nō voluptatis ratio habēda.* — *Qualis in Arca fuerit feneſtra.* — S. Hieron. — *Monialium clauſura commendatur.* — S. Ephrem. — S. Greg. — S. Ephrem.

Cant. 4. S. Gregor. Nyſſen. *In mundo & pro Deo tribulatio eſt.*

*tus concluſus, fons ſignatus, ſoror mea ſponſa*, Cant. 4. Commentatur optimè S. Gregor. Niſſ. *homil.* 9. Sponſa, quia Domino coniungitur; ſoror quia eius voluntatem facit. Hortus eſt, quia bene germinat, & eſt bene conſitus, & mandatorum vallo omni ex parte munitus, vt furibus & beſtiis nullum ad ſe præbeat aditum. Fons ſignatus, hoc eſt, cuſtoditus: ergo ſignaculum ei, quod cuſtoditur, hoc donat vt minimè ſurripiatur, ſigno furem deterrens. Sic ille. Fures itaque & beſtias arcet, ac deterret iſta craticum & parietum cuſtodia. Quòd ſi adhuc permoleſtum videtur in arca tenet: an non longe durius in ſalo, cum diluuiis

S. Ephrem

aquarum colluctari? Audite S. Ephrem *tom.* 2. *tract. Attende tibiipſi, cap.* 5. Nunc duę ſunt (inquit) tribulationes, quibus omnis ſub ſole homo implicatur. Vna ſecundùm Deum, altera ſecundùm

B

mundum, & abſque alterutra præſentem vitam tranſigere impoſſibile eſt. Ac illa quidem, quæ mundi eſt difficilis, & ſine mercede exiſtit: quæ autem ex parte Dei, ſpem vitæ æternæ repoſitam habet. Sic Ephrem.

9. *Et in cubito conſummabis ſummitatem eius.*] Incertum illud pronomen, *eius*, num ad feneſtram, num ad arcam referatur. Qui ad feneſtram referunt, dicunt illam fuiſſe altam vno cubito, & in ſuprema parte, id eſt, trigeſimo cubito altitudinis arcæ patuiſſe; cæterùm parua omnino eſſet feneſtella tam vaſtæ moli, nec lucem debitam præberet. Occurrunt plures fuiſſe feneſtras; ſed vel ſingulare pro plurali, vt fieri ſolet, poſitum eſſe, vel cæteras anguſtiores; hanc verò quæ

C

præcipuè nominatur, capaciorem. Contrà verò alij referunt ad arcam, cuius tectum (nec enim alibi de illo fit mentio) velut acuminatum in cubiti menſuram deſinebat, quo faciliùs pluuias arceret, minúſque ſuo pondere prægrauaret reliquam arcæ ſubſtructionem. Hanc opinionem

*In Eccleſia pauciores, quò ſanctiores.* S. Greg.

ſequutus D. Gregor. myſticum deinde ſenſum eruens, ait: Arca in ſummis anguſtatur vſque ad vnum cubitum: quia in Eccleſia, quanto ſanctiores, tanto pauciores, qui in ſummo ad illum perducuntur; qui ſolus homo ſiue comparatione ſanctus natus eſt. D. Hieronym. *aduerſus Lucif. cap.* 8. A triginta cubitis incipiens, & vſque ad vnum cubitum paulatim decreſcens arca conſtruitur; ſimiliter & Eccleſia multis gradibus conſiſtens ad extremum diaconis, preſbyteris, epiſcopiſque finitur. *Et in cubito conſummabis eam.*

S. Hieron.

D

Matth. 20. Pſal. 26. Amos 9. Matth. 13. 2. Reg. 25.

Oſtenditur paucitas, imò raritas iuſtorum. *Pauci verò electi*, Matth. 20. *A paucis de terra diuide eos*, Pſal. 26. Vtique à iuſtis, vt communis tenet explicatio. *Faſciculum ſuum fundauit Dominus ſuper terram*, Amos 9. At de zizaniis legimus: *Colligite ea in faſciculos ad comburendum.* Vide numeroſam impiorum multitudinem; contrà verò vnum faſciculum iuſtorum. Vnde 1. Regum dicitur, *in faſciculo viuentium.* Quid quæſo aliud innuit illud

Apocal. 20. S. Greg. *Sancti vnus, & multi, cenſentur.* S. Bernard.

Apocal. 20. *Libri aperti ſunt*; quibus videlicet inſcripta ſunt nomina reproborum, & quidem ipſi libri numero carent. Liber autem vitæ vnus vbique legitur? Bene D. Gregor. Perfectio (inquit) in præconio ponitur vnitatis. Quare omnes fideles, vnus dicuntur grex ſub vno paſtore, & vno reguntur baculo? Reſpondet D. Bernard. Committens Dominus, &c. vnitatem omnibus commendauit. Vbi vnitas, ibi perfectio. Sic beatitudo prædeſtinatorum conſummatur in vnitate, cùm vnus ſpiritus fiunt cum Deo. Vnus enim, autore Paulo, accipit brauium. Cæterùm ſi ſpectetur præmium iuſtorum; vnus numero, mul-

A

titudinem in pretio præſefert. An non vnus Elias? Sed (ait D. Chryſoſt.) Totus mundus non erat dignus, qui illi rependeretur.

S. Chryſoſt.

10. *Oſtium autem arcæ pones in latere.*] Sic terminatur ſententia, vt volunt peritiores. Vide Lyppom. Delrio, &c. Grandis quædam ianua conſtructa eſt, non multum ab humo ſublata, per quam animalia poſſent introduci, & importari quæcunque ad commeatum hominum, & pecudum eſſent neceſſaria. Fuit autem in vno latere longitudinis, vt volunt aliqui, latitudinis alij, quod & commodius. Oſtium myſticè accipitur pro vulnere lanceæ, quo latus Domini eſt in cruce reſeratum. Ipſius enim ſanctiſſima humanitas arca eſt veri Noë, in qua ſola homines ſalui fiunt. Vnde Gloſſa interlin. Oſtium in latere arcæ, vulnus in latere Chriſti. Oſtium arcæ pones in latere: vt illic (ait D. Auguſt.) omnibus vitæ receptaculum panderetur. Loquitur de Chriſto Domino, cuius Noë typus exſtitit. Quo in ſenſu ita ſubtiliter S. Cyril. Hieroſ. *catech.* 13. Mulier fuerat prima ductrix peccati, quæ de latere viri creata eſt. Ergo Ieſus, qui venit, vt viris ſimul ac mulieribus conferret reconciliationem; aperuit latus pro mulieribus, vt ſolueret peccatum. Sic ille. Scilicet iam viros Dominus in latrone receperat in ſui gratiam, cùm dixit: Hodie mecum eris, &c. atque illis manuum & pedum vulnera attribuerat. Ergo mortuos aperto cordis vulnere mulieres excipit, & ſanctificat aqua & ſanguine purificans. Porrò iuxta Gloſſam ordinariam: ſacramentum Baptiſmatis intelligitur hiſce verbis: Oſtium pones in latere arcæ. Nemo intrat Eccleſiam, niſi per ſacramentum remiſſionis peccatorum, quod de latere Chriſti aperto emanauit.

*Ianua in arca Noe.* *Latus Domini apertum,* Gloſſa. S. Auguſt. S. Cyrill. Hieroſ. Gloſſa.

11. *Deorſum cœnacula & triſtega.*] Hebraicè נחתים שנים ושלשים תעשה *nachtium xenum vuxliximi taghaſcha.* Inferiora ſecunda, & tertia facies eam, Chald. Manſiones, inferiores, ſecundas & tertias facies in ea. LXX. Inferiora bicamerata, & tricamerata facies eam. Igitur tria numerantur interſtitia arcæ ſecundùm altitudinem ab imo ad ſummum illius: primum & infimum interſtitium pro ſtercoribus, & ſordibus, & repoſitione rerum neceſſariarum: ſecundum ac medium pro pecudibus: tertium ſupremúmque, pro hominibus. In Hebræo non ſunt cœnacula, quæ poſuit interpres intelligens ſecundam cōtignationem, Græcè δίστεγον, quod in ædificio eſt ſuperior thalamus, vbi ſolet eſſe cœnaculum. Triſtega ſunt tabulata tertia. Vnde conſtat tria tabulata, ſiue tres contignationes fuiſſe in arca. Prima quidem contignatio aquam, vt nauis carina, attingebat: ſecunda deinde, quæ duo priora interſtitia ſecabat: demum tertia, quæ ſecundum & tertium diuidebat: poſtremò tectum ſuperimpoſitum. Sic autem illud, *deorſum*, explicabis: à ſummo videlicet ad imum arcæ facies cœnacula & triſtega. Si voles adhuc accuratiorem horum omnium deſcriptionem, lege Pererium, & Delrium. Mouerim tamen præter ea quæ depromi poſſunt ex contextu ſacro, multa dici ad hunc locum, quæ boni autores, ſuum quiſque iudicium ſequentes, diſſerunt. Sed fortaſſe in re tam vetuſta támque recondita diuinare potiùs videmur, quàm certò veritatem ipſam definire, vbi diuini ſcriptoris autoritas deficit. Quare non plura ſuper hanc arcæ conſtructionem ſine calumnia virorum prudentium auſim dicere.

*Manſiones in arca.*

## SECTIO VII.

*Ecce ego adducam aquas diluuij ſuper terram, vt interficiam omuem carnem, in qua ſpiritus vita eſt ſubter cælum: vniuerſa quæ in terra ſunt, conſumentur. Ponámque fœdus meum tecum: & ingredieris arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorũ tuorum, tecum. Et ex cunctis animantibus vniuerſa carnis bina induces in arcam, vt viuant tecum: maſculini ſexus & fœminini. De volucribus iuxta genus ſuum, & de iumentis in genere ſuo, & ex omni reptili terra ſecundùm genus ſuum: bina de omnibus ingredientur tecum, vt poßint viuere. Tolles igitur tecum ex omnibus eſcis, quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te: & erunt tam tibi quàm illis in cibum. Fecit igitur Noe omnia, quæ præceperat illi Deus.* B

*Arca conſtructio monebat homines.*

1. SÆpiùs comminatur Deus vindictam, vt peccatores locum habeant pœnitentiæ. Volebat (ait D. Chryſoſtom.) illos quoque, qui peccauerant fabricatione arcæ admoneri, vt reſipiſcendo indignationem Dei auerterent. Neque paruum illis tempus conceſſit, ſed planè multum, dum fabricaretur Arca. C Verùm illi ingrati & ſtupidi fuerunt ad flagitiorum emendationem. Veriſimile enim eſt, quòd quicunque ex eis vidit iuſtum, qui fabricabat arcam, & cauſam extructionis ſciſcitatus eſt. Ita Chryſoſt. Minatur inprimis Dominns aquarum illuuiem, deinde vniuerſale humani generis exitium, & cum eo pariter ſempiternum improborum & carnalium hominum interitum, vt ſic perterrefacti ad pœnitentiam reuocentur: ſin minus à diluuio aquarum, ad incendia flammarum tranſportentur. Præclara de hoc inſtituto exſtat ſententia D. Gregor. *lib.* 18. *moral. cap.* 12. hiſce verbis. Omnis diuina percuſſio, aut purgatio nobis præſentis D vitæ eſt, aut initium pœnæ ſequentis. Addit confeſtim: Hoc ſemper electi prouident, vt ante ad iuſtitiam redeant, quàm ſeſe ira iudicis inextinguibiliter accendat, ne vltimo flagello deprehenſis, ſimul eis finiatur vita cum culpa. Denique concludit: Eis, qui omnino corrigi renuunt, iam præſentium flagellorum percuſſio, ſequentium eſt initium tormentorum. Ita Greg. Igitur ô Domine, hìc, vt Pater corripe, ne tanquam iudex in æternum punias.

*S. Gregor.*

*Optanda eſt hic correptio Dei.*

2. *Vt interficiam omnem carnem.* ] Quòd homines vniuerſi pereant diluuio, ſatis eorum promerentur flagitia. Sed quid rationis expertes demeruerunt pecudes, vt pariter cum hominibus E abſumantur? Duplici ratione reſpondet D. Ambroſius. Quemadmodum (inquit) in bello, cùm Imperator ab hoſte occiditur, commoritur eius exercitus, atque omnis comminuitur virtus militaris: ſic non diſcrepare à iuſtitia viſum eſt, cùm interiret homo, qui regalem quandam Deus in omne animantium genus poteſtatem dedit, quò etiam irrationabilia commorerentur animalia. Denique ſi quando eſt peſtilentia corrupto cæli tractu, priùs ea, quæ ſunt irrationalia, lues dira contaminat, quæ cum hominibus conuerſari videntur. Sic morbi vis genus humanum implicat. Hæc Ambroſius. *Interficiam omnem car-*

*S. Ambr.*

*Cur animantia delentur diluuio.*

A *nem.* Quid quæſo, Domine tam crebrò repetis carnem? Cur non homines nominas? Carnem (inquit Ambroſius 5. *cap. lib. de Noë*) poſuit pro homine terreno, in quo carnis illecebra viam eius corruperit, & carne, velut à fonte prorumpunt concupiſcentiarum malarúmque paſſionum flumina, quibus demergitur animæ quoddam excuſſo gubernatore remigium, cùm ipſa mens velut quibuſdam tempeſtatibus victa loco ſuo cedit. Sic Ambroſius.

*S. Ambroſ.*

*Anima naufragium in carne.*

3. *Vniuerſa quæ in terra ſunt conſumentur.* ] Etenim (ait D. Chryſoſt.) purificatione orbis opus habet. Quia video vlcera eorum incurabilia, ſiſtere volo malitiæ fluenta, vt ne grauioribus pœnis obnoxios ſe faciant. Iccirco etiam nunc pro ſua miſericordia, cùm indignationem bonitate temperat, talem pœnam infert. Ita Chryſoſtom. Profuit igitur ſceleratis illis hominibus abſorberi diluuio; quod ſanè fuit opus diuinæ miſericordiæ, ita plura indies creſcentia ſcelera cohibentis, in maiora tormentorum inferri incrementa. Omnes igitur, qui tunc viuebant homines ſupremus iudex diluuio abſorbendos addicit. *Vniuerſa quæ ſunt in terra.* Non quòd terra ipſa penitus diſſoluatur. Peribunt quidem terram incolentes, terram amantes, terra cælo ac Deo præferentes, ſed terra perſiſtet. At ſi vniuerſa quæ ſunt in terra conſumentur, quomodo Noë cum ſua familia in terra euadet incolumis? laudat Procopius illam ſapientis viri reſponſionem. Noë, ſcilicet iuſtus erat, & theſaurum habebat in cælo; nec in terra, ſed in cælo eius erat conuerſatio.

*S. Chryſoſt.*

*Miſericors Deus præcidit vitam peccantibus.*

*Procop.*

4. Id quidem Salomon non vti Rex, ſed vti Eccleſiaſtes, hoc eſt, concionator, vt interpretatur D. Hieron. mente complexus ſummam dicit vanitatem. Sed quænam illa eſt? Generatio (inquit) vadit, & generatio venit, & terra in ſeculum ſtat, *Eccleſ.* 1. Declarat Hieron. Aliis non morientibus, naſcuntur alij; & quos videras, non vides: incipis videre, quos non videras. Quid hac vanius vanitate, quàm terram manere, quæ hominum cauſa facta eſt, & ipſum hominem terræ dominum in puluerem repentè diſſolui? O cæci, ô miſeri, quos fucatus terrenorũ bonorum ſplendor, & voluptas ita ſeducit, vt Deum terræ poſthabeant! Stultorum infinitus eſt numerus, ait Eccleſ. *cap.* 1. vbi D. Hieron. Tantus eſt numerus ſeductorum, vt ſupputatione non queat comprehendi. LXX. vertunt, imminuti, aut veriùs, imminutio non poterit numerari. Etenim qui ſe à terræ blandimentis ſinunt ſeduci, ſunt imminuti, quos Latini vocabant capite minutos. D. Hieron. aliter etiam interpretatur. Tanta (inquit) malitia in mundi huius capacitate verſatur, vt ad integrum boni ſtatum mundus redire vix valeat; nec facilè recipere ordinem, & perfectionem ſuam, in quibus primùm conditus eſt. Sic Hieron. Verè id quidem, ſi de ſtatu innocentiæ ſermo ſit; nec enim illum Deus homo reſtituit. Cæterùm, etſi carnis effrænatæ adhuc perſiſtat illecebra, & fomes omnium iniquitatum; ideo ſic diſpoſitum diuinitus eſt, vt eſſet non modò pœna reatus originalis, ſed continuum virtutis exercitium, & coronarum materies, ac triumphorum. De hac ſpiritus cum carnis concupiſcentiis pugna luculenter D. Bernard *lib. de diligendo Deo, ſermone ſuper illud Iob, in ſex tribulat.* Vbi (inquit) macula propria, propria quoque purgatio iure requiritur: etſi contaminatio multiplex, opus eſt etiã tribulatione multiplici? Vnde

*Eccleſ.* 1.

*S. Hieron.*

*Humana vanitas.*

*Eccleſ.* 1.

*S. Hieron.*

*Homines terra addicti.*

*Fomes peccati materia triumphorum.*

*S. Bern.*

*Iob* 5.

enim tribulatio, niſi dum reſiſtitur contaminationi, concupiſcentiæ repugnatur. Quid verò in homine purum ab hac macula, immune ab hoc contagio poterit inueniri? Ab intus manat, de corde exit, peſtiferum virus, ac deinceps corpus occupat vniuerſum, mentem deſideriis afficit, membra illecebris inficit. Inde intus in anima ebrietas illa deſideriorum: quot enim corpus illecebras, quot oblectamenta mundus habere videtur, tot patitur tribulationes, tot ſuſtinet tentationes vir iuſtus. Et quemadmodum ambulans quis in carne delicias computat eſſe ſub ſentibus; ſic & omnis qui in ſpiritu ſeminare deſiderat, ſpinas & tribulos, quos propria terra ex maledicto vtique germinat, potiùs eradicare, quàm propagare contendit, quippe qui conuertitur in ærumna ſua quoties configitur ſpina. Hæc tam pulchra & vera S. Bernard. doctrina confirmatur ex loco illo *Can.* 4. vbi ſponſa vocatur paradiſus malorum granatorum. Hoc enim in pomo & exteriorem corticem ſatis aſperum ac deformem, & interiorem fructum pulchrum dulcémque reperies. Audi nunc S. Gregor. Nyſſ. *homil.* 9. *commentar.* ita ad fructum virtutis furibus non patebit aditus, vt qui ſit obſeptus auſtero continentiæ ambitu, & per ſeueram ac rigidam vitæ conſtitutionem, veluti quaſdam ſpinas, eos pungens, qui vt malo afficiant, accedunt propiùs. Ducemur igitur non deliciis enervari & emolliri in præſenti vita, ſed per continentiam eligere duram & aſperá vitam, &c. Sic ille. adiungit Bernard. Huic ergo tam multifariæ peſti, per ſingula quoque reſiſtere, quàm multiplex tribulatio? intus fomes totius nequitiæ periculoſiùs ſæuit, crudeliùs malignatur. Minimè tamen in hac tam multiplici lucta deficiendum, aut deſperatione cedẽdum eſt. Licèt enim abundent tribulationes pro Christo, ſed abundant, & conſolationes per ipſum. Hactenus Bernard. Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit, & gratia: immortales habeamus Christo Domino gratias, qui hominem reformauit. D. Ambroſ. *lib. de Noë, cap.* 6. rectè in hanc ſententiam: Etenim (inquit) paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos, *Pſal.* 83. Eſt enim iam in hoc corpore nidus pudicitiæ, in quo erat nidus irrationabilis concupiſcentiæ. Sed vbi ante partus deformes nutriebat libido, ibi nunc decoræ caſtitatis adoleſcit hæreditas.

*Concupiſcentia impugnatio.*

Cant. 4.

S. Gregor. Nyſſen.

S. Ambroſ. *Caſtitas hominum per Christum.* Pſal. 83.

5. Quia verò ſæpiùs Dominus loquitur de vniuerſali hominum interitu, quæri ſolet hoc loco, an iſte ad corporum & animarum pariter damnationem extendi debeat? Quam quæſtionem accuratiſſimè diſcurit noſter Perer. Nec aliquid amplius addi poſſe arbitror. Dixerim tamen in ſumma per tres propoſitiones. Prima ſit: Nullus ea tẽpeſtate, cùm diluuium cœpit inundare, omnino iuſtus erat, præter Noë cum tribus filiis, nuribus, atque vxore; ſed totum humanum genus erat veri corrupta caro, & in grauiſſimis atque turpiſſimis volutabatur flagitiis. Secunda: Non eſt abſurdum, ſi quis dicat multos, in illo diluuio pœnarum & mortis ante oculos poſitæ ſenſu ac dolore, à ſuis ſceleribus per veram & perfectam contritionem reſipuiſſe; ac demum in gratia Dei periiſſe, ita vt illa ſub aquarum vorticibus immerſio loco purgantis ignis extiterit. Hæc ſententia piè teneri poteſt, ſpectata immenſa Dei bonitate, imò & natura ipſa, ingeniòque mortalium, quibus vexatio præbere ſolet intellectum: vt ſuorum ſcelerum memores

*Qualis mundi ſtatus in diluuio.* Perer.

*An aliqui in diluuio ſalui fuerint.*

A agnoſcant vltricea Dei iudiciis pœnas, & precibus, ac pœnitentiæ gemitibus veniá culparum, ac ſaluté animæ deprecentur: maximè quia Petr. *Epiſt.* 1. *cap.* 3. ſcribit, incredulos fuiſſe aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë. Ergo illi prædicanti Noë diluuium futurum, non credebant; quia miſericordiam Dei nouerant, confiſi Dei longanimitati, quòd eos etiam peccantes ſuſtineret, non ſine vera pœnitentia mortem illis allaturus. Quare vbi ventum eſſet ad diluuium, commouerentur illius horribili aſpectu, ac pœnitentiam agerent, qui perperam Dei patientia priùs eſſent abuſi. Hæc ſententia videtur eſſe D. Hieron. qui iam loco à nobis ſuprà indicato ſuper illa verba: *Non permanebit ſpiritus meus.* Et clariùs *in* 1. *cap. Nahum*, ad illa
B verba: *Quid cogitatis contra Dominum*, &c. docet illos peccatores tempore Noë punitos vt merebantur in vita, nec Deum illos ad æternos cruciatus reſeruaſſe, cùm non puniat bis in idipſum, vt vulgatum eſt; & colligitur ex Nahum 1. vbi noſtra lectio habet: non conſurget duplex tribulatio. LXX. Non vindicabit bis in idipſum in tribulatione. Symmach. Non ſuſtinebunt impetum ſecundæ anguſtiæ. Cæterùm hic locus explicatur aptiùs ad literæ decurſum, hoc modo: Tam grauis erit Dei vindicta, quá demum ſuos in hoſtes expromet, vt ſecunda opus non ſit; adeò acerbè & integrè miſeri punientur. Tertia: præter Noë, & eius familiam in arca ſeruatos à diluuio; in illo omnes hauſti aquis ad inferni
C flammas, æternum puniendi corruerunt. Excipiuntur pueri ante vſum rationis per ſacramentum aliquod ab originali macula expiati. Hanc Perer. latè probat. Quocirca obſtinatio illorum hominum in peccatis ſic tenaciter ex inueterata peccandi conſuetudine, ac fortiter occalluerat; vt ſuperueniente diluuio pertinaces etiam, & Dei contemptores, ac de ſalute animæ prorſus deſperati perierint. Nec id mirum, cùm ſæpiùs contingat, vt inſignes peccatores tota vita, Dei immemores, imò & peccandi effuſa licentia irriſores, nec confiteri de peccatis, nec Dei miſericordiam implorare velint, ſed ſcienter ac libenter ſeipſos condemnent; ruántque præcipi-
D tes in gehennam. Quod verò contra hanc ſententiam de Dei non bis vindicantis miſericordia opponitur, egregiè diluitur à Ruperto *lib.* 3. *in Geneſ. cap.* 7. ad hunc modum. Scriptum eſt: Non vindicabit Deus bis in idipſum. Sed hoc dictum, de illis accipi conuenit, quorum vel ante pœnam, vel in ipſa pœna confeſſionem Deus accipit; & idcirco poſt eandem pœnam temporalem, non illis æternam ſuperadiicit; vt v. g. latroni, qui in cruce confeſſus eſt, non iniuſtè Dominus aperuit paradiſum, quia non vindicabit Deus bis in idipſum. Nam alter latro de temporali ad æternum tranſuectus eſt ſupplicium, de quo etiam rectè dicas, quia nec in illo vindicauit
E Deus bis in idipſum. Nam eſſe vna vindicta bene dicitur, quæ hic incepta perficitur in ſempiternum. Hæc Rupert.

1. Petr. 3.

S. Hieron.

Nahum.

Symmach.

*Omnes ſancti diluuio ad infernum prolapſi ſunt.*

Rupert. *Quomodo Deus non puniat bis in idipſum.*

6. Sed adhuc quæres, an ſaltem Christus Dominus in anima deſcendens ad inferos prædicârit iis, qui diluuio Noë perierunt? Quod quidem diſertis verbis videtur docere D. Petr. 1. Epiſtol. cap. 3. *In quo* (inquit) *& his qui in carcere erant ſpiritibus veniens prædicauit: qui increduli fuerãt aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë.* Hic locus obſcuritate ſua percelebris habetur. Sit prima expoſitio, & communior, &

1. Petr. 3. *Quomodo Chriſtus prædicauit in inferno.*

proba

probabilior. In quo, ſcilicet in ſuo illo ſpiritu, quo eſt viuificatus, ſeu diuina ſua poteſtate ac virtute vtens, ſeu in ſua ipſius anima immortali, in qua deſcendit ad inferos; prædicauit, non quidem euangelizando ad confeſſionem & pœnitentiam: in inferno enim nulla eſt redemptio, ſed manifeſtando ſuam gloriam, myſteria ſuæ paſſionis reuelando, & redemptionem humani generis demonſtrando; nimirùm palàm oſtendendo, & reprobis ac iuſtis ſe eſſe expectatum illum Meſſiam Saluatorem mundi, futurúmque iudicem omnium mortalium, vt præmia bonis, malis ſupplicia decernat. Ex qua manifeſtatione Chriſti conſequuta eſt incredibilis lætitia, & gloria iuſtorum; confuſio autem, & dolor acerbiſſimus reproborum. Sicut in diebus Noë: ad exemplum affertur, illo enim tempore innumeris diluuio pereuntibus, quia increduli fuerant; pauci credentes per arcā ſeruati ſunt ex diluuio. Sic ergo Chriſtus Dominus in anima deſcendēs ad inferos prædicauit ſui manifeſtationem (vt expoſuimus omnibus, qui erant in inferno ſpiritibus, quorum alij damnati, alij iuſti, & ſancti

*Caietan.*

erant. Nihilominùs Caiet. longè aliter explicans, ſic infit. Clarè Petrus dicit, quòd Chriſtus deſcendens ad inferos in anima prædicauit animabus illorum, qui fuerūt increduli in diebus Noë. Ex eo quòd tantùm horum meminit, ſignificat quòd non loquitur de prædicatione, qua manifeſtauit apud inferos ſeipſum eſſe Meſſiam, & conuicit tam dæmones, quàm incredulos omnes. Huiuſmodi enim prædicatio communis fuit omnibus apud inferos. Hæc autem, de qua Petrus loquitur, peculiaris deſcribitur illis, qui fuerant tempore, quo fabricabatur arca. Vnde inſinuatur, quòd prædicatio hæc fuit fructuoſa. Et ad hoc faciunt verba illa: *Quando expectabatur Dei longanimitas*: vt per hoc intelligamus illos non fuiſſe incredulos, hoc eſt, ſine vera Dei fide, ſed incredulos Noë dicenti diluuium imminere. Et eum hac incredulitate expectaſſe Dei longanimitatem, hoc eſt, confiſos fuiſſe in longanimitate Dei, quòd non induceret vniuerſale diluuiū; & propter huius confidentiæ meritum placuiſſe Deo, vt anima Chriſti prædicaret eis. Et reuelauit nobis hæc Petrus, vt aperiret, quòd Chriſtus vſque adeò ſtuduit ad offerēdum nos Deo, quòd etiam in ſpiritu deſcendens ad inferos prædicauit antiquis, qui fuerant in tempore Noë, vt etiam illos Deo offerret. Hæc omnia Caiet. Ex quibus ſi hæc explicatio admittatur, quod docti viderint, admirari oportet infinitam Dei miſericordiam, & virtutem meritorum Chriſti Domini. Atque in tanto ſanguinis Chriſti diluuio, hęc tanta ſupra omnem legem miſericordia non incredibilis videbitur. Cæterùm rectè etiā D. Th. ad tempora Noë locum iſtum Petri pertinere putat. Sic enim exponit. Chriſtus ipſe veniens per inſpirationem in terra, quamuis nondum per carnem aſſumptam, vel per ſpiritus angelicos, quos locutus eſt hominibus illius temporis prædicauit per Noë, & alios ſanctos illius temporis, &c. Plura ſi velis, conſule Perer.

*Mira gratia & virtus Chriſti crucifixi.*

*S. Thom.*

*Chriſtus per Noë prædicauit.*

7. *Ponámque fœdus meum*, &c.] Nimirum de ſeruando Noë ipſiúſque familia per arcam è diluuio, & de reparando per ipſum, eiúſque liberos humano genere, ac demum de nunquam ampliùs altero aquarum diluuio in homines inferendo. Ergo ſe obligatum reddere voluit, vt Noë, & familiæ illius opem ferat, in aquis, & in arca, aut beneficia multa præſtet, vt generi dein-

A ceps humano parcat, ne iteret cataclyſmos. Adeò bonitas Dei noſtrum in bonum incumbit! Pactum Deus ſancit, firmátque. bona promittit, pactóque inſuper confirmat. Ergo nō ex meritis noſtris, ſed ex bonitate Dei fiduciam & ſpem habeamus. Audi Apoſtolum: *Miſerebor cui miſertus ſum. Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei*, ad Rom. 9. Velimus quidem per bona deſideria, & voluntatis ſtudioſam intentionem; deinde curramus per bona opera; hęc enim à nobis exiguntur, ſed quantumuis ea iuſta & præclara ſint, non illis, ſed Dei bonitati nobiſcum liberè ac peramanter paciſcenti innitamur. Vt enim ad hæc verba Pauli diſſerit S. Hieron. Hoc recto ſēſu ita intelligitur: Illius miſerebor, quem B præſciui poſſe miſericordiam promereri, vti iam tunc illius ſim miſertus. Non tollit autem Apoſtolus quod in propria voluntate habemus. Scio lōgè altiora myſteria de prædeſtinatione, de gratia, & libero arbitrio ad hunc locum Apoſtoli diſputari à Theologis; ſed nos interpretādi cancellos non audemus, nec debemus tranſilire.

*Dei bonitati innitendum.*

*Ad Rom. 9.*

*S. Hieron.*

8. *Ingredieris in arcam*, &c.] Subtiliter obſeruat Procop. ordinem ingrediendi in arcam à Domino præſcriptum; vt primò ipſe Noë: deinde filij; vxor ſtatim Noë, & mater filiorum: demum vxores filiorum. Voluit (inquit) eos qui intrabant in arcam, nullo concubitu inquinari, ſed conſeruari mundos; proinde ad eum modum ipſos in- C ducit in arcam. Mundi enim omnes erant permanſuri, cùm omnis occaſio alliciendi ad coitum eſſet præciſa. Nam haud conueniebat, mortalibus, qui extra arcam degebant, pereuntibus, & cæteris animalibus expirantibus, illos qui detinebantur in arca, operam dare amori venereo, & procreandis liberis. Sic Procop. Scilicet ſeparatim fœminæ à viris ingredi iubentur, vt ſciant ſe à maritali commercio ſeruandos. Contrà verò vbi ſunt egreſſi de arca, quia coniugio operam daturi, vt humanum genus propagarent; mutato iam ordine viri coniuncti cum ſuis vxoribus egredi iubentur, *cap.* 8. Vbi Dominus ad Noë: *Egredere de arca tu, & vxor tua: filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum*. Quod etiam Procop. adnotauit. Sed præſtat idem audire ex D. Hieron. D Qui *lib. 1. aduerſus Heluid. cap.* 9. ſic ait. Porrò Noë, qui quaſi ſecūda radix humano generi ſeruabatur, vtique cum vxore, & filiis debuit reſeruari. Arca illa iuxta Apoſtolum Petrū 1. *cap.* 13. typus Eccleſiæ fuit, in qua octo animæ ſaluæ factæ ſunt. Quando ingreditur arcam Noë, tam ipſe quàm filij eius, ab vxoribus ſeparantur; quando verò egreditur in terram, iunguntur paria; & quod in arca, id eſt, in Eccleſia fuerit ſeparatum, in mundi conuerſatione ſociatur. Simúlque ſi arca plures habuit manſiones, & nidulos, & bicamerata, & tricamerata, & diuerſas beſtias, & pro qualitate animalium, habitationes quoque maiores, vel minores: exiſtimo quòd diuerſitas illa manſionum præfigurauerit Eccleſiæ varieta- E tem. Sic Hieron. Obiter aduotarim emphaſim in verbis Apoſtoli, *octo animæ*; quaſi dicat in illa arca diluuij tempore, non corpora, ſed animas fuiſſe; hoc eſt, ſola officia, & ſtudia animarum, non corporum viguiſſe. Tertul. *lib. de monogamia, cap.* 4. hoc loco abutitur ad ſuum aſtruendum errorem; ſed iſto deterſo, verba illius doctoris in ſenſu catholico ad commendandam in coniugio vnitatem vxoris, operæpretium erit adſcribere. Sed & reformatio (inquit) ſecundi generis humani vxoris vnitate manè cenſetur.

*Procop.*

*Continentia ſeruata eſt arca.*

*S. Hieron.*

*1. Petr. 13.*

*Arca Eccleſiā figurabat.*

*Tertull.*

Iterum

Iterum duo in vnam carnem creſcere & redundare ſuſcipiunt. Noë & vxor, filiique eorum in vnicis vxoribus; etiam in ipſis animalibus vnitas hæc recognoſcitur, ne vel beſtiæ de mœchia naſcerentur. Duo ex omnibus introibunt ad te, maſculus & fœmina. Eadem forma, & ſeptena ex binis adlegi mandat ex maſculo & fœmina, vno & vna. quid ampliùs dicam? Immundis quoque alitibus, cum binis fœminis introire non licuit. Hæc Tertul. Cùm arcam iſtam Noë, in qua viſum eſt coniugium, ſine concubito, ſed caſtum & purum viri & vxoris contubernium, deſpicio; illius ſanctiſſimæ domus recordor, in qua Dei mater ſemper virgo Maria, & vir eius ſanctiſſimus Ioſeph pariter habitabant. Eleganti periphraſi hoc exprimitur Cant. 1. vbi ſponſa dicit, *Lectulus noſter floridus.* Hebr. רענגה *raghananah*, viridis, virens, à verbo רען *raghan*, vireſcere. Quaſi dicat, coniugium, domus, & cohabitatio noſtra (lectulus pro his omnibus ponitur) viret floribus caſtimoniæ, ac virginitatis, pratum eſt pudicitiæ; vbi omnia liliis, & ſuaueolentibus ſparſa floribus. Enimuero, vt rectè diſſerit S. Bernardin. *ſerm. de S. Ioſeph.* Quomodo cogitare poteſt mens diſcreta, quòd Spiritus ſanctus tanta vnione (coniugij nimirum) vniret menti tantæ virginis aliquam animam, niſi ei virtutum operatione ſimillimam? Vnde credo Ioſeph fuiſſe mundiſſimum in virginitate, profundiſſimum in humilitate, ardentiſſimum in caritate, altiſſimum in contemplatione, vt eſſet adiutorium ſimile virgini. Hæc Bernardin. Ac mihi quidem omnino eſt indubitatum ſanctum Ioſeph admirabili quadam, & prorſus angelica virginitate floruiſſe. Nam ſi Dominus matrem ſuam ætate iam prouecta non niſi Ioanni virgini, vt filio matrem commendauit; multo quidem decentius erat, vt puellam quindecim annorum puriſſimo Ioſeph ac virgini etiam ſub titulo coniugij committeret.

*Pluralitas vxorum damnatur.*

Cant. 1.

*B. Mariæ & Ioſeph caſtiſſima cohabitatio.*

S. Bern.

*S. Ioſeph virgo ſemper extitit.*

9. *Ingredicre in arcam*, &c.] D. Hieronymus *ad cap. 23. Ezech.* vbi ſermo eſt de turpiſſimis impuritatibus, quibus Hebræi à Deo ſuo, & à lege Moſaica deficientes ad gentium idola, contaminati ſunt: ſic ediſſerit; Secundùm tropologiam Eccleſia hæreticam vincit libidinem; hæretici foris nefanda committunt, & extra arcam Noë naufragio pereunt. Idem *ad cap. 47. Ezech.* vbi agitur de fluuio, qui à templo Domini viſus eſt emanare, ſic ait: Quod ſequitur; *In littoribus eius, & in paluſtribus aquæ non ſanabuntur*: illud oſtendit; quòd qui in Noë arca non fuerit, pereat regnante diluuio, & quos iſte fluuius non attigerit, non ſuſcipiant ſanitatem: ſed in ſalinas dabuntur, iuxta illud: *Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit*, Prouerb. 19. Erudiunt enim bonos exempla peiorum. Siue in ſalinas dabuntur, vt in perpetuum frugibus careant, & virore; quod & vrbs poſt ruinam ſale conſperſa demonſtrat. Sic Hieronymus. Multæ quidem apparent quotidie huiuſmodi ſalinæ ſuppliciorum, quibus à Deo mali puniuntur; vti noſtrorum corruptio morum tam acribus conſperſa exemplis expurgetur ac tenetur. Porrò autem multis diuinitus dicitur: Ingredere tu in arcam religionis, in qua ſaluæ fiunt animæ, ne pereant diluuio: ſed pauculi obediunt Deo, mundumque cum ſuis naufragiis ac diluuiis valere iubent. At pauci vanitatem mundi intelligunt, & paucos euexit virtus ad facinus tam generoſum, támque glorioſum. Salomon ita ſuum librum Eccleſiaſtes exordi-

S. Hieron.

*Hæreticorum libido & reprobatio.*

Ezech. 47.

*Malorum ſupplicium.*

Prouerb. 19.

*Arca religionis eſt ſalutis arca.*

Eccleſ. 1.

A ditur: *Verba Eccleſiaſtæ filij Dauid Regis Ieruſalem. Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes; vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Vbi D. Hieronymus perdoctè obſeruat, quare parabolæ inſcribantur Salomonis filij Dauid Regis Iſrael, at Eccleſiaſtes Regis Ieruſalem. Quia (inquit) prouerbia, quaſi rudis inſtitutio ad duodecim tribus, & ad totum pertinet Iſraël: at contemptus mundi non niſi metropolis conuenit, hoc eſt, habitatoribus Ieruſalem. Igitur ſoli ingenui, nobiles animo, ſpiritu generoſi, vrbani, & aulici, ac principes ingenio, & ſapientia, mundi vanitatem agnoſcunt, derident, relinquunt: ruſticani, rudes, hebetes, filij terræ, ſtulti mundum amant, in mundo cum corporibus defixas ſtatuere animas, diluuio ſi non perituras; at certè periculum extremum ſubituras. B *Ingrederis arcam tu, & filij*, &c. Rectè adnotauit D. Chryſoſt. quanti Deus fecerit iuſtum Noë, vt propter illum alios etiam à communi interitu eripuerit. Salute (inquit) potiti ſunt in honorem iuſti. Conſuetudo enim miſericordis Dei eſt, honorem hunc dare ſeruis ſuis, vt propter eos ſaluentur & alij. Id quod & beato Paulo, cùm nauigaret, conceſſum eſt. Cui Angelus Domini dixit: *Ne timeas Paule, dedit enim tibi Deus omnes, qui tecum nauigant.* Actor. 27. Vides quomodo virtus viri ſalutem illis conciliauit. Ita Chryſoſt. Idem ita obſeruat Procop. Ingredere tu, & filij, &c. non enim ipſe propter filios incolumitate potius eſt: ſed filij ob patrem ſuperſtites permanſere.

S. Hieron.

*Religioſorum generoſitas.*

*Laicorum & ſecularium ruſticitas.*

S. Chryſ.

*Propter bonos viuunt mali.*

Actor 27.

Procop.

C 10. *Ex cunctis animantibus bina*, &c.] Obſeruãdum hoc loco eſt inprimis illud, *ingredientur.* Non enim animalia (inquit Auguſt. 15. *de ciuit. capite vltimo*) Noë capta intromittebat, ſed venientia & intrantia permittebat. Hoc enim eſt: ingredientur tecum, non ſcilicet hominibus actu, ſed Dei nutu. Sic Aug. Itaque non exigitur à Noë, vt animalia vnde vnde conquirat, pertrahátque in arcam: ſed vt diuinitus congregata ſinat introire. *Ingredientur tecum.* Hinc (ait Procopius) liquet voluntatem Dei, iuſſúmque diuinum animalia congregaſſe ad Noë, ſicut etiam iuſſu Dei cucurrerunt ad Adam. Sic ille. Admirabile prorſus erat ſpectaculum: vt bina cuiuſ- D que ſpeciei animantia ex agris, ex ſyluis, ex cauernoſis montium latibulis accurrerent concitato impetu ad arcam. Riſui multis erat, qui fabricam illam, & Noë, & opificum tot per annos incumbentium operi vanum (vt putabant) ſtudium cauillabantur. Quid vos, ó miſeræ pecudes (dicerent) liberiora camporum æquora, paſtus agrorum, & natiua ſolitudinum habitacula, vbi securè laſciuitis, miſſa facitis; & in carcerem tenebricoſum fatalis huius machinæ ſponte intrudimini? Feliciùs cognatæ aliæ pecudes libero interim paſcentur, & luxuriabunt agro. Sic planè habet ſtoliditas hominũ ſecularium; vt eos irrideant, aut ſaltem deplorent, qui ſe ar- E ctiori religioſæ vitæ ſtudio dediderunt. Mortuos iam ante mortem, & ante ſepulturam conſepultos dicunt. Sed quæ maior mentis ignorantia? pecudes, quæ libero campo ad laſciuiam relinquuntur, diluuio (nec longiùs differetur) peribunt! conſepultæ verò in abdito arcæ vtero viuent. Sic enim Dominus ait: *Induces in arca, vt viuant tecum.* Ergo in arca vita eſt, extrà verò interitus. Sciтè admodum D. Petrus 1. *cap.* 3. de iis, qui, quòd Noë comminanti non crediderint, perierũt in diluuio, ſic ſcribit. *Iis, qui in carcere erant.* At quo pacto dicuntur eſſe in carcere, qui extra arcam

S. Auguſt.

*Animantium ad arcam concurſus.*

Procop.

*Religio ſecura, etſi à ſecularibus irriſa.*

1. Petr. 3.

*Libertas peccandi carcer eſt.*

arcam (quæ ſola carceris nomine digna eſtet) in omni vitiorum licentia vagi & liberi bacchabantur. Heus tu, carcer eſt ipſa, quam prædicas, vitæ ac flagitiorum libertas. Nam, vt ibidem adnotauit D. Thom. carnis, vel peccati, vel erroris, alia litera habet. In carne concluſi erant, id eſt, carnalibus deſideriis. D. Ambroſ. *cap.* 9. ſic allegoricè diſcurrit. Corruptela diluuij cauſa eſt. Ea vbi irrepſerit, aperiuntur aquæ, ebulliunt omnes fontes cupiditatum, vt totum corpus tanto, & tam profundo vitiorum fluuio mergatur. Nihil eſt enim quod tam miſeræ ſeruituti ſubiiciat hominem, quàm libido, atque eiuſmodi cupiditates, quæ iugo quodam criminum graui depriment miſeram conſcientiam, vt ſe nequeat attollere, vtpote, quæ libertatem innocentiæ admiſerit. Maximum ergo in hoc diluuio eſt remedium, vt iuſtum præferas, eúmque mandati cæleſtis executorē eligas. Quis eſt iuſtus in nobis, niſi mentis vigor, qui intra iſtam arcam includat omne animantium genus, quod eſt ſuper terram? Cohibe ergo & tu omnes irrationabiles paſſiones tuas, omnéſque ſenſus tuos menti ſubiice, animíque imperiis aſſueſce. Euolare foras non ſinas cupiditates tuas, exire in vulgus libidinem; & per rationabilem mentem poteris etiam irrationabilia tua, & immunda peccata ab omni periculo diluuij liberare. Hęc omnia S. Ambr. Quod quidem tantum ac tam arduum opus, molitur ille qui mortificationem Domini Ieſu in corpore ſuo circunfert. Sic enim mortificationis vallo coërcitæ appetitiones carnis foras egredi haudquaquam poterunt. D. Hieron. *lib. aduerſus Lucifer. cap.* 8. ſic ad hūc locum diſſerit. Non ſolùm in Eccleſia morantur oues; nec mundæ tantùm aues volitant, ſed frumentum in agro ſeritur, & inter nitentia culta, lappæque & tribuli, & ſteriles dominantur auenæ. Quotidie induſtria ruſticana aues ſonitu abigit, imaginibus exterret: hinc flagello crepitar, hinc formidines tendit; attamen aut veloces Capreæ, aut laſciuus Onager incurrit. Hinc in effoſta horrea mures frumenta comportant: hinc feruenti agmine ſegetem formica populatur. Ita res ſe habet. Nemo ſecurus agrum poſſidet. Sic Hieron. Scias igitur deſudandum homini eſſe, vt domeſtico, & inteſtino malo occurrat. Multo enim ſolet virtus labore in fructum vſque adoleſcere. Procop. de ordine, quem beſtiæ, & homines in ſuis habitationibus ſeruarunt, pulchrè diſputans: Sanè (inquit) veriſimile videtur imi loci tectum deputatum eſſe feris, & ſerpentibus: ſed iumentis, & manſuetioribus animalibus, quæ ordine ſequebantur, & in altum tendebant deſtinata eſſe tabernacula. Verùm hominem, qui natura imperium tenebat, oportebat domicilium habere in ſummo loco, ratione naturalis ordinis, proinde in tertio tabulato collocatus eſt.

S. Thom.

S. Ambroſ.

*Mortificatio paſſionum.*

B

1. Cor. 4.

C

S. Hieron.

*Mali bonis permixti.*

*Pericula animæ complura.*

D

Procop.

*Ordo manſionum in arca pro beſtiis.*

11. Non perhorreſcit Noë tantos armatos cornibus, non minaces proboſcide, & mole prodigioſos elephantos, non leones vnguibus, non ſerpentium alios cuſpide, alios terrifico vultu, alios ſinuoſo ſpirarum volumine; omnes lethifero metuendos veneno. In arca ſecum habet, ſed regit, componit, moderatur, omnia genera pecudum, & ferarum, & ſerpentium: quare exemplo eſt principibus, maxime verò animatum rectoribus. Petro, ait D. Gregor. *Epiſtol.* 89. *& in cap.* 14. *Nu & Ezech.* 38. & alibi (ſæpiùs) animalia in linteo demonſtrantur *Actor. cap.* 10. Quia peccatorum animæ miſericorditer aggregatæ, in

*Mire regimen ad exemplum Noë.*

E

S. Greg.

Act. 10.

A blanda fidei quiete continentur. De ipſomet linteo diſſerens D. Ambroſius *lib.* 10. *in Luc.* 23. ſic ait. In illis generibus quadrupedum & ferarum, & volucrum figura erat conditionis humanæ, quæ ferarum modo beſtiali videtur indura ſæuitia; niſi ſpiritus ſanctificatione miteſcat. Bona ergo gratia, quæ ferinam rabiem ſpiritali ſimplicitate commutat. Sic Ambroſius. Ingredientur tecum, vt viuant. Hebraicè לְהַחֲיוֹת *lehachaioth*, vt viuere ea facias. Alij, vt conſerues ea. LXX. τρέφειν μετὰ σοῦ, vt nutrias ea. Pulcherrimum illud D. Chryſoſtom. Noë ſeruauit, Chriſtus reformauit. Etenim ſerpentes, dracones, leones, vrſi, lupi, pantheræ, beſtiæque cæteræ, non in arca ſuam amiſere naturam, eædem ſemper, & antea & poſtea fuerunt. Potuit illas cuſtodire, nutriréque Noë, non tamen commutare, vt pecorum exuerent ingenium, atque humanum induerent: iſtud eſt miraculum gratiæ Chriſti Domini, qui mundum reformauit, ex beſtiis homines, ex lapidibus fecit Abrahæ filios, ex meretricibus virgines, ex latronibus cæleſtis regni accolas, ex hominibus Angelos, ac diuinæ conſortes naturæ. Et hoc quidem Dominus verbo, & exemplo præſtitit: quæ duo in quocunque rectore animarum, & concionatore verbi Dei expetuntur. Hinc meritò ſcribit D. Bernard. ad Balduinum Abbatem *Epiſtol.* 201. Memento etiam voci tuæ dare vocem virtutis. Quid illud? vt opera tua verbis concinant, imò verba operibus; vt cures videlicet priùs facere, quàm docere. Pulcherrimus ordo eſt, & ſaluberrimus: vt onus, quod portandum imponis, tu portes prior: & ex te diſcas, qualiter oporteat aliis moderari. Hæc Bernard. Et quidem appoſitè ad præſentem locum. Priùs enim iubet Dominus Noë: Ingredere in arcam tu, &c. deinde adiungit: Ingrediuntur animantia tecum. Sic legimus Matth. 8. *Aſcendente Ieſu in nauiculam ſecuti ſunt eum diſcipuli eius.* Non diſcipulos Dominus in mare compingit; ipſe verò in portu & in arena reſidet, primus it obuiam periculis, ac præeuntem alacres diſcipuli ſequuntur. Nihil erga ſubditos exemplo ſuperioris potentius. Eſt tamen adhuc quod S. Bernard. deſideret in Prælato, & in concionatore. Ergo (inquit) in his duobus mandatis, verbi ſcilicet, atque exempli ſummam tui officij ad conſcientiæ ſecuritatem pendere intellige. Tu tamen, ſi ſapis, iunges & tertium: ſtudium videlicet orationis; ad complementum vtique trinæ illius repetitionis in Euangelio, de paſcendis ouibus, *Ioan.* 21. Manent itaque tria hæc: verbum, exemplum, oratio, maior autem his, eſt oratio. Nam etſi vocis virtus ſit opus; & operi tamen, & voci gratiam efficaciámque promeretur oratio. Sic Bernard. Nec viro ſanctiſſimo Noë tertia defuit. Quid enim aliud toto illo tempore incluſus in arca factitabat, quàm vt in altiſſima mentis contemplatione cum Deo ageret? Puto etiam irrito dictum eſſe: Ingredere tu, & filij tui, &c. primò vt viri arcam ingrederentur, ingreſſóſque viros fœminæ ſequerentur: quia ad opera virtutis difficiliora fœminis præcedere viri debeant: ſequantur pedes caput. Sed quid de cibis, qui à Noë animalium nutriciationi comportabantur in arcam? D. Auguſt. *loco iam indicato*, ſic mouet quæſtionem, & diſſoluit. Solet mouere nōnullos, genus eſcarum quas illic habere poterant animalia, quæ nonniſi carne veſcuntur? An quod potiùs eſt credendum, præter carnes aliqua alimenta eſſe

S. Ambr.

*Prælati gratia feras transmutat.*

S. Chryſoſt.

B

*Chriſtus homines tranſmutant.*

S. Bernard.

*Exemplo & verbo regendum.*

C

D

S. Bernard.

*Oratio neceſſaria ad regendum.*

E

S. Auguſt.

*Animalia in arca non ſolum carne ve[ſcebantur].*

eſſe potuerunt, quæ omnibus conuenirent? Nouimus enim quàm multa animalia quibus caro cibus eſt, frugibus pomiſque veſcantur. Quid ergo mirum ſi vir ille ſapiens & iuſtus, etiam diuinitùs admonitus, quid cuique congrueret, ſine carnibus aptam cuique generi alimoniam præparauit, & recondidit? Quid eſt autem, quo veſci non cogeret fames, aut quid non ſuaue, & ſalubre facere poſſet Deus, qui etiam vt ſine cibo viuerent, diuina facilitate donaret? Sic Auguſtin. Procop. vno verbo reſpondet. Non multo indigebant animalia pabulo, cùm benedictione Domini paſcerentur. Sequitur: Tolles tecum ex omnibus eſcis, & comportabis apud te, & erunt tam tibi, quàm illis in cibum. Quod quidem in optimam patrisfamiliâs prouidentiam cedit. Vnde Procop. Alimenta (inquit) te comportare oportet in iſtas manſiones, in quibus tu verſaberis, & ad quas reliqua animalia non accedunt. Nam ſi contuleris alimenta in tabernacula deſtinata animalibus, continuò abſumentur illis ſubinde vorantibus; & nutrimenti exorietur inopia. Sic ille. non temerè penus, & horreum ſeruis committenda ſunt.

Procop.

12. *Fecit ergo Noë omnia.*] Bene Lippom. ita concludit ad finem huius capitis. Longo igitur tempore, centum ſcilicet annis laborauit iuſtus in extructione tantæ molis. Magnæ obedientiæ ſignum, & certiſſimæ fidei contra totius mundi iudicium & ſenſum, impiis interim eum deridentibus, veluti ſtulto labore ſudantem: cùm id vno verbo Deus, & paruo miraculo imò naturæ ductu præuenire potuiſſet, ſeruando quos vellet in aliquo ſpatio terræ, vel alio, vel aliâs aquis non replendo. Sed longè ſibi fortius erat verbum Dei omnium hominum opinione, & contra naturæ ordinem fidei creatoris adhæſit imperata complendo. Sic ille. Nota primum humani generis parentem ex ſtatu innocentiæ, pulſum è paradiſo cecidiſſe per inobedientiam: at ſecundum, ſcilicet, Noë, per obedientiam è diluuio ſeruatum, & nouæ deinde vitæ, ac felicitati

Lyppoman. *Noe, obedientia, & fortitudo.*

A gentium initia condidiſſe. Sed ô arca Dei, & arca ſalutis hominum ſemper virgo Deipara! Arca Dei, in qua habitauit nouem menſes ipſa plenitudo diuinitatis: & in qua theſauros omnes ſuarum gratiarum, & donorum Deus ipſe repoſuit, quod Angelus ſignificans ſalutauit virginem, Aue gratia plena, *Luc.* 1. Stupens (ait Euſeb. Emyſſ.) in virgine virtutis plenitudinem. Arca hominum eſt, in qua & per quam ſalui fiūt. Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ, *Pſal.* 131. Hebr. עזך *ghuzecha*, fortitudinis tuæ. Chald. in qua eſt lex tua. LXX. ſanctificationis tuæ. Quæ verior, arca Dei, quàm virgo mater Dei? Arca ſanctitatis, & ſanctificationis; quod enim ex illa natum eſt, ſanctum dicitur, ipſamet ſanctitas, & mundi redemptio, ac ſanctificatio. Arca eſt in qua Dei ſapiētia, lex ipſa Dei habitat. Sed, ô bone Ieſu, exurgis tu & arca ſanctitatis tuæ, mater ſcilicet tua, in requiem tuam, in regnū tuum, nec alios tecū eandem in requiem ducis! Nō ſola quidem virgo cum Deo filio, ſed omnes illi ac ſoli, qui vehuntur in virginali arca, appellunt in portum illum ſempiternæ requietis. Homines & iumenta ſaluabis Domine, *Pſal.* 35. rationabiles (declarat S. Hieron.) irrationabileſque perſonas. Adeò ſe miſericordia Dei effundit, vt pluat ſuper iuſtos, & iniuſtos, alat, foueat, nutriātque, & ſecundùm rationis normam viuentes; & ſenſus ſtoliditate, vitæque ſordibus bruta imitantes. Nam C & pecudes & iumenta in arca Noe locum, requiem, ſecuritatem, vitam, alimenta repererunt. Idcirco exclamat Propheta: Quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus? Hebr. מה־יקר חסדך *mahiaquar chaſdecha*. O quàm pretioſa eſt miſericordia tua Deus! Quàm late & fusè miſericordia Dei, tota vt eſt, in manibus virginis poſita communicatur hominibus! Illius enim prece, atque ope Deus ipſius filius homines & iumenta ſaluat, iuſtos nimirum reddit iuſtiores, & iniuſtos ad iuſtitiæ gratiæque dignitatem adducit.

B. Maria Dei arca.

Luc. 1. Euſeb. Emyſ.

Pſal. 131.

Pſal. 35. *B. Maria arca bonis & malis.*

## CAPVT SEPTIMVM.

1. DIxitque Dominus ad eum: Ingredere tu, & omnis domus tua, in arcam: te enim vidi iuſtum coram me in generatione hac.

2. Ex omnibus animantibus mundis tolle ſeptena & ſeptena, maſculum & fœminam: de animantibus verò immundis duo & duo, maſculum & fœminam.

3. Sed & de volatilibus cæli ſeptena & ſeptena, maſculum & fœminam: vt ſaluetur ſemen ſuper faciem vniuerſæ terræ.

4. Adhuc enim, & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram quadraginta E diebus & quadraginta noctibus, & delebo omnem ſubſtantiam, quam feci, de ſuperficie terræ.

5. Fecit ergo Noe omnia, quæ mandauerat ei Dominus.

6. Erātque ſexcentorum annorum, D quando diluuij aquæ inundauerunt ſuper terram.

7. Et ingreſſus eſt Noë, & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo, in arcam propter aquas diluuij.

8. De animantibus quoque mundis & immundis, & de volucribus, & ex omni, quod mouetur ſuper terram.

9. Duo & duo ingreſſa ſunt ad Noe in arcam, maſculus, & fœmina, ſicut præceperat Dominus Noë.

10. Cúmque tranſiſſent ſeptem dies, aquæ diluuij inundauerūt ſuper terram.

11. Anno ſexcenteſimo vitæ Noe, menſe ſecundo, ſeptimodecimo die menſis, rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cæli apertæ ſunt:

12. Et facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

*Ben. Fernand. in Gen. tom.* 1.

13. In articulo diei illius ingreſſus eſt Noë,& Sem,& Chã,& Iapheth, filij eius: vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis,in arcam: A

14. Ipſi & omne animal ſecundùm genus ſuum,vniuersáque iumenta in genere ſuo,& omne quod mouetur ſuper terram in genere ſuo: cunctúmque volatile ſecundùm genus ſuum, vniuerſæ aues, omnéſque volucres.

15. Ingreſſæ ſunt ad Noë in arcam,bina & bina ex omni carne, in qua erat ſpiritus vitæ.

16. Et quæ ingreſſa ſunt, maſculus & fœmina ex omni carne introierunt, ſicut B præceperat ei Deus: & incluſit eum Dominus deforis.

17. Factúmque eſt diluuium quadraginta diebus ſuper terram:& multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerũt arcam in ſublime à terra.

18. Vehementer enim inundauerunt: & omnia repleuerunt in ſuperficie terræ: porrò arca ferebatur ſuper aquas.

19. Et aquæ præualuerunt nimis ſuper terram: opertíque ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cælo.

20. Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes,quos operuerat.

21. Cõſumptáque eſt omnis caro quæ mouebatur ſuper terram, volucrum,animantium, beſtiarum, omniúmque reptilium, quæ reptant ſuper terram:vniuerſi homines.

22. Et cuncta, in quibus ſpiraculum vitæ eſt in terra,mortua ſunt.

23. Et deleuit omnem ſubſtantiam, B quæ erat ſuper terram, ab homine vſque ad pecus, tam reptile quàm volucres cæli: & deleta ſunt de terra: remanſit autem ſolus Noë, & qui cum eo erant in arca.

24. Obtinuerúntque aquæ terram centum quinquaginta diebus.

## SECTIO PRIMA.

*Dixítque Dominus ad eum: Ingredere tu, & omnis domus tua, in arcam:te enim vidi iuſtum coram me in generatione hac. Ex omnibus animantibus mundis tolle ſeptena & ſeptena, maſculum & fœminam. Sed & de volatilibus cæli ſeptena & ſeptena, maſculum & fœminam: vt ſaluetur ſemen ſuper faciem vniuerſæ terræ. Adhuc enim, & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & delebo omnem ſubſtantiam, quam feci, de ſuperficie terræ. Fecit ergo Noe omnia, quæ mandauerat ei Dominus. Erátque ſexcentorum annorum quando diluuij aquæ inundauerunt ſuper terram. Et ingreſſus eſt Noe, & filij eius, vxor eius, & vxores filiorum eius cum eo, in arcam propter aquas diluuij. De animantibus quoque mundis & immundis, & de volucribus, & ex omni quod mouetur ſuper terram, duo ingreſſa ſunt ad Noë in arcam, maſculus & fœmina, ſicut præceperat Dominus Noe. Cúmque tranſiſſent ſeptem dies, aquæ diluuij inundauerunt ſuper terram.*

FACILIS eſt huius capitis interpretatio, quippe cùm majori ex C parte in ſuperioribus, quæ hîc repetuntur, præmiſſa fuerint, & illuſtrata commentariis; paucula igitur perſtringam, vbi commentandi ratio ſuccurrerit. *Te enim vidi iuſtum corã me in generatione hac.* Intelligit iuſtitiam, hoc eſt, virtutum omnium abſolutam perfectionem, vt ille ſtatus rerũ exigebat. Itaque (ait D. Ambr.) Noe iuſti meritò etiã domus eius in diluuio ſeruatur. Laudem iuſti in eo intelligimus non prætereri, qui ſalem inſtituit domum ſuam, vt virtutis fulgeret conſortio. Igitur iuſti laudem ille nequaquam meretur, qui aut malè inſtituit familiam, aut in virtutis ſtudio inſtituere non curauit. Iniquus eſt, atque iniquitatis, cùm poſuerit rationem D Dominus cum ſeruis ſuis, arguetur. Notat optimè Caiet. ad illa verba Domini, *Ingredere tu, & omnis domus tua tecum in arcam.* hinc appareret Noe ante hos filios abſtinuiſſe à generatione, tota enim domus eius conſtabat ex octo tantùm perſonis cùm illo. Ita Caiet. Inſignis planè caſtitas, tam longis ſeculis probata, & illibata! Quid illud, *coram me*? D. Ambroſ. Multi

*S Ambroſ. Iuſtus benè inſtruit familiam.*

*Caiet. Noe caſtitas inſignis.*

*S. Ambroſ.*

C (inquit) hominibus iuſti videntur, pauci Deo hominibus ſecundùm vitæ ſpeciem, Deo ſecundùm puritatem animi, virtutis veritatem. D. Chryſ. Vera hæc virtus eſt, quando oculus ille, qui decipi nequit, ſuum fert calculum. Coram me in generatione hac (Chryſ.) quæ tam mala, tam ingrata eſt, te ſolum inueni gratum, te ſolum inueni virtutis rationem habere, tu ſolus coram me iuſtus apparuiſti. Miraculum fuit, vt ſæpiùs aduertimus, nec ſemel contentus illud efferre laudibus, identidem repetit Dominus, vnum hominem in toto genere hominum corruptis moribus profligatiſſimo, continentem, iuſtum Deo gratum extitiſſe coram Deo; quem vnicè diligens, ac ſitiens carnis illecebras execrabatur. Eſt in hanc ſententiam præclara comploratio D. Bernard. *Epiſt. 2. ad Iuuenem*, qui relicto monachali habitu ad Ægypti ollas rediit. D Heu (inquit) quomodo Chriſtum tam citò faſtidis; de quo ſcriptum eſt; *Mel. & lac ſub lingua eius?* Cant. 4. Miror, quòd ad guſtum tibi dulciſſimi nauſearis: ſi tamen guſtaſti, quàm dulcis eſt Dominus, aut certè nondum guſtaſti, & neſcis quid ſapit Chriſtus; ideoque non appetis inexpertum; aut ſi guſtaſti, & dulce non ſapuit.

*Dei oculus, & inaeruum.*
*S Chryſ.*

*Virtus rara & pulchra inter malos.*

*S. Bern.*

*Cant 4. Dulcis Dei cum dulcedine mundi non cohæret.*

ſapuit, ſanum non habes palatum. Ipſe quippe Dei eſt ſapientia, quæ ait; *Qui comedit me, adhuc eſuriet, & qui bibit me, adhuc ſitiet*, Eccleſ. 24. Sed quomodo poteſt eſurire, ac ſitire Chriſtum, plenus quotidie ſiliquis porcorum? In domo iſta non poteſt inebriari ab vbertate domus Dei. Cur, inquis? quia domus deliciarum eſt. Quomodo ignis & aqua ſimul eſſe non poſſunt, ſic ſpirituales, & carnales deliciæ, in eodem ſe non patiuntur. Vbi curioſa ciborum diuerſitas, cæleſtis panis ieiunam deſerit mentem. Funes ceciderunt tibi in præclaris, & tu opibus inhias terrenis? Si vis habere ſimul hæc, & illa; breuiter tibi reſpondebitur: Memento fili, quia recepiſti bona in vita tua, *Luc.* 16. Hactenus Bernard. Solus Noë in tanta illa generatione iuſtus coram Deo viuit, graditur ante Deum, cum Deo verſatur, Deum ſapit. Cæteri corrupta caro corrumpens viam ſuam, procul à Deo inſipientes, inſani, qui à Deo decertantes in barathrum vitiorum prolabuntur. Rectè Philo Hebr. de hac generatione corrupta coram Deo ſic philoſophatur: Corrupit omnis caro illius incorrupti, æternique perfectam viam, quæ ducit ad Deum; hanc ſcito eſſe ſapientiam, hac enim deducente, recta nimirum, & publica, intellectus ad deſtinatum finem peruenit, ſcilicet Dei cognitionem, hanc ſemitam odit, calumniatur, & corrumpere conatur, quiſquis carnis amicus eſt. Nam non ſunt in rebus duo tam contraria quàm voluptas carnalis, & ſcientia. Sic Philo. Rabſaces Aſſyriorum dux, vt legimus *Iſa.* 36. cùm Hieruſalem obſideret, contenta voce clamauit ad Hebræos: *Egredimini ad me, & comedite vnuſquiſque vineam ſuam, & vnuſquiſque vitem ſuam, & bibite vnuſquiſque aquam ciſternæ ſuæ*, &c. At quorſum barbarus dux Iudæos ad comedendum & bibendum inuitabat; quid hæ deliciæ cum bello, cum obſidionis aſſultibus, cum armorum ſtudio? Reſpondet D. Cyrill. Alex. *dialog. de ador. ad Pall.* quia illi, quibus voluptas perſuaſa eſt, procliues in quoduis abſonum flagitium prolabūtur. Blanda eſt enim vitiorum omnium conciliatricula voluptas; neſcit ſcientiam ac prudentiam; pecudes agit cæco impetu in omne turpitudinū barathrum tuētes.

Eccleſ. 24.
Luc. 16.
Philo.
*Voluptas carnis cum ſapientia non cohæret.*
Iſa. 36.
*Voluptas in omne malum impellit.*
S. Cyrill.

2. *Ex omnibus animantibus*, &c.] Immunda vocantur, vel quæ talia poſtmodum à Moyſe in Leuitico nominantur, inepta ſacrificio vel quæ à Setho ipſo, eiúſque familia religioſè Deum venerante talia iam tunc habebantur. Septena, & ſeptena, non quidem quatuordecim, ſed quaelibet ex ſpecie mundorum ſeptem; nimirum maſcula quatuor, & tres fœminas introduxit in arcam: ſeptimum enim animal mas, iam tunc deſtinabatur futuro ſacrificio, quod poſt diluuium eſſet offerendum Deo. Cæterùm de immundorum qualibet ſpecie duo tantùm, maſculum & fœminam. Iterum, vt videtur, inculcatur myſticè, & commendatur monogamia; non quòd ſecundæ nuptiæ, poſt alterum coniugum demortuum damnentur, ia enim fuit error iam pridem in Eccleſia damnatus. Licitum illud quidem eſt, ſed non caret calumnia, vt egregiè D. Bernard. cuius ſunt verba ſuauiſſima *ſermon.* 59. *in Cant.* ad illud, *Vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Turturis agnoſcitur caſtitas in quacumque ætate, compare vno contenta eſt; quo amiſſo alterum iam non admittit, numeroſitatem in hominibus nuptiarum redarguens. Nam etſi forſitan culpa propter incontinentiam venialis eſt, ipſa tamen tanta incontinentia turpis eſt. Pudet ad negotium honeſtatis rationem non poſſe in homine, quod natura poſſit inuoluere. Cernere enim eſt turturem tempore ſuæ viduitatis, ſanctæ viduitatis opus ſtrenuè, atque infatigabiliter exequentem. Videas vbique ſingulatem, vbique gementem audias, nec vnquam in viridi ramo reſidentem proſpicies, vt tu ab eo diſcas voluptatum virentia velut virulenta vitare; ergo vox turturis eſt prædicatio caſtitatis. Sic Bern.

S. Bern.
*Viduarum caſtitas à turture docetur.*
Cant. 2.

3. *Adhuc enim & poſt dies ſeptem ego pluā*, &c.] Iubetur Noe ingredi arcam, & ab ingreſſu illius adhuc diuina bonitas peccatores expectat ad pœnitentiam, illis præbens ſeptem integros dies, vt exemplo Noe, & tantæ molis ſpectaculo conuertantur ad Deum, nec diluuio pereant. Poſt ſeptem dies; quot (inquit D. Ambroſ.) in conſtitutione mundi fuerunt, ſex enim diebus factus eſt mundus, ſeptimo Deus requieuit. Quo declarauit indicio ipſum ſe eſſe auctorem mundi atque diluuij. Mundum propter bonitatem ſuam condidit, diluuium fecit noſtrorum merito delictorum. Admoniti ſunt igitur homines, vel ex numero dierum, quibus mundus eſt conditus, quòd conditorem ſuum, non lacrymis ſolùm, & precatione, ſed correctione morum reconciliare debuerant. Ergo ſpatium dedit ad pœnitentiam Dominus, magis volens ignoſcere, quàm punire, vt imminentis diluuij terrore ſuſpenſos, ad veniam cogeret poſtulandam, quo dum periculum futuræ mortis horreſcunt, impietati renuntiarent. Expectauit ergo, & ſeptimo die ipſo, quo ab operatione requieuit, vt ſi venia poſceretur, ſequeretur correctio, & ab indignatione requieſceret. Sic Ambroſ. Cæterùm, quanto ſe magis oſtentat diuina miſericordia, & patientia; tanto pertinacior apparet peccantium impudentia. D. Chryſ. Attende bonitatis diuinæ excellentiam, quomodo poſt tantam longanimitatem etiam nunc ante ſeptem dies prædicit, volens metu emendatiores reddere, & ad pœnitentiam reducere. Nam ideo prædicit, vt ea, quæ dicit, ſuper eos non inducat. O ſi mortales illi totos illos ſeptem dies pœnitentiam agerent, & lacrymarum ſcelera complorantes diluuio terram irrigarent; profectò aquarum diluuium è cælo demiſſum terras, & humanum genus non obruiſſet. Sed cur iſti ad Dei minas, & Noe clamores, & arcæ molem illam ſtupore, miniſque fœtam obſurduerunt; at Niniuitæ ad primum Ionæ verbum, *peruenit ad verbum regem*, actutum ad pœnitentiæ aſylum confugerunt. Tantum valet vtramque in partem humani arbitrij libertas; poſitis enim vtrobique, in peccando conſuetudine inueterata, & omni conſequenter contumacia, liberum adhuc eſt, cum Dei gratia præſtò adiuuante à ſceleribus ad virtutem conuerti; quod D. Chryſ. ſubnotauit iis verbis: Ex confeſſo fuerit, quòd voluntas noſtra malorum omnium cauſa eſt. Ecce enim & hi, & iſti homines fuerunt; & eiuſdem, cuius alij, naturæ; ſed non eiuſdem voluntatis: propterea nec idem omnium euentus: Niniuitæ per pœnitentiam ſubuerſionem ſubterfugerunt, ſed iſti ſubmerſi perierunt. Radix eſt enim, omnimoda malorum, ac bonorum poſt Deum, voluntas: iccirco maledictione ficum Dominus areſecit; quia, vt eleganter

S. Ambroſ.
*Mira Dei patientia erga peccatores.*
*Diluuiū ſunt, quia pœnitentia defuit.*
S. Chryſ.
Ion. 3.
*Libertas arbitrij aſſeritur.*
S. Chryſ.

S.Auguſt. Auguſtin.arboris infœcunditas,illorum eſt culpa ſterilitas, quorum fœcunditas eſt voluntas.
Lyra. Mathuſalem exequiæ. Lyra cum Hebræis tradit ſeptem illos dies à Deo fuiſſe conceſſos, vt interim iuſtus ille & ſanctus Mathuſalem auus Noe, qui tunc diem obiit,piis ſuorum exequiis ſepeliretur.

4. *Delebo omnem ſubſtantiam,quam feci de ſuperficie terræ.* ] S.Chryſ. Et ſemel, & iterum prædicit,& neque ſic Deo ſupplicatur.Omnia hæc faciebat,vt nos doceret,quòd iuſtè eis tantam pœnam inflixerit; & nullus tam inſipiens ſit, vt arguere & dicere poſſit:Si Deus longanimior fuiſſet,fortè illi pœnitentiam egiſſent.Delebo omnẽ ſubſtantiam : illam ſcilicet corruptam carnem, quę ſuarum obſcœnitatum fœtore mundum infecerat; atque ideo cæleſtis vindictam Numinis inclamabat,vt tam fœda lues auerteretur.Debetur corruptioni carnis deletio,ipſam ſibi abolitionem conſciſcit turpitudo illecebroſa carnis. Vel ipſi Romani veteres in typum huius ſententiæ,Libitinæ au Veneris delubra coniunxerunt; vbi Veneris intemperantia, ibi animæ,& corporis (quod vſu frequenter euenit) interitus. Pſal. 140. *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.*Hebr. שמן ראש *xemens rox* , oleũ veneni, ſeu (vt D.Hieron.) oleum amaritudinis , quare non rectè vertunt aliqui, oleum capitis. Licèt enim vtrobique ponatur Hebr.*rox*.cùm illud tamen , & pro capite & pro veneno accipiatur, priore quidem loco eſt venenum. Litera eſt de adulantium blanditiis , vti vnguento reges , ac principes perfundentibus.Sed nihil obſtat quominus etiam ad fucatam voluptatum ſuauitatem accommodetur:hoc enim leniſſimo (vt putant miſeri) delibuti vnguento incedunt; vnum eſt illis ſtudium indulgere voluptatibus carnis. O infelices , cùm voluptatem capitis venenum bibitis , quo anima & corpus pariter contabeſcent.Luculenter D.Chryſ.*tom.5. hom.quòd nemo læditur*,&c.in hanc ſententiam.Qui in deliciis,& luxuria vitam ducunt,reſoluta quidem corpora, & omni cera molliora circumferunt,atque agmine quodam infirmitatum repleta , & eis eſt vita ſemper cum medicis , & medicamentis : ſenſus autem ipſi,tardi,graues,obtuſi,& quodammodo iam ſepulti.Sic ille.Contrà verò non animę tantùm bona,ex pudicitiæ limpidiſſimo ac ſaluberrimo fonte promanant; ſed etiam flos, venuſtáſque,atque vires corporis, & vita ſanior , ac longæuior; non enim immeritò ſapientia ſe cùm multorum bonorum , tum etiam vitæ & honeſtatis matrem prædicat. Eccleſ.24. *Flores mei fructus honoris,& honeſtatis:in me gratia omnis vitæ, in me omnis ſpes vitæ, & virtutis.* Huc etiam referri poteſt illud Cãt.de quo paulo ſuperiùs:*Vox turturis audita eſt,flores apparuerunt.*Vbi iam ex Ber. illud appoſitũ : Vox turturis prædicatio caſtitatis.Adiũgit illico:Sonuit vox,ſplenduit flos. Cũ puritate mentis,& corporis coniuncta eſt gratia florum, Eccleſia Domini iam inde ab innocente Abele deducta tot per ſeculorum ſpatia nunquam conſenuit , adhuc virgo, & ſponſa,& appatet ornata vito ſuo,vt ex Paulo, & Ioanne legimus : ſemper , vt roſa inter ſpinas pubeſcens; pratis florum , & herbarum virentium areolis perſimilis ; habitare in hortis, atque adeò ipſemet hortus concluſus, vbi florum & pomorum fœtura noua cernitur, in Canticis crebrò dicitur. Denique anima virtuti, cæloque intenta neſcit corruptionem ; ſenij prorſus expers quotidie reuireſcit. Quod apud Ambroſium inue-

*Margin:* S.Chryſ. *Mira Dei patientia, & hominum impudentia.* — Pſal.140. *Voluptas & interitus coniunguntur.* — *Voluptas capitis venenũ.* S.Chryſ. — *Deliciæ necãt animã & corpus.* — *Pudicitia cõfert ad ſalutẽ corporis.* Eccleſ.24. — Cant.2. S.Bern. — *Eccleſia, & virtus animæ ſemper noua.* — S.Ambroſ.

A nies 3. *Hexaem. cap.*13. cuius ea ſunt. Scribe in buxo, dicit Scriptura *Iſai.*30. vt admoneat te ipſa materia, quæ ſemper viret, nec vnquam foliis exuitur ſuis , ne vnquam ſpei tuæ diſſimulatione nuderis , ſed ſemper tibi per fidem germinet , ſpes ſalutis. Sic Ambroſ. *Delebo omnem ſubſtantiam,* &c. Idem Ambroſ.eleganter expendens emphaſim verbi,*delebo*, ad hunc modum commentatur: Indignatur Deus peccatis noſtris,ſed nõ obliuiſcitur pietatis.Minatur ſupplicium,ſed non permittit excidium,moderatur vindictam, reuocat ſeueritatem. Deleturum ſe dicit omnem carnem, non à terra , ſed à facie terræ. Florem decutit , radicem ſeruat; ſinit vt in profundo ſubſtantiæ virtus maneat huma-
B næ, quæ in ſuperficie laboret, intus paſſibilis perſeueret, immuníſque noxæ ad eorum ſubſtitutionem, qui non ſunt reatui obnoxij , reſeruetur; pulchrè autem poſuit, *delebo*,tanquam literarum apices , qui delentur ſine fraude librorum, & ſine imminutione tabularum; attamen rum deletur, ſed lignum manet, delentur elementa, vt ſcribantur plerumque meliora. Delebo ( inquit ) corruptelam carnis , vt ſcribam incorruptionem. Omne quod purgatur, ſpeciem amittit , ſubſtantiam ſuam ſeruat, atque meliorat : repreſſit igitur Dominus purgatione diluuij corporeum vſum, conuerſationémque generationis eius , quæ degenerauerat , à decore naturæ,& accepti muneris venuſtate. Sic Ambroſ. *de Noe & Arca, cap.*13. Aduerte legi Hebraicè
C כל־היקום *col-haiequm.*Nomen יקום *iequum* à radice קום *qum*, ſurgere , ſtare ; omne quod ſurgit,omne quod ſtat, dici poteſt omne ſubſiſtens, ſignificatúrque vniuerſum quæcunque res ſuper terram viuit. Quare nonnulli vertunt , omne ſurgens. LXX. ἐξανάστασιν , reſurrectionem. Quam lectionem ſequutus D.Ambroſ.adiungit: Delebo (inquit Dominus ) reſurrectionem carnis à facie terræ, vt ſcribam in cæleſtibus reſurgentes.Delebo de libro terrę vt ſcribam in libro vitæ. Deleantur Domine Deus meus citò elementa ferri , vt ſcribantur elementa Chriſti: aboleatur reſurrectio terrena, vt cæleſtis gratia redundet. Delet ergo Deus reſurrectionem car-
D nis tanquam apicum ſcriptionem , quo declaratur , quòd ſuperfluam hominum natiuitatem propter impietatem eius deleuit ſpecie literarum;ſubſtantiam autem, & conuerſationem generis ſeruare humani voluit perpetuitate tabularum , vt ex ea ſemen reliquum pullularet. Sic Ambroſ.Quo mirabiliter Dei miſericordia commendatur erga humanum genus.

5. *Fecit ergo Noe omnia,quæ mandauerat ei Dominus.* ] Quæcunque ſcilicet pertinebant ad arcæ ſubſtructionem,cibaria,ingreſſúmque, & ſitum animalium , ac præcipuè quod ad vxorem, liberos ac nurus. D.Ambroſ. excellentiam iuſti agnoſcit,ratus ad omnia Dei præcepta obedientem hîc deſcribi. Non fefellit ( inquit ) Dominum iudicium ſuum ; impleuit iuſtus vniuerſa,
E non partem , quæ mandata ſunt ei à Domino, & ideo Scripturæ diuinæ accipit teſtimonium. Vide quanta ſit obedientiæ præſtantia,obediens Noe diuinis præceptis ſummam eſt adeptus, & virtutis , & nominis iuſtitiæ dignitatem ; & quia Deo per omnia paruit , & placuit , arcæ illi ſalutis humani generis præficitur , qui ab hominibus ludibrio , & riſui habebatur. Rectè hîc ad exemplum Noe philoſophatur D. Chryſoſt. Quemadmodum ( ait ) qui humanam gloriam

*Margin:* Iſai.30. — *Miſericordia Dei cum pœnis.* — S.Ambr. *Deus punit, vt melioret.* — S.Ambr. *Obedientia Noë commendatur.* — *Deo obediens bona omnia conſequitur.* — S.Chryſ.

riam deſiderant, diuina protſus excidunt: iuxta illud Ioan. 5. *Quomodo vos poteſtis credere, gloriam ab hominibus excipientes. & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quærentes?* Ita qui diuinam ſectantur, continuò neque hac priuantur, ſicut ipſe promiſit; *Quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis*, Matt. 6. Etenim eum, qui regni Dei tenetur deſiderio, ſequuntur hæc omnia. Sic etiam D. Hieronym. *Epiſtol. ad Euſtoch.* agens de S. Paula. Fugiendo gloriam merebatur, quæ virtutem quaſi vmbra ſequitur, & appetitiores ſui deſerens, appetit contemptores. Hoc ipſamet Veritas conteſtatur. *Qui ſe humiliat, exaltabitur.* Nec id tantùm exiſtimes apud Deum, imò & apud homines intellige. Vnde illa ſcripſit D. Hieron. de Nepotiano ſacerdotij dignitatem fugitante. Quanto magis repugnabat, tanto magis ſtudia in ſe omnium concitabat: & merebantur negando, quod eſſe nolebat; eóque dignior erat quo magis ſe clamabat indignum. Pulchra etiam ad hoc aſtruendum illa commentatio D. Greg. 18. *moral.* 20. expendentis verba Domini ad Saulem: *Nónne cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput te conſtitui in tribubus Iſraël?* 1. Reg. 15. Ac ſi apertè (inquit) dicat, magnus mihi fuiſti, quia deſpectus tibi: ſed nunc, quia magnus tibi es, factus es deſpectus mihi: tanto enim quiſque fit vilior Deo, quanto pretioſior ſibi; quia humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit, *Pſal.* 137. Quis Paulo maior? eſt enim (inquit D. Chryſ. *homil.* 22. *ad populum Antioch.*) terreſtris Angelus, & cæleſtis homo, ſancti Spiritus receptaculum, noſtri omnium ſagena, poſt mortem præco. At quis Paulo humilior? Admirare humilitatem, quæ tantam in mundo gloriam promeruit. *Nouiſſimè* (ait) *omnium tanquam abortiuo viſus eſt & mihi*, 1. Corinth. 15. Vbi Theodoret. Cùm vellet ſe omnium hominum viliſſimum, & abiectiſſimum appellare, abortiuo fœtui ſeipſum comparat, qui in hominum catalogo non recenſetur. Sic Theodoret. Addit Apoſtolus: *Quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei.* Etiam in tam ſublimi Apoſtolatus ſui faſtigio priorum ſuorum ſcelerum mentionem facit. Vbi S. Hieron. Per Iſaiam Dominus dicit: *Ego ſum qui deleo iniquitates tuas, & nõ memorabor*, cap. 43. tu autem memorare. melius eſt enim dimiſſa recordari peccata, quàm detenta obliuiſci. Sic Hieron. Sed quid ego Paulum commemoro? An non mater Dei eſt, quæ ancillam ſe nominat; atque vbi protulit: Ecce ancilla Domini, illico matrem Dei ſe vidit? Iccirco dixit; *quia reſpexit Deus humilitatem ancillæ ſuæ*, Luc. 1. & Cant. 1. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.* Vbi luculenter ita Rupert. Verbum erat apud Deum, Deus erat verbum, Rex Filius in corde, vel ſinu Patris. Nardus mea dedit odorem ſuum, & hoc odore delectatus deſcendit in vterum meum. Olim in Eua malo fœtore ſuperbiæ offenſus, & ob hoc ab humano genere auerſus fuerat. Nunc autem delectatus bono odore, nardo humilitatis meæ, ſic ad humanum genus conuerſus eſt. Nardus herba aromatica, paruo quidem frutice, vel parua ſpica, & odoratiſſima eſt. Sic humilitas mea, ſuo quidem iudicio parua res eſt, ſed iudicio regis pretioſior eſt cunctis operibus legis: ipſúmque regem vnicè delectat velut ſuauis odor, qualis de nullo ſacrificio ad ipſum vnquam ſpirauit, aut ſpirare potuit. Humilitatem meam, de illo accubitu ſuo ſenſit, & reſpexit, & valde delectatus eſt; & placuit ſibi quòd in iſto ſexu tantam humilitatem inuenit, à quo initium ſuperbiæ generi humano ſuperueniens totam maſſam corrupit. Ita Rupert. *Fecit ergo Noe*, &c. Commendatur viri iuſtitia, & conſummata virtus, vt meritò dignus putetur, quem arcæ ſuæ Dominus præfecerit. Quo ſanè virtutum apparatu eminere oportet, qui alios, & regere, & erudire debet. Qualis beatus Cornelius Papa, ad quem D. Cyprian. *Epiſto.* 1. ſcribit: Dum præcedis ad gloriam, multos facis gloriæ comites. Contrà verò, qui alios doces, teipſum non doces? Ad Rom. 2. pro ſummo ludibrio ponitur ab Apoſtolo. Et doctrina ipſa docentem, & non ea agentem quæ docet, non modò, non tuebitur, ſed & pleniùs puniet; vt hîc ſubnotauit S. Chryſ.

Ioan. 5. — Matth. 6. — S. Hieron. *Honor velut vmbra ſequitur.* — Luc. 15. — S. Gregor. — 1. Reg. 15. *Humilitas in mundo honoratur.* — Pſal. 137. S. Chryſ. *S. Pauli humilitas, & honor.* — 1. Cor. 15. Theod. — Iſai. 43. S. Hieron. — Cant. 1. Rupert. *B. Mariæ humilitas ſuauiter olens.* — *B. Mariæ humilitas Deo gratiſſima.* — S. Cypr. *Qui præeſt aliis, emineat virtute.* — Ad Rom. 2. — S. Chryſ.

6. *Erátque ſexcentorum annorum*, &c.] Annus oſtenditur ſexcenteſimus Noe, vt demonſtretur quanto ſpatio, nimirum per centum integros annos Deus comminatus fuerit diluuium: arcam iuſſerit fabricari; atque ad pœnitentiam homines in vita & in ſceleribus ſuſtinuerit. Cùm enim eſſet Noe centum annorum, loquutus cum eo legitur Dominus de diluuio futuro. At quàm longæuus arcæ præpoſitus, & rector veteranus? Moyſes duos inter ſe rixantes in Ægypto ſedare non potuit; nec mirum: Aulicus erat, virtutum non præferebat autoramentum; ipſemet poſtea ſexcenta millia Hebræorum eduxit, moderatúſque eſt, & bello, & pace. Vnde Procop. *in* 4. *Exod.* Vide Moyſem qui initio iuuenis erat, nec poterat in gratiam reducere duos inter ſe hoſtiliter contendentes: nunc virtute auctus, & diuina viſione dignus habitus tantum pollet, vt imperare valeat tanto populo, eíque ſufficiat liberando ab operibus luti; tanta opus eſt cura, tantóque ſtudio, priuſquam reliquos docere aggrediamur. Eandem quæſtionem diluens S. Gregor. Nyſſen. Quia iam (inquit) ſibi Moyſes longo temporum ſpatio vacauerat. Tunc verò maximè commendatur perfecta iuſtitia, & conſummata obedientia mandatorum Dei in Noe, cùm ille præfecturam illius arcæ aſſumit. Sic Moyſes, vbi legem accepit, & regimen Hebræorum gentis ſuſcepit, ſplendidiorem vultum prætulit; quod S. Gregor. Nyſſen. egregiè adnotauit. Moyſes (ait) ſæpè cum Deo locutus, faciem tamen coruſcantem retulit, tunc ſolùm, cùm legem accepit dirigentem. Idem D. Auguſt. luculentiùs: Moyſes accepta poteſtate in peccatores, cum honorificentia deſcendit de monte facie glorioſa, ac ſi nunquam magis ſanctitate indiguerit, quàm cùm poteſtatem in homines acceperit. Sic Auguſt. Sanctitate quidem conſpicua eminere vult Dominus illos, qui gubernandis aliis præficiuntur. Vt quemadmodum ſui muneris dignitate, ſic (quod potius eſt) vitæ ac morum excellentia Deum cuius vices gerunt repræſentent. Ad hunc modum Moyſes (vt obſeruat D. Chryſ.) in vultu Deitatis teſtimonium portabat ad populum.

Procop. Exod. 4. — *Virtutis præſtantia in Prælato.* — S. Greg. Nyſ. — S. Auguſt. — *Prælatus vt officio, ſic vita Deum repræſentet.* — S. Chryſ.

7. *Ingreſſus Noë, & filij eius*, &c.] Circa iſtum ordinem iam diſſeruimus de caſtitate, ſine qua de diluuiis arca illa non poterat eripi, & ſecura pertranſire mare huius mundi, in quo conteruntur naues Tharſis, *Pſ.* 47. Tharſis autem vocatur à D. Greg. Nyſſ. Innatans vitioſitas. Durante enim (ait Rabbanus) tribulatione dilu-

*Caſtitas viget inter afflictiones.* — Pſal. 47. — S. Greg. Nyſ. — Rabban.

uij, ſeparati omnes remanſerunt quoad torum. Non fauet amoribus, & nuptiis, afflictionis & calamitaris tempus. Ægyptij; *Ecce* (inqoiunt) *populus filiorum Iſraël multus, & fortior nobis eſt, opprimamus eum ne fortè multiplicetur*, 1.

1.Exod.

Exod. Sed quid ſibi vult: opprimamus, ne multiplicetur? quid officit multiplicationi oppreſſio? Planè multum.

Lyra.

Ad hoc (Lyra) intendebant eos affligere, vt minùs poſſent vacare filiorum procreationi. Deſidiæ otiáque Venerem pariunt, ac libidinum fomenta nutriunt. Deinde Pharao maſculos vbi naſcuntur, aquis immergi iubet, adultos opprimit operibus luti, & vrbium ſubſtructionibus, *Exod*. 1. Vbi Procop. Dæmones (inquit) inſigne lucrum ampláſque diuitias putant, ſi animas hominum à Deo abſtrahant,

B

& ſeculi curis inuoluant; quod eſt condere vrbes Pharaoni. Præterea diabolus odit maſculam virtutem, hanc ſumma ope hebetare, & retundere nititur voluptatum exhauriendis lacunis. Sic

Procop.

Procop. Noe igitur cum ſuis in arca recluſus, non generationi, ſed orationi totus incubuit; Deo, non carni deditus. Quem verò tenet deſiderium bonorum cæleſtium, prorſus tædet vo-

S.Chryſ.

*Stulti terrena diuinis præferunt.*

luptatum terreſtrium. Nam (vt ait Chryſ. ad hunc locum) qui in cælum mente ſua celer volat, omnem præſentem voluptatem quaſi non eſſet, contemnit. Oculi enim fidei quando vident ineffabilia illa bona, neque viſibilia ſentiunt. Sed neminem video, qui viſibilibus inuiſibilia præferat. Adhuc reptantes, præeligimus terrena cæleſtibus, præſentia futuris, & ea quæ priùs

C

auolant, quàm ſpectentur his, quæ omnibus durant ſeculis, & momentaneam voluptatem perpetuæ voluptati, breuem hanc præſentis vitæ felicitatem æternis illis, & ſine carentibus bonis. Ita Chryſ. Perpetua Noe ac ſociis illo tépore fuit in arca Dei contemplatio, poſtpoſito quocunque alio ſtudio, & cura rerum humanarum.

*Oratio à tota familia fiat.*

O quàm feruens, & potens eorum coniunctim deprecantium oratio ad Deum aſſurgeret! Diſcant à Noe patresfamiliâs cum ſuis coniunctim domi, velut in arca recluſi, Deo preces fundere, tanto potentiores ad impetrandum, quanto à pluribus maiori coniunctione animorum, & vocum ſimul emittuntur. Etenim (vt D.

D

S.Cyprian.

Cyprian. *Epiſt*. 1. docet) quicquid ſimul petitur à cunctis, Deus pacis pacificis exhibet. Diabolus quidem, cui non eſt aduersùs omnes ſatis vi-

*Oratio ſimul à multis potentiſſima.*

tium, circumuenire quærit ſolitudinem ſingulorum. Concordia enim ſimul iuncta vinci omnino non poteſt. Ita Cyprianus.

8. Aduerterim nihilominus longè clariorem eſſe in lege gratiæ perfectionem iuſtorum, quos recenſere infinitum eſſet. Includunt ſe-

*Religioſorum perfectio ſupra Noe.*

ipſos in arcam, in religionem, non ſeptem ſpatio menſium; ſed tota vita, ſi duraſſet in æternitatem, Deo viui, mortui ſibi, & mundo. Non illis eſt, vt fuit Noe in ſolatium, aut vxorum aut filiorum ſocietas; carni, & ſanguini renuntiarunt, ſolus Deus pars illorum eſt; ſed illa priora ſecula non tam ſublimem perfectionem exige-

E

bant à iuſtis. Bonus huic aſtruendæ ſententiæ

Exod. 4.

locus habetur *Exod*. 4. Nimirum Moyſes miſſus à Deo ad Ægyptiacam expeditionem, abijt, &

Procop.

reuerſus eſt ad Iethro. vbi ſic egregiè Procop. Deſtinatus Moyſes muneri Apoſtolico non expeditè eam prouinciam ſuſcepit. Tribuit nonnihil humanæ fragilitati, nec non generi, & affinitati, nec priùs in Ægyptum proficiſcitur, quàm audit fato defunctum regem Ægypti; mortis

A

enim metus ipſum grauiter angebat. Cæterùm

*Perfectio in lege gratiæ ſupra legem Moyſis.*

hoc indicat vitam, quæ ſub lege agitur, ſemper ſubiectam eſſe timori, & diuerſam in diuina & humana ſtudia. Sic ille. Sed quid in lege gra-

S.Cyprian.

tiæ? Audi D. Cyprian. *Epiſt*. 1. Milites Chriſti armati ad prælium ſtant, vinci non poſſunt, mori poſſunt: & hoc ipſo inuicti ſunt, quia nec mori timent. Neſcit Chriſtianorum natio timori

S. Hieron.

ſuccumbere, ait D. Hier. Sed quid de hac admirabili caritate qua Deum colunt, ac diuina tractant, amant, conſectantur, ſine admiſtione rerum humanarum, quarum ſtudio diuinitatis amor multum elangueſcit? Plena eſt Eccleſia Chriſti martyribus, virginibus, anachoretis, religioſis, quorum ſingulis illud veriſſimè con-

B

uenit, quod in benedictione tribui Leuiticæ feliciter eſt Moyſes ominatus. Qui dixit patri

*Chriſti milites intrepidi & expediti.*

ſuo, & matri ſuæ: Neſcio vos; & fratribus ſuis: Ignoro illos; & neſcierunt filios ſuos: hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſer-

Deut. 33.

Gloſſ.

uauerunt, *Deut*. 33. Vbi Gloſſ. interlin. A mundo alienati dicunt: Neſcio vos, patri & matri curſum mentis impedientibus, & fratribus vim diuinæ caritatis minuentibus. Volentes eſſe filij

*Deum præferendus omni propinquitate.*

Dei neſciunt filios ſuos. At Gloſſ. Ordinar. conſequenter colligit, ex hoc loco; Debemus, ſcilicet copulam terrenæ cognationis agnoſcere; ſed ſi curſum mentis præpedit, ignorare, vt affectus mentis viſcera repleat; ſed à ſpiritali propoſito non auertat. Hæc bene vaccæ in-

1.Reg. 6.

nuunt 1. *Reg*. 6. quę ſub arca Domini ad montana

C

contendentes, affectu, & rigido ſenſu gradiuntur, pro vitulis mugiebant pergentes, ſed accepto itinere greſſus non deflectebant. Denique perfectio religioſorum in lege gratiæ arcam illam, aut carcerem pro Chriſto ſubintrantium; in eo etiam fit illuſtrior, quòd non mandatis Dei tantùm ſeruandis continetur. Fecit Noë omnia, quæ mandauerat ei Dominus. Ecce

1.Tim. 1.

S.Hieron.

ſumma perfectio Noë. At iuſtis 1. *Tim*. 1. non eſt lex poſita. Vbi ſic D. Hieron. Ergo Chriſtianis, qui ſunt iuſtificati per Chriſtum, non opus eſt lege: qui didicerunt etiam occaſiones fugere delictorum. Nam vt quid dicitur: Non occides, quibus iraſci non permittitur? Hæc Hieron.

D

S.Bern.

Quem locum exponens D. Bern. *Epiſt*. 11. ſic

*Religioſa vita perfectio deſcribitur.*

ait. Non dicitur: Iuſti non habent legem, aut iuſti ſunt ſine lege; ſed iuſtis non eſt lex poſita, hoc eſt, non tanquam inuitis impoſita, ſed voluntariis eo liberaliter data, quo ſuauiter inſpirata. Vnde Dominus: *Tollite iugum meũ ſuper vos*,

Matth 11.

Matth. 11. Ac ſi diceret, non impono inuitis, ſed vos tollite ſi vultis, alioqui non requiem, ſed laborem inuenietis animabus veſtris. Bona itaque lex caritas, & ſuauis, quæ non ſolùm leniter, ſuauitérque portatur, ſed etiam ſeruorum & mercenariorum leges portabiles ac leues reddit, quas vtique non deſtruit, ſed facit, vt impleantur, &c. Planè cùm religioſi viri ſponte in arcam religionis ſe inferentes mandata omnia Domini ritè & Chriſtianè exe-

E

quantur, vlteriùs etiam eleuari, perfectiora & ſubliminora Chriſti Domini conſilia amplectuntur. Cuiuſmodi ſunt, voluntaria paupertas, rerum humanarum deſpicientia, carnis continua conflictatio, compreſſio appetitionum corporis, & animæ, caſtitas per totam vitam illibata; denique obedientia, qua nihil eſt filiis Adam legem Dei præuaricantis, in vita difficilius. Quid quæſo infra martyrium, aut magis arduum, aut æquè glorioſum, quàm vitæ

religio

religiuſæ intemerata vſque ad mortem obſerua-A tio. Et nihilominus legis iugum premebat; Chriſti inuitat gratia; vt ait S. Hieron. ad locum Matth.

S. Hieron.

## SECTIO II.

*Anno ſexcenteſimo vitæ Noe, menſe ſecundo, ſeptimo decimo die mēſis rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cæli apertæ ſunt, & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.*

B

*Quo anno mundi diluuium fuit?*

1. BEned. Pereir. quem ſequitur Gordon. vterque accuratiſſimus ex noſtris autor, ſcribit fieri cœptū diluuium anno ab orbe condito milleſimo ſexcēteſimo quinquageſimo ſexto; cùm iam Noe completum haberet ſexcenteſimum ætatis ſuæ annum. Lege apud vtrunque plura in huius ſententiæ confirmationem. Cæterùm cùm hîc fit mentio anni, ſolarem intellige; credunt enim Doctores numerari iam tunc annum ſolitum duodecim integris (vti apud nos fit) conſtantem menſibus. At quî menſis iſte dicatur ſecundus, non facilè conueniunt autores. Nam Genebrard. primum diluuij initium à menſe Octobri exorditur; Scaliger Nouembrem dicit, ratus primum anni illius menſem fuiſſe Octobrem. Communior ſententia eſt, verno tempore cœptū eſſe diluuium; quam nos potiùs amplectimur: cæterùm quónam menſe huius temporis, adhuc eſt diſſenſio. Delrio in Aprilem inclinat, annum ſcilicet à Martio inchoans. Prado item noſter 1 *tom. fol.* 18. Aprilem putat eſſe primum menſem anni Hebræorum; quare intelligit Moyſem in eo ſenſu loquutum: & conſequenter ſecundum anni menſem eſſe Maium. Lyran. *ad* 8. *Geneſ.* ita ſcribit. Iudæi faciunt menſes per lunationes; duæ lunationes faciunt quinquaginta nouem dies: primus menſis triginta dierum; ſecundus viginti nouem. & ſic conſequenter de aliis decem ſimiliter combinantes. Primus mēſis lunatio Martij ad Aprilem: & annus Hebræus minor erat noſtro diebus vndecim. Idem ad hunc locum inchoat annum, à Martio, quem primum aſſignat menſium apud Hebræos. Quare menſe ſecundo hauddubiè Aprili cœptum arbitratur diluuium. Gloſ. Interl. Niſan, hoc eſt, Maio. Gloſſ. ſequutus Rupert. *lib.* 4. *in Geneſ. cap.* 25. Menſis (inquit) ſecundus, Maius dicitur, cùm omnium, quæ in mundo ſunt ad concupiſcentiam oculorum pertinentium, pulchritudine illo tempore terra veſtitur. At parum refert, Maióne, an Aprili cœptum fuerit diluuium. Satis erit, quòd iuxta communiorem ſententiam verno tempore contigiſſe ſtatuatur. Ac primò quidem, vt demonſtraretur non ex naturæ viribus, aut cæli ſolita inclementia, aquarum illam inundationem extitiſſe, ſed Deo ſic diſponente, vt feruentiore, iam tempeſtate anni cataclyſmus inciperet, hyeme verò ingruente quieſceret. Deinde verno potiùs tempore, quàm alio totius anni Dominus in terras diluuium intulit, vti homines acriori ſenſu doloris pungerentur: ſcilicet acerbiſſimè dolentes, ſe per id tempus è vita, & è mundo extrudi, cùm pulcherrima & amœniſſima terræ facies arrideret, inuitaréque ad deliciarum omnium captandam voluptatem.

Genebr.
Scalig.
C
Delrio.
Prado.
Lyra.
D
Gloſſa.
Rupert.

*Verè contigit diluuium.*

E

A luptatem. Quod à D. Ambroſ. eleganter diſſeritur, de Noe c. 14. Secundum (inquit) menſem verni temporis fuiſſe non ambigitur, quando augentur naſcentia, ager parturit, terrarum pariter, atque animantium fœtura ſe fundit. Tunc ergo fecit diluuium quando dolor eorum maior foret, qui in ſua abundantia puniebantur; tunc vltio terribilior. Sic Ambroſ. Fortaſſe vt ſimili doloris ſenſu, acerbiùs moreretur Moyſes; iuſſit Dominus, vti aſcenderet in mòntem Nebo, ex quo latè pateret proſpectus in illā regionē melle lactéque manantem, & quam ſemper fugientem quadraginta annorum, emenſa peregrinatione tandem prehenderat; quo acriùs doleret è vita tunc excedere, cùm promiſſa regione potiri poſſet. ídque expendenti verba diuinæ Scripturæ apertum fiet. Sic legitur Deut. vlt. *Aſcendit Moyſes ſuper montem Nebo, oſtenditque ei Dominus omnem terram,* &c. *Dixitque ad eum: Hæc eſt terra pro qua iuraui,* &c. *Vidiſti eam oculis tuis, & non tranſibis ad illam. Mortuúſque eſt ibi Moyſes.* Sic ergo dolore illo acriore, Moyſes moriens eluit erratum illud, quod ad rupem, de qua elicuit aquas, contraxit, *Numer.* 20. Mortuus eſt autem iubente Domino morte quidem placidiſſima. Ne quis (obſeruat Procop.) conuiciaretur ſanctum virum, quaſi ſeruitute Dei excidiſſet, quòd non ingreſſus eſt terram, in quam ducebat Hebræos. Atque vt oſtenderetur Deus propitius, & vlciſcens, iuxta *Pſalm.* 98. vbi de Moyſe, Aarone & Samuele mentio fit, in quos diuina vindicta cecidit, ſed miſericordia ſe abundantiùs effudit. Rectè à D. Hier. ſuper illud Ezech. 16. *Iam non iraſcar tibi: zelus meus receſſit à te;* dictum eſt, non erudit pater niſi quem amat, non corripit magiſter, niſi quem ardentioris cernit ingenij, medicus ſi ceſſauerit curare, deſperat. Fer igitur bono animo, quinetiam magni æſtima vindicantis in hac vita Domini ſupplicium. Patris vtique erga filium amoris documentum, ſicuti loquitur D. Nazianz. Paternæ (ait) beneuolentiæ argumentum eſt obiurgatio; contrà verò omnis anima quæ admonitionis eſt expers, incurabilis manet.

S. Ambroſ.
*Diluuium fuit, quando acerbius homines dolerent.*
*Moyſis dolor in morte.*
B
Deuter 34.
Num 20.
C
Pſal. 98.
S. Hieron.
Ezech. 16.
*Deus vt pater caſtigat.*
S. Greg Naz.
D

2. Præterea verno tempore cùm iam aperitur annus, flaueſcunt ſegetes, vites, oleæ, ac reliquæ arbores fructuum repullulantium vbertate futuras, ſpes, ac vota mortalium excitant, ac recreant; tunc fit diluuium, vt mortales, vnà cum ſua terrenorum bonorum ſupellectili, pro cuius amore Deum offenderant, capitali ſupplicio damnentur; quod elegantiùs audies ex Ambroſio. Pereant igitur (ait) cum homine omnia, propter quem nata ſunt omnia: in ſuis diuitiis conſumatur homo, cum ſua dote moriatur. Vidimus in ſuperioribus terram gigantum violentiis, iniuſtitiis, rapiniſque infeſtam. Quid ergo mirum, ſi videant illi ſuas facultates, prædia, villáſque ante oculos, aquarum vorticibus deglutiri? Scitum eſt enim, & quotidiana comprobatum experientia illud D. Greg. Nazianz. *in ſent.* Si facultatibus tuis aliquid iniuſtè addideris, perinde ſanè feceris; ac ſi vel ignem lignis, vel corpori morbum afferas. Ad hæc in bona terreſtria primò cœpta eſt deſæuire diuinæ iuſtitiæ tempeſtas; eo quòd illa hominibus ſolent eſſe omnium, & irritamenta, & inſtrumenta flagitiorum; illis homines inflati efferantur in alios, ac Deum ipſum prorſus obliuiſcantur. Hinc Paraphraſis Chaldaica vbi nos habemus Geneſ. 49. *Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos;* com-

*Homo cum terrenis bonis perit.*
S. Ambroſ.
E
S. Greg. Naz.
*Rapina tandem vindicantur.*

mentatur: Diues in facultatibus ſuis. Nimirum A
diues, & aſinus fortis, ac violentos ſimol iun-
*Diuitiæ quæ mala generet.* guntur; fit enim ille amore terreſtrium bono-
tum penè ſtolidus, vt bruta pecus erga cæleſtiũ
deſiderium; inflatúſque tum hominibus, tum
Deut. 32. Deo ipſi à quo ditatus eſt calces impingit. Quod
Moyſes in populo Hebræorum deplorauit. Deut.
32. *Incraſſatus eſt, dilect⁹, & recalcitrauit, incraſſatus,*
*impinguatus, dilatatus dereliquit Deũ factorẽ ſuum,*
*& receſſit à Deo ſalutari ſuo.* Aduerte vbi noſter in-
terpres vertit, *dilectus*, Hebr. dici ישרון *iexurun*,
vertique ab aliis, rectus: ſenſuſque reddi videtur,
poſtquam Iſraël ille rectus, & erectus, tenuis
quidem, ac macilentus impinguari cœpit, ac
*Diues Dei obliuiſcitur,* ſaginæ pondere prægrauatus, nec Deum, nec cę- B
Tertul. lum ſuſpexit; calcitrauit. Quem locum expen-
dens Tertullian. Mentior (inquit) ſi non Domi-
nus ipſe obliuionem ſui exprobrans Iſraëli, cau-
ſam plenitudini reputat *lib. contra Pſychicos, ca. 6.*
Verbum Hebraicum בעט *baghat*, & calcibus im-
petere ſignificat, & pedibus conculcare. Alluſio
fit ad equos, & aſinos, qui quandiu tenues ac
ſtrigoſi, videntur quidem manſueti; at vbi aruina
diſtenduntur obesique fiunt; mirum quàm in-
ſoleſcant, quàm indomiti etiam aduerſus domi-
nos calcibus, dentibúſque proludat. Deinde,
vbi receſſit à Deo ſalutari ſuo: Hebr. נבל *nabal*,
quod propriè ſignificat cadere, deiicere; verti
poſſet deiecit Deum ſalutem ſuam; quia verò
cadentes, aut deiicientes, puluere & luto, aut C
deturpantur, aut deturpant; ſumitur interdum
pro fœdare; deiecit quidem ac deturpauit Deum
populus Hebræus, cùm diuina poſthabuit, ter-
renáque eſt amplexatus; vel potiùs, cum obtrito
& fœdato Dei ſui cultu ad ſordes idolorum ſe
Gloſſa. contulit: vno verbo, vt Gloſſ. interl. concludit:
Procop. Ingratus Deo, & contumelioſus. Optimè Pro-
cop. ad hæc verba Deut. explicanda duos egre-
gios adducit Scripturæ locos. Iuxta Salomonem
(inquit) anima repleta fauos conculcat, *& alibi*;
Mel ſi repereris; comede de illo quantum ſatis
eſt; ne fortè ſatiatus euomas illud. Quibus diui-
tum reſupina faſtidia de diuinis exprimuntur. Ic-
circo Dominus vbi multa diſſeruit de affluentia
terræ promiſſionis ad populum in deſerto, ad- D
iungit: *Obſerua, & caue, ne quando obliuiſcaris*
Deut 8. *Domini Dei tui*, Deut. 8. adeò proprium, ac ſoli-
tum eſt rerum humanarum affluentiæ, vt men-
tem hominis totam occupet, ac ſtupidam red-
dat; quin aliud quàm terram ac lutum cogitet.
S. Ambroſ. Rectè D. Ambroſ. hunc eundem locum addu-
cens, *de Cain & Abel, cap.* 7. apponit: Tune ergo
obliuiſceris Dominum, cùm oblitus fueris tui.
*Diuitiis mentem cæcam & infidelem reddunt.* Iſtæ namque obeſæ, & ſaginatæ pecudes huius
ſeculi primò quidem ſui oblitæ ac neſciæ, ita
viuunt, ac ſi animam rationis compotem, &
immortalem non haberent. Pericoloſa igitur di-
Oſeæ 12. uitis conditio, cuius illud eſt per Oſeam cap. 12.
*Diues effectus ſum: inueni idolum mihi.* LXX. Inue-
S. Hieron. ni requiem mihi. Vbi D. Hier. Auarus adorat E
auri idolum, & dicit in corde ſuo: Inueni
quod quærebam. Oculos enim eius diuitia-
rum, non dicam fulgor: ſed cæcitas occu-
pauit.

3. Hoc tantum diuitiarum periculum perti-
Prouerb 30. meſcens Salomon, precabatur Dominum: *Di-*
*uitias ne dederis mihi, ne fortè ſatiatus illiciar ad ne-*
*gandum, & dicam: Quis eſt Dominus.* Periculum
igitur eſt, ne diues illabatur in barathrum infi-
delitatis; ſatiatus igitur illicitur, atque impolli-
Lyran. tur ad negandam (vt Lyra intelligit) Dei maie-
ſtatem præ ſuperbia. Sicuti Pharao Exod. 5. *Quis*
*eſt Dominus, vt audiam vocem eius?* Ideo apud D. Exod. 5.
Paulum auaritia dicitur ſimulachrorũ ſeruitus,
*ad Coloſſ.* 3. Auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, Ad Coloſ 3.
*ad Epheſ.* 5. In quo autem conſiſtat iſta idolo- *Auaritia idolorum ſeruitus.*
rum ſeruitus, exponit ad hunc modum D. Thom.
Idololatra eſt, quando quis exhibet idolo hono- Ad Eph. 5.
rem debitum Deo: auarus autem honorem de- S. Thom.
bitum Deo exhibet pecuniæ; quia tota ſua vita
circa hoc eſt. Et S. Hieron. Auarus (inquit) pe- S. Hieron.
cuniam vtcunque conquirens, pleno ſacculo
delectatus, idololatra eſt: quia ſculpturam ipſius
nummi colit, & idola in eis cælata veneratur.
Sic ille. Neſciunt plerunque Deum, qui affluũt
diuitiis; ac, ſi quando fit mentio Dei, rogant:
Quis eſt Dominus? cùm tamen bonis à Deo da-
tis potiantur. In labore hominum non ſunt; &
cum hominibus non flagellabuntur; ideo tenuit
eos ſuperbia; operti ſunt iniquitate, & impieta-
te ſua, *Pſal.* 72. Tenuit. Hebr. ענקתמו *ghanaqa-* Pſal. 72.
*thmo*, torquauit, torque vnxit, coronauit. Ge- Geneb.
nebr. Eſt enim illis ſuperbia pro veſte, qua in-
duuntur pro torque, quo adornantur, pro coro-
na, qua velut reges coronati, & ſibi blandiun-
tur, & ab aliis honorari, ac ſuſpici volunt; &
cæteros ipſi deſpiciunt. At quanto ſecurior pau-
perum vita? pauperes ſuos Dominus non deſpe-
xit. Pater pauperum, millies dicitur. Deum ſic *Pauperes Deo grati.*
familiariter, vt patrem adeunt pauperes; quoti-
die pane indigent, & quotidie Patrem incla-
mant: Panem noſtrum quotidianum da nobis
hodie. Felix indigentia, quæ Deum patrem in-
digenti effecit. Quod autem in diuitibus præ-
ter ſuperbiam gignere ſolet obliuionem, imò &
deſpicientiam, ac nauſeam cæli, atque ipſius
Dei, eſt hauddubiè ipſa ſaturitas (de qua proxi-
mè) & quæ exinde ſequitur carnis turpitudo.
Elegas ad hoc aſtruendum illa eſt commenta-
tio Tertul. *lib. contra Pſychicos, cap.* 6. Explanantis Tertull.
illud Exod. 32. *Manducauit populus, & bibit, &* Exod. 32.
*ſurrexerunt ludere.* Intellige (inquit) ſanctæ Scri- *Luxuria Dei memoriam tollit.*
pturæ verecundiam, lusum niſi impudicum non
denotaſſet. Cæterùm quotuſquiſque meminerit
religionis, occupatis memoriæ locis, impeditis
ſapientiæ membris, nemo ita, vt decet, ita vt par
eſt, ita vt vtile eſt, recordabitur Dei in eo tem-
pore, quo ipſum ſibi hominem excidere ſolemne
eſt. Omnem diſciplinam victus aut occidit, aut
vulnerat. Sic Tertul. Ac longè felicior eorum
paupertas, qui (autore D. Auguſt.) facultate *Saturitas intellectus inimica.*
pauperes, ſed Deo diuites ſunt, qui mundo re-
nuntiarunt, vt Deo propiùs accedant, & ad Dei
ſint obſequio expeditiores. Nam è contrario, S. Auguſt.
quia exultauit vt gigas ad currendam viam, *Pſ.* Pſal. 18.
18. Non (ait Bern.) currentem ſequi poteſt one-
ratus. Pulchrè in Cantico Canticorum Epitha-
lamium animæ cum Deo canitur, vtique illius,
quæ à cupiditatibus mundi expedita ſoli Deo *Paupertas*
ſponſo ſe dedicauit. Quod egregiè docuit D. *Deo dicata.*
Hieron. *in 5. cap. Eccleſ.* Salomon (inquiens) in S. Hieron.
Eccleſiaſte maturæ virum ætatis inſtituens, nè
quicquam in mundi rebus putet eſſe perpe-
tuum, ſed caduca, & breuia vniuerſa quæ cerni-
mus; ad extremum iam conſummatum virum, &
calcato ſeculo præparatum in Cantico Cantico-
rum ſponſi iungit amplexibus; niſi enim priùs
reliquerimus vitia, & pompis ſeculi renuncian-
tes, expeditos nos ad aduentum Chriſti para-
uerimus, non poſſumus dicere: Oſculetur me
oſculo oris ſui, *Cant.* 1. Sic Hieron. recole ver- Cant. 1.
bum Hebr. ישרון *iexurun*, de quo paulo antè,
pro

pro quo rectum, & dilectum vertimus, & egenum, ac tenuem, bonis videlicet mundi macrum expoluimus; ex quo apparet pauperem, & dilectum Deo prorſus eundem eſſe. An non à Paulo vocatur altiſſima paupertas? 2. *Corinth.* 9. Vbi D. Anſelm. Altiſſima, ideſt, nobiliſſima, & præconiis extollenda paupertas. Vel profundiſſima: *Abundauit* (inquit Apoſtolus) *in diuitias*, &c. Forte profunditas quædam admirabilis in paupertate euangelica ſignificatur ad caepiendum Deum, Deíque theſauros. Altiſſima, ideſt, humillima: adiungit Anſelm. Deo namque ſummè capacem reddit animam humilitas. Quid profundius, & humilius, quàm illud: Ecce ancilla Domini? At quid ſublimius, quid opulentius, quid diuinius, quàm Dei mater? Quem cæli capere non poſſunt, ſuo excepit, & portauit vtero Virgo beatiſſima. Denique illa etiam ratio ſignificari videtur in verno tempore, cùm diluuium euenit, vt nimirum ingratitudo mortalium publicitus damnaretur. Quæ ſententia D. Ambroſ. verbis ad hunc locum conſpicua valde fiet. Tanquam (inquit) diceret Deus: Ecce omnia ſecundùm liberalitatis diuinæ prouidentiæ gratiam diues natura generauit; omnia in vſum hominum germinauit terra fœcundior; non deeſt terra obſequiis ſuis, nõ beſtię deſunt muneribus ſuis, quæ ſolennes ſoluuntur in partus, vt homini nihil deſit. Homo ſolus partibus ſuis deeſt, neſcit autorem ſuum, à quo ei omnia miniſtrantur, negligit conditorem. Damnatum igitur iuxta D. Ambroſ. ſententiam eſt humanum genus ſimul cum ſuis opibus, ipſis nimirum Dei beneficiis, quibus perperam in benefactoris contumeliam fuerat abuſum; diluuio humanæ ſcilicet ingratitudinis ſupplicio. Nam, vt rectè D. Baſil. *lib. 1. de ſpirit. ſanct. ca. 19.* ſcribit. Extremæ ingratitudinis eſt benignitatem benefactoris occaſionem facere ingratitudinis. Secundum menſem, ex communiore doctorum opinione ſtatuimus eſſe anni ſolaris, qui poſt milleſimum ſexcẽteſimum quinquageſimum ſextum, à condito mundo inchoabatur. Cæterùm non caret veriſimilitudine, ſi intelligatur menſis ſecundus vitæ Noe; ita vt referatur menſis ſecundus ad præcedentem numerum annorum: videlicet anno ſexcenteſimo vitæ Noe menſe ſecundo anni ſequentis Noe, cùm Noe haberet ſexcentos annos iam completos, & duos prætetea menſes, non omnino completos, ſed vnum integrum, & alterius ſeptendecim dies. Hæc explicatio eſt Caiet. Supputatur (inquit) tempus relatiuè ad vitam Noe, & id aptè; quandoquidem Noe pater noui ſeculi erat. Agebat itaque Noe ſecenteſimum ſuæ vitæ annum, agebat menſem ſecundum illius anni, agebat decimumſeptimum diem illius menſis ſecundi, quando incepit diluuium. Ita Caiet. Eſt quidem hæc ſupputatio expeditior, & fortè ad literam accommodatior: quorſum enim ita loqueretur ambiguè Moyſes, vt annum ad vitam Noe, menſem verò ad ætatem mundi referret? Quare Bened. Perer. Caietani laudat, & ſequitur explicatum.

*2. Cor. 8.* *S. Anſel.* *Altitudo humilitatis.* *B. Maria humilis & ſublimis.* *S. Ambr.* *Ingrati homines Deo magnifica.* *Diluuium ingratitudinis pœna.* *S. Baſil.* *Quo anno & menſe Noe fuit diluuium.* *Caiet.* *Perer.*

4. *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cæli apertæ ſunt.*] Abyſſus Græcum eſt nomen: ſignificat autem, vt docet D. Baſil. *homil. 2. in Geneſ.* copioſam aquam, ad cuius fundum non facilè penetrari poſſit deorſum versùs. D. Auguſtin. *in Pſalm. 41.* ſic definit: Abyſſus eſt profunditas quædam impenetrabilis, & incomprehenſibilis, & maximè ſolet dici in aquarum A multitudine. Vbi enim altitudo, ibi profunditas eſt, quæ penetrari vſque ad fundum non poteſt. Qua voce in ſacris literis crebrò ſignificatur profunditas aliqua impenetrabilis, vt iudiciorum, theſaurorum, lucis, potentiæ, naturæ Dei. Sic etiam perquam appoſite virgo Dei mater (vt alibi memorauimus) à S. Damaſceno vocatur abyſſus gratiarum. Nam ſi gratiæ diuinitus virgini collatæ ſunt ad normam, & menſuram illius dignitatis, in quam euecta eſt; quis quæſo incomprehenſibilem gratiarum profunditatem in virgine, vel cogitando emetietur, cùm prorſus creato intellectui ſit incomprehenſibile, quid tandem ſit mater Dei? Etiam in virB gine matre habitat Deus lucem inacceſſibilem. Accedamus igitur ad eam, vt illuminemur; ab iſto immenſo pelago pietatem, ac puritatem, imò & ſalutem animæ hauriamus. Hebraicus contextus habet. ביום הזה נבקעו כל-מעינות תהום רבה וארבת השמים נפתחו *baiom hazeh nibqeghu col-maghienoth tehom rabbah, vaarubboth haxxamaim niphtachu*: in die hoc rupti ſunt omnes fõtes voraginis multę, & cataractę cæli apertæ sũt. Vorago multa, in ſingulari, pro plurali, vt crebrò fit; voraginum nimirum multarum fontes omnes diſrupti ſunt. En prima cauſa diluuij, præter Dei voluntatem naturas rerum ſic diſponentis; non quidem intelligitur mare, vt nonnullis placuit, ſed innumeræ, vaſtiſſimæ ac proC fundiſſimæ cauitates, ſinúſque terræ, cuius per ſubterraneos meatus grãdis aquarum copia permeat. Diſciſſa ergo tellus per infinitos hiatus effudit immenſam vim aquarum, nouos fontes, lacus, flumina, & antiqua nouis aucta incrementis, in exitium mortalium, quaſi in acie præliatura pro creatore diſponit exercitum, milites incitat, bellicum prima canit; in qua maximè flagitia hominum, offenſo lumine proruperunt. Porrò autem maria, ſolito vehementiùs, atque altiùs intumeſcentia, ſuis excita ſedibus procurrere, expatiari, omnia latè fuséque deuorare videbantur. E cælo interim diſruptis nubibus crebri ſine intermiſſione imbres, agglomeD ratæ pluuiæ, horribilis grando, flumina, fulgura, tonitrus, inamabilis vbique tempeſtas, eliſo vere pertinax hyems. Omnia vno agmine ad exitium humani generis incumbere. Cataractæ cæli, feneſtræ, canales, fiſtulæ dicũtur. Hebr. ארבה *arrubbah*, à radice ארב *arab*. inſidiari ſcilicet per foramina, cancellóſque ianuarũ. Græcè autem *καταῤῥάκται*, à verbo *καταῤῥήγνυμαι*, præceps deorsũ ruo, dicitur, quod deiicit, aut deiicitur deorsũ magno impetu, & fragore, quare tum res, quæ ſic præcipitatur, tũ locus ipſe à quo demittitur cataracta eſt. Nimirum in catadupis Nili, & præruptis noſtri Anæ gurgitibus; atque vniuerſim in hyemalibus præaltarum rupium torrentibus, cùm vortices ipſi aquarum E horribili ſonitu, vſque proruentes: tum loca ipſa, per quæ deorſum deuoluuntur, vocari ſolent cataractæ. At quódnam cælum hic intelligitur: Eugubinus, Oleaſter, Abulenſ. cælum ipſum criſtallinum accipiunt; vbi veræ atque elementares aquæ à Deo in prima mundi molitione poſitæ dicuntur; ex qua veluti per fiſtulas diſciſſo immenſa imbrium copia deiecta in terram fuit. Hanc opinionem rectè atque eruditè refellit Perer. *lib. 12. in Geneſ.* Communi ergo ac ſaniori ſententiæ inſiſtimus. Cælum pro aëre, vnde pluuiarum imbres decidunt, capimus, vt frequẽter vſurpatur in ſacris literis. Totus enim

*Quid ſit abyſſus?* *S. Baſil.* *S. Auguſt.* *B. Maria abyſſus incomprehenſibilis.* *S. Ioa. Dam.* *Diluuium deſcribitur.* *Vnde, & quomodo imbres diluuij.* *Perer.*

aer

aër per vaſtiſſimas ſciſſuras quodammodo hiare, A & non guttatim, ſed ingentium ac furentium fluuiorum more, imbres effundere videbatur. Sic reſoluta in aquarum gurgites, tota mundi machina, maria vndique, & vndique maria, hoſtem Dei ac proditorem hominem obſidebant, oppugnabant, contorquebant.

5. *Et facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* ] Si naturæ vires quis expendat, ac diluuiũ illi adſcribat, profectò *Naturæ vis in deſtructione.* mirabitur, quòd tam breui tempore, oppida, villæ, horti penſiles, pomaria, vineæ, latifundia, & immenſæ multos per annos ſummo labore induſtriáque mortalium, opes congeſtæ, quadraginta dierũ ſpatio funditus perierint? Illúdq; vſurpabit B *Senec.* Senecæ *natural. quæſt. c. 27.* Nihil difficile eſt naturæ, vtique vbi in finẽ properat: ad originem rerũ parcè vtitur viribus, diſpensátque ſe incrementis fallentibus: ſubitò ad ruinam toto impetu venit. Cæterùm quia conſtat hocce diluuium diuinæ omnipotentiæ opus fuiſſe, contrà mirari poſſumus, cur qui mundum ſex dierum ſpatio condiderit, conditúmque perfecerit; non momẽto temporis, quod poterat, aut certè paucos intra dies euerterit? At cùm illa citatiſſima rerum fabricatio, tum iſta ſic lenta earundem deſtructio ſummum eſt diuinæ bonitatis argumentum: atque vt de illa nihil hoc loco dicamus, de iſta ſic *S. Chryſ. Miſericordia Dei cum caſtigat.* diſſerit D. Chryſ. Volebat Dominus propter ma- C gnam miſericordiam, etiam aliquos ex eis caſtigatos generalem hanc internecionem effugere, cùm ante oculos viderent proximos ſuos perire, & imminere ſibi communem interitum. Veriſimile enim eſt primo die bonam aliquam partem diluuio periiſſe, & ſecundo die accreuiſſe aliquid diluuij, & ſimiliter die tertio, & quarto, & reliquis. Ita Chryſ. Videtur autẽ arbitrari ſi aliqui, ſaltem aliorum pereuntium exemplo admoniti, reſipiſcerent, Deique miſericordiam deprecarentur, futurum vt à communi exitio euaderent. *S. Chryſoſt.* Tarditatem iſtam Dei vindicantis idem Chryſ. eleganter commendat, expendens illã per ſeptẽ dies circuitionem arcæ minantis excidium Hie- D *Ioſuæ 6.* richuntinis, *Ioſue 6.* Sic enim ait *homil. 5. de pœnit.* Deus tardat ad demolitionem, ad reparationem properat. Nos quidẽ multo in tẽpore ędificamus, paruo deſtruimus. Deus è contrario cùm ſtruit, *Dei tarditas ad puniendũ.* velociter ſtruit: cùm deſtruit, tardè deſtruit. Velox Deus ſtruens, tardè deſtruens: illud quidẽ potentiæ, bonitatis iſtud: potentiæ excellentia velox, multa de bonitate tardus. Sex in diebus cælum terrámque fecit, & conſummauit. Hic igitur tam velox in conſtruendo, cùm cepeſit vnius demoliendæ vrbis conſilium, inuenitus eſt bonitate tardus. Mundum vniuerſum ſex in diebus conſtruis, & vnam vrbem ſeptem in diebus ſoluis? quare non repentè deſtruis? Num potentia E imbecillior? Sed clementia diutiùs tolerat. Ita Chryſ. Hoc ipſum ingenium Dei confirmatur, multis & crebrò repetitis diuinæ Scripturæ teſtimoniis. Illud interim vnum inſinuabo. *Iſai. 6.* Iſai. 6. & Apoc. Deum legimus in throno reſidentem, ac circumcirca innumerabiles Angelos ſpiritualis, alacritatéque expeditos ad parendum Deo: ſunt enim omnes adminiſtratorij ſpiritus miſſi à Deo in bonum, vtilitatémque mortalium. Vide bonitatem Dei noſtris commodis inuigilantem, atque innumeris iiſque alatis, atque Euro ipſo velocioribus miniſtris ad conferenda beneficia vtentem. Maxime verò totus ille apparatus fit, vt cõtra hoſtes animatũ armetur, & accurrat totus Angelorũ exercitus; tãdémq; victores ipſi cęlites exultẽt capta pręda, *Iſ. 9.* vbi egregie S. Hie- *Iſai. 9* ron. Diabolo (inquit) & ſatellitibus eius ſi optio *S. Hieron.* detur, magis eligent perire flammis, quàm prædam perdere. Contrà verò Pſal. 104. *Vocauit fa-* *Pſ. 104* *mem ſuper terrã.* Et 4. Regum 8. *Vocauit Dominus* *4. Reg. 8.* *famem, & veniet ſuper terram ſeptẽ annis.* Vocauit; vtique non aſſiſtit fames ante Dominum, procul abeſt à Deo, cuius eſt nomen שדי *xadai*, abũdantia, qui aperit manum, & implet omne animal benedictione, qui ſolus inexplebilem hominis mentem ſatiabit, cùm illi gloriam ſuam aperuerit. Procul abeſt fames, quam è longinquo accerſit, ſi quando illa opus eſt vti, ad mortalium calamitatem in pœnam ſcelerum. Quo præter alia oſtenditur tarditas puniendi. Dum enim accerſit Deus famem, dum illa ſeſe parat itineri, dũ aduenit, accedit, audit mandatum creatoris, accingit ſe ad deſcenſum in terras, dum eò tandem delabitur: longæ nectuntur moræ, & pœnæ diutiùs retardãtur. Poſtremò non quidem momẽto temporis, ſed per quadraginta dies mundum abſorbuit, vt omnem peccatoribus excuſationem adimeret: nam ſi obſtinati peribunt in ſuis ſceleribus, immeritò cõquerentur, quòd imparati, incauti, nihil tale opinantes ſi repẽtino intercepti fuerint interitu. Pro ſua enim miſericordia (inquit D. Chryſ.) tanta dierum productione vſus *S. Chryſ.* eſt, vt omnem defenſionis prætextum adimeret.

## SECTIO III.

*In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, & Sem, & Chã, & Iapheth, filij eius; vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis, in arcam: ipſi & omne animal ſecundùm genus ſuũ, vniuersáque iumenta in genere ſuo, & omne quod mouetur ſuper terrã in genere ſuo, cunctúmque volatile ſecundùm genus ſuũ, vniuerſæ aues, omnéſque volucres, ingreſſa ſunt ad Noe in arcã, bina & bina ex omni carne, in qua erat ſpiritus vitæ. Et quæ ingreſſa ſunt, maſculus & fœmina ex omni carne introierunt, ſicut præceperat ei Deus.*

1. DVo hîc faceſſunt negotium. Quiſnam iſte dies; quis etiam illius articulus? De die quidem ſtatuimus ſuprà veriorem ſententiam diuinóque textui aptiorem. Ingreſſus nimirum eſt arcam Noë ſeptem dies, antequam diluuium inciperet: qui dies nunc repetitur, quo ingreſſus ille fuit, cuius hîc aſſignatur de nouo articulus Hebraicè בעצם היום *beghecem haiom.* LXX. ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, in die hac. Lypom. Pagnin. & alij, ex Hebræo transferunt, in ipſomet die, de quo paulo antea dictum fuerat. Verùm ſi vocem Hebræam עצם *ghecem*, exquiſitiùs diſcutiamus, aliquid adhuc adnotari amplius illo ipſo die reperiemus, quòd interpres, in articulo vertens ſignificare voluit. Radix igitur Hebræa עצם *ghaçam*, ſignificat, roborare, augere, multiplicare, aliquando etiam claudere: vnde *ghecem*, fortitudo, os oſſis, corpus. Quare vertunt nonnulli, in robore diei, in corpore diei; robur enim diei dicitur totum illud ſpatium inter mane, & veſpere, maximè prope meridiem, vbi maior lux & robuſtior eſt. Luſitanè *na força do dia, ou na alto dia.* Legunt alij, in corpore diei huius. Et fortaſſe accommodatiùs Hebraiſmo; corpus enim cuiuſque

A iuſque rei ponitur ſæpius prò ipſamet re, de qua ſermo eſt. Vti Leuit. 23. *Non comedetis*, עד עצם *ghad ghecem*, *vſque ad corpus diei huius*, id eſt, vſque ad hunc ipſum diem; quia verò radix Hebræa *ghaçam* interdũ ſignificat claudere, vt apud Iſaiam 33. *Claudit oculos, ne videat malũ*. Hebraicè ועצם עיניו *veghocem ghenau*. Ideo fortaſſe noſter Interpres vertit, in articulo diei: hoc eſt, in extrema periodo diei, ſub veſperam. Luſitane, *ſobelatarde*. vel etiam (quod malunt alij) coincidit cum robore diei. Etenim articulus a Latinis ponitur pro temporis opportunitate, pro momento quodam tempeſtiuo, atque opportuno agendi; cuiuſmodi apud Marcũ Tullium *Orat. pro Quintio*, vt hominem ſuis conditionibus in ipſo articulo temporis aſtringeret. Et D. Hier. *Epiſt. ad Iulianum*: Filius meus, frater tuus Auſotius in ipſo iam profectionis articulo, atque in puncto temporis vacuum ſe redire arbitratus eſt. Porrò, quænam pars diei opportunior ad ingrediendum in arcam, & quælibet alia humana negotia peragẽda eſſe ſolet quam robur diei? Caiet. vertens, in proprietate illius diei, duo contendit. Primũ eſt, vnu eodémque die, non autem in pluribus, Noe cum familia & omnibus omnino animantibus ingreſſum fuiſſe: quod fortè alicui videbitur factu difficillimum; vno ſcilicet die tantũ potuiſſe negotium confici. Alterum eſt, in proprietate iſtius diei demonſtrari diem præcedentem, id eſt, pridie illius diei quo factum eſt diluuium Noe C ingreſſum. Verùm hæc interpretatio non aptari poteſt ad verba huius loci, & apertè repugnat exordio huius ſeptimi capitis, vbi Dominus precepit Noe: *Ingredere tu, & omnis domus tua in arca, adhuc enim & poſt ſeptẽ dies ego pluam*; & paulò infrà: *Ingreſſus eſt Noe in arcam; cúmque tranſiſſent ſeptem dies, aqua diluuij inundauerunt ſuper terram*. Quid clarius dici poteſt, & ſignificantius, vt demonſtraretur Noe ingreſſus in arcam, & in ea recluſio per ſeptem dies, antequam fieri diluuium inciperet?

Leuit. 23. | Iſai. 33. | *Quo puncto diei Noe ingreſſus eſt in Arcam.* | Marc. Tul. | S. Hieron. | Caietan.

2. Iterum ordo inculcatur introeuntium; vt à fœminis ſeiuncti maſculi, & ingredi, & eſſe in arca intelligantur, ad commendationem caſtitatis: ſed ſua non deeſt coniugio laus; cùm Rector D arcæ, & alter humani generis parens, ſimul cum liberis vxoratis è diluuio ſeruetur; vbi enim pietas, religio, virtus, iuſtitia, quæ in illis coniugibus eminebat, inueniuntur; nullum eſt ad Dei obſequium, & animæ ſalutem in carnis coniugio impedimentum. Mira & multa ſunt iuſtorum, in ſancto matrimonio exempla; quorũ aliqua percurrẽs D. Chryſ. *in 1. Corint. 6.* ſic effatur. *Vidi Dominũ ſedentem*, &c. Iſai. 6. Quis hæc loquitur? Iſaias ille ſpectator cæleſtium Seraphim, qui cum coniugio commercium habuit, nec tamen extinxit gratiam, Moyſes nónne habebat vxorem, & tamen petram diſrupit, aërem mutauit, cum Deo colloquebatur, diuinam iram cohibuit. Abrahã vxorem habuit, & tamen pater factus eſt gentiũ E in Eccleſia. Hæc Chryſ. Quæ doctrina vſque adeò vera eſt, vt iuſti & pij coniuges ſi velint, domum ipſam connubialem, reddere poſſint ſacroſanctam, vt templum Domini. ne inniceris dictum iandi Paulum 1. Cor. 16. *Salutate Priſcillã, & Aquilam cum domeſtica ſua Eccleſia*. En vides Eccleſiam dici, quæ domus erat maritalis; quia (inquit Theophylact.) vbi multa pietas eſt, & virtus, domus illa Eccleſia dicitur. Proinde matrimonio coniuncti hoc audiant, quòd matrimonij nomine ad virtutem, nec impediantur, nec læduntur.

*Matrimonij inter iuſtos laus.* | S. Chryſ. | Iſai. 6. | 1. Cor. 16. | Theoph.

A Sic ille. S. Hieron. in laudem concordiæ Chriſtianæ locum Pauli interpretatus; Domeſticam (inquit) congregationem fraternitatis Eccleſiam nominauit. Nuptiarum caſtitas, & caritas de domo communi ſacroſanctum Dei templum efficiunt. Euidens id quidẽ eſt in Iſaia (de quo paulo antè) cuius etſi vxorati oculus priuilegio virginum potius Deum ipſum puriſſimum potuit contueri. Nec minus in Moyſe cuius humando corpori Angeli ipſi deſeruierunt, vti D. Epiphan. hiſce verbis aduertit. Sepelierunt Angeli, vel, vt habet traditio quę ad nos deuenit, corpus Moyſis ſancti, nec inquinati ſunt Angeli a ſancto corpore. At fuerit hæc iuſtorum in coniugio cõmendatio, nec illa priora ſecula perfectiorem vitæ, ac B virtutis ſtatum ex ſe proferebant, aut ipſe Deus ab illis exigebat; hyems ergo illa tranſit, vernum gratiæ tempus aduenit, flores apparuerunt in terra, Deus homo natus ex matre virgine, demonſtrauit, quanto ſublimiora ſint encomia caſtitatis, maxime verò pudicitiæ virginalis, quam in matre & in ſeipſo conſecrauit. Iam nunc Petrus, qui habuit vxorem, regendæ arcæ Eccleſiæ præficitur quidem, ſed Ioannes virgo recumbit in ſinu Domini: Ioanni virgini mater Dei in matrem quaſi teſtamento commendatur: Ioannes (ait D. Hieron.) Petro tardiùs ambulante elatus virginitatis alis præcurrit citiùs ad Dominũ. Apoſtoli omnes adeò dilecti a Domino ſunt, vt de C illis ipſe pronunciet, *Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus*, Pſalm. 138. Et iuxta Paraph. Chald. nimis ſtupendæ & mirabiles ſunt cogitationes tuæ Deus. Nec aut auguſtius ad honorem, aut dulcius ad iucunditatem dici quicquam poſſet. Adeò cari Domino ſunt, vt ipſius curæ, ſolicitudines cogitationéſque dicantur; ac ſi, quicquid Deus cogitat, nihil niſi Apoſtoli ipſi ſint. Quænam ergo iſthæc eſt amoris demonſtratio, vt inter cariſſimos ac dulciſſimos Deo adhuc Ioannes merito id quidem virginei pudoris ſic emineat, ſolúſque illo gaudeat encomio: Diſcipulus ille quem diligebat Ieſus? Quod autẽ (inquit D. Aug. *tract. 124. in Ioan.*) maius dare potuit Ieſus erga Ioannem ſuæ dilectionis indicium, D quàm vt homo cum cæteris condiſcipulis ſuis ſocius tantæ ſalutis, ſolus tamen diſcubuerit ſuper pectus ipſius Saluatoris?

S. Hieron. | S. Epiph. | *Virginitas in lege gratiæ prælata.* | S. Hieron. | Pſal. 138 | *Apoſtoli quã dilecti Chriſto.* | S. Auguſt. | *Ioannes virgo ſupra pectus Ieſu.*

3. *Ingreſſus eſt Noe, & filij eius*, &c.] Etſi mœſtus ob excidium humani generis, at lætus tamen ob comitatum filiorum, quos à diluuio ſcelerum ac pœnarum ſoſpites ſaluóſque ſecum in arcam colligebat; nec hominibus in coniugio alia ſolet obuenire gratior voluptas, quàm ex incolumitate liberorum. Dulciter (vt aiunt) emoriuntur, cùm poſt ſe filios incolumes, diuites, glorioſos relinquuntur. Quis crederet Dauidem virum illum ſecundùm cor Dei, multis & maximis à Deo cumulatum beneficiis, nunquam tamen ita gaudio exiluiſſe, & gratum ſe Deo E exhibuiſſe, ſicuti cùm à Domino accepit: *Suſcitabo ſemen tuum poſt te*, &c. Vide exultantem, vide gratias habentem. Ingreſſus eſt autem Rex Dauid, & ſedit coram Domino, & dixit: *Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxiſti me huc uſque? ſed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo Domine Deus: niſi loquaris etiam de domo ſerui tui in longinquum*. Deinde, ſapientiſſimus Rex, ne cui videatur leui quodam ſucceſſu efferri, ac de promiſſione prorſus humana, & futili geſtire, ſubiicit rationem: *iſta eſt enim lex Adam. Domine Deus*,

*Parentum voluptas ex liberis.* | 2. Reg. 7.

Solliciti homines de poſteritate.
Lyra.
Arca Noe caritatis, non timoris.

*Deus*, 2. Reg. 7. At quænam iſta lex Adam, lex A hominum, quam Dauid obſeruans omnem vanitatis calumniam deprecatur? Nimirum (ait Lyra) vt quiſque ſit ſolicitus de poſteritate ſua. Noe cum filiis, Noe cum vxore, filij cum vxoribus, omnia perſonant caritatem, ſine qua regi non poteſt arca incolumis per diluuium; nec ſeruus, nec ancilla introducitur, inauſpicatum vtique timoris nomen procul ab arca illa ſalutis arcetur. Nec ipſe naturæ Dominus in arca ſuæ Eccleſiæ, aut verò potiùs Apoſtolicæ familiæ, ſeruorum admiſit nomenclaturam; *Nō dicam* (inquit) *vos ſeruos, ſed amicos*, &c. Quem locum D. Bern. *ſerm. 59. in Cant.* ſic obſeruat: Vides amori cedere etiam maieſtatem? ita eſt; ne- B minem ſuſpicit amor, ſed ne deſpicit quidem; omnes ex æquo intuetur, qui perfectè ſe amant; & in ſeipſo celſos humiléſque contempetar, nec modò pares, ſed vnum eos facit. Sic Bern. Meminerint, qui religioſis familiis præſunt, amore ſe potiùs, quàm timore cum ſubditis, omnia quotquot volent, perfecturos; oderint arrogantiam, remis veliſque fugiant elationem mentis, ac vultus ſupercilioſi, qua inaniter inflati, ſuſpici, adorari, ac timeri volunt, amari prorſus ſtudeant, modeſtiam, & fraternæ caritatis æqualitatem, præſeferant. Pulchrè in hocce argumento ille titulus, quem Salomon ſuo libro Eccleſiaſtæ inſcripſit, *Verba Eccleſiaſtæ filij Dauid Regis Hieruſalem.* Vbi obſerua C nomen Regis ad Dauid pertinere. Itaque mirum eſt, cur Salomon ſe non Regem appellârit? nempe quia ſe dixit Eccleſiaſtem Græcè, Hebr. קהלת *quoheleth.* qui (vt interpretatur D. Hier.) eſt, qui cœtú, ideſt, Eccleſiam congregat, concionatorem poſſumus nuncupare. Reſpondet igitur ſanctiſſimus Doctor: Ad perfectos, vbi nō timore eruditur diſcipulus, ſed amore filius proprium nomē ſufficit: & æqualis magiſter eſt, & neſcit eſſe ſe regem.

Ioan. 15.
S. Bern.
Prælati humanitas & caritas.
Eccleſ. 1.
S. Hieron.
Humanitas inter magiſtrum, & diſcipulum.

Animantium concordia in Arca.

4. *Et omne animal*, &c.] Magna profectò laus Noe; arcam regis tam multiplici fœtam animantium genere, vbi terreſtres belluæ, feræ, D dracones; vbi aues, & carniuoræ alites; nec vlla inter ſe diſſidia, nec cum Noe, ipſi vſque familia concitarunt; diuino id quidem miraculo; ſed etiam ipſa viri iuſti admirabilis virtus, atque virtutis ipſius veneranda maieſtas domare interim potuit belluas, & in officio concordes tenere. Nec id videbitur incredibile, cùm ſimilia portenta legerimus. Quæ D. Chryſ. eleganter ad commendationem virtutis expendit his verbis: Iuſtus erat Daniel, & leones agnouerunt dominium: viderunt eum non geſtaſſe peccatum, & eum ſupplicij expertem reliquerunt. Peccauit Propheta 3. *Reg.* 13. & eum leo in via morte affecit; erat enim mendaci fuligine attra- E ctus, & leo eum non agnouit: ſi Prophetam vidiſſet, vt Danielem eum honoraſſet; inuenit pſeudo prophetam, & tanquam alienum inuaſit; dominus mentitus eſt, & ſeruus negauit dominium. Sed quod ad Noe attinet, audiamus ex ipſo Chryſ. *homil. 24. in Geneſ.* Verſabatur (inquit) homo iuſtus in medio beſtiarum. Recordare quantæ dignitatis fuerit Adam ante inobedientiam, & quòd præuaricatio hanc poteſtatem nobis datam imminuerit. Inuenit autem Dominus alium virum, qui potuit innouare imaginem priſtinam, & ſeruare virtutis characteres, magnámque in mandatis Deo obedientiam prætulit, & ad primum ſuum honorem

D. Chryſoſt.
Virtus iuſti domat belluas.
3. Reg. 13.
S. Chryſoſt.
Noe reparator humanæ dignitatis.

iterum rediit, quaſi docens nos operibus quantam poteſtatem Adam ante inobedientiam habuerit. Virtus itaque iuſti diuina miſericordia adiuta primum reparauit dominium, agnouerúntque beſtiæ iterum ſubiectionem: cùm enim viderint iuſtum, obliuiſcuntur naturæ ſuæ, imò ferociæ, & natura inſitam ferociam in manſuetudinem conuertunt. Ita Chryſ. Admirabilis profectò eſt potentia virtutis, qua etiam per omnes ætates, qui ſanctitatis laude floruerunt, armati (vt legimus) leones, pardos, ſerpentes edomuerunt; inſtaurato videlicet illo dominio, quo in ſtatu innocentiæ primus homo potitus eſt, vt doceamur quanta ſit excellentia virtutis, cui etiam feræ poſita ſæuitia famulantur, & quàm ſit hominis pernicioſum peccatum, cuius in pœnam brutæ animantes à debito iure obedientiæ erga hominem terræ principem deſciuerunt. Hanc denique virtutis vim viri ſancti experti, mirum eſt vti audacter & ſecurè feras inter verſentur? Quod D. Chryſ. adiungit: Daniel (ait) cùm à leonibus circundaretur, quaſi ab hominibus ſtiparetur, ſic intrepidè viuebat; quandoquidem iuſti fidentia ferarum naturam frænabat. Diſcant ex hoc loco principes, ac reges huius ſeculi, ſi intra arcam Domini ſunt, ſi fideles, ſi Chriſtiani, ſi catholici, poſita omni regnorum feritate, atque ſuperbia, Chriſti vicario in terris Romano, & vniuerſali Pontifici arcam & Eccleſiam regenti obedire, amore nimirum, ac modeſtia filiali; filij ſunt Eccleſiæ; nec auguſtiores præferunt titulos, quod D. Ambroſ. *in Oratione contra Auxentium* edocet. Quid (inquit) honorificentius, quàm vt Imperator, Eccleſiæ filius eſſe dicatur? Imperator bonus intra Eccleſiam, non ſupra Eccleſiam eſt. At erit, qui humilitatem iſtam in principe obediente Eccleſiæ abiectam, & regia maieſtate indignam execretur: profectò auguſta, & regia virtus eſt. Quam idem Ambroſ. *Epiſt.* 26. venerans in Gratiano Auguſto Imperatore proclamat: Humilitatem prædico in Imperatore ſublimem. Neque verò mihi ſuccenſeant principes, quòd eos ferarum nomine infamem: Principes planè ſunt, Dei miniſtri, atque adeò dij fortes terræ; id quidem dignitas regia parit. At quis neget feras, & pecudes moribus, ſi à virtute, quæ regibus ineſſe debet, deſciſcant? Rectè Theod. *Orat.* 4. *in Dan.* barbaros mores diſcutiens Chaldæi regis ſic ait; Nabuchodonoſor, quia in ſibi ſubiectos ferina mente & animo fuerat; meritò etiam ferina & agreſti vita damnatus eſt. Eiuſdem regis arrogantiam D. Greg. 5. *moral.* 8. obſeruans: Quia (inquit) ſe elatione cogitationis ſuper homines extulit, ipſum ſenſum hominis amiſit.

Mira potentia virtutis.
Daniel inter leones ſecurus.
S. Chryſ.
Regum honor obedire Pontifici Romano.
S. Ambr.
Gratiani imperatoris virtus.
Theod.
Principes moribus efferati.
S. Greg.

5. *Ingreſſus eſt Noe, & filij, & omne animal in arcam.*] Peropportunus locus ad erudiendam, & fortitudinem & patientiam bonorum cum improbis viuentium, præſertim prælatorum, qui ſub eodem tecto, intra eandem arcam vnius familiæ religioſæ verſantur cum ſubditis, in quibus adhuc ſylueſcit animalis homo, qui non ſapit quæ Dei ſunt, necdum ad ſpiritus puritatem aſpirauit. Qua de re luculentiſſima eſt D. Bern. *Epiſtol.* 25. *ad Hugonem Archiepiſcopum*; in qua inter alia ſic ſcribit: Si diei malitia inualeſcit, non præualeat. Si turbat, non perturbet. Et quidem inter bonos bonum eſſe, ſalutem habet; inter malos verò & laudem. Illud tantæ facilitatis eſt, quantæ, & ſecu

S. Bern.
Prælatus, bonus cum malis ſubditis.

ſecuritatis; hoc tantæ virtutis, quantæ & diffi- A
cultatis. Quale nempe eſt iſtud, tangere picem,
& non ioquinari ex ea, io igne ſine læſione ver-
ſari; & in tenebris abſque caligine? palpabant
quondam tenebras Ægyptij, cùm tamen de po-
pulo Dei Scriptura dicat: *Vbicunque Iſraël erat,*
Exod. 10. *lux erat*, Exod. 10. Erat Dauid verus Iſraëlita, &
ideo cautè dicebat ſe habitare non in Cedar, ſed
Pſal. 119. cum habitantibus Cedar, *Pſ.* 119. Tanquam qui
ſemper habitaret io lumine, licèt ipſi fuerit cum
habitantibus Cedar corporalis cohabitatio. Sic
Bernard. Noë quidē cū feris & pecudibus intra
arcam detinetur, ſed iuſtus tamen, nihil abiectū,
nihil ſordidū, aut ſæuum ex huiuſmodi cōſortio
contraxit. Ad hæc, cum beſtiis Noë, vt præfert B
nomine, ita animo, requiem & patientiā ſeruat:
nouit regere, nouit & patiētet agere; nec patiētia
illū remiſſum, nec regimen temerariū, aut trucu-
lentum reddit. Hæc doctrina conducit apprimè
rectoribus animarum, imò & principibus huius
S. Bern. ſeculi. Quam egregiè inculcat idem Bern. *in ead.*
Egregia for- *epiſt.* cùm ſubiicit: Oportet patiētem eſſe; nec ſo-
ma regiminis. lum patientem, qui nolit vinci à malo; ſed & pa-
cificum, qui vincat in bono malom. Alterum, vt
malos portes; alterum, vt & quos ſuſtines, ſanes.
Io patientia tua poſſides anjmam toam. Sed ſis
etiam pacificus, vt & commiſſas tibi poſſideas.
Quæ tāta gloria, quàm dicere poſſe: *Cum his, qui*
*oderunt pacem, eram pacificus*, Pſalm. 119. Eſto ergo
Pſal. 119. patiens, quia es cum malis; eſto pacificus, quia C
præes malis. Habeat caritas zelum, ſed adhibeat
pro tempore modum ſeueritas. Cenſura qoidem
nunquam remiſſa, intermiſſa tamen plerumque
plus proficit: vigor iuſtitiæ ſemper feruidus, ſed
nunquam præceps: ſicut nō omne, quod libet, li-
cet; ſic nō omne quod licet, ſtatim etiā expedit.
Hactenus D. Bern. Occaſione iſtius verſus Daui-
S. Hieron. dici expatiatur S. Hieron. contra rixantes in cœ-
nobiis. Iofelices (ioquit) nos linguam noſtrā cō-
tinere oō poſſumus, tota die & nocte oramos; &
non conſideramus: quia ſi inimicitias habet ani-
ma noſtra contra fratrē noſtrum, ſioe cauſa ora-
mus, *Math.* 5. Maximè io monaſteriis ſolent eſſe
hæc vitia. omnia dimiſimus, venimus in mona-
ſteriū, vt propter rem ſtiuolā, rixam cum fratri- D
bus faciamus in monaſterio? Pognāt aduerſatij,
at ego illis pacifica loquor. Scriptū eſt: *Et egreſ-*
*ſi ſunt filij Iſraël ad pugnādum mēte pacifica*, 1. Par.
1. Paral. 12. 12. Aliquis vadit ad pugnā, & mentem pacificam
habet? Sed Chriſtianorū arma, pax eſt. Fœta pla-
nè miraculis arca. Vnum inter cætera nō poſtre-
mum eſt, quòd omnes illæ pecudes in arca ſimol
degētes, nihil ſæuum, aut ineptum patrârint. Li-
ceat hinc aſſurgere ad arcā ſanctificationis Dei,
ad matrem ſcilicet Virginem. Mulier eſt eiuſdem
cum filiis Adam conſors naturæ. In reliquis poſt
originale delictum appetitiones inhumanæ, ac
Rom. 7. prorſus belluinæ tumultuārur. Etiam Paulus ex-
clamat: *Quis me liberabit de corpore mortis huius?*
B. Maria ex- Sola Dei arca in pace eſt. Appetitus in Virgine E
pers motus ſunt humani, ac naturales, ſed mira quies, ordo
virginalis. admirabilis; ratio mentis Deo inhærens omnia
bellè cōpoſita moderatur. *Quid videbis in Sula-*
Cant. 7. *mite niſi choros caſtrorū*, Cāt. 7. Aquil. vertit, in pa-
Aquil. cifica. Non modò, quia mediatrix pacem inter
Deū & homines conſtituit, & quia filiū peperit,
qui eſt pax noſtra, & recōciliatio; ſed etiaio, quia
nihil in ea deſidij, tumultus, rebellionis, & vitij
ex fomite (quē in Virgine prorſus extinctū agno-
ſcimus) videbatur. Bene igitur intuemur in ea
Alanus. choros caſtrorū. Explicat Alanus: In Virgine fue-
runt chori canentium, quantū ad conſonantiam

virtutum. Caſtra verò pugnantium, ſecundùm
quòd Virgo circūſepta, & ſanctis diſciplinis in- In B. Maria
ſtructa vitiorum, & dæmonum repellebat inſul- ſimul pax &
tus. Sic ille. Ac vbi primùm concepta in mundo bellum.
vitam baboit, iam Sulamitis, & pacifica cū Deo
apparuit: non enim filia iræ, non originali reatu
infecta; iam denique columba: iam tunc etiam in
corpore, & anima virginis, ſummus erat concen-
tos, mirus ordo, virtutum & gratiarum chori: ſed
cootra dæmonem, contra vitia, imò & contra
primores inſultus; atqoe omnem cùm origioa-
lem, tum actualem maculā, nihil tam munitum,
tam bellicum, caſtra, victoriæ, triumphi.

---

## SECTIO IV.

*Et incluſit eū Dominus deforis. Factúmque eſt diluuium quadraginta diebus ſuper terrā: & multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à terra. Vehementer enim inundauerūt: & omnia repleuerūt in ſuperficie terræ: porrò arca ferebatur ſuper aquas. Et aquæ præualuerunt nimis ſuper terram: opertíque ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cælo. Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes, quos operuerat. Cōſumptáque eſt omnis caro quæ mouebatur ſuper terram, volucrum, animantium, beſtiarum, omniúmque reptilium, quæ reptant ſuper terram: vniuerſi homines, & cūcta, in quibus ſpiraculū vitæ eſt in terra, mortua ſunt. Et deleuit omnē ſubſtantiam, quæ erat ſuper terrā, ab homine vſque ad pecus, tam reptile quàm volucres cæli: & deleta ſunt de terra: remanſit autem ſolus Noe, & qui cum eo erant in arca. Obtinuerúntque aquæ terram centum quinquaginta diebus.*

1. HEbraic. ויסגר יהוה בערו *vaiſger Iehouah baghado*: & clauſit Dominus pro eo.
LXX. Et clauſit Dominus Deus deforis eius
arcam. Chald. Et protexit Dominns ſuper eum,
aut protexit eum Dominus verbo ſuo. Vertunt
alij ex Hebræo: & claoſit Dominus circa ipſum,
vel in vſque ad ipſum, vel io ſuper ipſum. Nam
propoſitio עד *ghad*, interdum ſignificat ſuper;
vel clauſit ſuper eum Domious, vel clauſit pro
eo Dominus. Eſt aotem omnium harum le-
ctionum, quæ parum inter ſe diſcrepant, vnus
idémque ſenſos. Enimuero oſtium arcæ, quâ
Noë, totáque eius familia, deinde animaotia, &
quęcunque ad victum & potum neceſſaria com-
portabantur ad arcam, introierunt; erat ita con-
ſtructum, vt ſolùm extrinſecus aperiri & claodi
poſſet. Receptis ergo in arcam omnibus, iuſſu
Dei Angelus (niſi contendas per ſeipſom im-
mediatè Deum id effeciſſe) oſtium obſerauit,
bitumine oblitum, rimis omnibus occluſis, ne
quod vel minotulū foramen pateret: vt ita mu-
nitior eſſet arca diluoio ſuperfluitans, nec vlla
humoris iniuria poſſet ex illuuione introrſum S. Ambr.
penetrare. Sic enim D. Ambroſius. Clauſit (ait)
Dominus à foris arcam; claudenda enim erat, &
tuto ſepienda munimine, oe eam vaga diluuij
fluenta penetrarent. Vana profectò omnis hu-
mana iodoſtria, inanis omnis cōnſtructio, niſi di-
uini auxilij ſulcimeotum accedat. Optimè Da- Pſal. 126.
uid Pſ. 126. *Niſi Dominus ædificauerit domum, in* In caſtris no-
*vanū laborauerunt, qui ædificant eam niſi Dominus* ſtra cum Dei ope.

*cuſtodierit ciuitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eã.* A Supponit Vates, hominem ædificatẽ, laborare, cuſtodire, ne quis deſidia, otióque elangueſcat. Laborandum homini eſt, ſed non fidendum humanis viribus, aut diligentiæ. Quocirca (vt bene

Theod.

Theodot.) nemo qui ædificat, aut qui cuſtodit, propria ſit fretus potentia, ſed diuinum imploret auxiliũ: hoc namque concurrẽte vtrumque facile eſt; procraſtinata verò diuina ope, vanum eſt hominum ſtudium.

S August.

D. Auguſt. ędificantem, ac laborantem intelligit prædicatorem verbi Dei, qui laborat quidem, vt operarius, & foris ædificat: Deus autem eſt, qui intus ædificat, monet, applicat, aperit, &c. Cuſtodientes verò ac vigilãtes intelligit Epiſcopos. additque: nam ideo E altior locus poſitus eſt Epiſcopis, vt ipſi ſuperintendant, & tanquam cuſtodiant populum.

*Epiſcopi locus altior ad ſpeculam.*

Nam & Gręcè quod dicitur Epiſcopus, hoc Latinè ſuperintentor interpretatur, quia ſuperintendit, quia deſuper videt. Quomodo enim vinitori altior fit locus ad cuſtodiendam vineã, ſic & Epiſcopis altior locus factus eſt, & de iſto alto locu periculoſa redditur ratio, niſi eo corde ſtemus hîc, vt humilitate ſub pedibus veſtris ſimus, & pro vobis oremus, vt qui nouit mentes veſtras, ipſe vos cuſtodiat. Miror modeſtiam D. Auguſt. eóque illuſtriorem duco Auguſtinum quo in Epiſcopali dignitate humiliorem ſe recognoſcit;

*Humilitas in Epiſcopo.*

qood non vulgata, ſed peregrinæ virtutis docuC mẽtum tantopere idem alibi prædicat in Eſther Regina. In ſuperbo (inquit) cultu cor humile conſeruauit, imò in noua potentia veterem retinuit obedientiam. O ſi Epiſcopi ante oculus haberent, & animis obſeruarent conſilium D. Ber. ad Eugenium Papam; eſt illud quidem:

S.Bern.

Nõ quia Pater pauperum factus es, ideo non pauper ſpirito es: in re hanc mutationem factam eſſe confido, non de te; nec priori ſtatui tuo ſucceſſiſſe promotionem, ſed acceſſiſſe. Sic Bern. Sed inuigilent ſuper gregem ſuum, ſi ab Angelis ſalutari, ſi ad Dominum Ieſum mitti ac peruenire volent. Clauſit eum Dominus deforis. Penes Dominum incumbit, vt ſuos eripiat, qui tamen iactant cogitatum ſuum in Dominum, dignóſque ſe exhibent diuina miſericordia. Quid quæſo D myſterij ſignificatur in ſimila oleo conſperſa, quam toties in Leuit. Dominus ſibi à ſuis afferri præcipiebat. S. Cyrill. Alex. *lib. 5 in Leuit.* myſterium euoluit.

S Cyril.
*Induſtria noſtra cum Dei ope.*

Omnis enim (inquit) anima eget oleo diuinæ miſericordiæ: nec præſertim vitam euadere quiſpiam poteſt, niſi ei oleum cæleſtis miſerationis affuerit. Rectè id quidem: noſtrum eſt, vt ſimilam effingamus, coquamus, ac Domino offeramus: Dei autem erit ſimilam noſtram ſuæ miſericordiæ oleo perungere.

2. Incluſit eum Dominus deforis; ſeruos ſuos à colloquione improborum ſecernit; triticum à palea; bonos piſces à fœtidis, à luto margaritas; facilè pollnitur iuſtæ animæ puritas conſortio E impuro; vel ipſo habitu, quin & aſpectu lethale virus, ac rabida lues malorum hominum vulgari ſolet, & mentibus ſincerioribus mortem inferre. Iccirco Dauid *Pſ. 16.* vbi de iniquis agit, precatur Dominũ:

Pſalm. 16.
*Iuſtorum ab improbis ſeparatio.*

*Domine à paucis de terra diuide eos, in vita eorum.* Paucos vocat, electos ac iuſtos, quorum numerus ad multitudinem reprobotũ penè nullus eſt.

Euthym.

Euthym. A probis, qui pauci ſunt, diſtingue eos, ne cum eis conuerſentor. Conſonat paraph. Chald. & iuſtorum, qui deuouerunt animas ſuas propter te in mortem, &c.

S Hieron.

D. Hieron: A paucis de terra, qui mortui ſunt in profundo.

Aquil.

Aquila à mortuis de profunditate, vel occaſu. A Euſebius, à mortuis, & à depreſſis.

Euſeb.

Vox Hebr. חלד *chaled*, ſignificat tempus, ſeculum, mundum, orbem, vitæ curriculum ac ſtatum citò deſinentis, profundum, vitam, veſperam; terram vertit hic noſter interpres. In vita eorum, D. Hieron.

S.Hieron.

Quorum pars in vita eorum, nec vita innuitur, vt eſt viuẽtium curſus, ſed vt ſumitur interdum pro delicioſa & voluptuoſa, qualem viuere dicuntur, qui genio indulgent, curántque cuticulam. Huius fæcis gentem procul à ſuis fidelibus Dominos propellit; nihil enim non contaminat cui adhæret. Miror, quàm frequenter in diuinis literis ſanctificare & ſeparare, ſegregaréque; iam ſãctificati & ſegregati, ac ſeparati coniungantur E inuicem, imò pro vno eodémque ſignificatu accipiantur: quia videlicet ſanctus eſſe difficulter poterit, qui ſe ab improborum cœtu & cõmercio non ſegregabit; quo pacto enim ſe à vitiis reddet immunem ac purum, qui cum vitioſis ad omne flagitium conſilio, ope atque exemplo impellẽtibus incautè & familiariter verſatur. Sitè admudum à Clem. Alexand. dictum illud eſt:

Clem. Alex

Sacrificium Deo acceptum eſt à vitiis ſeparatio. Quod quidem ſacrificiũ ritè peragi nequit, niſi mactata ante aras Domini quacũque impiorum conſuetudine; in quam reſcindendam miſit Dominus gladium, & ignem, vt in Euangelio legimus: *Veni enim ſeparare*, &c. Nomine gladij, atq; C ignis haud dubiè intelligitur lex Domini, verbum euangelicum; quo armati ad ſalutem, quæcunque nos præpediunt in virtutis ſtudio, amputamus. Actitabat idipſum Dauid, cuius illa vox Pſ. 118.

Pſal. 118.

*Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.* Hebr. זמירות *Zemiroth*, cantiones muſicæ. Scilicet Dauid quo tempore Saulis tyrannidem fugiebat, immenſa malorum oppreſſus congerie, nullum maius habebat ſolatium, quàm vel ex recordatione mandatorum Dei, quæ ritè obſeruans bonæ ac ſanctæ conſcientiæ gaudiis fruebatur;

*Dei mandata cantus, & falces.*

vnde mandata ipſa vocat cantiones muſicas, vel etiam ex ipſiſmet carminibus de lege Domini compoſitis, quæ bonus pſaltes, vti moris habẽt viatores, ad itineris & perſecutionum moleſtias mitigandas dulciter D cantitabat: ſed adhoc latet ſecretior interpretatio. Etenim *Zemiroth* dicitur à radice זמר *Zamar*, pſallere, canere, potare, & amputare. Vnde *Cantic. 2.* עת הזמיר *gheth haZamir*; tempus cantus, vel tempus putationis.

Cant. 2.

Hinc etiam מזמרה *maZmerah*, falx, à putando ſic dicta: vti Iſai. 18.

Iſai. 18.

*Et præcidet ramuſculos*, במזמרות *bamaZmeroth*, falcibus. Quare vertunt aliqui: Amputationes, aut exciſiones mihi fuerunt præcepta tua. Sẽſus eſt; tua præcepta, ſic me in mediis periculis ac moleſtiis ſolabantur, vbi in mentem venerant, vt illis quaſi falcibus obſtacula quæque occurſantia præcidens, facilem ac latam mihi viam in tuo obſequio aperirem. Seu ipſæmet cantilenæ tuarum legum falces mihi erant, quibus exilij tædia, & peregrinãtis vitæ moleſtias præcidebam. Itaque tot falces in manibus habent viri iuſti, quot leges à Deo accipiunt; imò quot conſilia, quot verba illius audiunt; iiſque muniti falcibus, cùm vitia reſecant, ſi qua in carnis ſolo enaſcũtur, ne ſementem patrisfamiliàs in anima ſoboleſcentẽ ſuffocent, cùm colloquia, conturbernia, cõſuetudines, atque adeò aſpectũ improborũ hominũ amputãt.

*Mortificatio iuſtorum.*

O bonæ falces, ô felix amputatio! cãrus ſunt falces; amputatio, dulciſſima eſt aurib. Domini modulatio. Igitur diuina prouidẽtia iuſtorũ ſaluti ſemper inuigilãs ſuos illos paucos, illos mortuos, quaſi vitæ extorres à

*[illegible] & ſemi[illegible] in arca Deus conſeruauit.*

terra

terra in aquarum pelago ſuppreſſos, illo tanquã A ferali exequiarum feretro, ventorũ vndarúmque quoquo verſum impetu, velut humeris veſpillonum ſuccollantiũ deportatos, cõſeruauit tamen incolumi vita, & animorum puritate ſingulari. Viden' vt arcto in loculo arcæ intercluſi viuant puri ac ſancti: contrà verò, qui lata mundi via incedunt, qui terra tota potiuntur, ſubitò aquarum occurſu demerguntur? Sic planè habet: inter ſpinas rubeſcit virtus; inter delicias marceſcit. Ac de mundi quidem deliciis exemplo eſſe poteſt; quod D. Bernard. ſubnotauit *libro ad Eugenium.* Sapiens (inquit) Dauid, ſapiens Salomon fuit; ſed blandientibus nimis ſecundis rebus, alter ex parte, alter ex toto deſipuit: magnus, cui præſens felicitas ſi arriſit, non irriſit. Portò de calamitatum humanarum ad virtutem emolumento B teſtis eſt (vt ait D. Ambroſius) Manaſſes, qui Deum in pœna conſtitutus agnouit; quem in regno poſitus antea non quæſiuit. Teſtis etiam Dauid, de quo illud optimè D. Auguſtini *in Pſalm.* 50. Quando Dauid ſanctus Saulem inimicum patiebatur, non concupiſcebat alienam; factus eſt ſecurus deuictis hoſtibus; preſſura caruit, tumor excreuit.

*Virtus inter labores emineat.*

S. Bern.

S. Ambr.

S. Aug.

3. Clauſit eum Dominus deforis, clauſit (ait D. Chryſoſt.) vt doceat quòd ſecurum fecerit iuſtum. Enim vero, quæ maior in ſummis periculis, in medio ipſo diluuio genus humanum ac terras deuorãte, aut eſſe aut fingi poteſt ſecuritas; quàm vt Deus ipſe omnipotens arcam iuſti C ſua manu communierit, ſéque ianitorem ipſius, & excubias agentem præbuerit adminiſtrum? prouidit igitur ſecuritati, prouidit etiam quieti. Nam ſi pateret oſtium, aut quiuis aditus; vtique perturbaretur iuſtus, ex horribili aquarum inundantium aſpectu, & quod erat terribilius, ex ſubmerſione totius humani generis. Quod etiam Chryſ. obſeruauit: Foris (inquiens) clauſit, vt non poſſet videre iuſtus generalem omnium interitum, qui fiebat; vnde maiori dolore cõficeretur: bonorum enim virorum animæ magnam compaſſionem habere ſolent, ſi quando vident puniri homines, etiamſi mali ſint, qui pereunt. Egregius locus eſt ad humanam commiſerationem, D quem expendit D. Auguſt. hiſce verbis. Factus ſum, ait Apoſtolus, Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrifacerem. Factus ſum infirmis infirmus; & cætera, quæ ibi dicuntur compaſſione miſericordiæ, non ſimulatione fallaciæ; fit enim tanquam ægrotus, qui miniſtrat ægroto: non cùm ſe febres habere mentitur, ſed cùm animo condolentis cogitat, quemadmodum ſibi miniſtrari vellet, ſi ipſe ægrotaret: & ſic ipſe aliis ægrotantibus miniſtrando compatitur. *Epiſt.* 9. *ad Hier.* Sed obiicies illud Pſal. 57. *Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.* Vbinam ergo commiſeratio iuſti? E Lætatur; non indolet in calamitatibus improborum, & quod horribilius eſt, lauat manus ſanguine peccatoris. Ad vtrũque reſpondet D. Ber. *ſerm.* 8. *in Pſ. Qui habitat.* Ad primum quidẽ ita: Lætabitur, non quòd, velut quadam immanitate crudelitatis in ipſa ſibi vltione complaceat: ſed quòd modus ipſe pulcherrimus diuinæ ordinationis vltrà, quàm credi poſſit, iuſtitiæ zelatorem, & amatorem æquitatis oblectet. Ad ſecundum ſic: Planè, nõ inquinabit in ſanguine, ſed lauabit: vt vnde ille cruentus magis, inde iſte nitidior videatur; vnde ille plus ſordet, inde iſte pulchriùs eluceſcat. Sic Bern. Et quidem viri iuſti cùm ſanguinem peccatorum, qui iuſtè puniũ-

S. Chryſ. *Deus Noe ſecurum reddit.*

S. Chryſoſt. *Compaſſio innata iuſtis.*

S. Auguſt. 1. Cor. 9.

Pſal. 57. *Zelus iuſtitiæ in veris iuſtis.*

S. Bern.

*Iuſtis prod. ſi pœna improborum.*

*Ben. Fernand. in Gen. tom.* 1.

tur, aſpiciant, illo dicuntur manus ſuas abluere: hoc eſt, opera ſua alieno malo edocti, cautiores prudentioréſque redditi, emendant ſi quid maculæ contraxerant, ac nitidiora & ſanctiora deinceps efficere conantur. S. Hieronym. ad ſtatum beatitudinis refert. Quando impij damnantur in pœnis, iuſti lætificantur in præmiis. Quàm verò alieni ſint iuſti ab omni ſpecie vindictæ, imò & ſeueritatis, apertè oſtẽdit Dauid, cùm aliis in locis tum illo verſu Pſal. 118. *Defectio tenuit me pro peccatoribus delinquentibus legem tuam.* Affectum (ait S. Hieron.) miſerationis oſtendit, vt doleat ſuper præuaricationes iniquorum. omnes cupit veritatem agnoſcere. D. Ambro. *ſerm.* 7. *in eundem Pſ.* legit: Puſillanimitas detinuit me. Arbitratur autem Regem Dauid ſe accuſare apud Dominũ quòd remiſſiùs, quàm par eſſet, delinquentium errata corrigeret. Non ſolùm (inquit) ab vltionis atrocitate, ſed etiam ab accuſationis ſeueritate iuſti aliena perſona eſt, potiúſque ducit ſuã remiſſionem accuſari, quod iudicauerit, quàm alienum crimen arguere. Sed dices: Quomodo dixit ipſe Dauid: Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam impiorum? mihi videtur, quia lætetur, quòd ipſe euaſerit, nõ quia impij puniantur. Sic Ambroſ. Quid verò ab hominis ingenio magis alienum, quàm in alios ferarum inſtar deſæuire? hominem hominum ſuæ naturæ ſimilium odio, iniuriis, afflictationibus, eiulatibus, ſanguine, atq; interitu oblectari? An ignoras (ait D. Ber. *Epiſt.* 37.) quis minetur: *Cũ accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo,* Pſal. 74. Quòd ſi iuſtitias, quanto magis iniurias? Deinde ſanctus Pater Theobaldum principem, & in eo magiſtratus, prælatos, ac reges monet ſapientiſſimè: in talibus, vbi culpa tã aperta, atque inexcuſabilis eſſe videtur, quatenus nulla, niſi cum iuſtitię periculo miſericordiæ occaſio relinquatur, etiam tunc tremens & dolens vindicem te exhibere debes, magis videlicet officij compulſus neceſſitate, quàm vindicandi libidine. Hæc Bern. Sed hem me, quàm multus interdũ ineſt in principe Chriſtiano, in magiſtratu Nabuchodonoſor ille obſçœnos & pecorinos mores in belluam, aut in belluas potiùs, Deo vindice, transformatus? De illo ad literam dicitur Pſ. 79. *Singularis ferus depaſtus eſt eam.* alij legunt: Omnes beſtiæ agri depaſtę ſunt eam. Vnde luculenter S. Paul. *Epiſt.* 4. Nabuchodonoſor, non ſolùm à regnis, ſed etiam à ſenſibus exulabat humanis: toruo vultu leonem, vncis vnguibus vulturem, ſenſu, & pabulo bouem referens; ne vnius tantùm belluæ ſimilitudinem ferret in pœnis, qui multarum ſimilis fuiſſet in moribus. Sic Paul.

S. Hieron.

Pſ. 118.

S. Hieron.

S. Ambr. *Iuſtus remiſſior, quam ſeuerior.*

S. Bern.

Pſal. 74.

*Qualis forma in iudicio criminoſo.*

Pſal. 79.

S. Paulin. *Principum feritas belluina.*

4. Ad hæc: incluſit eum Dominus deforis, ne vel ſaltem per arcæ rimulas contueretur ſtragem illam fœdam mundi, ac metu conſternaretur, vti obſeruat D. Chryſoſtomus ad hunc modum. In arca illum quaſi in carcere includit, vt ne oculis proſpiciens metuere inciperet. Veriſimile enim eſt, ſi vidiſſet inundationẽ tot aquarum, anxium futurũ fuiſſe, ne & ipſe aquis periret. Eius igitur curam gerens miſericors Deus non permiſit ipſum, vel aquarum ſpectare ſæuitiam, vel videre hominum excidium & communem Orbis internecionem. Sic Chryſoſtomus. Vt enim Dominus in ſuis ſeruis timorem ſanctum ingenerat, ac tuetur: ita à vano timore immunes illos ac liberos eſſe vult. Deinde ſanctiſſimus Pater fusè atque eleganter diſſerit de moleſtiis huiuſce recluſionis in arca, quæ ſine velis, remis, gubernaculóque nauium medio

S. Chryſoſt. *Timor vanus dedecet iuſtũ.*

pelago ferebatur; vbi enim beſtiis homines anguſto velut in carcere tenebantur; vnde nec in montes ac rupes, aut in littora, imò nec in cælum (ait) liber pateret proſpectus (ſed de contuitu in cælum ſuprà diſſeruimus) ex quibus admirabilem obedientiæ, ac fidei erga Deum agnoſcit excellentiam in Noë. Sic enim (ait) verſabatur in graui illo carcere, ſicut nos in pratis, & nemoribus. Præceptum Domini difficilia, facilia ſibi videri faciebat. Amor enim in Deum grauitatem moleſtiarum imminuit, neque ſentiri ſinit. *Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius, & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas*, Pſal. 35. de Noë apprimè dici poteſt, & de quouis iuſto, præſertim religionis in arca recluſo. Firmam habet (declarat S. Hieronymus) ſpem in Deo, & non reſpicit omnia quæ in mundo ſunt. Inſaniæ autem ſunt falſæ, opera carnis, & omnia, in quibus homines inſaniunt. Precemur Dominum: *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem*, Pſal. 118. Vanitas (ait S. Auguſtinus) mundi cupiditas. Vanitas, ipſa defectio. S. Hieronymus; oculos quippe ſequitur cor.

*Amanti & obedienti cũcta facilia.* S. Chryſ. — Pſal 35. — S Hieron. — Pſal 118. — S. Auguſt. — S. Hieron.

5. *Factúmque eſt diluuium.*] Ergo munita vndequaque, vt aquis eſſet impenetrabilis, arca: in qua velut in theſauro ſuas conditor naturæ opes reſeruabat. cœptum fieri diluuium eſt: cælo, mari, fluuiis, fontibus, totáque rerum machina in exitium humani generis conſpirante. Fuit autem tam incredibilis aquarũ inundatio, vt tota ſubmerſa vorticibus terra, illius etiam montes æquatum mole, quindecim ſuprà ipſos cubitis, ſuperfluitante funditus obruti euaneſcerẽt. Nec temerè tam immenſa colluuies; ſic enim exigebat impuritas flagitiorum, quibus orbis vniuerſus fuerat pollutus. Quod egregiè ſubnotauit D. Chryſoſt. iis verbis: Quia plenus erat malitia, purificatione orbis indigebat, & opus erat ab eo omnem maculam ablui, & omne fermentũ prioris malitiæ ſuſtolli, & neque veſtigium malitiæ relinqui, & quaſi reelementationem quandam fieri. Ita Chryſoſt. Solet hoc loco excitari quæſtio; an omnes terræ montes etiam editiſſimi, cuiuſmodi ſunt Olympus, Athon, Athlas, diluuio fuerint operti? Ac mihi quidem mirum videtur interpretem catholicam hac de re addubitare, cùm legat: & aquæ præualuerunt nimis ſuper terram, opertique ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cælo. Quibus in verbis vniuerſales illi termini, *omnes, & vniuerſo*, tollunt omnem ambigendi locum. Elegans illa coniectatio eſt Tertul. *lib. de pallio, cap.* 2. Totus (inquit) orbis aliquando aquis omnibus obſitus: adhuc maris conchæ & buccinæ, peregrinãtur in montibus, cupientes Platoni probare, etiam ardua fluitaſſe. Sic Tertul. Similia ſcribit ad hunc modum Procopius. Etiam aliis multis documentis euidenter demonſtrari poteſt vniuerſalem inundationem inuaſiſſe terram, quibus perſuadentur illi, qui difficulter fidem habent Moyſi iſta ſcribenti. Adhuc enim in arduis montibus, & aditu difficilibus offendũtur reliquiæ marinę, ſcilicet conchæ, & teſtudinum teſtæ; aliáque haud diſſimilia, quæ & nos ſæpiùs vidimus. Sic Procop. Quod & experiẽtia ipſa quotidiana comprobatur, & mihi non ſemel ſpectare licuit. Ac verè contigit in vero iſto diluuio, quod de ſuo illo fabuloſo Lyricus Poëta cecinit:

*Diluuio montes ſubmerſi.* — D. Chryſoſt. — *Diluuio mundus ablutus & renouatus.* — Tertul. — *Diluuio montes omnes ſubmerſi.* — *Signa diluuij in montibus durant.* — Procop. — Horat.

*Terruit gentes, graue ne rediret*
*Seculum Pyrrhæ, noua monſtra queſtæ:*
*Omne cum Protheus pecus egit altos*
*Viſere montes.*
*Piſcium & ſumma genus hæſit vlmo,*
*Nota quæ ſedes fuerit columbis,*
*Et ſuperiecto pauidæ natarunt*
*Æquore damæ.*

Quod autem quidam obiiciunt montes illos eminere ſuper mediam regionem aëris, in qua imbres generantur, fictitium illud eſt, vt Ludouicus Viues oſtendit, *ad lib. 15. de ciuit. cap. 27. D. Auguſtini*: & plures alij compertiſſimis experimentis tradiderunt. Aſcendit igitur aquarum inundatio, vſque ad mediam regionem aëris; nõ eam quidem totam occupando; ſed vel ad confinium illius tantummodo peruenit, vel infimã, & terris proximam partem ſolam attigit: vltra quam (cùm ea ſit vaſtiſſima) patet altior tractus aëris, in quo ſolitus eſt ac naturalis locus imbrium generationi. Aliud ſubinde ac fortè explicatu difficilius hîc ſuboritur, quinam ſint ij cæli, quos D. Petrus 2. *Epiſt. cap.* 3. ſignificat priùs fuiſſe, & nunc alios eſſe, illóſque diluuio periiſſe? Vno verbo reſpondeo; cælos à Petro intelligi aërem, cuius latiſſimæ regiones ab aquis fuerũt poſſeſſæ: ac proinde aëris elementum in aqueum conuerſum periiſſe dicitur. Ceſſante autem diluuio, & aquis ſuum in locum redeuntibus, ampliſſima illa regio patuit libera; & nouus aër, vel denuò creatus à Deo, vel ex ſuperioribus regionibus diſtentus, vel ex vaporibus infinitis, qui tunc aderant, progeneratus in locum diluuij ſuccedens; antiquas, & patrias ſedes repetiuit. Opinantur boni autores, quantum aëris ſpatium obtinuit diluuium, tantum quoque in conſummatione ſeculi flammarum occupaturum incendium; plura ſi velis accuratiùs diſcere, lege noſtrum Pererium *lib. 12. in Gen.*

Lud. Viues. — *Quouſque aſcenderunt aquæ diluuij.* — 2. Petr. 3.

6. *Porrò arca ferebatur ſuper aquas.* Et paulo antea: *Aquæ leuauerant arcã in ſublime à terra.*] Hinc patet arcam in planicie ſitam: deinde aquis augeſcentibus paulatim à terra fuiſſe eleuatam. Ferebatur illa non velis, aut remigio acta, ſed ſine periculo fluitans; habebat enim pro gubernatore Deum, & Angelos pro nautis. Ceterùm aquæ ſuccreſcentes tandem quadrageſimo die arcam à terra ſuſtollere potuerunt. Totum humanum genus, videlicet vniuerſa caro, vt erat immũda, Deóque inuiſa, ſub aquis hauſta periit: ſola verò iuſtorum arca ſuper aquas euecta placidè ac tutò enatabat. Optimè igitur D. Cyril. Alexand. *lib. 3. in Gen.* Diluuium (inquit) aquarum de cælo defluens totam illam carnem vbique ſubmergebat: at arca iuſtorum animabus onuſta ſuper aquas natabat. Sic ille. Nec id mirum, ſi iuſtorum arca leuaretur, & agerent ſuper aquas, quæ ſpiritus tanquam expertes carnis, hoc eſt, ſordium & libidinum pondere carentes, pro vectoribus vtero ſuo geſtabat. Ad ſuum quæque res locum naturalem fertur concitato curſu. Volat in ſublime aër, ignis ad cælum vſque aſpirat; terra, aqua, lapides, grauia quæque corpora deorſum in centrum mundi delabuntur. Sic ſpiritus in altum ſpirat ac ſuſpirat: at caro, & carnis opera demergi in cœnum appetunt, & ſponte ad inferni vſque centrum præcipitantur.

*Impuritas in gehennam, puritas in cælum fertur.* — S. Cyril.

7. *Conſumptáque eſt omnis caro.*] Id quidem totum erat hominum genus; nihil niſi caro, nihil niſi turpitudo, tabes, pus, ſanies, fœtor. Sed, ô bone Deus, ſi carneum homo corpus habet, quid peccat quòd caro ſit? at caro concupiſcit aduersùs ſpiritum; non illi ergo carnem dediſſes, vt totus eſſet ſpiritus ab omni labe corporis, & fæce carnis depuratus. Nihilominus, etſi

*Homo poteſt non vinci à carne.*

homo

homo carnem habeat, culpa tamen eſt, ſi totus caro fiat. Liberum homini eſt cum Dei gratia carnis ſordibus non inquinari. Qua de re diſſerit egregiè D. Hieronymus *Epiſtola nona ad Saluinam, capite quinto*, ad hunc modum. Omnis caro concupiſcit quidem ea, quæ carnis ſunt, & quibuſdam illecebris, ad mortiferas animam voluptates trahit. Sed noſtrum eſt voluptatis ardorem maiore Chriſti amore reſtinguere, & laſciuiens iumentum frænis inediæ ſubiugare, vt non libidinem, ſed cibos quærat, ac deſideret, & ſeſſorem Spiritum ſanctum, modeſtato atque compoſito portet inceſſu. Quorſum iſta? vt hominem te eſſe noueris, & paſſionibus humanis, niſi caueris, ſubiacere. De eodem cuncti facti ſumus luto, iiſdem compacti exordiis. In ſerico, & in pannis, eadem libido dominatur: nec regum purpuras timet, nec mendicantium ſpernit ſqualorem. Multóque melius eſt ſtomachum te dolere, quàm mentem: imperare corpori, quàm ſeruire: greſſu vacillare, quàm pudicitia. Nec ſtatim nobis pœnitentiæ ſubſidia blandiantur, quæ ſunt infelicium remedia. Cauendum eſt vulnus, quod dolore curatur. Aliud eſt integra naue, & ſaluis mercibus portum ſalutis intrare: aliud nudum hærere tabulæ, & crebris fluctuum recurſibus ad aſperrima ſaxa collidi. Hæc Hieronymus. quæ vaide conducunt ad comprimendum arrogantiæ tumorem; & reges quidem, ac mundi principes caro ſunt. Deinde ſi ſumma difficultas eſt, in conſeruanda innocentia propter carnis impuritatem ſaltem ad remedia pœnitentiæ confugere oportet. Carnem habes? naturæ id quidem eſt: ſed ſi caro fias, tuum vitium erit. Stimulantem ad flagitia carnem rationis fræno, & pœnitentiæ flagello poteris cohibere. At lutea, & ſordida caro eſt? Fuerit ita: ſed poſtquam Verbum Dei caro factum eſt, & habitauit in nobis, viret, ac vernat humana caro puriſſimis floribus honeſtatis. *Ecce*, (inquit in mundum veniens) *noua facio omnia*, Apocal. 21. *Nouos cælos*, Iſaias, cap. 65. Vtique de terra cælum, de carne ſpiritum, de hominibus Angelos. Hauddubiè loquitur Dominus de conuerſione gentium ab impuritate idololatriæ ad puriſſimã Chriſti Domini fidem. In qua veteres cæli, vt vult S. Hieronymus, in meliores ſunt commutati. Hanc puritatem amator ipſe puritatis in terram de cælo inuexit; qui etſi de carne natus, puritatem tamen ſuæ matri contulit, qua diuinam Patris imitaretur. Vt enim ait D. Auguſtinus de Chriſto Domino duas habente generationes: in illa, ex impaſſibili naſcitur genitore, in hac ex incorrupta virgine: in Patre æterna diuinitas, in matre æterna virginitas. Sic Auguſtinus. Deus igitur factus homo, hominem aduersùs carnis irritamenta roborauit. Nemo iam in Chriſto regeneratus Chriſtum anima & carne ipſa referens, non eſt armatus ad colluctationem cum carne, & cum impuris ſpiritibus carnis incendia inſufflantibus. Rectè D. Ambroſius. Ne fragilitatem excuſes. Si habes imaginem, habes & munitionem. Nimirum validam gerit armaturam aduersùs carnem; & carnis opera, atque omnem immunditiam peccati, qui expreſſam in ſe geſtat imaginem Chriſti. Quid ergo non facies magno nomini tuo? Nomen Chriſtiani, titulus puritatis eſt. Chriſtus enim dicitur vnctus, omni ſcilicet Spiritus ſancti vnguento, aut (vt loquitur Damaſcenus) diuinitate perfuſus.

[Margin: S.Hieron. — *Reſiſtendum libidinum aſſultibus.* — *Pœnitentia infelicium remedium.* — *Optimum eſt conſeruare puritatem.* — *Puritas carnis poſt Chriſtum floruit.* — Apocal. 21. — Iſai. 65. — S.Hieron. — S Aug. — *Chriſtus nos armat contra carnem.* — S Ambr. — *Chriſtiani titulus ipſamet puritas.* — Damaſc.]



Omnis igitur vnctionis ſacræ ac diuinæ, à Chriſto in Chriſtianũ redũdat. At nihilominus quiſpiam conqueritur, quòd ſe videat tentationibus oppugnari. Imò, & glorietur, & Dominum præ tanto beneficio laudet. Quòd enim ita ſe habeat; oſtendit egregiè D. Chryſoſtomus *in 4. Matthæum. Tunc Ieſus ductus eſt à ſpiritu in deſertum, vt tentaretur à diabolo.* Ideo (inquit) tentationem à ſe Deus non prohibet: primùm quidem, vt diſcas, quoniam multo factus es fortior. Deinde, vt magnitudine donorum non extollaris. Tertiò, vt diabolus experientia cognoſcat, quòd perfectè ab eo receſſiſti. Quartò, vt per hoc fortior reddaris. Quintò vt crediti tibi theſauri ſignum accipias. Neque enim diabolus ſuperueniret tibi ad tentandum, niſi te in maiore poſitum honore videret. Ita Chryſoſtomus. Arca quidem iuſtorum ferebatur ſuper aquas, ſed aquis eſt omnis caro conſumpta. A ruina ſcilicet carneæ voluptatis, ac terreſtris ſubſtantiæ deprimitur ſpiritus: naufragium facit anima carnis, & mundi hauſta vorticibus. Quod grauiter dictum eſt à D. Hieronymo *in ſexto ad Epheſios*, his verbis. Quanto quis peior fuerit, tanto vicinior erit terræ locis, & pinguioris ſubſtantiæ. Tales ſunt, de quibus dicitur Pſalmo quarto: *Filij hominum vſquequo graui*, ſiue pingui, *corde*. ſecundùm craſſitudinis ſuæ pondus ad infima detrahuntur, & pinguedine prægrauantur.

8. Emphaticè dicitur: Conſumptáque eſt omnis caro. In quo D. Chryſoſtomus agnoſcit ſingulare quoddam Dei beneficium poſteritati hominum venturæ collatum. Etenim vniuerſali impiorum interitu edocemur pietatem colere, fugere impietatem; timentes, ne conſimili pœna mulctemur; deinde nullus ex illa fœdiſſima improborum mortalium colluuie relictus eſt, qui ad improbitatem conſequentes deinde homines, aut dicto erudiret, aut exemplo incitaret. Sunt autem verba D. Chryſoſtomi. Poſteri hinc duo maxima perceperunt bona. Etenim pœna illorum, & metuentes ne eadem quæ illi, paterentur, eruditi ſunt: maximè quòd omne malitiæ fermentum ſublatum, & nullus relictus fuit eis malitiç & iniquitatis magiſter. Ita Chryſoſtomus. Neque verò quis Deum incuſet nimiæ ſeueritatis, quòd vniuerſim omnem carnem diluuio conſumpſerit; vtrumque fuit diuinæ miſericordiæ, ſcilicet & mortis genus, & ipſemet interitus; quæ ſententia confirmatur à D. Chryſoſtomo. Magna (inquit) & ineffabilis Dei miſericordia. Non ita Dei pœnam infert, ſed malitiam morari vult, ne vltrà progrediatur. Et diluuium induxit, vt curam agat eorum, qui iniquitati vacabant toti. Et qualis (inquis) cura hæc eſt, omnes ſuffocari? Scias quòd etiam hoc eſt maximæ curæ argumentum: nam eos, qui ſic incurabiliter peccant, & quotidie ſibi vulnera inferunt, & vlcera grauiora faciunt, ex tanto malo liberaſſe, nónne ſummæ fuerit prudentiæ. Et hic puniendi modus nónne omni miſericordia plenus eſt? & ſic mori, vt ſolitum alioqui naturæ debitum non ſentias, ſed abſque dolore, & cruciatu ſupplicij loco vitam deponas, quantæ fuerit ſapientiæ, & bonitatis? Ita Chryſ. Verſari nobis debet ante oculos vniuerſale iſtud diluuiũ vt metu ſaltem à peccando cohibeamur, doceamúrque, quàm pernicioſum homini, naturæ iniurioſum, Deo ipſi deteſtandum ſit peccatum. Quod bene obſeruat Rup. Hoc maximè (inquit)

[Margin: S. Chryſoſt. — *Gloriandum eſt, quòd tentemur à diabolo.* — S.Hieron. — *Caro mentem deprimit.* — Pſal. 4. — S.Chryſ. — *Duo bona ex diluuio nobis obuenerunt.* — S. Chryſoſt. — *Vtile eſt mori peccatoribus obſtinatis.* — Rupert.]

*Deus mundũ vt puerum erudiuit.*

Deus intendit, vt ſcirent ventura ſecula quan- A tum ille peccatis aduerſetur. Sic totum mundum quaſi hominem ſuſceperat erudiendum: ſcimus autem, quòd homini, dum adhuc puer eſt, agendum ſit quòd timeat, ne dimiſſus ſuæ voluntati præceps, & infrænis in malũ ad quod prona eſt humana natura ſemper, ſecuto collo ruat. *Percute* (ait Scriptura Prouerb. 28.) *filium tuum virga, & liberabis animam eius à morte.* Rectè igitur & vtiliter, vt ſapientiam Dei decuit, petulantem, atque in carne & ſanguine laſciuientem mundum recentem, tanquam ſtultum puerulum corripuit, tali percutiens verbere quod tota ſua ætate non queat obliuiſci. Sic Rupert. *lib. 4. in Geneſ. cap.* 16. Proh quàm multis in ado- B leſcentia ingruit vitiorũ colluuies, qua ſubmerſæ pereunt in ſempiternum animæ infelicium! Dira imprecatio, aut certa prædictio Eliu apud Iob: *Morietur in tempeſtate anima eorũ, & vita eorum inter effœminatos*, cap. 36. vbi D. Hieron. Vitioſos, & vitia eſſe nouerimus, quæ ſicut de virtutibus animi nihil in ſe habent quietum, virile, & frugi, ſed totum turbulentum, remiſſum, & fragile: ita neceſſe eſt, vt velut tempeſtate, animam ſemper ſuis illecebris inquietent, portúmque virtutum hominem non ſinant apprehendere, & fit iſtis talibus fluctibus, quod Salomon ait, vt iaceat anima tanquam in corde maris, & velut gubernator in magna tempeſtate. Sic Hieronym. Meminimus autem adoleſcentiæ. Er- C enim LXX. propriè vertunt ex Hebræo: in iuuentute. Vnde alij: Morietur anima eorum per iuuenilem ſtoliditatem. Fortè inſinuatur mors effœminatorũ, aut immatura ob Veneris intemperantiam; aut ſtolida, & veluti brutalis ſine cõtritionis ſenſu, ac pœnitentiæ fructu, ſine Dei, vitæque æternæ recordatione, ſine cura propriæ ſalutis; ac ſi tempeſtas, venti, maria, naufragia omne rationis iudicium abſorberent. Nihil vetius; tempeſtas ipſa eſt iuuentus. Iccirco tam crebra, tam fœda naufragia.

*Prouerb. 23.*

*Iob 36.*

*Multi adoleſcentia naufragio pereũt.*

*S. Hieron.*

*Mors infelix in iuuentute.*

9. *Arca ferebatur*, &c. *Praualuerunt aquæ*, &c. LXX. vertunt: Exaltata eſt. Aquila, obtinuit. Locus ambiguus ſequitur: *Obtinuerunt aquæ terram centumquinquaginta diebus.* Aut enim iſti dies D numerantur à primo, quo diluuium cœptum eſt, comprehenſis nimirum ſimul illis quadraginta, quibus diluuium factum eſt; aut poſt exactos quadraginta, cùm diluuium omnino eſt completum, aquæ ſubinde iam in ſummo incremento roboratæ, & exaltatæ perſtiterunt per eorum quadraginta dies. Vterque dicendi modus admitti poteſt: ſecundus tamen, qui eſt Ioſephi, Chryſoſtomi, & aliorum, conſonantior videtur verbis Scripturę. Ergo iiſdem aquis vniuerſa improborum multitudo ſubmergitur; at iuſtorum arca ſurſum eleuatur. Eodem flore paſtæ araneæ venenum, apes mellis fauos conficiunt. Eodem (inquit D. Gregorius) igne paleæ fumant, & aurum rutilat. An non Domi- E nus Ieſus poſitus eſt in ſignum malis ac bonis; illis in ruinam, iſtis in reſurrectionem? *Lucæ ſecundo.* Quod quidem diſcrimen ex differentia voluntatum oritur. Mali vocati à Domino, renuunt, contemnunt, fugiunt: boni ſponte trahuntur, trahentémque ſequuntur. Vnde; Poſitus idem Dominus Ieſus eſt (inquit D. Ambroſius) vt iuſtorum iniquorúmque merita diſcernat, & pro noſtrorum qualitate factorum iudex verus & iuſtus, aut ſupplicia decernat, aut præmia. Quanquam quod attinet ad lo-

*Bonorum & malorum diſpar exitus.*

*S. Greg.*

*Luc. 2.*

*S. Ambr.*

cum ſancti Lucæ. Obiter obſeruandum eſt cum Origene, ruinam & reſurrectionem vnius eiuſdémque hominis poſſe intelligi. Quia (inquit) in peccato ſtabam, primò mihi vtilitas fuit, vt caderem; & peccato morerer. Et ſancti Prophetæ, quando auguſtiùs aliquid contemplabantur, cadebant in faciem ſuam, vt peccata per ruinam pleniùs purgarentur. Hoc ipſum, & Saluator tibi primum concedit; peccator eras, cadat in te peccator, vt poſſis dehinc reſurgere, & dicere: Si commortui ſumus, & conuiuemus. Sic Origenes. Hæc ſumma fuit ſancti Petri felicitas, cui etiam ruinæ feliciter ſucceſſerant. Vnde ſanctus Auguſtinus *tractatu in Ioãnem* 123. Hunc (inquit) inuenit exitum ille negator & amator; negando proſtratus, flendo purgatus, confitendo probatus, patiendo coronatus. Hunc inuenit exitum, vt pro eius nomine perfecta dilectione moreretur, cum quo ſe moriturum perverſa feſtinatione promiſerat. Sic Auguſtinus. Multis profuit cecidiſſe ex mundanæ dignitatis faſtigio. Sæpè enim (ait S. Gregorius *in Pſalmum* 31.) amator ſeculi ira ab eodem, quem diligit, mundo deſpicitur & impugnatur, vt cum eo nequaquam currere valeat; ſed, fractus aduerſitate torpeſcat; quod diuinæ profectò diſpenſatione miſerationis agitur. Sic ille. Infirmatur quidem cato, ſed ſpiritus robuſtior fit. Et ex caſu in vitia non ſemel in virtutum ſublimitatem vehementiùs aſſurgitur, vt illud Iſaiæ videatur: *Obliuioni tradita ſunt anguſtiæ*, capite 56. Nimirum, vt exponit S. Hieronymus: Obliuiſcuntur priſtina mala, non obliuione memoriæ, ſed bonorum ſucceſſione. Sed quid amplius myſtico ſenſu, de arca ſuper aquas ſublata diſſeri ſolet? Inprimis arca Noë Chriſti Domini Eccleſiam, ac fidem catholicam repræſentat, quæ perſecutionum diluuiis non modò non oppreſſa hauſtáque fuit; ſed eam inualeſcentes aquæ leuauerunt in ſublime; tanto glorioſior reddita eſt, quãto pluribus & grauioribus iactata eſt procellis. Fundendo (inquit D. Hieronymus *Epiſtol.* 62.) ſanguinem & patiendo contumelias, Chriſti fundata eſt Eccleſia; perſecutionibus creuit, martyriis coronata eſt. Vniuerſim ad omnes fideles dicitur à Domino per Oſeã: *Dabo vallem Achor ad aperiendam ſpem*, capite ſecundo. Vbi D. Hieronymus, Achor interpretatur locus tumultus, valliſque turbarum: promittit ergo Dominus, vt mutetur Achor in oſtium ſpei, ſiue ad aperiendam ſpem, atque patientiam; quòd iccirco ſupplicia & tormenta perpeſſa ſit, vt per hæc ad proſpera perueniret. Sumus in ſchola virtutis, quid mirum ſi fiat probatio? Luculenter D. Auguſtinus in hanc ſententiam: Iuſtis (inquit) quicquid malorum irrogatur, non eſt pœna criminis, ſed virtutis examen. Idem à Tertulliano dicitur: Cùm exurimur perſecutionis ardore, tunc probamur de fidei tenore. Non minùs elegáter D. Gregor. Nazianzen. *Orat. de Athanaſ.* Sæpè in impiorum manus ac poteſtatem iuſti veniunt, nòn vt illis honor habeatur, ſed vt horum virtus exploretur.

*Origen.*

*Felix interdũ caſus.*

*S. Auguſt.*

*S. Petri caſus & reſurrectio.*

*S. Greg.*

*Iſai. 56.*

*S. Hieron.*

*Oſeæ 2.*

*Hieron.*

*Eccleſia profuit tribulatio.*

*S. Auguſt.*

*Iuſtis prodeſt tribulatio.*

*Tertull.*

*Nazianz.*

10. Aduerte præualuiſſe aquas, & in arcam, etſi incaſſo impetu proruiſſe. In ſignũ ponitur, cui contradicetur, iuſti anima; vbi à vitiis, & vitioſorum conſuetudine ſe ſubducit, ac diaboli ſpernit blanditias, irridet aſtutias. Ergo vir iuſtus paret ſe ad ſubeundam aquarum inundãtium oppugnationem; quia non ita graui videas gentem improbam à diabolo impugnari. Ratio

*Diabolus bonos, non malos oppugnat.*

verò

S. Cyprian.

verò huius diſcriminis affertur à D. Cypr. *Epiſtol.* 1. illis verbis. Diabolus non quærit illos, quos iam ſubegit, aut geſtit euertere, quos iam ſuos fecit: quos alienauit ab Eccleſia, & foràs duxit, vt captiuos & victos contemnit: & præterit; eos pergit laceſſere in quibus Chriſtum cernit habitare. Ita Cyprian. Et quidem ita diſponit diuina prouidentia, vt anima iuſti velut arca perſecutionum, tentationum ac moleſtiarum diluuiis quatiatur; quia pax & ſecuritas ſæpenumero incautos decipit, dormitantes intercipit; & quo ſecuriores ſibi videntur, eo turpiùs atque abiectiùs ingruente diluuio abſorbentur. Iccircò, vt ſuo populo Dominus conſuleret, Chananæorum gentem non ſtatim deleuit; vt Hebræi damnum ſentirent (ait Theod.) & confugerent ad Deum, eiúſque beneficiis fruerentur.

*Vtile eſt iuſtis tentari.* Theod.

S. Chryſ.

Imò (vt obſeruat D. Chryſ. *in Pſal.* 126.) non ſimul, & aceruatim dedit eis Deus bona omnia, ſed ſenſim, & paulatim; ne perceleri liberatione à malis, ad impietatem priſtinam recurrerent. Ac ſummum ſolet hoc eſſe Dei beneficium erga viros iuſtos, quos ſibi cautiores, Deóque obedientiores reddit importuna tentationem cõflictatio. Quod pulchrè oſtẽditur à D. Aug. in Pſalmis. Vbi adducit illud 1. Iud. *Fuit Dominus cum Iuda*, &c. *Nec potuit delere habitatores vallis*, &c. Miraberis quî fieri poſſit, vt Dominus faueat Iudæ, & Iudas nequeat delere hoſtes ſuos? Reſpõdet D. Aug. In hoc ipſo fuit Dominus cum Iuda: reſtringit enim Deus propitius etiã in cordibus ſuorum ſanctorum proſperitatis exceſſum. Ne verò iuſti tentationum diluuiis conflictati, aut ſuccumbant magnitudine malorum, quibus exercentur; aut mœſti, ac dolentes vitam trahant infelicem, abundantiùs ſolito, diuina conſolatio recreat afflictos. Vnde illud Deuteron. 8. *Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna.* Pulchrè, vbi penuria, ibi manna; vbi à terra labores ingraueſcunt, ibi de cælo panis omne delectamentum in ſe continens placido lapſu demittitur: Quem locum Philo Hebræus exponens: Afflictio (inquit) iſta propitiatio eſt: quoties enim ſpoliamur ſecundis rebus, Dominum propitium ſentimus. Certum eſt, & quotidiana experientia comprobatur illud Pauli, *Conſolatur nos in omni tribulatione noſtra ſicut abũdant paſſiones Chriſti in nobis, ita abundat cõſolatio noſtra*, &c. Vbi D. Chryſ. Paulus cùm videret quaſi niuis cumulos tentationes ingruentes, non aliter quàm ſi

S. August.
1. Iudic.
Deut 8.
*Diuina conſolatio tentatis adeſt.*
Philo.
*S. Paulus gauiſus inter tentationes.*
2 Cor. 1.
S. Chryſ.

in medio paradiſo vixiſſet, gaudebat, geſtiebatque. Poſtremò, vt finem commentandi ſeptimum caput faciamus, vbi finis omnino eſt nullus; Atque præualuerunt, multiplicatæ ſunt & eleuauerunt arcam in ſublime à terra. Porrò arca ferebatur ſuper aquas, operiſque ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cælo. Agè verò quæ iſthæc arca tam ſupra omnia nauigans, cuncta operiens, per omnia triumphanti ſimilia volitans; niſi ea, quæ theſauros vniuerſos diuinitatis ſuo in vtero geſtauit, ſcilicet ſemper virgo Dei genitrix Maria? Fundamenta eius in montibus ſanctis, *Pſal.* 86. Quia vbi ſumma ſanctitatis exempla, viri ſanctiſſimi, & Angeli poſuerunt, ibi prima lineamenta deſcripta ſunt ſanctitatis, quam Deus in virgine matre ſua depinxit: Tota ſanctitas, vniuerſa gratia, quæ in ſanctis, & Angelis reperitur; prima rudera ſunt, atque informia cœmenta huius templi, huius aulæ regiæ, quam ſibi Deus ædificauit. Illa eſt, quæ radicauit in populo honorificato, *Eccleſ.* 24. aut ſanctificato, vt alij legunt. Primæ quidem radices huius arboris vitæ ſunt omnes, eæque maximè virtutes populi ſanctitatis honore præcellentis. Ipſa eſt, quæ meritò, ac verè dicit: *In plenitudine ſanctorum detentio mea*, Eccleſ. 24. Vbi enim ſumma eſt plenitudo ſanctitatis humanæ, & angelicæ; ibi ſemper virgo Dei mater prima ſuæ ſanctitati iecit fundamenta, ibi detinuit gradum & plantam fixit virgineam. Ad illius aſpectum ſtupent Angeli, & cælum ipſum admirabundum ſciſcitatur. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto*, Cantic. 3. Nimirum, vt rectè interpretatur D. Maxim. Omnis pulchritudo ad virginem comparata deformitas eſt, & omnis innocentia peccatum. Nec id mirum: etenim ſi aquæ deforis inualeſcentes, arcam in ſublime ſuper omnes terræ montes exciderunt, quónam euectam par eſt credere illam Dei arcam, Dei matrem, cuius in vterum, intimaque viſcera, atque adeò in penitiſſimos animæ receſſus tota ſe infudit diuinitatis plenitudo? Neque verò illud à myſtico ſenſu alienum: inualuit inundatio gratiæ Dei Saluatoris noſtri; vbi enim abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia; factúmque eſt diluuium ſanguinis Filij Dei, quo Eccleſia ipſa arca fidelium in ſublime eſt euecta vſque adeò: vt à terra ſuos vectores portans, intra ipſius cæli portum placidiſſimum, vbi perennat amœniſſima æternitatis ora, exponere conſueſcat.

Pſal. 86.
*B. Maria ſanctitas incomparabilis.*
Eccleſ. 24.
Eccleſ. 24.
Cant. 3.
S. Maxim.
*Sanguine Chriſti eleuamur in cælũ.*

# CAPVT OCTAVVM.

1. REcordatus autem Deus Noë, cũctorúmque animãtium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca, adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ.

2. Et clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cæli: & prohibitæ ſunt pluuiæ de cælo.

3. Reuerſæque ſunt aquæ de terra euntes & redeuntes: & cœperunt minui poſt centum quinquaginta dies.

4. Requieuitque arca menſe ſeptimo, vigeſimo ſeptimo die menſis, ſuper montes Armeniæ.

5. At verò aquæ ibant & decreſcebant vſque ad decimum menſem: decimo enim menſe, prima die menſis, apparuerunt cacumina montium.

6. Cúmque tranſiſſent quadraginta dies, aperiens Noë feneſtram arcæ, quam fecerat, dimiſit coruum.

7. Qui egrediebatur, & nõ reuertebatur, donec ſiccarẽtur aquæ ſuper terram.

8. Emiſit quoque columbã poſt eum, vt

vt videret ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ.

9. Quæ cùm non inueniſſet vbi requieſcere pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcam: aquæ enim erant ſuper vniuerſam terram: extendítque manum, & apprehenſam intulit in arcam.

10. Expectatis autem vltrà ſeptem diebus aliis, rurſum dimiſit columbam ex arca.

11. At illa venit ad eum ad veſperam, portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore ſuo: intellexit ergo Noë quòd ceſſaſſent aquæ ſuper terram.

12. Expectauítque nihilominus ſeptem alios dies: & emiſit columbam, quæ non eſt reuerſa vltrà ad eum.

13. Igitur ſexcenteſimo primo anno, primo menſe, prima die menſis, imminutæ ſunt aquæ ſuper terram: & aperiens Noë tectum arcæ, aſpexit, vidítque quòd exiccata eſſet ſuperficies terræ.

14. Menſe ſecundo, ſeptimo & vigeſimo die menſis, areſacta eſt terra.

15. Locutus eſt autem Deus ad Noë, dicens:

16. Egredere de arca, tu & vxor tua, A filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum.

17. Cuncta animantia quæ ſunt apud te, ex omni carne, tã in volatilibus quàm in beſtiis & vniuerſis reptilibus, quæ reptant ſuper terram, educ tecum, & ingredimini ſuper terram: creſcite & multiplicamini ſuper eam.

18. Egreſſus eſt ergo Noë, & filij eius, vxor illius, & vxores filiorum eius, cum eo.

19. Sed & omnia animantia, iumenta, & reptilia quæ reptãt ſuper terram, ſecũdùm genus ſuum, egreſſa ſunt de arca.

20. Ædificauit autem Noë altare Do- B mino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare.

21. Odoratúſque eſt Dominus odorem ſuauitatis, & ait: Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines: ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua: non igitur vltrà percutiam omnem animam viuentem ſicut feci.

22. Cunctis diebus terræ, ſementis & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hiems, & nox & dies, non requieſcent.

## SECTIO PRIMA.

*Recordatus autem Deus Noe, cunctorúmque animantiũ, & omnium iumentorum, quæ erant cũ eo in arca, adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ. Et clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cæli: & prohibitæ ſunt pluuiæ de cælo. Reuerſæque ſunt aquæ de terra euntes, & redeuntes: & cœperunt minui poſt centum quinquaginta dies. Requieuítque arca menſe ſeptimo, vigeſimo ſeptimo die menſis, ſuper montes Armeniæ. At verò aquæ ibant, & decreſcebant vſque ad decimum menſem: decimo enim menſe, prima die menſis, apparuerunt cacumina montium. Cumque tranſiſſent quadraginta dies, &c.*

1. VT cohæreat commentatio; iuxta ſecundum calculandi modum, quem ſuperiori capite prope finem poſtremæ ſectionis potiorem duximus, conſequenter in præſentia ſupputandum eſt tempus, quo diluuium cœptum, continuatum, finitúmque omnino eſt. *Diluuij tempus explicatur.* Igitur pluit per integros quadraginta dies, deinde ceſſante pluuia, diluuium terras obtinuit plenum, ac perfectum totos centum quinquaginta dies; qui omnes iunctim efficiunt centum nonaginta dies, atque adeò ſex menſes ſolares integros, & præterea decem dies ſeptimi menſis. Hæc ſumma dierum expleta, nimirum poſt ſex menſes & decem dies, cœperunt D aquæ imminui, per ſeptendecim dies, quo temporis puncto arca in editis montibus ſubſtitit; carinæ quidem fundò adhæſit humi, ſed maiori adhuc ex parte, aquis circundata: harum decrementum vlteriùs progrediens per duos menſes & tres dies perdurauit vſque ad primum diem decimi menſis, in quo montium culmina exſucta apparuerunt. Sed etſi montium iuga libera viderentur aquis, adhuc tamen reliqua tellus pontus erat. Elapſo igitur quadraginta dierum ſpatio, dimiſſus eſt coruus, & poſt illum finitis ſeptem diebus columba; necdum aquæ tellurem

C omnino dereliquerant. Demum poſt ſeptem alios ſubinde dies columba iterum dimiſſa iam in ſicco ſolo virtutem reperit oliuam; atque adeò poſt decem menſes completos, & vigintiquinque dies, terra fuit omnino diluuio aquarum libera, ſed tamen vliginoſa, & lutulenta. Denique poſt tranſactos alios ſeptem dies apparuit tellus, attenti ſolo, defæcata. Nunc ad commentãdi redeamus inſtitutũ. *Recordatus eſt Dominus Noë*, &c. Vim huius dominicę recordationis ſic exprimit Proc. Recordatus eſt Deus Noë, nõ vt vulgus putat, intelligendum eſt; ſed diuino more quaſi nequaquam oblitus fuerit Noë. *Procop.* & vti de impiis dictum eſt: Non noui nos, ideſt, nunquam vos in numero meorum habui. Sic nunc recordatus eſt Deus Noë, vt eum depromeret ex arca futurum patrẽ generis humani. Meritò D. Chryſoſt. admiratur virtutem Noë, vt tenebricoſo illo ergaſtulo circunſeptus vnà cum beſtiis, ac monſtris, in ſummo totius orbis exitio tot per menſes, hac illac fluctuauerit. *S. Chryſ.* Admiror (inquit) quomodo præ triſtitia non fuerit abſorptus, cùm mentem illius ſubirent humani generis interitus, ſua ſolitudo, & difficilis illa vita. *Conſtantia Noë commendatur.* At cauſa bonorum omnium fuit ſua in Deum fides, per quam, & reſtitit, & omnia fortiter tulit, cúmque

ſpe

ſpe paſceretur, nihil triſte ſentiebat. Ita Chryſ. Profectò, etſi nihil ſcriptū ſit, quónam ſe pacto geſſerit Noë in illa tam diuturna, horribilíque cuſtodia: nihilominus moleſtiſſima quæque, ac mœſtiſſima paſſum illum credere par eſt: atque ſi vt ratio poſtulat, exigeretur à nobis commiſeratio condigna, tanto vehementiùs doleremus, quanto & minùs legimus, & plus ſuſpicamur malorum, quæ in ſepulchrali arca vir ille patientiſſimus exantlauerit. Veriſſima enim eſt illa ſententia D. Aug. *ſerm. 31. de tēpore:* Maiorem affectū ibi debeo, vbi credulitatem meā cogit contēplatio, quàm vbi fidem hortatur opinio. Hac (vt obiter dicam) ratione cùm Domini paſſionē contēplamur, ibi noſter affectus tenerius ſe explicat, & acriùs inardeſcit, vbi parciùs loquuti ſunt diuini ſcriptores; ménſque ipſa contemplando diſquirit; veluti quid non iniuriarum, ac dolorum perpeſſus fuerit agnus ille innocentiſſimus tota illa nocte, quam ligatus, & illuſus egit in ædibus Caïphæ? quid vbi primùm in horto comprehenſus; quid per viam ab horto vſque ad domum Pontificis? quid cùm per vrbem baiulans ſibi crucem exiret in Caluariæ locum; quid quando crucifixus, quando in altum ſublatus; quid tandem in cruce quoúſque clamans expirauit? Quid etiam illa ſanctiſſima, & innocentiſſima virgo toto paſſionis tempore, & ſtans iuxta crucem Ieſus mater eius, ac ſubinde demortuum Filium; totum vulneribus conciſum, è cruce cùm demitteretur, brachiis ſuſtinuit, amplexata oſculataque eſt lurida, & cruorē manantia Filij membra, demúmque ſindone inuoluit, ac ſepulchro condidit. Scilicet piæ ſuorum fidelium contemplationi ſecretiora hæc & pinguiora paſcua Dominus reſeruauit. Crediderim etiam iſtorum omnium, veram & ſinceram narrationem tanquam opes pretioſiſſimas, à Domino, ſepoſitam in cæli theſauris, qua minutim, & in propatulo explicata dulciùs & amabiliùs oblectentur animæ beatorum.

S. Auguſt. *Vbinam maior eſſe debet compaſſio.*

*Secretiora in paſſione Domini meditanda.*

*B. Maria dolor in paſſione.*

*In cælo paſſio Domini explicatur.*

2. *Recordatus autem Deus Noë.* Incluſit Dominus Noë, vt vidimus, oblita & obſerata deforis arca; clauē apud ſe Dominus retinuit, vt opportuno tempore aperiret. Nam vbi, quæſo, ſecurior eſſe poteſt noſtrarum clauis neceſſitatum, quàm in manu Dei? vbi verò minùs ſecura, quàm in manu hominis? Elias homo, etſi ſanctiſſimus, at homo tamen: ſimul atque clauem cæli in manus accepit, actutum clauſit cælum, prohibuitque pluuiam per tres annos. 3. Reg. 17. *Viuit Dominus* (inquit) *ſi erit annis hi ros & pluuia, niſi iuxta oris mei verba.* non dicit; iuxta oris Domini verba: ſciebat enim ſeipſo Deum longè clementiorem. Iuxta oris mei verba, & non (commentatur S. Chryſ. *ſerm. de Elia*) ô Domine quando tibi videbitur pœnæ finem facias. Tibi enim pro clementia tua ſemper videtur miſericorditer agendum. demúmque nonniſi conſiliis Dei conuictus, & viduæ eiulatibus, ac propria ſui indigentia compulſus cælum reſerauit; erat quidem homo. Iccirco Dominus vt hominem amolliret, per coruos eſurientem pauit, quaſi diceret (vt ait S. Chryſ.) Abſurdum eſt ô Helia, quòd apud te miſericordiæ neç patrocinantur corui; tu autem pro hominibus non intercedis. Erubeſce, & vel coruorum exemplo hominibus eſto clementior. Itaque Deus ipſe per ſemetipſum de miſericordia apud ſeruum ſuum legationis munus obit. & intercedit. ita Chryſ. Nō recordatus eſt Noë, niſi Deus ipſe. Quapropter (vt legimus) D. Martinus

*Deo fidendum in neceſſitatibus.*

3. Reg. 17.

S. Chryſ.

S. Chryſoſt.

A in manus latronum incidens inter diſtrictos minacium barbarorū gladios, adeò ſe oſtendit ſecurū, vt miraculo eſſet ſatellitibus; ac ſciſcitātibus, vnde illa ſecuritas, quia (inquit) ſoli Deo fido, cùm mihi nullum præſidium adſit humanum. Porrò autem quid ſibi vult: Recordatus eſt Deus Noë? miſertus eſt iuſti in arca agentis, ait D. Chryſ. Itaque recordatio Domini, miſericordia ipſius eſt, vt Eucher. & communiter alij explicant. Obliuiſci quidem dicitur (etſi tamen in eum nulla poſſit cadere obliuio) cùm obruimur tentationibus, cùm anxij nobis ipſis relinquimur: reminiſcitur verò, cùm ſubinde nos conſolatur, cùm nobis ſuccurrit: hoc ſenſu recordatur Noë, cùm illum à periculo eximit, inundan- B tíque diluuio obſiſtit, ac demum ex carcere illius arcæ Noë, familiámque ipſius, atque animātia in liberum campum educit. Eadem metaphora dicitur Dominus dormire, & exurgere: ad eiuſdem myſterij ſignificationem in nauicula Dominus aliquando legitur obdormiſſe ſuſcitatúſque à diſcipulis, vt periclitanti nauiculæ medio in ſalo ferret opem. Quod etiam hodie in Eccleſia videtur. Vnde Tertul. *lib. de bapt. cap. 12.* Nauicula (inquit) illa figuram Eccleſiæ præferebat, quòd in mari, ideſt, ſeculo fluctibus, ideſt, perſecutionibus, & tentationibus inquietatur; Domino per patientiam velut dormiente, donec orationibus ſanctorum in vltimis ſuſcita- C tus compeſcat ſeculum, & tranquillitatem ſuis reddat. Hæc Tertullianus. Quapropter fide, ſpéque in Deum præmuniti aduerſis obluctemur, & proſpera mundi contemnamus. Generoſum hoc eſt, ac virile. Contrà verò abominatio illa fœdiſſima viſa eſt Prophetæ: *Mulieres plangentes Adonidem*, Ezech. 8. Nos (inquit D. Hieron.) eos, qui ad ſeculi mala, & bona; vel contriſtantur, vel exultant, mulieres appellemus molli & effæminato animo; dicamúſque eos plangere תמוז *thammuz*, (Hebr. Adonidem) ea videlicet quæ in rebus mundi putantur eſſe pulcherrima. Sic Hieron.

*Quid ſit Deū dormire, quid ſuſcitari.*

Matth. 8.

Tertul.

Eze h 8.

S. Hieron.

*Homines quinam dicantur mulier. s.*

3. Recordatus autem Deus Noe, cunctorúmque animantium, & omnium iumentorum. D Mouet pleroſque, cur non meminerit Dominus, aut non meminiſſe dicatur vxoris, filiorum, ac nuruum Noe; præſertim cùm diuina recordatio ad pecudes etiam ipſas ſe extenderit? Non occurrit melior ſolutio, quàm quæ à D. Ambroſio affertur *lib. de Noë, c. 16.* Cùm dixerit (ait) quod Noe memor fuerit in autore, & præſule domus, neceſſitates eius reliquas comprehendit. Simul exprimi videtur quidam reliquarum conſenſus neceſſitudinem. Etenim cùm omnes inuicem ſibi cari ſunt, vna eſt domus; cùm autem diſcrepant, ſeparantur, & ſcinduntur in plures domos. Vbi ergo caritas, ibi ſenioris nomine, de quo pēdent cæteri, domus omnis ſignificatur; vt ſi quis arborem dicat, etiam fructus, qui in ea ſunt, pari- E ter vno atque eodem ſermone complectitur. Sic Ambroſ. Vbi ergo pater, prælatus, imò, & bonus princeps Noe iuſtitiam, & amorem in ſuos imitatur; illius ſunt omnium ſuorum neceſſitates. Quis enim (ait Paulus) infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? explicat S. Hieronym. Cum infirmantibus infirmor, cum pereuntibus perire me credo. Sic enim vror triſtitia, vt animo ardere me ſentiam. In caritate eſt totius Eccleſiæ Chriſtianæ decus. & ornamentum. Eccleſia arca eſt (inquit D. Greg. 35. *moral. cap. 6.*) quæ ſola intra ſe poſitos validcaritas s

S. Ambroſ.

*Caritas cum vnitate multorum.*

2 Cor 11.

S. Hieron.

S. Greg.

catitatis compage cuſtodit. Vnde & aqua diluuij arcam quidem ad ſublimiora ſuſtollit, omnes autem quos extra arcam inuenit, extinxit. Recurdatur Noe, vnitas enim animorum eſt in Eccleſia. *Vnitas fideliũ cum Papa.* Non a ſummo Pontifice fideles Chriſti, non à Prælato ſubditi numerum faciunt. Vnus eſt Noe cum ſuis; caput cum membris; quare qui diuerſa ſapiunt, & dicunt, a ſuo Noe extra illius arcam fluctuant. Execrandum planè ſpectaculum monſtratur Ezechieli. *Ezech.* *Septuaginta viri de ſenioribus, & Iezonias filius Saphan ſtabat in medio eorum, & vnuſquiſque habebat thuribulum in manu ſua*, &c. *S. Hieron.* Vbi D. Hieron. Quando viderimus plebem peſſimam cógregatam, de qua ſcriptum eſt: B *Odiui Eccleſiam malignantium*, Pſal. 25. *Pſal. 25.* *Hæreticorum fraudes & ſordes.* & peiores plebe præpoſitos, nequiorémque principem, qui præfectus eſt plebi, atque presbyteris: dicamus Iezoniam ſtantem ante picturas idolorum, & ſingulos habere thuribulum in manibus ſuis; nõ Dei maieſtatem, ſed proprias ſententias adorantes, & nequaquam odorem bonæ fragrantiæ ad Deũ, ſed fœtorem ad idola peruenire. Hæc Hieron. Viuis quidem coloribus expreſſa hæreticorum abominatio. Non Deum adorant, non illi thus incendũt, quippe ab vnitate Eccleſiæ deſciuerunt in varias ſententias, & ſectarum figmenta, portentaque diſtracti; quod quiſque pro libidine confingit, id veí Chriſtianum ac diuinum pronunciat. Seniores ſunt, quia ſibi videntur ſa- C pientes, & nomine Epiſcopatus, ac presbyteratus, miſellam ac rudem plebeculam decipiunt. Seniores, quia malitia inueterati, principem in medio tenent, ſuis nimirum fallaciis occæcatum. *S. Hieron.* Stant omnes: quia (inquit D. Hieron.) firmo in ſceleribus ſtant gradu, nec fluctuant in malo, ſed robuſtiſſimè perſiſtunt; vapórque nebulæ, & cõfuſionis ac turbinis, qui ſurgit ex thure, offerentium ſacrilegia demonſtrat. Hæc Hieron. Denique ante picturas idolorum thus adolent hæretici. Sunt enim hæreſes idolorum pictæ imagines; nec immeritò dicere poteris hæreticos nominetenus Chriſtianos, cætera verò paganos. Pulchrè adiungit D. Hieron. In medio Saphan, *S. Ambroſ.* hoc eſt, iudicium, & condemnatio. D. Ambroſ. D paulo aliter legit. Recordatus eſt autem Deus Noe, & beſtiarum, & iumentorum: beſtias ſcilicet pro animantibus vertens; ex quo non minùs ſubtilem quàm pium ad mores eruit ſenſum. *Manſuetudo commẽdatur.* Nec illud (inquit) otioſum, quod primò dixit: quia memor fuit Deus Noe, deinde beſtiarum, poſtea iumentorum. hoc eſt; cur non iumenta, quæ mitiora ſunt, poſt hominem nominauit, ſed ferociora. In quo videtur illa eſſe ratio, vt ea quæ ferociora erant, vtriuſque partis vicinitate manſueſcerent. Vſque adeò neceſſaria homini, & maximè Chriſtiano eſt, illa virtus Domini Ieſu propria, & natiua, nimirum manſuetudo, cuius ipſemet ſe præbuit doctorem. *Diſcite à me quia* E *mitis ſum*, Matt. 11. *Matth. 11.* Vt eam vel in brutis pecudibus commendabilem reddat conditor ipſe vniuerſorum. Ac ſimul etiam intelliges, quanta ſit vis in exemplo, vel ad ipſam naturæ feritatem edomandam: ad aſpectum enim mitiſſimi Noe, & animantium cicurum mitigari voluit Dominus ferocitatem beſtiarum, & mole & ſæuitia corporis horribilium. Verumque in Chriſto expreſſum habemus. Ipſe enim prior dilexit nos, *1 Ioan. 4.* 1. *Ioan.* 4. vbi D. Auguſt. *S. Aug.* Iniquos amauit, ſed iniquitatem ſoluit; iniquos amauit, ſed non ad iniquitatem congregauit. *Ex caritate fiant omnia.* Ægrotos amauit, ſed ſanandos viſitauit. Et infrà ſubiungit aureum A planè documentum tam rectoribus, quàm ſubditis, nempe: Semel breue præceptum tibi præcipitur: Dilige, & quoduis fac. Siue taceas, dilectione taceas: ſiue clames, dilectione clames: ſiue emendes, dilectione emendes: ſiue parcas, dilectione parcas. Radix ſit intus dilectionis: non poteſt de iſta radice niſi bonum exiſtere. Sic Auguſtinus.

4. *Adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ.*] Hebraïcè ויעבר *vaiaghaber*, & tranſire fecit. *Ventus diluuium exſiccans.* hoc eſt, vt volunt aliqui, vim dedit vento penetrandi totam illam aquarum colluuiem, & telluris intima penetralia, quo & aquæ exſiccarentur, & tellus omni fæce lutóque extra non peſtilentem ſubinde halitum ac morbi- B dam luem exhalaret. Putarunt autem ventus hic fuiſſe Aquilonaris, cui vis ineſt exſiccandi vehementiſſima; illique addita fuit diuinitus efficacior virtus. D. Ambroſ. *S. Ambr.* Non ventum, ſed Spiritum ſanctum intelligit, cui attributa hoc loco eſt efficacitas illa exſiccandi aquas, cohibendi diluuium, & renouandi faciem terræ. Quam etiam interpretationem de Spiritu ſancto Theodoret confirmat. Certè in myſtico ſenſu Spiritus ſanctus diluuium compeſcit noſtrarum paſſionum, de quo ita diſſerit D. Ambroſ. *cap. 14. de Noe.* Magna naufragia, quando mentis pariter & corporis, ſenſuúmque omnium turbo & procella miſcentur. C Tunc magnum eſt diluuium *Paſſionum diluuium.* omnibus pariter ingruentibus paſſionibus: tunc ſe inſipientia, iniuſtitia, temeritas, improbitas, perfidia de ſuperiore parte, tanquam cataractæ mentis videntur effundere. Inde erumpunt de corporis fonte terreni libido, temulentia, luxuria, poſtremò diuerſorum criminum prolapſiones, quæ penitus, & corporis robur, & vigorem mentis effœminant. Idem *cap.* 15. Caro noſtra diuerſis agitatur fluctibus, & freti modo fluctuat paſſionibus, quibus huc atque illuc ſuper vndas moleſtiarum iactatur. Item *cap.* 17. *Dei Verbum animam ægrã viſitat.* Deinde eo quòd diluuium animæ vitio mentis, & luxuriæ corporalis influxerat, vt malitia paſſioni, paſſio malitiæ miſceretur. Ingrediente medico D Dei verbo ad viſitationem animæ, quæ diuturna ægritudine laborabat diſceptionum improbitate, paſſionum acerbitate, priùs debuerunt cauſæ ægritudinis amputari. Ideo clauſi ſunt fõtes, & cataractæ cæli. His enim cauſis minuitur diluuium, quibus creuit. Sic Ambroſ. *Spiritus S. libidines compeſcit.* Sola quidem Spiritus ſancti gratia libidinoſi diluuij reſtinguntur incendia, quibus animæ abſumptæ pereunt. Sed proh quàm multa, & deploranda perpetuò fiunt in hoc diluuio animarum naufragia! Viden' quàm bellè S. Ambroſius diuini verbi prædicationem expreſſerit, cùm animam ponit ægrotantem paſſionibus, quam inuiſit verbi Dei prædicatio? Planè infinita propè miracula eduntur quotidie, in ſanandis animarum morbis ab E huiuſmodi medico. Adiungit etiam Ambroſ. *S. Ambroſ.* cap. 15. Niſi accedat Spiritus ſancti gratia, & niſi anima diuerſarum humeſcat rore virtutum, poculo quodam irrigata ſapientia, atque irriguo caſtitatis cupiditatum deflagrata incendio, vel profluuio carnis illiſa procumbit. Sic Ambroſ. Nota rorem virtutum, poculum ſapientiæ, irriguum caſtitatis, quæ à Domino inceſſanter ſunt expoſcenda. *A Domino caſtitas expoſcenda.* itaque compreſſum ſiſtitur diluuium, ceſſante pluuia de cælo, recluſis, qui denuò ad vindictam ſolam eruperant, fontibus; aquis deinde ad lacus, ad mare, ad freta maris, & fluuios recurrentibus; atque aliis ſubinde ſu

meatus,

nicatus, cuniculos, hiatúſque penitiores terræ ſeſe recipientibus.

5. *Requieuit arca ſuper montes Armeniæ.* ] Seu Ararat. de qua ſcribit D. Hier. *in 37. Iſai.* ad hunc modum. Ararat Regio in Armenia cāpeſtris eſt, per quam Araxes fluit, incredibilis vbertatis, ad radices Tauri montis, qui vſque illuc extenditur. Ergo & arca Noe ceſſante diluuio non ad montes generaliter Armeniæ delata eſt, ſed ad montes Tauri altiſſimos, qui Ararat imminent campis. Iam circa montium capita defecerat aqua, & proinde arca immota conſedit. En dulcis laborum, qui pro Deo ſuſcipiuntur, fructus! Poſt tam diuturnam ac moleſtam fluctuationem requies! Requieuit demum conſidens ſupra montium culmina, quæ fuerat immenſis diu iactata diluuij vorticibus. Hunc eundem curſum Eccleſia Chriſti tenet, vt his verbis oſtendit D. Gregorius *Epiſt.* 40. Quid aliud eſt, quod diluuij tempore humanum genus extra arcam moritur; ad vitam verò in arca ſeruatur: niſi hoc, quod apertè nunc cernimus. Quia infideles quoſque extra Eccleſiam peccati ſui vnda perimit, & fideles ſuos in fide, atque in caritate ſanctæ Eccleſiæ vnitas, quaſi arcæ compago cuſtodit. Quæ arca videlicet de imputribilibus lignis compingitur, quia de omnibus fortibus, atque in bono perſeuerantibus ædificatur. Et cùm à ſeculari vita vnuſquiſque conuertitur, quaſi adhuc ligna de montibus ſucciduntur. Cùm verò ad ſanctæ Eccleſiæ ordinem, ad aliorum cuſtodiam deducitur, quaſi de excisis atque compoſitis lignis ad ſeruandam vitam hominum arca ædificatur. Quæ profectò arca ceſſante diluuio in monte requieuit: quia huius vitæ corruptione ceſſante, cùm malorum operum fructus tranſierint, in cæleſti patria ſancta Eccleſia in monte requieſcet excelſo. Ita Gregor. Requieuit arca immenſis pelagi defuncta laboribus; qua quidem requia potiti (ſunt enim iucundi acti labores) viri iuſti dulciter illud in cælo cantant propheticum: *Tranſiuimus per ignem, & aquam; & eduxiſti nos in refrigerium.* Pſalm. 65. D. Bernard. *ſerm. in tranſitu S. Malachiæ*. hæc verba expendens, maximè ſiſtit in tranſitu, in quo virtutem Malachiæ commendat: Tranſiuit (ait) planè viriliter, & feliciter pertranſiuit. Tranſiuit per ignem & aquam, quem non triſtitia frangere, nec detinere mollia potuerunt. In hoc ſanè medio boni & mali ſcientia continetur; & voluptatis, & tribulationis hîc capere eſt experimentum. Beata proinde anima, quæ vtrumque pertranſit, nec voluptati inhærens, nec deficiens in tribulatione. Itaque Bernard. per ignem intelligit tribulationes, per aquam voluptates huius vitæ; ſic etiam S. Hieronym. Ignis (inquit) tentatio; aqua, proſperitas: refrigerium, Chriſtus Dominus, aut beatitudo. medio autem tutiſſimus ad Chriſtum, ad patriam, ad requiem vir iuſtus incedit. Ac educi quidem in refrigerium interpretatur, piè ſanctéque in Domino mori, & nos etiam appoſitè pro eodem accipiemus, arcam requieſcere poſt diluuium. Verba ſunt Bernard. Mors ipſa dilectis Domini ſomnus refrigerij eſt, Propheta atteſtante: *Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hereditas Domini*, Pſal. 126. peſſima quidem mors peccatorum, quorum & natiuitas mala & vita peior. Sed pretioſa eſt mors ſanctorum; pretioſa planè tanquam finis laborum, tanquam victoriæ conſummatio, tanquam vitæ ianua, & perfectæ ſecuritatis ingreſſus. Hæc Bernard. S. Hieron. per ſomnum intelligit tempus omne poſt mortem iuſtorum vſque ad reſurrectionem vniuerſalem. ſic ait: Dilecti ſancti ſunt, qui poſt ſomnum præſentis vitæ, hîc dormitare videntur, vt in reſurrectione ad vitam æternam mereantur peruenire.

S. Hieron.
*Fructus laborum pro Deo.*
S. Greg.
*Eccleſia per Arcam Noe figuratur.*
*Prælati ſunt arca Dei.*
Pſal. 65.
*Iuſtorum ad cælum via inter ignem & aquam.*
S. Bernard.
S. Hieron.
*Mors dulcis bonorum, & mala iniquorum.*
Pſalm. 126.
S. Hieron.

6. Elegantiſſima porrò eſt explicatio D. Auguſtin. ad ſingula verba Prophetæ, quæ quia mirabilem cum fluctuatione, ac requie arcæ connexionem habet, ſigillatim & conciſè, vt habet, tranſcribenda in hunc locum eſt. Quoniam probaſti nos Deus, igniſti nos (ſic legit) ſicut ignitur argentum. Non igniſti (inquit) ſicut fœnum, ſed ſicut argentum: adhibendo nobis ignem, non in cinerem conuertiſti, ſed ſordes abluiſti. Vnde quomodo ſæuit Deus in illos, quorum animam poſuit in vitam. Induxiſti nos in laqueum, non vt capti moreremur, ſed vnde liberari experiremur. Poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro. Erecti enim malè ſuperbi eramus, malè erecti curuati ſumus, vt curuati benè erigeremur. Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Toleramus, quos nolumus, patimur ſuperiores aliquando, quos nouimus peiores. Sæuire videtur Deus, cùm iſta facit; ne metuas, quoniam Pater eſt, nunquam ſic ſæuit, vt perdat. Quando male viuis, ſi parcit, plus iraſcitur. Omnino iſtæ tribulationes flagella ſunt corrigentis, ne ſit ſententia punientis. Tranſiuimus per ignem & aquam. Ignis vrit, aqua corrumpit; vtrumque metuendum, & vſtio tribulationis, & aqua corruptionis; quando ſunt res anguſtæ, & infelicitates ſunt in hoc mundo, quaſi ignis eſt; & quando ſunt res proſperæ, & abundantia ſeculi circumfluit, quaſi aqua eſt. Sic Auguſtin. Obſerua conſuetum Domino ordinem, cùm ſuos ad refrigerium, & requiem deducit, antè diluuium, ignémque immittit; quàm ad aquam, requiē, & refrigerium deducat: nimirum vti ſecuriùs & ſanctiùs aqua ſe proluant, in refrigerio viuant, & in requie conſiſtant; vtique exerciti diluuiis, igneque durati. Eſt admodum ſubtilis obſeruatio D. Auguſt. Vide (inquit) ne te ignis exurat, ne aqua corrumpat. firmus eſto aduersùs ignem, coqui te oportet, tanquam vas fictum mitteris in caminum ignis, vt firmetur quod formatum eſt. Vas ergo, quod in igne formatum eſt, aquam non timet; vas autem ſi ſolidatum igne non fuerit, tanquam lutum aqua ſoluetur. Noli feſtinare ad aquam; per ignem tranſi ad aquam, vt tranſeas & aquam. Per diſciplinam tranſis ad requiem, & tranſiens per ignem, & aquam educeris in refrigerium. *Requieuítque arca ſuper montes Armeniæ.* En illa veriſſima Dei arca, humanitas ſcilicet ſanctiſſima Chriſti Domini, in qua diuinitas habitat corporaliter; venit in altitudinem maris, & tempeſtas illam demerſit; infixa eſt in limo profundi, omnes fluctus Dei iudicis, & in humanum genus irati ſuper illam inducti ſunt: rupti ſunt fontes abyſſi, cataractæ apertæ ſunt ſanguinis; iniuriarum, dolorum, cruciatuum, crucis, mortis, ſepulturæ, diluuia contra illam conſpirarunt: at requieuit demum ſuper montes æternitatis. Oportuit enim pati Chriſtum, & ſic intrare in gloriam ſuam, vbi ſedet ad dexteram Patris iudex viuorum, & mortuorum, qui iudicatus, flagellatus, crucifixus inter iniquos expirauit. Requieuit arca ſuper montes, illa etiam, in qua Deus ipſe homo conceptus nouem menſibus habitauit. Semper virgo [illegible]

S. Auguſt.
Pſal. 65.
*Inſiſt tribulationes peruti-les.*
S. Aug.
*Paſſio & glorificatio Chriſti.*

ria Dei mater, poſt diluuia paſſionis filij ſui, poſt A exactam nauigationem huius vitæ, in qua virginalis anima filium iam in cælo regnantem perenniter ſuſpitans angebatur. Tandem corpore & anima ſimul exurgens cælos penetrauit, innixa ſuper dilectum ſuum, ſedétque cum Filio Regina mundi, ſed hominum aduocatrix. Requieuit (ait Eccleſ. 24.) in tabernaculo meo Dei ſapientia, ipſum Dei Verbum in vtero meo, in brachiis, inter vbera mea. Requiritur Deus in monte, (arca ſuper montes) homo factus in Virgine, de qua Iſa. 2. *Erit mons Domus præparatus in vertice montium*. Eſt enim Virgo Dei mater mons ſuper omnes montes, ſupra omnem creaturam eleuata. Requieuit Deus ob operibus ſuis in Vir- B gine, in qua aſſumens ſibi carnem operatus eſt poſtremum, & maximum redemptionis opus. Requieuit ab ira, quam in Virgine factus homo depoſuit, homines ad amorem inuitans, non timore perſtringens. Requieuit arca ſuper montes. Hæc autem arca (inquit D. Ambroſ. *lib. de Noe, cap. 7.*) vtpote in diluuio, huc atque illuc motu impellebatur incerto, eo quòd peccatorum ſtatus mobilis ſit, & vitæ eorum quodam redundantium paſſionum diluuio corruptioni obnoxiæ errore inconſtanti vagentur. Sic Ambroſ. At requieſcit hæc ſuper montem arca; videlicet in monte iſto ſupra montes eminente, in Virgine requieſcimus, qui peccatorum fluctibus agitamur; in virgine à periculis vitæ, à tentatio- C nibus dæmonum, à vitiorum procellis, à mortis diluuio portum, ac requiem placidiſſimam, obtinemus. Ad hunc Dei montem dirigenda eſt oculorum acies, ne in ſalo fluctuantes naufragium faciamus. Vnde optimè S. Ambroſ. *ſerm. in Nat. B. Mar.* Oportet (inquit) Chriſtianos inter fluctus huius ſeculi, hanc Mariam, quæ ſupremo rerum cardine Deo proxima eſt, intueri, & reſpectu exempli eius, curſum vitæ dirigere. quod qui fecerit, non iactabitur vanæ gloriæ vento, nec frangetur ſcopulis aduerſorum, nec abſorbebitur voragine voluptatum; ſed proſperè veniet ad quietis æternæ portum. ita refertur in Polyanthea, verbo *Maria*. Mons eſt Virgo mater ſupra omnes montes. Quid enim (ait S. P. Dam. D *ſer. 1. de natiuit. Virg.*) grandius virgine Maria, quæ magnitudinem ſummæ diuinitatis intra ſui ventris concluſit arcanum? Attende omnem naturę dignitatem, videbis quicquid maius eſt, minus virgine. Solúmque opificem opus iſtud ſupergredi. totam virginem tota illa indiuiſibilis natura largiori gratia ſuperfudit. Sic Dam.

B. Maria arca, requies, mons.

Eccleſ. 24.

Iſai. 2.

S. Ambroſ.

S. P. Dam.

---

SECTIO II.

*Aperiens Noe feneſtram arcæ, quam fecerat, dimiſit coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terram.*

1. NOn aperuit quidem oſtium, quod ab exteriori parte Dominus occluſerat, ſed feneſtram, quam in ſublimi conſtruxerat. Quia verò Hebr. vox חלון *chalon* ſciſſuram, rimulam, foramen ſignificat, non deſunt boni autores qui arbitrentur nouam quandam feneſtellam à Noë tunc fuiſſe apertam, qua poſſet dimitti coruus ad explorandum habitum telluris; cùm præſertim adiungant feneſtram illam grandiorem in arcæ parte ſublimiori cõſtructam cælo tantùm patere contuendo, non autem terræ deorſum. Itaque Noë cùm per ſe non poſſent exerto foras capite longè latéque diſpicere quinam eſſet aquarum terræque ſtatus, exploratrice vſus eſt aue, ex cuius vel reditus, vel remanſione colligeret egrediendúmne, an adhuc remanendum eſſet? Prudens paterfamiliâs Noë periculo nec ſe, nec ſuos committit; quod vtilius ac deterius apud ſe habet, exponit, ſi quid diſcriminis fortè ſubeundum foret; imò & coruum ſagaciſſimum, qui aeri ac ſublimi volatu faciliùs ſe poſſet eximire, dimittit; non aliam ex auibus, aut minùs cautam, aut tardiorem, aut infirmiorem, quæ certiùs periclitaretur. Infauſta quidem auis, ſed ex qua B diſcere poſſimus, quàm libenter atque alacriter pro Dei mandatis obedientiáque prælatorum, vel ipſius vitæ periculum adire debemus. Colore quidem coruus niger, ſed obedientia candidus, magiſtrum ſe, ad parendum, exhibet ſubditis, qui in arca Chriſti continemur. Pulcherrima eſt D. Ambroſ. doctrina, quam ex hoc loco proponit, ad confeſſionis ſacramentalis optimam inſtitutionem. Senſus (inquit) altior ſignificat, quòd omnis iuſtus, quando mundare ſe incipit, quæ tenebroſa ſunt, & immunda & temeraria primò à ſe repellit. Siquidem omnis impudentia, atque culpa tenebroſa eſt, & mortuis paſcitur, ſicut coruus. Sic Ambroſ. Magna C quidem laus peccatoris, cùm pœnitentiæ ſacramento expiaturus animam ſeſe addicit; ſi primò grauiora delicta, & quæ ſi detegantur maiorem ingerent verecundiam, aperiat in confeſſione. Coruus in primis fœdus, obſcurus, horribilis, truculentus, hoc eſt, peccatum execrabilius primò dimittatur à pectore, per feneſtram oris forâs euolet; exoneret ſe anima pœnitentis in primis fœdiore ſarcina, deinde leuiorem deponat. Priùs coruum; poſtea columbam, leuem illam quidem, & leuiorem, vt vocat, venialium culparum, ſymbolum ab arca pectoris per confeſſionem proiiciat. Hac fidelitate aduersùs Dominum, & ſuimetipſius profundiori abiectione ampliorem vtique miſericordiam conſequi- D tur: ſuauiórque deinceps fiet confeſſio ſacramentalis; quippe in qua monſtris primò, & gigantibus valido ictu proſtratis, reliquus minorum diaboli militum exercitus facili negotio debellabitur; quemadmodum legimus 1. Reg. 17. proſtrato Goliath; *Videntes Philiſthijm, quòd mortuus eſſet fortiſſimus eorum, fugierunt*. Cedit hoc tam egregium factum pœnitentis in admirabilem laudem & honorem ipſius Dei. Eapropter in ſacris literis eadem confeſſionis nomenclatura tum Dei laus, tum peccatorum expiatio ſacramentalis ſignificatur. Vnde illud eſt D. Auguſt. *in Pſal.* 117. Confeſſio, vel laudis Dei eſt, vel peccatorum noſtrorum. Hoc autem loco ſenſus eſt de confeſſione criminum. Sic enim S. Hie- E ronym. Priuſquam nobis auerſa facie Deus iraſcatur, confiteamur peccata noſtra. Quòd verò honoret maximè Deum, qui pro illo ſuorum criminum exoluit confeſſionem, oſtendit D. idem Auguſtin. *in Pſal.* 94. ad illa verba, *Præueniamus faciem eius in confeſſione*. Et hoc (inquit) non pertinet ad laudem Dei, quando confiteris peccata tua? imò verò maximè pertinet ad laudem Dei; quare maximè pertinet ad laudem Dei, quando confiteris peccata tua? quia tanto ampliùs laudatur medicus, quanto plus deſperabatur ægrotus. Confitere itaque peccata tua, quo

*Noe bonum egit p. ſuam familias.*

*Deo obediendum etiam cum periculo.*

S. Ambr.

*In confeſſione priùs detegenda, quæ impuriora.*

1. Reg 17.

S. Auguſt.

*Confeſſio ſacramentalis ſummè Deũ honorat.*

S. Hieron.

Pſal. 94.

quo magis deſperabas de te propter iniquitates tuas : tanto enim maior laus eſt ignoſcentis, quanto maior exaggeratio eſt peccata confitentis. Sic Auguſt. Præterea Deum honorat pœnitens in confeſſione ; quia pro eius amore ſibimetipſi iraſcitur, piè ſeipſum excruciat, confitendo ſua delicta, hoſtéſque Domini teterrimos, nimirum peccata fortiter audactérque proſternit ; vt meritò Angeli ipſi de pœnitentia noſtra exultantes Domino illud repetant, quod Ionathas poſt occiſum Philiſtæum Sauli regi de

1. Reg. 19.

Dauide ſuggeſſit : *Locutus eſt Ionathas de Dauid bona ad Saul : Opera eius bona ſunt tibi ; & poſuit animam ſuam in manu ſua, & percuſſit Philiſtæum: vidiſti & lætatus es*, &c. Honorat Deum noſtra

*Confeſſio miſericordiam promeretur.*
Tertull.

confeſſio, quia illum ad miſericordiam ſibi maximè propriam quodammodo cogit, etſi iuſtitia delictis infenſa peccatoris mortem expoſceret. Hinc illud Tertull. *lib. de pœnit.* ſatisfactio confeſſione diſponitur, confeſſione pœnitentia naſcitur, pœnitentia Deus mitigatur. Itaque exomologeſis, confeſſio Latinè, proſternendi & humilificandi hominis diſciplina eſt, conuerſionem iniungens miſericordiæ illicem.

*Confeſſio Deū honorat.*

2. Deum honorat noſtra de peccatis confeſſio, quia proditores Dei palàm detegit, accuſátque, vt inimicos illius ſummæ bonitatis, ac iu-

S. Ambroſ.

ſtitiæ diuinæ. Hinc D. Ambroſ. *in Pſalm.* 118. *ſermon.* 4. Qui ſua delicta non tacuit, videtur in ſe doluiſſe, quod fecit ; in diabolo prodidiſſe, quod ſuaſit ; ideoque ait Scriptura : *Iuſtus in*

Prouerb. 18.

*exordio ſermonis accuſator eſt ſui*, Prouerb. 18. Qui ſe accuſat, etſi peccator eſt, iuſtus eſſe incipit; quia nec ſibi parcit, & Deo iuſtitias confitetur, quem putat latere nihil poſſe. Sic Ambroſ. Qui verò tam fidelis erga Deum ſuum eſt, vt non dubitauerit prodere & traducere, vt occidantur hoſtes Domini ſui; ab ipſius diuina bonitate grandia & multa bona expectet ; nec enim Deus minor eſt rege Aſſuero, de quo ſic ſcribitur cap. 6. Eſther. *Mardochæum, quòd nunciaſſet inſidias Eunuchorum regem Aſſuerum ſingulare cupientium, indui veſtibus regiis, & imponi ſuper equum qui de ſella regis eſt, & accipere regni diadema ſuper caput ſuum, & præconem clamare iuſſit: Sic honorabitur, quem rex voluerit honorare.* huius tam admirabilis honoris in Mardochæum collati rex ipſe rationem ſubiecerat, ſciſcitans ab aulicis: *Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardochæus conſecutus eſt?* Profectò illuſtrior fides in Deum eſt, quòd ego mea delicta, meas proditiones, inſidias, iniurias, meipſum proditorem patefaciam; quàm ſi aliena deferam. Deum honorat confeſſio, quippe quæ imaginem Dei vitiis emortuam reuocat ad vitam, atque omni cæno deterſo nitidam, Deóque gratam reddit. Hinc Nazianz. *ad Vital.* Pec-

S. Gregor. Nazianz.

cati vel ſola confeſſio hominibus ſæpè ſaluti fuit ; acerbiſſimiſque lacrymis graues noxas abluit, animámque vitio tetram obſcœnámque purgauit. Deum honorat confeſſio, quia ſupplicium delictis noſtris promeritum, quod miſericors Deus nobis inuitus ac dolens cogitur

Pacian.

infligere, funditus auertit ; ſic Pacian. *in paræn. ad pœn.* Gehennam recordemini, quam vobis

*Cōfeſſio peccatori glorioſa.*
S. Hieron.

confeſſio extinguit. Quàm verò fructuoſa, iucunda, imò & glorioſa ſit pœnitenti confeſſio, tum patet ex dictis, tum etiam ; quia, vt optimè aduertit D. Hieronym. *Epiſt. 4. ad Ruſticum.*

Pſal. 95.

*Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius*, Pſalm. 95. Vt qui ſua confeſſus fuerit peccata, fœdita-

A tem vulnerum, in ſanitatis decorem commutet. Videlicet pulchritudo animæ, quæ in gratia iuſtificante, & caritate Dei conſiſtit, ab ipſa peccatorum confeſſione ſuboritur. Ergo S. Chryſoſt. *in Pſal.* 106. exhortans ad confeſſio- S. Chryſoſt.

nem poſt multa ſubiungit : Peccatorum indulgentiam confeſſione inſtanti mereberis. Quid horres fateri, quod libenter ac properè commiſiſti? Et *Oration. 2. contra Iudæos :* Vna ſolaque purgatio peccatoribus reliqua eſt poſt peccata: ſcilicet, vt ſua commiſſa confiteantur. En ô hæretice quid catholicis exprobras ſacramentalem confeſſionem, tanquam recens quid inuentum? Si locus exigeret, ſanctorum Patrum ac totius Eccleſiæ per omnes ætates à Chriſto Domino, atque eius Apoſtolis ad nos vſque in-

B corrupta, atque euidentiſſima teſtimonia de confeſſionis ſacramento, vt ritè peragi conſueuit apud Catholicos, præmonſtrarem. Sed hac de re plurimi Doctores luculenter ſcripſerunt. Certè quàm vſitata fuerit peccatorum confeſ- *Confeſſio quā vſitata olim fuit.*

ſio prioribus Eccleſiæ temporibus, illud inprimis euincit, quod legimus apud D. Auguſtin. S. Auguſt.

*in Pſalm.* 4. Vbi hoc Verbum *confeſſio*, lectoris ore ſonuerit, continuò ſtrepitus pius pectora tundentium conſequitur. Diximus Noë, pœnitentis, ſua cùm peccata confitetur, ſymbolum fuiſſe, atque adeò coruo ante omnia, hoc eſt, tetris & impudentibus culpis arcam animæ ſuæ exonerаſſe. Addimus etiam in Noë, *Noë figurat ſacerdotē confeſſorum.*

ſacerdotis ſacramento confeſſionis abluentis

C animam peccatoris, poteſtatem atque officium adumbrari. Noë coruum ab arca dimittit ; & ſacerdos per abſolutionem à pœnitentis anima culpas omnes abiicit; quónam roges ; in profundum miſericordiæ diuinæ, in mare immenſum ſanguinis Chriſti Domini ; vbi ſemel immerſa noſtra crimina penitus diſparent. Iccirco Dominus in Euangelio iubet leproſo (quod in lege Moſaica ſancitum erat) vt oſtenderet ſe ſacerdoti, *Matth.* 8. Ex quo bene infert D. Chryſ. Matt. 8. S. Chryſ.

*lib. 3. de ſacerd.* Noſtris ſacerdotibus non corporis lepram, verùm animæ ſordes non dico purgatas probare, ſed purgare prorſus conceſſum eſt. In illo miraculo celeberrimo, cùm *In Lazaro cōfeſſio repræſentatur.*

D Lazarus quatriduanus, iam ſepultus à Chriſto Domino ad vitam eſt reuocatus : duo (quod ad præſentem locum attinet) aduertere oportet : & quia Lazarus adhuc ligatus inſtitis foras prodierit è ſepulchro ; & quia Dominus iuſſerit Apoſtolis ; Soluite illum, & ſinite abire, *Ioann.* 11. In primo ſignificatur confeſſio, Ioan. 11.

vt communis tradit interpretatio ſanctorum Patrum. Vnde D. Ambroſ. *lib. 2. de pœnit.* Ieſus S. Ambr.

compatitur dilectæ ſuæ, & dicit defuncto Lazaro: Veni foras, hoc eſt, quid iaces in tenebris conſcientiæ, & delictorum tuorum ſordibus quodam reorum carcere? Exi foras, delictum proprium prode, vt iuſtificeris ; ore confeſſio

E fit ad ſalutem, &c. In altero ſignificatur abſolutio ſacerdotis, vt D. Ambroſ. Gregor. & alij docent. Inter quos ſic D. Auguſtin. *de* S. Auguſt.

*verb. Domin. ſermon.* 8. Ipſum Lazarum attende cùm vinculis prodit, iam viuebat confitendo, ſed nondum liber ambulabat vinculis irretitus. *Cōfeſſarij munus.*

Quid ergo facit Eccleſia, cui dictum eſt: Quæ ſolueritis, ſoluta erunt, niſi quod ait Dominus ad diſcipulos : Soluite illum, & ſinite abire. Sic Auguſtin. Vide in eandem commentationem D. Gregor. *homil. 26. in 11. Ioann.*

3. Ad hæc; ſacerdos medicus eſt animarum, curareque non vales ægrotum, niſi is apeiiat ſuum vlcus. Qua metaphora vſus D.Hieronym. *in Eccleſ.* 10. Si quem (inquit) ſerpens diabolus occultò momorderit; ſi tacuerit, qui percuſſus eſt, nec vulnus ſuum fratri, & magiſtro voluerit confiteri; magiſter qui habet linguam ad curandum, facilè ei prodeſſe non poterit. Si enim erubeſcat ægrotus vulnus medico confiteri; quod ignoret, medicina non curat. Sic Hieronym. Pulchrè ſanctiſſimus Doctor linguam ſacerdotis medicam, & curandis animarum vulneribus, ac morbis diuinitus effictam arbitratur: ac fortaſſe idcirco lingua ſponſi tantopere commendatur: *Mel, & lac ſub lingua eius*, Cant. 4. Etenim ſacerdotis ore ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum conficitur, quo nullus eſt dulcior mellis fauus: redditur abſolutio peccatorum, quæ in confeſſione aperiuntur, per quam ſordibus ablutæ pœnitentium animæ candidiores lacte in oculis Dei, atque Angelorum apparent. Eandem medicorum ſimilitudinem vſurpans Anaſt. Nicenus *quæſt.6.in Geneſ.* concludit veritatem fidei: ſolis nimirum ſacerdotibus fieri debere confeſſionem. Quomodo (inquit) morbi corporis non aperiuntur omnibus hominibus, neque quibus libet, ſed iis, qui curandorum ſunt periti; ita etiam peccatorum confeſſio debet fieri apud eos, qui poſſunt curare. Neceſſe eſt ergo confiteri peccata iis, quibus credita fuit diſpoſitio. Sic ille. Similiter D. Baſil. *in reg. breu.*228. Neceſſariò (ait) iis peccata aperiri debent, quibus credita eſt diſpenſatio myſteriorum Dei. Denique ſolis ſacerdotibus claues regni cæleſtis, aut aperiendi, aut recludendi, & poteſtas ligandi, atque ſoluendi, à Domino demandantur *Matth.*16.*&* 18. *Ioan.* 22. Quare D. Auguſtin. *de vera, & falſa pœnit. cap.* 10. ſic ait: Qui confiteri vult peccata, vt inueniat gratiam, quærat ſacerdotem ſcientem ligare, & ſoluere, ne cùm negligens circa ſe extiterit, negligatur ab illo, qui eum miſericorditer monet. Sic Auguſtin. Itaque cùm tres alij viri, quatuórque fœminæ fuerint in arca, ſolus Noë aperiens feneſtram. arcæ dimiſit coruum. Multi quidem ſunt in Eccleſia Chriſti fideles, ſed ſolus ſacerdos poteſt peccatorem à peccatis abſoluere. Ex quo admirabilis oſtenditur poteſtas, & dignitas ſacerdotis, cui ſumma eſt habenda reuerentia, quippe cùm & ſanctiſſimum Chriſti corpus conficiat, & regnum cælorum pœnitentibus aperiat. Quæ duo anguſtiſſima veneratus officia D. Hieronym. *Epiſt.* 2. *ad Heliodor.* Abſit (inquit) vt de his quicquam ſiniſtrum loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos & nos Chriſtiani ſumus, qui claues regni cælorum habentes quodammodo ante diem iudicij iudicant.

S. Hieron. *Non ſanatur qui non vult confiteri.*
Cant. 4. *Sacerdotis lingua quàm vtilis.*
Anaſt. Nic.
*Solus ſacerdos miniſter eſt confeſſionis.* S. Baſil.
Mat. 16. 18. Ioan. 22. S. Aug.
*Sacerdotes venerandi sũt.*
S. Hieron.

4. Coruum dimittit Noë ab arca. Diſcant patresfamiliàs, vt ſeruos malè moratos, maximè ſi turpes ſint, ne lues vulgetur, aliique ſerpente in dies malo contabeſcant, procul ab domo propellant. Timore plena videtur illa Domini ſententia: *Non veni pacem mittere, ſed gladium: veni enim ſeparare*, &c. Matth. 10. Sed planè in vtilitatem noſtram. Nam (vt ait D. Hieronym.) propterea bellum miſſum eſt bonum, vt rumperetur pax mala. Ne verò quis offendatur nomine diſcordiæ, belliique, vbi in lege gratiæ fraterna commendatur concordia; opportunè adiungit Theoph. Non vbique bona eſt concordia, ſed bonum quandoque eſt & diſſidium. Amputanda eſt igitur vitioſa pax omni bello truculentior, infauſta & pernicioſa conſuetudo cum improbis; odium verum eſt, qui amor falsò putatur inter iuſtum, atque impium. Diuinitus conſultum eſt, ne Hebræi, qui de Ægypto ad terram promiſſionis venerant, morbo vllo affligerentur, vti canit regius Vates: *Non erat in tribubus eorum infirmus*, Pſal. 104. D. Chryſ. morbos animæ intelligit, vitia nimirum, prauaque & dogmata, & facta, quibus ſcatebat Ægyptus. Illa igitur omnia partim Hebræi non hauſerunt ab Ægyptiis; partim qui contagio aliquo fuerant infecti, ante perierunt in deſerto, quàm terram promiſſam ingrederentur. Ratio verò traditur à D.Chryſ. vt qui Palæſtinam erant poſſeſſuri, mala quæ erant in Ægypto non vidiſſent, & vt tantæ improbitatis nullum magiſtrum haberent. Ita Chryſ. Nihilominus poſteri Hebræorum iam ſecurò terram illam promiſſam à Deo poſſidentes, breui ab ipſo Deo deſciuerunt, eò quòd, vt habetur *Pſalm.* 105. commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. Porrò vt videas quæ tanta ſit vis malæ conſuetudinis; qui à gentibus idololatriam didicerat, tantos in ea turpiſſima execrandáque arte progreſſus fecerunt, vt deinceps vicinis gentibus, & exemplo, & conſilio magiſtros ſe præbuerint idololatriæ. Vnde Oſeæ 4. *Particeps idolorum Ephraim.* LXX. adiiciunt: Prouocauit Chananæos; vbi D. Hieronym. Tantum habuit ſtudium Iſraël in idolorum cultu, vt non imitatus ſit Chananæos, id eſt, Ethnicos; ſed ad imitationem ſui eos prouocauerit erroris. Separandus procul à iuſto coruus, videlicet, quicquid virtutis ſtudium impediuit, & pietati erga Deum obſiſtit, ac mandatis Dei aduerſatur, coruinam gerit impuritatem. An non illud eſt à Domino pronunciatum. *Qui amat patrem, aut matrem, aut filium, aut filiam, plusquam me, non eſt me dignus?* Matth. 10. Vbi D. Hieronym. Affectus ſubiicit religioni. Si neceſſitas venerit, vt amor parentum, aut filiorum Dei amori comparetur, & non poſſit vtrumque ſaluari; odium in ſuos, pietas in Deum eſt. Sic Hieron. Nullus hinc inferat amorem, & iura propinquitatis, quæ naturæ ipſius lege ſancita ſunt, à Chriſto Domino tanquam Chriſtianæ fidei contraria damnari: ſolus ordo caritatis exigitur, iuxta illud Cant. 2. *Ordinauit in me caritatem.* Ama igitur (inquit D. Hieronym.) poſt Deum. Quod ſi te contra Dei præceptum pater, aut mater impellat, tunc illos odiſſe perfecto odio, illos à te repellere, ab illis fugere, illos prorſus neſcire, non eſt contra præceptum de honorandis diligendiſque parentibus. Nam in eo euentu, vt egregiè obſeruat D. Chryſoſt. pater non eſt: mater non eſt. Poſtremò iuſtus omnis, & à ſuo conſortio, & ab anima prorſus coruum dimittat, ſi volet innocens, mundúſque eſſe, ac videri. Vnde D. Ambroſ. ad hunc locum. Et ideo (ait) tanquam emittitur, & fugatur culpa, & ſeparatur ab innocentia, vt nihil maneat in viri iuſti mente tenebroſum.

Matth. 10. S. Hieron.
*Fugiendum à conſortio malorum.* Theoph.
Pſal. 104. S. Chryſ.
Pſal. 105. *Iudæi idololatriam edocuerunt.*
Oſeæ 4.
S. Hieron.
*Dei amor rebus omnibus præferendus.*
Matth. 10. S. Hieron.
Cant. 2. *Ordo amoris exigitur.*
S. Chryſ. *Parentes qui non diligendi.*
S. Ambroſ. *Mundanda anima ab impuritatibus.*

5. Enimuero permagna eſt hoc loco controuerſia, de qua eruditiſſime noſter Delrio: vno tantùm verbo rem conficiam. Vbi vulgata habet, qui egrediebatur, & non reuertebatur. Hebr.

Hebr. ויצא יצוא ושוב *vaſeçe saço vaxob*: & exiit egrediendo, & redeundo; vel egrediens, & rediens; qua phraſi ſignificatur non rediiſſe in arcam, ita vt nuncium referret Noë; ſed vago volatu, nunc ab arca longiùs recedebat, nunc ad arcam reuolitans, in ſummo fortaſſe illius conſidebat faſtigio, atque interdum circumcirca dinagabatur non paſſus in caueam vlteriùs intromitti; fugitans cuſtodiæ, peroſus tenebras & carcerem. Quem ſenſum amplectens D. Ambroſ. mystico deinde ad mores eleganter vtitur in hunc modum. Egreſſus coruus non reuertitur ad iuſtum, quia fugitans culpa omnis æquitatis, nec probitati videtur, & iuſtitiæ conuenire. Deniqoe euaſiſſe ſe credit iniuſtus, tanquam de vinculis, cùm iuſtus ab eius ſe conſortio ſeparauerit, diluuij cuiuſdam, & corruptelæ familiaris, vt coruos, qui cùm ſiccitatem terræ nuſquam inuenerit, non reoerſus eſt, ſed remanſit. Sic Ambroſ. Omnis enim malus odit locem: ſibi quiſque ſimilem amat, diſſimilē refugit. At quæres vbinam conſedit coruus; quare in arcam non ſe receperit? D. Ambroſ. vt ad initium huius ſectionis præmiſimus, D. Auguſt. D. Chryſ. Lyra, Abulenſ. arbitrantur coroum inueniſſe cadauera in montibus iam detectis, iiſque paſtum remanſiſſe. Auis illa (inquit Chryſ.) vt eſt immunda, cùm deſiiſſent aquæ, incidit in cadauera, quibus inuento ſibi congruo cibo inſedit. Optimè Procop. Coruus (inquit) & columba ſunt quædam quaſi virtutis, & vitiorum ſymbola. Columba non inueniebat locum, in quo veſtigium poneret; coruus autem potuit quieſcere. Sed vitia gaudent affectuum perturbatione, & æſtu. Virtus ab his reſilit, ne aſpectum quidem horum ferens, nec enim in his habet quietem & ſtabilitatem. Itaque coruus poſt vagam volitationem in putida carne, voracitati ſuæ ſtudens remanſit: naturæ enim ſequitur ſemina quiſque ſuæ. Quô enim Iudæi currerent niſi ad ſimiles? ait D. Auguſt. explicans illud Ioan. *Tulerunt lapides, vt iacerent in eum.* Egreſſus deinde coruus ab arca, in qua bene paſtus, & ſecurus tot menſium ſpatio extiterat, cùm interim extra arcam innumerabilis animantium multitudo diluuio perierit; at ingratus atque infidus vbi data eſt occaſio abeundi, & pabuli repetit illicium, non amplius ad arcam reuertitor; curatorem ſuum, & ſeruatorem neſcit; fugítque Noemum. Corui erant, de quibus Dominus: *Filios enutriui, & exaltaui. ipſi autem ſpreuerunt me*, Iſai. 1. Qua Domini voce vtitur D. Bernard. *ſerm. 33. in Cant.* ad deplorandam ingratitudinem eorum, qui pinguibus atque illuſtribus in Eccleſia ditari, & nobilitati redditibus, ac dignitatibus: Dominum ipſum, à quo ſunt beneficiis donati, neſcientes in luxum, & arrogantiam defluxerunt. Omnes (inquit amici, & omnes inimici; omnes neceſſarij, & omnes aduerſarij, omnes domeſtici, & nulli pacifici, omnes proximi; & omnes quæ ſua ſunt, quærunt: miniſtri Chriſti ſunt, & ſeruiunt Antichriſto, honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non deferunt. Vox plangentis in tempore iſto. Filios enutriui, &c. Hæc Bernard. Vtinam aliquando tandem, qui cum coruo infidi extitimus, & ingrati Deo, tam exectabile hoc vitium, etiam cum coruo exueremus! Nam, vt ſubtiliter adnotauit D. Auguſtin. *lib. 2. de mirab. ſacr. Script. cap. 15.* Coruo miniſtrate Prophetæ Eliæ præcipiunt 3. *Reg.* 17. vt ſcilicet culpam, quam in diluuio commiſerat in terra, purgare auis illa videretur: dum vt fidelis miniſter efficitur Eliæ, qui negligens, & fallax erat antea Noë. Sic Auguſt. Hanc eandem ſtoliditatem Iudæi erga Dominum ipſum exhibuerunt, quem innumeris ab illo beneficiis locupletati negarunt, & crucifixerunt; ſed tantæ ingratitudinis ac feritatis pœnas luentes, & Chriſto quem ſperabant, & terra ipſa qua fruebantur priuati ſunt; quod eleganter ediſſerit ita Tertull. *lib. de pudicitia, cap.* 8. Iudæi apoſtatæ filij pronuntiantur, generati quidem, & in altum elati, ſed qui non computauerunt Deum, & qui reliquerunt Dominum, & in iram prouocauerint ſanctum Iſraëlis. Omnia planè Iudæo conceſſa dicemus, cui etiam conditio gratior, quæque de gula erepta, eſt, nedum ipſa terra paternæ promiſſionis. Atque adeò non minus hodie Iudæus, quàm iunior filius (prodigum intelligit) producta ſubſtantia Dei in aliena regione mendicat. Sic Tertull. Fortè gratiorem illam conditionem lautiſſimi illius epuli *Luc.* 15. quo minor filius eſt à patre exceptus, intelligit Meſſiam, quem quaſi cibum de ore ac faucibus Iudaici populi Deus eripuit, & gentilico populo eſt elargitus: manſítque Iudæus ſine Chriſto, & ſine terra promiſſionis: de ſpe deiectus, & de poſſeſſione depulſus.

S. Ambroſ. — *Malus bonum refugit.* — *Malus malū amat & ſectat.* — S. Chryſ. Procop. — S. Aug. Ioan. 8. — *Coruus ingratum repræſentat.* — Iſai. 1. — S. Bern. — *Ingrati Deo quamplurimi in Eccleſiaſticis?* — S. Auguſt. *Coruus Eliæ ingratitudinem exuit.* — 3. Reg. 17. — Tertul. *Iudæorum ingratitudo.* — Luc 15. *Iudæi Meſſia priuatus.*

6. Corui ſunt etiam qui amicos, & propinquos deſerunt in anguſtiis conſtitutos. Omnes quidem in Chriſto renati dicimur fratres. At frater non tam neceſſitudinis iure oſtenditur, quàm neceſſitatis occaſione; audi Salomonem Prou. 17. *Omni tempore diligit, qui amicus eſt, & frater in anguſtiis comprobatur.* Hebr. אח לצרה יולד frater in anguſtiis naſcetur. Elegans planè ſenſus eſt, quem LXX. verſio reddit: In omne tempus amicus ſit tibi; frater autem in neceſſitatibus vtiles ſint; huius enim rei gratia naſcuntur. Venerabilis Beda: Qui Dominum verè amat, omni tempore eius cuſtodit amorem, neque in anguſtia paſſionis deſerit, quem in pacis tranquillitate confeſſus eſt. Timeant ergo ſibi corui iſti, cùm feritatem ſuam videant damnari tam grauiter à Iobo cap. 6. *Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam, timorem Domini derelinquit.* timorem hîc, vt ſæpè fit, accipe pro religione, cultúque Dei, quem nec reueretur, ne nouit quidē infidus in amicitia, maximè qui iacentem amicū non ſolatur, non iuuat omni, qua poteſt ope, aut ſaltem non dolet. Vniuerſim autem dictum ſit; ſignum reprobationis eſſe in proximorum calamitatibus inhumanitatem præbere, quod apertè colligitur ex illo Prou. loco cap. 12. *Viſcera impiorum crudelia.* Ex quo D. Greg. 6. *moral.* 11. ſubinfert: Reproborum viſcera neſciunt compaſſionem. Contrà verò de iuſtis præmiſerat Salomon: *Nouit iuſtus animas iumentorum ſuorum.* Explicat Beda; quónam pacto nouerit, hoc eſt: miſeretur, & compatitur hebetudini ac fragilitati proximorum ſibi commiſſorū. Qualis profectò mihi videtur Noë, qui etiam malum, ſubdolum, fœdū, ac immitem ſeruū, ſcilicet coruum è vinculis expedit, dimittit è cauea, libero ſinit aere veſci. At coruus abiit, & non eſt reuerſus; coruus eſt. Sed in illum minatur Salomon Prouerb. 12. *Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius.* Porrò autem poſt Deum beatiſſima Dei mater viſcera habet piiſſima, & ſuauiſſima. Et quid nobis fieret, ſi matrem Dei noſtri miſeriæ ad commiſerationem non commouerent? dulciſſima nobis eſt

Prouerb. 17. — Beda. *Amor in anguſtiis probatur.* — Iob 6. — *Reprobationis nota non compati.* — Prouerb. 12. — Beda. — *Compaſſio erga ſubditos.* — Prou. 15. — *B. Maria commiſeratrix erga homines.*

miſericordiæ mater; talémque eſſe oportebat in qua vna Deus generi humano ſalutem voluit eſſe collocatam. Etenim, vt verè ac belle prædi-

S. Fulg.

cat D. Fulgent. *ſerm. de laud. Mar. ex part. Salu.* Facta eſt Maria feneſtra cæli, quia per ipſam Deus deſcendit ad terras, vt per ipſam homines aſcendere mereantur ad cælos. Facta eſt Maria reſtauratio fœminarum, quia per ipſam a ruina primæ maledictionis probantur eſſe ſubtractæ. Ita Fulgent.

S. Epiphan.

*B. Maria ſoluit errata mulierum.*

Quo ſenſu dixit etiam S. Epiphan. *Orat. de laud. ſanct. Mariæ:* Angeli accuſabant Euam: nunc verò Mariam gloria proſequuntur, quæ mulierum infirmitatem verè glorioſam reddidit, quæ lapſam Euam erexit. Sic ille. Cùm igitur tantum Virgini Deiparæ debeamus, an non coruus, ingratus, infidus & barbarus erit, qui ab hac ſalutis arca, recedet, qui Virginem Dei matrem, non colat, non amet, non ſalutet. Ergo (vt piè clamat S.

S. P. Dam.

P. Damian. *ſerm. 1. de nat. virg.*) ſubueni Domina, clamantibus ad te iugiter. Nunquid quia ita Deificata, ideo noſtræ humanitatis oblita es? nequaquam Domina. Non enim conuenit tantæ miſericordiæ tantam miſeriam obliuiſci: quia etſi ſubtrahit gloria, reuocat natura. Non enim ita memoraris iuſtitiæ Dei ſolius, vt miſericordiam non habeas: nec ita es impaſſibilis, vt ſis incompaſſibilis. Naturam noſtram habes, non aliam: & iuſtum eſt, vt de rore tantæ pietatis diffuſiùs infundamur. Sic Dam.

## SECTIO III.

*Emiſit quoque columbam poſt eum, vt videret ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ; quæ cùm non inueniſſet, vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcam. Aquæ enim erant ſuper vniuerſam terram.*

1. HEBR. מאתו *meitto*, id eſt, à ſe: vt & Chaldæus legit. LXX. *ὀπίσω αὐτοῦ*, poſt eum; ſcilicet coruum, quod ſequitur noſter interpres. Vtrumque verum, & quòd Noë à ſe familiarem ac domeſticam alitem columbam emiſit: & quòd poſt coruum; vbi explorator infidus nuncium de aquarum ſtatu nullum retulit. Iſte autem erat huiuſmodi. Iam editiora montium culmina nuda comparuerant aquis, ſed ex præterita eluuione nondum exſiccata, & pura: quinimo limis cænóque obſita, turpioréque adhuc vligine lutulenta videbantur: deinde camporum planicies, & humiliores valles aqua multa redundabant. *Quæ cùm non inueniſſet, vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt.* Ex dictis ratio euidens colligitur, quare columba non inuenerit, vbi quieſceret, & in arcam redierit. Etenim in montibus omnia lutum, in campeſtribus nil, niſi pontus erat. Quapropter columba hac illac per

*Columba ex arca dimiſſa non ſiſtit.*

aërem volitans, vagandóque laſſata, cùm arborem fruticem, lapidem humúmve quæſiſſet, vbi ſiſteret; non tamen in ipſis montium verticibus putum quid, atque eluuiæ defæcatum inuenit: eſt enim animal delicatum, & amans munditiæ, proindéque ſordes, quibus culmina montium ſcatebant, refugiens ad comparem in arca, & ad ſolita penetralia ſe recepit. Sed præſtat hanc

S. Chryſ.

interpretationem audire ex D. Chryſ. *homil. 26. in Geneſ.* Iuſtus (inquit) meliore ſpe concepta emittit columbam, auem mitem, & familiarem, quæ naturam præfert ſapientiam, & non niſi ſemi-

A

nibus paſci ſolita, ex puris eſt auibus. Non dicit, quòd columba non inuenta requie ad ipſum in arca redierit: ſed appoſuit, *pedibus ſuis*; vt doceat nos, quòd licet deſierint aquæ ex aliqua parte, & cacumina montium apparuerint, ſed adhuc ob abundantiam aquarum, quæ inguitant, cæno & limo plena erant etiam ipſa montium cacumina. Et ideo columba nondum ſtatꝫ, neque conuenientem ſibi cibum inuenire valens reuerſa eſt: reditu ſuo docens iuſtum, eſſe adhuc magnam aquarum copiam. Ita Chryſ. His ergo ad literæ corticem euolutis, reliquum eſt, vt myſteria huius loci ex Patrum intelligen-

B

tia explicemus. Ac primò quidem coruus vitium, columba verò virtutem repræſentat: coruus ſemel dimiſſus non redit vlteriùs ad iuſti contubernium: columba mittitur, obedit quidem, ſed iuſtum repetit. Ergo poſt coruum (inquit D. Ambroſ.) columba dimittitur. Malitiam

S. Ambroſ.

enim ſimplicitas, & culpam virtus reſoluit. Malitia amat diluuium, conſortium iuſtæ mentis refugit: & quaſi deſolata, & ſine aliqua ſtatione remanet, nullam habens cum virtute communionem. Virtus autem redit, amans iuſtorum conſortia, & largiendæ familiarior vtilitati, quæ conferat ſalutaria; & cauenda ea, quæ ſunt noci-

*Communio & beneficentia iuſtorum.*

tura, commoneat; ſicut columba dimiſſa cùm vi-

C

deret non ceſſaſſe aquam, reuerſa eſt, tanquam plena iuſtitiæ, vt ei, à quo miſſa fuerat, nunciaret, quid adhuc cauere deberet, atque expectando fructu meliore poſtea potiretur. Hæc Ambr. Eſt quidem egregium obedientis ſymbolum columba; obediens enim ſimplex ac mitis, placidè cum ſuo Noë, prælato ſcilicet, in arca re-

*Columba typus obedientis.*

ligionis cohabitat. Obedientem à ſe mittit ſuperior vt quem totum in manu ad omnia paratum habeat. Colomba non reluctatur, non queritur, ob temporum pericula: legatione ſubinde obita regreditur: manſuetudinem, ac modeſtiam obedientis deſignans, qui etiam ardua ex præſcripto aggrediens, non querulum aut aſperum quid obmuſſitat. Digna planè columba, quæ ſupra Domini caput de cælo apparens, quanti pu-

D

ritas, & ſimplicitas, & manſuetudo ſerui obedientis à Deo fiat, palàm demonſtret. Pulchrè D.

S. Bern. Ioan. 1. Matth. 3.

Bern. locum Ioan. 1. & Matth. 3. de Baptiſmo Domini expendens adiungit. Non incongruè ad indicandum Agnum Dei venit columba, quia nihil melius agno conuenit, quàm columba.

*Agnus & columba Chriſtum repræſentant.*

Quod agnus in animalibus, hoc columba in auibus eſt: ſumma vtriuſque innocentia, ſumma manſuetudo, ſumma ſimplicitas. Quid enim ſic alienum ab omni malitia, ſicut agnus & columba. Nocere cuiquam neſciunt, lædere non nouerunt.

5. Præterea in myſtica interpretatione, cui adhuc inſiſtimus, coruina malitia diluuio tur-

E

pium paſſionum libenter inhæret; indeque ad tranquillam mentis, & virtutis arcam & ſtationem regredi haudquaquam patitur: contrà verò virtus columbina omnis perturbationis fugitans, & quietem amans, vbi ſe paululum ab arca & portu abeſſe videt, reuolat actutum ad amicam requietem. Quæ quidem interpretatio ele-

*Vitium cum perturbationibus coniungitur.*

ganti verborum pondere præſcribitur à D. Ambroſ. ſic habet. Coruus vbi remaneret, Inueniſſe

S. Ambroſ.

videtur; quia malitia inquietis paſſionibus, & cupiditatibus, quibus corrumpitur anima, ſe miſcere conſueuit, & quaſi cognatis, & domeſticis delectatur, ibique commorationem ſuam locat. Columba non inuenit, quia virtus prima ſta-

tim

tim ſpecie viſionis offenſa regredi feſtinauit ad mentem, animámque iuſti; quòd illic diuerſorium ſibi tutiſſimum ſit locatum; eo quòd alibi tanquam columba, ita huiuſmodi virtus ſtationem tutiſſimam inuenire non poſſit. Tardè enim inter aſtutias iſtius mundi, & ſecularium fluctus cupiditatum portum ſolet inuenire ſimplicitas. Sic Ambroſ. Regrediens in arcam columba ſignificat iuſtum, qui curarum ſecularium & multiuagæ libertatis inquietudinem peroſus ad quietem contemplationis, quanta poteſt contentione mentis, ſe colligit: vbi gemendo ac ſuſpirando in Dei amorem, & rerum cæleſtium deſideria dulcioris & ſanctioris vitæ ſtudium collocat. Sic pius Ezechias Rex, ſi vitæ ſibi ſpatium à Deo prorogatum impetraſſet, apud ſe ſtatuebat: *Sicut pullus hirundinis, ſic clamabo, meditabo vt columba*, Iſai. 38. Pollicebatur duo; & clamorem hirundinis, & meditationem columbæ; quorum ſignificatio dilucidè ponitur à D. Bernard. *ſerm. de cant. Iſai.* Benedicam (inquit) Dominum in omni tempore, hoc eſt, mane, & veſpere. Et in mane quidem ſicut pullus hirundinis, ſic clamabo: in veſpere autem meditabor, vt columba: quatenus & cùm gratiæ matutinum arriſerit, in modum hirundinis exultans, & clamitans gratias agam pro viſitatione: & cùm veſpera ingruerit, non deerit ſacrificium veſpertinum, cùm inſtar columbæ gemens, lacrymas fundam in tribulatione. Sic enim deſeruiet tempus vtrumque Deo, cùm & ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Mœrens mœrebo in veſpera, quo lætus fruar matutino. Placet vtrumque Deo, & peccator compunctus, & iuſtus deuotus: cui è regione diſplicet tam ingratus iuſtus, quàm peccator ſecurus. Aut certè ſicut pullus hirundinis, hac illácque diſcurrens Marthæ me officiis mancipabo, hilarem datorem me exhibens omni neceſſitatem patienti: & meditabor vt columba, gemendo vtique, quod obſtat, dum quod reſtat intueor, Quod etiam Iob ſignificat vbi ait: *Si dormiero, dico quando ſurgam? & rurſum expectabo veſperam*, cap. 7. Quieſcens quippe in veſpera contemplationis mane deſiderabat, quò ſurgeret ad actionem: rurſúmque negotiis fatigatus expectabat veſperam, libenter repetens otia contemplationis. Poteſt & per garrulam auiculam cantus ſimul pſallentium in Eccleſia & per gementem columbam priuata orationum ſuſpiria deſignari. Hæc Bern. In quibus eleganter commendatur ſtudium vtriuſque vitæ actiuæ, & contemplatiuæ: deinde patientia in aduerſis, modeſtiaque in proſperis; & gratiæ pro beneficiis exhibendæ.

*Virtus amans quietis mundum effugit.*

*Vita contemplantis requies.*

Iſai. 38.

S.Bern.

*Gratiæ habẽdæ Deo cùm in proſperis, tum in aduerſis.*

*Ingratus, & ſecurus Deo inuiſi.*

*Vita contemplans & agẽs.*

Iob 7.

3. Ad hæc munditiæ amans columba, vt eam vocauit D. Ambroſius, non inuenit, vbi pedem figat, quippe quæ lutum ac cænum exhorreat. Cænum & ſtercus eſt libidinoſa voluptas, & (quæ corruptio eſt humanæ naturæ) tenaciſſimè adhæreſcit hominis ingenio. Vtrumque D. Chryſ. ex doctrina D. Pauli colligit *homil. 5, in 1.Theſſalon.* ad illa verba: *Ne quis fornicator.* Nuſquam (inquit) Apoſtolus de alia quapiam re adeò vehementer loquitur, atque de iſta. Re vera namque quoſuis hoc malum corrumpit, ac perdit. Et quemadmodum porcus in cæno volutatus, quócunque ingreſſus fuerit, omnia fœtore replet, ac ſenſus graueolenti ſtercore imbuit; ita, & fornicatio eſt malum, quod difficile

S. Chryſoſt. *Libido turpis, & tenax.*



A abluitur. Ita Chryſ. vno verbo hanc eandem libidinis tenacitatem deſcribit D. Hieron. *lib. 1. aduerſus Iouin.* Captiuitatis (ait) nulla maior calamitas eſt, quàm ad libidinem trahi. Quod mihi videtur ſignificari à regio Vate cùm ſuum peccatum definiret: *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia.* Hinc rectè colligit D. Auguſt. *ſerm. 249. de tempore.* Illi miſeri ſunt, quorum corda ſunt carnali concupiſcentia polluta, quia æternas merguntur in pœnas. Hoc geheñale incendium ſuam habet materiam pabulum, fomitem, oleum, quibus alitur; ſcilicet epulas, pocula, & inuerecundam familiaritatem; eiuſdem enim eſt (autore Tertull.) libidinis videre,
B & videri. Demúmque eiuſdem fæcis laſciua colloquia. Nam, vt egregiè obſeruat D. Greg. Nazianz. *in ſentent.* Inter ſermonem, auditionem, & actionem haud magnum interuallum eſt. Fumus, qui ab hoc incendio euaporat, omnia tenebris ac nocte inuoluens; ſunt dedecora, infamiæque. Nihil enim hominem viliorem, atque indigniorem in vulgus reddit, quàm carnis turpitudo. Contrà verò mira eſt formoſitas, atque ornamentum pudicitiæ. Qua (inquit D. Hieron. *lib. 1. contra Iouin.*) amiſſa, omnis virtus ruit. In hac muliebrium virtutum principatus eſt. Hæc pauperem commendat, diuitem extollit, deformem redimit, exornat pulchram, bene meretur de maioribus, quorum ſanguinem furtiua ſobole non vitiat: bene de liberis qui-
C bus nec de matre erubeſcendum, nec de patre dubitandum eſt, bene in primis de ſe, quàm à contumelia externi corporis vindicat. Hæc Hieron. Denique libidinoſi ignis cineres ſunt, corporis exhauſti debilitas, demeſſi floris deformitas, ægritudines moleſtæ, diuturnæ, turpes, putidæ, atque execrabiles; tandémque præpropera vitæ præciſio.

4. Columba ab arca dimiſſa non inuenit vbi requieſcat pes eius. Nec enim vel in ipſo coniugio, quod licitum & ſanctum eſt, deeſt fluctiuaga tribulatio, in qua mens puritatis amans non quieſcit. Certum eſt enim, & quotidiana teſtatum experientia illud Apoſt. 1. Corinth. 7.
D de coniugatis: *Tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi.* Nimirum, vt D. Hieron. 1. *contra Iouin.* aduertit, in ſpiritu, & in anima, & in ipſa carne tribulatio eſt. Atque idem ad locum Apoſtoli tribulationem huiuſmodi explicans: Maledictione (inquit) ſe Euæ ſubiicientes; ſiue ſolicitudinem ſecularis tribulationis & triſtitiæ patientur. Sequitur: Ego autem vobis parco. Vobis virginibus, vt minori labore maiorem poſſitis implere iuſtitiam. Sic Hieron. Aduerte minoris laboris eſſe virginitatem; ſed longè amplioris præmij, quàm coniugium. Cæterùm explicatiùs tradit, quænam ſit ea matrimonij tribulatio, ipſemet Paulus, cùm ſeruitutem appel-
E lat. *Mulier* (inquit 1. Corinth. 7.) *Sui corporis poteſtatem non habet, ſed vir: ſimiliter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.* Vbi ſic eleganter D. Chryſ. ſeruitutem iſtam deſcribit: Paulus proprij etiam corporis iure adempto, omnem ipſius principatum dat vxori, cuius imperio ſubiectum virum magis eſſe vult, quàm puerum emptum pecunia. Seruo enim ſi quando comparata pecunia pretium, quanti emptus eſt, domino perſoluere potuerit, plerumque libertatẽ omnino recuperare licet. At vir quamuis omnium difficillimam nactus ſit vxorẽ, ſeruitutem

S.Hieron.

Pſal. 68.
S.Auguſt.

Tertul.
*Quæ libidinẽ accendunt.*
S.Greg. Nazianz.

S. Hieron.
*Caſtitatis laus.*

*Libidinis quinam cineres?*

*Cõiugatorum tribulatio.*
1. Cor. 7.
S.Hieron.

S. Chryſ.

*Seruitus & compedes coniugum.*

tamen perferre neceſſe habet, quippe qui nullam inire poteſt viam, qua ſolutus eiuſmodi dominatu liberetur. Ita Chryſ. Præterea in eodem cap. Paulus ſeruituti compedes adiungit cùm ait: *Alligatus es vxori; noli quærere ſolutionem.* Cuius ego calamitatis figuram frequenter intueor, cùm Turcas, aut ſimiles ad triremem damnatos (vbi neceſſitas occurrit in terram deſcendere) inter ſe, alteri alterum, compeditos longum trahere ferrum per vrbem conſpicio. Quod luculentiùs ediſſerit ad hunc modum D. Chryſ. citato loco.

S. Chryſ.

Quemadmodum ſerui fugitiui ſinguli ſeparatim vincti à ſuis dominis, rurſúmque tenui quadam catena inter ſe conſtricti vniuerſi, quòd compedibus catenæ vtrinque affixus alius alium ſequi cogitur, liberam non habent abeundi facultatem: ſic coniugium animæ, cùm propriam ſui curam ſuſtinent, tum altera etiam premuntur neceſſitate à communibus coniugij vinculis impoſita, quæ & grauiùs vrget omnibus vinculis: & hoc ipſo ab vtroque libertatem aufert, quòd alteri, ne ſemel quidem principatum defert, ſed vtrique diſtribuit. Ita Chryſ. Bonus quidem, & à Deo inſtitutus coniugij ſtatus; ſed in quo (ait D. Fulg. *Epiſt.* 1.) coniugalis infirmitas veniam poſtulat: at in gradu continentiæ virtus palmam vitæ melioris expectat. O caſtitas donum Dei, & angelicæ vitæ ratio! Et D. Cyprian. *de bono pudic.*

S. Fulgent.
*Continentia laus ſupra coniugium.*
S. Cyprian.

Pudicitia eſt honor corporum, ornamentum morum, ſanctitas ſexuum, innocentiæ mater, pax domus, concordiæ caput. Hæc nos commendat Domino, connectit Chriſto, beata ipſa, & beatos efficiens, apud quuſcunque habitare dignatur. Quam nunquam accuſare poſſunt, nec qui eam non habent: venerabilis etiam hoſtibus ſuis, dum illam multo magis mirantur, qui eam expugnare non poſſunt. Pudicitia nihil ornamentorum quærit, decus ipſa ſuum eſt, &c. Ita Cyprian.

*Caſtitatem etiam hoſtes venerantur.*

Denique columba in arca, mulier quæ caſtitatem amat, in ſeceſſu, & in penetrali abdita teneatur: vti legimus de Iudith. Quæ (vt eleganter obſeruat S. Petr. Damian. *Epiſt.* 14. *ex lib.* 8) vidualis officij limite non contenta, ad hoc vſque in ſancta religione proceſſerat, vt iam non ancilla, ſed cum ancillis ſuis fieret eremita, de domo communi recluſorium fecit, & in populoſa vrbe amor artifex ſolitudinem reperit. Sic ille.

S. P. Dam.
*Iudith caſtus receſſus.*

5. Non inuenit columba, vbi requieſceret pes eius. Qui enim in lutulento, & diluuiis fluctuante ſeculo, quieſcet anima virgineo candore nitens? nec ipſo in coniugali ſtatu licito quidem requietem inuenit puritas. Etſi enim ad fomitem æſtuantis concupiſcentiæ ſedandum nonnihil dicatur, conducere matrimonium; meliúſque eſt nubere, quàm vri: ea tamen eſt noſtrorum temporum infelicitas; vbi refrigeſcente caritate incendia libidinum indies vehementiora ebulliunt: vt ſæpiùs videamus accendi, quàm reſtingui flammas etiam in coniugatis, ad alienos, & illicitos toros inardeſcentibus. Vnde nata eſt illa quæſtio, ſitne in coniugio pronior lapſus, quàm in cælibatu ad incontinentiam? Cui egregiè ſatisfacit D. Chryſoſt. *lib.* 3. *contra vituperatores monaſticæ vitæ.*

*Incontinentes plures in coniugio, quàm in cælibatu.*
S. Chryſoſt.

Pudicitiam (inquit) is quidem qui vxorem habet facilè ſeruare poſſe videtur, quippe ſolatio non minimo ſuffultus; cæterùm in reliquis nulla comparatio eſt; verùm ſic quoque multo plures videas lapſos ex coniugatorum, quàm monachorum ordine. Neque enim tam multi ex monaſteriis ad matrimonia accedunt, quàm ex iugali toro ſe ad ſcorta recipiunt. Id quidem S. Chryſoſt. ex quotidiana colligit experientia, ſed vndénam oriatur vehementior iſta in coniugatis, quàm in cælibem vitam agentibus concupiſcentia, optimè videtur à Caſſiano demonſtrari *coll.* 21. *cap.* 33. ſcilicet ex natura ipſius voluptatis libidinoſæ, quæ (autore Ariſtotele 3. *Ethic. cap. vlt.*) eſt inſatiabilis: nam inſtar flammæ vſu magis accenditur, atque irritatur.

Caſſian.
Ariſtot.

Verba Caſſiani ſunt. In lege, in qua coniugiorum iura ſeruantur, quamuis cohibita luxuriæ euagatio vni tantùm fœminæ mancipetur: tamen nequaquam poſſunt carnalis concupiſcentiæ aculei non vigere, & difficile eſt vt ignis, cui etiam ſtudioſè pabula ſuggeruntur; ita præfixis terminis includatur, vt non etiam extrauagatus comburat quicquid attigerit. Sic ille. Hinc etiam deducitur illa ſententia D. Hieron. *Epiſt. ad Euſtoch. de cuſt. virg.* Vidua, cùm difficiliùs experta careat voluptate, minorem continentiæ habet mercedem.

*In viduis difficilior continentia.*

Semel enim ignis materiæ inardeſcens difficile reſtingui ſolet; & aſſuetus pabulo equus, aut cæno porcus, aut putridæ carni vultur, vix vnquam arceri cohiberíque poſſunt; quin ad ſolitum, & amicum illicitum identidem rapiantur. Reſtat igitur, vt columba, quæ non inuenit, vbi illæſum ac purum figat veſtigium, in arcam refugiat; tota ſalus columbæ in fuga eſt. Aperto enim marte congredi in acie cum huiuſmodi monſtro arduum eſt, ac periculoſum. Malúmque omne (ait D. Cyprian. *de bono pudicitiæ*) faciliùs vincitur, quàm voluptas; quia illud quicquid eſt, horridum eſt; hoc blandum eſt.

S Cyprian.
*Voluptas difficillimè vincitur.*

Conſultò igitur columba meticuloſa, ſuis nequaquam fidens viribus, ne in luto periclitetur, vel ſi ſolam plantulam ponat, fugam in arcam capeſſit. Maxime verò timeat columba neceſſe eſt: quanto enim ſimplicior, ac imbecillior quiſque, tanto incautiùs falli, atque intercipi ſolet; & qui à Paulo dicuntur pueri ſenſu, faciliùs ab Ægypriorum rege fluminum aquis ſubmerguntur. Sic enim legimus Exod. 1. *Præcepit Pharao omni populo ſuo, dicens: Quicquid maſculini ſexus natum fuerit, in flumen proiicite.*

*Fugiendũ ab aſſultu libidinis.*
Exod. 1.

Infantes quidem non modò ætate, ſed ſimplicitate adoritur hoſtis, vt Ægyptiaci fluminis, hoc eſt, ſpurcitiæ carnalis vorticibus immergat. Procop. refert ad nefariam ac deteſtandam poſticæ libidinis eluuionem, qua inter Ethnicos, maximéque ante Chriſti Domini aduentum, toto orbe paſſim puerorum ætas polluebatur.

Procop.
*Ante Chriſti aduentum poſtica turpitudo dominabatur.*

Ante aduentum (inquit) Domini Ieſu non erat maſculus in mundo, qui non foret opportunus iniuriæ inſidiantium iuuentutis flori. Itaque ſunt deprauati, diabolo illos ſeculi voluptatibus, quaſi cæno, & limo ſuffocante. Sic ille. Hæc propoſitio vniuerſalis à Procopio poſita non talis eſt, quæ non patiatur exceptionem, nec enim negari poteſt etiam apud Ethnicos ab hoc barathro plures iuuenes exemptos fuiſſe.

6. At quis (modò ſapiat) non illud Dauidicum inclamitet? *Et dixit; quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam. Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine,* Pſalm. 54. Quo loco ſignificatur iuſtorum quædam quaſi fuga, & à conſortio improborum ſeparatio, ſi non corpore, at certè vitæ inſtituto, & morum conſcientia; quæ eſt explicatio D. Hier. Columba fugit a conuerſatione humana, & ſancti fugiunt a conſortio

*Fugiendum à conſortio malorum.*
Pſal. 54.
S. Hieron.

ſortio hominum non corporaliter, ſed ſpiritualiter, hoc eſt, in conſcientia. Conſequenter D. Auguſt. ſolitudinem in qua requieſcere Propheta, columbæ ſubuectus alis appetit, conſcientiam interpretatur. Fugerat (inquit) iſte ad conſcientiam ſuam, ibi aliquantum deſertum inuenerat, vbi requieſceret. Solus erat in conſcientia, ſed non ſolus in caritate. Solus in deſerto, ſolus in conſcientia, quò nullus hominum intrat, vbi nemo tecum eſt, vbi tu, & Deus eſt. Sic Auguſt. Non inuenit columba in ſeculo, vbi quieſcat: foris pugnæ, intus timores. Cæterùm ita fieri oportet. Etenim (vt S. Petr. Damian. ſcribit *Epiſt.* 14. *ex oct. lib.*) Ideo diuina diſpenſatio in huius vitæ ſalo, procelloſis hinc inde turbinibus, & quodammodo violentis ventorum furentium flatibus nos fluctuare permittit; vt mens noſtra auidiùs ad ſuperna deſideria tranſeat, dum inter ima non inuenit, vbi delectabiliter requieſcat. Nos ergo ſi iuxta votum erecta in cumulum vnda proſperitatis attollet; vel admiſſi cuiuſquam piaculi naufragium abſorbebit, aut certè à littore quietis intimæ mentes noſtra fluxa lætitia procul abducet. Sic ille. Fugit columba, nimirum anima pia, dum ſe à tumultibus ſeculi, & turbulentis vitæ curis ad orationis arcam recipit; ac præcipuè cùm ad arcam ipſius diuinitatis confugit; ad Chriſtum (inquam) Ieſum Dominum crucifixum intrat per aperta vulnera, requieſcit in corde ipſo ſuauiſſimo dulciſſimi Ieſu. Huius arcæ quietem guſtarat aliquando S. Petr. Dam. ac deinde ad diluuium negotiorum & curarum in Epiſcopatu à ſummo Pontifice tanquam Noë dimiſſus ſuſpirabat hiſce verbis *Epiſt.* 9. *ex lib.* 1. Erat mihi tunc cor carneum, ſiue vt mihi videbatur, cereum. Quod nimirum deſiderij cæleſtis afflatum flamma liqueſceret, & vberibus lacrymis flebilia frequenter ora rigaret. Horrebam audire, quanto magis ore proferre, quicquid non prouocabat ad Chriſtum. Sæpè cernebam præſentiſſimo mentis intuitu Chriſtum clauis affixum in cruce pendentem, auidúſque ſuſcipiebam ſtillantem ſuppoſito ore cruorem, nunc autem durus & ſaxeos, dum negotiis iugiter exterioribus atteror, in compunctionis intimæ lacrymas non reſoluor. Ergo, proh dolor, tanquam alter Sanſon ſeptiformis Spiritus ſancti dona quaſi ſeptem crines amiſiſſe me defleo, & effoſſis oculis cordis curarum ſecularium molam voluo. Ego ille Sedechias, cui rex Babylonicos prius filios interficiens, bonorum operum fructus abſtulit, poſtmodum oculos eruit, dum contemplationis intimæ luce priuauit. Hæc Dam. Fugit columba in arcam veri Noë, cùm à tentationum procellis, ac vitiorum eluuie, vbi quietem non inuenit, ſeſe abducens, ad virginis ſinum, ad matris Dei vlnas, ad propitiatorium mundi, ad peccatorum aduocatam, & patronam, ad miſerorum perfugium, ad aram ſalutis, ad arcam theſaurorum Dei, ad menſam cæleſtium epularum, ad vnicam ſpem, ſolatium, dulcedinem, vitámque hominum ſemper virginem Dei matrem, in qua ſola eſt animarum requies pio, & concitato, & alacri volatu confugit. Hæc igitur requies mea, hic habitabo, quoniam elegi eam. Ipſamet cum S. Methodio ita ſalutare placet: Benedicta tu & celeberrima, & deſideratiſſima. Benedictum ſit tuum Dei genitrix nomen, diuinis benedictionibus, & omnibus gratiis omni ex parte refertum. Tu es fidelium fax; tu incircumſcripti, ſi fas ita loqui eſt, circumſcriptio.

*S. Aug.*
*Conſcientia inſeſſorū requies.*
*S. P. Dam.*
*Anima vitæ tribulatio.*
*Chriſtus crucifixus arca & requies.*
*S. P. Dam.*
*Negotia & curæ quietem animæ tollunt.*
*Ad B. Mariā confugiendum.*
*S. Method.*

A Tu ſpecioſiſſimi floris radix: tu creatoris mater: tu nutrix omnia nutrientis: tu cuncta comprehendentis, & continentis comprehenſio. Tu illius geſtatrix, qui verbo ſuo portat vniuerſa: tu porta, per quam in carnem egreſſus eſt Deus. Benedictum ſit tuum, Dei genitrix, nomen. Moueat ergo te, ô Domina (ait S.P.Dam. *ſer.* 1 *de natiu. virg.*) natura noſtra, quam habes, potentia tua moueat. quia quanto potentior, tanto miſericordior eſſe debes; poteſtati enim cedit ad gloriam, iniuriam vlciſci nolle cùm poſſit. Scio Domina, quia benigniſſima es, & amas nos amore inuincibili. quis ſcit, quoties refrigeras iram Iudicis, cùm iuſtitiæ virtus à præſentia Deitatis egreditur? In manibus tuis ſunt theſauri miſerationum Dei; B abſit vt ceſſet manus tua cùm occaſionem quæras ſaluandi miſeros, & miſericordiam effundendi. nec enim tua gloria minuitur, ſed augetur, cùm pœnitentes ad veniam iuſtificati ad gloriam aſſumuntur. Sic P.Dam.

*S.P.Dam.*

---

## SECTIO IV.

*Extendítque manum, & apprehenſam intulit in arcam. Expectatis autem vltrà ſeptem diebus aliis rurſum dimiſit columbã ex arca.*

C 1. BOnus paterfamilias Noë ſeruos ad miniſteria dimittit, redeuntes excipit alacriter. Etenim comitate dominorum nihil dulcius ſerui ac miniſtri habere ſolent: nulla alia re magis miniſtrorum animus ſibi deuinciunt, & ad difficillima quæque obeunda, vehementiùs impellunt domini, quàm ſi ſe beneuolos illis exhibeãt, ſi perhumaniter illorum ſaluti conſulant; & non tam ab illis timeri, quàm amari velint. Miſſa eſt columba ad deplorandum diluuij ſtatum; obiit ſibi munus iniunctum; reuertitur demum ad dominum, ſuo regreſſu de terræ adhuc ſtagnantis habitu faciens certiorem. At bonus Noë regreſſam manu excipit, blandéque & amice prehenſam in arcam, atque in cellulam intromittit; facto exprimens illud conſilium (quod vtinam, & D ſerui & domini obſeruarent.) *Si eſt tibi aliquis ſeruus fidelis, ſit tibi ſicut anima tua,* Eccleſ. 33. Vtroſque, & dominos, & ſeruos Apoſtolus inſtituit ad Epheſ. 6. *Serui, obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate ſeruientes, ſicut Domino, & non hominibus. Scientes, quod vnuſquiſque quod fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, ſiue ſeruus, ſiue liber.* Hæc Paulus ſeruis iniungit. Ad quem locum nonnulla optimè adnotantur à Theod. Seruis (inquit) præcipit, vt cum eo quo par eſt timore, dominis ſeruiant, & improbitatem, animíque malignitatem relinquant. Hoc E enim dixit, *in ſimplicitate.* Adiecit, *ſicut Chriſto,* eos conſolans, & docens propoſitam eſſe mercedem iis, qui liberaliter, & ingenuè ſeruiunt. Rurſus dominus ſeruire cum beneuolentia Dei ſeruitutem appellauit. *Sed vt ſerui Chriſti,* &c. Oſtendit etiam dominium, & ſeruitutem eſſe vitæ præſentis circumſcriptam; ſed in altera non futuram ampliùs ſeruitutis, & dominij differentiam; ſed virtutis, & vitij. Hæc Theod. Duo ſubtiliter colligit S. Hieron. ex verbis Apoſtoli ad ſeruos documenta. Primum eſt. Seruus do-

*Dominorū comitas erga ſeruos.*
*Eccleſ. 33.*
*Epheſ. 6.*
*Theod.*
*Serui quales eſſe debeant erga dominos.*
*S. Hieron.*

mino ſuo ſeruiat fideliter vt Chriſto;non ad oculum ſeruiens, vt hi qui hominibus placere deſiderant; ſed vt neceſſitatem in voluntatem vertat, & faciat de ſeruiture mercedem; maximè cùm Dominus carnis à Domino ſpiritus diuerſa non imperat. Alterum: vt Chriſto, vt ſerui Chriſti: vt ſcilicet non audiat ſeruus carnalis dominum, ſi contraria Dei præceptis voluerit imperare. Hæc Hieron. Deinde vt ſeruos conſoletur, adiungit: Sed & ipſam fidelitatem non coactam ſeruus habeat, ſed ſpontaneam, & ex animo, ſic ſeruiens domino ſuo ſicut Chriſto, à quo recepturus eſt fidelia præmium ſeruitutis, non minus, quàm ſi liber voluntate ſeruiſſet. Sic ille. Deinde Paulus dominos erudit. *Et vos domini eadem facite illis remittentes minas, ſcientes quia & illorum, & veſter Dominus eſt in cælis: & perſonarum acceptio non eſt apud Deum.* Vbi Theodor. Iubet vt benignitate & manſuetudine in eos vtantur, & terrefacit, qualem vis in te eſſe dominum, talem te exhibe in ſeruum. Sic ille. Explicat etiam S. Hieron, vt dominus non ſit terribilis, non promptus ad verbera; ſciens quia & ipſe habet dominum in cęlis; qui iudicet voluntates, & iuxta eas deteriori præferat meliorem, eligẽs facta, non homines. Sic Hieron. Pſal. 54. de Deo dicitur, *Extendis manum ſuam in retribuendo.* Quam Dei benignitatem imitatus hoc loco Noë, vt columbam mitem, gratam, fidámque recipiat, poſt exactum explorandi munus, manum dicitur extendiſſe. Cæterùm verſus iſte, licèt à Bellarmino aliiſque ad Deum ipſum referatur, & quidem optimè; nihilominus à Theodoret. & Caiet. intelligitur de Saule contra omne ius perſequente Dauidem: & myſtico ſubinde ſenſu de quolibet peccatore, qui diuina beneficia, quibus eſt abundè cumulatus, non debitis officiis, ſed grauibus, atque innumeris ſceleribus perſoluit. Sic ergo Theod. Extendit (inquit) manum ſuam in retribuendo, hoc ſignificat: Quoniam cùm manum extendiſſet, vt merita perſolueret: nihil quidem boni attulit, verùm omnia malitiæ referta fuerunt. Extendit Noë manum ſuam, vt recipiat, & reficiat laborando & volando laſſatam columbam, docens patresfamiliás, ac dominos vt ſeruis labore & miniſterio defunctis neceſſaria impendant ſubſidia. Et ſimiliter mercenariis: atque operariis mercedem debitam perſoluant, nec tamen diutiùs illam protrahant. Exemplo ſit bonus ille Tobias, qui ſimulátque filium obita ſua expeditione ſaluum, opulentum, & vxoratum recepit, de remunerando itineris comite, quem hominem putabat, egit cum filio. Qua de re ſic D. Aug. *ſerm. 65. de diuerſis.* Beatus Tobias qui panem ſuum nouerat frangere eſurienti, mercedem celerẽ mercenario præparat laboranti. Pulchrè dixit, *mercedem celerem,* iuxta illud Leuit. 19. *Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque mane.* Et quidem id ratio poſtulat; cùm enim pauperculus labore victum quærens, in ſingulos dies indigeat, inhumanus eris, ſi mercedem illius remoreris, ſine qua ne vnum quidem diem viuet; opus mercenarij pro ipſamet mercede poni ſolet. Extendit manum ſuam; vt ope destitutam ac famelicam columbam recipiat, quæ non voce, ſed neceſſitate ipſa mendicatur. Ipſe mendicus, quem reficis, clamat pro te ad cælum, à Deo pro te ſupplicat, impetrátque non tam voce, quàm ipſomet beneficio, quo pauperculum donaſti. An non miſericordia in pauperes, & in mortuos ipſos ſepeliendos exhibita, tam multis & magnis

Theod.

S Hieron. Pſal. 54.

*Malus dominus erga ſeruum.* Theod.

Tob. 12.

S August. *Mercenariis cito perſoluendum.*

Leuit. 19.

*Commendantur opera miſericordiæ.*

A affecit bonis Tobiæ familiam? quod Angelus Raphaël palam edocuit, & inter alia; *quando ſepeliebas mortuos,* &c. Ad quæ verba elegantiſſimè D. Auguſt. Ipſe ſepultus, quem ſepeliſtis, pro vobis voce tacita proclamauit. Nihil frequentiùs, nec in ſacris literis, nec à ſanctis Patribus cõmendatur, quàm opera miſericordiæ, quibus viaticum ad cælum optimè paratur. Quàm verò ſecutus (inquit S. Petr. Chryſ. *ſerm. 7.*) dormit, qui Deum ſuorum meruit habere cuſtodem? Præmittamus theſauros noſtros in cælum, ſint vectores pauperes, qui poſſunt ſinu ſuo, quæ noſtra ſunt, ad ſuperna portare; nemo de fraude B dubitet baiulorum. Tuta eſt tranſuectio, per quam noſtra ad Deum, Deo fideiuſſore portantur. Sic ille. Bene qui cum Deo in arca diuinis contemplationibus intentus egerat, & qui caſtitatem toro illo tempore ſanctè ſeruarat. Noë, legitur nunc manum extendiſſe, vt reciperet, foueret, alerétque emendicantem columbam pauperculorum & miſerorum ſymbolum. Nam reliquæ virtutes, quantumuis egregiæ, præſidio tamen indigent iſtius, quam prædicamus, miſericordiæ. Vnde S. Fulgent. ſcribit *Epiſt. 1.* ad hunc modum. Opera miſericordiæ, tantum valent in religione Chriſtiana, vt non ſolùm qui coniugiis vtuntur, aut qui continentes ſunt, ſed etiam C virgines ad præmium virginitatis peruenire non poſſint, ſi opera miſericordiæ, caritatiſque neglexerint. Sic Fulg. Hoc oleum fatuis virginibus defuit, vt S. Chryſ. latè proſequitur. Hæc autem opera miſericordiæ Virgo Deipara ſubliore quodam ſtudio, quàm omnes mortales exequuta eſt. Quod ita oſtendit D. Anſelm. *homil. de Aſſumpt.* Alij hoſpitem quendam in domo ſua ſuſcipiunt; virgo non quemlibet, ſed proprium Dei Filium, qui non habet vbi caput reclinet; non in domo, ſed in vtero ſuſcipit. Alij nudum quemlibet veſte mutabili atque corruptibili vndelibet compoſita operiunt; illa verbum Dei in eadem virginea carne in vnitate perſonæ aſſumpſit, quæ ſine fine incommutabilis, D atque incorruptibilis permanet. Alij quemlibet eſurientem & ſitientem cibo vel potu exteriori reficiunt, illa Deum & hominem, humanitatia indigentem, non ſolùm exterioribus cibis, vel potibus pauit, verumetiam interiori ſuo lacte aluit: & vt breuiter ſex miſericordiæ opera percurramus, quæ cùm vni ex minimis ſuis fiunt, Deus ſibi facta confitetur. Illa non quemlibet ex minimis, ſed ſummum Dei Filium hoſpitem ſuſcepit, nudum carne, vel etiam pannis operuit, eſurientem pauit, ſitientem lacte potauit, infirmum per infantiam, & iacentem non ſolùm viſitauit, ſed etiam balneando, fouendo, leniendo, geſtando frequentauit. Comprehenſo, & crucifixo quaſi in carcere poſito afficit. E Stabat enim iuxta crucem Ieſu mater eius. *Ioan. 19.* Anſelm.

2. *Extendis manum ſuam.* Sic Dominus Ieſus venientes ad ſe blande & humaniſſimè recipiebat. *Eum* (inquit) *qui venerit ad me non eiiciam foras,* Ioan. 6. At rogabis quô illum introducit? Audi D. Aug. *tractat. 25. in Ioann.* Quale eſt intus illud, vnde non exitur foras? Magnum penetrale, & dulce ſecretum: ô ſecretum ſine tædio, ſine amaritudine malarum cogitationum; ſine interpellatione tentationum, & dolorum! nónne illud ſecretum eſt, quó intrabit ille cui dicturus eſt Dominus ſeruo benemerito: Intra in gaudium Domini tui? Sic Auguſt. Quare iuxta

hano

Tob 12.

S Auguſt.

S.P. Chryſ.

S. Fulg.

*Virginibus neceſſaria opera miſericordia.*

S. Chryſ.

*B. Maria exercuit opera miſericordiæ cum Filio ſuo.*

S. Anſel.

Ioan. 19.

Ioan 6.

S Auguſt.

*Chriſtus ſuos in gaudium recipit.*

hanc interpretationem Noë repræſentat Chriſtum Dominum, qui extenta manu recipit, in æternitatis ſuæ arcam iuſtorum animas, veluti columbas à diluuio huiuſce vitæ fugientes. Nihilominus aptiſſimè accommodatur locus benignitati admirabili Domini Ieſu, qui dicebat:

Matth. 19. *Sinite paruulos venire ad me.* Eſt enim Dei cum ſimplicibus ſermocinatio: columbas, hoc eſt, rudiores atque humiliores libenter & perhumaniter excipit, rationem facti adiungens; quia deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem

S. Auguſt. meam, ſed eius, qui miſit me. Hæc eſt (ait D. Auguſt.) commendatio humilitatis. Scilicet dicit ſe non eiicere, ſed recipere quoſuis ad ſe venientes, etiam pauperculos, & abiectiſſimos; quia ipſe Deus factus eſt homo, & humilitatem præfert, factus obediens Patri. Quam ex-

*Humilis Chriſtus humiles quærit.* poſitionem latè deducit D. Auguſt. Humilis (ait) veni, humilitatem docere veni, qui ad

S. Auguſt. me venit, incorporatur mihi, humilis fit. Quid ergo ſuperbis homo? Filius Dei propter te humilis factus eſt: puderet te fortaſſe imitari humilem hominem, ſaltem imitare humilem Deum. *Extendit manum ſuam.* Sic prædicator verbi Dei ad arcam à diluuio inuitat columbas, hoc eſt, animas à peccatorum colluuie ad legem Dei obſeruandam; ad pœnitentiam pro ſceleribus admiſſis ritè peragendam, à vita

*Iuuenes in arcam religionis ſe recipiunt.* laxiore ad ſtrictiorem, & tutiorem. Ac proinde prælati religionum extenta manu iuuenes, imò & pueros columbina ſimplicitate fugientes ſeculi diluuium recipiunt, intróque in arcam vitæ auſterioris an ſanctioris introducunt. Rident, vt columbas, vt ſtolidas, & ſui non compotes illi, qui ſeculo ſeruiunt, & ſeculi voluptatibus oblectantur, eos qui ſpreto, calcato ſeculo ad religioſum inſtitutum ſe conferunt. Atque adeò ſi non vocibus, at certè ſecura iſta & ſupina viuendi ratione dicunt (vt obſer-

Guarric. uat Guarric. Abb. *ſerm. de Ioan. Baptiſt.*) Nunc autem Deo gratias, qui dedit nobis (ſi tamen dedit) ſine pugna victoriam, ſine pœnitentia

*Laici religioſos irrident.* veniam, ſine opere iuſtitiam, ſanctimoniam ſine labore; deliciis carnalibus ſimul, ſimul & ſpiritualibus affluere. Planè ſi ita eſt, melius nobiſcum actum eſt, quàm cum illis, qui tantis emunt laboribus, quod nos delicati gratuitò poſſidemus. Planè ſi ita eſt, ridicula eſt magis, quàm prædicanda virtus Ioannis. Sic Guarric. Sed ò vos ridiculi, qui talia præfertis. An non

Luc. 24. *Conſtantia in periculis.* oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? Et Ioannes adhuc puer in deſertum aufugit. Poſtremò quoniam in myſtico ſenſu verſamur; Noë iuſtum ac tenacem propoſiti virum, & quem ſi illabatur orbis impauidum ferient ruinæ, optimè repræſentat; quippe ruente atque ſtagnante diluuiis mundo, vnus ille in arca reſidet, & manu tenet columbam: nimirum, neque innocentiam amittit, neque de conſtantia dimouetur, qualis ille mortalium patientiſſimus Iob, de quo ſic D. Auguſt. *ſerm.* 64. *de diuerſis.* In naufrago corpore incolumis iuſtitia tutatur, & periclitantibus mentibus auctori vulnerum pectus ſeruatur. Omnia excepto ſpi-

S. Auguſt. *Iob iuſtitia inter naufragia.* ritu occupauerat hoſtis. Sic Auguſt. Denique extendens manum Noë ex arca, ſymbolum eſt Domini Ieſu ex cruce ſua manus & brachia extendentis, vt animas ad ſe venientes recipiat. Quinimo manus & opera ſua extendit vltra quod neceſſitas hominum exigebat. Vnde illa S. Auguſtino digna ſententia de Chriſto Domi-

A no: Quod ſaluti noſtræ ſufficiebat, caritati eius non erat ſatis.

3. *Expectatis autem vltra ſeptem diebus aliis, rurſum dimiſit columbam ex arca.*] Quieuit columba per totam illam hebdomadam feriata. Tempus laborandi, & tempus quieſcendi; neque ſemper arcum tendit Apollo, quondam cithara tacente ſuſcitat muſam. Horat. Horat.

*Alternis quieſcit ager, quieſcit arator.*

Tyrannicum prorſus eſt, quod Hebræus populus ab Aſſyriis in ſeruitutem abductus, miſerè deplorabat: *Ceruicibus noſtris minabamur, laſſis non dabatur requies*, Thren. 5. Vbi D. Hieron. more iumentorum ceruicibus ligatis ſe minari dicit; quia trahuntur ab hoſte, quôcumque impetus dirigentis voluerit; nec laſſis ad refrigerandum *Seruis ab opere vacatio danda.* S. Hieron.

B vlla datur facultas. Multo aliter Dominus hominum commodis prouidens inſtantiſſimè ac ſeueriſſimè legem ſanciuit de ſabbato, quod vocat requietionis, *Leuit.* 19. Et Exod. 16. *Requies ſabbati ſanctificata eſt Domino.* Quippe in quo nullum ſeruile opus fieri licebat, ac ſerui, & operarij feriabantur. Imò, quòd magis mirandum eſt, præcipitur Leuit. 25. *Sex annis ſeres agrum, putabis vineam, &c. Septimo autem anno ſabbatum erit terræ; requietionis Domini, agrum non ſeres, vineam non putabis. Quæ ſponte gignit humus, non metes.* Si ergo Dominus vocationem & requiem à ſatione culturaque omni, vel ipſis agris impertiri volebat; quid de hominum miſerorum, ac tota hebdomada deſudantium commodo, & re- Leuit. 19. Exod. 16. Leuit. 25.

C quie non decernet? Sed ne quererentur Hebræi, ſuam in fraudem damnúmque ceſſuram telluris illam ſeptimo quoque anno vacationem, in eo ipſo, quòd vacaret tellus, ipſi dominis vberior fructus accreſcebat, vti adnotauit Theodoret. *q.* 35. *in Leuit.* his verbis. Hac lege Dominus plectit eorum animum inſatiabilem: nam ideo ſeminabant, vt plus haberent. Terra verò minimè quieſcens exiliores fructus afferebat. Quare conſtituit anno ſeptimo non ſeminatam manere terram. Quæ autem ſponte naſcerentur, ea prohibuit vindemiare, aut metere, vt illos humanitatis officia doceret. Voluit enim, vt viduæ, orfani, & aduenæ, vnà cum ipſis eſſent Theod. *Septimo anno terra quieſcebat à cultura.*

D illorum fructuum participes. Hæc Theodor. Cæterùm D. Auguſt. explicatio eſt: Terra colebatur ſeptimo anno, & ſeminabatur, ſed non colligebatur à dominis, ſed totum pauperibus dimittebatur. Quo ſanè mirum in modum commendatur pauperum procuratio, quibus tantùm agri ſerebantur ſeptimo quoque anno. Communior tamen interpretatio habet præcipi à Domino, vt omnino ferietur tellus illo anno; idque in vtilitatem dominorum, ne tellus quotannis exculta fatigetur, ac ſterileſcat. quæ vt experientia teſtatur, ſi aliquot annos quieuit, vberiores afferre fruges ſolet. Et ne famem, ſi agros non excolerent vno anno, time- *Pauperibus Dominus prouidet.* S. Aug.

E tent Hebræi, occurrit ſtatim Dominus: *Quòd ſi dixeritis, quid comedemus anno ſeptimo, ſi non ſeuerimus, neque collegerimus fruges noſtras? dabo benedictionem meam vobis anno ſexto, & faciet fructum trium annorum.* Vbi Theodor. Ne de alimento neceſſario dubitarent, vtpote qui terram non colerent anno remiſſionis, magnificis pollicitationibus eos placauit; promiſit enim anno ſexto, ſuppeditaturum ſe non duplum ſolum prouentum, & cum fœnore reddentem, vnde aliı poſſent anno ſexto, & ſeptimo, ſed ad octauum vſque annum ſufficientem. Hæc Theod. *Vtilis vacatio interdum.* Theod.

Ex

Ex his omnibus colliges, quàm Deo gratum ſit, vt ſerui tui, & ancillæ ſaltem die feſto quieſcant, vacéntque recreando paulíſper corpori, quod in tuam cedet maiorem vtilitatem; ſic enim reſumptis viribus actiores conatus in ſua quiſque miniſteria impendet. Ac in ipſis etiam ſpiritualis exercitationis ſtudiis interdum animi iuſtam & puram remiſſionem ſuos habere ſeruos vult Dominus, ne deficiant (inquit) in via, ſed paululum recreati, vehementiùs in Dei obſequium impendantur. Sic Ioan. 6. *Subiit in montem Ieſus: & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.* Nimirum illos abduxit à tumultu ad requiem, vt Theophil. & Euthym obſeruant. Cæterùm cauendum omnino eſt, nedum ad animi relaxationem à rerum ſublimiorum contentione deſcendimus, in otium atque deſidiam animos paulatim eneruantem defluere videamur. Quod D. Ambroſ. ſapienter admonuit 1. *officior. cap.* 20. Caueamus (inquit) nedum relaxare animum volumus, ſoluamus omnem harmoniam, quaſi concentum quendam bonorum operum. Sic planè habet bonus citharœdus; non ſemper quidem citharam pulſat; ſed non citharam effringit, aut fides rumpit; manu quidem depoſuit citharam, ſed eam integram, aptíſque compoſitam neruis, vt rurſus ſonat, pulſétque. Vnde illud prudenter à Seneca dictum eſt: Prudens nunquam otio marcet, aliquando animum remiſſum habet, ſolutum nunquam. Quod & Noë præſtitit. Etenim expectatis vltrà ſeptem diebus, rurſum dimiſit columbam ex arca; poſt vacationem illam ſeptem dierum, recreatam cibi, & quiete columbam iterum ad volandum & periclitandum dimittit. Sic ſuos ſeruos Dominus poſt aliqualem requietem à maioribus ſtudiis feriatos, aucto iam virium & alacritatis ſubſidio, ad nouos ſubinde labores & pericula dimittens, ex vmbra in ſolem, ex horto in aciem, ex epulis in ſudores, ex portu in pelagus, ex pace in tentationum prælia deducit. Rarò enim Dei ſeruus inuenitur, qui longas habeat in placida ſtatione mentis à tentationum conflictu inducias. Et ne fideles animo cadant, cùm ſe viderint ab hoſte oppugnari, ſciant tunc maximè timendum eſſe, cùm maximè ab omni praua ſuggeſtione feriantur. Enimuero, vt ait D. Auguſt. apud D. Thom. *in cap. 6. Ioan.* Periculoſiſſima res eſt, nulla tentatione pulſari; quia inde prouenuint multa mala, ſcilicet elatio cordis, incircunſpectio ſui, incompaſſio tentatorum, contemptus aliorum, ignorantia agendorum. Sic Auguſt. Quinetiam (inquit D. Petr. Damian. *lib. 8. Epiſt. 14. ad ſorores*) Ipſa beatiſſima Dei genitrix, & terrenarum copias non poſſedit, & immaniſſimi doloris amaritudinem pertulit. Si enim omnipotens Deus huius vitæ proſpera magni penderet, nullatenus ipſam ſingularem, ac perpetuam virginem, ex qua incarnari dignatus eſt, affici doloribus permiſiſſet. Sic Damian.

Ioan. 6.
Theoph. Euthym.
*Relatio ſine deſidia habenda.*
S. Ambroſ.
Seneca.
*Laborandum poſt quietem.*
S. Aug. *Periculoſum eſt non tentari.*
S. P. Dam. *B. Maria doloribus exercita.*

## SECTIO V.

*At illa venit ad eum, ad veſperam, portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore ſuo. Intellexit ergo Noe, quòd ceſſaſſent aquæ ſuper terram. Expectauítque nihilominus ſeptem alios dies, & emiſit columbam, quæ non eſt reuerſa vltrà ad eum.*

5. Dimiſſa ex arca iterum columba toto pene die laborauit ſtatum telluris explorando. Nec enim (etſi columba ſine felle amaritudinis, amoris ſymbolum, nulli nocens) pro ſuo munere ſatisfacit, adhuc præter innocentiam exigitur a columba, vt egrediatur ex arca, vt terram volando colluſtret. Non patitur Dominus ſua in familia otium, ac deſidiam; vtrumque damnatur in domo Dei, & obeſſe, & non prodeſſe. Quod argumentum luculenter pertractat D. Bernard. *Epiſt.* 104. vbi inter alia ſic ait: Attende quid mereatur iniquitas, ſi ſola ſufficit inutilitas ad damnationem? Et reuera ſecura non erit ſpina, vel tribulus, vbi ſecuris infructuoſæ arbori poni videbitur; nec parcet pungenti, qui minatur & ſterili. Væ igitur, & væ iterum, de quo dicitur, *Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas*, Iſai. 5. Et quidem ad præſentem locum optimè; Si columbam quieſcere, & gemere in arca non diu licet, quid coruo fiet inter fluctus, lutum, & cadauera, geſtiente, & ſæuiente? quinetiam (quod magis timendum erit,) quo purior, nitidiórque columba eſt, eo crebriùs foras mittitur; eo plura ſubire cogitur diſcrimina; & meritò quidem, vt rectè oſtendit eo loco Bern. Quid (inquit) retribues Domino pro omnibus quæ retribuit tibi? Quid, inquam, lucri, pro tot ibi creditis talentis referes creditori? O ſi vacuam manum inuenerit ille, ille donorum promptus quidem autor, ſed importunus exactor. Veniet enim, veniet, & non tardabit, ad requirendum vtique quod ſuum eſt cum vſura. Hæc Bern. Columba rediit ad arcam: nec mirum, columba eſt enim puritatis amans & quietis, neutram extra arcam inuenit. Imitate columbam, quiſquis in ſeculo viuis, ſi tamen viuis, vbi omnia lutum, fluctus, tempeſtas, naufragium; columbinos præferens mores, ætate iuuenili, ac etiam nunc puriore, ſed magis periculis obnoxia; ad arcam religionis confuge. Num te rerum præſentium falſa hæc ſpecies remoratur? Audi Bern. *Epiſt.* 103. Quouſque tu tantæ gloriæ præfers fœnum, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, carnem dico & eius gloriam! Si ſapis, ſi habes cor, ſi tecum eſt lumen oculorum tuorum, deſine iam ea ſequi, quæ & aſſequi miſerum eſt. Beatus, qui poſt illa non abiit, quæ poſſeſſa onerant, amata inquinant, amiſſa cruciant. An non ea ſatius cum honore ſpernis, quàm cum dolore perdis? An non ea prudentius Chriſti cedis amori, quàm morti? Sic Bern. At ſunt nonnulli iuuenes, vt illa columba ſeducta non habens cor, *Oſeæ* 7. Inſipiens nimirum, quæ leuiter ſe falli patitur; eos dico, qui falſæ pietatis obtentu in ipſo ſeculo fluctuant, & ſeſe ad arcam Noë, & religionis portu, val diuino ſtimulati ſæpiùs ſpiritus recipere nequaquam volunt; qualis ille extitit, ad quem D. Bern. ſcribit *Epiſt.* 104. Cuius quot verba, tot ſententiæ. Materno (inquit) es deuinctus amore; vt matrem deſeras, inhumanum videtur. Ergo cum ipſa maneas? ſed nec ipſi expedit, vt ſit filio cauſa perditionis: mater tua vult contraria tuæ, ac per hoc & ſuæ ipſius ſaluti. Elige ergo tu e duobus quod vis, aut vnius videlicet ſatisfacere voluntati, aut vtriuſque ſaluti. Verùm ſi multum eam diligis, deſere potiùs ipſam propter ipſam, ne ſi Chriſtum deſeras

*Obeſſe, & non prodeſſe, ambo damnantur.*
S. Bernard.
Iſai. 5.
*A iuſtis plus Deus exigit.*
S. Bernard.
*Prima ætas religioni apta.*
S. Bern.
*Relicto ſeculo confugiendum in religionem.*
Oſeæ 7.
S. Bern.

ras

*Chriſtus matri præferendus à religioſo.*

ſeras, vt maneas cum ipſa, propter te pereat & ipſa; alioqui male meruit de te, quæ te pepetit, ſi propter te perit. Quomodo enim non perit, quæ ipſum, quem peperit, perimit? Et ſi impium eſt contemnere matrem, contemnere tamen propter Chriſtum piſſimum eſt. Hactenus Bernard.

*A negotiis ad Deum recurrendum.*

2. Mira profectò comitas columbæ quæ iam ſecundò dimiſſa non integrum, extra arcam, tranſigit diem, ſed alacri volatu ad dominum, & curatorem ſuum reuertitur. Quo typo mirabiliter exprimuntur viri iuſti, quos diutiùs haud remoratur ſecularium rerum occupatio, quin expeditiùs ad Domini ſui arcam, ſecretum videlicet contemplationis ſtudium regrediantur.

*Cyrill. Alex.*

Etenim (vt hoc loco obſeruat D. Cyrill. Alex.) qui in fide purgati ſunt, Deum magnopere diligunt, & veluti quadam Euangelicæ inſtitutionis manſuetudine eruditi, Deo mirificè placent. *At illa venit ad eum.* Idque iuſtitia exigit, vt anima reuertatur ad Deum ſuum, cuius in ære tota eſt.

*S. Auguſt. Dei tota anima eſt. S. Hieron.*

Nihil enim melius (ait D. Aug. *in Pſal.* 131.) poſſumus dicere Deo, quàm poſſide nos. Quæ ſit verò iſta poſſeſſio, oſtendit vno verbo D. Hieron. *Epiſt. ad Paul.* Totum Deo dedit, qui ſe obtulit. Tota quippe anima iuſti, cùm ſolius Dei ſit, atque in ipſius famulatum dicata, neſcit ac nequit diu extra Deum in aliis curis detineri: ad Deum Euro citiùs reuolat; nihil enim (ait D.

*S. Aug.*

Aug. *homil.* 38. *ex* 50.) inuenit delectabilius Deo, nihil illo pulchrius, nihil illo dulcius. Aſſueta igitur anima Dei colloquiis, & ſuauiſſimo rerum diuinarum commercio delinita grauiter angitur, ſi vi aliqua ea illa arca euellatur. Qua de re

*S. Bernard.*

diſſerit D. Bernard. vt ſolet, melle dulciùs *ſerm.* 35. *in Cant.* Quæ anima (inquit) ſemel à Domino didicit, & accepit intrare ſeipſam, & in intimis ſuis Dei præſentiam ſuſpirare, & quærere faciem

*Quàm dulciter anima Deo adhæret.*

eius ſemper, talis, inquam, anima, neſcio an vel ipſam gehennam ad tempus expediri horribilius, pœnaliúſve ducat, quàm poſt ſpiritualis ſtudij huius guſtatam ſemel ſuauitatem, exire denuo ad illecebras, vel potiùs ad moleſtias carnis, ſenſuúmque inexplebilem repetere curioſitatem. Bonus eſt Domine ſperantibus in te, animæ quærenti te, *Thren.* 3. Ab hoc bono ſi quis

*Thren. 3.*

auertere ſanctam illam animam conaretur, puto haud ſecus accepiſſet, quàm ſi ſe de paradiſo, & ab ipſo introitu gloriæ conſpiceret deturbari. Sic Bern. Nec id mirum videri debet, ſi guſtetur quàm ſuauis eſt Dominus. Rectè enim ſcriptum

*Contemplatiua dulcedo. S. Greg.*

eſt à D. Greg. *homil.* 14. *in Ezech.* Contemplatiua vita amabilis valde dulcedo eſt, quæ ſuper ſemetipſam animam rapit, cæleſtia aperit, terrena autem debere eſſe contemptui oſtendit: ſpiritalia mentis oculis patefacit, corporalia abſcondit. Columba quidem venit ad eum ad veſperam,

*S. Chryſ. S. Cyrill.*

nocturno frigori vitando, vt obſeruat D. Chryſ. Et in arcam velut in nidum ſuum, vt ait D. Cyril. ſe recepit, ad quietè ſecuréque dormiendum. Somno autem ſæpiùs comparatur mentis contemplatio; vt ſponſa aiebat, Cantic. 5. *Ego dor-*

*Cant. 5.*

*mio, & cor meum vigilat.* Quem locum ſic expen-

*S. Greg.*

dit D. Greg. 5. *moral. cap.* 21. Quia videlicet ſancta mens quo ſe à ſtrepitu temporalis concupiſcentiæ comprimit, eo veriùs interna cognoſcit, & tanto alacriùs ad intima vigilat, quanto ſe ab exteriore inquietudine occultat. Ita Greg. Hoc iam dulci recreata ſomno in arca columba per aliquot dies. rurſus, vt vidimus, in puluerem, & in aciem dimiſſa æquo animo patitur, non quidem, vt cæno diluuij ſe immergat prioris; & paritatis, & dulcedinis tædio affecta: ſed vt pro Deo ſuo difficillima quæque ſubeat. Dulcedo

*Laborandum pro Deo. S. Greg. Deo animæ inhærens.*

enim Dei, quam ebibit, nihil non toleratu facile reddit. Quod D. Greg. *homil.* 15. *in Ezech.* ita oſtendit. Qui ſunt in ſancta Eccleſia thalami, niſi eorum corda, in quibus animæ per amorem ſponſo inuiſibili iunguntur, vt eius virtutum perfectione mens noſtra formetur; vt illis non iam velut coacta, & quaſi violento imperio ſubiecta famuletur, ſed tanquam naturali bono delectetur, atque paſcatur, & arduam illam atque anguſtam viam cum oblectatione conſcendat. Recepit ſe in arcam columba, non vt ibi perpetuò quieſcat, & otietur. Quod interdum ex præpoſtera pietate à diabolo ſeductus vir alioqui iuſtus, aut prælatus, aut prædicator, obnixè con-

*Quies interdũ inordinata. S.P.Dam.*

tendit: Cum (inquit D. Petr. Damian. *Epiſt.* 10.) latibulum petit, & ſub colore pœnitentiæ ſubterfugere quærit, lucrari machinatur de inobedientia otium, & cæteris in bello ruentibus, hic ſibi degeneris vmbræ quærit opacum. Neque verò ad otiandum, ſed ad denuò acriùs & inſtantiùs laborandum diuina conſolatio impenditur: qua dum quiſque caret inermis ad bellum cum vitiis gerendum inuenitur. Hæc doctrina mira-

*Origen.*

biliter inculcatur ab Orig. *homil.* 11. *in Exod.* 1. ſic ait. Bellum deſcribitur geſtum cum Amalechitis, pugnaſſe refertur populus, & viciſſe. Antequam manducaret panem de cælo, & biberet aquam de petra, non refertur populus pugnaſſe, ſed di-

*Deus armat animam ad bellandũ cum vitiis. Exod. 14.*

citur ad eum: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. (ſcilicet cùm fugerent Hebræi Pharaonem.) Eſt ergo tempus, quando Dominus pugnat pro nobis, & non permittit nos tentari ſupra id quod poſſumus, nec impares viribus ſinit ad fortis venire congreſſum. Denique & Iob omne illud tentationis ſuæ famoſiſſimum certamen, iam perfectus impleuit. Et tu ergo cùm cœperis manducare manna, panem cæleſtem verbi Dei, & bibere aquam de petra, cúmque ad interiora doctrinæ ſpiritalis acceſſeris, ſperato pugnam, & præpara te ad bellum. Hæc Origen. Itaque poſt manducatum cæli manna, hoc eſt, acceptam & guſtatam diuinam conſolationem, aut internam mentis illuſtrationem, aut externam verbi diuini inſtructionem, aut denique (quod potius eſt) corporis, & ſanguinis Do-

*Eucharistia armat animam.*

mini communionem, iam facta robuſtior anima educitur in aciem, vt cum vitiis colluctetur.

3. Porrò aduertas oportet, ſolam columbam, aptam videri, ad iſtam ineundæ & habitandæ arcæ tam crebram, támque dulcem repetitionem:

*Contemplatio puritatẽ exigit. S. Bern.*

contemplantis enim Deum oculus, & cor in amorem ipſius igneſcens, puritatem & innocentiam columbinam exigit. Quud D. Bernard. *lib.* 5. *ad Eugenium*, his verbis conteſtatur. Contemplatio reqnirit cor purgatum, vt à vitiis liberum atque exoneratum peccatis facile ad ſuperna leuet. Idem *ſerm.* 62. *in Cant.* Placeat (ait) neceſſe eſt, facies, quæ in Dei claritatem intendere poteſt: neque enim id puſſet, niſi clara ipſa quoque eſſet, & pura; vtique transformata, in eandem, quam conſpicit claritatis imaginem; alioquin illa diſſimilitudine, reſiliret, inſolito reuerberata fulgore. Ergo cùm pura puram intueri potuerit veritatem, tunc faciem ipſius ſponſi videre cupit. Sic Bernard. Hinc videas, quare coruus ſemel egreſſus nunquam ad arcam & Noë redierit; columba verò iterum atque iterum dimiſſa, eòdem ſe receperit. Impurus ſcilicet Dei conſpectum, aut timet, aut nõ poteſt attingere; in quem puræ

men

mentis acies liberè ac peramanter defigitur. A Quod animarum diſcrimen D. Greg. Nazianz. *in Apolog.* luculenter diſcutiens inter alia, hoc adiungit: Quemadmodum ſol oculorum hebetudinem imbecillitatémque prodit, ita morbum animæ Deus adueniens coarguit, atque aliis quidem lux, aliis ignis eſt, vnicuique videlicet ſecundùm ſubiectam materiam, & qualitatem. Ita Nazianz. Denique, columba ſymbolicè ſignificat animam illam, quæ diuinis vocata inſpirationibus illicò annuit, volátque ad Deum vocantem. Quod eſt non obſcurum prædeſtinationis ſignum. *Oues enim mea vocem meam audiunt,* Ioan. 10. Contrà verò coruus peccatores deſi- B gnat, quorum eſt obſtinata peccatorum contumacia; cùm nonnunquam redeundi ad Dominum internis incitentur impulſibus; ſed quibus tamen nihil promoueantur. Qualis erat Auguſt. ante ſui conuerſionem, vt de ſe ſcribit 8. *Confeſ.* Cogitationes, quibus meditabar in te Domine, ſimiles erant conatibus expergiſci volentium; qui tamen ſuperati ſoporis altitudine demerguntur. Nec erat quod tibi reſponderem dicenti mihi: Surge qui dormis; niſi tantùm verba lenta, & ſomnolenta modò, ecce modò, & ſiue paululum in longum ibat. Ad hæc verba D. Aug. non temerè accommodari poſſunt illa Sophon. 2. *Vox cantantis in feneſtra, coruus in ſuperliminari,* C *quoniam attenuabo robur eius.* Hugo Cardin. *in 8. Geneſ.* hunc locum ſic interpretatur. Vox clamat in feneſtra, quando delectationis illecebra ſenſui ſuggeritur, & tunc quandoque, ratiò cantu & modulamine capitur. Et pòſt coruus in ſuperliminari auditur, ideſt, ratio procaſtinat emendationem de die in diem. Sic ille. Vide obſecro quàm ſit perniciosſus homini iſte, de quo agimus, ſtatus ſomnolentiæ, ac ſupinæ cuiuſdam tarditatis, dum ſæpiùs molitur conuerſionem, & toties in limine ſiſtit, quin paſſum conficiat. Vox enim cantantis in feneſtra, dæmones ipſos ſecundùm Hieronymum ſignificat, qui iam triumphum canunt, vbi poſſident animam coruo perſimilem, quaſi coruus in ſuperliminari, aut pi- D ctus, aut etiam perſonans illud ſuum cras, tanto perfundat dæmones gaudio, vt feſtum cantibus agant. Aduertit D. Hieron. hoc loco lectionum varietatem. In Hæbro (inquit) חרב *choreb,* vel ſiccitas, vel gladios, vel coruus accipitur, quod nos & L X X. tranſtulimus, coruus. Hinc amplius colliges *choreb*, illa omnia ſignificare, quicquid negent aliqui ex recentioribus, quibus L X X. interpretes, & D. Hieron. præferre neceſſe omnino eſt. Addit verò ſanctiſſimus Doctor: Comminatur itaque nunc ſermo diuinus his, qui peccatis inhærentes & obliti ſordibus delictorum nolunt ad meliora conuerti; & tenebroſum colutem eluere, & comminatur eis gladium, &c. Sic Hier. Coruis iſtis plenus eſt orbis. E Craa inclamant; inanis ſpei vmbra decepti cogitant: (ait S. Auguſt. *tom. 10. ſerm. 45. in append.*) Poteſt nobis extremi temporis indulgentia ſubuenire. At periculoſiſſima eſt in vltimum diem promiſſa ſecuritas. Deinde ſtultiſſimum eſt, vt cauſa, quæ de neceſſitatibus agitur æternis, inutilitatibus vitæ deficientis committatur extremis. Odibile eſt apud Deum, quando homo ſub fiducia pœnitentiæ in ſenectutem reſeruatæ liberiùs peccat Sic Aug.

4. Plenus quidem timore locus Prophetæ, vbi enim coruus, ibi extrema vaſtitas, & inenitabilis æternæ perditionis gladius animam ad medullas vſque intimas diſcindens. Eruditiſſimus noſter Ribeira duo peccantium genera hìc deſcribi arbitratur. Auiculæ (ait) cantantes homines videlicet leues, libertatis, & voluptatis ſtudioſi: coruus nigra auis, & libertate abuſa, cùm ex arca emiſſa eſt à Noë, cuius vox eſt *Cras*, nec vnquam ſonat hodie; quare rectè in eo intelliguntur homines nigri peccatis, otio, & donis Dei abutentes, qui ſemper conuerſionem pollicentur cras, nec vnquam dicunt hodie. D. Auguſt. præter illa, quæ paulo ante adnotauimus ex eodem, aut quiſquis ille autor eſt, *ſerm.* 71. ad fratres in Eremo; hoc idem pertractans argumentum, ſic effatur. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Fortè reſpondes, Cras. O vox coruina: coruus non rediit ad arcam. columba rediit. Si tunc vis pœnitentiam agere, quando peccare non potes: peccata te dimiſerunt, non tu illa: ſatis alienus eſt à fide, qui ad agendam pœnitentiam tempus ſenectutis expectat, metuendum eſt, ne dum ſperat miſericordiam, incidat in judicium. Hæc ille. Maximè verò hæc tam deploranda mentis obſtinatio prouenire ſolet ex conſuetudine venerea, multos per annos iam inueterata, ex qua hominem ad pietatem & ſalutem aſſurgere aliquando non vulgare miraculum eſt. Quod à Propheta Oſea non obſcurè inſinuatur cap. 5. illis verbis: *Fornicatus eſt Ephraim, contaminatus eſt Iſraël; non dabunt cogitationes ſuas, vt reuertantur ad Deum ſuum, quia ſpiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognouerunt.* Scio equidem Prophetam loqui contra Hebræos, qui ſpreto cultu & fide veri Dei, turpiſſimo idolorum cultui ſe addixerunt. Sed nemo tamen negabit fornicationem in proprio ſenſu accipi poſſe; cùm homines libidinoſi ſic viuant, ac ſi Deum neſciant, nec animam gerant immortalem; pecudibus ac truncis comparandi; quibus conuenit, quod ad hunc locum Oſeæ D. Hieronym. ſubnotauit: Non reuertentur ad Dominum, quia ſpiritus fornicationis, qui iuxta Apoſtolum *ad Epheſ. 2.* operatur in filiis diffidentiæ, poſſidet eorum corda captiua; & iccirco illo regnante Dominum neſcierunt; imò obliti ſunt creatoris ſui; nec dabunt cogitationes ſuas, vt agant pœnitentiam qui ſemper in perditione proficiunt. Ita D. Hieron. Iccirco Pharao (egregius dæmonis typus) populum Hebræum ne Deo vacaret, operibus luti ac paleis opprimebat, *Exod.* 5. Opprimantur, ait diabolus (vt Gloſſa notauit) operibus luti videlicet, & carnis, vt obliuiſcantur Deum ſuum. Sæpè etiam vi mala facere dæmones compellunt, ſi blanditiis nequeunt. Sic Gloſſa. Luculentiùs ad eundem locum S. Bernard. *ſerm. 34. in paruis*, ita effatur. Sub luto Pharaonis fiunt lutea opera, ideſt, diſſoluta, & ſordida; ab ipſo dantur paleæ, id eſt, leues cogitationes. Palearum eſt leuiter accendi, & in momento conſumi; ſic & malæ cogitationes, à diabolo immiſſæ, citò in mentibus noſtris accenduntur, carnis mollicie conſentiente, ſed ſi viriliter ſtudeamus reſiſtere, Deo iuuante, protinus extinguuntur. Paleis accenſis coquebatur lutum, & ſolidabatur in lateres. Et prauæ cogitationes, quę ſunt lutum, paleis delectationis accenduntur, quæ cùm tranſeunt in actum, tunc decoquuntur; cùm verò ducuntur in conſuetudinem, tunc ſolidantur. Hæc Bern. Sat nigri, fœdi, & corui ſunt, qui tam nigris fœdiſque cogitationibus atque operibus detinentur.

S. Greg. Nazianz.

Ioan. 10.

*Obſtinata mens in vocantis non annuit.*

S. Auguſt.

Sophon. 2.

Hugo.

*Tarditas conuerſionis ad Deum.*

S. Hieron.

*Pœnitentiam differentibus minatur Deus.*

S. Hieron.

S. Auguſt.

Ribeir.

*Peccator coruo conuerſus.*

S. Auguſt.

*Non dilatanda conuerſio.*

Oſeæ 5.

*Libidinoſi rarò conuertuntur.*

S. Hieron.

Ad Epheſ. 2.

*Libidinoſi ſemper in peius ruunt.*

Exod. 5.

Gloſſa.

S. Bern.

*Cogitationes turpes à dæmone.*

*Caſtitatis pulchritudo.*

neitur. At econtrario columba arcæ illius ſalutari amica, familiari Noe caram deſignat animam, quæ in carne non ſecundum carnem viuit; angelicum imitata candorem, proxima ia Deo, quem vnice amat, & quo tandem perfruetur, in terris puriſſimum ac feliciſſimum agit æuum. Nec plura. Nam vt ait D.Bern. *Epiſtol.*42. Venuſtate ſua caſtitas eminere apparet.

S.Bern.

5. *Portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore ſuo.*]Hebr. והנה עלה זית טרף בפיה *vehinne ghaleh zaith taraph bephiha*: & ecce ramus, ſeu folium oliuæ raptum in ore ſuo; vel, ecce folium oliuæ, ramus in ore eius. Vel, deferens ore folium oliuæ raptum, aut diſcerptum ore ſuo. Vel, ecce folium oliuæ raptum in ore eius. Chald. Et ecce folium oliuæ, quod decerpſerat ore ſuo. L X X. φύλλον ἐλαίας κάρφος, folium oliuæ feſtucam: hoc eſt, frondoſam feſtucam, ſeu rami ſurculum tenuiorem. Ex Ioſepho ramum frondentis oliuæ. Cæterùm, vt liquidiùs conſtet explanatio, Hebr. עלה *ghalah* eſt aſcendere, vnde nomen *ghaleh*, folium. Hebr. טרף *taraph* rapere, inde *taraph* raptus, a, um, ac ſi dicatur, inquit Rab. Dau. *in lib. rad.* folium oliuæ erat raptum in ore eius. Ex his recte colligitur ſenſus huius loci. Columba reperit oliuam, cuius folia nec defluunt, nec vi orem amittunt hyeme; ac ſubinde roſtro tenellum ſurculu aliquot virentem folijs diſtrinxit, oreque prehenſum attulit ad Noe in arcam. Riſum hic mouent nugamenta Hebræorum; quorum alij montem Syon, & montem oliuarum non fuiſſe aquis diluuij opertas, atque ex monte iſto decerptum hunc oleæ ramum; alij ex paradiſo terreſtri fabulantur. Citra controuerſiam illud mihi videtur D.Chryſ. Hæc arbor ſemper virens eſt, vnde veriſimile eſt, quòd cùm aquæ recederint, arbor hæc adhuc habuerit foliorum comam. D.Ambroſ. dubius ſcribit, vtrùm ante diluuium, an in ipſo diluuio floruerit ille ramus oliuæ. Ex vtraliber ſubtiliter, vt ſolet, philoſophatur. Si ante diluuium (inquit) vir iuſtus gauiſus eſt, fructum de veteri ſemine aliquem reſeruatum, & inde collegit miſericordiæ inſigne diuinæ quod iam diluuium remouiſſet, quæ fructum demonſtraret, cui non potuiſſent nocere diluuia. Fuit igitur iuxta Ambroſ. ramulus ille frondentis oliuæ ſymbolum miſericordiæ diuinæ, quæ medijs in ipſis diuinæ iuſtitiæ, vindictęque diluuijs floruerit; nec vlla aquarum eluuie abſorberi, perireque potuerit olea miſericordiæ. Imò hîc illud Prophetæ de Domini bonitate, vel ipſis oculis intuemur teſtimoniū, *Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.* Veniet, veniet alterū diluuium, in quo flammis omnia vorantibus etiam oliua comburetur, vbi nullus miſericordiæ locus erit. De quo in *Pſ.*31. dicitur: *Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno: veruntamē in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt.* Plures in hunc locum ſenſus conueniunt; vnum in præſentia, cum S.Hieron. proſequemur, cuius interpretatio habet: Tempus opportunum ad exorandum pro peccatis hæc vita eſt: in qua ideo ſancti orant, quia nemo eſt à peccatis immunis. Pro hac iniquitate, vel pro hac remiſſione: veruntamen, &c. Multi fluctus diluuiorum in iudicio impios vallabunt. Sic Hier. Quare non erit illo extremo diluuio arca, in quam confugiant peccatores, nec columba quæ pacem ferat, nec olea, quę in miſericordiam efflore ſcat. Quòd ſi dicatur in ipſomet diluuio oliua floruiſ-

*Oliua viridis in diluuio.*

S.Chryſoſt.

S.Ambroſ.

*Miſericordia Dei non perit.*

Habacuc 3.

*Iudicium ſine miſericordia futurum.*

Pſalm.31.

S.Hieron.

*Ben. Fernand. in Gen. tom.* 1.

A ſe, nō minus demonſtratur diuina miſericordia, quæ obrutis, vt mereba̅tur, peccatoribus, nouam humani generis ſobolem ac ſpeciem faciat pullulare. Quod D.Ambr. eleganter edixerit. Si diluuij aut tempore natum eſt folium, aduertit itaque iuſti animus ſemina miſericordię fructificaſſe cæleſtia, vt radices arborum viuerent, & quaſi reſumpta anima fœtus germinarent vetuſtos, atque in aſſuetos partus redirent, quorum indicium præmiſſa folia demonſtrarēt. Sed hoc alta potiùs interpretatione, quia Dominus Deus noſter quamuis acerbis iniquitatis noſtrę offenſus ſit erroribus, tamen antiquæ noſtræ proſapiæ, patriæque virtutis ſemen aliquod, vel exiB guum reſeruaret, ne penitus operis & creaturæ ſuæ omne circa humanum genus amputaretur inſigne. Hæc Ambroſius.

S.Ambroſ.

*Miſericordia Dei in diluuio.*

6. Addiderim oleæ virentis ramum in ore columbino ex diluuio apparuiſſe ad ſignificandam diuinæ bonitatis prouidentiam, quæ punit, vt parcat: in vtilitatem noſtram laborum, & ſuppliciorum dirigat acerbitatem. Sic Oſeæ 5. dicit Dominus, *Effundam, ſicut aquam, irām meam.* Declarat Rupertus: Quia ſicut aqua corporis ſordes eluit; ita diuina ira varijs laboribus iuſtos exercens animarum maculas expiat. Eſt autem hic fructus laborum ac pœnarum in Chriſtiana diſciplina quàm notiſſimus. Vti D. AuC guſtin. ad illa verba *Pſal.* 98. *Deus tu propitius fuiſti & vlciſcens*; colligit: nouerunt Chriſtiani, quomodo vapulent cùm multùm profecerint: *Pacem terra columba nunciat*, ait D.Hieron. aduersùs Lucif. *cap.*8. Nimirum quia ſemper habita fuit olea in pacis & fœderis ſignum. Commendat autem caritatem ſuam Deus, quòd cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo, &c. docet Apoſtolus. Quod videtur huc loco ſignificari, cùm e diluuiis columba virentem præfert oleā; pacem videlicet, & amorem, ex ipſamet colluuie omnium vitiorum, & vitioſorū. Nigra erat, quæ deinde ſponſo cæleſti conſecrata, apparuit formoſa ſine ruga & ſine macula. Eandem ipſe cōpellauit: *veni de Libano*, Cantic.4. Vbi Tertull. ait: Eleganter Libani montis mentio eſt iniecta, qui D thuris vocabulo eſt penes Gręcos; de idololatria enim ſibi deſponſabat Eccleſiam. Adeò excellēs eſt ſymbolica nomenclatura columbæ, vt miris commendetur ſignificationibus. Atque imprimis in columbæ ſpecie viſus eſt deſcendere ſuper caput Domini, dum baptizaretur à Ioāne, Spiritus ſanctus. Et quidem apta ſpecies columba ſpiritui effigiādo; vt enim D.Hier. aſſerit in *Pſ.*54. Colūba ſpiritualem naturā deſignat, ſicut in Baptiſmo oſtenſum eſt. Columba ſimplex animal eſt abſq; felle, & à malitia fellis alienum, quia oſculū caritatis animæ ſignificat. Pulchrè autem ſuper aſcendētem è Baptiſmo Dominum Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ de cælo euolātis inſedit: E atque hoc loco florentem oleam poſt diluuium reportat, in typum vtrobique Baptiſmatis; è quo poſt ſubmerſum veterem hominē cum actibus ſuis emergenti nouo homini, ſcilicet Chriſtiano Spiritus ſācti gratia pax & puritas affulget, quod à Tertullian. *lib. de Baptiſmo, cap.*8. diſertiſſimè ad hunc modum explicatur. Tunc ille ſanctiſſimus ſpiritus ſuper emundata & benedicta corpora libens à Patre deſcendit, ſuper Baptiſmi aquas, tanquam priſtinam ſedem recognoſcens conquieſcit, columbæ figura delapſus in Dominum. vt natura Spiritus ſancti declararetur per animal ſimplicitatis, & innocentiæ; quod etiam

Oſeæ 5.

*Dei ſupplicijs animæ abluuntur.*

S August. Pſal.98.

S.Hieron.

Ad Rom 5.

*Miſericordia Dei mundum conuertit.*

Cant 4.

*Columba Spiritum ſanctum ſignificat.*

Ioan 1.

S.Hieron.

Tertul.

*Baptiſmi ſanctitas.*

OO corpo

corporaliter ipſo felle careat columba. Ideoque *eſtote* ( inquit ) *ſimplices ſicut columbæ.* ne hoc quidem ſine argumento præcedentis figuræ. Quemadmodum enim poſt aquas diluuij, quibus iniquitas antiqua purgata eſt, poſt Baptiſmum ( vt ita dixerim ) mundi, pacem cæleſtis iræ præco columba terris adnũciauit dimiſſa ex arca, & cum olea reuerſa; quod ſignum etiam apud nationes paci prætenditur. Eadem diſpoſitione ſpiritalis effectus terræ, ideſt, carni noſtræ emergenti de lauacro poſt vetera delicta columba ſancti Spiritus aduolat, pacem Dei adferens, emiſſa de cælis, vbi Eccleſia eſt arca figurata. Sic Tertul. Cum columba, cum olea, cum cælo aperto in ſacro Baptiſmo apprimè cõcinit illa S. Cyrill. Hieroſol. *in procatecheſi*, ad recens baptizatos oratio. Sic habet inter alia. Iam eſt beatitudinis odor in nobis, ô illuminati. iam ſpiritales colligitis flores ad plectendas cæleſtes coronas. iam Spiritus ſancti ſpirauit fragrantia. iam circa porticum regalis palatij fuiſtis, vtinam verò & ab ipſo rege introducamini. flores nunc arborum apparuerunt; vtinam verò & fructus perficiatur. Minima iam in Chriſti militiam vocati dediſtis, & ſponſales lampades vobis donatæ, & regni cæleſtis deſiderium, bonúmque propoſitum, & ſpes ſubſequens. Hæc Cyrill. Caritatem quoque ſuam ineffabilem Deus omnipotens in columba iſta præmonſtrauit, tanquam homines ad amorem inuitans; quibuſcum deinceps non vti iudex ſeuerus, ſed vt blandus Pater agere velit, quos tamen ſi neceſſitas feret, peramicè corripiat. Hæc à D. Auguſtino inculcantur *in Epiſtol.* 1. *Ioan. cap.* 4. verbis his. De columba demonſtrata eſt caritas, quæ venit ſuper Dominum, ſpecies illa columbæ eſt, in qua venit Spiritus ſanctus, quo nobis caritas infunderetur. Quare hoc? fel columba non habet; tamẽ roſtro, & pennis pro nido pugnat: ſine amaritudine ſæuit. hoc facit & pater, quando filium caſtigat. Seductor, vt vendat, cum amaritudine blanditur; pater, vt corrigat, ſine felle caſtigat. Tales eſtote ad omnes. Amor ſæuit, caritas ſæuit. ſæuit quodammodo ſine felle, more columbino, non coruino. Hæc Auguſt.

Matt. 10.
S Cyril. Hieroſ.
S. Auguſt.

7. Arcanum adhuc aliud in columba innuitur, quæ de aquis diluuij, & ad arcam, vbi feræ, ſerpentes, accipitres, aliæque truculentæ animantes commorantur aduolat pacem & amorem ipſo præferens ore. Nec enim in mediis periculis, & inter medias perſecutionum acies, deſinit eſſe pia, placida, & amans columba: quo de argumento luculenter diſſerit D. Auguſtin. ad illum verſum Pſalm. 54. *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam.* Quis dabit ( ait ) mihi pennas ſicut columbæ, & tamen non ſicut coruo. Columba à moleſtiis quærit auolationem, ſed non amittit dilectionem. Columba enim pro ſigno dilectionis ponitur, & in ea gemitus amatur. Nihil tam amicum gentibus, quàm columba; die noctuque gemit, tanquam hic poſita vbi gemendum eſt. Quid ergo dicit iſte dilector? Rabie feruntur homines, accenduntur iracundia in me: prodeſſe illis non poſſum. Vtinam requieſcam alicubi ab eis ſeparatus corpore, non amore, ne in me conturbetur ipſa dilectio. Verbis meis prodeſſe non poſſum, orando pro eis forſitan prodero. Hæc Auguſtin. Columba pacem & amorem exhibet ore, cùm tamen eam vultures & accipitres roſtro & vngue lancinent in Chriſtianæ patientiæ docu-

S. Aug. Pſal 54.
*Caritas cum patientia.*

mentum. Etenim, vt ſcribit D. Hieronym. *Epiſt. ad Caled.* apud Chriſtianos, non qui patitur, ſed qui facit contumeliam, miſer eſt. Huc ſpectat illa columba muta, quo nomine voluit Dauid ſuam exprimere patientiam, cùm iniurias & contumelias aduerſariorum columbina mãſuetudine, ac ſilentio exciperet; quo de titulo iam alibi à nobis diſputatum eſt. Intolerandum homini fragili & delicato ferre conuitia calũniantium; ex quo maximè Iobi ſanctiſſimi commendatur patientia: dicit enim cap. 19. *Vſquequo affligitis animam meam, & atteritis me ſermonibus?* Quem locum ſic expendit Origen. Iobus fortiſſimus athletarum, in cuius libro nihil ita eminet, vt fortitudo, & patientia, labores tamen ſentit, quos ex eorum duro ſermone, qui viſendi cauſa venerant, hauriebat. At licèt columba ferat oliuam ore, non ſibi proinde blandiantur accipitres, qui columbam inſectantur. Conuerſi enim ſunt in arcum prauum: vt habetur *Pſal.* 77. Arcus autem prauus (inquit D. Hieron.) eſt, qui dum contra inimicos ſagittas putatur iacere, ſauciat tenentem. Sibi potiùs iſti maledici, & perſecutores, quàm alteri nocent. Ideoque perſimiles dicuntur apibus, iuxta illud Pſal. 117. *Circundederunt me ſicut apes.* Quia, vt Caſſiodorus obſeruat: Apes mordendo ſpicula relinquunt, ac moriuntur. Hinc fortaſſe ortum eſt, vt eadem voce ſine punctis tamen apud Hebræos, & ſermo, & peſtilentia nominetur. Etenim דבר *dabar*, loqui, & inde דבר *dabar* cum duplici cameths, loquutio, ſermo. Cum ſex punctis *deber* eſt peſtilentia, mors, vt legitur *Exod.* 5. Occurrat nobis בדבר *bhadeber*, peſtis, aut in peſte, in morte. Et quidem hæc duo, loqui, & perdere, ſermo & peſtis, coniunguntur. Vt enim ore & locutione vulgatur maximè peſtilens halitus, quo & loquens, & audiens contabeſcunt; ſic plerumque ſermo incautus, aut virulentus, & præferentem & audientem exulcerat.

S Hieron.
Iob 19.
Origen.
*Maledici nocent ſibi.*
Pſ. 77.
S Hier.
Pſ. 117.
Caſſiod.
Exod 5.
*Sermo peſtilens.*

8. Porrò columba geſtans ore ramulum oliuæ, repræſentat etiam hominem miſericordem, quem D. Nyſſ. vocat inſignitum propria nota Deitatis, *lib. de beatitudin.* De quo ſimiliter D. Gregor. Nazianzen. *Orat. de paup.* Nihil ( ait ) tam diuinum homo habet, quam de aliis bene mereri: fac calamitoſo ſis Deus, Dei miſericordiam imitando. Conſonat illud D. Ambroſ. *lib.* 1. *Offic. cap.* 1. Nihil tam commendat Chriſtianum animum, quàm miſericordia. D. Chryſ. egregius humanæ miſericordiæ prædicator cùm aliàs ſæpè, tum *homil.* 36. *ad populum Antiochen.* præclarè loquitur; inter alia hoc admiratione plenum: Ait Scriptura, magna res eſt homo, & pretioſa vir miſericors. Hæc maior eſt gratia, quàm mortuos reſuſcitare. Multo namque maius eſt, quàm in nomine Ieſu, mortuos ſuſcitare, eſurientem paſcere Chriſtum. Nam hìc quidem tu de Chriſto bene mereris, illic autem ipſe de te. Ac merces eſt in bene gerendo, non in bene patiendo. Hic in ſignis Deo debes, illic Deum habes debitorem. Ita Chryſ. Cæterùm, quia hominis animus, vt ſui amans, lucro ſemper inhiat; duplex ex operibus miſericordiæ percipitur; nec homini etiam cupidiſſimo, maius aut vtilius quicquam poteſt euenire. Primum quidem commemorat D. Aug. *homil.* 36. *ex homil.* 50. Ante fores gehennæ ſtat miſericordia, & neminem permittit in carcerem mitti. Loquitur de hominis miſericordia in pauperes. Alterũ adhuc optabi

S. Greg. Nyſſ.
Greg Naz.
S. Ambroſ.
*Miſericordia humana laus.*
S. Chryſ.
S Auguſt.
*Duplex lucrũ ex eleemoſyna.*

optabi

S.Chryſ. optabilius apponit D. Chryſ. *homil.9. de pœnit.* Eleemoſyna regina illa virtutum homines in ipſorum cælorum arces celerrimè adducet, aduocati optimi loco fungens. Quid igitur nobis æquè optandum, quàm vt ex hac vita decedentes, & gehennam euitemus, & cælos ingreſſi audiamus? Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Luc.19. *Prædicator fructificans.* Sunt, qui prædicatorem verbi Dei, qui abierat ad populum in ſeculo erudiendum, poſt exactum ritè & ſanctè prædicandi munus, redeuntem ad Dominum cum fœnore, cum lucro, cum manipulis, grandi facta meſſe animarum, ſignificari per columbam ore præferentem oleæ ramum arbitrantur. Sunt etiam qui præla- B tos Eccleſiæ, vt D.Auguſt. ad locum citatum ex S. Aug. Pſal.54. quem vide. Vnum ego ſubiecerim: caritate maximè, inter alia virtutum ornamenta (o- *Prælatus caritate emineat.* mnibus enim abundet neceſſe eſt) prælatum eſſe debere conſpicuum: qualis extitit Moyſes, qui Domino irato contra populum dicebat: *Obſecro Domine, aut dimitte eis hanc noxam; aut ſi non facis,* Exod.32. *dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti*, Exod.32. Quam S.Chryſ. Moyſis vocem admiratus D.Chryſ. ait. Moyſes, ille fugitiuus, & vnius viri minas ſuſtinere non valens, melle caritatis ſemel guſtato, nemine co- *Chriſtus reſurgens pacem præfert.* gente mori pro ſuis feſtinabat. Sed vt columbæ ſymbola concludam; columba fuit Dominus Ieſus, cùm è paſſionis diluuio emergens, è mortis C faucibus, atq; ex ipſo tartaro rediuiuus, immortalis, & glorioſus in ſanctum illud cœnaculum clauſis ianuis, vbi erant diſcipuli congregati, in- Ioan.20. trauit, dicens; Pax vobis, pax vobis. En columba, in oliua virens in ore: fluctuantem (ait D. S.Chryſ. Chryſ.) eorum mentem voce firmauit: Pax vo- Ad Coloſ.1. bis. Ille, vt Apoſtolus docet *ad Coloſſ.1.* pacificauit per ſanguinem ſuum ſiue quæ in terris, ſiue S.Chryſ. quæ in cælis ſunt. Quoniã (vt exponit D.Chryſ. *homil.1.*) tota redemptoris in carne diſpenſatio, mundi eſt reconciliatio. Hinc illius nomẽ; Prin- Iſai.9. ceps pacis, *Iſai.9.* Et Apoſtoli conſequenter miniſtri Euangelij pacis ab eodem nuncupantur; quippe qui applicant pacem à Chriſto factam in cruce hominibus per verbum, & ſacramenta. *Apoſtoli columba.* Nec mirum id quidem; columba enim colum- D bam procreat, nec mitem accipitres, aut corui progenerant columbam. Ab vtero virginis ſuæ matris tanquam à thalamo ſponſus animarum ſuauiſſimus proceſſit roſis, & amoribus omnia perfundens. Columba virgo Dei mater eſt, (proprium illi hoc nomen eſt, vt volunt Euch. Rupertus, Beda.) nitida, pura, mitiſſima, qualis decebat miſeros, Euæ filios. Sicut roſa aut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias, dicitur *Cant.2.* Cant.2. Legimus verò inter Indorum monumenta ex præſcripto ſapientium qui Magi vocabantur, ſolitas gentes illas roſis vti ad conciliandos ſibi animos principum. Ergo ne cum nobis Deus adeundus, ſupplicandúſque eſt, cùm illius amor E conciliandus, fauores, & gratiæ impetrandæ; nobis certior, & facilior captanda via eſt, quàm vt calathum roſarum tanto Principi prælibemus? *B. Maria potens interceſſia.* Eſt calathus, eſt pratum ipſum, tota roſa eſt virgo Dei mater; quæ tam potens eſt ad interpellandum & impetrandum pro nobis, vt apud Deũ filium ſuum quicquid velit, efficiat. Roſa illa loquitur Filio? Roſas ipſius Filio amoris & pacis cõciliatrices offerimus, cùm dulciſſimum ac venuſtiſſimum Mariæ nomen efferimus. Diues erga humanum genus, pulcher, gratioſuſque apparuit Deus ipſe, poſtquam in virgine matre car-



A nem induit. Vnde S.Petr.Damian.*ſerm.1.de Natiuit.Mar.* ſic ait, Maria eſt aurum fuluum nimis, S.P.Dam. quo Salomonis thronus eſt veſtitus; quia tali modo Deus induit virginem, & in virgine indutus eſt, vt meliore non poſſet. Sic ille. Igitur *B. Maria pulchrum nobis Deũ reddidit.* (ſi licet dicere) virgo mater Deum nobis aureum reddidit. Quid plura de columba? Scitum Tertull. eſt illud Tertul.*lib. adu.Val.in principio.* Columba *Columba & ſerpens diſpares.* à principio diuinæ pacis præco, ſerpens verò à primordio diuinæ imaginis prædo.

9. *Intellexit ergo Noë, &c.*] Dubius adhuc erat Noë, an aquæ ita defeciſſent, vt in terra & degere & paſci poſſent animantia. Dubium columba ſuſtulit; viridem enim foliis, nec humi- B dum, aut lutulentum, ſed purum atque exſuctum attulit ramuſculum; vtpote quem non ſub aquis decerpſerit, quo probè diſpecto ſtatuit ſecum Noë tellurem liberam aquis, aridámque exiſtere. Expectauítque nihilominus ſeptem alios dies, & emiſit columbam. D. Cyril. Ale- S.Cyrill. xand. exiſtimat non vnam ter dimiſſam columbam; ſed tres omnino diuerſas fuiſſe. Vtrobique apparet Noë induſtria, & comitas; ſemper enim redeuntem ab officio columbam læto vultu, & amica manu excepit, ſpatiúmque dedit ad quietem ſeptem dierum. Hæc in ſeruos bene ſe agentes, vt ab exacto ſui muneris labore ſe domum recipiunt, prouidentia diuinæ bonitatis C propria eſt. Quid enim humanius ac dulcius, quàm quod legimus poſt Ionæ prædicationem, per fora plateáſque Niniue? Cùm enim Propheta diſcurrendo & conclamando vehementer laboraſſet, extra vrbem prodiit, edito in colle, ſub dio quidem, æſtiuo tempore quieturus. At ô admirabilem Dei benignitatem; ſcribitur enim: *Et præparauit Dominus Deus hederam, & aſcendit ſuper caput Ionæ, vt eſſet vmbra ſuper caput eius, & protegeret eum, laborauerat enim: & lætatus eſt Ionas ſuper hedera lætitia magna,* Ioan.4. Ioan.4. Vbi Theodoretus. Conſolationem Vati machi- *Quam pius Dominus erga ſeruos laborantes.* natur Dominus ex hedera, quæ illi delectationem adhiberet. Et vt ampliùs oſtendatur Domini beneuolentia erga Ionam, quem à labore præ- Gloſſ. dicationis recreauit, adiungitur in Gloſſa: He- D derá genus virgulti, vel arbuſtæ lata habens folia, & denſiſſimam vmbram ſuſtinens per terram ſerpit, & ſine adminiculis quibus innitatur, altiora non appetit. Sed hanc præparauit Deus, vt ſine aliquibus ſuſtentamentis in altum ſubitò conſurgens vmbraculum præberet Prophetæ; eúmque (ait Theophylactus) refoueret Theoph. ab afflictione ſolaris æſtus. Itaque, vt gratiam præſtaret Ionæ, vmbram efficeret, quietem daret; miraculum edidit. Et meritò id quidem; laborauerat enim; tanquam debita ſit omnis illa relaxatio, & quies, & vmbraculum miraculo confectum homini, qui laborauerat. Denique columba tertiò dimiſſa non eſt reuer- E ſa vltrà; inuenit enim campeſtrem etiam tellurem aquis, vligine, lutóque defœcatam; atque adeò vbi liberè tutóque pabulum captare poſſet. Sed id ego putârim diuinitùs ita factum, vt certior fieret Noë de ſtatu terræ. Quare appoſitè S. Chryſ. ad hunc locum; Vide (inquit) S.Chryſ. quomodo iuſtus in omnibus conſolationem iuſtam accipit. Nam vt bona ſpe recreatus eſt, cùm rediret, & oliuæ folium in ore ferret columba: ita & nunc cùm egreſſa non redit, maximum illi fuit indicium, quòd ſufficientem inuenerit refocillationem, & aquæ in vniuerſum defecerint. Ita planè vera illa columba Chriſtus Do-

minus, poſtquam ad nos remeauit in reſurrectione, pacem ore ferens; in cælum ſubinde, vnde Deus deſcenderat ĝ reuolauit. Tandémque virgo mater vnà Filio columba in cælum euecta eſt. Quibus in cælo regnantibus ſumma generi humano felicitas illuxit. Non redierũt ampliùs, quia exinde nos ad æternam inuitant requietẽ. Spiritus & ſponſa dicunt: Veni. Amen. Ibi patria, ibi Pater, ibi mater, abeant membra, quò præceſſit caput. Felices (ait P. Dam. *ſerm.* 1. *de nativ. Virg.*) Angeli, qui beatæ Virginis habent præſentiam. nos interim memoriam abundantiæ ſuauitatis ſuæ eructamus. Illi præſentiam, nos memoriam. Si ſic dulcis eſt memoria, quid eſt præſentia? Interim conſolemur nos ſuauitate memoriæ, donec dulcedine præſentiæ ſatiemur. Sic ille.

*Chriſtus & virgo mater de cælo nos inuitant.*

S. P. Dam.

Apoc. 22.

---

## SECTIO VI.

*Igitur ſexcenteſimo primo anno, primo menſe, prima die menſis, imminutæ ſunt aquæ ſuper terram: & aperiens Noe tectum arcæ, aſpexit, viditque quòd exſiccata eſſet ſuperficies terræ. Menſe ſecundo, ſeptimo & vigeſimo die menſis, areſacta eſt terra. Locutus eſt autem Deus ad Noe, dicens: Egredere de arca, tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorum tuorum tecum. Cuncta animantia quæ ſunt apud te, ex omni carne, tam in volatilibus, quàm in beſtiis, & vniuerſis reptilibus, quæ reptant ſuper terram, educ tecum, & ingredimini ſuper terram: creſcite & multiplicamini ſuper eã. Egreſſus eſt ergo Noe, & filij eius, vxor illius, & vxores filiorum eius, cum eo Sed & omnia animantia, iumenta, & reptilia quæ reptant ſuper terram, ſecundùm genus ſuum, egreſſa ſunt de arca.*

1. CVm tertiò miſſa columba non vlteriùs ad arcam redierit, certus fuit Noë ſuperficiem terræ iam liberam aquis, & ſiccam exiſtere; tametſi interiùs humida & cænoſa eſſet. Quare ſe ampliùs intra arcam continuit per quinquaginta ſex dies, quo tempore tãdem euoluto, perfectè ſiccata eſt tellus. quod & ipſe adaperto ſuperiore tabulato, aliqua tãtùm ex parte oculis diligenter contemplatus ita habere deprehẽdit. Et fortaſſe vir iuſtus, Deóque obedientiſſimus icciręo ſe in arca tenuit per hoſce dies, vt expectaret mandatum Domini, quo cum intrauerat in arcam, & ſine quo egredi nefas duceret. Rectè igitur Rupertus hanc Noë obedientiã obſeruat his verbis: Viri iuſti, atque perfecti magna in hoc quoque iuſtitia vel perfectio commendatur, laude digna; quòd tandiu carcere concluſus nõ erupit ſolutus, mox vt terram vidit; ſed ſicut præceptum ingrediendi fideliter accepit, ſic & egrediendi licentiam obedienter ſuſtinuit. Sic Rupert. Hoc ipſum D. Ambroſ. multo antè adnotaeat in hunc modum. Recedente aqua, & ſiccata terra, exire potuit Noë de arca, ſed iuſtus nihil ſibi arrogat, ſed totum ſe diuino committit imperio. Et maximè qui cęleſti fuerat ingreſſus oraculo, cęleſte debuit, vt egrederetur, expectare reſponſum. Non aliter Chriſtus Dominus verus Noe per obediẽtiam Patris in crucem ſalutis arcam aſcendens, noluit ab illa viuus deſcendere; quantumuis clamarent aduerſarij: Si Rex Iſrael eſt, deſcendat de cruce, & credimus ei, *Matt.* 27. Satagebant nimirum (ait D. Bern. *ſer.* 1. *de Paſcha*) vt non ſit iam obedientiæ forma. Illi improperant, ſed Dominus interim obedientiam implet; iuxta illud: Opus conſummaui, quod dediſti mihi vt faciam. Eo autem laudabilior extitit obedientia Noë, quo magis ſpontanea fuit. Ingredere, dixit Dominus, arcam tu, &c. At non illi præſcripſit; ne hinc abſque meo imperio egrediaris: iuſtus tamen etiam poſt tellurem exſiccatam in eodem carcere ſe detinet, Domini vocem (egredere) præſtolatus. Cuius obedientiæ tam ſpõtaneæ præſtantia miris depingitur coloribus à D. Bern *lib. de diſpenſ. & præc.* Nimirũ; perfecta obedientia legem neſcit, terminis non arctatur, neque contenta anguſtiis profeſſionis, largiori fertur voluntate in latitudinem caritatis, & ad omne quod iniũgitur, ſpontaneo vigore liberalis alacriſque animi, modum non conſiderãs, in infinitatem extenditur. At cùm Noë intellexerit ex abſceſſu columbæ aquam eſſe exſiccatam, quare non actutum exiluit, vt altari conſtructo victimas offerret Domino, gratéſque ageret pro illa miraculoſa incolumitate? quod quidem eſſet religionis (quæ in moralibus nulla maior virtus) grãde teſtimonium. Bene id quidem, ſed melior eſt obedientia, quàm victimæ, dicitur 1. *Reg.* 15. Ex quo infert D. Greg. Omnia bona opera, poſtponenda ſunt his bonis, quæ iubentur. Hæc verò inter alias virtutes eminentia probatur egregiè à D. Bernard. *ſerm. in verba: Ecce nos reliquimus.* Vitæ quoque (ait) ipſe Saluator prætulit hanc virtutem, eligẽs magis animam ponere, quàm obedientiam non implere. Poſtremò, & ipſum nomen Ieſu, quod eſt ſuper omne nomen, & in quo flectitur omne genu, Apoſtolo teſte, *Philip.* 2. obediẽtiæ remuneratio eſt. Sic Ber. Vnde D. Aug. *lib.* 14. *de Ciuit.* Virtus (inquit) in creatura rationali, mater quodammodo eſt omnium, cuſtóſque virtutum obedientia.

*Noë ſine obedientia nec intrat, nec exit ex arca.*

Rupert.

S. Ambroſ.

*Obedientia Chriſti in cruce.*

Matth. 27.

S. Bern.

S. Bern.

*Obedientia ſine termino.*

1. Reg. 15.

S. Greg.

*Obedientia cæteris præfertur virtutibus.*

S. Bern.

*Quanti Dominus obedientiam facit.*

Ad Philip. 2.

S. August.

2. Neque verò ſolùm in Noë, ſed in vxore, filiis, ac nuribus, ac ſuo etiam modo in pecudibus; admirabilis apparet obedientia. Quippe cùm poſt tam diuturnum ac moleſtum carcerem adhuc pareant rectori ſuo Noë, nec non niſi expectato illius imperio foràs auſint prodire. Quo nos exemplo edocti illud ad Hier. *Epiſtol.* 4. ſapiẽter inculcatum exequamur: Præpoſitum monaſterij timeas, vt dominum, diligas vt parentẽ. Et hæc duo ſunt, timor Dei, & amor erga prælatum, quibus maximè ſuffulta obediẽtia ſubditorum ad difficillima quæque aggrediẽda fortiter incumbit. D. Ephrem *paræn.* 16. ex vtilitate propria ſubditorum, eo quòd fideliter & gnauiter pareant, bonum ſic deducit argumẽtum. Si enim qui ſecundùm carnem ægrotant, ſuæ vim inferunt naturæ, vt ſeruent quæcunque ipſi præſcripſerint medici; nónne multo magis decet morem iis gerere, quibus cura animarum noſtrarum credita eſt? Eandem obedientiæ laudem commẽdat D. Greg. *lib.* 4. *Reg.* à victis triumphatíſque dæmonibus: Cùm hominibus (inquit) pro Deo ſubiicimur, ſuperbos ſpiritus ſuperamus. Cęteris quidem virtutibus dæmones impugnamus, per obedientiam vincimus. Victores ergo ſunt, qui obediunt; quia dum voluntatẽ ſuã alis perfe[illegible]è ſubiiciunt, ipſi lapſis per inobedientiam Angelis dominan

S. Hieron.

*Obedientia commẽdatur.*

S. Ephrem.

S. Gregor.

*Obedientia victrix.*

S. Auguſt.

dominantur. B. Aug. *in Pſ.* 143. à debellatis cupiditatibus carnis hoc (ait) expedit, inferius ſubiici ſuperiori; vt & ille qui ſibi ſubiici vult quod eſt inferius, ſe ſubiiciat ſuperiori ſuo. Agnoſce ordinẽ, quære pacẽ. Tu Deo, tibi caro. Quid iuſtius? quid pulchrius? Tu maiori, minor tibi. ſerui tu ei, qui fecit te, vt tibi ſeruiat quod eſt factum propter te. Si autem contemnis tu ſeruire Deo, nunquam efficies, vt tibi caro. Qui non obtemperas Domino, torqueris à ſeruo. Sic Auguſt. D. Chryſ. *homil.* 7. *in Epiſt. ad Philip.* Ab bonore, quem obediens conſequitur, demúmque infert. Extremam Chriſtus præſtitit obedientiam, propterea, & accepit ſupremum honorem. Cæterùm, *Clim. grad.* 4. & difficultatem in obediendo, & vtilitatem, quæ inde percipitur, omnium mihi videtur elegantiſſimè bis verbis definiiſſe: Obedientia eſt perfecta abnegatio; propriæ animæ & corporis mors voluntaria; vita ſine ſolicitudine; nauigatio ſine damno; ſepultura voluntatis; eſt iter facere dormiendo ſub onere aliis impoſito, & ſuper aliorum vlnas, ne mergaris, natare. Hæc ille. Mirum eſt, vt hæc tam probè depicta obediendi ratio, illa in arca fuerit ab omnibus obſeruata: nec Noë longitudine temporis, & tam larga expectatione, poſt ſiccam iam tellurem fatigatus inexpectato Domini iuſſu, aut conſenſu exiluerit in lucem, & in campum ab illo ergaſtulo; nec Dei tarditatem conqueſtus, aut de illius præcepto durius quid aut dixerit, aut cogitauerit? Neſcit enim iudicare, quiſquis perfectè didicit obedire: ait D. Greg. *lib.* 5. *in* 1. *Reg.* Putarim cum S. Chryſ. Noë totos iſtos menſes recluſum in arca non patienter modò, ſed alacriter tranſegiſſe, vt perfectæ illius obedientiæ hæc etiam laus hilaritatis nũ deeſſet. Nam, vt pulchrè D. Bern. *ſer. de obedient.* Serenitas in vultu, dulcedo in ſermonibus, multum colorant obedientiam obſequẽtis. Quis enim locus obediẽtiæ? vbi triſtitiæ cernitur ęgritudo? oſtendunt plerumque voluntatem animi ſigna exteriora; & difficile eſt vt vultum non mutent, qui mutant voluntatem. Sic Bern. Non ſatis admiratur D. Chryſ. & quidem meritò, fortitudinem, humilitatem, & perſeuerantiam obedientis Noë; quæ virtutum lumina ſplendidam reddere ſolent obedientiam. Quid enim iſta vtilitatis habet, ſi (quod ait D. Ber.) fortitudo deſit, quæ in arce conſtantiæ virtutis collocat, & eo vallo munit, quò furentis impetus aſpirare non poſſit. Ne verò fortitudo in ſuperbiam tranſeat, condienda eſt ſale humilitatis; quia nihil proderit fortiter obedire, ſi contigerit infeliciter ſuperbire. Deinde, quid currere prodeſt, & ante metam curſus deficere; perſeuerantia eſt virtutum fructus, earúmque conſummatio, totius boni repoſitorium. Hæc Bern.

*Obediens ornamen ſibi habet ſubditum.*

S. Chryſoſt.

Climacus.

*Elegans deſcriptio obedientiæ.*

*Obedientia neſcit iudicare.*

S. Greg.
S. Chryſ.

S. Bern.
*Obedientia hilaris.*

S. Bern.
*Obedientia fortis, humilis, perſeuerans.*

*Perſeuerantia in bono.*

3. *Igitur Dominus locutus eſt ad Noë: Egredere de arca tu, & vxor tua; filij tui, & vxores filiorũ tuorum tecum Egreſſus eſt ergo Noë*, &c.] En, vt vides, ordo eſt immutatus in egreſſu, quem priùs ad ingreſſum arcæ præſcripto Domini obſeruarant, quod iam ſuprà ſubnotauimus; & nuncupatim aduertit D. Hieron. *ad* 15. *Zachar.* ad hunc modum: Impendente diluuio imperatur Noë: Ingredere in arcam tu, & filij tui; vxor tua, & vxores filiorum tuorum. Et poſtea finito diluuio dicit ad eũm: Egredere tu, & vxor tua, & filij tui, & vxores eorum; vt qui in arca impendẽte diſcrimine fuerant ſeparati, redditi mũdo, generationi, & liberis deſeruirent. Sic Hieronym. Eandem obſeruationem habes apud D. Ambroſ. cuius verba digna ſunt, quæ huc inſerantur, nimirum. Et litera quidem ſignificat in ingreſſu abſtinentiam generationis, in egreſſu generationis vſum. Tunc enim cum filiis priùs intromit, & poſtea vxor, & vxores filiorum, ideſt, non commiſcetur ſexus in introitu, commiſcetur in egreſſu. Apertè igitur velut ordine ipſo ingreſſionis vocem quandam iuſtus emittit; tempus illud non eſſe concubitus, neque deliciarum, quo omnibus immineret interitus, mœroris illud tempus erat, non lætitiæ. Quàm enim indecorum, vt quo tempore viuentes morerentur, tunc perituri generarentur? Poſtea autem rectè ad ſeminarium cæterorum vſus & cura coniugij cùm diluuium receſſit. Itaque non viri cum viris, ſed fœminæ cum viris exeundi licentiam capiunt, vt virilis in ſe interdicta permixtio, permiſſa autem virilis & fœmineæ legitima ſorte coniugij copula videretur. Sic Ambr. Docemur hoc facto, ſeruandam omnem modeſtiam in templo Dei, quod multo ſacratius eſt, quàm arca Noë. Viri (inquit S. Cyril. Hieroſ. *pro catech.*) in Eccleſia cum viris ſint, & mulieres cum mulieribus. ne ſtudium ſalutis, ſit perditionis occaſio. Sic ille. *Egreſſus eſt ergo Noë.* Quantónam tempore in arca manſerit Noë, non eſt difficile ſtatuere. Conſtat enim ex 7. cap. diluuium fieri cœptum anno ſexcẽteſimo vitæ Noë, menſe ſecundo, die decimoſeptimo; perfectè autem deſiiſſe, vt hoc loco videtur, anno ſexcenteſimo primo, menſe ſecundo, die vigeſimo ſeptimo. Ex quo rectè infertur; Noë manſiſſe in arca annum integrum ſolarem, & præterea ſeptem illos dies, quos ab ingreſſu Noë in arcam vſque ad initium diluuij ſuprà commemorauimus. Quos tamen ſiquis ante diluuium non enumeret; non pluſquam ſolarem annum duodecim menſium, hoc eſt, tercentorum ſexaginta quinque dierum inueniet. Vndecim autem diebus minor eſt annus lunaris, quàm ſolaris, & quidem lunaribus Hebræos vti compertum eſt. Poſt Noë, totámque eius familiam egreſſa ſunt omnia animantia, quibus à Domino data eſt illa fœcunditatis benedictio: Creſcite & multiplicamini. Similem capite ſequenti humano generi Deus ipſe largitus eſt.

S. Hieron.

*Noë egreſſus ex arcam cõiugium.*

S. Ambr.

*Iuſti in arca caſtitas vigũit.*

S. Cyril. Hier.

*Quandiu Noë in arca moratus.*

4. Primùm omnium, vt ex arca prodiit Noë, ſacerdotale munus exercuit; cui maximè aptum & animum & corpus gerebat vnius anni continentia à coniugali commercio. Quæ apud Hebræos ſanctificatio dicebatur, & ſine qua ſacrificia peragere non licebat. Sic Exod. 19. indicta eſt, *Eſtote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus veſtris.* Quod & Dauid præſtitit 1. *Reg.* 21. 2. *Paralipomen.* 23. Imò & toto tempore (ſolita erat hebdomada ſeptem dierum) quo perdurabat miniſtrandi in templo ſacerdotis officium, in caſtitate procul ab vxore, & propria domo; ne ſi ad eam rediret, periculum incontinentiæ adiret, conſueuerat permanere Sacerdos. Sic Lyra, expendens illa verba Luc. 1. de Zachar. *Vbi impleti ſunt dies officij eius, abiit in domum ſuam*; adnotauit. Tota hebdomada, qua in templo miniſtrabat ſacerdos, manebat in tẽplo, & non exibat ad propria negotia, intentus ad diuina. Monſtri ſimilia, quæ à D. Auguſt. aut ab alio, quiſquis eſt autor ad fratres in Eremo, de Sacerdotibus gentium barbararũ referuntur. Inter alia hoc ſubiungitur. A conuerſationibus hominum fugiebant, & ab omni libidine carnis abſtinebant. O grandis Chriſtianorum miſeria!

Exod. 19.

1. Reg. 21.
2. Paral. 23.
*Sacerdotis continentia.*

Lyra.

S. Aug.

*Veſtium ſacerdotalium myſterium.*
*Beda.*

Ecce pagani doctores fidelium facti ſunt. Hanc puritatem mentis, & corporis, quam Dominus in ſuis ſacerdotibus requirebat, demonſtrari voluit in ipſo veſtium ſacratum ornamẽto; de quo egregiè Beda: Tunicas (inquit) habent ſacerdotes lineas, cùm totum corpus candori caſtitatis dedicant; baltheis tunicas cingunt, cùm eandem caſtimoniam vigilanti mentis cura circunſpiciunt; accingantur ergo tunicis lineis, vt caſtitatem habeant, accingantur baltheis, ne caſtitas remiſſa ſit, ne vento elationis aditum pandat, ne iactantia præſumptionis bona opera impediat, & tandem ad ruinam ſuperbiendo impellat. *in Exod.* 28. Quòd ſi tam inſignis caſtimonia in lege veteri exigebatur à ſacerdotibus, pecudum carnes, & ſanguinem immolantibus; quid æquum eſt requiratur in lege gratiæ, in quá ſacerdotes Dei carnem & ſanguinem ſuo conficiunt ore, manibus tractant, & in pectus, animámque intromittunt? Qui apud Ieſum fungitur ſacerdotio, abſtinet à muliere. Etenim ipſe Ieſus de virgine natus eſt. quippe decebat puriſſimum puritatis doctorem ex puro prodire thalamo. Hæc ex S. Cyrill. Hieroſ. *cat.* 12. Expende quæſo cum ſancto Ephrem *tract. de ſacerd. tom.* 1. dignitatem ſacerdotis, & conſequenter intelliges, quanta ab illo puritas animæ & corporis exigatur. Sic infit. O miraculum ſtupendum! O poteſtas ineffabilis! O tremendum ſacerdotij myſterium ſpiritale, ſanctum, irreprehenſibile, quod Chriſtus in hunc mundum veniens etiam indignis impertitus eſt! Genu poſito, lacrymis atque ſuſpiriis oro, vt hunc ſacerdotij theſaurum inſpiciamus. Non deſiſto laudare & glorificare iſtius dignitatis profunditatem, quã nobis Adæ filiis ſancta elargita eſt Trinitas; per quam mundus ſaluatus eſt, & creatura illuminata, per quam montes & colles, rupes & valles, illuſtriá ac veneranda politia, ſanctorum (inquam) monachorum, impleta ſunt. Hac & impietas è terra ſublata eſt, & continentia in terris commoratur. Diabolus ſubactus, laſciui vaſa facti ſunt ſanctificata; inſipientes facti ſunt duces veritatis, & improbi boni, ac pij. Per hanc mortis potentia deſtructa eſt, & inferni vires propalàm deperditæ, ipſaque Adæ maledictio exterminata eſt, atque ſoluta, & cæleſtis thalamus apertus eſt, & adornatus. Abſque venerãdo, & diuino ſacerdotio remiſſio peccatorum mortalibus non conceditur. Excedit omnẽ intellectũ, & orationem, & cogitationem donum altitudinis dignitatis ſacerdotalis. Et ſicut arbitror, hoc eſt quod Paulus quaſi in ſtuporem mentis actus innuit exclamans: *O altitudo diuitiarum ſapientia & ſcientia Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius!* ad Rom. 11. Hæc Ephrem. Scilicet peccauit Adá, quòd manum in pomum vetitum intulerit. At filij Adami à Deo ſic honorati ſunt, vt Deum ipſum hominem manibus ſuis tractẽt, oréque in cibum & potum aſſumant. Quod iudicium magis incomprehenſibile, quæ viæ Dei magis inueſtigabiles?

*S. Cyr. Hieroſ.*
*S. Ephrem.*
*Sacerdotij Chriſtiani dignitas.*
*Religioſorum dignitas.*
*Sacerdotij Chriſtiani dignitas.*
*Ad Rom. 11.*

5. Quid verò exigitur à religioſis viris, quorum vita in preces diuinas impenditur, in contemplatione Dei tota inſumitur? Eſt autem orãdo contemplandóque Deo graue impedimentum vxoris, & liberorum ſarcina. Quare D. Paulus ad coniugatos ſcribens 1. Corinth. 7. monet. *Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex conſenſu ad tẽpus, vt vacetis orationi; & iterum reuertimini in idipſum.* Deinde ſubiicit rationem, quare ad cælibatum Corinthios adhortetur: *Propter vtilitatem* (ait) *veſtram dico, quòd facultatem præbeat ſine impedimento Dominum obſecrandi.* Item. *Mulier innupta cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu; quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro.* Ibidem etiam de virginitate diſputans ait: *Exiſtimo hoc bonum eſſe* (ſcilicet virginitatis conſilium) *propter inſtantem neceſſitatem.* Virginitatem bonum eſſe (ait Theod.) & bonorum omnium optimum ac præſtantiſſimum intelligit. Vbi D. Chryſ. Sed quænam eſt iſta neceſſitas? humanarum rerum, negotiorúmque conuerſio: is enim eſt concurſus curarum, & ſollicitudinum oppreſſio, ea varietas caſuum, vt qui connubio iunctus, vel inuitus, multum ſæpè peccare & errare neceſſe habeat. Moles item curarum, quæ circunfunduntur, propter vxorem ac liberos, ne minimum quidem cælum ſuſpicere patiuntur, vndique animum, quaſi quadam vertigine, contorquentes, & obruentes. Ita Chryſ. D. Hieronym. ad locum Apoſtoli ſic commentatur. Negare videtur incontinentes orationi poſſe vacare. Non ſolùm hoc in nouo, ſed etiam in veteri Teſtamento ſanctificantur à muliere, vt deſcendenti Domino in montem aſſiſtere mereantur. Hîc probatur quid poſſit perpetua continentia, ſi tantum valuit triduana? Sic Hieron. Idem de coniugij moleſtiis, multa profatur *lib. contra Heluid.* ac demum ita colligit. Infelix vxor aut lætatur, & perit; aut offenditur, & maritus in iurgia concitatur; hinc diſcordia ſeminariũ repudij. Aut ſi aliqua inuenitur domus, in qua iſta non fiant, quæ rara auis eſt, tamen ipſa diſpenſatio domus, liberorum educatio, neceſſitates mariti, correctio ſeruolorum, quam à Dei cogitatione non auocent? Sic Hieron. Obiter adnotárim additum eſſe à Paulo, *vt vacetis orationi, & ieiunio.* Et quidem de oratione dictum eſt, ad quam caſtitas ſummè requiritur: de ieiunio fortaſſe dubites. Quorſum enim caſtitas ad ieiunium? An né ieiunium ſine caſtitate non eſt acceptũ Deo? Theod. reſpõdet: Quia oportet ieiunium ſanctitate honorare. Exiſtimo coniugi hæc à Paulo, quia mutuas etiam ſibi præſtant operas: orationi & ieiunio dignitatem quãdam ſanctitatis affert caſtitas; & ſubinde ieiunio comprimuntur appetitiones carnis, ſedatúrque incendium libidinis, & oratione impetratur à Deo præſidiũ ad obſiſtendum immundis ſpiritibus: ipſaque continentia, vt donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum, lacrymis & orationibus comparatur. Hinc illa ſupplicatio D. Auguſt. 10. *lib. confeſ. cap.* 19. Tota ſpes mea nõ niſi in magna valde miſericordia. O amor qui ſemper ardes, & nunquam extingueris, caritas Deus meus accẽde me. Continentiam iubes: da quod iubes, & iube quod vis. Sic Auguſt. Hanc præcipue inter cæteras virtutes, puritatem dico mentis & corporis, exemplo Virginis Deiparæ, atque per illius preces obtineri à Deo, & illibatam conſeruari, certum, & conteſtatum omnino eſt. Illa eſt enim mulier, quæ ſerpentis caput contriuit, hoc eſt, concupiſcentiam vitiorum omnium ſeminarium. Virginis puritas omnem excedit ſpirituum puritatem. Nullis enim (inquit D. Greg. Nazian. *Orat. de Chriſto patiente*) æquanda mater, & virgo: ſupra omnes decora virgines, vincẽs omnes cælitum ordines, Regina, Domina, generis humani bonum. Sic Naz. Illa (vt ait D. Ioan. Damaſc. *ſerm. de dormit. Deipar. & lib. 4. Orthod. cap.* 15. Res omnes creatas excellit, atque omnibus præeſt; vtpote

*Virginitatis excellentia.*
*Theod.*
*S. Chryſ.*
*Matrimonij difficultates ac quietem animæ.*
*S. Hieron.*
*Theod.*
*Oratio cum ieiunio & caſtitate.*
*S. Auguſt.*
*Caſtitas à Deo & per Virginem.*
*Greg. Naz.*
*Puritas B. Mariæ incomparabilis.*
*S. Damaſc.*
*1. Cor. 7.*
*Exod. 28.*

vtpote rerum omniũ dominatrix cenſenda, poſtquam eius, qui condidit omnia, mater effecta eſt. Sic ille. Præeſt quidem Virgo Deipara rebus omnibus, imò & Deo ipſi tanquam mater filio: præeſt omnibus à Deo in genus humanum cõferendis beneficiis: matris enim virginis manu omnia diſpenſantur. Præeſt iuſtis omnibus, præſertim caſtis, & virginibus: hos enim fouet & alit, ac tuetur, hos vnicè diligit, vt in quibus propria Virginis Deiparę inſignia, & ſtẽmata reluceant. Præeſt ſacerdotibus, quippe matris Dei munus obeunt. Vt enim illa verbis ſuis, *Ecce ancilla Domini*, Deum hominem vtero ſuo virgineo concepit: ita ſacerdotes ex præſcripto Domini dicentes: *Hoc eſt corpus meum*, corpus Domini conſecrant: atque vti olim mater virgo, ſic manibus ſuis Dominicum corpus tractant, verſant, communicant: ac ſuauiſſimè non oſculantur modò, ſed etiam comedunt. Quare optimè S. Pet. Damian. *ſerm. 2 in natiuit. Virg.* admonet. Perpendite (inquiens) quàm debitores ſumus huic beatiſſimę Dei genitrici, quantáſque illi poſt Dominum de noſtra ſalute gratias agere debemus. Illud ſiquidem corpus Chriſti, quod beatiſſima Virgo genuit, quod in gremio fouit, quod faſciis cinxit, quod materna cura nutriuit; illud (inquam) abſque vlla dubietate, non aliud, nunc de ſacro altari percipimus, & eius ſanguinem in Sacramentum noſtræ redemptionis haurimus, hoc catholica fides habet, hoc ſancta Eccleſia docet. Sic ille. Imitemur igitur puritate puriſſimam Dei Virginem matrem. Caſtitate denique per annum integrum perfectiſſimè obſeruata ornatus, & conſpicuus pro quibuſcunque ſacerdotalibus indumentis egreditur ex arca Noë, Deo ſuo ritè ſanctéque ſacrificium oblaturus. Quod in ſequenti ſectione videbitur.

*B. Maria Domina rerum omnium.*

*S. P. Damia.*

## SECTIO VII.

*Aedificauit autem Noe altare Domino.*

1. PRimum hoc altare legitur. Latinè quidẽ, quaſi alta ara Hebr. מזבח *mizbeach*, cuius radix זבח *zabach*, mactare, immolare, ſacrificare, & quia in altari ſacrificatur, *mizbeach* dicitur altare, זבח *zabach* ſacrificiũ, victima. Vt autem inſitum à natura eſt gentibus, etiam barbaris, aliquod in mundo eſſe Numen, a quo res mortalium pendeant: ſic omnes naturæ ipſius ductu colendum illud, ritu aliquo externo cenſuerunt. Hinc illud D. Auguſt. *lib. 10. de ciuit. c. 4.* Quis ſacrificandum cenſuit, niſi ei, quẽ Deum, aut ſciuit, aut putauit, aut finxit. Cæterùm etſi ab omnibus exigat Deus hæc exteriora ſigna ritus, & adorationis, non tamen inde eſt quòd Deus ſuarum creaturarũ muneribus indigeat. Solus enim Deus ille eſt (vt ait Clem. Alexand. 3. *pædag. & 7. ſtromat.*) qui nulla re omnino indiget. Vnde illud Pſ. 15. *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Licèt autem Deo à creaturis offerantur munera, nihil planè, vel ſpectata qualitate muneris, vel dignitate offerẽtis, dignũ tanti Numinis maieſtate cenſendum eſt. Nam (vt ait D. Nazianz. *Orat. in Paſcha*) dignum munus offerre Deo vix ipſi quoque Angeli poſſunt: illi (inquam) primi intellectuales, & puri, ſuperneque glorię ſpectatores, ac teſtes. Quòd ſi Deus ipſe vult, & iubet, vt illi a nobis oblationes fiãt, & offerantur ſacrificia: per ea quidem noſtram tantùm commoditatem ſtudet, vt egregiè conteſtatur D. Aug. *Epiſtol 5. ad Marcellinum*, hiſce verbis. Nihil Deus iubet, quod ſibi proſit; ſed illi, cui iubet. Ideo verus eſt Dominus, qui ſeruo non indiget, & quo ſeruus indiget. Nec in vetere Teſtamento ſacrificiorum egebat Deus, nec cuiuſquam eget vnquam; ſed rerum diuinitus impartitarum, vel imbuendo virtutibus animo, vel æternæ ſalutis adipiſcendæ, quædam ſigna ſunt, quorum celebratione, atque functione, non Deo, ſed nobis vtilia, pietatis officia exercentur. Idem *lib. 10. de ciuit. ca. 5.* Quis (ait) ita deſipiat vt exiſtimet aliquibus vſibus Dei eſſe neceſſaria, quæ in ſacrificiis offeruntur? Non ſolùm igitur pecore, vel alia re corruptibili atque terrena, ſed ne ipſa quidem iuſtitia hominis Deum egere credendum eſt: totúmque, quo rectè colitur Deus, homini prodeſſe, non Deo. Neque enim fonti ſe quiſquam dixerit profuiſſe, ſi biberit; aut luci, ſi viderit. Hæc Auguſtin. Maximè verò gratum eſt Deo externi ritu ſymbolum, eo quòd in illo ſignificatur animus offerentis, pius, gratus, & in Dei obſequium humiliter, promptè, ſanctèque addictus, Vnde D. Hieron. *in cap. 66. Iſai.* Deus (inquit) non quærit ſacrificia, ſed animum. D. Gregor. *lib. 22. moral. cap. 12.* Ex dantis corde, id quod datur, accipitur. D. Chryſoſtom. *hom. 18. in Geneſ.* Dominus hæc omnia a nobis vult fieri, vt animi noſtri, per ea, quæ à nobis fiunt, manifeſtè conſpiciantur. Ad hæc per iſta ſigna externa profitetur homo Deum eſſe rerum omnium opificem, & moderatorem, atque adeò debitum illi eſſe omne honoris & obſequij genus. Quod etiã adiungit D. Chryſoſtom. Et vt (inquit) ſciamus quòd Dominum habemus, & conditorem eum, qui ex nihilo nos, vt eſſemus, produxit. Præterea, vti obſeruat D. Ambroſ. *2. de Abel, cap. 6.* Oblatio inſigne deuotionis, & indicium gratiarũ eſt. At Noe quidem id maximè conatur, vt grates habeat Deo beneuolentiſſimo, a quo fuit clariſſimis affectus beneficiis. Idcirco ſua voluntate (inquit D. Chryſoſt.) & arbitrio ſano, quantùm humanis viribus potuit, cenſuit Domino per ſacrificia gratiarũ actionem offerendam. Sed mirum eſt cur Dominus, qui de arcæ conſtructione, milléque aliis cum Noe fuerat locutus: ne verbum quidem fecerit de ſacrificio? Nulla occurrit ratio ſpecioſior, quàm quæ à D. Ambroſio affertur. Sed vtique (inquit) Dominus non debuit, quaſi auarus, mercedem gratiæ poſtulare. Et iuſtus eam intellexit veram actionem gratiarum eſſe, quæ non iuberetur, ſed deferretur: itaque nec dilationem paſſus eſt. Etenim grata animi virtus, paſſionem dubitationis excludit: qui autem debitum gratiæ, vt à ſe exigatur, expectat, ingratus eſt. Iuſtus ergo ſuam declarans gratitudinem, tam pro iis, quæ præterierant, quam quæ futura erãt, gratias Domino retulit. Hæc Ambr. Non hinc inferas Deum eſſe auarum, cùm à nobis gratias expoſcit. Iuſtus enim eſt, & iuſtè debitum exigit: in hominibus ea labes interdum videtur. Debetur quidem actio gratiarum pro accepto beneficio, ſed indignum eſt, vt ab hominibus exigatur; arguet enim in exigente, vt ſubnotauit Ambroſius, auaritiam; & in eo, à quo exigitur, barbaram quandam ingratitudinem. Debetur igitur gratiarum actio, ſed nec exigi, nec expectari, nec differri debet.

*S. Auguſt. Deum adorandum ritu externo natura praeſcribit.*

*Clem. Alex.*

*Pſal. 15.*

*S. Nazianz. Hominẽ vtile eſt Deum adorare.*

*S. Aug.*

*S. Aug. Deus noſtri cultus non eget.*

*S. Hieron. Deus animũ offerentis aſpicit.*

*S. Greg.*

*S. Chryſ.*

*S. Ambroſ. Deo gratiæ habendæ.*

*S. Chryſoſt.*

*S. Ambroſ. Merces gratiæ non poſtulanda, ſed gratia habenda.*

*S. Ambroſ.*

2. Simulatque Noe pedem extra arcam poſuit, nihil habuit potius, quàm vt conſtructo

altari, victimis oblatis, voce in diuinas laudes A compoſita, gratum ſe Deo pro acceptis beoeficiis exhiberet. At quod præſtandum munus, nec eget mandato, imò nec coonſilio quidem Dei; nec in tempus differt: referendóque gratiam putat ſe poſſe aliqua ex parte acceptum ſoluere beneficium: eſt eoim ipſa gratitudo, quaſi ſolutionis initium. Et, vt ſapienter dictum eſt à Seneca: Qui gratè beoeficium accipit, primam eius penſionem ſoluit. Ædificauit altare Domino; exterius illud quidem ex lapidum lignorúmque congerie, quamprimum, vt rei dioinæ inſeruiret, extruxit; ſed altaris iſtius ruditatem compenſauit alterum longè ornatius; nimirum, cor & auimus, in quo pietas viri iuſti multo ſanctiùs litabat. B Qua de re ſic D. Chryſoſt. Vide ipſum, quanto ſtudio operatur omnia. Neque enim amplo opus habebat ædificio, neque templo, neq; domo admirabili, neque alio quopiam. Sciebat eoim certò, quòd mentem requirat Dominus, & exſtructo tumulturia opera altari; cùm accepiſſet ex pecoribus mundis, holocauſtum obtulit, ſuámque voluntaris gratitudinem, quanta potuit facultate oſtendit, quam approbans miſericors Deus, & voluntatem coronauit, & iterum ſuam liberalitatem erga illum declaraoit. Hæc Chryſ.

*Gratitudo Noe erga Deum.*

Seneca.

S. Chryſ.

*Pia voluntas & grata in Deum.*

At quanto plus valeat, & pietas, & largitas voluntatis in offerendo, quàm vel ipſius rei, quæ offertur, aut qualitas, aut magnitudo, ſatis oſten- C dit illa paupercula vidua, quæ mittens minutulam pecuniam in gazophylacium, pluſquam diuites grandem effudentes, miſiſſe cenſetur, vt Dominus ipſe protulit *Luc.* 21. Vt enim locum euodem expendens D. Gregor. Nazianz. *Orat. ad Iulian.* aduertit; illud pulcherrimum humaniſſimúmqoe cenſendum eſt, qood Deus monificentiam non oblatę rei pretio, & dignitate, ſed offerentis effectu, & facultate metitur. Pulchrè adiungit ſanctiſſimus Doctor, *facultate*, vt oſtendat etiam ex hoc capite accreſcere pretium minorulæ oblatiooi, conſiderata ſcilicet paupertate offerentis, cui quod alioqui nullius pretij eſt, valde magnum & pretioſum indicatur. Quæ quidem D eſt obſeruatio digna S. Ambroſio ad hunc modum. In hac vidua Dominus inſtituit vniuerſos, ne quis à collatione miniſterij, paupertatis pudore reuocetur, nec ſibi diuites blādiantur, quòd plus videantur conferre, quàm pauperes. Vberior eſt enim nummus è paruo, quàm theſaurus è maximo: quia non quantum detur, ſed quaotum reſideat, expenditur. Nemo plus tribuit, quàm qui oihil ſibi reliquit. Non ergo quid faſtidio expuas, ſed quantum deuotione conferas, æſtimandum eſt. Sic Ambroſ. In eandem ſententiam plura cooferens S. Chryſoſt. *homil.* 42. *in Geneſ.* Viduæ iſtius exaggerat, vt loquitur, voluntatis largitatem: & infra liberaliorem volūtatem, quæ E parua etiam magna facit. Eleganter S. Bernard. *ſerm.* 3. *de purificat. B. Virg.* ad duo iſtius viduæ minuta reſpiciens optimam in ſua tenuitate oblationem iouenit, quam Domino reddat. Duo (inquit) minuta habeo Domine, corpus & animam: vtinam hæc tibi perfectè poſſim in ſacrificiom laudis offerre. Bonum enim mihi loogéque glorioſius, atque vtilius eſt, vt tibi magis offerar, quàm deſerar mihi ipſi: nam ad me ipſom anima mea conturbatur: in te verò exultabit ſpiritus meus, ſi tibi veraciter offeratur. Sic Bern. Hæc autem, quæ à Bernard. inſinuatur, omnium oblationum eſt pretioſiſſima, cùm quis ſeipſum Deo totum offert. De qua ſic D. Hieronym. *Epiſtol.* 28.

Luc. 21.

S Greg. Nazianz.

*Munus viduæ pauperculæ.*

S Ambr.

*Pauperum oblationes pretioſa.*

S. Chryſoſt.

S. Bern.

*Deo ſe quiſque totum offerat.*

S. Hieron.

Aurum deponere incipientium eſt, non perfectorum: fecit hoc Crates, fecit Antiſthenes; ſeipſum offerre Deo proprium Chriſtianorum eſt, & Apoſtolorum. Adde & religioſorum, qui ſeipſos Domino in holocauſtum dediderunt. Arduum quidem homini opus, ſed exemplo Chriſti Domini leuius, & facilius redditur. Nam, vt Bernard. infert *citato ſerm.* ille pro nobis obtulit hoſtiam pretioſiorem, quam habuit, nimirum, quo pretioſior eſſe non potuit. Et nos ergo faciamus, qood poſſumus; optimum, quod habemus, offerentes illi, quod ſumus, vtique nosmetipſi. Hæc Bernard.

S. Bern.

3. *Tollens de pecoribus obtulit holocauſta.*] Hebr. עלת *gholeth*, à radice עלה *ghalah*, aſcendere. Græcè ὁλοκαύτωσιν. Holocauſtaum igitur eſt totum incenſum, ſeu crematum, & conſequenter, quòd totum in halitus fumúmque & nidorem redactum aſcendit ad Dominum, cui litatur. Qoia, vt ſuprà viſum eſt, de mundis aptiſque ſacrificio animantibus ſeptena cuiuſque ſpeciei Noë introduxerat in arcam: nunc ſcribitur, quorſum id factum fuerit. Ergo ex ſpecie. v. g. arietom, tria paria, maris & fœminæ, reſeruata ad fœturam liberè Noë in agrum remittit: at vnum ex eo tātulo grege arietem, cælibē, ſolitarium, compare fœmella carentem deſtinatam, mactatúmque ignibus adolet, imò totum comburit in holo- C cauſtum Domino. Nec enim par erat, vti debitum ſacrificium pro ſeruato incolumi humanæ gentis ſeminario, propitiandóque Deo irato, & vindice humaoarum libidinum ac turpitudinū, aliunde pararetur; quàm ex mundis pecoribus, iiſque virginali (vt ita dicam) nitore cōſpicuis. Meritò D. Ambroſ. *Epiſt.* 7. Virgines Deo ſacras appellat nobilia vitulamina. Nec enim victima pulchrior, quàm Virgo Chriſto ſponſo conſecrata; cùm nulla maior pulchritudo oculos Dei, Angelorum, imò & hominum ipſorum (etſi minus videant) magis detineat ac recreet, quàm ipſamet corporis & animæ contioentia. Quare iure optimo Tertul. Vbi pudicitia (inquit) ibi vacua eſt pulchritudo. Quippe cùm pudicitia D ſola, & tota, & ſumma ſit humanę mentis & corporis pulchritudo. Optimè igitur S. Cyrill. Hieroſol. *Catech.* 12. Non ignoremus (inquit) caſtitatis gloriā: Angelica eſt corona, & ſupra hominem perfectio parcamus corporibus, quæ lucere debent ſicut ſol. ne propter paruam voluptatem tantum ac tale corpus polluamus, parua ad horam voluptas; ſed ex peccato æterna verecundia. Sic ille. Porrò cùm caſtitas tantopere placeat Deo, latum nihilominus eſt diſcrimen inter huiuſce virtotis tres quaſi ſpecies. Quod vno verbo expreſſit D. Chryſoſt. ad illa verba Pſalm. 22. *Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ*. Declarat: ſemita, via anguſta, ſemiuia. prima in ſemitis virginitas; E ſecunda cootinentia, quæ eſt, & vidualis; tertia coniugalis. De hoc eodem ordine ſic D. Auguſt. *ſerm.* 1. *de S. Laurent.* Habet hortus dominicus, roſas martyrum; lilia virgioum, coniugatorum hederas, violáſque viduarum: prorſus nullū genus hominum de ſua vocatione deſperet, pro omnibus paſſus eſt Chriſtus. Sic Auguſt. Virgines verò (vt ibi adiungit) ſanctitatis apicem celſiùs erigunt. Hinc D. Bernard. *Epiſt.* 113 *ad Sophiam.* Virginem de hac pulchritudine diſſerens elegāter: Filiæ (inquit) Belial, filiæ Babylonis induuntur purpura, & byſſo, & ſubinde conſcientia pānoſa iacet. Fulgent monilibus, moribus ſordent. Econtra tu foris pannoſa, intus ſpecioſa reſplendes,

*Quid ſit holocauſtum.*

*Virgo hoſtia Deo offertur.*

S Ambroſ.

*Pulcritudo ſumma caſtitatis.*

Tertul.

S Cyrill. Hieroſ.

*Caſtitatis ſpecies, & earum ordo.*

D. Chryſoſt. Pſal. 22.

S. Aug.

S. Bern.

ſplendes, ſed diuinis aſpectibus, non humanis. Decor, qui cum veſte induitur, & cum veſte deponitur, veſtis proculdubio eſt, non veſtiti. Tu ergo noli æmulari in mendicantibus pulchritudinem alienam; vbi perdiderint ſuam. Natiuo quippe & interno ſe produnt decore nudas, quæ tanto ſtudio & pretio ſatagunt, vt oculis inſipientium appareant ſpecioſæ. Indignum tibi iudica formam à pellibus murium, & operibus vermium mutuari. Tua tibi ſufficiat: optimus & optabilis valde ornatus iſte, qui & Angelis poſſit eſſe inuidioſus. Angelus habet virginitatem, ſed non carnem; ſanè felicior, quàm fortior in hac parte. Sic Bernard. Feliciſſima profectò, & pariter fortiſſima exitit Virgo Dei mater, quæ Angelos naturà ſpiritus carnis expertes, ipſa in carne mulier, puritate ſuperauit; & contriuit caput ſatanæ. Cum (autore Bernard *homil. 1. ſuper Miſ.*) omnimodam maligni ſuggeſtionem, tam de carnis illecebra, quàm de mentis ſuperbia deduxit ad nihilum. Mulier eſt, ſed maius iccirco miraculum. Hoc enim vas electionis (vt loquitur D. Cypr. *ſerm. de natiuit. Chriſti*) plurimum à cæteris differens, natura illis communicabat, nō culpa. Cui, vt matri plenitudo gratiæ, atque vt virgini abundantior gloria debebatur. Sic ille. Quid plura? vno verbo optimè S. Pet. Damian. *ſerm. 1. de natiuit. virg.* cōcludit: Dei genitricis Mariæ gloria principium ignorat, neſcit finem.

*Ornatus corporis cum ſordibus animæ.*

*Ornatus optimus virginitas.*

S. Bernard.

*B. Mariæ dignitas incomparabilis.*

S. Cyprian.

S. P. Dam.

4. Cæterùm virgines, & religioſæ, & (vt innumeræ ſunt in Eccleſia Chriſti) nobiles, quæ pro Chriſto ſponſo ſuauiſſimo, & carnis voluptates, & mundi diuitias contempſerunt, atque ſeculi nobilitatem ſempiterno miniſterio religionis mancipatunt; holocauſta ſunt omnium auguſtiſſima. Qualis illa Sophia ad quā D. Bern. *Epiſt.* 113. ſcribit. Pro gloria certantibus cætera de contemptu gloriæ glorioſiùs ſublimaris, & ſublimiùs gloriaris. Et hoc tanto carius eſt, quātò rarius. Nam ſi in viris virtus, rara eſt auis in terra; quanto magis in fœmina fragili & nobili? Denique mulierem fortem quis inueniet? multo magis quis fortem & nobilem? laudo factam de neceſſitate virtutem; ſed plus illam, quam eligit libertas, non indicit neceſſitas. Hæc ille. Sed longè adhuc auguſtiora holocauſta fiunt ex virginibus, ſimúlque martyribus, quæ ſupra ſexum pluſquam viriles animos ſortitæ, cum tyrannis, cum cruciatibus, cum morte ipſa feliciter decertarūt pro fide catholica, pro illibato pudicitiæ flore: ornatæ denique palmis, ac liliis, ſanguine ac niue in caſtris Eccleſiæ triumpharunt. Offeramus igitur Domino noſtrum corpus purum & immaculatum in holocauſtum gratiſſimum. Parce itaque (monet S. Cyril. Hieroſol. *Catech.* 4.) corpori tuo, tanquam templo Spiritus ſancti. Non fœdes in fornicationibus carnem, non polluas ſtolam pulcherrimam; quòd ſi polluiſti, ablue per pœnitentiam. Magna vobis, ô virgines, repoſita eſt corona, ne parua voluptate vēdatis magnam dignitatem. Sic ille. Ac obtulit quidem Noë holocauſtum de mundis pecoribus gratiſſimū Deo; nec id mirum videri debet: illud omnem vincit admirationem, quod alter Noë Chriſtus Dei Filius inſtituit de immundis fœdiſque pecudibus; imò & teterrimis monſtris; quod tamen eſt Deo quàm ſuauiſſimum; quin etiam ſine illo, nec virginitas, nec martyrium ſanctitatis odorem habere poteſt in adultis, qui peccato ſe aliquando polluerunt. At quis mundus à ſordibus? Eſt autem hoc holocauſtum pœnitentiæ Chriſtianæ

S. Bernard.

*Virgines nobiles Deo dicatæ.*

*Virginū martyrum laus.*

S. Cyrill.

S. Hieron.

*Confeſſio holocauſtum.*

A ſacramentum ſæpiùs appellatum in ſacris literis ſacrificium iuſtitiæ, in quo iudicantur, damnantur, iugulantur, concremantur, in cineres & in nihilum omnino rediguntur, quæ peccator admittit flagitia; quibus (bone Deus!) quid turpius, ac deteſtabilius eſſe aut fingi poteſt? Mira quidem eſt animæ pulchritudo, quam refert peccatorum confeſſio, nec vllam, vel ipſa virginitas ſine confeſſione, animæ quantumuis caſtæ inducet. Audi Bernard. *Epiſtol. citat.* Iucundare filia Sion, & exulta ſatis filia Ieruſalem, quia concupiuit Rex ſpeciem tuam: ſi tamen confeſſionem, & decorem induis, amicta lumine ſicut veſtimento. Nempe confeſſio & pulchritudo in B conſpectu eius, *Pſal.* 95. Audis, cui places; ama vnde places; ama confeſſionem, ob quam amaris; ama confeſſionē, ſi affectas decorem. Confeſſioni iungitur decor, iungitur pulchritudo. Vbi confeſſio, ibi pulchritudo, ſi peccata ſunt, in confeſſione lauantur; ſi bona opera, confeſſione commendantur. Cùm mala tua confiteris, ſacrificium eſt Deo ſpiritus contribulatus. Bonum animæ armentum confeſſio, quæ & purgat peccatorem, & iuſtum reddit purgatiorem. Abſque confeſſione iuſtus iudicatur ingratus, & peccator mortuus reputatur. A mortuo quippe tanquam qui non ſit, perit confeſſio. Confeſſio igitur peccatoris eſt vita, iuſti gloria. Et neceſſaria eſt peccatori, & iuſtum nihilominus decet. C Hæc Bernard. I nunc tu, ô hæretice, & compara cum Bernardo ſanctiſſimo tuos illos infames pſeudoprophetas, qui tibi confeſſionis ſacramentum, hoc eſt, lauacrum animarum abripuerunt; ſcilicet, vti erant omnium fœditatum ſordibus inquinati, cæteros in eandem labem ac cœnum pertraxerunt; vt ex grege ouium Chriſti, facerent ad macellum ignéſque gehennæ gregem porcorum.

S. Bern.

*Confeſſionis laudes.*

Pſalm. 95.

*Cur hæretici confeſſionem tollunt.*

5. *Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis.*] Hebr. ריח הניחח *reiach hannichoach*, odorē quietis: nam נוח *noach*, vt alibi oſtendimus, propriè ſignificat quieſcere. Vulgatus vbique interpretatur odorem ſuauitatis: nimirum iſte odor ſacrificij oblati & accepti, ſic Deum placeat, vt illum D tranquillet, reddatque propitiū, illiúſque iuſtam iracundiam, quaſi ad vindicandū efferueſcētem, faciat quieſcere. Ex quo infertur ſuauitas odoris, qui tam potens eſt ad mitigandā Numinis iram. LXX. ὀσμὴν εὐωδίας, odorem ſuauitatis. Chald. ſuſcepit Dominus cum beneplacito oblationem eius. Alij: odorem fragantiæ. Tertull. odoratus eſt libenter. D. Hieron. *in 6. Ezechiel.* Odorem bonæ fragantiæ. Rectè Caiet. Hebraiſmi explicat vim. Ad differentiam (ait) odorem ſenſibilium dicitur odor quietis, tanquam quietem ſine faſtidio patiens. Nullus eſt enim odor ſenſibilis, qui diu perſeuerans non efficiat faſtidio; quamobrem nullus odor ſenſibilis eſt odor quietis in ipſo. Ad excludendum igitur eiuſmodi faE ſtidium, dicitur odor quietis, quia verè nunquā Deus faſtidit deuotionem offerētium. Non enim ſacrificia, propter animalia oblata, ſed propter affectum deuotæ mentis offerentium placent Deo, tanquam odor ſuauitatis: diuina igitur approbatio & oblectatio ad deuotionem vtique offerentium referenda eſt. Ita Caiet. Iſtam porrò animi pietatem, gratitudinem, in Dei famulatu promptitudinem, atque adeò totam propenſionem voluntatis; imò & ipſam animam Noë ſacrificantis Dominus proſpexit. Ex qua ſacrificandi actio prodierat, & quæ in ipſo holocauſto

Tertull.

S. Hieron.

Caiet.

*Quis ſit odor quietis.*

*Pietas nunquam non Deo ſuauis.*

ſignifi

Theod.

ſignificabatur. Vnde Theodor. Excepit (inquit) ipſius Noë promptitudinem animi, non quidem hoc nidore delectatus ( nihil enim peius olet, quàm oſſa exuſta) ſed offerentis animum laudans. Idem, latiùs tamen, proſequitur Tertullian. 2. *contra Marcionem*. Etſi (inquit) Deus holocauſta Noë odoratus eſt libenter, quæ iucunditas, ſine viſcerum veruecinorum, ſine nidoris ardentium victimarum? Sed animus ſimplex & Deum metuens offerentium ea, quæ à Deo habebant, & pabuli, & ſuauis olentiæ gratia apud Deum deputabatur; non quæ fiebant exigentis, ſed illud, propter quod fiebant, ob honorem ſcilicet Dei. Sic Tertul.

Tertull. *Offerentis animus exigitur.*

6. Maximè verò inter cæteras virtutes Noë, tanquam odoramentorum ſuffitus fragrantiſſimos, Dominus acceptauit, approbauitque grati nimirum hominis ſignificationem ſacrificio illo externo demonſtratam; vt D. Chryſoſt. aduertit: Vide (ait) gratitudinem iuſti, ædificauit altare, obtulit, &c. ſuæ voluntatis gratitudinem Domino oſtendit, Deus approbans voluntatem coronauit. *Odoratúſque*, &c. Vide quomodo animus offerentis fumum, & nidorem, & omnem, quæ inde naſcitur, inſuauitatem multa fragrantia repleuit. Ita Chryſoſt. Quare nihil æquè gratum Deo, quam vt homo Deo ſè gratum exhibeat: quinetiam hinc apparet, vt vel ipſa pecudum cæſarum & incenſarum ac fumātium ſpurcities, fœtor, nauſea, ob ſolam grati animi ſuauitatem ſuauiſſima eſſe videātur. At nunc in lege gratiæ, in qua plenitudo eſt gratiarū, nulla iam illarum victimarum inſuauitas exigitur: illud optimum ac ſuauiſſimum holocauſtum offertur Deo, cùm ipſius obſequio & amori ſeipſum quis addicit. Hinc D. Hier. *Epiſt.* 54. Teipſum vult Dominus hoſtiam viuam placentem Deo: te (inquam) non tua. D. Aug. *ſerm. 3. de natal. Domin.* Non elegit Deus nec ſpeciem tuam, nec oleum tuum, nec ieiunium tuum, ſed hoc quod te hodie redemit, ipſum offer, hoc eſt, animam tuam moribus ſanctis, cogitationibus caſtis, operibus fructuoſis, auertendo à malo, & conuertendo ad bonum. Sic Auguſt. Quocirca (vt rectè S. Pet. Damian. *ſerm. 2. in natiuit. Virg.* adnotauit) tradidit ſemetipſum pro nobis Chriſtus ad mortem, mortificemus & nos pro eius amore omnem in nobis terrenæ concupiſcentię voluptatem. Quod enim ſubire crucis patibulum voluit, viam nobis, qua redire valeamus ad patriam, ſtrauit: vt qui voluptatibus delectati diſceſſimus, fletibus amaricati redeamus, & quod deiecerat elatio ſuperbiæ, erigat dilectio humilis vitæ. Sic ille. Odoratus eſt Dominus iam tunc in figura odorem alius ſacrificij, de quo ita S. Bernard. *de paſſ. Dom. cap.* 43. Gratiſſimum & ſaluberrimum holocauſtum eſt in a♦r crucifixus Ieſus. De holocauſto noſtrô crucifixo Ieſu incomparabiliter ardente, inæſtimabilis nimis odor proceſſit. Odoratúſque eſt Dominus Deus Pater odorem ſuauitatis, & benedixit nobis, auertitque iram indignationis ſuæ longè à nobis, pace integra reformata, & ſanguine rubicūdo Ieſu tam noſtro, quàm ipſius participe, pacis æternæ obſide exiſtente. Hæc Bernard. Et quid nobis fieret, ſi peccatorum noſtrorum fœtorem crucis, ſanguinis, meritorum, ac precum Chriſti Domini apud patrem ſuauiſſimus odor non expiaret? Altare iſtud Noe, ac ſacrificium ſauiſſimè ſpirantia, ſcilicet odorem ac ſignificationem altarium, & templorum Eccleſiæ Chriſtianæ, atque adeò ſacroſanctæ Eucharistiæ, quæ in illis conficitur, ſumitur, adoratur & ſeruatur. Odoratus eſt etiam Dominus ſuauitatem odoris, illo in ſymbolo quem ara ſanctiſſima Dei, hoc eſt, Virgo mater ex infinitis virtutibus ac meritis efflauit. *Myrrha, & gutta, & caſſia à veſtimentis eius à domibus eburneis*, Pſa. 44. Quid in Virgine matre, niſi flores, niſi odores? fructu abundat, ſed cum fructu floribus vernat. Mater eſt, ſed virgo ſimul. Creuit enim (inquit D. Fulgoſ. *ſerm. de laud. Mar.*) eius partu integritas corporis potiùs, quàm decreuit. Et virginitas ampliata eſt potiùs quàm fugata. Plena ſūt viſcera, & nullum nouit contagium virginis cōſcientia. Cùm eſſet grauida, ſalubri grauitate gaudebat. Ita Fulgent. O intemerata (clamat S. P. Damia. ſuprà) & glorioſa virgo Maria thronus Dei, ſolium diuinitatis, palatium Regis æterni, gazophylacium theſauri, quo ſumus de cruenti prædonis ſeruitio comparati! Significatur etiam odor orationis. Quid enim (inquit D. Auguſtin. *tomo 10. in tract. de miſer.*) oratione pręclarius, quid in tota noſtra religione ſublimius? Et S. Gregor. Nyſſen. *de orat. dom.* Nihil ex his, quæ per hanc vitam coluntur, & in pretio ſunt, orationi præſtat. Igitur apud me oratio Deo vitæ meæ, *Pſ.* 41.

Gratitudo Deo gratiſſima.

S. Chryſ.

S. Hieron.

S. Aug.

*Seipſum quiſque Deo offerat.*

S. P. Dam.

S. Bern.

*Sacrificium Chriſti in cruce.*

*Eucharistia typus apud Noe.*

Pſal 44

*Odor ſuauiſſimus à virtutibus B. Maria.*

S. Fulgent.

S. P. Dam.

S. Aug.

S. Greg. Nyſſen.

*Orationis odor ſuauis.*

Pſ. 41.

7. Aduerte D. Ambroſ. legere, ædificatū altare Deo, Dcúmque odoratum, non verò vtrobique poni Dominum. Ex quo in myſticum ſenſum ſic diuertit. Quod ædificauit, non Domino, ſed Deo: ſecundùm nominis interpretationem, non coacta videtur hæc actio eſſe gratiarū, quaſi Domino, ſed virtus iuſti morigera, & grata, quaſi Deo. Quod imperiale eſt, ſequeſtrauit; quod beneficij, nominauit. De Noë, & arca, *cap.* 21. iuuat Ambroſij explicatum vox Hebræa Deum ipſum, vt in ſe eſt, ſignificās, quæ ponitur יהוה *Iehouah*. Quod nomen omniū in diuinis auguſtiſſimum Dei naturā innuit, non verò vllum dicit reſpectum ad creaturas, vti dominatum, principatumque. Ea quidem Domini eſt beneuolentia, comitáſque; vt etiamſi Dominus vniuerſorum ſit, Deus potiùs noſter, imò (quod tenerius, ac dulcius eſt) Pater à nobis, & haberi, & vocari velit; amari potiùs, quàm timeri: quo ſanè prælatos inſtruit, vt non dominos ſe velint oſtendere, ſed patres; non dominantes, ait Apoſtolus: quòd ſi quando neceſſitas exigat ſeueritatem, ne tunc quidem abſit paterna manſuetudo, cuius lenitate durior ille rigor condiatur. Hoc argumentum frequens eſt in ſanctorum Patrum inſtitutionibus, quos ſcilicet caritas Chriſti vrgebat, non autem ambitionis æſtus, & ſuperbiæ faſtus impellebat. Sed in præſentia vnus ſeſe offert Bernard. *ſer. 13. in Cant.* cuius quot verba, tot fauos diſtillant. *Exultabimus, & lætabimur in te, memores vberū tuorum*, Cant. 1. matrem agnoſcunt. Audiant hoc prælati, qui ſibi commiſſis ſemper volunt eſſe formidini, vtilitati rarò. *Erudimini, qui iudicatis terram*, Pſ. 2. Diſcite ſubditorum matres vos eſſe debere, non dominos. Studete magis amari, quàm metui. Et ſi interdum ſeueritate opus eſt; paterna ſit, nnn tyrannica. Matres fouendo, patres vos corripiendo exhibeatis. Manſueſcite, ponite feritatem: ſuſpendite verbera, producite vbera: pectora lacte pingueſcant, non typho turgeant. Quid iugum veſtrum ſuper eos aggrauatis, quorum potiùs onera portare debetis? cur morſus à ſerpente paruulus fugit conſcientiam ſacerdotis, ad quem eum magis oportuerat, tanquam ad ſinum recurrere matris? ſi ſpirituales eſtis, Inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis,

S. Ambroſ.

*Noe amor in Deum.*

1. Petr. 5.

*Prælati lenitas in ſubditos.*

S. Bern.

Cant 1.

Pſal. 2.

*Seueritas nimia prælatis carpitur.*

conſide

conſiderans vnuſquiſque ipſum, ne & ipſe tentetur, *Galat.* 6. Alioquin ille in peccato ſuo morietur, ſanguinem autem eius, ait, de manu tua requiram, *Ezech.* 3. Sic Bernard. Sed ô immenſam Dei benignitatem, & fumo (quid abiectius?) noſtro delectatur? Quanti facit, quæ illi offerimus, licet ipſa vilia, & nullius in ſe pretij habeátur? Simile quid in Veſpaſiano Imperatore, cui ſuum dicabat opus, admirabatur Plinius in præfatione. Verùm (inquiens) & diis lacte ruſtici, multæque gentes ſupplicant, & mola tantum ſalſa litant, qui non habent thura; nec illi fuit vitio deos colere, quoquo modo poſſet. Sunt econtrario ita moroſi quidam, ac ſuperbi, vt à ſeruis, & famulis nullum benignè recipiant miniſterium, cũcta faſtidiant, & execrentur. Barbarum ſanè & inhumanũ genus hominum. Quàm dulcis ille ſponſus, quem inuitauerat ſponſa: *Veniat dilectus meus in hortũ ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum*, Cant. 5. ſcilicet humilis, & modeſta anima, nihil pretioſius in hortu ſuo reputabat, poma tantùm offerens. At ſponſus, comedi fauum cum melle meo. Etenim tam gratanter acceptauit illa pomorum munuſcula, vt non comediſſe poma, ſed fauos mellis, ſe dicat: vel tanti æſtimauit vilia munuſcula, vt ea nonniſi fauo mellis, ſeu pane ſuo mellis (ſic enim legunt LXX. panem cum melle meo) hoc eſt, Euchariſtiæ ſacramento remunerandam ſuam ſponſam iudicauerit. Locum verò iſtum de ſacramento corporis & ſanguinis Domini, vt videre eſt apud noſtrum Delrio, intelligunt D. Greg. Niſſen. Pſellus, Philo, Rupert. Paſcaſ. Berengoſ. D. Ambroſ.

Galat. 6. — Ezech. 3. — *Domini famulorum opera grate acceptat.* — Plin. — *Deus noſtra opera libens accipit.* — Cant. 5. — *Euchariſtia dulcedo.*

## SECTIO VIII.

*Et ait: Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines: ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua: non igitur vltrà percutiã omnẽ animã viuentem ſicut feci. Cunctis diebus terræ, ſementis & meſſis, frigus & æſtus: æſtas & hyems, & nox & dies, nõ requieſcẽt.*

1. VBi noſtra lectio tantùm habet, *& ait*, Hebraicè plura legũtur, nimirum ויאמר יהוה אל לבו *vaiomer Iehouah el libbo*: & dixit Deus ad cor ſuum, vel in corde ſuo. Quem Hebraiſmum eleganter expreſſerunt LXX. καὶ εἶπε κύριος ὁ Θεὸς διανοηθεὶς, & dixit Deus recogitans, ſiue cùm cogitaſſet Deus, ſiue poſt multam cogitationem, ſeu conſiderans: quibus omnibus ſignificatur firmũ & deliberatum Dei decretum, ne qui leuiter hoc, & quaſi temerè pronunciatum accipiat, more hominum multa paſſim, etiã in rebus magni momenti promittentium inconſultò ac fortuitò. Cùm verò cor, ſiue voluntas, ſiue mens cordis nomine ſignificata officina ſit omnium cogitationum, conſiliorum ac decretorum: ideo loqui, agere, tractare, in corde, ſignificat ſeriam, maturam, diuturnam, ac firmam rei, quæ cogitatur, & agitatur deliberationem. Quare verti poſſet egregiè, decreuit apud ſe. Chald. In verbo ſuo: ſcilicet regio, (vt vocant) ſtabili, infallibi verbo ſuo promiſit. Luſitanè *deulhe ſua palaura real & diuina*. Non deeſt tamen, qui dicat Noemum ipſum vocari cor Dei, quaſi dicat: Et dixit Deus ad Noe ſuum cor, ſuum amorem, ſuum dilectum, in quo Deus quieuerat, in quo ſibi complacuerat. Et in multis Bibliis Latinis legitur: Dixit ad eum. licèt emendata ſolùm habeat: & ait. Cæterùm cum articulus ille affixus *libbo*, capi poſſit pro, *eius*, ſententia planior & commodior redditur: Dixit Deus ad cor Noemi: loquutus eſt ad cor eius, benignè ſcilicet & amãter, idipſum omnino quod cor Noemi aut cogitabat, aut appetebat. Simili phraſi vtitur Dominus apud Oſeam, ca. 2. *Propter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam eum in ſolitudinem & loquar ad cor eius*. Explicat verò D. Hieron. loquar ad cor eius, verba mollia, verba cõſolatoria, vt triſtitiã gaudio temperet. Iuxta idioma Scripturarum: quibus verbis & Sichem loquutus eſt ad cor Dinæ, & Ioſeph in Ægypto fratribus ſuis, triſtibus atque metuentibus, vt mœror gaudio mutaretur. Sic Hieron. Et quid obſecro gratius, aut iucundius; & magis ad cor, deſiderium, voluptatémque Noemi, à Deo dici poterat; quàm irreuocabile illud decretum de non iterando diluuio, quo rurſus humanum genus ab ipſo Noe deinceps propagandum deleretur? *Et ait: Nequaquam vltra maledicam terræ.* O magnum (exclamat D. Chryſoſt.) beneficentiæ pondus! ô plurimam miſericordiæ magnitudinem! quia communem omnium inuexerat interitum, vt conſolationem det iuſto, & fiduciam ei addat: ne fortè cogitet apud ſe, quæ vtilitas factæ benedictionis: Creſcite & multiplicamini, cùm iterum, vbi multiplicati fuerimus, perẽdum ſit nobis: Nam ulim, & ad Adam dixerat: Creſcite & multiplicamini; & ſuperuenit tamen diluuium? Vt ergo ne cogitando ſecum talia, in perpetuo angore eſſet, vide miſericordiam Domini: Nequaquã vltrà maledicam terræ. Ita Chryſoſt. Ac Noe quidem cùm eſſet iam ſexcentorum annorum, multúmque ac diu vixiſſet, non tam de ſua ipſius ſalute, quàm de filiorũ & conſequentium deinde mortalium ſolicitus, à Domino certior redditur de beneficio mortalibus optatiſſimo; videlicet: nequaquam vltrà maledicam terræ. Sic principes viri, ſic prælati maximè de ſuis clientibus, ac ſubditis potiùs, quàm de ſeipſis ſoliciti cùm illorum infelicia dolent, tum felicia exoptant ac procurant. Qualis ille ſanctiſſimus Hebræorum legifer, & princeps, & prælatus Moyſes extitit; de quo illud à Paulo ad Hebræos proditur. Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem. Vbi rectè ſubiicit Theophil. Maximum enim peccatum eſt dolentibus ſuis non dolere.

Promiſſio Dei. — *Cor Dei vir ſan ctus.* — Oſeæ 2. — S. Hieron. — *Deus Noe conſolatur promiſſis.* — S. Chryſoſt. — *Solicitudo erga ſubditos.* — Ad Heb. 11. — Theophil.

2. Hoc zelo ſuorum tam admirabili ardebat Dominus Ipſe Ieſus in cruce, nec latuit latronẽ: imò iccirco Regem appellat, regnúmque ipſius demonſtrat, dum precatur: *Domine memento mei, dum veneris in regnũ tuum*. Quòd ſi quæras quorſum latro, & dominij & regni mentionẽ fecerit? Reſpondet D. Chryſ. Imperatoris enim eſt pro ſuis mori. Hinc à D. Bonauent. *in 3. diſt. 16. q. 3.* illa inculcatur doctrina, ſcilicet: intenſior fuit dolor cõpaſſionis Chriſti in parte rationali, quàm dolor paſſionis in appetitu ſenſitiuo: id quidẽ propter nimietatẽ dilectionis quæ eſt maior diſpoſitio ad dolendum. Sic ille. Quod ſanè comprobatur ex illa ſubtili ac pia conſideratione D. L. Iuſt. *lib. de triumph. agone Chriſti*, quę ſic habet. Dominus Ieſus corpore & mente crucifixus pro omnibus dicere compulſus eſt: *Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me*. Matth. 27. Modo igitur quodã indicibili, in omnibus electis ſuis omnia perferebat pœnarũ genera. Perſequebatur in Apoſtolis, lapidabatur in Stephano, aſſabatur in Laurentio; ſicque

*Amor Chriſti erga homines.* — Luc. 23. — S. Chryſoſt. — S. Bonau. — B. Laur. Iuſt. — Matth. 27. — *Chriſtus in cruce pœnas ſuorum fidelium ſenſit.*

ſicque in rogulis ſingula martyrũ, cæterorum- A que iuſtorum ſuſtinebit tormenta. Nemo igitur prædeſtinatus ad vitam, ſicut à ſanguinis Chriſti pretio expers eſt, ita nec ab ipſius mœrore alienus. Sic Laur. Ex quo mirabiliter elucet nimia, vt eam appellat Apoſtolus, caritas Chriſti Domini, quem cruci affixum, totum exanguem, infinitis ac vehementiſſimis æſtuãtē doloribus, morti iam vicinũ, nihil æquè affligebat atque illa præuiſio pœnarum omniũ, quas fideles, pro nomine ipſius paſſuri poſtmodò eſſent. Qui dolor ex ſuorum doloribus ſic animum Domini Ieſu affligebat, vt ſui oblitus, & ſuorum memor ac ſolicitus fideliũ, quaſi conqueſtus Patrem inclamaret: *Deus meus quare me dereliquiſti?* Pſ. 21. Et quẽ- B admodum Noë, vt hîc videmus, anxium ac mœrentem de humano interitu, timentémque ne altero ſubinde ingruente ſui filij ac nepotes intercideret, benigna Dei promiſſio de felici rerum ſtatu hominum conſequentiũ mirum in modum ſolatur, & recreat: ita Dominum Ieſum in cruce ſuorum cruces dolentem ac plorãtem Pater ipſe cõſolatur propoſita numeroſiſſima fideliũ multitudine admirandis in omni virtutum genere factis, meritis abundantiſſimis, & gloriæ ſempiternæ palmis, & victoriis iuſtorũ, qui ex illa Domini cruce tanquã ex arbore vitæ eſſent fructus prodituri; vt videre eſt in Pſal. 21. & apud Iſa. cap. 53. *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum.* Videbit (iuxta Gloſ. interlin.) fi- C deles in perpetuum regnãtes. Videbit (iuxta Lyram) multiplicationem fidelium, qui ſunt ſemen Chriſti, & hæc multiplicatio ſecuta eſt ad mortẽ eius. Vult (inquit S. Cyril. Alex.) Deus pater auferre laborem animæ Chriſti, id eſt, crucis triſtitiam commutare gaudio, monſtrando illi tranſlatos in lucem, qui quondam tenebræ erant. Sequitur, *Videbit & ſaturabitur.* Videbit (Gloſſ. interlin.) Eccleſias in toto orbe de gentibus; & ſaturabitur (Gloſ. ordin.) fide gẽtium. Videtur gloſſa ex S. Hieron. deſumpta; qui ſic ait: Quia laborauit ſuſtinens, & in Iudæis non inueniens requiem; videbit Eccleſias in toto orbe conſurgere, & eorum ſaturabitur fide. *Nequaquam vltrà maledicam* D *terræ.* Vide (inquit Chryſ.) quantam conſolationem affert iuſto, imò nõ iuſto tantùm, ſed & propter ſuam bonitatem etiam vniuerſo hominum generi poſt ipſum futuro. Additur, *propter homines*; quia videlicet & terræ, & animãtibus homo cauſa tota, & ſola extiterit vniuerſalis illius exitij, quo cuncta perierunt: adeò peſtiferum malũ eſt, vel ipſis rebus peccati expertibus hominis peccatum. Caiet. explicatio nonnihil tamen videtur obſtare, ſic enim habet: Non decernit quieſcendum à maledictione terræ abſolutè, ſed propter homines; reſeruauit ſiquidem ſibi maledictionẽ terræ propter alias cauſas. Ergo iuxta Caiet. diluuium alterum aquarum vniuerſale nunquam erit futurum propter homines; poterunt tamen E aliæ obuenire cauſæ quibus diuina potẽtia permoueatur ad iterandum huiuſmodi excidium. Cæterùm hæc explicatio minùs fortaſſe alicui placebit: quid enim Deo cum terra, & nouis diluuiis, niſi propter homines, aut puniendos, aut exercendos? Vtrunque autem in verbis illis abſolutè, *propter homines*, intelligi poteſt.

Chriſti compaſſio maior quàm paſſio. Pſal. 21.

Pſal. 21. Iſai. 53. Gloſſa. Promiſſio fidelium ſolatur Chriſtum in cruce.

S. Cyrill.

S Hieron.

Peccatum mundi peſtis.

Caietan.

Terra bonum & malum propter homines.

3. *Senſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua: non igitur vltrà percutiam omnem animam viuentem, ſicut feci.*] Heb. כי יצר לב האדם רע מנעריו *chi ieçer leb haada ragh-minnegharuu*: quoniam figmẽtum cordis hominis malum à pueritia ſua. Ieçer ſignificat figmẽtum, formationem, cogitationem. LXX. vertunt, ὅτι ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρά: quia incumbit cogitatio hominis diligenter ad mala. Chald. Senſus cordis humani malus eſt. Itaque ſenſus eſt, hominem ab ipſis, vt aiunt, incunabulis propẽſum eſſe ac procliuem in vitia. Cæterum ea procliuitas nullam inducit neceſſitatem, nec tollit arbitrij humani libertatem, ſine qua nec priorum tẽporum mortales, qui propter ſua ſcelera diluuio interierunt, nec poſt illud cõſequentes omnes peccare poſſent, cum tamen, & illi omnes, & iſtorum multi peccatores ſint, atque vt tales à Deo puniantur. Mira eſt hæretico- B rum hoc loco ſtoliditas; qui *ieçer* accipiunt pro ipſa hominis natura, ſeu eſſentia, ipſa (vt aiunt) ratione intellectu & voluntate, quam non pronam inclinare ad peccandũ, ſed trahi cogíque in vitam dicunt: ſed vt impiè, ſic etiam ineruditè ac temerè vocabulum *ieçer* a ſignificando ſenſum & cogitationem & propenſionem cordis humani aliò (quod ſibi cõfingunt) detorquent. Veruntamen hæc cum iis monſtris decertatio pulcherrimè deſcribitur a noſtro Delrio; nec eſt, quod in præſentia poſſit adiungi. Neque verò nobis obijciant illud D. Aug. *in Pſ. 13. Non eſt, qui faciat bonum.* Expreſſit tale genus eſſe hominum, quod non faciat bonum. Illud prædeſtinatum vſque ad interitũ. Sic Aug. Ergo (dicent) ſunt homines à Deo C prædeſtinati ad peccatũ, ex quo ſequitur interitus infallibili quidẽ certitudine, atque ineuitabili neceſſitate; idque per fomitẽ peccati, quo voluntas cogitur; nihil enim obſiſtere poteſt diuinæ prædeſtinationi. Et quidem pro reſponſione condidit integrum librum S. Fulgentius ad Monimũ, vbi præter alia, hoc adiũgit: Aduerte quæſo: etſi prædeſtinatio cõmuniter ſumatur ad bonum, nihilominus in malo etiã dici poſſe prædeſtinationem ad pœnã debitam, nõ ad malum faciendum, quare nihil aliud accipiẽdum exiſtimo in illo S. Aug. ſerm. quo ad interitum quoſdam prædeſtinatos affirmat, niſi ad interitũ ſupplicij; non delicti, neque ad malum quod iniuſte admittunt, ſed ad cruciatũ quem iuſtiſſime patien- D tur. Nõ ergo prædeſtinati ſunt mali ad hoc quod malè operantur, à concupiſcentia ſua abſtracti & illecti, ſed ad hoc quod iuſte patiũtur inuiti. Cur autem mors ſtipendium, vita verò æterna, gratia dicitur? niſi quia illa redditur, hæc donatur. Sed vbi illã Deus reddit, opus malum peccaturis hominis punit; cùm verò vitã æternam donat, opus ſuum quod inchoauit perficit. Nullus autẽ iuſtè peccat, quãuis eum iuſte Deus peccare permittat: iuſte enim deſeritur à Deo, qui deſerit Deum. Denique Deus in ſanctis opera ſua glorificat, in iniquis opera non ſua condemnat. Hæc Fulgent. Doctè & catholicè diſſerit de libero arbitrio S. Cyril. Hieroſ. *catech.* 2. vbi hæc inter cætera. Peccatum, malum eſt liberi arbitrij, germénque vo- E luntarium. Nam quòd volũtariè peccemus, dicit apertè Propheta: *Ego plantaui vineam fructiferam; quomodo conuerſa es in amaritudinem vinea aliena,* Ierem. 2. plantatio quidem bona, ſed fructus ex voluntate malus: atque ideo plantator in culpa non eſt, vinea autem comburetur; quoniã plantata in bonum, fructificauit in malum. Quapropter fomes peccati peccatum non eſt, ſed ad peccatum ardor & ſtimulus. Iugum graue poſitum eſt ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum vſque in diem ſepulturæ, *Eccleſ. 40.* At quódnam aliud iugum grauius & corpus & mentem

Aſſeritur libertas arbitrij cum propenſione ad malum.

S Auguſt. Pſal. 13.

S. Fulg.

Deus quomodo ſe habeat in glorificando, & condẽnando.

S Cyrill. Hieroſ.

Ierem. 2.

Fomes peccati iugum homini
Eccleſ. 40.

mentem premit, quàm iſta in facinus omne procliuitas? Sed hoc iugo, & Paulus, quo nihil inter homines ſanctius, gemit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati; hic eſt angelus ſatanæ qui Paulum colaphizat. Quis igitur Paulum audiens nõ ſibi timeat? Sed dices: (inquit in hanc ſententiam S. Cyrill. Hieroſ. *catech.* 2.) Fidelis ſum, non me apprehendet concupiſcentia. An ignoras quòd etiam in petra quandoque radix agitur, & ſæpè manet? Ne ſuſcipias ſemen, quoniam perdet tuam fidem, priuſquã floreat, radicitus erue malum. Sic ille. quo plenè exprimitur concupiſcentiæ tenacitas etiam in iis, qui ſe fortes & caſtos putant. A qua tamen infelicitate ſolus in genere humano Chriſtus Dominus & mater ipſius virgo Maria prorſus immunes extiterunt: quàm infallibilem veritatem etiam teterrimus veritatis hoſtis, atque omnis doli & impudentiæ aſſertor Mahometes affirmauit: ſic enim ſcribit in Alchor. *cap.* 72. Nullus naſcitur de filiis Adam quem non tangat ſatan, præter Mariam, & eius filium. Multi perfecti fuerunt ex viris, nulla perfecta vnquam ex mulieribus niſi mater Iſæ. Sic ille, quàm pulchra gemma emerſit è tam turpi cœno!

Ad Rom. 7.

S. Cyril. Hie.

Mahomet. *Chriſtus & mater virgo immunes à fomite peccati.*

4. Hæ ſunt vehementes atque importunæ carnis paſſiones, quę militant aduersùs animam: quibus tamen cum anima reſiſtit, glorioſam victoriæ palmam erigens, cœlóque violentiam inferens triumphum ducit in æternitatem. Duo verò pugnantem animam in hoc certamine armant, & iuuantur, quæ ſic attingit D. Aug. *ſerm.* 20. *de Sanctis.* Anima cùm cœperit cogitare vltimi diei neceſſitatẽ, ac futuri iudicij pondus, incitata & ſtimulata, vel ſpe præmij, vel timore ſupplicij voluntariũ bellũ inducit paſſionibus. Sic Aug. Egregia contra peccatum arma, ſunt ſpes præmij, ac timor ſupplicij. Et S. Cyrill. Hieroſ. *catech.* 2. Memineris (ait) iudicij, & nulla iniquitas apud te inualeſcet. Malum igitur hoc tam domeſticum & internum in ipſis viſceribus geſtamus. Et tunc quidem importunius, ac periculoſius, cùm ad carnis voluptates inſtigat. Nã, vt ait D. Bern. *ſerm. in cœna Domin.* Omnes in peccatrice voluptate generamur, propterea, licèt inuiti illicitos quoſdam motus concupiſcentiarũ, & tanquã beſtiales ſentimus. At fuerit in hominibus, dicet aliquis, hæc tam fœda, támque periculoſa cum voluptatibus cõcertatio: cur quæſo poſt paſſionem Domini, qua noſtrę ſordes expiatæ ſunt, atque adeò poſt ſanctum Baptiſmatis lauacrũ, vbi prima originis labes abluitur, adhuc tamen regnat in membris noſtris tyrannis iſta peccati? Eſt quidem hoc non leue Dei beneficium, vt ſcilicet, & humilitatem præſeramus, & Dei gratiam agnoſcamus, qua ſuffulti carnis incendia reſtinguimus; & malo noſtro compulſi ad Deum confugientes in preces & lacrymas effuſi (quod quidem maius eſt bonum, quàm omnino carere tentationibus) opem ipſius imploremus. Sic enim adiungit D. Bern. Ad humiliandos nos concupiſcentiam adhuc patitur viuere in nobis, & grauiter affligere nos, vt ſentiamus, quid nobis gratia præſtet, & ſemper ad illius auxilium recurramus. Proni ſunt ſenſus hominis ad malum; quia pelliciunt quidem, ſed non inuitum compellunt: fræno poſſunt inhiberi; ſuadent, ſed non inuito, ac repugnanti perſuadent;

S. Aug. *Spes ac timor armant animã contra vitia.*

S. Cyr. Hie.

S. Bern. *Concupiſcentia bellis ardorem, ſed hominis permittit.*

S. Bern.

*Ben. Fernand. in Gen. tom.* 1.

A quòd ſi ob fragilitatem hominis, & illecebrarum titillantium violentiam quandam agitur de ſumma rerum, præſtò eſt Dei gratia, quæ teneat hominem, ne malo impetu rapiatur: imò conſtanter obſiſtat, vincat, triumphet. Deinde ſi miſer hoſti ſuccumbat, in cœnúmque labatur, adeſt ſimiliter Dei gratia, quæ à luto releuet, ſanet vulneratum, peccanti veniam largiatur. Eſt autem hoc tam homini commodum ac neceſſarium, vt efficacitatem diuinæ gratiæ recognoſcat; quam, & qui ſtat, & qui exſurgit, experiuntur; vt propterea cùm luctæ vitiorum, tum miſerabiles etiam in vitia caſus diuinitus permittantur. Quæ Theologia ſic & à D. Aug. *hom.* 23. *ex*
B 50. eleganter explicatur. Deo deputat ille quod dimiſit: Deo & iſte deputat, quod non commiſit. Hoc tibi dicit Deus: Regebam te mihi, ſeruabam te mihi. Vt peccatum non committeres, ſuaſor defuit; vt ſuaſor deeſſet, ego feci. locus, & tempus defuit, & vt hæc deeſſent, ego feci, affuit ſuaſor, non defuit locus, non defuit tempus, vt non conſentires, ego tenui. Agnoſce ergo gratiam eius cui debes, & quod non admiſiſti; mihi debet iſte, quod factum eſt, & dimiſſum vidiſti. Mihi debes & tu, quod non admiſiſti. Nullum eſt enim peccatum, quod fecit homo, quod non poſſit facere alter homo, ſi deſit rector, a quo factus eſt homo. Ita Aug.

*Dei gratia hominem tenet ne cadat, & à caſu releuat.*

S. Aug.

*Deo debemus & nõ cadere, & ſurgere.*

3. Ab adoleſcentia ſua, ſiue à pueritia, ſiue
C ab infantia ſua: Hebr. מנעריו *minnghurau.* D. Bern. *ſerm.* 44. *in Cant.* hanc ab adoleſcentia propenſionem vitioſam non incongruè refert ad prodigi illius adoleſcentuli intemperantiã. Proni (ait) ſunt ſenſus hominis, & cogitationes in malum ab adoleſcentia. Non bona adoleſcentia, in qua filius iunior portionem ſibi paternæ ſubſtantiæ poſtulat ſequeſtrari, & bonum incipit pelle diuidere, quod in communę dulciùs poſſidetur, & habere ſolus, quod participatione non minuitur, partitione amittitur. Denique omnia bona ſua diſſipauit cum meretricibus viuendo luxurioſè. Quænam hæ meretrices? carnales videlicet concupiſcentiæ; de quibus Scriptura ſaluberrimè te admonet; *poſt concupiſcentias*
D *tuas non eas,* Eccleſ. 18. Hæc Bern. Porrò ad cohibendas laſciuientis aduersùs animam carnis appetitiones duæ ſunt potentiſſimæ ſagittæ, de quibus multa idem Bernard. *ſerm.* 29. *in Cant.* ſic ait. Prudenter ſagittari, & impugnari ſalubriter poſtulat Propheta, cùm dicit: *Confige timore tuo carnes meas,* Pſam. 118. Optima timor eſt ſagitta, qui configit & interficit carnis deſideria, vt ſpiritus ſaluus ſit. Eſt etiam ſagitta electa amor Chriſti, quæ Mariæ animam non modò confixit, ſed etiam pertranſiuit, vt nullam in pectore virginali particulam vacuam amore relinqueret, ſed toto corde, tota anima, tota virtute diligeret, & eſſet gratia plena. Et illa quidem in ſe tota grande, & ſuaue amoris vulnus ac-
E cepit: ego verò me felicem putauerim, ſi ſumma ſaltem quaſi cuſpide huius gladij pungi interdum me ſenſero, vt vel modico accepto amoris vulnere dicat etiam anima mea: vulnerata caritate ego ſum. Quis mihi tribuat in hunc modum non modò vulnerari, ſed & expugnari omnino vſque ad exterminationem coloris, & caloris illius, qui militat aduersùs animam? Sic Bernard. Bonæ igitur ſagittæ timor, & amor Dei, quibus ſalubriter ſauciata anima carnis vulnera & vlcera deuitat, dum ardore concupiſcẽtiã reſtruat, & turpem amorẽ caſto, ac diuino,

S. Bern.

*Adoleſcentis intemperantia.*

Eccleſ. 18.

S. Bern. *Amor & timor Dei aduerſus carnis laſciuiam.*

Pſal. 118.

*B. Maria amore tranſfixa.*

vt clauum clauo, excludit. Illud etiam prætereundum non eſt, quod idem Bernard. ſubnotauit de praua hominis procliuitate ad ſuſpicandum perperam de alijs. Sic enim *citato loco*. Proni ſunt ſenſus hominis, & cogitationes, ad malum potiùs ſuſpicandum, quam ad bonum credendum. Quod inde naſci ſolet, quia (vt Procop. ait) homo a natura deprauata ita comparatus eſt, vt ſit habilis ad excogitanda peccata. Qualis autem quiſque eſt, tales ex ſe alios ſolet eſtimare, nec ſeipſo quemquam alium putat meliorem: aut ſi non deteriorem, at certè perſimilem arbitratur. At quanto prudentiùs aget, qui D. Bern. cõſilium obſeruabit, nimirum: Cùm vides aliquid, quod tibi diſplicet, vide ſi hoc eſt in te, & abſcinde: ſi verò vides aliquid, quod tibi placet, vide ſi hoc eſt in te, & tene; & ſi non eſt, aſſume. Sic Bernard. *in form. honeſt. vitæ, in docum.* Optimè D. Ambroſ. aduertit diligentiam & ſtudium peccandi in homine ſubnotari. Vide quomodo ſtudioſè nos delinquere Deus ſignificet dicendo, permanere ſuper mala ſenſum hominis diligenter. Quo dicto ſignificare videtur diligenter cor hominis ad peccata propendere, & ineſſe principali noſtro lubricum delinquendi, & quod peius eſt, ſtudium non deeſſe. Ideo enim ait, *diligenter*, quaſi ſoliciti ſimus, ne immunitas culpæ nobis poſſit obrepere. Hæc ille. Væ nobis, quanto ſtudio, cura, & artificio peccata, & cum peccatis infernum ipſi nobis architectamur? Emphaticè dicitur, *ab adoleſcentia ſua*. nam, vt D. Ambroſ. obſeruat *cap. 21.* de Noe, & arca: Ex illa ætate creſcit malitia. diligẽtia enim, & ſtudium peccandi incipit à iouentute, vt puer quaſi infirmus peccet; iuuenis tanquam improbus, qui ſtudioſè cupiat peccata committere, & in criminibus glorietur; creſcit ergo cum ætatibus culpa, &c.

*S. Bern. Temere de alijs iudicare.* — Procop. — *Quomodo aliorum mores ſunt obſeruandi.* — S. Bern. — S. Ambroſ. — *Studium hominis ad peccandum.* — S. Ambroſ. *Creſcit cum ætate delictum.*

6. Procopius ſubtiliter admodum eruit ex his verbis, Domini ſententiam in poſterum ſtatuentis, hominis adoleſcentiam, quippe quæ ſit officina malorum omnium, longe fore breuiorem quàm antea fuerit, nec proinde longæuitate ſua mortales in tantam malitiam deuenturos, vt vniuerſali alio egeant diluuio. Prænoui (ait) poſterorum iuuentutem ad delicta fore labilem, & præcipitem. Cæterùm ea ad malum procliuitas non durabit omnibus vitæ diebus, ſicut ante diluuium. Non poſthac inducam vniuerſale diluuium: veniam, & quidem breuẽ dabo iuuenturi propter ætatis lubricitatem. Rectè Procopius. Nam priore illa ætate cùm longiſſimam vitam homines viuerent, conſequenter adoleſcentia multos in annos protendebatur; quæ cùm ſit tam procliuis ad malum, tam lubrica in lapſus, tam habilis ad excogitanda facinora, tam vehementibus exæſtuet peſſimarum appetitionum ardoribus: reliquum erat, vt multos per annos exercita ſtudio delinquendi adoleſcentia in conſequentes ſubinde ætates inueteratam peccandi conſuetudinem tranſmitteret; atque adeò ad ſexcentos, octingentos, nongentos, ac prope mille annos peccator quiſpiam vitam in omni facinorum genere conſumptam producens, tam execrãda vitiorum colluuie ſcateret, vt non niſi aquarum diluuiis eſſet expiandus. Nunc igitur adoleſcentiæ tempus præciditur, termini coarctantur; anguſtior fit illa ætas à qua in cæteras peccatorum eluuies redundat; nec diuina iuſtitia irritabitur ad iterandam diluuij vindictam. *Nequaquam vltrà maledicã terræ propter homines.* Oſtendit (inquit D. Ambr.) quòd alleuet magis ærumnas hominum quam ingrauet, ſciens quòd penitus peccata hominum auferri non queant. Ipſe quidem nouit figmentum noſtrum, eòque ſpectato aliqualem excuſationem obtendit noſtris vitiis: quæ tamen ferè nulla modò eſt, poſtquam Deus ipſe noſtram ſuæ diuinitati carnem aduniuit. Iam nunc abolita omni maledictione, benedictionibus repleta eſt cæleſtibus terra noſtra; ex qua prodiit virgo Maria, & flos Virginis Ieſus Dominus noſter. Atque vt vel ab hoſtili, & impuro pectore (perquam tamen piè, ac verè) dicitur: Celebrari nequit allata nobis per Chriſtum benedictio, quin ſimul occurrat, quàm honorificè Mariam ornauerit Deus, qui vnigeniti Filij ſui matrem eſſe voluit. Felix Maria, quæ Dei promiſſionem amplexa, ſibi, totique mundo ſalutem concepit, ac peperit. Ita Caluin. *in harmon. Euangel. in 1. Luc.* Quis ſperaret ab hoc Antichriſto tantam de matre Chriſti laudationem? Scilicet tunc ſui compos, & ſobrius erat, qui paulo pòſt bacchico agitatus ſpiritu blaſphemiis in cultum & honorem matris Dei expumat. Sed à puriore pectore illud prodidit S. P. Dam. *ſerm. 3. in nat. virg.* Quid vitij in eius mente vel corpore vindicare ſibi potuit locum, quæ plenitudini totius diuinitatis meruit eſſe ſacrarium? Meritò B. Maria dicitur parens parentis, fons fontis viui, origo principij; quia ille ex ea prodiit per materiam carnis, qui caput eſt & initium omnium rerum per eſſentiam Deitatis. Illa eſt feneſtra cæli, ianua paradiſi, tabernaculum Dei, ſtella maris, ſcala cæleſtis, per quam ſupernus Rex humiliatus ad ima deſcendit; & homo, qui proſtratus iacebat, ad ſuperna exaltatus appendit. Sic P. Dam. *Nequaquam* (ait Dominus) *vltrà maledicã terræ propter homines*; hoc eſt: alterum aquarum diluuium non erit; quare id quidem Domine? propter homines. An quia probi, iuſti, continentes, innocentes erunt? Senſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt. Ergo eam ob cauſam nouis inſuper diluuiis excindantur, vt merentur. Imò (inquit) quia mali erunt, mitiùs cum illis agam; non timore, ſed amore illos continebo in officio; nec tam iuſtitiæ meæ, quàm miſericordiæ magnitudinem demonſtrabo. O ineffabilem (exclamat hoc loco Chryſoſt.) tolerantiæ excellentiam! vt ne putemus quòd ideo hanc promiſſionem fecerit, quia ipſi iam in melius ſe conuerterint, inquit: quia in malum proni ſunt. rara miſericordiæ ſpecies; quia video malitiam increſcere, propter hoc promitto me non vltrà maledicturum terræ.

*Adoleſcentia ætas præciditur.* — Procop. *Adoleſcentia in vitia præceps.* — S. Ambroſ. *Excuſatur à Deo peccator.* — *B. Maria laudatio.* — Caluin. — S. P. Dam. — *Rarum miſericordiæ diuinæ exemplũ.* — S. Chryſ.

7. *Cunctis diebus terræ, ſementis, & meſſis frigus, & æſtus: æſtas, & hyems. Nox & dies non requieſcẽt, &c.*] Promittit Dominus ſtabilem & tranquillum mundi ſtatum, qui per diluuium cõfuſus fuerat; erunt igitur, vti priùs, anni tẽpora, tẽporúmque viciſſitudines ad fructus terræ proferendos: ſtata lex erit diei, ac noctis. Pulchrè hìc D. Aug. *q. 25. in Geneſ.* adiungit: Quæ ſecundùm largitatem bonitatis ſuæ donat hominibus indignis. Egregiè cunctant hæc omnia: ſed non eſt, quòd hinc ſibi temere ſecuritatem homines aucupentur, non vltrà (inquit Dominus) maledicam terræ, ſicut feci; nimirum vniuerſali diluuio inducto, quo totum genus humanum abſumãtur: nam de diluuiis, atque excidiis, ad vnam, v.g. prouinciam, aut vrbem, aut certos homines, inuehendis nulla fit promiſſio.

*S. Auguſt. Deus miſericors erga indignos.*

Quod

S. Ambroſ. Securitas peccatoris compellitur.

Quod à D. Ambroſio ſic eſt animaduerſum: Non adiiciam maledicere terræ,&c. ideſt, quia pietatem ſuam circa vniuerſitatem hominum voluit declarare, & tamen ſecuritatem & negligentiam quandam mentibus humanis afferre non debuit,in paucos vindicat, plures reſer- A uat. Poſtremò egregia eſt illa obſeruatio D. Auguſtini ad hunc locum: Hic Teſtamenti noui indulgentia figurata eſt, & præterita vitio ad vetus pertinet Teſtamentum; hoc eſt, illud ad legis ſeueritatem, hoc ad gratiæ bonitatem.

S. Auguſt. Vetus & nouum teſtamento figurata.

## CAPVT NONVM.

1. BEnedixítque Deus Noe & filiis B eius. Et dixit ad eos:Creſcite, & multiplicamini,& replete terram.

2. Et terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ,& ſuper omnes volucres cæli,cum vniuerſis quæ mouentur ſuper terram: omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt.

3. Et omne, quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia;

4. Excepto,quòd carnem cum ſanguine non comedetis.

5. Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarũ beſtiarum:& de manu hominis,de manu viri & fratris eius requiram animam hominis. C

6. Quicumque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.

7. Vos autem creſcite & multiplicamini,& ingredimini ſuper terram, & implete eam.

8. Hæc quoque dixit Deus ad Noe,& ad filios eius cum eo: D

9. Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum,& cum ſemine veſtro poſt vos:

10. Et ad omnem animam viuentem, quæ eſt vobiſcum, tam in volucribus quàm in iumentis & pecudibus terræ cunctis,quæ egreſſa ſunt de arca, & vniuerſis beſtiis terræ.

11. Statuam pactum meum vobiſcum, & nequaquam vltrà interficietur omnis caro aquis diluuij,neque erit deinceps diluuium diſſipans terram.

12. Dixitque Deus: Hoc ſignum fœderis quod do inter me & vos,& ad omnem animam viuentem, quæ eſt vobiſ- E cum in generationes ſempiternas:

13. Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me & inter terram.

14. Cúmque obduxero nubibus cælum,apparebit arcus meus in nubibus.

15. Et recordabor fœderis mei vobiſcum, & cum omni anima viuente quæ carnem vegetat:& non erunt vltrà aquæ diluuij ad delendum vniuerſam carnem.

16. Eritque arcus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis ſempiterni quod pactum eſt inter Deum & omnem animam viuentem vniuerſæ carnis quæ eſt ſuper terram.

17. Dixitque Deus ad Noe: Hoc erit ſignum fœderis, quod conſtitui inter me & omnem carnem ſuper terram.

18. Erant ergo filij Noe, qui egreſſi ſunt de arca,Sem,Cham,& Iapheth:porrò Cham ipſe eſt pater Chanaan.

19. Tres iſti filij ſunt Noe: & ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum, ſuper vniuerſam terram.

20. Cœpítque Noe vir agricola exercere terram,& plantauit vineam.

21. Bibénſque vinum inebriatus eſt,& nudatus in tabernaculo ſuo.

22. Quod cùm vidiſſet Cham pater Chanaan, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nunciauit duobus fratribus ſuis foras.

23. At verò Sem & Iapheth pallium impoſuerunt humeris ſuis,& incedentes retrorſum, operuerunt verenda patris ſui: faciéſque eorum auerſæ erant, & patris virilia non viderunt.

24. Euigilans autem Noe ex vino, cùm didiciſſet quę fecerat ei filius ſuus minor,

25. Ait: Maledictus Chanaan,ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.

26. Dixítque: Benedictus Dominus Deus Sem,ſit Chanaan ſeruus eius.

27. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem,ſítque Chanaan ſeruus eius.

28. Vixit autem Noe poſt diluuium trecentis quinquaginta annis.

29. Et impleti ſunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum: & mortuus eſt.

## SECTIO PRIMA.

*Benedixítque Deus Noe & filiis eius. Et dixit ad eos: Creſcite, & multiplicamini, & replete terrã. Et terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cæli, cũ vniuerſis quæ mouentur ſuper terram: omnes piſces maris manui veſtræ traditæ ſunt. Et omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia.*

*Generatio, nõ ſcortatio eſt benedictio Dei.*

1. BENEDICTIO Dei eſt fœcundos reddere homines, prolique gignendæ idoneos præſtare; non autem libidinari, carniſque concupiſcentiis ac turpitudinibus inſeruire; imò hac intemperantia proles impediri ſolet. Ac fuit quidem huiuſmodi benedictio conceſſa primo homini Adamo, primæque mulieri Euæ, quorum proles tam latè fuséque per orbem propagata, & infinitis infecta ſceleribus periit diluuio (vnum ſi excipias Noe cum vxore, tribus filiis, totidémque mulieribus:) poterat ergo timeri, ne fortè adempta ſit per peccatum humani deinceps generis propagatio. Hoc metu anxium Dominus Noemum ſolatur, & recreat; benedictionem eandem qua potitus Adam fuerat, impertiens; vtpote, qui ſemen (ait Theodor.) eſſet generis humani, & radix naturæ, atque ſecundus Adam; Illo etiam longè felicior, quòd Noemi poſteritas, nunquam ampliùs ſit diluuiis abſumenda; quinimò viris ſanctiſſimis, & quòd ſupra omnem felicitatem eſt, Ipſo Deo homine, eiúſque virgine matre demũ nobilitãda. Cæterùm de benedictione fœcũditatis in ſuperioribus abũdè diſſeruimus.

*Theod.* *Felicior Noe quàm Adam in prole.*

2. *Terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animantia.*] Hæc (vt vocat D. Ambroſ.) prærogatiua poteſtatis in cæteris animantibus homini attributa eſt, ſed per peccatum valde imminuta, nunc iterum reſtituta, non in integrum tamen; ſed qualis illa ſit, refert dominium, quo primus homo in ſtatu innocentiæ potiebatur; viget enim adhuc natura quidam inſitus animantibus terror ab homine. Reformidant (inquit Theod.) vniuerſa animalia etiam ipſam hominis vmbram ſiue natatilia, ſiue terreſtria, ſiue volatilia. Et quod amplius eſt, vel ipſæ feræ ad hominis conſpectum fugiunt, abdúntque ſeſe in latebras, timent retia, laqueos, inſidias hominis: ad vocem humanam, mináſque trepidant, & conſternuntur; non ſæuiunt in hominem niſi aut laceſſitæ, & malo inſuper illato irritatæ, aut fame furoréque alio panatico concitatæ. Hac tam inſigni prærogatiua, vt primus poſt diluuium, ſic perfectiſſimo quodam pacto donatus eſt Noe ob inſignem, qua eminebat, virtutem; quod à D. Ambroſ. obſeruatur his verbis: Noemum ſupra terrena omnia cõſtituit Deus, quippe in periculis fuerat approbatus, & examinatus in paſſionibus, & repertus, quòd in confuſione non fuiſſet obnoxius paſſioni. Sic Ambr. Porrò dicitur hominibus: Terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animantia; quę quidem, vt rationis expertia ſunt, ita non tam amore, quàm timore ducũtur: res quippe Dei ratio eſt (inquit Tertull.) quam brutæ animantes non acceperunt, & quam maximè homines immortali mente præditi, propriam ſibi quaſi ab ipſomet Deo hauſtam poſſidet, ex quo fit, vt potiùs amore, quàm metu regantur. Bene ille apud Tragicum: Timeri decet Cæſarem; at plus diligi. Sed pręſtat hac de re adire D. Greg. qui *lib.* 21. *moral. cap.* 10. ad illa verba Iobi: *Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus eſt, & formauit in vulua vnus?* cap. 31. ſic edidiſſerit. Noe & filiis eius dixit Dominus: Terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ. Non enim (ait) ſit ſuper homines, qui futuri ſunt, ſed ſit ſuper animalia. Homo quippe animalibus irrationalibus, non autem cæteris hominibus natura prælatus eſt; & icirco ei dicitur, vt ab animalibus, & nõ ab homine timeatur: quia contra naturã ſuperbire eſt, ab æquali velle timeri. Ita Greg. Atque vtinam hanc tanti Pontificis addiſcerent viri principes

*S. Ambr.*

*Theod.* *Animantium terror ab homine.*

*S. Ambroſ.* *Virtus Noe donatur à Deo.*

*Tertull.* *Homo amore, peruſ timore ducitur.*

*S. Greg. Iob 31.*

*Homo non hominibus, ſed beſtiis prælatus à natura.*

ſententiam ne tyrannico ritu deſæuirent in ſubditos; maioréſque Prælati hinc cauerent dominari in gregem ouiũ Chriſti. Vno verbo tumorem omnem deprimerent, cùm ex dignitatis altitudine ſupra cæteros euehuntur, ſi meminerint (vt cõſueuerat S. Iob) homines ſe, nec quicquam elatius eſſe, qui hominibus imperant, & ab hominibus adoratur. Hinc eſt enim (adiũgit Greg.) quòd primus paſtor Eccleſiæ, cùm adorante ſe Cornelio, ſuper ſe ſibi honorem videret oblatũ, ad æqualitatem conditionis ſuæ citiùs recurrit, dicẽs: *Surge, & ego ipſe homo ſũ*, Act. 10. Quis enim neſciat, quòd conditori ſuo homo debeat, & non homini proſterni? Quia ergo humiliari ſibi, pluſquam debuit, proximum vidit, ne vltra humanitatis metas mens intumeſceret, eſſe ſe hominem recognouit; quatenus illati ſibi honoris elationẽ frangeret, ex conſiderata æqualitate cõditionis. Hinc Propheta Ezechiel, cùm ad videnda ſublimia rapitur, Filius hominis vocatur: vt ductus ad cæleſtia hominem ſe eſſe meminerit. At ſi eum diuina vox verbis apertioribus admoneat, dicẽs: Memento quid ſis, ne de his, ad quæ raperis, extollaris; ſed altitudinem reuelationis tempera memoria conditionis. Hæc Greg. Optimè S. P. Dam. *ſer.* 3. *nat. in Virg.* Quãto maior es, humilia te in omnibus. Quid n. maius matre Dei? Quid humilius ancilla Domini? Ecce ancilla Domini, &c.

*Superbia perſtringitur in iis qui regunt.*

*S. Greg.*

*Act. 10.*

*Homo ſe agnoſcens humiliatur.*

*S. Petr. Dam.*

3. Rectè quidem omnia procederent, ſi princeps, ſi Dominus, ſi prælatus nõ quærat, quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti: dum enim ſibi, non Deo, ſtudet, ac blanditur; neceſſe eſt, vt temerè, ſuperbè, crudeliter omnia moliatur. Quapropter D. Aug. *q.* 79. & *q.* 83. In hanc ſententiam ita grauiter proloquitur: Vnaquæque anima tanto eſt pietate purgatior, quanto priuato ſuo minùs delectata Deũ intuetur, eíque obtemperat: quanto autem priuato ſuo ampliùs gaudet, & neglecto Deo, ipſa ſibi, vel aliis vult eſſe pro Deo, ſuã potiùs in ſe, vel alios, quàm illius in omnes diligẽs poteſtatẽ; tanto eſt ſordidior, &c. Deplorat effuſam ſuo tempore ambitionem S. P. Dam. Quam vereor noſtro etiam ſeculo effuſiorẽ. Sic ſcribit vir ſanctiſſimus ad Papã Greg. VI. *Epiſt.* 2. *tom.* 1. *Epiſt.* Pro peccatis noſtri Clerici digni Epiſcopatus officio in noſtris partibus non inueniuntur. Omnes enim quærunt, quæ ſua ſunt, nõ quæ Ieſu Chriſti: auaritiæ quippe, & elationis igne ſuccenſi ambiunt quidem ad ſacerdotium promoueri, ſed non ſtudent digni ſacerdotio fieri. Præeſſe inhiant, prodeſſe nõ curant. Sic Dam. Quòd ſi penuriam ſacerdotum, qui ad Epiſcopatũ euehantur, facit ambitio, & auaritia: eo quòd tam ſacroſancta dignitate reddat indignos: quàm raritus hac ætate inuenietur, qui dignus promoueatur: cùm Epiſcopatus tã effuſo ambitu petuntur? Quòd ſi vtrinque Deus ante oculos habeatur; profectò & maiores, & minores, illi imperando, iſti parendo caritatem mutuam (vt decet Chriſtianam gentem) obſeruarent. Multum enim (ait D. Ambroſ. *Epiſtol. ad Demetr.*) ad roborandã dilectionem valet, cùm amãt ſeruire ſubditi, & neſciunt tumere prælati; & ſublimes non ſuperbiunt de claritate proſapiæ, & pauperes non extolluntur de cõmunione naturę. Dulcia pro hac mutua dilectione commendenda, ſunt illa, quæ D. Bern. *lib. de paſſione Domini, cap.* 10. ſcribit: Sũt (ait) nonnulli, qui ab omnibus amari volunt, ſed nullos affectu mutuo complectuntur. Nolunt vt eorum labores & dolores alleuientur: & cùm ferantur à pluribus, ipſi nullius onera nolunt portare. Non hoc Chriſtus fecit, aut docuit.

*S. Auguſt.* *Deo, non ſibi quiſque ſtudeat.*

*S. P. Dam.*

*Ambitio in Eccleſiaſticis carpitur.*

*Caritas inter Prælatum & ſubditum.*

*S. Ambroſ.*

*S. Bern.*

*Caritas mutua commendatur.*

Portant

Portauit enim onera tua inuitans te, vt & tu onera portes illius, ideſt, vt tu paſſiones illius imiteris. Hoc & docuit, cùm matrem diſcipulo, & matri diſcipulum mutuò commendauit; nimirum nolens, vt caritas ſpiritualis ex vna parte frigida remaneret: ſed vt ſimul dormientes, ideſt, in vera & pura caritate ſimul quieſcentes mutuò calefiant; ideſt, alter ab altero ad caritatis exercitia mutuò accendantur. Sic Bernard. Ac de iiſdem non minùs ſuauiter ac piè ita Guarri. *ſerm.4.de Aſſumpt.* Decebat, vt matri Domini nō alius obſequeretur, quàm dilectus Filij: quatenus & mater ſemper ſuſpirans Filium in dilectū Filij ſuauiùs reſpiraret. Sic ille. Erat igitur Ioannes quaſi alter Ieſus ex miraculo amoris. Eſt autem

*B. Maria & Ioannes comites.*

Guarri.

*Ioannes Deipara alter Ieſus.*

B quid expendas adhuc in iſto terrore, ac tremore animantium; quibus homines ingenio rudes, vi præferoces, temeritate inſani ſignificantur, qui ſolo timore cohibentur: amorem enim irrident, rationem & conſilium aſpernantur. Quare licèt illud verè ac ſanctè dictum ſit à D. Aug. *q.23.ex 83.quæſt.* Iuſtus regens, & gubernans nullam pœnam cuiquam ſinit immeritò infligi: nullū præmium immeritò dari. Nihilominus cùm illi, quibus imperat, non vti homines ratione ducuntur, ſed vti brutæ pecudes, & iugū excutiunt, & contrà ferociūt, ac turpiter laſciuiūt; terrore ac tremore agēdum eſt. Quod quidem haud præteriit

S August.

C D. Grego. Plerunque (ait) à ſubditis etiam ſancti viri timeri appetunt, ſed quando ab iiſdem ſubditis Deum minimè timeri deprehendūt, vt humana ſaltem formidine peccare metuant, qui diuina iudicia non formidant. Nequaquam ergo præpoſiti, ex hoc quæſito timore ſuperbiunt; in quo non ſuam gloriam, ſed ſubditorum iuſtitiā quærūt. In eo enim quòd metum ſibi à peruersè viuentibus exigunt, quaſi non hominibus, ſed brutis animalibus dominātur; quaſi videlicet, ex qua parte beſtiales ſunt ſubditi, ex ea etiam debent formidini iacere ſubſtrati. Cùm verò deeſt vitium, quod corrigatur, non de excellentia poteſtatis, ſed de æqualitate conditionis gaudent, & non ſolùm ab eis metui, ſed etiam pluſquam neceſſe eſt honorari refugiunt. Neque enim leue ſe perpeti damnum humilitatis credunt, ſi ab eis

S Gregor.

*Timor agendum cum rebellibus.*

*Prælatorum humilitas.*

D pro merito fortaſſe ordinis pluris æſtimentur. Hactenus D. Greg. Similia inculcat 2. *p. Paſtoral. cap. 6.* Nemo autem ex hac doctrina, quæ optima eſt, eliciat argumentum contra Eccleſiæ Pōtifices, quorum ſumma eſt in ſtatu ſuo maieſtas; & quidem meritò. Nam ea noſtrorum eſt temporum iniquitas, vt externo potiùs ſplēdore dignitatis, quàm aut ipſius ſanctitate, aut ipſa fungentium moribus, pietatéque ducamur. Nunc enim, quod iam ſua ætate deflebat D. Ambroſ. *Epiſt. ad Demetriad.* Plus tribuitur magnis opibus, quàm bonis moribus. Profectò ſi apud homines tantū valeret nūc ſanctitas morū, quantū

*Cur maieſtas Prælatorum licita ſit.*

S. Ambroſ.

E valebat primæuo Chriſtianæ gentis ſeculo: Eccleſiæ prælati non aliunde, quàm à vitæ ſuæ probitate ornamentum ſibi, autoritatémque aſciſcerent. Sed quia inter Catholicos non pauci, & omnes vniuerſim hæretici, atque infideles, beſtiæ, feræque ſunt ſtoliditate ſenſuum, & ſæuitia inhumanitatis: neceſſe omnino fuit, vt apparatus, vt opes, vt potentia, vt maieſtas eccleſiaſticæ dignitati accederet: atque vtroque Eccleſiæ gladio (duos enim à Chriſto Domino accepit) militans, & ſceleſtos homines puniret, & ſcelera ipſa excinderet. Dictum eſt enim à Domino non tantùm Noe, ſed ſummo Pontifici,

*Papa ductor ad ſalutem.*



A arcæ Chriſtianæ, hoc eſt, ſalutis, quia in ſola ſaluantur animæ, ductori & nauclero: Terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animantia.

4. Delicatè admodum ſubnotauit Gloſſ. Ordin. Homo in terrorem cæteris animalibus præponitur, in ſolatium tranſactæ vindictæ. Scilicet tam dulce homini eſt dominari, etiam in pecudes (quanto dulcius in homines?) vt tam inæſtimabile diluuij diſpendium vno dominandi in pecudes compendio compenſetur. Quia verò brutæ animantes bis homini aſtrictæ debito ſunt, non immeritò dictum eſt Noe, & filiis, ac toti deinceps humano generi: Terror veſter ſit ſuper cuncta animalia. Imò, & vt infrà vi-

Gloſſ.

*Dulce eſt dominari.*

B debitur: Erunt vobis in cibum. Quod hiſce verbis adnotauit Rupertus. Porrò hæc homini poteſtas ſuper cuncta animalia, nunc iure accreuit. Nam & tunc propter hominem condita, & nunc propter hominem reſeruata; duplici ex cauſa hoc ipſum, quod ſunt, homini debent. Sic Abbas. Alio ex capite prouenire hunc ſuper animantia terrorem hominis philoſophatur Caiet. & quidem ſubtiliter. In principio (ſcilicet) quando creatus eſt homo, datus eſt homini dominatus animalium; modò datur ei territatio animalium: ad inſinuandum, quòd in ſtatu innocentiæ fuiſſet dominium pacificum, modò autem dominium terribile. Sic ille. Nempe in

Rupert.

*Homini ſubdita animalia ſunt duplici ex cauſa.*

Caiet.

C ſtatu innocentiæ vltrò placidéque animantia hominis parerent imperio: nunc autem non niſi coacta, territando, reguntur. Inter myſticos ſenſus, qui ex hoc loco eruuntur, ille non eſt contemnendus, quo ſignificatur iuſtus paſſionum efferatarum domitor: quem D. Ambroſ. *cap. 14. lib. de Noe*, luculenter ſcribens, inter alia hoc adiungit. Domatis igitur non ſolùm terrenis omnibus paſſionibus, ſed etiam ſenſibus corporalibus beſtias quoque ſibi quodam terrore ſubiicit, & timore, in quibus ſpecies videtur eſſe malitiæ, atque feritatis. Immitis enim, & agreſtis omnis malitia inflatur aëreo quodam tumore. Nec illud obſcurum, quod reptilia quædam lethalium quandam habent ſpeciem paſſionum, à quibus venenum quoddam menti vi-

S. Ambroſ.

*Iuſtus paſſionum domitor.*

D detur infundi. Omnibus ergo his imperat iuſtus. Sic Ambroſ. In his demum euincendis & perdomandis belluis mortificatio Chriſti inſudat. Illa omnium maximè debet comprimi, & euinci, quæ prima in reatu fuit, nimirum ſuperbia. Sit in exemplum humilitatis virgo illa, quæ (autore S. P. Damian. *ſermon. 3. in nat. Virg.*) tanto apud Deum faſtigio creſcere meruit, quanta ſe apud ſeipſam humilitatis deiectione ſubſtrauit.

S.P.Dam.

5. *Omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum.*] D. Chryſ. *homil. 27.* & Theod. *quæſt. 55.* aliique cenſent ante diluuium hominibus licitum veſci carnibus: ſed ad maiorem temperantiæ

S Chryſ.

Theod.

*Cur, & cui Deus conceſſit eſum carnium.*

E laudem Sethi poſteros ab illarum eſu abſtinuiſſe. Alij omnino id inficiantur. Nunc autem poſt diluuium debilitata vi telluris, ad plantarum fœcunditatem, atque hominum ipſa natura valde infirma, nimirum viuido illo ſuo primæuóque vigore, per diluuium imminuto, volens omnipotens Deus hominum vitæ ac ſaluti conſulere, liberè conceſſit carnium edendarum vſum, non aliter, atque olerum. Quo tamen priuilegio plerique viri ſanctiſſimi licitè ſanctéque vti noluerunt, vt paſſiones carnis pinguiore illo, ac ſapidiore cibo vehementiùs ebullientes perdomarent. Vti etiam Dei catholica Eccleſia,

*Ieiunium ab Apoſtolis inſtitutum in quadrageſima.*

à ſuo primo paſtore Petro, aliíſque Apoſtolis edocta certis anni diebus, qualis eſt Quadrageſima, à carnibus abſtinet: quicquid interim latrent, & indignentur hæretici, macelli canes, ventri abdominique, & conſequenter gehennæ incendiis nati. Cæterùm de hoc ſactoſancto tempore, quod nunc agimus, dum hæc commentamur, illud nunc dixerim, cum D. Petro Chryſol. *ſerm.* 12. Dedimus corpori annum, demus animæ dies. Viuamus Deo paululum, qui ſeculo viximus totum. Et illud eiuſdem *ſerm.* 11. Nemo quaſi concreatis ſibi vitiis obſequatur: & quod eſt criminis, eſſe putet naturæ. Sed ſumat cum Christo arma ieiunij, criminum propellat impetus. Audi quoque de quadrageſimali tempore differentem S. Cyrill. Hieroſ. *procatech.* Tot annorum circulos tranſegiſti, mundo fruſtrà operam nauans: & quadraginta diebus non vacabis pro anima tua? Sic ille. Ac triplex quidem conſiderari poteſt hominum ſtatus, tripléxque alimentorum genus. Nimirum in ſtatu innocentiæ, in quo veſcebantur homines arborum pomis: manu ſcilicet, vt corpore animóque erant ſurrecti, ex alta arborum penu cibum captabant. Deinde in ſtatu peccati, vbi animo deiecti ſunt in ignominiam abiectiſſimam culpæ, facti ſimiles iumentis in terram vultu proiectis, conſequenter ad excolendam terram laborando, & ſubdando damnati panem ſibi conquirebant. Et quia etiam tunc vires abundabant, ſatis humanæ vitæ videbantur poma frugéſque alendæ. At in tertio ſtatu poſt diluuium, vbi labor excolendi terram ſæpiùs humanis ſudoribus renitentem, maior acceſſit: roborandis humani corporis viribus, attributus eſt robuſtior carnium cibus. Sed præſtat hoc ipſum audire ex Nouatiano *Epiſt. de iudæc. cib.* Cibus (inquit) primus hominibus ſolus arborum fuit fœtus, & fructus: nam à pomis vſum, poſtea ad fruges contulit culpa, conditionem conſcientiæ, ipſo ſitu corporis approbante. Nam & innocentia decerpturos alimenta ex arboribus adhuc ſibi bene conſcios homines ad ſuperna ſurrexit: & commiſſum delictum, ad conquirenda frumenta, homines terræ, ſolóque deiecit. Poſtea etiam vſus carnis acceſſit, diuina gratia humanis neceſſitatibus competentia ciborum genera, prorſus opportunis temporibus, porrigente. Nam & teneros, & rudes homines alere debebat mollior cibus, & non ſine labore confectus, ad emendationem ſcilicet, ne iterum liberet delinquere, ſi innocentiam impoſitus labor non admoneret. Et quia iam non paradiſus cuſtodiendus, ſed mundus totus fuerat excolendus, robuſtior cibus carnis nſſertur, vt ad emolumenta culturæ plus aliquid humanorum corporum viribus adderetur. Hæc omnia gratia & diſpoſitione diuina, ne aut minùs redderetur robuſtior cibus, quo referti ad opera marceſcerent, aut amplius tenerior, quo pro modo virium oppreſſi ferre non poſſent. Hæc ille.

*Quid maximè præſtandum in quadrageſima?*
S. Petr. Chr.
S. Cyr. Hie.
*In triplici ſtatu triplex alimentum.*
Nouat.
*Ciborũ qualitas pro neceſſitate.*

6. *Quaſi olera virentia tradidi vobis omnia.*] D. Ambroſ. *lib. de Noe, cap.* 25. intelligit parſimoniam, & quandam quaſi moderationem in carnium eſu commendari, cùm carnes oleribus comparantur; quis enim hominum oleribus ſe ingurgitat, imò non potiùs parcè, & ad leuem quandam voluptatem, vel neceſſitatem maximè veſcitur herbis? Vtamur igitur (inquit) qui vtimur carne, tanquam oleribus, non ad diſtentionem, nec ad aruinam corporis quam, epulæ carnis facere conſuerunt: licèt hic quoque proceſſerit luxuria, vt magis delectationi conſulat, quam periculo. Fortaſſe in hoc etiam commendatur temperantia edendi carnes ſicut olera, non tam ad captandam voluptatem, quàm ad vitæ ſanitatem. Eleganter enim D. Auguſtin. 10. *Confeſ. cap.* 31. Deum alloquens dixit: Hoc me docuiſti, vt quemadmodum medicamenta, ſic alimentum ſumpturus accedam. Nempe multa eſt in oleribus vis medicandi, ob quam frequentiùs eduntur. Monet igitur Eccleſ. 37. *Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam; in multis enim eſcis erit infirmitas.* Vnde D. Ambroſ. *Epiſt.* 82. Vtamur ergo temperantiæ naturali cibo, pro remedio parciùs, non pro deliciis redũdantiùs; propter infirmitatem, non propter voluptatem. Idem ferè inculcatur à D. Auguſt. *lib. de moribus Eccleſ. cap.* 21. Habet vir temperans in rebus huius vitæ regulam, vt ad vitæ huius, atque officiorum neceſſitatem, quantum ſatis eſt, vſurpet, vtentis modeſtia, non amantis affectu. Ingluuies edendi ſemper quidem, vel apud exteras à fide Chriſtiana gentes infamis extitit: quo vitio inter cæteras turpitudines, imò illarum omnium radice, laborauit Iudaicus populus: de quo diſertiſſimè Tertull. *li. de ieiun. cap.* 5. ita ſcribit. Primus populus, primi hominis inſculpſerat crimen, pronior ventri, quàm Deo, deprehenſus, cùm de duritia Ægyptiacæ ſeruitutis valida manu Dei ereptus, terræ melle, & lacte mananti deſtinatus; ſtatim ſaturitatis Ægyptiæ detrimenta ſuſpirans; quando ſuper ollas carnium ſedebamus, &c. *Exod.* 16. Pepones, porri, cepe, & allia, allium potiùs, & cepe, quàm cælum, fragrare malebant. Sic Tertull. Non inuenuſta eſt illa ratio, quam Theod. & Procopius aſſignant, cur edendi carnes, atque adeò cædendi, mactandíque animalia, hominibus à Deo libera fiat facultas, & offerendi cæſa, combuſtaque ad aras Deo ipſi propitiando iniunctum præceptum. Quia (inquit Procopius) ſciebat Dominus exoriturum errorem, vt bruta animalia diuino colerentur honore; quare, vt gliſcenti, quaſi iam idololatriæ obuiam procederet, de animalibus victimas capit, alia mactari & edi præcipit, ſperans fore, vt ſic illa deſpectui habeamus, nec diuinos ipſis deferamus honores. D. Chryſ. exiſtimat ob rationem ſacrificiorum datam eſſe homini facultatem edendi carnes animalium, quæ immolabantur; ſic enim inſit. Hic eſt initium edendi carnes, non vt nos ad ventris ingluuiẽ paret, & inſtruat; ſed quia ex ipſis erat Noe ſacrificaturus, & Deo gratias acturus; vt ne videamur, quaſi ab execratis abſtinere; idcirco edendi carnem concedit facultatem, & valde ſecuros reddit. Vides ex doctrina Chryſoſtomi, vt primæ carnes, quæ in eſcam fuerunt homini, priùs oblatæ in ſacrificiis Deo, atque adeò ſanctificatæ extiterint, ex quo ſecuros homo potuit cibos ex carnibus ſumere; quæ Deo litatæ, & ab eo ſanctificatæ fuerant. Denique Procop. contendit iam ab initio mundi conceſſum hominibus veſci carnibus. Satis enim (inquit) manifeſtum eſt Abelem manducaſſe carnes, cùm ouium ſacrificiis placaret Dominum: nequaquam eas hoſtias obtuliſſet Domino, ſi earum vſum vt vetitum eſſet abominatus. Deinde non iuſtus foret, ſi guſtaſſet cibos à Deo prohibitos. Sic ille. Non video, cur ſententia Procopij non habeatur probabilis.

*Parcè veſcendum carnibus.*
S. Ambroſ.
S. Auguſt.
*Cibus, vt medicamentum, ſumatur.*
Eccleſ. 37.
S. Ambroſ.
*Temperantia in edendo.*
S. Auguſt.
*Iudæorum ingluuies.*
Tertul.
Exod. 16.
*Improbi mucant carnium, non cælum.*
Theod.
Procop.
*Animalia mactanda, non adorãda.*
S. Chryſoſt.
*Carnes primò comeſta ex ſacrificiis.*
Procop.

SECTIO

## SECTIO II.

*Excepto, quòd ſanguinem cum carne nō comedetis. Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum: & de manu hominis, de manu viri & fratris eius requiram animam hominis. Quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.*

1. MOdus comedendi carnes ſignificatur, vt primò animal mactetur, deinde iuguletur, demum coquatur, aſſetúrve: prohibetur autem ſanguinis eſus, vt nec viuum, nec ſuffocatum, nec morticinum animal adhuc ſanguinem in ſe habens comedatur; nec ipſemet ſanguis aut liquidus, & potabilis, aut coagulatus in eibum ſumatur. Hoc præceptum ab Apoſtolis *Act.* 15. renouatum eſt, de non edendo ſanguine, & ſuffocato; at iam pridem, aut permittente Eccleſia, aut per non viſum, imò contrarium morem omnino eſt abrogatum. Mirabitur fortaſſe aliquis quid ſit, cur Dominus ante diluuium hominibus, nec de ieiunio, nec de quorundam eiborum exceptione quicquam præſcripſerit, at poſt diluuium vetuerit edere ſanguine adhuc turgidum animal; & in lege Moyſis plura, quæ dicebantur immunda, interdixerit animantia? Nulla plane facilior, atque elegantior, quàm quę à Tertul. *lib. de ieiun. ca.* 4. & 5. traditur; occurrit in præſentia mihi ratio. Reſpondemus (ait) non competiſſe onerari hominem aliqua adhuc abſtinentiæ lege, qui cùm maximè tam leuem interdictionem vnius ſcilicet pomi tolerare non potuit: remiſſum itaque illum libertate ipſa corroborandum. Atque poſt diluuium, in reformatione generis humani ſuffeciſſe vnam interim legem a ſanguine abſtinendi, permiſſo vſu cæterorum. Iam enim iudicium Dominus oſtenderat per diluuium; adhuc etiam comminatus fuerat, per exquiſitionem ſanguinis de manu fratris, & de manu beſtiæ. Omnis itaque iuſtitiam iudicij præminiſtrans, materiam libertatis emiſit, per veniam ſupparans diſciplinam, permittens omnia, vt demeret quædam, plus exacturus, ſi plus commiſiſſet, abſtinētiam imperaturus, cùm indulgentiam præmiſiſſet, quo magis primordiale delictum expiaretur, maioris abſtinentiæ operatione, in maioris licentiæ occaſione. Denique vbi iam, & familiaris populus allegi Deo cœpit, & reſtitutio hominis imbui potuit, tunc leges diſciplinæ omnes impoſitæ, etiam quæ decerperent victum, ademptis quibuſdam veluti immundis, quo faciliùs aliquando ieiunia tolerarer homo, perpetua in quibuſdam abſtinentia vſus. Hæc Tertul. Quod ſi Hæbræis in lege carnis, ea fiebat exceptio carnium de immundis animantibus edendarum, vt perpetua illis aliquo ſaltem pacto abſtinentia iuberetur: quidni in lege ſpiritus iam inde ab Apoſtolis in hebdomada diebus aliquot, atque præcipuè Quadrageſima, & aliis ab Eccleſia inſtitutis feriis, non abſtinendi tantùm à carnibus præceptum, ſed ieiunandi quoque præſcribatur, vt domitis corporis appetitionibus, debilitatáque ſenſuum delectatione, ſpiritus in virtutis ſtudio, & rerum diuinarum amore vehementiùs roboretur; maximè verò intendatur orandi feruor, qui ieiuniis excitatur, epulis autem elangueſcit. Quod quidem à Tertul. *cap.* 6. ſubinde obſeruatur. Conſcientiam (inquit) communem conſulamus: ipſa natura enunciabit, quales nos ante pabulum, & potū in virgine adhuc ſaliua exhibere cōſuerit, rebus dumtaxat ſenſus agendis, quo diuina tractantur, ſi multo pollentioris mentis, ſi multo viuacioris cordis, quàm cùm totū illud domicilium interioris hominis, eſcis ſtipatum, vinis inundatū, decoquendis iam ſtercoribus æſtuās, præmeditatorium efficitur latrinarum; in quo planè nihil tam in proximo ſuperſit, quàm ad laſciuiam ſapere. Sic Tertul. Itaque in ieiunio & oratione ſimul & mens ad Deum eleuatur, & immundi ſpiritus, vt ab ipſo Domino edocemur, effugantur.

*Abrogata lex de non comedendo ſanguine & ſuffocato.*
Act. 15.
Tertul.
*Deus hominis fragilitatem reſpicit.*
*Deus homini plura concedit, vt pauca exigat.*
*Ieiunium à Chriſtianis exigitur.*
Tertull.
*Ieiunium reddit corpus, & animum habilem.*
*Ingluuies grauat, & ſordeſcit.*

2. *Excepto, quòd carnem cum ſanguine non comedetis.*] Et quidem tanquam bonus medicus hominis ſaluti conſulit. Nam, vt aduertit Eucherius, morticinum ad eſcam hominum vſui non permiſit, eo quòd non occiſorum, ſed mortuorum animalium morbida caro eſt, nec apta ad ſalutem corporis, cuius cauſa ſumimus alimentum. Sed fortaſſe nihil Deo potius fuit, cùm ſanguinis alimentum prohiberet; quàm vt hominem à patrando auerteret homicidio; ne ſcilicet aſſuefactus edendo ſanguinis beſtiarum in humanum denique ſanguinem deſæuiret. Sic enim D. Chryſ. Hoc (ait) ideo facit, vt primis illis temporibus comprimat illorum impetum & propenſionem in homicidia. Et quod hoc ſit verum, quia per hos eos magis pios facere voluerit, audies quæ ſequuntur. Ita Chryſ. Quem ſenſum agnoſcens Lippomanus, adiungit: Quia ad polluendum hominem nihil agit ſanguis; eodémque modo pij eſſe poſſunt, tam qui à ſanguine ſibi temperant, quàm qui ex eo veſcuntur; videtur magis hoc mandato, omnis crudelitas hominibus interdicta, eatenus vt eam, nec in beſtia velit Deus inultam, multo minùs in proximo. Nam ſi crudeles ſimus in beſtias, & ſubinde hanc crudelitatem in hominem perpetrabimus. Sic ille. Similiter Procop. Vetat (inquit) ne crudis veſcamur: ne, dum eſu & voracitate imitamur beſtias, tandem in cædes mutuas, vt feræ, ruamus. Sic ille. D. Cyprian. *de Cœna Dom.* ſimilem huic locum à Leuit. 3. petitum expendens, videlicet: *Sanguinem animalis non ſumetis in cibū.* hanc rationem ſubiicit: Oportuit, ne ſanguini humano, ſanguis pecudum miſceretur, ne putaretur eo modo vita hominis tranſitoria; quo vita pecudum inaneſcit. Hæc Cyprian. Sed ô immenſam Dei erga homines benignitatem! Interdicit illis eſum ſanguinis pecudum, ne illo aliti degenerent in belluinos mores. At iiſdem dicit: Bibite: hic eſt ſanguis meus. Nimirum, vt D. Cyprian. adiunxit: Bibimus de ſanguine Chriſti ipſo iubente vt nos ad ſocietatem vitæ æternæ ſuo ſanguine reducat. *Excepto quòd carnem*, &c. Pulchrè Lippoman. in hoc præcepto Domini ſuauitatem imperantis, & obedientiæ, vel in tenui labore, emolumentum oſtendit ad hunc modum: Rectè ſapientiſſimus Dominus etiam ante legem ſcriptam, voluit homini imponere præceptum aliquod, etiam facillimum, & minimum, per quod ad obedientiam exerceretur, ſéque Deo ſubditum proteſtaretur; quod dum inuiolabiliter obſeruaret, cumulatiori præmio, & amplioribus beneficiis ſe dignum apud Dominum ſuum exhiberet. Sic Lippoman. Et

Eucher.
*Deus homini ſe medicum præſtat.*
S. Chryſoſt.
Lippom.
*Crudelitas hominum interdicta.*
Procop.
Leuit. 3.
S. Cyprian.
*Vita hominis non vilis, vt pecudum.*
*In Euchariſtia Dij efficimur.*
Lippom.
*Obedientia præmiis honoratur.*

quidem appoſitè: quippe cùm ſit obedientia inter cæteras virtutes, quæ miros à Deo mereatur honores ac fauores.

3. Egerat quidem Deus iudicem ſeueriſſimum, etſi iuſtiſſimum, cùm ſuperfuſo aquarum diluuio genus humanum deleuit; excepto Noe, ipſiuſque familia: ergo vt ſe demonſtret beneuolentiſſimum Dominum, qui ſeruos amore potiùs, quàm timore velit ſibi reddere officioſos ac fideles; illuſtriſſima quadam ſuæ benignitatis ſignificatione tremefactum adhuc, & cõſternatum hominem, recreare, ſolarique ſtudet; tria concedens bona ingentia; videlicet numeroſam humanæ ſobolis fœcunditatem: ſapidiores, robuſtiores, alendóque homini ſimiliores carnium cibos; ac ſecuritatem numquam in poſterum futuri diluuij. Sed ne huiuſmodi bonorum facultate abutens in laſciuiam inanémque libertatem homo efferretur; impoſuit Dominus præceptum de non comedendo ſanguine, etſi non obſeruatu difficile; quo & modeſtiam ſerui Domino magnoſcentis homo exhiberet; & abſtinendo ex obedientiæ præſcripto à cibo non quidem lautiſſimo, ſed potiùs nauſea pleno, multum apud Dominum gratiæ promereretur.

*Amore Deus hominem recreat.*

*Obedientia hominis perutilis.*

Leuit. 17. Sed adhuc quæres, cur legem, & in lege *Leuit.* 17. tam ſeuerè interdicatur à Domino eſus potúſque ſanguinis? Ratio illa citato loco affertur: quia anima carnis in ſanguine eſt: Et ego dedi illum vobis, vt ſuper altare meum expietis pro animabus veſtris, & ſanguis pro animæ piaculo ſit. Igitur, vt D. Chryſ. aduertit *homil.* 27. *in Geneſ.* carnem animalium Deus indulſit homini, quod id pertineret ad eius vtilitatem: ſanguinem autem ſibi reſeruauit in ſacrificiis immolandum. Quia (additur) anima carnis in ſanguine eſt. Ergo ſic ſtatuitur ratio. Vita animalis maximè cõſiſtit in ſanguine (vt Philoſophia, & experientia conteſtatur.) Igitur non eſt edendus ſanguis animalis, ſed vni Deo libandus. Nempe, quia cùm ſanguis vita ſit animalis, perinde eſt comedere ſanguinem, atque vitam ipſam, vel ipſum animal viuum edere; quod quidem inhumanum eſt, ac ferinum: at omnis crudelitas, imò & crudelitatis vmbra vitanda prorſus eſt homini ad amorem pietatémque nato. Deinde cùm ſolus Deus vitæ vniuerſæ Dominus ſit, illi vni ſanguis, quo maximè vita continetur, ac vita ipſa, & referri & offerri debet. Quam rationem attingit Theod. *in Leuit.* & D. Thom. 1.2.*q.* 102. *art.* 3. At quotſum primo Concilio ab Apoſtolis celebrato vetitus eſt eſus ſanguinis? *Act.* 15. poſtea verò licitus eſſe cœpit? D. Aug. *contra Fauſtum.* Ideo (inquit diſſerens hac de re) hoc factum eſt, quia eligere voluerunt Apoſtoli pro tempore rem facilem, neque obſeruantibus oneroſam, in qua cum Iſraëlitis etiam gentes propter angularem lapidem duos parietes in ſe condentem aliquid communiter obſeruarent. Tranſacto autem illo tempore, vbi Eccleſia gentium talis effecta eſt, vt in ea nullus Iſraëlita carnalis appareat, quis iam hoc Chriſtianus obſeruat? Ita omnium animos erudiuit illa ſententia veritatis, non quod intrat in os veſtrum, vos coinquinat, ſed quod exit, *Matth.* 15. Nollam cibi naturam, quam ſocietas admittit humana, ſed quæ iniquitas committit peccata, condemnans. Hæc Aug.

S. Chryſ.

*Omnis crudelitatis vmbra vitanda.*

*Vita hominis Deo referetur, & offertur.* Theod. S. Thom. S. Auguſt.

*Cur eſus ſanguinis in Eccleſia & interdictus, & conceſſus?* S. Matt. 15.

S. Iſidor.

4. Egregia illa eſt interpretatio ad myſticum ſenſum D. Iſidori, Carnem cum ſanguine manducare prohibentur homines; ne vita priſtina, quaſi ſuffocata in conſcientia teneatur, ſed effundatur per confeſſionem, quod videtur tranſlatum ex D. Aug. *lib.* 12. *contra Fauſtum, c.* 22. qui ait: Eiecto ſanguine iubentur manducare, ne vita priſtina quaſi ſuffocata in conſcientia teneatur, ſed habeat, tanquam effuſionem per confeſſionem. Quid ergo peccator ſuffocatum geris in pectore delictum, illóque morticino, ac fœtulento cibo animam tuam paſcis? Iugula, macta, ſanguinem funde, confitere ſacerdoti; quid erubeſcis? ſuffocatum pudore delictum tegitur, & fœtet in conſcientia. Ac ſunt plerique (ait Tertul. *lib. de pœnit.*) pudoris magis memores, quàm ſalutis, & ita cum erubeſcentia ſua pereunt. Rectè igitur monet D. Aug. quàm pernicioſus ſit peccatoribus pudor iſte; cùm ait *lib.* 2. *de viſitatione infirm. c.* 5. Melius eſt co. ram vno aliquantulum ruboris tolerare, quàm in die iudicij coram tot millibus hominum grauioi repulſa denotatum tabeſcere. Quam verò ſit alienum à ratione, imò & emolumento peccatoris, hac erubeſcentia ſuffocari, luculenter ſic oſtendit D. Patian. *de paræn. ad pœnit.* Peccator timebit, peccator erubeſcet perpetuam vitam pręſenti pudore mercari? Et habet aliquid, quod in illo erubeſcat, qui Dominum læſit? Porrò autem pudor iſte laudabilis eſt; cur enim non pudeat in Deum noſtrum grauia, turpia & innumera peccata committere? erubeſcat peccator, ſed confiteatur tamen, tunc enim ampliorem gratiam promerebitur; quod ſic aduertit D. Auguſt. *de vera & falſa pœnit. cap.* 10. Erubeſcentia ipſa partem habet remiſſionis; ex miſericordia enim hoc præcepit Dominus, vt neminem pœniteret in occulto. In hoc enim quod per ſeipſum dicit ſacerdoti, & erubeſcentiam vincit, timore offenſi, fit venia criminis. Quin tu, ô pœnitens, cùm ita pudibundus, ſed animoſus tamen tua dedecora confiteris; illa potiùs, quàm teipſum prodis, accuſas, pudore, infamiaque ſuffundis. Imò glorioſus, triumphantique ſimilis Deo, Angeliſque videris. Sed audi D. Greg. Naz. *Orat. in ſanct. Bapt.* Perſpicuum te facias ſeriò, atque ex animo peccatum odiſſe, dum illud tanquam contumelia dignum traducis, ac velut ludibrio exponis, de eoque triumphum agis. Denique ſapienter dictum eſt à Tertul. *lib. de pœnit.* Ego rubori locum non facio, cùm plus de detrimento eius acquiro. Ergo exhortans ad confeſſionem ait S. Cyrill. Hier. *catech.* 2. Graue malum eſt peccatum, ſed non incurabile, graue retinenti, leue per pœnitentiam abiicienti. Sic ille. Litera Hebræa obſcurior hoc loco videri poterit; habet enim אך בשר בנפשו דמו לא תאכלו *ach baſar benaphſo damo lo-tochelu.* ideſt, excepto quòd carnem in anima ſua, in ſanguine ſuo, non comedetis; vel tantum carnem in anima eius, ſanguine ipſius non comedetis. Verti poſſet: verumtamen carnem, cum anima eius, quæ eſt ſanguis eius, non comedetis. Ponitur autem ſanguis per appoſitionem, quæ familiaris eſt Hebræis figura. Noſter interpres reliquit animam, ſolúmque poſuit ſanguinem, qui quidem anima eſt animalis; hoc eſt, in quo maximè conſiſtit anima animalis; anima verò non pro forma ſubſtantiali, ſed pro vita eſt accipienda, cuius ſignificationis frequens eſt in Scriptura vſus: vt Pſal. 18. *Anima mea in manibus meis ſemper.* Ideſt, in extremo verſor vitæ diſcrimine; quod enim in manibus geſtamus, multis eſt obnoxium rerum euentibus. Item Ioann. 10. *Animam ſuam ponit pro ouibus ſuis.* ideſt, viram.

*Aperienda peccata in confeſſione.* S. Aug.

Tertul.

*Pudor confeſſionem impediens carpitur.* S. Auguſt.

D. Patian.

*Cur confeſſio ſacramentalis impoſita.* S. Aug.

*Confeſſione agit triumphum.* S. Greg. Nazianz.

Tertul.

S. Cyrill. Hieroſ.

*Anima pro vita capitur.* Pſal. 118. Ioan. 10.

5. *Sanguinem enim animarum veſtrarum requi-rã.*]Heb. ואף את דמכם לנפשותיכם ארדש מיד כל חיה ארדשנו ומיד האדם *veacheth damchem lenaphxotbechem edros, miad col chaiah edrexennu vmiad haadam.* Alioquin, vel etenim, ſanguinem veſtrum de animabus veſtris requiram, de manu cuncti animalis requiram eum, & de manu hominis. Hebraiſmus, requirere de manu alicuius ſanguinem, eſt eundem punire vti homicidam ſanguinis humani ſua manu profuſorem. Noſter Interpres optimè vertit animarum veſtrarum: *lenaphxotbechem.* Præpoſitio enim *le*, etſi frequentiùs datiuo inſeruit, ſæpè tamen cum genitiuo ponitur, vt videre eſt in multis Pſalmorum inſcriptionibus, *le Dauid*: vbi etſi plerique transferant, ipſi Dauid, & benè; alij tamen putant, potiùs vertendum, Dauidis. Vide Bellarm. Pagnin. &c. Nihilominus Hebræorum doctores, eandem in prioribus atque in ſequentibus vim præcepti agnoſcunt. Quaſi dicat Dominus: Primùm vobis prohibeo, ne quis ſe interficiat, alioquin ſanguinem veſtrum de animabus veſtris requiram. Ex quo intelliges Deum ſeueriſſimè interdicere, ne mortem ſibi quis conſciſcat; quòd ſi quis ſibi vim afferret, vindictam de mortui anima immortali ſumpturum; ſcilicet, vt miſeram æternis deputet ſuppliciis. Grauiſſimum enim admittit flagitium qui cùm nõ ſit Dominus ſuæ vitæ, violẽta ſibi morte vitã eripit. Sed mittamus hanc Hebræorum explicationem, quæ noſtræ poſthabenda eſt verſioni, Sanguinem animarum veſtrarum requiram, &c. Oſtendit Dominus quàm deteſtatur homicidiũ; quippe cùm homicidis minetur ſe fore vindicẽ humani ſanguinis. Ac primò quidẽ ait: Requirã de manu cunctarum beſtiarum quæ tamen, etſi ferocitate concitentur, hominémque trucident, nihil omnino peccant, vt quæ rationis cõpotes nõ ſint. Hoc etiam pacto multis pòſt ſeculis lege condita ſanciuit, vt legitur Exod. 21. *Si bos percuſſerit virum, aut mulierẽ, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedent carnes eius.* Id quidẽ in deteſtationem homicidij: ſi enim tam graues à pecude ſui non compote pœnæ exigebantur, cauere debuit homo rationis particeps ſibi ab huiuſmodi parricidio, ne hominem obtruncans diuini contra ſe Numinis vindictam concitet. Rectè adiungit Lyra iuberi, vt cornupetæ edi prohibeantur carnes; Tum (ait) propter horrorem facti, tum quia per hoc damnificabatur dominus bouis ad cautelam ſui, & aliorum circa animalia ſua periculoſa.

*Bellarm. Pagn.*

*Nemini licet ſe interficere.*

*Deteſtatur Deus homicidium.*

*Exod. 21.*

*Lyra.*

6. *Sanguinem enim animarum*, &c. Particula illa cauſalis, *enim*, apertè indicat hæc verba cum prioribus coniũgi, ac præceptum illud de abſtinendo à ſanguine animalium impoſitum fuiſſe propter ſanguinem hominis, qui tam pretioſus Deo eſt, vt pro illo graues comminetur pœnas. Nolo (ac ſi dicat) vt pecudum ſanguine veſcamini; idque prouidens veſtro ſanguini; fiet enim proculdubio, vti aſſuefactis beſtiarum ſanguini, tandem humanum exhauriatis. Facile enim eſt ex vno in aliud, atque aliud prolabi delictum; & ſanguis ſanguinem attingit; vbi quis humanitatem ſemel exuit, in ferinos ſubinde ritus degenerans humanum ſanguinem ſitit. An non Iudæi natura ipſa præferoces, & inhumani Prophetarum primò cædibus effetati, tandem in ſummum omnium flagitiorum ceciderunt; vt Deũ ipſum hominem Chriſtum Ieſum, omnibus cõtumeliis probriſque affectum cruci affigerent? Rupertus etiam cauſalem particulam, *enim*, agnoſcens ita diſſerit. Quare carnem cum ſanguine nõ comedetis? ſanguinem enim animarum veſtrarum requiram. Mira argumentatio; valet enim ad augendam æſtimationem ſanguinis humani, vt videlicet, non leue quis arbitretur ſanguinem hominis intus in conſciẽtia ponere, cùm ſanguinẽ pecudis nõ ſibi liceat in os forinſecus immittere: Sic ille. Ac fortaſſe nonnihil conducet ad hanc interpretationem Ruperti vox illa Hebr. לנפשותיכם *lenaphxotbechem*, cuius præpoſitio *le*, reddi poteſt, ad animas veſtras; vt innuatur hic ſenſus: ſanguis humanus, de quo agitur, ſi à vobis effundatur, ad animas veſtras effundetur, hoc eſt, adhærebit animabus veſtris; quaſi videatur homicidæ anima recenti ſemper hominis à ſe perempti ſanguine madere. Caiet. & alij referunt hanc rationem non ad occiſionem animalium, deuorationémque cum ſanguine; ſed ad priora illa verba; *Erunt vobis in cibum, quaſi olera,* &c. Cùm enim in illis libera concedatur facultas edendi carnes animalium, ne quis adeò rudis ingenio, ac ferus inferat, licere ſibi conſequenter humanis carnibus veſci, occurrit: *Sanguinem,* &c. quaſi diceret (ait Caiet.) Etſi dedi vobis in cibum omnia animalia, exceptam tamen volo eſſe à materia alimenti carnem hominis; iniuſtum enim eſt, vt homo ſit alimentum, ſiue animalis, ſiue etiam alterius hominis, & hoc ſignificatur dicendo: Solum ſanguinem veſtrum, qui eſt ad animas veſtras, id eſt, ad vitas veſtras, ſupple fer[u]andus, requiram tanquam iniuſte ablatum. Hæc Caiet. Faciliùs ſe expediunt ab huius loci difficultatibus, qui Hebr. ואך *veach*, vertunt veruntamen, vti Burgenſ. vel, ſanè, ſiue profectò; in hunc ſenſum: Conceſſi vobis animalium carnes in cibos, non tamen permitto vobis hominis cędem; ſanè hominis ſanguinem requiram, talione plectetur, qui hominem occiderit.

*Sanguis humanus Deo pretioſus.*

*Rupert.*

*Peccatum in manus angeſcit.*

*Caiet.*

*Lex contra homicidam.*

7. *De manu beſtiarum*, &c. Carthuſ. intelligit (quod aliis etiam placet) vindicari ſanguinem hominis obtruncati ab homine, ſiue per ſeipſum immediatè, ſiue per beſtiam occiderit hominem. Aliter etiam interpretatur, nomine ſcilicet beſtiarum accipiens feroces ac beſtiales homines. Idipſum habetur in gloſſa: nec enim homo eſſe non poteſt, ſed bruta pecus, qui hominem ſui ſimilem obtruncat. Rupertus: Nomine beſtiarum (inquit) maligni ſpiritus intelligendi ſunt, qui pro morte animarum hominum æternum accepturi ſunt iudicium. Theodoret. longè aliter, ait enim. Hìc inſinuat reſurrectionem; non quòd beſtias vocaturus ſit in iudicium, & de his ſupplicium ſumpturus, eo quòd homines deuorarint, ſed vt congregaturus corpora ab ipſis conſumpta, & illa ſuſcitaturus. Rectè quidem hæc omnia, ſed ad literam accommodatior illa, quam de ipſis pecudibus hominem lacerantibus præmiſimus, explicatio videtur. Myſtica verò illa eſt, quę habet per ſanguinem animarum intelligi vitam ſpiritualem earundem, quam violenter atque iniuſtè eripit, qui alterum ad patrandum lethale peccatum inducit. Væ autem mundo à ſcandalis, *Matt.* 18. Vide Carthuſ. de manu beſtiarum, & de manu hominis. Pulchrè D. Ambroſ. hæc duo coniunctim poſita exponens ait: Beſtiali malitię comparauit, imò etiam acerbauit iniquitatem hominis vltra beſtiarum feritatem dicendo, de manu hominis fratris. Etenim beſtiæ nihil nobiſcum habent commune naturæ, nullo velut fraterno iure deuinctæ ſunt. ſi nocent hominibus

*Carthuſ.*

*Beſtia eſt, qui hominem perimit.*

*Ruper.*

*Dæmones dicuntur beſtiæ.*

*Theod.*

*Reſurrectio corporum.*

*Matth 18.*

*Carthuſ.*

*S Ambroſ.*

*Crudelitas in homine, & in natur.*

bus, quaſi extaneis nocent: naturæ iura nó violant, germanitatis non obliuiſcuntur affectum. Ideo grauius homo peccat, qui fratri inſidiatur; & Dominus ſeuerius vindicaturum ſe eſſe promiſit. At ſeriò expendi debet progreſſus iſte verborum quibus Dominus vtitur ad amplificandam (prout meretur) immanitatem illius, qui hominis parricidio ſe obſtringet. De manu (inquit) hominis, viri fratris, requiram ſanguinem hominis, qui ad imaginem Dei factus eſt. En vt vides in occiſore, tria ſubnotantur; vnum verò in occiſo; quæ tamen omnia valde conducunt ad ſummam deteſtationem homicidij. De manu (dicitur) hominis. Quid tam à ratione alienum, quàm vt homo in hominem B ſæuiat, homo hominem trucidet, laniétque? An non ille, quem oderis, cuius ſanguinem expetis, ſimilis tui eſt, inquit Hieron. *Epiſt.* 30. iiſdem

S. Hieron.

compactus elementis? Vulnera illius æſtimemus propria, & omni animi in alterum duritia, elementi in noſmetipſos cogitatione frangetur.

Theoph.

Quinimo ſi (vt rectè Theophil. *in* 11 *Ioan.*) abſque compaſſione & lacrymis eſſe beſtiarum eſt. Omnia molitus eſt Dominus, vt aliquando tandem Elias commoueretur compaſſione Hebrææ gentis in ſumma illa ſiccitate & ſterilitate. ille autem non cedebat; igitur propria compulſus penuria dixit ad viduam: *Non deficiet oleum, donec det Dominus pluuiam,* 3. Reg. 17. vbi eleganter S. Chryſ.

3. Reg. 17.
S. Chryſoſt.

Iam tandem (inquit) ſubmeminit imbris dandi. C antequam fame domaretur, miſericordiam in danda pluuia à Deo permittere nolebat. Sic Chryſ. *hom. de Elia.* Saltem igitur noſtris edocti malis indoleamus in proximorum calamitatibus. Quæ tanta feritas erit, non condolere quidem in hominis calamitatibus, ſed ipſum hominem calamitoſũ reddere, probris afficere, vulneribus lacerare, vita deniq; violenter acerbéque priuare? At, inquies, iniuriis ab iſto ſum homine laceſſitus. Bene, ſed nihil Deus (ait D. Ioan Damaſc.

S. Ioan Dã.

*Paral. lib.* 1.) perinde odit, vt hominem iniuriarũ memorem. Animus autem iniuriarum memor

S. Chryſoſt.

nunquam à peccato purus eſt. D. Chryſ. *hom.* 27 *in Geneſ.* Nihil omnium Deus ita odit, & auerſatur, vt hominem vltionis auidum, & in animo ſuo D perpetuas ſeruantem inimicitias; tantum enim peccati eius damnum eſt, vt miſericordiam Dei reuocet, nec locum habere ſinat. At dices adhuc: Inimicus eſt ille, inimicum odi. heus tu, vbi fi-

S. Bernard.

des tua, ſi Chriſtum audis dicentem, diligite inimicos veſtros? Reſpondeas fortaſſe illud Bern. *lib. de paſſ. c.* 11. Diligere inimicos magis diuinum eſt, quàm humanum. Sic planè res habet, ſed ad hanc diuinitatis participationem Dominus ſubinde inuitat, trahitque, dicens; *Vt ſitis filij Patris*

Matth. 5.

*veſtri,* Matth. 5. Erubeſce, qui vltionem expetis ad exemplum Dauidis, qui cùm inermẽ Saulem

*Dauid Saulẽ non peremit.*
1. Reg.
S. Chryſ.

hoſtem ſibi infeſtiſſimum liberè, & fortaſſe licitè poſſet occidere, non tamen occidit, 1. *Reg.* Cuius admirabile factum, & animæ erga Deum ſacrificium multis exaggerat D. Chryſ. *homil. 2. de Dauid.* Irrationabili animi motu mutato, occisáque iracundia, factus eſt tum victima, tum ſacrificium, tum altare.

8. De manu hominis ſánguinem hominis. Quid magis impium: quàm vt occidas hominem, propter quem Deus factus eſt homo. Tu ſcilicet homo, cuius eſt natura diuinitati, ac perſonæ Verbi vnita. Et qui per incarnationem Filij Dei quodammodo Deus effectus es, in ſæuitiam ferarum te abiecisti: Audi, obſecro, D. Aug. *Epi-*A *ſtol.* 120. *c.* 4. Deſcendit Filius Dei, vt nos aſcenderemus; & manens in natura ſua factus eſt par- S. Aug.

*Homines per Chriſtum eleuatio.*

ticeps naturæ noſtræ, vt nos manentes in natura noſtra, efficeremus participes naturæ ipſius. Non tamen ſic: nam illum naturæ noſtræ participatio non fecit deteriorem: nos autem facit naturæ illius participatio meliores. Sic Aug. Ergo ne aliud naturæ Dei magis congruit, quàm pietas, commiſeratio, iniuriarum obliuio, patientia, condonatio delictorum, amor denique? Leones (inquit D. Chryſ.) viderunt Danielem, & philoſophati ſunt, maluerunt illi fame perire, quàm ſanctum corpus tangere. At erit tamen homo, qui leonibus truculentior, in ſui ſimilem B hominem deſæuiat! Quorſum, dic obſecro, Deus homo factus eſt, niſi vt pacificaret per ſanguinem ſuum in cruce, ſiue quæ in cælis; ſiue quæ in terris ſunt, *ad Coloſſ.* 1. pacem attulit, pax ipſe

Ad Col. 1.
*Poſt Chriſtũ odia & arma ſacrilega.*

noſtra eſt; & crepant adhuc arma; reboant litui, ardent odia, bella fremunt, Martius igneſcit furor, mutuò laniantur homines, luxuriat noſtro ſanguine pinguis humus? Ne fratres, ne ſæua animis aſſueſcite bella, ne fratrum fratres in viſcera vertite vires. Veniant in mentem duo illa numina, quæ reueremur, Ieſus, & Maria, Agnus & Agna, diſcamus ab illis; quia mites ſunt, & humiles corde. quid oro ſuauius, quàm illud Cant. 4. *Sicut turris Dauid quæ ædificata eſt cũ propugnaculis.* Hebr. לתלפיות *letalphioth*, quod C multipliciter verti ſolet: accommodatiùs ad præſens inſtitutum, ad ſuſpendendum ora; ſcilicet gladiorum. Cùm enim ſemper virgo mater Dei, Sulamitis illa ſit, & pacifica, in qua pacis fœdera inter cælum ac terram, inter Angelos atque homines, inter Deum atque homines ſancita ſunt: turris proinde dicitur, non ex qua iaciuntur tela, diſploduntur bellica tormenta, bella cientur; ſed in qua omnium gladiorum cuſpides, armaque omnia ſuſpenduntur. Nimirum Dei mater ſuauiſſima virgo Maria, cælum, terram, Angelos, Deum, exarmauit. Exarmet demum homines, quæ mater hominum eſt, in pacem, in concordiam, in mutuam ac fraternam caritatem filios ſuos denunciat. Poſitis ergo iam D demum odiis, in pace Chriſtiana, cum Deo, & cum proximis tecum, ô Virgo Dei mater, gaudentes tibipſi, quæ mundo pacem attuliſti, feſtiuiſſimè gratulamur (cum S. Ioan. Dam. *Orat. de dormit. Mar.*) Aue decus omnium honorificẽtiſſimum. Tu Dei mater paradiſum nobis aperuiſti, tu Filio ac Deo familiares nos reddidiſti. Aue (cũ Chryſippo Hieroſol. *ſerm. de Deipar.*) armarium vitæ, hortus Dei, radix omnium bonorum. Aue (cum S. Method. *Orat. de hipop.*) ſempiternum & ineffabile gaudium noſtrum, animatum altare, panis vitæ; diuinæ caritatis promptuarium; fons ſanctitatis; Spiritus ſancti vmbraculum. Aue (cum Andrea Hieroſ. *Orat. in ſalut.*) lætitiæ organum, magnificum diuinæ gloriæ templum; di- E uina cum hominibus reconciliatio; theſaurus vitæ noſtræ, &c.

*Cant.* 4
*B. Maria pacis & amoris mater.*
S. Ioan Dã.
Chryſipp.
*Salus mea à nobis B. Maria*
S. Method.
Andr. Hieroſ.

9. D. Ambroſ. non modò proximum (vt frequentius) ſed verè germanum intelligit etiam nomine fratris: fratrum enim Dominus odia, lites, ſeditiones, vulnera, cædes nuncupatim deteſtatur hoc loco. Dominus (inquit) ideo fratrem appellauit, & eum, à quo ſanguis fratris exquiritur, ſignificans magis ab his periculum pertimeſcendum, qui fraterno ſibi iure ſociantur. Hinc etenim inſidia, hinc pericula frequentiora hominibus comparantur. Fratribus ſpecialiùs in

S. Ambroſ.
*Fratrũ odia.*

hæc

hæreditatis diuiſione frequenter odia ſuccreſcunt. Deinde ſi fratri amplius collatum fuerit à parentibus, fratres alij indignãtur magis, & gratiam a parentibus collatam parricidio auferre conantur. Iſta magis bella ſuſpecta, bella non ſibi tantùm, ſed ſingularum domorum. Illos ergo Dominus ad vltionis iudicium comprehendit, quos magis inſidiaturos ſibi eſſe cognouit. Fratrem dixit, non quo dignus pietatis nomine parricida ſit, ſed quo magis pietatis grauetur vocabulo; atque inde fiat ſceleris incrementum, quo iuſtior ſit vindicta ſceleſti. Ergo vltionem promittit, vt vel ſic frangatur metu, qui pietatis eſt oblitus, vt ſciat, quòd etiamſi homines effugiat

*Homicida Deum non effugit.*

B homicida, Dei tamen iudicium non poſſit euadere, ſed maiori & æterno ſupplicio reſeruetur. Hæc Ambroſ. Digna planè ſententia, quæ hominum animis inſeribatur, ad fraternã & Chriſtianã caritatẽ confirmandam. Notandum verò eſt: Hebr. מיד איש אחיו *miiad ix achiu*, de manu viri fratris eius; nomen viri adhiberi, ad amplificandam homicidij grauitatem; quaſi dicat; puniã hominis interemptorem, quippe qui, vir cùm ſit, ſui compos, dominus ſuarum appetitionum, ſuopte ingenio fortis ac potens ad cohibendam iracundiam, vimque ſibi (ne labatur in ſcelus) faciẽdam; adeò tamẽ mollis imbellíſque fuerit, vt ingruenti paſſioni ſuccumbens, nequaquam ſe cõtinuerit, ſed impetu iracundiæ abripi ſe permiſerit, vſque ad barathrum parricidij. Eo autem abiectior impatientis, & iracundi hominis infirmitas; quo leuiora ſunt, in quibus æſtuat irarum flammis. Rectè Tertul. *lib. de patient.* Abſit à ſeruo Chriſti tale inquinamentũ, vt patiẽtia maioribus tentationibus præparata, in friuolis excidat. Et S. Ephrem *tom. 2. lib. Attende tibi c. 2.* Turpe eſt eos, qui maxima ſibi ſubiecerunt, à vilioribus vinci. Puerilia quidem, & futilia ſunt interdum, ex quibus in iras odiaque igneſcimus. Quid autem (inquit D. Chryſ. *homil. 20. ad popul. Antioch.*) admirabile & magnum, ſi his qui nos contumeliis affecerunt, iram remittamus hominibus, cùm & ipſi homines ſimus; cùm mundi Dominus propter nos ſeruus factus, & à beneficio affectus, crucifixus, pro crucifixoribus Patrẽ orauit? Quid igitur admirabile, ſi nos conſeruis ignoſcamus? Cæterum Caiet. & Lippom. non hęc duo deſiungit, *viri*, & *fratris*. ille obſeruat; nõ interiacere inter dictionem viri, & dictionem fratris. Meminit ergo in ſpecie viri fratris, quia frequentiùs homicidia patrantur inter communicantes. Perſæ enim non occiduntur ab Hiſpanis, aut è conuerſo Lippomani obſeruatio eſt: Aduertẽda eſt Hebraici ſermonis proprietas. Vir enim in ea lingua vnumquemque ſignificat. Ideo quòd hic vertit interpres, *de manu viri*, dicendum fuerat, *de manu vniuſcuiuſque*; fratres etiam in eo idiomate, qui & proximi vocari ſolent. Denique verba, *ad imaginem quippe Dei factus eſt homo*, ex parte illius, qui occiditur, adaugent facinoris atrocitatem. Vnde ſic D. Chryſ. Cogita obſecro, quantus hic terror verbo adſtructus eſt. Etſi quòd eiuſdem naturæ eſt (inquit) non te reuocat, neque à tam peruerſo conatu repellit naturæ communio: ſed etſi totus impiè flagitioſus fraternum fœdus, & compaſſionem non agnoſcis; cogitat quòd ad imaginem Dei formatus eſt, & quantis eum Deus dignatus eſt prærogatiuis, & quod omni creaturæ præfectus; & quieſces à malã voluntate. Ita Chryſ. At quanto vehementiùs territat verba Domini, *Quod vni*

*Abiecta ingenuis infirmitas.*

C

Tertul.

*Vince ab iris propter leuia.* S. Ephrem.

S. Chryſ. *Remittenda iniuria ad exemplum Chriſti.*

D

Caiet. Lippom.

E

S. Chryſ.

*Vnde homicidio grauior ad formam.*

A *ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*. Et illa: *Saule Saule quid me perſequeris?* Act. 9. An non (inquit D. Bern. *ſerm. 1. in Conuerſ. Paul.*) perſequebatur Chriſtum, qui Chriſti membra trucidabat in terris? An verò perſecuti ſunt Chriſtum, qui ſacratiſſimum illud corpus crucis affixere patibulo, & non perſequebatur eum, qui aduersùs corpus eius, quod eſt Eccleſia, odio furebat iniquo? Nunquam deeſt perſecutio Chriſtiano, ſed neque Chriſto, &c. Vide plura in hanc ſententiam Bernardo digna.

Act. 9. S. Bern.

## SECTIO III.

*Vos autẽ creſcite & multiplicamini, & ingredimini ſuper terram, & implete eam. Hæc quoque dixit Deus ad Noe, & ad filios eius cum eo: Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos: & ad omnem animam viuentem, quæ eſt vobiſcum, tam in volucribus quàm in iumentis & pecudibus terræ cunctis, quæ egreſſa ſunt de arca, & vniuerſis beſtiis terræ. Statuam pactum meum vobiſcum, & nequaquam vltrà interficietur omnis caro aquis diluuij, neque erit deincèps diluuium diſſipans terram. Dixítque Deus: Hoc ſignum fœderis quod do inter me & vos, & ad omnem animam viuẽtem, quæ eſt vobiſcum in generationes ſempiternas. Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me & inter terram. Cùmque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus: & recordabor fœderis mei vobiſcum, & cum omni anima viuente quæ carnem vegetat: & non erunt aquæ diluuij ad delendum vniuerſam terram. Eritque arcus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis ſempiterni quod pactum eſt inter Deum & omnem animam viuentem vniuerſæ carnis quæ eſt ſuper terram. Dixítque Deus ad Noe: Hoc erit ſignum fœderis, quod conſtitui inter me & omnem carnem ſuper terram.*

1. NOn ſatis Domino eſt, ſi ſemel benedictione fœcunditatis ac dominij ſuper omnem terram Noe, ac filios eius, præteriti calamitate diluuij adhuc territos ac mœrentes, conſoletur. Idem etiam atque etiam nunc inculcãs, nouas inſuper beneficiorum pollicitationes in medium adducit. Ac plenus quidem admirationis, & beneuolentiæ progreſſus eſt, quem Dominus erga Noemum obſeruauit. Prius enim benedixit: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & terror veſter, &c. Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum, &c. Deinde præceptum impoſuit. & quidem leue ac facile, de abſtinendo à ſanguine, & ſuffocato. Viam profectò ſubditis ad obediendum libenter ac promptè ſtratam efficit, qui beneficiis antè collatis eoſdem deuincit, atque ad parendum excitat. Rem ſic expendit D. Chryſoſt. *homil. 27.* Vide obſecro

*Dei beneficia priora, quàm leges.*

obſecro Dei miſericordiam; quomodo priùs magna beneficia donat, & tandem vnicum & leue mandatum dat; & ſicut de Adam dictum eſt; poſtquam ei conceſſit, vt habitaret in paradiſo, & tot ac tantis frueretur, tandem ei præcepit, vt ab vnico ligno abſtineret, ita & hic poſtquam promiſit non vltra ſe illaturum diluuium, ipſos benedictionem conſequutuтos, donandos imperio ſuper omnia animantia, & carnium eſu ſecurè permiſſo; tunc inquit: Veruntamen carnem cum ſanguine nō comedatis. Ineffabilem benignitatem præ ſe ferens, tunc primum præcipit, id quod inter homines nunquam fieri ſolet; homines enim primum volunt ea, quæ præcipiunt opere compleri, magnáque B obedientia & beneuolentia erga ſe vti ſubditos, mandata ſuſcipientes. Non ita gerit Dominus Deus; priùs enim benefacit, & multitudine beneficiorum noſtram naturam ad ſe allicit; & poſtea imperat facilia, atque leuia, vt facilitate mandatorum, & beneficiis prioribus excitati ad ea implenda inducamur. Hactenus S. Chryſ.

*Hominum tyrannica imperia.*

Ardua planè ſunt hominum imperia; primò quidem imperát, & ſeuerè imperát; nō beneficiis alliciunt donatis, ſed promiſſis tamen; vbi præſtitū opus eſt, aut præmium ſummo iure debitum remoratur, ita vt miſeros longa enecent expectatione; aut multo minora, quam promiſerant, exoluunt; aut denique tyrannico ritu dene- C gant; poſtulantéſque & quiritantes debitam mercedem minacibus, & contumelioſis verbis coërcent. Præterea Dominus (addit Chryſoſt. *hom.* 28.) poſtquam mandauit, vt carnes cum ſanguine non comedant, adhuc gerens curam iuſti, & poſteritatis, beneficuſque noſtrum genus adobruens, denuò maiora adiicit beneficia, dicens: Vos autem, &c. Sic Chryſoſtom.

*S. Chryſoſt*

*Suaue Dei præceptum.*

Vide obſecro quàm leue illud præceptum à Domino ſic iniunctum hominibus, & quam multis atque ampliſſimis præuentum ſit, & poſtmodò donatum beneficiis. Barbarum illud & inhumanum Pharaonis imperium ad filios Iſraël: Non do vobis paleas, ite, & colligite, ſicubi inuenire poteritis; nec minuetur quicquam de D opere veſtro. Item Præfecti inſtabant: Complete opus veſtrum quotidie. At quæ merces miſeris dabatur? flagellatique ſunt ab exactoribus Pharaonis, *Exod.* 5. Quo ſanè adumbratur ad viuum, grauis illa tyrannis, qua mundus filios, imò ſeruos vanitatis oppreſſos tenet, quibus ad opera negantur paleæ, hoc eſt, ſubſidia, & flagella demum poſt exactum opus (hem quæ mundi præmia!) infliguntur. Vbi ſic optimè Lippoman.

*Exod. 5.*

*Mundi graue imperium.*

*Lippom.*

Ad calamitatem laborum in corpore adiicitur mentium quoque perturbatio, cùm audiunt nullam ipſis haberi commiſerationem, vel gratiam: augeríque crudelitatem præfectorum, vt adigantur ad extremam deſperationem, vt Dominum etiam Deum ſuum dubitent ſibi E propitium, & clementem, de cuius iam pietate in ſe Prophetis audierant, hos nunc mentitos credere incipiant tentatione adacti præualida. Sic ille. Quàm multi hodie crudeliter a mundo, cui deſeruiunt, accepti vitam trahunt infelicem, ac deſperati demum emoriuntur!

*Tentatio graues à tyrannis.*

2. E contrario quàm felix, ô Domine, qui tuo ſe mancipauit obſequio? Nam quando manum operi admouet, tuis iam eſt muneribus affectus; & quando fecit, quod facere debuit, audi: *Quia fuiſti fidelis, intra in gaudium Domini*

*Luc. 19*

*tui.* Duo hæc coniungit Vates illo verſu Pſal. 20. *Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis; poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.* De præuenientis gratiæ dulcedine ſic Bernard. *ſerm.* 39. *ex paruis.* Non modò immeritos, ſed & malè meritos præuenit; & ne petentibus quidem, imò & impetentibus; non inuocantibus, ſed prouocantibus; non interpellantibus, ſed etiam repellentibus, ſpiritum bonum, ſpiritum vitæ, adoptionis ſpiritum largitur. Quid illi animæ dulce ſapiat, cui miſericordia tanta non ſapit? meritò proinde benedictio dulcedinis, nominatur ea, quæ præuenit, quia quæ adiuuat, fortitudinis; quæ conſummat plenitudinis eſt. Hæc Bernard.

*Pſal. 20.*

*Deus ſuos præuenit, deinde coronat.*

*S. Bern.*

At corona vtique ſempiternam gloriam ſignificat. Subtilis eſt interpretatio D. Hieron. Et quidem appoſita de Chriſto Domino, cui Deus Pater grauiſſimam impoſuit obedientiam, vſque ad mortem crucis. Sed illum antè benedictionibus dulcedinis præuenit, & pòſt redemptionis, ex obedientia Patris, opus conſummatum corona immortalitatis, & apud homines gloriæ, & honoris, & famæ ipſum donauit. Etſi autem benedictionibus dulcedinis, ſeu bonitatis (nam Hebr. eſt טוב *tob*, quod eſt bonum; nihil autem dulcius bono) inſinuentur gratiæ infinitæ, atque admirabiles, quibus Chriſtus homo à Deo præuentus fuit; nihilominus D. Hieron. alias intelligit benedictiones, nec immeritò. Ait enim: *Præueniſti eum,* &c. hoc eſt, à longè, quando Meſchiſedech benedixit Abraham; & deinde quotquot benedictiones in Patriarchis vſque ad aduentum Chriſti fuerunt. Chriſtus in ipſis benedictus eſt: Quoniam præueniſti eum, hoc eſt, antè præuenit eum in benedictionibus dulcedinis, quàm à Iudæis fel porrectum guſtaſſet, quia antea eum iſtæ benedictiones præuenerunt; guſtauit, & noluit bibere. guſtauit, quia de morte noſtra ſuſcepit; noluit bibere, hoc eſt, non permanſit in morte. Sic Hieronym.

*S. Hieron.*

*Chriſtus benedictionibus præuentus ante paſſionem S. Hieron.*

*Matth. 27.*

Sunt qui, *præueniſti eum*, ſic explicent, vt intelligant maiora, quàm petat, aut exoptet ille toſtus; de quo agitur, à Deo conceſſa ſignificari per verbum, *præueniſti.* Quale accidit illi ſeruo, qui cùm multa talentorum millia debuiſſet, nec eſſet ſoluendo, tantùm rogauit: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi; & Dominus miſericordia commotus non tempus quidem, quod vnum petierat, prorogauit, vt ſeruus debitum ſolueret, ſed omne debitum remiſit ei, *Matth.* 18. Quem locum expendens S. Chryſoſtom. *homil.* 27. *in Geneſ.* ſic effatur. Bonus Dominus miſericors, noſtrique curam agens, ſupplici bene volens, non ſolùm quantum petiit, ſed quantum ne cogitare quidem auſus fuit, dedit. Is enim Dei mos eſt, vt vincat, & præueniat petitiones noſtras.

*Deus petitiones noſtras præuenit, & vincit.*

*Matth. 18.*

*S. Chryſ.*

Sed hac in re nullum illuſtrius exemplum, quàm quòd erga latronem in cruce fuit exhibitum, afferri poteſt. Precabatur ille: *Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum.* Et dixit illi Ieſus: *Hodie mecum eris in paradiſo*, Luc. 23. Vbi ſic D. Ambr. Pulcherrimum affectandæ conuerſionis exemplum, quòd tam citò latroni venia relaxatur; & vberior eſt gratia, quàm precatio. Semper enim plus Dominus tribuit, quàm rogatur. Et *ſerm.* 8. *in Pſ.* 118. expendens illam dantis celeritatem per aduerbium, *hodie*, ſignificatam; ſic ait. Futurum promittit, ſed id quod futurū eſt, vnius diei ſpatio nō patitur prorelari. Addiderim pulcherrimè appellari benedictiones dulcedinis ea,

*Luc. 23.*

*S. Ambroſ.*

*Latroni in cruce impetrata.*

vel

vel præmia promerita, vel dona gratuita, vel beneficia poſtulata, quando longè maiora ſunt meritis, poſtulatis ac votis, illa dati ſupererogatio mira dulcedo eſt accipienti.

3. *Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum; arcum meum ponam in nubibus; & erit ſignum fœderis inter me, & inter terrã,* &c.] Egreſſos ex arca Noë, ac ſocios, mœrore adhuc & timore oppreſſos mirum in modũ Dominus eſt ſolatus, vt viſum eſt præcedenti capite, cùm illis promiſit nũquam ampliùs futurum aliud in terris ſimile diluuium. Hoc ipſum nõ ſancito fœdere cum Noë firmum, ratúmque, & prorſus inuiolabile futurum ſtatuit; adeò magnificè, vt non cum hominibus tantùm, ſed vltra etiam propter homines cum brutis animantibus in ſempiternum paciſcatur. Nam & hoc (ait D. Chryſoſt. *homil.* 28.) homini ſolatio fuerit, vt ſcire poſſit, in quanto ſit honore, quòd non ſolùm in ſe collocentur beneficia, ſed propter ſe in alia quoque animalia extendatur liberalitas. Sed quid de arcu? Communis Patrum, interpretum, ac Doctorum cùm Hebrææ, tum noſtræ gentis, conſenſus eſt; intelligi arcum illum, quem dicimus iridem; vocat Dominus arcum ſuum propter illius eximium decorem. Vnde Eccleſ. 43. *Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum; valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo. Gyrauit cælum in circuitu gloriæ ſuæ, manus excelſi aperuerunt illum.* Iridis philoſophiam habes apud Plinium *lib.* 2. *cap.* 59. Sed longiorem atque accuratiorem nullibi reperies, quàm in noſtro curſu Conimbricenſi *in lib. meteor tract.* 5. De ſignificatione iridis tantùm eſt ſermo in præſentia, de qua ſecundùm communiorem Doctorum explicationem hæc duo ſtatuimus. Primùm iridem ſuapte natura non eſſe ſignum præmonſtrans generalem aquarum eluuionem nunquam ampliùs futuram: quippe cùm ante diluuium tot illis retrò actis ætatibus, pluuiæ, imbres, aliæque aëris impreſſiones, ac ſimiliter arcus cæleſtis extiterint, nec tamen eluuio vlla fuerit ſecuta. Præſertim, quia cùm vniuerſale diluuium, nullo modo ex cauſis tantùm naturalibus, ſed ex diuinæ omnipotentiæ decreto, atque operatione fieri poſſe contingat; haudquaquam arcus ille cæleſtis naturale poterit eſſe ſignum eluuionis: imò, vt optimè Philoſophi demonſtrant, potiùs portendit iris non futuram proximè magnam aquarum eluuionem: non enim efficitur arcus ille, niſi cùm nubes rorida eſt tenuior, habiliórque ad excipiendos Solis radios, quos imbibens, illa tam admirabili colorum varietate pingitur. Alterum eſt: ex diuino tamen inſtituto aſſumpta eſt iris ad ſignificandum nunquam ampliùs vniuerſali aquarum eluuione terram obrutum iri; idque ſolùm ex placito Dei, qui vt quamcunque rem aliam ad huiuſce portenti ſignificationem vſurpare potuiſſet, ſic arcum cæleſtem potiùs huic muneri obeundo elegit.

S. Chryſoſt. *Honoratur homo à Deo.*

Eccleſ. 43.

Curſ. Conimbr. *Iridis ſignificatio ex inſtituto diuino.*

4. D. Hieron. *in cap.* 3. *Thren.* ait per arcum deſignari diẽ iudicij: quia (inquit) vt in arcu quanto longiùs trahitur chorda, tanto de eo diſtrictior exit ſagitta: ſic extremi iudicij dies, quanto longè differtur vt veniat; tantò cùm venerit, de illo diſtrictior ſententia procedet. Strabus autem vtrumque diluuium, & præteritum aquarum & futurum incendiorum ſignificari per arcum arbitratur. Arcus (inquit) habet duos colores, cæruleum, & igneum; qui duo iudicia exprimunt; vnum aquæ, quod præteriit, alterum ignis, quod venturum creditur in fine ſeculi: vnde cæruleus

S. Hieron. *Iride ſignificatur iudicium.*

Strab.



A color extrinſecus, igneus verò intrinſecus. Idem habetur in Gloſſa. Clariùs idem aſtruit D. Greg. *in Ezech. homil.* 8. hiſce verbis: In eodem arcu color aquæ, & ignis ſimul oſtenditur, quia & ex parte eſt cæruleus, & ex parte rubicundus; vt vtriuſque iudicij teſtis ſit, vnius videlicet faciendi, & alterius facti, ſed iam non vlterius faciendi, quia mundus quidem iudicij igne cremabitur, ſed aqua iam diluuij non delebitur. Inter cæteras ſignificationes arcus cæleſtis, illa percelebris eſt apud Patres, quæ diuinam oſtentat miſericordiam. Qua de re ſic D. Hieron. *in* 1. *Ezechiel.* Arcus ſignum eſt clementiæ, & teſtamẽti Dei, quod fecit cum hominibus, vt quando apparuerit in nube, ſciamus nos ſecundùm antiquitatis exemplum nequaquam perituros eſſe diluuio; ex quo B oſtenditur, poſt pœnas atque ſupplicia, & purgationem peccatorum, futuram miſericordiam duntaxat in his, qui Deum meruerint videre regnantem. Sic Hieron. Huic interpretationi valde congruit illa ſubtilis obſeruatio D. Ambroſ. *lib. de Noë & arca, cap.* 27. Arcum (inquit) meum ponam in nube, non ſagittam ponam: arcus enim inſtrumentum iaculandæ ſagittæ eſt. Itaque non ipſe arcus vulnerat, ſed ſagitta; & ideo Dominus in nubibus arcum magis, quàm ſagittam ponit, id eſt, non illud quod vulneret, ſed quod habeat terroris indicium, vulneris effectum habere non ſoleat. Sic Ambroſ. Addam vlterius: in arcu iſto, nec videri chordam, nec ſagittam, nec ipſa illius cornua verſa in cęlum eſſe, vnde armari poſſent: C totúmque arcum non de rigida aliqua materia, ſed de nube rorida, quæ flatu leui, aut diſpareat, aut in pluuiam diſſoluatur eſſe compactum; quæ quidem omnia demonſtrant, quàm ſit Dominus erga homines clemens, ac miſericors, quàm procliuis ad parcendum; quàm tardus, quàm inuitus ad puniendum procedat: ſcilicet, qua ſuum armet in nos arcum, ſagittam non ſecum in cælo habet, nos illi à terra contra noſmetipſos immiſericordes, ac feri ad cælum mittimus. Cæterùm D. Ambroſ. etſi allegoria luculentiſſima quidem ſit, illud tamen non admittitur, quod exiſtimet hoc loco non fieri mentionem arcus iſtius cæleſtis, quem dicimus iridem; ſed tantùm intelligi D Dei quandam inuiſibilem virtutem. Pulchrè autem in ſenſu allegorico ita diſſerit. Videamus ne, quia arcus, quo ſagittæ iaciuntur, nunc tenditur, nunc reſoluitur; quandam extenſionem, & remiſſionem videatur Scriptura ſignificare, per quam neque penitus per nimiam extenſionem vniuerſa rumpantur, ſed ſit quædam menſura, & quoddam diuinæ virtutis examen. Eſt ergo virtus inuiſibilis Dei, quæ & ſpecie iſtius arcus extendendi, & remittendi moderatur pro diuina voluntate, miſericordia, poteſtate, quæ neque omnia confundi nimia ſolutione, neque diſrumpi nimia irruptione patiatur. Quam ideo in nubibus dicit poni, quia tunc maximè opus eſt E diuinæ auxilio prudentiæ, quando agmina nubium in procellas tempeſtatéſque coguntur. Hæc Ambroſ.

S. Gregor.

*Iride ſignificatur miſericordia*

S. Hieron.

S. Ambroſ.

S Ambroſ. *A nobis noſtrũ eſt ſupplicium.*

*Optima forma regiminis.*

5. Præterea, vt arcus, de quo frequens in Scriptura ſermo eſt, varios in ſenſus accipitur: ſic eoſdem ex iſto arcu fœderis effici non dubium eſt; quale illud habet, quod ſcribitur à D. Auguſtino *in Pſalmum ſeptimum.* Arcus ſacra Scriptura eſt, vbi fortitudine noui Teſtamenti, quaſi neruo quodam, chorda duritia veteris flexu, & edomita eſt. Hinc tanquam ſagittæ emittuntur Apoſtoli, vel diuina

*Arcus eſt ſacra Scriptura.*

S. Auguſt.

QQ preco

præconia iaculantur. Sed de hoc arcu cæleſti nuncupatim idem Auguſtinus diſſerens loco citato contra Fauſtum, Eccleſiam illo ſignificari exiſtimat. Teſtamentum(inquit)poſuit Deus inter ſe,& homines,atque omnem animam viuam, ne perdat eam diluuio,arcum,qui apparet in nubibus,qui nunquam niſi de ſole reſplendet : illi enim non pereunt diluuio ſeparati ab Eccleſia, qui in omnibus diuinis Scripturis tanquam in Dei nubibus agnoſcunt Chriſti gloriam, non quærunt ſuam. Eſt igitur iuxta D. Auguſtinum Eccleſia Dei arcus iſte fœderis in nubibus poſitus, quem à ſuo ſponſo Chriſto ſplendor effuſus pulchrum, varium, nitentem,armatúmque reddit.

*Iride ſignificatur Eccleſia.*

*S. Auguſt.*
*Arcus Chriſtum ſignificat.*
*Gloſſa.*

Aptior fortaſſe interpretatio illa de Chriſto ipſo Eccleſiæ ſponſo, quam hiſce verbis exponit Gloſſa. Per iſtum arcum ſignificatur Chriſtus,in quo eſt forte lignum, & mollis chorda; per quæ ſignificatur virtus diuinitatis,& fragilitas humanitatis : & ſicut in arcu chorda mollis flectit lignum, ſic in paſſione humanitatis flexus fuit rigor iuſtitiæ & ſeueritatis. Ad hæc iure etiam optimo inter ſymbolicas arcus cæleſtis interpretationes ; illa poſt præcedentem de Chriſto Domino proximè ſubſequitur, quæ de matre ipſius ſemper virgine circunfertur. Arcus eſt cæleſtis in pactum, & teſtamentum Dei cum hominibus ad pacem, non ad bellum; ad miſericordiam, non ad iudicium. Neque ſignum modò eſt pacis, & miſericordiæ ſanctiſſima Dei mater, ſed etiam ab illa tanquam à nube roſcida, & ſole illuſtrata, & Deo plena gratiæ manant vniuerſæ. Hortus (ſoquit Bernard. *ſermone in natiuitate Mariæ*) eſt deliciarum, quem non modò afflauerit veniens, ſed & perflauerit ſuperueniens auſter ille diuinus, vt vndique fluant, & fluant aromata eius, chariſmata ſcilicet gratiarum. Tolle corpus hoc ſolare, quod illuminat mundum; vbi dies? Tolle Mariam hanc maris ſtellam, quid niſi caligo inuoluens, & vmbra mortis ? Hæc in omnibus, & per omnia prouidens miſeris, trepidationem noſtram ſolatur, fidem excitat, ſpem roborat, diffidentiam abigit, erigit puſillanimitatem. Hæc Bernard. Et quidem huius arcus figura mirum in modum recreat miſeros; conuerſis ad nos cornibus quaſi expetens à nobis ſagittam, quam in cælum iaculetur; ſcilicet, petitiones noſtras, vota, deſideria, gemitus, lacrymas ſuſcipiens beatiſſima Virgo ad Deum ipſum refert; nec certiùs ac validius noſtrarum ſupplicationum iaculis Dei pectus infigemus, quàm ſi per Mariam ipſius Dei matrem deprecando inſiſtamus; quaſi dicat Dominus : Heus tu, quiſquis cælum rapere, Deíque penetrare pectus contendis : en habes arcum, pone ſagittam; iaculare, feries, vinces, triumphabis. Dulciter igitur adiungit D. Bernardus. Aduocatum habere vis ad Deum? ad Mariam recurre. Exaudiet vtique matrem Filius; exaudietur mater pro ſua reuerentia. Filioli hæc peccatorum ſcala, hæc mea maxima fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meæ. Hæc Bernard.

*S. Bern.*
*Iris ſignificat B. Mariam.*

*Quàm ſalutaris mundo B. Maria.*

*Per B. Mariã Deus exoratur.*

*S. Bern.*

6. Sed iam ad literam reuertamur. Videbat Dominus metu adhuc præteritæ calamitatis Noë, ac filios conſternatos, ſæpiùs iiſdem pollicitationibus recreat, confirmat, reddit omnino ſecuros; ponit ſignum fœderis ſempiterni arcum cæleſtem, in nubibus, quem homines contuentes; etſi obductum cælum atra caligine, chaos

*Tempeſtas iri de temperatur*

A antiquum referat, mugiat crebrò inamabili tonitru, fulguret ignibus, imbres effundat, fœda ſit & horrenda vndique mortalibus tempeſtas, ne timeant illi redituram illam priorem eluuionem. Certò & infallibiliter ſtabit Dei promiſſio, non erit ampliùs diluuium: imò nubibus obtecto cælo, totiúſque orbis excidium minanti; apparebit arcus(inquit)meus, & recordabor fœderis mei vobiſcum, & non erunt aquæ vltrà diluuij,&c. Quæ vis inſit in verbo illo, *recordabor*, quo frequenter Prophetæ vſi Dominum, vt recordetur, deprecantur; optimè à D. Hieron. explicatur *in 5. Thren.* Non eſt(ait) dignum in diuina maieſtate ponere obliuionis iniuriam, ſed

*S. Hieron.*

B ideo recordari, vel meminiſſe poſtulatur, vt citò auxilium indigentibus conferat, & palàm faciat quod antea fuit occultum, vt eſt illud Gen. 9. *recordabor fœderis mei*. hoc eſt, ſecundum hanc interpretationem D. Hieron. citò & certiſſimè vobis miſerebor, non ampliùs imbribus terram obruens. Vocat fœdus ſempiternum, vt expendamus illius bonitatem admirabilem; quippe ſupplicium diluuij bene admodum paucorum menſium irrogauerit; ſed pactum miſerationis perpetuæ ſtatuat,& confirmet inuiolabile. Vnde illud eſt Iſaiæ 54. dignum ipſius bonitate : *In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te : & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui.* Declarat S. Hieron. vt credant ſancti ad pun-

*Iſai. 54.*
*Mira Dei miſericordia erga nos.*
*S. Hieron.*

C ctum & ad breue eos eſſe deſertos, vt in amicitiam Dei æterno fœdere iungerentur. Hæc eſt autem miſericordia mea, vt fœdus pacis quo mihi reconciliatus eſt mundus, non merito eorum quibus datum eſt, ſed mea clementia conſeruetur. Denique quem non pudeat, hæc frau diat, Deum tam beneuolum, tam amicum, tam patrem iniuriis laceſſere delictorum ? Signum Deus ſtatuit, quod intuens recordetur non vltrà ſe vindicaturum hominum ſcelera iteratis diluuiis; & quod omnem benignitatis menſuram excedit, ait per Iſaiam ad Sion, hoc eſt, quamlibet animam: *Non obliuiſcar tui: ecce in manibus meis*

D *deſcripſi te*, cap. 49. Quæ tanta igitur hominis ingratitudo, vt Dei ſui obliuiſcatur, ipſiúſque præcepta deleat ex animo ? An non ſubtiliter illud commendatur : *Ligabis ea* (præcepta) *quaſi ſignum in manu tua, erúntque, & mouebuntur inter oculos tuos*, Deut. 7. Hebr. לטטפת בין עינך *leototaphoth ben ghenecha*, in frontalia inter oculos tuos. Chald. Erunt quaſi appendix quędam inter oculos tuos. Eſt qui legat : erunt ſpecilla, ſeu ocularia inter oculos tuos. Ac diligentiſſima quidem cura, & memoria continua mandatorum Dei commendatur: nec enim, vt ſpecillis vtens, quicquam niſi per illa, contuetur; ſic nos nec appetere, cogitare ac moliri debemus, niſi quod per Dei legem ac præcepta metiamur. v. g. concupiſcendum, aut

*Iſai 49.*
*Ingratitudo hominis erga Deum.*

*Deut 6.*

E odiendum iuxta Dei legem. Ea ſit nobis ſpecillum, quo interiecto ad externas res noſter animus aut appetendas, aut tractandas, aut etiam cogitandas feramur. Sed concludamus tandem diluuij commentationem illud Procopij referendo. Non erat voluntas Dei inuehere diluuium, ſicuti nec gehennæ nos mancipare cupit. Sed nos ipſum cogimus peccatorum enormitate tale adhibere remedium : nam diluuio domiti ceſſarunt peccare. Verùm homines, qui poſt diluuium ſecuti ſunt, non mediocre acceperunt commodum, à medio ſcilicet ſublata peccandi occaſione : nam cùm homo natura ſit ita comparatus, vt ſit habilis ad excogitanda

*Lex Dei ſemper ante oculos ſit.*

*Procop.*

pecca

peccata: qualis fuiſſet ſi exempla malitiæ exiſtiſſent? Virius autem lætior exurgit ſuppreſſo peccato pœnis. Sic ille.

---

## SECTIO IV.

*Erant ergo filij Noe, qui egreſſi ſunt de arca, Sem, Cham, & Iapheth: porrò Cham ipſe eſt pater Chanaan. Tres iſti filij ſunt Noe: & ab eis diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper vniuerſam terram.*

B

1. FAbulam nectunt cum Beroſo Chaldæo qui aſtruunt Noë poſt diluuium plures alios genuiſſe filios. Enimuero qui fuerunt illi, & vbi nominantur? diuinus ſcriptor nullum hac de re verbum facit; feciſſétque proculdubio, ſi Noë filios genuiſſet; hac enim formula loquendi vti ſolet, vbi periodum vitæ alicuius magni viri circumſcribit; vt *capite quinto* de Adam: & genuit filios, & filias; de Lamech: Vixit Lamech poſtquam genuit Noë quingentes nonaginta annis, & genuit filios, & filias. Idem dixit de aliis. Nihil verò huiuſmodi de Noë. Apertiùs autem hæc conuincitur fabula ex eo, quod hîc ſcribitur: *Tres iſti filij ſunt Noë, & ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper vniuerſam terram.* Expende nunc ſingula: tres iſti filij ſunt Noë, vt hos tantùm procreaſſe, non verò alios, intelligatur. Ab his diſſeminatum eſt, &c. non autem ab aliis, qui nulli erant: nam ſi alij forent, ſimiliter ab illis, vti à tribus, hominum genus propagaretur: nam ſtultum planè eſſet confingere præter illos tres adhuc plures liberos poſt diluuium Noë genuiſſe, ſed illos, aut immaturè ante nuptias obiiſſe, aut ſteriles in illis fuiſſe. Verùm incredibile videtur Noë per trecentos quinquaginta annos (tam longo enim tempore vlteriùs vixit) aut abſtinuiſſe ab actu coniugij, aut tam ſtupendæ ſterilitatis contra benedictionem fœcunditatis diuinitus impenſam extitiſſe, vt ne vnum quidem progenuerit. Facilis huiuſmodi eſt explicatio. Erat enim Noë tunc ſexcentorum annorum; ac reliquum tempus trecentorum quinquaginta ſenectus cenſebatur, non quidem nimis prolixa in vita propè mille annorum; atque adeò Noë confectus ſenio, generandi tranſierat ætatem à natura præſcriptam; multóque potiùs affirmari poterit de illius vxore, quæ in tam deuexa ætate protſus eſſet inepta ſoboli procreandæ. Accedit, quòd vtriuſque coniugis ætas, præterquam ſenilis, tot ac tantis erat exercita calamitatibus, maximè diluuij perfuncta laboribus, vt effœta omnino reddita fuerit. Quinetiam licèt in illis potentia generandi adhuc viguiſſet, crediderim, toto ſubinde reliquo vitæ tempore à coniugali commercio Noë abſtinuiſſe, hominem illum quidem humanæ virtutis exemplar, arcæ illius portentoſæ moderatorem, alterum totius humani generis parentem, Deo ſummè gratum ac familiarem, qui deinceps totam in ſtudio pietatis vitam conficere debuiſſet. Solus enim Noë (ait Procopius) inter illos omnes mortales ob ſuam gratitudinem honorabatur, & clarus erat. Gratus igitur Deo ob accepta beneficia totum ſe deinceps illius obſequio & amori mancipauit, carnis voluptatibus omnino abdicatis. Maximè cùm ante diluuium inſignis in eo extiterit caſtimonia, cuius amore multos ille per annos à nuptiis alienus in cælibatu, aut verius in virginali ſtatu perdurauit; qua de re in ſuperioribus fusè diſſeruimus. Quare veriſſime ſcriptum eſt à diuo Epiphanio *primo libro contra hæreſ.* Noë filiis naſcuntur filij, ipſe autem ampliùs non generauit. Illud verò quod proditur ab Hebræis, non minus impudicum eſt, quàm fictitium; ſcilicet Cham, ne pater Noë filios deinceps generaret, illius virilitatem præcidiſſe. Sed indignum eſt in Rabbinorum fabulamentis immorari.

*Noe poſt diluuium filios non genuit.*

*Mira continentia Noe.*

Procop.

S. Epiphan.

2. *Porrò Cham ipſe eſt pater Chanaan.*] Hinc altera nata eſt ſimiliter à vero aberrandi occaſio; dum confingitur, Cham intra arcam tempore illo tam ærumnoſo, vbi Deo ſoli vacandum eſſet, adeò intemperantem fuiſſe, vt maritali abuſus copula filium iſtum Chanaan genuerit, qui natus in arca vbi reliqui pietatis tantùm ſtudebant officiis, patris libidinem, & impudentiam ex illa vtique malè ſatus referebat. Specioſè quidem hoc dicitur, & grauiſſimum ac ſanctiſſimum habet autorem; cuius equidem nomen ſilentio premendum, in gratiam illius, iudico: ſed quam falsò imponatur, non eſt probatu difficile. Quis enim

*Chanaan genitus eſt poſt diluuium.*

C

ſibi perſuadeat in tantis rerum anguſtiis, exundante diluuio, pereunte hominum genere, in arca illa; hoc eſt, in illo ante mortem iam veluti defunctorum pheretro, vbi pater, ac fratres non abſtinebant modò, ſed loco etiam ab vxoribus ſeiuncti, de ſalute tantùm corporum animarúmque ſoliciti cum Deo agebant; Cham iſtum tam impudentem tam Veneris ardentem facibus extitiſſe vt non ſibi temperaret à concubitu? Deinde ſi genitus eſt intra arcam ille Chanaan, cur tantùm octo numerantur fuiſſe egreſſi ex arca, *capite octauo*? Ad hæc Moyſes refert *capite decimo*. Chami filios, Chus, Meſraim, Phus & Chanaan; qui vt poſtremò numeratur loco, ita natu minimus perhibetur;

D

ergo ſi Chanaan intra arcam natus eſt, tres alij fratres geniti fuerunt ante diluuium pluréſque quàm octo animæ in arcam ſunt ingreſſæ, & in arca ſaluæ, & ex arca egreſſæ: quæ pugnant cum apertiſſimis verbis Scripturæ *capite ſeptimo & octauo Geneſ. & 1. Petr. 3.* Denique Moyſes tradit *capite decimo*, natos eſſe liberos poſt diluuium à tribus filiis Noë: planè ſignificans nullum Noë nepotem ante diluuium & ipſo durante fuiſſe. Quorſum verò additur, *Cham ipſe eſt pater Chanaan*, ſi nondum natus memoratur Chanaan? ſcilicet inſtitutum Moyſis fuit in gratiam, & vtilitatem ſuæ gentis

E

hæc ſcribere, vt initia, & incrementa Hebræorum potiſſimum traderentur: cur iſtum populum ex omnibus mundi gentibus Deus ſibi elegerit; cur illi terram Chananæorum attribuerit; cur Chananæos terra illa lacte & melle manante priuarit? profectò propter innumera & execranda Chananææ gentis flagitia; meritóque tam flagitioſæ nationis origo hîc deſcribitur, quaſi dixerit Moyſes: Haud mirum eſt tam ſceleratum euaſiſſe Chanaan, illiuſque omnem ſobolem Chananæorum, cùm

*Chanaã genus h. ſtoria.*

patrem habuerit Cham illum inuerecundum, A
ac petulantem patris ſui Noë corriſorem. Re-
ctè in hanc ſententiam Rupertus; Cham (in-
Rupert.
quit) eſt pater Chanaan: ſubauditur habitato-
ris terræ huius, quam tu, ò Iſraël ingredieris
poſſidendam, dixit ſcriptor. Ipſe eſt pater Cha-
naan, quia præ ceteris gentibus hanc noſſe de-
bebat Iſraël, cum qua ſibi cauſa grandis erat,
cuius videlicet gentis maculam antiquam con-
tinuò ſcribere properat, vt non adeò mirum
ſit, vel incredibile, quòd illam ad ingreſſum
Hebræorum terra euomere debeat. Ita Ruper-
*Vltimam tandem diuina ruit vindicta.*
tus. Eſt quidem miſericors Deus ſic alienus ab
omni ſeueritate vindictæ, vt ſi quando infinitis
& intolerabilibus hominum ſceleribus ad pu-
niendum compulſus procedit, palàm conteſte- B
tur, ad extremum iam euaſiſſe flagitia, vbi nec
remedia proſint ad ſanitatem & reſipiſcentiam,
nec deceat diuinam Iuſtitiam ampliùs quodam-
Exod. 9.
modo conniuere. Sic Exodi nono minatur Pha-
raoni: *Extendens manum meam percutiam te.* Cur
obſecro, tam ſeuerè ò Domine? Ne mali (inquit
Procop.
Procopius) contagium trahat etiam illos, quos
tu iniuriis oneraſti. Ex quo inferes extremum
tunc eſſe malorum cùm ſcelerum contagium
euulgatur: at quódnam tandem iſtud eſt? Nimi-
rum gradus ille poſtremus vitiorum ad quem
dæmonum manibus ſubuectus peccator in ca-
Pſalm. 1.
thedra peſtilentiæ conſedit, vt habetur *Pſalmo*
Ruffin.
*primo.* In cathedra verò (ait Ruffinus) peſti-
*Extremum malorũ quod ſit.*
lentiæ ſedet, qui malum, quod agit, alios do- C
cet. Vel cathedra peſtilentiæ intelligitur ſuper-
bia. Secundùm hanc doctrinam, quæ optima
eſt, tunc percommodè diuina ruit vindicta, cùm
hominum ſuperbia latè ſe diffundit, & peccan-
di tam proiecta eſt, liberéque vagatur licentia;
vt impudentiſſima fiant ſcelerum magiſteria;
qualis erit peſtilentia tempore Antichriſti, cùm
mundus videbit abominationem deſolationis
Matth. 24.
ſtantem in loco ſancto. In hoc tam exitiale
barathrum Chananæorum gens corruerat, cùm
illam Dominus partim bellis contriuit, partim
expulit è patrio ſolo, vt à beatiſſima illa terra
peſtem tam fœdæ impuritatis amoliretur. Obi- D
ter adnotarim, laborandum omni ope homini-
bus Eccleſiaſticis eſt, ne aut ſuperbi, aut libe-
riùs viuentes in cathedra peſtilentiæ conſidere
S. Chryſ.
videamur. Tolle vitium ſuperbiæ (ait S. Chry-
*Ambitio in Eccleſiaſticis comprimenda.*
ſoſtomus) de clero, ne velint hominibus ap-
parere, & ſine labore omnia vitia reſecantur.
Hæc ſuperborum ambitio maximè Pontificali
ſeueritate coërcenda eſt ne pullulet, & ſi for-
tè prorupetit, punienda. Sic optimè ſcribit S.
S.P.Dam.
Petrus Damianus *ad Clement. 2. epiſtol. 3. tomo pri-
mo.* Beatiſſime Domine ſic conculcatam & ab-
iectam ſtude reuelare iuſtitiam, ſic Eccleſiaſtici
vigoris exhibe diſciplinam: vt & pars iniqua
à ſtatu ſuperbiæ corruat, & mens humilium E
ad ſperanda bona fiducialiùs conualeſcat. Sic
ille. Sed quid de intemperantia? huius vitij ne
ipſum quidem nomen audiatur inter ſanctos,
illos nimirum ad quos dictum eſt: *Eſtote ſan-*
Leuit. 11.
*cti: quia ego ſanctus ſum*, doctrina & exemplo
*Vita ſancta exemplum ſacerdotum.*
prælucerant neceſſe eſt, maximè (vt vocat S.
Petrus Damianus *Epiſtola ſexta*) faſtigio caſti-
tatis. Ingreſſo Pontifici ad ſacrificandum, aut
thus offerendum in ſanctuarium, iubetur à
Domino, veſtem vt pontificiam cum ſuis tin-
tinnabulis aſſuetam induat. Audiatur (inquit)
ſonitus, quando ingreditur & egreditur San-

ctuarium in conſpectu Domini, & non mo-
Exod. 28.
riatur, *Exodi vigeſimooctauo.* Quo ſignificatur,
S.Gregor.
vt (autore D. Gregorio *in regiſt. libro primo, dict.
9. capite vigeſimoquarto*) vitæ viam cum linguæ
ſonitu ipſa quoque opera ſacerdotis clament.
Cathedra peſtilentiæ dicitur, qui ſuperbiæ ac
turpitudinis incitamentum & magiſterium præ-
bet. Quemadmodum cathedra ſalutis, vitæque
exedra Virgo illa, quæ humilitatis ac pudoris
inſigne mortalibus eſt documentum. O exi-
*B. Mariæ encomium.*
mium (proclamat S. Cyrillus Alexandrinus *ho-
milia ſexta contra Neſtor.*) vniuerſi terrarum or-
bis decus, & ornamentum Dei genitrix Maria!
Tu lampas inextinguibilis, tu virginitatis co-
rona! Tu rectè fidei ſceptrum ac norma; tu
templum inuiolatum! Tu ſedes eius, qui nul-
lo capitur loco! per te ſancta Trinitas ſancti-
ficatur, cælum exultat, Angeli lætantur, dæ-
mones fugantur, diabolus tentator è cælo deci-
dit, prolapſúmque plaſma in cælum recipi-
tur, &c. Vniuerſim, aut verbo, aut exemplo,
aut etiam vtroque peruertentes, vti peſtem la-
tè graſſantem, execratur Dominus, & à ſuo-
rum fidelium contubernio repellit. Hi ſunt
enim pſeudoprophetæ contra quos Domini eſt
irreconciliabile, vt paſſim legimus, bellum, vti-
que contra Deum pro Antichriſto belligeran-
tes. Quales hodie ſunt hæreticorum magiſtri,
Eccleſ. 1.
qui cæci ſunt, & duces cæcorum. Oritur ſol,
S. Hieron.
& occidit ſol, dicitur *Eccleſ.* 1. Vbi ſic D. Hiero-
*Hæreticis ſol in meridie occidit.*
nymus, ſol iuſtitiæ, in cuius alis eſt ſanitas ti-
mentibus Deum, oritur; & pſeudoprophetis oc-
cidit meridie. An non quotidie hanc oriendi &
occidendi viciſſitudinem continuam videmus?
Innumeræ gentes ad fidem catholicam Chriſti,
ſub vno ſuo vicario Pontifice Romano aggre-
gantur, ex Iappone, ex Sinis, & variis Indiæ,
Africæ, Æthiopiæ, Aſiæque prouinciis, quas
*Conuerſio gentium ad Chriſtum*
noſtræ Societatis homines, peragrant, euange-
lizantes verbum Dei: at interea tamen nati ho-
Iſai. 5.
mines in Europa, in regnis, quæ tot per ſecula
fidei catholicæ laude floruerunt; nomine adhuc
Chriſtiano perperam ſibi blandientes, quaſi in
meridie turpiſſimis prauorum dogmatum te-
nebris excæcari, ſolem iuſtitiæ in exteras gen-
tes veluti fugientem amiſerunt. Auerte adhuc
in verſu illo: *Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit:*
S. Hieron.
ex Hieronymo intelligi diſcipulos: & peſtilen-
tes, & colluſores appellari. Scilicet ſimiles ſuo
magiſtro peſtilenti, & Dei corriſori. Mirum eſt,
quàm facilè vulgetur & adhæreat, & increſcat
malum. Denique vt ad Chananæos redeamus,
illorum flagitioſa deſcribitur origo, ne quis mi-
retur cùm viderit illos è patriæ ſedibus, ſpolia-
tos bonis omnibus, expelli: peſtis enim tam exi-
tialis, ne ſerpat vlterius, omnino ſopienda eſt.
Sic etiam in Eccleſia, maximè verò in religioſis
familiis omni ſtudio curandum eſt: ne quis in-
famia notatus inter alios verſetur. Qua de re
S. Bern.
ſapienter D. Bernard. *Epiſtol.* 102. Non eſt au-
*Expellendus à religione, qui ſcandalo eſt.*
tem relinquenda virga peccatorum ſuper ſor-
tem iuſtorum, vt non extendant iuſti ad ini-
Pſal. 124.
quitatem manus ſuas, *Pſalmo* 124. Melius eſt
enim, vt pereat vnus, quàm vnitas. Diaboli
ſtudium eſt circuire in domo Dei, & quærere,
quem deuoret. Auferte malum ex vobis, dicit
1. Cor. 5.
Apoſtolus 1. *Corinth.* 5. Auferatur malus, ne ma-
los generet; abſcindatur, vt ouis morbida à
grege, vt putridum membrum à corpore. Ne
timeas eſſe contra caritatem ſi vnius eiectione
ſcanda

ſcandalum multorum recompenſaueris pace. Hæc Bernard.

3. *Ab his diſſeminatum eſt omne genus humanum ſuper terram*, &c.] Admirari oportet diuinæ benedictionis vim, & magnitudinem; qua effectum eſt, vt ex tribus tantùm hominibus propagatum fuerit vniuerſum genus humanum: cùm tamen huic propagationi, ne procederet, multa viderentur obſtare. Enimuero ſoli erant tres illi homines cum parte viribus, ætatéque effœto: terra penitus deſolata, ſine vrbibus, oppidis, caſtellis ac domibus; nulla vitæ alendæ cellaria & ſubſidia; vnde veſtes, vnde calcei, vnde alimenta: tellus ipſa, & ornatu ſuo arborum, herbarúmque deſtituta, & beſtiis ac feris liberè vagantibus effetata: vitæ pericula complura; morbi, angoréſque frequentiſſimi; vtique poſt diluuium rerum omnium ſtatu nimium permutato; cùm interior vix vlla ſuppeterent, aut præcauendis, aut curandis corporum morbis, remedia. Denique plurima quotidie in tali rerum mundique ſtatu paſſim occurrebant; quibus hominum vita extingueretur, antequam generationi natura ætas adoleſceret; aut proles ipſa vbi concepta, vel educta foret, funditus interiret. Nihilominus efficacitas diuinæ benedictionis: *Creſcite & multiplicamini, & replete terram*, illudi, atque impediri non potuit. Hebraicè legitur: ומאלה נפצה כל הארץ *vmeelleh naphçah col haarç*: reddi poteſt, & ab his diſperſa eſt omnis terra, vel ab his ſparſa eſt omnis terra; vel diuiſa eſt, vel contrita. Radix enim נפצ *nephaç*, diſpergere, frangere, diuidere. Hinc נפצ *napheç*, contritio & turbo, vt apud Iſaiam trigeſimo. מפצ מפצ *mapheç & maphaç*, inſtrumentum quo aliquid conteritur, vt malleus, *Ieremiæ* 51. Rectè autem à noſtro interprete vertitur: Ab his diſſeminatum eſt, &c. Vt etiam Chaldaicè, diſſeminata eſt terra. Quam ſignificationem ſimiliter apponunt LXX. *διεσπάρησαν*, diſſeminati ſunt. Senſus omnino eſt: Ab his diſſeminati ſunt homines ſuper terram; & ab his terra ipſa hominibus ſparſa, & ſeminata; & in familias, prædia, hortos, domóſque diuiſa: propagato enim hominum genere, tellus ipſa lacerata eſt, & quaſi minutiſſimas in partes conciſa, vt illius particulam ſibi quiſque in poſſeſſionem aſciſceret. Iam nunc ſecundò ſeminauit bonus ille paterfamiliàs bonum ſemen in agro ſuo, homines videlicet in mundo, (quod enim ſemen, quíſve fructus homine melior eſt?) At inimicus ſuperſeminauit zizania, nimirum & prauos homines, & vitia ipſa: quo quidem ſtatu nunc procedit hominum genus. Vt enim D. Hieronymus *Epiſtola ad Ruſticum*, ait: In omni conditione, & gradu optimis mixta ſunt peſſima. Nónne inter optimos ac ſanctiſſimos ſacerdotes, & religioſos viros deterrimi aliqui numerantur: inter coniugatos rectè & ex virtute agentes impuri, & infames multi ſunt? an non iuſti & iniuſti ſimul verſantur, & illi ab iſtis indigna patiuntur? Luculenter D. Auguſtinus *in Pſalmum* 32. *concion.* 2. Seges (inquit) Eccleſiæ etſi cum zizaniis interim communem bibens pluuiam, ſed tamen horreum non habitura commune. Tolera zizania, ſi triticum es: tolera noctem, deſidera mane. Valet hoc ad commendandam iuſtorum patientiam, cùm aut vident iniquorum licentiam, aut dominatum; aut eorum iniu-

*Status mundi poſt diluuium miſerabilis.*

Iſai. 30.
Ierem. 51.

*Terra habitata & culta poſt diluuiũ.*

Matth 13.

S. Hieron.
*In omni ſtatu boni & mali mixti.*

S. Auguſt.

*Tolerandi à bonis mali.*



A ſtitiis ac violentiis opprimuntur: quod quidem toleratu facilè fiet; ſi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, oculos animóſque dirigamus. Sic enim tunc quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes, 1. *Corinth.* 6. Vbi duo egregiè adnotantur à D. Auguſtino *in Pſalmum* 36. alterum ad præſentis vitæ tolerantiam: alterum ad futuræ felicitatis ſolatium. Nimirum triſtitia (inquit) noſtra habet quaſi, quia ſicut ſomnus tranſiet: gaudium noſtrum non habet quaſi, quia in ſpe certa eſt. Deinde toleranda ſunt tritico zizania, eo quòd ex zizaniis fortè aliquando triticum fiet, vt ab eodem Auguſtino hiſce verbis obſeruatur. Multi primò zizania ſunt, & poſtea triticum fuerunt, qui niſi patienter cùm mali ſunt tolerentur, ad
B laudabilem mutationem non peruenient: itaque ſi auulſi fuerint, ſimul eradicabitur, & triticum, quod futuri eſſent, ſi eis parceretur. Hæc Auguſtinus. Fit etiam interdum, vt zizania commutentur, & meliora fiant, quàm triticum, quod priùs fuerat. Quis enim Paulo, qui antea Saulus fuit, in regno Dei ſanctior? Hinc optimè S. Petrus Damianus, *ſermone tertio in natiuitatem Virginis*, profatur. Sæpè nonnulli ad Dominum poſt carnis peccata redeuntes, tanto ſe ardentiùs in bonis operibus exhibent, quanto damnabiliores de malis videntur. Et ſæpe quidam in carnis integritate perdurantes, dum minus ſe reſpiciunt habere quod defleant, plenè ſibi ſufficere vitæ ſuæ innocentiam putant; atque
C ad feruorem ſpiritus nullis ſe ardoris ſtimulis inflammant. Et fit plerunque Deo gratior amore ardens vita poſt culpam, quàm ſecuritate torpens Virginis innocentia. Sic Damianus.

4. Ex hac doctrina nemo malè inferat parcendum homicidis, latronibus, adulteris, & maximè hæreticis. Publico enim iudicio, atque integro, & iuſto à magiſtratibus puniendi ſunt. Sic enim ipſemet Auguſtinus apud D. Thom. 2.2. *quæſt.* 10. *articulo octauo ad primum*, effatur. Quando crimen eſt notum omnibus, & execrabile appatet, non dormiat ſeueritas diſciplinæ. Conuenit etiam huic ſententiæ illud D. Hieron.
D apud D. Thomam 2.2. *quæſt.* 11. *articulo tertio*, & in iure Canonico celebratum. Reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis à caulis repellenda, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora, ardeant, corrumpantur, putreſiant, intereant. Arius in Alexandria vna ſcintilla fuit, ſed quoniam non ſtatim oppreſſus eſt, totum orbem eius flamma populata eſt. Sic Hieronymus. Sed ad zizania reuertens aduerte, quæ tanta ſit iniquitas inimici: non terram aratro proſcidit, non occauit, nullum colendo, & purgando ſolo ſtudium impendit; ſed in labores patrisfamiliàs intrauit: huius ſudoribus arata ſatáque tellure, ille conſequenter ſuperſeminauit zizania.
E Et, vt rectè apponit D. Chryſoſtomus: Hinc etiam apparet diaboli malignitas: tunc enim ſeminauit, quando vniuerſa erant completa, vt magis noceret agricolæ ſtudio. At Dominus Deus queritur per Iſaiam decimoſeptimo. *Et erit ſicut congregans in meſſe, quod reſtiterit, & brachium eius ſpicas leget.* Porrò D. Chryſoſtomus *homilia vigeſimaoctaua in Geneſim*, propagationem iſtam humani generis à tribus illis hominibus deductam in tanta rerum omnium aſperitate admiratus, ſimile prædicat miraculum in

1. Cor 6.
S. Auguſt.

S. P. Damia.

S. Auguſt.
*Publici nocentes ſunt puniendi.*
S. Hieron.

*Diaboli malitia.*

S. Chryſ.

Iſai. 17.

*S. Chryſ. Fides Christiana promulgatio.*

in promolgatione fidei Chriſtianæ. Sicut (ait) per tres illos hominum genus multiplicauit vniuerſi conditor; ita quoque, & in fide per vndecim piſcatores illiteratos, & idiotas, qui neque os aperire audebant, omnem ſibi orbem conciliauit. Cùm autem tales ſint, qui infeſtent, tanti ſiut, qui inſidientur, & reges, & tyranni, & populi ſeditioſi, & omnia facientes, vt extinguant ſcintillam fidei, per inſidiatores, per eos, qui vetare volebant, tanta pietatis flamma erupit; vt totum orbem habitatum, & inhabitarum inuaſerit. Ita Chryſoſt. Pulchrè Philo Hebr. *lib. 2. de vita Moyſis*, refert ſanctitati Noë (poſt Dei tamen gratiam) & illius familiam è communi totius orbis interitu liberam atque incolumem euaſiſſe: & ab illa diſſeminatum conſequenter hominis genus: vt hinc intelligas quàm potés ſit virtus boni patrisfamiliàs. Sic enim ait. In illo memorabili diluuio, quando penè vniuerſi homines interierunt; ſola Noë familia proditur euaſiſſe incolumis, quia paterfamiliàs ſe purum à peccatis voluntariis ſeruauerat. Eiúſque filij noui generis facti ſunt principes, autoréſque rediuiui poſt diluuium ſeculi, velut ſcintillæ ſeruatæ ad reparationem generis inter omnes animantes præſtantiſſimi, & imperium terrarum habituri.

*Phil. Hebr.*

*Potens virtus patrisfamiliàs.*

---

## SECTIO V.

*Cœpit Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam: bibénſque vinum inebriatus eſt.*

1. PRiori loco Hebraicam obſcuritatem clariùs expreſſit interpres Latinus. Habetur enim in fonte: ויחל נח איש האדמה *vaiachel Noach iſch adamah*: & cœpit Noë vir terræ. LXX. ſimiliter vertunt, ἄνθρωπος γεωργὸς γῆς: vir agricola terræ. Dicitur autem vir terræ, deditus agriculturæ; ſicut vir ſanguinum, effuſor ſanguinis: vir mendacij, vir mendax appellatur, &c. Chaldæus apertiùs: cœpit Noë eſſe vir operarius in terra. Cæterùm etſi videatur ſignificari omne genus culturæ, quam terræ impenderit Noë ſerendi triticum, olera, plantas, vites, arbores, quæ quidem omnia vitæ humanæ vſibus pernéceſſaria ſunt: putarim ego tamen hiſce verbis ſolùm inſinuari agriculturam, preſſiùs ſumptam, aut ſaltem reliquarum rerum ſationem, præterquam vitium: de his enim in ſecundo loco peculiaris mentio fit. D. Ambroſius *lib. de Noë, & arca, cap. 29.* partim ſimiles, partim diſſimiles Adam & Noë oſtendit. Eo quòd ille (inquit) de paradiſo eiectus cœperit operari terram; iſte verò egreſſus ex arca factus ſit agricola. Diſparitatem tamen agnoſcit: eò quòd alter operarius, alter agricola dicatur. Vnde ſubtilem eruit doctrinam in ſenſu myſtico: non illam repeto, quippe cùm nullum diſcrimen appareat in fonte Hebræo, ex quo diſparitas nominum operarij & agricolæ oritur. Ad leuamentum curarum videtur agriculturæ ſe tradidiſſe Noë: quod ita oſtendit S. Chryſoſtomus. Conſiderate, & nunc quomodo & iuſtus ille ſe habuerit, quomodo veriſimile eſt eum fuiſſe affectum, & quomodo à triſtitia deprimebatur; videns tam immenſam ſolitudinem, & terram illam, quæ antea tam variis luxuriabat plantis, & floribus ornabatur, repentè quaſi defectis comis, nudam & ſolitariam. Cùm ergo tam inualuerat mœror, paruam quandam ſibi conſolationem excogitans, terræ colendæ ſe dedidit. Ita Chryſoſtomus. Videas hinc quantum conducat etiam ad leniendos animi dolores, non otiari, ſed aliis atque aliis rerum bonarum curis ac ſtudiis exerceri: quod in reſtinguendis fœdi atque importuni amoris ardoribus miram habet efficacitatem. Sed hac de re ſatis in ſuperioribus dictum à nobis eſt. Illud tamen D. Hieronym. *Epiſtol. 4. ad Ruſticum*, dignum eſt, quod memoretur. Philoſophi (ait) ſeculi ſolent amorem veterem amore nouo, quaſi clauum clauo expellere: quod & Aſſuero Regi ſeptem principes fecere Perſarum, vt deſiderium Vaſthi, aliarum puellarum amore compeſcerent. Illi vitium vitio, peccatum peccato medicantur: nos amore virtutum vitia ſuperemus. Adde: bonorum operum ſtudio ſanctiſſimè occupati. Noë vir agricola, ſeu vir terræ demonſtrat continuam atque infatigabilem terræ culturam: etſi grandæuus ætate, laboribúſque confectus laborare non deſiſtit: quod in colenda tellure animæ, virtutibus excolendis, atque meritis ad vitam æternam conquirendis præcipuè locum habet. Oportet enim ſemper orare, & non deficere. Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Ac perſeuerantem quidem, ne deficiat, exemplum Domini patientis vſque ad mortem mirabiliter confirmat. Quam in ſententiam, ita ſuauiſſimè loquitur D. Bernard. *ſermon. 1. in feſto Paſcha.* Deſcendat (inquiunt Iudæi) ſi Rex Iſraël eſt de cruce. Imò verò, quia Rex Iſraël titulum regni non deſerat; virgam imperij non deponat, cuius nimirum imperium ſuper humerum eius. *Iſai. 9.* Noli (inquiunt ad Pilatum) noli ſcribere, Rex Iudæorum. Et Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi, *Ioan. 19.* Si Pilatus quod ſcripſit ſcripſit: Chriſtus non perficiet quod incepit? Ipſe enim cœpit, & ſaluabit nos. Sed dicunt: Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Imò verò ſi deſcenderit, neminem ſaluum faciet. Cùm enim ſaluus eſſe non poſſit, niſi qui perſeuerauerit vſque in finem, quanto minùs poterit eſſe ſaluator? Operatur ſalutem noſtram, nec caudam deeſſe patitur ſacrificio veſpertino hoſtiæ ſalutari. Nouit iniquę quid cogites, Non tibi dabit occaſionem turpis ſpeciei nobis perſeuerantiæ, quæ ſola coronatur. Non faciet obmuteſcere prædicatorum linguas conſolantium puſillanimes, & dicentium ſingulis: Tu locum tuum ne deſeras; quod ſine dubio ſequeretur, ſi reſpondere poſſent: quia Chriſtus ſuum deſeruit. Ergo ille ad Patrem: Opus conſummaui, quod dediſti mihi, vt faciam, *Ioan. 15.* Hæc Bernard.

*S. Ambroſ. Noe agricultura.*

*S. Chryſoſt.*

*S. Hieron. Exercitatio contra turpē amorem.*

*Infatigabile ſtudiū in virtutibus.*

*S. Bernard.*

*Iſai. 9.*

*Ioan. 19.*

*Perſeuerantia exemplum in Chriſto crucifixo.*

2. *Et plantauit vineam.*] Præter colendi ruris, frumenta ſerendi ac metendi, & arbores conſerendi, aſſiduam exercitationem ſenis: alia ſubinde hominem tenuit, miréque recreauit, ſcilicet, vites in vineæ formam diſponendi, atque poſt omnigenam vitium culturam, vinum à maturis iam vuis tandem exprimendi. Ea namque eſt diuinæ bonitatis erga hominum genus prouidentia: vt paulatim (ait D. Chryſoſt.) mundi ſtatus diſpenſetur, & quilibet iuxta ſapientiam à Deo naturæ inditam initio artis alicuius inuentor ſit:

*Artiū inuentio ex Dei prouidentia.*

*S. Chryſoſt.*

ſic

ſic in hanc vitam artium ſtudia ſunt introducta. Primus enim homo agriculturam inuenit, ſecundus artem paſtoralem, alius fabrilem, alius muſicam; hic autem iuſtus vineaticam naturali ſoletria excogitauit. Ita Chryſ. Ac certò quidem tenendum eſt, vites ante diluuium fuiſſe. Nec enim plantarum præſtantiſſimam ornatui terræ deeſſe æquum erat. Carpebant homines è vitibus vuas, ad ſapidiſſimum cibum, hauddubiè inter omnes plantarum fructus: deerat tamen adhuc prioribus ante diluuium ſeculis, ſerendi colendique vites, & conficiendi vinum ars, & induſtria, quæ quidem inter optimas atque vtiliſſimas humano generi adinuenta eſt, cuius primus autor extitit Noë. Sed vnde vites? cum diluuio putrefactum perierit omne genus plantatum? Nimirum vel corruptarum vitium radices, vbi poſt diluuium clementior flauit aura, tepidiórque humor vitale quid terræ indidit, repullulaſſe creduntur: vt D. Ambroſio viſum eſt. Aut tellus ipſa (quod placuit Abulenſi) ſponte ſylueſtres protulit vites labruſcarum potiùs, quàm dulcium vuarum feraces: quarum abſciſſos palmites, Noë terræ optimè inſeruit, opportunæque culturæ ſtudio, agreſti vi mitigata, ad optimam vuarum procreationem perduxit. Hæc litera huius loci. Porrò inter Patriarchas, qui Chriſtum Domini mirabiliùs in ſeipſis adumbrarunt, vnus fuit Noë cùm in arca, tum in vinea. Et quidem vineæ non paucæ, nec ignotæ ſunt ſignificationes, illa optima de Chriſtiana Republica. In qua (inquit D. Bernard. *ſerm. 30. in Cant.*) Apoſtoli palmites, Dominus vitis, & Pater eius agricola eſt, in fide plantata, in caritate mittit radices, defoſſa ſarculo diſciplinæ ſtercurata pœnitentium lacrymis, rigata prędicatorium verbis, & ſic ſanè exuberans vino, in quo eſt lætitia, & non luxuria, vino totius ſuauitatis, nullius libidinis. Hæc Bernard. Iuxta iſtam vineæ acceptionem eſt, quòd admiremur noſtri Noë omnipotentiam, qui plantauit vineam non breuibus circunſeptam terræ, vti Iudææ, terminis, ſed quæ terras & cælum impleat. De Iudaica & Chriſtiana diſſerens idem Bernard. hæc adiungit. Moyſi oblatum eſt à Deo, ſi præuaricatorem populum vellet dimittere, & diuinæ exponere vltioni, ipſum quidem fieri poſſe in gentem magnam, ſed ille renuit. Quare? ob nimiam profectò dilectionem, qua illi fortiter deuinctus populo tenebatur, & quoniam non requirebat quæ ſua ſunt; ſed Dei honorem, & non quod ſibi vtile foret, ſed quod multis. Sic ille. Aduerte obiter quæ tanta fuerit animi magnitudo ſumma illa deſpicientis, & zelus, & caritas proximorum, & in Deum pietas in Moyſe; atque vtinam ſic principes, ſic prælati, ſic omnes, quotquot Chriſtum profitemur, aliorum vtilitati potiùs, quàm noſtris commodis; atque honori Dei, non noſtræ vanitati, & cupiditati, tam ſtrenuum infatigabileque ſtudium adhiberemus; ſed quæ hominum eſt impudentia; omnes quærunt quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti, *ad Philip.* 2. Sua nimirum (exponit S. Anſelm.) non Chriſti lucra. Sic & modò faciunt in Eccleſia mercenarij ſua quærentes, hoc eſt, non gratis Chriſtum diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda conſectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Et quando hæc à præpoſito amantur, atque propter hæc ſeruitur Deo, quiſquis talis eſt, mercenarius eſt, inter filios non ſe computet. De talibus enim dicitur;

*Vinea plantata per Noë.*

S. Ambroſ.

S. Bern.
*Vinea Chriſti Eccleſia.*

S. Bernard.

*Moyſes honorum contemptor.*

Ad Phil. 2.
S. Anſel.
*Qui ſua non Chriſti lucra quærunt.*

A quia receperunt mercedem ſuam. Non quærunt ea, quæ ſunt Ieſu Chriſti, ideſt, multiplicationem boni gregis religioſam conuerſationem ſubditorum, ſalutem animarum, & ideo nullum iſtorum voluit nunc Apoſtolus mittere; Neminem (inquit) habeo tam vnanimem qui ſincera pro vobis ſolicitus ſit; omnes enim, &c. ſpero Timotheum mittere. Qui ſicut paſtor ſalutem gregis quæreret, atque non ſolùm verbo, ſed & exemplo qualiter viuendum eſſet, oſtenderet. Hæc Anſelm. Diſcant ab Apoſtolo principes, ac pontifices non iis demandare Eccleſias, & præfecturas animarum, qui auidè illas expetunt ac procurant; ſua, non Chriſti lucra quærentes.

*Quinam Eccleſiis præficiendi.*

3. Alteram ſubinde rationem in facto iſto
B admirabili Moyſis inuenit Bernard. longè pulchriorem. Ego autem (inquit) conſilio ſecretiori puto hoc munus diuinitus pro ſui magnitudine ſeruatum ſponſæ (Eccleſiam intelligit, vt ipſa potiùs, & non Moyſes mitteretur in gentem magnam; ſponſæ dicitur: Ite in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturę, *Marci* 16. Ipſa, inquam, miſſa eſt in gentem magnam. Num in maiorē potuit, quàm in vniuerſitatem? & facilè vniuerſitas ceſſit portanti pacem, gratiam offerenti, ſed non ſicut gratia, ita & lex; quam diſſimili vultu ad omnem conſcientiam ſe offerunt ſuauitas huius, & illius auſteritas? Quis ſanè ex æquo reſpiciat condemnantem, & conſolantem; repoſcentem & ignoſcentem; plectentem, & amplectentem? Non pari profectò
C acceptabitur voto, vmbra, & lux; ira & pax; iudicium, & miſericordia; figura, & veritas; virga & hæreditas; frænum, & oſculum. Hæc Bernard. Quàm dulciter Bernard. de dulcedine legis gratiæ, de felicitate Eccleſiæ Chriſtianæ loquitur: gratiæ quidem ſuauitati, amori Chriſti Domini ceſſit victa, collum ſubdidit iugo fidei vniuerſitas gentium. Vicit Dominus Ieſus, eo violentiùs, quo ſuauiùs. Vbi Deus (inquit S. Petr. Chryſol. *ſerm. 7.*) dominum mutauit in Patrem; voluit caritate magis, quàm poteſtate regnare, & amari maluit, quàm timeri. Deinde, quòd lex Moſaica tam paruos in mundo progreſſus habuerit, contrà verò Chriſti regnum, nullis terminetur fini-
D bus, oſtendit vlteriùs Bernard. ad hunc modum. Graues Moyſis manus teſtibus Aaron & Hur; graue legis iugum teſtibus ipſis Apoſtolis, qui hoc & ſibi, & patribus importabile clamitant, *Act.* 15. Graue iugum, & vile præmium: nam terra eſt in promiſſione: pro huiuſmodi non eſt Moyſes miſſus in gentem magnam. Verùm tu mater Eccleſia promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ, facilè in duplici gratia obtines ab vniuerſis te recipi, & propter iugum ſuaue, & propter regnum ſublime. Pulſa de ciuitate Hieruſalem ab vniuerſitate exciperis, dum ſic prouocat, quod promittis, vt quod imponis, non terreat. Quid adhuc vnius vineæ plangis damnum quod tanto tibi fœnore compenſatum eſt?
E pro eo quod fuiſti derelicta, & odio habita, ponam te (inquit Iſai. 60.) in ſuperbiam ſeculorum, gaudium in generatione, & generationem, & ſuges lac gētium, & mamilla regum lactaberis, &c. Præterea vineæ nomenclaturam ſortiūtur etiam animæ. Quiſque vineam ſuam habet, ſcilicet animam. Hanc excolat, pro hac deſudet. Quo ſenſu videtur conqueſta dixiſſe ſponſa Cant. 1. *Poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meā non cuſtodiui.* Quo loci Bernard. *ſerm.* 30. Ego (ait) loci huius occaſione meipſum reprehendere ſoleo,

S. Bern.

Marci 16.

*Dulcis & felix Chriſti fides.*

S. P. Chryſ.
*Deus dominū mutauit in patrem.*

S. Bern.

Act. 15.
*Cur lex Chriſti, non Moyſis mundum obtinuit.*

Iſai. 60.

Cant. 1.
*Vinea cuiuſque anima.*
S. Bern.

A quòd animarum ſuſceperim curam, qui meam non ſufficerem cuſtodire, vineas animas interpretans. Vide conſequenter, an rectè quoque dicamus fidem, vitem, virtutes, palmites, botrum, opus; deuotionem vinum. Percommodè ſignificatur etiam ſymbolo vineæ religioſa quæque familia; vti D. Bernard. *Epiſt.* 141. ſcribit ad Humbertum Abbatem de monaſterio Igniacenſi: Vineam (inquit) tibi Dominus plantauit electam, & ſpecioſiſſimam. Spem ei circundedit votiuæ continentiæ; torcular diſtrictiſſimæ diſciplinæ fodit in ea; & ædificauit ſanctæ paupertatis turrim ad cælos vſque pertingentem, te cultorem, atque cuſtodem conſtituit. honeſtauit te in laboribus tuis, & complebit illos, ſi permittis, &c. Hactenus Bernardus.

S. Bern.

*Vinea religioſa familia.*

B 4. *Bibénſque vinum.*] Plantauit igitur Noë vineam, coluítque vſque ad vindemiam: expreſſit tandem vinum ex vuis; humanæ (vt Lippomanus loquitur) naturæ nobile medicamentum, ſi parcè ſumatur. de quo ſic optimè Plin. *lib.* 14. *cap.* 5. Vino neque viribus corporis vtilius aliud, neque aliud voluptatibus pernicioſius, ſi modus abſit. Hebr. eſt וישת־מן היין *vaiexeth min-haiain:* & bibit de vino, quod etiam LXX. habent, pro bibit vinum. Nihilominus S. Ambroſius ex hoc modo loquendi occaſionem ſumpſit excuſandi Noë, illúmque vindicandi ab intemperantia. Non dixit (ait) vinum bibit; neque iuſtus vinum ebibit, ſed de vino, hoc eſt, de eius potione libauit. Ebrioſi eſt omne exorbere vinum, & intemperantis euacuare quod ſumpſerit, continentia autem vtendi menſura legitima eſt. Meritò D. Chryſ. *homil.* 29. inuehitur in eos, qui vinum incuſant; eſt enim vtiliſſimum, ſi temperantiæ limites non tranſiliat, qui biberit. Summa verò vini laus ex eo æſtimari poteſt, quòd vini materia vſus fuerit Chriſtus Dominus ad conſecrationem ſui ſanguinis, in ſacroſancto Euchariſtiæ myſterio: rem vtramque audi potiùs ex D. Chryſ. Non eſt (inquit) vitis mala, neque vinum malum, ſed illius abuſus, quia non propter vinum, ſed propter peruerſam voluntatem nefaria ſcelera fiunt; & cùm in eo ſit vtilitas; vt noceat in causa eſt intemperantia. Quocirca nunc poſt diluuium oſtēdit tibi vini vſum, vt oſtendit, quòd & antea in immodicam luxuriam humanum genus inciderit, multíſque peccatis ſe contaminauerit, cùm adhuc vini vſus neſciretur; vt quando videris vſum vini, non vino totum tribuas, ſed corruptæ voluntati ſua ſponte ad malum ruenti. Alia quoque ratione conſidera, quomodo vinum fuerit vtile, & horreſcito. Nam per hoc materia bonorum ſalutis noſtræ perficitur. Sciunt initiati, & eruditi, quid dicatur. Ita Chryſ. Ad Sacerdotes loquitur de ſacroſancto calice ſanguinis dominici. At vino quidem plura ſignificari ſolent in ſacris literis; atque in primis illud, de quo ſic D. Bernard. *ſerm.* 2. *de dom. poſt Epiphan.* ad illa ſanctiſſimæ Virginis verba: *Vinum non habent,* Ioan. 2. Hìc nonnunquam vinum deficit, gratia ſcilicet deuotionis, & feruor caritatis. Quoties mihi neceſſe eſt exorare matrem miſericordiæ, vt ſuggerat ſuo benigniſſimo Filio, quoniam vinum non habeant? Et ipſa ſi piè a nobis pulſata fuerit, non deerit neceſſitati noſtræ, quoniam miſericors eſt, & mater miſericordiæ. Nam ſi compaſſa eſt verecundiæ illorum à quibus fuerat inuitata, multo magis compatietur nobis, ſi piè fuerit inuocata. Hæc Bernard. Vinum etiam ſignificat virtutes, & quidem merum eas, quæ in

*Vini bonitas & malitia*

Lippom.

Plin.

S. Ambroſ.

C

*Vinum parcè bibendum.*

S. Chryſ.

S. Chryſ.

D

*Non vinum, ſed abuſus vini damnatur.*

*Vinum conſecratur in ſanguinē Christi.*

E

S. Bern.

Ioan. 2.

*Vino ſignificatur deuotio.*

*B. Maria compaſſio. & impetratio.*

A Chriſto ſunt, putas ab omni fæce humanæ infirmitatis. Vnde idem Bernard. *ſerm.* 9. *in, Qui habitat.* loquens de calice Saluatoris: Non eſt (inquit) hic calix aquæ frigidæ, ſed calix inebrians quàm præclarus, calix vini meri, & quidem plenus mixto. Solus enim merum habuit vinum Dominus meus Ieſus, qui ſolus perfectè mundus, & ſemper etiam poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine. Nec quiſquam cæterorum præſumere audeat, non eſſe quod ſibi propheticum illud aptetur: *Vinum tuum mixtum eſt aqua,* Iſai. 1. Nemo enim mundus à ſorde, nemo gloriari poteſt omnino ſe caſtum habere cor. Ita Bern.

S. Bern.

*Christi gratia pura.*

B 5. Significat etiam lætitiam ſpiritualem, gaudium Spiritus ſancti: vt Prouerb. 31. *Date ſiceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro ſunt animo, bibant, & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius.* Cuius loci egregia traditur interpretatio a Beda hiſce verbis. Siceram & vinum hoc loco ſupernam diuinæ ſapientiæ. conſolationem dicit, quæ illis eſt exhibenda cordibus, quæ in infimis cōſolari refugiunt. Et quicquid occurrit in præſenti, amaro ſuſcipiunt animo; ſolis, quæ nondum vident, gaudiis cæleſtibus tota mente inhærentes, iuxta eum qui dixit: *Negauit conſolari anima mea. memor fui Dei, & delectatus ſum,* Pſal. 76. Sic ille. Itaque diuina gaudia iis communicari ſolent, qui humana, & carnalia faſtidiunt; beati enim qui lugent. Cæterùm ad verba regij Vatis pulchrè ita commentatur S. Hieronym. Quantum in peccatis meis fuit, nullam inuenire potui conſolationem. rurſum cogitaui de Deo, & in miſericordia ipſius delectatus ſum. In Hebr. aliter habet: Memor fui Dei, & conturbatus ſum. Conſideraui manſuetudinem ipſius, pietatem, munditiam: & videns meipſum immundum, vehementer conturbabar. Sic ille. Quid nobis fiet, quando innumeris polluti vitiis ante Iudicem puriſſimum præſentabimur? Deinde pœnitentibus Dei promittitur conſolatio. Sic enim vlteriùs Beda: Item date, &c. his, qui pro pœnitudine actuum priſtinorum mœrore deprimuntur; ſpiritualis ſcientiæ iucunditatem affluenter infundite: eóſque ſalutaris verbi crapula reſonete: ne fortè iugitate mœroris de tali deſperatione demerſi, abundantiore triſtitia abſorbeantur. Hactenus Beda. Contrà verò ſumitur aliquādo vinum pro iudicio, correctione, atque timore, eo quòd auſterum eſt. Hinc D. Bernard. *ſerm.* 16. *in Cant.* Pulchrè oſtendit benignitatem Domini, qui ad nos deſcendens plus olei, quàm vini attulit. Verba illius ſunt: *Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit me, ad annunciandum manſuetis miſit me, vt mederer contritis corde,* &c. ait per Iſai. 61. Veniebat vngere contritiones noſtras, ac lenire dolores. Ideoque venit vnctus, venit manſuetus, & mitis, & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus eum. Sciebat ſe ad infirmos deſcendere, exhibuítque qualem oportuit. Et quoniam multæ erāt infirmitates, multa quoque prouidus medicus medicamenta curauit afferre: attulit ſpiritum ſapientiæ, & intellectus, ſpiritum conſilij, & fortitudinis, ſpiritum ſapientiæ & pietatis, & ſpiritum timoris Domini. Vides quot phialas plenas odoramentis cæleſtis medicus præparauit ad ſananda vulnera illius miſeri, qui incidit in latrones? Septem ſunt numero: ex his profectò infudit oleum meis vulneribus; infudit & vinum, ſed minùs, quam olei. Sic nempe congruebat infirmitatibus meis, vt miſericordiam ſuperexaltaret iudicio; quemadmodum

Prouerb. 31.

*Diuina conſolatio humanā reſpuentibus datur.*

Beda.

Pſal. 76.

C

S. Hieron.

Beda.

*Pœnitentibus datur Dei cōſolatio.*

D

S. Bern.

*Christi manſuetudo.*

Iſai. 61.

E

modum vino oleum ſuperfertur infuſum; attulit proinde quinque cados olei, vini non niſi duos. Vinum ſiquidem timor tantùm, & fortitudo fuere, reliqua quinque oleum propria ſuauitate deſignant. O ſapientia, quanta arte medendi in vino, & oleo animæ meæ ſanitatem reſtauras, fortiter ſuauis, & ſuauiter fortis; fortis pro me, & ſuauis mihi; propellens inimicum, & infirmum fouens. Oleum effuſum nomen tuum. Non vinum effuſum (nolo enim, vt intres in iudicium cum ſeruo tuo) ſed oleum; quia coronas me in miſericordia, & miſerationibus. Hactenus ille.

*Chriſti ſuauitas fortis.*

Percelebris illa in deteriorem partem ſignificatio, qua ſumitur vinum pro luxuria, *ad Epheſ. 5.* In hoc ſenſu dicuntur vbera ſponſæ, ideſt, virginis Mariæ pulchriora vino, quia genuit cum virginitate, cùm aliæ genuerint cum libidine. Ita Rupert. *in Cant.* 4. At Guillielmus pius Deiparæ cultor ſuauiùs adhuc interpretatur ad hunc modum: Pulchriora ſunt vbera tua vino. Vinum poteſt intelligi illud, quod germinat virgines, *Zach. 9.* ipſa virginitas; vtique propter meraciſſimam puritatem. Quid enim virginali puritate meracius? hoc vino vbera B. Mariæ priuſquam mater eſſet, plena erant; ſed vbi ſalua virginitate mater facta eſt, non plena tantùm vino, ſed pulchriora etiam vino eius vbera facta fuerunt; quia non tantùm virginea, ſed etiam lacte virgineo tumida extiterunt. Vbera habere virginea, cũ multis illi virginibus eſt, & fuit cõmune. Sed ſingulare illi eſt, & fuit, & erit virginea vbera lacte virgineo poſt partũ tumẽtia habere. Sic ille.

Ad Epheſ. 5.
Rupert.
Guilel.
Zachar. 9.
*B. Maria virgo & mater.*

6. *Inebriatus eſt.*] Primus Noë (inquit S. Ambroſ. *lib. de Elia, cap. 5.*) plantauit vineam, dedit naturam, ſed ignorauit potentiam, Itaque vinum nec ſuo pepercit autori. Cùm enim delectaret reperti muneris gratia, tentauit vehementior creatura inſuetos ſenis artus, turbauit noua potio. Sic Ambroſ. Similiter excuſat Theodoret. ebrietatem Noë, ſic enim ait *quæſt. 65*: Ab inexperientia profecta eſt ebrietas Noë, non ab intemperantia. Nam ille primus hominum compreſſis vuis ignorans non ſolùm, quantum eſſet bibendum, ſed etiam, quomodo, nempe aqua temperatum, incidit in ebrietatem. Sic ille. Igitur multa in cauſa fuerunt cur Noë inebriatus ſit. Atque in primis potatio poſt laborioſã exercitationem defeſſo homini faciliùs ebrietatem inducit; at Noë, vt ſubiicitur, vir agricola, plantauit vineã; præmittitur labor, vt ebrietas excuſetur. Deinde vbi muſtum calcatis, aut manu compreſſis vuis, eliquauit, in potum aſſumpſit; at muſto, vtpote craſſioris adhuc naturæ, nondum decocto, ſed veluti efferueſcenti, adde quoque, nimium dulci mira vis ineſt inebriandi. Præterea ſenex æuo, ac viribus penè exhauſtus, nimirum ſexcentorum annorum, ad pauciores vini cyathos non potuit non labaſcere. Quam ob cauſam, vt arbitror, Noë filij, quos etiam bibiſſe nullus ambiget, cùm ætatis robore, ac viribus præualerent, impetum vini euincere potuerunt. Denique inexpertus huiuſmodi potus, nec diluit aquã vinum; nec debita, hoc eſt, multo minore menſura, quàm bibere aquam aſſueuerat, vinum ebibit; at quid mirum, ſi homo per ſexcentos annos aquam ſolitus bibere, vbi primùm vinum deguſtauit, corpore, menteque fuerit conturbatus? Vt enim ab aſſuetis non fit paſſio; ſic ab inſuetis vehemens paſſio commoueri ſolet. Nemo igitur ſanæ mentis calumniabitur vitium, ſi forte alicui accidat, præter, imò & cõtra opinionem; quod enim prorſus inuoluntarium eſt, culpæ non tribuitur. Hac de re luculenter diſſerit Philo Hebr. *lib. quòd Deus ſit immutabilis*, dum lepræ duo genera, de quibus lex Moyſis, grandi quodam diſcrimine ſanciuit, ſubtiliter examinat ad hunc modum. Extat lex & à vulgo recepta opinione diuerſiſſima, quæ ex parte leproſum pronunciat impurum; cum verò, qui à capite ad pedes vſque lepra occupatus eſt, purum eſſe ait. Sic enim habet lex: ſi caro viuens in leproſo apparuerit, pollutus iudicabitur; caro enim ſana inter ſparſa immunda eſt, &c. Equidem puto per iſta ſignificari id quod eſt veriſſimum, quod iniquitates inuoluntariæ, vel maximè abſoluuntur, nec inquinant, cùm graui accuſatore careant conſcientia; voluntariæ verò, etiamſi non latè pateant, tamen pro animæ tribunali conuictæ, inſanabiles, pollutæ, impuræque iudicantur: ergo duplex, & duobus coloribus variata lepra voluntarium vitium ſignificat. Cùm enim anima in ſe ſanam, vitalem, rectámque rationem habeat, non vtitur eius gubernatione ad bonorum ſuorum conſeruationem: ſed permittens ſeipſam imperitis nauigandi totam vitæ nauim, quæ in ſerenitate, tranquillitateque ſeruari poterat, ſubmerſam demergit pelago. Cùm autem vno colore albicat, mutationem præ ſe fert inuoluntariam, quando mens in totum ratione priuata, ne ſcintilla quidem intellectus reliqua, tanquam in tenebroſa, denſáque caligine, non cernit quid agendum ſit, ſed more cæcorũ paſſim offenſans, lapſúſque alios poſt alios inuita, dolénſque ſuſtinet. Hæc Philo. Extremæ ſtultitiæ eſt, irridere hominem naturali vitio affectum. Quare Dominus ſeuerè interdicit, *Non maledices ſurdo, nec coram cæco pones offendiculum. Sed timebis Dominum Deum tuum, quia ego ſum Dominus*, Leuit. 19. Rectè commentatur Dionyſ. Carthuſ. Iſti enim ſunt miſerabiles perſonæ, quibus non eſt addenda iniuſta afflictio, nec valent ſe adiuuare reſpondendo, & euadendo. Scribitur Num. 12. *Locuta eſt Maria & Aaron contra Moyſem propter vxorem eius Æthiopiſſam.* Quòd vitium & quidem illud naturale vxoris, probro verterint, cedit in commendationem Moyſis, vt benè aduertit idem Theodor. Sed integritatem (inquiens) Moyſis confirmat fratrum proteruia; nempe cùm alia carerent accuſatione, vxoris probram obiecerunt. Ac Moyſes quidem patienter tulit fratrum contumelias, quas Dominus illicò vindicauit. Subditur enim: *Et ecce Maria apparuit candens lepra quaſi nix.* Rogabis; quare cũ Maria & Aaron ſimul peccarint, vna illa lepræ fuerit turpiſſimo contagio punita? Reſpondent egregiè Theod. In primis (inquiens) quia grauius delictum erat mulieris, maſculo enim tum natura tum lex fœminam ſubmittit. Deinde veniam aliquam merebatur Aaron: nimirum, vt prouectior ætate, ac pontificiam dignitatem obtinens. Præterea quoniam leproſus ſecundùm legem immundus eſſe videbatur: Aaron autem radix erat ſacerdotum & origo; propterea Deus parem ei pœnam non inflixit, ſed per mulierem terruit illum, ſimul & erudiuit. Hæc Theod. Hæc verò laus Noë à D. Ambroſ. obſeruatur *lib. de Elia, cap. 5.* Illius ebrietas nobis ſuadet ſobrietatem, ſemel enim inebriatus eſt Noë. Vbi enim malum ebrietatis agnouit, iuuentum ſuum ad remedium temperauit, non effudit ad vitium. Sic Ambroſ. Vino ſolet voluptas ſignificari, qua vel iuſti proſternuntur. Addit enim S. Ambroſ. *Dormitauerũt, qui*

S. Ambroſ.
*Excuſatur ebrietas Noë.*
Theod.
*Vitium inuoluntarium non culpatur.*
Philo Heb.
*Voluntarium & inuoluntarium vitium.*
Leuit. 19.
Dyõ. Carth.
Num. 12.
Theod.
*Moyſis vita inculpata.*
Theod.
*Senis, & Pontificis autoritas reſpicitur.*
S. Ambroſ.
*Voluptas nulli ſecura.*

*aſcende*

*Pſal. 75.*

*aſcenderint equos*, Pſalm. 75. Aſcendit corporis voluptates iuſtus, & obdormiuit. Nemo igitur ſecurus cum voluptate congreditur. A

*S. Chryſ.*
*Ebrietas carpitur.*

7. Contra ebrietatis infame vitium nuſquam non inuehitur D. Chryſ. ita hoc loco; grauiſſimum quiddam eſt ebrietas, & quod poteſt excæcate ſenſus, & ſubmergere mentem, & hominem rationale animal, qui ſupra omnia dominiū accepit, iniectis vinculis inſolubilibus, quaſi mortuum, & operatione carentem iacere facit. Iacet ibi ridiculus omnibus; alij ſeſe abſcondunt, & confunduntur: alij irrident, alij execrantur: huncceine oportet viuere? O pecus, ô porcum! Idem *homil. 1. in Geneſ.* Ebrietas degrauat mentem, captiuam facit animam, vndique illam oppugnans, neque ſinit rationis iudicium firmum conſiſtere; ſed impetit, vt in præceps feratur. Tempeſtatem, & procellam ebrietas generare ſolet: ab ea liberati in portum animarum noſtrarum ieiunium pertingimus. Idem *homil. 9. in Epiſt. ad Roman.* de fluctuatione artuum in temulentis lepidè ait: Qui vino ſe obruunt, quæſtionem tolerantibus miſerabiliores ſunt. Mitto plura ex Chryſ. Irreconciliabile videtur bellum habere indictum ebrietati atque ebrioſis S. B

*S. Ambroſ.*
*Vini potentia ad inebriandum.*

Ambroſ. cum aliis paſſim libris, tum præcipuè *lib. de Elia & Ieiunio*, per aliquot integra capita. Vinum tollit ſenſus, viſcera exurit, ſomnum infert, caput vexat. Etiam maior vis vini, quàm veneni eſt. Venenum vino excluditur, non veneno vinum. Meritò Deus per Moyſem non ſolùm veneno, ſed etiam draconum veneno vinum comparauit, dicens: *Furor draconum vinum eorum, & ira aſpidum inſanabilis*, Deuter. 32. & pulchrè addidit *inſanabilis*. multi enim reliquorum ſerpentium veneno curantur, nemo ebrietate. Certè veneno caro vulneratur, vino mens. Hæc Ambroſ. Tam turpis denique eſt ebrietas, vt non niſi aureis, & argenteis, & ſplendidioribus poculis, quo illius fœditas occultetur, in iſtorum epulonum mentis hauriatur. Quod quidem videtur à D. Ambroſ. *cap. 15.* hiſce verbis inſinuari. *Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram*, dicit Ierem. 51. Qua ratione calix aureus? Quoniam qui à veritate defuit, quærit illecebram, vt ſpecie ſaltem pretioſa ad bibendum aliquos poſſit allicere. Conſtitue ante oculos tuos pompam huius ſeculi; vide ſpecioſam illecebram, ſed inanem gratiam; non ſeducant te vaſa aurea & argentea. Habemus & nos theſaurum in vaſis fictilibus: vas Apoſtolorum fictile eſt, ſed in eo theſaurus eſt Chriſti. Væ ſiceram manè bibentibus! Aureum eſt hoc vas, populum eſt, & in eo poculo venenum mortis, venenum libidinis, venenum ebrietatis. Hæc Ambroſ. In ebrietatis deteſtationem plura videas apud S. Baſil. *homil. contra ebrietatem*, & S. Auguſt. *ad ſacras virgines*: vbi ebrietatem vocat naufragium caſtitatis, &c. additque vinum moderatè potatum medicamentum eſſe; plus iuſto ſumptum, venenum, incunditatique, non autem ebrietati creatam eſſe vini materiam. Plin. *lib. 14. cap. 22.* eleganter ſcribit ignominiam ebrioſorum. Vbi hoc adiungit. Præmium ſummum ebrietatis libido portentoſa, ac iucundum nefas; rerum omnium obliuio, morſque memoriæ. Ebrij minùs diu viuunt. Sic ille. Appoſitè animaduertit Procop. Fortaſſis (inquiens) non citra diuinam prouidentiam nec carnium, nec vini vſus ante diluuium frequentatus eſt. Si enim tanta fuit dementia illorum mortalium; vt aquis domandi fuerint: quid eueniſſet, ſi carnium & vini vſus fuiſſet repertus: profectò, refrænari non poſſent. Denique hic locus non parum admonet cauendum ab otio, quod eſt omnium malorum ſeminarium. Sic enim D. Ambroſ. *ſerm. 11. in Pſalm 118.* effatur. Noë ſanctus, quem totius orbis diluuia in tantis procellis & fluctibus peruigilem probauerunt: vbi tamen otioſo curas laxauit corpore, ibi ſomnum ebrietatis offendit, quando filio deliſante contumeliam paternæ pietatis incurrit, docens periculoſa otia ſecura, eſſe virtuti. Hæc Ambroſius.

*Deut. 32.*

*S. Ambroſ.*

*Ierem. 51.*
*Pretio & ſpecie, & illecebra vitia decipit.*

*S. Baſil.*
*S. Auguſt.*

*Ebrietas vitiorum origo.*
*Plin.*

*Procop.*

*S. Ambroſ.*

*Otium & ſecuritas periculoſa.*

C D E

## SECTIO VI.

### *Et nudatus in tabernaculo ſuo.*

1. HEbr. בתוך *bethoch*, in medio. bene redditur in tabernaculo ſuo. Ne putet aliquis virum iuſtum iuſtiſſimum ſopore crapulæ oppreſſum, Cynicorum ritu impudentiſſimo, nudum in propatulo, & reſupino corpore ſe proieciſſe. Certum eſt, quod Theodor. obſeruat. Non mirum (inquit) ſi ebrius nudatus eſt, cùm etiam nunc multi dormientes, ſupore ſenſum auferente, ſeſe nudent. Igitur Noë vino ſopoſatus obdormiuit lecto ritè compoſito, aut humiliori ſtramento; aut, ſi mauis, humi tectus tamen; ſed (quod vſu euenit dormientibus) vbi vehementior efferueſcit æſtus, vino ampliùs, ac ſomno incaleſcens iactauit membra, regimenta diſiecit, ac dormiens, non ſponte nudatus eſt. Permiſit hanc ignominiam viro ſanctiſſimo Deus, non vt illius exemplo noſtra flagitia excuſemus, aut certè conſolemur; ſed vt fœdum ebrietatis vitium deteſtemur, vtpote multorum dedecorum cauſam & ſcelerum incitamentum grauiſſimorum. Optimè autem aduertit D. Chryſ. *homil. 29.* quid præſtare debeant, qui ebrium contuentur: Si quis (inquit) ebrietate vincitur, ne euulgetur, ſed à ſuis contegatur, & non ſit omnibus riſus, & turpitudinis argumentum. Quod ego præſtandum addiderim in gratiam humanæ naturæ; ne videlicet tam beſtialis in homine deformitas, aut indignantium oculos, aut irridentium ſibilis exponatur. Emphaſim habet, *in tabernaculo ſuo*. S. Chryſ. id à Moyſe præmiſſum arbitratur, vt Chami deinde inuerecundia, & malitia grauiùs perſtringatur. Conſidera (inquit) quòd hoc non foris illi accidit, ſed in domo ſua, vt ex iis quæ ſequuntur, malitiæ vehemens ſtudium videas eius, qui nuditatem euulgare fuerit auſus. Ita Chryſ. En quantum illi nocuit vini ſui inuentum. Bene D. Ambroſ. *Epiſt. 82.* Vinum (ait) poſt diluuium iuſtus ad tentationem ſui reperit. Hinc optimè admonet S. Ephrem *ſerm. de virgin. tom. 1.* Timeto vinum, ne ebrietate vincaris, & virtutibus nuderis; quemadmodum antiquus ille iuſtus nudatus eſt veſtibus. Vide potentiam vini. Noë ſanctus atque perfectus, & à Deo laudatus, qui inundationes aquarum tempore vniuerſalis diluuij vicerat, à modico vilique vino victus eſt dormiens. Aquæ infinitæ, non ipſum vincere potuerunt: vinum autem vile inter dormiendum iuſti corpus nudauit. Sic Ephrem. Simile illud eſt Hieronym. *Epiſt. ad Oceanum.* Noë ad vnius horæ ebrietatem nudauit femoralia ſua, quæ per ſexcentos annos contexerat. Idem *lib. 1. aduerſus Heluidium, cap. 10.* Ante diluuium, nec vſus carnium, nec potus vini fuit. Vinum cum carnibus

*Theod.*
*Vinum dormitur Noë.*

*S. Chryſ.*
*Ebrius verecundus à vulgo.*

*S. Chryſoſt.*
*Impudentia Cham oſtenditur.*

*S. Ambroſ.*

*S. Ephrem.*

*Vinum virtutibus nudat.*

*S. Hieron.*

*Vinum primò apparuit cum ignominia.*

poſt

poſt diluuium dedicatum. Appone ſi placet: Et cum ebrietate; nec enim primò in terris vinum quis ebibit, quin ſimul ebrius, nudus, ridendus, infamiſque apparuerit. D. Ambroſ. *de Noë*, *cap.* 29. occaſione horum verborum (nudatus in tabernaculo ſuo) & prudentiam Noë, & peccantis aliquot ſuffugia excuſationeſque commendat. Sic ait: Cautus eſt qui etſi nudatur, in domo tamen nudatur ſua, vbi operimenta non deſint, & quædam tegmina ebrietatis, vt vitia ſua norit abſcondere. Corporalia igitur nudum corpus tegunt, vt parietes, & tecta: animæ autem quæ ſunt operimenta videamus. Gemino amictu mens noſtra veſtitur, ſi aut peccatum imprudens admiſerit (hæc eſt enim enudatio velut ebriæ mentis, vt neſciat quod delinquat; quaſi quæ tumulentia quadam ignorantiæ in vitium deducta labatur) aut rurſus negligentiæ & ignorantiæ ſomno ſepulta errorem ſuum neſciat. Quæ cùm inciderimus, imò cùm peccata plura inciderimus etiam per ſcientiam (eſt enim naturalis quædam etiam noſtræ infirmitatis ebrietas, vt impetu delectationis feramur in vitium, ſicut plerique iuuenili accenſi calore, aut luxuria, & delectatione inflammati, aut auaritia rapti cupiditate) certè omnibus his medicina quæratur: primum pudore quodam, & verecundia, vt etiãſi in lubrico ſit adhuc poſitus delinquendi, det tamen emendationis inſigne. etenim plurimum intereſt, vtrùm peccata ſua iactare deſideret: in altero enim turpis impudentia, in altero tolerabilis verecundia ſpem futuræ correctionis oſtendit. Hæc Ambroſ. Singula expendi deberent: præſertim vt quiſque ſi peccet, errata ſua occultare ſtudeat, ne ſcandalo ſit, extra confeſſionem intelligo. Deinde vide quàm graphicè depingat impetum delectationis, qua vertimur in ebrietatem, atque inſaniam.

S. Ambroſ.

*Quid excuſat, & quid curet errata.*

2. Pulchrè etiam verecundiam vocat emendationis inſigne: quem enim peccati non pudet, nemo ſapiens illius ſperet ac ſibi polliceatur reſipiſcentiam. Confundantur ſuperbi quia iniquitatem fecerunt in me, canit regius Vates *Pſal.* 118. Vbi Theodor. Non hoſtibus imprecatur; ſed pro eis preces fundit, quandoquidem pudor ſalutem procurat. Adiungit Ambroſ. pudore tegi peccatum. Qui enim de commiſſo ſcelere verecundatur, non illud quidem euulgat, vel ad impudentiſſimam in malefacto iactantiam, vel ad præbendum ſcandalum aliis, atque exemplo ſuo inuitandum reliquos ad flagitium. Millies reperio in ſacris literis maledici à Domino domum Ieroboam. Subiicitur cauſa: Quia peccare fecit Iſraël. Huius hominis ſcandalum adeò fuit Dominus execratus, vt multis antè ſeculis iam tribum Ephraim, ex qua eſſet Ieroboam venturus, à ſuo fauore procul amandarit. Vnde illud: *Tribum Ephraim non elegit*. Pſal. 77. Quandoquidem (ait Theod.) ex hac tribu Ieroboam originem ducens, ex Dauidico regno decem tribus abduxit. Neque verò alia mihi potior videtur ratio, quare *Apocal* 7. cùm Ioannes cæteras tribus multorum ſanctitate præcellentium hominum feraciſſimas demonſtrarit; tribum tamen Ephraim altu ſilentio prætererit: quippe quæ tam infelix fuerit, vt pepererit Ieroboam petram illam ſcandali, & alterum ſatanam cauda ſui erroris, de cælo Iſraëliticæ Reipublicæ, non tertiam modò partem, ſed ex duodecim partibus, decem traxerit in barathrum idololatriæ. Nihil planè turpius, quàm cùm quis flagitioſus omni prorſus exuto pudoris velamine, non ſuam modò prodit turpitudinem aſpectibus hominum temulentis ingerens nuditatem: ſed eam laudi ſuæ ducens, gloriatur in malitia, qui potens eſt in iniquitate, *Pſalm.* 51. Quis non ſtupeat Deum clementiſſimum, ſeuere admodum præcipere ſuo Prophetæ Ieremiæ: *Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudem, & orationem; quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum*, cap. 11. Scilicet iam erat definita ſententia ſubuerſionis contra Iudaicum populum; cúmque eſſet illa ex Dei ſtatuto irreuocabilis: ſi nihilominus Propheta deprecaretur adhuc, nec tamen exaudiretur, ceſſiſſet hæc repulſa in aliquam ignominiam tanti Prophetæ, cuius nomen & gratia plurimum apud Deum valebat. Hæc ex mente D. Hieronym. Qui ſic interpretatur. Præcipitur Ieremiæ, ne velit pro eis Dominum deprecari, in quos iam eſt conſummata ſententia: ne videatur oratio eius infirma, & propriis ſceleribus non exaudiri. Noli (inquit) orare pro eis, nec laudem aſſumere, vt replicando veteris hiſtoriæ clementiam, qua eis ſemper miſertus ſum, & laudando meam nitaris mutare ſententiam. Etſi enim hoc feceris, non exaudiam eos, qui me neceſſitatis tempore rogare coguntur. Ex quibus diſcimus fruſtrà aliquem rogare pro alio, cùm ille non mereatur accipere, pro quo rogatur Deus. Hæc Hier. Obiter expende, quæ tanta ſit vis, dignitáſque humanæ orationis, præſertim quæ fit à viro ſancto, vt eam fieri prohibeat Dominus, cùm nihil iam reſtat impetrandum, ne videlicet orationi labecula illa inuratur, maléque audiat apud homines eo quòd aliquando iuſti oratio à Deo non exaudiatur. Sed quorſum (inquies) definita erat iam damnationis ſententia contra Rempublicam Iudaicam? Reſpondet ibidem Dominus: Nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? Nimirum ſacrificia deprecationéſque fruſtrà fient, non quidem propter malitias qualeſcunque, ſed propter illas, vtpote maximè diuinam iuſtitiam irritantes, videlicet, in quibus (inquit) gloriata es. Quaſi diceret Dominus: Gloriari de peccatis conſummata iniquitas eſt. Quare incaſſum fuderit preces, vel ipſe ſanctiſſimus Ieremias ad auertendum ſupplicium meritò iam ſtatutum in peccatores ſua iactantes, & commendantes flagitia.

*Verecundia peccati medicina.*

Pſal. 118.
Theod.
S. Ambroſ.

Pſal. 77.
Theod.

*Scandalum præ ſe ferens graue eſt.*

Apocal. 7.

*Gloriari de peccato conſummata iniquitas.*

Pſal. 51.

Iere. 11.

S. Hieron.

*Iubetur Ieremia ne oret pro populo.*

*Iuſti oratio quàm grata Deo.*

3. Ergo vſquequo peccatores gloriabuntur? *Pſalm.* 93. Verum quidem eſt, quo ad hunc verſum S. Hieronym. obſeruat. Impatientia (inquiens) humana non vult Deum habere patientiam. Miſeri nos, qui volumus nobis Deum eſſe patientem, & inimicis impatientem. Si quando peccamus, patientem cupimus Deum: ſi quando aliquis in nos deliquerit, in ipſum non volumus eſſe patientem Deum. Sic Hieronym. At vnde etiam Prophetis iſta veluti impatientia naſcitur? Nimirum eo quòd peccatores & peccent, & in peccatis inſuper glorientur. Quare (vt explicat Theodor.) non vt interitum patiantur iniqui, obſecrat Propheta, ſed ne regnent, & imperium veluti viaticum ad iniuſtè agendum habeant. Denique S. Hieronym. propriam iſtius impatientiæ, aut ſaltem querimoniæ iuſtorum colligit ex verbis Prophetæ: Vſquequò peccatores gloriabuntur? Prima (inquiens) infelicitas eſt peccare. Secunda infelicitas, imò nouiſſima, non agere pœnitentiam. Quidam ergo peccatores non ſolùm non flectunt

Pſalm. 93.
S. Hieron.

*Aliud nobis, aliud aliis volumus.*

Theod.

*Principes iniuſti.*

S. Hieron.

*Gloriari de peccatis.*

ctunt eeruicem, ſed liberè poſt peccatum ſuum glorientur. Sic Hieron. Plantauimus quidem omnes, ſuam quiſque vineam, illam ſcilicet amariſſimis vitibus, & labruſcis infamem, toties diuino maledicto percuſſam, ſeriem dico noſtrorum ſcelerum: vino impuræ delectationis inebriamur; obfirmati perſiſtimus in peccato, veluti crapula, veternóque ſopiti; nudati gratiæ donis humi iacemus, vel potiùs ad veſtibulum, primiſque in faucibus Orci. Sed ô immenſam Dei benignitatem! Vnicum ac præſentiſſimum ſic ebriis, ſic nudis, ſic conſopitis remedium adhibuit: nempe confeſſionis ſacramentum, in quo euomitur crapula, lethargus curatur, nuditas tegitur vitiorum: ſanitatem, vitam, laudem, & honorem comparatus. Multa dicerem de confeſſione ſacramentali, ſed ſæpè aliis in locis hac de re copioſè diſſerui: vnum illud attexam, quod & ſummam afferet admirationem legentibus, & huius ſacramenti neceſſitatem commendabit. Deinde, quod mihi eſt quàm dulciſſimum, in laudem ſemper virginis Deiparæ cedet: vnde ampliùs colliges, quantus ſit fructus, & emolumentum, pietatis, obſequij, amoriſque noſtri, erga ſuauiſſimam Dei matrem. Igitur Ioannes noſter Buſæus, pulchro illo ſuo Viridario ad verbum *Confeſſio, cap. vltimo*, ita ſcribit. Antonius Bonfinius *lib. 3 rerum Hungaricarum, decade 3*, refert anno Domini 1145. poſt pugnam à noſtris contra Turcas, & Valachos in Hungaria commiſſam, in campo vbi magnus reſtabat cæſorum corporum cumulus, fortè à viatoribus auditas voces Ieſu & Mariæ: cúmque propiùs ſe admouiſſent cumulo, caput loquax ita locutum: Quid hîc aſtatis ſtupentes? Chriſtianus ſum & Dei matri addictus: ſine confeſſione facta occubui ante biennium. Maria Dei mater, cui in vita deuotus extiti, linguam hactenus mihi ſeruauit, quo confiteri poſſem. Quare, rogo, vocate ſacerdotem. Vocarunt: confeſſus, & abſolutione percepta illicò conticuit. Sic Buſæus. Diximus de non euulgandis iactandiſque per impudentiam noſtris flagitiis, ne aliis petra ſcandali efficiamur. Maximè verò tegenda eſt omnis ſpecies inhoneſtæ rei, atque inuerecundæ; hæc enim magis infamem reddit hominem. Quare Procopius expendens verbum; *in tabernaculo ſuo*, ſapienter obſeruat; Licet Noë (inquiens) parùm cautè, & pudicè iacuerit, non tamen id euenit in publico: domus ſua eum nudum conſpexit; eſt enim ſancti viri ſe neutiquam extra ſuam domum nudare. Sic ille.

*Confeſſio remedium animæ.*

*Confeſſionis miraculum.*

Ioá. Buſæus.

*B. Maria in ſuos fideles inſignis pietas.*

Procop.

*Modeſtia corporis ſeruanda.*

4. At quàm turpe viſu ac dictu eſt, quòd vir alioqui iuſtus, Dei ſacerdos, qui paulo antè altare extruxerat, & ſanctiſſimè victimas obtulerat, tam Deo ſuo gratus, vt ſcriptum ſit: Et odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis; hic idem nunc inuerecundè viuo ac ſomno iaceat ſopitus? In quo planè ſignificatur intemperantia ſacerdotis, ſi quis fortè ſui Deique oblitus, in voraginem libidinis corruerit. Contra quem elegans eſt, & ſanè catholica declamatio apud S. Petrum Damian. *Epiſt. 6. ex 1. tom.* quæ ſic habet. Cur ô ſacerdos, qui ſacrum dare, hoc eſt, ſacrificium Deo debes offerre, temetipſum priùs maligno ſpiritui non vereris victimam immolare? Quid tibi cum corpore Chriſti, qui per carnis illecebroſæ luxuriam membrum factus es Antichriſti. Nunquid ignoras Dei filium adeò carnis elegiſſe munditiam, vt ne de pudicitia quidem coniugali, ſed de clauſula potiùs incarnatus ſit virginali? Et ne hoc ſufficere videatur, vt tantummodo virgo ſit mater; Eccleſiæ fides eſt, vt virgo fuerit & is qui ſimulatus eſt pater. Si igitur Redemptor noſter tantopere dilexit floridi pudoris integritatem, vt non modò de virgineo vtero naſceretur, ſed etiam à nutritio virgine tractaretur; & hoc cùm adhuc paruulus vagiret in cunis; à quibus nunc obſecro tractari vult corpus ſuum, cùm iam immenſus regnat in cælis? ſi mundis attingi manibus volebat in præſepio poſitus, quantam corpori ſuo nunc vult adeſſe munditiam, iam in paternæ maieſtatis gloria ſublimatus? Enimuerò cùm Dominus dicat: *Nolite ſanctum dare canibus*, Matth. 7. quod de te iudicium erit qui corpus tuum, quod vtique ſanctificatum eſt per conſecrationis acceſſum, non canibus, ſed lupanaribus tradis? Linguæ tuæ obſequitur Deus, & tu non vereris obtemperare dæmonibus? Et qui prædicator conſtitutus es caſtitatis, non te pudet ſeruum eſſe libidinis qui flamma libidinis æſtuas; qua fronte, qua audacia, ſacris altaribus appropinquas? Ignoras quia filij Aaron Nadab, videlicet, & Abiu, iccirco cæleſti ſunt igne conſumpti, quoniam alienum ignem offerre Domino præſumpſerunt? *Leui.* 10. Altaria quippe Domini, non alienum, ſed ignem duntaxat diuini amoris accipiunt. Quiſquis igitur carnalis illecebræ ignibus æſtuat, & ſacris aſſiſtere non formidat, proculdubio diuinæ vltionis igne conſumetur. Tu in cathedra peſtilentiæ ſedens, ad turpitudinem alios inuitas exemplis. Hæc Petr. Damian. Veniat quæſo in mentem ſacerdoti celebraturo, quanta cum puritate mentis & corporis, quanta cum pietate cordis virgo mater infantulum Ieſum manum attrectauerit, & ad verba admouerit; virginis ergo Deiparæ, cuius officium gerimus, puritatem ac pietatem ſacerdotes imitemur.

*Notabilis inhoneſtas in Sacerdote.*

S.P.Dam.

*S. Ioſeph virgo extitit.*

*Corpus Chriſti à caſtis tractandum.*

Matth. 7.

Leuit. 10.

*Altare Domini nemo immundus accedat.*

Pſalm 1.

*Sacerdos B. Mariam imitetur.*

5. Porrò autem mira eſt conſenſio Patrum hoc loco interpretantium totam hanc hiſtoriam de Chriſto Domino in paſſione, atque expreſſiùs in cruce, cuius figura fuit percelebris Noë, cùm plantauit vineam, cùm vinum bibit, cùm inebriatus eſt, cùm nudatus in tabernaculo ſuo iacuit. Hinc D. Hieron. *aduerſus Lucif. cap.* 8. Noë vineam plantauit, & bibens de ea inebriatus eſt: natus quoque in carne Chriſtus Eccleſiam plantauit, & paſſus eſt. D. Auguſt. *tom. 6. lib.* 12. *contra Fauſtum, cap.* 23. Illud, quòd de vinea, quam plantauit inebriatus Noë nudatus eſt in domo ſua, cui non appareat Chriſtus paſſus in gente ſua? tunc enim nudata eſt mortalitas carnis eius; Iudæis ſcandalum, gentibus ſtultitia; ipſis autem vocatis Dei ſapientia, & Dei virtus, &c. Rupertus ex D. Auguſtin. 16. *de Ciuitate*, Gloſſ. Ordin. Eucher. vinea Domini domus Iſraël, in amaritudinem vitis alienæ conuerſa ipſum plantatorem amaro mortis poculo potauit, & conſummata amaritudine inebriauit, ita vt obdormiret, ſomnus mortis nudatus; id eſt, infirmus vel paſſibilis inuentus. Noë nudatus in tabernaculo, ex Patrum ſententia Chriſtum pendentem cruce repræſentat; emphaticè additur, *in tabernaculo ſuo*; crux enim Domini eſt tabernaculum, tentorium, domus, palatium. Hebr. בתוך *bethoch*, in medio, ſcilicet, in medio latronum, inter iniquos deputatus eſt, aut ſi mauis, in medio, hinc enim ſtabat iuxta cru-

*Noë figura Chriſti crucifixi.*

S. Hieron.

S. Aug.

Rupert.
Gloſſ.
Eucher.

*Crux tabernaculum Dei.*

cem

cem Ieſu mater eius : inde diſcipulus, quem diligebat Ieſus. Inebriatus dicitur Dominus in ſua paſſione, quæ ideirco vocatur exceſſus, vt

*Luc. 9.*

*Luc.9.* Moyſes, & Helias dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem: quæ verba pertractans D.Bernard. *homil.2. Paſcha.* ſic Dominum ipſum affatur: Verè Domine nimis exceſſiſti; quia cùm ſis ſplendor paternæ gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, & cùm ſis Dominus maieſtatis, pati dignatus es tormentum abiectiſſimæ paſſionis; verè fuit exceſſus, cùm dediſti vellentibus genas tuas, cùm faciem tuam non auertiſti ab increpantibus, & conſpuentibus, quando cum iniquis es deputatus.

*S Bern. Exceſſus Chriſti in paſſione.*

Hinc etiam paſſionis calicem ſancti Martyres vbi hauſerunt, inebriati ſunt, ita ſcilicet tormenta ferendo æquanimiter, imò exultanter, vt metas, aut naturæ, aut certè rationis, & recti iudicij exceſſiſſe Gentilibus viderentur.

*Exceſſus martyrum.*

At exemplo Domini Ieſu omnia leuia & facilia euaſerunt. Vnde idem Bernard. *ſermon.11. de paruis*: In Deo non eſt diffidendum, ſed ſecurè & fiducialiter eſt agendum. Ipſe tanquam pius & laudabilis medicus priùs bibit potionem quam parabat ſuis; ideſt, paſſionem, & mortem ſuſtinuit, & ſic ſanitatem immortalitatis accepit, & impaſſibilitatis; docens ſuos, vt confidenter biberent potionem, quæ generat ſanitatem, & vitam, & qui poſt paſſionem vita æterna viuit, ſpem dat nobis; vt idem ipſi petemus ab eo ſecuri. Sic Bernard.

*S Bernard. Chriſti exemplo & fidendum & patiendum.*

Sed vt reuertamur ad illam inebriati Domini Ieſu nuditatem, exceſſum, & quaſi alienationem in cruce: planè Dominus in paſſione exceſſum habuit dolorum, non modò quia numero illi nequeunt definiri, ſed quia nec etiam magnitudine comprehendi propter delicatiſſimam ac ſuauiſſimam carnem illius ſanctiſſimam quam ex virginali matris vtero traxerat, cui ſenſus pariter erat delicatiſſimus. Hinc, vt arbitror, dictum eſt à Zacharia: *Super lapide vno ſeptem oculi ſunt.* Et quidem ſeptenarius, vt ſcitum eſt, pro vniuerſitate omnimoda poni ſolet: ex quo fit, vt totus ille lapis oculis eſſet plenus, totus eſſet oculatus? Deinde pontificia tunica, quæ Domini humanitatem referebat, tota erat ex orbiculis innumeris; hoc eſt, oculis contexta. Ergo quamquam Domini Ieſu caput, faciem, terga, manus, pedéſque truculentiſſimi carnifices, vellicabant, tundebant, flagellabant, terebrabant, tanta contentione, & ſæuitia velut ſi petram duriſſimam omnis ſenſus expertem pulſarent: nihilominus tam vehemens erat plaga dolorum, tam acris ſentiendi vis in Domino, vt non tam caro, & oſſa, quàm ipſæmet tenerrimæ oculorum pupillæ perſtringi ac feriri viderentur.

*Zachar 3. Dolor acerbiſſimus Chriſti in paſſione.*

6. Quid dicam de flagellis? Hinc illæ plagæ tam profundæ, ad vſque viſcera permeantes, quæ *Pſalm. 128.* ſignificantur, vbi dicitur; *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores.* Hebr. חרשו חרשים *chorxu chorexim*: arauerunt, ſulcauerunt, arantes, ſulcantes: non quidem vtcunque vibices, & verberum veſtigia in cute ipſa viſebantur; ſed altiſſimi ſulci, introrſum patuli hiatus; veluti cum adacto altiùs vomere tellus ipſa in profundos, latóſque ſulcos proſcinditur; ſcilicet, vt tam pulchro vberéque nouali, ſata natáque adoleſceret fidelium ſeges, cuius de meſſi fructus in horreum ſummi patrisfamiliâs reconderentur. Vertunt alij:

*Pſal. 128.*

*Flagella Chriſti grauiſſima.*



A Vehementes; item, Surdi; radix enim, חרש *charax*, iſtorum omnium ſenſuum fœcunda eſt. Nimirum more tempeſtatis illa flagellatio, in delicatiſſimos Domini artus irruit: cùm inter crepitus plagarum, manantibus cruore vulneribus, carnifices ipſi velut ſurdas aures & animos duriores cautibus exhiberent. Denique vt magnitudinem dolorum aliquo modo exprimeret Iſai. ait cap. 53. *Dabit impios pro ſepultura, & diuites pro morte ſua.* Hebr. במותיו *bemotau*, in cruciatibus, vel in mortibus ſuis, quo ſignificantur vehementia cruciatuum, grauitáſque dolorum talis eſſe, vt quilibet mors eſſe videretur, atque adeò non vnam tantummodo, ſed infinitas (vt ita dicam) mortes pro nobis pati

*Iſai. 53.*

B Dominum Ieſum agnoſcamus. & vt egregiè colligit D. Chryſoſt. immenſam eius caritatem reuereamur, miſerationis exceſſum erubeſcamus. Solus enim Dominus Ieſus, vt ait D. Hieronymus dicere poteſt, *Torrentem pertranſiuit anima mea*, Pſalm. 123. Non enim ipſe tantummodo homines dilexit ad mortem vſque, & mortem crucis, ſed ipſius anima ſanctiſſima torrentem ipſum mortis vlteriùs pertranſiit, adhuc poſt mortem ſine vllo fine ac termino amauit. Igitur Dominus Ieſus cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, *Ioan. 13.* En vetus Noe vino paſſionis inebriatus vſque adeò, vt & ipſius vini redundantia totus veſtium habitus maderet, ac ſi Dominus ipſis calcatis in torculari aliquo vuis, totus vuarum

*S. Chryſ.*

*S. Hieron. Pſal. 123. Amor Chriſti ſine fine.*

*Ioann. 13.*

C tum ſanguine conſperſus videretur. quod apud Iſai. *cap. 63.* ita legitur: *Quare rubrum eſt veſtimentum tuum, & veſtimenta tua, quaſi calcantium in torculari?* D. Hieronym. torcularis nomine intelligit paſſionem: Paſſus enim (inquit) Dominus eſt pro nobis, & conculcauit aduerſarias fortitudines atque contriuit. Denique, nudatus, & inebriatus Dominus Ieſus in tabernaculo ſuo. An non virgo mater primum ac pulcherrimum Dei hominis tabernaculum? In virginis igitur matris gremio ſuæ maieſtatis, veſte Deus exutus; humilis, infirmus, infantulus requieſcebat; nobis illum mater peperit, vt ex ſua nuditate fortes nos efficeret. Sediſti ſu-

*Iſai. 63. Chriſti paſſio torcular. S. Hier.*

*B. Maria tabernaculum Dei.*

D per thronum, qui iudicas æquitatem, *Pſalm. 9.* In virgine ſcilicet Maria (ait Petr. Dam. *ſermon. 1. in natiu. virg.*) Sedit illa maieſtas, quæ nutu concutit orbem. & Apocalyp. 19. *Et vox de throno, dicens: Laudem dicite Deo noſtro omnes ſancti eius.* Ex hoc throno (virginem intellige) laus Angelorum prorumpit & hominum, qui dum hic reſtituitur, & illic reſarcitur, vtrique gratiarum debent deuotionem. Hæc Dam.

*P.Dam.*

---

## SECTIO VII.

E *Quod cùm vidiſſet Cham pater Chanaan, verenda ſcilicet patris ſui; nunciauit duobus fratribus ſuis forâs.*

1. HEbr. ערות *gheruath*. LXX. γύμνωσιν, nuditatem. à radice ערה *gharah*, nudare, diſcooperire. Interpretes ſemper vertit turpitudinem. Nimirum pudendas corporis humani partes generationis officio deſtinatas verecundo nomine Hebræi appellant nuditatem. Colli-

gunt hinc, & quidem benè aliqui ſeculis illis A non adhuc femoralibus vti ſolitos homines. Nam ſi illis Noe vteretur, non vtique nuditatem illam turpem oculis obiectaret contuentium. Verùm iam nunc ſingula expendamus; nihil enim non emphaſim habet, vt Chami impietas atque impudentia clariùs oſtendatur. Quod cùm vidiſſet quod, nuditatem ſcilicet partium verecundarum; auertere debuiſſet oculos propter illorum membrorum reuerentiam, quibus fuerat progeneratus; debetur id humanæ naturæ, vt eius quicquid eſt abiectius, atque inuerecundius, obtegatur, præſertim cuius munere hominum genus procreatur. Vniuerſim monet Paulus, *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.* Nam, vt rectè obſeruat Tertullian. *lib. ad vxorem de vnis nuptiis, capite* 8. Modeſtia pudori procurat. E contrario immodeſtia turpitudini procurat. Quapropter, vt diſertiſſimè docet D. Baſil. *lib. de vera virginit.* obſtruendus eſt primus per ſenſus ſatellliti carnis ingreſſus; ſenſúſque ipſi, vt ianua, & feneſtræ cordis, ſeris ac vectibus vndique firmandi atque muniendi; ne per aliquem illorum verſutus aſcendens mortem, quæ contubernalis eius eſt, ſecum vnà introducat. Mors enim (vt ſcribitur) aſcendit per feneſtras veſtras. Reuera ſenſus, feneſtræ animæ ſunt; quibus anima ſiue vt pudica mulier exteriorum ſenſuum lucem ad conſiderationem vtilis cuiuſque rei, eas modicè caſtéque aperiens, haurit, aut attonita ad exteriora quæque, ac noxia curioſè ſpectanda veluti impudica meretrix proſpicit ad oblectamenta laſciuiæ; ceruicem male contorquens, ac per hos ſuauia & læta hauriens. Sic Baſil. Pulcherrima planè ſimilitudo; eſt quidem anima vti mulier domi ſe continens: ſi meretrix intus habitat, euidentiſſimè patent in feneſtris illius argumenta, perpetuò adapertæ feneſtræ; ex iis impudica ſeſe exponit, vt videatur, & videat; inde riſus, loquacitas, manuum commotio, nutus, & id genus alia. Contrà verò ſi caſta intus matrona eſt, feneſtræ occluſæ, omnia tuta, ſeptaque, mira ſolitudo. Idem prorſus in anima videre eſt, dum perperàm, aut ſanctè vtitur ſenſuum miniſterio. Altera ſubinde ſimilitudine rem eandem deſcribens ſanctiſſimus idem Pater virginem Deo ſacram aduerſùs turpitudinis irritamenta communit, hiſce verbis. Voluptas veluti fons quidam à carne profluit, carnalíque limo omnia adimplens, ac torrentis inſtar; & per ſenſuum feneſtras, in carnis æſtus celeriùs refluens, animam perturbationum fluctibus quatit, atque in profunda demergit. Quocirca ſancta Virgo ſenſuum feneſtris cuſtodem admouere rationem, eorumque ad exteriora progreſſum, nequaquàm eis tranſitu libero paſſim permiſſo, moderatum, & quietum efficere omni ſtudio curabit; ne ſcilicet, ſi ad quæ velint, effundantur, ſupernatantem ſibi interdum animam fluctibus agitent, & ad ſua vitia pertrahant. Hæc Baſilius. Satis prò omnibus aliis exemplo ſit rex Dauid. incautè vidit, & turpiter periit. Sed vindicabat (ait S. Cyril. Hieroſol. *catech.* 2.) lacrymis concupiſcentem oculum. lauabo, inquiens, lacrymis ſtratum meum. Denique, peſtilentem, ait Baſil. morbum vitioſiſſimæ voluptatis per oculos in animum illabi, ac penetrare; cùm voluptatis (inquit) indiciis iniicimus oculos; animus voluptatis morbo fit ſaucius, &c. Imò & corpori & regno fuit exitium Dauid. Sic enim S. Cyril. *ſupra.* Nathan dixit: Irritaſti inimicos Domini. Multos enim habebas hoſtes, ſed cuſtodiebat te temperantia: traditis autem his armis, promptos habebis ſtantes aduerſùs te, & inimicos conſurgentes contra te. Sic ille. Reges profectò & regna cuſtodit ac tuetur murus & arma, & exercitus Chriſtianæ continentiæ. Hac deperdita certum eſt & ſummum exitium. Extremum planè intenditur à libidinoſis inſultibus periculum: etenim, vt bene aduertit D. Auguſtin. loquens de peccato B libidinoſo, ab illius nexu nullus eruitur, niſi id, quod in communem perniciem omnium perpetratum eſt, & Dei iuſtitia vindicatum, Dei gratia in ſingulis expietur. Sic Auguſtin. Profectò ad commendandam oculorum modeſtiam nihil aptius, quàm quod à D. Bernard. *ſermone* 28. *in Cant.* dicitur: Oportet mundari oculum, qui videat Deum. Planè ſic habet; quia viri ſancti Deo videndo ac perfruendo oculos ſuos interim præparant; idcirco à rebus huius ſeculi, præſertim turpioribus contuendis eoſdem abducere conantur. Neque verò ſolùm in aſpectu, ſed in reliquis etiam ſenſibus geſtúque ipſo, ac motu corporis mode- C ſtia exhibenda eſt: exterior enim proſpectus interioris puritatis ſignum eſſe ſolet. Vnde illud eleganter ponitur à D. Ambroſ. *lib.* 2. *de virginit.* Bonus domus in ipſo veſtibulo debet agnoſci; ac primo prætendat ingreſſu nihil intus latere tenebrarum; vt mens noſtra tanquam lucernæ lux intus poſita, foris luceat. Sic Ambroſ. Et S. Ephrem *tom.* 2. *tract. de perfection. monach.* Ad membra tua vt reprehenſor reſpice ne virtutis pulchritudo depereat. Videndi enim curioſitas etiam in proprio corpore, quæ inuerecunda ſunt, nec fas, nec ſecurum eſt, vt idem aſſerit Ephrem *tom.* 1. *ſermone, de patient. & compunction.* Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum, *Cant.* 1. Idem repetitur *cap.* 4. & additur: Abſque D eo quod intrinſecùs latet. Planior ſenſu huius loci eſt: Laudat Filius matrem virginem, à pulchritudine oculorum, quæ tanta eſt, vt ſtuporem videntibus, & ſilentium inducat. Sed quæ pulchritudo oculorum? Vtique ſimplicitas, & humilitas, vt vult Guillielm. Quanto enim dignitate ſupereminebat, tanto ſe humiliabat, ancillam ſe exhibens, quæ mater Dei erat. At quid ſimplicius illis oculis, qui nihil de ſe altum ſapiebant, & nobis licet indignis, nihil toruum, & aſperum ominantur? Quid purius illis oculis, qui virgineo candore nitent? qui primi Deum hominem ſpectarunt naſcentem? E Infinita virginis puritas in omnibus apparebat, ſed in oculis præſertim tam mira gratia refulgebat, vt quater hîc propter oculos columbinos ab ipſo Deo pulchra nominetur. Optimè Rupertus; Oculi (inquit) columbarum; quia oculi ſunt feneſtræ gratiarum. de Ieſu interpretatur. Sed de Maria matre Ieſu etiam propriè interpretamur. Age verò ô Domina, ô pulcherrima creaturarum iſtos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. Niuei, columbini, lactei ſunt. Noſtra vitia ſordéſque eluant; nos Filio tuo gratos pulchróſque reddant. Scilicet (vt ait P. Dam. *ſerm.* 2. *in nat. virg.*) Factus eſt

Ad Phil. 4.
*Modeſtia ſenſuum exteriorum.*
Tertull.
S. Baſil.
*Anima per ſenſus benè, aut malè operatur.*
*Anima mulieris inſtar.*
S. Baſil.
*Naufraga anima per ſenſus.*
S. Cyr. Hie.
*Voluptas peſtis ...*
S. Cyr. Hie.
S. Auguſt.
S. Bern.
*Modeſtia oculorum & ſenſuum.*
S. Ambr.
S. Ephrem.
S. Ephrem.
Cant. 1 & 4.
*Pulchritudo oculorum B. Mariæ.*
Guill.
P. Dam.

eſt Adam fermentum, & vniuerſam corrupit multitudinem filiorum, quia dum ille peſtifero ſerpentis vitiatur afflatu, tota in illo humani generis maſſa corrumpitur. contrà verò B. Maria facta eſt fermentum naturæ noſtræ corruptæ, vt vocat Andr. Hieroſol. cuius gratia pulchri, ſapidi, dulceſque Deo, qui carnem ex illa ſibi aſſumpſit, efficimur.

2. *Scilicet patris ſui.* ] Grandis ſanè impudentia cum ſumma impietate coniuncta. *Patris ſui.* Filius aduersùs patrem peccauit: cui patris nomen ſacroſanctum (vt eſt) eſſe debuit. Vidit, ſi tamen videre potuit, qui cæcus erat, ebrius nimirum impietatis, & procacitatis vino. Optimè igitur D. Ambroſ. *cap. 31. lib. de Noe.* Ille (inquit) verè inebriatus erat, qui ridebat patrem. Qui enim neque præteritam generationis gratiam, neque præſentem reuerentiam patris, neque futuram pœnam paternæ iniuriæ conſiderabat, verè ebrius erat, & quod putabat videre ſe, non videbat. Erat in illo profunda cæcitas, qui patrem videre non poterat: nam ſi vidiſſet patrem, non vtique riſiſſet. Neque enim ridendus, ſed verendus eſt pater. Hæc Ambroſ. At ô infelix patrum conditio, quos ita occæcat, & inebriat amor filiorum, vt illorum turpitudines videri non poſſint: ſic miſeri conniuent ad filiorum flagitia coarguenda, quaſi oculos non habeant; vt, quid in illis ſiniſtrum, videant. Ecquis Prophetarum acriore viſu diuinitus futura præuidit, præuiſaque euidentiùs enunciauit, quam Dauid? At is tamen tantus Propheta, ſuorum filiorum inceſtus, neces, proditiones non præuidit, nec præſciuit. Quod egregiè adnotauit D. Ambroſ. *ſerm. 30. in Pſal. 118.* his verbis. Qui aliis prophetabat, domus ſuæ mala præuidere non potuit. An non etiam pater ille amore cæcus, & ebrius: qui filium prodigum, & luxuriæ confectum tam beneuolè amplexus eſt: non vidit planè prodigum, non luxurioſum: vidit filium, atque ideo; Pater (vt ait D. Petr. Chryſ.) primus in acceſſu, vltimus in receſſu. Redeunti pater occurrit. Nam (autore D. Greg. Nyſſ. *tract. de beatit.*) tardiùs videbatur patri veniam dediſſe, quàm filio accepiſſe. Chamum imitatur, qui prælati vitia ſcrutatur, auidèque arripit, & aliis annuntiat. Quòd ſi ea publica ſint, Chriſtiana caritas, ſanctuſque zelus poſtulat, vt etiam ſubditus debito modo ſtudeat emendare. Hinc D. Bern. *Epiſt. 42.* cùm Epiſcopum Senonenſem publicitus vanitati, & curioſitati veſtium, ac ſeruorum faſtui nimis indulgentem carpit, & carpendi rationem ſubiicit. Quaſi verò (inquit) non eodem vtantur medici ferro ſecandis regibus, quo & popularibus hominibus: aut capiti fiat iniuria, ſi ipſis forcipibus capilli excreſcentes detondeantur, quibus & vnguium fuerint reſecata ſuperflua. Vtinam, & oculos mihi claudas, vt non cernere poſſem, quæ contradicere prohibes. Magna præſumptio, ſi ouis cùm ſim, in ipſum paſtorem meum lupas ſæuiſſimas, vanitatem, & curioſitatem, irruere cernens infremuero, quo ad meum fortè balatum cruentis beſtiis à quopiam occurratur, & ſuccurratur perituro? Sic Bernard. At quamquam vitium in patre filium agnoſcat, non propterea irridere illum, & in vulgus iactare debet. Vitioſus quidem ille? at pater eſt. Redundat in filium patris ignominia? Ideo tegenda, idem omni ſtudio emendanda: ideo laborandum filio

*S. Ambroſ. Filius impudens in patrem.*
*Pater cæcus in filij vitiis.*
*S. Ambroſ.*
*Pater erga filium prodigum. Luc. 15.*
*S. Petr. Chr.*
*S. Greg. Ny.*
*S. Bern. Subditus quando vitia Prælati arguet.*
*Quid filio agendum in parentum vitiis.*

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

eſt, vt propriis ſe virtutum luminibus conſpicuum præbeat, nec patris vitio dedecoretur. Sic liber generationis Ieſu Chriſti Domini, ſcribitur à Matthæo ex peccatoribus, & peccatricibus contextus. Vbi D. Chryſoſt. Per iſta (inquit) nos docet Dominus, vt nos quoque nunquam erubeſcamus de vitiis parentum; ſed vnum quæramus, ſcilicet virtutem: ſi quis propria virtute decoretur, parentum ſuorum non decoloratur opprobriis. Ita Chryſoſt. Valebit etiam non parum vitioſitas parentum, vt iuſtus, ac prudens filius hoc nomine ſe magis humiliet coram Deo, & coram hominibus ad exemplum Chriſti Domini, qui voluit in ſua genealogia auorum quoſdam abiectæ conditionis, alios ſcelerum labe aſperſos habere. Hic enim (ait D. Chryſoſt.) refulget dignitas Chriſti, non quia magnos progenitores habeat, ac potentes; ſed quia potiùs exiguos, ac viles. Sublimium quidem illa maxima gloria eſt, humiliari ſpontè. Ita Chryſoſt. Quamquam & illud verè dixerim: etſi tota illa geneologia conſtaret abiectiſſimis & flagitioſiſſimis Chriſti progenitoribus; vniuerſam tamen illam eluuiem, vna matris ſuæ ſemper virginis Mariæ puritate expiandam fore. O pulcherrimum, pretioſiſſimum, ac præſtantiſſimum genealogiæ finem: Maria, de qua natus eſt Ieſus Chriſtus!

3. *Patris ſui.* Summa impietatis amplificatio exiſtit in illis verbis, *patris ſui.* Quo enim magis pater vtilitati honoríque filij ſtudet, eo grauiùs peccat filius, ſi patri contumeliam, iniuriam, damnum inferat. Pater Hebr. dicitur אב *ab*, à radice אבה *abah*, concupiſcere, velle. Pater enim bona omnia vult, & deſiderat filio. At impius Cham, nec vult, nec deſiderat patri honorem: imò, vt hoſtis famam, & nomen patris ſanctiſſimo eripit. Multo autem (ait D. Ambroſ.) ampliùs mentem iuſti inſipiens videre non poterat. Quomodo enim videbat, qui in eo putabat dubietatis errorem, vbi erat perfectus ſapientiæ cæterarúmque virtutum vapor? Fuit igitur Cham impiiſſimus qui patrem læſit, inſipientiſſimus, qui ſapientiſſimum virum irriſit; ſummè ingratus, ac barbarus, qui virum, cuius beneficio euaſerat diluuium, graui exulcerauit iniuria. Cæterùm quàm multi hoc ſeculo ſunt iſtius nequitiæ homines; aliorum vitiis eruendis, euulgandiſque toti addicti; vident aliorum nuditatem, ſua probra non vident, Ea noſtri eſt ingenij prauitas, vt illud D. Bernard. *lib. de inter. dom. cap. 33.* verè quiſque de ſeipſo fateri queat: facilius reprehendo aliorum vitia, quàm mea; & quod in aliis reprehendo, facere non erubeſco; faciliùs cuiuſcunque vitia, quàm virtutes intendo: cùm aliorum delicta cerno, mea non aſpicio: in meis delictis ſum clemens, in alienis rigorem tenere volo: ad irrogandas contumelias ſum validus, ad tolerandas infirmus. Rectè idem Bernardus hanc eandem hominum tam cæcam temeritatem perſtringens *lib. de anima, cap. 1.* ſic ait: Multi multa ſciunt, & ſeipſos neſciunt, alios inſpiciunt, & ſeipſos deſerunt. Inſignis planè inuerecundia iſtius filij Cham, quam ſuis hæreditariam poſteris tranſmiſit; Chananæi videlicet impudentes habebantur. Vnde arbitror à Chriſto Domino Chananæos appellari canes. cùm reſpondit Chananææ ſupplicanti: Non eſt bonum pa-

*Matth. 1. S. Chryſ.*
*S. Chryſ. Chriſti humilitas ex auis.*
*B. Maria ſuum genus illuſtrauit.*
*Matth. 1.*
*Pater erga filium.*
*S. Ambroſ.*
*Filius patris irriſor.*
*S. Bern. Cæci ad noſtra, lyncei ad aliena vitia.*
*Impudentes carpuntur.*

nem filiorum mittere canibus: at canis quidem impudentiæ ſymbolum habetur, cuius pretium non admittitur in templo Domini: ac primi omnium canes ab ingreſſu cæleſtis Hieruſalem arcentur foris canes, & venefici, & impudici, &c. *Apocal.* 22. Rectè Areth. Cæſar. intelligit ſcortatores impudicè peccantes; quid verò impudentius, quàm iſta fæx, iſte grex porcorum libidini deſeruientium? Non hinc tamen colligas canes iſtos omni ſpe ſalutis æternæ dum viuunt, deſtitui: dicitur enim Eccl. *Melior eſt canis viuus leone mortuo.* Vbi Eucherius, per leonem mortuum cacodæmonem intelligit, de cuius ſalute nihil vlterius ſperandum eſt: non enim poteſt ad pœnitentiam redire. Per canem autem viuum accipit aberrantem quidem, & interdum contumacem hominem, qui tametſi præuaricator nonnunquam fuerit, & ceruicoſus, ad obſequium tamen, & meliora reduci poteſt. Annon impura, & meretrix Raab; & tamen in Deum conuerſa meruit in genealogia Chriſti Domini computari? Saluata eſt (inquit S. Cyril. Hieroſ. *catech.* 2.) Sed quomodo: hoc tantùm dixit: Deus veſter, Deus veſter. Suum enim dicere non audebat, eo quòd ſe impuram ſentiebat. O magnam Dei benignitatem! Memor ero Raab. etiam inhoneſtæ mulieris meminit; ſed ſcientis me.

Matth. 15.
Apocal. 22.
Eccleſ. 9.
Eucher.
*Nulli deſperandum in vita.*
S. Cyr. Hie.

4. *Cham pater Chanaan.*] Adauget iſtius flagitium, quòd pater iam fuerit, vt hinc demonſtrari contendit Caiet. Quis enim pater dicitur illius, quem nondum ſuſcepit filium? Ergo cùm pater iam eſſet, non temerè atque impudenter inuiolabile ius patris deberet effringere. Nam ſi pater eſt, vbi bonor patris? meritò etiam timere debuit, ne qualem ſe ipſe gereret in patrem ſanctiſſimum, talem quoque filium ſuum erga ſe experiretur. Sic vindicantur iniuriæ parentibus à filiis illatæ, quo acriori argumento ſuas Deus, vtpote Pater à nobis expoſcit. Sennacherib Rex Aſſyriorum blaſphemiis Deum ipſum vniuerſorum conditorem impudentiſſimè laceſſiuit, cùm Hieruſalem obſideret. Ergo, vt legimus 4. Reg. 19. *Venit Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia, & reuerſus eſt Sennacherib.* Vbi Rabbanus: Meritò non exitio perit angelico, quod eſt commune, ſed parricidio filiorum. Scilicet tam flagitioſum, & ſacrilegum caput, non communi & viſitato, ſed inſolito prorſus, & grauiſſimo ſupplicio erat exterminandum. Sequitur: *Cùmque adoraret in templo Deum ſuum, Adramelech, & Saraſar filij eius percuſſerunt eum gladio.* En à filiis ſuis occiditur Sennacherib, qui Patrem omnium Deum impiiſſimè eſt inſectatus. Quod ſic adnotauit Theod. *quæſt.* 21. *in* 4. *Reg.* Sennacherib iuſtam à ſuis accepit cædem. Quoniam enim aduerſùs eum, qui ipſum fecerat, rabie fuerat percitus, ab iis, qui ex ipſo procreati fuerant, fuit interfectus. Iccirco autem, cùm de iſta impietate Cham in parentem fit mentio, vocatur ipſe pater Chanaan, vt & illius crimen, & ſupplicium pariter demonſtraretur: quod voluit D. Ambroſ. *cap.* 18. cuius verba ſunt; Ad coaceruandum delictum ipſius, addita eſt ius generatio, qui cùm haberet filium, & pater eſſet; ſolus ipſe patrem non cognouit, qui magis cognoſcere debuiſſet: & ideo improbum meruit habere filium, qui improbus fuerat patri. Sic Ambroſ.

Caiet.
*Qui patri nocet, à filiis punitur.*
4. Reg. 19.
*Sennacherib ſacrilegus occiditur à filiis.*
Rabban.
Theodor.
S. Ambroſ.
*Malus filius malè filij pater.*

5. *Nunciauit duobus fratribus ſuis foràs.*] Tam fœdo, ac turpi paternæ nuditatis ſpectaculo lætatus Cham fratres ad patris ludibrium ſpectatores vocat. O ſcelus! O nefas! Hoc eſt ingenium improborum: exultant in rebus peſſimis; & ſane peſſimum eſt captare voluptatem de aliorum calamitatibus; ludos agere, feſtiuè plaudere, vbi proximorum caſus, infortunia, vitia, dedecora, labeſque deprehenduntur. Quorſum verò iſta tam improba & inuerecunda improborum exultatio? Luculentiſſimè reſpondet D. Ambroſ. *cap.* 30. Quia (inquit) omnis improbus, quoniam ipſe deuius diſciplinæ eſt, aliorum lapſus pro ſui erroris ſolatio accipit, quòd conſortes inuenerit culpæ. Ita planè res habet: redarguuntur improbi bonorum exemplo præſtricti: nihil illis acerbius oculos mentéſque vulnerat, quàm ſi videant ſui diſſimiles: venantur igitur vel leuia iuſtorum errata, vt ſua fœdiſſima conſolentur vlcera. Progreditur Ambroſ. Improbo lætatur affectu, tanquam ſua ipſe delicta correxerit. mala mens ergo lætatur, præter propoſitum quid alicui accidiſſe ſapienti: cùm vtique corporis lapſus in vitio eſſe non debeat, etiamſi lapſus puretur, niſi animus quoque inclinetur ad culpam. Poſtremò venialia iudicentur huiuſmodi errata, non odio proſequenda, non habenda ludibrio. Sed mens improba cùm putat erraſſe ſapientem, inſultandum arbitratur ei, cuius ſibi putat mores eſſe contrarios: quod peccatum ſuum velut tacitò quodam ſapientis teſtimonio redarguatur; cóque lætandum ſibi, quòd iuſto viro, nec eruditio ipſius profuerit, nec iuſtitia ſuffragata ſit, nec eas quæ ſecundùm corpus ſunt, habuerint proſperos curſus. Hactenus S. Ambroſ. Familiare hoc vitium eſt ſecularibus hominibus, qui vel vnius Eccleſiaſtici erratum ſi deprehendant, non modò enunciant in vulgus, ſed inde aduerſùs totum ordinem Eccleſiaſticum inſultant. quod S. Greg. Nazianz. *Orat.* 14. deplorat hiſce verbis. Vitium ad omnes diffunditur, atque ob quorundam culpam vniuerſus ordo in inuidiam, & crimen vocatur, quódque omnium grauiſſimum eſt, hæc criminatio non in nobis conſiſtit, verùm ad magnum & venerandum noſtrum myſterium tranſit. Sic Naz.

*Malus aliorum vitia iactat, ad ſui ſolatium.*
S. Ambroſ.
*Vitium non corporis, ſed animi eſt.*
*Iuſti erratum ab improbo iactatur.*
S. Ambroſ.
*Ob vnius erratum totus ordo Eccleſiaſticus carpitur.*
S. Greg. Na.

6. Porrò Cham & oculos habuit impudentiſſimos, vt ſpectaret nuditatem patris, & linguam procaciſſimam, vt patris apud fratres iactaret ludibrium. Atque vt optimè obſeruat Procop. Non vni ex fratribus nunciat, ſed vtrique, & ſi plures fuiſſent id facinus detexiſſet omnibus. dignum erat hoc factum pudore & cautela, ne ad exteros eius infamia dimanaret: nec his, qui domeſtici erant, id annunciat, ſed & externis. Vnde veriſimile eſt non ſolos fratres rei geſtæ turpitudinem cognouiſſe, ſed alios quoque foris ſtantes tam viros, quàm mulieres. Contrà verò, vt ſtatim videbimus, alij duo filij, non habuerunt quidem oculos, nec linguam ad infamiam patris intuendam, atque illudendam; pallium habuerunt, vt illius dedecus occultarent. Noſtris ſeculis multus vbique Chami oculus; Chami linguæ prorſus innumeræ: at pallium Sem, & Iapheth vix apparet; ſcilicet æuo, carieque abſumptum periit: videmus, & irridemus, & inflatis buccis perſonamus proximorum errata; non illa tegimus; non obuelamus pallio, imò ſi quo ille velamine teguntur, iniquiſſimè detegimus.

Procop.
*Non aliena, ſed noſtra errata ſcrutemur.*

Stetet

Apocal. 16. Scatet orbis illis *Apoc.16.* immundis ſpiritibus ranarum, quæ licet ſuo hæreant luto, oculos tamen emiſſitios habent, vt alienos inſpiciant erratus; & infinitam loquacitatem, vt ſuæ fœditatis oblitæ alienos atomos, quaſi grandia monſtra eiulgent. Leproſi ſunt aſpectu, vocéque omnia tabo, ſaniéque polluentes. Pellatur à conſortio mortalium tam peſtilens genus. In lege ſacrificium pro auertenda ſananda ve lepra offerebatur, ſcilicet deplumata aue, & roſtro in pectus intromiſſo: quorſum id, obſecro, niſi, vt leproſus, qui oculis, & lingua proximos exuit famæ, boníque nominis amictu, ſimiles luat infamiæ pœnas, aut certè à Chami procacitate abſtineat ſuæ fragilitatis, & miſeriæ conſcius: atque B oculis, & oti ſuum ad pectus, & intus latentem conſcientiam retorqueat, dum ſe examinat, alios accuſare, & damnare deſiſtat. Enimuero & ſcitum, & quotidie viſum eſt illud S. Aug. 10. *Conf.* 23. S. Auguſt. Animus humanus etiam ſic cæcus & languidus, turpis, atque indecens, latere vult; ſe autem vt lateat aliquid, non vult. Primam radicem huius Chamicæ impietatis, innatam impuritatem, & alienæ puritatis inuidentiam aſſeruit eſſe D. Baſil. S. Baſil. *Orat. de inuid.* his verbis. Quemadmodũ vultures ad malè olentia feruntur, amœna verò prata, & ſuaueolẽtia loca prætervolãt; & muſcæ quod ſanum & integrum eſt, prætereunt ad morbida, & vlcerosa ſe conferunt: ſic inuidi ea, quæ in vita C clara ſunt, & glorioſe geſta non reſpiciunt; ad ea quæ vilia ſunt, attendunt: ſiquid erratum ſit (qualia humana multa contingunt) id publicant, & inde homines cognoſci volunt, &c. Rectè hoc loco D. Chryſ. *hom.* 29. inuehitur contra eos, qui alatorum delicta proferunt: ſic enim multaſ ait ex hoc operantur peccata. Nã quando manifeſtas fratris peccatu, non ſolum tantùm ignominioſiorem fecisti, & ſegniorem forte ad virtutis viam; ſed & eos, qui audiunt, facis negligentiores, & ad ſocordiam inducis; neque hoc ſolum, ſed & Deum blaſphemari facis. Iuxta hanc quæ ſuo digna eſt autore doctrinam optime conſulunt vitę ſpiritualis magiſtri, nec temere, ac paſſim enarremus exempla, hiſtoriaſque grauium flagiriorum, maximè turpitudinũ carnis. Iſtius enim ſtercoris, vel ſolus fœtor, vel ſola D recordatio mentem nonnunquam polluit. Ad quem ſenſum reſpicere videtur Apoſtolus, cùm admonet: *Fornicatio autem, & omnis immunditia nec nominetur in vobis ſicut decet Sanctos*, ad Epheſ. 5. Vbi Theod. Quàm ſint (inquit) exceranda ea, quæ dicta ſunt, latiùs oſtendit, cùm ipſas eorum appellationes è memoria amandare iuſſerit. D. Thom. iubet abſtinere à factis, à cogitationibus, & à dictis; vnde Iſai. 14. dicitur: *Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & progeniem, & germen.* Vt nihil (declarat D. Hieron.) in ea antiquarum ſordium reſideat. Scopauit eam Dominus vehementiſſimè terens, & quaſi quodam verriculo E ad purum vſque mundauit, vt Babylonia ſemina pereant.

S. Chryſ.

*Turpia ſilentio narranda.*

*Ab auaritia, non virtutis celebramus.*

Ad Epheſ. 5.

S. Thom.

Iſai. 14.

S. Hieron.

---

## SECTIO VIII.

*At verò Sem, & Iapheth pallium impoſuerũt humeris ſuis, & incedentes retrorſum operuerunt verenda patris ſui: faciéſque eorum auerſa erant, & patris virilia non viderunt.*

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

A 1. Vide obſecro (inquit D. Chryſ. *homil.* 29.) hoc loco, quòd non in natura ſita ſunt vitia, ſed in arbitrio & voluntate. Ecce enim omnes fratres fuerunt, & eiuſdem naturæ, & eundem habuerunt patrem; eodem vtero fuerunt editi, eadem diligentia fuerunt educati, ſed non eandem mentem declarauerunt. Sed ille quidem in malitiam incidit, iſti verò parenti debitũ impenderunt honorem. Ille euulgauit; iſti neque videre potuerunt; ſed retrorſum ibant, vt ne recta adirent, patris contegentes nuditatem. Et vide illorum cum magna beneuolentia, & manſuetudinem. Neque increpant, neque verberant fratrem: ſed vt audierunt, mox curarunt emendari, & honeſtari factum. Magna puerorum reuerentia; quòd non ſolùm tegunt, ſed & videre non poſſunt. Imitemur gratorum iſtorum filiorum pudorem, quem in contegenda parentis nuditate declararunt. Et ita adumbremus fratrum peccata. Hæc Chryſoſt. Sed hanc ego virtutem ab altiore doctore potiùs dixerim addiſcendam; nimirum ab ipſo Deo, qui ſic ait ad populum Hebræorum, ſymbolo ac nomine infantulæ recens natæ, in agro expoſitæ, adhuc inter ſecundinas fœtido cruore manantes ſignificatum. *Eras nuda, & confuſionis plena. Et tranſiui per te, & expandi amictum meum ſuper te.* Ezechiel. 16. Hebr. כנפי, & LXX. πτέρυγάς, expandi alas meas. Porrò quæ alæ, niſi caritatis, quæ operit multitudinem peccatorũ? Sic erga nos ſe gerit immenſa Dei bonitas. Sed nec nuda, nec confuſionis plena diuino apparuit cõſpectui infantula illa Maria, iam ab omni æternitate in matrem Dei electa. Etenim vbi primùm ſuæ matris Annæ ſanctiſſimæ vtero concepta eſt, aſtitit regina à dextris Dei in veſtitu deaurato circumamicta varietatibus, vt alibi iam oſtendimus, iam tunc aurora conſurgens, iam tunc amicta ſole, ac lunæ, reliquorumque ſyderum ſplendores obumbrans immenſo ſuæ maieſtatis nitore: quinetiam ante ſuã conceptionem vel in ipſa primorum parentum radice virgo ipſa ſanctiſſima, ab omni futura nuditate, & confuſione humani generis exempta eſt, extra omnem legem, & pactum parentibus illis, atque eorum ſoboli venturæ conſtitutum: ſicut decebat infinitam altitudinem, ac puritatem matris Dei. Ergo Dei matre, ipſiúſque Filio excepti reliqua proles Adami nuda, & confuſionis plena diuinis ſeſe offert obtutibus; cùm enim inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per ſanguinem Filij ſui. Vbi S. Hieron. ad verba Ezech. Qui non eſt indutus viſceribus miſericordiæ, confuſione, & nuditate turbatur. O egregium amictum, viſcera miſericordiæ Dei! O quantum vnuſquiſque in virtutis ſtudio proficeret, ſi propriam nuditatem inſpiceret & ignominiam? quo ſanè conſilio vſus videtur Apoſtolus, cùm ait: *Venit Ieſus Chriſtus peccatores ſaluos facere, quorũ primus ego ſum.* 1. Timoth. 1. At qui fieri poteſt (inquies) vt Paulus verè ſe peccatorum primum, hoc eſt, ſceleſtiſſimum dicat? Reſpondet egregiè D. Bern. *Epiſtol. ad Fratr. de monte.* Non hoc dicebat Paulus mentiendi præcipitatione, ſed æſtimandi affectione. Qui enim perfectè examinando ſemetipſum intelligit: ſuo peccato nullius peccatum par eſſe exiſtimat, quod non ſicut ſuum intelligat. Sic Bernard. Optimè ſi te probè diſpicias, teipſum euidentiùs, quàm alios recognoſces: peccauit ille? At fortaſſe multa in illius peccato euenerunt, quæ culpam valde attenuant,

S. Chryſ. *Moribus diſſimiles fratres.*

*Parentibus, & fratribus honor habendus.*

*Deus noſtrum ignominiam operuit.* Ezech. 16.

Pſal. 44.

*B. Maria exempta à lege peccati originalis.*

Ad Rom. 5.

1. Tim. 1. *Cognitio propria vitioſitatis.* S. Bern.

quod quidē tu neſcis; at tu vbi peccaſti, cōſcius tui es, manifeſtò tuum vides erratum, nec vllum habes, quod obtendas excuſationis velamen. Hinc illa eſt pulcherrima D. Greg. doctrina 25. *moral. cap.* 21. ſcilicet. Contra hunc tumorem ſuperbiæ mens ad cuſtodiam humilitatis edomatur, ſi infirmitas propria inceſſanter attenditur. Nam vires noſtras veraciter examinare negligimus: & quia de nobis fortiora credimus, icirco alios diſtrictè iudicamus. Quo enim noſmetipſos minus agnoſcimus, eo illos quos reprehendere nitimur, plus videmus. Ita Greg.

*S Gregor. Aliena, non noſtra videmus errata.*

2. Cæterùm, etſi hoc propriæ cognitionis, & humilitatis documentum vbique locum habeat: obſeruandum maximè tamen eſt inter prælatos ac ſubditos, vt diſertiſſimè demonſtrat idem Greg. Plerūque (ait) fit, vt & rectores minùs prudenter ea, quæ agenda ſunt, videant: quia eorum oculos ipſa nebula elationis obſcurat. Sic ille. O quoties errat quis ob iſtam propriæ vanitatis caliginem, qua miſer occæcatus, vel in plano ceſpitat, & in meridie cæcutit! Nimirum: Omne datum optimum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum, nec ſine Deo aut cogitare, aut operari quicquam rectè, ſanctéque poſſumus: at Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Recta igitur ad benè regendum via eſt ipſa regentis humilitas: ne ſuo ſenſu abundet; ne ſe velut delphicum reputet oraculum. Omnes enim (adiungit) ſubditos hi, qui præſunt minùs, quàm ipſi ſunt, ſapientes arbitrantur. Ergo nouerit ſe, non omnium rerum videntem, ac ſcientem: ſtatuat apud ſe aliis etiam & oculos, & cor ineſſe. Vidit Angelum aſina, quem illius ſeſſor non videbat; ſtolida beſtia tunc planè ſapiens imprudentiæ arguit hominem, & de auertendo mortis periculo edocuit. Sed quid de ſubditis? Egregie aduertit ſanctiſſimus Pontifex: Qui ſubiecti ſunt, rectorum ſuorum actiones iudicant; & ſi ipſos regimen habere contingeret, ſe potuiſſe agere melius putant. Verùm fit nonnunquam, vt is qui ſubiectus eſt, hoc, cùm prælatus fuerit, faciat, quod dudum fieri ſubiectus arguebat; & pro eo, quod illa quæ iudicauerat, perpetrat; ſaltem quia iudicauit erubeſcat. Hæc Greg. Perſæpe hoc euenit, quod ſanctiſſimus Pater adnotat: inde verò naſci arbitror, quòd ille in rectorem euectus, præ innata ſuperbia licere ſibi putat, quod lubet, & quæ temeritas hominum eſt; non patitur humana poteſtas, aut lege coërceri, aut termino aliquo circumſcribi: ſi libet, licet, dictum eſt ab Ethnica regina: quod vtinam non reipſa præſtetur à Chriſtianis principibus, non ex æquitate, ſed ex animi libidine dominātibus. Concludit demum B. Greg. Igitur, ſicut prælatis curandum eſt, ne eorum corda æſtimatione ſingularis ſapientiæ locus ſuperior extollat, ita ſubiectis prouidendum eſt ne ſibi rectorum facta diſpliceāt. Idem *cap. ſequenti* egregiam tradit doctrinam ſubditis; quo nimirum pacto gerere ſe debeant, cùm viderint ſuum rectorem aliquo vitio affectum, eùm ipſorum Noe inebriatus, & nudatus in tabernaculo erit, vt nec illius vitium imitentur, nec illum quia vitioſum aſpernentur ac derideant. Si magiſtrorum (inquit) vita iure reprehēditur, oportet, vt eos ſubditi, etiam cùm diſplicent, venerentur. Sed hoc eſt ſoleter intuendum; ne aut quem venerari neceſſe eſt, imitari appetas, aut quem mirari deſpicis, venerari contemnas. Subtilis enim via tenenda eſt rectitudinis, & humilitatis: vt ſic re-

*S Greg. Cæci ob vanitatem Prælati.*

*S Greg. Subditorum ca... ex ſuperbia.*

*Si libet, licet dictum Ethnicum.*

S Greg.

*Prælatorum vitia tegenda, non imitanda.*

A prehenſibilia magiſtrorum facta diſpliceant, quatenus ſubditorum mens a ſeruanda magiſterij reuerentia nō recedat. Quod bene in Noe ebriato exprimitur, cuius nudata verecunda boni filij auerſi veniendo texerunt. Auerſari quippe dicimur, quod reprobamus. Quid eſt ergo, quòd filij verecunda patris ſubiecto dorſis pallio auerſi venientes operiunt; niſi quòd bonis ſubditis, ſic præpoſitorum ſuorum mala diſplicent; vt tamen hæc ab aliis occultent? Opertimentum auerſi deferunt, quia iudicantes factum & venerantes magiſterium nolunt videre quod tegunt. Sic D. Greg. Humiliter tamen monendi erunt etiam prælati à ſubditis. S. Petr. Damian. *Epiſt.* 7. *tom.* 1. ſcribens ad ſummum B Pontificem Nicolaum ſecundum, neſcio quid factum ab illo ſubnotauit: ac demum concludit. Parce ori meo, Clementiſſime Pater, & non procacis linguę ſtrepitum, ſed deuoti conſidera cordis arcanum. Nec à ſeruo tuo te pigeat humiliter argui: cùm ipſe omnipotens Deus hominibus dicat: Venite, & arguite me, *Iſai.* 1. Sic Damian.

*S.P.Dam. Prælatum humiliter arguat ſubditus.*

Iſai. 1.

3. *At verò Sem & Iapheth palliū imponentes.* D. Cyrill. Alex. *lib.* 4. *in Gen.* totam hanc hiſtoriam tam belle deſcribit vt ſenem excuſet à culpa: Cham impietatem (vt par eſt) execrabilem oſtendat; atque aliorum filiorum pietatem extollat. Cùm inſuetus (inquit) Noe vino eſſet, protinus inebriatur, atque ſomno deditus, inopinatam verendorum nuditatem vtique patitur: domi C tamen, vbi multis expoſitus hominibus minimè erat. Sed inſanus ille Cham paternum dedecus nequiſſimi riſus cauſam fecit, qui tamen pietate commotus patrem denudatum cooperire debuerat, parentémque ſummis fouere viribus, qui ebrietate laboraret, vinique criminibus obnoxium ſe redderet. Sed his omnibus omiſſis, neglectóque honore, quem in patrē exhibere fas eſſet, nuditatem paternam veluti ſpectaculum quoddam ſibi proponens, fratribus quoque ſuis, vt & ipſi parentem de[r]ideant, ſummo ſtudio perſuadère conatur. At illi tam nefandi eius facinoris ſe ſocios reddere haudqu[a]quam paſſi ſunt. Sed rem, quæ caſu ven[ere]tat, hone-D ſtam reddere cupientes, illudque turpiſſimum ſpectaculum veſtibus abſcondere, retro[rs]um protinus incedebant. Pi[um] nanque in parentem agere arbitrabantur, ſi eius femora, quibus ipſi nati fuerant, venerantur. Hactenus Cyrill. Ex his, vt vides, colligitur non ſimplex intelligi nunciatio in verbo illo, *nunciauit fratribus ſuis*, ſed inſana quædam manuum pedūmque complosio, effuſa cachinnatio in parentis ebrij nuditatem illam probroſam; atque inuitatio importuna impudentiſſimi Chami, vt fratres omni contentione ad ſimile ludibrium quodammodo cogere videretur: ex quo maior elucet pietas filiorum erga parentem, cuius nuditatem, non modò non irriſerunt, ſed nec videre auſi, eam veſtibus occuluerunt. O pulcherrimum pie-E tatis filiorum erga parentes ſymbolum! cæcus oculus, pes accurrens, manus amictum expandens! caligat oculus filij, ne patris vitium cernat; pes aduolat, vt proſtrato ac laboranti patri ſubueniat; manus veſtem explicat, vt ornet, foueátque parentem. Felix Noe, qui duorum huiuſmodi filiorum pater extitit. Nam ſi receptū illud eſt inter homines D. Nazianz. *Orat.* 13. Tibi ſexcentis ſeruis imperare minùs iucundum futurum eſt, quàm vnius filij parētem eſſe.

*S.Cyr.Alc.*

*Cham in patrem ingratus & impudens.*

*Pietas filiorum erga parentes.*

S.Greg Na.

Quid

*Præſtat patri, quam dominum eſſe.*

Quid ergo, ſi & pater ſit non vnius, ſed duorum filiotum, qui virtutum ſuarum ſplendoribus patrem ſummè lætificent, atque nobilitent? Idque eo iucundius, atque præſtabilius ad commendationem paternæ laudis haberi ſolet: quòd illa filiorum vittus ex patris optima inſtitutione plerunque effloreſcit. Quod matris ſtudium in liberorum ac nepotum ſancta educatione mirificè commendat in ſua ſorore Gorgonia D. Gregor.

S. Gregor. Nazianz. *Mater optimè filium inſtituens.*

Nazian. *Orat.* 11. Corporis (inquit) quoque fructum, hoc eſt, filios & nepotes, ſpiritus fructum effecit, vt quæ genus totum, & domum totam vnius animæ loco Deo purificarit. Diſcat hinc, quæ mater eſt, vt non modò corporis, ſed etiam, imò veriùs animæ filij mater exiſtat. O pulchrã, B ô ſanctam, ô felicem familiam, vbi parentes ac filij, ita ex virtute ſe gerunt; vt Deum ſecum habeant comitem! Quod egregiè adnotatum eſt à

*Familia, in qua Deus conuersatur.*

Clem. Alex. 3. *Stromat.* cùm ait: Non amara videatur alicui, liberorum procreatio à diuinis abſtrahens propter ea, quæ ad vſum neceſſaria geruntur negotia. Vbi ſunt enim duo, vel tres cógregati in nomine meo, ibi ſum ego in medio eorũ,

Matth. 18.

dicit Dominus *Matth.* 18. Quinam ſunt duo illi, aut tres? Annon virum, & mulierem, & filium

Clem. Exod. 20.

tres dicit? Ita Clem. *Exod.* 20. vt Dominus filiorum pietatem erga parentes, vrpote magnorum bonorum cauſam ſtudioſiùs commendaret; adiecit: *Honora patrem & matrem tuam, vt ſis longæuus*

Caietan.

*ſuper terram.* Elegaoter appoſuit Caiet. Decet ſi- C quidem, vt grati benefactoribus fruantur beneficio longo tempore. Sic planè res habet. Nullum à quopiam poſt Deum maius accipimos beneficium quam à parentibus; corpus ſcilicet, ac vitam; vt igitur hoc tam præclaro potiamur beneficio diutiùs, lætiùs, ac ſecuriùs, hoc eſt, feliciter vitam longæuam agamus; oportet vti Deo inprimis autori bonorum omnium, deinde parentibus gratum animum præſtemus; honorem, atque omnibus in rebus debitum obſequium impendamus.

*Grati filij donantur longa vita.*

4. Monet etiam hic locus; vt ſacerdotum, religioſorum maximè prælatorum vitia omni celare ſtudio contendamus; ne, ſi propalentur, & inſignis inuratur ignominia ſacroſanctæ in Ec- D cleſia Chriſti dignitati, & ipſi apud inferiores reddantur contemptibiles, & malo ſuperiorum exemplo reliqui ad peccandum procaciùs impellantur. Cuius rei egregium documentum habes in Conſtantino Magno cùm celebraretur

*Sacerdotum & prælatorũ vitia nõ diuulganda.*

Ruff. Theod.

Concilium Nicenum. Lege Ruff. *hiſtor. Eccleſ. lib.* 10. Cæterùm Theod. hanc eandem hiſtoriam ita paucis perſtringit. Porrò minimè ſilentio illud prætereundem arbitror. Erant quidam calumniandi ſtudio flagrantes, qui quoſdam Epiſcopos accuſabant, & criminationis libellos Imperatori afferebant. Ille verò eiuſmodi libellis acceptis, primùm cùm eos vinculo conſtrinxiſſet, annulóque ſuo obſignaſſet, ſeruari iuſſit. Deinde cùm concordiam inter eos conciliaſſet, libel- E los in medium prolatos, ſpectantibus ipſis, igne cremari mandauit; adiecto iureiurando, ſe ne verbum quidem ſcriptum in illis perlegiſſe. Nam ſacerdotum (inquit) vitia non ſunt populo aperienda, ne ille inde cauſa offendiculi arrepta licenter peccare aggrediatur. Quinetiam illud quoque dixiſſe commemorant, ſi ſuis oculis Epiſcopum alienæ vxori ſtuprum inferre videret; facinus id nefandum ſuo paludamento ſe obtecturum, ne flagitij eius aſpectus eos, qui ipſum cernerent, vlla ex parte læderet. Sic Theo-

*Conſtantini Magni pietas, & reuerentia in ſacerdotes.*

A dor. *lib.* 1. *hiſtor. Eccleſ. cap.* 11. Mouerim hoc loco ſacerdotes, atque vniuerſim viros eccleſiaſticos à Zacharia Propheta vocari lapides ſanctos, & vt alij vertunt, lapides ſeparationis, aut ſeparatos: vt ſcilicet intelligant nullum ſibi eſſe debere commercium cum profanis, ac laicis hominibus. Separamini, & ſanctificamini. mundi eſtote, illis ſæpius à Domino indicitur: maximè in conuiuiis, vbi periclitatur temperantia, & modeſtia; quæ duæ virtutes, cùm omni generi hominum, tum præcipuè viris eccleſiaſticis neceſſariæ omnino ſunt. Vnde ſapientiſſime ſcribit D. Hieron.

Zachar. 9.

*Sacerdos à laicis ſeparetur.*

S. Hieron.

*Epiſt. ad Nepotianum.* Conſolatores potius nos in mœroribus ſuis, quàm conuiuas in proſperis nouerint; facilè contemnitur Clericus, qui ſæpè B vocatus ad prandium, ire non recuſat. Ad hæc cùm nihil tam offendat oculos, animóſque laicorum, quàm ſiquid impuritatis in ſacerdote Dei deprehenditur: ſtudioſiſſimè cura eſt omnis adhibenda ſacerdoti, vt purè ſanctéque viuat: aliter enim qui ſuum apud Deum rite officium obibit? Eſt quidem illa præclata doctrina D. Cyprian. *Epiſt.* 4. *lib.* 1. quam vtinam religiosè, atque integrè ſeruari videremus. In ordinationibus (inqoit) ſacerdotum, nonniſi immaculatos, & integros eligere debemus, qui dignè & ſanctè ſacrificia Deo offerentes audiri in precibus poſſunt, quas faciunt pro plebis Dominicæ incolumitate, cùm ſcriptũ ſit: *Deus peccatorem non audit*, Ioan. 9.

S. Cyprian. *Caſti in ſacerdotes eligendi.*

Ioan. 9.

C Propter quod plena diligentia, & exploratione ſincera oportet eos ad ſacerdotium Dei deligi, quos à Deo conſtet audiri. Cum hac Cyprian. doctrina cohæret ſententia illa D. Bern. *Epiſt.* 42. omni ſacerdoti comendanda; nempe: Si Deo nun places, non placas.

*Placat Deũ qui Deo placet.*

S. Bernard.

5. At lapſus fuerit ſacerdos, vt alter Noe, in vitium aliquod, nec tam cautus ac prudens, vt nudatus ſit in tabernaculo ſuo, ſed forte in publicum illius ignominia prodierit, quid ergo Chriſtianus populus præſtare debeat, quàm vt illicò accurrant Sem & Iapheth, pudici, & pij viri, pallium imponant humeris ſuis, & incedentes retrorſum operiant verenda patris ſui, facies eorum ſint auerſæ, & patris virilia non videant? nõ D irridendus, non contemnendus, non contumelia proſcindendus ſacerdos Chriſti eſt, etſi flagitioſus, hoc ipſo tantùm quia ſacerdos eſt. Scribit in hanc ſententiam egregie D. Cyprian. *Epiſtol.* 9. *lib.* 3. In libro (inqoit) Regum 1. *ca.* 8. cùm Samuel ſacerdos à Iudæorum populo ob ſenectutem contemneretur, exclamauit iratus Dominus: Non te ſpreuerunt, ſed me ſpreuerunt. Et vt hoc vlciſceretur, excitauit eis Saul Regem, qui eos iniuriis grauibus affligeret, & per omnes contumelias, & pœnas ſuperbum populum calcaret, & premeret; vt contemptus ſacerdos de ſuperbo populo vltione diuina vindicaretur. Ita Cyprian. Nota hinc obiter Deum vindictam ſumere de populo contemnente ſuum ſacerdotem: deinde E nullo aptiore ſatellite ad vindicandum vti, quam Rege iniquo, & ſuperbo. Quaſi dicere videatur Dominus: O laici, meum irridens ſacerdotem? non parcam; non impunè abibitis: Rex veſter, cui deſeruire vobis eſt perquam glorioſum, carnifex erit contempti ſacerdotis pœnas à vobis experiturus. Progreditur vlteriùs ſãctiſſimus Pater Dominus noſter ipſe Ieſos Chriſtus rex, & index, & Deus noſter vſque ad paſſionis diem ſeruauit honorem pontificibus, & ſacerdotibus, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Chriſti ſeruaſſent. Nam cùm leproſum emundaſſet, dixit

*Sacerdos vitioſus occultandus, non irridendus.*

S. Cyprian.

1. Reg. 8.

*Rex contempti ſacerdotis vindex.*

S. Cyprian. *Chriſtus docet ſacerdotem honorandum.*

illi: Vade, & monſtra te ſacerdoti, & offer donum, *Luc.* 15. Sacerdotem adhuc appellabat, quem ſciebat eſſe ſacrilegum. Item ſub ictu paſſionis, cum alapam accepiſſet, & ei diceretur: Sic reſpondes pontifici? nihil ille contumelioſè locutus eſt in perſonam pontificis; ſed magis innocentiam ſuam tuitus eſt. Docuit enim ſacerdotes veros legitime & plene honorare, dum circa falſos ſacerdotes ipſe talis extitit. Hoc ipſum pertractans argumentum *lib.* 4. *Epiſt.* 9. adiungit: Item beatus Apoſtolus, cùm ei dictum eſſet: Sic inſilis in ſacerdotem Dei maledicendo? *Act.* 23. Nihil contumelioſè locutus eſt aduerſùs ſacerdotem; cùm & potuerit conſtanter ſe exerere aduerſùs eos, qui Dominum crucifixiſſent, & qui iam Deum, & Chriſtum, & templum, & ſacerdotium perdidiſſent. Sed quamuis in falſis & ſpoliatis ſacerdotibus, vmbram tamen ipſam inanem ſacerdotalis nominis cogitans dixit: Neſciebam fratres, quia pontifex eſt, ſcriptum eſt enim: Principem populi tui non maledices, *Exodi* 22. Hæc Cypr.

Luc. 15.
Ioan. 18.
S. Cyprian.
Act. 23.
S. Paulus etiã vmbram ſacerdotis reueretur.

6. Poſtremò ipſa præſcribit Chriſtiana pietas, vti non modò Eccleſiaſticos, ſed quoſcunque etiam proximos honoremus, eorum vitia obtegentes. Hinc D. Chryſ. ad hunc locum. Precor (inquit) ne detegamus proximorum lapſus; &, ſi ab aliis eos didicerimus, ne ſpargamus, vt nuditas videatur: ſed ſicut grati illi pueri obtegamus, adumbremus; admonitione & conſiliis lapſam animam erigere ſtudeamus, miſericordiæ Dei magnitudinem docentes, & bonitatis eius excellentiam, & caritatis immenſitatem: vt maiorem, quàm illi benedictionem a Domino conſequamur. Quod tunc nobis ad maiorem gloriam cedet, ſi vel ipſa hominum aduerſùs nos commiſſa ſcelera caritatis amictu obuelemus. Huius Chriſtianæ dignitatis inſigne documentum nobis Deus in ſeipſo exhibuit. Sic enim *Sophon.* 3. ad Hieruſalem, & ad quamcunque animam: *Dominus Deus tuus in medio tui fortis ſaluabit: gaudebit ſuper te in lætitia: ſilebit in dilectione ſua, exultabit ſuper te in laude.* Expende verba illa, *ſilebit in dilectione ſua*, & inuenies amictum diuinæ miſericordiæ, quo noſtra turpitudo non tegitur modò, ſed ornatur, vt nihil confuſionis in nobis appareat, cùm à peccato abducti, diuinis præſentamur obtutibus. Abſtulit enim (interpretatur D. Hier.) iudicium eius, nequaquam eam iudicans, atque corripiens, ſed ſaluans. Silebit (ait) peccata tua in caritate, qua te dilexit, & exultabit ſuper te in laude, quia laudabilis fit. Sic Hier. Igitur non ſolùm non detegit Dominus conuerſæ, & redeuntis animæ flagitia, ſed alto illa ſilentio inuoluit; gratiæ ſuæ amiculo illam exornat, vt appareat ſpecioſa vſque adeò, vt de illius ſpecie, ornatúque Deus ipſe glorietur. Quod quidem illuſtrius adhuc demonſtratur, in parabola illius patris, qui filium antea luxurioſum, & prodigum recepit, *Luc.* 15. Audi egregiam illius loci commentationem D. Petr. Chryſolog. *ſerm.* 3. Cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum; ſic pater iudicat, ſic emendat, ſic peccanti filio dat oſcula, non flagella. Delicta non videt vis amoris, & ideo pater peccata filij redemit oſculo, clauſit amplexu; ne nudaret pater filij crimina, patet filium ne fœdaret. Pater ſic curat filij vulnera ne filio cicatricem, ne nũ filio ne relinquat. Cito (inquit) proferte ſtolam primam, & induite illum. Suſtinuit filij crimina, qui non ſuſtinuit nuditatem: hinc eſt, quòd a

S. Chryſ.
Proximorum vitia nõ diuulganda.
Soph. 3.
Deus pœnitentis vitia tegit, & ornat.
S. Hieron.
Luc. 15.
Pater filij vitia tegit.
S. P. Chryſ.
Pœnitentem Deus multis affi it fauoribus.

ſceleris ante veſtiri voluit filium, quàm videri: vt ſoli patri nota eſſet nuditas. Non dixit, vnde venis? vbi fuiſti? vbi ſunt quæ tuliſti? quare tantam gloriam tanta turpidine commutaſti? Sed, *cito proferte*, vidiſtis, quia delicta non videt vis amoris. tardam miſericordiam pater neſcit, delicta, qui diſcurit, prodit. Date annulum in manu eius. Paterna pietas contenta non eſt, innocentiam reparare ſolam, niſi priſtinum reſtituat, & honorem. Date calceamenta in pedibus eius, ne vel in pede remaneret deformitas nuditatis; certè vt calceatus anterioris vitæ rediret ad curſum. Ita Chryſ. Quid miſeris nobis fieret, ſi Domini Ieſu ſanguis, & merita, nos turpi nuditate deformes non operirent atque ornarent? Quiſquis ergo ſuorum ſcelerum magnitudine iacet confuſus, ne prorſus deſperet; ita cum D. Anſelm. *in ſpeculo, c.* 15. æternum Patrem compellet: Reſpice Domine in faciem Chriſti tui, qui tibi vſque ad mortem obediens factus eſt, nec recedant ab oculis tuis cicatrices vulnerum eius in perpetuum; vt memineris quantam ſatisfactionem pro peccatis noſtris ab eo ſuſceperis. Vtinam Domine appendas in ſtatera peccata noſtra, quibus iram meruimus & calamitatem, quam paſſus eſt pro nobis innocens Filius tuus! Certè Domine hæc grauior apparebit, & magis digna, vt per ipſam effundas miſericordiam tuam ſuper nos, quàm ſint illa, vt pro peccatis noſtris contineas in ira miſericordias tuas. Sic Anſelm. Et adhuc manus benignitatis Domini extenta. Matrem ſuam virginem nobis eſſe matrem voluit, vt illius ſuperabundanti gratia noſtræ nuditatis deformitas tegeretur. Quid non cum matre ſua nobis Dominus donauit? Hæc eſt (inquit Andreas Cretenſ.) diuinarum reconciliationum, quę pignore data ſit, fideiuſſio. Tu ò beata Virgo (inquit Damaſc.) deleuiſti pœnas noſtræ tranſgreſſionis, tuo ex vtero nobis profert indumentum incorruptionis. O virgo Dei mater (cum D. Anſelm. dicam) tua me viſitatione illuſtrare digneris, vt meorum ſcelerum per te miſericordiam conſequar: & per te, quamuis periculo huius vitæ pelagi iactatum adduc it, ſine naufragio ad optatum perennis requiei littus perducat.

S. Anſelm.
Chriſti merita pro nobis Deo Patri offeramus.
Andr. Cret.
B. Maria optimum perfugium.
S. Dam.
S. Anſel.

## SECTIO IX.

*Euigilans Noe ex vino, cùm didiciſſet*, &c.

EDormiit crapulam bonus ſenex; ac deinde à vino iam, & ſopore liber, cùm ad ſe rediret, totam rei prætéritæ hiſtoriam accepit: vnde? non conſtat; ſed veroſimile eſt experge factum ſenem ſui corporis nuditatem ſubnotaſſe (proprio ſcilicet carebat amictu) alienum verò pallium ſibi ad verecundiores artus, vtcunque ſuperiniectum vidiſſe; quibus permutus ſciſcitari cœpit à filiis totius euentus cauſam, ordinémque; filios igitur rem, vt cecidit, patri aperuiſſe. Neque verò adducar, vt credam duos illus eximia bonitate præcellentes viros vltrò patri euigilanti fratris ſui impietatem, atque impudicitiam detuliſſe; veriti enim, ne patrem ingenti dolore afficerent, fratrique maledicendo, & puniendo præberent occaſionem, facinus illud ſilentio tegendum curabant. Quòd ſi rem aperuerunt, illa cauſa extitit, quam ſubie-

ciuus,

S. Chryſo.

eimus, & quæ à D. Chryſ. inſinuatur his verbis: Vnde cognouit? fortè fratres ſignificarunt, non accuſationis quidem cauſa, ſed rem, vt facta erat, docentes; vt conueniens ille ſuo vulneri remedium acciperet. Monendi ergo mutuò ſumus alter ab altero de noſtris vitiis, ſi quæ contraximus: ea namque, ſomno (qui ſolet ſæpiùs irrepere) conſopiri, prorsúſque noſtri ipſorum immemores non videmus; non ſentimus illorum fortaſſe vlcus, quod fœtore ſuo latiùs iam ſe prodit. hoc autem præſtari debet pietatis Chriſtianæ zelo, non verò ex tacita quadam maledicentiæ radice ad exprobrandum; quod in falſis illis amicis ſanctiſſimus Iob deplorabat.

*Monendi de noſtris vitiis commonendi.*

Iob 6.

B *Ad increpandum* (inquit) *tantùm eloquia concinnatis*, cap. 6. tantùm, exponit D. Thom. non ad vtilitatem, ſed ad exacerbandum. Sequitur: *Et in ventum verba proferetis.* verba ſcilicet inania, robur rationis non habentia. Sequitur, *ſuper pupillum irruitis, & ſubuertere nitimini amicum veſtrum.* Si aliquis (adiungit S. Doctor) eo tempore aliquem reprehendere velit, quo conſternatus animo, & ad iram diſpoſitus eſt, videtur non velle correctionem, ſed ſubuerſionem. Ita S. Thom. & quidem appoſitè huic loco: *Euigilans enim Noe ex vino, cùm didiciſſet*, &c. Vtrique filij, vbi viderunt ſenem omnino ſui compotem, nec adhuc obtenebrato vini flatibus iudicio, pronum ad quemcunque vehementioris paſſionis æſtum; ſincere factum narrarunt. Huius prudentiæ egregium teſtimonium habes 1. *Regum.* 25. vbi ſic legitur: *Venit Abigail ad Nabal, & ecce erat ei conuiuium in domo eius, quaſi conuiuium regis, & cor Nabal iucundum. Erat enim ebrius nimis, & non indicauit ei verbum puſillum aut grande vſque mane. diluculo autem cùm digeſſiſſet vinum Nabal, indicauit ei vxor ſua verba hæc*, &c. Pulchrè D. Gregor. Eucher. & Rabb. ita hinc philoſophantur: Iracundos meliùs corrigimus, ſi in ipſa iræ commotione declinamus; perturbati enim quid audiant, ignorant. Sed cùm ad ſe redeunt, tanto libentiùs exhortationis verba recipiunt; quanto ſe tranquilliùs tolerari erubeſcunt. Menti enim furore ebriæ omne rectum quod dicitur, peruerſum videtur. Vnde & Nabal ebrio culpam ſuam Abigail laudabiliter tacuit, quam digeſto vino laudabiliter dixit. Malum enim quod fecerat, nocere potuit, quia ebrius non audiuit. Sic illi. C D

S. Thom.
*Correctio fraterna qui ſ[illegible] mendat*

1. Reg. 25.

S. Greg. Rabban.
*Perturbatus paſſione nõ eſt increpandus.*

2. Multo magis ſibi quiſque caueat, dum iracundia corripitur; noverit ſe vino furoris tunc ebrium; qua de re ſic diſſerit D. Ambroſ. *lib. 1. offic. cap.* 21. Caueatur iracundia; aut ſi præcaueri non poteſt, cohibeatur: mala enim lex peccati indignatio eſt, quæ ira animum perturbat, vt rationi non relinquat locum. Fertur Archytæ Tarentini dictum philoſophi, quod ad villicum ſuum dixerit: O te infelicem, quàm te afflictarem, niſi iratus eſſem! Sed etiam Dauid & armatam dexteram in indignatione compreſſit. Et quanto plus eſt non remaledicere, quam non vindicare? Et bellatores aduersùs Nabal ad vltionem paratos Abigail deprecatione reuocauit. Vnde aduertimus tempeſtiuis quoque interceſſionibus non ſolùm cedere nos, ſed etiam delectari oportere. Eu vſque autem delectatus eſt, vt benediceret interuenientem, quòd ab ſtudio vindictæ reuocatus foret. Hæc Ambroſ. Quòd verò ex Chriſtiana diſciplina præſcriptum ſit, vt pio carita- E

S. Ambroſ.
*Ira furor eo [illegible]*

*Tempeſtiua interceſſio delectat.*

A tis zelo proximum corripiamus, ita debet accipi, vt illi vbi è ſopore ſuæ perturbationis euigilarit, ſuam nuditatem, ſua dedecora obiiciamus, atque ad reſipiſcentiam excitemus hominem. Dominus correctionem fraternam & modum illius, ita præſcribit. *Si peccauerit in te frater tuus: vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum*, Matth. 18. Et quidem peccare dicitur in te frater tuus, non modò cùm tibi contumeliam aut genus aliud iniuriæ intulit; ſed etiam, cùm te præſente, atque inſpectante ſcelus aliquod patrauit: inſignem quippe tibi fecit iniuriam, qui tuos oculos non eſt reueritus, ad tuam præſentiam non erubuit, imò te nihili habens, B ac ſi omnino nihil eſſes, te vidente, flagitium admiſit. Id colligo ex interpretatione D. Auguſt. de verbis Domini: ſic habet. Peccauit in te frater tuus, ſed ſi tu ſolus noſti, tunc verè in te ſolum peccauit. Nam ſi multis audientibus tibi fecit iniuriam; & in illos peccauit, quos teſtes ſuæ iniquitatis effecit: ergo ipſa corripienda ſunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus; ipſa corripienda ſunt ſecretiùs quæ peccantur ſecretiùs. Sic Auguſt. Ceterùm quod ad expoſitionem præcepti de corripiendo, & ad rem, de qua nunc agimus, pertinet, licèt multi mala dixerint egregie: nullus tamen vti D. Auguſt. cuius eſt hæc locu- C lentiſſima expoſitio; Admonet nos quidem Dominus noſter, non negligere inuicem peccata noſtra, non quærendo quid reprehendas, ſed videndo quid corrigas. Debemus enim amando corripere, non nocendi auiditate, ſed ſtudio corrigendi; ſi neglexeris, peior eo factus es; ille iniuriam fecit, & iniuriam faciendo graui ſeipſum vulnere percuſſit; tu vulnus fratris contemnis, peior es tacendo, quàm ille conuiciando. Hæc Auguſt. Quia verò ſæpiùs omittitur ipſa correctio, monet idem Auguſt. 1. *lib. de Ciuit.* cùm iniuſtè, & cùm iuſtè omitti ſolet. Plerunque (ait) à malis docendis, admonendis, aliquando etiam obiurgandis, & corripiendis male diſſimulatur; vel cùm laboris D piget, vel cùm eorum inimicitias deuitamus, ne impediant, & noceant in iſtis temporalibus rebus, ſiue quas adipiſci adhuc noſtra cupiditas appetit, ſiue quas adhuc amittere formidat infirmitas. Si autem propterea quiſque obiurgandis & corripiendis malè agentibus parcit, quia opportunius tempus inquirit, vel iiſdem ipſis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam, & piam erudiendos impediant alios infirmos, aut premant atque auertant à fide, non videtur eſſe cupiditatis occaſio, ſed conſilium caritatis. Longè autem grauiorem habent cauſam Eccleſiarum præpoſiti, vt non parcant obiurgando. Hæc Auguſt.

Matth. 18.

*Iniuriam nobis facit qui ante nos peccat.*

S. Aug.

S. Auguſt.
*Qualiter proximus corripiendus.*

S. Aug.

*Quando omitti poteſt correctio?*

E 3. Extrema verba D. Auguſtin. prælati, patréſque obſeruent; neque vt Heli conniueant in ſubditorum & filiorum vitiis acriter & prudenter vindicandis. Nota hiſtoria Heli 1. *Reg.* 2. de qua optime diſſerens S. Petr. Dam. *Epiſtol. 6. ad Nicolaum Pontificem II.* ſic effatur. Filios quidem redarguit, & corripuit Heli, ſed lenitatem patris, non ſeueritate, vel autoritate pontificis. Nolite filij mei, &c. Porrò quos inimicos Dei vidit, in perniciem ſuam filios recognouit: & quos hoſtili ferire gladio debuit, paternæ blanditiæ pietate palpauit. Non ſic ille fidelis in domo Domini famulus

1. Reg. 2.
S. P. Dam.
*Heli ſocordia in filios ſceleſtos.*

Moy

Moyſes, magiſter videlicet ingenui Phinees ait: Occidat vnuſquiſque fratrem, &c. Conſecraſtis hodie manus veſtras Domino, vt detur vobis benedictio, *Exod.* 32. Plane ſicut benedictione digni ſunt, qui culpas corrigunt, ita maledictioni obnoxij ſunt, qui peccantibus blandiuntur, vt dicitur Ierem. 48. *Maledictus, qui prohibet gladium ſuum à ſanguine.* A ſanguine quippe gladium ſuum prohibet, qui ſe ab inferenda reprobis dignæ ſententiæ animaduerſione coërcet. Si ergo Heli propter duos duntaxat filios, quos non ea, qua digni erant, inuectione corripuit, cum eis ſimul, & cum tot hominum multitudine periit: qua arbitramur dignos eſſe ſententia, qui in aula Eccleſiaſtica, & in ſoliis iudicantium præſident, & ſuper non ignotis prauorum hominum criminibus tacent? qui cùm dehoneſtare homines in publico metuunt, ad contumeliam ſuperni iudicis diuinæ legis mandata confundunt, & dum perditis hominibus amittendi honori officium ſeruant, ipſum Eccleſiaſticæ dignitatis autorem crudeliter inhonorant. Vnde Heli dicit Dominus: *Magis honoraſti filios tuos, quàm me.* Mox ſubditur: *Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui.* Ac ſi apertè dicat. Quia ego per paſtoralis officij dignitatem contra inimicos meos brachium tibi fortitudinis contuli, ſed tu ad eorum vltionem illud exerere noluiſti, iam brachium à te præcidam, id eſt, vigorem tibi ſacerdotalis culminis auferam, vt qui manceps fueras ad pugnandum pro me, iam nec manum habeas ad tuendum te. Hæc S. Petr. Dam. Doctrina planè admirabilis, quam pontifices, maioréſque prælati, principes etiam ac Patres, ne ſubditos magis, quàm Deum, honorent, obſeruare debent; gladium pro Deo contra ſcelera & ſceleratos ſanctè ac validè diſtringant. Sed ad Domini verba redeamus Matth. 18. Vim ipſam verbi, *corripe*, expendit D. Chryſoſtom. ad hunc modum: Non dicit: accuſa, neque increpa, neque vindictas expete; ſed argue: id eſt, rememora illi ſuum peccatum; dic ei, quæ ab illo paſſus es. Ipſe enim ira & verecundia detinetur ebrius factus, quaſi graui ſomno. Vnde oportet te qui ſanus es, ad illum, qui ægrotat, abire. Ita Chryſoſtom.

*Exod. 32.*

*Punienda ſcelera publica. Iere. 48.*

*Carpitur conniuentia magiſtratuum.*

*Zelus Dei & iuſtitia in prælatis.*

*S. Chryſoſt.*

*Læſus lædentem commonet.*

4. Piè ac prudenter filij patri, vt cautiùs deinceps agat, nuditatem ipſius enunciant; qui prudens eſt, corripientem amat, adulantem odit. Vnde Dauid aiebat: *Corripiet me iuſtus, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Pſalm. 140. Vbi ſic egregiè Theodor. Eligenda mihi ſunt magis triſtia à iuſtis ob correctionem, & vtilitatem profecta, quàm dulcia à peccatoribus allata; quamuis hæc inſtar olei caput illuſtrantis iucundam mihi præbeant vitam: malo enim à iuſtis corripi, quàm à peccatoribus coli. Ita Theodor. D. Auguſt. totum verſum ita reddit: Emendabit me iuſtus in miſericordia, & arguet me: oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum. Deinde paraphraſis Auguſtino digna eſt huiuſmodi. Videte peccatorem confeſſorem, emendari ſe vult miſericorditer potiùs, quàm laudari fallaciter. Emendabit me iuſtus in miſericordia, ſi iuſtus eſt, ſi miſericors eſt, quando me videt peccantem. Et arguet me; ſed in miſericordia; arguet, ſed non odit: & eo magis arguet, quia non odit. Quid eſt: Oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum: non creſcet caput meum de adulatione. Falſa laus adulatio eſt. Falſa laus adulatoris, eſt oleum peccatoris: Sed quid facio, dicis, mihi? Patior adulatores, fallaces deceptores non ceſſant perſtrepere, laudant in me quæ nolo, quod ego carum habeo, reprehendunt in me. Laudatio iſta non indulcat, oleum peccatoris eſt. Noli gaudere ad talia, noli annuere, noli conſentire, noli inde gratulari. Si ille attulit oleum adulationis, ſed caput tuum integrum maneat, non inflatum ſit, non tumeſcat. Si enim inflatum fuerit, & tumuerit, facit pondus, & præcipitabit te. Hactenus Auguſtin. De adulatione ſimiliter intelligitur illud Pſalm. 54. *Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula.* Vbi duo ponuntur, oleum, & iaculum. Enimuero nouaculæ, ſagittæque acies oleo exacui, & ſplendidior fieri ſolet: ſic ergo aſſentatorum verba acutiùs penetrant, ac feriunt; dulcicula tamen quadam ſpecie, & maligno ſplendore delectant. Nolumus enim aliorum voluntati & correctioni ad bonum noſtrum ſubiici: vnde ſumma damna incurrimus. Audi S. Bernard. hac de re monentem *ſerm. 77. in Cant.* Quàm multi (ait) ex hoc à recto tramite periculoſiſſimè aberraſſe cóperti ſunt! nimirum ignorantes aſtutias ſatanæ; & cogitationes ipſius, factum eſt, vt qui ſpiritu cœperant, carne conſummarentur, abducti turpiter, lapſi damnabiliter. ſeductori dat manum, qui dare diſſimulat præceptori: & qui dimittit oues in paſcua abſque cuſtode; paſtor eſt non ouium, ſed luporum. Sic Bern.

*Pſal. 140. Theod.*

*Præſtat corripi, quàm laudari.*

*Contra adulationem diſſeritur.*

*Pſal. 54.*

*S. Bern.*

5. Optimè D. Chryſoſtom. obſeruat in verbo, *euigilans*, aut, vt LXX. vertunt, ἐξένηψε ἀπὸ τοῦ οἴνου, compos factus à vino, ſignificari Noe ſemel in ebrietatem, & ex ſola ignorantia, atque inexperientia incidiſſe; quo perſtinguntur illi, qui ſcientes & volentes ſæpiùs in temulentiam collabuntur. Inprimis (inquit) quòd in ebrietatem poſtea Noe relapſus non eſt, id maximum fuerit indicium, quòd ignorantia, non negligentia priùs deliquit. Nam ſi hoc fuiſſet negligentiæ, oportebat iterum eodem peccato capi; id quod non euenit: nam ſi denuò id accidiſſet, Scriptura vtique non obticuiſſet, ſed ſignificaſſet nobis. Vnus enim ſcopus diuinæ Scripturæ eſt, nequid factorum intermittat, ſed veritatem nos doceat, neque propter inuidiam iuſtorum virtutes prætereat, neque propter gratiam peccata adumbrat; ſed omnia in medium nobis proponit, vt monimenta & doctrinas quaſdam habeamus; & vt quando nos per ſocordiam in id vitij inciderimus, cautiores ſimus poſtea, & denuò non incidamus. Neque enim tam graue eſt peccare, quàm in peccatis perſeuerare. Itaque non attende, quòd inebriatus fuerit iuſtus, ſed quòd poſtea non iterum ei hoc acciderit. Iam conſidera eos, qui in tabernis vinariis quotidie conſumuntur & vt ita dicam, quotidie fermè moriuntur: etiamſi quando ſui compotes fuerint facti, neque ſic ſibi cauent ab eodem periculo, ſed quaſi ad opus quoddam ſtrenuum redeunt. Ita Chryſ. Euigilauit itaque Noe, lapſus quidem eſt, ſed non vltra relapſus. Diſcamus, qui peccatum admiſimus, qui ſomno aliquandiu indulſimus; prætereat nox, dies adueniat, lucifer oriatur in cordibus noſtris; hora iam eſt nos de ſomno ſurgere: ſic filius ille luxurioſus *Luc.* 15. ſurgens venit ad patrem. Emphaſim habet verbum

*S. Chryſ.*

*Non in peccatum relabendum.*

*Luc. 15.*

ſur

ſurgendi: nam, vt delicatè ſubnotauit D. Petr. Chryſolog. *ſerm. 3.* Apud cæleſtem Patrem filius ſurgit plus de venia, quàm corruit de reatu. At quantum debet benigniſſimo Domino, qui tandem aliquando euigilauit è vino, ſomnóque ſuorum ſcelerum? Igitur (ait D. Auguſt. *homil. 25. ex homil. 50.*) Qui malus fuit heri, bonus ſit hodie: malus fuit heri, & non eſt mortuus. Si mortuus eſſet, & malus eſſet: iſſet, vnde non rediſſet. Proſit illi quòd viuit, non malè viuat. Quare ergo diei heſterno hodiernum vult addere malum: longam vitam vis habere, bonam non vis? quis longum ferat malum, vel prandium. Sic Auguſt. Euigilans Noe euigilauit iuſtus: torpeſcit nonnunquam in virtutis ſtudio vir alioqui iuſtus, cùm de perfectionis incremento non curat: vnde euigilare, & accreſcere difficile admodum eſt. Hinc illud D. Bernard. *Epiſt. 96.* Multo faciliùs reperias multos ſeculares conuerti ad bonum, quàm vnumquempiam de religioſis tranſire ad melius. Rariſſima auis in terra eſt, qui de gradu quem fortè in religione ſemel attigerit, vel parum aſcendat. Sic Bern.

S. P. Chryſ.

*Pænitentia bonor.*

*Vita in melius commutanda.*

S. Aug.

S. Bern.

*Conuerſio à peccatis frequẽtior, quàm perfectio in virtutibus.*

6. O felix Noe, qui cecidit, euigilauit illicò; felix etiam, qui lapſum ſuum multis, iiſque præclaris virtutibus, quibus erat ornatiſſimus, potuit obtegere! Etenim quia iuſtus (inquit D. Chryſoſtom.) & bonis operibus pollebat, peccatum adumbrare potuit. Nos autem cùm ab innumeris aliis affectionibus infeſtamur, cum hoc addimus, vt & ebrietate ſubmergamur; quid excuſabit? vel quis nos dignabitur venia, quos nulla experientia facit caſtigatiores. Ita Chryſ. Ac profuit multis, vt à D. Ambroſ. obſeruatum eſt, cecidiſſe. Euigilarunt enim, & alacriore, quàm antè, ſtudio in virtutem incubuerunt, vt Dauid, Paulus, Matthæus, Magdalena, Petrus, citóque (vt eleganter D. Leo *ſerm. 9. de paſſione.*) ad ſoliditatem ſuam rediit petra: tantam inde recipiens fortitudinem vt quod in paſſione Saluatoris expauit, in ſuo pòſt ſupplicio non timeret. Euigilauit Noe à vino; nec eſt vllus in toto hominum genere, qui ſaltem originalis culpæ vino ſoporatus non obdormierit: beatiſſimam ſemper virginem Dei matrem excipio, in qua nihil tenebroſum ac vitioſum apparuit, beneficio nimirum Filij ſui à quo totam ſuam lucem hauſit. Illa enim eſt, quæ progreditur ſicut aurora conſurgens, pulchra, luna, electa, vt Sol, *Cant. 6.* Ad quem locum piè, dulcitérque Rupert. ſic effatur. Quàm pulcher ordo in iſta laudatione? primùm conſurgens vt aurora, pulchra deinde vt luna: deinde electa, vt ſol. Quando nata es ô Virga beata, tunc verè nobis aurora ſurrexit. Aurora prænuncia diei ſempiterni. Quia ſicut aurora quotidiana finis præteritæ noctis eſt, & initium diei ſequentis: ſic natiuitas tua finis dolorum, & conſolationis fuit initium; finis triſtitiæ, & lætitiæ nobis extitit principium. Quando autem Spiritus ſanctus in te ſuperuenit, & Filium virgo concepiſti, virgo peperiſti, tunc tu & extunc pulchra pulchritudine diuina: pulchra, vt luna. Sicut enim luna lucet, & illuminat luce ex ſole concepta: ſi tu, ô beatiſſima, hoc ipſum quòd tam lucida es, non ex te habes, ſed ex gratia diuina. ô gratia plena. Quando autem de hoc mundo aſſumpta, atque ad æthereum thalamum tranſlata es; tunc tu, & extunc electa, vt ſol, electa inquam nobis: quia ſicut ex te natum Dei Filium ſolem verum, ſolem æternum adoramus, & colimus, vt Deum verum; ſic & te honoramus atque veneramur, veri Dei genitricem; ſcientes, quia totus honor impenſus matri, ſine dubio redundat in gloriam Filij. Et quidem non natura tu idem es, quod ille ſol: ſed nihilominus tanta es, vt te honoret ipſe ſol, honore quo decet filios honorare parentes ſuos. Qui enim dixit, honora patrem tuum & matrem; non dubium, quin & ipſe honoret, & ab omnibus amicis ſuis velit honorari matrem. Hactenus Abbas.

S. Chryſoſt.

*Iuſti, lapſus excuſatur.*

S. Ambroſ.

*Petrus à caſu ſanctior ſurrexit.*

S. Leo.

Cant. 6.

Rupert.

*B. Maria immunis ab originali reatu ſemper crevit in gratiis.*

*Deus matrem ſuam honorat, & ab omnibus honorari iubet.*

---

## SECTIO X.

### *Quæ fecerat ei filius ſuus iunior.*

1. TAntam in ſingulis his verbis emphaſim reperio, vt integra ſectione ad illorum commentationem opus eſſe iudicem. *Quæ fecerat.* Hebr. אשר *axer*, tam plurali, quam ſingulari numero deſeruiens. LXX. vertunt ὅσα, quæcunque. Interpres egregiè transfert, quæ, non quod. Etſi enim factum vnum ſit, in eo tamen plura, quæ grauitatem criminis augent, conſiderantur, vt D. Chryſoſt. ita expendit. Magnam, & intolerabilem rem dicere vult, *fecerat ſibi.* Animaduerte enim quomodo ritus in domo viſa patris turpitudine, quod debeat obtegere, egreſſus euulgauit; & riſui & ſubſannationi patrem (quantum in ipſo erat) expoſuit, fratréſque prauæ ſuæ voluntatis ſocios fieri voluit: cùm deberet, ſi omnino proditurus erat, illos intra domum vocare, & ſic nuditatem effari: ſed ipſe forâs exiit, quaſi ſi etiam alia adeſſet multitudo, & eam facturus eſſet paternæ turpitudinis conſciam. Ita Chryſoſt. Quæ fecerat ei, nimirum viro iuſto & ſacerdoti, quem Deo litantem paulo antè viderat. Chamo igitur nati videntur profani homines, qui ſacerdotum, & religioſorum virorum vitiis indagandis, propalandiſque mirificè delectantur. In quo argumento ſic D. Aug. *Epiſt. ad pleb. Hipp.* Ad quid (inquit) aliud ſedent iſti, & quid aliud tractant, niſi vt cùm Epiſcopus, vel clericus, vel Monachus, vel ſancta Monialis ceciderit; omnes tales eſſe credant, ſed non omnes poſſe manifeſtari? Sic Aug. Quòd ſi rem prudenter expendamus, illud profectò ſtatuemus, quod à D. Hier. *Epiſtol. contra Vigilantium*, ſcriptum eſt: Paucorum culpa non præiudicat religioni. Apoſtolorum culpa non præiudicat religioni. Apoſtolorum fidem Iudæ proditio non deſtruxit. Sed quorſum (inquies) tam dulce laicis eſt de Clericorum; & vitioſis hominibus, de ſeruorum Dei erratis comœdias ſibi agere, ac triumphos? Illa optima reſponſio eſt, quæ traditur à D. Auguſt. *ſerm. 2. de vita Cleric.* Scio, quia quærentes licentiam malefaciendi, quærunt ſibi exempla malè viuentium: & multos infamant vt ſocios inuenire videantur. Hæc Aug. Deinde ſanctiſſimus Doctor iſtos Chami ſectatores ſapienter & grauiter monet. Nemo (ait) laceret ſeruos Dei, quia non expedit lacerantibus. Seruis Dei quidem merces, falſis detrectationibus creſcit: ſed creſcit pœna etiam detrahentibus. *Matth. 5.* dicitur: Gaudete, cùm vos oderint homines, cùm maledixerint, cùm exprobrauerint, dixerint omne malum aduersùs vos mentientes. Ecce enim

*Chami impudentia expenditur.*

S. Chryſ.

*Seculares vitia ſacerdotum, & religioſorum venatur.*

S. Aug.

*Malè ex vnius vitio totum ordinem infamat ſtultus.*

S. Hieron.

S. Aug.

Matt. 5.

mer

*Iniuria ferēda, ſed non quærenda.*

merces veſtra copioſa eſt in cælis. Nolumus A cum detrimento veſtro magnam habere mercedem: minus ibi habeamus, & tamen vobiſcum ibi regnemus. Viden' Aug. prudentiam, ac pietatem ſingularem? etſi enim pateretur ferre detrectantium linguas, & falſa teſtimonia nebulonum ac veteratorum ſeruis Dei cùm optabile ſit, tum vtiliſſimum: tantum nihilominus Pa-

*Zelus animarum in S. Aug.*

ter Auguſt. cupidiùs aliorum, quàm ſuis ſtudet lucris, vt detractiones illas, mendacia, probra, ignominias eo tantùm nomine à ſe auertat; ne cum ſuo compendio proximorum diſpendia ſubſequantur. Eſt enim ſcelus grauiſſimum de viro religioſo, de ſacerdote, de prælato, de Epiſcopo perperam ac mendaciter agere. Huius B etiam Chami improbitatem imitantur mali Chriſtiani: quod ex D. Auguſt. *lib. 16. de Ciuit. cap. 2.* ſic accipe. Omnes, qui Chriſtiano vocabulo gloriantur, & perditè viuunt, non abſurdè poſſunt videri medio Noe filio figurari. Paſſionem quippe Chriſti, quæ illius hominis nuditate ſignificata eſt, & annunciant profitendo, & male agendo exhonorant. Sic Auguſt. Cæterùm ſumma eſſe debet vis erga nos in paſſione Domini ad omne virtutis ſtudium proſequendum. *Caritas* enim *Chriſti vrget nos*; ait Apoſtolus. Appoſitè legunt aliqui: Paſſio Chriſti vrget nos. Refer etiam dictum Petri Apoſtoli: *Chriſto in carne paſſo & vos eadem cogitatione armamini.*

*Paſſionem Chriſti male viuendo exhonoramus.* S. Auguſt.

2\. Cor. 5.

*Paſſio Chriſti vrget nos.* 1. Petr. 4.

2\. *Quæ fecerat ei*, nimirum patri filius. te- C ctè D. Chryſ. Contumelioſus (ait) patri fuit, oblitus eſt honoris, quem debent parentibus filij; prodidit peccata, fratres voluit allicere, & ſocios facere ſuæ contumeliæ, quæ fecerat ei; patri ſuo filius. Ita Chryſoſt. Patris virtutem imitari Chamus debuiſſet. Quorſum enim orando dicimus: Pater noſter. Pater (ait D. Cyprian. *tract. de Orat. dominica*) primo in loco dicit, quia filius eſſe iam cœpit. Profitetur ſe Dei Filium, dum nominat Patrem ſibi eſſe in cælis Deum. Meminiſſe debemus, quia quando Patrem Deum dicimus, quaſi filij Dei agere debemus, vt quomodo nos nobis placemus de Deo Patre, ſic ſibi placeat, & ille de nobis. Nec ſit dege- D ner actus noſter à ſpiritu, vt qui cœleſtes, & ſpiritales eſſe cœpimus. In Iudæorum exprobrationem Chriſtiani quando oramus: Pater noſter, dicimus; quia noſter eſſe cœpit, & Iudæorum, qui eum reliquerunt, eſſe deſiit; nec peccator populus poteſt eſſe filius; ſed quibus remiſſio peccatorum datur, eis filiorum nomen adſcribitur. Hæc Cyprian. D. Gregor. Nyſſ. *tract. in eandem orationem dominicam*, diſertiſſimè pro hac eadem ſententia expatiatur: paucula ſeligam. Cùm (inquit) vt Patrem Deum in oratione dicamus, Dominus nos docet, nihil mihi facere aliud videtur, quàm ſublimem, & altam inſtituere atque præſcribere vitam. Non enim vtique mentiri nos veritas docet, vt dicamus, E nos eſſe quod non ſumus, & appellemus nos eo nomine, quod natura nobis attributum non ſit; ſed vt dum incorruptum & iuſtum, & bonum Patrem noſtrum dicimus, vitæ integritate propinquitatem referamus, eàmque veram eſſe oſtendamus. Perſpicuum eſt autem quòd qui alicuius intelligentiæ particeps ſit, non auſurus ſit, cùm Dei virtutes non in ſe cernat illam vocem ad Deum emittere, ac dicere: Pater. Nam vitæ contaminati Pater eſſe is, qui ſanctus, naturaliter non poteſt. Deinde ſi quis vitioſam con-

S. Chryſ.

S. Cyprian. *Patrem Deū vocantes veri filij Dei eſſe debemus.*

S. Gregor. Nyſſen.

A ſcientiam ſuam agnoſcens plenam maculis, & ſcelerum notis inuſtis, priuſquam à tot tantiſque malis expurgatus ſit, ſe Dei cognationi inſerat, ac dicat: Pater, iuſto iniuſtus, duro impurus: contumelia atque conuitium ea verba fuerint, ſiquidem ſuæ nequitiæ Patrem Deum nominaret. Nam patris vocabulum cauſam ex ipſo procreati ſignificat. Ergo ſi conſcientia vitioſa quis præditus Patrem ſuum Deum dicat, nihil aliud, quàm ſuorum malorum, quaſi principē & autorē Deū inſimulabit. Non enim poteſt arbor bona malos fructus facere. Hactenus Greg.

*Peccator iniuriam Deo facit, ſi Patrem eum dicat.*

3\. *Filius ſuus iunior.*] Aut minor; vt alij codices habent, ſed nullum in re diſcrimen. Caiet. B hinc putat demonſtrari Cham omnium fuiſſe natu minimum, quicquid aliter videatur innui ex ordine ſæpiùs poſito, vbi ponitur Cham ſecundo loco. Contrà verò placet aliis potiùs, vti Cham ſecundus ſit a Sem omnium nato maximo, maiórque Iaphetho: vnde Cham vocatur minor reſpectiuè ad Sem primogenitum. Et Hebræi quidem dicunt Sem natu fuiſſe minimum: ſed quia ſanctitatis dignitate reliquos antecelluit, primo loco memorari ſolitum; Cham verò, qui ſi non primò, at certè ſecundò genitus erat, propter ſcelus in patrem commiſſum, cæteris fuiſſe poſtpoſitum: quapropter minorem hîc, aut minimum non ætate, ſed ſenſu, & moribus appellari. Quæ interpretatio eſt D. Am- C broſ. *cap. 31.* de Noe, & arca. Iuniorem (inquit) non ætate, non tempore accipias, ſed rudem ſenſu, & in quadam intellectus infantia conſtitutum, qui prouectioris doctrinam ætatis non hauſerit, nec perceperit ſenile conſilium. Similiter D. Chryſoſtom. Cham (ait) ſecundus erat, & maior natu, quam Iapheth; licèt autem ætate illo prior erat, voluntate tamen minor, & temeritate illum exceſſit. Nam quia noluit intra ſuos limites manere, amiſit honorem ſibi à natura traditum. Et ſicut ille id quod natura habuit, nequitia voluntatis amiſit; ita Iapheth quod natura non habuit, ſaniorem ob mentem accepit. Ita Chryſoſtom. Non ſunt autem præ- D ferendi filij minores natu maioribus, quod & naturæ ipſi, quæ ordinem inter illos conſtituit, contrariè videtur; & dabitur occaſio fratrum inter ſe odiis ac diſſidiis. Quo ſane conſilio Chriſtus Dominus diſcipulum, quem diligebat, cæteris noluit paſtorem, ac patrem præferre. Ne (vt egregiè obſeruat D. Hieronym.) Ioannes adhuc adoleſcens, ac penè puer progreſſæ ætatis hominibus præferretur; nec magiſter bonus, qui occaſionem iurgij debuerat auferre diſcipulis, in adoleſcente quem dilexerat, cauſam præbere videretur inuidiæ. Hæc Hieronym. Quare Dominus Ieſus dilecto ſuo diſcipulo peramanter conſuluit. Non illum aliis præeſſe voluit, vt qui eſſet adoleſcentior; ſed omnibus tamen in amo- E re, atque in donis prætulit, cùm illi dixit: Ecce mater tua; qui enim maius aut eſſe aut fingi poteſt virgine Dei matre? Liceat mihi nunc ex ſterquilinio colligere margaritam. Tunc plane ſobrius, ſui compos (vaniloquus ille pſeudopropheta borealis) Luther fuit, cum ita ſcripſit, *Comment. in Matth.* Eo ipſo quòd Maria mater Dei facta eſt, tam præclara, & ingentia ei bona data ſunt, vt ſuperent captum cuiuſcunque. Hinc enim omnis honos ac beatitudo peruenit, vt in vniuerſo genere humano vnica perſona ſuperior ſit cunctis, cui nemo ſit

*Cham moribus, & animo minimus.*

S. Ambr.

S. Chryſoſt.

*Chriſtus Ioannem cæteris non prætulit, quia iuniorem.* S. Hieron.

*Ioanni Chriſtus cæteros prætulit, cum matrem ſuam illi tradidit.* Luther.

par

A par; quòd cum cœleſti Patre Filium habeat communem: talis ac tantus honor in hac matris nomenclatura continetur, nemo vt maiora de illa prædicare poſſit, etiamſi tot linguas habeat, quot flores terra, ſtellas cœlum, mare arenas ſuſtinet. Hæc iſte. Quis ſperaret ab hoſte veritatis hanc ita infallibilem pronunciari? ſcilicet: Beatam me dicent omnes generationes, prædixit Dei mater, quod & mundus conteſtatur: cùm etiam hæreticorum generatio mala, & adultera, genimina viperarum, filij ex patre diabolo, beatam dicunt virginem Dei parentem. Eóque illuſtrius fit miraculum, quo magis inuiti veritatem iſtam, pſeudoapoſtoli promulgant. Ait enim quidam ex iſta fæce Bugenhag Pomer. Fatemur vel inuiti per omnes generationes beatitudinem huius mulieris, de qua dixit Deus: Semen mulieris conteret caput ſerpentis; quemadmodum Maria cecinit: Ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Hæc laus eſt virginis, quòd eſt mater Dei. Hæc laus ſuperat intellectum omnium hominum, & Angelorum. Sic iſte. Hunc igitur theſaurum Chriſtus Dominus ſuo dilecto iuniori tradidit. Non ſunt, inquam, iuniores vt alios regant eligendi; eſt enim illa valde inconſtans, præferuida, &, vt ait D. Auguſt. *ſerm. 146. de tempore*, pluribus, ac maioribus tentationum tempeſtatibus quatitur, fluctuum crebriore impetu ſeculi mundantis operitur. Iuuentus malorum venenum eſt, quicquid veritas præcipit, eſca eſt, quicquid diabolus ſuggerit. Periculoſum eſt vlcus iuuentutis, quod cupiditatibus contabeſcit. Amat pernicioſam inimici lenitatem, odit ſalubrem medici aſperitatem. Hæc Aug.

*Etiam hæretici mutis B. Mariam laudant nuncupſe.*

Bugen. Pom.

Luc. 1.

S. Aug. *Iuuenes non committendi regimen aliorum.*

*Iuuentutis vitia.*

4. Ratio tamen, & iuſtitia poſtulat aliquando, imò præſcribit, vti minores maioribus natu præferantur, cùm ſcilicet illorum prudentia ſeniliſque vitæ mores incorrupti ætatem iuniorem honorant; iſtorum verò maturius æuum ignorantia, laſciuientéſque ac pueriles viuendi mores omnino dedecorant atque infamant. Quid ſi etiam iſte dicatur minor, quòd talem ſe à primæua ætate geſ- D ſerit, pueriliter agentem, laſciuum, perridiculum, non ſeriò cum parentibus, cum fratribus verſari ſolitum? Erat Cham, vt rectè obſeruat Caiet. iam tunc pluſquam centum annorum, ſed moribus tamen puer. vt qui à puero ioculis, riſui, ac laſciuiæ deditus fuerit; nec mirum ſi reliquæ conſequenter ætates pueritiæ vitiis infectæ viderentur. Elegantèr enim Clem. Alexand. *lib. 1. Pædag. capit. 5.* Eſt (inquit) nobis vber ætatis ipſa iuuentus. Cuius ſententiæ iſthæc eſt explicatio. Nam ſicut à matris vbere infantulus lac exſugit, quo alitur, viuit, creſcitque in dies: ſic a iuuentute reliquæ, aut malum, aut bonum ætates ebibunt, ab illa mores, quibus iſtæ informantur, ſolent effluere. Quo in argumento ſæpè verſatur D. Hieron. atque inprimis *Epiſtol. ad Latam.* Difficulter (ait) eradicatur, quod rudes animi perhibeturit: lanarum conchylia, quis in priſtinum candorem reuocet? recens teſta diu, & ſaporem retinet, & odorem, quo primùm imbuta eſt: Prouerb. 22. dicitur: *Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea:* vbi Venerab. *Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

Caiet.

Clem. Alex. *Manat à iuuentute in reliquam ætatē vitiū, & virtus.*

S. Hieron.

Prou. 22.

A Beda ſic effatur: Conſtat pleroſque in ſenectute Domino donante ſeparari à vitiis, quæ adoleſcentes habuerant, & è contra nonnullos illo ſe deſerente, deſerere circa ſenium virtutes, quibus ab adoleſcentia videbantur illuſtrari. Sed quia multo ſæpiùs quiſque mores, quibus ab adoleſcentia imbutus eſt, in reliquum vitæ tempus exequi conſueuit; prouerbium eſſe dicit, quia quod adoleſcens quiſque cœperit, in ſenecta non mutauerit; non tamen ipſum ſemper ita venire confirmat. Iccirco autem huiuſmodi prouerbium ponit, vt auditores ſuos à prima ætate virtutibus ſtudere perſuadeat, ne fortè in ſenectute non poſſint deſerere ſtu- B dia quibus in tenera ætate mancipari deſpexerant. Sic Græca narrat hiſtoria. Alexandrum orbis domitorem, & in moribus, & in inceſſu Leonidis pædagogi ſui non potuiſſe carere vitiis, quibus paruulus adhuc fuerat infectus. Hactenus Beda. Omni igitur cura nitendum parentibus eſt, vt priore illa ætate filios piè, ſanctéque erudiant. Nam, vt rectè D. Hieronymus ſcribit ad Gaudent. Vt aqua in areola digitum ſequitur præcedentem; ita ætas mollis & tenera in vtramque partem flexibilis eſt, & quocunque duxeris trahitur.

Beda.

S. Hieron. *Puerum vtroque flexibilis.*

5. Ac de adoleſcentulo quidem illud optimè dictum eſt ab Horat. in Poët.

Horat.

*Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper.*

Enimuerò quis in hac ætate naturæ im- C petum luxuriantis cohibeat? quis equum ferociter exultantem; domari regique neſcium, habenis frænóque moderetur? quis ignem abundantiore iam tunc paſtum materia, acrioribus ſeſe fundentem flammis, aut prorſus extinguatur, aut ne ſerpat latiùs, remoretur? Huius ætatis delicta Iob ſibi maximè timens aiebat, *Conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ*, Iob 13. Vbi D. Ambroſ. Pulchrè (inquit) id ætatis arripuit ad querelam, quæ magis ad vitium lubrica eſſe conſueuit. Igitur adhuc puer, antequam adoleſcentiam quis ineat, Deo ac virtutum ſtudio ſeſe mancipet. Pullos columbarum, non D columbas ſibi Dominus in oblationem depoſcit, *Leuit. 1.* Ratio autem optima eſt, quæ traditur à Theodoret. *quæſt. 1.* Quia (inquit) deteſtabatur in adultis columbis laſciuiam, in paruis pullis innocentiam amplectebatur. Hinc Pſaltes: *Praueni in maturitate, & clamaui*, Pſalmo 118. ante maturiorem ætatem in qua plus eſt periculi, Deo ſe dediderat adhuc penè puer. Ad quem locum egregiè D. Ambroſ. *ſerm. 19.* Præcurrit (ait) ætatis maturitatem, quiſquis in adoleſcentia poſitus ſenilem grauitatem induit, & iuueniles annos veterna quadam continentia regit, feruorémque virentis corporis in cana motum maturitate componit. Nam quid poteſt habere laudis, ſi effœtum corpus volu- E ptatibus & iam ſenectutis gelu frigidum ad ſera deuotionis officia conuertatur. Hæc Ambroſ. Sed celeritatem illam Dauidis in obſequium Domini magis commendant aliæ huius loci verſiones. Hebr. בנשף in immaturitate: ſic legit doctiſſimus Ribera, *in Epiſtol. ad Hebr. 5.* Chald. in aurora. LXX. *ἐν ἀωρίᾳ*, adhuc in tenebris. Meritò igitur clamat D. Aug. *ſerm. 246. de tempore.* O iuuenes flos ætatis, periculum mentis!

*Iuuentus in vitia præceps.* Iob 13. S. Ambr.

Leuit. 1. Theod. *In pueritia virtus amplectenda.*

Pſal. 118.

S. Ambr.

*Præſtat in immaturitate, quàm in ſenectute virtutem inſequi.* Ribera.

S. Ambroſ.

SS Denique

Denique ſunt, qui dicant per iſtum filium iuniorem intelligi non quidem Cham, ſed eius filium Chanaan, nepotem Noë; appellari autem filium minorem, aut minimum ipſius Noë, more Hebræorum, qui ſuos nepotes vocant filios; ſed mihi, vt alibi iam cœpi dicere, perquam difficile creditu eſt, natum iam eſſe Chamo quartum iſtum filium Chanaan, ac puerum iam in ea eſſe ætate, vt aui ſui nuditatem obſeruaret, irrideretque, ac patrem ſuum Cham ad iocum illum impudentiſſimum de turpitudine ſenis acceſſiret.

*Chanaā non [illegible] Noe.*

## SECTIO XI.

*Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.*

1. TRanſlatio LXX. nuper emendata habet: Maledictus puer Chanaan, quam lectionem etiam D. Auguſt. & D. Chryſoſtom. ſequuti ſunt. Sed nec in fonte Hebræo, nec in Chald. legitur, *puer*. Maledictio iſta non eſt imprecatio mali, nec ſenſus eſt: Maledictus ſit Chanaan, ſed eſt tantùm prophetica prædictio malorum, quæ poſteritati Chanaan erant euentura. Debet igitur ſubintelligi, eſt, vel erit, maledictus. Quid de Chanaan? ſi verum ſit quod aliqui aſtruunt, hanc Noë hiſtoriam cecidiſſe à diluuio minimum annis decem: profectò iam tunc quartus filiorum Cham natus erat Chanaan, atque ſeptem annorum; qua in ætate procacitatem ſuam proferre poterat, vt auum ludos faceret. Rectéque procedit in huiuſmodi ſuppoſitione Procop. Cùm ait, Chanaan prior conſpexit verenda aui, & patri renunciauit, ludos faciens bonum ſenem: patet non obiurgat filium, ſed rem fratribus effutit. Theodor. *quæſtio*. 57. hanc eandem ſententiam ex Hebræo doctore acceptam tradit, putátque demonſtrari: Scilicet (inquit) Chanaan verenda aui ſui vidit, ſuóque patri narrauit, tanquam de ſene ridens. Itaque ſi Cham fratrum ſimilis fuiſſet, non debebat impiè ad patrem accedere, ſed obiurgare eum, qui primus viderat, & illudebat. Verùm ipſe quoque perſuaſus, & acceſſit, & vidit, fratribúſque renunciauit. Sed hæc viderentur fabuloſa, niſi hoc, quod ſequitur, demonſtrationis vim haberet; Maledictus Chanaan. Sic Theodor. His poſitis primò dicendum aduersùs Chami ſocordiam, qui quòd puerum non acriter obiurgarit, cauſa illi extitit auitæ maledictionis. Diſcant ex hoc loco parentes, non parcere virgæ, ac ſupplicio in filios, ſi fortè in teneriore ætate malè moratos viderint. Plurima patribus in ſacris literis de filiis probè inſtituendis, ac ſeuerè corripiendis documenta inculcantur, vti Eccleſ. 7. *Filii tibi ſunt; erudi illos, & curua illos à pueritia illorum: filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarum, & ne oſtendas hilarem faciem tuam ad illas.* Igitur ſapiens edocet eum, qui pater eſt, qualem ſe gerere debeat erga liberos: atque in primis duo vult obſeruentur erga filios maſculos. Erudi (inquit) illos, laborant enim pueri rerum ignorantia, debéntque proinde à patre inſtitui; & quæ recta ſunt, vt ea ſequantur, & quæ praua ſunt, vt ea fugiant edoceri. Nam prima illa boni parentis inſtitutio, vt nacta eſt molliuſculam, ac

S. Auguſt.
S. Chryſoſt.

Procop.
*Chanaan irriſit auum ex quorundam opinione.*
Theodor.

*Filii obiurgādi à parentibus.*

Eccl. 7.

*Pueri à parentibus edocendi.*

A ſummè flexibilem ætatem pueri, facilè imprimi ſolet iſtius animo, & radices deinde altius agens, in reliquis vltra ætatibus fructus producit vberes. Sic admirabilis pudicitia extitit Suſannæ, vel inter ipſas mortis anguſtias. Parentes enim illius, *Daniel*. 13. cùm eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecundùm legem Moyſi. Deplorata iam videbatur ſalus Reipublic. Iudaicæ. Cùm Iſaias puerorum inſtitutionem ad virtutem deſiiſſe lugebat: vbi literatus? vbi doctor paruulorum? *Iſa*. 33. Hebr. איה ספר את המגדלים *ache ſepher eth hammigdalim*. Vbi numerator turrium, domorum editarum, & magnarum. Radix enim גדל *gadal*, B magnum eſſe, creſcere, educare, enutrire. hinc מגדל *migdal*, domus alta, & magna, ſiue turris. Vnde *Iſa*. 30. Cùm ceciderint turres, מגדלים *migdalim*. Quia verò pueri paulatim creſcunt cùm nutriuntur, & ex tantilla corporis breuitate, ad iuſtam euadunt proceritatem, aptiſſime dicuntur *migdalim*. Ex quo elicies pueros probè ac ſanctè inſtitutos dici domos altas, ac magnificas, nec enim ab aliis ſumptuoſarum ædium molibus, pulchrior, & magnificentior redditur ciuitas, quam ab iſtis pueris iam ex ipſa ineunte ætate, in lege Domini, boniſque moribus apprimè informatis. Denique appellari etiam turres. O felicē Rem- C publicam, ò bene tutam: mœnibus cinctam, turribus communitam, vbi virtutum, & bonorum ſtudiorum, quibus primæua imbuitur ætas, viget diſciplina!

Dan. 13.

Iſa. 33.

Iſa. 30.

*A pueris benè inſtitutis grāde vrbi oritur emolumentū.*

2. Alterum verò eſt, *Et curua illos à pueritia illorum*. Hoc pertinet ad voluntatis affectum ritè formandum. & quidem pulchra tranſlatio. Curua illos, declarat Lyra ſub diſciplina à pueritia; ſicut enim ramus tener de facili curuatur, non autem poſtquam induratur, & fortificatur: ſic, &c. Docendi, arguendi, corripiendi ſunt pueri, & vbi opus erat, minis ac verberibus plectendi; cùm, ſicut teneri adhuc rami, ſunt magis flexibiles. Vnde Salomon optimè: *Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam*, D Prouerb. 22. Beda, non ætate, ſed ſenſu pueros hic intelligit: huiuſmodi enim (inquit) pueros, id eſt, animos ſtultitiæ, vel laſciuiæ, vel inertiæ deditos, neceſſe eſt iuuenili diſciplina caſtigari, & ad iuſtum vitæ tramitem prudentium rigore perduci. Sic Beda. Bene id quidem, ſed de pueris ætate hauddubiè ſermo eſt; quorum animis in malum potiùs, quàm in bonum pronis vitia, quæ primò adhærent, egent virga diſciplinæ, qua excutiantur. Stultitia verò ponitur pro quocunque vitio, quod in rudiore illa ætate pueris inuritur. Curua illos, ait E Eccleſ. ſeu, vt Græcè habetur, curua collum illorum, impoſito, nimirum paterno iugo, quod ſi non excuſſiſſet adoleſcentior ille filius, non in luxuriæ cœnum, & ſiliquas porcorum incidiſſet. Non tale profectò erat collum ſponſæ, quod & pulchrum, & flexibile adeò videbatur, vt monilibus perſimile diceretur; nimirum: *Collum tuum ſicut monilia*, Cant. 1. Solet (inquit D. Bern.) collum ornari monilibus, non ipſis comparari. Sed hoc illæ faciant, quibus quia de proprio non ineſt decor, aliunde neceſſe eſt mendicent, vnde ſe ſpecioſas mentiantur. Nam ſponſæ collum ita in ſeipſo formoſum, & tam decenter quaſi natura formatum eſt,

Lyra.

*Pueri inſtituendi & corrigendi.*

Prou. 22.
Beda.

Luc. 15.

Cant. 1.
S. Bern.
*[illegible] paterna [illegible] ornatū.*

vt extrinſecus non requirat ornatum, &c. Sic Bernard. Pulchritudo autem iſta colli non alia videtur eſſe quam illa flexibilitas, quæ in monilibus cernitur, & ad parendum legi diuinæ, & ad portandum iugum Chriſti obediēntiæ promptitudo. Sed quid de filiabus? Primò quidem moneantur parentes, vt illarum pudicitiam omni ſtudio cuſtodiant; ſexus enim ille valde lubricus, inconſtans, ſimplex, & plurimis inſidiis expoſitus eſt. Secundò (vt interpretatur Ianſen.) requirit ſapiens, vt ne parentes, ac potiſſimùm pater, ſuam quā corde erga filias gerit, beneuolentiam nimis illis declaret oſtentione hilaritatis vultus ſui erga illas: ſed contra potiùs ſeueriori & grauiori ſe vultu, ſeruato tamen moderamine, illis exhibeat, tum, vt ne ex beneuolentiæ ſignificatione fiduciam peccandi, vel audaciam accipiant, ſed contra potiùs patrem ſemper timeant; tum vt ne ex Patris erga ſe blanditus diſcant viris affici, & erga eos liberiores, & inuerecundiores fieri. Hæc Ianſen. De huiuſmodi argumento, ſæpe, atque erudite tractat Clemens Alexand. *ſuo in opere pædagog.* Atque vt cætera omittam, 1. *Pædagog. cap. 9.* ſic ait. Qui ad gratiam loquuntur, parum diligunt: qui autem ad acerbitatem acerbi ſunt, in futurum ſeculum beneficio afficiunt; non præſentem voluptatem Dominus, ſed futuram ſpectauit delectationem. Exemplo parentibus ſit ille ſanctiſſimus Iob, qui tam ſeriò grauitérque cum liberis ſuis agebat, vt etiam, cùm rideret interdum, ridere non crederetur. Si quando (inquit *cap. 29.*) ridebam ad eos, non credebant. Vbi S. Gregor. 20. *Moral. cap. 2.* Qui præeſt, debet, & arridens timeri, & iratus amari: vt eum nec nimia lætitia vilem reddat, nec immoderata ſeueritas odioſum. & *cap. 6.* addit: Miſcenda eſt ergo lenitas cum ſeueritate, vt neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſoluantur. Hoc nimirum illa tabernaculi arca ſignificabat; in qua cum tabulis virga ſimul, ac manna eſt. Quia cum Scripturæ ſacræ ſcientia eſt in boni rectoris pectore: ſi eſt virga diſtinctionis, ſit & māna dulcedinis. Hinc Dauid ait: *Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt,* Pſal. 22. Virga enim percutimur, & baculo ſuſtētamur. Si ergo eſt diſtrictio virgæ, quæ feriat, ſit & conſolatio baculi, quæ ſuſtentet. Sit itaque amor, ſed non emolliens: ſit rigor, ſed non exaſperans; ſit zelus, ſed non immoderatè ſæuiens: ſit pietas, ſed non pluſquam expediat parcens. Hæc Gregor. Quibus ad informandos parentes, ac prælatos in temperando regimine nihil, nec elegantius, nec commodius dici poſſet.

*Obedientia prompta.*

Ianſen.

*Filia nō amore, ſed timore regenda.*

Clem. Alex.

*Cum filiis pater ſerio agat.*

Iob 9.

S. Greg.

*Temperādum regimen ex amore & rigore.*

Pſalm. 22.

3. Profectò ſi Cham puerulum Chanaan, cùm auum irriſit, acerrimè flagellaſſet, non audiret miſer ab auo: Maledictus Chanaan, &c. Si pater ille omnium infeliciſſimus filium ab infantia ſolitum blaſphemiis, & execrationibus in Deum effutiendis, verberibus mutum redderet, non illum adhuc quinquennē inter blaſphemias à dæmonibus in gehennam arripi videret. Vide D. Gregor. 4. *dialog.* 18. Vbi ſic concludit. Puer maieſtatis nomē protinus blaſphemauit, & animam reddidit. Vt enim omnipotens Deus oſtenderet, pro quo reatu talibus fuiſſet traditus executoribus, vnde viuētem pater ſuus noluit corrigere, hunc morientem permiſit iterare: vt qui diu per diuinitatis patientiam blaſphemus vixerat, quandoque per Diui-

*Puer blaſphemus, & tractus in gehennam.*

S. Greg.

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

A nitatis iudicium blaſphemaret, & moreretur, quatenus ... pater eius agnoſceret, qui paruuli ſui animam negligens, non paruulum peccatorem gehēnæ ignibus nutriuit. Adiungit etiam Doctor ſanctiſſimus hæc verba: Vir iſte filium nimis carnaliter diligens remiſſe nutriebat; quare nonnullis paruulis regni cæleſtis aditus a parentibus clauditur, ſi male nutriantur. Hanc mihi hiſtoriam & doctrinam Greg. expendenti non exceſſiſſe videtur illa cēſura D. Chryſ. *lib. 3. aduerſ. vitup. vitæ monaſt.* Hos ego patres (inquit) parricidis ipſis immaiores ſceleratioréſque dixerim: illi enim corpus ab anima ſeparant; iſti & animam, & corpus æternis ignibus tradunt. Ita Chryſ. Contra verò de
B bono parente ſic dicitur Eccl. cap. 30. *Qui diligit ſuum filium, aſſiduat illi flagella, vt lætetur in nouiſſimo ſuo.* Nam qui vere diligit filium (commentatur hìc Ianſen.) ita vt eius quærat veram ſalutem, is non ſolùm eum ſemel atque iterum caſtigat, ſed aſſiduat, & frequentat in eo, & ſæpe repetit flagella. Sicut enim ex petulantia, & naturæ inſita eùm ſtultitia, tum malitia illum ſæpiùs peccare contingit: ita non ceſſat eum ſæpiùs caſtigare, nec vel tędio, vel moleſtia a caſtigatione prohibetur: nec ſat habet eum verbis corripere, ſed ſi opus eſt, etiam flagella admouet. Et quanquam ſciat flagella filio eſſe grauia, adhibet tamen illa, non quòd lætetur eius pœna, quæ ipſum etiam affligit, ſed vt lætetur po-
C ſtea, lætitia ſcilicet ſolida diuturna, imò & æterna. Sic ille.

*Parentum remiſſio filios perdit.*

S. Chryſ.

Eccleſ. 30.

Ianſen.

*Pater filium amans caſtiget.*

4. Sequitur in Eccleſ. *Pro animabus filiorum colligabit vulnera ſua, & ſuper omnem vocē turbabuntur viſcera eius.* Qui locus varie a variis explicatur. Primò ad hunc ſenſum: Bonus pater, qui dolet de filiorum delictis, & ad quemlibet eorum in debitum, iracundum, impudentem, impiùmque clamorem exulceratur, commotis animi paterni viſceribus: ipſe ſedulò inuigilans, ſua iſta cordis vulnera colligabit, curabítque per diſciplinam, caſtigationémque filiorū cùm peccarint: non dolebit igitur pater, ſi filium acriter
D corripiat: & filio, & ſibi medebitur flagello filium diuerberans. Secundò; qui filium ſuum radit, & caſtigat, colligabit, & curabit vulnera ſua, vel illius. Ex Græco enim vertit Complut. Abſtergēs filium, ſeu radens filium, ſcilicet ſtrigili. Nam ſicut equus ſtrigili raditur, vt abſterſis renideat ſordibus: ita caſtigatio filium ab omni labe abſtergit, purúmque reddit. Quia verò iſta blanda ſtrigilis confricatio à multis accipitur pro nimia patris indulgentia, vertitur hic locus: qui indulget filio, &c. Senſúſque eſt: qui quòd nimis tenerè filium diligit non audet eum ſeueriùs tractare, etiā cùm grauibus indiget flagellationibus, cogetur poſtea miſer illius vulnera,
E & corporis, & famæ, & animæ obligare, curareque accitis vndique medicamentis: totáque vita in ſumma ſolicitudine perturbationéque verſabitur, ita vt ad omnem clamorem, qui in ciuitate excitatur, miſeri patris torqueantur viſcera, vel omnia tuta metuētis, an de filij capite agatur. Sequitur: *Equus indomitus euadit durus, & filius remiſſus euadit præceps.* Sēſus eſt: filium à pueritia optimis grauiſſimíſque inſtitutis, & verberibus ad modeſtiā & obedientiā à patre informandum: alioqui ſolutus ab omni diſciplina, & caſtigatione euadet; vti equus, quē nūquam frænus coërcuit, non ſtimulus pupugit, nullius virga imperiúmque domuit. Deinde additur: *Lacta filiū, &*

*Et ſibi, & filio nocet pater nimis remiſſus.*

*pauentem te faciet; lude cum illo, & contriſtabit te; ne corrideas illi, ne doleas; & in nouiſſimo obſtupeſcēt dentes tui. non des illi poteſtatem in iuuentute, & ne deſpicias cogitatus illius. Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans eſt; ne fortè indures, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas.* Hactenus Eccl. Singula ſunt aurea, & non tam explicatione, quàm obſeruatione indigent. Cæterùm in verbis illis, *obſtupeſcent dentes*; ſenſus eſt; vti edere non poteſt, cui dentes obſtupuerunt; ita patri nihil in vita ſapidum, dulce, iucundum, ac lætum continget, ſed infinitæ occurrent moleſtiæ, ſi filium nimia nutriuit indulgentia. Cùm dicitur, *ne deſpicias cogitatus illius*: ſenſus eſt; non parcendum filio eſt, quia cogitatus illius ſunt pueriles, nec dicendum; ſcilicet puer eſt, aliquid ætati concedendum: non igitur ſinat pater filium pro libito agere ac viuere, quia nimirum puer eſt. Id enim ſtulti patris eſt, & animam filij reipſa odientis.

*Puero non ad libitum viuendum.*

S.Cyril. 5. *Maledictus Chanaan.* S. Cyrill. Alexand. *lib.* 4. *in Geneſ.* non filium, ſed patrem ipſum maledici arbitratur; ſic enim ſcribit: Cham maledictis afficit, Chanaan eum appellans ob eos Chananæos, qui ex ipſo procreati fuerunt, eiuſdémque pœnæ compotes futuri eſſent. In hac ſententia dicendum eſt tam impudentem ac deteſtabilem moribus extitiſſe Chanaan, vt ad ſummam ignominiam Chami nomen illi filij Chanaan inditum fuerit; atque inde colligent Hebræi quorum in gratiam Moyſes ſcribit, quàm execrabiles habere debeant Chananæos, inter quos habitant, & quorum patria ſede, boniſque potiuntur, quippe qui tam infelici parente nati ſint, cuius vel ipſum nomen indelebile opprobriū patri Chamo inuſſerit. Sed, vt verum fatear; & Chanaan, & Chananæorum improbitas potiùs eſt adſcribenda primo illius gentis autori, & parenti Cham, qui cùm eſſet improbus, & erga patrem ſanctiſſimum ſummè impius, ſuæ improbitatis hæredes filios dereliquit. Hinc Eccleſ. 41. *Filiorum peccatorum periet hæreditas, & cum ſemine illorum aſſiduitas improperij. De patre impio queruntur filij, quoniam propter illum ſunt in opprobrio.* Verſus iſte poſtremus non modò intelligitur de filiis, qui patiuntur apud gentes infamiam, ob parentum vitam deteſtabilem; ſed etiam, & fortè congruentiùs de iis, qui à patribus malè educati, & inſtituti, in ſimilem patrum & culpam, & infamiam delabuntur, vt egregiè Ianſen. exponit. Queruntur autem, hoc eſt, queri poſſunt. Sunt quidem patres, velut pictores morum, qui in filiis imprimuntur; ſunt filij velut pſitaci, ac ſimiæ; quicquid audiunt à parentibus, quicquid in illis inſpiciunt, neſcio qua naturæ vi ad id impellente, mox in ſeipſis effingunt; ſic loquuntur, ſic operantur, vti adiſcunt. Legimus 4. Reg. 2. *Aſcendit Eliſæus in Bethel, cùmque aſcenderet per viā, pueri parui egreſſi ſunt de ciuitate, & illudebant ei, dicentes: Aſcende calue, aſcende calue. Qui cùm aſpexiſſet, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini: egreſſique ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerūt ex eis quadraginta duos pueros.* Plura hoc loco poſſent diſcuti, nimirum cur tantus Propheta, ob tam leue conuicium pueros tam diro affecerit maledicto: Quid pueri, tam rudi adhuc ætatula meruerint, vt laniena fierent beſtiarum? cur verò, non à leoni-

*Chananæorū gens deteſtabilis.*

Eccleſ. 41. *Improbi filij à parente aut improbo, aut remiſſo.*

4.Reg.2.

A bus, quorum illa feraciſſima regio erat, ſed à peregrinis illis feris diſcerpti ſunt pueri? Breuiter ad omnia reſpondebimus ex ſacrorū Patrum ſententiis. Inprimis D. Auguſtin. *lib.* 2. *mirab. ſacræ Scrip. cap.* 23. pertractans hunc locum ſic ait. Non propter proprium conuicium Propheta in iracundiam commotus pueris maledixit; ſed auerſatorum à Domino, & lege patrum filios, qui in Bethel idolis immolabant, cùm forraſſe & ipſi paruuli pueri, vt moris tunc erat, idolis ſunt conſecrati, iuſta vindicta plexit. D. Iuſtin. Mart. *quæſt.* 80. Cædem iſtam puerorum factam, idcirco eſſe putat: vt (inquit) in filiis patres, quorum illa culpa erat propria, plecterentur, quoniam ea verba pueri à parentibus ſuis, qui ſemper in Prophetas infeſto animo erant, didiciſſent; ideirco Eliſæus cæde liberorum parentes caſtigauit. Viden', vti pueruli Prophetas irridere à parentibus ſuis didicerint? Profectò, vt vitia, more ignis nouum deinde fomitem nacti, excreſcunt in dies: pueruli iſti malè à patribus inſtituti, ſi vlteriùs vixiſſent, ſceleratiores multò euaderent. Quare vt rectè adnotauit Theod. *quæſt.* 13. *in* 4. *Regum.* Pueros Eliſæum irridentes comederunt vrſi, ne ſi manſiſſent impuniti, in peius proficerent, & vt per paruos magni caſtigarentur, & ne Prophetæ deſpicerentur. Sic Theod.

S.Auguſt. *Patres in filijs puniti.*

S.Iuſt. Mar. *Filij à patribus malè educti.*

Theodor. *Pueri occiduntur, ne fiant deteriores.*

6. Sed quorſum vrſi? An per illos voluit Dominus hanc fieri cædem puerorum vt patres monerentur, quòd ipſorum ſocordia & impietate filij tam ſcelerati extiterint, ac digni, qui lacerarentur ab vrſis, in quorum formādis lambendiſque aſſiduè fœtibus, dum informes naſcuntur, ſumma cura intentióque parentū deſudat. Sic enim de vrſis Plin. *lib.* 8. *cap.* 36. & *lib.* 10. *cap.* 63. Partus ſuos rudes, & informes, & vix illa viuentium lineamenta præferentes, lambendo fingunt, poliunt, ac figurant. Meritò igitur à feris arguuntur homines, qui nullum effingendis ex virtute moribus filiorū ſtudium impendunt. Ac proinde huiuſmodi parētibus filiorum vitia imputantur: quod D. Paul. non obſcurè ſignificauit *Epiſtol. ad Titum* 1. Vbi qualem deligi oporteat in Epiſcopum præſcribens, inter alia hoc adiungit: *Vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ, &c.* Et ſubiicit rationem: *Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe.* Non eſt ergo (inquit D. Hieron.) ſine crimine Epiſcopus, cuius filius non fuerit ſubditus, &c. Planè ſunt Epiſcopatu indigni, qui in filiorum inſtitutione ſe gerunt negligentes. Nam, vt optimè colligit D. Chryſoſt. *homil.* 2. Si in iis rebus, in quibus vrgebat naturalis affectus, ita negligens fuit, atque ita ſtultus, vt pecuniariæ rei plus ſtuderet, quàm curæ filiorum; quo iure hic ad Epiſcopalem ſubeat thronum, tantúmque regiminis onus? At fortè nequiuit? Magnum profectò deſidiæ id, ſupremæque ſtultitiæ eſt crimen; ſi verò id ſtudij non adhibuit, ingens duritiæ atque impietatis indicium. Ita D. Chryſ. Notat hîc egregiè D. Thom. Apoſtolum, cùm reiicit ab Epiſcopatu hominem, in educandis liberis negligentem, non agere de peccato; quis enim in hac vita ab omni labe immunis eſt? Sed de crimine: oportet nimirum Epiſcopum ſine crimine eſſe. Eſt enim crimen (inquit) magnum & infame. Quare ex his verbis Apoſtoli colliges ſumma laborare infamia patrem, cuius filij vitio prænotantur. *Maledictus Chanaan.*

Plin. *Vrſa patres docent.*

Ad Tit. 1.

S. Hieron. *Infamis pater, qui malum habet filium.*

S.Chryſ.

S.Thom.

Primò

S.Chryſ. *Benedictio Dei auerti non poteſt.*

Primò addubites, cur non maledixerit ipſum Cham, qui patrem irriſit? Nulla verior occurrit, quàm quæ traditur à D.Chryſ.huius maledictionis ratio. Non maledixit (ait) Cham, ne videretur maledicere, quem Deus ſemel benedixerat: benedixit enim (ſcribitur) Deus Noë, quando exiuit de arca,& filios eius. Id quidem optimè Chryſ.Quid enim æquè ſtultum & vanum, atque aduersùs illum maledictis & exe- *Perſæpiùs puniuntur pater in filio.* crationibus inſilire, quem Deo gratum, carúmque agnoueris, cui diuinæ benedictionis torrentem influere videris? An contra Deum conſilia conatúſque hominis præualebunt? Secundò ambigitur, cur potiùs Chanaan, præſertim ſi adhuc natus nondum eſſe dicatur, non verò Cham ipſius pater maledictione iſta feriatur? Communis Patrum reſponſio habet, maledicto filio Chanaan grauius puniri patrem illius Cham. Vnde Procop. (Procop.) Maior (inquit) dolor cruciabat patrem cùm videret filium maledictione perſtringi: grauius enim affligimur calamitate liberorum, ſi quam patiuntur; quàm ſi nobis aliqua miſeria obiiceretur. Ita Procop. Videtur à Chryſoſtomo (S. Chryſoſt.) mutatus, cuius hæc ſunt verba: Maledixit Chanaan, vt pater maiorem ſentiret dolorem: ſemper enim patres orāt, vt filiorum pœnas ipſi ferant,& grauius illis eſt videre filios ſupplicio affici, qnàm ſi ipſi plecterentur. Ita Chryſ. (Procop.) Rectè Procopius addit, tunc grauius dolere patrem ſi videat puniri filium, cum filio pater ipſe tota fuerit occaſio, & delicti, & ſupplicij; quod in Cham viſum eſt Augetur (inqnit) acerbitas doloris, ſi cognoſcimus nos eſſe autores eius calamitatis, præſertim ſi egreſſi fuerimus officio parentio, non pia ſuggerentes liberis, ſed hos ad malas deducentes artes. Sic ille.

7. D. Ambroſ. proponit eandem celebrem (vt S.Chryſ. vocat) (S. Chryſ.) quæſtionem. Qua ratione Noë cùm filius eius Cham peccauerit, non ipſum ſed filium eius maledictione percuſſit? Fortaſſe (inquit) (S.Ambroſ. *Pater & filius conſortes culpa, ac pœna.*) ideo quòd pater plus afficitur iniuriis filij ſui, maximè quarum reus & autor exiſtat;& vehementiùs contriſtatur ſui peccati damnationem à filio perſolutam, qui non tam ſuo, quàm patris merito puniretur. Denique, qui paternæ doctrinæ diſcipulus eſſet filius, & peſſimarum æmulus cogitationum vno corpore, vterque & mente, eadémque malitia. Indifferenter igitur, vel paternæ, vel ſuæ malitiæ filius pretium luit, quoniam im- *Pœna producitur in filiu.* probitatis commune conſortium eſt. Quod igitur pro patris ſoluit improbitate, ſine dubio, & pro ſua ſoluit, culpæ eius reus; vel certè diutiùs pœna producitur, cùm etiam ad filium vſque pertendit, & ſucceſſoris afflictio in tempora multa profertur. Hæc Ambr. Ex hac doctrina D.Ambroſ. quæ ſimiliter inculcatur à D.Chryſ. habes Chanaan fuiſſe improbiſſimū, ac patri ſuo Cham vitiis quàm ſimillimum, meritóque diuina maledictione perculſum; quod & propter ſcelera propria commeruit,& ita punitus dolorem acerbiſſimum patri Cham, cui præcipuè inter cæteros liberos erat in amore, ac deliciis, intulit. Adde iſtam maledictionem non tam in ipſo Chanaan, quàm in eius poſteritate, ſcilicet Chananæorum gente fuiſſe completam: conſtat autem ex 18. Leuit.& 9. Deuteron. atque aliis locis ſacræ Scripturæ Chananæos infandis & abominādis ſceleribus

*Ben.Fernand.in Gen.tom.*1.

A infames extitiſſe; vnde non tam ob paternam auitámque maledictionem, quam ob flagitiá propria ab Hebræis, Deo ſic iubente, partim internecione deleti, partim ſedibus ſuis expulſi, partim etiam ſub iugum abiectiſſimæ ſeruitutis addicti fuerunt; hoc poſtremum in Gabaonitis completum eſt, qui viliſſima calonum & lixarum ſeruitio damnati ſunt, *Ioſue* 9. Noſter Benedict. Per. (Ioſue 9. Ben.Per.) eruditiſſimam hoc loco ventilat quæſtionem; quomodo non ſit iniquum aliquos propter aliena peccata puniri à Deo. Vide ſi placet, nec enim hîc addi vlteriùs poteſt. D. Gregorius 26. *moral. cap.*18. (S.Gregor. *Reprobi dimittuntur ad æternum ſupplicium.*) hinc elicit myſticum ſenſum, qui ſic habet. Quid eſt, quòd B Cham peccante Chanaan eius filius ſententiam vltionis accipit? quid eſt quòd non in ſe, ſed in poſteritate percutitur; niſi quòd reproborum nequitiæ, hîc quidem multæ proficiunt, ſed in poſterum feriuntur.

8. *Seruus ſeruorum erit.*] Hebraiſmus ſignificat viliſſimam, extremámque ſeruitutem: infimus enim ſeruus erit, qui non dominis tantùm, ſed ipſorum etiam ſeruis famulabitur. Quod ſi (vt ait Rupertus) (Rupert. *Seruitus infamis, & glorioſa.*) cum ſubiectione Dei proferatur, videlicet, dum per egregiam humilitatem ſeipſum profitetur quis ſeruum ſeruorum Dei, non nequitia ſeruilis exprimetur. Hinc, vt vides, ille Chriſtiana diſciplina præ- C cellentiſſimus omnium titulus, quem ſibi ſummi Pontifices vſurpare, iam pridem conſueuerunt, *Seruus ſeruorum Dei.* vtique ſecundùm Chriſti Domini conſilium: *Qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor; & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator*, Luc. 22. (*Summus honor in humilitate.* Luc. 22. S.Cyr. S.Baſil.) quaſi dicat diſcipulis (vt notat S. Cyrill.) veſtrum culmen eſt in humilitate. Vnde colligit D. Baſil. Non ergo extollat præſidentem dignitas, ne ab humilitatis beatitudine corruat. Humilietur ſub potenti manu Dei, à quo dignitatem accepit, qui in mundo eminet. quòd ſi Deum benefactorem non recognoſcet; non homo, ſed pecus erit. Idcirco Nabuchodonoſor (vt animaduertit S.Cyril. Hieroſol. (S.Cyril. Hier.) *cat.* 2. fœnum vt vos comedebat. pecus enim fuit, neſciens, qnis regnum illi con- D tulerat. Hanc animi ſubmiſſionem præ ſe tulit Abigail illa fœminarum prudentiſſima, cùm ſe à Dauide in vxorem electam audiuit: *Ecce* (inquiens) *famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei*, 1. Reg. 25. (1.Reg.25.) Fuit hæc fœmina modeſtiſſima, percelebris, vt doctores paſſim affirmant, figura ſemper virginis Mariæ, quæ Angelo nuntianti: Ecce virgo, concipies filium, & vocabitur Altiſſimi Filius; reſpondit: Ecce ancilla Domini, *Luc.*1. (Luc. 1. *B.Maria humilitas incomparabilis.*) Quæ in Dei matrem eligitur omnium rerum creatarum præſtantiſſimam, nihili ſe reputat; vt ſcilicet tanto illuſtrior ſit ipſius humilitas, quan- E to ſublimior eſt, quæ ſponte humiliatur. Quod D. Auguſtin. (S. Auguſt.) de virgine loquens ſic obſeruat; menſura humilitatis cuique ex menſura ipſius magnitudinis data eſt. Non vtique magnum eſt, ſi peccator conuerſus ad Dominum humilietur coram Domino, memor iniquiſſimæ vitæ ſuæ, & indulgentiſſimæ miſericordiæ Dei, ſed ſi ſit aliquis vitiis & morum maculis carens, huic timendum, ne quo magis ineſt, vnde ſibi placeat, eo magis ſibi placendo illi diſpliceat, qui ſuperbis reſiſtit, & humilibus dat gratiam, ſiquidem amplioribus bonis ampliùs ſuperbia inſidiatur; & quo magis oppugnat

pugnat ſuperbia; glorioſior eſt eius victrix A humilitas. Hæc Auguſtinus. De hac ſemper virginis incomparabili humilitate diſſerens D. Bernard. *ſerm.* 4. *ſuper Miſſus*: inter alia, quæ iam alibi retulimus, hoc adiungit. Quæ eſt hæc tam ſublimis humilitas, quæ cedere non nouit honoribus, inſoleſcere gratia neſcit; mater Dei eligitur, & ancillam ſe nominat? Neque verò tantùm verbis, ſed factis etiam potiſſimum virgo Dei mater ancillam ſe geſſit. Peperit Filium ſuum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio, *Luc.* 2. En, vbi maieſtas, faſtus, apparatúſque Dominæ, ac Reginæ, matriſque Dei? Quæ ancilla vnquam extitit adeò abiecta, vt ei parenti fœminarum officium deeſſet? Nulla (inquit D. Hieronym. *contra Eluidium*) ibi obſtetrix; nulla muliercularum ſedulitas interceſſit: ipſa pannis inuoluit infantem, ipſa & mater, & obſtetrix. Adde, ipſa & mater & ancilla Filio ac Domino ſuo famulatum exhibuit, lauando, inuoluendo, lactando, &c. Ac de pannis ipſis ita loquitur Albert. Magn. Fuit hic habitus humilitatis, ſed non extremæ vilitatis; mediocriter quidem temperatus; ita vt non fuerit, nec ornatus, nec ſordibus abominatus. Porrò autem Dei mater, non modò ancillam ſe Dei, ſed etiam pro Deo ancillam ſe ſeruorum Dei exhibuit; quod Abigail in Dauidis familia ſibi glorioſum eſſe dicebat. *Diſceſſit* (ſcribit Lucas) *Angelus ab ea; quæ iam Regina mundi, & mater Dei effecta erat.* Statímque ſubiicit: *Exurgens autem Maria abiit in montana*, &c. vt nimirum Dei mater ſeruæ Dei Elizabeth velut ancilla miniſtraret. Vnde Beda Vener. Quis (ait) dubitet matrem Regis æterni iure matri militis eſſe præferendam? Et tamen ſurgit, montana conſcendit, ac geſtans in vtero Deum ſeruorum Dei habitacula petiit. Intrat domum Zachariæ atque Elizabeth, quam ſeruum, & præcurſorem Domini nouerat parituram, humiliter ſalutat; vt mulieri prouectæ ætatis virgo iuuencula miniſterium ſedula impenderet. Sic Beda. Igitur verè ac piè ſtatuit doctiſſimus Theologus Gabriel: Exinaniuit (inquiens) virgo Dei mater ſe exemplo Filij ſui formam ancillæ accipiens; propter quod, & Deus exaltauit illam, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen poſt nomen Filij ſui; nomen ſcilicet quo diceretur, & eſſet mater Dei ſemper virgo Maria.

S. Bern. | Luc. 2. | S. Hieron. | Alber. Magn. | Luc. 1 | *B. Maria ancillam ſe exhibuit Elizabethæ.* | Beda. | Gabriel. | *B. Mariæ honor ex humilitate.*

9. Denique, vt Chami, aut filij Chanaan maledictionem concludamus: obſeruat optimè D. Auguſtin. ſeruitutem, de qua nunc primò in ſacris literis mentio fit, inuoluntariam ſcilicet, qua quis non ſponte, ſed per vim alteri emancipatur, non niſi è peccato fuiſſe ortam. Sic enim docet *lib.* 19. *de Ciuit. cap.* 15. Conditio ſeruitutis iure intelligitur impoſita peccatori. Proinde nuſquam Scripturarum legimus ſeruum antequam hoc vocabulo Noë iuſtus peccatum filij vindicaret. Nomen itaque iſtud culpa meruit, non natura. Prima ergo ſeruitutis cauſa peccatum eſt, vt homo hominis conditionis vinculo ſubderetur, quod non fit, niſi Deo iudicante, apud quem non eſt iniquitas, & nouit diuerſas pœnas meritis diſtribuere delinquentium. Idem luculentiùs D. Chryſoſt. *hom.* 19. *in Gen.* ad hunc modum effatur: Ecce fratrem eodem natum patre, eodémque egreſſum vtero peccatum fecit ſeruum fratris, & ablata libertate iugum illi viliſſimæ ſubiectionis impoſuit; vnde poſtea ſeruitus ſumpſit originem. Neque enim antea ſolebant homines ita molliter viuere, ac deliciari, vt aliorum miniſterio & ſeruitiis vterentur, ſed quiſque ſibi quod opus erat, miniſtrabat; erátque par omnium honos ſublata è medio honorum diuerſitate. Peccatum autem libertatem perdidit, & corrupit dignitatem naturæ, ſeruitutémque induxit, vt ea res perpetuò doceret & admoneret hominem fugere ſeruitutis peccatum, & ad virtutis libertatem redire. Hactenus Chryſoſt. Qui eleganter mox oſtendit duo iſta mala omnium grauiſſima; mortem ſcilicet Adamo, & B ſeruitutem Chanaan, propter peccatum à Domino inflicta, in ſtatu gratiæ, beneficio Chriſti Domini tam quæ in cælo, quàm quæ in terra ſunt renouantis: ſublata ſic omnino eſſe, vt ſola ipſa inania fuerint relicta nomina mortis & ſeruitutis. Superueniens (inquit) Chriſtus Dominus hæc ſuſtulit ad nomina vſque tantùm ſi volumus. Neque enim mors, mors vltià eſt, ſed nomen tantùm habet mortis, imò & ipſum nomen ſublatum eſt. Nam neque mortem ipſam vltrà dicimus, ſed ſoporem, & ſomnum; vti Dominus ipſe dicebat: *Lazarus amicus noſter dormit*, Ioan. 11. Et Paul. ad Theſſal. 1. cap. 4. *De dormientibus autem nolo vos ignorare.* Et ſeruitus C quoque ſimiliter nomen eſt. Ille enim eſt ſeruus, qui peccatum operatur. Et quòd etiam hanc abſtulerit aduentu ſuo Chriſtus, nec niſi nomen eſſe permiſerit, imò & vocabulum ipſum deleuerit, audi Paulum dicentem: *Qui autem fideles habent dominos, non contemnant eos, quia fratres ſunt.* 1. Tim. 6. Vides quomodo vbi virtus ſubintrauit, eos in fraternitatis nomen congregauit, qui priùs ſeruitutis nomini erant obnoxij? Hæc Chryſ. Denique indelebilis hæc inuſta eſt infamia vino, à quo ſumma inter mortales calamitas, & ignominia ſeruitutis profluxit. Quod ita obſeruat D. Ambroſ. *lib. de Elia, cap.* 5. his verbis. Manebat, antequam D vinum inueniretur, omnibus inconcuſſa libertas; nemo ſciebat à conſorte naturæ ſuæ obſequia ſeruitutis exigere. Non eſſet hodie ſeruitus, ſi ebrietas non fuiſſet. Læſa pietas eſt, dum ridetur ebrietas.

S. Auguſt. | *Prima ſeruitus ex peccato.* | S. Chryſ. | *Primis ſeculis, nec vita delicata, nec ſeruitus.* | *Seruitus peccati ſymbolum.* | S. Chryſ. | *Chriſtus ſeruitutem & mortem ſuſtulit.* | Ioan. 11. | 1. Theſ. 4. | 1. Tim. 6. | S. Ambroſ. | *Seruitus nata eſt ex occaſione vini.*

---

## SCTIO XII.

*Benedictus Dominus Deus Sem, ſit Chanaan ſeruus eius. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, ſitque & Chanaan ſeruus eius. Vixit autem Noe poſt* E *diluuium trecentis quinquaginta annis. Et impleti ſunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum: & mortuus eſt.*

1. DAmnata Cham impietate in filio Chanaan, ipſiúſque poſteris addictis ſeruituti, reliquum erat, vt iuſtus Noë pietatem duorum filiorum Sem, & Iapheth, ampliſſimis (vt promerebantur) benedictionibus afficeret. Ac primò quidem benedicit Sem, vel quia primogenitus eſt, vel quia maiorem ipſe in

in occultando patris dedecore pietatem exhibuit; ſcilicet, & Chamum vehementiùs increpando, & fratrem Iaphethum impellẽdo ad piũ illud facinus patrãdum; vel quia ſanctitatis gloria inter homines floruit: vel denique propter illius poſteros Abraham, populúmque Dei, maximè verò propter Chriſtum Dominum, ipſiúſque ſanctiſſimam matrem ſemper virginem Mariam, qui à Sem ortum habuerunt. Etſi autem nulla filium manerent præmia; quod parentibus honorem, obſequium, omnéque officiorum genus exhiberet: ſunt hæc tamen iure ipſo naturæ vſque adeò debita, vt ſummè ingratus, atque impius haberetur filius, qui quæ in vita præſtari poſſunt, parentibus, à quibus natus, & altus fuit, B non perſolueret. Sed ea mortalium eſt in ſtatu corruptionis, ſtultitia, aut improbitas, vt neceſſe fuerit filios ad huiuſmodi erga parentes obſequia, multis ac maximis pręmiis inuitari. Nouẽ præcipuè, *cap.* 3. *Eccleſ.* connumerantur, partim ad felicitatem huius vitæ, partim ad cæleſtem gloriam pertinentia. Ita infit Sapiens: *Qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrẽ ſuam. Qui honorat patrem, vita viuet lõgiore. Benedictio patris firmat domos filiorũ. Ex honore patris gloria filij. Eleemoſyna patris non erit in obliuione, & in die tribulationis memor eris tui. Sicut in ſereno glacies, ita ſoluẽtur peccata tua. Honora patrẽ tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio à Deo; & benedictio illius in nouiſſimo maneat.* Hactenus ex Eccleſ. At quæ noua iſthæc benedicendi ratio? Benedictus Dominus Deus Sem; intellige ſit, aut erit: vbi non Sem, ſed Deus ipſe benedicitur, quod idem eſt atque glorificatur ab hominibus, illius nomen extóllitur, & prædicatur, illi gratiæ habentur debitæ: quod quidem benedictionis genus, quo pacto ad Sem pertineat, non omnino apertum eſt. Hanc difficultatem attigit D. Chryſoſt. & explicauit egregiè. Hoc fortè (inquit) quis dixerit, non eſt benedicere Sem. Imò valde benedixit illum. Quãdo enim Dominus benedicitur, & aguntur illi gratiæ ab hominibus, tunc vberior ab illo ſolet iſtis benedictio dari, propter quos ipſe benedicitur. Nam qui benedixerit Deum, facit ipſum debitorem maioris benedictionis; autórque fuit Sem maioris retributionis, quia Deus propter Sem benedicitur. Sicut enim quando benedicitur propter nos, multum id nobis conciliat fauoris; ita è contrario, quando propter nos alij illum blaſphemant, maior hinc noſtra fit condemnatio. Quocirca demus operam, vt ita viuamus, & tantę virtutis ſpecimen adhibeamus, quo omnes, qui nos viderint, benedictionis laudes afferant Domino Deo: nam quia bonus & miſericors eſt, per nos vult glorificari: non quòd ipſi aliquid ad ſuam gloriam accedat (nullius enim rei indigus eſt) ſed vt occaſiones ipſi præbeamus, vt maiorem nobis gratiam impartiatur. Hæc Chryſoſtom.

*Filius ob præſtitum in parentes honorem à Deo remuneratur.*

Eccleſ. 3.

*Benedicere Deum quid ſit.*

S. Chryſo.

*Propter nos laudatur, & blaſphematur Deus.*

2. Itaque verus ſenſus eſt, tantam bonorum futuram magnitudinem, quibus à Deo Sem eſt cumulandus, vt propter illum ſit benedicendus Deus, infinitáque illius munificentia percelebranda, quòd tam mirabilis appareat in donis ſuis. Sequitur vlteriùs; vt, iuxta Chryſoſtom. ſi Deo habeantur gratiæ, ſi Deus ipſe glorificetur, ſi magnificentia ipſius prædicetur; ſumma in illum hominem benedictio influat, qui diuinis laudationibus occaſio extitit hominibus. Et quidem ante omnia primus ſcopus, quò noſtra vita bene inſtituta, noſtrę actiones, operáque iuA ſta dirigi à nobis debent, eſt Dei glorificatio. Quorſum enim Deus creaturas condidit, niſi, vt primaria intentione ſuammet ipſe in illis gloriam quæreret? Ergo iubemur à Domino: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrẽ veſtrũ, qui in cælis eſt,* Matth. 5. Vt hoc ipſum (declarat D. Aug.) quòd homo per bona opera placet hominibus, non ibi finem conſtituat, ſed referat ad laudem Dei, & propterea placeat hominibus, vt in illo glorificetur Deus. Sed quo pacto ſimul Dominus, vbi hæc de luce promenda loquitur, præcepit: Ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis? Excitauit hanc quæB ſtionem D. Gregor. *3. p. paſtor. admon. 36.* & diſſoluit: Quid eſt (inquit) quòd opus noſtrum, & ita faciendum eſt, ne videatur, & tamen vt debeat videri præcipitur, niſi quòd ea, quæ agimus, & occultanda ſunt, ne ipſi laudemur, & tamen oſtendenda ſunt, vt laudẽ cæleſtis Patris augeamus? Sic Gregor. Præcipuè ſermo Domini eſt ad Apoſtolos, verbíque diuini Doctores; qui, vt proſint audientibus, diuinúmque Numen glorificetur; ſanctis, & memoratu dignis operibus, & vitam & doctrinam illuſtriùs commendare debent. Vt enim obſeruat idem Greg. 19. *moral.* 28. aliquando ſancti viri, & coram hominibus compelluntur bona facere, ſed ad eum finem refeC rentes, vt non ipſi iiſdem operibus, ſed Pater eorum, qui in cælis eſt, debeat glorificari. Dum enim ſancta prædicant; ipſa prædicatio eorum fortaſſe deſpicitur, quorum vita neſcitur. Venerari appetũt, vt reuerenter audiantur. Scriptum quippe eſt: *Cum eleuarentur animalia de terra, eleuabatur pariter & rota,* Ezech. 1. Quia videlicet cùm auditorum mentes prædicantium vitam ſuſpiciunt, neceſſariò vtique etiam vim pręadicationis admirantur. Ita Grego. Cæterùm de vita inculpata, & optimis ex Chriſtiana diſciplina conteſtatis moribus coram omnibus, præceptum Domini nullum, genus hominum, ne ſexum quidem, excipit. quod eleganter ediſſerit Tertull. *ad extremum lib. de cultu fœmin.* vbi ſic ait. Scimus D omnes, quod Apoſtolus dixerit: *Probum veſtrum coram hominibus appareat,* ad Philip. 4. Ad quid, niſi vt malitia ad vos acceſſum omnino non habeat, & vt malis exemplo, & teſtimonio ſitis? Aut quid eſt: Luceant opera veſtra? aut quid nós Dominus lumen terræ vocauit? quid ciuitati ſupra montem conſtitutæ comparauit: ſi non relucemus inter tenebras, & extamus inter dimerſos: ſi lucernam tuam ſub modo obſtruxeris, in tenebris relictæ à multis incuſeris neceſſe eſt. Hæc ſunt quæ nos luminaria mundi faciunt, bona ſcilicet noſtra. Bonum autem duntaxat verum, & plenum non amat tenebras, ſed gaudet videri, & ipſa denotatione ſui exultat. Pudicitiæ Chriſtianæ ſatis non eſt eſſe, verùm & videri, &c. E Hæc Tertul.

*Prima intentio, & ſcopus noſter eſſe debet, vt per nos glorificetur Deus.*

Matth. 5.

S. Aug.

S. Greg.

*Prædicator vita, & doctrina excellens Deum glorificat.*

S. Greg.

Ezech. 1.

Tertul.

*Chriſtianæ ſanctis non eſt eſſe, ſed & videri neceſſe eſt.*

Ad Phil. 4.

3. Quo autem illuſtrior in nobis emicuerit ſanctitas, eo pleniùs ac perfectiùs Deus in nobis benedicetur, & glorificabitur. Eſt enim, vt canit regius Vates: Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, *Pſalm.* 67. Vbi D. Hieron. In iſtis magis mirabilis eſt Deus, quàm in cæteris creaturis; quòd eos poſt multas tribulationes euexit in ſublimitatẽ cælorum. Emphaſim habet vox Hebr. ממקדשיך *mimiqddaſecha,* in ſanctuariis tuis. Non quidem iſta Dei admirabilitas eò elucet; quòd habeat templum, & ſanctuarium inter Hebræos, vt viſum eſt Genebrardo, ſed plane ſermo eſt de viris ſanctis,

*Per ſanctos Deus glorificatur.*

Pſal 67.

S. Hieron.

Geneb.

*S. Hieron. Vnuſquiſque ſanctorum miraculum eſt Dei.*

ſanctis, vt D. Hier. aliſque penè omnes antiqui accipiunt. At quid tam mirabile, quàm eſſe viros tanta ſanctitatis laude præcellentes, vt vnuſquiſque ſanctuarium ſit, ac templum auguſtiſſimũ, in quo Deus habitat, in quo ab hominibus colitur, benedicitur, glorificatur? quorum etiam quiſque tam admirabili virtutum ac donorum cæleſtium gloria præfulget, vt in vnoquoque multa Deus miracula edere videatur. Quod etiã D. Hieron. intelligere videtur, dum explicat: In hoc mirabilis eſt Deus, quoniam ita dilexit humanum genus, vt ſigna faciat in ſanctis ſuis. Profectò vnuſquiſque ſanctorum mira quædam & magna multitudo eſt miraculorum diuinæ omnipotentiæ ac beneficentiæ. Et vt in confir- B mationem huius explicationis plura omittam, illud vnum D. Bernard. ſit hoc loco ſatis, *ſerm. 1. in dedicatione Eccleſiæ.*

*S. Bern.*

Mirabilis (inquit) Deus in ſanctis ſuis, non modò in cæleſtibus, ſed etiam in terrenis. Quod enim maius miraculum, quando tot iuuenes, tot nobiles: vniuerſi quos hîc video, velut in carcere tenentur ſine vinculis, ſolo Dei timore confixi, quòd in tanta perſeuerant afflictione pœnitentiæ vltra virtutem humanam, ſupra naturam, contra conſuetudinem? Quanta poſſemus inuenire miracula ſi perſcrutari ſigillatim liceret ſingulorum exitum de Ægypto, & deſerti viam, id eſt, abrenunciationem ſeculi, introitum monaſterij, in monaſterio conuerſationem? quid verò ſunt hæc, niſi manife- C ſta inhabitantis in vobis Spiritus ſancti argumenta. Hæc Bernard. Scilicet in familia quacunque religioſorum innumera videntur Dei miracula.

*Religio plena Dei miraculis.*

*Iſai. 61.*

Hunc aureum fructum dominicæ paſſionis admirans Iſai. dum Eccleſiam contemplatur, adiungit: *Et vocabuntur in ea fortes iuſtitiæ. Plantatio Domini ad glorificandum*, cap. 16. Vtique de viris iuſtis ac ſanctis ſermo eſt: Qui (ait D. Hieron.) vocantur generationes iuſtitiæ, & plantatio Domini glorioſa: vel fortes, Deique iuſtitiæ, qui glorificati erunt, & ipſi Dominum glorificabunt. Fortes religioſos intelligit D. Bernar. *ſerm. 63. de paruis.* Vbi ſic ait. Quid fortius illis, quibus tribulatio pro ſolatio, contumelia pro gloria, inopia pro abundantia ducitur? Iſti car- D nem nõ habent, quia in carne carnem obliti audiunt ab Apoſtolo: *Vos autem in carne non eſtis ſed in ſpiritu*, ad Roman. 8. D. Cyril. Alex. *lib. 5. in Iſai.* intelligit de Eccleſia fidelium. Etenim (inquit) ſumus verè Dei agricultura, & plantati in domo Domini. Et Paul. Dei agriculturam nominat, 1. *Corint.* 3. Colit enim nos quaſi agricola Seruator per ſanctos myſtagogos: vnde & quidem iuſtiſſimè dicũt, ſe Dei eſſe cooperarios. Ita Cyril. Quæ ſumma laus eſt ſacerdotum in lege gratiæ. Quanta igitur gloria Chriſti exiſtit in hac plantatione, quę tota in gloriam effloreſcit, cuius nomen eſt plantatio glorioſa, plantatio gloriæ, plantatio ad glorificandum? Admirabilis quidẽ eſt Chriſtianæ generis nobilitas. Porrò quid tam E miraculoſum, quàm generatio iuſtitiæ, in qua naſcuntur fortes ac Dij: vt ex illo grano ſub terram mortuo, non quilibet fructus, ſed ſanctorum, ſed fortium; ſed, vt ita dicam, Deorum ſeges pullulãrit?

*S. Hieron.*

*S. Bern.*

*Ad Rom. 8.*

*S. Cyrill.*

*1. Cor. 3.*

*Quàm glorioſa Chriſti iuram agnis.*

4. Ac ille quidem fuit Chriſti fructus omnium optimus, videlicet ſanctiſſima ſemper Virgo Dei genitrix Maria, prima & excellentiſſima inter omnes prædeſtinatos poſt Filium ſuũ. Nec eſt aliud inter opera Dei, in quo ipſe mirabilior extiterit, quàm Virgo Dei mater: non

*B. Maria poſt Chriſtum primum Dei opus.*

A maius miraculum quàm illa, quæ meritò appellatur miraculorum maximè nouum, & miraculorum officina? Hoc ipſum vel hoſtes Dei coguntur fateri, quorum vnus Oecolampadius *ſerm. de laudanda Maria in Deo*, ita ſcribit. In quo plaſmate tam laudandus Deus, vt in virgine Maria, ex qua & in qua carne aſſumpta homo fieri dignatus eſt? Cæli enarrant gloriam Dei: ne inuideant. Quem ipſi continere non poterant, virginis vtero clauditur. Obſtupeſcãt Angeli, quod ipſis præteritis Rex eorum ad Virginem diuertit. Et quomodo non per Mariam laudabilis Deus, in qua ſe oſtentat gratiſſimè, ſi vſpiam diuina reperiantur munera? Nam vt homini communicatæ creaturarum omnium dignitates: B ita iſta omnium humanarum eminentiarũ particeps eſt. Sic iſte pſeudopropheta, tunc ſanę mentis.

*Oecolamp.*

*Hoſtes Dei celebrant B. Mariam.*

Et cùm tanta virgo, quantam ne Angelicæ quidem mentes complecti poſſunt: tam mirabilis tamen fuit ipſius humilitas, vt ſuarum virtutum, ſuæ ſupra omnes creaturas celſitudinis nullam ſibi laudem aſſumat: ſed exultanti, atque ſtupẽti, Eliſabethæ, vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? *Luc.* 1. reſponderit: Magnificat anima mea Dominum. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens eſt. Ac ſi dicat Virgo beatiſſima (explicat D. Bernard. *ſerm. 42. in Cant.*) Nullius mihi meriti conſcia ſum ad tantam dignationem, niſi quòd reſpexit Deus humilitatem C ancillæ ſuæ. Idem *ſerm. 45. in Cantic.* agens de duplici animæ pulcbritudine, ſuper illud ſponſi ad ſponſam: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra*, Cantic. 1. ſic ait: Decor animæ humilitas eſt. Verùm in eo, qui grauiter peccauit, etſi amanda, non tamen admiranda humilitas. At ſi quis innocentiam retinet, & nihilominus humilitatem iungit: nónne is tibi videtur geminum animæ poſſidere decorem? Sancta Maria ſanctimoniam non amiſit, & humilitate non caruit. Meritò admiranda cui non ſanctitas amiſſa humilitatem attulit, ſed ſeruata admiſit. Meritò pulchra reperitur, cui neutra defuit pulchritudo. rara auis in terris, aut ſanctitatem non perdere, aut humilitatem ſanctimonia non excludi: D & ideo beata quæ vtramque retinuit. Hæc Bern. D. Auguſt. *ſerm. 2. de aſſumpt.* ad hæc eadem virginis verba ſic exclamat. O vera humilitas, quæ Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cælos innouauit, mundum purificauit, paradiſum aperuit, & hominum animas liberauit. Facta eſt Mariæ humilitas ſcala cæleſtis, per quã Deus deſcendit ad terras. Hæc Auguſtinus. Vide quantum debeamus humilitati virginis. Itaque ſemper Virgo Dei mater totam ſui à ſe laudationem in Dei gloriam conuertit, cùm ait: *Magnificat anima mea Dominum.* Vbi ſubtiliter Beda: Sola (inquit) illa anima, cui Dominus magna facere dignatur, dignis eam præconiis magnificare poteſt. Ex quo ſubinfero virginem tam E magnam, tam miram, tam dignam Deo matrem Dei; eſſe omnium, quæ de Dei laudibus, & benedictionibus dici, aut cogitari poſſunt, ipſummet ſummum præconiũ & encomium: nec maius quicquam, & glorioſius (poſt Chriſtum Dominum) de Deo prædicari poſſe, quàm ſi dicamus: Benedictus Dominus Deus ſemper virginis Mariæ. Poſtremò non omittam explicationem Philonis Hebræi *lib. de his verbis reſip. Noë.* Putat enim hæc verba à patre Noë dicta eſſe pro agẽdis gratiis Deo, à quo tam multis erat & magnificis

*Luc. 1.*

*B. Maria humilitate admiranda.*

*S. Bern.*

*Cant. 1.*

*S. Auguſt.*

*Beda*

*Sola B. Maria digna Deum laudat.*

*B. Maria ſummum Dei præconium.*

*Philo.*

fiers locupletandus donis filius Sem : ac deinde in uſdem verbis filium monente, vt nunquam intermitteret ſtudiu habendi Deo gratias, quod vnum poteſt homo reddere Deo beneficentiſſimo. Benedictus (inquit) Deus Sem. Quoniam qui Deum in ſortem accepit, is meritò debet eum ſolum laudare ac benedicere; quando hoc tantùm habet, quod reponat, nec valet referre vllam aliam gratiam. Hæc ſunt vota pro Sem facta. Sic ille. Nihil profectò tam debitum eſt, quam vt Deum iugiter recordemur, atque laudemus. Etenim (vt S. Ambroſ. *lib. de dignit. cond. human. cap. 2.* & S. Bernard. *cap. 6. meditationum,*) egregie concludunt: Sicut nullum eſt momentum, quo homo non viatur, vel fruatur Dei bonitate, & miſericordia; ſic nullum debet eſſe momentum, quo eum præſentem nõ habeat in memoria. Factitabat hoc regius Vates, cùm aiebat: *Oculi mei ſemper ad Dominum*, Pſal. 24. Vnde optimè colligit S. Gregor. Nazian. *in 1. orat. Theolog.* Non tam ſæpè reſpirare, quàm Dei meminiſſe debemus. Hæc iugis recordatio & laudatio Dei ſummè conducit ad excludendum omne flagitium. Nam propterea, tot ac tãtorum ſcelerum quibus polluta dicitur Synagoga hæc, vna redditur cauſa: mei oblita es, *Ezech.* 22. Vbi D. Hieronym. Memoria enim Dei excludit omnia flagitia. Deinde quia, vt viderut, ingratus homo in pœnam ſuæ impietatis deſeritur à Deo, vt in vitia prolabatur.

*Habenda Deo gratia pro acceptis.*
S. Ambr.
S. Bernard.
Pſal 24.
S. Greg. Nazianz.
*Iugis Dei memoria & laudatio, & vtilis.*
Ezech 22.
S. Hieron.

5. *Dilatet Deus Iapheth, & habitat in tabernaculis Sem.*] Heb. יפת ליפת *iaphthe leiepheth*, dilatet dilatarum. Radix פתה *rathah*, non omnino Hebræis ac noſtris notam habet ſignificationem. Dilatare tamen hoc & aliis locis percommodè ſignificat, vt etiam vertit D. Hieron. præſertim in coniugatione Hiphil, vt peritiores volunt: nec enim perſuadere, aut venuſtare, quod aliqui legunt, niſi valde alienum eſt ab huius loci ſententia. Igitur primo, & facili ſenſu intelligitur hæc benedictio de numeroſiſſima gentium multitudine quam habitura eſt Iapheth poſteritas: ſic enim per orbis prouincias, ac terrarum longè latéque regiones diffundetur, vt etiam ſe protédat ad occupandas Semi poſterorum patrias ſedes. Deinde Iapheth poſteritas, non tantùm numero, ſed armis & potentia excreſcet, vt bello impetat Semi poſteros, eóſque patris è ſedibus expellat: quod & ſæpiùs contigit; cùm Aſſyrij, Græci, Romaníque vtrique omnes è progenie Iapheth Hebræos ſtirpem Semi debellarunt, patriáque regione, boniſque omnibus expoliarũt, Tertiò Gentiles populi, & Iapheth nati cum Hebræis Semi nepotibus in ſocietatem vnius populi coaleſcent. Quod in lege gratiæ completum eſt; cùm maceria, qua populi abinuicem diuidebantur, per Chriſtum Dominum deſtructa, vnus tantùm populus Chriſtianus extitit: cuius vnum caput inuiſibile Chriſtus Deus homo in cælo eſt; vnum verò caput viſibile in terris Romanus Põtifex Chriſti vicarius, Petri ſucceſſor, qui tabernaculũ Dei habitat, vnum Chriſti ouile moderatur, vnicus vice Dei ac Petri atque vniuerſalis Paſtor paſcit oues Chriſti. Quartò (vt ait D. Hieron. *de quaſt Hebr.*) de Sem Hebræi, de Iapheth populus gentium naſcitur, Quia igitur lata eſt multitudo credentium, à latitudine, quæ Iapheth dicitur, latitudo nomen accepit: quod autem ait, *Et habitet in tabernaculis Sem*, de nobis prophetatur, qui in eruditione & ſcientia Scripturarum eiecto Iſraële verſamur. Sic Hieron. Et quidem de admirabili fidelium multiplicatione, quam non etiam latiſſimæ terrarum prouinciæ capiét: eleganter, vt ſolet diſſerens, prophetantis futura, & iam vti præſentia videntis, de more Iſai. *cap. 54.* ad Eccleſiam primò anguſtos inter circunſeptam terminos, nunc deinde ſeſe liberè, ac ruptis repagulis effundentem, ſic effatur. Dilata locum tentorij tui; & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida. Ad dexteram enim, & ad ſiniſtram penetrabis, & ſemen tuum gentes hæreditabit, & ciuitates deſertas inhabitabit. Cuius loci paraphraſis egregia ponitur à D. Hieron. hiſce verbis. Præcipitur Eccleſiæ in ſimilitudinem tabernaculi Moyſi quod quondam habuit in deſerto, vt dilatet tentorium ſuum, pelléſque diſtentet, & funiculos faciat longiores; & clauos, quibus firmatur omne tentorium, in altum defigat, & roboret; nec ventorum flatibus diſſipetur. Ad dexteram penetret, & ſiniſtram, & nequaquam Iudaici tabernaculi imitetur anguſtias; nec templi breuitate claudatur, ſed ad dexteram & ſiniſtrã locum capere non ceſſet. Et ſemen Chriſti ciuitates deſertas faciat inhabitari, vt Eccleſiæ gentium in toto orbe conſurgat. Hæc Hieron.

*Iapheth poſteritas potés & numeroſa.*
*De Sem Iudæi, de Iapheth gentiles nati.*
S. Hieron.
Iſai. 54.
*Eccleſia Chriſtiana latitudo.*
S. Hieron.

6. D. Ambroſ. *ſerm.* 87. expendens hunc Iſaiæ locum ſimul cum illo 4. *Reg.* 2. Vbi Eliſæus vaſculo aquæ ſuperiniecto ſale aquas illas amaritudine plenas ſanaſſe dicitur, ſic ait: Ergo Eccleſia eſt illa ſterilis ciuitas, quæ ante aduentum Chriſti aquarum vitio, hoc eſt, ſacrilegio Gentilium populorum ſterilitatem ſuſtinẽs, Deo filios procreare non potuit: at vbi venit Chriſtus, velut vas fictile aſſumens corpus humanum, ſanauit aquarum vitia, hoc eſt, reſecauit ſacrilegia populorum; & ſtatim Eccleſia, quæ erat ſterilis, cœpit eſſe fœcunda. Aſperſi ſale, qui attulerunt medicinam, Apoſtoli ſunt. Sic Ambroſ. Ferè cum Hieronymi explicatione congruit ea, quam ſic D. Cyrill. adducit: qui bona, & numeroſa ſobole præter opinionem prædita fuit Eccleſia, accepto de cælo verbo ſiue ſponſo, neceſſariò iubetur tabernacula ſua in latitudinem & longitudinem extendere; & clauos figere, vt inconcuſſam Eccleſiæ gentium baſim inde intelligas portendere funiculos, ſpacioſam, & incomparabiliter diuitem ſanctarum Eccleſiarum amplitudinem ſubindicat. Hæc Cyrill. Nimirum Eccleſia nouo & cæleſti nupta ſponſo, ex quo infinitam erat ſobolem paritura: cùm ad maieſtatem incõparabilem ſponſi, tum ad numeroſam filiorum multitudinem excipiendam neceſſe habuit extendere domum ſuam, quæ totius mundi terminis non coërcita in cælum ipſum effunderetur. D. Gregor. 25. *moral. ca.* 11. per dexteram & ſiniſtram ſignificari putat multitudinem bonorum ac malorum, qui viuunt in Eccleſia Chriſti. In tanta (inquit) multitudine gentium ad dexteram extenditur dum quoſdam iuſtificandos ſuſcipit; ad læuam quoque dilatatur, dum ad ſe quoſdam etiam in iniquitate permanſuros admittit. Ita Gregor. *Et habitet in tabernaculis Sem*, aptiùs, vt & communiùs verbum, *habet*, de Iapheth intelligi diximus, quod ampliùs confirmatur ex pronomine, *eius*, quod ſtatim ſequitur; nimirum, *ſitque Chanaan ſeruus eius.* hoc enim referri non poteſt niſi ad Iapheth; vnde tota oratio ad ipſum pertinet. Nam Chanaan ſeruus Dei non dicitur, vt eſt perſpicuum, nec enim Chananæi ſerui Dei fuerunt, ſed hoſtes potiùs, idololatræ

S. Ambr.
4. Reg. 2.
*Eccleſia Chriſtiana fœcunditas.*
S. Cyrill.
S. Gregor.

latriæ ſcilicet, infandiſque ſceleribus notata, qui rum cauſa patris ſunt è ſedibus depulſi: præterea quæ maledictio, imò quæ non omnium ſumma benedictionum eſt, eſſe Dei ſeruum? Non refertur deinde ad Sem; quia iam idipſum paulo antea dictum fuerat. ſit Chanaan ſeruus eius. Neque verò ſulius Sem dici poteſt ſeruus, idque bis repeti; apertum eſt enim vtrique, Sem & Iapheth ſeruum adiudicatum Chanaan, illis verbis: *Maledictus Chanaan ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.* Nihilominus Theodor. verbum, *habitet*, ad Sem referens ſic locum exponit. Primò Iapheth fœcunditatem: deinde Deum in tabernaculis Sem habitaturum prædicit; habitauit autem Deus in poſteris Sem, Patriarchis ſcilicet, ac Prophetis. ac primùm in tabernaculis, deinde in Hieroſolymis. Diſpenſationis verò finem habuit prophetia, quando ipſe Deus verbum Dei, & Patris vnigenitus carnem aſſumpſit, & homo factus eſt, & templum ſuum carnem ſuam nuncupauit, quam ex ſemine Abraham, & Dauid aſſumpſerat. Nam & hi è Sem oriundi erant. Hæc interpretatio Theodor. conſona eſt paraphraſi Chaldaicæ, quæ ſic habet: & habitet diuinitas eius in tabernaculis Sem. Nec id diſplicet Lyrano Abulenſ. & Burgenſi. huius autem verba ſunt: Et habitet, ſcilicet Deus, ita poteſt intelligi, in tabernaculis Sem, videlicet per carnis aſſumptionem in B. Virgine in ſacramento altaris per gratiæ infuſionem, & hoc in noua lege: nam in veteri per fidem, & in templo. Sic ille.

*Theod.*
*Incarnatio Verbi prædicitur.*
*Lyra Abul. Burg.*

7. Igitur iuxta hanc expoſitionem ſenſus erit: etſi Deus ampliſſimè dilataturus ſit per omnes penè terrarum portiones numeroſiſſimam ſobolem Iapheth, non tamen apud poſteros illius habitabit, nec templú, nec legem & cultum inter illos conſtituet, quippe cùm futuri ſint idololatræ, ſed apud poſteros Semi, cuius proles erit Abraham, ac deinceps conſequentes Hebræi; inter quos tria maximè ſibi Deus conſtruet tabernacula, nimirum templum Salomonis: deinde ſanctiſſimam ſemper virginem Mariam, cuius in vtero Verbum caro fiet. Denique ipſammet Chriſti Domini humanitatem, in qua, vt loquitur Paulus, plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. Quia verò populus Chriſtianus Iſraelitico ſucceſſit, oleaſter quidem, ſed inſertus iam nunc in bonam oliuam; cuius pater ſecundùm fidem eſt Abraham, atque adeò Sem ille benedictus à Domino: vere dicimus Deum habitare in tabernaculis Sem, hoc eſt, inter Chriſtianos, qui catholicam & Romanam fidem profitemur, & ſacroſanctum Euchariſtiæ myſterium inter nos ritè ac piè celebramus; ex quo fit, vt Chriſtus Ieſus Deus homo habitet in noſtris tabernaculis, hoc eſt, in infinitis propemodum templis, & altaribus Eccleſiæ Chriſtianæ, in quibus corpus & ſanguis Chriſti Domini, verè, realiter, & ſubſtantialiter producitur, eſt, & adoratur, & aſſeruatur ſub ſpeciebus panis & vini. En tabernacula, in quibus Deus habitat cum hominibus, *Apoc.* 21. Nec decet hominem Chriſtianum in templum aliquod huiuſmodi pedem inferre ſine ſumma diuinæ maieſtatis in eo habitantis reuerentia: cùm ibi ante ſacroſanctum Chriſti Domini corpus millia millium Angelorum venerabunda, humique proſtrata ſæpiùs viſa fuerint. Pannoſo illi ac ſordido, qui ſe in regale conuiuium auſus eſt intrudere, dictum ab ipſo Rege eſt: Quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? *Matth.* 22. Videns, ſi etiam intrare non liceat domum regiam in ſordido habitu? quid ſi aſſideret, ſi iam accumberet menſis, ſi manum dapibus admoueret, ſi comederet inter aulicos, elegantiſſimè ornatos, cum Rege ipſo? Proh quantum admittit piaculum, qui feſto die intrat in templum Chriſti Domini præſentia, quàm auguſtiſſimum, non pietatis ergò, ſed libidinis, quò videatur & videat, quò ante oculos Dei, & impellat, & impellatur pariter ad turpitudinem? D. Auguſt. *ſerm. 146 de tempore*, vbi ad locum *Sapient.* 2. de luxurioſis iuſti ſanguinem appetentibus latè diſſerens, oſtendénſque id genus hominum, ſimul & effœminatum, & crudele, libidinibus eneruari, & feritate pluſquam leonina deſæuire, concludit: Nullum (inquiunt) pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra. Quomodo ergo parceret Chriſto, ſi eum inueniſſet in terra, qui quidem non ſolitaria prata irritandis libidinibus ſuis, ſed frequentiſſimas Eccleſias elegit regnantis in cælo? Sic Auguſt. Impuriores igitur multo iſti, qui templa adeunt ad irritamentum turpitudinis, quàm qui ſe inuitabant ad peragranda prata? quòd ſi pratis alliciti ſic in ſanguinem Chriſti efferati ſunt, quid non patrarent ſcelerum, ſi Chriſtum, vt olim in terris verſabatur, ſtatu formaq; viſibili reperirent, qui præſentiam ipſius, ſub velamine ſacramenti, & iam regnantis in cælo, tam temerè, tam impiè offendere non verentur?

*Deus in poſteris Sem tria habet tabernacula*
*Ad Coloſſ. 2.*
*Chriſtianus populus Iudaico ſucceſſit.*
*Apocal. 21.*
*Habitat Deus inter nos in Euchariſtia.*
*Matth. 22.*
*Purè & reuerenter intrandum in templa Dei.*
*S. Auguſt.*
*Contra ſacrilegos, qui libidinis ergò in templum Chriſti veniunt.*

8. Sed adhuc immanius contrahit facinus, qui ſacrilego ore, corde impœnitente, anima ſordibus peccatorum infecta ſuſcipit innocentiſſimum ac puriſſimum Chriſti Domini corpus in ſacraméto Euchariſtiæ; iterum in ſeipſo Dominum crucifigens. Per hoc ſacrilegium ſolet diabolus hominem iam ſibi prorſus addictum liberè ſecuréque poſſidere, quod in Iuda proditore viſum eſt. Sic enim de illo ſcribit S. Ioann. Damaſc. *Paralip. lib.* 1. Poſtquam Iudas Euchariſtiam ſuſcepit, diabolus in eum impetum fecit, non quòd dominicum corpus contemneret; ſed vt in Iudæ impudentiam inſiliret. Ex quo illud intelligimus, diabolum in eos præſertim impetum facere, qui ſancta myſteria indignè percipiunt; quemadmodum tum in Iudam, ſiquidem vt honores iis, qui digni ſunt, vtilitatem afferũt. ſic contra eos, qui indignè ſumunt, in maiorem cruciatum coniiciunt. Hæc Damaſcen. Habitat Deus in tabernaculo ſuo, in virgine (inquam) matre: ibi à nobis quæri, inuenirique debet. Nulla vel compendioſior, vel ſecurior, vel felicior via eſt ad ſalutem animæ conſequendam; quam vera & intima, & ardens pietas erga Virginem Dei parentem, quam Deus matrem eſſe voluit miſericordiæ. Etiam hoſtes ipſius Dei hanc veritatem intelligunt. Vtinam ad eius normam vitæ ſuæ ſtudia effingerent. Pulchra ſanè in hanc ſententiam ſcripſit hæreticus homo Oecolamp. *ſerm. de laudanda Maria in Deo.* Colligam de ſpinis roſas, de luto aurum. ſic ait. Nunquam de me vt in Domino confido, audietur, quaſi auerſor eam, erga quam minus bene affici reprobatæ mentis certum exiſtimem iudicium. Et quomodo non amarem? Et quis eſt, qui in eius non rapiatur amorem? quam Deus ipſe amat, quem venerantur Angeli quæ peperit Saluatorem mundi, quæ Regina appellatur miſericordiæ, quę humani generis eſt aduocata. Sic iſte. qui tamen verè ſumméque impius extitit in Virginem, cuius deinde cultum & venerationem execratus eſt. Nec pudet miſerum pugnantia loqui. Et habitet

*Indignè ſumentes Euchariſtiam traduntur diabolo*
*S. Damaſc.*
*B. Maria mater miſericordiæ.*
*Oecolamp.*
*Signum reprobationis non colere ſed Dei matrem.*

hitet in tabernaculis Sem. Familiare Deo verbum, *habito*. id enim bonus Dominus ſummè nititur, vt manſionem apud nos faciat, vt maneat nobiſcum, & nos in illo maneamus; quorſum enim Verbum caro factum eſt, niſi, vt habitet in nobis? *Ioan.* 1. Profectò ſemel Deus in tabernaculum noſtri cordis ingreſſus in ſempiternum auet inhabitare in nobis; effuſáque lætitiæ voluptate geſtiens dicit: *Hæc requies mea in ſeculum ſeculi; hic habitabo, quoniam elegi eam.* Pſalm. 131. Quod præcipuè de Eccleſia catholica dictū eſt, in qua Deus ipſe verè habitat, ideóque firmiter requieſcit; vt ne, ſi portæ quidem inferorum inſurgant, aut Deum ab Eccleſia Romana, aut Eccleſiam ipſam Romanam à Deo poſſint amouere. Tranquilla pace fruimur, in portu conſidemus, in rupe moramur, cum Deo ſimul ſub eodem tecto habitamus, ſecuri in idipſum cum Deo dormimus; & requieſcimus (quod ad veram & catholicam fidem attinet) qui D. Petri, & ſummi Pontificis Romani, doctrinam, cathedram, obedientiam profitemur. Vagantur, aberrant, fluctuant, nuſquam quieti, ſecuri, nunquam hæretici, qui ab Eccleſia catholica, cuius eſt caput, & ductor, & pater Pontifex Romanus deſciuerunt. Nec mirum, patre ſunt enim diabolo nati, qui circuit quærens, &c. 1. *Pet.* 5. Satan (ait D. Gregor.) laborans terram circuit, quia quietus in cæli culmine ſtare contempſit. De iſtis intelligitur illud Pſalm. 72. *Propter dolos poſuiſti eis.* Hebr. בחלקות *bachalaqnoth*, in lubricis poſuiſti eos. Nihil aptius ad demonſtrandam hæreticorum inſtabilitatem; varium, mutabile, irrequietum genus animantium; non tam varios Chameleon reddit colores, non tot formas induit Protheus, non tam multiplici æſtu accedens & recedēs Eurypus efferueſcit; quàm variis, quàm diſparibus, quàm continuis, iiſque ridiculis erroribus, agitatur colluuies hæreticorum. Sed tamen oportet hæreſes eſſe, ait Apoſtolus 1. *Cor.* 11. & quidem illa inſtabilitas ad noſtram confirmandam ſtabilitatem conducit. Audi Auguſtin. ſententiam 16 *de ciuit. cap.* 2. Multa quidem ad fidem catholicam pertinentia, dum hæreticorum calida inquietudine agitantur, vt aduersùs eos defendi poſſint, & conſiderantur diligentiùs, & intelliguntur clariùs, & inſtantiùs prædicantur; & ab aduerſario, mota quæſtio diſcendi extitit occaſio. Igitur ô catholice, vt S. Cyrillus Hieroſylym. *Catecheſi* 6. monet: oderis hæreticum malitiæ fabricatorem, & totius fœditatis receptaculum, & omnes hæreſeos ſordes ſuſcipientem. Ambiens enim in malis excellere, omnia congerit peſſima. Non attendas illius ſimulatæ humilitati, aut ſuauiloquentiæ. Et Iudas dixit: Salue Rabbi, & tamen prodidit magiſtrum. Non aduertas oſculis; ſed obſerua venenum. Sic ille.

*Ioan.* 1.

*Catholici cū Deo firmiter, & ſecuri habitamus.* Pſal. 131.

*Hæretici inquieti à patre inquieto diabolo.* 1. Petr. 5. S. Greg. Pſal. 72.

1. Cor. 11.

S. Aug. *Prodeſt Eccleſiæ inſtabilitas hæreticorum.*

S. Cyrill. S. Hieron.

9. *Vixit autem Noe poſt diluuium trecentis quinquaginta annis; & impleti ſunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum, & mortuus eſt.*] Sic finitur hiſtoria Noë, qui vitam omnium mortalium vixit longiſſimam, exceptis Iared, & Mathuſalem. Nam fuit Noë longæuior, quàm primus Adam viginti annis: breuioris autem vitæ, quàm Iared duodecim annis; & quàm Mathuſalem vndeuiginti. Quid amplius egerit poſt diluuium, vbi habitârit, vbi mortuus, vbi ſepultus, miro ſilentio præteriit Moyſes ad Abraham hiſtoriam conſcribendam properans. Cùm verò à diluuio, vſque ad Abrahami ortum, non plures ducentis nonaginta duobus anni præterierint, vt Hebræi, & Latini computant; efficitur, vt nato Abraham Noë ſuperſtes fuerit per annos quinquaginta octo. Nec enim decebat, vt priùs è mundo decederet Noë, quin alterum ſui ſimilem inſigni probitate morum, ac diuinæ humanæque ſapientiæ laude conſpicuum relinqueret. Omitto hic refellere, quæ de vita Noe poſt diluuium acta commemorat Beroſus, ne in fabulis tempus terram, qualis illa etiam eſt, quæ nomine Methodij circumfertur, de fabuloſo quodam eius filio, vt vocāt Ionithum. Certum enim omnino mihi eſt, quod de admirabili continentia Noe obſeruat D. Chryſoſt. *homil.* 29. hiſce verbis. Vide admirandam iuſti continentiam. Cùm enim tanta frueretur vbertate rerum, & proſperitate, ſuperuiuerétque tanto annorum numero poſt egreſſum ex arca: noluit tamen vltrà indulgere filiorum procreationi. Non enim commemorat Scriptura eum alios, præter illos tres, quos ante diluuium genuerat, habuiſſe liberos. Ita Chryſ. Adde, & commemoraſſet vtique, vt de more habet ad finem vitæ cuiuſque dicendo; & genuit filios & filias; præſertim quia indignum foret, vt ſilentio tegeretur ille Ionithum, quem incredibili ſapientia, & prophetiæ dono clariſſimum extitiſſe fabulantur.

*Noë vixit uſque ad Abraham.*

S. Chryſo. *Noë continentia poſt diluuium.*

## CAPVT DECIMVM.

1. HÆ ſunt generationes filiorum Noë, Sem, Cham, & Iapheth: natique ſunt eis filij poſt diluuium.

2. Filij Iapheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, & Moſoch, & Thiras.

3. Porrò filij Gomer: Aſcenez & Riphath & Thogorma.

4. Filij autem Iauan: Eliſa & Tharſis, Cetthim & Dodanim.

5. Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis, vnuſquiſque ſecundùm linguam ſuam & familias ſuas in nationibus ſuis.

6. Filij autem Cham: Chus, & Meſraim, & Phuth, & Chanaan.

7. Filij Chus: Saba, & Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabatacha, filij Regma: Saba & Dadan.

8. Porrò Chus genuit Nemrod: ipſe cœpit eſſe potens in terra,

9. & erat robuſtus venator coram Domino. Ob hoc exiuit prouerbiū: Quaſi Nemrod robuſtus venator corāDomino.

10. Fuit autem principium regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne, in terra Sennaar.

11. De terra illa egreſſus eſt Aſſur, & ædifica

ædificauit Niniuen,& plateas ciuitatis,& Chale.

11. Reſen quoque inter Niniuen & Chale:hæc eſt ciuitas magna.

13. At verò Meſraim genuit Ludim, & Ananim, & Laabim, Nephthuim,

14 & Pherruſim, & Chaſluim:de quibus egreſſi ſũt Philiſthiim & Caphtorim.

15. Chanaan autem genuit Sidone primogenitum ſuum, Hethæum,

16. & Iebuſæũm,& Amorrhæum,Gergeſæum,

17. Heuæum, & Aracæum:Sinæum,

18. & Aradium, Samaræum, & Amathæum: & poſt hæc diſſeminati ſunt populi Chananæorum.

19. Factique ſunt termini Chanaan venientibus à Sidone, Geraram vſque Gazam, donec ingrediaris Sodomam & Gomorrham, & Adamam, & Seboim, vſque Leſa.

20. Hi ſunt filij Cham in cogitationibus,& linguis, & generationibus,terriſq; & gentibus ſuis.

21. De Sem quoque nati ſunt, patre A omnium filiorum Heber, fratre Iapheth maiore.

22. Filij Sem: Ælam & Aſſur, & Arphaxad,& Lud,& Aram.

23. Filij Aram: Vs, & Hul,& Gether, & Mes.

24. At verò Arphaxad genuit Sale,de quo ortus eſt Heber.

25. Natique ſunt Heber filij duo: nomen vni Phaleg, eo quòd in diebus eius diuiſa ſit terra:& nomẽ fratris eius Iectã.

26. Qui Iectan genuit Elmodad, & B Saleph, & Aſormoth, Iare,

27. & Aduram, & Vzal, & Decla,

28. & Ebal,& Abimael, Saba,

29. & Ophir, & Heuila, & Iubab; omnes iſti,filij Iectan.

30. Et facta eſt habitatio eorum de Meſſa pergentibus vſque Sephar montem orientalem.

31. Iſti filij Sem, ſecundùm cognationes, & linguas, & regiones, in gẽtib.ſuis.

32. Hæ familiæ Noe iuxta populos & nationes ſuas. Ab his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium.

## SECTIO VNICA.

*Hæ ſunt generationes filiorum Noe*, &c. vſque ad finem.

1. DESCRIBITVR numeroſa progenies,ac multiplex poſteritas filiorum Noe; primáque origo diuerſitatis gentium, regionum, atque regnorum:nec omnium tamen, aut nomina,aut facta,aut etiã ſoboles recenſentur;id enim nimis operoſum foret, ac prorſus inutile; ſed eorum tantùm,qui principes,& capita extiterunt,mentio fit. Quocirca non eſt,quòd in decimo capite interpretando,ſicuti in aliis,operam & oleum impendamus; nec enim myſteria in iſta genealogia ſeſe offerunt, quæ nouis commentariis explicentur; nec multa ex hoc loco ad mores elici poſſunt documenta, vbi ferè tota eſt gignentium, genitorúmque enarratio. Scire autem debet prudens lector non omnia,quæ narrantur in ſacris literis, latens aliquod habere myſterium, ſed multa eo tantùm nomine attexi. quod narrationi rerum, vel myſteriorum ſignificationi aliqua ratione deſeruiunt,vti ligamenta, fulcimenta, ornamentáque hiſtoriæ. Cæterùm contra eos, qui ſingulis in verbis mira quædam ſimantur myſteria; quo in ſtudio ſæpiùs riſum mouent,& pueriliter labuntur; valet illud egregium documentum D. Auguſt. *lib.* 16. *de ciuit. c.* 2. Non omnia (inquit) quæ geſta narrantur, aliquid etiam ſignificare putanda ſunt,ſed propter illa, quæ aliquid ſignificant,etiam ea quæ nihil ſignificant attexuntur. Solo vomere terra proſcinditur,ſed vt hoc fieri poſſit,etiã cętera aratri membra ſunt neceſſaria. Et ſoli nerui in vaſis muſicis aptantur ad cantum: ſed vt aptari poſſint, inſunt & cætera in compaginibus organorum, quæ non percutiuntur à canentibus; ſed ea quæ percuſſa reſonant, his connectuntur. Ita in prophetica hiſtoria dicuntur & aliqua, quæ C nihil ſignificant; ſed quibus adhæreant quæ ſignificant, & quomodo religentur. Sic Auguſtin. Quod planè documentum obſeruare debent qui diuinis literis pertractandis diligenter ſtudent; maximè verò concionatores; ne, dum cupidiores,quàm par eſt, vndecunque myſteria eruendi, nullum intactum, diſcuſsúmque verbum omittunt; ſæpiùs inanes, frigidas, ineptas, inſulsáſque interpretationes ac ſententias effutire videantur.

*Non omnia verba in ſacris literis habent myſteria.*

*S. Auguſt.*

2. *Filij Iapheth*, &c.] Primò refertur poſteritas Iapheth. An quia primogenitus fuit Noë? qua de re ſuperiùs diſputatum. An quia cùm præcedenti capite Noë illum benedixerit:Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, videlicet ſignificans Iapheth poſteritatem omnium futuram, & numero gentium, & amplitudine multitudinéque prouinciarum, ac re- D gnorum præſtantiſſimam; verè id fuiſſe completum ſtatim voluit demonſtrare? Etenim Iaphetani maximam orbis partem obtinuerunt, occupata tota Europa cum maiore Aſiæ parte, & maris mediterranei inſulis; qui præterea in Africam colonias tranſmiſerunt. *Ab his diuiſa ſunt inſulæ gentium*,&c. Aduerte Hebraiſmum oppidò frequentem. Solet enim ſacra Scriptura vocare inſulas gentium, omnes illas regiones, ad quas ex Iudæa non niſi nauigio poterat iter inſtitui,ſiue illæ mediis eſſent circundatæ aquis, vt inſularum nomine vſurpari conſueſcunt, ſiue continens eſſet terrarum tractus, vltra tamen mare; qualis Hiſpania, Italia, & id genus aliæ regiones, quæ adiri nequeunt a Iudæa abſque nauigio; inſulæque proinde vocantur. Sic Ieremiæ 25. dicitur: *Regibus terræ inſularum quæ ſunt trans mare.* Et Sophon. 2. *Adorabunt eum viri de loco*

*Iaphethani maiorem partem orbis voluerunt.*

*Inſulæ quæ ſint in ſacra Scriptura.*

Ie rem 25.
Sophon 2.

*de loco ſuo, omnes inſulæ gentium*, quæ phraſis frequentiſſima eſt apud Iſaiam. Hinc Dominus malè acceptus à Iudæis, non illius populi iacturam nimis dolendam ſignificat, quippe cùm Iſraële relicto adorandus ſit à gentium regnis ac prouinciis, vtpote deſideratus cunctis gentibus. Iſai. 51. Sic enim ait: *Me inſulæ expectabunt*, cap. 51. Obiter aduerte, inſulas myſtico ſenſu (vt ait D. Hier.) S. Hieron. intelligi animas ſanctorum, quæ in perſecutione mundi iſtius firma in Deum ſolidatæ ſunt fide. Inſulas quoque dici putarim animas iuſtorum medio cinctas mari, quòd pauculæ ſint, ſed raritate ſua multum emineant: quid enim rarius inter homines, quàm virtus, quàm innocentia, quàm ſanctitas vitæ? *Noli circumſpicere* (ait Sapiés) Eccleſ. 9. *Raritas bonorum.* *in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius.* Eccleſ. 9. Græcè legitur, *ἐν ταῖς ἐρήμοις αὐτῆς*, nec oberraueris in deſertis, aut in ſolitudinibus illius. Sed quid plateæ ſibi volunt cum eremis, cum deſertis, cũ ſolitudinibus? Eſt enim (inquit Clem. Clem Alex. *Cultus impurus nunciat animum impurum.* Alex. 3. *pædag*. 4.) ſolitudo, etiamſi ſit turba incontinentium, vbi non eſt homo pudicus. Et pulchrè id quidem: nam præſens locus eſt de inſtabili iactatione oculorum, qua leues & impudici iuuenes per vrbem vagantur. Vt autem docet D. S. Aug. Aug. Impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius. Obſerua inſuper deſiderium ſui, affectúmque in nobis à Domino commendari, cùm dicit: Me inſulæ expectabunt: in cæteris quidem anima eſt ſterilis inſula, maris ſalſugine vndique Deus à nobis affectum exigit. aſpergitur: ſed in tanta rerum indigentia affectum Deus exigit, affectum prædicat. Sic Dauid (ait D. Bern. *præfat. in Epiſt. ad fratres de monte Dei*) ſaltando placuit Deo, non propter ſaltum, ſed propter affectum: ſimiliter, & mulier, quæ vnxit pedes Domini, laudata eſt à Chriſto, non quia vnxit, ſed quia amauit. Sic Bern. S. Bern. Denique inſularum nomine Eccleſiarum ex gentibus multitudo ſignificatur, vti adiungit D. Hier. S. Hieron. In quo equidem non ſatis admirari ſoleo diuinæ prouidentiæ magnitudinem. Sunt enim Catholicorum Eccleſia Catholica oppugnatur, ſed non expugnatur. Eccleſiæ, velut in Italia, in Hiſpania, in Luſitania, in Gallia, in Belgio, pauculæ illæ quidem & anguſtæ vndequaque circunſeptæ hæreticorum, Turcarum, Maurorum, ac paganorum, vt ſic dicam, vaſtiſſimo mari, perpetuis contra Catholicæ gentis inſulas inundationibus irruente; nec tamen Chriſti fides, nec Romana Petri cathedra, nec Catholicorum reſpub. abſorbetur; aut potius Inferorum ingruentibus ſuo loco, & ſtatu dimouetur. Quia nimirum nobis à Domino eſt Luc. 12. dictum: *Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.* Inſulæ expectantes dominum, quidni dicentur etiam religioſorum familiæ, quæ à mundi pelago disiunctæ ſunt? Rectè S. Bern. S. Bern. *Secura ſy pura vita in religione.* putat dentibus Eccleſiæ comparari viros religioſos *Cant*. 4. Vbi ſic diſſerit *ſer. 63. de paruis*. Huiuſmodi dentes ego arbitror homines monaſticæ profeſſionis, qui viam compendioſiorem, & ſecuriorem vitam eligentes, de toto Eccleſiæ corpore, quod candidum eſt, candidiores eſſe videntur; quid enim illis candidius, qui totius immũditias ſpurcitię euitantes cogitationum, ſicut actionum peccata deplorant? Hæc Bern. S. Bern. *Perfectionis ſtudium in religione.* Me expectabunt. In ſpe quidem ſita eſt vita religioſorum expectantium Dominum ſuum, quando reuertatur. Innuitur etiam ſtudium infatigabile, & feruor in perfectione conſequenda. Etenim (vt ibi obſeruat Bernard.) quanto annoſiores, tanto feruentiores; & eo rapidiùs currunt, quo viciniùs appropinquant ad palmam. Portò

*Ben. Pernand. in Gen. tom. 1.*

A gentium, regionum, locorum, & vrbium nomina, quæ hîc in Hebræo ponuntur, incertiſſimum, & obſcuriſſimum eſt, quibus apud Latinos reſpondeant nominibus. Vnde fit, vt mira ſit inter Interpretes aliter atque aliter Moſaica nomina reddentes, diſcrepantia, dum ex qualibet ſimilitudine, atque vmbra vocum, quiſque ſuo libito Latina cõfingit. Quare ne cum aliis videar ſomnia referre, difficile atque prorſus inutile hoc *Locorum nomina Hebræa valde obſcura.* negotium relinquo. Vide, ſi placet, noſtros Delrio, & Perer. qui diligenter & eruditè hac de re loquuntur.

3. *Filij Cham.*] Sequitur poſteritas Cham, quæ B Syriam, Ægyptum, Æthiopiam, Libyam, & Mauritaniam occupauit. Primogenitus Chami fuit *Chami poſteritas.* Chus, qui genuit Nemrod, vel primogenitum, vt volunt aliqui, vel ſextum filium, vt alij putant. De hoc ſcribit Moyſes: *Ipſe cœpit eſſe potens in terra, & erat robuſtus venator coram Domino*, &c. Hebr. גבור *gibbor*, fortis, robuſtus, potens, ad corporis nimirum vires pertinet; interpres priore loco reddit potentem, ſecundo robuſtum. Incredibili extitit Nemrod corporis altitudine, & virium magnitudine, primus poſt diluuium gigas, vt eum appellat D. Aug. S. Auguſt. fretúſque ſuo robore, & proiectus audacia tyrannidem cœpit exercere: S. Hieron. arripuit enim (ait D. Hieron. *in trad. Heb.*) inſuetam C primus in populo tyrannidem, regnauitque in Babylone. Et quidem violentia iſta tyrannica ſignificari videtur cùm dicitur: *Et erat robuſtus venator*. Hebr. ציד *çaid*, venatio, robuſtus, potenſve venatione. צייד *çaiad*, venator. Radix eſt צוד ſiue צוד *çaiad*, venari. Frequens autem metaphora in ſacris literis, ad ſignificandas inſidias, violentiam, tyrannidem; vt Pſalm. 123. Pſal 123. *Liberauit me de laqueo venantium*. Thren. 3. Threu. 3. *Venatione ceperunt me inimici*. Ezech. 32. Ezech 32. *Principes aquilonis, & vniuerſi venatores*. Quare incongruè de venatione ferarum intelligit bonus alioqui autor, cum Auenezra. Coram Domino, Hebr. לפני יהוה *liphne Iehouah*: in faciebus, vel ad facies Dei. Hebraiſmus valde vſitatus, qui variè ſolet exponi, ſed faciliùs, D vt Perer. & Delrio adnotarunt, & planiùs ita explicabitur, vt non aliud ſignificet, coram Domino, vel in oculis Domini, ſiue in conſpectu Domini; quàm reuera & maximè fuiſſe robuſtum. Quod enim apud Deum tale eſt, id reuera, & ſimpliciter, & maximè tale eſt. Deus enim iuſta lance ponderat, & rem vti prorſus eſt æſtimat, ac iudicat; cùm tamen apud homines, quorum iudicium fallax, multo aliter ſoleat euenire. Sic Luc. Luc. 1. 1. *Magnus coram Domino*. Doctè admodum diſputat pro hac ſententia noſter Ribera Ribera. *in cap. 3. Ionæ, à num. 2.* Nihilominus S. Auguſtin. S. Auguſt. 16. *de Ciuit. cap*. 4. & alij, coram Domino, hîc interpretantur, contra Dominum. Ipſe quoque Auguſtinus venationem iſtam, mira quadam nouitate declarat: E Contra Dominum (inquiens) dictus eſt eſſe gigas iſte venator, hoc eſt, leuans cor ſuum ſurſum contra eum. ſcilicet ex interpretatione tanti Patris, vti venatores capta præda exultant, triumphantiúmque more domum à ſyluis redeuntes, aut ceruum, aut aprum in pompa elatum circumferunt ad oſtentationem victoriæ: ſic Nemrod, *Nemrod ſuperbia contra Deum.* inſana quadam arrogantia inflatus, ſuum cor, ſuam audaciam, ſuam tyrannidem, ſuam ſæuitiam oculis ipſius Dei, velut contra ipſum, ipſiuſque potentiam inſurgens, ac triumphans oſtentabat. Sunt etiam qui dicant, adeò ſacrilegum extitiſſe Nemrod, vt auſus ſit homines non inuitare modò blanditiis, atque infandis doctrinæ

monitis, ſed minis adigere, vſqoe & tormentis ac cædibus compulſos trahere ad idololatriam. Sic enim ſcribit Hugo de S. Victor. *in Geneſ.* Nemrod mole corporis, & virtote ſuperans alios homines, dominium cœpit exercere per violentiam; & induxit eos ad idololatriam, vt ignem quaſi Deum colerent; quia vtilitatea maximas beneficio Solis, qui igneus eſt, contingere videbat. qoem errorem poſtea Chaldæi ſequuti ſunt. Sic ille. Alcuin. Robuſtus venator, id eſt, hominum oppreſſor, & extinctor, quos allexit, vt turrim contra Deum cōſtruerent. Gloſſa Interl. animarum deceptor, quia cogebat homines ignem adorare. Coram Domino, hoc eſt, oon ignorante, vel contra Dominum.

Hugo de S. Vict.

*Nemrod tyrannus, & idololatra.*

Alcuin.

Gloſſa.

4. Hæc omnia videntur primò deſumpta ex Ioſepho, qui breui quidem, ſed ad exprimendum ingenium Nemtod valde loculento teſtimonio hanc ſententiam confirmat. Superbiam (inquit) Deique contemptum excitauit in hominibus Nemrod, vir audax, & manu promptus, ſubinde iactans non Deo, ſed propriæ virtuti præſentem felicitatem eos debere: atque ita pantatim rem ad tyranoidem trahebat; ratus fore vt homines ad ſe deficerent à Deo, ſi ſe illis ducem præberet. Sic ille. Ad exemplom Nemrod primi poſt diluuium gigantis, primi oppreſſoris, ac deceptoris hominum primi tyranni, ac regis, aliquando huius ſeculi principes lati ſuperbia, ſui præ felicitate ac potentia malè compotes, contra ipſam Dei Eccleſiam, contra ipſum Deum inſoleſcunt; prorſus miſeri ac cæci, qui Deum temerè prouocant, illum, inquam, Deum, qui ſuperbis reſiſtit, qui diſperdit ſuperbos mente cordis ſui, qui deponit potentes de ſede, & diuites dimittit inanes. Egregiè verſatur D. Bernard. *Epiſtol.* 45. *ad Francorum regem Ludouicum*, in hoc argumento, vbi hæc inuenies: Rex cæli, & terræ regnum vobis in terra donauit, donaturus, & in cælo, ſi id quod accepiſtis, iuſtè & ſapienter adminiſtrare ſtuduerītis. Hoc eſt, quod vobis optamus, & pro vobis oramus, vt & hîc fideliter, & illic feliciter regnetis. Cæterùm vos quónam conſilio, eiſdem noſtris pro vobis orationibus, modò tam acriter repugnatis? Qua enim iam fiducia manus pro vobis leuare præſumimus ad ſponſum Eccleſiæ, quam ita, & ſine cauſa, vt putamus, auſu inconſulto contriſtatis? Grauem ſiquidem aduerſum vos apud eundem ſponſum, & Dominum ſuum querimoniam deponit, dum quem acceperat defenſorem ſuſtinet oppugnatorem? Hæc Bernard. Nihilominos de regibus, ac principibus Catholicis præclara poſſet boc loco deduci commendatio. Illud tantùm adiungam ex S. Cyril. Hieroſ. *catech.* 17. Nónne hoc tempore ſpiritales lupi cum agnis ſimul paſcuntur? Nónne habet Eccleſia vitulum & taurum cum leone ſimul paſcentes? ſcilicet mundanos principes regi & inſtrui ab Eccleſiaſticis cernimus. Verus Noë vniuerſorum generum voluntates in vnum congregauit: quorum typum habebant diuerſæ in arca animantium ſpecies. Sic ille. Subnotatur haudubie Nemrod inhumanitas, cum nomine ipſo. Nemrod enim, huc eſt, amaritudo, vt ait D. Ambroſ. *ſerm. in Pſalm.* 118. tum etiam venatione, cui dabat operam: ſemper enim in ſacris literis malè audierunt venatores, crudelitate ſcilicet infames. Addit inſuper Ambroſ. Inutiles venatores, qui capiant beſtias, quæ in pompam ſpectaculo populari præbeant miniſterium crudelitati. Quid verò ab hominibus natura tam alienum,

Ioſephus.
*Nemrod contra Deum inſurgit.*

*Nemrod principes Eccleſiā oppugnant.*
S. Bern.

S. Cyrill. Hier.

S. Ambroſ.

*Venatores carpuntur ob crudelitatem.*

A quàm ſæuitia propria belluarum? Sic autem dedecet virum principem in homines etiam hoſtes deſæuire; vt quia Ioſue, infinitam mortalium ſtragem ediderit, iuſto quidem bello, & Dei adactus imperio: prodigioſis tamen de cælo, ſoleque miraculis neceſſariò fuerit honorandus, ne crudelitatis nota inter homines laboraret; quod pereleganter his verbis adnotauit Rupertus: parum erat apud homines tantum victorem de crudelitate excuſari præcepto legis, niſi etiam defenderetur, nouo & inaudito iuſti Dei miraculo. Sic Rupertus. Sed quid aptius ad deteſtationem hominum violentiæ dici poteſt, quàm quod S. Hieron. appoſuit *in Pſalm.* 51. his verbis: Malitia vſque ad effuſio- B nem Dominici ſanguinis propagata eſt. Agreſte, ferinúmque hominis ingenium in quo nihil politius, vrbanius, ac blandius: ſed ruſticarum ſylua paſſionum videbatur; oſtenditur, cùm venator dicitur, vt D. Ambroſ. *de Noe & arca, cap. vltim.* ſic effatur: Venatoris vſus in ſyluis inter feras ac beſtias conſeruatio eius. Irrationibilis ergo miſcetur irrationibilibus paſſionibus, & ea quæ ſunt malitiæ agreſtis, atque præduræ, venator huiuſmodi explorare conſueuit; atque his potiri, atque delectari. Denique Nemrod principium regni Babylon, hoc eſt, confuſio; eo quòd malitia, & poteſtas, non in ſimplicitate, & puritate; non in diſtinctione virtutis, ſed in confuſione vitiorum eſt. Hæc C Ambroſ.

*Crudelitas dedecet hominem.*

Rupert.

S. Hieron.

S. Ambroſ.
*Confuſio & ſylua paſſionū in homine agreſti.*

5. Etſi autem Nemrod tam efferatus ſæuitia mortalium ſanguini, libertati, ac bonis omnibus inſidiaretur, iuſtè tamen ſoſpicandum erit hominem iſtum carnis voluptatibus deditum, cum ferinæ truculentiæ furore, libidinoſæ mollitudinis cænum copulaſſe: teſtem habeo D. Ambroſ. Cuius hæc ſunt verba: Chus Nemrod gigantem genuit qui venator erat ante Deum. Quid aliud, qui puluis, & arena, generaret, niſi terrenum hominem, eo quòd impius cæleſtibus terrena præponat? Illud ſignificatur, quòd qui terrenas diligit voluptates, & eas ſequitur, is aduersùs cæleſtia contumaci præliatur affectu. Sic Ambroſ. Sed quid (inquies) ſæuitia D cum delitiis, & voluptas cum feritate? Quam certò iſta, alioqui diſparia, in flagitioſis hominibus coniuncta eſſe ſoleant, inſigniter demonſtratur percelebri loco illo *Sap.* 2. Vbi ſeſe inuicem ſcelerati inuitant æquè ad delicias captandas, atque ad ſanguinem effundendum innocentis. *Venite* (inquiunt) *fruamur bonis, coronemus nos roſis*, &c. *Deinde opprimamus iuſtum*, &c. Quem locum expendit D. Auguſtin. *ſerm.* 246. *de tempore.* hac verborum & ſententiarum elegantia: Omnia ſcilicet horrenda facinora, quæ timentur in ſceleratis hominibus videre de qua labe conſurgant. Quid enim mollius, quàm illa luxuria? quid durius, quàm iſta crudelitas? Dicebant: fruamur bonis, non prætereat nos flos temporis, E & vbique relinquamus ſigna lætitiæ. Nunc dicunt, opprimamus pauperem, circumueniamus iuſtum, &c. Vinum ſequitur furor, vnguentum, tormenta; ſanguis, roſas; ira, lætitiam. A talibus ligatus, cæſus, interfectus eſt Dominus. Quis de coronis florentibus cruenta vincula formidaret? Quis de ſuauibus poculis dolores ſæuiſſimos præuideret? Quis de mollibus pratis tam dirum crucis lignum prænoſceret? Hæc & alia Auguſt. Denique de nomine Nemrod id etiam adiungit D. Ambr. Nemrod per interpretationem dicitur

S. Ambroſ.
*Voluptuoſus contra cæleſtia præliatur.*

Sap. 2.
*Delicia & ſæuitia coniuncta.*

S. Auguſt.

*Deliciæ & ſæuitia Chriſtū occiderunt.*

*Impius amat tenebras.*
Ambroſ.

Æthiops;

Æthiops;color Æthiopis, tenebras animæ,ſqualorémque ſignificat, qui adnersùs lumẽ eſt,claritatis exors, tenebris inuolutus, nocti ſimilior, quàm diei. Sic Ambroſ. Nihil quidem tam proprium homini flagitioſo, qnàm noa,quàm tenebræ; omnis malus odit lucem. Prodi ſua ſcelera ne in confeſſione quidem patitur: vbi tamen, quo magis euulgantur, eò profundiore abyſſo abſorbentur; tunc omnino etiam ab oculis Dei noſtra errata diſparent, cùm in confeſſione apparent,pronunciantur,deplorantur,damnantúrque.Ecce tibi promulgata veri ac legitimi ſacerdotis abſolutione flagitinrum illæ tenebræ, adueniente dininæ gratiæ ſplendore, depelluntur; & quæ pr´´s, nigra Æthiopúmque inſtar fœda, caliginoſis vitiis horrebat anima, nunc ſole,iuſtitiæ plena,radiis illuſtrata Diuinitatis, in diem refulget æternitatis; dicitque gloriabunda: *Nigra ſum,ſed formoſa*,Cant.1. Qui locus in præſens inſtitutum à Patribus ſolet exponi. Orig. *hom.*7. *in Ierem.* Nigri ſumus, quando regeneramur, Æthiopibus ſimilem habemua animam indecoram,abluimur autem,& candidi efficimur. Phil. Carpath. Nigra propter delicta, formoſa verò propter pœnitentiam.Theodoret. Olim quidem cæentiebam,ſed iam video:laceris quondam obſita pannis, nunc in veſtitu deaurato circundata varietate regiam obtineo dignitatem, & regi aſſiſto; nigra ob ſuperiorem impietatem, pulchra propter pœnitentiam. D. Ambroſ.*ſerm.*2.*in Pſal.* 118. Fuſca per culpam,decora per gratiam:fuſca puluere ſeculari,quem certando collegi, decora oculo ſpirituali, quo mundi huius puluerem, ſqualorémque deterſi: fuſca per vitium, ſed decora iam per lauacrum, quo ablui omne delictum: fuſca, quia peccaui; decora, quia iam me diligit Chriſtus.

Cant. 1.
*Conuerſio animæ ad Deum.*
Origen.
Phil.Carp.
Theod.
S.Ambroſ.

6. Hoc diuinæ benignitatis atque omnipotentiæ miraculum quotidie in vtroqne lauacro, Baptiſmatis nimirum, & confeſſionis editur, cuius vel ſola commemoratio D. Auguſtinum, cùm adhuc niger deformiſque eſſet, ad candorem, & pulchritudinem animæ conſequendam mirabiliter excitabat. Sic enim ait *in Confeſ.* Sagittaueras tu cor noſtrum caritate tua, & geſtabamus verba tua transfixa viſceribus, & exempla ſeruorum tuorum, quod de nigris lucidos, & de mortuis viuos feceras.Sic Auguſt. Sed immortales Chriſto Domino habendæ gratiæ, qui lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & vt nos candidos, ac formoſos efficeret nigrum ſe exhibuit, qualem depingit Iſai. cap. 53. *Non eſt ſpecies ei, neque decor; vidimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorum*, &c. *Putauimus eum, quaſi leproſum, & percuſſum à Deo*, &c. Vnde D. Bernard. *ſerm.*25.*in Cant.* Intuere(inquit)pannis ſordidum, plagis liuidum, illitum ſputis, pallidum morte. Ergo formoſus eſt in ſe, niger propter te. Sic Bernard. Quo in ſenſu commentatur præſentem locum Cant. D.Greg.Nyſſ. *de anima per pœnitentiam ſceleribus abluta*,quaſi ipſa dicat: Sponſus diuinus me peccato nigram amore ſuo formoſam effecit commutata cum fœditate mea, pulchritudine ſua.Nam tranſlatis in ſe peccatorum meorum ſordibus,puritatem meçum ſuam communicauit, méque pulchritudinis eius, quæ in ipſo eſt,participem effecit, adeóque poſtcaquam ex deformi primùm me amabilem reddidit, ita deinde amore vehementer cumplexus eſt. Hæc Nyſſen. Agite,nunc Æthiopes:accedite ad eum, & illuminamini,& facies veſtræ non confunden-

S.Auguſt.
*Chriſtus in paſſione deformis nos pulchros & candidos reddidit.*
S. Bern.
S. Gregor. Nyſſen.

tur, *Pſal.*33. Quorſum igitur pudeat confiteri flagitia,quæ tam certò, & facilè in ſacramento expiantur?Planè ſuperbus pudor,cùm pudet ſubiici,ait Bernard.*Epiſt.* Addiderim:Planè ſtultus pudor,cùm pudet ea confiteri,quæ ſi aperiantur, ſi abluantur, non erit deinceps pudor, ſed honor, ſed gloria.

*Pſal.* 33.
*Superbus & ſtultus pudor non confiteri peccata.*
S.Bern.

7. Sed quidnam hoc eſt?Maledicta,& reprobа Caini poſteritas primò regnum in terris adepta eſt;at Semi,& Iapheth,qui a Deo ſunt benedicti, nonniſi poſt multos annos huiuſmodi dignitatem nepotes ſunt conſecuti? En quàm nihil habentur apud Deum,quæ mundus ſuſpicit, & admiratur? Semper mundi opes & honores ab impiis, & amari, & quæri, & appeti conſueuerunt, quibus tamen iuſti Dei amorem, & Chriſtianam humilitatem prætulerunt. Hinc eſt, quòd innumerabiles viri,aut dignitates Eccleſiaſticas acceptare noluerunt, aut illis demum repudiatis in humiliorem vitæ ſtatum confugerunt. Laudandus hoc nomine ac multis aliis S. Petr. Dam. in præſentia venit,qui obnixè contendit Epiſcopatum, cum Cardinalatu violenter à ſummo Pontifice impoſitum, pro monachali humilitate & ſolitudine commutare. Quod & tandem perfecit. Sic autem ea de re ſcribit ad Nicolaum ſecundum Papam *Epiſt.* 9.*tom.*1. Poſt ſanctæ memoriæ Stephani veſtri quidem prędeceſſoris,mei autem perſecutoris obitum, ego à me protinus Epiſcopatum violenter iniectum funditùs abiecissem. Meminiſtis enim, quot querelas coram vobis ſæpè depoſui,quot gemitus, quot denique profunda ſuſpiria ea imis viſceribus traxi, quoties etiam vberibus lacrymis, triſtitia ora rigaui: veruntamen apud vos tunc non obtinui miſſionem.*Et infrà*: Quapropter ob remiſſionem omnium peccatorum meorum quæ nequiter perpetraui,cedo iure Epiſcopatus. Hæc Petr.Damian. Et ne quis iſtam abdicationem dignitatum, quæ fit à viris ſanctiſſimis, cauilletur, admirabilem deinde profert ſententiam. Plerique (ait) Pontificatus iura non deferunt, & de ſiniſtris ſunt: quotquot autem legimus recta intentione dimiſiſſe, certa ſpes eſt eos de æterna cum Chriſto ſocietate gaudere. Sic ille. Quanto pretioſior eſt Chriſti humilitas omnibus mundi honoribus? Pulchra inſtitutio ad humilitatem eſt apud S.Ephrem. *tract. de recta viuendi ratione, tom.* 1. hæc tantùm ſubiicio. Si rectam viuendi rationem expetis, te in humilitate exercere, ſine qua recta vitæ ratio conſiſtere nequit. Qui ab humilium declinat ſemita, in caſtris iuſtorum ſuum non figet tabernaculum. Humilitatis fructus in cælum extolletur. Superbia enim arbori celſiſſimæ, ſed putridæ ſimilis eſt, cuius vndique facilè confringuntur rami; in quam ſiquis aſcenderit, celeriter in profundum corruet. Initium deſertionis hominis eſt receſſus ab humilitate. Humilis nunquam diaboli laqueis capietur. Velociſſimis enim humilitatis alis, ſemper ſubleuatus, ſublimior erit, quàm vt inimici retibus capi poſſit. Sic Ephrem. Humilitas propria virtus Chriſti, qui non venit miniſtrari, ſed miniſtrare; qui non quæſiuit gloriam ſuam, qui (autore Tertulliano) non geſtiuit agnoſci. Qui ſuos amicos deſpici, affligi, & tanquam purgamenta, & peripſemata voluit in hoc mundo haberi. Et quidem hoc maioris eſt amoris, & beneficij, vt improperium Chriſti portantes ad æterni dignitatem regni euehantur. Quid, obſe-

*Primum regnum reprobi habuerunt.*
S.P.Dam.
*P.Dam.Epiſcopatum renunciauit.*
*Signũ prædeſtinationis dimittere honorem.*
S. Ephrem.
*Signum prædeſtinationis humilitas.*
*Superbia arbor putrida & alta.*
Tertul.
*Humilitas Chriſti.*

cro, carius Deo, quàm Dei mater ſemper virgo A Maria? An Deus matrem ſuam, in terris dum viueret, regali dignitate potiri, vniuerſo imperitare orbi, ab omnibus adorai voluit? Audi D. Epiph. *tom. 3 lib. 3 hæreſ. 79.* Non permiſit (inquit) Deus B. Mariæ dare Baptiſma, non benedicere diſcipulos, non imperare in terra iuſſit: ſed ſolam ipſam ſanctificationẽ eſſe voluit. Sic Epiph. At quid maius ac præſtantius cariſſimæ matri ſuæ Deus ipſe potuit elargiri, quàm quòd ipſamet ſit ſanctificatio mundi, quia & Filium pepererit totius ſanctificationis cauſam, & meritis, ac precibus nunc in cælo pro nobis aduócata, & præſentia ſuæ infinitæ ſanctitatis dum viueret, iure optimo mortalibus ſanctificationem impertiri dicatur. Non terrenis in vita, ſed poſt mortem cæleſtibus matrem ſuam virginem Deus honoribus cumulauit. Attolle (inquit S.P.Dam. *ſerm. de aſſumpt. virg.*) iam oculos ad aſſumptionem virginis, & ſalua Filij maieſtate, inuenies occurſum huius pompę non mediocriter digniorem aſcenſione Filij. Soli quippe Angeli Redemptori occurrere potuerunt: matri verò cælorum palatia penetranti Filius ipſe cum tota curia tam Angelorum, quàm iuſtorum ſolenniter occurrens euexit ad beatæ conſiſtorium ſeſſionis; & ait: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Tota pulchra, quia tota Deificata. Sed & virgo reſpondet ſummæ dignationis claritatem admirans: Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me: gloria vtique glorioſa, quam non nouit, niſi qui dedit, & cui donare dignatus eſt. Sic ille.

S.Epiphan.

*B. Maria terrenos honores non habuit in vita.*

*B. Maria dicitur Sanctificatio.*

S.P.Dam.

# CAPVT VNDECIMVM.

1. ERat autem terra labij vnius, & ſermonum eorundem. B

2. Cúmque proficiſcerētur de Oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo.

3. Dixítque alter ad proximum ſuum: Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habuerúntque lateres pro ſaxis, & bitumen pro cæmento:

4. Et dixerunt: Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælū, & celebremus nomen noſtrū antequam diuidamur in vniuerſas terras.

5. Deſcendit autem Dominus vt videret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij Adam. C

6. Et dixit: Ecce, vnus eſt populus, & vnum labium omnis: cœperuntque hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant.

7. Venite igitur, deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui.

8. Atque ita diuiſit eos Dominus ex illo loco in vniuerſas terras, & ceſſauerunt ædificare ciuitatem.

9. Et idcirco vocatum eſt nomen eius Babel, quia ibi confuſum eſt labium vniuerſæ terræ: & inde diſperſit eos Dominus ſuper faciem cunctarum regionum.

10. Hæ ſunt generationes Sem: Sem D erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio poſt diluuium.

11. Vixítque Sem poſtquam genuit Arphaxad, quingentis annis: & genuit filios & filias.

12. Porrò Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale.

13. Vixítque Arphaxad poſtquam genuit Sale, trecentis tribus annis: & genuit filios & filias.

14. Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber.

15. Vixítque Sale poſtquam genuit Heber, quadringentis tribus annis: & genuit filios & filias.

16. Vixit autem Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg.

17. Et vixit Heber poſtquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis: & genuit filios & filias.

18. Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu.

19. Vixítque Phaleg poſtquam genuit Reu, ducentis nouem annis: & genuit filios & filias.

20. Vixit autem Reu triginta duobus annis, & genuit Sarug.

21. Vixit quoque Reu poſtquam genuit Sarug, ducentis ſeptem annis: & genuit filios & filias.

22. Vixit verò Sarug triginta annis, & genuit Nachor.

23. Vixítq; Sarug poſtquā genuit Nachor, ducētis annis: & genuit filios & filias.

24. Vixit autem Nachor viginti nouem annis, & genuit Thare.

25. Vixítque Nachor poſtquam genuit Thare, centum decem & nouem annis: & genuit filios & filias.

26. Vixítque Thare ſeptuaginta annis, & genuit Abrahā, & Nachor, & Arā.

27. Hæ ſunt autem generationes Thare: Thare genuit Abraham, Nachor, & Aran. Porrò Aran genuit Lot.

28. Morruúſque eſt Aran ante Thare patrem ſuum, in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorum.

29. Duxerunt autem Abraham & Nachor vxores: nomen vxoris Abram, Sarai: & nomen vxoris Nachor, Melchia filia Aran, patris Melchiæ, & patris Ieſchæ.

30. Erat

30. Erat autem Sarai ſterilis, nec habebat liberos.

31. Tulit itaque Thare Abraham filium ſuum, & Lot filium Aran, filium filij ſui, & Sarai nurum ſuam, vxorem Abraham filij ſui, & eduxit eos de Vr Chal- A dæorum, vt irent in terram Chanaan: veneruntque vſque Haran, & habitauerunt ibi.

32. Et facti ſunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus eſt in Haran.

## SECTIO PRIMA.

*Erat autem terra labij vnius, & ſermonum eorundem.*

DIXERAT Moyſes ad extremum capitis præcedentis, à filiis Noë diuiſas fuiſſe gentes in terra poſt diluuium: nunc breuiter quidem, ſed clarè ac diſtinctè, quónam pacto ea fuerit facta diuiſio, commemorat: nimirum poſt ædificatam turrim, in qua primò linguarum extitit varietas, & multitudo, centum videlicet annis poſt diluuium adhuc ſuperſtite Noë, quippe cùm vixerit, quod infrà fiet apertiùs; poſt diluuium trecentos quinquaginta annos. Porrò diuiſio linguarum facta eſt viuente Phaleg. Sic enim ſcribitur cap. 10. *Nati ſunt Heber filij duo, nomen vni Phaleg, eo quod in diebus eius diuiſa ſit terra.* ex quo euincitur, tempore Phaleg, turrim illam ædificatam, & diuiſionem factam linguarum. At quonam tempore ætatis Phaleg ineunte, an extremo, ambigitur? Hebræi doctores, quos vt ſolent, ſequuntur Abulenſ. Lyran. Geneb. *in ſua Chronologia*, tradunt hæc omnia contigiſſe extremo tempore vitæ Phaleg. Is autem natus eſt anno centeſimo primo poſt diluuium, & vixit ducentis nouem annis, vt ex hoc vndecimo cap. colligitur. Quare in hac opinione tunc agebatur annus trecenteſimus quadrageſimus poſt diluuium, decennio autem ante mortem Noë: at ætatis Abraham octauo, & quadrageſimo annò, quippe qui natus eſt poſt diluuium, anno ducenteſimo nonageſimo ſecundo. Sed qui fieri potuit, vt puero Phaleg, nomen à diuiſione, quæ tot poſtmodum annis erat faD cienda, inditum fuerit? Reſpondent Hebræi, quorum ſententiæ accedit D. Hier. *in tradit. Hebr.* Heber magnum Prophetam diuinitus præuidiſſe futuram diuiſionem, & ex ea nomen naſcenti filio impoſuiſſe; eſt enim Phaleg idem quod diuiſio. Adſtipulari videtur D. Chryſ. dum ſcribit *hom.* 30. ad hunc modum. Conſidera quemadmodum rei futuræ præſcientiâ vocabulo nati pueri declarauit, vt cùm videris rem opere adimpletam, non vltrà mireris videns diuinitus id pueri nomine prædictum. Ita Chryſoſt. Nihilominus accommodatiùs docuit Ioſephus, & alij, non ex futuro euentu, ſed ex præterito nomen diuiſionis puero impoſitum פלג *paleg*, a radice פלג *paleg*, diuidere. Etenim quia proximè facta fuerat E illa diuiſio, Heber ſimul atque genuit filium primogenitum ex re illa tam memorabili, filio diuiſionis nomen impoſuit. In hanc ſententiam ſic D. Aug. 6 *de Ciuit. cap.* 11. Intelligendum eſt ipſum Hebr. propterea tale impoſuiſſe nomen filio ſuo, vt vocaretur Phaleg, quod interpretatur diuiſio, quia tunc ei natus eſt, quando per linguas terra diuiſa eſt, vt hoc ſit quod dictum eſt: In diebus eius diuiſa eſt terra. Nam niſi adhuc Heber viueret, quando linguarum facta eſt multitudo, non ex eius nomine nomen acciperet lingua quæ apud illum potuit permanere. Hæc Auguſt. Hoc putat eſſe probabilius noſter Gordon.

Abul.
Lyra.
Genebr.
S. Hieron.
S. Chryſoſt.
Ioſephus.
S. Auguſt.
*Quo anno facta ſunt diuiſio linguarũ.*
Gordon.

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

B *in ſua Chronolog. cap. 2. & cap. 5. period. 2.* in qua opinione ſtatuendum eſt, vt ex annorum ſupputatione conſtat, centum annis poſt diluuium factam eſſe diuiſionem linguarum, & gentium: ac poſt illam vixiſſe adhuc Noë ducentis quinquaginta; Abraham verò nondum natum eo tempore, ſed centum poſt nonaginta duobus annis: conſtat enim natum illum eſſe poſt diluuium ducenteſimo nonageſimo ſecundo anno.

2. *Erat autem terra labij vnius, & ſermonum eorundem.* in Hebr. כל הארץ *col haareç*, vniuerſa terra. Vtique pro hominibus terram inhabitantibus accipitur, nec verò credendum eſt ſpatio illo centum annorum à diluuio vſque ad diui- C ſionem (in ſententia, quam potiùs amplectimur) vniuerſum vbique orbem terrarum, per omnes omnino prouincias ac regiones habitabiles repletum iam eſſe hominibus. Multiplicatum quidem erat ſatis humanum genus, ſed adhuc vna tantùm gens, nec locis ab inuicem valde diſſita, nec variis moribus, ac linguis diſpar, vtpote à parente omnium Noë adhuc regi doceríque ſolita. igitur quotquot in terris tunc agebant mortales, vnius tantùm erant labij. Ponitur labium, vti & lingua pro ſermone, qui & lingua, & labiis fingitur, & formatur; & quidem linguæ pro ſermone valde trita vſurpatio eſt, apud Hebræos, Græcos, & Latinos; labium verò, & labia pro eodem in ſacris literis frequentiſſimè po- D nuntur. Vnde illud Cant. 4. *Fauus diſtillans labia tua*, quaſi diceret: Ex ore tuo melle dulcior fluit oratio. Sed hìc obiter interroges, quæ dulcedo ſit iſta, quis mellis fauus in ſermone ſponſæ, & cur dulcedinem iſtam mellis, nunc laudibus exaggeret ſponſus ille diuinus, qui tantopere in lege veteri exoſum habuit mel, vt illud veluti damnatum à ſuis altaribus, & ſacrificiis ablegarit, id quidem ſignificans, quod D. Hier. *Epiſt.* 19. *ad Euſtoch.* ſic enucleat: Mel in Dei ſacrificiis non offertur; apud Deum enim nihil voluptuoſum, nihil tantum ſuaue placet, niſi quod in ſe habeat mordacis aliquid veritatis. Cæterùm ſi ſponſam, cuius labia fauis comparantur, conſideres eſſe Eccleſiam in lege gratiæ, & amoris; pla- E nè intelliges, in ipſius ore fauos mellis ineſſe. Mel diſtillans (inquit ipſemet Hier. *Epiſt.* 127.) labia tua ſoror mea ſponſa. Quid enim ſuauius diſciplina? Quid eruditione melius. Itaque intelligit Hieronym. doctrinam Eccleſiæ, ſeu, vt Theodor. Græcique interpretantur, doctores, & Magiſtros, Eccleſiæ, qui ad pietatem alios erudiunt, quorum doctrina, monita, conſilia, & de diuinis myſteriis pertractatio, ſuauitatem quandam fauo mellis dulciorem animis audientium inſtillant; vt quiſque audiens exclamet cum Propheta: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo*, Pſal. 118. Quo ſenſu dixit S. Cyril. Hieroſ. *catech.* 3. Ioannem Baptiſtam, melle ve-

Cant. 4.
*Mel à ſacrificiis ablegatũ.*
S. Hieron.
*Prædicatio & oratio fauus mellis.*
Pſalm 118.
S. Cyrill.

ſcentem & dulciora melle, vtilioraque loquentem. Sic ille. Quid ſi etiam orationes, precéſque ad Deum effuſæ, & illa ſuſpiria, dulcéſque gemitus, amoribus illita iacula, quæ ab ore iuſtæ cuiuſque animæ in cælum vſque, atque ad Dei vulnerandum pectus emittuntur, faui, melláque dicantur. Profectò ſacrificium laudis, ſacrificium & vituli labiorum in ſacris literis non aliud videntur ſignificare. Quo de genere victimarum ſupra omnes legis antiquæ hoſtias edifferens

Philo.

Philo Hebr. *lib. de victimas offerentibus*, hoc apponit. Non gaudet Deus centenis boum victimis, cùm ſit cunctarum rerum Dominus, nec vllus indigeat; mauult enim pias mentes & viros ſanctitatis mediatores, à quibus etiam res viliſſimas, vt gratiſſima munera libenter accipit. Imò etiamſi nihil afferant, ipſas complectitur pro victimis opimis adducentes hymnos, in ſeruatorem ſuum ac benefactorem, partim vocales, partim ſolo conceptos animo, & ſic quoque penetrantes ad Deum, quantumuis non ſentiantur humanis auribus. Hæc Philo.

*Iuſti Deo gratæ victimæ.*

3. Sed fortaſſe nihil, vt pulchrius ac dulcius, ita congruentius intelligi poteſt, quàm ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacrificium veri ac realis corporis & ſanguinis Chriſti Domini: quod labiis, lingua, ore, ſermonéque conficiunt ſacerdotes Chriſti in Eccleſia. Fauus diſtillans labia tua ſponſa; mel & lac ſub lingua tua. Quid enim (ait D. Hier. *Epiſt.* 127.) dulcius Domino? Guſtate, & videte quoniam ſuauis eſt Dominus. Vnde & Sanſon fauum inuenit in ore mortui. Hæc mira dulcedo in manna expreſſa fuit, quod S. Hilar. *homil. 5. de Paſcha*, latè oſtendens ita concludit. Quod illic auiditas faciebat, hîc fides faciat. Et ſi in corpore cibus ſapiebat, in pectore Deus credulitate perficiat: ideo quòd ibi delectatio obtinebat in faucibus, hîc benedictio operetur in ſenſibus. Qui tunc latuit præfiguratus in Manna, ſit tibi manifeſtatus in gratia. Sic Hilar. An lac, fauus, mel in labiis, lingua, & ore ſponſæ illa ſunt miri candoris, & pluſquam angelici pudoris, ac diuinæ prorſus dulcedinis verba, quæ ſemper virgo Dei mater cum Angelo Gabriele loquuta legitur, præſertim extrema: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbũ tuum? Enimverò apes ſymbolum etiam apud antiquos virginitatis eſt, vt leges apud Maronem *lib. 4. Georg.* & apud D. Ambroſ. *lib. 5. Exaemer. cap. 12. & lib. 1. de virg.* Vbi præter alia: Apiculæ (inquit) cibus flos eſt, ore ſoboles legitur, ore componitur, ore paſcitur, neſcit concubitus, &c. deinde: Ros quoque virginis eſt ſermo diuinus, partus virginis, fœtus labiorum. Expers amaritudinis, fertilis ſuauitatis, in commune labor, communis eſt fructus. Hæc Ambroſ. Quæ quidem omnia mirabiliter conueniunt in ſemper virginem Dei matrem. Erat autem terra labij vnius, & ſermonum eorundem. Caiet. priore loco intelligit conuenientiam hominum in vnitate labij, hoc eſt, modo pronunciandi: poſteriore autem conuenientiam in vnitate verborum, vt loquitur. Quocirca felici æuo illo, aureáque ætate, dum pater Noe genus illud mortalium paulatim excreſcens in pace Deique obſequio regeret, vnum erat tantummodo idioma, vna pronunciatio, ſonus ac lepos dicendi vnus: nulla in loquendo diſparitas, qualis hodie cernitur. Videmus enim, & plura eſſe idiomata, & diuerſitatem magnam in proferendo, vt quanois Latinè loquantur Itali, Hiſpani, Luſitani, Germani: mira tamen in prolatione videatur diſſimilitudo. Addunt Hebræi, non vnã tantummodo & eádem fuiſſe linguam, ſed etiam vnum eundémque ſtilum, & modum loquendi, ac proferendi: nec enim in eo lingua, vt nunc in qualibet contingit, vnus quàm alter aut politius vel agreſtiùs, aut limatius, vel obtuſius; aut elegantiùs, vel inconcinniùs, aut dulciùs, vel putidius loqui videbatur. Summa omnibus inerat in loquendo conformatio: quæ proculdubio coniuncta erat cum admirabili quadam ſtudiorum, morum, animorúmque conſenſione. O ſi duraſſet! O ſi adhuc tam felix vigeret hominum ſtatus! At periit ille tamen: quæ ſane mortalium eſt peruerſitas, & corruptela; ſed Chriſtiana diſciplina, ipſum iã pridem conſepultũ exſuſcitare nititur.

*Euchariſtiæ dulcedo.*

S. Hieron.

S. Hilar.

*Apes virginitatis ſymbolũ.*

Maron.

S. Ambroſ.

*B. Maria verba mel & fauus.*

Caiet.

*Mira conformatio hominum priore ... poſt diluuium.*

4. Eſt enim Eccleſia Chriſti terra labij vnius, & eorundem ſermonum: vbi omnibus vnum eſt cor, & anima vna; ideoque vt caſtrorum acies ordinata: & portæ inferi non præualebunt aduerſùs eam. Nam quæ eſt (ait D. Aug. *in Pſal.* 47.) virtus ciuitatis huius? caritas eſt virtus, quam nemo vincit. Hanc ſi obſerues cum proximo, Deo creditori tuo, cui millia debes talentorum, vtique ſoluendo eris. Vnde S. Hilarius *in 4. Matth.* Caritas (inquit) errorum noſtrorum ambitioſa patrona eſt. Nouiſſimum pœnæ quadrantem ſoluemus, niſi pretio ipſius aliquantorum criminum culpa redimantur. Sic Hilar. Hanc maximè prælati rectoréſque animarum præſtare debent: vt propriis commodis abdicatis, ſeſe totos in caritatis officia, erga proximos, ac ſubditos impendant. quod ſignificare voluit Dominus in parabola indicata talentorum: alioqui abdicent paſtoralem, qua malè vtuntur, dignitatem. Hac de re ſcribit S. Petr. Damian. *Epiſt.* 9. ad Nicolaum ſecundum Pontificem, vbi hæc adiungit. Porrò, & beatus Hier. dum de ocioſo Eccleſiæ rectore tractaret, adiecit: Illicò indignantis Domini reſponſione ferietur: Serue nequam, quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, vt ego veniens cum vſuris exegiſſem illam? *Luc.* 19. Quod idem Doctor protinus exponens ait: Ideſt, depoſuiſſes ad altare, quod ferre non poteras. Dum enim tu ignauus negotiator donarium tenes, alterius locum, qui pecuniam duplicare poterat, occupaſti. Sic Damian. Igitur huiuſmodi prælatus, non modò punietur, quòd caritatis officia non præſtiterit, ex præſcripto Domini: ſed etiam acriùs caſtigabitur, quòd cùm talis eſſet, nimirum piger, ignauus, inutilis gregi dominico paſcendo, non ſe tali dignitate abdicauerit; ſed locum alteri meliori venturo debitum, interim iniuſtè occupauerit. O quàm multis hodie multum profuiſſet hoc Damiani conſilium! vt ſcilicet eccleſiaſticas dignitatea, & præfecturas animarum, quibus malè dant operam, dimitterent: atque alios in ſui locum ſubrogarent, eo quidem euentu, quem ibidem ſubnotauit Petr. Dam. Enimuerò (inquiens) beatus Valerius Epiſcopus, dum ſibi prouidet ſucceſſorem, magnum Auguſtinum Hipponenſi Eccleſiæ inthronizat Antiſtitem. Sic ille. Valet hoc contra illos qui exiſtimant, ſi abdicent dignitatem Eccleſiaſticam, ſummam in Eccleſia fore iacturam: quam quidem, melioribus vtique ſubrogatis, quotidie videmus non compenſari modò, ſed penitus impediri. Ea vel maximè commendatur, & vſurpatur in terra iſta labij vnius, quæ dicitur caritas erga inimicos. Etenim, *Latum mandatum tuum nimis*, canit Propheta Pſalm. 118. Vbi ſic D. Ambroſ. *ſermone* 12. Quàm latum mandatum caritatis?

*Caritas & vnitas in Eccleſia Chriſti.*

S. Aug.

S. Hilar.

*Commendatur caritas in Prælatis.*

S. P. Dam.

Luc. 19.

*Prælatus ſine caritate, dignitatem renunciet.*

S. P. Dam.

*Caritas erga inimicos.*

Pſalm. 118.

S. Ambroſ.

Diligite inimicos veſtros. Omnes vtique affectu caritatis incluſit, qui non excluſit inimicos. Quis enim videtur exceptus, cùm recipiatur inimicus? S. Hieron. Spatioſum (inquit) tempus venturum Euangelij. Spatioſum; quia & omnes gentes Chriſti doctrina peragrauit, & in caritatis præcepto vltra naturæ humanæ & conſuetudinis terminos ſe extendens, inimicos, & malefactores complectitur. Cæterùm quia inimicus, aut ſaltem, qui te non amat, eo ipſo non te ad amandum incitat; tam induſtria eſt caritas Chriſtiana, vt in eo mille amoris inquirat, atque inueniat incitamenta: quale illud eſt, quod aſſignat D. Ambroſ. *in 6. Luc.* his verbis. In eo, qui non amat, incipias amare virtutem: vt dum virtutem amas, incipias eum amare, quem non amabas. Addo etiam: Si ames inimicum, hoc ipſo tandem illum peruinces. Nulla enim (ait idem Ambroſ. *ſerm. 14. in Pſalm. 118.*) vehementiora, nulla ſunt gratiora quàm vincula caritatis. Totum planè diuinæ legis volumen, ex hoc aureo filo caritatis religatum pendet, hoc animæ innexæ in cælum ſubuehuntur; ſeu potiùs his pennis volitant vſque ad thronum Dei. Quæ omnia D. Aug. attingit ad illa verba Pſalm. 103. *Extendit cælum ſicut pellem.* Quid (inquit) cælum, niſi ſancta Scriptura? Nos ſub cælo, tanquam ſub pelle diuinarum Scripturarum legimus modò cùm tenditur. Hoc cælum Scripturarum ex caritate pendet: in his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ. Quiſquis autem dilexerit Deum, & proximum, animam habet pennatam, liberis alis ſancto amore volantem ad Dominum. Vnde Propheta: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ? & volabo, & requieſcam*, Pſal. 54. Hinc fit, vt nihil frequentiùs in ſacris literis commendetur, quàm caritas Chriſtiana in pauperes, per opera miſericordia ſeſe prodens. Audi S. Cyril. Hier. *cat. 3.* Vis frui gratia Spiritus ſancti, & cibis ſenſilibus pauperes non reficis? Magna quæris, & parua non expendis. Sic ille.

*S. Hieron.* — *S. Ambroſ.* — *Pſal. 103. S. Auguſt.* — *Pẽna caritatis ſubuehitur anima.* — *Pſal. 54.* — *S. Cyril. Hieron.*

5. Denique Chriſti Eccleſia labij, & cordis vnius, non ſolùm tota eſt in amore fundata, ſed quod multo dulcius eſt, nihil illa ſcit, aut cogitat, aut loquitur niſi amorem. Inſignis ille ad præſens inſtitutum locus eſt Cant. 3. Eccleſiæ rogantis: *Num quem diligit anima mea vidiſtis?* Vbi ſeipſum planè vincit S. Bernard. Non verba quidem proferens, ſed fauos expromens. O amor (inquit) præceps, vehemens, flagrans, impetuoſe, qui præter te aliud cogitare non ſinis, faſtidis cætera, contemnis omnia præter te, te contentus. Confundis ordines, diſſimulas vſum, modum ignoras, totum quod opportunitatis, quod rationis, quod pudoris, quod conſilij, iudiciive videtur, triumphas in temetipſo, & redigis in captiuitatem. En omne quod cogitat iſta, & quod loquitur, te ſonat, te redolet, & aliud nihil. Ita tibi ipſius & cor vindicaſti, & linguam. ait: Quem diligit anima mea vidiſtis? quaſi verò hi ſciant, quid cogitet ipſa. Quem diligit anima tua de ipſo ſciſcitaris? Et non habet nomen? Quænam verò tu, & ille quis? Amor vbique loquitur, & ſi quis horum, quæ leguntur, cupit adipiſci notitiam, amet. Alioqui fruſtrà ad audiendum, legendúmve, amoris carmen qui non amat, accedit: quoniam omnino non poteſt capere ignitum eloquium frigidum pectus. Quomodo enim Græcè loquentem non intelligit, qui Græcum non nouit: ſic lingua amoris ei, qui non amat, barbara erit. Hæc Bern. Verùm totus hic

*Cant. 3.* — *S. Bern. Amoris dominium.*

A de amore ſermo ſponſæ ad virginem potiùs Dei matrem ſpectat. Illa eſt, quæ votis, deſideriis, ſuſpiriis, ac gemitibus Incarnationem Verbi diuini expetebat; Prophetas quidem dum eorum lectitabat, & meditabatur vaticinia, interrogabat: quónam tandem tempore venturus eſſet? Pertranſit illa ſubinde Angelos, cùm Deus ipſe deſcendens, non Angelos apprehendit, ſed illis pertranſitis ad virginem ipſam venit, atque in ipſa conquieuit. Angelos pertranſiit virgo ſingularitate honoris & gloriæ, ſuper omnes choros Angelorum eleuata vtique illa regina, illi ſerui. Vtramque (ait S. P. Dam. *Pſalm. de aſſumpt. virg.*) naturam virgo ſingularis exuperat, & immenſitate gratiæ, & fulgore virtutum. Tenui (inquit)
B quem diligit anima mea, nec dimittam. Tenuit quidem mater tantillum in gremio, & vberibus lactentem aluit, tenuit tenétque Filium brachiis caritatis, fortiter ac dulciter adſtringens: & denique in æternis deliciis Filio mater inſeparabiliter adhæret. Etenim (vt P. Dam. adiungit) ſuper Filium innititur mater illa felicior, & in aureo reclinatorio diuinæ maieſtatis incumbens, intra Filij ſui brachia requieſcit. O quanta dignitas, quàm ſpecialis potentia! Sic ille. *Nec dimittam eum.* Tenet quippe illum prece ac miſeratione iugiter interpellans pro nobis mater miſericordiæ, aduocata peccatorum. Nec dimittit eum: ſed continua precum inſtantia iuſtum illius furorem contra nos retinet, ac remoratur. O pia Domina
C tene Filium, inſta opportunè importunè: nam quia mater es, ſemper opportunè: Filium tuum deprecare pro nobis, vt per te ab ipſo veniam, & gratiam, & beatitudinem conſequamur. Porrò autem hic amor, quem ita prædicamus, erga proximum purus, ſanctus, & Chriſtianus intelligitur: nec enim amor impurus, & carnalis in pectore Chriſtiano locum habere debet, nec in ore nomen. Quicunque enim (ait D. Auguſt. *in Pſal. 103.*) implicatur amore carnali, viſcum habet in pennis. Vlcus dicitur hic amor à D. Ambroſ. Fœtor à Bernard. Venenum à Baſil. Cloaca verò ab Auguſt.

*B. Maria expetebat Incarnationem Verbi.* — *B. Maria exaltata à Deo.* — *S. P. Dam.* — *S. P. Dam.* — *B. Maria interpellatio.* — *S. Auguſt. Amor impurus Chriſtiano indignus. S. Ambroſ. S. Bern. S. Baſil. S. Auguſt.*

D

## SECTIO II.

*Cúmque proficiſcerentur de Oriente, venerunt in campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo.*

1. PRimò ſtatuendum eſt orientalem (vt hîc vocatur) regionem dici Armeniam; in qua & arca poſt diluuium conſedit, & Noë cum filiis vitam deinceps egit, vt communiter aſſeritur, toto priore illo ſeculo. Putant enim doctiores ab exitu diluuij vſque ad turris ædificationem centum fluxiſſe annos: quo tempore mortales
E illi cum patre omnium Noë, tranquillum ac perbeatum in Armenia æuum tranſegerunt. Inde igitur profecti ſunt in Babylonicam regionem, quæ Armeniæ opponitur, vti Occidens Orienti. Cauſæ autem, ob quas Armenia relicta ſolum aliud, cælúmque aliud petierunt, eæ poſſent offerri; quòd pertæſi loca Armeniæ montibus ardua, rupibus aſpera, ieiuno ſolo infœcunda; nouas ſedes, commodiores, fertiliores, amœnioréſque inquirerent: quòd iam ſeculo illo aucti, & multiplicati anguſtiis Armeniæ ſedibus teneri

non poſſent, ideoque laxiore indigerent habitatione, quòd ex infinita cupiditate rerum nouarum ad maiorem potentiam, ampliorem que opulentiam anhelarent; nullus enim nec concupiſcendi, nec habendi, & quærendi finis eſt. Hanc extremam rationem egregiè proſequitur D. Chryſ. *homil.* 30. ad hunc modum: Vide quomodo, humanum genus non poteſt ſubſiſtere intra ſuos limites, ſed amplius concupiſcens maiora ſupra ſe appetit; atque hoc eſt, quod humanum genus potiſſimùm perdit, quia non vult naturæ ſuæ menſuram agnoſcere, ſed ſemper maiora deſiderat, & quæ ſupra ſuam dignitatem ſunt, votis concipit. Ita Chryſoſt. Subtiliter quidem, ſed acriter tamen vellicat Iſai. inſatiabilem hominum cupiditatem, quia incitari, & occæcari ſeſe committunt mari, & inſanas Luſitani potiſſimùm aggreſſi nauigationes Oceanum penè totum circuiuntur, immania pelagi monſtra illudunt, tempeſtatéſque ſæuiſſimas, ac frequentiſſimas intrepidis excipiunt animis; nec illis nauigandi, ac penè quotidiè moriendi finis eſt, niſi vbi ſub Antipodis terminum aquis natura impoſuit. Igitur Iſai. exclamat cap. 23. *Erubeſce Sidon, ait mare.* Quem locum D. Ambroſ. *lib. de Helia, & ieiunio, cap.* 19. ſic expendit. Erubeſce Sidon, hoc eſt, meos fluctus negotiator arguis, cùm ſis ipſe fluctibus inquietior: erubeſce, vel pudore, quoniam periculo non moueris. Verecundiores venti ſunt, quàm veſtræ cupiditates: illi habent otia ſua, nunquam veſtra quærendi ſtudia feriantur. Sic Ambroſ. Atque vtinam vllis ſe teneret repagulis conſtrictam, hominum cupiditas; nec ſibi ditiores ac potentiores arrogarent, quod pauperioribus abunde ſufficeret. Eſt enim inſaturabilis cupiditas ditiorum cauſa inopiæ, famíſque miſerorum. Reſpicite (ait Dominus *Luc.* 12.) volatilia cæli. Vbi D. Ambroſ. Verum eſt cauſam inopiæ noſtræ auaritiam videri. Etenim volatilibus idcirco inelaborati pabuli vſus exuberat, quòd fructus ſibi communes ad eſcam datos, ſpeciali quodam neſciunt vindicare dominatu: nos communia amittimus, cùm propria vindicamus: aues cæli ſpeciale ſibi nihil vindicant; & ideo pabulis indigere neſciunt; quia non nouerunt aliis inuidere. Sic Ambroſ.

*Hominū cupiditas inſatiabilis.*
S. Chryſoſt.
*Luſitanorum nauigatio ſtupenda.*
Iſai. 23.
*Nauigantiū cupiditas.*
S. Ambroſ.
Luc. 12.
*Ex cupiditate ditiorum naſcitur inopia pauperum*
S. Ambroſ.

2. Putarim, & fortè veroſimiliùs, homines illos aut diuino inſtinctu ad id commotos; aut, quod facilius dictu eſt, magni omnium parentis Noë monitis ex illo angulo Armeniæ prodiiſſe ad habitandum orbem terrarum, vt paulatim repleretur hominibus, ac benedictio diuina de multiplicatione generis humani ſuum ſortiretur effectum. Ad hunc modum diuino accenſi ſpiritu exiluerunt Apoſtoli à monte Sion in mundum vniuerſum, vt prædicarent Chriſti Domini Euangelium omni creaturæ. De illis Oſeas cap. 1. vaticinatur: *Aſcendent de terrá.* legi poteſt ex Hebræo, effundent ſe ſuper terram. Scilicet ad morem fluuiorum, qui de fontibus emergentes paulatim augeſcunt, donec pleno iam alueo, latè fuſéque campos poſſideant, terram aquis & pinguitudine oblimantes: ita planè Apoſtoli è monte Sion, vbi repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, exeuntes orbem vniuerſum cæleſtis doctrinæ aquis irrigarunt, & virtutum omnium fœcunditate fertilem diuitémque reddiderunt. Ab Hieruſalem digreſſi Apoſtoli per omnia terrarum ſola diſcurrerunt, non turrim Babylonicam cælo minitam, ſed nouam Chriſti Eccleſiam, alterum in terris cælum extruentes, iuxta Iſai. cap. 44. *Hieruſalem ædificaberis, & templo fundaberis.* & 58. *Ædificabuntur in te deſerta ſeculorum.* quaſi omnia, quæ ante prędicationem in Eccleſia Dei extiterunt; ſiue myſteria, ſiue legem, ſiue cæremonias, ſacrificia, templum, & arcam, ſiue doctores, ac doctrinam ipſam, ſiue iuſtos omnes reſpicias; nihil aliud eſſe viderentur ad Eccleſiam Chriſtianam ab Apoſtolis extructam, quàm deſerta, quàm ſolitudines.

Oſe. 1.
*Prædicatio Apoſtolorū in vniuerſam terrā.*
Iſai. 44.
Iſai. 58.

2. *Cùmque proficiſcerentur.*] Ioſeph *lib.* 1. *antiquitat.* de hac primorum morum hominum profectione ita ſcribit. Tres Noë filij Sem, Cham, & Iapheth, centum annos ante diluuium nati, primi omnium relictis montibus planiciem habitare cœperunt; & aliis recenti etiam tum cladis memoria pauidis, nec audentibus à celſiore loco deſcendere, idem faciendi autores & exemplum fuere: campum autem primum colere ſunt aggreſſi: nomen eſt Senaar. Sic Ioſephus. Auenezra, quem citat Abulenſis, tradit Noë ſimul cum filiis, ac nepotibus ex Armeniæ montibus deſcendiſſe ad quærendas nouas commodioreſque ſedes. Quòd etſi verum ſit, non proinde tamen dicendum eſt Noë principem atque autorem extitiſſe turris illius, temeritate, impietatéque humana prorſus infamis ædificandæ. Dices, etſi de pietate ac prudentia Noë tam impium ac temerarium conſilium ſuſpicandum non ſit: eam tamen fuiſſe iam tunc illorum hominum audaciam, atque dementiam; vt in pœnam eorundem tam ſtultè cæcutire Noë Deus permiſerit; nec enim aut nouum, aut inuſitatum eſt propter peccata ſubditorum, Dei conſilio, ac luce deſtitutos oberrare vel in meridie ipſos eorum ductores. Quo de argumento ſæpiùs diſſerens D. Greg. multa, & præclara concludit. quale illud eſt 25. *moral.* 14. Pro qualitatibus ſubditorum diſponuntur acta regentium, vt ſæpè pro malo gregis, etiam verè boni delinquat vita Paſtoris. Adducit deinde ſanctiſſimus Doctor locum illum 2. *Reg.* 24. vbi ſic legimus: *Et addidit furor Domini iraſci contra Iſraël, commouitque Dauid in eis dicentem: Vade, numera Iſraël, & Iudam.* Relata igitur Regi à Ioab deſcriptione totius gentis Hebrææ, mox ſequuta eſt peſtilentiæ diuinitus pœna inflicta, quæ ab ortu ad occaſum vſque vnius diei tantummodo graſſari permiſſa ſeptuaginta millia virorum abſumpſit. Vbi ſic Greg. Dauid tumore repentinæ elationis inflatus populum numerando peccauit: & tamen vindictam populus, Dauid peccante, ſuſcepit. Cur hoc? Quia videlicet ſecundùm meritum plebium diſponuntur corda rectorum: iuſtus verò iudex peccantis vitium, ex ipſorum animaduerſione corripuit. Ex quorum cauſa peccauit. Ita Pontifex.

Ioſeph.
*Prima regio poſt diluuium habitata.*
Auenezra.
S. Greg.
*Errat Prælatus, aut Princeps propter delicta ſubditorum.*
2. Reg. 24.
S. Gregor.

4. Cæterùm, tam admirabilis erat Noë virtus, tam gratus ille ac familiaris Deo, vt nulla ratione crediderim, etiam propter ſcelera nepotum, ac ſubditorum, quæcunque illa fuiſſent, occæcatum adeò, amentémque illum extitiſſe, vt autor rei tam improbæ, atque inſanæ fuerit. An non dictum eſt à Domino; *Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & Phariſæi, quæcunque dixerint vobis facite, ſecundùm verò opera eorum, nolite facere?* Matth. 23. Atque vt eleganter aduertit D. Petr. Damian. *lib. grat. cap.* 10. In manu cæci lumen eſt poſitum, non quòd ille conſpiciat, ſed quòd aliis ſubminiſtret. Quid ergo dicemus de Noë iuſtiſſimo? Linceis planè oculis, & videbat, & lumen manu aliis præferebat: nec

Matth. 23.
S. P. Dam.
*Prælati mali doctrina bona.*

(vltę

(vlterius addam) putandum eſt illo priori ſeculo, cùm adhuc præſentia, diſciplinaque Noë vigeret, mortales illos tanta fuiſſe ſcelerum eluuie coopertos. Sano quidem, & ſincero animo profectionem illam ſuſceperunt; an ſimul grandæuum, & ſanctiſſimum omnium parentem Noë ſecum deduxerint, ambiguum eſt. Porrò quicquid Ioſephus, & Hebræi tradèrint, probabilius mihi eſt, nepotibus inde abeuntibus, Noë cum duobus ſaltem probatæ & inculpatæ vitæ filiis Sem, & Iapheth (& fortè idem de Cham iudicandum) in illo velut patrio ſolo reſediſſe prope arcam illam, quam infinito labore centum per annos conſtruxerat, & in qua ſeipſum ac ſeminarium humani generis ſaluum conſeruauit mediis cataclyſmi aquis omnia deuorantibus. Piaculum graue ſe admiſſurum putaret, ſi ab ea ſalutis humanæ arca longiùs diſcedens reliquum vitæ duceret. Sunt enim iuſti viri amantes quietis, nec facilè huc & illuc excurrunt, niſi vbi grauis neceſſitas vrget. Sic S. Petr. Damian. queritur ad Clement. 2. *Epiſtol. 3. tom.* 1. quòd extra ſuum cœnobium ad negotia Imperatoris Henrici II. egredi, & diſcurrere cogeretur. Dies meos (inquit) huc illúcque diſcurrendo perdere timeo. Hoc ipſum, & vita, & diſciplina religioſorum expoſcit. Iccirco enim comparantur dentibus ſponſæ, *Cant.* 4. Quod eleganter ita exponit D. Bernard. *ſerm. 6. de paruis.* Clauſi ſunt dentes labiis ne moueantur. Sic & nos materialibus vallis circuncingimur, ne ſecularium oculis & acceſſui pateamus. Indecens eſt, ſi appareant, niſi interdum fortè ad riſum; quia nihil turpius, quàm monachus per vrbes, & caſtella diſcurrens, niſi cùm illa cogit, quæ operit multitudinem peccatorum. Caritas enim riſus eſt, quia hilaris eſt, læta quidem, non tamen diſſoluta. Hæc Bernard. Aduerte hic etiam ſenem iuſtum ſuo in loco immotum conſtitiſſe interim nepotibus leuitate, & inconſtantia exilientibus. Ita planè (vt optimè monet D. Bernard. *ſerm. 63. de paruis*) & ſi ſubditi quandoque turbentur: prælatorum eſt in mente compoſita perdurare. Sic ille. Sanctus ergo ſenex meritò illud, quod poſtea iterare ſolitus erat Iob, dicere poterat: *In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies; radix mea aperta eſt, ſecus aquas, & ros morabitur in meſſione mea: gloria mea ſemper innouabitur, & arcus meus in manu mea inſtaurabitur*, Iob cap. 29. Cuius loci paraphraſis hæc eſt. Domi meæ, non à patrio ſolo exactus, meos inter libros æuum tranſigam, ibi conſeneſcam; ibi mortem obibo; at mea ſenectus placida, & tranquilla, non moleſtiis noctium, & rerum infelicium caſibus opprimetur: ſed longos dies, ac lætos ſoles ducet, tam firma, vegetáque ad extremum, vti palma in cælum aſſurgens: tam dulcibus perfruetur virtutum bonarum fructibus, ſicut palma prædulces expandit dactylos. Legunt plerique pro palma Phœnicem, quæ quidem auis, vt ſcribunt, poſt longa vitæ ſecula, carructo à ſe de lignis odoriferis ac pretioſis nido, ad orientem ſolem alas concutiens ignem elicit, quo paulatim abſumpta redigitur in cineres, de quibus altera mox auis reuiuiſcit. Hanc ſibi tam felicem exoptabat domi ſuæ mortem ſanctus Iob, vt oculis in cælum intentis, animo præ deſiderio Dei vitæque cæleſtis æſtuante placidiſſimè ac ſuauiſſimè moreretur. S. Greg. 19. *Moral. cap.* 24. deſcribi citato loco Iobi putat

*Iuſti amantes quietis.*

S. P. Dam.

*Cant.* 4.
S. Bernard.
*Dedecet religioſum excurrere à clauſtro.*

*Prælatus conſtans inter leues ſubditos.*

Iob. 29.

*Iuſti ſenectus quieta & ſancta.*

S. Greg.

A pacatiſſimam fidei quietem (vt vocat) quam ſibi Eccleſia conſtruxit poſt aduerſa perſecutionum tempora, quibus diu multúmque afflictata fuerat. Igitur, Eccleſia (inquit) pacis tempore in nidulo ſuo, creſcentes filios; quaſi plumeſcentes pullos, quouſque ad ſuperiora euolent, caritatis gremio calefactos fouet, ſicut palma, quæ tardè creſcit, ſed diu in viriditate ſubſiſtit; Eccleſia cum multis difficultatibus ad fidei ſtatum venit, & pro collectione plurimorum, in eiuſdem fidei gloria diutiùs ſtare concupiſcit, &c.

*Eccleſia in pace, fœcunda fructibus.*

5. Hanc profectò, & ſenectutis, & mortis demum votis omnibus à ſanctiſſimo Iobo peroptatam felicitatem Deus omnipotens iuſtiſſimo Noë conceſſit: longos, atque hilares vixit B dies, ſuo illo in nidulo, fortè paſtoritio, humilique tugurio prope arcam extructo; ibi vitam agebat, religione pietatéque pleniſſimam ante oculos habens arcam, diuinæ miſericordiæ admirabile prodigium; vnde ex noua ſemper beneficiorum Dei memoria in ipſius amorem quotidie vehementiùs exardeſcebat. Valde quidem conducit ad recordationem beneficiorum Dei perpetuò excitandam contueri ſæpiùs loca, in quibus inſigne aliquod à Deo beneficium præſtitum eſt. Hoc pacto Naaman Syrus poſtquam Iſraëlis beneficio ac meritis Eliſæi Prophetæ lepram, qua totus horruerat, in Iordanis alneo abſterſit, in patriam regreſſurus Prophetam alloquitur: *Obſecro, concede mihi ſeruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum de terra; non enim* C *faciet vltrà ſeruus tuus holocauſtum, aut victimam diis alienis, niſi Domino.* 4. Reg. 5. Quibus verbis tria expendi oportet: duo attingit Caiet. in hunc modum. Poterat Naaman abſque Eliſæi dono onerare mulos propria terra, ad vehendam illam; ſed voluit Prophetæ dono affici terram vehendam, vt prophetica benedictione benedicta eſſet terra illa vehenda. Et dicendo, *concede*, in Hebr. יתן dabitur, innuit, quod de terra domus, in qua erat Eliſæus, petebat onus duorum mulorum: non enim niſi datam poterat illam accipere. Itaque benedictionem propheticam cupiebat vtrinque. Ex dono videlicet, D & ex terra data, vtpote re ipſius Prophetæ. Ità Caietan. Tertium non obſcurè colligit idem Caiet. & Lyra, nimirum: Iccirco Naaman terram illam, vt vocat Theodoret. ſanctificatam, cultu veri Dei, benedictione, ac præſentia ſanctiſſimi Prophetæ, tam cupidè petiiſſe; vt ex ea domi ſuæ conſtrueret altare, in quo Deo Iſraëlis vota, victimáſque offerret; habénſque perpetuò ante oculos terram illam, in qua tam illuſtre à Deo beneficium acceperat, iugi recordatione tanti miraculi, ad referendam Deo gratiam incitaretur. Incredibilis pietas S. Paulæ erga Domini præſepe fuit, de qua ſic D. Hieronym. *Epiſtol.* 27. Betlehem ingreſſa, & E in ſpecum Saluatoris introiens, poſtquam vidit ſacrum virginis diuerſorium & ſtabulum, mixtis gaudio lacrymis loquebatur: Salue Betlehem domus panis, in qua natus eſt ille panis, qui de cælo deſcendit. Et ego miſera atque peccatrix, digna ſum iudicata, deoſculari præſepe, in quo Dominus paruulus vagiit? Orare in ſpelunca, in qua virgo puerpera Dominum fudit infantem? Hæc requies mea; quia Domini mei patria eſt. Hic habitabo, quoniam Saluator elegit eam. Paraui lucernam Chriſto meo; anima mea illi viuet, & ſemen

*Vita Noë poſt diluuium.*

4. Reg. 5.
Caiet.

*Inſtiti dona valde pretioſa.*

Lyra.
*Iugis recordatio beneficiorum Dei.*
Theod.

S. Hieron.
*S. Paula ad præſepe Domini.*

meum

meum ſeruiet ipſi. Hæc Hieron. Sed quid de Paula licèt ſanctiſſima amplius loquar? Benedicta illa inter mulieres ſemper virgo mater Dei, vt ex reuelationibus diuinitus ad viros & fœminas ſanctitate præcellentes in Eccleſia factis ſæpiùs legimus, poſt aſcenſionem Filij ſui aliquot in terris annos vitam agens luſtrare ſolita erat ſanctiora loca, in quibus Filij ſui aut concionantis ad plebes, aut miracula edentis, aut patientis, aut morientis, aut reſurgentis, aut aſcendentis in cælum impreſſa recens viſebantur veſtigia. Denique monita de ſuo obitu Betlehem petiit, quàm ſæpiùs in vita conſuetat inuiſere ingreſſa ſtabulum, in quo Deum virgo peperit, ipſum ſibi amicum præſepe millies deoſculata, lacrymiſque piiſſimis ab illo ſui amotis ſacrario, quod iam ampliùs in vita viſura non eſſet, recedens, æternum ſtabulo, paleis, præſepi valedixit; nec in cælum voluit aſcendere inſalutatis locis omnibus, quæ ſui Filij admirandis virtutibus, rebúſque geſtis auguſtioribus nobilitata fuerant. Denique (vt piè contemplatur Guarricus *ſerm. 4. de aſſumpt.*) propterea quòd laborauit anima eius, videbit, & ſaturabitur. Date ei (inquit Spiritus ſanctus) de fructu ventris ſui, & ſaturetur illo, quem genuit. O mater miſericordiæ, ſaturare gloria Filij tui, & dimitte reliquias tuas paruulis tuis.

*B. Maria vita ante aſſumptionem.* — Guarric.

6. Haud omittam, quæ D. Gregor. *in Pſalm.* 50. ad illa verba, *vt ædificentur muri Hieruſalem*, egregiè diſſerit pro myſtico ſenſu huius loci. Vnuſquiſque (inquit) aut Hieruſalem, aut Babylonis ciuis eſt. Sicut enim per amorem Dei ſanctus quiſque Hieruſalem eius efficitur; ita per amorem ſeculi omnis iniquus in Babyloniæ ſtructura operatur. Notandum verò eſt, quia illi, de quibus agitur, de Oriente veniſſe, & in campo Senaar habitaſſe perbibentur. Cùm enim Chriſtus verè ſit oriens, iuxta Prophetam Zachar. 6. *Ecce vir, oriens nomen eius*; de oriente veniunt, qui à Chriſti conſortio malè viuendo recedunt. Senaar autem interpretatur excuſſio dentium, ſeu fœtor dentium. In campo ergo Sennaar habitant, qui poſiti non in celſitudine virtutum, ſed in planitie vitiorum & detractionum morſibus proximos lacerant, & in otioſæ vitæ volutabro iacentes, infamiæ ſuæ circunquaque fœtorem exhalant. Quorum dentes tunc omnipotens excutit, cùm illorum facta ſimul, & verba confundit, vt Pſalm. 57. *Dentes peccatorum contriuiſti, & Dominus conteret dentes eorum, molas leonum confringet Dominus.* Nam de fœtore Ioël. 1. *Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo.* Computreſcere eſt, carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire. Et Iſai. 3. *Et erit pro ſuaui odore fœtor. Pro zona funiculus*; quia nimirum hi praui operis fœtorem emittunt, qui abiecto cingulo caſtitatis funiculum intexunt laſciuiæ. Hactenus Pontifex. Verumtamen ad fœtorem detrahentium, illud afferri poteſt ex Pſalm. 5. & 13. *Sepulchrum patens eſt guttur eorum.* legunt alij: Intimum eorum, corruptiones. Vbi Theodor. Clauſa ſepulchra ſuum teterrimum odorem occultum habent, reſerata verò illum forâs emittunt; talia & hi, qui eructant verba omnia impietatem redolentia; per hæc verba innuit blaſphemias contra Deum, & ſermones libidinis, & flagitiorum plenos. Addunt alij detractorum calumnias, de quibus etiam intelligitur illud Eccleſ. 11. *Eructant præcordia fatentium*; & illud Ierem. 5. *Pharetra eius quaſi ſepulchrum patens; vas apertum immundum.* quam diſſimiles illi dentes ſponſæ, ſicut greges tonſarum, *Cant.* 4. Idque fit propter bona conſcientia factam confeſſionem: ait S. Cyril. Hieroſ. *catech.* 5. dentes ſiquidem & os viri iuſti non aliena detrahendo, ſed ſua confitendo vitia loquuntur. At ſcias radicem maledicentiæ iſtorum, non aliam eſſe, quàm ſuam ipſorum vitam impuram, quæ alienis vitiis velut obumbrari nititur. Hinc D. Greg. Nazianz. *de laud. Baſil.* Mihi (inquit) cum improbis eſt oratio, qui ex eo, quòd alios calumnius inceſſunt, vitijs ſuis opem ferre moliuntur. Malum illud quidem grauiſſimum, ſed in quo patienter tolerando, nura ſolet eminere virtus iuſtorum. Cuius patientiæ documentum egregium in ſe prætulit ſponſa illa *Cant.* 1. Sed præſtat audire D. Bern. *ſerm.* 25. Ecce (inquit) quod dixeram in ſermone, quia æmulis laceſſentibus ſponſa reſpōdere cogatur: ait nempe; *Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Hieruſalem.* Patet, quod detraherent ei, nigredinem improperantes: ſed aduerte ſponſæ patientiam, ac benignitatem; non modò enim non reddidit maledictum pro maledicto, ſed inſuper benedicit, filias Hieruſalem vocans, quæ magis pro ſua nequitia filiæ Babylonis, vel filiæ Baal, aut ſi quod aliud nomen improperij occurriſſet, appellari meruerant. Filias Hieruſalem dicit eas ipſas, quas maleuolas ſuſtinet, atque maledicas, videlicet, vt in blando ſermone deliniat murmurantes, commotionem ſedet, ſanet liuorem. Hæc Bern. At validius adhuc longe illud eſt exemplum Chriſti Domini pendentis in cruce, de quo ſic D. Auguſt. ad illa verba Pſalm. 108. *Pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam.* Chriſtus Dominus pendens in ligno, vt commendaret patientiam, non oſtendebat potentiam, inter verba detrahentium, quos poſſet diuina poteſtate delere. Sed nobis vtilius erat, quod patientiæ præbebat exemplum, quàm ſi ſuos inimicos ſine dilatione perdendo ad hoc nos ædificaret, vt impatienter feſtinaremus de his, quos malos patimur, vindicari. Hæc Aug. Cæterùm etſi omnibus hæc patientia neceſſaria omnino eſt, maximè tamen prælatis animarum propria eſſe debet; vti aduertit D. Bern. *loco citato.* Omnibus (ait) optanda eſt iſta perfectio, propriè autem optimorum forma eſt prælatorum. Sciunt quippe boni fideléſque præpoſiti languentium, ſibi creditam animarum curam, non pompam. Cúmque internum murmur cuiuſpiam illarum querulæ vocis indicio deprehendunt; etſi in ipſos vſque ad conuitia & contumelias prorumpentis, medicos ſe, & non dominos agnoſcentes, parant confeſtim aduersùs phreneſim animæ non vindictam, ſed medicinam. Sic Bernard.

*S. Gregor. — Infideles qui à Chriſto recedit. — Zachar. 6. — Luxuria fœtor ſo termitur. — Pſalm. 57. — Ioël. 1. — Iſai. 3. — Verba detractionum, & libidinum. — Pſalm. 5. — Pſalm. 13. — Theod. — Eccleſ. 11. — Ierem. 5. — Cant. 4. — S. Cyrill. Hier. — Improbus aliena vitia venatur, vt ſua ſoletur. — S. Gregor. Nazianz. — Cant. 1. — S. Bern. — Patientia in detrahentibus. — Mitis reſponſio ad iniurias verborum. — S. August. Pſal. 108. — Chriſti patientia in cruce. — S. Bern. — Prælati patientia in verborum iniurias.*

## SECTIO III.

*Dixítque alter ad proximum ſuum: Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni: habuerúntque lateres pro ſaxis, & bitumen pro cæmento.*

1. DVplex hoc loco cernitur Hebraiſmus; vtriuſque vim expreſſit Interpres, prout fert Latinus ſermo. Primus eſt ויאמרו איש אל רעהו *vaiomeru ix el-reghehu.* & dixerunt vir ad

io

ſocium ſuum, ſeu vir ad virum, ſeu altes ad alterum. Frequens hæc eſt locutio in ſacris liseris. Secundus Hebr. הבה *hauah*. Noſter vertit: Venite; alij: Eia, agite, aduerbium exeitandi, & exhortandi. Placet viris doctis, vt verbum ſit impeſandi, à radice יהב *iahab*, afferre, dare. Veri úntque, affer, aut da; quale illud eſt Prouer. 30. *Sanguiſugæ duæ ſunt, dicentes: Affer, affer.* Hebr. הב הב *hau, hau*: da, da. Fortè phraſis eſt Hebrææ linguæ, ſicuti eſt Luſitanis valde familiare, cùm quid aggredi volunt, aus ſe cohortantur, dicere: *Dá cá, dá cá façamos.* Interpres videtur ſequutus verſionem Septoaginta, quæ ſic habet: ϗ εἶπεν ἄνθρωπος τῷ πλησίον αὐτοῦ, δεῦτε, & dixit homo proximo ſuo: Venite. Ex his omnibus

Prou 30.

B aperte colliges illos mortales omoes, qui iam in valle, aut campi planicie Sennaar agebant, communi conſilio opus illud de turri ædificanda fuiſſe aggreſſos; non quidem tam facilè, tam alacriter in ſuas turmas coëunt ſturni, aut cornices, vti ſolent ſeſe inuicem aggregare oefarij homines ad malum quodlibet patrandum. Et quidem multitudn ipſa peccantium mirum io modum ad facinus excitat; cùm nullus, vbi pasiter multi aecurrunt, alterius vereatur oculos, aut offenſam incurrat. Vnde ſapienter à Seneca dictum eſt *lib. 2. de benef. cap. 16.* Pudorem rei tollit multitudo peccantium, & deſinit eſſe probri ſpen commune delictum. Portò autem ſemel

*Multitudo & ſocietas peccantium.*

Senec.

C conuulſo pudore quid obſtare poteſt, quominus vitia liberè ſeſe effundant? Pudoris enim (autore D. Gregor. Nazianz. *ad Olymp.*) iactura flagitiorum omnium eſt parens. Fortaſſe iccirco Antichriſtus *Apocalypſ.* 13. ſuos adiget ſectatores, vt characterem beſtiæ omnes in fronte gerant; quo deterſa omni verecundia, dum ſe ſe inuicem impudentes, audaces, fidei deſertores abominationem deſolationis in loco ſancto venerantes conſpiciunt; alacri, & vnanimi ſtudio in omne facinus ruant præcipites. Nota obiter characterem beſtiæ in fronte: ſignum videlicet beſtiæ. pecus enim eſt, non homo, qui deterſo pudore in vitia prolabitur. Eo ſubinde

S. Nazianz.

Apoc. 13.

*Pudoris iactura parens flagitiorum.*

D glorioſior viri virtus exiſtet, qui aliis in ſcelera corruentibus, ipſe tamen ſe contineat; ipſúmque pudeat malè agendi, vbi non modò nullus ſeſe exerit pudor in multitudine delinquentium; ſed & vitio ducitur non in vitium labi, & palmam fert, cuius vita grauioribus nobilitatur flagitiis. In procliui (inquit Naxian.) vitium eſt, etiam nullo trabente. Quid ergo ſi multi, ſi omnes exemplo conſilióque trahant? Profectò rarum erit non trahi, & ſummæ laudis tnr trahentibus, imò & impellentibus, in tecto tamen ſtatu virtutis conſiſtere. Nam eo minus malum videri, & haberi incipit, quo plurium vſu iam vulgarius, & quaſi familiarius

*Mira virtus inter impuitas pudore afficí.*

S. Gregor. Nazianz.

*Exemplis plurium ad peccandum.*

E redditur. Hinc illa comploratio D. Aug. 2. *Confeſ.* 9. O nimis inimica amicitia ſeductio mentis ex ludo, ioco nocendi auiditas, cùm dicitur: Eamus, faciamus: & pudet non eſſe impudentem. Et quidem hoc ipſum in ſeipſo expertus doluerat *cap. 3. euſdem lib.* hiſce verbis. Neſciebam, & præceps ibam, tanta cæcitate, vt inter coætaneos meos puderet me minoris dedecoris, quàm audiebam eos iactantes flagitia ſua, & tanto gloriantes magis, quanto magis turpes eſſent, & libebat facere non ſolùm libidine facti, verumetiam laudis. Quid dignum eſt vituperatione niſi vitium? Ego, ne vituperarer, vitioſior fiebam, & vbi non ſuberat, qoo admiſſo æqua-

S. Auguſt.

*Luxurioſi flagitia ſua iactantes.*

A rer perditis, fingebam me feciſſe, quæ non feceram, ne viderer abiectior, quo etiam innocentior & ne vilior haberer, quo eram caſtior. Sic Auguſt. Efficacius in vtranuis partem eſſe ſolet exemplum vitæ quàm linguæ ſermo; quod & ſcitum ſatis eſt, & egregie ſignificatur duplici illo vtriuſque rei ſymbolo in diuinis literis vſitatiſſimo. Vbi legimus Deum ſanctóſque viros; & conſimiliter ex aduerſo dæmones, flagitioſóſque illorum adminiſtros gladio & arcu armari, certaréque ſolitos. At per gladium (inquit S. Cyrill. Alex. *in 49. Iſai.*) qui eſt in ore, verba doctrinæ; per ſagittam, quæ eſt in corpore, intelliguntur exempla vitæ. Quis verò neſcit gladio

*Opus, quàm ſermo, efficacius.*

S. Cyr. Alex.

B non niſi cominùs percuti hoſtem; at ſagitta pennigero iaculo etiam longè diſſitum pectus transfigi? Rectè S. Cyprian. *de duplici mart.* Efficacius eſt vitæ, quàm linguæ teſtimonium, habent etiam opera ſuam linguam, habent ſuam facundiam tacente lingua. Sed quid ſi duo iſta ſimul in bellum coëant, gladius & ſagitta; linguæ ſermo, & exemplum vitæ? Profectò ad incitamentum virtutis, nihil eſſe potentius poterit. Eleazarum, vt traditur *Machab. 2. cap. 6. & 7.* mnis deteſtantem verbis idolorum ſuſhius, eſúmque ſuillæ, atque in mortem pro Dei legibus ruentem ſeptem iuuenes pari pietatis ſtudio, & alacritate ſequuti ſunt. Vnde D. Greg. Nazianz. *Orat. de Machab.* Occurrit Eleaxarus, fauſtuio ac lætum

S. Cyprian.

2. Machab. 6. & 7.

*Patris ad virtutem filiis exemplum.*

S. Nazianz.

C certaminis præludium, loquens pariter, ac tacens cohortatio, ſeptémque inſuper filios offerens inſtitutionis ſuæ fructum. Ita Nazianz. Cæterum quàm ſit efficax iſta vitulentiæ linguæ, & fœtulentæ vitæ ſocietas in facinus quodlibet patrandum, ſatis oſtenditur hoc loco, vbi ſe mutuo temerarij homines inuitant ore atque opere: Venite faciamus, &c.

2. Sunt qui dicant, poſt D. Auguſt. & Ioſeph. Nemrod illum robuſtum venatorem coram Domino primum extitiſſe inuentorem, & incentorem iſtius tam inſani operis moliendi, quod mihi probabile eſt; iccirco enim illius mores profligatiſſimi cap. præcedente præmiſſi ſunt, ad-

D ditúmque eſt. Fuit autem principium regni eius Babylon; ſcilicet ea, cuius turris in cælum extructa memoratus; vt illius primus autor Nemrod fuiſſe intelligatur. Quò miſeri non irruetent, qui Nemrod ducem, ac præeuntem ſequebantur? Quid quæſo ſubditis, qui rectorem cæcum habent, non mali timendum eſt? Audi D. Gregor. in hanc ſententiam *vlt. paſt. p. 1. cap. 1.* Obſcurentur (inquit) oculi eorum, ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua, dicitur *Pſalm.* 68. Oculi ſunt, qui in ipſa honoris ſummi facie poſiti, prouidendi itineris officium ſuſcipiunt, quibus nimirum hi qui ſubſeqoenter inhærent, dorſa vocantur. Obſcuratis ergo oculis dorſum

*Ducem cæcū ſubditi ad ruinam ſequuntur.*

S. Gregor.

Pſalm. 68.

E flectitur, quia cùm lumen ſcientiæ perdunt, qui præeunt, profectò cuncti ad portanda peccatorum onera curuantur, qui ſequuntur. Ita Greg. Fit etiam ex hac doctrina magni Pontificis; vt is qoi aliis ad ruinam præeſt, omnium aliorum, pariter cum ſuis peccatis oneretur: quod rex Dauid, qui aliquando malo ſuæ vitæ exemplo populum ſuum ad ſimilia flagitia concitrauit, cui à Propheta dictum eſt, blaſphemare feciſti nomen Dei; dolens, ac plorans, Dominum precatur: *Ab alienis parce ſeruo tuo.* Pſalm. 18. Vbi Euthym. Nouerat enim reges, parentes, & dominos obnoxios eſſe, ſubditorum, filiorum, & ſeruorum peccatis.

Euthym. Pſal. 18.

tis ſcilicet, vt arbitror, quia vel dicto malè conſuiunt, vel malo exemplo inſtigant, aut certè dum ſubditorum errata diſſimulant, apertè illos ad peccandum ducere conuincuntur. En videas, quàm in maligno mundus poſitus ſit, in quo ſe mutuò inuitant homines verbo, atque exemplo; venite, faciamus; vitiorum vt conſtruant moles aduerſùs ipſum Deum. Omnes declinauerunt ſimul, inutiles facti ſunt; non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum, *Pſalm.* 13. Totus mundus (inquit S. Hieron.) ad inferiorem partem declinauerat, præter vnum hominem, qui eſt Chriſtus. adde, & cum Chriſto mater ipſius ſemper virgo. Felix igitur quem Deus miſericors ab iſto malorum barathro abducit, & in monte religioſæ vitæ ipſum conſtituit. Optimè D. Hieronym. *Epiſtol. ad Latam* ſcribit, de filiola properè à mundo in religionem ſubducenda. Poſtquam (ait) ablactaueris eam cum Iſaac, & veſtieris cum Samuele, redde pretioſiſſimam gemmam cubiculo Mariæ, & cunis Ieſu vagientis impone, nutriatur in monaſterio, ſit inter virginum choros, iurare non diſcat, mentiri ſacrilegium putet, neſciat ſeculum, viuat angelicè, ſit in carne ſine carne. Non eſt in monte hoc Domini Nemrod venator ille robuſtus ad malum dux, & concitator; non qui ſe inuicem ad peccandum inuitent: venite, faciamus; ſed vnum omnibus eſt ad virtutem ſtudium. Prælatus illuminat, vt notat D. Bernard. *ſerm.* 3. *de circunciſ.* lumine diſcretionis ne incurrat, qui currit. Prouerb. 1. *Pedes illorum* (qui vtique in mundo, & cum mundo viuunt) *ad malum currunt, & feſtinant.* At in religioſa familia omnes in ſtadio Chriſti currunt, & feſtinant, vt cæleſte recipiant brauium.

Pſal. 13.
*A ſeculo in religionem fugiendum.*
S. Hieron.
S. Hieron.
*Vita religioſa virtus.*
S. Bernard.
Prou. 1.

3. *Faciamus lateres, & coquamus igni.*] Credendum eſt mortales iſtos primò in tentoriis & caſulis tenui arte conſtructis habitare cœpiſſe in ſpacioſa illa campi planicie: deinde Nemrod maximè conſulente atque incitante illos inceſſit ambitioſa quædam, ac veſana cupido ampliſſimam conſtruendi ciuitatem, & in ea incredibilis altitudinis turrim excitandi, quo ſecutiùs commodiúſque viuerent, & in omnem poſteritatem ſui nominis famam redderent glorioſam. Cæterùm quia tellus illa campeſtris, & plana ſaxis omnino caret, vt integræ nunc videntur in Hiſpania prouinciæ (vti ſolet eſſe neceſſitas ingenioſa) lateres pro ſaxis conſtruendo ædificio excogitarunt; nec in ea regione, arduum illud videbatur, vbi ex cauitate vallium, & paluſtribus locis abundè ſuppetebat lutum conficiendis laterculis. Ob eandem ſaxorum penuriam, vt legimus in Exod. Regis palatia, muri ac propugnacula vrbium ex luto, & paleis, hoc eſt, ex lateribus conficiebantur. Et quidem experientia compertum eſt lateritiam ſtructuram, ſolidiorem, ac firmiorem eſſe: vnde huiuſmodi ædificia ad æternitatem quodammodo perdurant. Quod fortaſſe illi Nemrodiani probè intelligentes, non curarunt aliunde, vel ex proximis regionibus ſaxa conuehere, vt quorum ædificia non tam ſint firma, & diuturna: ſed fingendis lateribus toti inſudarunt. Maximè, quia, vt plerique volunt, cùm accepiſſent à Noë futurum aliquando, vt alterum non quidem aquarum, ſed incendiorum, diluuium terris ingruat, qua totus pereat conflagratus orbis: turrim cælo inuectam ſtudent moliri è lateribus, qui decocti validiſſimè reſiſtunt ignibus: in qua, vti olim ex diluuio aquarum in arca lignea, ſeruari poſſit hominum genus. Sed quid illud ſignificat: *Et bitumen pro cæmento?* Planè mihi locus obſcurus; ſi vim Latini nominis tantùm reſpiciam. Quid enim cæmentum niſi rude ſaxum, atque impolitum, ex Liuio, Plinio, ac Vitruuio? At bitumen qui vicem poteſt ſubire lapidis? Aderant iam pro ſaxis cocti lateres; calx vna deerat, aut quid aliud glutinoſum calcis vice, vt lateres inter ſe conglutinaret. Potiùs ergo dicendum eſſet: Et bitumen pro calce, aut pro luto. Sic enim Chaldæus: Et bitumen pro luto. Hanc difficultatem, non tam expreſsè attingi ab aliis video. Quocirca duo dixerim. Primum: nomine cæmenti ſaltem ex quadam conſequutione calcem ſignificari, quæ fit ex cæmentis; quaſi dicat: Cùm nullibi ſaxa rudia, & impolita, è quibus calix confici ſolet, ſuppeterent; loco illorum vſi ſunt bitumine, cuius vt Vitruuius, Plinius, Strabo, aliique ſcribunt, ingens eſt in ea regione copia: è fontibus enim, & è lacubus varia genera bituminum eruuntur. Atque hic modus explicandi planior & accommodatior videtur. Secundum; apud Hebræos חמר *chamar* idem eſſe atque rubeſcere, bituminare. Naſciturque ea radix à nomine חמר *chemer*, cum ſex punctis, quod eſt vini rubedo: inde nomen, quod hic ponitur, iiſdem conſtans literis, ſed variè tamen punctatum. והחמר לחמר *vehachemar, Lachomer*, חמר *chemar* bitumen, חמר *chomer* cæmentum redditur ab interprete: at quorſum, mihi non conſtat; niſi cæmentum Latinè pro luto, aut calce, aut glutine vſurparit. Vim huius radicis aliqui apprimè conſiderantes vertunt bitumen ad bituminandum; vel rubrum (ſcilicet lutum) ad linendum, ſiue ad rubefaciendum, videlicet lateres coniunctos; vnde totus paries rubeſcebat, quod hodie paſſim videas in Hiſpania, vbi minor eſt copia lapidum; extra Luſitaniam intellige, in qua mira eſt lapidum copia: vt marmora, &c. Hactenus de litera.

Exod. 1.

4. S. Greg. *in Pſalm.* 50. hunc locum exponens, ſic fatur in ſenſu myſtico. Ad conſtruendum ſpiritalis Babyloniæ ædificium peruerſi homines exemplum illius antiquæ Babel imitantur. Cuius ciuitatis amores pro ſaxis lateres, & pro cæmento bitumen habuerunt. Per quod intelligitur mundi amatores carnalis vitæ conſtruere municipium, quod ad vim ventorum, & impetus fluuiorum facili impulſu, velociter ſit ſubruendum. Ita Greg. qui exiſtimat lateritiam illam, & bituminoſam ſtructuram minùs ſolidam ac diuturnam eſſe, cùm tamen aliud ex Vitruuio paulo antè poſuerimus. Viden' vti laborioſa ſit vita peccantium? Venite (inquiunt) faciamus lateres, coquamus igni. Magno miſeriis ſtant ipſorum delitiæ. Iuga boū emi quinque: dicebat ille inurbanus & ruſticus, qui Dei menſam reſpuit. In quem D. Bern. *tract. ſuper, Ecce nos reliquimus:* meritò ſic inuehitur. Stolidior beſtiis homo, quòd iuga neceſſitatis earum propria ipſe habeat voluntate. Deinde obſeruat ruſticum hominem, hoc eſt, peccatorem non iuga modò, laborioſaque ſcelerum onera, ſponte ſuſcepiſſe, ſed illa etiam pretio emiſſe. ait enim: Emiſſe iuga extremæ dementiæ eſt. Quod idem eſt atque, mortem ſempiternam, & gehennam ipſam, multo ſudore quærere, magno comparare pretio; cùm tamen æterna vita iugo leui ac ſuaui coëmatur. Vnde idem Bernard. Quid iuga emit boum,

S. Greg.
*Nihil ſolidū conſtruunt peccatores.*
Luc. 14.
*Magnō emunt infernum peccatores.*
S. Bern.

cui

cui iugum ſuaue gratis offertur, ſed etiam copioſa his, qui tulerint illud, remuneratio eſt. Recte D. Chryſoſtomus *in Pſalmum* 7. Nemo (inquit) eſt, qui viuat in ſcelere, qui non innumerabiles dolores ſuſtineat, & de malis conſultans, & conſilium exequens. Sic ille. Remiſerunt arcam Dei Iſraël Philiſthæi, ſed conſultum prius ab eorum ſacerdotibus fuit: *Quod debetis, reddite ei pro peccato*, primo Regum ſexto. אשם *haxam*, culpatorium vertunt aliqui, ſeu hoſtiam pro delicto. L X X. ὑπὲρ τῆς βασάνου δῶρα, pro delicto dona, ſeu, vt legunt alij, pro cruciatu. Et quidem peccatum, licèt cùm patratur, mellis quadam ſucata dulcedine titillet, poſtquam tamen illa momentanea voluptas euanuit, amariſſimo replet animum abſynthio: breui delectat tempore, ſed multum diúque diſcruciat. At ſunt, qui exultent in rebus peſſimis, lætique ſuas iactent delicias: contra quos Vates regius: *Labor labiorum ipſorum operiet eos*, Pſalmo 139. Vbi D. Chryſoſtomus. Laborem (ait) vocat improbitatem. Res eſt enim huiuſmodi improbitas, quæ affert ei, qui illam poſſidet, exitium, & vt obruatur, efficit. Multa in hanc ſententiam profatur idem Vates *Pſalmo ſeptimo*. Vbi hæc inter alia: *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* Mirum ſanè hoc eſt; peccatum videlicet enaſci ex ipſo dolore tanquam ex ſemine: vnde fit, vt ſemper ſecum dolorem veluti genuinum ac naturalem geſtet: quod ſubtiliter aduertit D. Auguſtinus in hunc modum: Concipitur ſemen, & naſcitur, quod ex ſemine formatur. Labor eſt igitur ſemen iniquitatis, peccatum autem conceptio laboris. Adiungit etiam Dauid: *Sagittas ſuas ardentibus effecit.* Deus nimirum ſagittis, atque ignibus in peccatores inſurgit. Quid ergo infelicius, quàm fieri ſcopum, quò Deus ſagittas vindictæ ſuæ collimet: & ſyluam conſtrui lignorum diuinis abſumendam incendiis? Atque, vt bene noueris infelicitatem peccatoris; ſuam ſibi ipſe concremando ſtruem congerit: vt hîc aduertit Theodoretus. Qui enim (ait) peccati ſyluam igni obnoxiam admiſerunt; & ligna, fœnum, ac ſtipulam congeſſerunt (vt ait Apoſtolus) ignitis ſagittis configentur.

S. Chryſ. *Laborioſa vita peccantium.* 1. Reg. 6. Pſalm 139. S. Chryſ. Pſal. 7. S. Aug. Pſal. 7. *Miræ infelicitas peccatoru.* Theod.

5. At nihilominus delicioſi homines nihil aduerſi, aut amari ſentiunt. Profectò inſaniunt, ſi aut non compunguntur, aut compuncti non doleant. Luculenter pertractat hoc idem argumentum D. Chryſoſtomus *homilia* 78. *in Matthæum* 24. vbi de Antichriſti tempore agitur; Cùm erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio: & cùm ſicut in diebus Noë homines erunt comedentes, & bibentes, & nuptui tradentes. Quo loco videas & tribulationem, & delicias ſimul reperiri. Adde Paulum de ipſomet tempore ita dicere: *Cùm dixerint pax, & ſecuritas, tunc repentinus ſuperueniet interitus*, 1. ad Theſſalon. 5. Igitur S. Chryſoſtomus ſic exponit: Quomodo poſt tribulationem illorum dierum, ait: Si deliciarum laſciuia, ſi pax, ſi ſecuritas futura eſt, ſi deliciis laſciuiunt, quomodo tribulantur? Pax & laſciuia inſenſatis erit, propterea non dixit Apoſtolus pacem, & ſecuritatem: inſaniem eorum hoc modo dicendi oſtendens. Quare cùm Antichriſtus venerit, licentiùs omni turpi voluptate iniqui, & qui ſalutem ſuam deſperabunt vtentur? & voluptatibus ſuis, quaſi remulentia quadam detenti, futura non ſentient. Ita Chryſoſtom. Moleſtos ſemper Cæſaris cen-

S. Chryſ. *Deliciæ tribulationibus permixtæ.* 1. ad Theſ. 5. S. Chryſoſt.

A ſus vocat Tertullianus *libro de carne Chriſti*. Quid enim boni à mundo, qui in maligno poſitus eſt; & quid leue ac dulce ab eo, qui grauis exactor eſt: & qui felle, & abſynthio abundat, ſperari licet? At guſtate, & videte, quia ſuauis eſt Dominus, *Pſalmo* 33. Ab hoc fonte dulcedinis tota illa caſtiſſimis deliciis perfuſa eſt, ad quam ſponſus Cantic. 7. *Quàm pulchra* (inquit) *es, & quàm decora cariſſima in deliciis*? Ex Hebræo reddi poteſt (nouando tamen verba) quantum pulchruiſti, & quantum dulcuiſti amor in deliciis, vel amor filia deliciarum. Prior ſenſus eſt de Eccleſia, vel qualibet anima iuſta, quæ cum Domino familiariter agit; multa quidem peragit

Tertul. Pſ. 33. Cant. 7.

B ex præſcripto Dei, aut ſponte ſuſcipit propter amorem ipſius Dei, ardua ſanè illa, ac difficilia: ſed cùm tam miris adiuuetur Dei conſolationibus, tota potiùs deliciis circumfluit, quàm oneribus prægrauatur. Quod in malignitate mundi, & peccati, atque infelici felicitate delinquentium, de quibus hucuſque diſſeruimus, non inuenitur. Alter ſenſus, & quidem optimus eſt de Virgine Dei matre. Amor vocatur, quia tota in amorem Dei, atque hominum inardeſcit. Amor, quia vnus ſcopus eſt, in quem Dei, Angelorum, & hominum amores diriguntur. Decora eſt, imò ipſamet pulchritudo, de qua ſic Rupertus *ad cap. 4. Cantic.* O pulchritudo admirabilis, quam ſic admiratur, & collaudat pulcherrimus autor ipſe pulchritudinis ſeptem præconiis! Conſiderauit oculos, capillos, dentes,

*Dulcis vita iuſtorum.* *B. Maria amores Dei & creaturarum.* Rupert.

C labia, genas, collum, & vbera: atque pro ſingulis dilectus ſingula decantauit dignæ collaudationis capitula. Quid ſeptem iſtis modulis decantatur in te ô dilectiſſima dilectarum, ô Virgo virginum! laudatur in oculis ſimplicitas, in capillis cogitationum munditia, in dentibus innocentia, in labiis doctrina, in genis verecundia, in collo humilitas, in vberibus ſpectanda & admiranda cum virginitate fœcunditas. Hæc ille. Sed quæ tandem deliciæ, quibus affluit & refluit? Infinitæ ſunt, & admirabiles gratiæ, itémque dulciſſima caſtiſſimarum voluptatum gaudia quibus Dei mater perfruitur; & ſuos fideles, ſeruos, ac filios ſuauiſſimè perfundit. Hæc

*B. Maria pulchritudo.*

D eſt (ait S. Petrus Damianus *ſermone de aſſumptione*) virga illa, qua retunduntur impetus aduerſantium dæmoniorum, virga Aaron, per quam fiunt ſigna, & mirabilia. Baculum autem crucis intellige, quo non ſolùm verberatus eſt, ſed & occiſus ille inſanabilis homicida, qui mortibus hominum paſcitur & nutritur. In Virgine virga, & baculo cruce miſerorum ſpes, & conſolatio continetur. Sicut ſublimis Propheta declarat: *Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt*, Pſ. 22. Sic ille.

Pſal. 22. S. P. Dam.

## SECTIO IV.

E *Faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen noſtrum, antequam diuidamur in vniuerſas terras.*

1. Excitantis verba, quæ ſecundùm phraſim Hebræam iam ſuprà expoſuimus; primò à Nemrod prolata creduntur: quem ait D. Aug. fuiſſe illius ciuitatis conditorem, *lib.* 16. *de ciuit. cap.* 4.

S. Auguſt.

*cap.*4. Nec enim tantæ arrogantiæ, temeritatis, atque impudentiæ conſilium ab vllo aliorum mortalium, quàm à ſceleratiſſimo Nemrod principe, autore, & incitatore poſſet proficiſci. Qui propterea (vt adiungit D. Aug.) dictus eſt venator contra Dominum, qua eſt impia ſignificata ſuperbia. *Venite* (aiunt) *faciamus nobis.* Emphaſim habet illud, *nobis*, ſcilicet in noſtrã ſecuritatem, & vtilitatem, atque in ſempiternam noſtræ gloriæ famam. Ineptiſſimè atque impudentiſſimè dicunt, *nobis*. Quod ſic aduertit D. Chryſ. *homil.* 30. Vide quomodo abutũtur vocis æqualitate, & quomodo vanum viuendi conſiliũ ſit multorum malorum occaſio. *Venite* (inquiunt) *faciamus*, &c. Vide quanta ſecuritate volunt ædificare neſcientes, quòd niſi Dominus ædificauerit domũ, fruſtrà laborant qui ædificant, *Pſal.* 126. Faciamus nobis ciuitatem; nõ Deo, ſed nobiſipſis. Ita Chryſ. Similiter D. Aug. aut quiſquis ille autor eſt, *lib.* 1 *de mirab. ſacr. Script. cap.* 9. Impia (inquit) cunctorum mentibus, & ſuperba cogitatio ſubrepſit; vt in commune magnificare nomen ſuum, non Dei creatoris, per excellentiſſimæ turris ad cælum vſque ædificationem decernerent. Sic ille. *Venite, faciamus nobis.* En verè exprimitur amor ille ſui, qui autore D. Aug. Babylonem ædificat vſque ad contemptum Dei. Nihil quidem ſic aduerſatur virtuti, atque in Deũ pietati, ſicuti amor iſte ſui, quo mortales in ſe tantùm ipſos totum ſuum ſtudium, curámque impendunt. De his illud intelligitur Pſ. 11. *In circuitu impij ambulant.* Hæc (vt Bernard. *ſerm. de fallacia vitæ* ſcribit) via eſt illorum, qui totos ſeſe corporeis voluptatibus, & proprijs voluntatibus tradiderũt. Sic Bern. Proh cæci ac miſeri, quos continuus deertando dinexat, ac fallit circuitus, dum ſeipſos, ac ſibi viciniora expetunt, & inſectantur, nec ad Deum, in quo totum bonum eſt à ſe, ſuiſque, hoc eſt, ab ipſamet vanitate, tranſuolant aliquando! Ambulant (ait idem Ber. *ſerm. ſuper, Ecce nos reliq.*) impij in circuitu dũ minora quæque bona quærentes, illud ſemper deſiderant, quod ſibi vicinius, eo dum videntur adepti. Non poterit aliquando hic circuitus peragrari. Vis peruenire? incipe tranſilire. Alioqui proripieris miſer in deſiderio terreorum, & a ſummo bono eo longiùs inuenieris, quo te ampliùs dederis caducis rebus, & tranſitorijs appetendis. Anfractuoſa via eſt, & inambulabilis; faciliuſque peruenies ſpretis omnibus, quàm adeptis. Hæc Ber. In hac etiam interminabili circuitione mirabiliter deſcribitur inane ſtudium impiorum, quoad ſatietatem, voluptatem, & requiem captãdam in bonis rerum creatarum feruntur. Vnde idem S. Bern. *lib. de diligendo Deo.* In circuitu impij ambulant, naturaliter appetẽtes vnde finiant appetitum, & inſipienter reſpuentes, vnde propinquent fini. Fini, dico, nõ conſumptionis, ſed conſummationis. Quamobrem non beato fine conſummari, ſed conſumi vacuo labore accelerant qui rerum magis ſpecie, quàm autore delectati, priùs vniuerſa percurrere, & de ſingulis cupiunt experiri, quàm ad ipſum curẽt vniuerſitatis Dominum peruenire. Sed quid ais, ô Bernarde, ſi homo tandem perueniat? Ibi (inquit) quieſcet; quia ſicut citra, nulla reuocat quies: ſic nulla vltrà iam inquietudo ſolicitat. Hæc Bernardus.

2. Omnes quærunt (ait Apoſtolus) quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti, *ad Philippenſ.* 2. Sed Chriſtus non ſibi placuit, *ad Roman.* 15. declarat Theodoretus. Non quæſiuit quod ſuum eſt, ſed ſeipſum pro noſtra ſalute morti tradidit. Vberius adhuc idipſum D. Chryſoſtomus. Quid eſt (inquit) non placuit ſibi? Poterat nulla ferre opprobria, poterat, quæ paſſus eſt, non pati, ſi quæ ſua erant ſpectare voluiſſet. Verùm noluit, ſed quod noſtrum erat reſpiciens; quod ſuum, neglexit. Et quidem ita exinanitus diabolum ſui præ ſuperbia amantem fefellit, ac proſtrauit, iuxta illud de Behemoth; *In oculis eius quaſi homo capiet eum*, Iob 40. Quod luculenter ita exponit D. Greg. 33. *moral.* 10. Dominicæ incarnationis aduentum annunciat Iob, dicens: In oculis eius quaſi homo capiet eum. Quis neſciat, quòd in hamo eſca oſtenditur, aculeus occultatur? Eſca enim prouocat, vt aculeus pungat. Dominus itaque noſter, ad humani generis redemptionem veniens, velut quendam de ſe in necem diaboli hamum fecit. Aſſumpſit enim corpus, vt in eo Behemoth iſte quaſi eſcam ſuam mortem carnis appeteret. Quam mortem dum in illo iniuſtè appetit: nos, quos quaſi iuſtè tenebat, amiſit. In hamo ergo eius incarnationis captus eſt. Quia dum in illo appetit eſcam corporis, transfixus eſt aculeo diuinitatis. Ibi quippe inerat humanitas, quæ ad ſe deuoratorem duceret, ibi diuinitas, quæ perforaret; Ibi aperta infirmitas, quæ prouocaret; ibi occulta virtus, quæ raptoris faucem transfigeret. In hamo igitur captus eſt; quia inde interiit, vnde deuorauit. Hactenus S. Pontifex. Non præteribo pereleganteṁ ſententiam D. Bernard. locum Apoſtoli *ad Philippenſ.* 2. explicantis aduerſus quoſdam in Eccleſia prælatos, ſic habet. Non omnes ſunt amici ſponſæ, quos hodie ſponſæ hinc inde aſſiſtere cernis. Pauci admodum ſunt, qui non quæ ſua ſunt, quærant ex omnibus caris eius. Diligunt munera, nec poſſunt pariter diligere Chriſtum; quia manus dederunt mammonæ. Intuere quomodo incedunt nitidi & ornati, circumamicti varietatibus, tanquam ſponſa procedens de thalamo ſuo, *Pſ.* 18. Nónne ſi quempiam talium repentè eminùs procedentem aſpexeris, ſponſam potiùs putabis, quàm ſponſæ cuſtodem? Vnde verò hanc illis exuberare exiſtimas rerum affluentiam, veſtium ſplendorem, menſarum luxoriem, congeriem vaſorum argenteorum & aureorum, niſi dè bonis ſponſæ? Inde eſt, quòd illa pauper, & inops, & nuda relinquitur facie miſeranda, inculta, hiſpida, exangui; propter hoc, non eſt hoc tempore ornare ſponſam, ſed ſpoliare; non eſt cuſtodire, ſed perdere; non eſt defendere, ſed exponere: non eſt inſtituere, ſed proſtituere, non eſt paſcere gregem, ſed mactare & deuorare. Quem dabis mihi de numero præpoſitorum, qui nõn plus inuigilet ſubditorum vacuandis marſupiis, quàm vitiis extirpandis! Sed relinquamus iſtos non inuentores ſponſæ, ſed vindicatores. O vtinam tam vigiles inuenirentur ad curam, quàm alacres currunt ad cathedram. Hæc Bernard. *ſermon.* 77 *in Cantic.* At qui purè Deum, non autem ſeipſum amat; non illud vſurpat, *Faciamus nobis*, ſed, faciamus Deo. De quo amoris gradu perfectiſſimo diſſerens D. Bernard. *libro citato de diligendo Deo*, ſic inter alia fatur: Oportet nos in eundem affectum quandocunque tranſire, vt quomodo Deus omnia eſſe voluit propter ſemetipſum, ſic nos quoque nec noſipſos, nec aliquid aliud fuiſſe, vel eſſe velimus, niſi æquè propter ipſum:

ob

*Nemrod ſuperbia.*
S. Chryſ.
Pſal. 126.
S. Auguſt.
*Malè homines ſuo, non Dei ſtudent honori.*
Pſal. 11.
S. Bern.
*Impiorum circuitus infeliciſſimus.*
S. Bern.
*Nec requies nec conſolatio vera extra Deum.*
S. Bern.
Ad Phil. 2.
Ad Ro. 15.
Theod.
*Chriſtus non ſuam ſed noſtra commoda quæſiuit.*
S. Chryſoſt.
Iob 40.
S. Gregor.
*Per incarnationem Verbi dæmon ſuperbus cecidit.*
S. Bern.
*Corpus auaritia in Eccleſiaſticis.*
Pſal. 18.
*Faſtus & luxus in Eccleſiaſticis.*
*Ambitio & venalitas in Eccleſiaſticis.*
S. Bern.

*Amor in Deum purè intentus.*

ob ſolam videlicet ipſius voluntatem, non noſtram voluptatem. Delectabit ſanè, non tam noſtra, vel ſopita neceſſitas, vel ſortita felicitas, quàm quod eius in nobis & de nobis voluntas adimpleta videbitur. Quod & quotidie poſtulamus in oratione: *Fiat voluntas tua ſicut in cælo, & in terra.* O amor ſanctus & caſtus! ô dulcis & ſuauis affectio! ô pura & defæcata intentio voluntatis; eo certè defæcatior & purior, quo in ea de proprio nil iam admixtum relinquitur; eo ſuauior & dulcior, quo totum diuinum eſt, quod ſentitur, ſic affici, deificari eſt. Hæc Bernard.

*S. Auguſt.*

3. *Faciamus nobis ciuitatem & turrim*, &c. Babylonem vtique; LXX. χαλάνη: Incertum eſt beato Auguſtino, an de vna tantùm, an verò de pluribus turribus ſermo ſit. Nimia (inquit) diſponebatur altitudo, quæ dicta eſt vſque in cælum, ſiue vnius turris eius, quam præcipuè moliebantur inter alias, ſiue vt omnium turrium, quæ per numerum ſingularem ita ſignificatæ ſunt, vt dicitur miles, & intelligûtur millia militum. 16. *de ciuit. cap.* 4. Veroſimilius tamen eſt, quod & communius; vnam inter omnes præcipuam intelligi turrim, quæ toti ciuitati eſſet veluti capitolium, árxque, & aſylum munitiſſimam. Hanc vnam eſſe turrim, putat eſſe D. Hieron. & altitudinem illius incredibilem, ac planè fabuloſam deſcribit, vt accepit ab iis, qui turrim illam propriis oculis curioſè ſpectaſſe dicebantur. Arx (inquit) & capitolium Babylonis, eſt turris illa, quæ ædificata eſt poſt diluuium; quam in altitudine quatuor millia dicunt tenere paſſuum, paulatim ex lato in anguſtias coarctata, vt pondus imminens faciliùs à latioribus ſuſtentetur. Deſcribunt ibi templa marmorea, aureas ſtatuas, plateas lapidibus, aurόque fulgentes, & multa alia, quæ penè incredibilia videantur. Sic Hieron. *in* 14. *Iſa.* ad illa verba, *Et perdam Babylonis nomen.* Iſ verò, vt aliquid ex profanis ſcriptoribus afferamus: Herodot. *lib.* 1. narrat ſuo tempore fuiſſe Babylone Iouis Beli templum æreis portis, duorum vndecunque ſtadiorum amplitudine, figura quadrata. In templi medio turris erat ſolida craſſitudine ſimul & altitudine ſtadij, cui alia rurſus erat ſuperimpoſita turris, & huic ſubinde alia, atque alia ad octauam vſque. His forinſecus in circuitu erant ſcalæ adhibitæ, per quas ad ſingulas conſcenderetur turres, in mediis gradibus ductus, cellæque erant in vſum aſcendentium ad ſedendum, & requieſcendum factæ. Hæc ex Herodoto. E' quibus omnibus colligo vſque ad tempora beati Hieronymi monumentum illius portentoſæ turris apud Babylonios magna adhuc ex parte permanſiſſe. quantam verò in altitudinem turris illa à ſuis conditoribus fuerit perducta, nemini compertú exploratúmque eſt. Cuius (ait Moyſes) culmen cælum pertingat. Hebr. וראשו בשמים, & caput eius in cælum: hyperbolice ſumendum eſt. Nec enim tam ſtulti ac ſtolidi eſſe poterant mortales illi, vt ad cælum vſque turrim ſe poſſe conſtruere arbitrarentur: ſed ea phraſi fere omnibus linguis vſitatiſſima ingentem quandam, & prodigioſam altitudinè ſignificare voluerunt. Minor eſt, ſed tamen adhuc grandis hyperbola Poëtis familiaris: caput inter nubila condit. Nihilominus occaſionem hinc arripiunt ſancti Patres contra hominum ſuperbiam, temeritatémque diſputandi. Quale illud eſt D. Auguſtin. loco paulo ante indicato: Quid autem factura fuerat humana, & vana

*S. Hieron.* — *Turris Babylonis prodigioſa.* — *Herodot.* — *In ſuma ſuperbia conſtructio.* — *S Auguſt.*



præſumptio? cuiuſlibet, & quantumlibet in cælum aduerſus Deum altitudinem molis extolleret, quando montes tranſcenderet vniuerſos? quando ſpatium nebuloſi aëris huius euaderet? Turam verámque in cælum viam molitur humilitas, ſurſum leuans cor ad Dominum, non contra Dominum. Hæc Auguſtin. En filij Adam ſui pulueris obliti, non ſe in humili atque natiuo terræ ſolo continent, in ſublime parant aſcenſum. Quorſum in ſacris literis toties illud repetitur, *montes Dei, montes Dei.* Planè, quia (vt ait Auguſt. *in Pſal.* 45.) alij ſunt montes Dei, alij ſunt montes ſeculi: montes ſeculi, quibus caput diabolus: montes Dei, quibus caput Chriſtus. Montes igitur eſtis, ô ſuperbi, ſed quibus inſidet diabolus; nec enim ille alio magis delectatur throno, quàm ſuperbo; imò iſto veluti equo inſidens grauius Deo ipſi bellum infert. Hinc Apoſtolus: *Deus ſuperbis reſiſtit*, Iacobi 4. Non ait Deus in ſuperbos inuehitur; ſuperbos ad certamen laceſſit, ſuperbos domi ſe ſuæ continentes vltrò prouocat; non ſic res habet; tum quia Deus pacis, & quietis, ita bellum, odia, liteſque odit, vt ne cum ſuperbis quidem hoſtibus Dei grauiſſimis diſſidium velit habere; ſed illos amando potiùs, quàm depugnando in ſuam pertrahere amicitiam elaboret; tum etiam quia ſuperbi temerariè atque inaniter exultantes, nō in terra conſiſtunt, ſed ſurſum erecti cælum oppugnant, Deum contumeliis afficiunt, laceſſuntque in certamen: Ergo Deus ſuperbis reſiſtit. Tanquam (inquit D. Ambr. *ſerm.* 7. *in Pſal.* 118.) ſuæ contumeliæ propulſator, veluti quoddam ſuſcepit aduerſus ſuperbiam ſpeciale certamen; tanquam dicat: Meus iſte aduerſarius eſt, qui me laceſſit, mihi debetur iſta congreſſio. Hæc Ambroſius. Atquàm durum homini eſt contra ſtimulum calcitrare? Caput contra Deum erigit ſuperbus, ideo conuertetur (ait Dauid) labor eius in caput eius, *Pſal.* 7. Adquero locum D. Auguſtin. *in Pſal.* 37. Leuitatis (inquit) eſt, erigere caput: quia ergo leue eſt, quod poteſt erigi, accipit pondus. vnde poſſit comprimi. Hinc illud: *Sicut onus grauata ſunt ſuper me*, Pſ. 37. Vtrique ſecundùm Auguſtinum pœnæ intelliguntur, ac miſeriæ, in quas ſuperbus iuſto Dei iudicio incidit, vt preſſum calamitatibus caput humiliet, quod vanitates ipſæ in altum ſuſtulerant. De peccatore quouis alio ſuperbo, non de ſeipſo (vt mihi videtur) locutus eſt Dauid. Hæc enim inter præcipuas virtutes huius ſanctiſſimi Prophetæ ac Regis præcipuum locum obtinet; admirabilis nempe modeſtia, ſubmiſſio mentis, humilitas Chriſtiana. Triûphator, caput interempti gigantis elata præferens manu, Inter fauſtas gentium acclamantium voces, rogatus à Saule: *De qua progenie es, ô adoleſcēs Filius* (inquit) *ſerui tui.* &c. Rectè S. Chryſoſt. Videte honeſtam & ingenuam mentem, in die lætitiæ ſeruitutem confitetur. Pulchrè ab eodem dictum eſt: Dauid in regali culmine monachi vitam imitabatur. Vis etiam nunc videre quàm inuiſum malum ſit ſuperbia? Dolemus, ſi quando aliquis in calamitatem illam delabitur; & ſi occaſio ſe offerat, pro calamitoſo patrocinium ſuſcipimus: contrà verò ſi ſuperbus in ærumnam ceciderit, nemo illius vicē dolet, pro ſuperbo licèt ærumnoſo nullus intercedit. Quod D Chryſ. *hom.* 22. *ad popul. Antioch.* ſic oſtendit in fatuis illis quinque virginibus, quibus clauſa eſt ianua nuptiarū, dictúmque eſt: Neſcio vos, Mat. 25. Reſpice (inquit) quinque virgines

*Tota humilitatis via.* — *S. Auguſt.* — *Montes diaboli ſunt ſuperbi.* — *Iacob 4.* — *S. Ambroſ. Superbus contra Deum inſurgit.* — *Pſal. 7.* — *S Auguſt.* — *Superbus humiliatur à Deo.* — *1. Reg 17.* — *S. Chryſ.* — *Humilitas Dauid.* — *S. Chryſoſt.* — *Matth. 25.*

*Verbum eſt ſtultas, pro quo nullus intercedit.*

virgines excluſas, & tamen æquales pro illis non deprecatas, quas & ſtultas Chriſtus nuncupauit, & meritò quidem: ſtultæ ſunt inuentæ, propterea quòd ſeruato magno virginitatis munere, mãdatum humilitatis paruum non cuſtodierũt. Ita Chryſ. Igitur virgines iſtæ non excipiũtur à Domino, quia ſtultæ; & ideo ſtultæ, quia ſuperbæ, quaſi nulla maior ſit ſtultitia, quam quæ ſuperbis ineſt. Pro quibus, nec ſancti, nec Angeli Dominum deprecantur. Summa prudentia, quam pauci tamen attingunt, eſt; omnem mundi honorem pro humilitate Chriſti abiicere. In quo maximè ſemper enituit ſanctorum hominum & conſtantia, & ſapientia, qui oblatas Eccleſiæ dignitates recuſarunt, aut illis tandem nuntium remiſerunt.

S. P. Dam. *Dignitates renunciare propter Chriſtum.*

De quibus ita S. Pet. Damian. *Epiſt. 9. ad Nicolaum 2. tom. 1.* Hi venerandi præſules, tanquam reuera vigintiquatuor ſeniores procidunt ante ſedentem in throno, & adorant viuẽtem in ſecula ſeculorum, mittentes coronas ſuas ante thronum Domini, *Apoc. 4.*

Apoc 4.

Coronas nempe ſuas ante Domini thronum mittunt, dum ornamenta propriæ dignitatis pro eius amore deponunt. Ad eorum quoque ſimilitudinem phialas aureas habent plenas odoramentorum: quia, vt puriores Deo valeant orationes in odorem ſuauitatis offerre, à cunctis ſe mundi huius ſtudent actibus ſegregare. Hæc Damian. Magnum planè ſui erga Deum amoris teſtimonium illi præbent, qui honores mundi conſtanter ſanctéque contemptos, quibus veluti coronis à mundo decorantur, ante pedes Dei ſui proiiciunt. O quàm puræ, quàm ſuaues, quàm gratæ ab anima humili, & dignitatum contemptrice orationes ad Deum emittuntur!

*Dignitates diuinã contemplationem interturbant.*

Sed quàm difficilè, quàm tardò, quantis cum perturbationibus curarum ille diuinæ intendit cõtẽplationi, qui inter honores ſeculi fluctuat; venit in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit illum! Nonantulanus Abbas mira dulcedine diuinarum meditationum delibutus ad offerenda (vt *citat. epiſt.* ſcribit idem Petr. Damian.) Deo ſacra myſteria, non ſine multis lacrymis accedebar, poſtmodum verò (inquit) ad monaſterij regimen violenter attractus aiebat (quod infelix frequenter & ipſe deploro) Ieſum per pedes tenui, & nunc miſer & cæcus ſeculi molas voluo. Itaque paſtoralem baculum reliquit, & nil aliud quam æternæ vitæ ſibi ſtipendia procurauit. Sic Petr. Damian.

S. P. Dam.

S. Chryſoſt. *Appetitus honoris vehementiſſimus.*

4. *Et celebremus nomen noſtrum, antequam diuidamur.*] Bene S. Chryſ. Vidiſti (inquit) radicem mali? vt (aiunt) perpetuam memoriam conſequamur, vt noſtri perpetuò memores ſint poſteri; tale erit noſtrum opus, vt nunquam obliuioni tradatur. Dum adhuc ſumus congregati, gloriam noſtram operemur, vt poſteritati perpetuum nomen relinquamus. Ita Chryſ. Ecce prima radix noſtrorum omnium malorum! Rectè Tertullian. *Apolog. cap. 47.* homines gloriæ libidinoſos vocat. Huius autem libidinis ſenſu quis quæſo nõ perſtringitur? Solet eſſe (ait D. Chryſ.) vehementiſſimus ſenſus honoris, etiam in viris probis. Et D. Bernard. *ſerm. ſuper, qui gloriatur, &c.* Rationalis creatura adeò affectat gloriam (id eſt, honorem) vt aut vix, aut nunquam ab hoc compeſci deſiderio poſſit. Plures videas omnis quidem vitij expertes, at ambitionis turpia (vt loquitur D. Hieron.) mancipia. Dathan & Abiron honorem ſibi non debitum contra fas, iuſque omne appetiuerunt, *Num. 16.* Et qui (inquit Theod. *qu. 24. in Num.*) per mare mediũ ambulauerant, in terra

Tertull.

S. Chryſoſt.

S Bern.

Num. 16.

Theod.

A abſorpti ſunt. Vide quàm certum ſit ac periculoſum etiam in terra naufragium, vbi tempeſtas ambitionis ingruit. Sed mittamus reliquas huiuſce mali ſpecies, de fama tãtum nominis inter homines percelebrandi præcipuè hic ſermo eſt. Cui ſanè gloriolæ captandæ ſolus ille ſtudet, qui neſcit, quam ſit inane hominũ linguis prædicari. Sapientiſſimè D. Bern. *ſerm. 4. in Aduentu*, in hanc ſententiam: Inſipiens tu, qui merces cõgregas in ſaccum pertuſum, qui theſaurum tuum alieno in ore conſtituis. Ignoras quòd arca iſta non clauditur, nec ſeras habet? Et infra de humilitate diſſerens hæc adiungit: *Diſcite à me* (ait Dominus) *quia mitis ſum, & humilis corde*, Matt. 11. Conſidera ſanè in his verbis, quoniam humilitas duplex

S Bern. *Inanis ambitio fama.*

Matth 11.

B eſt: altera cognitionis; altera affectionis, quæ hic dicitur cordis. Priore cognoſcimus, quòd nihil ſumus; & hanc diſcimus à nobiſipſis, & ab infirmitate propria. Poſteriore calcamus gloriã mundi: & hãc ab illo diſcimus, qui exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens; qui etiam quæſitus in regnum fugit: quæſitus ad tanta probra, & ignominioſum ſupplicium crucis, ſpõte obtulit ſemetipſum. Hæc Ber. Amant iuſti ad exemplum Domini, amant neſciri, ſacrilegio illis plane eſt vox: & celebremus nomen noſtrum. Fallax enim (autore D. Bern.) *ſerm. 17. in Pſal. qui habitat*) gloria, & vana eſt claritas, dies hominũ breuis. Valde Iere. *Diem hominis non deſideraui.* Ego tamen plus

*Chriſtus humilitatis doctor.*

S. Bern. Ier. 17. *Iuſti amant neſciri, & latere.*

C aliquid, quàm non deſiderat, deſidero; vt ne recipiam quidem. Quàm miſeri, qui gloriã, quæ abinuicem eſt, quærimus. Quomodo illa gloria replebit, quæ fallax, & vana eſt? Inanis dicitur, vt noueris te ex ea magis exinaniri poſſe, non poſſe repleri. Bonũ ergo interim magis abiectio, quàm elatio eſt: bonũ magis neceſſitas, quàm voluptas; quòd cùm vtraque res citiùs tranſeat, altera pœnam habeat, altera ſit paritura coronã. Sic Bern. Tentat ſæpiùs virum iuſtum dum bene operatur aura iſta popularis, & honoris laudiſque conciliatricula hominũ opinio. Sed heus tu, quem ſic huiuſmodi vanitas titillat: audi Bernardum *ſer. de tripl. glor.* Vt quid ego aut de alterius hominis,

S Bern. *Inane ſtudiũ laudis humanæ.*

D aut de meo ipſius iudicio ſolicitus ſum, cuius nec vituperio reprobus, nec laude probatus inueniar. Multo quidem alienius eſt à viro iuſto, ſuas virtutum opes exponere, factaque & nomẽ iactare ſuũ, vt apud homines celebris habeatur. An non iſte, ſui quodammodo idololatra eſt, dum ſe colit, dum ſibi ſeipſum ſacrificat? de quo Prophet. Pſ. 118. *Vide, ſi via iniquitatis in me eſt*; legunt alij, via idoli. A quo vitio lõgè alienus erat Iob, cùm diceret: *Si oſculatus ſum manum meam ore meo*, cap. 31. Vbi Olympiodorus exponit: Sæpenumero nonnulli, cùm ſua facta efferunt, manus oſculantur ſuas. Anguſtæ mentis vitium hoc eſt: ſic enim vaſculum arctiore ſinu vix tantulum recipit humorem quin ſtatim refundat.

Pſalm. 118. *Virtutes proprias iactare.* Iob 31. Olymp.

E

5. Contrà verò illa ſemper virgo, quæ Deum ſuo geſtabit vtero, vt erat cælis mundóque toto capacior, nunquam ſuos in publicum theſauros expoſuit; quin potiùs, ſumma, & auguſtiſſima omnium miracula in ſe euidenter inſpiciẽs, quòd Virgo conceperit, quòd Virgo pepererit, quòd Dei mater, Regina mũdi, applaudẽtibus, & concinentibus Angelorum choris, paſtoribus, magíſque Filium ipſius adorantibus, & eſſet, & vocaretur: Maria autem (apponit *Luc. 2.*) cõſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Vides abyſſum arcanorum Dei? Deo, Deique myſteriis plena Virgo, non redundat, non ſe in voces

*B. Maria ſuas virtutes, & gratias occultat.*

Luc. 2.

laudeſque

Beda.

laudéſque ſui diffundit. Sed (vt eleganter Beda) virginalis pudicitię iura custodiés, ſecreta Chriſti, quæ nouerat, nemini diuulgare volebat; ſed conferebat ea, quæ faciédá legerat, cum his, quæ iam facta cognouit, non ore promens, ſed clauſo in corde cuſtodiens. *Sicut vitta coccinea labia tua*, Cantic. 4. Sed quænam iſthæc eſt oris virginei pulchritudo? Reſpondet Rupert. In labiis Mariæ confeſſio, & pulchritudo: in labiis Mariæ ſanctitas, & magnificentia. Eua Deo muta fuit. Maria verò Deum ſuauiſſima voce magnificauit, ſe autem ipſam humiliauit. Hæc ille. Sed hauddubiè ſilentium virginis ſignificatur per vittam, quæ conſtringit labia. Vti etiam Eccleſ. 28. commendatur: *Ori tuo facito oſtia, & feras*. Pulchrè, cùm vnú ſit os, pluribus tamen oſtiis ac ſeriis cócluditur; vt in minutiſſimo aliquo caſtello videmus, in quod penetrare, & ex quo egredi foras quis nó poſſit, quin per multa oſtia, illáque valde obſerata peruadat. Ita ſermo intra ſilentij cancellos valuáſque tenetur incluſus. Sed vnde in Virgine Deipara hæc tam admirabilis taciturnitas? ſcilicet vitta coccinea; rubor quidem ac pudor modeſtiſſimæ Virginis labia continebat, ne quid de infinitis donis & gratiis, quibus à Deo ſupra omnem creaturam erat cumulata, iń vulgus efferret. Pudibúda (inquit D. Bern. *ſerm. in illud ſignum magnum*) fuit Maria; vbi enim aliquando loquax, vbi præſumptuoſa fuiſſe videtur? In omni textu quatuor Euangeliorum, non niſi quater Maria loquens auditur. Toties audiuit filiú loquétem, vidit miracula facienté, &c. Sed in his omnibus, quoties verecundiſſimæ Virginis, quoties pudiciſſimæ turturis vox memoratur audita? Væ nobis, qui ſpiritum habemus in naribus, qui totum proferimus ſpiritum, qui pleni rimarú effluimus vndique? Sic Bern. Optimè aduertit S. P. Chryſ. *ſerm. 6.* virtutes ſicut proditores ſuos deſerunt, ſic ſuos inſtant cuſtodire cuſtodes. Celebremus (aiunt iſti) nomen noſtrum, ſcilicet in terra. O miſeri, vbi breui finiútur omnia, vbi quæcunque ad æternitatis commendationem inſcribitis; vel luto infecta ſordeſcunt, vel tenui habitu deleta prorſus euaneſcunt. *Gaudete* (ait Dominus) *quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis*. Sunt multi (ait hoc loco D. Chryſoſt.) qui illos imitantur, & operibus celebrari volunt; alij ſplendidas domus ædificant, porticus, deambulacra, quorum ſi aliquem rogaueris, quare tantos faciat ſumptus, reſpondebit; vt immortalem ſeruet memoriam, & dicatur: Quòd illius eſt hæc domus, hic ager. Sed hoc non eſt tam laudem, quàm crimen ſibi comparare. Nam ſtatim ad hæc ſubiungentur plurimarum contumeliarú verba: domus hæc eſt huius auari, huius rapacis, huius ſpoliatoris viduarum & orfanorum. Igitur hoc non eſt nomen celebrare, & memoriam aſſequi, ſed perpetuis obiici criminibus, & poſt mortem etiam infamari, & ſpectatorum linguas acuere in blaſphemiam, & accuſationem eius, qui domú ædificauit, qui agrum poſſidet. Ita Chryſoſt. Quo nihil certius, ac frequétius experimur. *Impij in tenebris conticeſcent*. 1. Reg. 2. *Periit memoria eorum cum ſonitu*, Pſal. 9. *In terra ſcribentur*, Pſal. 68. *Sicut fumus deficient*. Pſal. 67. Innumeræ ſunt huiuſmodi contra impiorum famam & gloriam ſententiæ. Illos etiam non commendant, ſed infamant ea monumenta, quæ ad poſteritatem ſui nominis reliquerant. Vrbes, caſtella, arces, capitolia, propugnacula, muros in Ægypto, exædificabát Hebræi; ſic Pharaonis, hoc eſt, mundi, aut etiá dia-

*Cant. 4. Rupert.*

*Eccleſ. 28. Honeſtum ſilentium.*

*S. Bern. Silentium verecundum B. Mariæ.*

*S. Petr. Chr. Virtutes occultandæ.*

*Luc. 10.*

*S. Chryſ.*

*Aed ficia potentum infamia.*

*1. Reg. 2. Pſalm. 2. Pſal. 9. Pſalm. 68. Pſalm. 67.*

A boli cogit ſuos ſeruos, imperium. Et quidem miſeri: hoc tamen prudétes querebantur: *Fœtere feciſtis odoré noſtrum*, Exod. 5. aiunt illi de opinione (inquit D. Bern. *ſerm. 71. in Cant.*) bona fama, bonus odor, mala autem fama fœtor eſt, vt idem oſtendit. Igitur ædes, palatia, villæ, ac cętera malorum hominum monumenta fœtorem latrociniorum, iniquitatum, homicidiorú, cupiditatú, ac libidinum turpiſſimarum, dum perſiſtunt, videntibus, prætereuntibus, ac recordantibus exhalant. Quia verò mortales, tam vehemens, & quaſi ab ipſa natura prorſus inſita cupiditas inceſſit, ſuum æternitati conſecrandi nomé, & poſteris ſui glorioſam relinquédi memoriam; optimum ad hoc aſſequendum præſtat conſilium D.

B Chryſ. vt in pauperes pecuniam diſpenſent. Sic enim ſinguli (inquit) dicturi ſunt: Hunc miſericordem, hunc benign[illegible] húe manſuetú, hunc ſuauem, hunc tam la[illegible] [illegible]ſpéſatorem. *Diſperſit, & dedit pauperibu[illegible]* Pſal. 111. Sed audi quod ſequitur: *Iuſt[illegible] [illegible]anet in ſeculum ſeculi.* Scilicet vno die diui[illegible] [illegible]perſit, & iuſtitia eius manet in ſeculum, &[illegible] [illegible]oriam fecit immortalem. Hæc Chryſ. In[illegible]ouamus iam finem huic commentario humanæ ambitionis, quæ nullo clauditur fine (omnia enim in deterius ruunt quotidie) illis verbis D. Bernard. *ſerm. 13. in Cant.* Quicquid hîc fauoris capras, quod ad Deum non retuleris, ipſi furaris. Tibi enim vnde gloria, putide, tibi vnde.

*Exod. 5. S. Bern. Malorum fama fœtet.*

*S. Chryſ. Bona fama ex eleemoſynis.*

*Pſalm. 111.*

*S. Bern. Deo, non homini, debetur honor.*

C

## SECTIO V.

### *Deſcendit autem Dominus.*

1. VOcabula, vt bene loquitur Philo *lib. de confeſſ. ling.* migratorij motus nequaquá Deo conueniút. Etenim quî moueri loco poteſt, qui omnia implet? ſi vbique atque intimè præſens omnibus eſt, vtpote in quo viuimus, mouemur, & ſumus; non propriè, ſed figuratè mouere, accurrere, venire, abire, aſcédere, deſcendere debet intelligi. Ergo præſenti hoc loco deſcendere dicitur varios ob ſignificatus, qui tamen omnes eódem videntur recidere. ſignificatur inprimis longanimitas Dei ad vindictam lento gradu in-

D cedentis. Non ſimulatque peccant homines, Deus ſupplicium in illos expromit; ſed diu multúmque differt, tempus ad peccata hominum recognoſcenda, & perpendenda opportunum præſtolatur: deſcendit ab illo ſuæ maieſtatis throno, regiam, debitámque Deo conſeruans grauitatem, qualem princeps gerit, cùm ex aula in publicum prodit, vndique aulicis conſtipatus. Quid ſi hæc tarditas ad vindictam in eo etiam deſceſu innuatur, quòd in Deo ſpirituum omnium puriſſimo ac ſubtiliſſimo, nihil terrenum & graue inſit, quo feratur deorſum? Imò cùm Deus per ſpiritum & ignem ſignificari ſoleat (qui dito, vt natura ſurſum vehuntur, ſic deorſum ferri non niſi violenter coactéque poſſunt) nihil à ſe magis alienum, & ſibi quodám-

E modo violentum cenſet, quàm vt poſita Patris clementia ſeueritatem induat iudicis hominum ſcelera ſolo iuſtitiæ zelo vindicantis. Locus eſt cómunis, & in quo ſæpiùs multa diximus. Satis in præſentia ſit, tandiu ſolitum eſſe Dominum, pati, diſſimulare, expectare, vocare, mouere, inuitare, cóſulere, cùm peccator in flagitio perſiſtit, nec de reditu ad Dominum, ſuíque conuerſione cogitat, vt tandé aliquando puniens ſua illa longanimitate ad maioré peccatoris pœná vtatur;

*Philo. Vocabula motus de Deo metaphorice dicuntur.*

*Tarditas Dei ad vindictã.*

*Prouerb. 1. Patientia Dei ad maiorem impœnitentis pœnã.*

A ſic enim ad impœnitentes loquitur Prouerb. 1. *Vocaui, & renuiſtis; extendi manũ meam, & nõ fuit qui aſpiceret; deſpexiſtis omne conſiliũ, & increpationes meas neglexiſtis.* Nota obiter horum ſingulorum explicationem ex Caietano.

*Caiet.*

Vocatio (inquit) beneficium excitandi; extenſio manuum oblationem auxilij, conſilium inſtructionem ad eligendum bona ſignificat; increpatio reſpectu malorum eſt. Hæc quidem omnia Deus identidem aduersùs peccatorem exerit, & ille tamen vſque adeò obniaus non cedere, tanquam ſus in cœno ampliùs volutatur. Multa Deus à Philiſtæis ſuſtinuit, dum ipſius arca illa ſacroſanctis fœta myſteriis; captiua, ignominiiſque affecta multos mẽſes inter barbaros, hac illac deerrauit: putarẽtque homines aut Deũ Iſraëlis infirmũ B eſſe, aut ſomno conſopitum neſcire quid de ſua arca ageretur. Ergo, vt canit Propheta: *Excitatus eſt Dominus tanquam dormiens, tanquam potẽs crapulatus à vino, & percuſſit inimicos ſuos*, &c. Pſ. 77.

*Pſalm. 77. Theod.*

Cuius loci perelegans hæc ponitur à Theodoreto paraphraſis: Cùm Deus excuſſiſſet à ſe patiẽtiam, veluti ſomnum quendam, alienigenis plagam intulit. Somnum quidem patientiam vocant, ebrietatem verò ex vino, indignationem nuncupat. Etenim eſt veluti quædam res aduentitia Dei pœna, quæ iuſtè peccatoribus infligitur. Sic Theodor.

*Dei extraneũ punire.*

Expende, obſecro, iuxta Theodoreti explicationem, quàm ſit à Dei ingenio, alienum punire: ſcilicet, vti à tãto Principe alie- C na omnino eſt ebrietas. Deus ergo iratus, Deus vindex aliena (vt ita dicam) loquitur, aliena agit: nec mirum; etſi potens, etſi Princeps, ac Deus, punit tamen, quia crapulatus, quia ſui (liceat noſtro more loqui) neſcius: bibit vtique vinum; quódnam illud? indignationem, quam de noſtris peccatis exprimimus, eáque preſſámque Deo potandam propinamus. hyperbolica ſunt hæc omnia; ſed ea magnitudine diuinæ miſericordiæ naſcuntur.

2. Quoniam verò contrariorum eadem eſt ſcientia, de Dei celeritate ad benefaciendũ, non minùs egregia inſtitui poſſet pertractatio; non enim deſcendit, vt videat, vt recognoſcat, vt ex- D pendat; ſed ſubitò volat otior Euro, volat quippe ſuper alas ventorum, ſuper Cherubim & Seraphim, & ſanitas in pennis eius. Vnde illud exemplum eſt perilluſtre: reſpiciens Dominus Zachæum ait: *Feſtinans deſcende*, feſtinãs Zachæus deſcendit, & excepit Dominum gaudens domi ſuæ.

*Dei celeritas ad benefaciendum. Luc. 19. S. Ambroſ.*

Vbi D. Ambr. *in 19. Luc.* Probauit Dominus eius affectum, & eum celeri remuneratione donauit, dicens: Quia hodie ſalus domui huic facta eſt. Feſtinauit enim & Dominus ad beneficium, & ideo non expectauit, vt promitteret, & impleret omnia: ſed antè fecit, poſtea declarauit. Dixit enim: Facta eſt ſalus; quod vtique præuenienti ſeruit, nõ promittenti. Vide igitur iuxta Ambro- E ſium Domini ad benefaciendũ celeritatem: non promiſit, ſed fecit ſalutem: feſtinus Dominum Zachæus domi excepit, ſed iam domui priuſquã Zachæus illam attingeret, ſalus facta fuerat.

*Angelus B. Mariam ſalutat.*

Mirabilius adhuc dixerim: Miſit Deus Angelum ad Virginem, volat ille puncto temporis, ingreſſus Dominum ipſum in Virgine reperit, obſtupeſcit clamans, Dominus tecum: ſcilicet (ait Bernard.) præuenit nuncium ſuũ Deus.

*S. Bern.*

Paraphraſis Chaldaica fauet huic ſenſui de punitione, quam in deſcenſu Domini dicimus importari: ſic enim habet. Et apparuit Dominus, vt vlciſceretur ſuper opera ciuitatis, &c. Similiter Geneſ. 18. & A Mich. 1. Deſcendere dicitur Dominus quando lẽto gradu procedit ad vltionem de terræ incolis ſumẽdam. Vniuerſim autem deſcendit, quando illum nobis veluti propinquiorem per aliquẽ affectum experimur. Hinc ille aliùs ſignificatus verbi, *deſcendit*, vt optimè obſeruat Caiet. de prouidentia Dei, quæ non ſe tantùm in cæleſtibus rebus continet, ſed etiam ad infima quæque, ac minima, quæ fiunt in terris, efficienda, dirigẽda, & ordinanda ſe extendit. Deſcendit itaque Deus (explicat Caiet.) id eſt, habuit ſe ad ſimilitudinem deſcendentis, quatenus extẽdit ſe, non quidem corporali motu, ſed cura, & prouidentia vſque ad hæc infima, humanas ſcilicet actiones, & ſingularia hæc corporea, qualia ſunt ciuitas, & B turris. Sic ille.

*Caiet. De prouidẽtia vſque ad minima.*

Cæterùm vti Deus dicitur deſcendere ad homines, cùm ſuam in illis, aut puniendis, aut iuuandis, aut publico & notabili aliquo ſigno gubernandis prouidentiã curámque oſtẽtat: ita cùm diſſimulat, & ad tempus omittit, vel caſtigare, vel auxiliari, aut in rebus humanis nullum diligentioris ſuæ curæ notabilem oſtendit effectum, in cælo dicitur reſidere, non curare mortalia, conniuere, dormire; & ſimiles in ſacra Scriptura vſurpantur locutiones.

*Quomodo dicatur Deus differre ſupplicium.*

Vnde ſæpiùs incidit mortalibus opinio, nullam eſſe Deo de rebus humanis prouidentiam; falſa illa quidem & impiiſſima; ſed cuius in orbem inuectæ occaſionem præbent homines ſceleribus infames, C publici raptores, iniuſti, tyranni, quorum impunita peccandi licentia, multum diuque in terris perdurat.

3. Egregius in hoc argumento locus eſt ille Malach. 2. *Laborare feciſtis Dominũ in veſtris ſermonibus, & dixiſtis: In quo eum fecimus laborare? In eo quod dicitis: Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu Domini, & tales ei placẽt, aut certè vbi eſt Deus iudicij?* LXX. Vbi eſt Deus iuſtitiæ? Quo loci præclara hæc eſt commentario D. Hieronymi: Hunc locum pleniùs 72. Pſalmus exequitur:

*Malach. 2. S. Hieron. Pſal. 72. Honorum ſcandalum ex felicitate malorum.*

*Quàm bonus Iſraël Deus his, qui recto ſũt corde! mei autẽ penè moti ſunt pedes: penè effuſi ſunt greſſus mei. Quia zelaui ſuper iniquos, pacẽ peccatorum videns,* D *quia nõ eſt reſpectus morti eorũ, & firmamentum in plaga eorum. In labore hominum nõ ſunt, & cum hominibus non flagellabũtur.* Ac deinde: *Et dixi: Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meũ & laui inter innocentes manus meas.* Reuerſus igitur populus de Babylone, & videns cunctas in circuitu nationes, ipſóſque Babylonios idolis ſeruientes abundare diuitiis, vigere corporibus; omnia, quæ bona putantur in ſeculo, poſſidere, ſe verò qui habeat notitiam Dei, ſqualore, inedia, ſeruitute coopertum; ſcandalizatur, & dicit: Non eſt in rebus humanis prouidentia; omnia caſu feruntur incerto, nec Dei iudicio gubernãtur, quin potiùs mala ei placent, & bona diſplicent: aut certè ſi Deus cuncta E diiudicat, vbi eſt illius æquum iuſtúmque iudicium? Iſtiuſmodi quæſtionem mens incredula futurorum quotidie ſuſcitat Deo; & cùm viderit iniquos potentes, ſanctos verò humiles; illos rebus omnibus affluere; hos in ea quidem, quæ ad victum neceſſaria ſunt, habere, & interdum ſurdis auribus, cæciſque oculis, & omni parte membrorum vlceribus, & infirmitate depreſſos. Qualis in Euãgelio Lazarus legitur *Luc.* 16. qui ante fores diuitis purpurati, deſiderabat de micis, quæ abiiciuntur de menſarum reliquiis, inopem animam ſuſtentare: diuitem verò tãtæ feritatis & crudelitatis, vt non miſereatur homo hominis; cuius etiam canum lingua miſeretur.

*Luc. 16. Diuitis in Lazarũ crudelitas.*

Non

Non intelligentes tempus iudicij, nec vera bona illa eſſe quæ perpetua ſunt, dicũt: Mali ei placent; & vbi eſt Deus iudicij? Hucuſque Hieron. In hac titubatione populi Hebræi, de qua Pſal. 72. ne quis tam diſpares in hac vita bonorum, ac malorum ſtatus conſiderans in impietatem labatur, oculos oportet intendere in fines diſpares, in quos tandem hi & illi deducuntur. Si animaduertant (inquit D. Ambroſ. *in cap. 1. Epiſt. ad Rom.*) poſſunt videre cauſam iſtam à nobis terminari, qui Dei iudicium expectamus, in quo depreſſi exaltabuntur, & violenti humiliabuntur. Idem, *lib. 1. officior. cap.* 15. Cur (inquit) diues byſſo & purpura induebatur, & epulabatur ſplendidè, pauper autem plenus vlceribus de menſa eius colligebat reliquias? poſt obitum vtriuſque, pauper erat in ſinu Abrahæ requiem habens; diues in ſuppliciis.

S. Ambroſ.

*Diſpar exitus bonorum, & malorum.*

4. Quàm rectè igitur dictum illud eſt à D. Ambroſ. Stulti homines, qui præſentia, non futura conſiderant. Ne timueris cùm diues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cùm interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria domus eius, *Pſal.* 48. Inſpice, caduca ſunt illa, & citiùs abeunt, quàm venerunt: ſomnium eſt. Qui potuerit crapulam mundi iſtius edormire, & ſobrietatem virtutis aſſumere, iſta contemnit. Inſpice diligenter: gloria domus eius vacua eſt, quæ nihil habet in ſe de fidei plenitudine. Et quid de domo dicam? Vacuus erat totus hic mundus, antequam numero credentium Chriſtus eum impleret. Ideoque ſcriptum eſt: *Iudicabit inter gentes, implebit ruinas*, Pſal. 109. Nos Adæ illius ruina vacuauit, ſed Chriſti repleuit gratia. Ideo ſe ille exinaniuit vt nos repleret, atque in carne hominis plenitudo virtutis habitaret. Sic Ambroſ. Nota obiter, quæ tanta ſit plenitudo, ac magnitudo virtutis Chriſtianæ: totus quippe orbis, infinitis prouinciis, regnis, vrbibus, oppidis, hominibus, animantibus, diuitiis plenus; ſi virtutem, ac virtute præditos homines non habeat, vacuus omnino eſt ipſamet ſolitudo: vbi iuſti fiunt, implentur ruinæ, habitatur eremus, inane quod erat ſpatium, ſubſtantia, corpore viuente repletur. Procedit vlteriùs Ambroſ. Nunquid ſecum quis poteſt auferre, quæ poſſidet? Hic omnia derelinquit, ſolus intrat in tumulum; & vacuum illius diuitis eſt ſepulchrum, quem nec ipſa terra capiebat. Gloria ſeculi non deſcendit cum peccatore, ſed gloria virtutis aſcendet cum innocente. Tunc ergo ille cogitabit ſecum: Quia cùm in honore eſſet, non intellexit; & ideo erit ſimilis iumentorum, qui ſimilis debuit eſſe Angelorum. Hæc Ambroſ. E contrario, iuſti, qui preſſuram (vt ait Dominus) in mundo ſuſtinuerunt, in morte dicent: Lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti: annis, quibus vidimus mala, *Pſal.* 89. Hoc genus lætitiæ (inquit D. Bern. *ſerm. 68. in Cant.*) cæli neſcierunt niſi per Eccleſiæ filios, hoc nemo vnquam lætatur, qui nunquam non lætatur. Opportunè poſt triſtitiam gaudium ſubit, poſt laborem quies, poſt naufragium portus. Placet cunctis ſecuritas, ſed ei magis, qui timuit. Iucunda omnibus lux, ſed euadenti de poteſtate tenebrarum iucundior. Tranſiſſe de morte ad vitam, vitæ gratiam duplicat. Sic Bern. Quocirca ſapiens eſt qui non in præſentibus, & amore, & iudicio totus inhæret; ſed ad futura mentem oculuſque intendit. De fine tota ſit ſolicitudo, & vt optimè mouet idem Bern. *ſerm. 2. de SS. Petro & Paul.* Studeamus viuere vita iuſtorum, ſed morte eorum mori multo magis deſideremus. Sapientia enim iuſtorum, nouiſſima præfert: ibi nos iudicans, vbi nos inuenerit. Omnino neceſſe eſt præſentis finem futuræ cohærere principio, nec ibi tolerabilis diſſimilitudo eſt. Quamtumlibet extiterit conuerſatio ſpiritualis, ſi carnalis fuerit conſummatio noſtra, vitæ illi ſpirituali penitus non cohæret, nec caro, & ſanguis regnum Dei poterunt poſſidere. Hactenus Bern.

S. Ambroſ.

Pſal. 48.

*Rerum humanarum leuitas.*

Pſal. 109.

*Mundus ſine iuſtis vacuus & inanis.*

*Miſer felicium exitus.*

Pſal. 48.

Pſal. 89.

S. Bernard.

*Iuſtorum poſt tribulationes felicitas.*

S. Bern.

*Mors iuſtorũ expetenda.*

5. *Deſcendit Dominus.* Alium adhuc efficit ſenſum; ſcilicet Angelos ſui miniſtros, ad recognoſcenda, iudicanda, puniendáque hominum facta Dominus in terram mittit. Vnde D. Aug. ad hunc locum *lib. 16. de Ciuit. cap.* 5. Poteſt (ait) etiam intelligi Deum ad illam ciuitatem deſcendiſſe, quia deſcenderunt Angeli eius, in quibus ipſe habitat, quia per Angelos deſcendebat, qui in Angelis deſcendentibus erat. Sic Aug. Iure autem optimo Deus Angelus ad hoc examen, iudiciúmque aſſumit, quippe qui puri ſunt ſpiritus, nec in illis caro, & ſanguis dominantur, nec conſequenter amore, aut odio permoueri poſſunt, quæ duo humanum ſolent peruertere iudiciũ. Vera eſt enim illa D. Bern. ſententia *tract. de grad. humil.* quæ ſic habet: Amor, ſicut nec odium, veritatis iudicium neſcit. Vis veritatis iudicium audire? Sicut audio, ſic iudico; non ſicut odi, non ſicut amo, non ſicut timeo. Addiderim Bernardo periculoſiùs ſeſe ingerere iudicio amorem, quàm odium. Cæca enim omnino eſt amantis definitio. Audi D. Hieronymum hac de re *in Epiſt. ad Pamach. contra errores Ioan.* Scribunt ſeculi literæ amantium cæca eſſe iudicia. Nunquam de amicorum iudicio glorieris. Illud verum eſt teſtimonium, quod ab inimica voce profertur. Miraris Hieronymi ſententiam; quòd teſtem ac iudicem non timeat, imò expoſcat inimicum. An non odium interturbat, euertit, occæcat? Ita planè fieri videmus. Sed eſt tamen aliquando tantus veritatis ac virtutis ſplendor, vt negari non poſſit, quinimo videri laudaríque ſoleat etiam ab inimico. Quinam obſecro veritatem ipſam Dei maiore auerſantur odio, quàm Ethnici homines, iidemque magi? Verumenimuero, vt egregiè adnotauit D. Baſil. *homil. 15. de hum. Chriſti gener.* Magi alienum à Deo genus, & à teſtimoniis gens peregrina, primum adoratione Chriſti dignati ſunt, quòd ex inimicis teſtimonia longè præſtantiora fidéque digniora eſſent. Sic Baſil. Multo adhuc grauius in hoc argumento illud eſt, quod Dominus Iudam, quem ſciebat futurum proditorem, inter duodecim tamen elegit: Vt ſciremus (inquit D. Ambroſ. *in B. Lucam*) quanta ſit veritas, quam nec aduerſarius miniſter infirmat. Addo, imò confirmat, dicens ad Iudæos: Peccaui tradens ſanguinem iuſti: ſed fortaſſe Iudas, quando vocatus, & electus eſt ſecundùm præſentem iuſtitiam, dignus erat tali Dei beneficio: dicíque in illius electione poterit, quod egregiè obſeruat S. Cyril. Hieroſ. *Catech.* 2. de Achab rege impio, cui aliquando pœnitentiam agenti Dominus pepercit: ſic ait. Deus ignoſcit Achab, non ignorans quid eſſet futurum: ſed conſentaneam pœnitentiæ præſenti concedens indulgentiam. Iuſti enim iudicis eſt, de ſingulis factis aptè ſententiam pronuntiare. Sic ille.

S. Auguſt.

*Iudices, qui nec amore, nec odio ducantur.*

S. Bern.

S. Hieron.

*Pulchrum teſtimonium ab inimico.*

S. Baſil.

*Quare Dominus a magis voluit adorari.*

S. Ambroſ.

S. Cyr. Hieroſ.

6. Angeli porrò aptiſſimi ſunt ad hominum

ertata & examinaoda, eſt Deo ipſi referenda, A
imò & iudieanda,nec enim aut odio, aut amo-
re do:untur, vt à veritate, atque æquitate, vel
tantulum deflectant. Er quidein de odiu neioo
ambiget: at amore nihil magis naturale, atque
inſitum Angelis viderur. Amant nos illi, coſto-
diunt oos,io manibus portant, baiuli & pæda-
gogi, & nutritij hominum. Denique (ait D.
S.Ambroſ. Ambroſ. *in Pſal.*38.) Angelus in eireoitu eſt ho-
minis, qui prætendit,ne quis noceat ei. Non
diſcedit Angelus niſi iuſtus à Domino, vt ſuus
*Quantum debemus Angelis.* athlera decertet. Quòd ſi nos vitiorum macu-
lis videant pollutos; omni ratione ſtudent, vt
porificent, vt puros ſiſtant Domioo. Gaudent
S Bern. (ait Bernard.*ſerm.68.in Cant.*) Angeli ad pœni- B
tenriam peccatoris. Quòd ſi deliciæ Angelo-
rum lacrymæ meæ, quid deliciæ? Amant An-
geli; ergo cæcutient in iudicio præ amore, qui
amantium ſolet oculis tenebras offundere. Non
ita eſt: nam etſi nos ament Angeli, plus tamen
æquitatem, plus tamen Deum amant, nec ſibi
ipſi pro Deo parcent. Ad hæc iure Angelis de-
mandatur iudicandi, aut certè inquirendi mu-
nus, nullius enim commodi mouentur cupidi-
tate: qui enim quærit quæ ſua ſunt, quomodo
contra aurum pro Deo pugnabit? Viſiunes (in-
Clem Alex. quit Clem. Alexand.) terrenarum cupiditatum
*Auaritia in iudiciis perniciosa.* inescant animos. Quid ergo poſſeſſiones? ſi
vel viſuio oculis aurum illigat animum: quid ſi
iam aeceptum, quid ſi iam poſſeſſum? Nulla C
maior in iudiciis peſtis, quàm auaritia,nec mi-
rum eſt cur ille omnium mortalium iniquiſſi-
mus Caiphas, tam iniquam, ſacrilegam, infa-
námque protulit ſententiam: Reos eſt mor-
Math.26. tis. Quis iſte quæſo morti addictus, ô iudex
impiiſſime? Nimirum innocens, ſanctus, Dei
Filius? ſed vnde tanta iniquitas in iudice Cai-
1. Tim 6. pha? Radix omnium malorum cupiditas, ait
Apoſtolus; fuit Caiphas inſigni notatus aua-
ritia. Hinc illud luculentiſſimè ſcriptum eſt
S.Hieron. à D.Hier. *in Matth.* ad illa verba: *Duxerunt il-*
*Caiphas iniquus iudex.* *lum ad Caipham.* Refert Ioſephus Caipham vnius
anni pootificatum ab Herode pretio redemiſſe,
nec mirum eſt ſi nequam Pontifex iniquius iu- D
dicet. Cæterùm Angeli à ſordibus auaritiæ prot-
ſus alieni ſunt, nullius indigent. Immortalis
illa & ſpiritualis natura donis eſt omnibus à
conditore ipſo locupleta. Ideoque putat D.
Luc. 12 Ambr. *in* 12. *Luc.* à Domino ſignificari Ange-
los, cùm dixit: *Videte lilia agri, quomodo creſcunt,*
*Angeli cupiditatem neſciunt.* *non laborant, neque nent*, &c. Angeli (ait) verè
mundi iſtius flores ſunt, quod eorum claritati-
S.Ambroſ. bus mundus ornatur, & bonorum odorem ſan-
ctificationis aſpirant, quorum præſidio fulti poſ-
ſumus dicere: Bonus odor Chriſti ſumus Deo
in iis, qui ſalui fiunt, qui nulla ſolicitudine
præpediti, nullo vſu laboris exerciti, diuinæ in
ſe liberalitatis gratiam & cæleſtis ſeruant dona
naturæ. Quorum natura diuinior expers manet E
iniuriæ corporalis, &c. Sic Ambroſ.

7. Deſcendit Dominus: tuoc quidem per
S Aug. Angelos, in quibus (vt ait Auguſt.) habitabat,
ſeu quos ſui adminiſtros mittebat. At cùm veoit
plenitudo temporis; deſcendit ipſemet Domi-
*Humilitas Christi profundissima.* nus, verbum caro factum eſt, & habitauit in
nobis: Deus viſus eſt in terris, & cum homini-
bus conuerſatus eſt. Deſcendit Dominus, & vſ-
que adeò per humilitatem deſcendit, vt penè
etiam acutiſſimam aciem Angelorum effugeret.
Exinaniuit enim ſemetipſum. Ideo beatæ illæ
Cant. 5. mētes rogabant: Quò abiit dilectus tuus: *Cant.* 5.
nonant illum abiiſſe, ſeu quò tandem, nec vi-
dere, nec ſcire poterant: tantum quippe de-
ſcenderat, vt etiam ſponſa cariſſima dicat: Quæ-
ſiui eum, & non inueni, pertranſierat enim.
Profectò vltra naturæ (vt ita dicam) humanæ
terminos: vermis vt videretur, & non homo,
opprobrium hominum, abiectio plebis. Sed
cur qui ſemper deſcendit ab Iſai. dicitur: *Ecce* Iſai. 19
*Dominus aſcendit ſuper nubem leuem*, *cap.* 19. D. *B. Maria Dei nubes leuis.*
Hier. Chryſ. Ambroſ. Cyrill. Alex. exponunt,
ſuper Virginem Mariam nullo humano ſemine
prægrauatam, cuius in vtero conceptus eſt Dei
Filius, cuius in brāchiis inſidens mundo, quem
vocat Ægyptum, ſeſe oſtentauit. Hebr. רכב
B *rocheb*, equitans Deus equitans ſuper nubem le-
uem. Non quidem deſcendit Dominus, ſed pla-
nè aſcendit, velut in quadrigam triumphalem;
nullibi enim Deus equitare, ac triumphare po-
tiùs videtur, quàm factus homo ſemper virgi-
nis matris geſtatus vlnis, pendénſque infantu- *Deus homo in B. Maria triumphat.*
lus ab vberibus. Sic enim abſtulit vt prædi-
xit Iſai.8. fortitudinem Damaſci, & ſpolia Sa-
mariæ: ac proinde nomen accepit; Accelera de- Iſai. 8.
trahere, feſtina prædari. Vbi D. Hier. Partus S. Hieron.
(inquit) deſcribitur virginalis. Puer natus ve-
lociter ſpolia detrahit: hoc eſt, vltrà patitur re-
gnare diabolum; nec mittit Angelos, non Pro-
phetas, ſed ad ſaluādas creaturas ſuas ipſe deſcē-
C dit. Addit idem Hier. fortitudinem ipſam victo-
riam, ac triumphum intelligens, de anima virgi-
nis Dei donis diuite Deóque plena. In anima
(inquiens) virginali, & nulla ſorde maculata,
de Spiritu ſancto Dei ſermo cōceptus velociter
de aduerſariis poteſtatibus ſpolia detrahit, &
ſibi facit vniuerſa ſeruire. Iccirco enim Virgo
beatiſſima Deum non in vtero tantùm ſuo, ſed
in anima commorantem admirata, excla-
mauit: *Magnificat anima mea Dominum*, Luc. 1. Luc. 1.
Neque verò ſolùm ſignificat virgo parens, ſe
laudare Deum & magnum confiteri, eius ma-
gnificentiam prædicare: ſed ampliùs oſtendit,
quaſi dicat: Anima mea magnum facit, magnum *Deus magnitudinem suā ostendit in B. Maria.*
mundo demonſtrat Deum; vti opus aliquod ma-
D gnificum magnificat, & prædicat magnum eſſe
ſuiipſius factorem. Tam mira enim ſunt, & tam
innumera, quæ Deus io anima mea collocauit
dona gratiarum, vt ex nullo opere tantum ſibi
nomen & gloriæ arrogauerit. Vnde D. Bernar. S. Bern.
*ſerm. de annunciat.* Quantum ergo illa viſcera, vir-
tus pietatis affecit, in quibus nomen mentibus
requieuit? nam & ante repleuit mentem, quàm
ventrem, & cùm proceſſit ex vtero, non receſſit
ab animo. Igitur verè ac propriè dixit Iſai.
Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem.
Aſcenſus enim Dei fuit concipi, naſcíque de
tali, tam incompatabili, tam ſtupenda matre,
ſemper virgine.

E

## SECTIO VI.

*Vt videret ciuitatem, & turrim, quam ædificabant filij Adam, &c.*

1. MOre humano accipienda hæc ſunt, vt
de Domini deſcenſu diximus. Nuda
enim ſunt omnia & aperta oculis Dei, nec vt
videat oculis, quid agatur in terris, neceſſe ha-
bet progredi, aut loco moueri. Sed tamen ita ſe
geſſit in hoc iudicio, ac ſi homo eſſet, qui audi-
tu graue aliquod admiſſum facinus accepiſſet;

ſed nihilominus fallaci auditui non credēs, oculis rem ipſam contueri maluiſſet. Quod quidem hominibus ritè ac ſanctè obſeruandum in iudiciis ferendis documentum cōſtituit, vt elegāter aduertit Philo Hebræus *lib. de conf. ling.* hiſce verbis. Dicitur Deus deſcendens viſere, qui omnia priùs etiam quàm fiant clariſſimè præuidet; vt doceamur, ne quis homo de abſentibus rebus & incertis putet ſe certum poſſe iudiciū facere; ſed propiùs introſpecto negotio diligenter cuncta perluſtret. Viſus enim certus adhibendus eſt potiùs, quā fallax auditus. Quapropter in optimè conſtituta republica, lege cautum eſt, ne quis audita dicat pro teſtimonio, quia iudicium auditus naturaliter obnoxium eſt corruptioni. Sic Phil. Idem S. Chryſ. inculcat *homil.* 30. ad hunc modum. Deſcendit Dominus, vt videret ciuitatem, & turrim: non quidem vt humano modo intelligamus: ſed vt per hoc erudiamur, nunquam temerè fratres condemnandos, neque auditu ſolo iudicandum, niſi pluribus argumentis priùs certi reddamur. Omnia enim à Deo ideo fiunt, & ob hoc tanta ad erudiendum humanum genus vtitur ſermonis attemperatione. Ita Chryſ. Hanc doctrinam, vt pote omnino neceſſariam hominibus facto ſuo, & exemplo, cùm aliàs ſæpè, tum maximè tribus in locis Dominus commēdauit, nimirum *Geneſ.* 3. vbi Dominus veniſſe dicitur in paradiſum, & præſens agere cum Adam: Vbi es? quid feciſti? Et *Geneſ.* 18. Vbi ſermo eſt de Sodoma. Deſcendam, & videbo. quem locum ſuo tēpore Deo volente in ſecundo tomo explicabimus. Et hoc præſenti loco; in quo Dominus deſcendit, vt præſens oculis ſuis videat quid homines moliantur; réque ipſa optimè ac diligentiſſimè perſpecta & diſcuſſa maturum ac iuſtam ferat iudicium. Nam, vt ſcribitur Eccleſ. 19. *Qui credit citò, leuis eſt corde, & minorabitur; & qui delinquit, in animam ſuam inſuper habebitur.* Extrema verba clariùs in Græco ponuntur. Et qui peccat, in animam ſuam peccabit. Locus eſt inſignis, & quem omnes preſertim principes Domini, prælati, ac iudices obſeruare ſedulò debeant, ne temerè detractoribus ac maledicis fidem habeant, cum abſentes vellicant, & de alienis vitiis odio potiùs & inuidia, quàm ſancto zelo ducti procaciſſimè fabulantur. Qui ergo facilè præbet aures iſtis delatoribus, & ſtatuit illicò verum eſſe, quod audit, leuem ſe, & inconſtantem oſtendit: vno enim flatu vnius ſycophantæ per aurem accepto conuellitur, ac dimouetur: cor habet leuiculum, & ſtipula ipſa mobilius: minorabitur iſte apud homines, hoc eſt, infamis erit; in animam ſuam peccabit; grauem quippe ſibiipſi facit iniuriam, qui ſe leuitate commaculat, decipi ſe leuiter permittit, & ſe multorum malorum periculo exponit. Nam ex hac tam pucrili credulorum hominum lenitate innumeræ, grauiſſimæque ſequuntur quotidie calamitates, quæ nulla deinceps ratione poſſunt auerti: præcipuè, cùm agitur de capite alicuius, periculoſa eſt credulitas; & nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa eſt, vt optimè Iuuen. *Satyr.* 6. Monuerim obiter fuiſſe hæreticum, qui locum iſtum Eccleſ. ſic exponeret: Citò credere eſt, adhibere fidem ante rationem. Errorem confutat D. Bern. *Epiſt.* 190. Eo quòd (ait) Salomon non de fide in Deum, ſed de mutua inter nos dixerit credulitate Nam illam, quæ in Deum eſt, fidem, B. Greg. negat planè habere meritum, ſi ei humana ratio præbeat experimentum. Laudatur Maria, quòd rationem fide præuenit, & punitur Zacharias, quòd fidem ratione tentauit. Hæc & alia Bern. contra hæreticum, qui aſſerebat non credendum quicquid non poſſit ratione attingi.

*Iudex certo & non temerè iudicet.* — Philo. — S. Chryſ. — Geneſ. 3. — Geneſ. 18. — Eccleſ. 19. — *Non audiendi detractores.* — *Nimia credulitas nocet.* — Iuuen. — S. Bern. — *Fides Catholica non eget ratione humana.* — *B. Mariæ fides.*

2. Deſcendens etiam Dominus, vt videat, (quod rectè adnotauit S. Chryſ.) longamini vtitur lenitate. Cùm enim ad puniendum procedit, non audiſſe contentus, ſed inſuper videre vult, (At proh! Dei clementiam admirabilem) vt beneficium aliquod hominibus conferat, non requirit euidentius oculorum iudicium; ſatis habet ſi audiat. Locus eſt in hanc ſententiam luculentiſſimus *Exod.* 16. ait enim Moyſes, populo carnes expoſcenti: *Dabit vobis Dominus veſperè carnes edere, & manè panes in ſaturitate; eo quòd audierit murmurationes veſtras.* Vbi D. Aug. Notandum nouo modo hîc exauditionem dictam non peccantium, ſed murmurantium, cùm reprehendat vtique ſcriptura murmurationem. Itaque audiuit Dominus murmurantes, & confeſtim parauit epulas carnium populo, qui quòd aduersùs Deum obloqueretur, fame potiùs conſumi merebatur. Quod ſi Dominus impatienter conquerentium voces exaudit, nec differt obmurmurantibus ſubminiſtrare delicias; quàm certò citóque accurret, cùm preces, & lachrymas patienter tolerantium, & ardenter amantium audierit? Etſi autem iſta querula quaſi deprecatio indigna videatur viris perfectiſſimis, ferenda tamen eſt, cùm ſit ab ijs, quorum adhuc tenera eſt & infantilis virtus; vt diſertis verbis S. Cyrillus *in Ioan.* edocet. Modeſta (inquit) per orationem petitio perfectorum eſt, cui exequatur imbecillium atque infirmorum obiurgatio, & murmuratio. Nam quemadmodum ploratu neceſſaria ſibi alimenta infantes flagitant, & hoc modo mater ad fouendos filios ſuos prouocetur; ſic conqueſtuoſus, obiurgationíſque plenus clamor ad Dominum, ſi ab infirmis adhuc & infantibus in habitu virtutis ſit, petitionis locum retinet. Ita Cyrillius. Pulchrè ſanctiſſimus Doctor Deum matrem effingit, quæ infantiam nutriat, cui non proinde lac denegat, quòd plorantem, & quiritantē audiat: imò ad primum filioli ploratum accurrit mater; nec tantulam pati moram paterna ſinunt viſcera. Contra verò adulti iam filij, non plorandò, ſed placidè grauitérque patrem deprecantur. Quæ duo petitionum genera paſſim reperias in Pſalmis, vel vt oſtendatur duplex ſtatus eorum, cui Dominum precibus, aut queſtibus ſolicitant; vel vtraque ſupplicatione ipſemet Dauid vtebatur nunc patrem Deum, nunc matrem ſentiens & appellitans. Audiant hoc principes, domini, prælati, & quicunq; aliis imperant, non ſe putent offendi, ſi clamant, ſi gemant ſubditi. Quidni gemant ſub tanto pondere; impoſuit enim Deus homines ſuper capita eorum, *Pſalm.* 65. Ecce gigantes gemunt ſub aquis, *Iob.* 26. Quid ergo nani, quid imbelles ſub rupibus? Quòd ſi Pharao miſerorum clamoribus non mouetur, imo flagella & onera grauiora infert, eo quòd clament, & gemant Hebræi: Deus tandem audiuit gemitum eorum, *Exod.* 2. Iſtos eruit è ſeruitute, illum ſuo pondere, vti lapidem, in pelagus dedit præcipitem, indéque in gehennam.

S. Chryſo. — Exod. 16. — *Dei promptitudo ad benefaciendum.* — S. Auguſt. — *Deus vltimatur plorantes exaudit.* — S. Cyril. — *Duplex orantium ſtatus.* — Pſal. 65. — Iob. 26. — *Imperantium graue pondus.* — Exod. 2.

3. Deſcendit Dominus, vt videret. Deo quid magis proprium, quàm vt ad nos deſcendens videat,

A videat, nobis ſcilicet cōſulēns, ac prouidens: nec licet innumeri ſimus, vllus eſt, qui Dei oculos effugiat, in quem tota Dei prouidentia nō inuigilet. Hinc illud non minus verè, quàm piè ac dulciter ſcripſit D. Aug. *Confeſ.* 11. *& ſoliloquiorum* 14.

S. Auguſt. *Prouidentia Dei in quemque noſtrum.*

In toto tempore totum me ſimul ſemperque conſideras, ac ſi nihil aliud conſiderare habeas: ſic ſuper cuſtodiam meam ſtas, ſicut ſi omnium oblitus ſis, & mihi ſoli intendere velis: quòcunque ſero tu me Domine non deſeris, niſi prior ego te deſeram. Hæc Aug. Quare non eſt, quòd cauſſemur aliquid contra Deum, a quo deſerimus cùm nobis multa, vel neceſſaria deſunt; ſcitum eſt enim illud S. Cyprian. *de Orat. Domin.*

B S. Cypr. *Deus non deerit ſeruum.*

Cùm Dei ſiot omnia, habenti Deum nihil deerit, ſi Deo ipſe non deſit. Ex his bene colliges deſertum à Deo ſimul, ac ſeruum Dei amantem nequaquam inueniri. Deſcendit vt videret, eo planè ſenſu quo Deus de cælo proſpexiſſe dicitur, *Pſalm.* 13.

Pſal. 13. S. Chryſoſt.

Nimirum (explicat D. Chryſ.) vt videant homines Deum indignantem, & ceſſent peccare. Quemadmodum ſeruis ioferiùs in atrio aut in platea ſe petulanter ac inſolenter gerentibus dominus ex alto proſpicit, vt cùm eum ſerui viderint, timeant & deſiſtant: ita etiam cùm vniuerſa terra proſiliret ad impietatem, Dominus de cælo in terram proſpexit, vt terrore affecta peccare deſiſtat.

*Præſentia Dei terret nos in offi. 10.*

Cuius rei teſtis eſt Propheta, qui dixit: Terra tremuit & ſiluit, dum exurgeret C Deus ad iudicium. Ita Chryſ. Quamobrem inſanit ille qui apud *Eccleſ.* 23. dicit: *Quis videt me?* Inſanit etiam adulter qui ait: *Non conſiderabit me oculus*, Iob 24.

Eccleſ. 23. Iob. S. Ambroſ.

Vtrunque locum expendens D. Ambr. *lib.* 1 *offic. cap.* 14. Malus (inquit) ſtudet latere, cùm Deum latere non poſſit, qui intra profundum abyſſi, & intra hominum mentes non ſolùm tractata, ſed etiam voluenda cognoſcit. Quid autem tam ſtolidum, quàm putare quòd Deum quicquam prætereat.

*Dei oculos nihil effugit.*

Si enim radius Solis fundit lumen ſuper omnem terram, & in ea, qui clauſa ſunt, ſe inſerit: quomodo non poteſt intelligibilis Dei ſplendor in cogitationes hominum & corda ſemet, quæ ipſe creauit, inſerere? Sic Ambroſ. Deinde ſanctiſſimus pater D cauſam veram aſſignat, tam ſtolidæ temeritatis eorum, qui Dei ſe poſſe oculos effugere arbitrantur. Nolunt (ait) ſupra ſe eſſe iudicem, quem nihil fallat.

*Mali Deum iudicem nolunt.* Luc 6.

Nolunt ei dare occultorum ſcientiam, qui metuunt occulta ſua prodi; ſed Euangeliſta teſtatur: *Sciebat enim Ieſus cogitationes eorum*, Luc. 6. Hæc Ambroſ.

4. Deſcendit Dominus vt videret. Deſcendat qui præeſt aliis, vt videat quid in regno, quid in repub. quid in familia agatur. Ad viliſſimos quoſque ſibi de ſuo grege ſubditos deſcendat, vt videat quænam ſit vita, qui mores etiam mancipiorum. infamant enim perditi, ac flagitioſi famuli dominum quantalibet virtute præcellentem.

*Regentium oculi ſuper ſubditos.*

E Dedecet (aiunt) dominorum grauitatem ad hæc abiectiſſima deſcendere. Quæ maior; quæſo maieſtas, quàm quæ in Chriſto Domino eſt? & quid in orbe abiectius, fœdius ac turpius, quàm inferorum voragines, & ergaſtula? Attamen qui Rex vniuerſorum eſt, aſcendit in cælum, vbi regnat: in terris cum hominibus conuerſatus eſt: ac demum etſi non corpore, animæ certè deſcendit ad inferos: vt nihil ſit, quod ſe abſcondat à calore eius: vt totum ſuum regnum præſens ipſe obeat, ſinguláque illius oculis ipſis colluſtret. Nihil piaoè infælicius euenire ſubditis poteſt, quàm ſi regentium oculi non videant. Iacebat in loco ſuo Heli, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre, 1. *Reg.* 3.

1. Reg. 3.

Quid igitur mirum, ſi quo tempore princeps, & pontifex præ cæcitate non videbat, narretur à ſacro ſcriptore: *Et ſermo Domini erat pretioſus in diebus illis?* Hebr. יקר *iaqar*, pretioſus, rarus, prohibitus, & vt Lyranus addit, obſcuratus.

Lyran.

Eo ſcilicet tempore pontificis non videntis, ſed caligantis, nullum Dei cum hominibus erat commercium, nullus ad illos Dei ſermo fiebat, prophetia defecerat, propheta nullus aderat: raro, & quaſi non ſine ingenti pretio emptum videbatur, ſi quid huiuſmodi cælitus veniebat; prohibitus & obſcuratus erat ſermo Domini. B Vndénam iſthæc prohibitio, & obturatio? profectò ex eo, quòd Pontifex & iudex Heli iacebat in loco ſuo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre.

*Prælato cæco nil infelicius.*

Miſer ſenex audiuit omnia, quæ faciebant filij ſui, vniuerſo Iſraëli, vt ſcribitur *cap.* 2. Audiuit quidem ſacrilegia, & turpitudines filiorum, ſed videre non poterat. Rectè hoc loco Rabbanus: Quòd Heli in cæcitate permanſit, funditus cum prole ſua exſtinctus eſt.

Rabban.

Duo adhuc hinc elicio: nimirum eo tempore, nec auditores, nec doctores verbi Dei extitiſſe, conſequentérque ſermonem Dei aut rarum aut prohibitum, aut nullum fuiſſe: radix autem huius tantæ infelicitatis vita erat improbiſſima vtrorunque. Quod S. Greg. *in* 1. *Ezech. homil.* 12. ſic C oſtendit.

S. Greg. *Vita doctorū improba perdit audientes.*

Propter malos auditores, & indignam vitam eorum, qui docere debuerant, ſermo doctrinæ ſubtrahitur, ſicut Heli ad corrigendos filios, diſtrictæ increpationis verbum non habuit; quia & eius negligentia, & filiorum exigebat vita, vt cum eis & populus caderet, & arca Domini capta ad Allophylos tranſiret. Magna enim omnipotentis Dei eſt gratia, cum iniquè agentibus, durus à doctoribus ſermo increpationis profertur. Ita Greg. Vtrumque illud malum deplorat in republica Iudaica. Iſai. cap. 56. *Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam: omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam*, &c.

Iſai. 56.

Erant ergo rectores cæci, atque inſcij: D & vt hîc ſubnotauit D. Hier. non ſolùm ſpeculatores cæci, ſed & canes muti appellantur non valentes latrare.

S. Hieron.

Simul etiam eorum ſubditi omnibus cooperti flagitiis videbantur: deerant enim in paſtoribus oculi, & in canibus os, & lingua. Equidem ſic exiſtimo: Nihil melius, quàm bonus rector, nihil verò peius, quàm malus.

*Malo Prælato nihil peius.*

Nec enim ſine myſterio nomen Hebræum, quod paſtores hîc ſignificat, vt obſeruat D. Hier. quatuor literis ſcribitur, quod ſi legatur רעים *roghim*, paſtores: ſi רעים *raghim*, peſſimos ſonat.

S. Hieron.

Sola eſt differentia in punctis, quæ tamen linguæ Hebrææ exotica eſt. Cæterùm Iſaiæ locum ita commentatur S. Greg. 1. *p. Paſtor. cap.* 1. Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam *Iſai.* 56.

S. Greg. Iſai. 56.

E quos rurſus deteſtatur Dominus, dicens: *Et tenentes legem neſcierunt me*, Ierem. 2.

Ierem. 2. *Propter malos ſubditos prælati cæcutiunt.*

Quia profectò hi, qui ea, quæ ſunt Domini, neſciunt, à Domino neſciunt: Paulo atteſtante, qui ait: *Si quis autem ignorat, ignorabitur*, 1. Corinth. 14.

1. Cor. 14.

Quæ nimirum paſtorum ſæpè imperitia meritis congruit ſubiectorum: quia quamuis lumen ſcientiæ, ſua culpa exigente non habeant: diſtricto tamen Dei iudicio agitur, vt per eorum ignorantiam hi etiam qui ſequuntur, offendant. Contrà verò quantum conducat doctoribus bona vita ſubditorum, & ſubditis conſpicua vita doctorum, egregiè idem Greg. oſtendit *citata homil. in Ezech.*

S. Greg.

Propter

Propter bonos auditores (inquit) etiam malis ſermo datur, ſicut de Phariſæis Dominus dixit: *Omnia, quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite; ſecundum verò opera eorum nolite facere; dicunt enim & non faciunt*, Matt. 23. Propter docentium quoque meritum, & audientium iuſtificationem, ſermo doctrinæ tribuitur; ſicut Apoſtolis dicitur: *Euntes docete omnes gentes*, Matth. 15. Hæc Greg.

Matth. 23. *Propter bonos ſubditos prælatis bonū regunt.*

Tanta porrò eſt virtutis potentia, & prærogatiua: vt iuſtis neque noceat improbitas rectorum, quo aliter atque oportet doceantur, ac regantur: neque deprauata ſubditorum vita, vt circa doctrinam, regiménque aberrent.

*Quàm mira virtutis potentia.*

5. *Quam ædificabant filij Adam.*] Emphaſim habet illud, *ædificabant*; non enim Dominus iſtorum conatus euertit, vel antequam operi tam temerario moliendo manus adhiberent, vel ipſo ſtatim exordio fabricæ: ſed iam progreſſo operis, in altum aſſurgente inſanæ ſubſtructionis mole, ad videndum, & ſubruendum ædificium deſcendit. Expectauit igitur (inquit D. Chryſ.) donec malitiam ſuam opere declararent, & tunc conatus eorum impediuit. Ne quia enim dicere poſſet, voluiſſe quidem illos, ſed quæ decreuerant opere non cœpiſſe: præſtolatus eſt, donec animo deſtinatum opus aggrediantur, & tunc monſtrat eis, quàm inutilia attentâriot. Deſcendit, vt videret ciuitatem, & turrim, quam ædificabant. Vide miſericordiæ excellentiam: præmiſit illos laboribus ſeſe affligere, vt rerum experientia præceptoris loco illis eſſet. Et quoniam vidit malitiam inualeſcere, & morbum incrudeſcere, non vſque ad finem permittit, ſed ſuam declarat bonitatem, Quemadmodum bonus medicus videns morbum augeri, & vlcus incurabile fieri, ſtatim ſectione vtitur, vt omnem morbi cauſam aboleat. Hactenus Chryſ.

S. Chryſoſt.

*Deus ſinit malum ingraueſcere, vt potentiā ſuam oſtendat.*

Huiuſce doctrinæ ſatis euidens quotidie habemus experimentum; dum Dominus inſanos peccatorum conatus, vbi nam ſe produnt, imò iam in ſublime aſſurgunt, cùm ciuitas & turris impietatis eminet, non aliquo rerum ſucceſſu ludificatur. Sic Saulum magis adhuc ſpirantem minarum, & cædis in diſcipulos Domini iam appropinquantem Damaſco, ex equo præcipitauit. Sic Petrum ſupra mare firmo & ſecuro greſſu ambulantem, ac deinde tempeſtate oborta iam propè vndis abſorptum extenta manu apprehendit. Sic Dauidem non ſimulatque ſcelus admiſit, ſed ferè poſt annum in ſcelere iacentem, atque omnino vlceroſum appoſito medicamine curauit. Sic Magdalenam ad purioris vitæ ſtatum deducit, vbi iam mulier habebatur in ciuitate peccatrix. Enimuero hac ratione, tum Dei potentia, patientia, & miſericordia in expectandis, reprimendis, conuertendiſque peccatoribus clariùs demonſtratur; tum etiam ipſimet maiorem ſibi, ac dulciorem Dei gratiam præſtitam agnoſcunt, & venerantur. Quid enim ad Dei virtutem admirabiliùs, atque ad peccatoris gratiam felicius, quàm vt anima pluribus inquinata flagitiis Dei beneficio in tam purum ac præclarum virtutis ſtatum euehatur, vt innocentiæ æquiparetur; imò nonnunquam ſanctior multos euadat, quàm ſi nunquam in vitium prolapſa foret. Quo in argumento multa diuinitus dicit D. Ambroſ. *ſerm.* 30. de Samaritana diſſerens. Mirum (inquit) in modum ſexto iam non viro, ſed adultero fornicantem viui meatus vnda purificat, nouóque admirationis genere mulier, quæ ad puteum Samariæ venerat, à Chriſti fonte caſta regreditur, & quæ aquam petere venerat, pudicitiam reportauit. Statim etiam indicante Domino ſuo peccata recognoſcens confitetur Chriſtum, annunciat Saluatorem, & relinquens aquæ vaſculum ad ciuitatem non fert hydriam, ſed refert gratiam. Vacua quidem videtur reuerti onere, ſed plena reuertitur ſanctitate, plena, inquam, redit, quia quæ peccatrix aduenerat, reuertitur prædicatrix, Et quæ hydriæ vaſculum amiſerat, Chriſti plenitudinem reportabat, in nullo ciuitati ſuæ inferens detrimentum. Etenim ſi aquam ciuibus non intulit, tamen fontem ſalutis inuexit. Sanctificata ergo per fidem Chriſti mulier domum rediit. Felix ſanè mulier, quæ non tam inuenit Dei gratiam, quam non quærebat, quàm ab illa præuenta, conuerſa, & in pulcherrimum ſtatum commutata eſt.

S. Ambroſ. *Samaritana conuerſio.*

Simul etiam admirari, ac venerari oportet omnipotentiam Dei redemptoris, qui animas (vt vocat Philo *lib. quis rer. diu. hær.*) fermentatas brutis affectionibus, & vitiis plurimis obſitas ſic abluit, & exornat. quare optimè addit S. Ambroſ. De hac igitur dixiſſe Prophetam puto: Einſmodi via mulieris meretricis, quæ cùm ſe abluerit, nihil ſe dicit feciſſe prauum, Prouerb. 30. De hac planè dictum eſt, quæ poſteaquam eſt fonte abluta Saluatoris, delictorum vitia non meminit, virtutem prædicationis aſſumit, & viua aqua abſtergens maculas ſuas ad euangelizandum, non conſcientia peccati retrahitur, ſed fidei calore compellitur. Nihil enim ſe dicit feciſſe prauitatis, dum fit nontia veritatis: & obliuione abnegat impudicitiam, dum deuotione prædicat caſtitatem. Hæc enim virtus Chriſti Domini eſt, vt quamuis peccator, qui eius vnda ſe lauerit denuò in virginem reparatus non meminerit, antè quod fecerit: & rediuiua natiuitate infantiæ innocentiam præferat, iuuentutis ſcelera non agnoſcat, ſitque virgo fide Chriſti, qui fuerat adulter corruptione peccati. Sic Ambroſ. Ex quibus mira exiſtit voluptas vere atque integrè pœnitentibus; dum ſua delicta & condonata & omninò deleta ſciunt.

Philo.

S. Ambroſ. *Per conuerſionem interdū pœnitens æquiparatur innocentia.* Prou. 30.

6. S. Cyrill. Alex. idololatriam, & hæreſim putat hac ciuitate turrique ſignificari. Qui (ait) Chalanes turrim ædificant, à regione lucis orientis moti, vnius inquam, & veræ Dei cognitionis, venerunt in terram Sennaar, quæ interpretatur blaſphemi dentes, cùm incidiſſent in multas de Deo opiniones, rationibus vniuſcuiuſque opinionis, tanquam lateribus aliquibus compoſitis, ædificarunt tanquam turrim, multorum deorum impietatem. Hæc Cyril. Planè ſic habent infideles, ſic eorum filij hæretici, Babylonem vrbem in campo fœtido dentium Sennaar, ipſammet confuſionem, & mentium, & linguarum ædificāt, turrímque attollunt contra Deum, verámque eius, & catholicam fidem; ſed imperiti ædificatores, varias diſcrepantéſque & omninò ridicolas propoſitiones ac dogmata malè componunt, ita vt nihil ſolidum, ac firmum, nihil verum, cohærens, catholicum, diuinum moliantur. Opus iſtud vno ſpiritus, & doctrinæ catholicæ Romanæ flatu totum diſſipatur, atque ſubuertitur. Etſi hæreticus cælo videatur ædificium inſerre; non quidem in cælum, ſed in terram, ſed in ſtercora libidinum tandem hæretica ſubſtructio deſinit. Fortè ob hanc rationem illud à ſancto Epiphanio *lib.* 3. *tom.* 1. *hæreſ.* 79. dictum eſt: Omnis hæreſis eſt praua mulier

S. Cyr. Alex. *Idololatria per turrim Babel ſignificata.*

*Hæreticorum leuitas, & impuritas.* S. Epiph.

S. Epiphan.

mulier. At per mulierem & carnis infirmitas, & mentis ignorantia, impotentia, ſummaque leuitas ſignificantur: quæ omnia ſecum aſportat hæreſis. Viritim autem peccatores voluptatibus terrenis mancipatos intelligit D. Gregor. in hac molitione repreſentari. Sic enim ait *in Pſal. 50.* ad illum verſum, *Vt ædificentur muri Hieruſalem.* Meritò qui in Senaar habitant de lateribus ciuitatem ædificant: quia qui terrenis deditı ſunt, voluptatibus carnis inſeruiunt, de fragili materia ioenris mutationem attollunt. Cæterùm, qui contempta terrenarum opum cupiditate, & carnalis vitæ abdicatis illecebris, per opera ſanctitatis virtutum in ſeipſis ſanctificationem accumulant, hi profectò lateres in lapides mutant. Tales poſſunt dicere cum Iſaia, *Lateres ceciderunt, ſed quadris lapidibus ædificabimus*, cap. 9. Lateribus quippe cadentibus, lapidibus quadris ædificat quicunque carnis laſciuiam diſciplinæ ſtrictioris rigore caſtigat; qui membrorum legem, mentis lege ſuperat; cui corporis fortitudinem ſpiritus virtute commutat. Quiſquis ergo infirma carnis fortitudine contempta, in virile ſpiritus robur animam excitat, quaſi lateres in ſaxa, quibus muri Hieruſalem ædificantur, commutat. Ita Gregor. Magnus. Portò autem impiorum ciuitas, ac turris conſtruitur ex lateribus, & bitumine; quo in opere non multum inſudatur, etiam ſine malleo ac ferro aliis aliis adglutinantur lateres: contrà verò ſuam ex viuis lapidibus C Hieruſalem iuſti viri ædificant; & quidem vi & ferro multum diúque tunduntur, ſecantur, atq; mutuò lapides connectuntur; & quia viui ſunt, non poſſunt non dolere, cùm huius vitæ incommodis, & aliunde ingruentibus tentationibus quatiuntur. Igitur in ſacris ædificiis (adiungit idem Greg.) permanſuri adhuc foris per flagella tundimur, vt in templo Domini poſtmodum, ſine aliqua percuſſione diſciplinæ diſponamur, quatenus quicquid in nobis ſuperfluum aut diſtortum eſt, modò percuſſio reſecet, & tunc ſola in cæleſti ædificio concordia veritatis liget. Sic Pontifex. Denique ad conſpectum iſtorum ex lateribus bitumine, luto demum luteas moles tanto ardore atque ſtudio fabricantium; pudor eſt, quàm ſimus, in extruendis virtutum ædificiis ad æternitatem, ſocordes ac ſupini? Piè admodum monet S. Ephrem *lib. de timore Dei*: Si aliquos fabricantes domos ex luto conſpexeris, tacitùs tecum dicito: Et hi, ô anima, in luteis domibus extruendis magnum ſtudium adhibent, vt opus perficiant: tu verò æterna tabernacula contemnis.

*Voluptati infirma & impura ſubstructio.*
S. Gregor. Pſal. 50.
*Mortificantis ſe conſtantia.* Iſai 9.
S. Greg. *Iuſti per patientiam perficiuntur.*
S. Ephrem. *Sermo in ſalutem animæ.*

7. *Filij Adam.* Mira eſt hoc loco emphaſis in nomine, *Adam*. quo ſignificatur homo ex luto effictus. Denotat igitur hominum vilem, abiectam, ac ſordidam conditionem: vt qui filij ſint ab illo progeniti parente cuius materia lutum fuit. Hoc autem impudentior eſt hominum audacia, quo vilior ac turpior eorum eſt conditio. E Itáne verò, vt infirmi, lutei, ipſum penè nihil efferantur ſuperbia nomẽ ſuũ glorioſum in mundo reddere nitantur; ciuitatem, turrimque in cælum extruant contra voluntatem ipſius Dei omnium conditoris. Quid ſuperbis puluis, & cinis? quò te ſubuehis lutum? Initium omnis peccati ſuperbia, dicitur *Sapient.* 10. Quo pacto id fuerit, explicat his verbis D. Bern. *ſerm. 17 in Cant.* Ergo in cælo concepit dolorem, & in paradiſo peperit iniquitatem, prolem malitiæ, matrem mortis, & ærumnarum, omniúmque prima parens ſuper- A bia. Cæterùm, etſi Angelo damnata ſit ſuperbia, in homine tamen multo eſt damnabilior, quòd nihil in ſe miſellus habeat, vnde queat ſuperbire. In quam ſententiam D. Bernard. grauiter diſcurrit *ſerm. 54. in Cant.* hoc modo. Quid ſuperbis terra, & cinis? Et de Angelis tranſiliit Dominus execrãns eorum ſuperbiam. Ergo repudiatio Angelorum fiat emendatio hominum, cooperetur mihi in bonum, etiam diaboli malum, & lauem manus meas in ſanguine peccatoris. Si ſic actum eſt cum Angelo, quid de me fiet terra, & cinere? Ille in cælo tumuit, ego in ſterquilinio. Quis non intolerabiliorem in diuite ſuperbiam, quam in paupere ducat? Væ mihi ſi tam durè in potente illo animaduerſum eſt pro eo, quòd ele- B uatum eſt cor illius, nec ei profuit, quòd cognata potẽtibus ſuperbia eſſe cognoſcitur; quid de me exigendum, & miſero, & ſuperbo? Hoc Bern. At eſt ille pontifex, rex alius eſt, ſunt multi potentes, ſunt diuites, viribus præualentes, formoſi, ſapientes. Ornamenta ſunt hæc pulueris. Quiſque illorum lutum inauratum eſt. Tanto etiam illuſtriùs commendauit caritatem ſuam Deus in nobis. Quid enim homo eſt, ô Domine, quia innotuiſti ei, aut filius hominis, quia reputas eum? Homo vanitati ſimilis factus eſt; dies eius ſicut vmbra prætereunt, *Pſal.* 143. Senſus eſt: (explicat Theod.) Magnopere immenſam tuã benignitatem admiror; quòd cùm Deus ſit, omniumque opifex, talem de huiuſmodi vili animali curam geras. S. Hier. ex his verbis ſummam colligit inter animantes hominis felicitatem, quòd ſolus & animo, & corpore reſpiciat, & cognoſcat cõditorem. Grandis (inquit) hominis felicitas ſcire creatorem ſuum, ſed & ſtatus ipſe corporis ſuum quærit artificem; cætera animalia terram reſpiciunt, & vbi venter, ibi & oculi. Cæterum oculi noſtri ad cælum ſunt erecti, vt etſi mens fuerit occæcata, tamen inuictis oculis cælum videamus. Accommodatiùs D. Auguſt. ad Dei bonitatem, & hominis vilitatem exponit verba Prophetæ. Aut filius (inquit) hominis, quoniam æſtimas eum? Æſtimas eum, tanti facis, tanti pendis, ordinas, noſti ſub quo ponas, ſupra D quod ponas. Quanti æſtimauit hominem, qui pro eo vinci ſanguinem ſudit? Quomodo & cum Filio omnia nobis donauit? Qui hanc annonam dedit pugnanti, quid ſeruat vincenti? Ego ſum (inquit) panis vitæ qui de cælo deſcendi. Hæc eſt annona præliantium, de horreis inuecta dominicis, vnde paſcuntur Angeli, quia panem Angelorum manducauit homo. Sic Auguſt.

*Filij homunculus, & ſuperbiunt.*
Sapient. 10.
S. Bern. *Superbia vbi nata & quorum mater.*
S. Bern. *Homo nil habet, vnde ſuperbiat.*
*Damnabilior in homine, quam in Angelo ſuperbia.*
Pſal. 143.
Theod.
*Deus hominis [illegible] magni facit.*
S. Hieron.
*Hominis inter animalia excellentia*
S. Aug.
*Quanti a Deus hominem ducat.*

8. Opportune hic locus eccidit de ſacroſancta Euchariſtia, cuius ſolennitatem intra ferias adhuc decurrentem celebrat mater Eccleſia. Ex Deo nati ſumus Chriſti fideles, vt ait Ioan. 1. per lauacrum ſancti Baptiſmatis, ſumma planè hominum felicitas! natus ergo diuinitùs, nutriri, & viuere diuinitùs oportebat! Idcirco Dominus: E Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Comedite, & bibite. Vt quod (ait Theodor.) natum eſt ex Deo, diuino viueret alimento. Militia eſt vita hominum ſuper terram; in ſtadio currimus, in paleſtra colluctamur: ne deficiamus, eſcam & potum de præliantibus (vt innuit D. Auguſt.) Dominus agonotheta noſter tribuit; & in qua vires, & patientiam elargitur comedentibus ipſius carnem, & bibentibus ipſius ſanguinem in memoriam dominicæ paſſionis, atque in ſpem, pignúſque immortalitatis conſequendæ. Quod grauiſſimis verbis ita expedit D. Cyprian.

Ioan. 1.
*Nati Deo, nutrimur Deo in Euchariſtia.*
Theod.
S. Cyprian.

*ſerm.*

*Quæ bona in Eucharistia capiamus.*

*ſer. de Cæna Domini.* Celebrantes ſacramenta commonemur minutatim commolere dominicæ inſtitutionis exẽplum, vt ſemper paſſio ſit in memoriã: nec terreant crucifixi heredes mortis ſupplicia; ſed paſcant, & reficiant maturatæ reſurrectionis lætabunda ſolennia. Quàm præclarus eſt calix iſte, quam religioſa eſt huius potus ebrietas, per quàm excedimus Deo, non habentes ſenſum huius mundi; cruci hæremus, ſanguinẽ ſugimus, & intra ipſa redemptoris noſtri vulnera figimus linguã, quo interiùs exteriúſque rubricati à ſapientibus huius ſeculi iudicamur amentes. Qui manducat ex hoc pane, vltrà non eſurit; qui bibit, vltrà non ſitit; quoniam myſterij huius ſic ſufficit gratia, ſic reficit intelligentia, vt cuicumque tantæ rei innotuerit plenitudo, omnis B conſummationis fine inuento, Chriſti baiulus ipſum ferat in pectore, ipſum gerat in mente, & omni tẽpore habitatori ſuo, dicta & facta iubilatione conſona laudes reſonent, & gratiarum actiones decantent. Hæc & plura Cyprian. quæ accedentibus ad Domini menſam ſeriò expendenda ſunt; vt paſſionẽ Domini recordentur, vt ad mortẽ pro illius obſequio ſubeundam ſe præparent: vt propriæ reſurrectionis pignore accepto exultent. Denique iam Deo paſti Deum per actiones ſuas repræſentent, crucifixo affixi. Vide obſecro, quanti Deus fecerit homines illos, inquam, filios Adam, ex luto effictos. Sed nouerint ipſi tamen ſuam vilitatem, vt ardentiùs Deum ament, à quo tanti ſiunt: & ſui pulueris ſemper memores non ſe intolerantiùs iactent, & æquabilitatem communis naturæ, ac iuris, præſtantia mundanæ dignitatis, aut proſperioris fortunæ, non tranſcendant: ſciant genres, quia homines ſunt, ſuperbiam Deo odibilem, Angelis, & creaturis omnibus inuiſam execrentur, humilitatem principalem Chriſti Domini virtutem conſectentur.

*Superbia dedecet homines.*

S.Cyprian. *Christus humiles humiles quærit.*

Etenim (vt rectè Cyprian. *ſer. de Natiuit. Chriſti*) pauperes à Chriſto electi, ſuperbi neglecti: nec faſtus, nec altus circa Chriſti diſcipulatũ aliquẽ obtinẽt locũ, Chriſtus pauper diſcipulos diuites aſpernatur. Pauper mater, pauper Filius, inops hoſpitiũ his, qui in forma huius ſcholæ in Eccleſia D militãt, præbent efficax documẽtũ. Hæc Cyp.

9. Addam ampliùs huic doctrinæ: Ædificant filij Adam ciuitatem & turrim, quæ cælum pertingat, ſed eò tamen non peruenit: ſuperbia eorum, qui Dominum oderunt, aſcendit ſemper; ait Pſaltes regius, ſed ſemper aſcendens nunquã ad Dominum accedit, nunquam in Domino conquieſcit. Coniuncta eſt cum odio Dei ſuperbia; vnde illud etiã Pſal. 82. *Et qui oderunt te, extulerũt caput.* Vbi rectè cõcluſit D.Hier. Ergo qui eleuat caput, odit Deum: ſubuchimini. Sed (ait D. Aug.) pede humilitatis. Ea verò duos maximè parit effectus, quibus inter ſeſe nihil diſcrepantius. Et Dei maieſtatem deprimit, & hominis vtilitatem E attollit. Hinc D. Aug. *in Pſ. 50.* Excelſus eſt Deus, ſi ee excelsũ feceris, longinquabitur a te: ſi te humiliaueris, propinquabit ad te. Deinde, quod amplius eſt, Deus humilitate factus homo exinaniuit ſemetipſum: virgo mulier, filia Adam, humilitate placuit Deo, humilitate cõcepit Deũ; ideo mater Dei, quia humilis ancilla Dei; & quia Deus reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ, idcirco fecit illi magna, qui potẽs eſt. Deus homo factus naſcitur ex virgine. O admirabilem Dei humilitatẽ! Concepit, & parit virgo Deum. O incomparabilem tantæ matris ſublimitatẽ! Ceterùm cùm dicitur: Deus ex virgine naſcitur: iam hoc loco mundior

*Pſal. 73. Superbia cum odio Dei coniuncta.* *Pſal. 82.* *S.Hier. & Aug.*

*S.Aug.*

*B. Maria humilitate materis Dei maieſtatem, promeruit.*

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

A auditus requiritur, & purior ſenſus: ait B. Cyprian. *in ſymbolum.* Te decet ergo in Sion, in virgine matre, ſilentiũ Deus, *Pſ. 64.* Nihilominus liceat hoc dicere cũ S. Bern. *ſer. ſuper ſignum magnum.* Si Mariam diligimus, ſi contendimus ei placere, æmulemur modeſtiam eius, nihil enim tam idoneum homini, nihil tam congruum Chriſtiano. Maria quanto maior erat, humiliabat ſe, non modò de omnibus, ſed & præ omnibus. Meritò igitur facta eſt omnium Domina, quæ ſe omnium exhibebat ancillã. Sic Bern. Ac in cæteris quidem iuſtis humilitas perfecta eſt, quo euidentiùs quiſque cognoſcit ſe in multis deliquiſſe; quis enim mũdus à ſordibus? At Virgo beatiſſima ſe puram, ſanctã immaculatam, Deo matrem, reginã mundi probè agnoſcens, nihilo tamen minùs coram Deo, B & coram Angelis, & hominibus, ita ſe humilem ac modeſtam exhibebat, vti omnium ancilla videretur, iuxta Bernardum. At, vt optimè definit S. Chryſ. Perfecta humilitas eſt, ſi te excelſum per opera, & humilem per opinionem reddis.

S.Cyprian. Pſal 64. S.Bern.

S.Chryſ. *Quæ ſit perfecta humilitas.*

## SECTIO VII.

*Ecce vnus eſt populus, & vnũ labiũ omnibus.*

1. VIdetur Deus quaſi cõſultare de pertinaci hominũ ſtoliditate opus illud tã temerarium atque inſanum ædificantium: & poſt cõſultationem demum inueniſſe cauſam iſtius pertinaciæ, quòd ſcilicet inceptum opus non interC mittent, donec omnino abſolutum ad optatũ faſtigiũ perducant. Cauſam verò dicit, vt benè aduertit Caiet. Vnitatem populorum, & vnitatem linguæ. Ecce (inquit) vnus eſt populus. Vide concordis populi vnitatẽ, & vnum labiũ. En vnitas idiomatis. Hinc fiebat, vt concordi ſtudio raperentur, mutuò ſe extimularent, animis & lingua conſpiratẽt. Quid igitur obeſt, quominus inceptum & perductum hucuſque opus continuato feruore, atque infatigabili pertinacia tandẽ perficiant? Sic enim res habet: concordia res paruæ creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. Ecce vnus eſt populus, & vnum labiũ omnibus, ad maD lum ſcilicet, vt quotidie videmus ac deflemus. De improborũ concordia paſſim queruntur Prophetæ; atque inprimis regius ſuis nimirum periculis, ac laboribus edoctus. Quoniam (inquit *Pſ. 82.*) cogitauerũt vnanimiter ſimul aduersùm te, &c. Vbi D. Hieron. meritò exclamat: infelices nos! Infelix populus Dei, non poteſt in bono tantam habere concordiam, quantam mali habent in malo! Infelix populus Dei, ait Hieron. quia nihil planè abſurdius, quàm vt populus Dei, qui vnus eſt, & vnitatis paciſque amator, diſſidiis laceretur. Sed hoc ipſum audi elegantiore verborum ac ſententiarum ornatu à Gregor. Nazianz. *orat. ad Epiſcop. Ægypt.* Abſurdum E eſt, cùm ij, qui ſummum Numen contumeliis inſectantur, inter ſe conſentiant, ac concordent: ac priuatam cuiuſque imbecillitatem communi conſenſu, & conſpiratione, non ſecus ac funiculi illi, qui mutuo nexu roborantur, ſuffulciri putent: nos contrà ea eſſe amentia, vt cum iis concordiæ fœdere aſtringi nequeamus, qui nobiſcum in religionis cauſa conſentiunt: quod tamen multo æquius erat, cùm ipſi diuinitatem quoque coniungamus. Hæc Nazianz. Et quidem pulcherrime. Quid enim ab omni ratione magis alienum eſt, quàm vt qui Deum colunt, & ſecum habent (ſi tamen habent cùm inter ſe diſſideãt) diſcordiis atque odiis mutuis exarde-

Caiet.

*Concordia peccantium ad malum.* Pſal 82.

S.Hieron.

S.Greg.Na.

*Abſurdum eſt Christianos diſcordiis agitari.*

ſcant;& filij diaboli concordi voluntatũ vnitate A inter ſe viuant, vt Turcæ, Mauri, hæretici infideles? De hac improborum vnitate plura in ſacris

S. Bern.

*Concordia malorum contra Deum.*

literis legũtur. illa maximè, quæ colligit D. Bern. *ſer. 5. de Aſſump. B. Mariæ.* Alia (inquit) eſt vnitas Sanctorum, quam ex Scripturis iam commendauimus: alia eſt facinoroſorum, quæ nihilominus ex iiſdem Scripturis oſtenditur, & improbatur. De hac enim ſcriptum eſt: *Aſtiterũt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersùs Dominum, & aduersùs Christum eius*, Pſal. 2. De hac Matth. 22.

Pſal. 2.

Matt. 22.

*Abeuntes Phariſæi conſilium inierunt, vt caperent Ieſum in ſermone.* Et *Ioan.* 11. collegerunt pontifices

Ioann. 11.

& phariſæi concilium Vt quid hoc? Vt interficerent Ieſum. Quàm verò pertinax ſit iſta reprobo- B rum vnitas, docet ipſe Dominus, qui de corpore diaboli ad beatum Iob loquitur, dicẽs: *Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, & compactum ſquamis ſe prementibus. Vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adhærebit, & tenentes*

Iob 41.

*ſe nequaquam ſeparabuntur*, cap. 41. Talis vnitas, immò verò peruerſitas, ſolet eſſe aliquorum fratrũ tepidè ac remiſsè conuerſantium; quibus ſi quid honeſtatis, aut inſigne cuiuſquam bonæ conſuetudinis perſuadere velis, promptiores ſunt maiore diſpendio, ac difficultate grauiori reſiſtere, quàm facili compendio aſſequi velle, quod rectum eſſe conſtiterit. Peruerſa, & execranda talis vnitas. Hac ergo à cordibus & ſermonibus no- C ſtris excluſa; illam, quæ bona eſt, & tantum bonorum eſt, proſequamur. Hucuſque Bern.

S. Cyril.

2. In eodem argumento verſatus Clictouæus additus D. Cyr. Alex. *lib. 6. c. 16. in Ioan.* perbellè diſſerit de vtraque concordia, & diſcordia malorũ, hiſce verbis. Quãuis ferè ſemper bona ſit cõcordia, & diſcordia mala: quòd hæc diſſipet omne bonũ, atque diſturbet; illa verò promoueat,

*Bona diſcordia, interdum malo.*

atque corroboret, & foueat. Nihilo ſeciùs, & bona interdũ inuenitur diſcordia, & mala concordia; cùm diſcrepãtia animorũ alicuius mali perpetrandi præſtat obſtaculum; & vnanimitas, mutuúſque complurium conſenſus eos conſtringit, & alligat; valentioréſque reddit ad conceptum ſcelus perpetrandũ. Vnde ad impediendam ma- D lam concordiam ſe Dominus in hunc mundum veniſſe conteſtatus eſt, cùm ait; *Non veni mittere*

Matth. 10.

*pacem in terrã, ſed gladium*, Matt. 10, id eſt, ſeparationem. Et qui turrim Babel ædificabant, cõcorde erant in malo ſuo: inde, etſi inuiti, ad bonum tamen diſſenſerunt, per varietatem linguarũ illis immiſſam, qua ſeparati ſunt abinuicem, & cœptum opus prętermiſerunt. Et ſocij Chore in ſeditione cõtra Moyſem, & Aaron malè conueniebant; ideo per immiſſam plagã benè diuiſi ſunt. Iudas idem traditor cum Iudæis praue cõſenſit, & dux fuit eorum, qui comprehenderunt Ieſum. Ecce malam concordiam. At Paulus à Iudæis in Hieruſalẽ comprehenſus, atque in concilio eorũ conſiſtens; cùm haberet compertam vnam partẽ E eorũ, qui aderant ad ſui accuſationem, eſſe Phariſæorũ, & alteram Sadducæorũ; exclamauit inter eos, ſe Phariſæum eſſe, atque de ſpe & reſurrectione mortuorum iudicari. Qua voce immiſit diſſenſionẽ inter Phariſæos, & Sadducæos, diſſoluitque totam illam multitudinem. Ecce bonam diſcordiam. Hactenus Cyrillus. Hanc impiorum pernicioſiſſimam concordiam a Domino diſſoluendam, & optabat, & rogabat Dauid Pſal. 67.

Pſal. 67.

cùm aiebat: *Diſſipa gẽtes, quæ bella volunt.* Sed quid hoc eſt: diſcordiam inter homines precatur Propheta: Reſpondet D. Aug. Non enim correctioni,

S. Aug.

ſed contentioni ſtudent. Hoc ergo prophetat, vt ipſi potiùs diſpergantur, qui corrigi nolunt, qui gregem Chriſti diſpergere affectãt. Sic Aug. Imò Pſalmum iſtum ſic exorſus eſt Propheta, *Exurgat Deus, & diſsipẽtur inimici eius, & fugiant qui oderunt eũ a facie eius.* Quo loci apertè loquitur de reſurrectione Domini; (vt S. Hier. & alij interpretantur) quo regnãte in cælo & in terra facta eſt diſperſio Iudæorum per orbem, euerſa illorum republica, & Hieroſolyma vrbe; in qua populus vnus, & labiũ vnum contra Dei Filium conſpirans conclamauit: Tolle, tolle, crucifige eum. Luculenter interpretatur hunc verſum D. Aug. hoc

*Euerſio, & diſperſio Iudæorum.*

S. Aug.

modo. Iam factum eſt; exſurrexit Chriſtus, & diſperſi ſunt inimici eius per omnes gẽtes: Iudæi in eo ipſo loco, vbi inimicitias exercuerunt, debellati; atque inde per cuncta diſperſi, & nunc oderunt & metuunt, & in ipſo metu fugiũt animo, non corpore, timendo ſcilicet, non latendo, nec ab ea facie quam nõ vident, ſed ab ea, quam videre cogũtur: facies quippe eius appellata eſt, præſentia eius per Eccleſiam eius. Vnde illis inimicantibus dixit: *A modò videbitis filium hominis venientem in nubibus*, Matt. 24. Sicut venit in Eccleſia ſua, diffundens eã toto orbe terrarum, in

Matt. 24.

quo diſperſi ſunt inimici eius. Venit autẽ in talibus nubibus, de quibus dicit: *Mandabo nubibus meis, ne pluãt ſuper eã imbrem*, Iſai. 5. Fugiant ergo

Iſai. 5.

qui oderunt eũ a facie eius, timeant à præſentia ſanctorũ fideliũmque eius, de quibus dicit: *Cùm vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*, Mat. 25. Hęc

Matt. 25.

Aug. Vbi vides, quàm graui bello vindicata fuerit pax illa teterrima Iudæorum, vno animo, & vna voce ſuccclamantiũ, non hunc, ſed Barrabbã. Quem nec regnare, nec viuere voluerunt, & cõtra quem crucem in Caluario extulerunt; nunc non iam populus vnus, & labium vnũm, ſed plurimi per orbem exules, ſine regno, ſine Rep. ſine ſacerdotio, ſine lege, vagi ſedibus incertis, ac varias pro varietate regionum in linguas diſſecti, ſuam priſtinam neſcientes, videre compelluntur

*Iudæi exules vident Chriſtũ in mundo adoratum.*

eundem vbique gentium cognitum, adoratum Deum, & regnatorem cæli ac terrę. Ceſsitque in D gloriam Chriſti ipſa crux, quam ad illius ignominiam Iudæi extulerunt. Venit hora, vt glorificetur filius hominis, *Ioan. 12. & 13.* Vides, inquit S. Cyr. Hier. *Catech. 13.*) quomodo gloriam propriam ſciebat eſſe crucem? Antè glorificabatur tanquam Deus: nunc verò glorificatus eſt potentiæ ferens coronam. Sic ille.

Ioan. 12. & 13.

S. Cyr. Hier.

3. Ecce populus vnus, & labium vnum omnibus. Hæc vera, & optima eſt deſcriptio bene cõſtitutæ ciuitatis, feliciſque reipublicæ. O ſi talis vigeret concordia! Optima (inquit D. Greg. Naz. *Orat. 1. in Iulianũ.*) res eſt cõcordia, optimũ animorum conſenſu inter ſe ciuitates, & populos, & familias, & ſingulorũ homines iungi, legẽ videlicet, ordinémque naturæ ſequentes, quæ o- E mnia diſtinxit ſimul atque conſtrinxit; ac totam hanc rerum molem, mundum vnum ex pluribus rebus effecit. Sic Nazianz. Hæc verò animorum & labiorum intima & indiſſolubilis conſenſio propria eſt Chriſtianis, quinimo nihil illis hac virtute magis eſt naturale, ac gentilitium; quod elegãter ſic oſtendit idem Naz. *Orat. 1. de pace.*

S. Greg. Nazianz.

*Concordia Christiana deſcriptio.*

S. Greg Na-

Vnius Dei ſumus, vnum effecti ſumus: qui Trinitatis concordes, vnanimes, & honore pares, qui verbi, à temeritate alieni: qui ſpiritus, non iam alij aduersùs alios, ſed ſimul ferentes: qui veritatis, idem ſentientes, & loquentes; qui ſapientiæ, ſolertes; qui locis, vt in die honeſtè com

ſtè compoſiti: qui viæ, omnes rectum iter capeſ-
ſentes: qui oſtij, omnes intra limen: qui ouis &
paſtoris, clementes, eiuſdémque caulæ, ac paſto-
ris vnius, alij aliorum onera ſubleuantes: qui ca-
pitis, vnum corpus conſtructum, & coagmenta-
tum iuxta connexionem omnem, atque com-
pagem, quæ eſt in ſpiritu. Ita Nazian. Hanc mu-
tuam concordiam Chriſtiani populi, hac vna
lege firmari, conſeruari, & obſeruari putat idem
Gregor. *Orat. 1. in Iul.* Apud Chriſtianos (in-
quiens) lex & norma amicitiæ, quiſque ipſe eſt;
atque eadem proximis velle, quæ & ſibiipſis.
Neque verò ſolùm animis, ſed & linguis ineſſe
debet hæc conſenſio, vt idem ſapiamus, idem di-
camus omnes. Qua de re ſic idem Greg. *Orat. 1.*
*de pace.* Nihil æquè germanos Dei cultores inter
ſe conciliat, atque conſentientes de Deo ſenten-
tiæ: quemadmodum contrà nulla re faciliùs
amicitiæ diſſoluuntur, quàm diuerſa in huiuſ-
modi rebus animorum ſententia. Hic enim le-
niſſimus quiſque, & moderatiſſimus intumeſcit,
& manſuetus verè pugnax efficitur, cùm ſe leni-
*Pro Deo pugnandum.*
tate ſua Dei iacturam facere perſpiciat; imò, vt
rectiùs loquar, prolapſione ſua Deum detrimen-
to afficere, qui nos, & pro diuitiis ſuis habet, &
diuites reddit. Hæc Nazianz. Egregia ſanè do-
ctrina à Catholicis obſeruanda, quibus nulla
pax, nulla conſenſio, ſed internecinum, & ſem-
piternum bellum eſſe debeat, cum hæreticis de
Deo malè ſentientibus, ac loquentibus, non con-
niuendum, non oſcitandum principibus, & præ-
latis Eccleſiæ; niſi enim inuigilent, niſi ſcandalis
*Contra hæreticos pium & Catholicum bellum.*
in regno Dei tollendis operam, & manum adhi-
beant, Deus (vt loquitur Theologus) detrimento
afficitur, iacturam facit ſuarum opum, hoc eſt,
animarum fidelium; quæ à caulis Romanæ Se-
dis, ad luſtra ferarum, ſcilicet Lotheri, Caluini,
& huiuſmodi belluarum mactandæ rapientur.
S. Greg. Na.
Et quidem (vt idem Nazianz. *Orat. 1 de pace*, ſta-
tuit) Melior eſt contentio pietatis causa ſuſce-
pta, quàm turpis & vitioſa concordia.

4. Verumenimuerò, nihil æquè pernicioſum,
ac deteſtandũ, quàm diſſenſio inter ipſos Chriſti
S. Baſil.
fideles; quod malũ ſic deplorat D. Baſil. *in proœ-*
*mio Ethicorum.* In vniuerſum vitiorum prauitas
ex eo naſci ſolet, quòd vel nulla Dei cognitio ſit,
vel ea ſi ſit, peruerſa atque praua ſit. Separatim
autem mutua inter nosipſos, multorum diſſenſio
inde originẽ ducit, quòd nosmetipſos indignos
*Diſcordia inter Chriſtianos in pœnam ſcelerum.*
reddiderimus, qui à Domino regeremur. Non
ſanè metiri poſſum magnitudinem iſtiuſmodi
ſtupiditatis, vel amentiæ, vel furoris, adeò mo-
dum omnem ſuperat prauitatis incredibilis ma-
gnitudo. Vos vnum corpus eſtis & membra, ex
1 Cor. 12.
membro; ait Apoſtolus *1. Corinth.* 12. continente
videlicet, & coaptante in Eccleſia alterum alteri
ad concordiam capite vno ac ſingulari, qui eſt
Chriſtus; apud quos verò non concordia, non
vinculum pacis, non in ſpiritu lenitas conſerua-
tur: contráque diſſidium, æmulatio, obtrectatio
inueniũtur: hos Chriſti membra appellare, & ab
eo dicere gubernari, magnæ audaciæ fuerit. Hæc
Baſil. Cuius illa verba ſeriò ſunt expendenda, v-
bi: Primam radicem noſtrarum diſſenſionum aſ-
ſignat; eo quòd nos indignos reddiderimus, qui
à Domino regeremur. Sic enim res habet. Pax, &
concordia, & conſenſio à Deo eſt; & Deus pacis
idem nos facit ſentire, idémque loqui. Tandiu
ergo perdurabit in nobis hoc donum Dei, quan-
diu illo digni extiterimus: ſunt autem aliquãdo
tot, ac tam immania ſcelera, vnius regni, vnius



A ciuitatis, vnius familiæ, vt in illorum pœnam
Deus pacis ſuam auferat pacem; regere illam na-
uim deſinat, committat fluctibus, quò vectores
periculis iactati ad Deum redire compellantur.
Sic Mat. 8. *Aſcendente Domino in nauiculam, ſecuti* Matth. 8.
*ſunt eum diſcipuli eius; & ecce motus magnus factus*
*eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipſe*
*verò dormiebat.* Vbi rectè Orig. Corpore Domi- Orig.
nus dormiebat, vt diſcipulos faceret vigilare, & *Diſcordiis influat ad D. ℞ currimus.*
ne omnes nos vnquam animo dormiamus. Ob-
dormiuit Dominus, patientiam noſtram, & im-
piorum pœnitentiam expectans. Vt accurramus
ad eum: Exurge, quare obdormis Domine? &
ipſe imperet ventis, idest, dæmonibus, qui con-
citant fluctus, faciátque trãquillitatem magnam
B circa corpus, & ſpiritum, pacem Eccleſiæ, & ſe-
renitatem mundo. Hæc Orig. Sit ante omnia
cum Deo noſtrorum animorum vnitas, vt illi
adhæreamus, cum illo vnum ſimus; ac deinde
ſequetur illa cælitus conceſſa hominibus pax, &
amor, cui ſtrata iacent maria, vigebit illa vnitas,
quæ (vt ait D. Ambroſ. *prolog. in Pſalm.* 118.) coër- S. Ambr.
cet omnia, & regit, cui ſubiecta omnia ſunt.

5. Sed non ita fit (inquit D. Baſil. *lib. de ſpiritu* S. Baſil.
*ſancto, cap.* 30.) hiſce temporibus, quando refrige-
rata omnium caritate, ſublata eſt fratrum cõſpi-
ratio, concordiæ verò etiam nomen ignoratur.
Sublatæ ſunt etiam amicæ admonitiones; nuſ-
quam viſcera humana, nuſquã lacryma ex con-
dolentia. Non eſt, qui infirmum in fide ſuſcipiat,
ſed tantum odium inter contribules exarſit, vt
C quiſque magis proximi ruina, quàm de propriis
rectè factis exultet. Nunc implacabiles & amari *Non cari-* *tas, ſed diſcordia viget inter Chriſtianos.*
ſedent erratorum examinatores, iniqui verò, &
maleuoli rectè factorum iudices; facti ſumus
brutis ipſis brutiores; ſiquidem inter illa quæ
ſunt eiuſdem generis in eodem armento pa-
ſcunt, at nobis atrociſſimum bellum eſt aduerſus
domeſticos. Sic Baſil. Quæ ſanè infelicitas, ſi vl-
lo vnquam, noſtro certè hoc ſeculo maximè o-
ſtenditur: fini ſiquidem mundi viciniores ſumus.
Populus vnus, & labium vnum. Quid de Eccle-
ſia Dei, vt à Deo conſtituta eſt, & vt eſſe debet
ad exemplum ſponſi ſui, qui redemit nos ſan-
guine ſuo, & dilectionem ſupra omnia commẽ-
D dauit, pulchrius, & illuſtrius dici poteſt? Iccirco
ad illam Dominus: *Sicut vitta coccinea labia tua*,
Cant. 4. Quem locum bene interpretatur D. Cant. 4.
Greg. Nyſſ. ad hunc modum. Labia ſpecie qua- S. Greg. Ny.
dam coccinea ornata conſpiciũtur, cum vniuer- *Fides & caritas Chriſtianorum.*
ſa Eccleſia ratione conſenſus fit labium vnum,
& vna vox. Per funiculum docetur Eccleſia de
conſenſu animorum, debere vniuerſam eſſe funi-
culũ vnum, vnámque catenã, diuerſis ex ſenten-
tiis connexam. Quòd autem is coccineus ſit, per
hoc docetur, vt ad ſanguinem quo redempti ſu-
mus, reſpiciamus; ac ſemper in ore feramus con-
feſſionem eius, qui nos ſanguine ſuo coëmit.
Nam horum vtroque decus labiorum Eccle-
ſiæ abſoluitur, cùm & fidei confeſſioni prælu-
cet, & dilectio cùm fide copulatur. Itaque funi-
E culus coccineus eſt fides per dilectionem effica-
citer ſeſe declarans; vt fides coccineum colo-
rem ſignificet, dilectio funiculum interpretetur.
Sic Nyſſ. Neque verò quis neget poſſe in tam
multiplici varietate, ordinum, graduum, ſta-
tuum, quæ cernitur in Eccleſia Chriſti, nihi-
lominus eſſe vnitatem animorum & lingua-
rum; vnum populum, vnúmque labium. Eſt
quidem miraculum, ſed à Chriſto Domino præ-
ſtitum: de quo ſic Bern. *ſerm. in ſeptuageſ.* Spiritus S. Bern.

*Vnitas ſimilis & volendi.*

ſapientiæ non modò vnicus, ſed & multiplex A eſt; interiora quidem in vnitatem ſolidans, ſed ſub iudicio exteriora diſtinguens. Vtrunque tibi in primitiua Eccleſia commendatur, quando multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna; ne volatilia ſcinderentur; diuidebatur autem ſingulis prout cuique opus erat, vt animalia ſecarentur. Sit igitur etiam in nobis (chariſſimi) vnitas animorum, vnita ſint corda diligendo vnum, quærendo vnum, adhærendo vni, & idipſum inuicem ſentiendo. Sic nimirum exterior ipſa diuiſio & euadit periculum, & ſcandalum non incurrit, dum videlicet, etſi propria cuique tolerantia, propria quoque nonnunquam in terrenis agendis ſententia: ſed & diuerſa interdum dona gratiarum; nec in ſebra omnia B actum eundem videntur habere, vnitas tamen interior, & vnanimitas ipſam quoque multiplicitatem colligat, & conſtringat caritatis glutino, & vinculo pacis. Hæc Bern.

Pſal. 132.
S. Hieron.
*Dulcis vnitas religioſorum.*

6. Iſtius concordiæ, & vnitatis animorum, ac linguarum, quæ in primitiua Eccleſia vigebat, adhuc in religioſis familiis inſigne decus cóſeruatur: vt liceat de iiſdem cum Propheta exclamare: *Ecce quàm bonum, & quàm iucũdum habitare fratres in vnum!* Pſ. 132. Cuius loci optima interpretatio traditur à D. Hier. ſic habet. Duo dicit; bonum, & iucundum. Bonum eſt martyrium, ſed non eſt iucundum, habet enim ſupplicia & pœnas, & ſemper in cruciatibus dolor eſt, & vtique in dolore non eſt iucunditas. Ecce quàm bonum, C & quàm iucundum! Rurſum voluptas iucunda eſt, vt cibum comedere dulcem, videtur iucundum eſſe, ſed compellit ad libidinem. Hîc ergo poſuit, & quod ſibi videbatur eſſe contrarium; bonum ſcilicet, & iucundum vno ſermone coniunxit. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum! fratres mente, non corpore. Eſau & Iacob fratres fuerunt, & quia ſimul habitabant, fuit eis cauſa diſcordiæ. Dicit ergo, fratres ſpirituales. Propriè Pſalmus iſte cœnobiis & monaſteriis conuenit. Licèt enim & de Eccleſiis intelligatur: ſed ſibi propoſiti diuerſitate non videtur eſſe tanta concordia. Quæ eſt D enim ibi fraternitas? vtique alius ad domum ire feſtinat, alius ad circum, alius in Eccleſia de vſuris cogitat. In monaſteriis autem ſicut vnum propoſitum, vnus & animus eſt. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum! Verè bonum, verè iucundum. Vnum fratrem dimiſimus, & ecce quantos inuenimus! frater meus ſecularis, non tantum me amat, quàm ſubſtantiam meam: cæterùm fratres ſpirituales, qui ſua vtique negligunt, alia non quærunt, ſicut & legimus Act. 4. *Quoniam multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, & erat illis omnia communia.* Rectè erant eis omnia communia, qui vnum Chriſtum poſſidebant. Ha- E ctenus D. Hieron. Verumenimuerò, quia etiam

Act. 4.

ſponſam illam legimus aliquando conqueſtam: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me,* Cantic. 1. Longè quæſo (aduertit D. Bern. *ſer. 29. in Cant.*) à vobis facite ſemper hoc tam abominabile malum, vos qui experti eſtis, & quotidie experimini, quàm bonum ſit, & quàm iucundum habitare fratres in vnum: ſi tamen in vnum, & non in ſcandalum. Alioqui nec iucundum planè, nec bonum, ſed peſſimum, ac moleſtiſſimum. Væ autem homini illi, per quem vnitatis vinculum iucundum turbatur. Ante mihi contingat mori, quàm audire in vobis quempiam iuſtè clamantem: Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Nónne præſentis cógregationis, tanquam vnius matris filij, omnes vos eſtis, ſinguli alterutrũ fratres? quid ergo à foris vos cóturbare aut cótriſtare poſſit, ſi intus benè eſtis, & fraterna pace gaudetis? E cótrario, quicquid foris blãdiri appareat, nulla eſt profectò conſolatio, ſi intus (quod abſit) ſeminarium diſcordiæ germinauerit. Hæc Bern.

Cant. 1.
S. Bern.
*Qui vnitatē ſoluit in religione.*

*Pace interna religionis nihil ſalubrius.*

7. Labium vnum omnibus. Hoc vnum eſto firmum ac ratũ inter viros religioſos, & omnia deinde optimè ſuccedent: vt quemadmodum nemo ſeipſum ſua lingua vulnerat, ſic alios eadem non ſauciet. Quæcunque enim rixarum, & diſcordiarum amaritudines in religione apparent, non aliũde, quàm ex labiorum diuerſitate, & linguarum virulentia oriuntur. Igitur non ſufficit (adiungit Bern.) os cuſtodire à grauioribus tantùm offenſis; cauenda ſunt, & leuia; ſi tamen leue debeat dici quodcunque in fratrem præſumpſeris voluntate lædendi: cùm hoc ſolo ſi iraſceris illi, diuini reus iudicij tenearis. Meritò quidẽ. Nam quod tu leue putas, & ob hoc leuius præcipitas, plerumque alius aliter accipit. Quòd ſi dixeris illũ non tam grauiter pro tam leui cauſa debuiſſe turbari. Reſpondeo, quanto leuior eſt, tanto à te leuiùs pótuit nó cómitti. Tu ergo accepta fortè iniuria, non continuò more ſecularis obliquè referiri fratrẽ reſponſione feſtines, ſed neque ſub ſpecie quaſi corripiendi, verbo acuto, & vrenti transfigere audeas vllatenus animam, pro qua Chriſtus affigi cruci dignatus eſt. Sanè commotio tua ibi moriatur, vbi oritur; nec permittatur exire quæ mortem portat, ne perimat; vt dicere poſſis, & tu cũ Propheta, *Turbatus ſum, & nõ ſum locutus,* Pſ. 76. Hæc Ber. *Iraſcimini* (ait Propheta) *& nolite peccare.* humanũ eſt iraſci, ſed quàm bellè monet Bern. commotio vbi oritur ibi moriatur. Pulcherrimè ad hunc verſum D. Hier. Turbatus ſum quaſi homo: nõ ſum locutus, quaſi Chriſtianus: iracundia cœpit in corde meo, ſed iracundiã in verba non protuli. Quocirca licèt multa conſeruandæ caritati religioſorum hominum neceſſaria omnino habeantur, omnium maximè tamẽ videtur patientia requiri; caritas enim patiens eſt: ait Apoſtolus. Ex quo colligit S. Hieron. Parentes, quia multum diligunt filios, eorum etiam libenter patiuntur iniurias. Et S. Chryſ. Caritas patiens: ea eſt radix totius Philoſophiæ. De hoc argumento multi multa dicunt: Vnum hoc loco ſatis ſit ex D. Greg. 21. *moral. cap.* 15. ad illa verba Iob 31. *Si leuaui ſuper pupillum manum meam, etiã cùm viderem me in porta ſuperiorem, humerus meus à iunctura ſua cadat, & brachium meum cum oſſibus ſuis conteratur.* Igitur ſanctiſſimus Pótifex primò explicat, ſicut per brachium bonam operationem, ita per humerum ſocialis vitæ coniunctionẽ deſignari, iuxta illud: *Seruient ei in humero vno,* Sophon. 3. Deinde progreditur: *Si leuaui,* &c. Miram virtutem patientiæ ſeruaſſe ſe aſſerit Iob, qui grauari ſe à perſonis minimis, nec contra hoc, quod ſibi iuſtè competere poterat, declinauit, quod tamen ſi minimè fecerit, adiungit: *Humerus meus à iunctura ſua cadat;* quia nimirum, qui patientiam ſeruare contemnit, ſocialem vitam citiùs per impatientiam deſerit. A iunctura enim humerus cadit, cùm aduerſitatis aliquid ferre animus non valens fraternam concordiam relinquit, & quaſi membrũ ſeparatur à corpore, cùm is qui operari bona poterat, à bonorũ omniũ abſcinditur vniuerſitate. Neque enim vnquam ſeruari concordia, niſi per ſolam patientiã valet.

S. Bern.
*Verborum iniuria indigna religioſis.*

Pſal. 76.
Pſal. 4.
S. Hieron.
1. Cor. 13.
S. Hieron.
S. Chryſ.
S. Gregor.
*Concordia per patientiam conſeruatur.*
Sophon. 3.

Crebrò

Crebrò nāque in humana actione naſcitur, vnde mentes hominum viciſſim à ſua vnitate, ac dilectione ſeparētur; & niſi ad aduerſa tolerāda animus ſe pręparet, proculdubio humerus corpori nō inhęret. Ita Greg. Proculdubiò ſtare nequit caritas Chriſtiana ſine patientia: quinimo propter impatientiā noſtrā caritas abſcedit. Sectamini caritatē, monet Apoſtolus 1. *Cor.* 14. hoc eſt, omni conatu ipſā ſequamini, quia in veſtra

S. Hieron.
S. Chryſoſt.

eſt poteſtate, declarat S. Hier. at S. Chryſ. legit: Perſequimini. Nimirū (vt ait) adhortatur, vt fugiētem detineant, cōprehendatur, detētam ſeruent, ne rurſus effugiat: aſſiduè enim à nobis reſilit, eo quòd non rectè illa vtimur, ſed omnia ei præferimus, hoc facto, in delicijs degentes, & diem feſtum agentes, anguſtam virtutis viā ingredimur. Ita Chryſ. Planè ſic res habet: mira ſolet eſſe animorum voluptas, vbi Chriſtiana pax & caritas viget. Vide iam cæleſtis aura mētes ex caritate perflat. In eadem ſententia ele-

S. Greg.
Nazianz.

ganter (vt ſolet) hæc profatur D. Greg. Nazianz. *orat.* 3. *de pace.* Concordiæ bonū à Trinitate quidem exortum eſt, cui nihil ęquè proprium eſt ac naturæ vnitas, & concordia, ab Angelis autem perceptum, qui & cum Deo, & ſecum ipſi quieti ac pacati ſunt; tum verò ad res omnes creatas progreſſum, quarum ornamentum in concordia ſitum eſt. Pacifici ergo munus, hoc eſt pacem teneamus, quam nobis hinc Dominus diſcedēs, quaſi teſtamēto reliquit. Vnum hoc bellū agnoſcamus, quod cum aduerſarijs poteſtatibus cōmittitur. Eos quoque, qui nobis infeſti ſunt, fratrū nomine appellemus. Exiguum quiddā concedamus, vt quod maius eſt, viciſſim accipiamus, nimirum concordiam. Cedamus vt ſuperemus: ſicut athletæ, qui ea eo plerunque, quòd hominē ſe deprimunt, aduerſarijs supernè incūbentibus

*Vincit patiens.*

victoriam extorquent. Sic Nazianz. Vide induſtriam militis Chriſtiani, qui tunc ſuperat aduerſarium, quando tacet, cedit patienterque ſuſtinet, ad exemplum ſui ducis, qui cùm malediceretur, non comminabatur, ſed tanquam agnus manſuetus obmutuit in patibulo.

8. Ad hæc pleniùs & quodammodo teneriùs animorum iſta & labiorum vnitas cōmendatur ex eo, quòd fideles non fratres modò ſumus eodem Patre matréque geniti: ſed etiam quod dul-

*Chriſtiani ad B. Mariæ vbera ſugunt amorem.*
Cant. 7.

ciùs & arctiùs amorē conſtringit, gemelli ſimul eadem matris ſuauiſſimæ vbera ſugentes. Qua de re inſignis locus eſt *Cant.* 7. vbi ad ſponſam dicitur: *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ.* Per ſponſam nemo ſemper virginē Dei matrē nō intelligit; per capreā multi, vt Honorius,

Rupert.
Honor.

Eccleſiam; per hinnulos gemellos, Rupertus ſeculis omnibus inauditam virginitatem, atque fœcunditatem, vt loquitur. Honorius, Guilh. & alij accipiunt fideles: ille ex vtroque populo gētili, & Iudaico in vnitatē fidei coniunctos velut gemella pignora; iſte verò fideles vtriuſque ſexus interpretatur: eo quòd (inquit) vno partu à caprea, nempe Eccleſia ſint effuſi; & in accipienda gratia non ſit diſtinctio apud Deiparam vir-

*B. Maria nutrix fidelium.*
Guil.

ginem maſculi, & fœminæ. His ergo potiùs ita commentatur Guillhelm. His fidelibus viris, & fœminis Mariæ viſcera Saluatorē ediderunt; his Mariæ vbera Saluatorē nutrierunt; pariebat nobis virgo mater ſalutem, atque ipſo pariebat nos ad ſalutem. Sacro lacte ſuo nutriebat nobis vitam, atque eo ipſo nutriebat nos ad vitā, ſuis caput noſtrū brachijs ſuſpendebat ad vbera ſua, & nos ad eadem in illo ſuſpendebat. Nec ſibi ille naſcebatur, nec paſcebatur, ſed nobis, atque ideo nos in illo naſcebamur, nos in illo paſcebamur. Duo ergo vbera piæ matris, ſicut duo hinnuli

Ad Gal. 4.

gemelli capreæ. Eſtote (ait Apoſt. *ad Gal.* 4.) ſicut ego, quia ego ſicut vos. Hoc eſt congruite mihi, ſicut ego congruo vobis per caritatis condeſcēſionem. Sic nimirū dicitur piæ matri: Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli, hoc eſt, duo vbera tua, duobus congruunt hinnulis. Planè congruūt eis, ideſt, infirmati eorum, lac propinant dulcedinis, eo ipſo, quo illum nobis pro tempore nutrierunt: de quo infirmæ animæ per Prophetam dicitur: *Iacta cogitatum tuū in Domino, & ipſe te enutriet.* Pſ. 54. Verè duobus hinnulis, ideſt, ex vtro-

Pſalm 54.

que ſexu electis duo pię matris vbera congruunt, hoc eſt, imbecillitatem eorum congruè fouent, & nutriunt, eo ipſo quo nobis pro tempore nutritorem omnium nutrierunt. Hæc Guilhel. Ergo inuicem diligamus, vtpote eorum Patre geniti Chriſto Ieſu, ad eademque matris virginis vbera, pium ſugentes amorem.

---

## SECTIO VIII.

*Cœperúntque hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant.*

HEbr. וזה החלם לעשות ועתה לא יבצר מהם כל אשר יזמו לעשות *vezeh hachilla, laghaſoth: veghattah lo ibba cer mehē col aſcer iazemu laghaſoth.* Et hoc incipere eorum ad faciendū: & nunc non prohibebitur ab eis omne quod cogitauerunt ad faciendum. LXX. habent, vt Latinè redditur: Et hoc inchoauerunt facere; & nunc non deficient ab illis omnia, quæ conati fuerint facere. D. Aug. totam hanc orationem interro-

S. Aug.

ganter accipit: ſic enim ait *lib.* 16. *de Ciuit. cap.* 5. Non dictum hoc eſt confirmando, ſed tanquam interrogando, ſicut ſolet à comminantibus dici, quemadmodum ait egregius Poeta:

*Non arma expedient, totáque ex vrbe ſequentur?*

Sic ergo accipiendum eſt taquam dixerit Nónne omnia deficient ex illis, quæ conati fuerint facere? Sic Aug. Similē interrogationē agnoſcit

Rupert.

Rupert. Ergóne (inquiens) ſi illa facultas mutuæ linguæ ſublata non fuiſſet, cogitationes ſuas implere, ideſt, turrim tantæ altitudinis, quiuiſſent extruere, cuius culmen ad cælū pertingeret? Sic

Lyppoman.
*Hominū pertinacia contra Deum*

ille. Ironicè dictum arbitratur Lyppoman. Quaſi dicat: Iſti homines ſua concordia vti biberent ad bonum, atque vtile aliquid agendum, & pro meo voto conari, & ſine meo conſilio vel mandato nihil tentare. Hunc ergo age oſtēdam illis, quàm nihil illorum auſus poſſint, qui ſibi promittunt maxima, etiam cælum (vt ita dicam) ir-

Caiet.

rumpere. Caiet. vt etiam communis habet interpretatio, affirmanter dictum putat, & quaſi ex diuina conſultatione collectum. Quod (inquit) non ſufficit illis, quod ædificatum eſt ciuitatis, & turris, ſed nunc incipiunt tanquam nihil egerint: loquitur autē Deus, vt conſueuimus loqui. Et nunc. &c. Optimè dicit: *& nunc*, videlicet ſtante vnitate populi, cum vnitate linguæ. His enim perſeuerātibus nihil prohibebit, nihil impediet iſtos à proſecutione cœptorū, ab ædificatione turris excelſæ. Ita Caiet. Itaque ſenſus horum verborum eo tendit, vt oſtendatur pertinacia illorū hominum, qui vnitate populi atque idiomatis adiuuante opus illud inſanum ſunt aggreſſi; deinde iam valde in ſublime productū, adhuc alacri ſtudio & infatigabili moliuntur:

neque vlteriùs vſque ad definitum faſtigium, continuare opus deſinent, nulla interim humana vi prædiis, aut fractis cetum incommodis. Quapropter accedat oportet diuina virtus, quæ tam pertinaces ædificantium conatus labefactet. Sic ergo explicata litera diſſerendum de more iam eſt. Ac notanda,& veneranda inprimis erit, Dei benignitas,quæ in his verbis elucet. Pœnam ſcilicet aliquam,nec illam tamen peracerbam,& ſcelere ipſo condignã mortalibus illis Dominus illaturus,rationem reddit totius facti:ne ſuo cõditori vlla vnquam temerè creatura imponat, quòd indicta cauſa,& ex paſſione aliqua,nõ autem ex zelo iuſtitiæ hominem innocentem ſupplicio addicat. Quod egregiè Procopius ſic obſeruat.

*Procop. Non temerè, atque indicta cauſa iudicandum.*

B Attende Dei benignitatem;non cõtinuò ruit ad diuiſionem linguarum,ſed pœnas exacturus defenſionem quaſi pro tribunali proponit, dicens: Ecce labium vnum, & hoc inceperunt facere.Nemo itaque culpet,quæ ipſis euenit,linguarum diuiſionem.Cùm abuſi ſint vna eadémque lingua; meritò & rectè diuerſas & inſonas induxero linguas. Præterea nos quoque erudit, vt defenſionem audiamus, etſi grauiſſimis fuerimus affecti iniuriis: exemplum de ipſo capiamus monet, qui cùm eſſet Dominus, tamen apud ſeruos excuſatione vti non erubeſcit. Hæc Procop.

S.Chryſ.

Quæ videtur mutuatus à D.Chryſ.cuius explicationem,vti valde dilucidam,hîc attexam. Sic infit. Attende Domini miſericordiam: quoniam conatus illorum impediturus erat, primùm cùm illis expoſtulat, & quaſi oſtendit peccati eorum magnitudinem,& ingratitudinis excellentiam, & quòd abuſi ſunt linguæ & vocis C vnitate.Hic enim mos Dei eſt,vt puniturus priùs indicet,quàm magna ſint peccata,& quaſi expoſtulans,etiam ipſe ſatisfaciat nobis,& tũc tãdem corripere incipiat. Ecce genus(inquit) vnum, & labium vnum omnium, & hoc cœperunt facere. Si in tanta concordia, & linguæ vnitate in tantam inciderunt inſaniam: vbi tempus proceſſerit, quomodo deteriora attentabunt: Non ceſſabunt enim ab his, quæ decreuerunt, vt faciant: nihil eorum impetum & ardorem morari poterit,ſed omnia quæ ſtatuerunt ſecum, ſtudebunt perficere, niſi ſtatim pro attentatis pœnam D luant. Hæc Chryſ.

*Integritas Dei iudicantis.*

5. Præclara ſanè doctrina: vtinámque principes,prælati,iudices,penes quos eſt iuſtitiæ punitiuæ munus, illam obſeruarent;maximè verò in cauſis propriis, in quibus ſummum eſt errandi periculum. Vnde ſapientiſſimè dictum illud eſt à D.Bern. *tract.de grad.humil.* Si culpam amici tuo iudicio amor illius, aut minuit, aut prorſus abſcondit, quanto magis amor tui, tuum contra te iudicium fallit? Non dedignentur aut cauſam ſuæ iuſtitiæ apud ſeruos & ſubditos demonſtrare, aut illorũ excuſationes audire,aut etiam aliquando à ratione ipſa vinci,caderéque ſua cauſa.

*S. Bern. Iudicium in cauſa propria.*

Etenim, vt egregie profatur D.Greg. Nazianz. *in ſent.* Nec in omnibus rebus, nec ſemper victoriam adipiſci contende. Rectè vinci præſtat, E quàm malam victoriam obtinere. Igitur Dominus Deus in particulari iudicio ſic ſe habet. Iudicat quidẽ peccatorem punctu ipſo mortis tempore,damnátque:ſed priùs aperiuntur libri,conſtat de debitis; mi[ſ]et obmu[teſ]cit, non habens quid pro ſ[e] defenſioni reſpondeat. Fiet igitur, quod ipſe Dominus inte[r]minatur Pſal.49. *Arguam te,& ſtatuam contra faciem tuam.* ſcilicet (vt ait D.Hieron.) tua peccata,vt his confuſus dam-

*S Greg. Na. Vinci, quàm vincere, præſtat interdũ.*

*Pſ 49. Deus peccata noſtra nobis proponet.* S.Hieron.

A natis in morte perpetua. Vtinam nos in hoc ſeculo poneremus ante nos peccata noſtr. & non Deus ea in iudicio ſtatueret ante faciem noſtrã: vbi iam non caſtigatio, ſed iudicium mortis accedit. Sic Hier. D.Ber. exiſtimat nuncupatim detractori terribilem iſtam fieri comminationem. Sic enim ſcribit *Apolog.ad Guilhel.Abb.* Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. Quod quia detractori loquatur, certum eſt ex præcedentibus. Et quidem iuſtè ad ſe retorquendus,& compellendus eſt ſe intueri,qui auertens faciẽ ſuam à ſe,aliena potiùs mala,quàm ſua ſolet curioſiùs perſcrutari. Cæterùm hunc ipſum verſum exponit abſolutè idem de quocunque peccatore damnato *in declama. ſuper, Ecce nos reliq.* his verbis: B Quid illud confuſionis erit, quid miſeriæ, quid doloris;quando diſſipatis foliis & diſperſis vniuerſa nudabitur turpitudo, reuelabitur ignominia, ſanies apparebit?quando iam immortalis factus internus ille conſcientiæ vermis tota malignitate corrodet, ſed non conſumet animam infelicem; nec erit omnino diſſimulationis locus,aut ſpes vlla conſolationis? Hæc ſanctus Abbas. Pœnam Deus peccatoribus illaturus, priùs tamen iuſtitiam ſuam oſtendit, vt diſcant ab illo homines, qua debeant ratione punire flagitia.

S.Bern.

*Detractor ſua vitia nolens videns.*

S.Bern. *Scelerum manifeſtatio in mortuis.*

Cæterùm poſtquam factus eſt homo,magiſtrum ſe præbuit patientiæ, non iuſtitiæ. Vnde monet ſapientiſſime D.Greg.Nazianz. *in ſentent.* Si quãdo animus tuus acceptæ iniuriæ dolore exarſerit,fac tibi Chriſtus, Chriſtique vulnera in me- C moriam veniant: quantulacunque pars hæc ſint eorum quæ Dominus tuus perpeſſus eſt;hac ratione animi dolorẽ velut aſperſa aqua extinxeris. Et vincas cùm iudicaris, repetamus identidem: de Chriſto enim Domino intelligit D. Aug. qui vicit iudicatus. Quòd ſi quæras quænã victoria iſthæc fuerit? Reſpondeo: In patientia ſua poſſedit animam ſuam;tantam ſupra omnem naturam, patientiam Dominus ante Caipham, Pilatũ,& Herodem exhibuit;ita vt miraculo haberetur. Vicit igitur iudicatus cùm tacuit, tùm patienter tulit. Iuſtificatus es (exponit S.Hier.) Domine Ieſu, cùm ductus pro populi peccatis ad mortem, non eſt inuentus dolus in ore tuo. D Iudicatus itaque,& damnatus ſuo exemplo erudiuit,vicit,armauítque fideles. hinc illud S.Cyr. Hier. *catech.* 13. Cùm Deus eſſet,ab hominib. patiens ſuſtinebat: vt homines ab hominibus patientes,pro ipſo perferre nos non puderet, quomodo enim corroboraret diſcipulos ad perferendũ pro veritate, ſi ipſe priùs non pertuliſſet? Sic ille. Cœperúntque hoc facere. Emphaticè, *cœperunt*, ab illis quippe tota orta eſt occaſio peccandi;nõ prouocati moleſtiis, aut iniuriis à Deo aduerſùs illũ,opus illud tam impiũ ſuſceperunt. Nec ſi iudicio contenderent cũ Deo,iuſtè ac verè dicerent: Malè affecti, aut non benè affecti à Deo, contra Deum meritò irati conſurreximus.

*Chriſti patientia victrix.* S Greg. Na.

Pſal. 50. S.Auguſt.

S. Hieron.

S.Cyr.Hie.

Vnus Deus eſt,de quo Propheta dixerit, *Et vincas cùm iudicaris.* Explicat D.Ambr. *Apol.Dauid.* E *cap.*10. Deus tã moderatus,& patiẽs eſt,vt vincat cùm iudicatur. Veniens enim ad iudicium dicit: Popule meus,quid feci tibi, aut quid contriſtaui te, aut quid moleſtus fui tibi? quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo ſeruitutis liberaui te, &c. *Mich.*6. Singula in conſpectu tuo locat beneficia ſua, vt tanquam de his iudices, quæ ſeruare debueras, quo magis reus ſias, qui diuinis non potueris ſtare beneficiis. Quid feci (inquit) tibi? tanquam reum ſe conſtituit, & te indi-

Pſal 50. S.Ambroſ. *Dei cauſa contra peccatores ingratos.*

Mich.6.

cem, aut quid contriſtaui te ? offenſi vultus non abnuit crimen, ſi tu Deo es contriſtatus autore, aut quid moleſtus tibi fui ? Interpellationis iniuriam confitetur, ſi moleſtios æſtimata eſt. Addit beneficia, quorum gratiam non erubuit, qui exiſtebat ingratus. Idem cū Dauid 2. *Reg.* 12. Hactenus D. Ambroſ. Cœperunt igitur illi ob ſolam ipſorum malitiam. Sic enim vt ſuperbos, ac temerarios damnant D. Aug. Chryſ. Ioſeph. Phil. & ferè omnes Patres, ac Doctores. Solus Abul. contendit eos non peccaſſe, ſed egregiè refutatur à Bened. Peter.

A

*De vitio in vitium accerſio.*

3. *Cœperúntque hoc facere.* ] Ea quidem conditio peccati eſt, vt vbi ſemel peccare cœpiſti, dimidium iam facti habeas: hoc eſt, initium peccandi, iam continuatio eſſe videatur. Adeò certum eſt de vno in aliud, atque aliud vitium labi; adeóque arduum eſt ab ingreſſu peccati pedem illicò reuocare. Semper enim (vt ait D. Chryſ.) in augmenta facinorum proſilitur. Locus in hanc ſententiam pulcherrimus ille Ierem. 15. *Quare factus eſt dolor meus perpetuus, & plaga mea deſperabilis renuit curari ? Facta eſt mihi quaſi mendacium aquarum infidelium.* Vbi vides Prophetam (induit perſonam peccatoris) primò inquirere, quare deploratò iam in ſtatu iaceat, nec illius plaga medicamento vllo ſanari queat, quo quidem ſignificatur poſtremum in hac vita reprobationis ſignum, aut certè ſumma difficultas reſipiſcendi à peccatis: deinde verò tantæ infelicitatis cauſam exponere; quòd pedem intulerit in aquam mendacem. Eſt autem mendax aqua, cùm fluuius ad ſpeciem tranſitu facilis, parum aquæ arenoſo vado præfert; ſed ſubitus profundi latent hiatus, & vortices: igitur incautus quis aquam ſubintrans vix ſummis plantis attingit, cùm ſubitò cedit arena, aperitúrque paulatim vortex, & ſenſim ſine ſenſu miſer ille totus hauritur. O ſi pedem non inferret in aquam! O ſi peccare non cœpiſſet! Hinc prima & tota mali labes: Cœperunt hoc facere, funem induerunt, quo ſe non expedient; catenam trahunt ex aliis atque aliis ſibi mutuò connexis æris ac ferri nexibus contextam; vt deplorat Iſai. cap. 5. *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum!* Vertunt alij: *Væ qui trahitis iniquitatem funiculo temeritatis, & veluti catena plauſtrum peccatum.* Singula ſectè interpretatur D. Hier. *Iniquitatem in funiculis.* Quòd (inquit) vincula, dicantur eſſe peccata, crebriùs legimus, è quibus illud eſt; *Funibus peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur*, Prouerb. 5. Et Dominus arguens populum delinquentem, qui peccatis peccata ſociabat, fecit flagellum de funiculis, *Matth.* 21. Et Dominus venit, vt ſolueret compeditos, *Pſalm.* 145. quos Ierem. victos terræ nuncupat. Nec plangit eos, qui peccare cœperint, ſtatímque deſierint, ſed qui longo funiculo peccata protraxerint; vnde, & legimus in Numeris vaccam rufam, cuius cinis expiatio populi eſt, non aliter immolari, & offerri ad altare Domini; niſi quæ reſſena opera non fecerit, iugúmque non traxerit. Quòd autem appellantur funiculi vanitatis, hoc ſignificat, quod facientibus peccatum facilè texitur; & tam inane, & futile eſt, vt aranearum fila texuntur, ſed cùm inde voluerimus exire, ſolidiſſimis vinculis nectimur. Plauſtrum autem plenum, oneratúmque peccatis facile intelligunt, qui meminerint Ægyptios, qui graui peccatorum ſarcina premebantur, quaſi plumbum in mare rubrum eſſe demerſos. Hæc Hier. Planè vis quædam tyrannica ineſt in ipſa conſuetudine peccandi, vt à Paulo deſcribitur, ad Rom. 7. cùm ait: *Sentio aliam legem in membris meis*, &c. Quæ verò ſit iſta lex, ita exponit S. Aug. 8. *conf.* 5. Lex peccati eſt violentia conſuetudinis, qua trahitur, & tenetur etiam inuitus animus eo merito, quo in eam volens illabitur. Cœperunt hoc facere. Quid eſt hoc? ſcilicet opus illud ad famæ ac nominis celebritatem: de quo in omne æuum illi gloriaretur. O inſanam peccantium temeritatem, qui lætantur in rebus peſſimis! Mirabilis illa Danielis ſtatua peccatum ipſum ſua mole, compoſitionéque repræſentat; atque (vt eleganter autor ille inter opera Bernardi *ſerm. ſuper illud: Sapientia vincit malitiam*, Sap. 7. diſſerit) aureum caput eſt malitia, medium corporis argenteum eſt curioſitas. Per ventrem autem, & femora (vbi libido dominatur) deſignatur voluptas; quæ ex ære fuiſſe deſcribuntur, quod lucidum eſt, & ſonorum: quoniam eò vſque malitiæ rabies incanduit, vt flagitioſi, & coinquinati homines non ſolùm in ſpurcitia delectari, ſed etiam in infamia conſueuerint gloriari, vtpote qui lætantur, cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis, *Prouerb.* 2. Vnde prauo ſuo exemplo corrumpunt & eos qui longè, & eos qui propè ſunt: proximos videlicet mala conuerſatione, remotos autem mala conuerſationis opinione; illorum oculis lucentes, iſtorum auribus inſonantes. Tibiæ, quæ molem ſuſtinent corporis, ferreæ dicuntur. ſquama ſquamæ coniungitur, & totam ſuſtinet machinam peccati praua, & more ferri indurata voluntas. Quare enim peccas? quia neſcis, quid facias? abſit; quia cogeris, vt facias? abſit; ſed quia placet vt ſic facias. Pedum quædam pars ferrea, quædam fictilis; per lutum operum immunditia, pes ferrum mentis pertinacia deſignatur. Hactenus ille. Viden' vt malum ſemper increſcit? inprimis aurum videtur; quis hæc initia, hoc peccati caput refugiat? dein iam minùs lucidum, & fallax argentum, neque id perterrefacit; inde æs, ac demum ferrum, & ferri cum luto commixtio: deſinit ergo peccati moles in contumaciam ferro & chalybe duriorem; ſed quæ ferri habet duritiem, nec tandem emolliatur, ſed diuinis obſiſtat ictibus; luti habet mollitudinem, ac fragilitatem, vt morti ſuccumbat, & ſempiternis gehennæ flammis decoquatur. Optimè igitur ſequitur:

4. *Nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant.* ] Ita deſcribitur obſtinatarum mentium in peccando contumacia, quæ in illis ſuperbis hominibus ad humanam in terris gloriam ex opere illo ſuo anhelantibus, videbatur. Coniuncta eſſe ſolet ſuperbia cum impœnitentia, cordíſque duritia, & mentis pertinacia. Quo in argumento multa dicit D. Bern. Hæc tantùm colligam ex *ſerm. de fallacia præſentis vitæ.* Sic incipit. Errauerunt (ait Propheta *Pſ.* 106.) in ſolitudine, in inaquoſo, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Solitudo hæc ſuperborum eſt, quia ſolos ſeſe reputant, ſolos appetunt reputari. Literatus eſt, odit ſocium: Pecunioſus, ſi videt alterum ditéſcere, cruciatur: fortis, aut formoſus eſt; da ei panem, & contabeſcit. Solitarius eſt, ſed erroneus; erat in ſolitudine ſua. Nec mirum, quòd ſolitudini huic inaquoſum additur; ſicut enim in ſolitudinibus aquæ deeſſe ſolent, & loca deſerta ſterilia quoque, & arida eſſe conſueuerunt; ſic ſuperbiam impœnitentia co-

Margin notes (left column): S. Chryſ. — Ierem. 15. — *Initium peccandi vitandum.* — Iſai. 5. — S. Hieron. — Prouerb. 5. — Matth. 21. — Pſal. 145. — *Perſeuerantia in peccatis.*

Margin notes (right column): Ad Rom. 7. — S. Auguſt. — Dan. 9. — *Peccatores delectantur, & gloriantur in flagitiis.* — Sap. 7. — Prouerb. 2. — *Obſtinata in peccato voluntas.* — *Finis peccati gehenna.* — S. Bern. — *Superborum ſolitudo.* — Pſal. 106.

Section letters: A B C D E

*Superbia abundat cum compunctione.* Iacob 4.

mi stor. Elatum enim cor, durum & expers eſt A pietatis, ignarum compunctionis, ſiccum ab omni rore gratiæ ſpiritualis, quia ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, *Iacob.* 4. Qui emittis fótes in conuallibus inter medium montium (ait Propheta) pertranſibunt aquæ, *Pſal.* 130. Hinc eſt, quòd de ſe ipſo miſerabiliter conquerens ait: *Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi*, Pſal. 142. ſiquidem aquæ inopia non modò aridum, ſed & ſordidum facit, dum non eſt; quo laueris: & humanum cor lacrymas neſciens, non modò durum, ſed & impurum eſſe neceſſe eſt. Hucuſque Bern. Quomodo igitur ſuperbi homines deſiſtent à cogitationibus ſuis? quomodo eas non opere illo ad arrogantiæ oſtentationem compleant? Qui fiet, vt ſuperbi peccare deſiſtant, quorum duritia cordis neſcit emolliri, pœnitentiam reſpuit; caret & rore cæli, & oculorum lacrymis, quibus cor molle, purumque reddatur? Non deſiſtent peccatores, quippe cœco feruntur impetu. Ante omnia peccatoribus lumen eripitur; vnde illud: *Et lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum*, Pſal. 37. Primus ac ſapidiſſimus coruo gehennali cibus eſt, animæ oculus; hunc eruit, erutum comedit. Quare impij hac illac oberrant ſui ipſorum neſcij. Nec deſiſtent; cœperunt hoc facere. Peracutè Caiet. vt ſuperiùs retulimus, hunc ſenſum eruit ex his verbis: Nunc incipiunt, tanquam nihil egerint. Ecce ardor peccandi, nunquam vitæ impuræ faſtidio libidinoſus reuocatur; cùm enim ignea ſit voluptati vis, nunquam faſtidit; quis quæſo voraces ignium flammas faſtidire vidit oblatam ligni & ſtipulæ materiam? Affer, affer, vox eſt impuritatis. Nunc incipiunt: infatigabile prorſus eſt in peccando ſtudium. O deſiſtant aliquando tandem, qui Chriſtiano cenſentur nomine; qui & Deum puriſſimum ex virgine puriſſima natum adorant: & ipſius Dei corpore, ac ſanguine aluntur! Vnde S. Cyrill. Hie. *catech.* 12. optimè adhortatur: Caſtitatis alumni, & diſcipuli temperantiæ natum ex virgine Deum caſtitatis, plenis labiis celebremus: & ſpiritalis ouis corpus ſumere digni effecti. Sic ille. Male autem Deum caſtitatis veneratur, qui mente & carne polluta fidem illius dedecorat. Non deſiſtent, quia nec Deum timent, nec alij alios reuerentur; ducem ſequuntur Nemrod robuſtum venatorem coram Deo, quem non pudeat giganteæ immanitatis flagitiorum; qui non timeat ante ipſius Dei oculos quodcunque facinus patrare. Optimè Gregor. aut quicunque ille eſt inter opera D. Greg. Naz. in Eccleſiaſtem: Qui pudorem non habet, amittit proculdubio & timorem; imò & ſeipſum perdit, iuxta illud Poëtæ, *Ego illum periſſe duco, cui quidem periit pudor*. Eſt autem tanta vis aduersùs peccatum in pudore, vt propterea confeſſionem ſacramentalem Dominus inſtituerit, quò quis alteri ſua flagitia ſigillatim minutatímque aperiens verecundetur, ſicque illi pudor in præteritorum caſtigationem, & in futurorum præmonitionem. Quod idem ille autor ſic adnotauit loquens de confeſſione: Licet animam armate, armis pudoris. Nam qui per occultorum annunciationem, ſeipſum veluti proſcripſerit, memoriam pudoris habet pro pædagogo ad vitam deinceps agendam. Hæc ille. Si pudor abſit, immedicabile vulnus erit peccati. Quis enim fœditatem vitij, & virtutis pulchritudinem perſuadeat? Eſt quippe (ait D. Greg. Nazianz. *orat.* 1. *Apolog.*) pudor perſuaſionis pharmacum. Si pudor abſit, quid de virtute fiet? Pudor enim (ait idem) eſt ille, quo nullum maius adiumentum ad virtutem excogitari poteſt, *Orat.* 26.

Margin notes (left column): Pſal. 130. — Pſal. 142. — *Peccatum oculos eruit.* Pſal. 37. — Caiet. — *Libido insatiabilis.* — Prouerb. 30. — S. Cyrill. — S. Hieron. — S. Greg. Naz. — *Pudoris ablatio aditus ad omne scelus.* — *Quorsum esse sit sacramentalis.* — *Pudor contra peccatum munit.* — S. Gregor. Nazian.

5. Nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant. O ſi non complerent! O ſi deciderent à cogitationibus ſuis! O ſi deponerentur potentes de ſede; & diſpergerentur ſuperbi mente cordis ſui! Præclarè cùm peccatoribus agitur, quando in ipſo curſu, priuſquam vlteriùs rapiantur, caſu aliquo infelici, vel (quod acerbius eſt) morte ipſa præpropera inhibentur; quando medio mari, dum ſecundis velis, flantéque fortunæ felicioris aura vehuntur, oborta B tempeſtate priùs obruuntur, quàm portum conſpicere potuerunt. Nec de ſolo Iuda, imò de quocũque reprobo dictum accipiendum eſt: Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. Etenim, vt obſeruat S. Hieron. multo melius eſt non ſubſiſtere, quàm malè ſubſiſtere. S. Aug. Bonum (inquit) erat ei, vt non naſceretur, ſcilicet ad peccatum: aut Chriſto non naſceretur per vocationem, ne eſſet apoſtata. Sic ille *de quæſt. Euang.* O quàm multis melius fuiſſet, nec naſci, nec renaſci per Baptiſmum. Iccirco enim grauiùs in gehenna cruciabuntur. Beatus verò eſt ille, qui non accepit in vanum animam ſuam, *Pſal.* 25. At ſecundùm D. Ambroſ. explicationem *lib. de bono mortis, cap.* 7. In vanum accipit animam ſuam, qui C ſecularia ſtruit, ædificat corporalia. Cæterum læti & alacres viuunt peccatores, nec deſiſtunt à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant rati liberè ſe peccare, nec Deo id curæ eſſe. Proh ſtatum infeliciſſimum! Audi Ambr. *loco indicato.* Plerique criminum ſuorum abſolutione lætantur; ſi emendaturi ſunt, rectè: ſi perſeueraturi in eis, ſtultè; quia longè illis plus damnatio profuiſſet, ne incrementa facerent peccatorum. Deinde ſanctiſſimus Doctor concludit, multo eſſe optabilius peccatori ſuis in flagitiis ad mortem vſque permanſuro mori, quàm viuere: aſſértque locum illum Eccl. 7. *Inueni amariorem morte mulierem.* Non quia (inquiens) amara ſit mors, ſed D quia impio amara, & tamen amarior vita, quàm mors. Grauius eſt enim ad peccatum viuere, quàm in peccato mori: quia impius quandiu viuit; peccatum auget: ſi moriatur, peccare deſinit. Hæc Ambroſ. At ſunt nonnulli adeò peccatorum illecebris occæcati, vt vitæ breuitatem defleant, doleántque (ait D. Bern. *ſerm. de fallacia vitæ*) ſibi modicum tempus eſſe, quo ſeruiant peccato. Igitur contra fallacem iſtorum vitam ſic innebitur idem Bern. Cùm peccare delectat adhuc, gemit altiùs pro breuitate ſua. Nec breuitas falſa, ſed gemitus fallax, quòd id memoret cum mœrore, vnde magis oportuerat gratulari. Siquidem bonũ eſt ei, ſi ſic agere perſeuerat, vt flagitiis eius, quibus voluntas modum non ponit, vel neceſſi- E tas finem ponat. Expedit ei qui ſemper anima moritur, vt corpore citiùs moriatur: magis autem ei bonũ erat, ſi natus non fuiſſet homo ille. Et ipſa denique vitæ memoria breuioris remedium magis, quam incentiuum debuerat eſſe peccati, ſicut ſcriptum eſt: *Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis*, Eccleſ. 7. Hæc Bern. O vitam miſerrimam, in qua viuere peius eſt, quàm mortem pati ſempiternam! Heus tu quiſquis es, vide quid lucraris dum in peccato perſiſtis, nec deſiſtis à cogitationibus tuis, donec eas opere compleas? An non verum eſt quod ſcribit D. Baſil. *Epiſtol.* 3. *ad Amphyl.* Qui in malo

per

Margin notes (right column): *Vtile est peccatori, si vita morte immatura abbreviatur.* — Matth. 26. — S. Hieron. — S. Aug — Pſal. 25. — S. Ambroſ. — S. Ambroſ. — *Præſtat in peccato mori, quàm ad peccatum viuere.* — Eccl. 7. — S. Bern. — S. Baſil.

S. Ambroſ. *Obſtinatio in peccato immedicabilis.*

perſeuerat, habet vulnus immedicabile. Rectè D. Ambroſ. *ſerm.8.in Pſalm.* 118.temulentiam in peccato agnoſcit,dum ait: Abſtinuit à temulentia delinquendi ſobrietate virtutis. Nónne qui fortè aliquando in ebrietatem incidit, vt crapulam edormiuit;ſeipſum accuſat,pudore vellicat, atque inpoſterum cautior fit? Ita qui ſemel, aut iterum ex vehementia tentationis peccatum admiſit. At qui iam in ebrietatis vitio inueteratus occaluit,vbi quæſo niſi in morte crapulam edormit? Ita ſe habet ille, in quo peccandi conſuetudo multos iam per annos inoleuit; quæ non niſi morte extrema ſolet definiri.

Pſal. 1.

S. Baſil. *Inueterata conſuetudo peccandi.*

6. Hæc illa eſt cathedra peſtilentiæ, quam in gradibus peccandi poſtremam, & grauiſſimam poſuit regius Vates Pſal.1. *Et in cathedra peſtilentia non ſedit*? qua lue correpti penè omnes moriuntur; rarus eſt, qui euadit. Sed eodem loco D. Baſil. egregiè commentatus: Putare (inquit) debemus cathedram dici ſtabilem, ac firmam in iudicio prauo conuerſationem: quæ nobis prorſus vitanda eſt, quòd diuturna exercitatio peccatorum, præſertim ſi ſtudio fit,& certa deſtinatione, animabus ſolet habitum gignere, vix vnquam deſiturum, & ægerrimè mobilem. Animæ enim morbus, vbi vetuſtuit iam,mali item exercitatio, ſimulatque occaluit diuturnitate:vix vllam admittit medelam, aut certè immedicabilis fit prorſus;cùm in his, vt in pleriſque aliis conſuetudo mutetur, & abeat in naturam. Secundus proinde erit noſtræ nauigationis curſus, ſi prima mox qualicunque experientia mali, quaſi à beſtia intentante plagam peſtilentem, ac virulentam refugerimus. Iam enim ipſe quoſdam noui, qui per ætatis teneræ florem ad obſcœnas carnis affectiones delapſi; per conſuetudinem quoque malis iſtis immortui ſunt peccatis. Quemadmodum enim ſues qui in cæno ſeſe obuoluunt,continuò ſibi lutum augent; ſic hi fœditatem ex voluptate ſingulis diebus affricant ſibi, & aſpergunt. Hactenus Baſil. Sed (vt optimè D.Chryſ.monet *homil.8.in* 1.*Cor.*)ne deſperemus; neque enim tam grauis caſus eſt, quàm poſt caſum iacere; neque tam graue vulnus eſt, quàm nolle acceptum curare. Addo etiam Chryſoſtomo: Etſi quis totam vitam in flagitiis conſumpſerit, ſpem homini eſſe,vt conuertatur, vt ſalutem conſequatur æternam. Fidei catholicæ eſt articulus; nemo enim dum viuit, non poteſt ſi velit gratia Dei adiutus ſaltem conſequi: quod in latrone factum videmus. *Hodie mecum eris*, &c. Quia nimirum (ait S.Cyr. Hier.*catech.*13.) Rex adeſt, qui gratiam confert. Longa petitio, ſed celerrima gratia. fuit illi finis vitæ, principium rectè facti, traditio animæ, & acceptio ſalutis. Nemo murmuret contra patremfamiliâs; cui ille dicat: Amice non facio tibi iniuriam. Nónne poteſtatem habeo in meis facere vt volo? vellet iuſtè agere latro: ſed venit mors. Non tantum opus motor: ſed fidem recipio. Sic ille. Nota voluntatem fide plenam, & deſiderium laberandi pro Domino etiam irriſo effectu acceptari,& coronari. Vnum ego monuerim,etiamſi peccator innumeris ſit obrutus ſceleribus; ſi tamen pietatem erga ſemper virginẽ Dei matrem non abiiciat,ſpem aut omninò certam aut valde firmam fore, vt aliquando tandem pœnitentiam agat, & ſaluus fiat. Dic obſecro fracta tempeſtatibus naui,factóque naufragio, dum quis naufragus tabulam arreptam tenet, nónne ſpes miſero eſt, vt tandem euadat? Miſerabile feciſti animæ

S. Chryſoſt. *De nullo in vita deſperandum.*

S.Cyr. Hie.

*Pietas in B. Mariam ſignum prædeſtinationis.*

A tuæ naufragium,ô peccator, medias inter vitiorũ vndas iam proximus gehennæ iactaris! tabulam ô miſer arripe, tabula ſuffultus emerges;illa ſcilicet, in qua Deus omnes ſuarum opum theſauros expoſuit;illa, in qua pretium mundi propoſuit:illa, in qua digito Spiritus ſancti diuinum ſuum Verbum ſcripſit carnem factum, vt habitaret in nobis, vt faceret nos Dei filios, & gloriam ipſius vnigeniti videremus. Potentiſſima planè eſt pietas erga Dei matrem; ſpes iſta vnica reorum (vt eam vocat D. Aug.) non confundit. Deus quidem noſter (ait D.Bern. *ſerm.ſignum magnũ*) ignis conſumens eſt, *Deut.* 4. Quidni vereatur peccator accedere, ne quemadmodum fluit B cera à facie ignis, ſic pereat ipſe à facie Dei? Opus eſt mediatore, nec alter nobis vtilior, quàm Maria. Fidelis Maria, quæ ſalutis antidotum nobis propinauit: miniſtra propitiationis iniecit redemptionem. Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Nihil auſterum in ea, nihil terribile:tota ſuauis eſt,omnibus offerens lac,& lanam. Sic Bern. Hæc eſt (ait S.P.Dã. *ſerm. de annunciat.*) quæ ſingularem in cordibus noſtris ſibi vendicat principatum,hæc eſt,ad cuius nomen corpus humiliter inclinamus, cuius horis reuerenter aſſiſtimus,cuius memoriam iugiter frequentamus. hæc eſt, quæ noſtris affectibus ſuauiter indulceſcit, quia magna multitudo C dulcedinis eius;ſpiritus enim eius ſuper mel dulcis,in qua dulcis Dominus cum omni ſua dulcedine ſuperuenit. In huius vtero maieſtas Altiſſimi,ſicut adipe & pinguedine, repleuit terras, infudit cælos,inferna reſperſit.Hæc Dam.

S.Auguſt.

S. Bern.

Deut 4.

S.P.Dam.

## SECTIO IX.

*Venite igitur, deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui.*

1. VEnite,&c. Par pari Deus ſolet peccatoribus referre; dixerant illi: Venite,faciamus,&c. D Eadem voce Hebræa הבה *hauah*, Deus ipſe vtitur ad ſubuertendam illorum conſtructionem.Hoc etiam pacto Dei monita irriſerant impij, vocantémque Deum ſubſannauerant:iccirco minatur Dominus: *Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo*, Prouerb. 1. vt riſus riſui,ſubſannatio ſubſannationi reſpondeat. Miror quàm aliter, ac locus exigat, explicetur à D. Gregor. *9. moral. capite* 20. in hunc modum. Ridere Dei eſt humanæ nolle afflictioni miſereri; quare ego quoque in interitu veſtro ridebo, hoc eſt, afflictioni veſtræ nulla pietate compatiar. Sed adhuc ampliùs innuitur hoc loco, nimirum quòd Deus peccatoribus par pari referat,vt apertè ſignificatur in illo, *quoque*; ac ſi dicat: Idem quoque vobis reddam in morte, quod in E vita mihi præſtitiſtis,ſcilicet riſum, ſubſannationem, & æternum contemptum veſtri. Audietis enim: Amen dico vobis, neſcio vos; non vos eſtis ex ouibus meis. Beda exponens hunc locum Prouerb. Tale (inquit) eſt in Pſalm. 2. *Qui habitat in cælis, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos.* Non quia buccis Dominus irrideat, aut naſo ſubſannet: ſed ea vis deſignata eſt tali verbo, quam dedit Apoſtolis,vt præuiderent nihil prorſus impios contra eum, ſupra quam ipſe permitteret, inſidiis eſſe acturos; quin potiùs illorum

*Deus peccatori in iudicio pari refert.* Prou. 1.

Beda.

rum cœpta omnia euacuanda, eius verò gloriã poſt paſſionem per orbem terrarum eſſe dilatandam prænoſcerent; ideoque ſuperbiam eorum, etiam cùm maximè valeret conſpicerent, pro nihilo contemnerent. Sic ille. Et quidem optimè de Chriſto contra Iudæos, à quibus deſpectus, & irriſus fuit; & quos iam ſedens ad dexteram Dei Patris ſupra omnes cælos, mortalium omnium irriſionibus, & ſubſannationibus expoſuit. Quid æquè inter gentes etiam barbaras contumelioſius, quam vel ipſum nomen, nedum natio Iudæorum. Contrà verò quid pulchrius, quid ſuauius, quid glorioſiuius vel ipſo nomine Ieſu? cuius vitalem vbique ſparſam fragrantiam (ait S.Bern. *ſerm. 22 in Cant.*) qui non ſentit, aut mortuus eſt, aut putidus. Chriſtus Dominus ſpiritus oris noſtri captus eſt in peccatis noſtris, *Thren.* 4. At (vti ait S.Cyril.Hier. *catech.* 13.) quid deinceps ò Propheta? In vmbra (inquit) ipſius viuemus inter gentes. Non enim in Iſraël ampliùs, ſed in gentibus conuerſaturam indicat vitæ gratiam. Sic ille. Itaque Iudæi Chriſto mortalem vitam eripuerunt. Reſurrexit ille, in cælum glorioſus aſcendit, in cælo regnat. Cum illo & per illum, & ſub illo viuimus Chriſtiani. Iudæi extra vitam in tenebris ignorantiæ, atque in vmbra mortis iacent conſepulti. Valde autem cohæret hæc expoſitio de opprobriis atque exitio populi Iudaici, cum præſenti loco de conſtruentibus turrim, quos Dominus irriſit, & cohibuit, ne inceptum opus vltrà perducerent.

*Iudæi qui Chriſtũ irriſerunt, riſui ſũt gentibus.*

*Iudæorũ ignominia.*

S.Bernard.

S.Cyr. Hier.

*Ieſu nominis ſuauitas.*

A B C (margin letters)

2. *Venite, deſcendamus.* Primò ſeſe offert illa quæſtio; ad quos loquitur Deus? Patris, aiunt plerique, ad Filium, & Spiritum ſanctũ, hæc verba eſſe, vt illa: Faciamus hominem, &c. 1. & 2. *cap.* Sicut enim opus creationis Angelorum ſuperat vires, ſoliúſque Dei eſt; ita tam ſtupenda repentinaque linguarum confuſio, non angelicæ opis, ſed diuinæ tantùm omnipotentiæ opus eſſe iudicari debet: quare neutro in loco Deus cum Angelis, ſed æternus Pater cum Filio, & Spiritu ſancto colloquitur. Ita S.Cyrill. Chryſ. Proco. Rabb. Ruper. huius ſententia eſt: Venite, &c. hoc tam mirandæ vindictæ incommodum, quo maximè homines à ſemetipſis diuiduntur, ſolus potuit facere Deus. Proinde cùm dicit pluraliter, venite, deſcendamus, non Angelorum multitudinem ad auxilium cohortatur, ſed ad feriendam ſuperbiã ſe adeſſe teſtatur, tota Trinitas, vnus Deus; quod ex oppoſito remedio magis liquet. Vbi enim in ore Apoſtolorum omnia reuocantur genera linguarum, eadem Trinitas ſeſe aperit hominibus, & ea die primùm in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti homines baptizantur; quæ vera ſtructura eſt altiſſimæ turris, qua in cælum homo conſcendit cum Deo regnaturus. Sic Rupert. Ex quo inferas, quàm deteſtabile malum ſit ſuperbia, vt tota Trinitas ad illam feriendam ſe adeſſe reſtetur; nec vt congrediatur cum tam prodigioſo inimico, Angelos mittat. Quippe cum angelica natura maximè fuerit ſuperbiæ telo ſauciata, in dæmonibus videlicet, quos de Angelis miſerabili quadam metamorphoſi effecit. Solus igitur Deus contra ſuperbiam depugnat. Cæterum hic vt vides, tota Trinitas aduerſus ſuperbiã deſcendens ſuperborum hominum, & ſuperbiam damnauit, & opus euertit: at ſuperbos ipſos non reddidit humiles. Vnicum tam immedicabili malo remediũ in eo collocatũ erat, vt Dei Filius deſcenderet, Verbũ caro fieret, exinaniret ſemetipſum vſque ad mortẽ crucis. Sola enim Chriſti

Rupert.

*Trinitas tota contra ſuperbiã depugnat.*

humilitas proſtrauit hominum ſuperbiã. Hic eſt (ait D.Cyprian. *ſer. de Natiuit.*) primus religionis introitus, ſicut in mundum prima Chriſti ingreſſus, vt quicunque pie vult viuere, humiliter de ſe ſentiat. Idipſum ſignificatur à Domino; cùm ait: *Intrate per anguſtam portã, quia lata porta ducit ad perditionẽ; quàm anguſta porta quæ ducit ad vitã,* Matth. 7. Vbi ſic D.Chryſ. Porta perditionis eſt diabolus, per quem introitur in gehennam, lata porta dicitur diabolus, quia effrænatæ ſuperbiæ licentia dilatatur. Porta vitæ Chriſtus, porta anguſta, humilitatis ratione collectus; quia quem totus non capit orbis, ſeipſum intra anguſtias vteri virginalis incluſit. Benè id quidem Chryſ. ſed porta anguſta pro ipſamet humilitate, ſicuti porta lata pro ſuperbia ſumi poteſt egregie. Humiliatus eſt Dominus Ieſus, & exinaniuit ſe vſque ad mortem crucis. Sed ipſa ſumma humiliatio ceſſit in ſummam Chriſti glorificationem. Regnauit ab ipſo ligno crucis Dominus Ieſus. Non pudet Chriſtianum humilitatis & crucis Dei ſui. Quin potiùs (vt obſeruat S.Cyril. Hier. *catech.* 13.) gloriatio Eccleſiæ Catholicę eſt omnis Chriſti actio; gloriatio verò gloriationũ eſt crux. Sic ille. Crucem Iudæi ad ignominiam & mortẽ Chriſto extulerunt: ſed ex cruce vita, & gloria profluxerunt. O ſapientiſſimam prouidentiam, quæ malum etiam propoſitum in ſalutis occaſionem conuertit, exclamat Cyr. *cat.* 8.

*S. Cypr.*

*Chriſtus humilitatem docuit in ingreſſu ſuo.*

Matth. 7.

S.Chryſ.

S.Cyr. Hier.

3. D.Greg. 27. *moral. c.* 24. quæ ſit hæc porta, quæque via anguſta, ſic explicat: Arcta benè viuendi cenſura nõ eſt ampla via, ſed ſemita, in qua quiſque ſtudioſè conſtringitur, quia ſub præceptorũ cuſtodia ſolicitè coanguſtatur. An non quaſi anguſtia eſt itineris in hoc mundo viuere, ſed laudes mundi deſpicere, & pro Deo opprobria amare, gloriam fugere, deſpectum ſequi, adulantes deſpicere, deſpicientes honorare? Ita Greg. Igitur cùm ſit porta cæli anguſta, quàm difficilè, imò quàm impoſſibile eſt, vt per illã ſubintrare queat ſuperbus arrectis ceruicibus elatus, & grandi faſtu arrogantiæ circumſeptus. Solus humilis, qui repit humi, & nihili ſe reputat, non facilè modò inuenit aditum, ſed etiam (quod mirandum eſt) & altam, & latam indicat portam, quam Dominus vocat anguſtam. Sed quo doctore ac duce potuit ſe homo humiliare? Reſpondet S.Ambr. *in Pſ.* 43. Humiliauit ſe Dominus Ieſus, vt diſceres, quid ſit humilitas. Idẽ *ſer.* 2. *in Pſ.* 118. de humilitate Chriſti, & noſtra differens ſic ait: Nunquid nobilior tu, nunquid potentior tu Chriſto es? Ille pro te ſuſcepit illa, quæ tu deſpicis. Ille pro te humiliauit ſe vſque ad mortem crucis, vt tuæ lapſũ aboleret ſuperbiæ: vt quod per vnius Adæ inobedientiam perdideramus, per Chriſti humilitatem reciperemus. Sic Ambr. Sed quàm potens extiterit humilitas ad exaltandum Chriſtum in cruce humiliatum; & ad peruincendum hominum genus, qui tandem Deo humiliato ceſſerunt, eleganter ita proſequitur idem Pater. Propter quod (inquit Apoſt. *ad Philip.* 2.) Deus illum exaltauit, &c. Non laborat Apoſtolus potentiam Chriſti probare, ſed obedientiam prædicare, ſed demõſtrare quanta ſit humilitatis gratia, quantus eius profectus. Si Chriſto profuit humilitas ſua, cui ergo non proderit? Si illum exaltauit, quem non augebit? factus eſt miniſter omnium Dominus, & autor omnium vapulauit, pedes lauit, crucifixus eſt, mortuus eſt. Sed in his omnibus detrimentum nullum video Diuinitatis eius, profectum operationis agnoſco. Qui nihil habebat, quod ad

S. Greg.

*Via humilitatis anguſta.*

*Humili lata & alta eſt porta cæli.*

S. Ambroſ.

*Humilitas Chriſti exemplum nobis, & illis laud.*

Ad Philip. 2.

C D E (margin letters)

ic

poteſtatem ſuam adderet, habuit quod ad cultum ſuæ maieſtatis adiungeret. Audeo dicere: operationis ſuæ munus amiſerat, niſi id humilitas recepiſſet. Itaque nos quidem redemit, ſed etiam ſibi acquiſiuit. Suſcepi, quem neſciebam; agnoui, quem non cognoſcebam; confiteor, quē negabam: ipſi genu corporis flecto, ipſi genu mētis inflecto, ipſum adoro, quem antè fugiebam. Hæc ille. Victus ergo ab humilitate Chriſti eſt homo; fidem illius ſuſcipit, Chriſtum crucifixum adorat. Sed hoc ſatis non habet; etiam humilitatem addiſcit, neſciri, deſpici, conculcari appetit, vt magiſtro humilitatis ſimilem ſe diſcipulum
S. Ambroſ. exhibeat, quod etiam idem Amb. his verbis edocet: Ille igitur, qui ad dexterā Dei ſedet propter nos humiliatus eſt; ideoque dicit nobis: *Diſcite à*
Matth. 11. *me, quia mitis ſum & humilis corde*, Matt. 11. vt tu illum imiteris, vt tu ei dicas: Domine audiui vocem tuam, impleui præceptum tuum, dixiſti, vt à te diſceremus humilitatem: didicimus non ſolùm ſermone, ſed etiam actu tuo. Feci, quod im-
Pſalm. 118. peraſti: vide humilitatem meam, *Pſal.* 118. Athleta bonus membra ſua monſtrat, vt conuerſationis ſuæ approbet diſciplinam, & tu oſtende cordis tui humilitatem, vt titulos virtutis oſtendas. Hęc Ambr. Vide quàm ſit glorioſa humilitas, quàm præclaris virtutum omnium titulis abundet? Denique Deus homo factus humiliauit ſe, & (vt ait
S. Cyprian. D. Cyprian. *ſer. de Natiuit.*) non confuſus eſt ſe ad formam ſerui exinanire, vt qui de fraternitate eius gloriantur, & volunt aſcendere, non erube-
B. Maria humilitas ſublimis. ſcant deſcendere. Porrò autem quid poſt Chriſtum Dominum (vt inquit S. Anſelm.) ſublimius ſublimi matre Dei, qui humilius humili ancilla
S. Anſelm. Dei? Viden', vt ſumma humilitas cum ſumma maieſtate coniungatur? Quem ergo iam nunc pudeat humiliari?

4. *Venite, deſcendamus.* Probabilius tamen arbitrantur complures, hæc verba Dei quidem eſſe, ſed ad Angelos dicta. In quā ſententiā ita ſcri-
S. Aug. bit S. Aug. *lib.* 16. *de Ciuit. c.* 6. Venite, deſcēdamus: recapitulatio eſt, demonſtrans, quemadmodum factum ſit, quod dictum fuerat: Deſcendit Dominus. Si enim iam deſcenderat, quid ſibi vult: Venite, deſcendamus? Quod intelligitur Angelis dictum; quia per Angelos deſcendebat, qui in
Deus per Angelos deſcendit. Angelis deſcendentibus erat. Deſcendamus: oſtēdit ita ſe operari per miniſtros ſuos, vt ſint etiam ipſi cooperatores Dei. Poterat & illud, quando factus eſt homo, de Angelis intelligi: Faciamus hominem; ſed quia ſequitur: Ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram; nefas eſt credere, ad imaginem Angelorum hominem factum, aut candē eſſe imaginem Angelorum, & Dei: & ideo rectè intelligitur pluralitas Trinitatis. Poterat & hic eadem intelligi Trinitas, ſi aliquid eſſet, quod Angelos prohiberet intelligi, quibus potiùs conuenit venire ad Deum. Hæc Aug. Similia tradit
S. Gregor. D. Greg. 2. *moral. c.* 5. Loquitur (inquit) Deus ad
Quomodo Deus loquatur cum Angelis. Angelos ſanctos: Venite, &c. eo ipſo quo eorum cordibus occulta ſua inuiſibilia oſtendit, vt quidquid agere debeāt, in ipſa cōtēplatione veritatis legant: quaſi enim audientibus dicitur, quod videntibus inſpiratur. Ita Greg. Quæ doctrina eſt etiam inter Theologos; quòd nimirum tales reuelationes fiunt Angelis in eſſentia diuina, quam illi beatifica viſione contuentur: ea quippè ſpeculum eſt, ſed tamen voluntarium, omnia quidem intelligibilia repræſentans, cæterùm ea tantùm manifeſtans, quæ Deus vult, & quantum vult, & quando & quibus vult reuelare. Probabiliùs alij ſe putant philoſophari: videlicet huiuſmodi nouas reuelationes fieri Angelis per nouas ſpecies intelligibiles intellectui eorum à Deo infuſas: vel per priorum ſpecierum nouam quandam, & propriam ad repræſentandas has, vel illas res applicationem, ac determinationem: vel denique per nouas cognitiones, ſiue conceptus harum, vel illarum rerum, ad quos producendos Deus ſimul cum Angelico intellectu concurrit. Verùm accuratior hac de re pertractatio Theologorum eſt. Addit Greg. Aſcen- S. Greg.
dunt Angeli in eo, quòd creatorem conſpiciunt: deſcendunt Angeli in eo, quòd creaturam ſeſe in illicitis erigentem examine diſtrictionis premunt. Sic Pont. Deſcendunt ergo Angeli cùm Aſcenſus & deſcenſus Angelorum.
hominem ſeſe perperam erigentem premunt. Quid ô ſuperbe ais: Aſcendam, & ſedebo in throno Altiſſimi? vt mundo inſonuit iſta vox: Actutum Angeli turmatim è cælo delapſi ad te opprimendum, & proculcandum incurrunt. At tam abiectus es, tam repis humi, vt ad te coërcendum deſcendant, non aſcendant Angeli: nec enim ſuperbus aſcēdit, ſed miſer aſcēdere ſe putat. Icirco enim Propheta Pſ. 5. ait, *Decidant à cogitationibus ſuis.* Quippe cū aſcēſus iſte ſolū in cogi- Superborum vanitas & abiectio. Pſalm. 5.
tationibus cōſiſtat. Quid mēdacius? quid inanius? ſedere ſe in alto putant, ſed profectò ne ſedent quidem. Depoſuit, ait Virgo mater Dei, potentes de ſede, *Luc.* 1. Quænam ſedes iſta eſt ſuperbo- Luc. 1.
rum, & potentium huius ſeculi. Diſperſit (inquit) ſuperbos mente cordis ſui. Sedes ergo eſt mens cordis ſui, videlicet vana de ſeipſo conceptio, futilis cogitatio, ſomnium merum. Qua de ſede cùm deponuntur, ac de ſuis cogitationibus decidunt; tandem ad ſe redeunt, euigilant accuſántque, & irrident prior illa ſua inſomnia, ciuitates ac turres Babel, ventoſáſque moles cælo ipſo ſublimiores. Exponit verſum Pſalmi, de Superborum vanitates diſſipantur.
quo eſt ſermo, Theodor. ad hunc modum. Adducantur in iudicium tuum, ô Domine, & aber- Theod.
rent ab iis, quæ machinantur, atque per experientiam diſcant, quòd araneæ telam contexant, & pœnam ſuis auſibus dignam pendant. Plena ſunt ſacræ Scripturæ volumina huiuſce moris Dei cogitationes prauas, & inanes hominum ludificantis: paſſim enim eriguntur in altum turres Babel, quas Deus leui quadam illuſione funditus ſolo æquat. Probro, ac riſui exponuntur ſuperbi, quorum cogitationes vanæ ſunt. Fac Domine, (declarat S. Chryſ.) vt ſint irrita eorum S. Chryſoſt.
conſilia, & non vltrà progreditur eorum improbitas. Quod quidem in temerariis ædificantium turrim Babyloniceam conatibus viſum eſt. Pulchrè S. Hieron. explicat de hæreticis ſuper- S. Hieron.
bas, & inanes errorum moles extruentibus. Egregiè (inquit) dicitur: A cogitationibus ſuis, quotidie enim hæretici immutant dogmata ſua. Bellè vanæ ſunt cogitationes ſuæ, non Dei fides, non ſcripturæ. Contrà verò humiles à Deo honorati, & exaltati omnibus laudi & amori ſunt. Non B. Maria encomia.
ſe aliud reputabat illa benedicta inter mulieres, quàm Dei ancillam: ſed inde beatam illam dicunt omnes generationes; vt iure optimo hæc inter alias S. Iacobus appoſuerit in ſua lithurgia: Tibi ô plena gratiæ, vniuerſa creatura gratulatur, Angelorum cœtus, & hominum genus: quæ es templum ſanctificatum, paradiſus ſpiritualis, virginum gloria, tuum enim vterum Deus thronum fecit, & tuum ventrem latiorem, & ampliorem cælis ipſis reddidit. Tibi ô gloria plena, vniuerſa natura gratulatur.

Glo

Gloria tibi, &c. Proh quantum humilis virgo aſcendit à cogitationibus ſuis; ab ancilla ad reginam; à ſeruo ad matrem Dei. Reſpexit (ait) humilitatem ancillæ ſuæ. vertunt aliqui, nihilitatem. Qualem nec ipſa virgo (apud Rupert. *lib.* 1. *in Cant.*) inquit: Poſſum alloqui, nec verbis conſequi. Res iſta non eſt effabilis. Sic matris nihilitas exinanitioni Filij congruebat. Quòd autem ſublimitas in humilitate ſit, eleganter his verbis oſtendit S. Ambroſ. *in cap. 6. Epiſtol. ad Galat.* Qui extollitur quaſi aliquid ſit, errat: neſcit enim quia de humilitate creſcitur. Verba enim Saluatoris, & geſta ante oculos non habet, qui cùm ſit omnium Dominus, humiliauit ſe, vt nobis formam daret, quid ſequi deberemus, ſi creſcere velimus: & ſi nos erigeremus, inclinaremur; quod facit imperitia cordis inflati, vt apud homines commendatior videatur: nunquid non verè hic imperitus eſt, qui præſentis gloriæ cupidus eſt. Hæc Ambroſ.

Rupert.

S. Ambroſ.
*De humilitate creſcitur.*

5. *Confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnuſquiſque vocẽ proximi ſui.* Hebr. שפת *çephath.* Interpres reddidit, vocem; alij labia, ſeu linguam. Chald. habet: Confundamus labia ipſorum, ne quis proximum intelligat. Et ſic eſt accipiendum illud, *audiat*, hoc eſt, intelligat. Itaque, incredibilis facta eſt inter ædificantes confuſio, exorta pluralitate linguarum: cùm ſeſe inuicem loquentes non intelligerent; & petenti calcem alius ligonem porrigeret. Vnde inuicem irridentes, & mutuò iraſcentes ab opere deſtiterunt, ſeparatique omnino ſunt. Quocirca cùm eſſet populus vnus, & labium vnum; ac poſita vtraque vnitate opus illud inceptum, continuatúmque vnanimi omnium conſenſione, indefeſſóque ſtudio procederet: ſublata demum vnitate linguæ, ac pluribus ſubitò, nimiúmque diuerſis pullulantibus, ſublata pariter eſt vnitas populi: & vtraque impedita, perpendit opus interruptum: nec vlteriùs ſurrexit æquanda illa machina cælo. Proh admirabile diuinæ potentiæ & ſapientiæ inuentum! non fulmina eiaculatus, aut ædificantes diſperſit, aut ædificium diſiecit, & combuſtum in cineres, fauillaſque redegit: ſed vna tantùm varietate linguarum inſanas illas aſſurgentium ſubſtructionum moles eſt demolitus. Diſerte D. Aug. *lib.* 1. *de mirab. cap.* 9. hac de re ita loquitur: Cùm ad illud vſque tempus eſſet vnius linguæ cunctus populus; vniuerſorum, qui ad tale opus venerant, linguas in diuerſa verba diuiſit: ſcilicet, vt rectiſſimo iuſti arbitrij iudicio, qui alto ſuperbiæ tumore membra contempſerant, in fragiliſſimo ſubſtantiæ ſuæ membro pœnam vtique ſermonis ſentirent. Sic Aug. Celer Deus ſupplicio leuique ſuæ virtutis conatu, per contemptum ſcilicet, ſolet ſuperborum conſilia, conatus, factáque peruertere: quod in Nabuchodonoſor expreſſum eſt. Hic igitur Rex Babyloniæ alter Nemrod apud Iſai. *cap.* 14. aiebat: *In cælum aſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum: ſedebo in monte teſtamenti; lateribus aquilonis: aſcendam ſuper altitudinem nubium, ero ſimilis Altiſſimo.* Sermo eſt ad literam de Nabuchodonoſor, vt D. Hieron. & omnes interpretantur, imò apertè colligitur ex ipſius Dei verbis ad Prophetam, nimirum: *Sumes parabolam iſtam contra regem Babylonis,* &c. Hic igitur per ſuperbiam (declarat Hieron.) loquebatur: Tantam potentiam conſecutus ſum, vt cælum mihi reſtet, & ſydera, vt ſub pedibus meis ſuperna debeant ſubiacere. Enimuero ſuperbia nunquam quieſcit, ſed inſtar fumi, ex fornace prorumpentis in altum magis, ac magis aſcendere conatur: iuxta illud, *Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper,* Pſalm. 73. D. Hieron. legit, ſonitus aduerſariorum tuorum; cuius loci occaſione precatur Dominum, vt ipſum liberet à ſuperbiæ (ait) ruinoſæ cothurno. Expende obiter, quid tandem ſit ſuperbia? Videlicet nihil aliud, quàm ſonitus buccinæ, aut cymbali tinnientis; quo quid fugacius? Et quam ſit fragilis, atque inſtabilis, vt quæ meritò appelletur ruinoſa. Quapropter ſuperbus homo vltrà addit: *Ero ſimilis Altiſſimo.* Nec enim (inquit Hieron.) ſuffecerat ſuperbiæ eius deſiderare cæleſtia, niſi ad tantam prorupiſſet inſaniam, vt Dei ſibi ſimilitudinem vindicaret. Igitur Nabuchodoſor ſomnium vidit, in quo de futuro ipſius ſupplicio agebatur, vt diſertis verbis Daniel Propheta regi explicauit, habes rem totam *cap.* 4. *Quamobrem* (adiungit Propheta) *Rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum; forſitan ignoſcet Deus delictis tuis.* Sequitur: *Poſt duodecim menſium finem,* &c. Vbi quæres cur tandiu dilata fuerit pœna, quam ex interpretatione ſomnij Daniel regi prædixerat? Reſpondet D. Hieron. Fecit quidem Nabuchodonuſor iuxta Danielis conſilium miſericordias in pauperes; & iccirco vſque ad menſem duodecimũ in eum eſt dilata ſententia. Profectò ſimulatque Rex ſuperbus illa in corde ſuo protulit arrogantiæ, tumoriſque pleniſſima verba (de quibus paulo antè Iſai.) vindictam diuini furoris eſſet ſubiturus: vt enim ait idem Hieron. Arrogans gloriatio ſtatim punitur à Domino. Sed ideo differtur ſententia ne videatur miſericordia in pauperes minimè profuiſſe. Vide quantum apud Deum valeat miſericordia in pauperes, quàm ſit potens eleemoſyna: hæc enim ſola cùm cætera deeſſent, ſuperbo & fero regi ſatis fuit ad auertendum ſupplicium ſuis promeritum flagitiis. Quod ſi vlteriùs fieret, mutaſſet vtique Deus ſuam ſententiam, quam fuerat comminatus. Etenim Dominus (vt ibidem Hieron.) bona agenti ſe aſſerit bona polliceri, & ſi mala fecerit, dicit ſe ſuam mutare ſententiam; non in homines, ſed in opera, quæ mutata ſunt. Neque enim Deus hominibus, ſed vitiis iraſcitur, quæ cùm in homine non fuerint, nequaquam punit, quod mutatum eſt. Sic ille. Rectè hic D. Chryſoſtom. adnotauit. Magna eſt eleemoſyna, quæ quodam irriguo largitatis obruit incendia peccatorum: & quanuis offenſus Deus, quanuis criminibus prouocatus cogitur liberare eleemoſynis, quem diſpoſuerat punire peccatis. Sequitur: *Poſt duodecim menſium finem in aula Babylonis deambulabat, & ait: Nónne hæc eſt Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cùm adhuc ſermo eſſet in ore regis, vox de cælo irruit: Tibi dicitur Nabuchodonoſor Rex, regnũ tuum tranſit à te, & ab hominibus eiciẽt te,* &c. En ſubitò vindicta Dei cecidit in regem ſuperbè gloriantem? Qui (ait D. Hieronym.) bonum miſericordiæ perdidit malo ſuperbiæ. Grande malum ſuperbia, quod ſibi tam celerem & grauem ſupremi Numinis vindictam acceſſit. Repentè quidem Rex in inſaniam verſus, & (vt aliqui volunt) morbo affectus expellitur è regno, & in agros amandatur, vti bos, inter pecudes vitam acturus. Donec ſciret, &c.

*Linguarum varietas turris Babylonicæ diſiectio.*

S. Aug.
*Superborum pœna cum ignominia.*

Iſai. 14.

S. Hieron.

*Superbia inſtar fumi aſcendit & diſparet.*

Pſalm. 73.

Hieron.

Dan. 4.

S. Hieron.
*Miſericordia in pauperes Dei vindictã auertit.*

S. Hier.

S. Chryſ.

*Superbus bona omnia perdit.*

S. Hier.

Qui

Quibus verbis ſubnotauit Hieron. inſignem calamitatem huius regis: Magna (inquit) miſeriæ conſolatio, quando in tormentis poſitus, ſcit proſpera ſecutura.

*Mira calamitas ſuperbi.*

Nabuchodonoſor tantæ furoris fuit, & amentiæ, vt malorum tempore bonorum, quæ ei Deus promiſerat, non fuerit recordatus. Sed (quod erat noſtri inſtituti) quo armorum genere, qua vi, quo exercitu Deus contra ſuperbum regem vindicaturus inſurrexit? Vox de cælo irruit. Sola voce Dei Rex tantus grauiſſimis, & nunquam auditis eſt affectus ſuppliciis. Igitur expleto ſeptennio: Ego (ait Nabuchodonoſor) oculos meos ad cælum leuaui, & ſenſus meus redditus eſt mihi, & Altiſſimo benedixi, &c. Pulchrè Hieron. Niſi oculos leuaſſet ad cælum, ſenſum priſtinum non recepiſſet. O ſi peccator in cælum, & in cælo regnantem Deum oculos animúmque intenderes: profectò ex bellua quæ nunc es, in hominem quem exuiſti, in regem, in Angelum comutareris? Cur verò Dominus regem exacto ſeptennio ad priſtinum ſtatum reuocarit? exiſtimo propter eleemoſynas quas illo integro anno, quem illi Dominus ad pœnitentiam prorogauerat, in pauperes ex conſilio Danielis fecerat. Vt enim (autore D. Hieron.) in ſuperbia ſtatim regnum perdidit, quod aliquandiu in miſericordia detinuit, ſic exiſtimo propter eleemoſynas pauperibus antè diſtributas, regnum illi, & mentis ac corporis ſanitatem fuiſſe reſtitutam. Seueriùs, vt videtur, eum Nabuchodonoſor Rege amplificatore Babyloniæ actum eſt; ſed optimè D. Ambroſ. Grandi plagæ alta & prolixa opus eſt medicina: grande ſcelus grandem habet neceſſariam ſatisfactionem, *ad virg. lapſ. cap.* 8. Tam prodigioſa hominis ſuperbia non minore ſupplicio cohibenda erat, nec leuiore curanda medicamento. Vnde D. Hieron. Quia magnitudine operis ſui tumuit vltra homines, factus eſt infra homines. Et D. Gregor. 5. *moral. cap.* 6. Rex Babyloniæ, dum elata apud ſe tacitus volueret: Nónne hæc eſt Babylon, &c. in irrationale animal protinus verſus eſt. Quid enim factus fuerat, perdidit, quia humiliter noluit diſſimulare quod fecit. Et quia elatione ſuæ cogitationis ſe ſuper homines extulit; ipſum, quem cum hominibus communem habuit ſenſum, amiſit. Et Theodor. Quia ſomniauit ſe Deum eſſe, imò Deo ſuperiorem, ademit illi Deus etiam humanam cogitationem. Non intelligit Theodor. ſomnium fuiſſe peccatum, ſed fidem ſomnio habitam ex animi ſuperbia ſibi blandientis. Reſipuit tandem Rex humiliatus ſub potenti manu Dei; aiebátque (vt notat Theod.) Ego ille, qui tanta arrogantia olim dixeram: Quis eſt Deus, qui eruat vos de manibus meis? qui ſomniaueram fore, vt in cælum aſcenderem, & ſuper aſtra ponerem thronum meum, experientia doctus didici, quid deceat; meo ſupplicio ſapere didici, meam ſeruitutem agnoui: iccirco etiam in cælum oculos meos ſuſtuli. Sic ille. Contrà verò mitiùs egit Dominus cum prioribus Babyloniæ autoribus, & incolis; multo enim tolerabilior eorum fuit ſuperbia, ſed talis quidem, vt grauioribus vindicanda foret ſuppliciis, niſi diuina miſericordia, vt ſolet, promeritam pœnæ minueret acerbitatem, vt ſtatim demonſtrabitur.

*S. Hieron.* *Cæli conſpectus peccatorē commutat.* *Quæ vis impetrandi in eleemoſyna.* *S. Ambroſ.* *S. Hieron.* *Superbo graue ſupplicium infertur.* *S. Gregor.* *Theod.* *Superbus reſipiſcit humiliatus.*

*Superborum pœna perdurans, & monens.*

6. Ac pœnarum quidem inſani operis, & vanæ hominum exædificantium arrogantiæ varietas linguarum fuit, quæ etiam nunc perdurat, vt quando viderimus hunc Latinè, illum Græcè, alium Hiſpanicè loqui, recordemur illius turris Babylonicæ, & ſuperbiæ illorum parentum noſtrorum, cuius in ſupplicium inducta cælitus eſt diuerſitas idiomatum, cùm antea eſſet populus vnus, & labium vnum. Idipſum obſeruauit D. Auguſtin. *loco ſuperiùs indicato de mirabil. ſcript.* hiſce verbis: Et hoc non ipſis tantùm Patribus fiebat, quod euenerat: ſed per omnes filiorum propagines talis conditio vindictæ pertranſiuit, vt qui æternam ſibi poſteritatis famam quærerent, manſuram in illis poſteritatibus ipſius præſumptionis per vniuerſa venturi ſeculi tempora animaduerſionem inuenirent. Sic Aug. Idem tradit D. Chryſ. Confundamus (inquiens) dicit Deus, &c. hoc eſt, pœna hac quaſi perpetua nota ſigillabo illos, quæ eos omni ſeculo comitabitur, neque huius vllo tempore obliuiſcantur. Nam quia abuſi ſunt vocis vnitate, ideo vocis diuerſitate caſtigare volo. Atque, vt videas quanta fuerit hoc iudicium Dei miſericordia temperatum; proculdubio ſi rectè obſerues, inuenies in bonum vtilitatémque hominum iſtorum, atque adeò totius humani generis, ceſſiſſe iſtam multiplicationem linguarum. Etenim, vt egregiè diſſerit Cyril. Alexand. *lib.* 4. *in Geneſ.* Dominus cùm videret eos arroganter deliberaſſe, ne ſe protſus præcipitarent; ſua manſuetudine bonitatéque fretus, diuerſitate linguarum finem conatibus eorum poſuit. Quare, quæcunque homines præter ſuam naturam deliberauerint: etſi quandoque Deus ſuo ineffabili iudicio ferat, non tamen vllo ſine ſupplicio ea pertranſire omittit. Hæc Cyril. Igitur ex doctrina huius ſanctiſſimi Patris colliges præuidentem Deum tandem in altitudinem nimiam ſublatum illud opus pariter cum ſuis autoribus ruiturum, ne vlteriùs procederet, prohibuiſſe; quo ſaluti hominum illorum conſultum voluit. Deinde ſemper timendum Dei iudicium, etſi differatur, aliquando euenturum. O ſi peccatores intelligerent, & nouiſſima prouiderent; profectò in æternum non peccarent? Ruitura demum eſt hæc moles corporis, & inanes noſtræ ſpes, & contentiones concident; omnes bonorum humanorum veluti ſubſtructiones ſolo æquatæ in ſepulchralem puluerem redigentur; & quod longè horribilius eſt: deſcendet Dominus ad iudicium, & ſcrutabitur Hieruſalem in lucernis, & diſceptabit cum filiis hominum in valle Ioſaphat. Et quis hæc audiens, hæc seriò penſitans non pauebit? De hac meditatione verba faciens aliquando magnus ille Antonius, vt ſcribit S. Athanaſ. hæc adiunxit. Ceſſabit mulierum amor, libidinis extinguetur incendium, ſi ante oculos habuerimus vltimæ retributionis aduentum. Quia maior formido iudicij & pœnarum timor horridus ſimul, & lubricæ carnis incentiua diſſoluit, & tremente animam, quaſi ex aliqua rupe ſuſtentat. Sic ille. Vide quàm ſit efficax memoria futuri Iudicij, quàm potens? Antonium imitatus S. Cyril. Hieroſ. *catech.* 5. ſic ait: Fides ſubiiciens menti iudicium, & refrigerans mentem, extinguit telum turpis concupiſcentiæ. Hæc ille. Longè adhuc maius alterum bonum ex iſto Dei ſupplicio euenit hominibus, ſcilicet, vt orbem replerent vniuerſum, conderentúrque regna, prouinciæ, populi, vrbes, & genus ipſum longè latéque propagatum diffunderetur. O ſummam in Dei vindicta miſericordiam!

*S. Aug.* *S. Chryſo.* *S. Cyr. Alex.* *Dei vindicta cum miſericordia.* *Sophon. 1.* *S. Athanaſ.* *Memoria diuini iudicij libidinem compeſcit.* *S. Cyr. Hier.* *Propagatio hominum & terra habitatio.*

S.Ambroſ.

Sed audi D. Ambroſ. in hanc ſententiam. Sic ait *lib. 2. de vocat. gent. cap. 4.* Iam verò procurrente humanæ propagationis augmento; cùm ipſa mortalium numeroſitas de ſuis multiplicationibus ſuperbiret, & ſecundùm elationis ſuæ altitudinem cælo cuperet molem immodicæ inſtructionis inſerere, quàm mirabilis erga cohibendam hanc inſolentiam fuit diuinæ cenſura iuſtitiæ. Quæ vnam illorum populorum loquelam notis ſibi inuicem ſignificationibus conſonantem ſeptuaginta & duarum linguarum varietate confudit, vt & inter diſſonas voces operantium pereunte concordia, inſanæ molitionis machina ſolueretur: & habitando orbi daret incolas malæ congregationis opportuna diſperſio. Hæc Ambroſ. Ita qui malè ſe congregarunt ad opus; in pœnam ſuæ temeritatis diſperſi ſunt, ſed ea diſperſio inter maxima hominibus à Deo collata beneficia computari debet. Hæc omnia à Cyrillo, & Ambroſio ſapienter obſeruata luculenter eſt amplexus Procopius ad hunc modum: Non linguarum varietate perculit Deus homines, quod formidaret ſimplicitatem linguæ, & turrim, quam cælo educere parabant. Abſ. Quapropter benignus Deus ipſorum miſertus, ne fruſtrà vano & inutili labore attererentur, in hunc modum ipſis ferias indixit. Præterea voluit Deus, vt orbis vniuerſus humano cultu frequentaretur. Cæterùm cùm eiuſdem forent linguæ, magis congregabantur, nec vnquam conſilium capiebant ſe diffundendi per terram. Sic Procop. Nam ſicut linguæ (ait Chryſ.) vnitas cohabitationem fecit, ita linguæ diuerſitas diſperget; quibus enim non eſt idem ſermo, & lingua; quomodo cohabitare poſſunt. Sed de hac hominum diſperſione commodiùs ſequenti ſectione diſſeremus. Porrò autem linguarum numerus, vt viſum eſt D. Aug. Ambroſ. & aliis, ad ſeptuaginta duas acceſſit: tot ſubitò inter illos homines noua idiomata pullularunt; quo facto, vt aduertit D. Aug. Deus non naturam hominum immutauit, nec in eis nouum aliquid condidit, ſed dicendi tantùm modos, & formas in diuerſis generibus diuiſit. Addit etiam Alcuinus in maiorem miraculi demonſtrationem: iiſdem ſyllabis, & eiuſdem poteſtatis literis aliter atque aliter coniunctis emergere diuerſas gentium linguas: iam ſæpè etiam eadem nomina, vel verba aliud ſignificantia in vno idiomate, atque aliud in alio reperiri. Eſt autem grande hoc miraculum diuinæ potentiæ; quod ſic oſtendit Procopius. Per Dei deſcenſum ſignificatur ipſius efficacia: ſcilicet vt cognoſcant linguarum varietatis autorem, & quare ea emerſerit, ne mortales illud miraculum caſu, vel fortuna factum interpretentur.

*Bona diſperſio ex mala congregatione.*

Procop.

S. Chryſoſt.

*Linguarum varietas à Deo, & quomodo facta.*

S.Auguſt.

Alcuin.

Procop.

## SECTIO X.

*Atque ita diuiſit eos Dominus ex illo loco in diuerſas terras*, &c.

1. ORta diuinitùs diuerſitate illa linguarum, deſtiterunt mortales illi à ſua turris extructione. Meritò (inquit D. Auguſt. 16. *de ciuit. cap.* 4.) punitur affectus, etiam cui non ſuccedit effectus. Genus verò pœnæ quale fuit? Quoniam dominatio imperantis in lingua eſt, ibi damnata eſt ſuperbia, vt non intelligeretur iubens homini, qui noluit intelligere, vt obediret Deo iubenti; ſic illa conſpiratio diſſoluta eſt, cùm quiſque ab eo, quem non intelligebat, abſcederet, nec ſe niſi ei, cum quo loqui poterat, aggregaret, & per linguas diuiſæ ſunt gentes, diſperſæque per terras, ſicut Deo placuit, qui modis occultis nobiſque incomprehenſibilibus fecit. Sic Auguſt. Itaque putantur tot extitiſſe idiomata, quot erant inter illos homines familiæ, ſeu cognationes, non quidem pauciores, nec multo plures, quàm ſeptuaginta; & conſequenter omnes, qui erant vnius familiæ, prorſus obliti priorem linguam Hebræam, certæ cuiuſdam nouæ linguæ intelligentia inſtructi mutuò inter ſe loqui cœperunt. Ex quo facta eſt diuiſio familiarum ſimul cum ipſa diuiſione idiomatum; vt ſingulæ familiæ ſiue cognationes ſingulis vterentur linguis nouis, excepta familia Heber, in qua Deus conſeruari voluit priorem linguam quæ ab Adamo, vſque ad illud tempus, ſola inter homines vigebat. Rectè monet hoc loco Procop. Diligenter obſerua quantum incommodet humano generi peccatum: immortalitate nos exuit per Adamum; eripuit nobis Spiritum ſanctum per diluuium; nunc linguarum varietatem aſportauit. Atque ita diuiſit eos Dominus, ſcilicet, eò quòd malè ſe inuicem coniunxiſſent. Etenim (vt Gregor. 34. *moral. cap.* 3.) ſi malorum vnitas non fuiſſet, nequaquam diuina prouidentia ſuperbientium linguas in tanta diuerſitate diſſipaſſet. Si malorum vnitas noxia non fuiſſet, de ſanctæ Eccleſiæ hoſtibus Propheta non diceret: *Præcipita Domine, & diuide linguas eorum*, Pſal. 54. Ita Greg. Tantam verò ſolet animorum generare concordiam linguæ vnius eiuſdémque ſocietas, vt hac ſublata putetur illa confeſtim diſſoluenda: quod malum penè omnium ſeminarium in ciuitate Hieruſalem, non tam precatus, quàm vaticinatus eſt Dauid in vindictam Chriſti Domini à Iudæis crucifixi. Vt ait, *Præcipita Domine, diuide linguas eorum*. Hebr. בלע ארני פלג לשונם *Ballagh adonai pallag leſunam*. degluti, vel perde, vel demerge Domine. Diuiſionem linguarum vocat perditionem, demerſionem, & deglutionem, videlicet pacis, concordiæ, multorumque in republica bonorum. Hanc eandem vim intelligit D. Hieron. in verbo *præcipita*, quaſi in pelagus. Commentatur enim: In aquam aliquis ſæpè præcipitatur. Ergo hi ira demergantur, ſicut in diluuio: & diſpergantur diuiſi linguis, ceu factum eſt in ædificatione turris. Sed cur iſta fiant, adiecit: *Quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate*. Iniquitatem, cùm non crediderunt: contradictionem, cùm exprobrabant contradicentes: Nonne hic eſt filius Ioſeph Fabri? & alia multa. Sequitur: *Die, ac nocte circundabit eam ſuper muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniuſtitia*. Die, ac nocte, ideſt, omni tempore: die, cùm doceret turbas & illi non crediderunt: nocte, cùm pateretur, & illi blaſphemarent. Ergo taliter circundata repletáque eorum Hieroſolyma, vt ſupra muros redundaret iniquitas eius. Hactenus S. Hieron. Quæ omnia mala tandem perpeſſa eſt Reſpublica Iudæorum in obſidione, Hieroſolymæ, atque in extremo excidio, quo miſeri, qui remanſerant ex naufragio viui, per omnes terrarum portiones, & gentium linguas diſperſi ſunt, ad ſui ignominiam, & Chriſti Domini Ieſu, quem cruci affixerant, honorem. Et quidem hæc diuiſio linguarum, & diſperſio gentium figura extitit Iudæorum poſt euerſionem Hieroſolymæ diſperſionis, quam Prophetæ vocant

*S. Aug. Punitur affectus etiã [illegible] effectu.*

*Septuaginta idiomata primò ſunt orta.*

*Lingua prima eſt Hebræa.*

Procop.

S. Gregor.

*Malorũ vnitas diſſoluitur.*

Pſalm. 54.

Pſal. 54.

S. Hieron.

*Iudæi propter impietatem in Chriſtum diſperſi.*

vucant ventilationem in omnem ventum, in omnes plagas cæli, ac terræ. Latè doctéque idipſum proſequitur D.Cyril. D.Auguſt. vniuerſim intelligit de perſecutoribus Eccleſię, cuius interpretatio ad præſentem locum valde concinna eſt. ſic habet: Submerge Domine. quare? quia ſe exulerunt. Diuide linguas eorum. quare? quia in malum conſpirauerunt. Turrim illam recordare ſuperborum factam poſt diluuium. Ne poseamus (inquiunt) diluuio, faciamus altam turrim. Superbia ſe munitos arbitrabantur. Extruxerunt altam turrim, & Dominus diuiſit linguas eorum. Antea vna lingua erat, ſed vna lingua concordibus proderat, vna lingua humilibus proderat. At vbi illa collectio in conſpirationem ſuperbiæ præcipitata eſt, pepercit illis Deus, vt diuideret linguas eorum, ne ſe intelligendo perniciosam faceret vnitatem. Per ſuperbos homines diuiſæ ſunt linguæ, per humiles Apoſtolos congregatæ ſunt linguæ: ſpiritus ſuperbiæ diſperſit linguas, Spiritus ſanctus congregauit linguas, *Act.* 2. Ergo ſi adhuc ſaniunt, & gentiles ſunt, expedit eis diuerſas habere linguas. volunt vnam linguam, veniant ad Eccleſiam, quia & in diuerſitate linguarum carnis vna eſt lingua in fide cordis. Sic Auguſt. *in Pſalm.* 54. S.Cyril. Hier. *catech.* 17. linguarum iſtam diuerſitatem cum linguarum vnitate in Apoſtolis ita comparat. Illa Babylonis confuſione linguarum facta eſt diuiſio voluntatum: quoniam ſapere illud fuit contra Deum: At in Pentecoſte reſtauratio & vnio ſententiarum: quoniam pium erat hoc ſtudium. Et ſicut per illos, caſus & defectio à Deo; ſic per hos reductio ad Deum; per quæ fuit defectio, per eadem reductio. S. Cyril. *Diuiſit eos Dominus.* Etſi pœna fuerit, longè tamen maius extitit beneficium. Quos enim (ait Caſſianus *collat.* 4. *cap.* 12.) ad excidium ſui animauerat perniciosa conſenſio, ad ſalutem reuocauit bona vtiliſque concordia. Solet peccatorum opera Deus impedire per internam diuerſitatem linguarum, quibus conſcientia inſtructa conclamat aduerſus hominem, vt tandem diuidatur, & diuortium æternum faciat à peccato, à turpi conſuetudine, à flagitioſo malorum hominum conſortio. Benè tunc res habet; ſpes eſt venturæ ſalutis, ſi conſcientia ita perſonet, ita colluctetur: contrà verò deploratur ſalus, vbi iam quietem agit, & pace fruitur peccator. Vnde illud D.Hieron. *Epiſt.* 10. Facilius eſt quieſcenti, quàm reluctanti vincula innectere. Scilicet quibus diabolus peccatorem pertrahat in gehennam.

S. Auguſt. — *Superbia punitur per diuiſionem linguarum.* — Act. 2. — *Spiritus ſanctus congregat linguas.* — S. Cyr. Hier. — Caſſian. — *Conſcientia ſtimulatio.* — S Hieron.

2. Profuit illis mortalibus ceſſatio illius operis, & cum diuiſione linguarum diuiſio pariter illorum in omnem orbem. Proſunt enim quotidie anguſtiæ, in quas ſubitò rediguntur; caſus, in quos incidunt; labores, & infortunia, quibus afflictantur homines: inde ſæpenumero felicitatis nouæ ſuboritur occaſio. Felix enim (ait Auguſt.) neceſſitas, quæ te ad meliora compellit. Profuit Hebræis opprimi, flagellari; luteis operibus diuexari; tametſi neſcirent illi, qui de Moyſe atq; adeò de Deo ipſo conquerebantur. Quod tenebrarum plaga ſignificabat, vt Strabus optimè adnotauit *in cap.* 10. *Exod.* ad illa verba: Sint tenebræ. Per tenebras (inquit) inſipientia eorum oſtenditur, qui affligebantur & ignorabant, ad quem finem eorum pœnę deuenirent. Et quidem prima, & maxima vtilitas inde prouenit Hebręis, illa nimirum, quam Theodor. oſtendit, *ad quæſt.* 23. *in Exod.* Quare Deus Iſraëliticum populum hæc pati permiſit? Vt odio ſcilicet proſequerentur, non tantùm Ægyptios, & illorum deos, à quibus tali paſſi erant; ſed & diligentes parerent his, quæ mandarentur à Deo. Nam ſi miſerijs illis afflicti nihilominus recordabantur deliciarum Ægypti; & ſæpenumero illuc redire conati ſunt; quis illis nullam moleſtiam paſſis perſuadere potuiſſet, vt Ægyptum relinquerent? Sic Theodor. Ita ſolet euenire, vt peccatores occaſione ſuorum ſcelerum, vel malitia eorum, quibus cum flagitioſè vixerant, grauiter affecti: odio deinceps, & flagitia ſua, & flagitioſorum proſequuti contubernium, ad Deum fideliter conuerſi optimum ſanctitatis ſtatum conſectentur. Profuit etiam Hebræis ſecundò crudelis illa Ægyptiorum tyrannis, vt in pœnam illius ſpoliare diuitiis totam Ægyptum iuſſi à Deo fuerint. Idcirco Theod. quærens, *quæſt.* 23. cur Deus Hebræis præceperit, vt peterent ab Ægyptiis vaſa aurea, & argentea, & veſtes, & eos ſpoliarent? *Exod.* 12. reſpondet ad hunc modum: Permultum laboris ſuſtinuit in Ægypto populus Iſraëliticus conficiendis lateribus, & conſtruendis parietibus ac ciuitatibus. Quamobrem voluit Dominus Deus illis laborum mercedem rependere: Sic Theod. Idem vberiùs ita effatur Procop. Hebræi ſpoliant Ægyptios; vt mercedem longæ & duræ ſeruitutis illa auferentes. Nec interim ſatis dignam capiunt mercedem. quæ enim æqualitas inter libertatem, & opes conſiſtere valet? Cernitur etiam immenſa Dei clementia, qui magis hoc modo, quàm cæſis Ægyptiis ſpolia legi voluit. Dein beneficentia Dei eſt, vt malè parta amittamus. Sic ille. Denique omnium extremum periculum Hebræi ſubierunt poſt fugam in ſolitudine; hinc mari ſubito, illinc Ægyptiorum exercitu coarctati, quò ſe vertere neſciebant. Proh felicem neceſſitatem! Rectè ad hunc locum D.Aug. *lib. de mirab. cap.* 19. Sicut iis (inquit) in quos Deus punire voluit, omnis creatura iraſcitur; ſic & illis quibus auxilium præbuit, omnis creatura ſuffragatur. Etenim ad hos ambos populos mare rubrum diuiſit, vbi eorum alteri totius preſſuræ finis, initium alteri cunctæ felicitatis fuit. Deinde *cap.* 20. Ingrediente populo Iſraël, & Pharaonis exercitus mare poſt Iſraël intrauit; ſed vni refugium, alteri laqueus fuit. Sic Auguſt.

S. Auguſt. — *Tribulatio ſæpe permiſſa.* — Strabo. — Theod. — *Odium malorum bonis vtile.* — Theod. — *Hebræi pro ſeruitute ſpoliarunt Ægyptum.* — Exod. 12. — Procop. — S Auguſt. — *Tribulatio bonos eleuat, malos deprimit.* — Exod. 14.

3. Videas ergo quantum iuſtis pati ſemper proſit, quantum verò obſit iniuſtis obeſſe: vtrique neſciunt quem tandem ad finem, & illorum patientia, & iſtorum violentia deuentura ſit; atque ideo tenebrarum plaga, vtrorumque hac de re ignorantiam deſignabat. Quare optimè Vates precatur Pſal. 17. *Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas.* Perit quidem, auétque ignorantiá cordis depelli, & illuminari ſuæ mentis intellectum, vt Hier. interpretatur. Theodoretus ſublimiùs rimatur myſterium, ſcilicet de incarnatione Verbi diuini futura ex ipſius Dauid ſemine. Sic enim ait: Poſtquam tenebras, afflictiones nuncupauit, meritò ab his liberationem, lucem appellat. Hanc verò (inquit) à ſua prouidentia conſequor, quoniam lucerna eſt homo, qui veram lucem accepit; vocat autem ſic ſerui formam: *Et meus eſt, & ex meis lumbis formabitur*; hoc verò, & in Pſal 131. inquit: *Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto meo.* Hęc Theod. Nimirum infinitis, iiſque grauiſſimis iactatus afflictionibus Dauid, hoc vnicum (nec illo poterat maius aliud, & latius adire-

*Tribulatio quorſum euadat neſciunt.* — Pſal. 17. — S.Hieron. — Theod. — Pſalm. 131. — *Dauid incarnationem Verbi præſciuit.*

nire) leuamentum à Domino accepit; quippe depurata diuinitùs acie mentis, vidit futuram Chriſti Domini incarnationem: hac illius oculis oborta tam fauſta luce demum intellexit, idcirco ſe tot calamitatibus à Deo exerceri vt probaretus idoocus, cuius de ſemine diuina illa gemma naſceretur ſemper virgo Maria, cuius fulgor Ieſus puer omnem homioem venientem in hunc mundum illominaret.

S. Cyr. Alex.

Similiter S. Cyril. Hier. *catech.* 10. Paraui (inquit) lucernam Chriſto meo. Lucerna capitur pro incarnatione ex virgine. Igitur cùm lucerna duo habeat, & oleum; & luminis ſplendorem in oleo accenſum, & oleo nutritum; fit, vt Chriſtus Dominus intelligatur (vt eſt) ſplendor gloriæ: at Virgo beatiſſima Dei mater lucerna ipſa ſit, (B) vaſculum ſcilicet oleo plenum. Mater enim eſt miſericordiæ; & à gratiarum illius plenitudine omnes accipimus. Profuit orbi, & humano generi illa Babylonici operis deſitio, vt in cælis habitaretur orbis, & humanum genus per orbem multiplicaretur. Diſſociati ergo caſſo iam, & relicto ædificandi conatu egrediuntur mortales illi ex illo totius orbis angulo, & in omnes terræ plagas paulatim diſperſi, vrbes innumeras, prouincias, regna, imperia, gentes varias condiderunt. Ita iam ferè ab exordio mundi perſtruebatur via legi Chriſtianæ per orbem propagandi. Abſtruſi tenebantur in monte Sion, atque in ſacroſancto cœnaculo, Apoſtoli poſt aſcenſionem Domini, donec inducerentur virtute ex alto, *Luc.* 24. Et acciperent virtutem (C) ſuperuenientis Spiritus ſancti, *Act.* 1.

Luc. 24.
Act. 1.
S. Auguſt.
*Apoſtoli poſt aſcenſionem Domini.*

Remanſerant quidem (vt ait D. Auguſt. *ſerm.* 6. *de Aſcenſ.*) tanquam pulli matris amplectentis pennatæ velamine deſtituti. Nec mirum ſi nidulo concluſi in liberum volare cælum non auderent. Igitur die Pentecoſtes ſuperuenientis Spiritus ſancti virtute induti ex illo mundi angulo erumpunt, vt teſtes Domini fiant in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ, *Act.* 1.

Act. 1.

Iam pennatæ aquilæ relicto nidulo in omnes mundi plagas inuolant; &, qui paulo antè imbelles, timidique latebris ſe abdebant; *In omnem terram exiit ſonus eorum, & in fines terræ verba eorum*, Pſal. 18. *Iam nunc ex piſcatoribus cõſtitutis principes ſuper omnem terram*, Pſal. 44. *Confortatus eſt principatus eorum*, Pſal. 138.

*Apoſtolorum per orbem prædicatio.*
Pſal. 18.
Pſal. 44.
Pſalm. 138.

Vbi ſic D. Auguſt. Facti Apoſtoli, facti duces Eccleſiæ, facti arietes ducentes gregem; valde confortati ſunt principatus eorum. Factum eſt in eis os illud poſt reſurrectionem Domini in abſcondito, & pro eius nomine paſſi ſunt, in cuius paſſione trepidauerunt. Hæc Auguſt.

S. Aug.

Non omittam expendere illud, *confortatus eſt*, ac ſi principatus in terra vſque adeò ſunt infirmi & caduci, vt perpetuò nutent, ac ruinam minitentur: proindéque neceſſe omninò ſit vt multa, & valida illis adhibeantur fulcimenta, ne collabantur. Quid (E) enim eſt in hac vita diuturnum & ſtabile? Omnia in terra ſcribuntur in puluere; & in arena ædificantur. Brachio Dei ſuſtinentur, quæcunque conſiſtunt.

*Principatus in mundo ruinoſi.*

4. Talis eſt principatus Apoſtolicus, Eccleſia catholica, & Romana fundata ſupra firmam petram; dictum eſt enim Petro, Petrique ſucceſſori legitimo ab ipſo Domino: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*, &c. Matth. 16. Quæ verba expendens D. Cyprian. *tractat.* 3. *de ſimpl. prælatorum*, doctiſſimè argumentatur con-

*Vnitas, veritas, & firmitas Eccleſiæ Romanæ.*
Matth. 16.
S. Cyprian.

(A) tra hæreſes, & ſchiſmata, pro vnitate fidei, & Eccleſiæ catholicæ fundata ſuper Petrum. Quæ (inquit) ſiquis conſideret, & examinet, tractatu longo atque argumentis opus non eſt. Probatio eſt ad fidem facilis compendio vnitatis. Petro Dominus dicens: Paſce oues meas, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua autoritate diſpoſuit, &c.

S. Ambroſ.

Verè & catholicè loquitur D. Ambroſius ad hæc ipſa verba Domini in Pſalm. 48. Vbi Petrus, ibi Eccleſia. Vbi Eccleſia, ibi nulla mors, ſed vita æterna.

S. Bern.

D. Bernard. *in ſent.* Tria inueniuntur in Petro: Fidei vnitas, pœnitentiæ veritas, amoris ſoliditas. Adde tu, nihil horum extra Petrum, & Petri cathedram; & Petri caulas inueniri. (B) Viden' vt vtile, glorioſúmque fuerit Apoſtolis, quòd Dominus illos diuiſerit ex loco illo in diuerſas terras, omnium ſcilicet illarum principatu potituros? Vnde Paulus de ipſis: *nihil habentes, & omnia poſſidentes*, 2. Corinth. 6.

2. Cor. 6.
*Apoſtolorum dominatus admirabilis.*

Itaque Apoſtolorum principatus tam latè patebat, vt terrarum, vrbium, domorum, ac bonorum omnium, & quod amplius eſt, cordium, & animarum domini eſſe viderentur; quod egregiè probatur ex illis verbis Pauli ad Galat. 4. *Teſtimonium perhibeo vobis; quia ſi fieri potuiſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi.*

Ad Galat. 4.

Plane aliud non poterat illuſtrius amoris ſignum exprimi; ſic eleganter exponit D. Hieronym.

S. Hieron.
*Amor fidelis in S. Paulo.*

Verè & ipſe fateor, quia ſic me vobis humilia prædicantem, vel perſecutionibus conflictatum in principio (C) dilexiſtis, vt ſi fieri poſſet (hyperbolicè autem ſunt accipienda quæ loquitur) eruiſſetis vobis oculos; & mihi, vt omnium veſtrûm luminibus plus cernerem, dediſſetis. Optabatis quippe vos cæcos eſſe per ineffabilem in me caritatem, vt plus in meo corde Euangelij lumen oriretur, emolumentum meum veſtris damnis creſcere volebatis. Hæc Hieronym.

2. Cor. 6.

In eodem argumento verſatur Paul. 2. *Corinth.* 6. Vbi iuret alia; *Quaſi pauperes, multos autem locupletantes.* Emphaſim habet illud, *quaſi*. Non quidem pauperes vocat Apoſtolos, ſed quaſi pauperes, nimirum licèt nihil videantur poſſidere, omnium tamen domini ſunt. Aliqui de diuitiis tantùm (D) ſpiritualibus intelligunt locum. At contrà S. Chryſ. *homil.* 12. *in* 2. *Corinth.* Ego verò (inquit) non ſpirituales modò, ſed carnales etiam diuitias dixerim hîc appellari.

S. Chryſoſt.
*Apoſtoli domini opum terræ.*

Etenim, & iſti locupletes erant nouo quodam modo habentes omnium domos ſibi apertas. Deinde ſanctiſſimus Pater hoc ipſum in Paulo comprobans ex verbis ad Galat. 4. paulò antè ſubiectis adiungit: Quem enim vt Angelum ciuitates ſuſcipiebant, pro quo oculos erutos dediſſent, pro quo ſuam ceruicem ſubieciſſent; quomodo hic non omnia, quæ illorum erant, poſſidebat. Hæc Chryſ. At dices: In tanta rerum omnium opulentia periclitabitur fides Apoſtolorum. Cæterùm vnuſ(E)quiſque fidelis ſeruus, & prudens erat in domo Domini.

S. Cyr. Hier.

Et quidem (vt optimè obſeruat S. Cyr. Hieroſ. *catech.* 5.) virum fidelem inuenire, hoc opus, hic labor eſt. Fidelis viri eſt vniuerſus mundus diuitiarum, qui poſſit contemnere ipſas & conculcare. Sic ille. Igitur Apoſtoli mundum nihili habentes, pedibus opes, & omnem illius gloriam proculcant. Neque verò quis miretur Apoſtolos dici, vt præmiſimus, Principes; quinetiam reges ſunt, & coronas habent ab Spiritu ſancto impoſitas. Quòd reges, audi Pſal. 67. *Dum diſcernit cæleſtis reges ſuper eam, niue dealbabuntur in Selmon.*

Pſalm. 67.

*Euthym.* *Apoſtoli reges coronati.*

*Selmon.* Hanc prophetiam de Apoſtolis intelligit Euthym. completam in die Pentecoſtes. Per Reges (ait) Apoſtolos intelligit: prædicit igitur futurum in die Pentecoſtes, Spiritus ſancti in eos aduentum; quando cæleſtis Deus mittet, diuidet, hoc eſt, ſortietur Reges ſuper gentes, quæ hæreditas Chriſti ſunt. Tunc reges illi veluti niue dealbabuntur, hoc eſt, clari, & ſplendidi fient propter gratiam Spiritus ſancti. Sic ille. Similis ferè eſt explicatio S. Hieron. Cùm (ait) rex cæleſtis Chriſtus in Eccleſia ſua cœperit Apoſtolos in principes conſtituere, & diuidere, &c. Reges dicit ſanctos, qui repugnant ſuis paſſionibus. Sic Hier. Sed vbinam coronæ? ibidem planè. Nam, vt ait D. Cyrill. Hieroſ. *cat.* 17. In ſpecie linguarum ignearum ſedit ſuper illos, vt nouæ coronæ ſpirituales per linguas igneas imponantur capiti illorum. Hæc Cyrill.

*S. Hieron.* — *S. Cyrill. Hier.*

*Deus ſuos ad docendum & regendũ alios deducit.*

5. Veniamus ad amicos Dei, quos ille non ſemel diuidit ex loco ſuo in terra, deducit (inquam) ex quiete contemplationis, qua dulciter fruuntur, in campum, in aciem, vt non ſibi tantùm, ſed alijs etiam docendo regendóque proſint. Sic illa ſomnos dulciſſimæ contemplationis carpens excitatur à Domino pulſante & clamante: *Surge, propera*, Cant. 1. Ad quem locum Caſſiodor. Pulſat dilectos; cùm fideles, vt proximos prædicando lucrentur admonet. Deinde ſponſa cùm ardentiùs oſcula Domini expeteret, audiuit: *Meliora ſunt vbera tua vino*, Cant. 1. Quæ verba D. Bernard. *ſerm.* 9. proferri ab ſponſo tatus ad ſponſam ſic, mellitè vt ſolet, interpretatur: Quod poſtulas, te quidem delectat: ſed vbera, quibus paruulos alis, meliora, hoc eſt, neceſſariora ſunt vino contemplationis. Aliud ſiquidem eſt, quod vnius lætificat cor hominis, & aliud, quod ædificat multos. Nam etſi Rachel formoſior, ſed Lia fœcundior eſt: noli ergo nimis inſiſtere oſculis contemplationis, quia meliora ſunt vbera prædicationis. Hæc Bernard. Nunquid Paulus ad tertium cælum raptus illic remanſit, audiens arcana verba? Imò (vt bene obſeruat S. Cyril. Hieroſ. *cat.* 14.) Deſcendit Paulus iterum; non quòd dignus non eſſet conuerſatione cæli: ſed vt guſtatis ſupercæleſtibus, & honoratus deſcendens Chriſtum prædicaret: & pro ipſo moriens, corona martyrij potiretur. Ita Cyril. Cæterùm paulo inferiùs hæc verba conuenire melius putat Bernard. iuuenculis, & teneris adhuc animabus, vt loquitur. Nec enim (inquit) æquanimiter ferunt illam vacare quieti, cuius pleniùs erudiri doctrina, & exemplis informari deſiderant. Hæ itaque ſentientes oſculis inhiare ſponſam, ſecretum quærere ſibi, fugitare publicum, declinare turbas, & curæ ipſarum propriam præferre quietem: noli (inquiunt) noli; quia maior in vberibus, quàm in amplexibus fructus exiſtit. Per ea ſiquidem nos vendicas à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduersùs animam, eripis mundo, & acquiris Deo. Sic Bern. Mirum eſt, quoties & quàm acriter iubeat Dominus à ſuo conſortio, & familiaritate, qua ſuauiſſimè detinetur, ad exequendum paſtorale munus Moyſen: *Vade ad populum, & ſanctifica illos*, Exod. 19. Deſcende, & conteſtare populũ, Vade, deſcende, &c. Quod quidem, vt benè aduertit Rupert. *lib.* 3. *in Exod. cap.* 29. in exemplum eorum, qui populo Dei præficiendi erant, dictum, & factum eſt; quibus contemplationi cæleſtium altiùs inhærere cupientibus nonnunquam cauſa vel cura ſubditorum impedimento ſit. Sed quid ego ſponſam

*Caſſiod.* — *Cant. 1.* — *S. Bern.* — *Zelus animarum præfertur contemplationi.* — *S. Cyr. Hier.* — *S. Bern.* — *Exod. 19.* — *Rupert.*

in Canticis, & Moyſen in deſerto commemoro? multo illuſtrius ac ſuauius, quod a ſemper virgine Dei matre petitur exemplum, occurrit. Verbum diuinum iam caro factum in ſanctiſſimo virginis vtero, atque omnis plenitudo diuinitatis habitabat corporaliter. Illa vtique regina mondi quid habere potiùs debuit; quid illius, & Filij maieſtatem magis decebat: quam vt totam ſe auguſtiſſimi illius myſterij contemplationi dederet, & dulciſſimis cum infantulo ſuo (quem vtero geſtabat) colloquijs perfrueretur? At Filij ipſius nondum loquentis, ſed inſpirantis, & diuinitus impellentis monito virgo mater exurgens ibat in montana cum feſtinatione, *Luc.* 1. Ad quæ verba D. Bernard. *ſerm. de Virg. ad ſignum magnum*; ſic effatur. Et in ipſo ſuæ conceptionis initio, quando potiſſimùm cæteræ mulieres miſerabiliùs affligũtur; Maria tota alacritate montana conſcendit, vt Elizabeth miniſtraret. Sed & aſcendit Bethlehem imminente iam partu portans pretioſiſſimum illud depoſitum, portans onus leue, portans à quo portabatur. Hæc Bernard. An non hoc eſt, & diuiſit Dominus Virginem matrem ex ſuo illo loco in diuerſas terras? Sed quorſum iſtud? An vt mundi reginam Dei matrem gentes colerent, & officioſiſſimè percelebrarent? Audi eundem Bernard. *ſerm. in Natiu. B. Mariæ.* Aſcenſiones (inquit) in corde ſuo diſpoſuit virgo, conuerſatione pariter, & oratione aſcendens. Abiit in Montana cum feſtinatione, & ſalutauit Elizabeth, & in miniſterio eius erat quaſi menſibus tribus, vt iam tunc poſſet dicere matri mater, quod tanto pòſt filio dixit filius: Sine modò; ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Quid hac humilitate ſublimius? Veniſſe eam mirabatur Elizabeth. Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Sed iam magis miretur, quòd inſtar vtique filij, & ipſa non miniſtrari venerit, ſed miniſtrare. Meritò proinde cantor ille diuinus in ipſius admiratione præcinens, aiebat. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit ſicut aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?* Cant. 6. Aſcendit planè ſupra omnem creaturam: nimirum ſuprà Angelos hauriat neceſſe eſt, quam refundat hominibus aquam viuam. Hæc Bern. Idem à quiete ad operationem tranſitus in Filio ipſo virginis edocetur: cùm ex vtero virginali ad præſepis moleſtias, & humanæ vitæ curſum prodiit. Qua de re ſic P. Damian. *ſerm. in annunc. virg.* Accingamus nos ad videndum, qualiter egrediatur de virgine Dominus Ieſus: quia egreſſio iſta dulcior, & affectuoſior eſt humanæ miſeriæ, quæ intuentium pectora concutit, irrorat oculos, & beatis fontibus vultus amantium ſuperfundit. Hîc locum voluptatis, vterum Mariæ intelligo, in quo cumulauit omnes diuitias deliciarum Dominus. Non in Angelis voluptatem habet Altiſſimus; in quibus ipſe reperit prauitatem: non in terra, quæ maledicto Adæ ſpinas & tribulos emittit. Non eſt locus voluptatis, niſi vterus virginis. Ex hoc egreditur ad terrenam miſeriam expiandam, &c. Sic ille.

*B. Maria à contemplatione ad humilem operationem currit.* — *Luc. 1.* — *S. Bernard.* — *S. Bern.* — *Cant. 6.* — *S. P. Dam.*

6. Vidit Iſai. *cap.* 6. Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, &c. Mira ſanè mentis Propheticæ eleuatio, dulcis animæ requies, ita viſo Domino inhiantis; en ſagitta in pharetra Domini: en aureus fulgor in dorſo columbæ, en murenulæ aureæ ſponſam adornantes. Audiuit interea clamantes ſpiritus: Sanctus, ſanctus,

*Iſai. 6.*

ctus, ſanctus: quid eo concentu modulatius? At ſubinde Propheta: Væ mihi, quia tacui! Quid ais ſancte Propheta, quid ingemis? quod flagitium, tacere? Dices cum D. Hieron. Plangit ſe Propheta; quia non fuerit dignus laudare Dominum cum Seraphim. Et quidem iure optimo ſeſe deploret, vt membrum Eccleſiæ putridum, ac penè mortuum, qui neſcit inter Angelos Deo concinentes in orationis choro pariter decantare. Dicat miſer: Heu me quàm iratus eſt mihi Dominus, qui amouit orationem meam & miſericordiam ſuam à me! vbi enim nullum eſt orandi ſtudium, nulla eſt etiam virtutum cura. Nam iccirco pſaltes ille diuinus, ſeipſum ad orandum excitans aiebat: *Exurge gloria mea, exurge pſalterium, & cithara*, Pſalm. 56. id eſt, omnium virtutum chorus, explicat D. Hier. *in 49. Iſai.* eo quòd cum oratione coniunctæ ſoleant eſſe, & ab ea vel naſci, vel ſaltem enatæ adoleſcere omnes animæ virtutes. Fortè melius idem D. Hieron. reſpondet: Quia tacui, & non audacter Oziam impium regium corripui, ideo labia immunda mea ſunt, & laudes Domini cum Angelis cantare non audeo. Hinc ſuſpicari poſſumus, ſi Propheta aliquantulum remitteret de ſtudio contemplationis, atque in regiam ſe conferret, vt Oziam illum ſacrilegum admoneret, & edoceret; futurum fortaſſis, vt Rex à peccato ſuo reſipiſceret; atque adeò Propheta illam Deo ſuo animam lucraretur; quod quia non præſtitit, valde in conſpectu Dei ſeipſum defleuit. Scio quid in contrarium ſenſerit D. Greg. Nazianz. Apolog. ſic interpretans: Iſaias antequam videret gloriam Domini, Iudæos reprehenderat; vt verò vidit, cœpit dicere: O miſer ego, væ mihi qui tacui. Ex quo prædicator quiſque colliget, ſi cum Deo ſolus agat, ſeſéque introſpiciat, ſeſe vehementiùs ſua, quàm aliorum vitia, & doliturum, & obiurgaturum. Nihilominus explicatio D. Hieron. accommodatior videtur Lyrano, qui putat peccaſſe Iſaiam, quòd Oziam regem non adierit, & reprehenderit; ideoque polluta labia ſua dicere. Sicut enim (inquit) polluuntur labia loquendo, quod non decet; ita etiam tacendo quod dici debet. Sequitur: Et audiui vocem Domini, dicentis: Quem mittam, & quis ibit nobis? Senſum huius Dominicæ interrogationis optimè D. Cyrillus expreſſit. Quem mittam (inquiens) non dicimus vocem eſſe dubitantis, aut quaſi egentis aliquo, qui mittatur, ſed perſtringentis potiùs Iſraëlem, tanquam valde inobedientem, & qui eorum, qui miſſi ſunt, nemini obſecundârit, imò eos interemit. Ecquis proficiſcetur ad populum iſtum, qui antè miſſis non credidit, qui durus, qui crudelis fuit? Et reipſa comprobarunt non eſſe hominis cuiuſuis cum illis rem habere, ſed conſtantis ſolùm, & propriam ipſam vitam abnuentis. Hæc Cyrill. Alex. Profectò ſemper arduum negotium fuit, cum Iudæis de vera pietate fidéque agere. Itaque Propheta iam purgatis labiis reſpondet: Ecce ego ſum, mitte me; & dixit: Vade, & dices populo huic, &c. Præſto iam eſt Propheta, vt eat in vineam, & in meſſem Domini, vt agat cum peccatoribus, eóſque ſuorum ſcelerum coarguat, conuerſóſque ad Deum Patrum ſuorum traducat. Cæterùm, hæc tam ſubita Prophetæ alacritas, ex eo nata eſt, quòd iam labia polluta non haberet. Tacuerat ille, quòd labia polluta haberet, & vir pollutus labiis in medio populi polluta labia habentis habitaret.

S. Hieron. *Infelix qui neſcit orare.*

Pſal. 56. S. Hieron. *Virtutes ab oratione pendent.*

*Iſaias dolet, quòd non prædicarit.*

S. Gregor. Nazian.

*Prædicator ſe recognoſcens dolebit.*

Lyran.

S Cyrill. Alex. *Arduum eſt cum Iudæis agere.*

A Humanæ videlicet naturæ (ait D. Cyrill.) morbum confeſſus eſt, eſt enim infecta morbo mendacij, ac vanitatis mens humana, licèt malo hoc liberentur aliqui, ſobrietate id lucri facientes. Ergo iuxta Cyrilli expoſitionem ineptus eſt ad munus prædicandi, quiſquis adhuc labia polluta vanitatis, & mendacij fæcibus habet, quibus iam depuratum os ſuum ſentiens Iſaias aptum ſe habilémque offert, vt à Domino mittatur ad prædicationis officium, quo nullum Eccleſiæ magis neceſſarium habetur. Sed ea noſtræ naturæ corruptio eſt, vt non iam dolendum nobis ſit, quòd malè tacuerimus, ſed quòd peius, ac vitioſiùs loquamur. Et quis hodie tam puris ſanctiſque labiis inuenietur, qui non ſummo iure illud vſurpet D. Bernard. *hom. 3. ſuper, Miſſus eſt*: Væ B mihi, non quidem ſicut Prophetæ, quia tacui, ſed quia locutus ſum; quoniam vir pollutus labiis ego ſum. Heu quot vana, quot falſa, quot turpia, per hoc ipſum ſpurciſſimum os meum euomuiſſe me recolo, in quo nunc cæleſtia reuoluere verba præſumo, &c. Magis adhuc deploranda illius vita eſt, qui nec ſibi bonus, nec aliis vtilis eſt, fruſtrà quidem natus; cuius perſonam inducens Propheta ingemuit, dicens: *Inueteraui inter inimicos meos*, Pſal. 6. Vbi D. Greg. Sicut vetus veſtis, nec ornatum adiicit, nec frigus repellit: ita nec frigus tentationis expellere valeo, nec proximorum animas per doctrinæ verbum adorno. Poſtremò, vt finem huic commentationi demus: disiecta eſt illa turris temerariæ moles, C diſperſæ inde ſunt gentes; confuſio facta linguarum: & qui dicebant: Faciamus nobis ciuitatem & turrim, & celebremus nomen noſtrum; non ſuum, ſed confuſionis nomen in omnem æternitatem poſteris reliquerunt. Et iccirco vocatum eſt nomen eius Babel, quia ibi confuſum eſt labium vniuerſæ terræ. Babel Hebr. בבל confuſio vrbis nomen proprium, à quo deinceps formari cœptum nomen Babyloniæ.

S. Cyril. *Morbus humanus in lingua.*

S. Bern.

*Quanta impuritas in verbis.*

Pſal. 6. S. Greg. *Homo fruſtrà natus, qui nec ſibi nec aliis prodeſt.*

---

## SECTIO XI.

D *Hæ ſunt generationes Sem. Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio poſt diluuium. Vixitque Sem poſtquam genuit Arphaxad, quingentis annis: & genuit filios & filias. Porrò Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale. Vixitque Arphaxad poſtquam genuit Sale, trecentis tribus annis: & genuit filios & filias. Sare quoque vixit triginta annis, & genuit Heber. Vixitque Sale poſtquam genuit Heber, quadringentis tribus annis: &* E *genuit filios & filias. Vixit autem Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg. Et vixit Heber poſtquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis: & genuit filios & filias. Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu. Vixitque Phaleg poſtquam genuit Reu, ducentis nouem annis: & genuit filios & filias. Vixit autem Reu triginta duobus annis, & genuit Sarug. Vixit quoque Reu poſtquam genuit Sarug, ducentis ſeptem annis: & genuit filios & filias.*

Vixit

*Vixit vero Sarug triginta annis, & genuit Nachor. Vixítque Sarug poſtquam genuit Nachor, ducentis annis: & genuit filios & filias. Vixit autem Nachor viginti nouem annis, & genuit Thare. Vixitque Nachor poſtquam genuit Thare, centum decem & nouem annis: & genuit filios & filias. Vixítque Thare ſeptuaginta annis, & genuit Abram & Nachor, & Aram.*

1. SEriem generationis Sem filij Noë omnium vel primi, vel ſaltem ſanctiſſimi, & feliciſſimi prætexit Moyſes vſque ad Abraham, cuius denique facta, ſobolémque ex inſtituto eſt proſequuturus. Sem, vt ſuprà monuimus, nomen famámque in Hebræo שם ſignificat; aptiſſima quidem nomenclatura, qua ſoli digni ſunt iuſti. Nam (vt egregiè aduertit Philo Hebræus *lib. de reſipiſc. Noë*) Bonum ſolum nominandum eſt, vt fauſti animis celebratione dignum: ſicutè diuerſo malum infauſtum, nec nominatum eſt. Vnus in orbe qui ſanctus ſit, longè antecellit innumeris peccatoribus: theatrum, & ſpectaculum exhibet vnus ſanctitate præcellens; peccatores nullo ſunt in numero computandi. Pulcherrimè D. Baſil. *lib. de Spiritu ſanct. cap.* 30. miratus inprimis, cur tres illi pueri in fornace Babylonica incluſi, medias inter flammas, ita ſerò, & cum voluptate concinuerint, vbi nulla eſſet audientium multitudo. nam Babylonij, qui foris aderant, aut cantum non accipiebant, aut non intelligebant, aut etiam irridebant: deinde reſpondet ad hunc modum. Qui quidem ex incendio medio canebant hymnos Deo, haud reputantes multitudinem aſpernantium veritatem, ſed ſibi inuicem ſufficientes, cùm eſſent tres. Quare alter alteri multitudinem ſolus exhibebat, & innumerabilem & grauiſſimam. Quid de hominibus loquor? Oculi eius in pauperem reſpiciunt: ait Vates regius de Domino *Pſal.* 10. Theod. legit, in terram. D. Chryſ. in orbem terræ. S. Hieron. in robuſtos. Vide quantum apud Deum valeat iuſtus, quem mundus, vt pauperculum deſpicit, vnus quidem eſt, ſed tantus ac talis coram Deo; vt ipſius oculis, veluti orbis vniuerſus, cum regnis, prouinciis, vrbibus, palatiis, diuitiis, ac bonis omnibus cenſeatur. Totus igitur orbis, ſi iuſtum in ſe non contineat, nihil omnino eſt, ne nomen quidem habet in oculis Dei, quos verus orbis terrarum, hoc eſt, vir vnus iuſtus ad ſe contuendum & amandum mirabiliter allicit. Quòd ſi vnius pauperis nomine, in quem oculi Dei reſpiciunt, intelligere velis omnes iuſtos, qui ad comparationem impiorum adeò pauci ſunt, vt vnus tantùm eſſe videantur, non abnuo: præſertim quia virtus, non multiplicatione, ſed paucitate hominum conſeruari ſolet; numerus enim (ait D. Hieron. *lib.* 18. *in Iſai.*) ſemper in vitio eſt. Quocirca etſi vrbes eo ſint clariores, quo ædium amplitudine, ciuiúmque multitudine magis excellunt: nihilominus vera de illis ſententia illa eſt D. Saluiani *lib.* 8. *de prouid. tom.* 2. *Biblioth.* Prærogatiua eſt honorum in magnis vrbibus, vt quantum præcedunt cæteris magnitudine, tantum præſtent impuritate. Sic ille. Sed ad Sem, & illius poſteros, hoc eſt, ad nomine famáque glorioſos, qui ſoli ſunt iuſti, reuertamur. Suam tunc extremam calamitatem, & ſenſit, & fleuit Ieruſalem, cùm ſibi ablatos vidit illos, quorum nomine ac

Philo Heb. *Bonum celebratione dignum.*

S. Baſil. *Vnus bonus præſtat malis innumeris.*

Pſal. 10. *Bonus apud Deum inſtar mundi.*

S. Hieron.

S. Saluian.

*Multitudo laborat impuritate.*

A virtute non modò ſuſtentabatur, ſed glorioſa inter gentes nominabatur: ſic ait. Thren. 1. *Abſtulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei: vocauit aduerſum me tempus, vt contereret electos meos.* Et quidem magnificos eos appellat, à quibus magna & honorata in terris reddebatur; non alios, inquam, quàm qui ſoli, ex virtute dignitatem & famæ claritudinem habent; quam vrbibus, regnis, toti orbi poſſint, & ſoleant refundere: nec alieniùs interpretatur D. Hieron. Abſtulit (inquit) Dominus magnificos plebis Iudaicæ in tempore captiuitatis ſuæ: quando Prophetas & Sacerdotes, quorum ope, & doctrina maximè ſu- B ſtentati ſunt propter malitiam eorum, & ſcelerum multitudinem apud illos habitare non permiſit. Sic Hieron. Et ſtatim: Idcirco ego plorans, quia longè factus eſt à me conſolator conuertens animam meam. Vbi ſimiliter deflet abſentiam bonorum, qui ſuo exemplo, & doctrina mœrentem poterant conſolari, vt qui veri eſſent animæ pædagogi ac magiſtri. Hoc autem in pœnam ſcelerum, maximè verò vanæ felicitatis, qua miſera Ieruſalem aliquando floruerat. Sic enim D. Hieron. Ideo quoque (ait) fletus ingens animæ dolentis deſcribitur: quia poſt vanam lætitiam huius mundi, omnis conſolatio præſentis vitæ illi aufertur; fructus malorum operum diſſipa- C tur, & ſolus inimicus in tormenta varia illius dominatur. Hæc D. Hieronymus.

2. De viris iuſtis, ac ſecundùm rationis legiſque diuinæ regulam ſe regentibus pſaltes canit: *Generatio rectorum benedicetur*, Pſal. 111. vbi Theodor. Qui de æquitate, & iuſtitia curam gerunt, diuinæ benedictionis fructus metent. Pulcherrima ſanè ac ditiſſima iuſtorum meſſes, & fructuum collectio, quos diuina benedictio velut ros, ac cæli temperies in terram illam virtutibus excultam, ſatámque ſuperfuſa procreat, & ad maturitatem perducit? Sed quæ tandem iſta benedictio, aut quis fructus illius, etiam in hac vita, vel inter homines? nam de cæleſti præmio nemo ambiget. Poſt multa bona hoc adiungitur: *In memoria æterna erit iuſtus.* Vbi Theodo- D retus: Celeberrimus erit hic iuſtus, & ab omnibus decantatus, & ſempiternam relinquet gloriam. D. Gregor. *lib.* 11. *moral. cap.* 17. explicat. Scriptum eſt: In memoria æterna erit iuſtus. Eo ipſo enim, quo facta ſua ſolius Dei oculis imprimit, nomen ſuæ memoriæ in æternitate figit. Et quidem non ſui tantùm ac ſuorum rectè factorum hinc abeuntes viri ſanctiſſimi poſteritati omni relinquunt percelebrandam memoriam: ſed illam etiam ſuauem ac periucundam, animis, linguis, auribúſque mortalium efficiunt. Quod eleganter ſignificat regius Vates *Pſalm.* 144. De ſanctis enim vitis effatus adiicit Deo conuertens ſermonem: *Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ* E *eructabunt.* Qui locus variè poteſt exponi. Nam inprimis D. Auguſt. actiuè accipiens memoriam Dei, qui hominum miſericorditer recordatur; ſic ait: O epulas felices! Quid manducabunt, qui ſic eructabunt? Quid eſt: Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ? quia nos oblitus non es, cùm nos obliti te fuerimus. hæc memoria eius ſuper nos, quia non nos oblitus eſt, prædicanda eſt, enarranda eſt: & quia valdè dulcis eſt, manducanda, & eructanda eſt. Sic Auguſt. D. Gregor. *homil.* 5. *in Ezechiel.* memoriam ipſam intelligit actiuè iuſtorum; qui poſt diuinæ contemplationis dulcedinem, qua Deo ſoli vacantes aliquando fuerant deliniti; rurſus ad vitæ ope-

Thren. 1.

S. Hieron. *Iuſti honorat, inſtruunt, & ſolantur ciuit.*

S. Hieron.

Pſal. 111. Theod.

*Iuſtorū fama percelebris, & iucunda.*

Theod.

S. Greg.

Pſal. 144. *Deus hominū recordatur.*

S. Aug.

S. Greg.

rantis actiones ſanctas delapſi agitant ſecum, mentéque memori reuoluunt præteritæ ſuauitatis recordationem. Verba ſanctiſſimi Pontificis hæc ſunt: Sic fit, vt ipſis ſuis bonis actibus ad ſuperiorem rurſus in contemplationem ſurgat, & amoris paſtum de pabulo contemplatæ veritatis accipiat: in qua quia diu ſe tenere ipſa corruptionis infirmitas nó poteſt, ad bona rurſus opera rediens ſuauitatis Dei memoria paſcitur; & foris piis actibus, intus verò ſanctis deſideriis nutritur. Hinc enim de perfectis viris poſt contemplationem ſuam redeuntibus dicitur: *Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt*, Pſalm. 144. Dulcedinem quippe ſuauitatis intimæ, quia vtrumque poſſunt, velut quodam ex coruſco, prægustando tangere, eius memoriam ſtudent recolendo ſemper, & loquendo eructare. Hactenus Gregor. At eadem verba expendens D. Bern. *ſerm. 3. de Aduentu*; memoriam intelligit iuſtorum, quam ſcilicet habent de beneficiis, myſteriiſque diuinis. Sic ait: Non omnium eſt, quod ait Propheta: Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt; ſiquidem, nec omnes hæc memoria paſcit. Sane nemo quod non guſtauit, ſed neque quod tantùm guſtauit, eructat. Ructus quippe, non niſi de plenitudine & ſatietate procedit. Propterea quorum ſecularis eſt mens, & vita, memoriam hanc, etſi celebrant, non eructāt: ſine deuotione, & affectione dies iſtos arida quadam conſuetudine obſeruantes, &c. S. Hier. in hoc ſenſu exponens, memores Dei ſui iuſtos intelligit maximè: Quia (inquit) eos fouere dignaris. Itaque ſuauiſſimè recolunt quàm dulcem, ac prouidam in Deo matrem habeant, & quotidianis experimentis recognoſcant. Dignæ ſunt tam grauibus doctoribus iſtæ interpretationes: ſed illa non eſt aliena, vt intelligamus paſſiuè memoriam iuſtorum; qui non viui modò, ſed etiam poſt mortem ſpirare, exhalaréque videntur omnem ſuauitatis dulcedinem, cùm illorum recordatio mentibus hominum ſeſe ingerit, quam quidem ſuauitatem ex benedictione Dei ſeruos ſuos honorantis acceperunt; vti de Ioſiæ memoria dulciſſimè loquitur Eccleſiaſticus cap. 49. *Memoria Ioſiæ in compoſitione odoris facta opus pigmentarij; & in omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini*. Quēadmodum è contrario memoria impiorum, aut omnino aboletur, aut fœdā exhalat mephyrim.

*Contemplantis memoria dulcis.*

S. Bern.

*Memoria beneficiorū Dei.*

S. Hieron.

*Iuſti memoriam ſui relinquunt inter homines ſuauem.*

Eccleſ. 49.

3. *Hæ ſunt generationes Sem.* Vbi quæſo generationes Cham? Quid ille Nemrod robuſtus coram Domino, dux & primus autor ædificandæ vſque ad cælum turris? Prorſus de illis dixeris, quod de ſimilibus ſubnotatur Iob 13. *Memoria veſtra comparabitur cineri: & redigentur in lutum ceruices veſtræ.* Ad quem locum egregiè ſic commentatur D. Gregor. Omnes, qui cogitatione terrena huic ſeculo conformantur, per omne quod agunt, huic mundo relinquere ſui memoriam conantur; ſed cùm ipſa ad finem celerius vita percurrat, quid in ea fixum ſtabit, quando, & ipſa celeriter mobilis pertranſit? Aura enim cinerem rapit. Rectè ergo ſtultorum memoria cineri comparatur, quia illic ponitur, vbi ab aura rapiatur. Quantumlibet enim quiſque pro facienda gloria ſui nominis elaboret, memoriam ſuam quaſi cinerem ponit, quia hanc citiùs ventus mortalitatis rapit. Hæc S. Gregor. de obliterata impiorum & ſuperborum memoria. Sed quid de putredine corporum, qua poſt mortem mundanæ ſuperbiæ faſtus polluitur, & principum iacent oſſa humiliata? Sequitur: *Et redigentur*, &c. Ceruix (inquit) in lutum redigitur, cùm ſuperbus quiſque humiliatur in morte, & elata caro tabeſcit in putredine. Certe ipſi erant, qui extollebantur honoribus, habitis rebus, tumebant, deſpiciebant cæteros, & quaſi ſolos ſe eſſe gaudebant; & dum non perpenderent, quò tendebant, neſciebant quid erant. Sed in lutum ceruix redacta eſt: quia deſpecti iacent in putredine, qui tumebant in vanitate. In lutum ceruix redigitur, quia quantum carnis potentia valeat, tabes corruptionis probat. Hæc Pontifex. Idem argumentum de ſempiterna etiam inter homines obliuione impiorum, vbi primùm fato ceſſerint, ſæpiùs in Scriptura diuina pertractatur. Hinc illud Pſalm. 48. *Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis*. Exponit Theodor. Ab eorum nominibus, eorum prædia nominabuntur, illius enim eſt domus, & illius eſt fundus, &c. Verùm cum dominio nominum appellatio mutatur. Cæterùm ſermo eſt de ſuperbis, & famam præclari nominis ambientibus, qui conditis à ſe vrbibus, aut magnificis ædificiis, vti erant antiquæ pyramides in Ægypto; thermæ, aquæductus, triumphales arcus, obeliſci apud Romanos, & gentium aliarum mauſolea, ſua imponebant nomina: ſed quæ breui tempore perierunt. Etenim vt ibi Vates regius: *Sepulchra eorum, domus illorum in æternum: tabernacula eorum in progenie, & progenie.* Euthymius: Inuocauerunt nomina ſua in terris ſuis. Senſus eſt, præter illum, quem cum Theodoreto adnotauimus, huiuſmodi fortè accommodatior. Impoſuerunt nomina ſua magnificis, & ad oſtentationem editis operibus, ac veluti dij quidam eſſent, omnem adhibuerunt induſtriam, vt ab hominibus, & celebrarentur & inuocarentur. Profectò ad vnumquemque iſtorum dicitur Nahum 1. *Non ſeminabitur ex nomine tuo amplius.* Ad literam ſermo eſt de Sennacherib Rege Aſſyriorum, qui ſuperbia intumeſcens in obſidione Hieroſolymitana contra Deum cæli blaſphemauerat, reuerſúſque infecta re, imò valde debilitatus ob miraculoſam exercitus ſui cladem, inter aras, & puluinaria ſuorum deorum, ab ipſis filiis ſuis eſt obtruncatus. Igitur non ſeminabitur ex nomine Sennacherib, hoc eſt, vt interpretatur Theodor. Non amplius nomen tuum ſubditis imponetur; ſubditi enim à regibus ſuis nomen accipere ſoliti ſunt: ſic à Romulo, Romani ſunt nominati.

Iob. 13.

S. Gregor.

*Perit gloria, & memoria malorum.*

*Potentiorum humiliatio in morte.*

Pſal. 48.

*Superborū nomina impoſita ædificiis euaneſcunt.*

Euthym.

Nahum 1.

Theod.

4. Vniuerſim tamen de potentibus ac nobilibus huius ſeculi poteſt locus intelligi; qui, dum viuunt, nominum ſuorum glorioſam quandam ſegetem excolunt, cùm baſilicas, penſiles hortos, mauſolea, & huiuſmodi ampliſſima conſtruunt ædificia, quibus omnibus nomina ſua regia & gentilitia ſtemmata imprimunt, vt inde apud poſteros metant famam nominis glorioſam; ſed vti ſæpiùs agricolæ vota & ſpes illuduntur, tactis de cælo ſegetibus, vt miſer futuræ vbertatis expectatione geſtiens, vix ſtipulam arentem colligat: ſic iſtorum memoria de mentibus hominum à Deo penitus extirpatur. Intercidit igitur impiorum fama, & nominis memoria eraditur prorſus ex animis hominum; nec linguæ, aureſque riuorum tam turpi patiuntur fœtore maculari. Vnde regius Vates: *Nec memor ero nominum eorum per labia mea*, Pſal. 15. Et quidem D. Hier. in bonam partem interpretatur, de Chriſto Domino qui nomina & facta priora eorum obliuiſcitur, qui ad fidem, & gratiā ipſius deducuntur.

*Fama, cui ſuperbi ſtudent, peribit.*

Pſal. 15.

S. Hieron.

*Pœnitentium delicta Deus obliuiſcitur.*

Mutamur

Mutamur (inquit) in lauacro, & ex filiis hominum vocamur filij Dei. Vox Chriſti: Non memor ero iſtorum nominum, quæ priùs ante fidem habuerunt, illa non recordabor; quia creſcentibus meritis nomina addita ſunt noua. Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos, *Ioan.* 15. &c. Proh admirabilem vim pœnitentiæ! ante illam peccator dicebaris, & apud Deum, & Angelos, imò & inter dæmones infamia ſortitus nomina cenſebaris: ille ſacrilegus, ille blaſphemus, ille fur, ille fornicarius, ille maledicus, &c. Igitur in confeſſione omnia illa nomina ſunt deleta: iuſtus deinde, amicus, & filius Dei nominaris. Similiter D. Auguſt. Sed ſpiritali (inquit) mutatione obliuiſcentur quid fuerint, nec à me iam, vel peccatores, vel inimici, vel homines, ſed iuſti, & fratres mei, & filij Dei vocabuntur per pacem meam. Nihilominus Theodor. (aptiùs fortaſſe) in deteriorem partem accipit; nimirum, eos ad æterna ſupplicia damnabo, & memoriam eorum obliuione ſempiterna obruam, ita vt ipſa nomina penitus ignorentur. Quod quidem in Cham illo impio filio Noë videre eſt, de cuius nomine nec regio vlla, nec gens, nec vrbs, aut locus aliquis appellationem ſumpſit: vt D. Auguſt. 16. *de ciuit. cap.* 11. de illo loquens obſeruat his verbis: Nulla hîc reſonat origo vocabuli, quaſi Deus nollet tam impium nomen cum ſanguine, & poſteris propagari. Ad hæc pſaltes addit: *Nomen eorum deleſti in æternum*, Pſal. 9. Etſi D. Hieronym. in bonam partem accipiens ita interpretetur: non memorabitur in his vltrà nomen impietatis, quia credentes in te acceperunt nomen tuum nouum, quod benedicetur in terris. Scilicet cùm ante Baptiſmum idololatræ eſſent, iam deinde in Chriſto renati dicuntur Chriſtiani, & filij Dei. Quod paſſim diuina volumina conteſtantur. Hinc Apoſtolus 1. *Corinth.* 5. de fornicario illo publico ſcribens: *Eum (ait) qui ſic operatus eſt.* Nomen quidem illius ſubticuit. Quorſum obſecro? Audi D. Chryſoſt. *homil.* 15. Non illius nomen meminit; quod in maximis flagitiis facere conſueuit. Addes Chryſoſtomo; conſultum ita fuiſſe ab Apoſtolo illius hominis famæ, & honori: aut etiam vt obtueretur tam profligati hominis nomen. Ob quam etiam cauſam, diuinitus factum arbitror; vt nequaquam commemorata ſint nomina à ſacris ſcriptoribus nec diuitis epulonis, ad cuius ianuam vlceroſus Lazarus emendicabat; nec illius ſtulti, qui nocte colloquebatur: *Anima mea habes horrea*, &c. nec illius diuitis, qui ne ſua relinqueret Chriſtum Dominum ſequi noluit. Quia (inquit D. Paulinus *epiſt.* 31.) ſine dubio indigni erant, vt ſermone diuino nominarentur, quos aut vitæ obliterauit impietas, aut auaritia deiecit.

Ioan. 15. — S. Aug. — Theod. — *Cham nomen nullo loco inditum.* — S. Aug. — Pſal. 9. — S. Hieron. — 1. Cor 5. — S. Chryſ. — *Malorum nomina, vt indigna, reticentur.* — Luc. 16. — Luc 12. — Luc 18. — S. Paul.

5. *Sem genuit Arphaxad.*] Vt hîc neſcio quis ſcrupulus, quo plerique torquentur, adimatur; ſtatuendum eſt, Sem omnino centum annos habentem genuiſſe Arphaxad, biennio poſt diluuium: patrémque Noë, cùm genuit ipſum Sem, fuiſſe centum duorum annorum; quòd ſi dicitur fuiſſe centum annorum Noë, cùm genuit filium Sem, *cap.* 5. id non tollit duos vltrà annos. Eſt enim vſitatiſſimus Hebræis mos, vt maior numerus ponatur, & minutior ſilentio inuoluatur; vti dicimus fuiſſe LXX. interpretes, & ſeptuaginta diſcipulos Domini, quia tamen ſeptuaginta duo fuerunt. Sic Beda & multi alij ex eruditis. Grauior inſurgit quæſtio, quam viri doctiſſimi dicunt inextricabilem: qua ratione dicatur hîc:

A Sem genuit Arphaxad, & Arphaxad genuit Sale; cùm Lucas genealogiam Chriſti Domini ſubtexens inter Sale & Arphaxad poſuerit Cainan patrem Sale, & filium Arphaxad, *cap.* 3. Quam dubitationem eruditiſſimè diſcutit noſter Pererius ad hunc locum *diſput.* 11. *lib.* 17. etſi ad finem nihil pro certo definiat. Delrio compendioſiùs agens expeditiorem, vt videtur, dicendi modum, qui à multis traditur, ſecutus ait: Cainan, vt LXX. habent, & Lucas (nec enim id ſine temeritatis nota negari poteſt, alioqui diuino ſpiritui mendacium inuretur) inter Arphaxad, & Sale medium interceſſiſſe; ſed illius generatio- B nem omiſſam fuiſſe à Moyſe: qua verò de cauſa, incertum omnino: & decem tantùm generationes à Noë vſque ad Abraham commemorari, quod præcipuum illius erat inſtitutum, ſicuti antea ab Adamo, vſque ad Noë decadem alteram prætexuerat.

Luc. 3. — *Cainan generatio.* — Perer. — Delrio.

6. *Genuit filios & filias.*] Toto ferè capite deinceps ita de vnoquoque deſcribitur. Hoc ipſum traditur de ſanctiſſimo Iob, qui habuit ſeptem filios & tres filias. Ad quem locum egregiè diſſerit Origenes, cuius doctrina mirificè ad præſentem commentationem conducit. Sic ait: Cur non dedit ei maſculos tantùm, ſed fœminas etiam? Ob hoc inprimis, quia ita deſiderant om- C nium mentes, quia hoc requirit hominis deſiderium, vt filios & filias habeant. Ad ſatisfaciendum ergo humanis ſenſibus, dedit illis, & dat filios & filias; deinde vt concordia, & coniunctio hominum multiplicetur per connubiorum copulationes. Vbi enim dederint filias ſuas in coniugium, & acceperint filiis ſuis vxores, ibi copulatio fit connubij, creſcit coniunctio. Quòd ſi alicui filij tantùm naſcerentur, alij autem filiæ, cùm eas viris omnes traderet, domum vacuam relinqueret, atque hæreditatem ſuam deſolatam. Nunc verò filias ſuas dat foris, filiis autem totus accipit vxores: atque per hoc, & extrinſecus habet cognationem, & intrinſecus hæreditatem. Hæc omnia diuina efficiuntur prouidentia vti- D liter; atque neceſſariè hominibus ita ab initio ordinata. Sic & Iob fuerunt filij & filiæ, vt cùm filias foras traderet viris, haberet extrinſecus filios adoptiuos; & cùm filiis ſuis deforis acciperet vxores, haberet etiam in his extrinſecus filias adoptiuas. Sæpè enim generi, vel nurus filiis ſincetiores reperiuntur circa ſoceros, vel ſocrus ſuas, illæ quæ Dei timorem, ac pietatem habuerunt in animabus ſuis. Qualis fuit beata Ruth, quæ condemnat omnes malignas nurus, quæ ſoceris, vel ſocribus ſuis iniuriam fecerint, non reminiſcentes, quòd ipſi eis viros genuerint, atque nutrierint, & pro ſubſtantia, & pro victu illius laborem acquiſierint. Hæc Origen. *lib.* 1. *in Iob.* Quia verò tam malè audiunt nurus (quod etiam E de generis dicendum) erga ſoceros, & ſocrus plerunque contumelioſæ; eas ſubinde pulchra admonitione ad concordiam inſtruit his verbis. Si diligis virum tuum, ô mulier, dilige & eos, qui genuerunt eos, & nutrierunt ſibi filium, tibi verò maritum. Noli ſeparare filium a patre vel matre. Noli compellere filium, inhonorare patrem, aut matrem, ne iu condemnationem incidas apud Deum; ſufficiat tibi mulier, quia poſſides virum, quem non nutriſti, & ſubſtantiam, quam nō acquiſiſti, quia venis in domum quam non ædificaſti; & eris domina atque poteſtatem habens laborum alienorum, pro quibus tu nullatenus laboraſti: noli ergo retribuere mala his, qui

Origen. — *Deus homini pro magno beneficio dat filios & filias.* — *Nurus multi debent ſoceris & ſocribus.* — Origen. — *Nurus pulchrè admonentur.*

tibi

tibi præparauerunt, atque ſuo labore acquiſiuerunt hæc omnia, ſiue viſum, ſiue ſubſtantiam, ſiue reſumptionem; ô mulier ne aſcendat ſuper te maledictio à Domino Deo. Hæc ille. At cautus quidem & ſummè vigilans eſſe debet, qui filiam habet tam imbellem, lubricam, ac pericolis quotidie expoſitam. Semper enim (ait Valer. *in Epiſt. 49 apud S. Hieronym.*) omne roſarium, aliquo turbine, ſua purpura ſpoliatur. Habes filias? An non aliquando in publicum iuſta de cauſa procedendum eſt? Ita planè, ſed fiat iuxta conſilium Hieron. *Epiſt. ad Demetr.* Nunquam ſolæ, nunquam ſine matre procedant. De agmine columbarum crebrò accipiter vnam ſeparat, quam ſtatim inuadit, & lacerat; cuius carnibus, & cruore ſaturetur: morbidæ oues ſuum relinquunt gregem, & luporum faucibus deuorantur.

*Valer. Cura patrum circa filias.* *S. Hieron.*

7. Nihilominus rectè idem adiungit *in regul. monach. titulo de caſtitate.* In omni propoſito, & gradu, & ſexu, boni & mali reperiuntur, malorúmque condemnatio, laus bonorum eſt. Enimuerò quis recenſere queat innumeros caſtorum hominum, & virginum puellarum choros in Eccleſia Chriſti Domini Angelico ritu viuentes; quibus velut aſtris diuino radiantibus lumine terra ipſa commutata in cælum videtur? Genuit, & generat Chriſtus; peperit & parit Eccleſia filios, virtute, ac robore maſculos, iuxta illud Iſai. 66. *Peperit maſculum.* Vbi ſic D. Hieronym. Eccleſia in nomine Domini congregata, de qua in Pſal. 86. dicitur: *Homo natus eſt in ea.* peperit maſculum ad euangelicam prædicationem: omnis mundus concepit, & peperit maſculum; quem Pharao, & Herodes conabantur occidere qui in Moyſe & in Chriſto ſaluatus in Ægypto eſt. Peperit igitur Sion, hoc eſt, Apoſtolorum credentium fides maſculum, &c. Hactenus D. Hier. Nota obiter nobilem, & maſculam Chriſtianæ gentis virtutem. Idem *epiſt. 4. ad Ruſticum*, de hoc eodem Eccleſiæ partu vſque adeò virili ita diſſerit. Nihil Chriſtiano felicius, cui promittitur regnum cælorum: nihil laborioſius, qui quotidie de vita periclitatur: nihil fortius, qui vincit diabolum: nihil imbecillius, qui à carne ſuperatur. Sic ille. Hanc maſculam virtutem attulit è cælo Spiritus ſanctus in die Pentecoſtes, de quo ita S. Cyril. Hieroſol. *Catech. 17.* Ne tantæ gratiæ deſcendentis lateret magnitudo, tanquam tuba cæleſtis intonuit. Factus eſt repente de cælo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis: ſignificando præſentiam illius, qui id concedit hominibus, vt vi rapiant regnum cælorum. Sic ille. Qui verò robuſtiores, & magis viriles, ac martios gerunt ſpiritus, quàm qui cælum inuadunt ac deripiunt? Enimuerò de lege gratiæ loquebatur Sapiens *Prouerb. 31.* Cùm aſſereret ſemper virginem Dei matrem: *Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas.* Vt iam non infelicitatē ducant multi parentes eo quòd genuerint filias, imò felices cenſeantur quòd ſponſas, quòd virgines, quòd martyres, quòd Lucias, Agnetes, Catharinas, Agathas, Euphemias, Engratias, Vrſulas Deo procreatint. Illa maximè omnium filiarum ſancta felixque virgo, quæ de Adami Euæque primorum parentum ſanguine demum orta eſt, velut area illa Moyſis, tot ac tantis fœta myſteriis, ex illo nimirum ligno, etſi per peccatum carioſo conſtructa; quod tamen illa in ſe non habuit, & quodammodo in tota natura expiauit. In hac ſimilitudine grauiter expendenda verſatus Doctor ille apud D. Bernard. *ſerm. de B. Maria* ſic exacurrit. Arca teſtamenti de lignis Sethim facta eſt, & Maria de ſpinoſo, & hiſpido Iudæorum populo, & arido procreata eſt, qui vtique ſpinoſus detractione, hiſpidus ſuperſtitione, aridus fuit vnctione diuinæ gratiæ. Vnde ſpinoſus, ſpineam coronam Regi ſuo exhibuit, & in eum ſicut ignis in ſpinis exarſit. Sethim enim interpretatur ſpinæ; aliter Eua ſpina, roſa Maria. Reuera Eua ſpina fuit, quæ & virum ſuum ad mortem pupugit, & poſteritati ſuæ peccati aculeum infixit. Deus de fœmina, ſed virgine deſcendente de ſpinoſa patrum origine dignatus eſt carnem aſſumere, vt ſimilem ſimili redderet, contrarium contrario curaret, peſtiferam ſpinam auelleret, peccati chirographum potentiſſimè deleret. Eua ergo ſpina fuit; Maria roſa extitit. Eua ſpina vulnerando; Maria roſa omnium affectus mulcendo. Eua ſpina infigens omnibus mortem: Maria roſa reddens ſalutiferam omnibus ſortem. Hæc ille. Neque verò timendum huic roſæ eſt, ne turbine aliquo quatiatur, aut vredine exuratur, aut temporis vetuſtate marceſcat. Vitium enim, aut iniuria pudoris, procul eſt à Filio Deo, matréque Dei. De vtroque canit Propheta: *Non accedet ad te malum, nec flagellum appropinquabit tabernaculo tuo*, Pſal. 90. hoc eſt, non accedet ad Chriſtum Dominum, nec appropinquabit virgini Deiparæ, quam ſibi ipſe tabernaculum elegit, cuius ex vtero carnem Diuinitati hypoſtaticè vniendam aſſumpſit, aliquod vitium, vllave pudoris iniuria. Caro enim (ait S. Pet. Damian. *ſerm. de Aſſumpt. virg.*) Mariæ ex Adam aſſumpta maculas Adæ non admiſit, ſed ſingularis continentiæ puritas in candorem lucis æternæ conuerſa eſt. Sola illa mater, & filia creatoris, nec deſcendit, nec cecidit; ſed de virtute in virtutem aſcendens, conſummatione virtutum veſtita eſt. Totum opus gratiæ eſt, non naturæ. Sic ille.

*Multitudo virginum in Eccleſia Chriſti.* *Iſai. 66.* *S. Hieron.* *Pſal. 86.* *Nobilis & maſcula Chriſtianorum gens.* *S. Hieron.* *S. Cyrill. Hier.* *Prouerb. 31.* *Felix eſt qui filias Chriſto genuit.* *B. Maria generis humani decus.* *S. Bern.* *B. Maria arca Moyſis.* *B. Maria roſa, Eua ſpina.* *Pſal. 90.* *S. P. Dam.*

## SECTIO XII.

*Hæ ſunt generationes Thare: Thare genuit Abram, Nachor & Aran. Porrò Aran genuit Lot. Mortuúſque eſt Aran ante Thare patrem ſuum, in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorum. Duxeruntautem Abram & Nachor vxores: nomen vxoris Abram, Sarai: & nomen vxoris Nachor, Melcha filiæ Aran, patris Melchæ, & patris Ieſchæ. Erat autem Sarai ſterilis, nec habebat liberos.*

1. DE præcedentibus generationibus nihil eſt noui, aut reconditi, quod illuſtremus commentatio. Illud vnum ſeſe offert, nimirum; qualis ſit annorum computatio in tota iſta ſerie retroacta? Nodum nemo eruditiùs, atque expeditiùs, meo quidem iudicio, diſſoluit, quàm noſter Benedictus Perer. *lib. 16. in Geneſ. diſp. 12.* Igitur interpoſita generatione Cainan, iuxta LXX. & S. Lucam à diluuio vſque ad ortum Abram, fluxerunt anni trecenti vigintiduo. Perer. Delrio. Difficilior illa ſubinde quæſtio agitari hoc loco ſolet, quoto nam vitæ ſuæ anno Thare genuerit Abram; videlicet num ſeptuageſimo, num centeſimo trigeſimo? Vtrumque enim ex variis Scripturæ locis videtur poſſe concludi. Ac primùm quidem ex hoc loco, vbi dicitur: *Vixit Thare ſeptuaginta annis, & genuit Abram.* Ergo Abrā natus

*Thare quo anno genuit Abram.*

tus eſt ſeptuageſimo anno patris ſui Thare. Secundum verò ex verbis poſtremis huius capitis, nimirum: *Facti ſunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus eſt in Haran.* Et *cap.* 12. ſcribitur: *Septuaginta quinque annorum erat Abram cùm egrederetur de Haran.* Iſta verò egreſſio cenſetur poſt obitũ patris Thare. Ergo neceſſe eſt Abram centeſimo & trigeſimo patris anno eſſe natum. Hanc difficultatem ſumma cum eruditione habes exactam apud noſtrum Perer. quem vide. Satis enim mihi erit in præſentia, quid tandem veroſimilius eſſe videatur compendio definire. Venit Thare cum Abram, & reliqua familia vſque Haran, & ibi mortuus demum eſt. Igitur Abram, dum adhuc pater viueret, in Haran Meſopotamiæ profectus inde fuit in regionem Chanaan, cùm eſſet ipſe ſeptuagintaquinque annorum, relicto patre, & annum tunc agente centeſimum quadrageſimumquintum. Atque ita Abram in ea regione peregrinatus eſt per ſexaginta annos, aliquoties fortaſſe patrem Thare in Abram habitantem reuiſens. Quo tempore Abram non tam habitare, quàm peregrinari dicebatur: quippe qui nihil omnino in terra illa proprium poſſederit: & aliquoties è Chanaan in Meſopotamiam redierit. Porrò defuncto patre Thare Abram rediit in Haran, vel vt patri mortuo parentaret, vel vt bona paterna, quæ ſibi hæreditate obuenerant, recuperaret. Quibus peractis iterum egreſſus eſt ex Haran nunquam ampliùs in Meſopotamiam reuerſurus; venitque in terram Chanaan, vbi tandem ſtabilem habuit habitationem, coëmpta videlicet ſpelunca duplici in ſepulturam vxoris Saræ, cùm eſſet centum triginta ſeptem annorum, duobus ſcilicet annis, poſt mortem patris Thare, vti conſtat ex *cap.* 23. *Geneſ.* Hæc ſententia eſt D. Aug. expreſſis verbis *in quæſt.* 25. *ſuper Geneſ. & lib.* 16. *de ciuit. cap.* 15. Intelligendum (inquit) eſt more ſuo ſcripturam recapitulando rediſſe ad tempus, quod iam narratio tranſierat. Nam cùm dictum eſſet: *Et fuerunt dies Thare in Haran quinque & ducenti anni.* &c. deinde Scriptura redeundo ad id, quod ideo prętermiſerat, vt priùs de Thare id quod inchoatum fuerat, compleretur: ſubiunxit præceptum Domini datum Abrahæ, de egrediendo de terra ſua, & quod tunc Abram fuerit ſeptuagintaquinque annorum. Tunc autem reuera hoc factum eſt, cùm pater eius centeſimum quadrageſimumquintum ageret ætatis annum; tunc enim fuit Abrahæ ſeptuageſimus quintus annus. Sic Aug. Hæc de prima egreſſione: de altera ſubinde idem Aug. tractans verba illa D. Stephani Act. 7. *Inde poſtquam mortuus eſt pater eius, tranſtulit eum Deus in terram iſtam.* Vbi S. Auguſt. pro, *tranſtulit* legit, *collocauit.* Collocationem (inquit) Abrahæ in terram Chanaan poſt mortem patris, non autem profectionem de Charan, appellauit Stephanus, quia iam mortuus erat pater eius, quando emit terram, cuius ibi iam, vt ſuæ rei cœpit eſſe poſſeſſor. Hanc ſententiam ſequitur Abulenſis, Perer. & alij.

S. Auguſt.

Act. 7. S. Aug.

2. Sed magna profectò fuit laus Abrahami, quòd etiam patre viuo Charan reliquerit profecturus in terram Chanaan ad peregrinandum, vt Deo imperanti obediret, nec primò aliquid de futuro præmio, quod poſtmodo promiſſum eſt, acceperit. Præſtruebatur iam tunc via futuræ Apoſtolorum perfectioni, quam primus omnium princeps Petrus ſanctè profeſſus ait Domino: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te; quid ergo erit nobis?* Matth. 19. Vbi D. Bernard. *tractans eadem verba*: Verè Simon, verè obediens in auditu auris, ſine pacti conuentione, &c. Decebat enim eos, qui mundo euangelicam & cæleſtem doctrinam eſſent prædicaturi, non terrenarum rerum cupiditatibus detineri; ſed ad cæleſtia tantùm bona aſpirare. Hinc Iſai. *Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Sion*, cap. 46. Vbi ſic D. Hieron. Præcipitur Apoſtolis, vt ad prædicationem excelſa conſcendant; de magniſque dictori in ſublimibus commorentur. Hæc Hieron. Conſtituerat quidem Dominus Abrahamum futurum patrem, ducémque fidelium; ac proinde neceſſe omnino fuit, vti aliis exemplo præiret, in quo ſolet eſſe maior vis ad perſuadendum, quàm in qualibet ſermonis inſtitutione. Rectiſſimè in hanc ſententiam ita ſcribit Ferrandus Diaconus *in pædag. ad regin. com. reg.* 2. Dux ſapiens illuc debet ire, quò cupit ducere ſubditos. Ideo enim dux dicitur, quia ducit; & ſeipſum ſeducit, ſi per viam regiam putat poſſe ambulare, quos ad foueam malo vitæ exemplo perducit. Tu ergo eſto ſignifer doctrinæ ſanctiſſimæ, erige trophæum virtutis intuendum, iugiter cæteris tu imitandus appare; quique te audit præcipientem, non te redarguat aliter operantem. Hæc Diacon. Paucorum quidem eſt, cum Abrahamo egredi, tenderéque, duce Deo, quò ille iubet; ſed paucorum etiam eſt æternis poſt emenſum iter præmiis potiri. Optimè Valer. ad Ruffin. *Epiſtol.* 49. *inter epiſt. D. Hieron.* hæc de te philoſophatus: Eſt (inquit) arcta via, quæ ducit ad vitam, nec eſt ſemita plana, qua itur ad gaudia plena, imò etiam ad mediocria per ſalebras euadimus. Dura principia dulci fine munerantur: arctus callis ad ampla palatia perducit; anguſtus trames ad terram ducit viuentium. Sic Valer. Nihilo tamen minùs hæc prima egreſſio Abrahami, non fuit omnibus religioſæ perfectionis abſoluta numeris: iuit enim de Charan, ſed illuc ſæpiùs, aut certè aliquando rediit, quæ priùs reliquerat iterum inuiſurus. At vir religioſus Deo ſanctè puréque obediens vno iactu ſua omnia in mare proiicit, vt expeditiùs in obſequium Domini excurrat; quod Petrus & Andreas, Iacobus, & Ioannes præſtiterunt; cùm retibus, nauigio, piſcationis ſtudio, manúque ipſi nuncium remittentes, Dominum ſequuti ſunt. Sit ergo perfectorum; omnibus quæ poſſident, aut expectant, aut habere poſſunt in hoc ſeculo pro Chriſto Domino æternum vale dicere: omnium tamen eſt, qui ſalutis ſtudio tenentur, ea remittere quibus cum, ne Chriſto debitè obediant, prægrauantur. Quod egregiè pertractat D. Chryſ. *homil.* 5. *in* 1. *ad Theſſal.* hiſce verbis: Non vides eos, qui in mari nauigant, quoniam non curent opes, ſicubi tempeſtas ingruerit; ſed & quas habent abiiciãt? Ita eſt, qui rerum huius vitæ, tentationúmque peritus eſt, quando viderit imminentem tempeſtatem, & ſpirituales nequitias naufragiũ facere conantes, & quas adhuc habet pecunias abiicit. Obrigit tibi furtum: fac eleemoſynam, & releuabis nauigium. Diripuerunt tibi quicquam latrones: tu quod reliquũ eſt, da Chriſto; ita & quæ ex priorum amiſſione eſt, paupertatem ſolaberis, releua nauigium, quæ manſerunt ne retineas, ne illud demergatur. Hactenus Chryſ. Quod de eleemoſyna nũcupatim dictum, ad reliqua virtutum opera pariter transferri poteſt, illa nimirum quibus tolluntur grauia quædam onera rerum terrenarum, quibus iter ad Chriſtum impeditur.

Matth. 19.

S. Hieron. *Exemplum alios ad virtutẽ inſtruentis.*

Ferrand.

Valer. *Per ardua itur ad virtutis perfectionem.*

S. Chryſo. *Pro Chriſto relinquenda quæ impediũt.*

*Eleemoſyna commendatur.*

3 Rediit

A 3. Redit quidem (in hac ſententia) aliquoties ad priora, quæ reliquerat Abraham, quod ſymbolum eſt infirmitatis humanæ: at ſubinde æternum valere iuſſit patriam, paternaque bona. Quem morem in ſanctis viris, qui aliquando ex infirmitate naturæ de virtutis itinere aberrant, & iterum reducti vehementiùs ad currendum ſtimulantur, luculenter obſeruat D. Ambr. *Apolog. Dauid.* 1 *cap.* 2. exemplo ipſius Dauid ad hunc modum: Sancti Domini, qui conſummare pium certamen geſtiunt, & currere curſum ſalutis, ſicubi fortè, vt homines corruerint, naturæ magis fragilitate, quàm peccandi libidine, acriùs ad currendum reſurgunt, pudoris ſtimulo maiora reparantes certamina; vt non ſolùm nullum attuliſſe æſtimetur lapſus impedimentũ, ſed etiam B velocitatis incentiua cumulaſſe. Hæc Ambr. Addere poſſumus etiam in ipſis lapſibus iuſtorum, quædam præteritæ virtutis veſtigia; & futuræ: quaſi pignora videri. Quod S. Chryſ. *homil.* 5. *de verbis Iſai.* ſic oſtendit; quemadmodum præclara corpora etiam in aduerſa valetudine multa nobis formæ veſtigia oſtendunt: ſic etiam ſanctorum animæ in ipſis etiam erratis ſuæ virtutis ſigna præ ſe ferunt. Hanc D. Chryſ. obſeruationem, quæ certiſſima eſt, in Iona Propheta mirabiliter expreſſam reperio. Fugerat ille à facie Domini, nauem conſcenderat iturus in Tharſis; at iam vectus naui, vt ſcribitur *Ion.* 1. Ionas deſcendit ad interiora nauis. Quod factum etſi alij C partem in deteriorem accipiant, nonnulli tamen laudant; vt in quo adhuc, fugitiui licèt Prophetæ, prioris ſanctitatis ſignum eluceret. Vnde Theophyl. Porrò (inquit) quod in aluum nauis, hoc eſt, in infimum locum deſcenderit, Prophetæ hoc moribus conuenit: ſeparatim enim & ſolitarium degere propheticum eſt. Itaque iuxta Theophyl. in eo ſignum præbuit prioris ſtatus, quod ſe à profanis hominibus ſegregârit, & ſecretiorem locum, in quo ſolus conſiſteret, quæſierit. D. Cyril. orationis ergò id factum fuiſſe à Iona exiſtimat; ſic enim ait: Segnities ad preces fundendas periculis impendentibus in propheticam prouidentiam non cadit; nec videri conſopitum, cùm tempus, & negotium, cuius cauſa D potiùs Deum placare deceat, ad labores vocat. Vnde intelligere licet nondum exorta tempeſtate illum dormiiſſe. Diſcant ex hoc loco peccatores, Prophetam illum etiam, tunc peccatorem imitari, vt bona virtutis præſertim conſueta non penitus omittant: etſi iaceant miſeri in peccato, non deſiſtant ab orandi pia conſuetudine: fundant ſemper Virgini Dei matri preces, frequentent Eccleſiam, ſacros libros euoluant, interſint rei diuinæ, alant pauperes, & ſimilia exequantur. Quæ quidem ſi ritè præſteut, futurum proculdubio eſt, vt aliquando tandem diuinitus illuſtrentur, moueantur, & à vitiorum cœno in virtutis puritatem deducantur. Quo vel maximè fiet, vt ſaltem ex vno in aliud, atque aliud peccatum non corruat; qui, licèt alicubi ceciderit, non E proinde tamen ſe à virtutis commercio, & illius operibus ablegauit. Timendum enim hoc præ cæteris eſt peccatori, ne quod ſolet euenire, miſer longos deinceps intexat ſcelerum funes, quibus ad mortem vſque, indéque trahatur in gehennam. Luculenter obſeruauit Valer. *Epiſt. ad Ruff.* hanc ſcelerum ſubinde pullulantium fœcunditatem hiſce verbis. Dauid amore mulieris præcipitatus eſt ex adulterio in homicidium; ne vnquam ſola veniant ſcandala. Diues enim omnis

S. Ambroſ.
*Iuſti ex lapſu velociùs currunt.*

S. Chryſoſt.
*In iuſtorum lapſibus ſigna virtutis.*

Ion 1.

*Ionas fugiens priora virtutis ſtudia exercet.*

Theoph.

S Cyril.

*Peccator non omittat bona ſtudia peccatis.*

Valer.
*Peccatum ſemper in pluris* [illegible]

A eſt iniquitas ſocietate plurima, & quamcunque domum intrauerit, ſuis tradidit inquinandam conuitiis. Hæc Valerij ſententia, quàm ſit vera, quotidianis experimentis comprobatur; ſic Lucæ 11. *Spiritus immundus vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi, & fiunt nouiſſima hominis peiora prioribus.* Vides, vti diabolus vnos eſſe nec velit, nec eſſe ſoleat? accerſit aliorum ſocietatem, atque vbi malum in dies creſcit, nequiores accedunt ſpiritus illo, qui priùs domum ſubintrauit. Semper enim (inquit Beda apud S. Thomam) ſatanas grauioribus ſordibus coinquinare feſtinat. Hinc etiam nata eſt illa comploratio Dauidis: *Deus vitam meam annunciaui tibi*, Pſalmo 55. Hebr. fluctuationem & B errores meos dinumeraſti. Nimirum cùm peccator vno in vitio conſiſtere non conſueſcat, plures & varios conficit errores, vſque adeò, vt eos ſolus Deus, ipſe obſeruare, ac recenſere numerando queat. Quod quidem elegantiore quadam ſimilitudine vſus expreſſit Ieremias *Thren.* 1. deflens calamitatem extremam populi Iudaici, atque in eo peccatoris cuiuſque infeliciſſimum ſtatum, cùm ait: *Peccatum peccauit Ieruſalem; propterea inſtabilis facta eſt.* L X X. legunt: In ſalum facta eſt. Irruit igitur in peccatoris animam tempeſtas vitiorum; iactatur illa maris pelago, hinc inde ventis, hinc inde fluctibus quatitur, vitiis nimirum aliis, atque aliis ſubinde ingruentibus C delaſſata, naufragium denique facit ſempiternum. Vnde Iſaiæ 57. *Impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt; & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum, non eſt pax; dixit Deus impiis.* LXX. Non eſt gaudium impiis. Poteſt hic etiam locus exponi de fluctuatione mentis, atque importunis conſcientiæ perpungentis æſtibus, quibus peccator dies noctéſque torquetur: quo ſenſu videtur accipi à D. Hier. qui ſic interpretatur: Impios comparat mari, quod nunquam poteſt quieſcere, ſed etiam in ſumma tranquillitate fractis ad littora voluitur fluctibus, finiſque eius lutum eſt, & conculcatio. Neque mirum eſt, peccatores ita conſcientiæ lancinari æſtro; vt enim ex eodem loco colligit D. Cyrill. Inſtabilibus D agitati fluctibus omni eiecti gaudio, quieſcere nullo modo poſſunt. Nota cauſam totius fluctuationis, videlicet, non eſt pax, non eſt gaudium impiis, omni eiectos eſſe gaudio miſeros, eo quòd à Deo Deique gratia, & ſolatio ſe procul abegerint.

4. Non prætermittam illam expoſitionem, quam D. Hieronymus, ex Hebræorum traditionibus erutam adducit ad præſentem difficultatem de Abrahami ætate decidendam. Licèt autem ſanctiſſimus Pater eam velut commentitiam priùs reiecerit, ad extremum tamen amplexus eſt, cùm commodiorem aliam non reperiſſet. Sic igitur diſſerit *in tradit. Hebraic.* Indiſſolubilis quæſtio naſcitur: ſi enim Thare, cùm adhuc eſſet in Chaldæa ſeptuageſimum annum E agens, genuit Abraham, & poſtea in Charan ducenteſimoquinto ætatis anno mortuus eſt: quomodo poſt mortem eius veniens Abraham in terram Chanaan ſeptuagintaquinque annorum fuiſſe memoratur, cùm à natiuitate Abrahæ, vſque ad mortem Thare centum trigintaquinque fuiſſe anni doceantur? Vera eſt igitur illa Hebræorum traditio, quòd egreſſus ſit Thare cum filiis ſuis de igne Chaldæorum, & quòd Abraham Babylonico vallatus incendio, quia illud adorare nolebat, Dei ſit auxilio liberatus;

&c ex

Luc 11.

Beda.

Pſal. 55.

Thren 1.
*Inſtabilitas peccantium.*

Iſai. 47.

Hier.

S. Cyrill.

S. Hieron.

*Abrahã pro Deum ſummum Babylonicũ incendium.*

& ex illo tempore ei dies vitæ, & tempus reputatur ætatis, ex quo confeſſus eſt Dominum ſpernens idola Chaldæorum. Poteſt autem fieri, vt quia Scriptura reliquit incertum, ante paucos annos Thare de Chaldæa profectus venerit in Charam, quàm mortem obiret, vel certè ſtatim poſt perſecutionem in Charam venerit, & ibi diutiùs ſit moratus. Hæc Hieron. Hanc opinionem vti fabuloſam refellit noſter Perer. quæ quidem, etſi veritati minùs conſona cenſeatur, aptiſſima tamen eſt concionibus, planſuique populari. Itaque ſi verum hoc eſſet, ideo in ætate Abrahami ſexaginta priores anni ſilentio teguntur, ac ſi nunquam effluxiſſent, quòd in iis nihil in obſequium, & amorem, Dei factum inſigne Abraham ediderit: tantúmque vixiſſe deſcribitur, poſtquam ſe pro Dei fide præſentiſſimo mortis periculo expoſuit; atque ex eo die, & facto tam memorabili, vitæ anni computantur Abrahamo, quaſi tunc natus in lucem cēſeretur, cùm de mortis extremo diſcrimine pro Dei amore ſuſcepto diuinitus ereptus eſt.

*Illa ſola vita eſt, quæ pro Deo offertur.*

Sic planè habet. Illa vna viuitur vita, quæ in obſequium Dei offertur; non viuit, qui Deo non viuit. Quòd ſi dies ætatis ſuæ quiſque, vt mos Scytharum fuit, nigris aut candentibus notaret lapillis; profectò ad finem vitæ ſolos illos vixiſſe dies ſe diceret, quos in virtutis operibus inſumpſiſſet, nitidis quidem calculis inſignitos. Vitam ſuam, ortum ſuum dicit Abraham mortis illud, quod ſubiit pro Dei fide, periculum. Quid mirum; cùm Deus homo & vitam, & horam ſuam, & gaudium & gloriam reputarit pro hominibus pati, & acerbiſſimè obire? O excellentem (exclamat S. Cyril. Hier. *Catech. myſt.* 2.) benignitatem. Chriſtus crucifixus eſt, & per tantos dolores mihi nihil eiuſmodi patienti ſalutem confert.

S. Cyr. Hie.

5. *Mortuus eſt Aran ante Thare patrem ſuum in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorũ.*] Duo hic explicanda erunt: primum, quo mortis genere Arã obierit: alterum, quid Vr Chaldæorum ſignificet? Circa primum ita diſſerimus. Aran filius Thare mortuus eſt, vbi & natus, in Chaldæa; ante patrem ſuum. Hebr. על פני *ghal-pene*, ſuper faciem, coram facie, in facie patris, hoc eſt, viuēte patre; ſic enim habet phraſis Hebræa. LXX. *ἐνώπιον θαρά*, coram Thare. Chald. explicatiùs, viuente Thare, fortè etiam vidente. Quod ſanè ad illud vſque tempus, nec ſolitum, nec viſum fuerat, vt filio mortuo ſuperſtes adhuc pater eſſet, loquor de morte non violenta, quaſi prǽreptus fuit viuis parentibus innocentiſſimus Abel. Nulla grauior pœna, nulla vehementior doloris acerbitas animam parentis excruciat, quàm ſi videat ante ſuos oculos filium emori. Vnde Ægyptij, qui tot antea plagis percuſſi, vix aut parum indoluerant, hac tandem conſternati, vt refert Ioſephus *lib. antiq.* 2. *cap.* 13. Flebant, veniámque petebant Ægyptij pro eo quòd ita afflixerunt Hebræos. Hinc laudabilior exſtitit viduæ Sareptenſis eleemoſyna, quæ pugillum habens farinæ, & parum olei, ex quo conficeret placentam, vt faciam (inquit 3. *Reg.* 17.) mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur: nihilominus petenti Eliæ totum porrexit, eligens potiùs fame filium enectũ videre, quàm Prophetam eſurientem. Cuius pietatis miraculum expendens D. Cypr. *lib. de opere, & eleemoſyna*, ait: Eſurientibus liberis, alter priùs paſcitur; neque in fame cibus, antequam miſericordia, cogitatur. Ceterùm ne parentes famem, atque mortē liberis timeant, ſi pauperibus

*Parentum dolor in morte filij.*

Ioſephus.

3 Reg. 17.

S. Cyprian. *Inſignis eleemoſyna viduæ.*

A eleemoſynas erogent; meminerint quàm inſigni miraculo ſtatim vidua illa locuples facta fuerit; vnde D. Cyprian. rectè adiungit: Nec filijs abſtulit mater, quod Eliæ dedit, ſed magis contulit filiis, quod benignè & piè fecit. Plus adhuc eminet parentum virtus, & pietas erga Deum, qui non modò libenter patiuntur, ſed vltrò volunt filios ſuos in Dei obſequium mancipari voluntaria quadam, & diuturna morte. Cara quidem pignora, ſed amabiliora præcepta. Deú omnibus quos diligimus præferamus, ait Ambr.

*Per eleemoſynam augeſcit ſubſtantia.*

*Dei pietas præferenda omni amori & iuri.*

S. Ambroſ.

6. Sed parentes illi maiore pietatis laude præcellunt, qui ſuos ante oculos filiorum martyria ſpectarunt. Qualis illa omni æuo memorabilis mater ſeptem martyrum Machabæorum;
B cuius elogium pulcherrimum edidit D. Gregor. Nazianz. *orat. de Machab.* vbi inter alia ſic effatur: Omnibus acclamabat mater: Euge filij mei; euge ſtrenui milites, euge in corporibus fermè incorporei, euge legis, canæque ſenectutis meæ, atque ciuitatis, quæ vos aluit, atque ad eam virtutis magnitudinem euexit, antiſtites atque patroni. Paulum adhuc, & vicimus. Fatiſcunt carnifices; hoc vnum perhorreſco. Paulum adhuc; & ego inter mulieres beata, & vos inter adoleſcentes beati. Gratias tibi ago Deus, quoniam partuum meorum fructum accepiſti, atque mater omnium matrum ſacratiſſima effecta ſum. Habeo educationis veſtræ præmia, ò filij: quoniam omnes virtutis cauſa decertantes vidi,
C omnes victores aſpexi. Hoc nomine gratias tyranno habeo, quod hunc ſuppliciorum ordinem tenuerit, vt me vltimam ad pericula reſeruarit; quo prolem ipſa meam priùs conſpicata, & in vnoquoque filiorum conflictata, ita demum cum perfecta ſecuritate poſt perfectas victimas hinc excedam. Valete matres, valete filij; ſic à vobis prognatos educate; ſic ipſi educemini. Pulchrum vobis exemplum dedimus; facite, vt ad eundem modum certetis. Hac oratione habita; filiis ſeipſum adiecit, idque tanta cum alacritate, vt ad rogum nō ſecus, atque ad nuptialem thalamum curreret, &c. Hæc Nazianz. Sed quid ego pa-
D tres, & matres in filiorum funeribus, aut doluiſſe, aut geſtiſſe commemoro? Vna illa ſemper virgo Dei mater conſideretur ſtãs iuxta crucem Ieſu Filij ſui. Quis dolor, quis amor, quod etiam gaudium par in matre vlla fuit? Videbat Filium cruci affixum; at quem filium? De quo illa Cant. 5. *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus*; non quidem inſtar erat millium, ſed ex omnibus filiorum millibus vnus ille electus, omnes in omnibus ſuperabat. At quali mētis habitu tam luctuoſum intuebatur ſpectaculũ virgo mater? Sic illa in reuelationibus ad Brigidam. Eram ſicut mulier parturiens, quæ tamen gaudet interiùs quantum poteſt, eo quòd ſcit filium ſuum natum in eandem miſeriam, de qua
E exiuit, nunquam rediturum. Si ergo licèt ex Filij mei morte eram incomparabiliter triſtis; tamen quia ſciui Filium meum non ampliùs moriturũ, ſed in æternũ victurum, gaudebã in anima mea; & ſic cum triſtitia mea quædam lætitia miſcebatur. Hæc Dei mater. Stabat ergo (ait S. Bern. *de lament. virg.*) iuxta crucē Maria intuens vultu benigno Chriſtum pendentē in patibulo, pedúmque ſummitatibus innitens manus leuabat in altum, amplectens fabricatam crucem, atque in oſcula eius ruens, ea parte, qua vnda pretioſiſſimi ſanguinis defluebat. O graue martyriũ! O frequens ſuſpirium! O languens pectus virgineum! facies

*S. Greg. Naz. Matris Machabæorum admiranda dicta & facta.*

*B. Maria dolor, & gaudiũ iuxta crucem Ieſu Filij.*

Cant. 5.

Brigid.

S. Bern.

palleat roſea, ſed pretioſo filij ſanguine rubet reſperſa. Veruntamen rectum erat amoris & mœroris continens modum, pie & iuſte dolebat, ſperaos tamen firmiter, fortitérque tenens ipſum tertia die reſurgere. Hæc Bernar. Porrò autem non ſic Thare pater, non ſic filius Aran, ſi verum eſt, quod ſcribit Procop. ad hunc modum.

Procop. *Thare primus idola effinxit, & vidit filiū morientem.*

Sunt qui tradant Thare primùm ſtatuas, & idola fretum arte figulina ex luto effinxiſſe. Id verò ſeculum redactum eſt ad vigeſimam generationem, nec tanto tempore inuentus & viſus eſt vllus, qui naturali morte obierit ante parentes ſuos. Primus itaque ille meritò amiſit filium, qui inuenit artem aduerſam Deo; & vt euidenter Scriptura vltionem diuinam ſignificaret, adiecit, *coram patre ſuo.* Hæc Procop. poſt S. Epiphan. Vnde colliges quantus (vt antè præmiſimus) ſit parentum erga filios amor, & dolor: nec enim poterat in hac vita puniri acerbiùs Thare propter flagitium idololatrię omniū, quæ patrari poſſunt, maximè deteſtandum, quàm vt pater filium ſibi cariſſimum ſuis oculis morientem contueretur. Hebræi multo aliter mortem Aran interpretantes dicunt, cùm Abraham, & Aran fratres, quòd Chaldæorum idola execrarentur, fuiſſent in rogum coniecti, diuinitùs ſeruatum Abraham, fratrem verò inter flammas conſummato martyrio fuiſſe conſumptum.

*Vr Chaldæorū vrbs, non fornax.*
Ioſephus.
Eupolem.
Plin.

Cæterùm vti fabulam irrident plerique viri docti, poſt D. Hieronym. vide Lippoman. Delrio. Nec fauet etymologia nominis Vr; non enim hîc accipitur pro igne, ſed pro vrbe ſic appellata, vt vertunt L X X. & Ioſeph. Eupolem. & alij ſimiliter ſcribunt Vrin. Plin. Vram: ſic autem dicta eſt, quòd in conualle ſita, ſeu, quòd in ea Vr, hoc eſt, ignis apud illas gentes ſacroſanctus aſſeruaretur.

## SECTIO XIII.

### *Tulit Thara Abram, &c.*

1. MVltiplex hoc loco difficultas oboritur de Thare, ipſiuſque liberorum vitæ inſtituto cùm apud Chaldæos, tum in Meſopotamia. Quæſtiones hac de re accuratiſſimas habes apud noſtros Perer. *lib.16. in Geneſ.* & Magallanum *in 24. Ioſue.* Quod mihi probabilius videtur in tanta rerum ambiguitate, paucis demonſtrabo. Ac primò quidem dico Thare in Vr Chaldæorum cum tota ſua familia prorſus ab omni cultu idolorum alienum Deo vero ſeruiiſſe, atque ob eam cauſam ingentibus, & importunis perſunctum perſecutionibus: quod ex verbis Achior ad Holophernem de Hebræorum origine geſtiſque diſſerentis apertè colligitur *Iud.5.* Populus (inquit) iſta ex progenia Chaldæorum eſt: hic primùm in Meſopotamia habitauit, quoniam noluerunt ſequi deos patrum ſuorum, qui erant in terra Chaldæorum; deſerantes itaque cæremonias patrum ſuorum, quæ in multitudine deorum erant, vnum Deum cæli coluerunt, qui & præcepit eis, vt exirent inde, & habitarent in Chanaan. Ex his concludit D. Auguſtin. *lib.16. de Ciuit. cap.13.* Vnde manifeſtum eſt domum Thare perſecutionem paſſam fuiſſe à Chaldæis pro vera pietate, qua vnus & verus ab eis colebatur Deus. Sic verò

Iud.5.
S. Auguſt.

A pius in verum Deum extitit Thare inter Chaldæos, vt ab ipſo monitus fuerit de relinquenda Chaldæa: vt ſcribit Procopius, Thare (inquiens) pater oraculo diuino admonitus ſuos cohortatus eſt, vt fugerent de Vr Chaldæorum in terram Chanaan: nec tamen continuò eos inducere voluit in promiſſam terram; priùs detinendi erant in Haran, vt pœnitentiam prioris vitæ agerent, & nouos mores pietati conformes imbiberent. Hæc Procopius. Circa vltima illius verba illud quæres: quorſum ea morum puritas, vitæ prioris correctio, & nouus virtutis ac pietatis ſtatus exigebatur ingreſſuris in terram Chanaan? Vtique quia terra erat promiſſionis, quam ſibi Deus, ac populo ſuo, & venturo Meſſiæ præ omnibus mundi regionibus elegerat; vnde ſæpiùs appellabatur Terra ſancta, ac proinde à puris, ſanctiſque incolis habitanda: etſi illa ætate omnibos eſſet idolorum & flagitiorum ſordibus inquinata. Heu me, quænam pœnitentia præteritorum ſcelerum, quæ vitæ ſubſequentis nouitas, quæ morum integritas, & innocentia non requiritur à Chriſtiano terram iam nūc ſanctam, hoc eſt, Eccleſiam Dei auguſtiſſimis nobilitatam ſacramentis Chriſti ſanguine ſpecioſam, meritis diuitem ſanctorum hominum palæſtram, cæli veſtibulum, atque atrium incolente? Quid ſubinde non ampliùs exigitur ab eo, qui religioſam vitam inſtituit, viuitque? Quid denique non ſupra omnem mentis corporiſque munditiem, expetitur ab eo, qui ad ſacroſancta Chriſti Domini accedit myſteria, manducat carnem, & bibit ſanguinem domini? Non oportet ergo (ait D. Cyprian. *ſerm. de Cœna Domini*) eſſe fermentarios noui Teſtamenti miniſtros; puras ſinceráſque mentes ſanctum quærit conuiuium, in vero crucis boni odoris aſſatio omnem excoquat carnalium ſenſuum cruditatem, & induret ſolidérque mentis affectus; nec in Eccleſiæ ſanctæ ſacrificio vlla ſit macula, ſed pura ſimplicitas & innocentia vitæ, in vna Eccleſiæ catholicæ domo à fidelibus de Ægypto egredientibus, tranſito mari rubro, lotis Chriſti ſanguine offeratur. Hæc Cyprian. Quàm purum, caſtúmque oportet eſſe corpus illud, quod ſibi, vt in eo habitet, & illud ſuo corpori ſacroſancto adiungat, quotidie Chriſtus Dominus eligit in ſuo ſacerdote? Referamus, obſecro, vitam illam, quam in ſacroſancto Dei cibo accipimus. Eſt enim (ait S. Cyril. Hieroſol. *cat. myſt.5.*) panis ſuperſubſtantialis, eo quòd ſubſtantiam animæ confirmet. & per ea totum ad corporis, & animæ vtilitatem diſtribuitur. Sic ille. Viue igitur vitam Dei, eámque opere ac ſermone, & cogitatu ipſo demonſtra.

Procop. *Terra promiſſionis puros incolas requirebat.*
*Quæ puritas requiratur in Chriſtiano.*
S. Cyprian. *Quæ puritas eſſe debeat ſacerdotis.*
S. Cyr. Hie.

2. Et quidem Abrahamum ac Loth pręcipuè aliquandiu manere, & exerceri voluit Dominus in ſtudio pietatis: quia, vt rectè aduertit Procopius, mittebat Deus illos viros ad Chananęos, quaſi pietatis verę ſeminaria. Pulchrè id quidem; valde enim abſurdum eſt ad prędicandi munus aſcendere, abſque ingenti virtutum maximarum præſidio: vitæ potius exemplo, quam ſcientiæ ſplendore neceſſe eſt emineat, qui aliis inſtruendis præficitur. Quid prodeſt linguæ volubilitas, vbi elangueſcit bonorum operum exercitatio? Apprehendite diſciplinam: monet Pſaltes *2. Pſal.* Quia oportet (ait Theod.) virtutem ad actum deducere; nec ſufficit ad perfectionem

*Vita exemplū in doctore.*
Pſal.2.

ctionem ſola cognitio diuinæ ſcientiæ. Meritò A irridet Philo Hebræus *lib. de congreſ. erudit. grat.* inanem illam & abſurdam philoſophiam eorū, quorū (inquit) laudatur oratio vita vituperatur. Oportebat, vti Chananæi, ad vnius ac veri Dei pietatem, ac fidem informādi, eam priùs expreſſam contuerentur in Abraham, & Loth Deum vnum verum de prædicantibus; aliter ſola voce, & non operum teſtimonio, loquentes riſui haberentur. Etenim Romanorum, qui primi Euāgelium Chriſti ſuſceperunt ad id amplectendum, potiùs integritate vitæ, quàm doctrina euāgelizantium compulſi ſunt, vt Paulus ipſe teſtatur, Epiſt. ad Rom. cap. 6. *Obediſtis* (inquiens) *ex corde in eam formā doctrinæ, in quā traditi eſtis.* quæ B forma iſta, quiſve typus, vt in Græco habetur, quod exemplar? Rectè (inquit D. Chryſoſt. *homil.* 11.) viuere conuerſatione videlicet bona. Eadem locutione vtitur idem Apoſtol. 2. *ad Tim.* 1. vt formam (ſcilicet) habeat ſanorum verborum. Vbi Theophil. Pictoris inſtar depinxi atque expreſſi tibi archetypum, ad quem reſpiciens, & ipſe lineas ducere, pingereque poſſis. Quare licèt mira vis ineſſe prædicantium verbis ſoleat, vt audientium auribus accipiantur: longè maior tamen eſt morum efficacitas ad perſuadendum: quippe cùm auditoribus apprimè morum imagines depingātur, quæ ab archetypis doctorum deducuntur. Erant igitur futuri Abraham, & C Loth barbararum illarum gentium doctores, forma viuendi, virtutum exemplaria, veræ pietatis imagines Dei penicillo prius picturatæ. In Abraham, & Loth, omnium Ethnicorum ora, oculique velut in album, ac lucidiſſimum veræ religionis ſcopum erant collimandi: non alienum ab inſtituto ſcopi nomen vſurpo; etenim vbi Oſeas *cap.* 9. ait: *Speculator Ephraim cum Deo meo.* L X X. legunt, ſcopus Ephraim. Quam lectionem ſequitur D. Cyril. & in hunc modum exponit: Solet diuina Scriptura ſcopos nominare præſides, & moderatores in ſublimi collocatos, in quos intueantur, qui rectam & inculpatam vitam agere velint. Quare Deus ad Prophetam Ezechielem *cap.* 3. (ſic vertunt L X X.) *Fili hominis ſcopum dedi te domui Iſraël.* Vſitatum D enim erat his ſcopis non ſolùm iis, quos inſtituerent ad deſcriptionem, & formam virtutis vnà cum legibus ſuam ipſorum vitam proponere, ſed etiam optima præcepta tradere, & Dei voluntatem probè interpretari. Hactenus Cyrillus.

Philo.
Ad Rom. 6.
S. Chryſ.
2. Ad Tim. 1.
Theoph.
Oſeæ 9.
S. Cyrill.
*Qui præſunt & docent ſcopi ſunt.*
Ezech. 3.

3. Itaque Thare vir pius, ac prudens, ſibi, ac ſuis magnopere timens, ne tandem aliquando importunis aut precibus, aut minis, aut etiam ipſo commercio, & conſuetudine Chaldæorum in idololatriæ barathrum prolaberentur; ſe ac ſuos proripit ab Vr Chaldæorum. Etenim tentatio ſæpiùs continuata euincit; niſi diligenti ſtudio, & infatigabili conatu illudatur. Quilibet E enim de ſeipſo verè dicere poteſt illud Dauidicū, *Inueteraui inter omnes inimicos meos,* Pſal. 6. Vbi S. Hier. Non noua aduersùm me inimici bella gerūt, meus hoſtis antiquus eſt. Sic ille. Propriū paſtorū, prælatorū ac patrū munus inuigilare ſuper gregē ſuū: quorū vnus ille vigilantiſſimus Chry. *hom.* 22. *ad Popul. Antioch.* ſeriò monet: Opus eſt vigilantia, & paſtor ſub dio ſtans noctem exhaurit, gregem cuſtodiens. Et quæ ipſius vigiliæ ratione vlla ouis feræ captiua fiat. Si verò tāta de irrationabili pecude cura, quales eſſe decet de rationali anima ſolicitudinem gerentes; anima, in-

Pſal. 6.
S. Hier.
S. Chryſ.
*Paſtor i animarum vigilantia.*



quam, omnium pretioſiſſima, nec æquiualétem totum pariter orbem habente: Ita Chryſ. Extremum malorum omnium eſt quod deplorat Nahum propheta cap. 3. *Dormitauerunt paſtores tui, Rex Aſſur: ſepelientur principes tui, diſperſus eſt populus tuus,* &c. Vbi ſic Hier. Dormierunt paſtores, & vt dormirēt, à rege ſunt Aſſyriorum conſopiti. Scit enim Rex Aſſyrius nō poſſe ſe oues decipere, niſi paſtores ante cōſopierit. Semper diaboli ſtudium eſt, vigilantes animas conſopire, & quoſcunque ille deceperit, & quaſi ſuaui, & pernicioſo carmine ſyrenarum illexerit ad dormiendum, excitat ſermo diuinus: *Surge qui dormis, & eleuare, & illuminabit te Chriſtus,* ad Eph. 5. Hæc Hier. Duo maximè curare debet paſtor hic inuigilans: primum ne tabes aliqua fortè gregibus enata, ſerpat latius: curam omnem adhibeat, vt malum confeſtim reſecetur. Quod quia ſomniculoſæ illæ virgines non præſtiterunt, à ianua cæli procul expulſæ audierunt: Neſcio vos, *Matth.* 25. Dormitauerunt & dormierunt fatuæ. Sic oculus (inquit D. Greg. 3. *paſt.*) ad pleniſſimum ſomnum ducitur, quia dum plerunque, qui præeſt, malum quod cognoſcit, non reſecat; ad hoc negligentiæ ſuæ merito peruenit, vt quod à ſubiectis delinquitur non agnoſcat. Hæc tam neceſſaria, & nunquam importuna, nec nimia vigilantia potiſſimùm præſtari debet a parentibus erga liberos, vt hoc loco Thare præſtitit erga ſuos. Qua de re ſic D. Chryſ. *homil.* 9. *in Epiſt.* 1. *ad Timoth.* Magnum habemus, pretioſumque depoſitum, filios: ingenti illos ſeruemus cura, ne fur id nobis aſtutus auferat. Vt fundus ſit optimus, cuncta molimur; & agaſonem & mulionem inquirimus: cæterum quod nobis omnium cariſſimum eſt, omninò negligimus: maior nobis poſſeſſionum cura eſt, quam filiorum, quorum illæ gratia comparantur. Hæc Chryſ. Vigilantiſſimus, atque optimus pater Thare, qui filios ſecum abducit, fugiens de Vr Chaldæorū, de igne; de libidinum, libidinoſæque gentis incendio. Et quis illud liber, purúſque effugiet, niſi quem Dominus cuſtodierit vt pupillam oculi ſui, *Pſal.* 16. Perbelle D. Ambroſ. 6. *hexaëm. cap.* 9. de ſymbolica pupillæ cuſtodia ita diſſerit. Pupillam Deus nitidiſſimo naturæ vallo munire dignatus eſt, quia innocentia, & integritas leui ſorde aſperſa violatur, & gratiæ ſuæ munus amittit; & ideo perſpiciendum, ne quis eam puluis erroris obluat, aut vlla vexet feſtuca peccati. Ad hunc etiam modum parentes cuſtodire debent filios, & ab omni labe impudicitiæ pueros tueri, præſertim cùm teneriorem ætatem ſupergreſſi adoleſcentiæ latiorem campū ingrediuntur. Sed cur Thare pater ſecum Abraham, aliósque ſuæ familiæ, non autem filium Nachor eduxit? Audi D. Aug. 16. *de Ciuit.* 13. Cur Scriptura non dixit, etiam Nachor vnà cum patre ſuo, & Abraham fratre ſuo diſceſſiſſe ex Chaldæa, & veniſſe in Meſopotamiā? cur putamus; niſi quòd à paterna, & fraterna pietate deſciuerat, & ſuperſtitioni adhæreat Chaldæorum? Maluit iſte cū idololatris viuere, quàm cum patre, & fratribus iuſtis abire. En quàm difficilè exuitur mala cum malis conſuetudo. Seiunctus a patre, fratribus, & cognatis, ſimul etiam à Deo deſciuit Nachor. Nihil æque Deo gratum eſt, atque fratrum concordia, qualis in filiis Iob deſcribitur. De quibus ita Origen. *lib.* 1. *in Iob.* Fuerunt Iob ſeptem filij, & tres filiæ, numero decem, animo autem vnus erant. Numero plurimi erant, conſenſu atque concor-

Nahum 3.
S. Hier.
Ad Epheſ. 5.
Matth. 25.
S. Greg.
*Par mutua vigilantia erga filios.*
S. Chryſ.
Pſal. 16.
S. Ambroſ.
*Vt pupilla cuſtodiendus ab impuritate ſilius.*
S. Aug.
*Conſuetudo malorum perniciosa.*
Orig.
Iob 1.

dia, quaſi vnus vnanimitate, atque dilectione, quaſi idem. Hanc vnitatem ſeruabant in conuiuio. Addit enim Origen. Fratres ad conuiuium vocabant ſorores ſuas, vt ſicut ſecum manducarent, ſic & ſecum adorarent Deum, & gratias illi agerent. Ob hoc conuocabant illas, vt fierent omnes ſimul Eccleſia ſanctorum, congregatio religioſorum, conuentus immaculatorum. Vide quæ tanta ſit virtus caritatis fraternæ, vt ex conuiuio Eccleſiam faciat, religionem, & conuentum Angelorum. Denique adiungit: Tanta fuit vnanimitas filiorum Iob, vt malignus & inuidus dæmon faciliùs omnes pariter, atque indiuiſos interficere quàm diuidere, atque diſſociare benignam, atque veram eorum vnanimitatem poſſet. Sic Origen. Itaque pereant omnia, modò tamen ſuperſtes ſit vnanimitas in Chriſto fidelium mentes & corpora, domos, integras familias Deo conſecrat fraterna caritas. Contrà verò diabolus venturo Antichriſto per diſſenſiones ac bella mundum præparabit. Sic enim Dominus: *Surget gens cōtra gentem*. Luc. 21. Declarat optimè S. Cyril. Hier. *Catech.* 15. Fraternum odium dabit locum Antichriſto, præparat diabolus ſchiſmata populorum, vt tanto faciliùs hoſtis recipiatur. Sic ille.

*Fraternum concordia & caritas.*

Luc. 21.
S. Cyr. Hier.

4. Thare tulit Abraham: ab impiorum conſortio ſe familiámque ſuam educit: Procul ô (inquiens) procul eſte profani: Quid luci cum tenebris? Separamini ab hac natione peſſima. Suos Dominus loco, aut certè propoſito ſegregari vult ab improborum conſuetudine. Quod ſemper ipſimet iuſti diligentiſſimè obſeruarunt. Vnde ad Ezechielē Dominus ait: *Vade & ingredere ad domum Iſraël, & loqueris ad eos*, cap. 3. Vbi eleganter D. Hier. Oſtenditur non fuiſſe cum populo peccatore; licèt in eiſdem videretur ſuper flumen Chobar finibus commorari, ſcriptū eſt enim: *Et ego eram in medio trāſmigrationis, iuxta flumen Chobar*. Separata enim erat Prophetę cōuerſatio, & iniquorum oſtendebatur aſpectu. Hoc idem faciebat & Moyſes procul à caſtris multitudinis fugiens tabernaculum: quod cùm fuiſſet ingreſſus, deſcendebat columna nubis, & ſtabat ante oſtium tabernaculi, *Exod.* 33. Hæc Hier. Hanc Prophetarum à profanis ſegregationem imitentur religioſi viri, præſertim virgines Chriſti, quarum pudor, aut fama ſaltem, leui aura marceſſit. Sapienter igitur Demetriadem virginem admonet Hier. *Epiſtol. cap.* 10. Matronarum maritis, & ſeculo ſeruientium tibi conſortia declinentur; nec ſolicitetur animus, & audias, quid vel maritus vxori, vel vxor locuta ſit viro. Venenatæ ſunt huiuſmodi confabulationes. Sic Hier. Præſtabit id quidem Virgo ſacra, ſi ſuam æſtimet dignitatem. Etenim (vt ait S. Cyril. Hier. *Cat.* 15.) principalem coronā habet virginitas; cuius gratia lucebis, ſicut Angelus. Separari etiā, idque lōgo interuallo oportet principem virum a fallaciſſimo choro adulantium, qui peſſima laudant, optima illudunt: hac peſte nulla pernicioſior in aulis regum; Vr eſt Chaldæorum, ſcilicet prudentium huius ſeculi, quo igne integræ Reipublicæ, regnáque abſumuntur. Idcirco mendacia vbique dominantur, & fraudes: veritas in publico odio eſt. Et, vt ait D. Hier. *lib. 1. aduerſus Pelag. cap.* 9 Semper inſidioſa, callida, blanda eſt adulatio: pulchréque apud Philoſophos definitur blandus inimicus. Veritas amara eſt, rugoſæ frontis, ac triſtis, offenditque correctos. Sic Hier. Sapiunt etiam, qui ſeſe à cō-

*Segregatio iuſtorum à profanis.*
Ezech. 3.
S. Hieron.
Exod. 33.
S. Hier.
*Virgines Chriſti cum maritatis non agant.*
S. Cyr. Hier.
*Principes excludant adulantes.*
S. Hieron
*Veritas hominibus odioſa.*

tubernio hominum huic vitæ ſtudentium, in iocis, luſibus, deliciis conuiuentium procul abducti, ſolitarium ſeceſſum ineunt, vbi ſcelera ſua defleant, atque timore Domini cōfixi, de morte, diéque extremi iudicij ſeriò piéque cogitent; ad exemplum Ieremiæ, qui de ſeipſo ait, cap. 15. *Nō ſedi in cōcilio ludentium, & gloriatus ſum a facie manus tuæ: ſolus ſedebam; quoniam amaritudine repleſti me*. Quo loci pulchra eſt B. Hier. interpretatio; ſic habet. Melius eſt, vt ex perſona Prophetę hęc dici accipiamus, ſermonibus ſancti viri, qui non ſedebit in concilio ludētium, quòd timuerit impendentem ſibi manum Dei: ſiue magis gloriatus ſit, ſe malorum non habere conſortium. Solus (inquit) ſedebam ſecundùm illud Pſalm. 25. *Non ſedi cum cōcilio vanitatis, & cùm iniqua gerentibus nō introibo. Odiui Eccleſiam malignātium, & cum impiis non ſedebo*. Et in Pſ. 140. *Solitarius ſum ego, donec pertranſeam*. Solus (inquit) ſedebam; in concilio ludētium ſedere nolui; ſed meam amaritudinem deuorabam, vt in futuro mihi gaudium præpararem. Hactenus B. Hier. Verbum *ſedi*, D. Aug. *Conc. 2. in Pſal. eundem*, non tam corpore, quàm mente accipiendum aduertit. Quid eſt (inquiens) ſedere? conſentire cum his, qui ibi ſedent. Quod ſi præſens non feceris, non ibi ſediſti; ſi abſens feceris, ſediſti ibi.

Ierem. 15.
*Seceſſus iuſtorum cū Deo.*
S. Hier.
*A iocis & luſibus fugiendum.*
Pſal. 25.
Pſal. 140.
S. Auguſt.

5. Procul etiam de Vr Chaldæorum recedendum eſt, de Babylōne hæreticorum, vnde catholico maius intentatur periculum, quàm ex ipſo paganiſmo, aut mahometana impuritate. Rectè S. Cyprian. 3. *de ſimplic. Prælatorum*; Diabolus (inquit) videns idola derelicta, & per nimium credentium populum ſedes ſuas, ac templa deſerta, excogitauit nouam fraudem, vt ſub ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos, hæreſes inuenit, quibus ſubuerteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet vnitatem. Deinde oſtendit, quanto ſit periculoſius agere cū hęreticis, quam cum tyrannis idolorum propugnatoribus, ſic inquiens: Neque enim perſecutio ſola metuenda eſt, & ea quæ ſubruendis, ac deiiciendis Dei ſeruis aperta impugnatione graſsātur. Facilior cautio eſt, vbi manifeſta formido eſt, & ad certamen animus antè præſtruitur, quando ſe aduerſarius confitetur. Plus metuendus eſt, & cauendus inimicus, cùm latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens occultis acceſſibus ſerpit, &c. Item quòd ſint vitādi, imò & ablegādi hæretici: Gratulandum (inquit) eſt, cum tales de Eccleſia ſeparantur, ne columbas, ne oues Chriſti ſæua ſua, & venenata contagione prædētur; oportet hæreſes eſſe; ſic probantur fideles, ſic perfidi deteguntur, ſic & ante Iudicij diem hic quoque iam iuſtorū, atque iniuſtorū animę, & à frumento paleæ ſeparantur, quos deſignat in Pſalmis Spiritus ſanctus, ſedentes in peſtilentiæ cathedra, peſtes, & lues fidei, ſerpentis ore fallentes, & corrumpendæ veritatis artifices, venena lethalia linguis peſtiferis euomentes; quorum ſermo, vt cancer ſerpit, quorum tactus pectoribus, & cordibus ſingulorū mortale virus infundit. Contra eiuſmodi clamat Dominus, ab his refrænat, & reuocat errantem plebem ſuam, dicens: *Nolite audire ſermones pſeudoprophetarum* &c. Hæc Cyprian. Porrò autem, vt ab ipſo Chriſtianæ fidei ortu Romana, & Catholica Eccleſia ſubuertit hæreſes cum hæreticorum nominibus, quæ iam penè infinitæ in ſempiterna ſunt obliuione conſepultæ; ita quæ noſtris ſeculis ab Orco emerſerunt, ſimili tamen exitio ſubmergentur.

S. Cypr.
*Fugiendi, & ablegandi hæretici.*

Ad

A Ad Eccleſiam enim Chriſti dicitur: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea*, Cant. 1. (Cant. 1.) Perplacet etiam mihi ſenſus ille, quem plerique colligunt de virgine Deipara, quæ, vt canit Eccleſia, cunctas hæreſes ſola interemit; quod planè hoc loco ſignificatur. Etenim equitatus Dei à Ruperto intelligitur virga Moyſis (Rupert. *B. Maria interemptrix hæreſum.*) qua tactum mare rubrum Pharaonis quadrigas ſubmerſit; alij exercitum Angelorum, qui tunc depugnarunt, accipiunt; alij fortitudinem Dei abſolutè ſumptam. D. Bern. per virgam, Dei potentiam. (S. Bern. S. Aug.) D. Auguſt. virgam explicat, quę carnales cóterit Ægyptios, & dirigit ſpirituales Iſraëlitas. Itaque vniuerſim deſignatur virtus, & potentia ſingularis, qua Dei mater, Pharaonis currus B hæreticorum ſcilicet belluina, & inquieta monſtra ſubmerſit. Sed quorſum hęc ſtrages hęreticorum edita virgini Deiparæ adſcribitur? Num quia ſunt omnes illi carnales, repunt humi, Ægyptiæ pecudes, libidinum mancipia, quæ ad aſpectum virginis, intemeratæ virginitatis fulgore perſtringuntur, & diſparent? Nihil enim ſic offendit hæreticos, atque pudicitia Chriſtiana; cuius vexillum præfert virgo Dei mater. Ab Eccleſia miſeri deſciſcunt, vt liberè in luto & cœno carnis volutétur. An etiã in cæleſti curia diuinóque iudicio demãdadum eſt virgini Deiparæ, vti ſuam cõtra hæreſes & hæreticos inſuperabilé virtutem exerat: omnéſque tãdem virginis potentia conterantur. An etiam quia virgo Deipara ſerpentis caput contriuit, cuius ſemen ſunt hæretici? (Bern.) Vnde S. Bern. *ſer. in ſign. mag.* Ipſa C (inquit) eſt quódam à Deo promiſſa mulier ſerpentis antiqui caput virtutis pede contritura. Sola enim contriuit vniuerſam hæreticam prauitatem. Contriti ſunt inſidiatores, conculcati ſupplantatores, confutati derogatores; & beatam eam dicunt omnes generationes. Sic Bern. At nos interim Catholici in petra, hoc eſt, Romana fide ſolidati conclamemus: miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti: quia non defecerunt miſerationes eius. Noui diluculo, multa eſt fides tua. Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eũ, *Thren. 3.* (Thren. 3. *Fides Catholica in Eccleſia Romana fidelibus.*) In ſecundo verſu, *non diluculo*, ſecundum Hieron. explicationem loquitur Propheta cum primitiua D Eccleſia Chriſtiana, quæ poſt diluculum reſurrectionis Chriſti veterem hominem exuens, (S. Hieron.) noui hominis pulchritudine mortu ſuo declarabat, cuius multa eſt fides, &c. Reſtat, vt qui multam fidem habemus dono miſericordiſſimi Dei, ad ipſum dicamus: *Pars mea Dominus.* & illud: *Defecit cor meum, & caro mea, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternũ*, Pſal. 72. (Pſal. 72. S. Hier. *In confeſſione ſecuritas.*) quem verſum exponens D. Hieron. ad locum Thren. indicatum, ſic ait: Defectus dictus eſt, quoniam deeſt illi effectus, & iure cogitatio carnalis defecerat, quæ ſe erraſſe noſcebat. Sed illi confitetur, cui culpam reuelare remedium eſt; delicta confiteri ſecuritas. Hæc Hieron. Nulla hæreticis planè ſecuritas, quia carnis ſordibus obliti confeſſionis lauacrum oderunt, quo abluimur Catholici, abluti que in angelicum nitorem commutamur. (S. Chryſ.) Agè nunc frequenter illos (vt monet S. Chryſ. *hom. 42. de impuris mulierculis*) confunde, pudor enim frænum eſt vitiorum. Sed iam illos in ſuo Vr Chaldæorum conflagrare, vt volunt, dimittamus.

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1*

## SECTIO XIV.

### *Eduxit eos Vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan.*

1. D. Chryſ. cùm in ea ſit opinione, vt exiſtimet Thare ſemper fuiſſe idololatrã, (S. Chryſoſt.) cõtra id quod nos ſuprà magis approbauimus ex aliorum doctrina, iter iſtud à Chaldæa in Chananæorum regionem, voto & conatu Abraham ſuſceptum, eſſe ſcribit ad hũc modum: Animaduertere licet, quòd cùm Patriarcha Deo acceptus eſſet, viſus ei Deus imperauit, vt inde mi- B graret, quod vt agnouit Thare pater eius, licèt infidelis eſſet, attamen ob amorem in filiũ ſocius illi peregrinationis eſſe voluit. Hæc Chryſ. Ac primò quidẽ in Chaldæa fuiſſe omnes idolorum cultores Thare, filióſque etiam Abraham, apertè videtur colligi ex verbis Ioſue cap. 24. (Ioſue 24.) *Hæc dicit Dominus Deus Iſraël: Trans fluuium habitauerunt patres veſtri ab initio, Thare pater Abraham, & Nachor, ſeruieruntque diis alienis*, &c. Vbi Ioſue nitebatur demonſtrare Iſraëlitis immenſam Dei benignitatem, qui gratuitò populum illum ſibi præ omnibus gentibus delegerat, cùm eſſet oriundus ab iis parentibus, qui cùm aliquando erroribus & ſordibus idololatriæ polluti eſſent à Deo in gratiam; amicitiámque ſuſcepti, principes deinde Iſraëliticæ gentis extiterunt, idque ex ſola Dei benignitate, non autem ex vllius, C vel Abrahæ meritis. Quare poterant Hebræi illud ſibi vſurpare D. Paul. quod abſolutè de omni humano genere conteſtatur: *Cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per gratiam ipſius.* Paulus dixit, per mortem filij ſui, *ad Rom. 5.* (Ad Rom. 5.) quod eodem recidit; quicquid enim ab initio mundi Deus hominibus gratiæ contulit, hauddubiè ex meritis Chriſti Domini, ac per mortem ipſius futuram collatum eſt. Vbi Venerabilis Beda ſic (Beda.) commentatur. Incomprehenſibilis eſt dilectio, qua diligit Deus. Ante mundi conſtitutionem dilexit nos, vt cum vnigenito eius etiam nos filij eius eſſemus, priuſquam omninò aliquid eſſemus. Et tamen veriſſimè dictum eſt: *Odiſti Do-* D *mine omnes, qui oderunt*, Pſalm. 5. Proinde miro & diuino modo; & quando nos oderat, diligebat. Non ergo meritum noſtrum, ſed Dei miſericordia commendatur. Non eſt hæc noſtrorum gloria meritorum, ſed medicina morborum. Quàm certa denique, quàm firma promiſſione ſeruat iuſtis vitam ſuam, qui donauit iniuſtis mortem ſuam? Sic ille. Cęterùm de idololatria Abrahami opinionem docet Genebr. *in Chron.* (Genebr.) & confirmat autoritate Hebræorum doctorum id affirmantium. Sequuntur eam plerique, ex recentioribus, quorum nominibus parcendum duco; ſed vt de me aliquid dicam: nunquid huiuſmodi opinio mihi placuit, & quidem eo minùs, quo eam Rabbini, è quibus nihil firmum ac ſolidum erui conſueuit; & duo fulmina peſtéſque Orci E Lutherus, & Caluinus in Abrahamum hoc loco fœda plurima, & turpia euomentes, obſtinaciùs tuentur. Quare cùm Abulenſ. noſtriſque Perer. (Abul. Perer. Delrio. *Abrahã ſemper fidelis nũquam idololatra fuit.*) & Delrio, imò cum grauibus ex antiquitate doctoribus apud me ſtatuo; Abraham nunquam idolorum cultu infectum fuiſſe: atque vt in retroactis ætatibus ſemper aliqui toto in genere hominum extiterunt Dei fide, maximarumque virtutum ſplendore viri præcellentes, velut Abel, Seth, Enos, Noë, Sem Iapheth; ita poſt illos

in ſubſequente ætate verum & pium Dei cultorem, & claris virtutum nominibus conſpicuum toti orbi Abrahamum extitiſſe. Decebatque tantum illum virum, qui princeps & pater eſſet futuri populi Deo vero ſeruientis; tot Patriarcharum, ac Prophetarum, atque adeò pater credentium & fidelium; vt nunquam infidelis, incredulus, idololatra fuerit. Maximè quia primus ille à conditis hominibus extitit; cui diuinæ incarnationis auguſtiſſima myſteria euidentiùs reuelata ſunt, & quem Deus ipſe vnum elegit, cuius ex ſemine matrem ſibi virginem, & carnem ſuæ diuinitati vniendam hypoſtaticè aſſumeret. Quam tanti viri inter omnes homines prærogatiuam plurimum dedecebat, non quælibet mentis, aut carnis macula, ſed ea labes idololatriæ, qua nulla, nec turpior, nec homine rationis compote indignior, aut eſſe, aut fingi poteſt. Et quid obſecro alienius, quàm vt Pater fidelium, & credentium, infidelis & incredulus vnquam fuerit; Deique atque hominum linguis, vt memorabilis, prædicetur, Abrahæ fides in Deum, cui vitam ille duxerit aliquando inter idolorum ſordes, & tenebras omninò repugnantem?

*Explicatur locus Ioſue de Abraham.* 2. Sed quid ad locum Ioſue? facilis reſponſio, ſed vera tamen eſt: illud, *ſeruierunt*, non ad Abraham, ſed ad illud antea præmiſſum, *Patres veſtri*, referendum eſſe; ex quibus vnus erat Thare; quaſi dicat: Patres veſtri ſeruierunt diis alienis, qualis nimirum fuit Thare; cuius peculiaris mētio fit; imò propterea apponitur, *Pater Abraham, & Nachor*, quia ex his duobus altero paternum, altero maternum genus ducebant Hebræi, quorum beneficia diuinitùs accepta commemorabat Ioſue. Quinimò addiderim neque ex ipſa Grammatices ſtructura aliud edoceri; Abraham enim & Nachor non ponuntur in recto caſu, & conſequenter pertinere nequeunt ad verbum, *ſeruierunt*, ſed potiùs reguntur à nomine *Thare Pater*. Sic enim Hebr. תרח אבי אברהם ואבי נחור *Therach abi Abraham, vaabi Nachor*, Thare pater Abraham, & pater Nachor. Quis autem ex hac verborum collocatione deneget hunc ſenſum effici? Thare, qui fuit pater Abrahami, & pater Nachoris. Et quidem de hoc loco Ioſue ſolùm colligit Procop. *in c. 12. Gen.* Thare (vt ait) & Nachor idololatriæ crimine fuiſſe irretitos: at de religione pietatéque Abrahami ſatis multa ibi profatur. *Procop.* Hanc noſtram ſententiam euidenter confirmat, quæ de Abraham conſcribunt Ioſephus 1. *lib. antiq.* & Suidas *verbo Abraham*; quorum verba in longiorem orationem diducta leges apud noſtrum Perer. *ad finem lib. 16. in Gen.* *Suidas. Perer.* Vnde intelliges Abrahamum inſignem philoſophum, ac mathematicum extitiſſe, viſque admirabilis ingenij, maximè verò Dei adiutum ope cognouiſſe vnum eſſe Deum; & quod maius eſt: Primus (inquit Ioſephus) omnium clara voce prædicauit vnum eſſe Deum vniuerſitatis rerum conditorem. *Ioſephus.* Quam veritatem (addit Suidas) patri ſuo idololatræ prædicauit. Vide puerū Abrahamum ſeni patri idololatræ prædicātem. Sic poſtea (vt loquitur S. Cyril. Hier. *cat. 16.* Daniel puer arguit ſenes de peccatis iuuenilibus. *S. Cyr. Hie.* Sæpè virtus in pueris antè maturuit, quàm in ſenibus orta prodierit. Quamobrem (adiungit Ioſephus) cùm Chaldæi & Meſopotamitæ contra ipſum inſurgerent, conſilium ille cœpit inde migrandi: & voluntate & fauore Dei adiutus terram Chananæam tenuit. *Abraham prædicauit vnum Deum.* Sic ille. Igitur ex his omnibus, ita diſcuſſis hic ordo rerum contexitur. Thare & Nachor in Chaldæa de more gentis illius idola venerabantur: Abraham vnum agnoſcens Deum patri, ac fratri prædicauit, eóſque ad veritatem deduxit, quin etiam publicè vnum eſſe Deum mundi opificem; inania verò, & falſa deorū ſimulachra conteſtabatur. Ex quo perſecutio a Chaldæis orta eſt; quam deuitantes Thare, & Abraham, inſuper etiam diuino oraculo impulſi Chaldæam reliquerunt. *Diſceſſio Abraham è Chaldæa.* Nachor tamen permanſit in Chaldæa. Thare cum Abraham, & reliqua familia pergēs in Chananæos per Meſopotamiam, ſubſiſtit in Haran extrema vrbe Meſopotamiæ. Inde paulo poſt Deo monente, ac mouente Abraham profectus eſt in Chanaan; fortè etiam, vt declinaret perſecutionem infidelium illo in loco, quibus vnius Dei fidem prædicabat. Poſt profectionem Abrahami peruenit Haran è Chaldæa Nachor iterum pollutus idololatria, in quam etiā pater Thare, vel filij Nachoris ſuaſu, vel conſuetudine incolarum, vel timore perſecutionis, vel etiam inſita ingenij motúmque leuitate recidit; & in qua mortuus eſt. Patre defuncto regreſſus eſt Abrahamus Aran Meſopotamiæ, poſt emenſam peregrinationem ſexaginta per annos in Chanaan, vti ſuprà ſtatuimus ex meliorum ſententia. Ibidem non diu commoratus audiit à Domino iterum: Egredere, vade in terram, &c. Quo tandem oraculo compulſus reliquit Meſopotamiā, nunquam in illam ampliùs reuerſatus; & ſe contulit in regionem Chananæorum; in qua tandem fixit ſedem, & mortem obiit.

3. His ita conſtitutis plura ſeſe offerunt commentariis more ſolito illuſtranda. Atque in primis æquum eſt admirari eximiam (vt loquitur Ioſephus) virtutem Abrahami, qui auſus eſt vulgo receptam de diis opinionem conuellere, & in melius vertere, & clara voce prædicare vnum eſſe Deum, &c. *Ioſephus. Prædicator bellum ciet.* Nullum planè munus exerceri ſolet, quod maiores animos deſideret, & fortitudinem ſupra humanam, quàm prædicatoris miniſterium. Arma ciet, lituo perſonat, bellum indicit, in Martem ruit prædicator, aduersùs errores, vitia, morum corruptelam, ſceleſtos homines, inimicos Dei, ac veritatis, aduersùs infernum inferníque furias. Hinc Paulus ad prædicandum Dei verbum excitans Timotheum, bellicum ſonat: *Labora* (inquiens) *ſicut bonus miles Chriſti*, Epiſt. 2. cap. 2. *2. Ad Ti. 2.* Vbi Beda optimè ſubinfert: Quis certat, niſi inimicum habens, & tentationi reſiſtens? *Beda.* At prædicatoribus & inimici obſiſtunt, & tentationes minantur. Apoſtolus autem præmiſerat: *Tu ergo fili mi, cōfortare in gratia, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc cōmenda fidelibus*, &c. Vtique de hominibus Eccleſiaſticis, & miniſterio prædicandi addictis apertè loquitur, vt D. Auguſt. intelligit, & poſt illum D. Thom. qui ait: *S. Auguſt. S. Thom.* Officium prædicatorum, & Doctorum eſt officium militum, in quantum inſurgunt cōtra hoſtes, & vitia, &c. Beda explicat verba Pauli hoc modo: *Beda.* Excellenti ergo ſanctitate eminentes in Eccleſia ſunt & alius docere: ſic loquendo, vt fideliter inſtruantur; ſic viuēdo, vt ſalubriter imitentur. Sic ille. Potentem viribus & animis prædicatorem Paulus idem requirit. Tit. cap. 1. *Vt potens* (inquit) *ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere*. *3. Tit. 1.* Vbi S. Hieron. Talis eligendus eſt, qui poſſit exhortari, & contradicentes arguere in doctrina *S. Hier.*

ſana,

ſana quæ ſanat audientes. Beda : Magnum (in-
Beda
quit) opus eſt, grandis ſarcina, cliuis arduus : arguere eos qui contradicunt non loquendo, ſed
Malach. 2.
malè viuendo. Et Malach. cap. 2. eandem fortitudinem exaggerans ait: *Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius; quia Angelus Domini exercituũ eſt.* Pulchrè dicitur Angelus Domini exercituum, Domini bellatoris, & in aciem ſuos educentis milites; itaque Angelus
*Prædicator parcè, & opportunè dicat.*
pro Deo ſuo in campo ſolitus præliari. Obiter adnotarim cum D. Hieron. illud, *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam.* Non dixit (inquit Hieron.)
S. Hier.
proferunt, ſed cuſtodiunt; vt loquantur in tempore, dénique conſeruis cibaria in tempore ſuo.
S. Gregor.
Quam in prædicatore prudentiã D. Greg. 2. *part. paſtor. cap.* 4. egregiè his verbis commendat. B Prouidendum eſt ſolicita intentione rectoribus, vt ab eis non ſolùm praua nullo modo, ſed ne recta quidem nimiè & inordinatè proferantur : quia ſæpè doctorum virtus perditur, cùm apud corda audientium loquacitatis incauta importunitate leuigatur, & auctorem ſuum hæc eadem loquacitas inquinat; quæ ſeruire auditoribus ad vſum profectus ignorat. Paulus cùm de inſtantia prædicationis diſcipulum admoneret, di-
2. Tim. 4.
cit : *Inſta opportunè importunè*, 2. Timoth. 4. dicturus importunè præmiſit opportunè; quia ſcilicet apud auditoris mentẽ ipſa ſua vtilitate ſe deſtruit; ſi habere importunitas opportunitatem C
S. Hieron.
neſcit. Hæc ſanct. Pontifex S. Hieron. declarat:
Beda
Opportunum eſt libenter audire : importunum eſt inuito prædicare. Beda intelligit importunum audienti, qui perturbatus reſpuit medicũ; opportunum verò ad ſanitatem ægroti: ſi tamen fiat animo manſueto, modeſto, & fraterno, & concludit : Dilige, & dic quod voles.

4. Sed ad militiam redeamus; Iſaiæ iubetur
*Prædicator Chriſti præco.*
Iſai. 58.
S. Gregor.
à Domino : *Clama, ne ceſſes : quaſi tuba exalta vocem tuam*, cap. 58. Præconis quippe (ait Gregor. *loco citato*) officium ſuſcipit quiſquis ad ſacerdotium accedit : vt ante aduentum Iudicis, qui terribiliter ſequitur, ipſe ſcilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo ſi prædicationis eſt neſcius, quam clamoris vocem daturus eſt præco mutus? Sic Gregor. Iſaiæ verba ſic D. Hieron. D
S. Hieron.
interpretatur. Iſaiæ præcipit Dominus, vt clamet in fortitudine, peccata populi dicere non formidet, neque mortem metuens, nec impiorum terricula, & conuitia, ſed magis conſideret imperantem Dominum. Et quia ſurdas aures
*Prædicator ad ſurdos clamat.*
habeant, & audire vix poſſint, guttur ſuum vertat in buccinam; exaltet ſicut tuba vocem ſuam, & eis nunciet bella ventura. Hæc Hieron. Miratus fortaſſis quis fuit, cur Malachias prædicatorem tam excellenti nomenclatura donauerit; vt Angelum Dei exercitum dixerit? Sed quid Malachias ad Paulum? Ille Angelum, iſte Angelis ſuperiorem, & Angelorum iudicem
1. Cor. 6.
*Prædicator Angelis ſuperior*
non veretur appellare. Sic enim 1. Corinth. 6. *Angelos iudicabimus.* Ad quem locum Orig. *homil.* 11. *in Num.* Prædicatione (inquit) Paulus An- E
Origen.
2. Ad Gal. 1.
gelis ſuperior erat : & cùm non eſſet inurbanus, *ad Gal.* 1. ſe priorem Angelis nominat, quòd ſibi digniorem locum iure debitum putaret, dicens: *Si nos aut Angelus de cælo*, &c. Obiter expen-
S. Hier.
de cum S. Hier. quare ab hominibus iudicandi ſint Angeli. Sic enim explicat, Angelos illos, qui cùm carnem non habuerint peccare voluerunt: hi qui in carne ſancti eſſe voluerunt, iudicabũt. Sic ille. Nulla ſubeſt excuſatio in peccando, vbi nullum eſt carnis incentiuum, aut infirmi-

A tas. Iccirco Dominus patienter nos ſuſtinet; quia ipſe cognouit figmentum noſtrum. Puto hanc tam egregiam prædicatoris laudem non in ipſa dictione conſiſtere, ſed in virtute pariter, & in doctrina. Quid enim hæc ſine illa niſi quod ait Apoſtolus, æs ſonans, aut cymbalum tinniens? quo de argumento ſæpiùs diſſeruimus. Illud 1. Cor. 13.
vnum hoc loco ſit ſatis pro commendanda prędicatoris, non Angelica tantùm vitæ probitate, ſed planè diuina, quod Dominus Petro dixit: *Paſce oues meas*, Ioan. 21. Quæ verba grauiter ex-
pendens D. Chr. *lib.* 2. *de ſacerdot.* ait; Quanta in- Ioan. 21.
ter ſe differentia homines rationis vſum haben- S. Chryſ.
tes, & bruta ratione carentia diſſident, tantum *Prædicator vita commendat*
B ſanè diſcrimen inter eum, qui paſcit, atque eos, qui paſcuntur, eſſe velim, vt ne maius quiddam exigam. Ita Chryſ. Porrò verbum, *paſce*, ad prædicationis officium pertinet. Sic enim verbo & exemplo paſcuntur oues Chriſti, vt doctrina inſtituantur, & exemplum imitentur. Iterum atque iterum claſſico reuocamur ad prælium. Miles Chriſti eſt prædicator? Seriò igitur ſuum munus obeat, non blateret inania, non riſibus, & iocis ridiculam reddat concionem; theatralia nugamenta comœdis relinquat, phaleratæ ineptias eloquentiæ, velut propriæ vanitatis venditationem prorſus execretur. In quam ſenten-
riam luculenter D. Chr. *homil.* 17. *in Epiſt. ad He-* S. Chryſ.
C *bræos.* Eſt (inquit) tempus belli, & tu ea tractas, *Prædicator abſtineat à iocis, & riſibus.*
quæ ſunt eorum, qui ducunt choros? ludis, deliciaris, factaque, & vrbana dicis, & riſum moues, rémque nihil exiſtimas? Omnem vrbanitatem & dicacitatem expellit tempus belli, & pugnæ, vigiliæ, cuſtodiæ, armaturæ, & aciei inſtruendæ. Hæc Chryſ. Hanc Dei militiam poſt diluuium primus iuſtorum ſtrenuè, ac perite adminiſtrauit ſanctiſſimus Abraham.

5. Prædicabat ille Chaldæis veri, atque vnius Dei fidem, animi aduerſa quoque deſpicientis incredibili conſtantia. Nec mirum : quippe quem Deus fauore ſua adiuuabat, vt loquitur
Ioſephus, & ſui cognitione illuſtrabat; cuique Ioſephus.
Deus apparebat, cum quo loquebatur, vt vult
Suidas. Itaque Abraham Chriſtiani prædicato- Suidas.
D ris, egregium in ſe archetypũ exhibuit; cui cum *Quanta debeat eſſe puritas prædicatoris*
Deo primùm agendum, deinde hominibus prædicandum eſt. Tam ſanctùm enim eſt prædicandi officium, vt non niſi & ſanctè obiri, & lotis (vt aiunt) manibus, defæcato ore, corde Deum ſpirante ſuſcipi atque iniri oporteat. Quod bene agnoſcens Paulus, cum ipſamet ſacroſancta Euchariſtia prædicationem compara-
uit. Accipe locum egregium Epiſt. ad Rom. 15. Ad Rom. 15.
*Audaciùs* (inquit) *ſcripſi vobis ex parte tanquam in memoriam, vos reducens, propter gratiam, quæ data eſt mihi à Deo, vt ſim miniſter Chriſti in gentibus, ſanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio gentium accepta & ſanctificata in Spiritu ſancto.* Miniſtrum ſe dicit Paulus, vt ſanctificet Euangelium, vt faciat oblationem gentium acceptam, & ſanctifica-
E tam, hoc eſt, vt ſanctum Chriſti Euãgelium prædicet gentibus. Sic enim Theod. Prædicationem Theod.
(inquit) ſacrum miniſterium vocat, veram, ac
ſinceram fidem, acceptam oblationem. D. Chr. S. Chryſo.
*homil.* 29. diligenter expendit nomen, *miniſter*, Græcè λειτουργὸν. quo propriè ſignificari ſolet
ſacerdos qui Chriſti corpus & ſanguinem in li- *Prædicatio conferatur cum Euchariſtia*
turgia, hoc eſt, in Miſſa, vt catholici loquimur, conficit & offert. Itaque Paulo idem videbatur prædicare gentibus, atque Domini corpus, & ſanguinem manibus tractare ſibi in

eſcam & potum ſumere, & fidelibus communicare. Non (inquit Chryſ.) ſimpliciter latriam, id eſt, ſeruitutem punit, quemadmodum initio fecit, ſed liturgiam, & hierurgiam, hoc eſt, ſacrorum adminiſtrationem: ipſum enim mihi ſacerdotium eſt prædicare, hanc offero hoſtiam: ſacerdori autem nemo vitio vertit quod immaculatam hoſtiam offerre ſatagit. D. Aug. *tract. de quibuſdam propoſ. Epiſt. ad Rom.* Pro, ſanctificans, legit, conſecrans; quod quidem ad rem diuinam ſpectat, Græcè ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον, operante Euangelio; eo quòd Euangelij prædicatio ſit res diuina, & ſacrificium Deo oblatum; & prædicator ſit λειτουργὸς, publicus miniſter ſacrorum; ergo bone Deus, qua puritate animi, & labiorum, quo virtutis prætacto ſtudio, qua pietate, quo ſupplicationis, & diuinæ contemplationis apparatu præmiſſo, qua reuerentia, & humilitate accedere ad prędicationis miniſterium, aſcendere ad ſuggeſtum in Eccleſia Dei neceſſe eſt? planè ac ſi altari aſſiſtat ſacroſancta Dominici corporis & ſanguinis myſteria operaturus. Neceſſe id quidem eſt, vt prædicator mentibus audientium refundat pietatis, diuiníque amoris ſuauiſſimos imbres, quos Deo vacans priùs ipſo in fonte bibit. Hac diſciplina Eccleſiaſticum doctorem inſtituens D. Aug. *lib. 4. de doct. Chriſt.* qui pietate magis orationum, quàm oratorum (vt loquitur) facultate dicat; adiungit optimè: Vt orando pro ſe, ac pro illis, quos eſt alloquuturus, ſit orator, antequam doctor. Ipſa hora, iam vt dicat accedens, priuſquam exerat proferentem linguam, ad Deum leuet animam ſitientem, vt eructet, quod biberit; vel quod impleuerit, fundat. Sic Aug. Expende verba Pauli, *ſanctificans Euangelium*. Senſus eſt, quem reddit S. Hieron. Meo (inquit) exemplo ſanctum eſſe demonſtrans, quod cum tanto timore perficio. Contra verò fit, vt res ſancta videatur eſſe non ſancta, cùm non perficitur ſanctè. Itaque magna prædicationi accedit autoritas ex ſanctitate prædicatoris.

S. Auguſt. — Prædicator orit, antequã dicat. — S. Aug. — S. Hieron.

6. Deinde à fine prædicatoris argumentari licet; quem quia omnium difficillimum, ſine orationis præſidio, Deique ope adiuuantis conſequi nullo modo poteſt. Eſt autem finis, quem a Tulliano Oratore ad Chriſtianum transfert D. Aug. *citato lib. ca. 13.* Oportet (inquiens) eloquentem Eccleſiaſticum quando ſuadet aliquid, quod agendum eſt, non ſolùm docere, vt inſtruat; & delectare, vt teneat; verumetiam flectere, vt vincat. Idem *cap. 17.* ſere repetens, orationis ſubſidium apponit: Qui dicendo (ait) nititur perſuadere quod bonum eſt; nihil horum trium ſpernens, vt ſcilicet doceat, vt delectet, vt flectat; oret, atque agat; quod cùm aptè & cõuenienter facit; non immeritò eloquens dici poteſt, etſi eum non ſequatur auditoris aſſenſus: at certè ingentis meriti apud Deum erit huiuſmodi prædicatio, quo ſe quiſque abundè conſolabitur. Quocirca D. Baſil. *lib. de Spiritu ſancto, c. 30.* commemorans tres illos pueros in fornace Babylonica diuinas laudes ſpectante, & audiente multitudine barbarorum, & illudentium Chaldæorum, nihilominus ſuauiſſime & modulatiſſimè decantantes ſolatur prædicatorem qui cùm optimè dicat, nihil tamen in permouendis hominum animis proficit. Pueri (inquit) qui fuerũt in Babylonia, docuerunt nos, etiamſi nemo ſit, qui pietati ſuffragaretur, tamen per nos ipſos, quod officij noſtri eſt, peragere. Sic Baſil. Denique vt mittam reliqua, neceſſe eſt, vt oratio prædicationem antecedat, quia armis ſe muniat in oratione prædicator prælium grauiſſimum, & maximum initurus, præſertim cum hominibus veritatem odio habentibus, quique ſe increpari, & perſtringi dolent, queruntur, indignãtúrque. Illorum animos ſedauit D. Paul. *loco ſuprà poſito*, cùm ſe miniſtrum, & ſacerdotem in prædicando profitetur, mentionem faciens hoſtię, & oblationis; vbi D. Chryſ. Hæc (inquit) dicens, & ſimul illorum mentes erigit quod hoſtia ſint oſtendens, & quæ ad ſe pertinent defendit, eo quòd iſta in mandatis diuinitùs habeat. Machæra ſiquidem mea (inquit) Euangelium eſt, prędicationis videlicet ſermo. Hanc eandem interpretationem magis adhuc amplificat Theoph. ad hunc modum. Ad quid autem mihi data eſt gratia? Certe, vt Euangelij miniſterio fungar, & ſacerdotio. Nil itaque mihi ſuccenſeritis, ſi vos alloquor. Id enim mihi eſt ſacerdotij munus, vt Euangelium prædicem, & pro cultro ſum ſermonem ſortitus, & vos beſtiæ loco. Quis ergo ſacerdotem inſimulabit, qui cultrum agat in ſacrificium deſtinatis? Hæc ille.

S. Aug. Quæ præſtari debeant a prædicatore. — Prædicatoris meritum & ſolatium etiã cum non perſuadet. — S. Baſil. — Prædicationis munus argumento & ſermo. — S. Chryſ. — Theoph.

7. Illa etiam inter præcipuas Abrahami laudes non poſtremum habet locum, quòd (autore Suida) natus annos quatuordecim, Dei cognitione illuſtratus patrẽ idololatrã his verbis cõpellauit: Quid ſeducis homines per cultum imaginum lucri cauſa? Non eſt alius Deus, niſi cæleſtis, ille totius mundi opifex; quare ſumptis patris imaginibus & ſimulachris; iíſq; partim confractis, partim exuſtis, patriã dereliquit. Sic ille. O puerũ egregiũ ætate, ſenẽ cõſilio & prudẽtia. Curauit autem omnia, vt pater, & propinqui à deorũ inaniſſimo cultu ad veri Dei cognitionem, & obſequiũ reuocarẽtur. Si quis ſuorũ, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior: ait Apoſt. 1. *Timoth. 5.* Ad quem locum Theophil. Præcipuè curandi ſunt, qui nobis proximi ſunt, & conſanguinitate coniuncti. Eſt infideli deterior. Quia qui fide caret, etſi alienos contemnat, ſuos tamen naturæ obediens, non aſpernatur: hic verò legi humanæ, & diuinæ maximè aduerſatur. Nam quis eum credet, in alienos eſſe beneuolum, qui ſuos neglexerit? Quòd ſi & externos, ſuis poſthabitis, videatur commiſerari, cur non ſuperbiæ ſit id adſcribendum? Reputa igitur, ſi longè eſt infideli deterior, qui ſuos nil curat, quo malignitatis ſtatuendus eſt gradu, qui illis iniuriam fecerit? Hęc ille. Quæ licèt videantur probè accipi de cura rerum temporalium; potiùs tamen de cura rerum ſpiritualiũ intelligi debere, nemo inficiabitur. Optimè colligit ex hoc loco S. Hieron. Notandum (inquiens) quoſdam fideles nomine, qui infidelibus conuerſatione peiores ſunt. Atque vtinam multi Chriſtiani nõ turpiùs viuerent, quàm pagani. Huiuſce amoris benè ordinati documentum perilluſtre habes in Apoſtolo Paulo, qui de ſe ait: *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſũt cognati mei ſecũdum carnem.* Rom. 9. Hanc Pauli caritatem his verbis expreſſam admiratus D. Greg. Nazian. *orat. 1.* exclamat: O ingentem animi præſtantiam! O ingentem ſpiritus feruorem! Chriſtum, qui noſtra cauſa maledictum factus eſt, qui infirmitates noſtras ſuſcepit, & morbos portauit, imitatur: aut, vt moderatiùs dicam, primus poſt Chriſtum eorum cauſa etiam tanquam impius aliquid perpeti non recuſat, modò ipſi ſalutem conſequantur

Suidas. — Cura habenda domeſticorum. — 1. Tim. 5. — Theoph. — S. Hieron. — Ad Rom. 9. — S. Pauli caritas erga Iudæos. — S. Greg. Naz.

rar

*Ἀνάθεμα in primæua Eccleſia.*

tur. Sic Nazian. Et quidem omiſſa diſputatione quæ hoc loco fieri conſueuit de voce, *ἀνάθεμα*, clarius & faciliùs intellige: *anathema*, hoc eſt, hominem diris omnibus, & execrationibus deuotum, qualis eſt ab Eccleſia excommunicatus: in quem (vt moris erat in primæua ætate Chriſtianæ gentis) ſimul, vt pellebatur ex Eccleſia, & conſortio fidelium: probra, contumelias, obiurgationes, execrationes, nemo non fidelium eiaculabatur. Quod videre eſt

Clem. Rom. a Ad Cor. 2. *Excommunicatio qualis in primæua Eccleſia.*

apud Clem. Roman. *lib. 2. conſtit. cap.* 20. Et putant doctiores ſignificari illis verbis Epiſt. 2. ad Corinth. 2. *Sufficit illi, qui eiuſmodi eſt, obiurgatio hæc, quæ fit à pluribus.* vbi hauddubiè loquitur de fornicario illo publico, quem expulit à fideliũ cõmunione traditum ſatanæ in interitum carnis,

a Cor. 5.

B

1. *Cor.* 5. Qui, vt videtur, iam peracta ritè pœnitentia reſipuerat, & in gratiam, conſortiúmque Eccleſiæ, ac fidelium fuerat receptus. Et eapropter Apoſtolus beneuolentiſſimus, cùm ſceleris, & hominis mentio incideret, nec ſcelus in ſpecie (vt vocant) nec peccatoris nomen voluit

Theoph.

aperire. Quod quidem ita obſeruat Theophyl. Non dixit, fornicanti illi, ſed ei qui eiuſmodi eſt, quemadmodum & in ſuperiore Epiſtola fecit; in qua neque illius nomen voluit explicare. In hac verò, etſi venia data, nullum tamen delicti & ſceleris facit mentionem: inſtituens, vt erga mœrentes, & oppreſſos clementiùs non geramus. Hæc Theophylactus. Itaque Paulus

C

*Circa pœnitentes mitius agendum.*

pro ſalute ſuorum fratrum, ſi ita expediret, paratus erat omnia probra, execrationéſque ſubire. At vis, ô Paule, à Chriſto ablegari? Reſpondet Beda cum Moyſe: Cui (inquit) dicit Deus:

Beda

Deleam eos, & faciam te in gentem magnam. Ille intercedit paratior deleri pro ipſis, quàm ipſos; ſciens apud miſericordem ſe id agere, qui quoniam nullo modo deleret ipſum, etiam illis parceret propter ipſum. Sic ille, quæ verba ſunt

S August.

S. Aug. *in Pſalm.* 77. Præferendi ſunt ergo conſanguinei, & propinqui in amore circa bona ſpiritualia: nam de opibus & honoribus huius ſeculi non par eſt ratio. Etenimuero Moyſe cùm eſſet de genere Leuitarum, ſacerdóſque maximus, haberétque filios, non illos in ſacerdotalem dignitatem euexit; ſed in longè inferiore

D

Leuitarum gradu conſtituit. Quorſum iſtud? Exiſtimo (inquit Theodoret.) quia legiſlator

*Eccleſiaſtici honores non ob ſolam cum propinquitatem deferendi.* Theodor.

vxorem duxerat alienigenam, ſcilicet Sephorã Madianitidem; eos, qui ex ipſa nati erant, iuſſiſſe referri in numerum Leuitarum, non ſacerdotum, ne contumelia afficeretur dignitas ſacerdotalis ſi exprobraretur cognatio. Sic Theod. Quare Moyſes potiùs conſultum voluit honori ſacerdotum, quàm filiorum. Sed proh Deum immortalem quanta ſacerdotibus in lege gratiæ nominis autoritas, famæ integritas, vitæ morúmque puritas, & innocentia requiritur, vt ſacerdoti Chriſti ne tantulus quidem naturæ næuus, nedum vitij à maledicis queat exprobrari

E

Nihilominus apud Deum, vbi ſumma fuit carnis cognatio, ſumma etiam fuit ratio donorum. Nullus vnquam nec mortalium, nec Angelorum tot virtutibus inſignis, tam diues meritis fuit, quam virgo Dei mater, vtique

*B. Maria à Deo Filio ſuo omnis cumulata gratiis.*

quia ille filius, illa mater. Quod enim à filio in matrem impenditur, in filium omnino rependitur. Indiuiſi quodammodo ſunt filius, & mater; vna caro, vnus ſanguis. Vbi primùm concepta eſt, mirus eſt donorum, & gratiarum à Deo beneficiis cumulata, quia ſcilicet in matrem

A

electa. Hinc illa Cant. 2. ait; *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Quaſi dicat: prior ille me dilexit, quam ego illum: prior dedit mihi, & ſubinde illi ego reddidi. Elegit me in matrem, quod fuit gratiæ; peperi, alui, foui, nutriui filium; officia quidem ancillæ, debita beneficia. Fecit illi mihi magna, qui potens eſt, *Luc.* 1. Vbi enim matrem elegit, ac fecit, totam ſuam deinde omnipotentiam in me honoranda exercuit. Idcirco nouum fecit Dominus ſuper terram, *Ierem.* 31. noua inaudita, & ſupra omnem naturæ intelligentiam in matre ſua Deus operatus eſt. Peperit enim (ait Heſichius Hieroſol. *ſerm.* 2. *de virg.*) & vterum non aperuit; concepit, & vuluam non corrupit; eduxit infantem, & vterum ſignatum reliquit; lac ſuppeditauit, & vbera intacta conſeruauit. Mater effecta eſt, quæ minimè ſponſa fuit. Nutriebatur Filius, & non inueniebatur pater; ager fructum edebat, & fructus carebat cultore; meſſis reddebat, quæ ſemen non acceperat; fluuius, & fons, quacunque ex parte clauſus erat. Sic ille. Denique vbicunque ſermo erit, aut etiam cogitatio de virginis Deiparæ donis, gratiis ac dignitatibus, illicò ſubeat: Nouum fecit Dominus. ſcilicet Deo dignam matrem, naturæ humanæ venuſtatem, templum viuum Filij Dei, gloriam & pulchritudinem, & ornamentum Eccleſiæ Dei: vt vocat S. Damaſ. *orat. de natiuit. Mar.* Deiformem, atque ſuper omnes cæleſtes ſpiritus ſanctiſſimã. Sic. S. Dion. Areopag. addítque cùm virginem eſſet intuitus: Ductus fui ad Deiformem præſentiam altiſſimæ Virginis. Tantus me immenſus diuinus ſplendor circumfulſit exterius, & pleniùs irradiauit interiùs, tanta etiam in me omnium odoramentorum ſuperabundauit fragrantia, vt nec corpus nec ſpiritus poſſet totius ac tantæ felicitatis inſignia ſuſtinere. Defecit cor meum, defecit ſpiritus meus, tantæ gloriæ maieſtate oppreſſus. Teſtor, qui aderam in virgine, Deum: ſi tua diuina doctrina non me docuiſſet, hanc verum Deum eſſe credidiſſem, quoniam nulla videri poſſet maior gloria beatorum, quàm felicitas illa, quam ego tunc feliciſſimus degustaui. Sic Dion. *epiſt. ad Paul. Apoſt.*

Cant. 2.

Luc 1.

Ierem 31.

Heſ Hier.

S. Dion. Areop.

8. Porrò autem quis non miretur Abrahamum adhuc puerum, vt autor eſt Suidas, patri ſeni prædicaſſe vnius Dei fidem? Non eſt perſonarum acceptio apud Deum. Similiter puerulũ Samuelem Deus alloquitur, & Heli ſenio atque pontificia dignitate præcellentem ſuo indignum cenſuit eulloquio. Quin puerulum mittit, vt coarguat ſenem pontificem, extremámque ſuæ familiæ calamitatem miſero denunciet proximè venturam. Qua de re ſic ègregiè Theodoret. *q.* 12. *in* 1. *Reg.* Ad arguendum pontificem, qui ſenuerat, adoleſcentulus dignus eſt habitus, cui Deus appareret, ætatem iuuenis antiquæ prætulit, & cum, qui ſenex, iudex, & pontifex erat, deſpiciens loquutus eſt cum paruo puero, docens quantum canitie melior eſt iuuentus ornata virtute. Hæc Theodoret. Quòd ſi quæras ex Abrahamo puero adhuc, vndénam hæc tam mira veri Dei cognitio; vbi, & quando litera didicerit, ſicuti Iudæi de Chriſto Domino inter ſe altercabantur? R[illegible] pro puer [illegible], & pontifex ſapientiſſimus pariter ac ſanctiſſimus Cyprian. *lib.* 2. *Epiſtol.* 2. Accipe quod ſentitur, antequam diſcitur, nec per moras temporum longa agnitione colligitur; ſed compendio gratiæ maturantis hauritur. Ac pri-

Theod. 1 Reg 3. *Iuuenes ſenibus ſunt præferendi.*

S. Cypr. *Oratio ad laudem Abrahami.*

nib

mò quidem Abraham ab ſtudio iugiter orandi, meditandique diuina, & cum Deo familiariter agendi multum hauſit ſapientiæ, cuius præſidiis inſtructus prædicandi munus eſt aggreſſus. Cæterùm negandum haud eſt Abrahamo cùm ad cognitionem Dei, tum ad pietatem magnopere profuiſſe, quòd à pueritia ſtudiis bonarum diſciplinarum fuerit addictus. Nam (vt ſcribit

*Suidas. Abraham philoſophando Deum agnouit.*

Suidas poſt Ioſephum) exercitatus in ſyderum motibus obſeruandis ſagaciter aduertit magnificentiam rerum conditarum non ſua vi conſtare, ſed aliquem habere opificem, à quo moueantur, & regantur. Quare non in his rebus cogitatione, & deſiderio ſubſtitit; ſed vltra ſydera euectus, omniáque animo peruagatus, non antè deſtitit ab inquirendo, quàm is, cuius deſiderio flagrabat, ei ſe patefeciſſet, &c. Iure quidem optimo cum virtute coniunctam eſſe ſcientiam, ſignificat regius Vates, cùm ait, *Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me*,

*Pſal. 118.*

Pſalm. 118. Quare ſtudium, etſi noſtro marte impenſiſſimè ſuſcipiendum ſit, magis tamen

*Scientia vtilis ad virtutem. S. Greg. Naz.*

ex diuino auxilio dependet. Certè D. Gregor. *Orat. de reditu ex ſolitudine*, quam ſuæ mentis caperiebatur puritatem, magna ex parte adſcribit ſtudio doctrinarum. Ego (inquit) diuinis arculis euoluendis mentis puritatem collegi. Nec vacat myſterio, quòd nomen בר *bar*. Hebræum,

*Pſal. 2.*

Pſalm. 2. & diſciplinam, & puritatem ſignificet. Vnde noſter Interpres vertit: Apprehendite diſciplinam; alij, oſculamini puritatem. Nimirum ſtudio bonarum literarum deficcantur ſenſus, omnes actiones carnis elangueſcunt, ac penè emoriuntur: mentis ipſius intelligentia, velut à contagione corporea ſublimiùs euecta ſubtiliore acie, humana & diuina contemplatur. Hinc literati homines, præſertim qui alios inſuper edocent, ſplendidis nominibus exornantur.

*Iudit 5.*

Iud. 5. dicit Dominus: *Cor meum diligit princi-*

A *pes Iſrael*. Hebr. לבי לחוקקי Doctores Iſraël; quaſi principes coram Deo habeantur viri ſapientes, ſapientiæque profeſſores. Quid principes? Dei titulis potiuntur, iuxta illud Domini: *Si illos dixit Dominus, ad quos ſermo factus eſt*,

*Prædicatores encomia.*

Ioan. 10. Quia (ibi Caiet.) ratione diuini ſermonis diuinum homini nomen communicatur.

*Ioan. 10.*

Sed clariùs D. Auguſt. Per ſermonem (inquit) Dei fiunt homines dij participando: calefacti igne ſalutari, & lumina illuminata dij ſunt. Sic Aug. Sed o Thare ſenem infeliciſſimũ! Cùm iam

*S. Auguſt.*

eſſet in Haran Thare, eòdem Nachor, vt ſcribit D. Auguſt. 16. *de Ciuit. c.* 13. ex Chaldæa, ſine

*S. Auguſt.*

B pœnitendo, ſiue perſecutionem paſſus, quòd ſuſpectus haberetur & ipſe migrauit. Vbi ambo ad vomitum redeuntes ſeruierunt diis alienis; aberat enim Abraham, qui eos in Chaldæo priùs ab ea inſania idolorum ad veri Dei religionem traduxerat: at in Haran ſola gentium impietas dominabatur. Deplorandus ille ſtatus eſt,

*Multorum malorum exempla perſuadent.*

*S. Cyprian.*

vbi iam (inquit D. Cyprian.) non vitiis excuſatio, ſed autoritas datur; nullum enim malum difficiliùs extinguitur, quàm quod multitudinis conſenſu aſſeritur, & excuſatione blanditur, *lib. de ſpectac.* Pulchrè quidem Seneca: Inſanientium multitudo fit ſanitatis protectio. Eccleſ. 13.

*Senec. Eccleſ. 13.*

legitur: *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Et*

C *qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbia*. Itaque optimè D. Hieronym. *Epiſt.* 7. Procliuis (inquit) eſt malorum imitatio; & quorum virtutes aſſequi nequeas, citò imitaris vitia. Et D. Cyprian. *lib. de ſpect.* Oculi noſtri & aures cuſtodiendæ ſunt. Citò enim in hoc aſſueſcimus, quod audimus ſcelere. Etenim vitiorum exempla oppugnant animum: impellunt, immutant, tranſformant: miraculo erit inter incendia, vel non conſumi, vel certè non incaleſcere. Prolapſi iterum in idololatriam ab illius barathro nunquam ampliùs emerſerunt.

*S. Hieron.*

*S. Cyprian.*

*Thare & Nachor in idololatria perierunt.*

CAPVT DVODECIMVM.

1. DIxit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monſtrabo tibi.

2. Faciámque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus.

3. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque IN TE benedicentur vniuerſæ cognationes terræ.

4. Egreſſus eſt itaque Abram ſicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Lot: ſeptuaginta quinque annorum erat Abram cùm egrederetur de Haran.

5. Tuliṫque Sarai vxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui, vniuerſámque ſubſtantiam quam poſſederant, & animas quas fecerant in Haran: & egreſſi ſunt vt irent in terram Chanaan. Cùmque veniſſent in eam,

D 6. Pertranſiuit Abram terram vſque ad locum Sichem, vſque ad conuallem illuſtrem: Chananæus autem tunc erat in terra.

7. Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei.

8. Et inde tranſgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum ſuum, ab occidente

E habens Bethel, & ab oriente Hai: ædificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius.

9. Perrexitque Abram vadens, & vltra progrediens ad meridiem.

10. Facta eſt autem fames in terra: deſcenditque Abram in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi; præualuerat enim fames in terra.

11. Cúmque propè eſſet vt ingrederetur Ægyptum, dixit Sa[illegible] ſuæ:

Noui

Noui quòd pulchra ſis mulier:
12. Et quòd cùm viderint te Ægy-
ptij dicturi ſunt: Vxor ipſius eſt: & inter-
ficient me, & te reſeruabunt.
13. Dic ergo, obſecro te, quòd ſoror
mea ſis: vt bene ſit mihi propter te, &
viuat anima mea ob gratiam tui.
14. Cùm itaque ingreſſus eſſet Abram
Ægyptum, viderunt Ægyptij mulierem
quòd eſſet pulchra nimis.
15. Et nunciauerunt principes Pha-
raoni, & laudauerunt eam apud illum:
& ſublata eſt mulier in domum Pha- B
raonis.
16. Abram verò bene vſi ſunt propter
illam: fuerùntque ei oues & boues, &

A aſini, & ſerui & famulæ, & aſinæ & ca-
meli.
17. Flagellauit autem Dominus Pha-
raonem plagis maximis, & domum eius,
propter Sarai vxorem Abram.
18. Vocauítque Pharao Abram, &
dixit ei: Quídnam eſt hoc quod feciſti
mihi? quare non indicaſti quòd vxor tua
eſſet.
19. Quam ob cauſam dixiſti eſſe ſo-
rorem tuam, vt tollerem eam mihi in
vxorem? Nunc igitur ecce coniux tua,
accipe eam, & vade.
20. Præcepítque Pharao ſuper Abram
viris: & duxerunt eum, & vxorem illius,
& omnia quæ habebat.

## SECTIO PRIMA.

*Dixit autem Dominus ad Abram*

1. EXPEDITIOR ea nobis ratio viſa eſt in ſuperioribus ad diluendam huius loci difficultatem, quæ maxima eſt; vt duplicem profectionem Abraham in terram Chananæorum factam C agnoſcamus. Aliter enim hæc verba huius capitis, & quæ *Act.* 7. ponuntur, non facilè inter ſe cohærent. Quòd ſi hæc via diſplicet, illa non omnino aliena eſt, quà nonnulli etiam incedunt: ſcilicet: vna tantum à Deo facta fuit vocatio, eaque in Chaldæa, quæ regio propter vicinitatem ab Stephano dicitur Meſopotamia. Etenim Plinius *lib.* 6. *cap.* 26. Babylonem Meſopotamiæ adnumerat. Dici etiam poteſt non incongruè; ex Vr Chaldæorum Thare cum tota familia proficiſcentem in Chanaan, ſubſtitiſſe quidem in Haran: cæterùm Abraham ipſo in itinere à Deo audiiſſe: Egredere de terra tua, &c. Quæ procul dubio ſententia eſt D. Aug. *in quæſt. in Geneſ. q.* D 24. ſic enim ait: Abraham egreſſus eſt de terra Chaldæorum, & habitauit in Haran: in medio autem, id eſt, inter egreſſum de terra Chaldæorum, & habitationem in Haran, loquutus eſt ei Deus: Egredere, &c. Atque adeò dicendum eſt, relicto patre viuo in Haram contuliſſe ſe in Chanaan; vnde ampliùs non eſt regreſſus. Nec facere debet negotium, quòd in Meſopotamia iam conſtitutus longè ab Vr Chaldæorum audierit: Egredere de terra tua. Hunc enim diſſoluit nodum D. Aug. *ſuperius citato loco*, ad hunc modum: Quòd autem iam in Meſopotamia conſtituto, hoc eſt, iam egreſſo de terra Chaldæorum, dixit Deus: Exi de terra tua, & de cogna- E tione tua, & de domo patris tui; non vt corpus inde eiiceret, quod iam fecerat; ſed vt animam euelleret, dicitur. Non enim exierat inde animo, ſi ſpe redeundi, & deſiderio tenebatur, quæ ſpes, & deſiderium Deo iubente, ac iuuante, & illo obediente fuerat amputanda. Hæc Aug. Hanc igitur dicendi rationem ſecutus dices, etſi Abraham viuo patre ac relicto in Harã ſemel in Chanaan abierit, interſeri tamen mortem patris Thare in Haran, quæ tamen multo pòſt euenerit, per quandam prolepſim ſiue recapitulationem (ſic vocat D. Auguſt.) quippe quæ ad Thare pertinebat vt tota vno conceptu, ac diſcurſu hiſtoria texeretur, ac finiretur. Elige horum omnium, quod magis arriſerit; quod ſi minus probaueris reuelationem illã Dei factam Abrahamo in ipſo itinere contigiſſe: dicito iam conſtitutum in Meſopotamiæ vrbe Haran, non penitus animo depoſito redeundi in Chaldæam audiſſe à Domino: Egredere de terra tua, & de cogitatione tua, vt animo ſcilicet, ſicut & corpore, quemadmodũ D. Aug. adnotauit, ex Chaldæa, nunquam in illam rediturus, exiret. Quod etiam placuit Ruperto: ſic enim exponit *lib.* 5. *in Geneſ. cap.* 3. Sicut de terra Chaldæorum corpore egreſſus es, animo quoque ſic egredere, vt nunquam illuc redeas; inſuper, & hinc, vbi nunc habitas (in Haran) egredere de cognatione tua, &c. Igitur egreſſus eſt Abraham è Chaldæa; quia (vt bene Rupert. *cap.* 2.) tali viro terra, id eſt, terra Chaldæorum digna non fuerit. Nihilominùs eſt, quòd Abraham quis cauilletur, quòd patriam quantumuis improbam incolarum moribus, atque impiam ſacrilegiis reliquerit; quam potiùs ſua præſentia decorare, vitæ ſuæ exemplo, ac doctrina reducere ab inanium deorum cultu ad veri Dei pietatem debuiſſet. Meritò id patriæ debetur, quod Niniuitæ præſtiterunt; quorum memorabile exemplum in patriam amoris diſertiſſimè expendit D. Ambroſ. *ſerm.* 85. de Barbaria non timendis. Niniuitæ (inquit) tantæ fuerunt ſapientiæ, vt non alienis ſe præſidiis defenderent, ſed propria deuotione ſaluarent. Nam non ſtatim deſperauerunt de ſalute ſua, quia audierunt à Propheta, eum ciuitatis ſe mœnibus ſubuertendo; ſed quanto proximum annunciabatur excidium, tanto magis religioſis actibus armabantur, nec reliquerunt euertendam ciuitatem ſuam, ſed in ea potiùs permanſerunt; ſapientes ſcilicet, vt quæ ciuium vexabatur peccatis, ciuium orationibus ſaluaretur, & cui perditionem mala conuerſatio intulerat, ei ſalutem deuotio religioſa conferret. Iuſtum enim erat, vt quos fuerat paſſa peccatores, eoſdem haberet proprios defenſores. Ciuitati enim non niſi propter ciuium peccata infertur excidium. Deſine ergo peccare, & ciuitas non peribit. Quid fugis patriam? Si vis ſaluus eſſe, tua potiùs peccata ſubterfuge. Si tu peccare deſieris, victus eſt inimicus.

*Abraham ſemel à patre digreſſus eſt.*
Plin.
S. Aug.
S. Auguſt.
*Egreditur Abraham à patria, corpore & animo.*
Rupert.
Rupert.
*Niniuitarum pietas in patriam.*
S. Ambroſ.
Ioan. 3.
*Pietas in patriam.*

çus. Iniuſtus planè, & impius eſt filius, qui perieclitantem deſerit matrem. Mater enim quodammodo dulcis eſt patria, quæ te genuit, quæ te nutriuit, quæ vt fugere poſſes, diuitem te fecit. Hactenus Amb. Fortaſſe & Abrahamus, qui deſcribebatur à Moyſe forma omnis iuſtitiæ, & ſanctitatis humanę, calumniam ſubiret apud poſteros, quòd patriam qua poſt Deum nihil dulcius, & carius nobis eſſe debet, inconſultò temeréque reliquiſſet; appoſitum iccirco eſt diuinitus ſic fuiſſe imperatum: Egredere de terra tua. Alioqui, nec ab impia patria diſcedendum foret ſapientiſſimo viro. A

2. Cæterùm cauſæ complures occurrent aliquãdo, vt bono ciui iuſte ſanctéque patria deſerenda ſit. Illa eſſe poteſt æquiſſima, ſi tam acerba bonus ciuis improborum ciuium inuidia odióq; laboret, vt ab illorum conſortio cogatur exire. Quod & Chriſtus Dominus fecit, cùm neq; in Nazareth miracula edidit, nec ab incolis malè acceptus permanere ampliùs in patria voluit, vt habetur Luc. 4. *Quãta audiuimus facta in Capharnaũ, fac & hîc in patria tua.* Dicebãt illi; ſcilicet & inuidentes Capharnaũ incolis, & Dominũ, velut ingratum patriæ, atque iniuſtum inſimulãtes. Sed iccirco miſeri, & patriæ, & ſibi ipſis nocuerũt. Quo de facto egregiè diſſerit D. Amb. *in 4. Luc.* Non mediocriter (ait) inuidia proditur, quæ ciuicæ caritatis oblita in acerba odia cauſas amoris inflectit, ſimul hoc exẽplo pariter & oraculo declaratur, quòd fruſtrà opẽ miſericordiæ cæleſtis expectes, ſi alienæ fructibus virtutis inuideas. Aſpernator enim Dominus inuidorũ eſt; & ab iis, qui diuina beneficia in aliis perſequũtur, miracula ſuæ poteſtatis auertit. Non otioſè itaq; Saluator excuſat, quòd nulla in patria ſua miracula virtutis operatus ſit, ne fortaſſis aliquis viliorẽ patriæ nobis eſſe debere putaret affectũ. Neq; enim ciues poterat non amare, qui amaret omnes, ſed ipſe ſe caritate patriæ, qui inuidẽt, abdicarunt. Sic Amb. Vniuerſim Dominus effatur: Nemo propheta acceptus eſt in patria ſua; explicat verò Beda: Quia naturale eſt ciues ſemper ciuibus inuidere. Nõ enim conſiderãt præſẽtia viri opera, ſed fragilẽ recordãtur præſẽtia; quaſi nõ & ipſi per eoſdem ætatis gradus ad maturã ętatẽ venerint. Sic ille. Cæterũ ingentia ſui amoris in patriã Dominus ſigna exhibuit: quod ita Ambr. adiungit. Nec tamẽ exors patria diuinorũ beneficiorũ eſt. Quod enim maius miraculũ, quàm quòd in ea natus eſt Chriſtus? Videte igitur quid mali inuidia afferat. Indigna propter inuidiã patria iudicatur, in qua ciuis operetur. quæ digna fuit, in qua Dei Filius naſceretur. Sic Amb. Non eſt credẽdum ſanctiſſimum Doctorem ita fuiſſe hallucinatũ, vt crederet, aut hîc agi de Betlehẽ, in qua Chriſtus Dominus natus eſt, aut illum in Nazareth fuiſſe natũ; ſed planè loquitur, aut de conceptione, quæ in Nazareth in virginis vtero cõfecta eſt, aut de ipſa puerili educatione; ſubdiderat enim Euãgeliſta: *Et venit Nazareth vbi erat nutritus.* Nutritio autẽ, & cõceptio natiuitatis poſſũt nomẽ ſortiri. Obiter aduerte quãta ſit inuidię malignitas: etenim ſi Nazareni, quòd inuiderẽt Capharnaũ ciuibus, miracula inter illos à Domino edita, tãtũ ſuę patrię nocuerũt, vt eapropter illam indignam redderẽt, quam Dominus ipſius ciuis admirãdæ ſuæ virtutis editis miraculis nobilitaret; quid ſi Nazareni Christo ipſi ſuo ciui inuiderent, quid ſi illum capitali proſequerẽtur odio? Patriã, in qua natus, nutritúſq; eſt, Abrahã

Luc. 4. S.Ambroſ. *Inuidus fruſtrà Deum orat.* Beda *Propter inuidos patria laborat.* S. Ambroſ. *Quanta ſit malignitas inuidia.* B C D E

iuſſu Dei reliquit, quippe quæ inuida, impia, ſacrilega, crudelis extiterit in Abrahamũ; atq; adeò in tanta colluuione infideliũ, qui poterat diu viuere Abrahã aut animo, aut corpore illęſus? Nulla patriæ, nec parẽtum, imò nec ipſius vitæ ratio habenda eſt, vbi de fide, de religione, de Deo agitur. Enimuero illa eſt optima D. Amb. ſententia *ſer. 17 in Pſ. 118.* Nulla patria verior, quam fides. Quocirca, qui verã Dei fidẽ habet, exul eſſe a patria dici nõ debet; ille verò toto orbe extorris eſt, qui fide caret. Hinc Iere. vt ibidẽ exponit Amb. exilium ſuorum ciuium ab Hieruſalem in Babylonẽ miſerabili dolore deplorat in Threnis: Prophetico (inquit) ſpiritu iſtam magis captiuitatem præuidens Iudæorũ, qua eos intelligibilis Babylonius in perpetui erroris vnda ſubiecit; & domeſticæ virtutis extorres, de ſtatu paternæ deuotionis eliminãs lõgæ affecit peregrinationis exilio. Sic Amb. Quare ſi fidẽ ſpectes Abrahami, nõ illum dixeris à patria ſua exulem, quippe qui fidẽ Dei ſecũ portaret. Deinde, ſi vt hominẽ, & vt hominẽ ſapientẽ conſideres; extorrẽ haud meritò nuncupes, cui totus mũdus patria eſt, duplici nimirum ex titulo, quod eleganter idem Ambroſ. oſtẽdit *Epiſt. 42.* hiſce verbis. Primùm Deus mũdũ creauit, deinde habitatorem mũdi, cui totus mundus patria foret. Nam ſi hodie, quocunque acceſſerit ſapiens, vbique ciuis eſt, vbique ſua omnia intelligit, nuſquam ſe peregrinũ, nuſquã hoſpitem iudicat, quãto magis ille primus homo totius erat mundi incola, totum mundum ſuam poſſeſſionem putabat. Hæc ſanctiſſimus Doctor.

3. Res igitur geſtas huius tanti viri conatur deinde Moyſes præſcribere; quẽ quidẽ (vt bene animaduertit D. Amb. *li. 1 de Abrahã c. 1.*) ita deſcribit, vt retrò quodammodo ſe ipſe reſpiceret. Nec immeritò longè ſeipſum inferiorem iudicat Moyſes patre Abrahamo. Hũc enim virũ admirabili quadam ratione diuinũ Patris verbũ ſibi edocendũ, imbuendúmque aſſumpſit: vt cuius è ſemine matrem, & carnẽ ſibi iam ab omni æternitate delegerat. Sed de hac Verbi diuini cũ Abrahamo tam intima quadã familiaritate diſſerit luculẽter S. Irenæus *li. 4. aduerſus hæreſes c. 15.* Cuius verba, etſi aliàs commodiorẽ locum habere videãtur, huic vel maximè inſeruiũt, in quo appoſitè commendandus ille vir eſt, cuius hiſtoriã ſubintramus. Sic ergo inſit: Abrahã à verbo cognoſcens Patrem, hunc Deum confitebatur: edoctus repræſẽtatione, quòd inter homines, homo futurus eſſet Filius Dei, per cuius aduentũ ſemẽ eius erat futurum quaſi ſtellæ cęli, cõcupiuit eã diem videre, vti & ipſe complecteretur Chriſtũ: & per ſpiritũ Prophetæ eã vidẽs exultauit. Propter quod & Simeõ ex ſemine eius reimplebat gratulationẽ Patriarchę, & dicebat: *Nũc dimittis ſeruũ tuũ Domine in pace, quoniã viderũt oculi mei ſalutare tuũ. Quod paraſti ante faciẽ,* &c. Et Angeli gratulationẽ magnam vigilantibus nocte paſtoribus enunciauerunt. Sed & Maria ait: *Magnificat anima mea Dominũ. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Deſcẽdẽte quidẽ exultatione Abrahæ in eos, qui erãt ex ſemine eius, euigilãtes, & vidẽtes Chriſtũ, & credentes ei: reciproca autẽ rurſus egrediẽte exultatione à filiis Abraham, qui & cõcupierat diem aduẽtus Chriſti videre. Hæc Irenæ. Admirabilis planè ſentẽtia, ſed vera tamen haberi debet: quòd tam grandis, & copioſa extiterit illa exultatio Abrahami cupientis videre diem Domini Ieſu, támque immenſum gaudium, cùm illam ſpiritu vidit: vt ex

A B C D E *Vides veram patriam.* S.Ambroſ. S. Ambroſ. *Sapiens vbique ciuis eſt.* S Ambroſ. *Verbum diuinum Abrahamo fuit magiſter.* S. Irenæ. Luc. 2. *Mira exultatio Abraham videntis diem Domini.* Luc. 1.

Abrahami gaudio & exultatione, velut è mari A quodam deriuaretur in omnes Abrahami poſteros, qui Chriſtum lætis oculis, exultantibuſque animis viderunt & receperũt magna pars illius gaudij, quo exultarunt. Nec minoris miraculi eſt quòd omnium, qui viderunt & receperũt Chriſtum Dominum, exultatio & gaudium in Abrahamum ipſum refunderetur: vt ſic omniũ exultationibus, & gaudiis exultare gauderéque poſſet Abraham; quippe qui ſolus ipſe per ſe non poterat tantum, quantum exoptaret, de Domini Ieſu incarnatione exultare & gaudere. Sermo quidem eſt de illis Domini verbis Ioan. 8. ad Iudæos: *Abrahã pater veſter exultauit, vt videret diẽ meum, vidit & gauiſus eſt.* Porrò mihi magna hęc B omnia, & mira de Abrahamo contemplanti occurrit, quid timeam pariter, atque admirer. Iſtáne

Ioan. 8.

verò, vt Thare pater fratréſque Harã, & Nachor in ſeruitio deorum falſorum mortem obierint æternis ignibus damnãdi: at Abraham innumeris & incredibilibus Dei fauoribus delibutus vitam trãſegerit, & mortem appetierit? Proh quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia Dei! Anne habent reprobi, quid de Deo iuſtè conquerantur? Nihil ſanè. Nam vt ſapientiſſimè diſſerit D. Gregor. Nazianz. *Orat. in plagam grandinis*: Dei miſericordia, vt eſt apud Iſai. *cap.* 16. ad libram expẽditur (nec enim Dei bonitas, & clementia iudicio caret; vtcũque aliter illis viſum ſit, qui priores in vinea laborarũt, imparem illam videlicet, in æqua mercedis perſolutione rationem nequaquam intelligentibus) & ira criminibus noſtris proportione reſpondet: id quod poculum in manu Domini appellatur, & calix ruinæ, qui ebibitur, *Iſa.* 51. *Pſ.* 74. Tametſi alioqui omnibus de pœnæ meritæ atrocitate quidpiam remittat, itaque meram cum clementia diluat: ita tamen, vt ex aſperitate quidem ad lenitatem, & gratiam inclinet, ſi quos metu caſtigari, & emendationem vitæ concipere conſpexerit: fæcem tamen interim, hoc eſt, extremam iram aſſeruet, vt eam totã in eos effundat, qui humanitate ipſius, & facilitate adeò non ſanantur, vt etiam obdureſcant. Hæc Nazianz. Iuſtiſſimo igitur Dei iudicio, vnus aſſumitur, alter relinquitur. Thare, Haran & Nachor, ſeruientes diis alienis, in ſempiternum perierunt: at Abraham filius illius, atque horum frater Deo vero inſeruiit multis, & maximis ab eo affectus eſt beneficiis, vt pater fidelium, imò quod amplius eſt, pater Chriſti Domini diceretur. Sed tamen Abraham diuinæ gratiæ nõ defuit: nec enim merita, virtutéſque tanti viri facilè quis oratione comprehendet. Magnus planè vir (inquit Ambroſius) & multarum virtutum clarus inſignibus: quem votis ſuis philoſophia non potuerit æquare. Denique minus eſt quod illa finxit, quàm quod iſte geſſit; maiórque ambitioſo eloquentiæ mendacio, ſimplex veritatis fides. Sic Ambroſ. *libro de Abraham, cap.* 2. & E quidem multũ debemus diuinæ gratiæ, eo quòd tam præclarum virum mortalibus eſſe voluit, virtutum omnium exemplar, & in quo demonſtraretur, quantum apud Deum valeat hominis iuſti meritum. Quod eleganter D. Ambroſ. *cap.* 1. ſic proſequitur. Dominus Deus noſter hunc (ſcilicet Abraham) locupleti ſuæ benedictionis dote donauit, vt eius gratia prouocaret cæteros, inſtitutione corrigeret: Moyſes quoque imitãdum nobis deſcripſit, vt corda hominum in vitium labentia, huius viri contuitu velut quodam terreno buſto reſuſcitaret. Denique paulo inferiùs

*Vnde vnus aſſumatur, alter relinquatur.*

S. Greg. Nazianz. Iſai. 16.

C

*Ira Dei mitigatam peccatores.*

D

S. Ambroſ. *Abrahami virtutes philoſophia non aſſequitur.*

S. Ambr. *Abraham exemplar virtutum.*

vocat Abraham expreſſam virtutem ſapiẽtis viri, & diuino inſtitutã magiſterio. Ac prima quidem omnium virtutum, quæ in Abrahã elucent, hauddubiè obedientia eſt, qua Domino dicẽti, ac iubenti promptiſſimè paruit, vel in præceptis obſeruatu difficillimis. Ecce (inquit D. Gregor. *lib.* 27. *moral. cap.* 7.) cũ præceptis cæleſtibus ſubdi per obedientiam cupimus, conſideratis antiquorum Patrũ veſtigiis iuuamur. Quid enim Abraham obediẽtius, qui ad vnam vocẽ Dominicam cognatos ac patriam deſerit? Orig. *hom.* 1. *in Cãt.* Abraham (inquit) tanquam moralem declarat philoſophiam, per obediẽtiam. Tanta enim eius fuit obedientia, & obſeruatio mandatorum, vt cùm audiret, *Exi de terra tua*, &c. non ſit cunctatus, ſed ſtatim fecerit, imò & aliquid amplius fecerit. Sic ille. Magiſter igitur obediẽtiæ, quæ tota eſt philoſophia Chriſtiana circa mores, & opera deſudans Abraham à Deo conſtitutus eſt. Sed non minùs illuſtris, aut fortè illuſtrior illa obediẽtia Pauli tyronis adhuc, cùm dixit: *Domine, quid me vis facere*: Act. 9. vbi S. Bern. *ſerm.* 1. *de conuerſ. Paul.* O verbum breue, ſed plenũ, ſed viuum, ſed efficax, ſed dignum omni acceptione! quàm pauci inueniũtur in hac perfectæ obediẽtiæ forma, qui ſuam ita abiecerint voluntatem, vt ne ipſum quidem cor proprium habeant, vt non quid ipſi, ſed quid Dominus velit, omni hora requirant: Domine quid me vis facere? Sic S. Bern. Audi quoque David. Pſal. 56. *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meũ.* Exultat de triũpho mortis: declarat S. Hieron. ſcilicet perfectus obediens ita paratum ſe exhibet ad ſubeunda quæcunque aduerſa, vt iam glorietur de triumpho mortis, quam oppetere pro obedientia exoptat.

*Abraham obedientia magiſter.*

Origen.

Act. 9.

S. Bern.

Pſ. 56.

4. *Dixit Dominus ad Abram.* En quid ſit obedientia, nimirum: Deo dicenti parere. Nec enim alium in prælato dicente, quàm Deum ipſum reſpicere debemus, iuxta illud Domini: *Qui vos audit, me audit; qui vos ſpernit, me ſpernit.* Obediẽdum igitur eſt cathedræ, licèt aliquando non ſit imitandus, qui ſedet in cathedra: illa non errat præcipiendo, quicquid erret iſte malè viuendo. Exoſus Deo propter nimiam ſocordiam ſuam, & filiorum ſacrilegã impietatem Heli Pontifex erat: & Dominus tamen Samuelẽ puerum dormientẽ vocans, vtitur voce, ſonóque conſimili pontificis locutioni. Quid S. Greg. Pap. *in* 1. *Reg.* adnotauit his verbis. Puer, cùm loquente Deo, ad Heli cucurrit, vocem profectò Deus Heli ſimilẽ protulit. Quid ergo eſt, quòd diuinæ locutionis vox ab Heli voce non differt; vox Heli Dei eſſe cognoſcitur? vt ſentiamus, ea quæ dicuntur nõ eſſe loquentis hominis, ſed præcipiẽtis Dei. Hæc ille. De Prophetis per Heli ſignificatis intelligit: abſolutè autem intelligo etiã de prælatis, quorum vox cenſetur vox ipſius Dei. Eſt quidẽ obedientia fortè inter omnes virtutes obſeruatu difficillima; quippe quæ non modò humanam voluntatem ſuopte ingenio liberã, regíque impatientem cohibeat: ſed quod amplius multo eſt, ipſammet intelligentiam mentiũ natiuo ſuo imperio ſupra omnes animæ, & corporis facultates exultantem cõprimat & captiuet: vt nõ incongruè dici poſſit obedientia totius hominis holocauſtũ voluntarium. Quod grauiter expẽdẽs idem Greg. *lib.* 35. *mor. cap.* 11. cõcludit: Tantò igitur quiſque Deum citiùs placat, quãto ante eius oculos repreſſa arbitrij ſui ſuperbia gladio præcepti ſe immolat. Cæterùm hãc tam arduã difficultatẽ in obediendo, atque in ſeipſo quaſi mactando ſapiens ille

Luc. 10.

S. Greg.

*Vox prælati vox Dei.*

*Obedientia virtutum difficillima.*

*Obedientia holocauſtum.*

ſpetabit, qui quantum inde capiet emolumẽti, animaduertet. Eſt illud verò, de quo ſic ait idem

S Gregor.

Greg. *in cap. 4. Reg. 1.* victimæ ſunt obſequia obedientium; quia, cùm hominibus pro Deo ſubiicimur, ſuperbos ſpiritus ſuperamus. Cæteris quidẽ virtutibus dæmones impugnamus, per obedientiã vincimus. Victores ergo ſunt, qui obediunt; quia dũ voluntatẽ ſuam aliis perfectè ſubiciũt, ipſi lapſis per obedientiã Angelis dominantur. Hæc ſanctiſſimus Papa. Quorſum obſecro Deus factus eſt homo patri obediens vſque ad mortẽ?

*Obedientia victoria.*

S Irenæus.

Optimè reſpondet diuus Irenæus *lib. 3. aduerſus hæreſ. cap. 20.* vt quod perdideramus in Adã, hoc in Chriſto Ieſu reciperemus, quia non erat impoſſibile eum hominem, qui ſemel victus fuerat, & eliſus, per obedientiam replaſmare, & obtinere brauium victoriæ. Sic ſanctiſſimus Martyr. Itaque inobedientia vicit, victũmque eliſit hominem, eundem obedientia reformat, & ad priorem ſtatum ſuæ originis reducit, erectum conſtituit in acie, & in palæſtra victorem efficit, victoríque tradit brauium. Sed adhuc obmurmurat caro infirma, & obedire tota vita moleſtiſſimum cauſatur: contrà ſpiritus ad obediendum promptus longiſſima, imò per omnem æternitatem obedientia Chriſti Dumini, ſuam tam breui circumſcriptam æuo huius vitæ conſoletur. Enimuero digna ſuo autore illa eſt obſeruãtio D. Gregorij *loco indicato moralium*, de Chriſti Domini ſempiterna obedientia his verbis Dominus ait: *Non poſſum ego à meipſo facere quicquam; ſed ſicut audio, iudico*, Ioan. 5. Nobis quippe obedientia vſque ad mortem ſeruãda præcipitur. Ipſe autem ſi ſicut audit, iudicat, tunc quoque obedit cùm iudex venit. Ne igitur nobis vſque ad præſentis vitæ terminum obedientia laborioſa appareat, Redemptor noſter indicat: quia hanc etiam cùm iudex venerit ſeruat. Quid ergo mirum, ſi homo peccator ſe obedientiæ in præſentis vitæ breuitate ſubiicit, quando hanc mediator Dei, & hominum, & cùm obedientes remunerat, non relinquit? Hæc Gregor. Nihil planè dici poſſet luculentiùs ad commendationem obedientiæ, quam Dominus Ieſus tanti fecit, vt etiam in cæleſti regno conſiſtens obedientiam exhibeat: audit enim æternum patrem, & ex præſcripto patris, ſic indicat. Quid ſi vt in cælo obedit Chriſtus patri imperanti vt iudicet, puniátque ſceleſtos, ita etiam matri diceuri, & materna quadam fiducia quodammodo imperãti, vt parcat, remittat; miſericordiam, gratiámque hominibus impendat? Libet enim non ſemel teferre illud S.

S Gregor. *Noſtra obedientia breuis, Chriſti autem diuturna.*

Ioan 5.

S.P Dam.

Petr. Damian. *ſerm. 1. de natiuit. Mar.* Accedis, ô ſemper Virgo, ad illud aureum reconciliationis humanæ altare, non ſolùm rogans, ſed etiam imperans, Domina, non ancilla. Optimè S. Ambroſ. *in exhort. ad virg.* Palmam (inquit) publicæ ſalutis ſolis virginibus dedit Scriptura. In veteri Teſtamento terra, ac mari clauſo Hebræorum populum virgo per maria duxit; in Euangelio autorem mundi, & Redemptorẽ virgo generauit. Sic in communi quadam neceſſitate orantibus in templo Dominicanis legimus Virginis Deiparæ imaginem cum Filio Ieſu clara voce dixiſſe: *Fili exaudi eos.* Meritò igitur S. Method. martyr vocat Virginẽ, Diuinæ caritatis promptuarium. Origen. Theſaurum Deitatis. S. Ignatius, Anchoram, portum, propugnaculum. S. Bernard. Terram lacte & melle manantem: nauem in medio maris: apothecam hominum vinificatricem. S. Damaſc. Fontem perenniter fluentem: paradiſi

S Ambr.

S. Method.

Origen.

S. Ignat.

S. Bern.

S. Damaſc.

delicias; fidelium turrem. Quid plura? mater Dei eſt, & mater miſericordiæ.

---

## SECTIO II.

*Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtrabo tibi.*

1. PErfectam, vt corpore, ſic etiam animo de Chaldæa egreſſionem intelligit D. Aug. vt iam præmiſimus; quod tamen Lyrano haudquaquam placet. Non enim (inquit) videtur probabile, quòd vellet redire in Chaldæam ſub tyrannide Nemrod, qui adhuc regnabat, ſicut habetur infrà *cap. 14.* vbi legitur. Factũ eſt autem eo tempore vt Amraphel Rex Sennaar, &c. id eſt, Nemrod, erat enim ſecundùm omnes Hebræos binomius; & ideo meliùs dicitur: Egredere de terra tua, hoc eſt, longiùs recede ab ea. Hæc ille. Porrò ſiue referas ad Vr Chaldæorum natale ſolum Abrahami, ſiue ad Harã Meſopotamiæ, vbi iam exul à patria conſiderat: difficile præceptum imponitur Abrahamo. Pulchrè Origen. *hom. 1. in Cant.* conſiderans iugem iſtam, & infatigabilem Abrahami, & duorum ſubinde Patriarcharum peregrinationem, cùm eos habeat diuinæ cuiuſdã philoſophiæ antiſtites, & doctores; adiungit conſequenter: Per hæc oſtendunt, neque in terris habẽdum eſſe aliquid proprium huic, qui diuinæ philoſophiæ ſtudet: ſed ſemper promouendum non tam de loco ad locum, ſed de ſcientia inferiorum ad ſcientiam perfectiorũ. Sic ille. Egredere de terra tua. D. Ambroſ. *cap. 1. lib. 1. de Abraham*; intelligit Haran, ſeu, vt loquitur, Charan: de qua propriè dicitur exire Abraham, nam vt ait: Antea terra ei fuerat alia, hoc eſt, regio Chaldæorum, de qua exiuit Thare pater Abrahæ, & in Charan demigrauit. Quare egreſſio de Chaldæa propria videtur eſſe Thare; altera verò de Haran ſola, & tota eſt Abrahami. De hac in ſenſu myſtico diſſerit idem Ambroſ. appoſitè ad commendandum confeſſionis ſacramentum. Hoc eſt (inquit) exire de Chara, tanquam de cauernis quibuſdam, & cuniculis, latibuliſque egredi: latere enim criminoſæ cõſcientiæ eſt. Et nos igitur ſequentes Abrahã exeamus de latibulis. Si enim filij Abrahæ ſumus, opera Abrahæ faciamus, vt luceant opera noſtra bona coram Deo, & coram hominibus. Iuſtus dicit opera ſua Regi, *Pſ. 44.* Peccator ſeipſum occultat; ſicut Adam ſe occultare cupiebat, ſed latere non poterat. Hæc Ambr. Quid agis ô peccator in latibulis Haran? oculis Dei nihil eſt abditum, nullum eſt latibulum. Inſipientiſſimus, ſi vel dicto, vel facto illud proferas: *Nõ videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob*, Pſ. 93. Benè ibi D. Hier. Deus totus oculus eſt, quia omnia videt, totus manus eſt, quia omnia operatur. Totus pes eſt, quia vbique eſt. Quis ergo aut oculum, aut manum, aut pedem Dei effugiet? Quis latere Deũ, quis Deo reſiſtere, quis à Deo fugere poterit? Ergo ſacerdotis pedibus pronolutus: *Reuela Domino viam tuam*, Pſ. 36. Vbi D. Ambroſ. Pulchrè reuela Domino viam tuam: quia natura hominum prona peccato, velut quoddã menti noſtræ velamen obducit, ne noſtra Domino peccata fateamur, qui poteſt vulnera noſtra ſanare; vt erubeſcat quis ore proprio poſtulare medicinam,

Lyra.

Origen.

*Iuſto nihil in terra proprium, ſed ad cæleſtia procurrendum.*

S. Ambr.

*Ad iuſtitiam peccatori neceſſaria confeſſio.*

Pſalm. 44.

Pſal. 93.

S. Hier.

*Deum nemo poteſt effugere.*

Pſ. 36.

S Ambr.

*[illegible]*

ne coram hominibus ſua prodantur opprobria. A Premit igitur ſe intra hominem cóſcientia cùm latere non poſſit, & tandiu differt, quo ad vulnus efferueat, vt iam non fidei ſalubritate, ſed immedicabili atrocitate vlceris detegatur, &c. Sic Ambroſ. Similiter locum intelligit de confeſſione

S Hieron.

S. Hieron. Tu ( inquiens) quod habes in corde, patefacere debes Deo in ſermone per confeſſionem tuam. Confitere ei actiones tuas, & ipſe tibi remittet peccata tua. Sic Hieron. Egredere de terra tua, non qualiſcunque, ſed ingens quidem innuitur his verbis difficultas præcepti, vt Abraham ſuam terram dereliquat. Cui enim (inquit

S August.

D. Auguſt.) non eſt magis dulce proprium tugurium, quam palatia peregrina, & voluntaria ca- B ſa, quàm digeſta prætoria? Quis propria ſine dolore deſeruit, aut ſine lacrymis dereliquit? cui nõ eſt durum illos conſcios natalium parietes, dulcia illa limina, atque amabilem larem, quem & parentum memoria, & ipſius infantiæ rudimenta commendant; vbi cunabula illa, noui, & mox orientis hominis famulabantur: vbi ſecura alludens infantia, inter lucis primordia, aut pueriles anni ſimplicitate felices, quos ſibi inter laſciuos, atque ipſius ætatis luſus, vernaculo genuina ſolo neceſſitas exhibebat? Inter hæc ergo tam blanda, tam dulcia, quæ omni fuerant difficultate relinquenda: Exi ( ait ) de terra tua. Quis hoc ſine fidei viribus audiret? Hæc Auguſt. Nota obiter, C quàm pulchrè vocet pueriles annos ſimplicitate felices. Qui enim addit ſcientiam, addit laborem. Magna igitur laus Abraham, quòd rem ſummæ difficultatis Domino imperanti promptiſſimè obediuit. Neque verò niſi in arduis virtus conſiſtit, & tanto illuſtrior apparet, quanto difficiliora ſunt, quę obediẽdo ſuperãtur. Igitur Abrabam

*Arduum eſt relinquere domum propriã.*

S August. *Abraham denominis Chriſtiani magiſter.*

(ait D. Auguſt.) pater noſter radicem fidei, nominiſque Chriſtiani habebat, qui cùm ea proprietate genuina ad incerta, atque peregrina iuberetur exire, tota deuotione cõpleuit, cui in re tam dura, nulla dubitatio fuit, ſed ſentẽtiam Dei tanquam qui optare videretur, accepit. Hæc Aug.

2. Innumeros habet Abrahamos Chriſtiana D fides; plena eſt enim viris ac fœminis; qui exeuntes à terra ſua, & à domo patris, & à cognatione; abdicatis omnibus terræ bonis, & quod maius eſt, ipſiſmet carnis, & propriæ voluntatis affectibus omnino compreſſis in Dei famulatum ſe tradiderunt. Qui ſine intermiſſione dicunt:

Act. 9.

*Domine quid me vis facere?* Act. 9. quamuis (S. Bern.) ploret noſtram deſidiam. Sic enim *ſerm. 1. de conuer. Paul.* Heu plures habemus Euangelici illius

Luc. 18. S Bern. S. August.

cæci, quàm noui Apoſtoli imitatores. Quid vis ( ait Dominus) vt faciam tibi? *Luc.* 18. quanta eſt miſeratio tua Domine, quanta dignatio tua? Siccine Dominus quærit, vt faciat voluntatẽ ſerui? abſit Domine, tu magis dic, quid me vis facere velis. Ita Bern. De Chriſto Domino dictum intelligit D. Aug. quòd vocetur à Propheta pater E orphanorum, & iudex viduarum, Deúſque ſit in loco ſancto, & habitare faciat vnius moris in

Pſal. 67. *Religioſi maximè inter fideles eminent.*

domo, *Pſal.* 67. De his ( ait Aug.) orphanis & viduis, id eſt, ſpei ſecularis ſocietate deſtitutis Dominus ſibi templum fabricat. Non quòd ſolis religioſis conſtet fabrica Eccleſiæ Chriſtianæ: ſed quòd ij maximè inter cæteros emineant multarum, & clariſſimarum virtutum ſplendore, quæ magis produntur, quò à mundi contagio magis

S. Ambr.

recedunus. Diſertè admodum S. Ambroſ. *lib. de fuga ſecul. cap.* 4. Fugit Dauid à facie Saul Regis, & à facie Abſalon, fugiens augebat incrementa

Ben. Fern. ind. in Gen. tom. 1.

pietatis; qui, & inſidiatori pepercit, & parricidę ſalutem rogauit. Scilicet hæc omni æuo tam celebrata exempla patientiæ non præbuit Dauid, niſi cum fugeret. Vnde pulchro quodam nomine religioſam vitam idem Ambroſius eodem loco appellauit ſedem gratiæ; vtique in qua gratia reſidet, & virtutum omnium religioſis dona diſpenſat. Accedamus ( inquit) fidei ſuffragio ſubnixi, & eius remigiis ſubleuatis ad illam ſedem gratiæ fugientes hoc ſeculum, & eius contagionem. *Egredere de terra tua, & de domo patris tui, & de cognatione tua.* Vbi S. Ambr. Satis fuerat dixiſſe de terra tua; ibi enim erat exire de cognatione, exire de paterna domo. Sed ideo addidit ſingu- B la, vt eius affectum probaret, ne fortè, aut imprudenter cœpiſſe videretur, aut fraus aliqua cęleſtibus mandatis pararetur. Hæc Ambroſ. Ita omnibus ſigillatim, & dilucidè propoſitis à Domino illuſtrior apparet pietas & obedientia Abrahami, qui omnes & ſingulas in præcepto Domini difficultates optimè diſpiciens; nihilo tamen minùs diſpectis, & deſpectis omnibus, quæ animi ſui alacritatem poſſent remorari, ad parendum ſe accingit. Non vult enim Dominus in ſuo obſequio cæcos, quos Dauid aufert de monte Sion; qui, quæ imperata ſibi ſunt, non videant, nec intelligant, atque adeò, qui temerè, ac cæco impetu in virtutis opera ferantur. Idcirco C enim animalia illa, de quibus *Ezec.* 1. oculis plena erant antè, & retrò; ac ſubinde Deum in throno portabant, vt nihil omnino in Dei famulatu exequerentur, quod non probè, attentè, dilucidè minutiſſiméque, multorum adminiculo oculorum contuerentur; ſed ita viſis diligenter omnibus exequebantur tamen imperantis mandata, veluti cæco ruerent impetu, nec à ſeipſis, ſed ab ſpiritu quodam violento raperentur. Ad hunc modum petentibus & ingreſſuris religioſam familiam, omnia illius inſtituta, & munera, ſigillatim ac dilucidè proponi ſolent, & explicari; ne quis temerè, inſcius, ac cæcus tam arduum vitæ genus aggrediatur: tãtóque illuſtrior fit religio- D rum pietas, quanto magis oculati, & ſcientes accedunt. Indicitur Abrahamo vita peregrinantis, quæ ſecum innumeras & acerbiſſimas importat moleſtias. Sed pro Dei amore, & obſequio vir iuſtus libentiſſimè nihil non moleſtum, ac durum ſuſtinet. Amara quidem vita, ſed hoc vno tantùm nomine cara eſt iuſtis, vt in illa laborare, affligtari, patíque pro Deo poſſint, quod egregiè probat Theod. *in epiſt. ad Philip.* 2. hiſce verbis. Epaphroditus coadiutor Pauli infirmatus eſt vſque ad mortem, ſed Deus miſertus eſt eius, ait Apoſtolus. Illud, *miſertus eſt eius*, ſignificat vehemens eius ſtudiũ in certaminibus: neque enim volebat ab hac triſti, & calamitoſa vita diſcedere propter lucrum, quod ex ea ſciebat prouenire. Sic Theodoret. Et quidem Epaphroditus, vt ibi E Apoſtolus ſcribit, mœſtus erat, ſcilicet propter morbũ penè extremi periculi: nam viri iuſti vitam hanc idcirco amant, quia vt palęſtram coronarum, ſegetem meritorum, ac theſaurum maximarum opum animæ illam reputant. Stabúntque aduersùs eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum. *Sapient.* 5. vitam vocat ſapiens labores ſanctorũ: in qua ſolummodo gaudent viuere, vt laborent. Addit Apoſtolus: Sed Deus miſertus eſt eius: ſcilicet (explicat S. Hieronymus) vt maiorem docendo colligat fructum. Cæterùm de mœſtitia Epaphroditi aliter diſſerit idem Hieronym. Triſtitiæ (inquiens)

S. Ambr. *Religio ſedes gratiæ.*

*Obedientia ſigillatim probata.*

*Obedientia videt, sed non diſcutit.*

Ezech. 1.

Theod. *Vita cara iuſtis, vt laborent.*

Sapient. 5.

S. Hieron.

AAA 2 vtili.e

veſtræ cauſa mœſtus erat, eo quòd vos per infirmitatis ſuæ nuncium pauerer nimiùm contriſtatos; ſic enim dicitur: Et mœſtus erat, propterea quòd audieratis illum infirmatum. Sic Hier. Plus ergo pius frater aliorum triſtitia, quàm ſua tam graui ægritudine angebatur.

S. Cyril. *Abraham fidelium, & religioſorum radix.* 3. Admirabilis ſanè virtus Abrahami, quippe qui (vt rectè obſeruat Cyril. Alex. *lib. 3. contra Iulianum*) ex medio deceptorum ereptus, ad lucem veræ agnitionis Dei vocatus eſt, factúſque eſt, quaſi radix eorum, qui per legem, & Prophetas ad pietatem eruditi ſunt. Adde & eorum, qui à ſeculi vanitate ad religioſum inſtitutũ à laxiore ad anguſtiorem vitæ rationem conſectandam in lege gratiæ ſine vllo, aut numero, aut termino diuinitus vocantur: libentíque animo egrediuntur de terra ſua, & de domo patris ſui, & de cognatione ſua, vadúntque in terram, quam Deus demonſtrat; ſcilicet, vbi arctiùs viuitur, iugiter depugnatur aduersùs carnem & ſanguinem, & aduersùs principes, & poteſtates tenebrarum harum. Tria hæc in profectione Abrahami D. Baſil.

S. Baſil. *Quæ ſit perfecta egreſſio.* in myſticum ſenſum ſic euoluit. Egreſſio perfectiſſima aſcenſio eſt ab omnibus corporis voluptatibus, quæ quidem nomine *terra* explicantur, cùm dicitur Abrahæ: Egredere de terra tua: ſed & fuga à delectatione ſenſilium organorum nomine cognationis innuitur, cùm additur: & de cognatione tua. Denique auerſatio, & fuga vitæ criminibus priùs obnoxia per cõtraria virtutum ſtudia paternæ domus vocabulo inſinuatur, cùm ſubiungitur: & de domo patris tui. Hæc Baſil. *in 7. Iſai.* Cuius frater S. Greg. Nyſſen. non dubitauit appellare Abrahamum fidei viam. Sic enim

S. Gregor. Nyſſen. *Abraham philoſophiæ Chaldaicæ.* *orat. de Laudibus Baſil.* Abraham quaſi ſcala vſus philoſophiæ diſciplina inueſtigauit illũ, qui per res, quæ videntur, intelligitur; ac quaſi via fidei, quæ in Deũ verum eſt, poſteris exſtitit. Hæc ille. Et quidem cùm multa ſint, quæ fidem exornant, illa præcipuè in Abrahami fide commendantur; caritas, humilitas, obedientia. Enimuero, vt piè doctéque philoſophatur B. Laur. Iuſt. in ſuo li-

B. Laur. Iuſt. guo vitæ, *cap. 7.* Fidei perfectio venuſtatur & cognoſcitur, quòd ſit caritate formata, ſicut fides Magdalenæ, cui dimiſſa ſunt peccata multa, quoniam dilexit multum; fides etiam huius ſaluam eam fecit. Et dicitur: *Vade in pace*, Luc. 7. O ver-

Luc. 7. *Fidem venuſtant caritas, humilitas, & obedientia.* bum delectabile & ſuaue! quàm libenter id Magdalena audiuit, & quàm iucundè receſſit, & perfectè ad Dominum conuerſa deinceps honeſtè & ſanctè vixit, ac Domino Ieſu, & matri eius perſeueranter adhæſit; quod totum ex merito formatæ fidei recipere promeruit. Deinde quòd ſit humilitate ſubiecta: ſicut fides beatæ Virginis, quæ ait: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecũdum verbũ tuum*, Luc. 7. Verè enim fides humilitate ſub-

Luc. 7. *Fides, & humilitas B. Mariæ.* iecta erat in virgine, quia illud credidit in ſe fieri debere ad verbum Angeli, quod nunquã à ſeculis fuerat auditum, nunquam repertum, nunquam viſum, aut ab aliquo cogitatũ. O fides Deo accepta! ô humilitas grata! ô obedientia omni ſacrificio Deo iucundiùs oblata! ô ſublimis mater Domini! ô mater humilis ancilla Domini? quid ſublimius eſſe poſſet? quid ſentire humilius poſſet? ancillam ſe dicit Domini, quæ mater eligitur; & repentina exaltata promiſſione, nullam ſibi prærogatiuam tantæ gratiæ vindicauit, quo faceret, quod iuberetur. Præterea, quòd ſit obedientia decorata, ſicut fides Abrahæ, qui obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem, & exiit neſciens quò iret. Hactenus B. Laurent. Ad hunc locum humilitatis Virginis Deiparæ venit in mẽtem ridicula illa calumnia, quam imperitus iuxtà, atque impudens hæreſiarcha Caluinus catholicis aſtruit, quòd perperam vocemus Dominam, quæ ſe dixit ancillam Domini: neſcit miſer, quæ ſit humilitatis virtus. tanto enim quis humilior, quanto alioqui ſublimior exiſtit. Chriſtus & Dominus, & Deus eſt, & cùm tantus ſit, exinaniuit ſe, formam ſerui accipiens. Vermem ſe, & opprobrium hominum appellauit, qui tamen vniuerſorum Dominus eſt. Cuius exemplum ſecuta parens virgo ancillam ſe Domini dicit, quæ tamen mater Domini eſt, quæ peperit Filium Altiſſimi, Regem, cuius regni non erit finis: & conſequenter Regina Domina

B & mater Dei eſt, quam beatam dicunt, dicéntque omnes generationes.

4. Cæterùm, quòd fides Abrahæ coniunctam habuerit humilitaté, nemo ambiget; paruit enim, nec vir humilis Deo iubenti obſtitit, aut quicquam reddidit, cogitauitque contrarium diuino præcepto. Sed quid de caritate? Certè, vt ſcribit D. Greg. Nyſſen. *de vita Greg. Thaumat.* Abraham S. Gregor. Nyſſen.
Chaldaicæ philoſophiæ præditus, cùm concinnum, aptum, ratum, conſtantem, certum, ordinatúmque ſitum, ac motum ſyderum animaduertiſſet, harum rerum cognitione, tanquam ſcala, atque adminiculo vſus fuit ad ſuperi boni contemplationem, cùm reputaret, quòd ſi ea quæ ſenſu comprehenduntur, talia eſſent, quale eſſe *Abraham cognouit, & dilexit vnum Deum.*
poſſet id quod ſenſum ſuperat, atque ita aſſecu-

C tus eſt id, quod quærebat. Sic Greg. Nec verò nõ dicendum eſt, Abrahamum excitatum illa tam ſublimi veri vniúſque Dei cognitione, pariter in eius amorem deſideriúmque exarſiſſe quem deprehenderat ſummè bonum infinitéque amabilem; quo amore incitatus periculoſam vnius Dei prædicationem ſuſcepit in Chaldæa; paratus vtique pro Deo animam ſuam ponere: paruit egreſſionem à terra, à domo patris, à cognatione, & immenſas itineris futuri moleſtias, imperanti Deo. Sed omnia (inquit D. Chryſ. *homil. 31.*) leuia S. Chryſoſt.
& facilia ei apparere faciebat ſuus in Deũ amor. Vtique amore Dei, amores illos patriæ, parentũ, & cognatorum, qui vehementiſſimi, atque ſuauiſſimi eſſe ſolent, vir iſte iuſtiſſimus ſuperauit. Neque mihi mirandum videtur, quòd Deus ita

D ſuis in deliciis habuerit Abrahamũ, quippe quem inuenit, velut virtutum omniũ primitias, & fructus præcoces, qui quòd primi, & noui, & cùm alij non ſuppetunt, ſummo habentur in pretio. Enimuero (vt ait D. Cyril. *indicato loco*) in Abra- S. Cyril.
hamum optimè quadrat illud Oſeæ 9. *Quaſi botrum in deſerto inueni Iſraël, & vt fructum in ficu præcocẽ vidi patres eorum.* Res enim rara, & difficilis inuẽtu in ſolitudine eſt botrus; inuẽtus tamen ſemel ab eo, qui omnia videt deſideratiſſimus, & vt decerperetur gratiſſimus fuit. In ficubus autẽ gratiſſimum & iucundiſſimum cibo dicitur, quod præcox eſt, ante alia matureſcens. Deus igitur ſic inueniſſe dicitur Abraham inter Chal- Oſeæ 9. *Cur Deus Abrahã habuit in deliciis.*

E dæos idololatras, quaſi botrum & præcocem ficum in deſerto. Rectè autem præcocibus ficis comparatus eſt Abraham: nam ſicut præcox fructus, quaſi ſpecimen eſt quoddam, & promiſſio aliorum fructuũ, qui deinde producendi ſunt: ita vocationem hanc ſortitus eſt Abraham, quia veſtigia eius ſubſecuturæ erant gentes, quæ tunc ad veri Dei cognitioné cultúmque capiendum nõdũ naturæ erant. Hæc ex Cyril. Denique D. Bern. per tria hæc, quæ relinqui iubetur à Domino

Abraha

Abrahamus, intelligit tria genera inutiliũ (vt vocat, cogitationum, quæ nobis inſitæ, ac genuinæ ſunt, & quibus maximè à virtutis ſtodio retardamur. Exeamus (inquit *ſer. de cute, & carne, & oſſibus animæ*) de terra noſtra; vt non comprehendat nos cogitario ſpectans ad voluptatem carnis. Exeamus, & de cognatione noſtra, id eſt, à cogitationibus curioſitatis, quę nimirũ, cùm in ſenſibus corporeis habitet carnali vtiq; cognata eſt voluptati: exeamus etiã de domo patris noſtri, fugiamus cogitationes ſuperbię & vanitatis, Eramus nõ aliquãdo filij iræ, eramus & nos ex patre diabolo, qui nimirum Rex eſt ſuper omnes filios ſuperbię, & in montibus elationis ſedẽ ſibi, atque habitaculũ infeliciſſimum præparauit. Hactenus Bern. O quis affectum animæ ſecernat ab infida & maledicta terra ſui corporis, in qua omnium vitiorum ſiloeſcit eluuies! comprimendum, ſubiiciendum, mundandom ipſum eſt corpus, vt in cælo regnet glorioſum. Parcamus itaque (ait S. Cyr. Hieroſ. *Catech.* 18.) corporibus, & ne tanquam alienis, illis vtamur. Enimuero ſic turpitudinum cœno polluimus, ſic in vitia abiicimus corpora noſtra, quaſi forens aliena. Significat etiam hæc Abrahami tranſmigratio hominis à deteriore ad meliorem vitã diuinitus factam commutationem, vt delicatè admodũ philoſophatur Philo Heb. *lib. de migrat. Abraha*, paucula ſubiiciam, quæ habent: Egredere de terra, &c. id eſt, è terreno tuo, & cõtaminato corpore, & fuge carcerem corporis, ſimúlque voluptates, & cupiditates cuſtodes eius carceris quãtum potes, deuita. Egredere cognationem quoque ſenſuũ, quibus nunc familiariter vteris, ipſis vehementer deditus, qui tamẽ ad flagitia multa, & fœda te pelliciũt & impeliũt. Poſtremò egredere domum paternam, id eſt, vanitatem tuæ rationis, quæ ſe prorſus abiecit ad cogitationem rerum caducarum, ac vilium, & in iis, quæ breui peritura ſunt, quinetiam tibiipſi valde nocitura, conſectãdis, tractãdiſque tota planè occupatur. Hinc egredere, id eſt, ab hoc ſtudio, & cura rationem abſtrahe, & ad rerum meliorum, æternarum, ac cæleſtium contemplationem, & amorem erige. Hactenus ille.

*Tria maximè relinquenda pro Deo.*

*S. Cyril.*

*Philo Heb.*
*A deterioribus ad meliora transſeũdum.*

5. *Et veni in terram, quam monſtrauero tibi.*) Nõ quæ tellus ea ſit viro iuſto peragranda, nunc demonſtrat; vt neſciens ille, quò iret, totus in fide, atque obedientia poſitus ampliùs de Deo ſuo mereretur. Hinc D. Aug. *ſerm. indicato*, rectè adnotauit: Leuiùs probaretur, ſi vel nomen loci quò pertexiſſet, audiret. proficiſcitur, pergit, ſocia ſcilicet credulitate, coniuge comite, it ſecurus, it fretus, promiſſum ſibi fidei laboribus exacturus, plus ſperans de incerto, quàm fuerat ſecurus de proprio. Sic Auguſt. Non detegit Dominus terram, in quam deducit Abraham, cùm tamẽ ſigillatim commemoret ea, quæ relinquẽda præſcribit; ad maiorem ſcilicet ipſius probationẽ. Quod etiam D. Chryſoſt. eleganter ita expendit. Egredere, &c. Quaſi diceret: Relinque certa & omnibus confeſſa; & elige magis incerta, & non apparentia. Conſidera quomodo ab initio exercetur iuſtus, vt præeligat non apparentia, præ apparentibus, & futura præ iis, quæ in manibus ſunt. Præcipiebat ei Deus vt terram, & cætera relinqueret, irétque neſciens, & ignorans quorſum. Non enim dixit ei in quam regionem tráſferre eum velit; ſed mãdato indefinito piũ Patriarcham exercuit. Conſidera quantam mẽtem requirebat hoc mandatum, & quæ planæ nulla vel affectione, vel familiaritate impediri potuit. Reſpiciens iuſtus ad magnitudinem eorum, quę imperata erant, iis, quæ in manibus habebat, incerta præferebat. Ita Chryſ. Cùm verò multæ, in hoc facto Abrahami virtutes appareant: fides tamen, & obedientia, maxime videntur eminere. Fide nãque (ait Apoſtolus *ad Heb.* 11.) Abraham obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem: & exiuit neſciens quò iret. Quibus verbis, vt vides, & fides & obedientia Abraham commendatur. Dignum omni laude illud eſt, quòd exiuit neſciens quò iret. Nam (vt optimè aduertit Theophylactus) nõ impuliſſet quiſpiam, vel ſcientem, quò eſſet mox abiturus: vt præſentibus, & paratis omnino relictis futura & imparata perſequeretur. Sed Abraham exiuit ab illis, quę videbat, quę ſciebat, & quæ poſſidebat, neſciens tamen quò iret. En fides Abrahami. Neſciebat quidem quò iret, & tamen credebat magnum ſibi futurum inde emolumentum, quod ſanè ſperabat à Deo; verumtamen, quódnam illud eſſet, prorſus ignorabat. Quo fit (ait Theophylact.) vt ex fide iſtud proditet, vt iubenti Deo obſequeretur, cuius eſſe certiora promiſſa iam noſſet, & ea deſereret, quæ inter manus haberet. Sic ille. Sed adhuc interroges, vndénam ex verbis Domini hanc promiſſionem futurorum bonorum, ad quæ diuinitus vocabatur, intellexit Abraham? Reſpondeo ex illis prioribus vt in Hebræo habentur לך לך *lech lecha*, vade tibi. Ac ſi diceret, vt Caiet. & Lyra exponuntur: pro vtilitate tua longiùs recede à terra tua. Iſta egreſſio à terra tua, a patre tuo, à domo tua, a cognatis tuis, futura tibi eſt cauſa multorũ, & ingentium bonorum: quem planè theſaurũ reperies, ſi hinc exibis, ſi tua iſta derelinques. Sic bona huius vitæ, & corporis voluptates deſpicere ac relinquere, imò & mortem ſubire monemur in Dei obſequium, futurę immortalitatis præmio excitati. Radix enim (ait S. Cyr. Hier. *Catec.* 18. totius bonæ operationis eſt ſpes reſurrectionis: expectatio enim retributionis animam erigit ſpem; promptiórque fit omnis operarius ad perferendos labores, ſi præmium laborum præuiderit. Sic ille.

*S. Auguſt.*
*Abrahami obedientia probata, & ſpes plena.*

*S. Chryſoſt.*

*Ad Heb. 11.*
*Fide Abrahã obedientia.*

*Theoph.*

*Caiet.*
*Lyra.*

*S. Cyril. Hieroſ.*
*Vtiliſsima Abrahamo egreſſio.*

6. Dixerim ad hæc, ſpectari fidem Abrahami, non quòd promiſſionem intellexerit ex verbis Domini, præſertim, quia vt Lyppoman. & alij cõtendunt: Vade tibi, *lech lecha*, modus eſt loquendi vſitatiſſimus Hebręis, idem ſignificans, atque, vade, egredere: vt etiam Luſitanis eſt, *hideuos, ſabuos*. Sed quòd naturam Dei probè cognouerit, benignam & maleficam omnis bonitatis fontem; ac miſereri, & benefacere Deo eſſe quam gratiſſimum. Quare (ſecum ita Abraham) Deus iubet, vt mea relinquam? Grandis in hoc præcepto latet miſericordia, magnum mihi à Deo paratur beneficium: largus enim, & beneficus Dominus eſt, quem colo, nemo tanto Domino incaſſum vnquam ſeruiit ac laborauit: ſpes in eum non confundit. Eia clauſis oculis, neſciens quò vado, Deum ſequor iubentem & præeuntem. En, ſumma perfectio, quam viri ſancti expetunt, & religioſi propoſitam ſibi ſtudent comparare in exercenda obedientia, vt velut cæco impetu ferantur, neſcientes quò eant. Nihil obedientiæ, aut ratione, aut difficultate, aut fine etiam ſcrutando inquirentes. Quam promptitudinem cum huiuſmodi optabili cæcitati coniunctam *Can.* 1. commendari arbitror, vbi Dominus ad animam ſibi dilectã ait: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.* Vt enim equi iugales

*Lyppoman.*

*Obedientia cæca, ſed Deo fiſa.*

*Cant. 1.*

ad curſum feruntur ſolo ductu ſeſſoris, nec diſputant quare huc potiùs, quàm illuc dirigantur: ita Deo probátur, qui Dei iugo ſua colla ſubiiciunt, Dei mandatis aguntur, quaſi ratione careant; nec enim quorſum, aut quò, & quare ſibi eundum ſit, ante diſquirunt: ſed eunt ad imperiū regentis, neſcientes quò eant. Ac fortaſſe præter aliud ſignificatum, de quo ſuperiùs, illa *Ezechielis cap.* 1. animalia ibant, & non reuertebantur, cùm incederent ad nutum Dei in throno ſedētis, impetu ac velocitate fulminis: nec tamen oculos in fronte habere dicuntur, quibus viam antepoſitam diſpicerent: ſed vt vertit D. Hieron. Dorſa eorum plena oculis, ne obſtantes viæ difficultates, obiectáque rerum, rationum ac præceptorum momenta fixis oculis intuerētur. Quinimò, ſupra oculos ſarcina ipſa, quæ portabatur, compreſſos, Dei thronum, quō ille flectebat; mirabili deportabant alacritate. Hac igitur ſic explicata obedientia exiuit Abraham neſciens quò iret. Nec mirum eſt, cur tot ac tam prodigioſa operatus deinde fuerit, quippe cùm incredibilis ſit potentia obedientiæ. Idipſum optimè adnotauit D. Greg. *tom.* 3. *hom.* 29. ad illa verba Marci vltima: *Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequētibus ſignis.* Quid (inquit) in his conſiderandum, niſi quòd obedientiam ſigna ſecuta ſunt. Beda ſecutus Gregor. ita loquitur: Quid in his conſiderandum eſt, quid memoriæ commendādum; niſi quòd præceptum obedientia, obedientiam verò ſigna ſecuta ſunt? Sic ille. Quid plura? Stetit ſol in medio cæli obediente Domino voci hominis, *Ioſue* 10. Magnus planè Ioſue: ſed ſi rem attentiùs conſideres: Domini Ieſu typo (vt ait D. Hieron. *in Pſal.* 66.) ille magnus erat. Aliud etiam in hoc miraculo, & in hiſce verbis adnotauerim: nimirum totum obedientiæ acceptum referri. Sol obediuit Deo, Deus ipſi Ioſue in gratiam obedientiæ, quam Deo ſemper Ioſue præſtitit. Etenim (vt D. Aug. *lib.* 2. *de mirabilibus ſacræ Scripturæ, cap.* 4. obſeruat.) Non humani imperij autoritate luminaria requieſcunt, ſed Domini imperantis iuſſui obediunt: Dominus orationi ſerui ſui obediens præcipit, & obediunt. Ex quo intelligitur Deum ſeruorum ſuorum precibus obedire, & ad eorum neceſſitatem creaturas ſuas opportunè gubernare. Hæc Auguſt.

[Margin: Ezech. 1. — S. Hier. — S. Gregor. *Obedientia operatrix mirabilium.* — Marc. 16. — Beda. — Ioſue 10. — S. Hieron. — S. August. *Deus ſeruis ſuis obedit.*]

## SECTIO III.

*Faciámque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ.*

1. PRompto iam & alacri animo ad exequenda mandata Domini; fide, ſpe, atque amore Dei concitatum vidimus Abrahamum in ſuperiori ſectione: planè in quo illæ inter ſe virtutes colloqui viderentur, quarum ſententias D. Bernard. exprimit *ſerm.* 10. *in Pſal. Qui habitat*, ad hunc modum. Dicit fides: Parata ſunt magna, & inexcogitabilia bona à Deo fidelibus ſuis. Dicit ſpes: Mihi illa ſeruātur. Caritas: Curro mihi (ait) ad illa. Et quidem ſic ſe gerebat Abrahamus, antequā Dominus magnitudinem præmij, quo tā admirabilis viri iuſti obedientia remuneranda erat, illi aperiret. Fide ſic firma & alacri expeditus Abraham in arduā præcepti dominici executionem ſeſe immittit. O ſi talem fidem haberes; quanta profectò alacritate viam mandatorum Dei curreres! An non Petrus fide ſubnixus maris gurgites aliquando pede illæſo pertranſiit? Enimuero (vt S. Cyrill. Hieroſ. *catech.* 5. ait) Petrus omni fundamento firmiorem ſuper aquas habens fidem; & grauitatem corporis leuitate fidei attollebat. Sic ille. Solet autem Dominus, vt qui optimè noſtram infirmitatem agnoſcat, cùm aliquid arduum iniungit, præmium illicò proponere, quo humana fragilitas futuri boni ſpe illecta mirandum in modum excitatur. Qua de re luculenter ita D. Ambr. *lib.* 1. *de pœnit. c.* 16. Omne ſtudium torpeſcit dilatione; & ideo Dominus, vt præſentium fructu cumularetur deuotio diſcipulorum, dixit: Quoniam qui dimiſiſſet omnia ſua, & Deum ſecutus eſſet, ſepties tantùm reciperet, & hîc, & in futurum. Priùs hîc promiſit, vt faſtidia dilationis auferret. Addidit: Et in futurū, vt hîc diſceres credere in futurū quoque ſoluenda tibi præmia. Remuneratio igitur præſentium, teſtimonium futurorum eſt. Hæc Amb. Inprimis promittitur Abrahamo numeroſa, & glorioſa poſteritas; id enim eſt: Faciam te in gentem magnam. Pulchrè S. Ambroſ. *ca.* 2. Sicut (inquit) concernanda fuerunt præcepta ne quid lateret; ita etiam proponendi præmia, ne fortè deſperaret. Tentatur, vt fortis, incitatur, vt fidelis, prouocatur, vt iuſtus. Vberiùs idem proſequitur Rupertus Abbas. Quaſi operarium (ait) electum Deus ad operandum conducens, cùm dixiſſet: Egredere, &c. continuò ſperandam quaſi, taxando mercedem primò ait: Faciam te in gentem magnam, non dixit, in gentem multam, ſed magnā, quia illa gens, quæ promittitur, comparatione aliarum gentium non valde multa futura erat. Non (inquit Moyſes) quia cunctas gentes numero vincebatis, vobis iūctus eſt Dominus, & elegit vos, cùm omnibus ſitis populis pauciores: ſed quia vos dilexit Dominus, &c. *Deuter.* 7. Et verè magna gens, cuius Dominus Deus eius, quam honorificauit & magnificauit magnus Dominus, de qua magnos Patriarchas & Prophetas, ſcribas peritos, ac diuerſorum meritorum magnos viros habemus, per quos veram Dei magnitudinem cognouit mundus. Hæc Rupertus. Sine dubio magna erat futura gens Hebræorum, magnitudine opum, honorum, virtutum, illuſtrium & ſanctiſſimorū virorum, rerum geſtarum & prærogatiuarum, quibus à Deo præter omnes gentes notabilitata eſt: nō enim fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua nō manifeſtauit eis, *Pſ.* 147. Terram quippe Hebræis attribuit promiſsā: Quæ terra (inquit S. Hier. *ad* 16. *Marc.*) multis eſt plena miraculis: vbi fidelium credulitas plus actibus, quàm lectionibus eruditur.

2. Sed omnium maximè dicitur gens magna, propterea quòd ex illa demum egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, *Iſa.* 11. quem locum D. Amb. *lib.* 2. *de Spiritu ſanct. cap.* 5. his verbis interpretatur. Radix Ieſſe Patriarchæ familia Iudæorum, virga Maria, flos Mariæ Chriſtus, qui bonum odorē fidei toto ſparſurus orbe virginali ex vtero germinauit, ſicut ipſe dixit: *Ego flos campi, & lilium cōuallium.* Cāt. 2. Flos odorem ſuum ſucciſus reſeruat, & cōtritus accumulat, nec auulſus amittit. Ita & Dominus Ieſus in illo patibulo crucis, nec cōtritus emarcuit, nec auulſus euanuit; ſed illa lanceæ punctione ſucciſus, facto ſpecioſior fuſi coloris cruore vernat, it,

[Margin: S. Bern. *Fides, ſpes, caritas quid clamant.* — S. Cyril. Hieroſol. — S. Ambr. *Præmio excitatur deuotio.* — Luc 18. — S. Ambr. — Rupert. — Deut. 7. *Splendor gentis Hebrææ.* — Pſal 147. — S. Hieron. — Iſai. 11. — S. Ambroſ. — *B. Maria virga, cuius flos Chriſtus.*]

pauit, mori ipſe naſcius, & mortuis æternæ vitæ munus exhalans. Hæc Ambroſ. Similis interpretatio eſt apud D.Bernard. *ſerm. 2. de aduentu.*

*Chriſti cruciſixi odor vita æterna.*

S.Bernard.

Virgo (inquit) Dei genitrix virga eſt, flos Filius eius; flos, in quem deſiderant proſpicere Angeli, flos ad cuius odorem reuiuiſcunt mortui. Idem *ſerm. 2. de annunciat.* Illud attende diligenter, quòd florem hunc de radice, non de virga dixerit aſcenſurum. Quia etenim ſi noua Chriſti caro in virgine creata eſſet. ex nihilo, non de radice flos, ſed fortè de virga dici poterat aſcendiſſe. Nunc autem quia prodiit ex radice, ſine dubio ab origine communem probatur habuiſſe materiam. Eandem explicationem repetit, concinniùs tamen de aſcenſione ex radice *lib. 5. de conſideration.* De radice (inquit) eius aſcendiſſe dixiſſe poterat, & flos de virga, ſed maluit de radice, vt vnde virgam, inde florem duxiſſe originem demonſtraret. Inde igitur ſumpta caro, vnde orta virgo; nec noua in virgine, quæ prodiit ex radice. Hæc omnia Bernard.

*Chriſtus ex virgine matre verã humanam carnem aſſumpſit.*

S.Hier.

S. Hieron. ad hunc locum iſta obſeruat: pro radice, quam ſoli L X X. tranſtulerunt, in Hebr. habetur גדע *guedagh*, ideſt, truncus: vt oſtendatur, quòd nullo de ſtirpe Dauid antiqui regni gloriam poſſidente, quaſi de trunco Maria, & de Maria Chriſtus exortus ſit. Sic ille. Igitur magna gens Hebræa, de qua prodiit Maria, de qua natus eſt Ieſus Chriſtus Deus & homo. Faciam te in gentem magnam, ſpiritualiter vtique populum Chriſtianum, cuius pater eſt Abraham, non carne, ſed ſpiritu, & fide. At verò, quæ gens veriùs dicitur magna, quam Chriſtiana? Magnam etiam intelligo, id eſt, numeroſam, ex omnibus ſcilicet mundi plagis confluentam, & è cunctis nationibus congregatam. Idcirco enim eleganter dixit Lactant. *lib. 4. de vera ſapient. cap. 26.* de Chriſtu Domino cruci affixo, extendit in paſſione manus ſuas, orbémque dimenſus eſt, vt iam tunc oſtenderet, ab ortu Solis, vſque ad occaſum magnum populum ex omnibus gentibus congregatum ſub alas ſuas eſſe venturum. Hæc Firmian.

*Chriſtianorũ multitudo, & fortitudo.*

Lact. Firm.

Magnam dico magnitudine ſanctitatis, quia fortem bellatricem victoriis, ac triumphis de diabolo, déque vitiis inſignem. Appoſite Chriſtianos, Catholicos quidem alloquitur D. Epiphan. *in ſuo Ancorat.* O vos orthodoxi, & Eccleſiæ filij, veritatis Filij Sapientis & fortiſſimæ mulieris illius filij, cuius gloria eſt apud Salomonem, dicentem: *Mulierem fortem, quis inueniet?* Prouerb. 31. velut rara ſit, imò potius vna. Fortem mulierem intelligite Eccleſiam Dei, veſtram matrem, qua nihil fortius eſt, vt quæ moriatur per ſingulas excitatas perſecutiones pro nomine viri ſui. Hæc Epiphan.

S. Epiph.

Prou 31.

Et verò quæ maior fortitudo aut eſſe, aut fingi poteſt, quàm vt Eccleſia Dei in filiis ſuis quotidie moriatur in perſecutionibus: atque in pace mortificationem quoque Domini Ieſu circunferat? Quid enim fortius, quàm quod videmus, innumerabiles virorum & mulierum exercitus in Chriſtiana militia aduersùs carnem & ſanguinem decertantes, compreſſa libidine, cupiditatibus edomitis, vnam ſequi voluptatem ſpiritus, quæ ſola eſt in virtutum ſtudio in Chriſti Domini de cruce pendentis amore, & imitatione.

*Iuſtorũ voluptas in Chriſto crucifixo.*

S. Leo.

Nam vt pie, veréque dictum eſt à D. Leone Pontifice *ſerm. 6. de paſſione.* Guſtu fellis, & aceti diluitur eſca peccati. Felle quidem & aceto Domini Ieſu potati omnem carnis & mundi delectationem ſaludimus reſiſtentes diabolo; qui (vt ait S. Petrus Chryſ. *ſerm. 11.*) dat virtutes odio, vitia dat amori. Quis digne Chriſtianæ Eccleſiæ comprehendet excellentiam, cuius ſponſus eſt Spiritus ſanctus: & (vt loquitur S. Cyril. Hier. *cat. 16.*) magnus eſt præſul, & gratiarum parochus?

S P. Chryſ.

*Diabolus ſalus odio vero & amore ſalſo.*

S Cyr. Hier.

3. *Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus.*] Quæ ſit iſta benedictio, quæri ſolet a multis. Rupertus ſpiritualem intelligit: Gratiam (inquit) Spiritus ſancti. Quare priorem promiſſionem ad temporalia, iſtam verò ſecundam ad ſpiritualia bona putat pertinere; & quidem debebatur Abrahamo ad obſequium Dei alacriter currenti, iſthæc Domini benedictio; vt, qui temporalibus pro amore Dei nuncium remittit, ſpiritualium donorum longa benedictione potiatur. Contrà verò vbi eſt rerum temporalium amor, & ſolicitudo, ſumma eſt inopia ſpiritualium ac cæleſtium. In quam ſententiam audi D. Bernard. *ſerm. de miſeria humana.* Quid foris vagaris ô homo? quid foris quæris? quid his carnalibus ſtudes? quid in ſecularibus te implicas? quid in vanitatibus te inuoluis? in inferioribus delectaris? quid ab omnibus interioribus, & ſuperioribus elongaris; & per ea, quæ foris ſunt, diffunderis? quanto magis ad mundum accedis, tanto magis à te recedis; quanto magis foris es ſapiens, tanto magis intùs ſtultus efficeris. Quanto magis foris lucraris, tanto magis intùs perdis; quanto magis in his, quæ foris ſunt, vagaris; magis intùs euacuaris; quanto magis in temporalibus es ſolicitus, tanto magis es mendicus in ſpiritualibus. Dormit in te ſpiritus Dei, & vigilat in te ſpiritus mundi, feruet in corde tuo amor terrenorum, & moritur in te amor æternorum bonorum. Mundum diligis, & Deum relinquis, omnium recordaris, & teipſum obliuiſceris. Quæ ſuper terram ſunt deſideras, & diligis; cæleſtia verò non curas: appropinquas ad interitum, & elongaris à ſalute; curris ad diabolum, & elongaris à Deo. Redi, redi præuaricator ad cor. Hactenus Bernard.

Rupert.

S.Bernard.

*Mundo dedditus à Deo recedit.*

Ambi ergo & promerere benedictionem Spiritus ſancti. Etenim (vt inquit S. Cyril. Hieroſ. *cat. 17.*) cuſtos eſt Paraclitus de te ſolicitus, tanquam de ſuo milite, de introitu tuo, & de exitu, de inſidiatoribus tuis, & dabit tibi omnigena chariſmatum dona, ſi non per peccata illum contriſtaueris. Scriptum eſt: *Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei*, ad Epheſios 4. Sic ille.

S. Cyr. Hier.

Ad Epheſ 4.

Promittit Dominus ſuam benedictionem Abrahamo, ſed prius hominem in arduum certamen intulerat. Egredere de terra tua, &c. Non enim dabitur corona niſi ei, qui legitimè certauerit. Eſt (ait D. Chryſ. *hom. 17. ad Heb.*) tempus belli, & tu ea tractas, quæ ſunt eorum, qui ducunt choros? Ibant illa Ezech. animalia Deum quaſi bellantem in curribus portantia, in modum fulguris coruſcantis; nec aut riſui aut cantui, aut vanitati locus erat. Vnde D. Gregor. *hom. 8. in Ezechiel.* Quià bellum contra aëreas poteſtates ſumitur, rectè ſubiungitur; vt ſonitus caſtrorum. Quid ergo in vita, quæ militia eſt, ridiculis inhiamus rebus? minatur Dominus Amos 7. *Demolientur excelſa idoli.* Vertunt L X X. Diſſipabuntur aræ riſus. Quæ nimirum (inquit D. Hieron.) riſo & ſubſannatione ſunt dignæ. En omnia quæ filij huius ſeculi amant, ſectantur, ac venerantur, & pro quorum amore atque ſtudio aliquando corpora, ſæpiùs animas miſerabili ſacrificio immolant, nihil aliud ſunt, quàm riſus, & meræ nugæ: ridiculi quos decipiunt, & alliciunt

S Chryſ.

*Vita militia eſt: certandum igitur eſt.*

S.Greg.

S.Hieron.

*Vana & ridicula bona huius vita.*

ciunt falſa quædam, & ridicula voluptare. Eſt enim (inquit D. Ambroſ. *lib. 7 in 11. Luc.*) lenocinantis quidam laqueus voluptatis, qui noſtrórum veſtigiis animorum, quædam vincula ſubnectat, vt ſi igneum vigorem, puritatémque naturæ, terrenæ maretiæ ſenſus heberauerit, luxuriæ pretio ſecularis addictum, ſub quadam vitiorum auctione conſtituat. Sunt etiam quædam noſtrorum nundinæ delictorum. Itaque variarum capti illecebris voluptatum venundamur ſub peccato, &c. Hæc Ambroſ. Exiſtimat Ruper. nec immeritò Domini promiſſiones, ſuo quamque, præceptis antè impoſitis reſpondere: vt quia præceperat: Egredere de terra tua, nunc pollicearur: Faciam te in gentem magnam: deinde mandarat: Et de domo patris tui, & de cognatione tua; promittit verò: Benedicam te, &c. Sic tanta præcepti ſeueritas mitigatur dulcedine promiſſarum benedictionum, quam illi hodie deguſtant, qui pró Dei amore illa omnia relinquunt. At licèt nó omnibus datum ſit ſua iſthæc omnia relinquere, nefas tamen eſt illa Deo præferre; ait enim Dominus: *Qui diligit patrem, aut matrem, pluſquam me, non eſt me dignus*, Matth. 10. Hæc Domini verba intelliges ex D. Ambroſ. *in 12. Luc.* Non diligere (inquit) parentes, ſed Deo præferre prohiberis; etenim naturæ pignora Domini beneficia ſunt; nec quiſquam debet plus amare beneficium, quod accepit, quàm Deum, a quo beneficium ſeruatur acceptum. Prima cauſa religionis, ſecunda pietatis eſt. Oportet enim, vt diuinis humana poſthabeas. Nam ſi officium parentibus exhibendum eſt, quanto magis auctori parentum, cui gratiam etiam pro parentibus tuis debes? Aut ſi illi omninò non recognoſcunt parentem, quemadmodum tu recognoſcas? Non igitur dicit renunciandum eſſe pignoribus, ſed Deum omnium præferendum. Hæc Ambroſ. Optimè hîc enimaduertit S. Chryſoſt. *homil. 35 in Matth.* In omnibus obtemperandum parentibus eſt, prærerquam in iis, quæ pietati officiunt. Amare aliquem plus, quàm Deum tam diligenti, quàm ei, qui diligitur, pernicioſiſſimum eſt.

*S. Ambroſ.* — *Voluptatis illecebræ periculoſa.* — *In nundinis venundatur peccator.* — *Rupert.* — *Dei in præcepta relinquentis mundum.* — *Matth. 10.* — *S. Ambroſ.* — *Deus parentibus præferendus.* — *S. Chryſ.*

4. *Benedicam tibi.* Plures benedictionem dominicam, Abrahæ promiſſam, ad omnia bona gratiæ naturæ, ac fortunæ extendunt. Et quidem de bonis gratiæ nonnihil diximus; de cæteris ſubinde diſſerendum. Sed primùm omnium ſubtiliter D. Chryſ. *homil. 31.* commendat obedientiam Abrahami. Nam ſi pius non fuiſſet, & obediens, dicere (inquit) potuiſſet: Quare me peregrè proficiſci iubes, & in alienam terram abducis? Quare in domo paterna verſantem tua benedictione non dignaris? Quare ſi me magnum vis facere, non hîc magnum facis? At nihil horum vel in mentem ſuſcipiendum cenſuit: ſed ſicut voluntarius ſeruus ad ſolum imperium obediuit, nihil curioſè quærens, nullúmque aliud negotium prætexens, &c. Ita Chryſ. Relinquit ſua, quæ poſſidet Abraham, vt benedictione Dei perfruatur; opum & nominis gloria elatus. Qui enim ſeminant in lacrymis, in exultatione metent, *Pſal. 125.* Declarat S. Aug. Mittunt ſemina ſua, bonam voluntatem, & bona opera. In lacrymis agricola quando procedit cum aratro, & portat ſemen, nónne aliquando frigidus ventus eſt, & imber deterreret? tremit frigore, & tamen procedit & ſeminat. timet enim, ne cùm triſtem diem attendit, & expectat lætum, tranſeat tempus, & non ſit quod

*S. Chryſ.* — *Promiſſa & eorum obedientia Abraham.* — *Commendatur diuitibus eleemoſyna.*

A merat. Diſcant diuites huius ſeculi, ſaltem aliquid de ſuis bonis dimittere pauperibus erogando, vt benedictionem & hîc, & in futuro recipiant à Domino. Audiant D. Ambroſ. *lib. 7. in 12. Luc.* diuitibus egregie conſulentem. Remanent in ſeculo cuncta, quæ ſeculi ſunt, & pereunt nobis, quæcunque congregantur hæredibus. Neque enim noſtra ſunt, quæ non poſſumus auferre nobiſcum; ſola virtus comes eſt defunctorum: ſola nos ſequitur miſericordia, quæ cæleſtium dux præuia manſionum pecuniæ vilis vſura tabernacula defunctis acquirit æterna. Sicut Dominus dicit: *Facite vobis amicos de mamona iniquitatis; qui vos recipiant in æterna tabernacula.* Bonum

B itaque, ac ſalutare præceptum, & idoneum, quod & auaros poſſet animare, quô ſtudeant corruptibilia perennibus, terrena mutare diuinis. Sic Ambroſ. Non cæleſtia modò, ſed etiam temporalia bona Deus ampliſſima pollicetur Abrahamo. Vtrobique benedictio Dei cernitur: nec enim vir iuſtus inter opes, & honores à modeſtia, pietatéque deflexit. Pulchrè D. Hieron. *Epiſt. 9.* ad Saluinam hac de re diſſerens: Vnuſquiſque (inquit) non hominum, ſed rerum pondere iudicandus eſt. Nec diuiti obſunt opes, ſi eis benè vtatur, nec pauperem egeſtas commendabiliorem facit, ſi inter ſordes & inopiam, peccata non caueat. Vtriuſque nobis rei teſtimonium, &

C Abraham Patriarcha, & quotidiana exempla ſuppeditant, quorum alter in ſummis diuitiis amicus Dei fuit; alij quotidie in ſceleribus deprehenſi pœnas legibus ſoluunt. Deinde paulo inferiùs diſputans de honoribus & dignitatibus huius ſeculi, quibus nequaquam ab ſtatu virtutis viri ſanctiſſimi dimoueri ſolent, ſic adiungit. Daniel, & tres pueri, ſic præerãt Babylonicę opibus, & ſic erant inter principes ciuitatis, vt habitu Nabuchodonoſor, Deo mente ſeruirent. Mardochæus, & Eſther inter purpuram, ſericum, & gemmas ſuperbiam humilitate vicerunt, tantíque fuerunt meriti, vt captiui victoribus imperarent. Hæc illuc tendit oratio, vt oſtendam Nebridium coniunctionem ſanguinis regalis, & affluentia diuitiarum, atque inſignia

D poteſtatis, materiam habuiſſe virtutum. Hæc Hieron. Verùm vti ſe principes, & diuites in officio pietatis, ac modeſtiæ contineant, imitentur Nebridium ipſum, qui (vt adiungit D. Hieron.) quaſi vicinæ mortis præſcius, inter fulgorem palatij, & honorum culmina quæ ætatem anteibant, ſic vixit; vt ſe ad Chriſtum crederet profecturum. Sed quid ego Nebridium profero in exemplar modeſtiæ? Audi ipſam (qua nihil in rebus creatis ſublimius) Dei matrem: *Magnificat anima mea Dominum*, Luc. 1. Ad quæ verba S. Bernard. *ſerm. in ſignum magnum*, ita effatur. Ineffabili ſcilicet artificio ſpiritus ſuperueniens tantæ humilitati magnanimitas tanta in ſecretario virginei cordis acceſſit. Agit hoc in cordibus electorum gratiæ prærogatiua diuinæ, vt

E eos nec humilitas puſillanimes faciat, nec magnanimitas arrogantes. Sic Bern.

5. *Eriſque benedictus.* Hebraic. והיה ברכה *vehieh berachah*; & ſis benedictio. Imperatiuus pro futuro ponitur, ad maiorem rei futuræ certitudinem demonſtrandam; abſtractum pro concreto, quod adauget copiam, & perfectionem benedictionis. Eſt etiam hæc vſurpatio abſtracti pro concreto frequentiſſima, & elegantiſſima, non apud Hebræos tantùm, ſed in omnibus fere linguis, vt ſceleſtum hominem vocamus ſcelus:

*S. Ambroſ.* — *Sola virtus comes eſt defunctorum.* — *Luc. 16.* — *S. Hieron.* — *Virtus cum honoribus & opibus.* — *Luc. 1.* — *S. Bern.* — *B. Maria humilis & ſublimis.*

& diui

& diuinæ literæ paſſim appellanr Chriſtum Dominum redemptionem, ſalurem, veritatem, medicinam, propitiationem, &c. At ſi antè dixit: Benedicam tibi, quid eſt quod nunc adiungit: Eríſque benedictus? Id eſt, (declarar Procop.) dignus habeberis benedictione ob eximiá præſtantiam, & perfectæ virtutis profectum. Sic ille. Beneficiis quidẽ Dei multis quotidie afficimur; at illis adhuc indigni ſumus, nec per ea proficimus ad virtutem. Rarus igitur Abraham. *Benedicam benedicentibus tibi: & maledicam maledicentibus tibi.* Hebr. מברכיר ומקללר *mebarachecha, vmquallelcha*, benedicentibus, maledicentibus te, vt oſtendat plures fore, qui benedicent: pauciores, qui maledicent Abrahamo. Porrò qui penitus rimantur vim verbi קלל *galal*, dicunt propriè idem eſſe, atque deſpicere, leuem reputare, maledicere, leuem ac velocem eſſe. Appoſitè hæc omnia coniunguntur; nec enim inter homines acerbius conuicium, & maledictum intorquetur alicui, quàm vt leuiculum aut deſpicabilem, vti quiſquilias, & nihili, appellent. En quàm vtile fuit Abrahamo egredi de cogitatione ſua, reliquit paucos cognatos, & innumeros inuenit amicos, & benedicentes, fauſta omnia precantes, honorantes, ac velut Angelum venerantes, vt in inferioribus videbimus. Sapiens eſt, & felix negotiator, qui pro Dei amore, atque obſequio, vel amittit aliquid, vel contemptui aliorum ſe exponit; quam ſummè admirabilem, in ſemper Virgine Dei matre prudentiam (cùm Angelo reddidit, quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?) ſuſpicit & prædicat D. Bernard. *homil. 3. ſuper, miſſus eſt*, hiſce verbis Dominam affatus. Tu verò non dicam præceptum de virginibus, ſed nec conſilium nec exemplum habes; niſi quòd vnctio docebat te de omnibus, ac ſermo Dei viuus, & efficax antè tibi factus eſt magiſter, quàm filius, priùs inſtruxerit mentem, quàm induerit carnem. Chriſto ergo deuoues te exhibere virginem, & neſcis, quòd ipſi exhiberi te oportet etiam matrem? eligis in Iſrael eſſe contemptibilis; & vt illi placeas, cui te probaſti, maledictum incurrere ſterilitatis, & ecce maledictio benedictione commutatur, ſterilitas fœcunditate recompenſatur. Sic Bernard. Vbi etiam eleganter Beda: Propoſitum (inquit) ſuæ mentis reuerenter expoſuit; vitam videlicet virginalem ducere ſe decreuiſſe. Quæ, quia prima fœminarum tantæ ſe virtuti mancipare curauit; iure ſingulari præ cæteris fœminis beatitate meruit excellere. Sic ille. Præclarum hoc eſt diuinæ aduersùs Abrahamum beneuolentiæ argumentum; vt non ſuis tantùm, ſed omnium penè gẽtium, ad quas acceſſerit, benedictionibus honorandum, cumulandúmque velit. Et quidem ſeruis Dei omnia cooperantur in bonum: atque vt Belam ille *Num. 23.* optimè reſpondit ſolicitanti regi ad maledicendum Iſraëli, quem ſciebat diuino præſidio circunuallatum. Quomodo maledicam ei, cui non maledixit Deus? qua ratione eum deteſter, quem Dominus non deteſtatur? Rectè Rupertus ſubnotauit de maledictione, ac deteſtatione efficaci, ſcilicet cuius effectus ſequatur. Nemo (inquit) maledicere, & deteſtari efficaciter illum poteſt, cui à Domino data eſt benedictio. Lyra quoque intelligit à Balam ſignificari fruſtrà hæc omnia contra Iſraëlem Dei beneuolentia circumſeptum fieri. Contrà verò diuina gratia deſtitutus omnium maledicentium, ac nocentium conuitiis, atque violentiis eſt expoſitus; veluti, qui inter medias deprælliantium hoſtium phalanges inermis ac nudus conſtitueretur. Quod argumentum luculenter pertractat D. Bernard. *ſerm. de miſeria humana*, vbi inter alia ſic ait. Omnia mundi huius tibi dedit Deus; & tu propter omnia relinquis eum. Omnia propter te fecit Deus; & tu propter omnia dimittis temetipſum. Propter omnia, quæ occurrunt tibi, dimittis Deum; & idcirco omnia dimittunt te. Propter creaturas relinquis creatorem; & ideo contra te inſurgent omnes creaturæ: qui offendendo creatorem, offendiſti omnem creaturam: ideo creaturæ, quæ factæ ſunt in miniſterium, & vtilitatem tuam, conuertentur in vindictam, & pœnam tuam. Hæc Bernard.

6. Longè verò à Chriſtiano virium iſtud eſt maledicendi: cùm nobis diuino præcepto iniunctum ſit: *Benedicite, & nolite maledicere*, ad Rom. 12. etiam maledicentibus benedicendum: vt Apoſtoli factitabant 1. Cor. 4. *Maledicimur, & benedicimus: perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramur.* Bene Theodor. non modò tolerantiam, ſed perfectionem philoſophiam aperuit. Profectò nulla maior, quàm quæ in iis verbis exprimitur. Non omittam interpretationem Theophylacti, quæ ſic habet: Quod omnium eſt præſtantiſſimum, nihil horum iniquo animo toleramus. At vnde id liquet? Ex malis nimirum, quæ nobis ab omnibus ingeruntur; cùm illa officioſa quadam compenſamus viciſſitudine: ita vt eos, qui in nos maledicta congeſſerunt, benedicto mox proſequamur. Et qui acrioribus non conuitiis vrgent (blaſphemia enim acerbiorem contumeliam præfert) obſecramus, hoc eſt, mitioribus & linientibus verbis illorum in nos conuitia compenſamus: ideoque Chriſtiani ſtultitiæ arguuntur, qui pro malis bona pendunt. Sic ille. O prudentem illam ſtultitiam! Vtinam horum ſtultorum apud nos infinitus eſſet numerus! quòd ſit in præſentia caritas illa, & pietas, & manſuetudo primitiuæ Eccleſiæ vigeret; vel ipſæ gentes barbaro ritu depoſito noſtram fidem noſtro excitatæ exemplo amplecterentur. Quod quidem adhuc ætate D. Ambroſ. paſſim videbatur. Sic enim ſcribit *lib. 7. in cap. 12. Luc.* Sacroſancta religio moralibus diſciplinis, & mitibus pietatis exemplis, etiam fidei exules, ad reuerentiam tamen ſui clementer inuitat: vt præuia fidei diſciplina, manſuetudine ſui ſuperſtitionum dura diſſoluat, & obnoxias erroribus mentes cogat etiam fidem credere, quas potuit pietate mulcere. Etenim cum fidei alta pectoribus non capiuntur infirmis, per ea, quæ præcepta ſunt, ea quæ veneranda ſunt æſtimantur, vt iuſta de iuſto, ſancta de ſancto; bonorum ſuorum bonum reſtentur autorem. Dominus enim ſimul diuinitatis reuerentiam, & pietatis gratiam ſua lege complexus eſt, dicens: Diliges Dominum Deum tuum; & diliges proximum tuum. Hæc Ambroſ. Vbi videas infidelium ſectas duris eſſe dogmatibus plenas, vt quæ diabolum inimicum, ac truculentum habeant autorem. At in fide Chriſtiana manſuetudinem, ac pietatem dominari; hac verò lenitate præceptorum, conſiliorum, ac morum inuitati infideles, ac velut ſuauiſſimo concentu deliniri. Atque hîc locum habet illud Plutarchi à Clem. Alexand. percelebratum: Amor docet muſicam. Quare infideles iſtam Chriſtianæ legis ac gentis ſuauitatem admirati, venerabantur illius autorum

Procop.

Sapiens, qui pro Deo amittit aliquid.

S. Bern.

B. Maria eligens contemni honoratur.

Beda.

Seruis Dei omnia cedunt in bonum.

Num. 23.

Rupert.

Lyra

S. Bernard. Hoſtis fit verè omnium, qui Deum offendit.

Ad Rom. 12.

1. Cor. 4.

Theod.

Theoph. Chriſtiani eſt pro malis bona rependere.

S. Ambr. Chriſtiana manſuetudine infideles capiuntur.

Plutar. Amoris Chriſti, naturas

tem Chriſtum, atque adeò ad tollendum iugum A ſuaue, & onus leue portandum illius Dei, qui mitis eſt, & humilis corde, cuius mandatom eſt, vt diligamus inuicem, colla ſua libentiſſimè offerebant. Iccirco dominus ſecundo loco beatitudinem inter alias hanc propoſuit: *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram*, Matth. 5. Vtique

Beda

(declarat Beda) qui improbitatis amaritudine cedunt, poſſidebunt terram non maledictionum ſpinas germinantem, ſed animam ſine defectu

S. Hilar.

paſcentem. Sic ille. S. Hilar. terræ nomine intelligit corpus Chriſti Domini. Mites quidem ſimus & confidentiùs ad Eucharistima accedunt. Illud etiam hoc loco diligenter conſiderandum eſt, quanti Deus faciat viros iuſtos ac B ſanctos, vt per eos, & propter eos aliis benedictionem ſuam impertiatur: Benedicam (inquit) benedicentibus tibi, atque vt propter eos maledictionibus alios ſubiiciat; maledicam maledicentibus tibi. Proh quantum regibus, regnis, Rebuſpubl. ciuitatibus, orbi vniuerſo vtile eſt habere in ſe iuſtos viros, amicos, & beneuolos; quantum verò malum eſt eos contemnere, opprimere, affligere? Mita in hanc ſententiam, multaque Philo Hebræus congerit *lib. de migr.*

Philo.

*Vir iuſtus mundo pernicio.*

*Abraha*, pulchriora ſeligam. Compertum eſt (inquit) ad familias, ciuitates, regiones, nationes, atque etiam patentiſſimos terrarum tractus, ex vnius viri probitate nonnunquam magna perueniſſe commoda, ampliſſimaſque fe- C licitates. Nimirum vir iuſtus quaſi fulcrum, & firmamentum eſt generis humani. Iuſtorum ſupplicationibus Deus permotus, aperto cæleſti promptuario niuis, imbriſque in morem affatim depluit, vt inde omnes terreſtres lacunæ reſtaguent. Oremus igitur, vt tanquam columna in domo, & mens in anima; ſic humano in genere vir iuſtus permaneat ad calamitatum reme-

*Vir iuſtus remedium mundi.*

dium: nam hoc incolumi de ſalute publica deſperandum non eſt: per hunc enim ſeruator Deus præſtantiſſimam porrigit medicinam, qua oblinantur animarum volnera. Hæc Phyl.

7. *In te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ.*] Planè hoc non eſt impletum in ipſo Abrahamo, quem ſuli notum habuerunt Iudæi. Nec enim D (vt euidenter conſtat) huiuſmodi benedictio accidit cunctis gentibus ex perſona Abrahæ, nec etiam ex vllo poſterorum eius præter vnum Meſ-

*Benedictiones Dei ad Abraham ſolo in Chriſto perfectè ſunt completa.*

ſiam. Igitur manifeſtum eſt non poſſe intelligi, niſi de Meſſia, de Chriſto Ieſu Filio Dei: de quo

Luc. 2.

Simeon Luc. 2. *Lumen ad reuelationem gentium.*

Iſai. 49.

Iſai. 49. *Dedi tam lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.*

Gen. 49.

Geneſ. 49. *Ipſe erit expectatio gentium.*

Agg. 1.

Agg. 1. *Veniet deſideratus cunctis gentibus.*

An Epheſ. 1.

Ad Epheſ. 1. *Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto. Benedicentur omnes gẽtes in te, hoc eſt, in ſemine tuo qui eſt Chriſtus,*

Ad Gal. 3.

ad Gal. 3. Vnde D. Petr. Vos eſtis (ſcilicet Chriſtiani) filij Prophetarum, & teſtamenti, quod diſpoſuit Deus ad Patres noſtros, dicens ad E Abraham: Et in ſemine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. Vobis primùm Deus ſuſcitauit Filium ſuum, miſit eum benedicentem vo-

Act. 3.

bis, *Act.* 3. Nec opitulatur Iudaicæ ſuperſtitioni, quod Hebr. ſit, ונברכו *venibrechu*, & benedicent ſe; ſenſus enim planus eſt. Hanc Dei in Chriſto, & propter Chriſtum, & in nomine Chriſti benedictionem, qua gentes ad Chriſtum conuerſæ perfruuntur, ipſæ ſibi mutuò precabuntur, gratulabuntur, & per Sacramentorum communicationem applicabunt. At vbinam ter-

A tarum gentes mutuò ſe benedicunt in Abrahamo, cuius nomen pauculæ nouerunt. Omnium, maxime in Chriſto, & per Chriſtum mater ipſius ſemper virgo benedicta eſt inter mulieres. Beatam illam dicũt omnes generationes, *Luc.* 1. Bea- Luc. 1.
tus venter qui Chriſtum portauit, & vbera matris quæ Chriſtus ſuxit, *Luc.* 11. Vel ipſe impurus Luc. 11.
Mahumetes in Alchoran. *cap. Albacher* ita ſcribit: Conceptus eſt Chriſtus ex virtute Dei de *B. Mariam prædicant etiã Mahumetani.*
matre virgine ſanctiſſima, & puriſſima ſuper omnes mulieres. Virginem ſempiterno pudore intemeratam prædicant, prædicabuntque omnes gentes; ab omnibus enim fideles in Dei Eccleſiam colliguntur, quos omnes illuſtrat fulgor Spiritus ſancti, qui ſuperuenit in virginem, & B virtus Altiſſimi obumbrauit illi. Exponit Beda: Beda
Concupiſcentiæ non fuit æſtus, vbi vmbram Luc. 1.
fecit Spiritus ſanctus. Sic ille. Quamobrem non hæc tantùm externa promiſſio ſoli Chriſto ex ſemine Abraham conuenit: verumetiam ſuperiores ex parte quidem in Abraham, perfectè autem, atque in toto completæ ſunt in Chriſto. Faciam te in gentem magnam; magnificabo nomen tuum; benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi.

---

## SECTIO IV.

C *Egreſſus eſt itaque Abram ſicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Lot: ſeptuaginta quinque annorum erat Abram cùm egrederetur de Haran. Tulitque Sarai vxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui, vniuerſámque ſubſtantiam quam poſſederant, & animas quas fecerant in Haran.*

1. MEmorabile profectò exemplum obediẽ- *Cæca & prompta obedientia.*
tiæ: homo ingraueſcente ſenio penè cõfectus, relicto ſolo natali, cognatorum conſuetudine, domóque propria ſuſcipit peregrinationem longiſſimam ac difficillimam, eò tantùm, D quòd iubetur à Deo, cuius imperio, quinimo, & nutui omnia poſthabuit; ne verbum quidem faciens, aut rogando, aut diſcutiendo, nedum renitendo. Vera eſt enim illa ſententia D. Greg. S. Gregor.
*in cap. 3. Reg.* 1. Euangelicæ perfectionis, atque obedientiæ religioſæ amatoribus identidem cõmemoranda. Vera (inquit) obedientia, nec præpoſitorum intentionem diſcutit, nec præcepta diſcernit. Quia qui omne vitæ ſuæ iudicium maiori ſubdidit, in hoc ſolo gaudet; ſi quod præcipitur, operatur. Neſcit enim iudicare, quiſquis perfectè didicerit obedire: quia hoc tantummodo bonum putat, ſi præceptis obediat. Sic Gregor. Non retardatur difficultatibus quæ multæ occurrerant, & grauiſſimæ ab exequendo E Domini mandato: admirabilis enim ſolet eſſe fortitudo, & conſtantia obedientiæ, nata vt puto ex cruce Chriſti Domini, vbi de hoſtibus, déque opprobriis, cruciatibus, ac morte ipſa triumphauit, qui factus eſt obediens vſque ad mortem Ad Philip. 2.
crucis, *ad Philipp.* 2. Quamobrem grauiter diſſe- S. Cyprian.
rens de cruce Domini D. Cyprian. *in Symbol. Apoſtol.* hæc adiungit. Nos edocet primò omnium vſque ad mortem reſiſtere aduersùs peccatum, & libenter interitum proprietate ſuſcipere. Tum deinde, & obedientiæ nobis in hac eadem cruce propoſuit exemplum. Quia ergo ille magnus *Chriſtus crucifixus conſtantiam & obedientiam docet*

Magiſter

Magiſter eſt, qui fecerit, & docuerit; ideo obedientiam, quæ piis, morte etiam ſuſcepta, ſeruanda eſt, docuit ipſe priùs pro hac moriendo, ſeruari. Ita Cyprian. Duas præcipuè Chriſtus Dominus virtutes, vt conſiderat D. Ambroſ. è cælo in terram ſecum deduxit; quas humanum genus, ſibi maximè faſtidioſas, obliteratis iam Abrahami, Patriarcharum, & Prophetarum Dei ſemper obedientium exemplis prorſus ablegarat. In paradiſo (inquit) defecit humilitas, & ideo venit è cælo. In paradiſo orta eſt inobedientia; & ideo obedientia cum Saluatore deſcendit. Inflabat caro: vnde ſubiectio manſuetudinis inueniri non poterat in terris. Intumuerat omnis præuaricatoris hæreditas. Veniens Dominus Ieſus exinaniuit ſe ſe, humiliauit ſemetipſum, factus obediens, vſque ad mortem crucis. Sic Ambroſ. Benè id quidem: attulit è cælo in terram Dominus obedientiam. At quorſum dices? Idem Ambroſ. quæſito reſpondet *in Pſal. 61.* interpretans verba illa: Nónne Deo ſubiecta erit anima mea; ad hunc modum. Suſceptu-rus carnem hominis Dominus noſter Ieſus, vt in ſe eam ipſe mundaret; quid prius, quàm peccati veteris primum debuit abolere contagium? Nam quia per inobedientiam culpa irrepſerat, dum mandata diuina temerantur; obedientiam vtique præ cæteris debuit reformare, vt ſeminarium erroris excluderet. Voluit mundare volens, vt affectum ſanaret, ne inobedientiæ ſordes vlla remaneret. Suſcepit ipſe obedientiam, vt nobis eam transfunderet. Hæc Ambroſ. Pulchrè inobedientiam vocat peccati contagium, ſeminarium erroris, & ſordes denique; econtrario obedientiam intelligo eſſe ac dici poſſe munditiam animæ, ſanitatem hominis, virtutum omnium baſim, ac fundamentum, quo illam nomine appellandam cenſet idem ſanctiſſimus Pater *lib. 5. in cap. 6. Luc.* Omnium (inquit) fundamntum docet Dominus eſſe virtutum obedientiam cæleſtium præceptorum; per quam domus hæc noſtra non profluuio voluptatum; non nequitiæ ſpiritalis incurſu, non imbre mundano, non hæreticorum poſſit nebuloſis diſputationibus commoueri. Hæc Ambroſ. Vides quàm firmo nitatur præſidio vetus obediens.

S. Ambroſ.

*Chriſtus in terram artulit humilitatem & obedientiam.*

S. Ambroſ. Pſal. 61.

*Obedientia reformauit hominem.*

S. Ambroſ.

*Obedientia firmitat.*

2. *Egreſſus eſt Abram.* Mira obedientiæ promptitudo: ſicut præceperat ei Dominus; quaſi ſolum ipſum præcipientis dictum reſpiceret. Sic agebat obedientiſſimus ille ſeruus, qui de ſe ait Domino: Manè aſtabo tibi, & videbo, *Pſal. 5.* Non dicit; & audiam quid loquaris. Ea namque licèt optima, & laudatiſſima obedientia, habeatur, a pueris tamen atque virtutis tyrocinium ineuntibus, qualis erat puer Samuel, impleri poteſt, ac ſolet; eorum enim vox eſt: *Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus*, 1. Reg. 3. At obedientiæ apicem videntur facto ſuo adumbraſſe tres illi fortiſſimi, qui aquam de ciſterna Bethlem, regi ſuo, non illam quidem petenti, non expreſsè iubenti, vt afferretur, ſed vix leui quodam ſigno illam ſignificanti, vel periculo capitis quæſitam obtulerunt. Meritóque D. Ambroſ. *lib. 1. de Iacob, & vita beata, cap. 1.* Laudo (inquit) viros, qui erubuerunt deſiderium ſui regis, & maluerunt finem eius verecundiæ, vel periculo propriæ ſalutis afferre. Etenim quoniam inſignem præſtabant obedientiam ſuo regi, pudor illis erat, quòd rex deſideraret aquam, & voce hoc deſiderium ſignificaret; cùm tamen ipſi voluntatem regis perpetuò ac diligentiſſimè obſeruantes, quaſi diuinaré debuiſſet Regi ſuo gratiſſimum eſſe futurum, ſi aquam biberet de ciſterna Betlehem. Deinde commẽdabilem reddit obedientiam Abrahæ admirabilis illa conſtantia mentis omnia commoda, quæ relinquebat, nihil habentis; & incommoda, periculaque ſubeunda iam tunc alacriter deuorantis. Facilè quiſque obedientiam exequetur, vbi nihil, aut parum laboris ſubitur, aut certè cum aliquo labore magna coniuncta eſt vtilitatis dulcedo: qualis illa fuit obedientia Ephraim, de qua Propheta Oſeas cap. 10. *Ephraim vitula docta diligere trituram.* Vbi (vides) dulcis eſt labor: triturat quidem vitula, ſed in ipſa trituratione, pabulo identidem ſumpto recreatur, dulcicula illa, & leuicula obedientia, vbi non ligatur os boui trituranti: hanc diligit Ephraim, huic ab incunabulis aſſueuit. Cæterùm Dominus ab illa leuiore tritura vitulam deducit ad arationem, vbi maior eſt labor, & nullum in arando compendium, atque illicium. Et ego (addit) tranſiui ſuper pulchritudinem colli eius, & aſcendam ſuper Ephraim, confringet ſibi ſulcos Iacob. Vbi D. Hieron. Tumentes ceruicum toros iugo impoſito edomui. En obedientia perfectorum, ac fortium: fortium iuqnam; legunt enim L X X. pro, *confringet ſibi*, &c. roborabitur ſibi Iacob. Idem enim eſt fortis, atque perfectè obediens, arans ſine pabulo areæ. Sed quicquid laboris in arando, & ſulcãdo, & cõfringendo ſulcos Iacob, & Ephraim patitur, id omne in proprium ipſius cõmodũ redundat. Confringit ſibi ſulcos Iacob; ſibi arat, ſibi occat, ſibi & metet, & colliget. Præterea vbi noſter Interpres habet, diligere trituram. L X X. vertunt, diligere contentionem. Scilicet, hoc eſt ſeminarium contentionum, & obtrectationum; querendi, ac renitendi (vt videmus) in ſubditis: eo quòd illis non facilia, ſed difficilia; non leuia, ſed oneroſa; non iucunda, ſed iniucunda mandata imponuntur: vti nimirum arent, non vti aream terant. Quanto ſapientiùs D. Ambroſ. *in Luc.* ſe offert, ad omnem cùm arduam, tum acerbam, carníque repugnantem obedientiam alacri animo exhibendam! O Domine Ieſu (inquit) omne mandatum tuum, ſicut cauterium impreſſum tenebo. Etſi vrit cauterium, tamen putrefacta carnis exurit, ne ad viuum ſerpat contagio: etſi mordet medicamentum, tamen vitium vlceris tollit.

Pſal. 5.

1. Reg. 3.

*Perfectius obediens nutum explorat non iniocem expectat iubentis.*

S. Ambroſ.
2. Reg. 23.

Oſeæ 10.

*Perfecta obedientia qua ardua.*

S. Hieron.

S. Ambroſ.

*Dei lex vrit & ſanat.*

3. Laudatur etiam obedientia Abrahami propter celeritatem. Paruit itaque (ait S. Amb.) mandato Abraham, nec vlla legitur mora interueniſſe. Quod quidem eo mirabilius haberi debet, quo difficilior erat illa profectio in longinquas regiones homini labanti iam viribus, & graui ſenio; vt egregiè obſeruat D. Chryſ. *homil.* 31. Iuſtus (inquiens) nec ſenectute prohiberi potuit, quin quaſi iuuenis, & iuueneſcens feſtinaret, atque anhelaret Domini præceptum perficere. Quare ſicut locutus eſt ei Dominus, ita profectus eſt; ideſt, credidit iis, quæ ſibi à Deo dicta ſunt, nihil fluctuans, nihil cedens, ſed firmato animo profectus eſt. Ita Chryſ. Sed quæres, vnde hæc tam mira conſtantia Abrahamo? quia planè inſtructus, & armatus in agonem difficillimæ obedientiæ inducitur. Neque enim (adiungit Chryſ.) poſſibile eſt, vt rem fortem, & egregiam, quis vnquam efficiat, niſi antea aduerſus omnia, quæ obſiſtere poſſunt, ſe armet & inſtruat. At vlteriùs, quænam iſthæc arma, quæ inſtructio? Reſpondet idem ad hunc modum:

S. Ambroſ.

S. Chryſ.

*Abraham ſenex obedit vt iuuenis.*

S. Chryſoſt.

[illegible]

*[Am]or deſicien-tia aſſumpsit.*

Vicit omnia ipſius in Deum amor. Anima enim vigilans, & ſobria cuncta diſſecat impedimenta, totaque ſit eius, quod amat; & a nullo, quod in medio appatet difficlle, remorari ſe patitur: ſed omnia prætetit, nec ſubſiſtit, priuſquam re deſiderata potiatur. Ita Chryſ. Itaque ſanctus in Deum amor, Abrahamo effœto viribus, vires adminiſtrat; ſenem in iuuenem commutat: nunquam ad laborandum ſeneſcit, qui amat. Nec id mirum: puer enim etiam ob hanc cauſam amor effingitur. Illa quoque non vulgaris laus, ſed qua fortaſſe nulla maior obedientiam nobilitat: quòd ſemper ab ore præcipientis, pendula, neſciat vbinam demum ſubſiſtet: quò, & quà, & quorſum ſit eundum. Exiuit enim Abraham, neſciens, quò iret. B Atque (vt benè apponit

S. Chryſ.

D. Chryſ.) in hoc dumtaxat figebat mentem, quomodo implere poſſet, quod à Domino fuerat imperatum. Quare optimè Rupert. hanc extollit obedientiam.

Rupert. *Obedientia pendet ab ore vocantis.*

Miro modo (inquiens) quæ vera peregrinatio eſt, & expectando ire; & eundo expectare præcipit, vbinam requies daretur: & ita egit. Sic ille. Idipſum quod Abraham alacriter præſtitit, Dominus à populo ſuo expetit

Oſee 11.

per Oſeam cap. 11. *Populus* (inquit) *meus pendebit ad reditum meum: iugum autem imponetur eis, ſimul quod non auferetur.* LXX. Et populus eius ſuſpenſus eſt, ex incolatu ſuo. Scio hunc locum eſſe de vaſtitate extrema Iſraëlitici populi: ſed tamen haud neſcio illum myſtico ſenſu à multis expli- C cari ſolitum de hac expectatione, & quaſi ſuſ-

S. Hieron.

penſione populi obedientis mandato Dei. Qui pendebit (interpretatur D. Hieronym.) in incolatu ſuo, neſciens quid agat, & quò vertatur ignorans. Non incongruè Abrahami profectionem ex mandato Dei accipies pro incremento virtutum; cùm vir iuſtus viam perfectionis ingreſſus quotidie ad maiora opera procedit. Sed illuſtrius multo exemplum virginis Deiparæ.

Luc. 1. Beda

Iam mater Dei exurgens abiit in montana cum feſtinatione, *Luc.* 1. typicum (inquit Beda) exemplum tribuens, quòd omnis anima quæ verbum Dei mente conceperit, virtutum ſtatim, celſa cacumina greſſu conſcendat amoris vſque ad perfectionem caritatis. Sic D ille.

4. *Et iuit cum eo Loth.*] Filius hic erat Aran filij Thare, & fratris Abraham: mortuo autem patre puer ſe adiunxit patruo Abrahæ, poſthabito patruo altero Nachore, & auo ipſo Thare, dum adhuc viueret, quo facto optimum ſui

S. Chryſ. *Loth prudentia in electione.*

præbuit ſpecimen, vt D. Chryſ. adnotauit hiſce verbis. Mores adoleſcentis non aberant à iuſtitia. Nam cùm propoſiti ei eſſent duo fratres, ipſe iuſtiori adhærebat. Quantæ enim prudentiæ erat diiudicare, & probare, qui patruorum ſui curam permittere deberet. Ita Chryſ. Simi-

Procop.

liter Procop. Lothus (inquit) obſtupefactus Abrahami integritate & pietate, iactis nouæ vitæ fundamentis ſe Abrahamo haud grauatim comitem iunxit. Sic ille. In quo & Abrahami exemplum, & Lothi pietas mirum in modum commendatur. At mihi quidem non ſatis laudandus videtur hic adoleſcens, quòd in lubrico illius ætatis non laxiora vitæ ſtudia conſecuturus adhæſit Nachori impio, non auo Thare infidelitatem imitatus eſt: ſed optimam fecit electionem patrui, ac tutoris, & pædagogi Abraham. Laborauit enim maximè adoleſcentes ignorantia: nec diu deliberant, aut eligunt, ſuauiora, ſed iucundiora, non honeſtiora, ſed A liberiora conſectantur. Qoamobrem pædagogo prudenti, honeſto, & graui egent, quo regantur, qui nondum ſeipſos regere ſciunt. Sed in

*Porro egent pædagogo.* Clem. Alex.

hanc ſententiam eleganter diſſerit Clem. Alex. 1. *lib. pædag. cap.* 7. Quemadmodum (ait) gubernator non ſemper cedit ventis, ſed contrà proram obuertens vniuerſis reſiſtit tempeſtatibus: ita pædagogus legibus, quæ ſunt in mundo, nunquam cedit, nec eis puerum tanquam cymbam, in libidinoſam viuendi rationem impellere permittit: ſed ſolo ſecundo veritatis

*Iuuenis, cymbam medio mari.*

ſpiritu in altum ſublatus clauum pueri, aures, inquam, fortiter tenet, donec inoffenſum puerum in portum virtutis perduxerit. Hæc ille. Et qoidem optimè iuuenem vocat cymbam, in B medio ſalo ætatis, ac vanitatis fluctuantem. Deinde magna illa exiſtit prudentia iuuenis, quòd ſenem Abraham non faſtidierit, ſed ſeni iuuenis totus adhæſerit. Atque vtinam iuuenis iſtius prudentiam omnes coætanei imitarentur; & non æqualium, turpiter laſciuientium ſe dederent conſuetudini corrumpendos. Audiant

S. Ambr. *Iuuenis agat cum ſenibus.*

ergo D. Ambroſ. 1. *officior. cap.* 43. ita loquentem. Vt æqualium vſus dulcior: ita ſenum tutior eſt; qui magiſterio quodam, & ductu colorat mores adoleſcentium, & velut murice probitatis inficit. Namque ſi hi, qui ſunt ignari locorum cum ſolertibus viarum iter adoriri geſtiunt: quanto magis adoleſcentes cum ſeni- C bus debent nouum ſibi vitæ iter aggredi, quo minùs errare poſſint, & à vero tramite virtutis deflectere? Nihil enim pulchrius, quàm eoſdem, & magiſtros vitæ, & teſtes habere. Sic Ambroſ. Laudi etiam hoc tribuitur Abrahamo, cuius morum ſuauitas ſignificatur. Loth

S. Chryſ. *In ſene morũ ſuauitas.*

enim iuuenis ob amorem (inquit Chryſoſt.) ſingularem, morúmque ſuauitatem viri iuſti, ab illo diuelli noluit. Itaque Abraham iuuenem patrem orbatum, patris loco (vt ait Chryſ.) aſſumpſit. Maximè verò conſpicatus ingenuos adoleſcentis mores, & ad virtutis ſtudium, admirabilem propenſionem, ſuſcepit illum, ac fouit: cæteram verò turbam cognatorum reliquit idololatriæ contagio tabefactum. Ablegan-

*Hoſtes Dei ablegandi.* S. Hieron.

D di enim, non fouendi ſunt hoſtes Dei. Verè quidem dictum eſt à D. Hieronym. *Epiſt. ad Theophil.* Metemur Dei offenſam, qui inimicos Do-

S. Chryſ.

mini fouerimus. Veruntamen eſt quid addubites cum D. Chryſoſt. Quare (inquit) cùm Dominus dixerit: Egredère de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: Abraham tamen ſecum aſſumpſit iuuenem Loth; nec fuit inobediens Domino? Quia (reſpondet) Loth iuuenis erat, & Abraham patris loco profectus. Ita Chryſ. Hinc admonemur, vt paterno ſtudio, & amore curemus, foueamus, tueamúrque conſanguineos, maximè ſi pupilli, & or-

*Pupilli maximè curandi.*

phani fuerint. Bonus hic adoleſcens, cætera omnia relinquens, & ſancto Abrahamo in ob- E ſequium Dei aggregatus Chriſtianum, ac prudentem iuuenem deſignat, qui omnia cum ſeculo valere iubet, atque ad vitam religioſam expeditus conuolat. O felix, qui cæleſtem hunc theſaurum inuenit! Eius opes ſic deſcribit S.

S. Bern. Matth. 13. *Religioſa vita laudatur.*

Bernard. *homil. ſuper, Simile eſt regnum cælorum, Matth.* 13. O religio (inquit) glorioſa & mirabilis! Hæc eſt, quæ miſerante Deo peccata remittit, & reſerat paradiſum. O religio virtutibus ornata! O margarita præfulgida! Omnia ligata tu ſoluis, omnia ſoluta tu reſeras, omnia aduerſa tu mitigas: omnia deſperata tu animas.

Hæc

Hæc eſt, quæ reſpuit auaritiam, horret luxuriam, fugit furorem, ſitinat amatorem, calcat ſuperbiam, linguam contingit, componit mores, odit malitiam, excludit nequitiam, cogitque hominem Dei amore omnia libenter ſufferre. O religio gratiſſima, & toto corde perquirenda! Nónne per te cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, pauperes euangelizantur? O religio, vita beata, vita Angelorum! Ore proprio Spiritus ſanctus dixit: Optimam partem elegit ſibi Maria. O beatiſſima vita ſolitaria, & contemplatiua! quando in ſolitudine contemplabatur virgo Maria, tunc veniſti & in ea: & de ea carnem aſſumpſiſti, ô Deus meus, ô bone Ieſu! Verè religio eſt paradiſus. Hæc & plura S. Bernardus. Quam pulchrè ac dulciter virginem ſanctiſſimam reputat veluti religioſam monialem, cùm ingreſſus ad eam Angelus dixit: Aue gratia plena. Nec poterat Deus naſci decentiùs de matre alia quàm de virgine abſcondita, ſolitaria, & religioſa, quæ primum ac ſecretiſſimum de ſua domuncula fecerat parthenonem. Ergo Dei matrem ſemper virginem abſconditam, & virginitatis obſtrictam voto, ô ſacræ virgines, parthenicæ veſtræ vitæ autorem habetis. Laborioſa quidem, & multis plena moleſtiis vita eſt religioſorum, ſed præ amore Dei omnia leuia ducuntur. Loth (vt notat Chryſoſt.) inſuper peregrinationem elegit, quod honeſtatis morum erat indicium, & magna alacritate alienam vitam domeſticæ prætulit. Futurum igitur omnem itineris laborem præuidit quidem iuuenis ille, ſed leuem, ac propè nullum, reputauit præ Dei promiſſis, dulcíque Abrahami iuſti conſortio. Ac de religione amplius agit D. Bernard. in hæc verba: O ſancta vita, balneum animarum, mors peccatorum, & animarum purgatorium ſordidatum. Tu ſtudium concertantium, luctatoréſque benè currentes perducis ad altas coronas. O homo fuge homines; religionem elige, & ſaluaberis. O religio, qui te fugiunt, luce Dei priuati ſunt; qui diligunt te, aſtringunt, & guſtant quàm ſuauis eſt Dominus, & dulcis, tu ducis ad æterna gaudia, &c. Hæc ille.

*Contemplatio prima incarnationis B. Maria velut monialis virgo.* — *Luc. 1.* — *S. Chryſoſt.* — *S. Bern. Religioſa vita ſalutaris.*

5. *Tulitque Sarai vxorem ſuam.*] Quæſtio eſt valde agitata; num Sarai ſoror fuerit Abrahami eodem patre, ac matre genita? Sunt autem variæ diſcrepantéſque ſententiæ, quas optimè colligit noſter Pererius *diſputation.* 15. *lib.* 15. *in Geneſ.* Vbi doctiſſimus vir poſt eximiam in hac re eruditionem, concludit cum Ioſepho *lib. antiquit.* D. Auguſtin. *lib.* 22. *contra Fauſtum*, *cap.* 35. *&* 16. *de Ciuit. cap.* 19. D. Thom. *ſecunda ſecundæ*, *quæſtio.* 110. atque adeò communiore doctorum ſententia, Sarai fuiſſe filiam Aran fratris Abrahæ, verámque ſororem Loth. Iccirco *cap.* 11. dicitur: Tulit Thare Abram filium ſuum, & Sarai nurum ſuam; non autem, & Sarai filiam ſuam. Quòd ſi filia fuiſſet, profectò non nurum, ſed filiam vocaſſet. Quorſum enim coniunctionis propinquitatis nomen tacuiſſet, nimirum filiam appellando, ſi talis eſſet? Eſt igitur Sarai neptis Thare, & alio nomine vocatur Ieſcha, vbi Aran dicitur pater Melchæ, & Ieſchæ. Quæ duæ fœminæ ſorores patruis ſuis nupſerunt; illa Nachori, iſta Abrahamo. Cæterùm ex conſuetudine Hebræorum propinqui, & conſanguinei vocabantur fratres, & ſorores; vti Abraham appellauit Loth fratrem, qui erat filius fratris, & Sarai ſororem, quæ fratris ſui filia fuit. Laban fratrem Iacob vocauit, qui filius erat ſororis ſuæ Rebeccæ. Dauid omnes de ſua tribu Iudæ appellauit fratres. Tobias iunior, quam accipiebat vxorem, appellauit ſororem, quòd ex eadem ſtirpe cognationis exorta eſſet. Similiter in Euangelio fratres Domini nominantur, non eiuſdem matris filij, ſed ex eadem conſanguinitate propinqui. Hæc ferè ex Auguſtino. Tulit itaque Abram Sarai vxorem ſuam: in quo non parum eminet virtus Abrahæ; ſecum enim duxit coniugem ſterilem, de qua ſcilicet dictum eſt cap. præced. *Erat autem Sarai ſterilis, nec habebat liberos.* Iuſtus Abraham ſterilem vxorem amat, & ſecum ducit, nec propterea concubinas ſubinfert: imò nec aliam vxorem ducit, vt poterat tunc licitè. Proh impudentiam non tolerandam eorum qui ſteriles vxores conuitiis proſcindunt, iiſque contemptis impudicarum mulierculatum amoribus implicantur? Non ſumus (ait Tertullian. *lib. ad vxorem*, *cap.* 3.) noſtri, ſed pretio empti; & quali pretio? ſanguine Dei. Lædentes igitur carnem iſtam, eum lædimus. Nihil hominem Chriſtianum æquè dedecet, atque impuritas, quæ Eccleſiam Dei adulterina & infami ſobole dedecorat. Proieciſti populum tuum domum Iacob, quia repleti ſunt, vt olim, & augures habuerunt, vt Philiſtiim: ait Iſai. *cap.* 2. Summam videlicet impietatem Iudæorum oſtendit, quod bonis à Deo temporalibus locupletati cultui nihilominus idolorum ſe mancipauerint. Addit Propheta: *Et pueris alienis adhæſerunt.* Scio hunc locum intelligi a D. Hieron. de vitio illo abominabili præpoſteræ libidinis; quo (inquit) Græci, & Romani quondam laborauerunt. inter ſcorta quoque in fornicibus ſpectaculorum pueri ſteterunt publicæ libidini expoſiti, donec ſub Conſtantino Imperatore, Chriſti Euangelio coruſcante; & infidelitas vniuerſarum gentium, & turpitudo deleta eſt. Sic Hieronym. Cæterùm de filiis ſpuriis exponi poteſt, ac fortaſſe accommodatiùs ad literam. Hebr. Et in filiis nothis, ſiue ſpuriis acquieſcunt, & placent. LXX. verſio conſonat: Et filij multi alenigenæ nati ſunt eis. Simmach. Et cum filiis alienis applauſerunt. Igitur poſt idolorum impietatem in illud barathrum prolapſi dicuntur Iudæi, vt filios ex damnato concubitu gignerent ad infamiam ſuæ gentis, & auitæ nobilitatis, eóſque præ legitimis diligerent; vel etiam poteſt haberi ſupplicium idololatriæ; cuius in pœnam ceſſit illa ignominia deteſtanda prolis adulterinæ. Tulit ſecum Sarai vxorem ſuam. Ante omnia Sarai eligit Abrahamus, quòd vxor ſit; erunt enim duo in carne vna, dictum eſt à Domino; nec quòd mulier ſit vas nempe infirmius, illam vir deſpicit, aut dereliquit. Sed quid Abraham ad Chriſtum Deum, & hominem? Ferè ſemper Dominus ſe filium hominis appellat, hoc eſt hominem, phraſi Hebræa, & conſequenter factum ex muliere, vt interpretatur Paulus: Et quod mirabilius eſt, matrem ſuam ſemper

*Pērer.* — *Sarai filia Aran fratris Abram.* — *Sarai & Ieſcha eadem.* — *S. Auguſt.* — *Tertull. Dedecet Chriſtianum impuritas.* — *Iſai. 2.* — *S. Hier. Infideles nefando vitio infames.* — *Spuriorum dedecoroſa ſoboles.* — *Cur Dominus virginem matrem appellat mulierem.*

Virginem, ſæpiùs mulierem vocat. Mulier, ecce Filius tuus. Quid mihi & tibi eſt mulier? Non putarim id à Domino fieri ad ſui humiliationem, quòd cùm eſſet Deus, naſci voluit ex muliere, etſi hoc infinitæ ſit humilitatis opus: ſed ad honorandam matrem ſuam, cuius mulieris illic ſe Filium toties, & cum voluptate nominaret. Pulcherrima illa etiam

S. Epiph.

eſt ratio, quæ à D. Epiphan. redditur *lib.* 3. *tom.* 1. *hæreſ.* 79. Quò non putarent aliqui, magis eximiam eſſe ſanctam virginem, mulierem eam appellauit, velut prophetans quæ in terra futura eſſet hæreſis Collyridianorum, qui Mariam pro Deo colebant. Sic Epiphan. Quaſi diceret Dominus: O homines matris meæ admirabilia omnia, ſummáque ſupra omnem naturam contemplati, non illam alius naturæ, aut angelicæ, aut etiam diuinæ cenſeatis; non Angelus, non Deus eſt; mulier quidem natura eſt, ſed priuilegio omnem naturam excedente, mater Dei eſt, & eo magis admirabilis; quòd in muliere tam incomprehenſibilis ineſt maieſtas. Ipſa quoque virgo ſimulatque Dei matrem ſe nouit poſt incarnationem Verbi, nihil habuit prius ac potius, quàm vt mulierem, imò & ancillam ſe exhiberet, exurgens cum feſtinatione, vt Eliſabeth grandæuam & grauidam mulierem inuiſeret, atque illi officioſiſſimè

Luc. 1.

deſeruiret. ad quem locum Luc. 1. egregiè ita diſſerit Beda. Diſce virgo humilitatem Mariæ, vt & corpore caſta & pectore poſſis eſſe deuota. Viſitat iunior ſeniorem; ſalutat virgo vxorem, decet enim, vt quo caſtior virgo, eo ſit humilior, & ſenioribus deferens. Habitum caſtitatis præconio commendet hu-

Beda

militatis. Sic Beda. Laudamus Abrahamum quòd tulit Sarai vxorem ſuam; ſed mihi ma-

S. Chryſ. *Mulier virū iuſtum ad ardua comitatur.*

gis (ait D. Chryſoſt. *homil.* 32.) admirabilis videtur Saræ fortitudo. Obſtupeſco quomodo mulier ſexu infirma tam facilè, tanta alacritate cum iuſto peregrè vadit, & ſubinde migrat, neque illa moleſtè fert, neque iuſto negotium faceſſit. Sic Chryſoſtom. Et quidem optimè; ſed facilius Saræ id fuerit, quod aliis fortaſſe fœminis erit difficilius; quia nimirum iuſtum, & ſanctum habebat virum; at cum viro iuſto ſuauiter labor omnis exantlari poteſt. Vniuerſim autem dicendum: mu-

S. Baſil. *Mulier in coniugio famulatum ſuum emit.*

lieris id onus eſſe coniugatæ, vt virum etiam ad moleſtiſſima quæque vadentem comitetur. Nam, vt inquit D. Baſilius *lib. de vera virgin.* dominum ſibi cum dote infelix mulier coëmens virum, ancilla pro libera efficitur. Sic Baſil.

6. *Vniuerſámque ſubſtantiam, quam poſſederant, & animas, quas fecerant in Haran.*] Subſtantiam opes vocant Hebræi. Cuncta ſua bona ſecum deportauit; in quo laudatur

Procop.

maximè à Procopio; cuius hæc ſunt verba. Inſigne teſtimonium obedientiæ Patriarchæ eſt, quòd dicto fuit audiens, & egreſſus eſt patria, nullas ſui relinquens reliquias in Haran. Scilicet (vt videtur mens Procopij) cùm omnia bona ſua ſecum portaret, ſpem omnem ſibi præcidebat eodem amplius redeun-

*Peccatum, & illius occaſio tollenda.* Tertul.

di, omninò recedendum à peccato eſt: nullas in receſſu noſtri reliquias, hoc eſt, affectum, & propenſionem quandam relinquamus. Nemo enim (inquit Tertullian. *lib. de* A *ſpect. cap.* 15.) affectum ſine caſibus ſuis patitur: ipſi caſus incitamenta ſunt affectus. Vocat rerum occaſiones, caſus, quibus affectus, & propenſio ad peccatum gignitur, aliturque. Vox illa diaboli eſt, quam emi-

Exod. 10.

ſit Pharao: Ite, ſed tantùm viri. Cui vir prudens ſuæque ſalutis amator cum Moyſe reſpondere debet. Cùm paruulis noſtris, cum filiis, cum filiabus, cum omnibus, &c. Vbi

Procop.

eleganter Procopius Tyrannus auet loco obſidum retinere impedimenta Hebræorum, at Moyſes nullas concedit tyranno reliquias; ne in veram libertatem aſſertos in ſeruitutis iu- B gum reducendi occaſionem inde capiat. Sic ille. Itaque omnia noſtra nobiſcum ab Ægypto, ab Vr Chaldæorum, ab Haran Meſopotamiæ, vt reuertendi ad vomitum ſpes omnis præcidatur, deportemus. Dicamúſque cum Propheta: *Et dixi, nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ Excelſi*, Pſal. 76. Itaque vbi à pec-

Pſal. 76.

cato ſe conuertit Dauid, & ad Deum tranſfugit; ſic in alterum à ſeipſo mutatus eſt, vt prioris vitæ ſtatum omnino, & aboleret, & obliuiſceretur. Videte (inquit S. Auguſtin.)

S. Aug.

tranſilientem; videte ſi remaneat alicubi, quouſque perueniat ad Deum. Cùm exceſſiſſem & me, nunc cœpi, &c. Sic Auguſtin. Notat optimè D. Chryſoſt. dictum eſſe: Omnia quæ-

S. Chryſo.

cunque poſſederant in Haran, vt diſcamus, quòd nihil ex bonis Chaldaicis accipiebat Patriarcha; ſed paternis illis omnibus relictis fratri, ea ſola ſecum ferens, quæ & in Haran poſſidebat. Benè id quidem, tanta erat impietas, ac turpitudo Chaldæorum, vt nihil eorum ſecum iuſtus vellet portare; ne aut contagio aliquo iuſti mens inficeretur; aut rerum Chaldaicæ gentis, aut regionis præſentia, memoriam præteritæ domus reſuſcitaret, ac deſiderio illuc reuertendi titillaret. Deinde Abrahami liberalitas commendatur, vt qui patri ſuam omnem hæreditatem reliquerit D fretus diuinis promiſſionibus omnia ſibi abundantiùs ceſſura. Pudeat fratres hoſtilibus odiis

*Fratris in fratrem liberalitas.*

diſſidere mutuò propter paternam hæreditatem, quam totam fratri ſuò Nachori etiam impio lubens dimiſit Abraham. Inuidit frater ille qui erat in agro redeuntem iuniorem à patre perhumaniter accipi; nec mirum, quia (vt ait S. Petr. Chryſol. *ſermon.* 4.) ille in

S. Petr. Chr. Luc. 15. *Fratrum de lucro diſſidia.*

agro terram percolens, ſe deſertans, duritiam ſoluit ceſpitis, perdurat affectum: in ſegete cupiditatis, fructum zeli colligit, & liuoris. O mundi ſubſtantiam infamem, quæ iura omnia effringis, ſeris lites, fraudes, odia; cædéſque ſtruis inter fratres! turpe lucrum, quo ſic homines deturpantur. Verè (vt expe-

Tertul.

E rientia conteſtatur) dictum eſt à Tertullian. etſi alio in ſenſu: Diuitiis malos onerari, tanto locupletiores, quanto nocentiores. Cæca enim ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad ſe explendam (ſed nunquam explebit) omnia diuina, humanáque iura proculcat. Sed quorſum vir iuſtus diuino obſequio totus addictus, tam opulentus procedit? Reſpondet appoſitè D. Chryſoſt. Hoc faciebat, non vt vſque adeò bona illa magnifaceret:

S. Chryſ. *Abraham & opibus, & peregrinatione Dei obedientiam teſtabatur.*

ſed vt ex facultatibus illis poſſet omnibus teſtari; quanta Dei erga ſe fuiſſet prouidentia. Qui enim ex terra Chaldæorum eum euocauit, & iterum inde migrare iuſſit, ipſe &

ſubſtan

ſubſtantiam ipſius augebat quotidie, & omnem moleſtiam auferebat. Itaque quod hæc ſecum ferebat, & per omnem viam ſic procedebat, ſpecimen erat piæ religioſæque mentis. Quicunque enim videbant, meritò requirebant cauſam, quare iuſtus ille peregrinus? Deinde reſpondens ille, quòd iuſſu Dei in alienam terram relictis propria omnibus tranſiret; operibus ſuis docebat, & dicebat, quàm pia eſſet iuſti obedientia, & quàm excellens Dei erga illum cura. Hæc omnia S. Chryſoſt. quibus nihil, nec ornatus, nec explicationis adiici poteſt. Quòd ſi adhuc virtutem Abrahami hoc nomine dicas obſcurari; audi quæſo Procopij reſponſionem *in cap. 13. Gen.* Secum adducit opes; non iis ſeruiturus, (ſiquidem nec vnigenito filio ſuo parcere ſuſtinuit auditu Dei oraculo) ſed iis ad res neceſſarias vſurus. Optimè argumentatur à filio ad opes.

Procop.

7. *Et animas quas fecerat in Haran.* ] Per animas intelligi homines vtriuſque ſexus, euidentiùs conſtat, quàm vt probari neceſſe ſit. Tota quæſtio eſt, quo pacto illas animas fecerit? facilior & planior ſenſus eſt, duxiſſe Abraham omnes homines, quos acquiſierat, nempe omnes ſeruos, quos emerat, quíque ex emptitiis domi ſuæ nati erant, quos appellamus vernaculos; fauétque Hebr. nomen עשו *ghaſu*, hoc eſt, acquiſierunt. Non eſt etiam illa interpretatio contemnenda, vt verbum, *facere*, metaphoricè ſumatur; ſenſúſque ſit, duxiſſe ſecum permultos viros, quos Abraham ex idololatria conuerterat, & fœminas quas ab eadem impietate Sara traduxerat ad veri Dei cognitionem. Sic Lyra: viros intelligit, ac mulieres, quos de idololatria conuerterant ad cultum veri Dei. Hoc ipſum tradunt ferè omnes Hebræorum doctores; fauétque paraphraſis Chaldaica, quæ habet: Et animas, quas legi ſubiecerant in Haran. Nec alienum eſt vocabulum faciendi, & gignendi à conuerſione animarum: ſatis enim eſt illud: *Filioli mei, quos iterum parturio.* Et illud, *In Chriſto Ieſu ego vos genui.* Optimè S. Hieronym. *ad Galat.* 4. Vult (inquit) Paulus oſtendere magiſtorum pro diſcipulis ſolicitudinem; quos patiantur affectus, ne ſectatores ſui excidant à ſalute. Vt pater, & vt mater loquitur in Chriſto; vt vtriuſque anxietatem & pietatem in ſe parentis agnoſcant. Quapropter ſciant diſcipuli quantum debeant magiſtris, non tam ſciendi, quàm benè viuendi, audiántque Iſidorum Peluſiotam egregiè monentem *Epiſtol.* 26. Diſcipuli (ait) veros magiſtros, & vt patres amare, & vt principes timere debent; & nec ob amorem diſcutere metum; nec ob metum obſcurare beneuolentiam. Hæc ille. Vtrunque videas in Helizæo, qui & patrem appellabat Eliam, & hunc eundem filij Prophetarum vocarunt illius dominum: *Hodie Dominus tollet dominum tuum à te*, 4. Reg. 2. Amabat enim Heliam vt patrem, & reuerebatur, vt dominum, à quo in obſequium Dei fuerat coaptatus. Denique, vt rectè obſeruat Procop. Omnes ſecum detulit ad peregrinandum, & laborandum: nullum in Haran otioſum, atque elanguidum remanere paſſus eſt. Nullus enim (inquit) ignauus eſt, & deſes in domo ſapientis. Sic planè res habet. Nec ipſe Deus in ſacrificium admiſit piſcium genus: effœminatorum, & turpi mollitudine languentium hominum piſces ſymbolum præferunt ſuo immerſi pelago aquarum. At ſubinde, piſcium eos tantùm cibi aptos aſſignauit, qui pennulas habent. Quorſum id quidem. Audi D. Gregor. 5. *Mor. capite* 8. Piſces, qui habent pennulas, ſaltus dare ſuper aquas ſolent. Itaque, vel in piſcibus, nedum in hominibus, deteſtandum eſt otium: optimum patrifamiliâs condimentum eſſe ſolet ſaltus, & induſtria famulorum. Vocat diabolus domum ſuam, quam inuenit vacantem, *Matth.* 12. ſcilicet à bonis vacantem per negligentiam; vt habetur in Gloſſa. Bonis operibus vacuam; ait Lyra. S. Hieronym. intelligit Iudaicam impietatem. Vacabat (inquit) templum Iudæorum, & Chriſtum hoſpitem non habebat, &c. Itaque otio vacans anima immundis ſpiritibus domum adornat: atque idcirco ableganda eſt omni contentione mater omnium vitiorum otioſitas.

Lyra. *Abrā & Saras conuerterunt multos gentiles ad Deum.*

Ad Gal. 4.
1. Cor. 4.
S. Hieron.

Iſid. Peluſ. *Magiſter amandus & timendus.*

4. Reg 2.

Procop.

*Otium procul ab domo pendendum.*
S. Gregor.

Matth. 12.

Lyra.
S. Hier.
*Otium vitiorum origo.*



---

## SECTIO V.

*Egreſſi ſunt, vt irent in terram Chanaan. Cúmque veniſſent in eam, pertranſiuit Abram terram vſque ad locum Sichem, vſque ad conuallem illuſtrem: Chananæus autem tunc erat in terra.*

1. EGreſſus eſt itaque Abram, vt vidimus *ſect. præced.* Quid mirum igitur ſi Sarai, ſi Loth, ſi animæ, quas fecerant, egredientem pariter omnes Abrahamum comitantes egrediantur. Boni ducis eſt exemplo præire cæteris; nec aliis iſti vehementiùs incitantur ſtimulis, quàm ſi præeuntem ducem intueantur. Sic Iulius Cæſar, vt in eius vita ſcribit Sueton. *cap.* 57. anteibat agmen detecto capite, ſeu ſol, ſeu imber eſſet. Fugit Dauid rex à facie Abſalon, &, vt ſcribitur 2. *Reg.* 15. *Aſcendebat cliuum oliuarum, ſcandens, & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite, ſed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite aſcendebat plorans.* Itaque luctus Regis ſocius erat lugens exercitus; vt hic ait Theodoretus. Quidni lugerent ſubditi, ſi regem lugentem ſequebantur; totus enim ad principis exemplum populus componitur. Grauius adhuc incitamentum in eo cernitur, quod præſtitit prudentiſſimus rex, vbi ſe proripuit ex vrbe cum ſuis, furorem Abſalonis declinaturus. Egreſſus (ita legitur) rex, & omnis Iſraël pedibus ſuis ſtetit procul à domo, & vniuerſi ſerui eius ambulabant iuxta eum. *Ibidem.* Enimuerò rex egreſſus Hieroſolyma conſtitit media in via & omnes interim iuxta regem incedebant. Rectè Lyranus obſeruat: Vt tranſire (inquiens) faceret totum populum ſuum ante ſe, vt poneret ſe in maiori periculo, ſi Abſalon eum inſequeretur, quod fecit, eo quòd erat in culpa, & alij patiebantur propter eum. Sic Lyranus. Optimus ſanè rex, imò pater populi, ſe primum exponit periculo, vt ſuum in caput deſæuiat tempeſtas; at populus illæſus, & incolumis euadat. Ac fuit quidem Dauid typus Domini Ieſu, qui baiulans ſibi crucem exiuit in Caluariæ locum, vbi crucifixus clamat: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemet-*

Suet. *Efficax eſt exemplum Principis.*
2. Reg. 15.

Theod.

*Principis amor in ſubditos.*
Lyra.

Matth. 16. 1. Petr. 2. *Chriſtus præit exēplo crucis.*

*ipſum, tollat crucem ſuam & ſequatur me*, Matth. 16. Paſſus eſt (ait Petrus) vt ſequamur veſtigia eius. Nec enim vnum ſui reliquit veſtigium leuiter impreſſum, & facilè obliterandum. Veſtigia multa, & quæ ignorari atque abſcondi nequeant, & quæ nunquam ſint interitura, nobis ſubinde penè ſequentibus reliquit. Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium eius portantes, *ad Heb.* 13. Quem locum ſic interpretatur Theophyl. Cùm mortem ſit Chriſtus extra portam perpeſſus; concedamus & ipſi ad eum extra caſtra, hoc eſt, extra mundum, improperium eius portantes, ideſt, eadem illa, quæ ipſe ſuſtinuit toleremus. Foris ille vt noxius quidam, & latro cruci affigitur; nec nos itaque pudeat, ex hoc mundo excedere, & honores, & gloriam, quæ mundi ſunt, deſtituere; vel ſi ad ignominiam nobis id cedere videtur. Hæc Theophyl. Hoc pacto ipſe Dominus, non diſcipulos modò, qui tunc aderant, ſed quotquot poſtea futuri erant, ſuo exemplo ad laborum tolerantiam inuitauit, cùm ſæpiùs de ſuo calice locutus eſt. Sic ad Iacobum & Ioannem: *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Calicem quidem meum bibetis*, Matth. 20. Vbi D. Chryſ. Hortatur Dominus, & allicit. Non dixit: poteſtis ne veſtrum effundere ſanguinem; ſed poteſtis bibere calicem? Deinde alliciens inquit, quem ego bibiturus ſum; vt communicatione laborum cum ipſo promptiores redderentur. At ſunt complures, qui in omni honorum, diuitiarum, & voluptatum affluentia vitam ſplendidam agentes ſperant ſe in hac & in altera vita cum Chriſto victuros. Sæpiùs Moyſes auens & petens à Domino, vt oſtenderet faciem ſuam; audiuit tandem: *Cùm pertranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & videbis poſteriora mea*, &c. Exod. 33. Quaſi dicat (explicat S. Cyril. Hieroſ. *Catech.* 10.) Hoc faciam: ſed ita, vt tu capere potes; ecce ponam te in foramine petræ. Cùm enim exiguus ſis, in paruo circumſcriptus eris. Sic ille. Nimirum nec ipſam humanitatem Domini (poſteriora Dei) dignè poſſumus intueri, ac ſequi, niſi coarctati, circumſcripti, in humilitate, in contemptu noſtri, ac rerum humanarum ſtrictione in vitæ noſtræ anguſtia. Nónne ipſe Dominus naſci voluit in antro Bethlehemitico, quod appoſitè vocat S. Hier. paruum terræ foramen? quis ergo laxiora vult omnia in vita?

Ad Heb. 13. Theoph. — B — Matth. 20. S. Chryſo. — C — Exod. 33. S. Cyr. Hier. — D — S. Hier.

2. Arbitror Abrahamum de Chaldæa, deinde de Haran egreſſum, atque adeò in Chanaan peregrinantem ſæpiùs fuiſſe probriis, conuitiis, & maledictis hominum infidelium proſciſſum, eo quòd vitam quandam nouam, ac difficilem inſtituerit. quod illi Dominus benedicens apertè ſuppoſuerat: Maledicam maledicentibus tibi; vt & contingit, quemadmodum optimè obſeruat Procop. Sed illud vetum eſt, quo ſe Dauid tuetur: *Maledicent illi, & tu benedices; qui inſurgunt in me, confundantur; ſeruus autem tuus lætabitur*, Pſal. 108. Ad quæ verba D. Ambroſ. *Epiſt.* 82. ſic effatur. Ambienda hominum maledictio, quæ acquirit dominicam benedictionem. Quod ſupereſt; Ieſus extra portam paſſus eſt, & vos egredimini de hac terrena ciuitate. Ideo exiuit Ieſus de ciuitate, vt vos exeuntes de hoc mundo ſupra mundum ſitis. Hæc Ambroſ. Scio hunc verſum Pſalmi explicari à Theod. de ipſomet Chriſto Domino. Etenim (ait) vſque in hodiernum diem Iudæi Saluatorem exectari pergunt: ſed à illis execrantibus, illuſtrius in diem præconium fit. D. Hieron. illud exiſtimat Iudæorum maledicta, quæ in Chriſtianum populum iaciuntur, cùm Propheta dominum alloquens ait: Maledicent illi, & tu benedices. Id enim (inquit) hodie fit. Iudæi maledicunt in Synagoga, & Dominus benedicit in Eccleſia. Peracerba quidem ſolet eſſe hæc tentatio, quæ improborum calumniis, & irriſionibus peragitur. Quapropter grandi, vt vincatur, animo opus eſt. Michol filia Saul (vt habetur ex 2. *Reg. cap.* 6.) proſpiciens Regem Dauid ſaltantem, ante arcam Domini deſpexit, atque acriter obiurgauit. Sed bonus Rex non erubuit (inquit D. Ambroſ.) fœmineas opiniones, nec opprobria apud mulieres ſubire pro religionis obſequio verecundatus eſt. Quinetiam addidit Rex: Viuit Dominus, quia ludam ante Dominum, qui elegit me, & ludam, & vilior fiam, pluſquam factus ſum, & ero humilis in oculis meis, &c. Quæ verba D. Bernard. *Epiſtol.* 87. ſibi accommodans ait: Ludam, & vilior fiam. ludam ſcilicet, vt illudar; bonus ludus, quo Michol iraſcitur, & Deus delectatur. Bonus ludus, qui hominibus quidem ridiculum, ſed Angelis pulcherrimum ſpectaculum præbet. Bonus ludus, quo efficimur opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis. Nam reuera, quid aliud ſecularibus, quàm ludere videmur: cùm quod ipſi appetunt in hoc ſeculo, nos per contrarium fugimus; & quod ipſi fugiunt, nos appetimus. Hoc caſto, & religioſo ludo, ludebat, qui dicebat: *Spectaculum facti ſumus Deo, Angelis, & hominibus*, 1. Cor. 3. Hoc ludum & nos interim ludamus, vt illudamur, confundamur, humiliemur: donec veniat, qui potentes deponit, & exaltat humiles, quos lætificet, glorificet, in æternum exaltet. Hæc Bernard. Adiungit Dauid beneficia Dei; quibus, vt vel tantulum rependeret, nihil non arduum, atque ignominioſum ſubiret. Nempe: Ludam ante Dominum, qui elegit me pluſquam patrem tuum, & quàm omnem domum eius, & præcepit mihi, vt eſſem dux ſuper omnem populum Domini in Iſraël. Et ludam, & vilior fiam, &c. Appoſitè hîc Lyra: Quia ſecundùm B. Gregor. *homil.* 31. Tanto humilior atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet eſſe ex munere, quanto obligatiorem ſe eſſe conſpicit, in reddenda ratione Dauid à Deo multa beneficia receperat, quæ ſe humiliando recognoſcebat. Hæc ille. Diſcant principes & potentes huius ſeculi à Dauid rege nec in Deum efferri, à quo ſunt quicquid ſunt: nec minores ſuperbo ac tyrannico dominatu opprimere. Sed quid ego Dauidem memoro? Virgo Dei mater, vbi ſe talem vidit, exurgens abiit ad Elizabeth, *Luc.* 1. Vbi ſic Beda. Maria ad Elizabeth, Dominus venit ad Ioannem; hæc vt Spiritu ſancto repleatur, illius vt Baptiſma conſecretur. Maiorúmque humiliatio minorum eſt vtrique exaltatio. Sic ille. Huius tam debitæ erga Deum pietatis affectum, multa ſæpenumero à viris iuſtis patrari ſolent: quæ apud vulgus prophanum, & verè inſanum meræ iudicantur inſaniæ. Sed ſtulta mundi elegit Deus. Sic Prophetarum quidam ſeminudi, alij concatenati, alij plaudentes manibus, & pedibus ſupplodentes per vrbem iuſſu Domini ferebantur. Sed hæc (inquit D. Ambroſius *Epiſtol.* 36.) quæ corporeo aſpectu ſiunt turpia, ſacroſanctæ religionis contemplatione reuerenda ſunt, vt qui

Procop. — E — Pſalm. 108. *Oprandū maledici pro Chriſto.* S. Ambroſ. — Theod.

S. Hieron. — 2. Reg. 6. — S. Ambr. *Non erubeſcendum dehoneſtari pro Deo.* — S. Bern. *Male ſeculares vitam religioſam eludunt.* — 1. Cor. 3. — *Beneficiis Dei cōpellimur ad opera ardua.* — Lyra. S. Gregor. — Luc. 1. Beda — S. Ambroſ. *Deo placendū, etiam cum riſu hominum.*

qui iſta reprehendunt, ipſi in laqueos repre- A
henſionis animas ſuas (vt Michol) induant. Sic
Iſai. 20. Ambroſ. Et Gloſſa ord. ſuper illa verba Iſaiæ 20.
Gloſſ. *Vade nudus, & diſcalceatus.* rectè adiungit: Mi-
ra obedientia: vir nobiliſſimus, cuius filiam
rex Manaſſes accepit in coniugium, non eru-
buit nudus incedere; nihil honeſtius iudicans,
Tertull. quàm Domino obedire. Bene igitur Tertullia-
nus *lib. de veland. Virg. ſub finem*; Nihil Deo
carius humilitate, nihil acceptius modeſtia,
nihil peroſius gloria, & ſtudio hominibus pla-
cendi.

3. *Egreſſi ſunt vt irent in terram Chanaan, cùm-
que veniſſent in eam.* Aggreditur igitur Abra-
ham ex Domini mandato ſuam peregrinatio-
nem: ſuos enim Dominus haud ſinit otio B
elanguere: à tecto ad forum, à lecto ad agrum
euocat, vt in Canticis legimus, vbi ſponſa Do-
minum inuitat ad hortum: *Veniat dilectus meus*
Cant. 5. *in hortum ſuum*, cap. 5. at ille ſponſam paulò antè
excitarat: *Surge, propera, tempus putationis adue-*
Cant. 2. *nit*, cap. 2. ſcilicet ad vineam, & videndam, & co-
lendam. Et quidem hortus deliciarum ſymbo-
lum geſſit, vinea laborum. Illuſtratur hic locus il-
Iſai. 20. lo alio apud Iſaiam cap. 20. *Miſit Sargon rex Aſſy-
riorum Thartan in Azotum*, &c. Horum nomi-
num reconditas ſignificationes eruditè, vt ſolet,
S. Hieron. euoluens D. Hieronymus tropologiam ſic texe-
*Deliciosus & otioſus expugnatur à diabolo.* xit. Thartan, rutrem dedit, vel ſuperfluus, ſiue
elongans: Sargon autem princeps horti: hîc rex
Aſſyrius, quem legimus ſenſum magnum, ha-
bet duces plurimos, quorum eſt Thartan, elatus
in ſuperbiam, & longè procedens in ſcelere, &
amplior cæteris; & mittitur ad impugnandam
Azotum, quæ Hebraicè dicitur *Aſdod*, & inter-
pretatur ignis, generationis. Expugnat dux re-
gis Aſſyrij eos, qui generationi & libidini ſer-
uiunt; & pulchrè rex Aſſyriorum Sargon Prin-
ceps hortorum dicitur voluptati, & luxuriæ de-
ditus. Hæc Hieron. A diabolo igitur per omnia
vitia expugnatur, qui otio langueſcit, deliciiſ-
que per hortos ſignificatis infelix eneruatur.
Quocirca tam malè audit apud viros iuſtos, vel
ipſum nomen hortorum, hoc eſt, deliciarum, vt
ab illis, vel voce prolatis illico à Deo animæ
auocentur ad vineas. Atque iccirco, vt egregiè
S. Hieron. adiungit D. Hieron. Achab rex Iſraël vineam
*Iuſto certandũ contra delicias.* Naboth vertere in hortum cupiebat: quòd ille
iuxta leges tropologiæ intelligens mori maluit,
quàm facere; ne hæreditas paterna, & antiqua
poſſeſſio in impij regis delicias verteretur. Sic
Hieronym. Laborandum, & colluctandum viro
iuſto eſt, aduersùs carnis delicias, quibus om-
nis vigor ſpiritus hebetatur, & euaneſcit. Vti
Paulus ſactitabat caſtigans corpus ſuum, & in
1. Cor. 9. ſeruitutem redigens, 1. *Cor.* 9. Et ita (obſeruat
S. Baſil. *lib. de virgin.*) dæmonem conſœdera-
tum cum ſenſu noſtro, qui in luto carnis deli-
teſcit, & tentare ſolet, Paulus petit, & illi
plagas inſert. Mirabilius eſt, quod adiungit;
nimirum: *Ne fortè cùm alijs prædicauerim, ipſe re-
probus efficiar.* Reprobus quidem à Deo; vt in-
telligunt Origen. Ambroſ. Chryſoſt. Theodor.
*Carnis inſidias etiam S. Paulus timuit.* quod ſanè videtur omnem admirationem vince-
re in Apoſtolo confirmato in gratia, & illuſtriſſi-
mis Dei muneribus exornato. Enimuero ille (in-
Origen. quit Origen. *in cap. 8. Epiſt. ad Rom.*) qui nulla
prorſus creatura aduerſante à caritate Dei ſe
poſſe diuelli dicit, neque ex vllo tot aduerſa-
riorum capere metum, & timuit, ne fortè cade-



A ret. Et iſte qui cæleſtium virtutum aduerſùm
ſe ſi commouerentur bella non meruit, & ex ea
conſurgentes inſidias formidauit, dicens: Ca-
ſtigo corpus meum, &c. & ideo præ cæteris om-
nibus carnis inſidiæ formidandæ ſunt. Hæc
Origen. Similiter Euſeb. Emyſſen. *homil.* 1. *in* Euſeb Emy.
*Quadrageſ.* Ecce (inquit) B. Paul. iam vas ele-
ctionis effectus intelligit ſibi non ſufficere ſo-
lam gratiam, niſi gratiæ adiungat ſolicitudinem
vigilantiæ, & laboris induſtriam. Sic ille. Hinc
optimè S. Chryſ. noſtram vellicat ignauiam. Si
Paulus (ait) hoc timuit, qui tam multos do- S. Chryſoſt.
cuit, & timuit poſtquam prædicauit, & factus *Vigilandũ & certandũ contra carnis aſſultus.*
eſt Angelus, & totius orbis terræ defenſionem,
& patrocinium ſuſcepit; quid nos dixerimus?
B Nam ſi mihi (inquit) prædicaſſe, docuiſſe, in-
numerabiles conuertiſſe, non ſatis eſt ad ſalu-
tem, niſi meæ quoque actiones ſint eiuſmodi,
vt in eas nulla cadat reprehenſio, multo magis
vobis. Ita Chryſ. Itaque Paulus ſic ſe in caſti-
gando corpore gerebat, ac ſi ſalutis ſuæ certus
non eſſet; ſic occaſiones, & pericula declina-
bat, quaſi neſciret ſe in gratia confirmatum la-
bi non poſſe in peccatum lethale. Ac de pericu-
lis vitandis ita commentatur hunc locum S. Cy- S. Cyprian.
prian. *de ſingul. Cleric.* Certè plus omnibus Pau-
lus laborauit, & tamen ad mulieres circundu-
cendas, collegas ſuos imitari tremuit; ne ſe ad
interitum ſubiiceret tentationi carnali. Ita Cy-
C prian. Quid nos facere oportet, qui tam leues,
infirmique ſumus, qui noſtrorum ſcelerum con-
ſcij, & ruinam, ex libidinum occaſionibus, atque
incitamentis certam quotidie noſtro malo ex-
perimur? Pulcherrimè colligit ex iiſdem Apo-
ſtoli verbis Beda: Suo timore nos terruit, quid Beda.
enim faciet agnus, vbi aries tremit? Quàm alie- *Abram impedimenta itineris rumpit.*
nus igitur ab otio Abrahamus; laborioſam ſuſ-
cipit ex Dei præcepto peregrinationem. Lice- S. Chryſoſt.
bat autem (ait D. Chryſ.) hic videre rem mul-
tis miraculis plenam, quòd homo in profun-
diſſima ſenectute, cum vxore etiam ipſa proue-
ctæ ætatis, & multis famulis, alio ſe transferat;
maximè quòd neſcius, vbinam errandi futurus
D finis; ſed nihil obſtaculi iuſto eſt, qui tantum
habet diuina mandata perficiendi deſiderium.
Quàm verò ſit laborioſa, & quàm multis obno-
xia periculis peregrinantis vita, nemo eſt qui
neſciat. Dauid vt aliquod, vel breuiſſimum in vi-
ta ſpatium à Deo, in quo placidè viuat, impetra-
re faciliùs poſſit; ſummam illi repræſentat cala-
mitatem, quam patitur in orbe peregrinum
agens. Ita enim Pſalm. 38. *Exaudi orationem meam* Pſal. 38.
*Domine, & deprecationem meam auribus percipe: la-* *Vita peregrinantis laborioſa.*
*crymas meas ne ſileas, quoniam aduena ſum apud te,*
*& peregrinus, ſicut omnes patres mei. Remitte mihi*
*vt refrigerer, priuſquam abeam, & ampliùs non ero.*
Prophetæ mentem nemo clariùs explicauit,
E quàm Theodoret. cuius hæc eſt paraphraſis. Tibi Theod.
Domine ſupplico, exaudi me obſecrantem, &
cum lacrymis deprecantem. Non enim habito
terram, vt propriam, ſed tanquam peregrinus in-
colo. Cùm parum tẽporis vixerim, mortem obi-
bo. Igitur modicas inducias imperti, vt paucos
dies ſine doloribus vita perfruar, priuſquam è vi-
ta auolem; egreſſus enim non reuertar in hanc
vitam corruptam. Cæterùm dignum eſt magnum
Dauidem admirari, cùm ſit in regno, & copiis,
atque potentia ſeipſum aduenam, & peregri-
num nominare, & felicitati fidere nolle. Nam
reuera hæc verba cum ſapientia dicta ſunt,

*Bona mundi deſpicienda.*

quæ rerum naturam ſcit, & hac de cauſa præſentem felicitatem deſpicit. Hactenus Theodoret. Incredibilis planè virtus: regem hominem in ſummo rerum humanarum faſtigio nequaquam quieſcere, ſed vti peregrinum alieno in ſolo agere & afflictari, atque vnius patriæ, in quam tendit, deſiderio æſtuari. Et nihilominus in miſeriis nos, atque in fæcibus ignobiles & pauperes commoramur læti & quieti, ac cælum nun curantes. Ac nulla fortaſſe fingi poteſt moleſtior & periculoſior peregrinatio, quam iſta Abrahami, vt luculenter obſeruat D. Chryſ. *homil.* 31. ad hunc modum: Prudenter quiſque expendat quantæ per illud tempus viarum difficultates erant. Neque enim, ſicut nunc, licebat impauidè verſari, & tam faciliè profectiones ſuſcipere. Nam ſingula loca propriis ducibus diſtincta erant, erátque neceſſe iter agentibus à ducibus ad duces tranſire, & quotidie de regno in regnum progredi. Sic Chryſoſt. Ex his fiebat vt quia multi paſſim reguli dominabantur, multæ fierent tributorum extorſiones peregrinantibus, dum à regno in regnum tranſirent: quotidie nouas gentes, nouos ritus, nouas leges, & fortè nouas linguas offendebant, quod non permoleſtum & periculoſum eſſe peregrinis non poterat.

*S. Chryſ.*

*Abrahami peregrinatio periculoſa.*

4. *Pertranſiuit Abram terras.*] Emphaſim habet verbum, *pertranſiit*. nuſquam enim permiſſus tabernaculum tendere, nuſquam, vel breui tempore ad captandam quietem conſiſtere, ibat vlteriùs pergens, vſque ad vltimos fines Chananææ. Hanc peregrinationem eleganter deſcribit D. Auguſtin. *ſermon. de tempore* 68. hiſce verbis. It ergo Abraham per deſertas ſolitudines, per inuias ſedes, per naturæ ſecreta, vbi hominis veſtigium necdum rudis terra cognouerat, & inter illa omnia quæ Dei imperio dereliquerat, non tugurium, non caſam, ſed inter ipſa camporum ſiluſcentium formidoloſa ſecreta hoſpes tantummodo, cęli terręque nullum ſuffugium quod diuerteret inueniebat. Hæc Auguſtinus. Sæpenumerò barbari, & Ethnici homines peregrinum illum eo tantùm nomine, quòd purum, ſanctum, Deóque vni fidelem, calumniis inſectabantur. Sic legimus apud D. Petr. 1. *Epiſtol. cap.* 4. In quo (inquit) admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confuſionem, blaſphemantes. Alloquitur fideles è paganiſmo ad veritatem Chriſtianæ fidei conuerſos. Quos quidem idololatræ cùm vident, obſtupeſcunt, vt declarat D. Thom. propter inſolitam vitæ nouitatem, & admirantur propter vitæ magnitudinem, & difficultatem, qui ſtupor eſt timor ex conſueta imaginatione; admiratio verò eſt timor ex magna apprehenſione, vel ſtupor de declinatione mali; admiratio de operatione boni. Quaſi impoſſibilis videtur inceſtuoſis caſtitas, guloſis abſtinentia, ſuperbis humilitas. Cum eis igitur non concordantibus in luxuriæ confuſionem, in qua illi ſunt; vituperant veſtram vitam, quia iam eſtis eis diſſimiles. Hæc Thom. Aduertere iuuat Græcè haberi ξενίζονται, quod vertunt, admirantur, obſtupeſcunt, peregrinantur. Et quidem appoſitè. Nam impij cùm virum iuſtum & ſanctum contuentur, ſic variè afficiuntur. Primò ſtupent vitæ piæ, caſtæ, religioſæ, quæ improbis eſt inſolita, (aut erat antea iuſtis priùs, quàm ad virtutis, & fidei caſtra transfugerent) nouitate perculſi. Deinde ſuæ fragilitatis conſcij, & inueteratæ in vitiis conſuetudini penitus adhærentes, timent, horréntque, admirati nouam illam vitæ rationem arduam, & ſupra hominis vires ſublimem, Deo potiùs, quàm homini conſentaneum; denique impoſſibilem; ergo peregrini a fide, a veritate, ab omni virtute, à ratione ipſa, a Deoque bellum indicunt iuſtis, velut exteris, vita, regno, mundóque & natura alij alius diſſimiles. Dixerim inſuper, ac verè Abraham pertranſire terram, quòd nollet cum impiis habere commercium: ab illis pertranſeundum eſt.

*S. Auguſt.*

*Abrahami peregrinatio deſcribitur.*

*1. Petr. 4.*

*Iuſtum ſtupent mundi.*

*S. Thom.*

*Iuſtis vitæ diſſimiles oppugnant mundi.*

A

B

Propterea Deus (ait Clem. Alex. 3. *Pædag. cap.* 11.) ſeniori populo porcis veſci prohibuit, *Leuit.* 11. ſignificans non oportere eos, qui Deum inuocant, cum impiis verſari hominibus. Maximè cauebat Abraham Saræ, ac fœminis aliis honeſtiſſimis, quas in ſuo comitatu ferebat, ne ſi oppida, vrbéſque infidelium ingrederentur, ſubitò fieret ad contuendas peregrinæ gentis (vt fieri ſolet) fœminas laſciuientium hominum concurſus; quo nihil eſt potentius ad corrumpendos bonos mores, & omnem caſtitatis ſublimitatem funditus ſubruendam. Vnde prudenter adiungit Clem. Occaſio conuentus cauſa eſt turpitudinis, cùm viri, & fœminæ permixtim communicant, alter ad alterius ſpectaculum; dum enim laſciuiunt oculi, caleſcunt appetitiones: & oculi, quod conceſſum otium habeant, intendunt cupiditates. Hæc ille. Fugiendum hoc eſt, vti certa peſtis animarum, inter viros ac fœminas commercium: nec vlla periculoſior eſt vtrique ſexui tentatio. At (vt Cyril. Hier. *cat. myſt.* 5. benè conſiderat) videtur eſſe tentatio, veluti torrens aliquis tranſitu difficilis. Cur igitur torrentem ingrederis, cùm ſicca poſſis & ſtrata via incedere? Et quæ tanta iſthæc eſt temeritas, vt in torrentis fluenta te iniicias, cùm ponte queas tranſire? fugite, ait Apoſtolus, fornicationem.

*Clem. Alex.*

*Leuit. 11.*

*Cum impiis nō agendum.*

*Clem. Alex.*

*Conuentus virorum & fœminarum periculoſus.*

C

*S. Cyr. Hier.*

5. Pertranſiuit; longiſſimum, ac moleſtiſſimum iter conficiens; ſed, vt bene D. Auguſtin. fide ſocia. quod ex Paulo mutuatur ad Hebr. 11. *Fide Abraham peregrinatus eſt*, Nimirum perpetuò à præcepto Domini ſuſpenſus nullibi pedem figebat, quin à Domino id præſcriptum intelligeret. Quo, præter obedientiam, commendatur etiam admirabilis familiaritas Abrahami cum Deo. Ab illius enim ore ſuſpenſus ad ſingulas itineris ac vitæ ſuæ periodos hærebat. Idipſum S. Bern. religioſo viro conſulit: In omnibus actu (inquit) vel cogitatu ſuo ſibi Deum adeſſe memoretur, & omne tempus, quo de ipſo non cogitat, perdidiſſe ſe computet. Sic Bernard. *in ſpeculo monach.* Factitabat hoc etiam regius Vates, inquiens Pſalm. 31. *Firmabo ſuper te oculos meos.* Exponit D. Auguſt. Non à te auferam oculos meos, quia & tu non aufers à me oculos tuos. Legimus de Ioſeph ſanctiſſimo ſponſo ſemper Virginis Deiparæ apud Matth. cap. 2. *Apparuit* (inquit) *Angelus Domini Ioſeph in Ægypto dicens: Accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Iſrael.* Vbi ſubtiliter Lyra: Non nominauit Angelus aliquam ciuitatem determinatè, vt ex reſponſione Angeli inſtruentis eum de loco, Ioſeph ex frequenti locutione cum Angelo magis conſolaretur. Sic ille. Eodem pacto Abraham neſciens quò iret, cogebatur Dominum frequenter audire, vt ſciſcitaretur, quò, & qua eundem, & vbinam ſiſtendum foret. Huc etiam illa verba Domini ſuperiùs poſita: Veni in terram, quam monſtrauero tibi; extendi poſſunt, vt ſignificent, quâlibet terræ portionem aſſignari ſolitam à Domino toto itinere Abrahamo. Vide indefeſſam ac

*S. Auguſt.*

*Ad Heb 11.*

D

*S. Bern.*

*In omnibus & ad omnia agendum cum Deo.*

*Pſalm. 31.*

*S Aug.*

*Matth. 2.*

E

*Lyra.*

A

ac perennem pietatem Abrahami; audiuit Deum dicentem: Egredere de terra tua, &c. Sermones Domini auribus excepit, mente condidit, opere illos executus, cum Domino deinceps verſatur; nec enim eſt de numero illorum quos Clem.

Clem. Alex. *Perſeuerandū cum Deo.*

Alex. *loco indicato* acriter perſtringit: Cùm de De (inquiens) habitum ſermonem venerati ſunt, eum illic relinquunt, vbi audierunt; foris autem impiis modis, & amatoriis canticis ſe

Num. 1.

oblectant. Ita Clem. *Num.* 1. iubetur Moyſes à Domino principum, ac fortium bellatorum catalogum conficere. Sed cur non antea? cur tam multis poſt egreſſionem ab Ægypto annis? Re-

Rabban.

ſpondet egregiè Rabbanus. Nondum enim tentati erant, nondum ab hoſtibus impugnati; confligunt cum Amalech, & vincunt, ſed ne tunc

B

quidem numerantur. Non enim ſufficit ad perfectionem tendenti vna victoria. Sic ille. Sic Abraham ex aliis in alias regiones irrequieto peregrinationis curſu à Deo iubetur diuagari: ſic viri iuſti ſæpiùs tentati, afflictique per ignem, & aquam, hoc eſt, per multas ac varias tribulationes pergunt ad regnum Dei. Abrahami peregrinationem ex mandato Domini ſuſceptam, non imitatus modò eſt, ſed ſuperauit ſanctiſſimus Ioſeph, cùm audiuit ab Angelo: *Tolle puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum*, Matth. 2.

Matth. 2. *Iuſtorum vita ex mœſtis, & iucundis contexta.*

Fuga appellatur, atque iccirco multo magis laborioſa, & periculoſa, quàm Abrahami peregrinatio: poſt Angelorum cantus ad Bethlehemiticum præſepe; poſt adorationem Magorum; poſt Simeonis & Annæ præconia nunc fuga indici-

C

tur. Enimuero (ait D. Chryſ. *homil.* 8. *in Matth.*)

S. Ioſeph cum Deipara fugit in Ægyptum. S. Chryſ.

miſericors Deus mœſtis rebus quædam etiam iucunda permiſcet. Quod certè in ſanctis omnibus facit, quos neque tribulationes, neque iucunditates ſinit habere continuas, ſed tum de aduerſis, tum de proſperis, iuſtorũ vitam, quaſi admirabili varietate contexuit. Hæc Chryſ. Sed amplius quæres, cur indicta fuga plena periculis non ſe comitem difficillimi itineris Angelus exhibuit; vti Dominus non opem modò ſuam, ſed magnificentiam, & omnipotentiam promiſerat Abrahamo: Faciam te, magnificabo, benedicam, &c. Reſpondet optimè idem Chryſ.

S. Chryſ.

D

Nequaquam ſe ſocium itineris futurum eſſe pollicitus eſt Angelus: neque in Ægyptum euntibus, neque illinc redeuntibus: proculdubio deſignans maximo ipſius, propter quem fugiebant

Dulcis peregrinatio cum te Ieſu. 1. Paral. 29.

paruuli, eſſe munitos comitatu. Ita Chryſ. Solabatur Dauid ſuam peregrinantis iuſtar vitam, eo quòd ſimilem tranſegerint illius maiores; ſic enim 1. Paralipom. 29. Dominum affatur. *Peregrini ſumus coram te, & aduenæ ſicut omnes patres noſtri.* At nos ô bone Ieſu Deus meus (maius quiddam ac dulcius dixerim) peregrini ſumus tui fideles, hoſpites & aduenæ, non habentes hîc ciuitatem permanentem; ſicut tu ipſe Deus, & Pater noſter, ſicut ipſa ſemper virgo genitrix tua: illa quidem te Deo grauida feſtinanter abiit in

E

montana Iuda. Illa tuo ſanctiſſimo ac puriſſimo partui proxima abiit à Nazareth in Bethlehem.

B. Maria vita peregrinantis.

Illa fugiens Herodis immanitatem te recens natum, in vlnis ad vbera, & in ſinu deferens in Ægyptum peregrinata eſt. Illa tecum ab Ægypto ad Iudæam, ac poſtea per caſtella & vicos euntem, & prædicantem te mater filium indiuiduo comitatu ſecuta eſt. Tot vita Dei facti hominis, etiam antequam naſceretur ad crucis vſque patibulum & tota ſimul vita matris Dei peregrinatio fuit.

6. *Vſque ad locum Sichem, vſque ad conuallem illuſtrem: Chananæus autem tunc erat in terra.*] Legunt nonnulli, per appoſitionem, conuallem dici ad Sichem, quaſi vnus idemque ſit locus. ſed certum eſt diſtare hæc duo. Per locum igitur, in quo poſtea fundata eſt Sichem, decem (vt peritiores tradunt) leucis ab Hieroſolyma propè montem Garizim, vrbs Samaritanorum, gradiens Abraham peruenit ad conuallem illuſtrem. De Sichem ſcribit Borch. (nec enim puto duas eiuſdem nominis fuiſſe Sichem, quicquid alij dicant) qui decennium inſumpſit peregrinando, & luſtrando ſumma cum diligentia vniuerſam illam regionem, quam terram ſanctam appellamus. Ergo ait, inter montes Bethel, & Dan ſita

Borchard. *Sichem deſcriptio.*

eſt vrbs Sichem, hodie Neapolis dicta, incredibili amœnitate, ac deliciis abundans; non tamen munita, nec verò munitionis capax, ob idque incurſionibus hoſtium obnoxia. Hanc reædificauit Hieroboam, fuitque prima ſedes regni eius. A porta Sichem auſtrali, quantum bis iacere poſſit arcus, eſt fons Iacob, ſuper quem fatigatus ex itinere ſedit Ieſus, *Ioan.* 4. fons ipſe eſt foſſus

Ioan 4.

eſt in via, qua tendimus Hieruſalem: ſupra fontem ad dexteram mons eſt excelſus duo habens capita, quorum vnum nominatur Garizin, alterum Hebal. Ibi Ioſue ædificato altari recitauit Deuteronomium Moyſis, vt habetur *Ioſ. cap.* 18.

Ioſue 18. 8

Hæc Borchard. *par.* 1. *cap.* 7. *num.* 16. & 17. Pulchra eſt tropologia huius loci apud D. Ambroſ.

S. Amb.

*cap.* 2. *lib. de Abraham*, nimirum: Egreſſus perambulauit vſque ad Sichem, quod Latina interpretatione dicitur humerus, vel ceruix; per quæ executionem præſcripti operis intelligimus, ſiquidem & infra habemus ſcriptum: Suppoſuit humerum ſuum ad laborandum; vnde per figuram

*Efficaciter obedientia ſupponenda ceruix.*

locorum, id aduertimus expreſſum, quod deuotionem ſuam ſanctus Abraham, non ſolùm ſtudio, ſed etiam efficacia probauerit fructuoſa, qua ad quercum vſque peruenerit. Sic Ambroſius. Itaque etſi iuxta literam Abraham per Sichem peregrinando iter confecerit, myſtico tamen ſenſu intelligitur per efficacem executionem præcepti diuini ſuam obedientiam exhibuiſſe, cui Sichem, hoc eſt, ceruix, & humerus portandæ, & exequendæ à iuſto viro ſupponitur. Vſque ad conuallem illuſtrem. Hebr. עד אלון מורה; *ghad elon moreh*, quid propriè ſit *elon*, quid etiam *moreh*, valde diſſentiunt interpretes. *Elon* alij quercum, alij abietem, aut ilicem, nonnulli ſimpliciter arborem vertunt. Verosimilius eſt eſſe arborem, de quercuum genere. Vnde LXX. legunt δρῦν, quercum. Chaldaic. paraph. ponit, planiciem. Benè interpres, conuallem: erat enim vallis arboribus conſita. Nam quercus pro quercubus ponitur; aut etiam inter omnes illius nemoris arbores procera vna, & lato ſtipite, & patula diffuſa ramis mirum in modum eminebat; ſub qua demum requieuit Abraham, & quæ deinceps in conſequentibus ſæpiùs commemoratur. De hac quercu ſic Aug. *ſerm.* 87. *de tempore.*

*Inhumanitas hominum in hoſpites.* S. Auguſt.

Excepit tamen Abraham peregrinum quercus arbor humana, quæ venientem Abraham, atque æſtiuo ſole decoctum amœnitatis ſuæ vmbraculo refoueret. Fortè perſtringuntur nationes illæ omnes, vrbes, atque oppida mortalium, per quæ tranſierat Abraham, quæque peregrinum hominem, ac ſanctum non exceperunt hoſpitio, ſed fortè venientem abegerunt. Ergo humaniores ſe præbent quercus roboreæ, quam carnei homines erga ſui ſimilem hominem peregrinum, &

S. Aug.
*Deuotio ex tugurio palatium Deo extruit.*

ærumnoſum. Ingreditur ergo lucum arboris Abraham (adiungit D. Aug.) ſub qua conſtituitur qualecunque ſuffugium, anguſtum quidem homini, ſed ſufficiens maieſtati: dignum tamen Deo palatium fides deuota pingebat, in quo fuiſſet maieſtas ſuperna pranſura. Sic Auguſt. Eſt enim Deo ſolitudo vrbs quælibet palatiis ampliſſimis, atque pulcherrimis conſtructa, vbi non adeſt vir iuſtus, qui ſolus, pauper, peregrinus, & in agros, ſyluaſque ab hominum conſortio more pecudis abactus, apud Deum tamen tantus eſt, vt in eo tota Dei Trinitas ſpecioſiſſimum reperiat palatium, atque adeò ad eum veniat, & manſionem apud eum faciat: quemadmodum Deus ipſe, quinque illis vrbibus vicinis omninò relictis, ad inuiſendum ſub quercu latentem Abraham ſæpiùs aduenit, vt in ſequentibus videbimus.

*Quanti faciat Deus virum iuſtum.*

7. Sed quid מורה *moreh* Hebr. Putant nonnulli nomen eſſe proprium loci; vt Chald. verſio habet. Vſque ad planiciem Moreh. Sed meliùs alij appellatiuum cenſent à radice ראה *raah* aſpexit. Vnde interpres reddit, illuſtrem. LXX. ὑψηλὴν excelſum; eodem planè ſenſu; vallis enim proceris, & amœnis arboribus nemoroſa longè latéque apparebat conſpicua, illuſtris, & excelſa, hoc eſt, excelſis arboribus conſita. De hac valle ſic Borchard. 1. *par. cap. 7. num. 9.* In planicie media inter duos montes Gelboe, & Hermon, incipit conuallis dicta illuſtris ob eius amœnitatem, atque pulchritudinem. Hæc autem extenditur ab hac planicie per totum defluxum Iordanis, vſque ad mare mortuum. Sed & ipſum mare, ſiue locus eius, ante ſubuerſionem Sodomæ, & Gomorrhæ, continebatur, in hac conualle illuſtri, quæ aquis rigabatur, velut paradiſus, & Ægyptus. Sic Borchard. Gloſſa interlin. Lyran. Abulenſ. & alij complures tradunt hanc conuallem fuiſſe eam planiciem, in qua erant quinque illæ ciuitates, quæ cælitùs demiſſo incendio conflagrarunt; quæ quidem vallis ante hoc excidium illuſtris, hoc eſt, nobilis, & famoſa propter inſignem amœnitatem, & pulchritudinem vocabatur: erat autem ea vallis in extremitate terræ promiſſionis, in confinio lateris orientalis, & auſtralis, & conſequenter fuit terminus totius peregrinationis Abrahæ per terram Chanaan, quam ſcilicet ingreſſus fuerat è Meſopotamia veniens per confinia Septentrionis atque Orientis. Hîc interim Abraham in valle amœniſſima, ſub quercu frondoſa, & opaca poſt laſſitudinem ac tædium ex longiſſima peregrinatione, conquieſcit. At non ita ſe habuit Dominus Ieſus: *In propria venit, ſed tanquam hoſpes, & ſui eum non receperunt.* Peregrinationem triginta trium annorum ſpatio confecit, adeò rerum omnium inops, vt non haberet vbi caput ſuum reclinaret. Denique baiulans ſibi crucem exiuit in Caluariæ locum, non conuallem illuſtrem, amœnitate, & pulchritudine, ſed collem damnatorum patibulis deſtinatum, tabo ac ſanie fœtentem, ſanguine putulentum, & effoſſis cadauerum oſſibus conſtratum. Ibi conſtitit, non ſub arbore quieturus, ſed in arbore paſſurus. Crucifixus enim pependit in ligno. Et (ait D. Ambr. *in 7. Luc.*) mens mea in illo crucifixa eſt. Atque ſub vmbra illius ego ſedeo, & fructus eius dulcis animæ meæ. O montem illuſtrem, illuſtriſſimi triumphatoris campum! In medio terræ, vt conſpicuus omnibus (inquit D. Ambroſ. *in cap. 23. Luc.*) vel ſupra Adæ, vt Hebræi diſputant,

Borch.

*Comparatur peregrinus Abraham cũ Chriſto peregrino.*

Ioan. 1.

*Cõnſtans crucifixus.*
S. Ambroſ.

ſepulturam; congruebat quippe, vt ibi vitæ noſtræ primitiæ locarentur, vbi fuerant mortis exordia. Sic Ambroſ. In conualle illuſtri, ſub quercu tandem quieuit Abraham: at in valle humilitatis, vt vocat S. Bernard. inter frondes, floréſque virginitatis conſedit, & quieuit Dei verbum de virgine matre carnem aſſumens. Sub hac vitæ arbore in conualle illuſtri Eccleſiæ habitant, & quieſcunt, qui in protectione virginis Deiparæ commorantur. Peramœna illius vmbra, & fructus eius dulcis. Protegit quidem mater Dei fideles omnes, ſed religioſos maximè. Atque vt de cæteris alij dixerint, de noſtra Societate percelebris eſt illa reuelatio; quam non ſine ingenti gaudio animus recordatur. Ea ſic habet. Vidit Martinus Gutterus Hiſpanus vitæ ſanctitate perilluſtris, & qui captus ab hæreticis, ac peracerbis confectus moleſtiis obiit, virginem Deiparam auguſtiore quadam ſpecie micantem, quæ ſub regali veſte in magnam expenſa latitudinem continebat vniuerſam Societatem Ieſu collectam; & materno quodam affectu complexa ſocietatis homines, quaſi filios cariſſimos, dulciſſimo gratiæ & caritatis ſuæ tegumento confouebat. Chananæus autem tunc erat in terra. Tota quidem terra promiſſionis appellata eſt terra Chanaan, quòd Chanaan ſator, & parens fuerit earum gentium, quæ ab initio eam terram incoluerunt; inter illas Chananæi nuncupatim dicebantur populi, qui habitabant iuxta mare mediterraneum, ſiue ad occidentem, & circa fluenta Iordanis, *Ioſue 11. Num. 13.* De his hîc ſermo eſt. Fortè etiam Moyſes omnes illas gentes illo nomine cenſuit, perſtringens Chananæorum impietatem, atque inhumanitatem, quòd totam illorum regionem pertranſierit Abraham, nuſquam aut hoſpitio exceptus, aut etiam conſiſtere permiſſus. Quid ſi Dominus, vt eſt miſericors, & propenſus ad ignoſcendum, conſtituit; vt Abraham eas gentes impias adiret; quò illæ occaſionem haberent hoſpitalitatis, & miſericordiæ opera exercendi erga pauperes, & peregrinos, quibus ſua extinguerent peccata, & veniam ab irato Iudice mercarentur? Non enim tam pauperi petenti, quàm diuiti eroganti prodeſt eleemoſyna. Vnde ſapienter Auguſt. *ſerm. 26. de verbis Domini*, loquens de Martha hoſpitio, ac menſa Dominum excipiente, ſic ait. Ergo quòd paſci voluit, paſcenti præſtitit. Quid autem mirum, ſi & de ſancto Elia præſtitit viduæ, quem priùs coruo miniſtrante paſcebat? Nunquid paſcendo defecerat, quando ad viduam mittebat? Nequaquam; ſed religioſam viduam per obſequium exhibitum ſeruo ſuo benedicere diſponebat. Hæc S. Auguſt.

S. Auguſt.

*Eleemoſyna danti proficua.*
3. Reg. 17.

---

## SECTIO VI.

*Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc; qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei.*

1. NVnc primò legitur Deus apparuiſſe Abrahæ, cùm antea ſolùm dixerit: Egredere de terra tua, &c. Tantum Abrahæ profuit & patriam, & paternam domum reliquiſſe, atque Deo fideliter, promptéque obedientem,

*Laborans pro Deo honorificè remuneratur.*

S. Cyril.

A per exteras regiones multo cum labore petegrinatum fuiſſe. Hinc illud egregiè obſeruatum eſt à S. Cyrillo: Cùm in tettta patriæ ſuæ babitaret, & nondum in ſanctam terram conceſſerat, vnum tantùm datum eſt Abrahæ otaculum: vbi autem venit in tetram Chanaan, diuinæ opetationis gratia data eſt. Hæc Cyrillus. Felix negotiatio cum Deo; aliquid pto illius obſequio amittere; vt poſſimus pluta, & maiora ab illo elucràri: multo aliter noſtra fragilitas, & cupiditas ſuadet, ſed valde nos ſeducit, cùm dimittere lutum recuſat, nec autum comparate vult. Etgo Dominus, qui nouit optimè noſtram inſcitiam, veluti mater cum filiolis adhue infantulis agit, vt apud Oſeam 2. *Et viſitabo ſuper eam, ornabatur in aure ſua, & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos, & mei obliuiſcebatur, dicit Dominus. Propter hoc ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.*

Oſe. 2.

B Scilicet miſeta Synagoga, & myſticè anima peccatrix, vocatut à Deo ad pœnitentiam ſuorum ſcelerum, à quorum tamen improbo affectu difficillimè abſtrahi poteſt. Iccirco artificio ptoeedendum eſt ingenioſiſſimo: ſeducitut illa propoſito maiorum voluptatum, bonorúmque præmio, quibus illecta nuncium remittit turpiſſimis amatoribus; atque in Deum confugit, nec horret interim ſolitudinem per quam ducitut ad Deum. Appoſitè, vbi nos, *lactabo eam*, legimus, L X X. vertunt, ſedncam eam. Ptoh humanam infirmitatem, atque ignorationem! Etiam ad ea, quæ nobis vtilia ſunt, non niſi à Deo ſeducti procedimus. Reliquit iſta Baalim, ipſammet vanitatem ac turpitudinem; inuenitque Deum maternis vberibus nutrientem: Educit enim (inquit D. Hietonym.) ex malis, & loquitur verba mollia, & conſolatoria.

*Humana pro diuinis contemnere.*

C S. Hier.

S. Cyr. Alex.

Quemadmodum enim (exponit S. Cyril. Alex.) à virtute ad vitia ſeducitur anima: ita à motibus peruerſis velut tettogi ediens, ſeducta propemodnm videri queat, è ſcopo ſuo detorta, & ptopoſita ſemita non ampliùs currens. Sic ille. Aduerte, loqui ad cot, idem eſſe atque conſolari, minuere dolorem, blanda & dulcia verba effati. Qualia iſta Domini, quaſi dicentis (inquit S. Cyril.) illa me offendir; ego inſtiſſimè ſæuij. At nunc in poſterum ad miſericordiam me dabo, &c. Clariùs idem dicitur ad illam Dei ſponſam: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Et concupiſcet Rex decorem tuum,* Pſam. 44. Quàm pauca, quàm vilia, etſi videantur multa & magna; relinquere; & obliuiſci iubetur. Quàm verò ſumma omnia conſequitur, vt quæ ſponſa regis æterni dicatut, cuius ille pulchritudinem amet, & concupiſcat! Quorſum iſta? inquit S. Bernatd. *ſerm. de ſancto Martino*, vult nos ponere contumaciam, diſcere obedientiam, appeebendere diſciplinam. Vult nos etiam oblinniſci poſteriora, deſpicere inferiora, terrenos mores, & vitia genuina deſerete, cæleſtia ſapere, ſuperna quærere, anterioribus iuhiare. Vult & illum tantum decorem domus ſuæ ingenuam concupiſcere creaturam, quô ſcilicet in eandem imaginem transſormetur de claritate in elaritatem, tanquam à Domini ſpiritu. Ae ptoinde concupiſcat etiam Rex decotem illius, vtique ſpiritualem. Hæc Bernatd. Dictum hoc eſſe intelligitur ad quancunque animam, quæ vel à vitiis, quibus adhæteſcit, ad Dei amicitiam, ac virtutis ſtudium, auocatur:

D

Pſal. 44.

S. Bern.

E

vel ab amore ad contemptum, & abdicationem terum eaducatum deducitur; atque vniuerſim ad quemlibet hominem qui ptopter Deum aliquid ſuum reiicit, & aſpernatur. Cæterùm neſcio quid lepotis inuenio in explicatione horum verbotum, cùm ea in ſempet vitgine Maria Dei matte idem Betnardus mirabiliter expreſſa eſſe contendit: ac fortaſſe nihil magis ad ſenſum Propbetæ acommodatum. Fecerat (inquit) Vitgo beatiſſima, qnicquid longè antea præmonita fuetat à patte ſuo Dauid, dicente ſibi: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. quòd ſi hoc feceris, concupiſcet rex decorem tuum. Andiuit quippe & credidit, vidit & intellexit. Et inclinauit aurem ſuam ad obedientiam, & cor ſuum ad diſciplinam, & oblita eſt populum ſuum, & domum patris ſui; quia nec populum ſuum augete ptolis ſucceſſione, nec domui paitis ſui telinquere curauit hæredem; ſed quicquid honoris in populo, quicquid de paterna domo rerum tertenatum habere potuiſſet, omnia arbitrata eſt, vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaceret, nec fefellit eam intentio, quando & Chriſtum ſibi filium vendicauit, nec propoſitum pudicitiæ violauit. Benè igitur gratia plena; quæ & virginitatis gtariam tennit, & inſuper fœcunditatis gloriam acquiſiuit. Hæc Bernard. *homil. 3. ſuper, Miſſus eſt.* Vide quantum cum Deo Virgo prudentiſſima eluctata eſt. Non quidem apparuit illi modò Deus vti Abrahæ, ſed conceptus in vtero ipſius vitgineo, ac de illa natus eſt.

S. Bern.

*B. Maria quid cum Deo luctata eſt.*

2. Venit Abraham è Meſopotamia longiſſimæ peregrinationis laboribus perfunctus; multa, & grauiſſima, vt credere par eſt, perpeſſus; percommodè igitur apparuit ei Dominus, vt laborantem exciperet, ac ſolatetur; atqne opportunè (vt fit) poſt tolerantiam laborum diuinæ contemplationis dulcedo conſequatur; quod S. Gtegor. *in Pſalm.* 31. ſic obſeruat: In diuinæ contemplationis claritate electorum mentes, quanto grauiores terum temporalium tumultus tolerant, tanto in meditatione, ſecuturæ in perpetuum felicitatis ſuauiùs exultant. Deſpicis (ait Pſaltes *Pſalm. 9.*) in opportunitatibus in tribulatione. Vbi S. Hieronym. Deſpicere tunc videtur, qnando opportunum eſt tempus vt adiuuet, & non ſtatim oceurrit in tribulatione. quare? vt animam exerceat. quia quanto magis differt; tanto magis anima dilatatur in deſiderio ſuo. Exponit optimè D. Auguſtin. Id eſt, opportunè deſpicis, & facis tribulationes ad inflammandos animos deſiderio aduentus tui: his enim iucundior eſt fons ille vitæ, qui multum ſitierint. Itaque iuxta Auguſtinum tribulationem æſtus inflammant iuſti animam in amorem Dei, illíque ſitim ſempiternæ dulcedinis incendunt: qua dulcedine cæleſtium voluptatum cùm ille perfruitur, rectè dicitut Dominus ſeruo ſuo apparuiſſe. Hinc illud D. Chryſ. *homil. 6. ad populum Antioch.* Proptetea Deus laborioſam naturaliter vitam noſtram, & grauem conſtituit, vt præſenti tribulatione compulſi futurorum deſiderium capiamus. Optauit, petiitque, Moyſes poſt intimam familiaritatem multos per annos exactam cum Deo: *Domine oſtende mihi faciem tuam*, Exod. 33. Quietem vtique ſempiternam deprecatus; qnod quidem eſt videre faciem Dei. Sed qui de requie cogitabat, ad iter capeſſendum, ad laborandum inuitatur à Domi-

*Patientia donatur dulcedine Dei.*

S. Greg.

Pſal. 9.

S. Hieron.

S. Aug.

*Tribulatio ſitim ad cæleſtia inflammat.*

S. Chryſ.

Exod. 33.

no

*Chriſtum præeuntem ſequamur.*

no, dicente: *Poſteriora mea videbis.* Vt nimitum A vlterius Dominum præeuntem ſeruus ponè ſequeretur. Præclarè ſiquidem (ait ad hunc locum D. Greg. Nyſſ.) vobiſcum agitur, ſi à tergo verbum ſequamur. Deum ſequitur Abrabam, etſi vaorem, uepotem, familiam, famulos, rémque multam familiarem ſecum aſportaret. Muliò ſanctiùs peregrinabatur ſequens Deum Apoſtolus Paulus, de quo illud egregiè dicitur à S. Cbryſ. Nuda propemodum anima tarrarunt orbem peragrabat. Apparuit Dominus Abram. Hebr. וירא vaerá, & apparuit, val viſus eſt. נראה raa paſſiuè apparera, vel videri ſignificat. Similiter LXX. ὤφθη: viſus eſt, forraſſe paſſiua hæc voa myſterium iunoit, quia tantum bonum B ex ſola Dei benignitate produiſſe oſtenditut, non verò Abrahæ viribus, vt ille Deum videret, ſed Deus illi ſe videndum offerret, maieſtatem quodammodo ſuam attemperans, vt videri poſſet ab bomine. Quo aotem pacto apparuerit Dominus, ignoratur: illa facilior via intelligitur, vt dicatur apparuiſſe per Angelum maieſtare inſolita, & prope diuina vanerandum, loco Dei agentem cum homiotbus. Hæc autem Dei apparitio per Angelum, ſæpiùs io Scriptura commodiſſimè accipitur, quam non dubito Adamo, Caino, Henoch, Noë antea contigiſſe: ſed iccirco nunc primùm hoc verbo vtitur Scriptura, fortè inſinuans rationem, huiuſce apparationis ſingulatem, eaimiam atque inſolitam fuiſſe, qualem C videlicet metebatur Abrahami obedientia, laboréſque pro Deo ſuſcepti; hoc tamen ex D. Chryſ. præſtat audire. Quia iuſtum (inquit) Dominos à domo eius euocarat, & imperauerat, vt in alienam tertam abiret, iu qua agebat vagus & peregrinus, vtpote Chananæis illic adhuc habitantibus, & inquireret, vbi domicilium haberet. Bonus igitur Dominus conſolati eum, & eius alacritatem ſolidare volens, vt ne torpeſceret, neque dubitaret ad promiſſionem iam ſibi factam, qua diait: Veni huc, & faciam te in gentem magnam. Quandoquidem diuerſa à promiſſione videbat fieri; & ſe obambulare, vti abiectum & vilem, & omni præſidio deſtitutum, nequa habentem, vbi diuerteret: vt igitur D mentem eius exciter, apparuit Deus Abram. Hæc Chryſ. Apparuit Dominus Abrahæ, nihil amplius iſte requirit; nec da hoſpitio, oec de cibo cogitat. Influentibus enim (ait D. Ambroſ. *lib. 3. ad virg.*) diuinis corporeus peregrinatur affectus. Quotſum obſecro regius Vates toties dexteram Domini ore, & oculis vceſat; in dextera illius delectationes vſque in finem, *Pſalm.* 15. Planè, quia vt reſpondet S. Ambroſ. *in Pſal.* 18. *ſerm.* 14. Læua eſt præſentium remuneratrix, deatera futurorom. Sanctus igitur Propheta, bonorum temporalium poſthabito amore totum ſe ad cootemplanda, & amanda futuræ beatitudinis bona coouertit. Sitit ille quidem, ſed irriguum ſupetius, de inferiori nihil cum Deo E agit. *Sitiuit* (ait) *in te anima mea*, Pſalm. 62. Modò enim (eaponit S. Auguſtin.) vt non deficiamus in iſto deſerto, aſpergit nobis Dominus rorem, & non nos dimittit prorſus areſcere, ſed vt ſic ſitiamus, vt bibamus. Hæc Auguſt. Quam Domini dulcediuem aliquando deguſtans S. Bernard. *ſerm.* 23 *in Cant.* de ſa ait: Ita vt mihi viſus ſim tanquam vnus de beatis eſſe. O ſi duraſſet! Nihil hoſtis noſter à nobis magis nititur amouere, quàm cæleſtium bonorum deſiderium per bona huius vitæ, quibus ineſcat, atque

*S. Gregor. Nyſſen. — S. Chryſoſt. — S. Paulus peregrinatur, ſanctius, quà Abram. — Deus apparet per Angelum. — S. Chryſoſt. — Laborantem Deus ſolatur. — S. Ambroſ. — Diuina conſolatio datur deſpicienti humanam. — Pſal. 15. — Pſalm. 62. — S. Auguſt. — S. Bern.*

A illigatos tenet. quod in Pharaone populum Dei in operibus luti oppimento expreſſum eſt. Sic enim ad eum locum in vita Moyſis S. Greg. Nyſ. diſſerit. Tyrannus, atque hoſtis noſter, humanæ naturæ deprauator ſemper ſtudet, ne ad cælum oculos eleuare poſſimus; ſed in terram continuò inclinati lateres in ea ex luto faciamus. quicquid enim in hac vita inuenitur, ea terra eſt, miatura elementorom lutum fit, quo repleti, qui lutoſas bas inhiant voluptates, ſemper vacui ſunt. Sic ille.

3. *Semini tuo dabo terram hanc.*] Vide (ait D. Ambroſ.) quomodo promiſſo frequenti, inualidum adhuc informet, atque inſtituat. Mira eſt vis B in præmio etiam promiſſo, vt eaciret, vel ignauos, ac deſides, ad iniunctum laborem alacriter ſubeundum. Rectè mooet boc locu D. Aug. nihil agi de ſemine ſpirituali Abrahami, hoc eſt, de fidelibus futuris, quorum pater dicitur Abraham; non enim illis attributa eſt tellus Cbananæorum, cùm hîc non habeant terram permanentem, ſad futuram inquirant. Vide in hanc ſententiam D. Aug. 16. *de Ciuit. cap.* 18. Qui verò tem ad ſemen fidelium, & regnum cæleſte terræ illius ſymbolo adumbratum referunt; allegoriam venantur, non litterali ſenſui, ac proprio inſiſtunt. Nihilominus eſt, quod in præſentia deſſicamus, expendentes quid Deus Abraham promiſerit, nempe terram, non ab ipſo, ſed ab ipſius C ſemine, longo pòſt tempore poſſidendam; & ipſe tamen difficillimam peregrinationem ea mandato Dei obierit, & incredibili gaudio promiſſionem Dei receperit: at nos diuinæ beatitudinis promiſſione à Deo toties facta non excitemur. Audi D. Chryſ. meritò hac de ignauia, & ſtoliditate conquerentem *hom. 31. in Geneſ.* Abſurdiſſimum eſt (inquit) quòd iuſtus ille, cùm de terra io terram vocaretur, tantam præ ſe tulit obedientiam, & neqoe ſenectus, neque alia impedimẽta, quæ remorari ipſum poſſe videbantur, ad obediendum tardiorem eum facere potuete. Nos autem qui non de terra in terram vocamur, ſed de terra in cælum, non eandem, quam ille iuſtus alacritatem obediendo exhibemus; neque nos promiſſorum magnitudo, neque viſibilium rerum D vilitas, neque quòd ſunt momentaneæ; neque vocantis dignitas attrahit: ſed tantę ſumus negligentiæ, vt præferamus momentanea ſemper manentibus; terrã cælo, ea, quæ auolant antequam habeantur iis, qoæ nunquam finem habere poſſunt. Hæc S. Chryſ. Miror etiam quanti ſteterit Abrahæ, vel hæc tantula bonorum terrenorum promiſſio; videlicet periculoſiſſimæ peregrinationis ære comparata eſt: at regnũ ipſum cæleſte non grandi labora proponitur comparandum. Corrite (clamat D. Bern. *ſerm.* 15. *in Cant.*) currite gentes; ad manum eſt ſalus; effuſum eſt nomen Ieſu, quod quicunq; inuocaoerit, ſaluus erit, *Ioel.* 2. Sic Bern. Doo legimus quæ mutuò videntur diſſidere. Pſal. 17. *Inclinauit cælos, & deſcendit*; at E Matth. 14. *Aſcendit in montem.* Quid igitor ais ô Domine, ſi deſcendis inclinans cælus, quomodo aſcendis in montem? Vtrũque præſtat Dominus. Nam (vt eleganter axponit D. Ambr. *in Pſal.* 41.) ideo inclinaoit cælum, vt tu eſſes vicinior, ideo ſurrexit in verticem montis, vt te eleuaret. Sic Ambroſ. Sed quid reſtat mihi faciendum, ſi totum à Deo meo efficitur; inclinat ipſe cælum, & leuat me in altum? Scilicet (quod Paul. monet) vt non deſim gratiæ Dei. Proh admirabilem Dei clementiam! Hos à noſtra dementia ad ſa-

nitatem

*S. Gregor. Nyſſen. — S. Ambr. Promiſſi valde excitat. — Maiora nobis Deus, quàm Abrahæ promittit, & non excitamur. — S. Chryſ. — S. Bernard. — Ioel. 2. — Deus ad cæleſtia amanda nos ducit. — Pſal. 17. — Matth. 15. — S. Ambroſ.*

nitatem mentis reuocat, vt terram ſpernentes cælum amemus, & aſſequamur? Optimè in hoc argumento D. Chryſ. ſic diſſerit *hom. 36. ad Populum Antiochen.* In ægritudine, & in morte dicimus; ſi mors redimi poſſet, ille omnia ſua dediſſet. Vide quanta ſit Dei miſericordia, temporalem redimere mortem tibi non conceſſit, ſed conceſſit æternam mortem. Ne breuem (inquit) emas vitam hanc, ſed vitam illam æternam: illam tibi vendo, non hanc, non illudo tibi; hanc etſi ceperis, ceperis nihil. Ego noui, quòd illa magna eſt. Cæterùm quà tandem incedendum eſt, vt vitam iſtam ſempiternam aſſequamur? peregrinando, vti Abram præſtitit. Aduertit tamen ſubtiliter D. Chryſoſt. *loco indicato.* Poſtquam (inquiens) natura facti ſumus peregrini, ſimus & voluntate. Addo: peregrini quidem à terra in cælum atque ad Deum euntes, ſicuti Dauid aiebat: *Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos,* Pſal. 24. Vbi luculenter D. Auguſt. Nec timeam periculoſa, & terrena, dum terram non intueor, quoniam ille quem intueor, euellet de laqueo pedes meos. Et S. Hieron. Oculi cordis intenta mente ad Deum: quia euellet de laqueo diaboli ſenſus meos, à quo priùs per voluptates ſeculi capiebar. Oculi in cælum pedes tutò per terram dirigunt. Hæc etiam regia via: deſpectus Abraham, in terra Chananæorum, humiliſque ad Dei tandem conſpectum, & colloquium, & promiſſiones peruenit. Meritò D. Bernard. *ſerm. 34. in Cant.* ait: Iuſtitiæ conſummatio eſt apud humilem. Sponſa quoniam rem grandem poſtulare videtur, indica mihi vbi paſcas: reprimitur ſanè auſteriori reſponſione, ſed planè vtili, & fideli: ſi ignoras te, abi, &c. *Cant.* 1. Oportet namque humiliter ſentire de ſe nitentem ad altiora. Et quia niſi humilitatis merito maxima minimè obtinentur; proptetea, qui prouehendus eſt, corruptione humiliatur, humilitate meretur. Hæc Bernard. Denique obedientia ſummam vim habet ad impetrandum à Deo etiam maxima; nedum terræ Chanaan promiſſionem. Idcirco Pater ad filium ait Pſal. 2. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes,* &c. Debitorem (declarat D. Auguſt. *in Pſalm.* 83.) ipſe ſe fecit promittendo. Sed vt conſtat, promiſit obedientiæ, cuius ſe libenter fecit debitorem. Licèt enim (vt rectè Caiet. aduertit) Deus Pater prædeſtinauerit ab æterno daturum ſe Chriſto gentes, vult tamen rogari ab ipſo; vult vt Chriſtus per obedientiam aſſequatur dominium gentium. Hæc ille. Adde ipſam quoque petitionem Chriſti præcipi à Patre; vt intelligas, nihil apud Deum efficacius, ac potentius haberi, quàm viri iuſti obedientiam.

*S. Chryſoſt.* — *Deus non temporalem, ſed æternã vitam vendit.* — *Peregrinus voluntarius in cælum* — *S. Chryſ.* — *Pſalm. 24.* — *S. Auguſt.* — *S. Hier.* — *Regia via in cælum humilitas.* — *S. Bern.* — *Obedientia vis ad impetrandum à Deo.* — *Pſal. 2.* — *S. Auguſt.* — *Caiet.*

4. *Qui ædificauit ibi altare Domino.*] Inſigniter elucet pietas, & religio Abrahami; etenim accepta promiſſione complenda poſt multa ſecula in ſemine, ac nepotibus ipſius, velut maximo affectus beneficio, Deo referre gratiàs conatur. Extruit ergo altare materiatum vtique in Dei honorem: ante illud mira pietate animi, ac voce ſupplici & humili preces effundit, immortales habet gratias, denique victimas offert, incenditque, in odorem ſuauitatis Domino. Rectè D. Chryſoſt. Extruxit altare, idem eſt, quod gratias pro promiſſis egit. Abraham (inquit Procop.) vt declararet animi gratitudinem, victimas Deo immolanit ad altare. & ſubinde in vera religione incredibiles progreſſus faciebat.

*Gratitudo erga Deum.* — *S. Chryſ.* — *Procop.*

A Sic ille. Grato enim homini à Deo noua ſemper beneficia adaugentur. Factitatum hoc eſt à viris ſanctiſſimis, vt poſt accepta beneficia pietatis, ac religionis officia ritè exhiberent. Sic Dauid Pſal. 115. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* ſtatimque adiungit. *Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* D. Hieron. in perſona cuiuſque martyris pronũciari exiſtimat hunc Pſalmum, & eleganter ad hunc modum interpretatur. Quid habeo dignum, quod Deo pro tantis beneficiis retribuam? quodcunque illi dedero, ipſius eſt, & magis illi reddo, quàm dono. Nihil aliud habeo, quod ipſi retribuam, niſi pro ipſo ſanguinem fundam; niſi pro ipſo martyr exiſtam. Hæc eſt ſola retributio digna, pro ſanguine, ſanguinem B retribuere, vt liberati à Saluatore pro Saluatore libenter ſanguinem profundamus. Calicem ſalutaris accipiam; in Hebraico habet: Calicem Ieſu accipiam; calicem paſſionis, ſcilicet martyrium. Calicem Ieſu: nam hoc ipſum martyrium non eſt meæ virtutis, ſed gratiæ Dei. Propterea non poſſum eum bibere, niſi nomen Domini inuocauero. Ieſus vincit in ſuo martyre, coronatur. Hæc Hieronym. Ad eandem gratiarum actionem pertinet, quod infrà ſubiungitur à Dauide, ſeu à quocunque ſanctiſſimo martyre: *Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.* Putat D. Hieronym. hunc verſum intelligendum eſſe de ſtatu beatitudinis, quo iam martyr potitus in Dei laudes incumbit. De vinculis (inquit) C plicaſti mihi coronam victoriæ. Sed poſt martyrium vbi ſacrificia? Sacrificabo hoſtiam laudis. Hæc eſt laus martyrum. Sicut enim martyres laudant Dominum purè in regione viuorum: ita & Monachi, qui die & nocte pſallunt Domino, debent eandem puritatem habere martyrum: ſiquidem ipſi martyres ſunt. Quod enim faciunt Angeli in cælis, hoc monachi faciunt in terris. Hactenus S. Hieron. Vide quàm ſit præclara vitæ religioſæ inſtitutio: martyrium eſt, incruentum quidem, ſed moleſtiſſimum, quia totius vitæ. Sed ô quàm glorioſa illa corona martyris, quam illi Dominus ex vinculis plicat in cælo, vt loquitur S. Hieron. in gemmas vertun- D tur funes, ac nodi afflictionum! Theodoret. declarat: Calicem ſalutis pro pietate appellat mortem; ſacrificium verò laudis hymnum de gratiarum actione: liberatus enim à calamitatibus erga beneficia gratus laudis ſacrificium rependit. Sic ille. Neque verò dubitandum eſt quin iſthæc grati animi victima, longè ſacratior, acceptatiórque ſit Deo, quàm quælibet hoſtia cæſarum pecudum, quanto ſcilicet vita & ratio & anima nobiliores ſunt, quàm res harum omnium carentes; quod idem Theodor. continuò ſubnotault. Hinc (inquiens) diſci poteſt lege obtinente eos, qui magis ſecundùm ſpiritum attendebant legem hoſtias rationis compotes ſacrificiis ra- E tione carentibus prætuliſſe, nouum Teſtamentum adumbrantes. Hæc ille. Sed heus tu, quódnam hîc beneficium Dei reperis factum Abrahæ? Promiſſionem tantummodo terræ à nepotibus poſſidendæ: Semini tuo dabo terram hanc. O virum admirabilem! pro ſola promiſſione gratum ſe præſtat Domino; quid ageret pro accepto iam beneficio? Vtinam tam grati eſſemus Deo pro innumeris, quæ ab illo accepimus, beneficiis, quàm vir iſte ſanctiſſimus ſe gratum exhibuit pro vna tantùm promiſſione terræ à nepotibus potiundæ!

*Pſal. 115.* — *S. Hier.* — *Martyr ſanguinem ſanguine reddit.* — *Martyriũ Dei gratia.* — *Martyrũ corona à Deo contexta.* — *S. Hieron.* — *Religioſus dicitur martyr.* — *Theod.* — *Sacrificium gratiarum.* — *Theod.*

5. Mira

5. Mira pietas, & religio Abrahami, nihil illi prius, & potius fuit, quàm vt ſimulatque conſedit ſub quercu in conualle illuſtri, conſtruere altare Deo ſuo, cum quo ageret familiarius, illius nomen inuocando; qua phraſi Hebræi deprecandi officium ſignificare ſolent.
Pſalm. 98. Sic Pſalm. 98. *Et Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.* Roges cur Prophetam non appellat Samuelem, vt ſæpiùs in Scriptura nominari legimus? Anne aliud ad Samuelis encomium dici poterat æquè magnificum, quàm ſi
Richard. Prophetam appellaret? Richard. de S. Victore
*Orare, quam prophetare, ſanctius.* *in Pſalm.* nodum explicat. Samuel (inquit) ſolitus erat prophetare, & Deum precibus inuocare, ſed huic officio ſe impenſiùs addixit: vnde ab eo tanquam magis vſitato nomen accepit. B
Putarim non ſolùm quia magis vſitatum, ſed quia longè præſtantius ſit orantis, quàm prophetantis ſtudium, ab eo potiùs glorioſos decerpi titulos Samuelis, & Moyſis, & Aaronis, vt dicerentur, qui inuocant nomen Domini. Non omit-
S. Hieron. tam referre quid ſubtiliter obſeruarit S. Hieronym. in Samuele, quem inter cæteros Ephod ſuo lineo indutum conſiderat. Samuel (inquit) cum Ephod lineo & candido figurauit, oſtendens candidum effici poſſe, qui per pœnitentiam nomen Dei inuocans, lacrymis nigredinem peccati diluerit. Sic Hieronym. Itaque orantes Dominom ad pœnitentiam adhortatur. & quis vberior noſtræ orationis fructus, quàm vera noſtrotum ſoeletum pœnitentia? Scilicet C
Theod. (vt rectè obſeruat Theodoret.) multam cum Deo habebant fiduciam; illi implorabant, ipſe exaudiebat, & poſtulata concedebat; & cernentibus omnibus cum illis loquebatur. Sic ille. Quæ quidem germana eſt orationis deſcriptio, vt eam vſurpant ſacri Doctores. Quorum
S. Gregor. Nyſſen. Gregor. Nyſſen. *de Orat. dom.* Oratio (inquit) eſt conuerſatio, ſermocinatióque cum Deo. D.
S. Chryſoſt. Chryſoſtom. *homil.* 30. *in Geneſ. & alibi.* Ora-
*Oratio, cum Deo familiaritas.* tio eſt colloquium cum Deo. D. Auguſtin. *ſermon.* 230. *de tempor.* Oratio eſt aſcenſio ani-
S. Aug. mæ de terreſtribus ad cæleſtia, inquiſitio ſupernorum, inuiſibilium deſiderium. Tanta verò intercedit in oratione familiaritas inter Deum & animam, vt illam ſpirituali ac puriſſimo con- D
S. Hieron. nubio ſimilem eſſe arbitretur D. Hieron. ſicut ſanctiſſimi Doctoris verba præ ſe ferunt *in Epiſtol. 22. ad Euſtoch.* Sunt autem illa: Semper te cubiculi tui ſecreta cuſtodiant, ſemper tecum ſponſus ludat intrinſecus. Intrinſecus D. Hieronym. quia etſi voce prolata oratio mirum in
S. Gregor. modum ſit efficax: nihilominus verum omninò eſt illud D. Gregor. *lib. 22. moral. cap.* 18. Valentiores voces apud ſecretiſſimas aures Dei non faciunt verba noſtra, ſed deſideria. Vtrunque autem orando coniungere potentiſſimæ efficacitatis eſt; quo gladio bis acuto, aut veriùs duplici gladio ambidexter ille fortiſſimus in Dei caſtris Moyſes Dominum aduersùs Hebræos idololatras irruentem compeſcuit, vt clamaret: Di- E
Exod. 32. mitte me, *Exod.* 32. quem locum ita expendit
*Orationis deſcriptio, & laus.* D. Hieronym. *Epiſtol.* 12. *ad Gaudent.* Quando dicit: Dimitte me, oſtendit ſe teneri poſſe, ne faciat, quod minatus eſt. Dei enim potentiam
S. Hieron. ſerui preces impediebant. Vide quanta ſit digni-
S. Ambroſ. tas orationis apud Deum ex D. Ambroſ. *ſerm.* 22. *in Pſalm.* 118. Intrat (ait) oratio Dei gratiam, intrat domum eius, vt Domini inclinet fauo-
S. Chryſ. rem. Ex D. Chryſoſtom. *homil.* 30. *in Geneſ.* Angelorum opus eſt deprecatio, ſuperans inte-

A rim etiam illorum dignitatem; ſi tamen maius eſt Angelorum dignitate colloquium miſcere cum Deo. *Ibidem* adiicit: Magna arma ſunt preces, magna ſecuritas, magnus theſaurus, magnus portus, refugij locus. *Et infrà.* Profiteor deprecationem caput eſſe bonorum omnium, baſim, ac radicem vitæ frugiferæ. Mihi verò ſatis pro omnibus hæc vna placet definitio S.
Ephrem *ſermon. de virgin.* Oratio familiare S. Ephr.
com Deo colloquium. Cæterùm ampliori deſcriptione maximè quoad effecta ex ipſa ſubſe- S. Gregor.
quentia pingitur à S. Gregor. Nyſſen. *lib. de Orat.* Nyſſen.
ad hunc modum. Oratio corporum robur eſt, abundantia domus recta legum ac iuris in ciuitate conſtitutio, regni vires, belli trophæum, pa- B
cis ſecuritas, diſſidentium conciliatio, coniunctorum conſeruatio. Oratio virginitatis ſigillum eſt, matrimonij fides, viatoribus ſcutum, dormientium cuſtos, vigilantium fiducia, agricolarum fertilitas, nauigantium ſalus, ciuidem cum Angelis honoris conditio, præſentium fructus, futurorum repræſentatio. Hæc Nyſſenus.

6. Ad hæc; fuit extructio illa altaris in monumentum amoris Abrahami erga Deum, vt
D. Chryſoſtom. hiſce verbis obſeruat. Vide S. Chryſ.
piæ mentis ſpeciem. Et locum ipſum ob ſuam cum Deo conſuetudinem ibi habitam conſecra-
uit. Et ſicut homines nonnunquam amicitia *Nobilis locus orationis.*
mouentur, vt domos ædificent iis, qui ſince- C
riter & amicè ſibi afficiuntur, & nonnunquam etiam ciuitates condiderunt, quibus familiarium nomina indidere. Ita & iuſtus ille viſionem Dei aſſecutus altarium illi conſecrauit. Hæc Chryſoſtom. Iure optimo conſecretur oportet locus, & glorioſus apud homines fama nominéque habeatur, in quo Deus homini apparet, in quo cum Deo familiariter homo agit; locus, inquam, piæ atque amoris plenæ orationis. Portò autem extructo altari quid obtulerit, quid ſacrificarit, non legimus; quòd autem ſacrificium aliquod peregerit, non eſt ambigendum. Quare nunc primùm poſt labores peregrinationis ſpretus, & abiectus à Chananæis in ſylua latitans, ſub quercu agens, extra oppi- D
dum & conſortium mortalium, ſummam ac præſtantiſſimam dignitatem aſſequitur, conſecratus ſacerdos Dei Altiſſimi. At quæ tanta
iſthæc gloria? Ex illo Exod. 30. colliges: *Domi-* Exod. 30.
*nus ad Moyſem: Facies vnguentum compoſitum* *Sacerdos plus quã homo eſt.*
*opere vnguentarij; Aaron, & filios eius vnges, ſanctificabiſque eos, vt ſacerdotio fungantur mihi.* Sic Dominus de vnctione ſacerdotum: Quod ſi hîc ſiſteret, ſatis illorum dignitas commendaretur. Sed adiungit: Caro hominis non vngetur ex eo (ſcilicet vnguento) exceptis regibus & ſacerdotibus. At quorſum iſta exceptio, & illa prohibitio? Vngantur ſacerdotes, ſed hominis caro non vngatur. Quid hoc eſt? ſacerdotis caro, non eſt caro hominis; ſacerdos homo non eſt, E
cùm ſacerdos vngitur, non homo perungitur?
Rectè Lyranus occurrit. Sacerdotes quantum Lyra.
ad officium ſunt ſupra homines, quia medij ſunt inter Deum, & populum. Aliud etiam col-
ligit Philo Hebr. *lib. de ſacerd. honor.* Ex his (in- Philo Heb.
quit) rebus liquet iuxta legis iudicium ſacerdotes æquiparari honore, ac maieſtate regibus. Adhuc tamen balbutit Hebræus; longè ſapien-
tiùs. Ita diſſerit D. Chryſoſtom. *tom.* 1. *homil.* S. Chryſ.
5. *in cap. 6. Iſai.* Sacerdotium principatus eſt: ip- *Sacerdos [illegible], quam rex.*
ſo etiam regno venerabilius, ac maius: ne mihi

naſſos

natres purpuram, diadema, veſtes aureas; vmbræ ſunt hæc omnia, & floſculis leuiora. Sic Chryſ. In eandem ſententiam multa D. Ambroſ. effatur, ad finem concludit: Si regum fulgori compares, & principium diadema, longè erit inferius, quam ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares. Quippe cùm videas Regum colla, & principum ſubmitti genibus ſacerdotum; & exoſculatis eorum dexteris, orationibus eorum credunt ſe communiri. Sic Ambroſ. *lib. de dignit. Sacerd. cap.* 2. Vno verbo cuncta eſt complexus D. Ignatius *Epiſtol.* 10. *ad Smirnenſes.* Sacerdotium eſt omnium bonorum, quæ in hominibus conſiſtunt, apex. Et quidem hæc omnia de ſacerdotio ipſo deſſeruimus, nihil interim de virtutum ornamento, quod ſacerdotibus apprimè conuenit: quo etiam ſacerdos deſtitutus mira pro ſuo munere operatur: vt hoc exemplo, quod à D. Petro Damian. inculcatur, clarius elucet. Quis (inquit) Heli ſacerdotem neſciat reprobum, & tam pro lenitate ſua, quàm pro liberorum effrænata licentia diuinæ animaduerſionis ſententia condemnatum? eius tamen benedictione non fuit ſterilis vterus Annæ; cui nimirum fœcunditatem imprecatus eſt vuluæ. Hanc itaque benedictionem efficacem reddidit non meritum hominis, ſed officium ſacerdotis: & quòd non habebat cauſa miniſtri, virtus exhibuit miniſterij, *lib. gratiſſ. cap.* 18. Hæc tandem omnia tam auguſtæ ſupra humanos titulos dignitatis, vt familiariter à Deo inuiſeretur, vt ſacerdos fieret Abraham, meritò eſt ſuæ obedientiæ conſecutus. Quare ſapientiſſimè priſci homines dictitabant, inſtar parœmiæ: Obedientia felicitatis eſt mater, vt habetur in adagiis *Chiliad.* 4. *cent.* 5. *adag.* 59. Pulchriùs idem à vate Regio Pſ. 1. *Et omnia, quacunque faciet, proſperabuntur.*

S. Ambroſ.

D. Ignat.

S. P. Dam.

*Obedientia mater felicitatis.*

Pſal. 1.

## SECTIO VII.

*Et inde tranſgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum ſuum ab occidente habens Bethel, & ab oriente Hai: ædificauit quoque ibi altare domino: & inuocauit nomen eius.*

1. HEbraicæ voces emphaticos proferunt explicatus. Sic enim habent ויעתק משם ההרה מקדם לבית אל *vaiaghteq miſſam hahavah miquedem lebeth-el*, & euulſit, eradicauit; noſter inde tranſgrediens. Verbum עתק *ghataq*, propriè eradicare, euellere. Quia verò paſtoritio ritu Abraham tentoria figebat in agris, & ſyluis ad temporariam habitationem; vbi migrandum aliò foret, ſublatis tabernaculis, euellere, ſeu eradicare dicebatur. Quare inde auulſus, inde eradicatus, nec aliquid ſuorum omnium relinquens, veluti & ipſas, quibus humi adhæſerat, radices eruens, in alium, atque alium locum ſeceſſit. Aut fortè radicum nomine intelliguntur opes, ſuppellex, & pecunia, bonaque omnia quæ ſecum Abraham portans, radices ſuas omnes dicitur ſecum euellere. Quid quæſo magis appoſitè? Hæc ſunt quibus in terra tenemur radicati; hæc ſunt (autore Tertul.) retinacula noſtræ ſpei. Pertrahunt quidem ad terram; & à cælo, atque à Deo animam auellunt. Solet enim (ait D. Gregor. 1. *moral. cap.* 3.) rerum abundantia tanto magis à diuino timore mentem ſoluere, quanto magis hanc exigit diuerſa

*Opes hominũ radices in terra.*

Tertull.

S. Greg.



A cogitare: nam dum per multa ſpargitur, ſtare in intimis fixa prohibetur. Quid grauius contra diuitiarum cupiditatem dici poteſt, quàm illud regij Vatis, Pſalm. 72. *Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.* Vbi duo inueniés, quæ valde inter ſe diſſident. Quo pacto enim iumentum apud Deum reputatur, & eſt nihilominus cum Deo ſemper? An ne Deus ſecum patietur eſſe, verſarique pecus; nec ipſo Dei conſortio pecus exuet naturam, titúſque brutales; at humanos, imò & diuinos induet? Ergo D. Auguſtin. *ad hunc locum*: Iſte (inquit) quaſi pecus factus eſt, deſiderando terrena, quando redactus ad nihilum non cognouit æterna. Sed non receſſit à Deo ſuo, quia non

Pſalm. 72.

*Pecus eſt qui terrena deſiderat.*

S. Aug.

B illa deſiderauit à dæmonibus. Vox eſt Synagogæ, ideſt, illius populi, qui non ſeruiuit idolis. Pecus quidem factus ſum à Deo meo, terrena deſiderans. Sed nunquam receſſi à Deo ipſo meo. Sic Auguſtin. Intellige tanquam pecudem terræ inhiantem à Deo receſſiſſe per amiſſionem caritatis, quæ nulla pecudi terram amanti cum Deo eſt; non receſſiſſe tamen, ſed eſſe cum Deo per ſolam fidem. Quòd ſi fide ſola ſine caritate, fide mortua ſine operibus, vera tamen, & catholica fide pecus eſſe non deſinit amator huius ſeculi: quo ego vos appellarim nomine, ô hæretici ſine fide; nec etiam mortua? non terræ pecudes, ſed gehennæ victimæ apud Deum eſtis; nec modò cum Deo, aut vnquam eritis, C ſed cum domino & patre veſtro diabolo. S. Hieronym. Pſalmum intelligit de Chriſto Domino, ſic explicans: Vt iumentum factus ſum portans in carne peccata populi tui. Ego tamen, ô Pater, in te, & tu in me. Mira quidem humilitas Chriſti Domini, caritas immenſa! En qualem pro nobis ſe exhibuit.

*Hæretici, deſtinati incendiis.*

S. Hieron.

2. Porrò quàm periculoſæ ſunt diuitiæ, quàm omni ſanctitati aduerſæ, quàm conciliatriculæ ac ſociæ peccati? Ecce ipſi peccatores, & abundantes in ſeculo obtinuerunt diuitias. Præmiſerat Propheta nimirum, vt obſeruat D. Auguſtin. Et peccatores ſunt, & abundantes diuitias in ſeculo obtinuerunt. Ideo nolebat eſſe peccaD tor, vt haberet diuitias. Carnalis anima viſibilibus rebus & terrenis vẽdiderat iuſtitiam ſuam. Hæc Auguſtin. Sed fuerit iſthæc cupiditas rerum temporalium in Hebræo illo populo, cui promittebat Dominus terram lacte & melle manantem, ſcilicet (vt hîc explicat S. Hieron.) abundantes diuitiis ſeculi perdiderunt dona paradiſi. Nunc autem de Chriſtianis apponit Propheta: *Cùm dies pleni inuenientur in eis.* Quid eſt (ait D. Auguſtin.) dies pleni? Cùm autem venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum, *Galat.* 4. Ipſa eſt plenitudo temporis, quando venit ille temporalia docere, contemni, non habere magnum, quicquid mali homines cupiunt, pati quicquid mali homines metuunt. Itaque iuxta interpretationem D. Auguſtin. Deus homo factus ſecum ad homines detulit plenitudinem E temporis, & (vt alij explicant) plenitudinem gratiarum, & bonorum cùm temporalium contemptum verbo & exemplo docuit, ac Dominum & Magiſtrum ſeculi propè infiniti vtriuſque ſexus homines, rebus omnibus humanis nuntium remiſerunt, & radicibus in terra relictis ad Deum transmigrarunt. Subtiliter Beda ex D. Auguſtin. de hac plenitudine temporis loquens, ait: Amare debemus eum, per quem facta ſunt tempora, vt liberemur à tempore, &

Pſal. 72.

S. Aug.

*Diuitiæ conciliatores peccati.*

S. Hieron.

Ad Galat. 4.

*Deus homo attulit contemptum temporalium.*

Beda.

ſigamur in æternitate; vbi iam nulla eſt mutabilitas temporum. Sic ille. Itaque ſenſus eſſe poteſt: Completo, ac finito tempore, quod cum ſuis bonis temporariis inter homines præualebat, venit Deus homo ad æternitatem mutans. Non ſic Abraham, cùm tempus adhuc non eſſet plenum, pro ſanctitate illius ætatis inde eradicatur; tranſmigrauit quidem, ſed auulſis ab eo loco, & ſecum deportatis radicibus bonorum temporalium, non tamen filiorum, qui nuncupatim dicuntur in Scriptura radices. Iccirco enim cap. 11. vbi legimus: *Erat autem Saras ſterilis*. Hebr. habetur עקרה *ghagarah*, propriè eradicata: hoc eſt, ſine liberis; adiungitur, nec habebat liberos: ſunt enim filij veluti radices, quibus parentes ſuſtentantur, viuúntque læti, & florentes, pace, ac bello; imò, & in ipſo coniugio; etenim nullo arctiùs, & dulciùs in amore mutuo, connectuntur nexu coniuges, quàm ipſa ſobole filiorum; quare apud Hebræos eleganter radicatus dicitur qui liberos habet; eradicatus, qui caret liberis. Hinc eſt, quòd inconſolabili afficiuntur dolore parentes, cùm filium immatura præreptum morte ſuis oculis cernũt, & lacrymis proſequuntur. Vt quid genuimus (aiunt) miſeri, ſi genitum amittimus? Hinc fit, vt immenſæ virtutis, ac meriti ſit filiis Deũ præferre. Separari quippe à liberis idem omnino eſt, atque ab ipſis radicibus arborem auelli. Denique ſic habent in votis filiorum ſobolem coniugati, vt propterea Dominus Abrahami obedientiam cenſuerit remunerãdam vna futuri ſeminis promiſſione; ſemini tuo dabo terram hanc: etſi enim intelligatur de nepotibus, euidenter colligit Abraham filium ſe aliquem habiturum, ex quo illa ſit deducenda ſeries nepotum. Vnde S. Chryſoſt. *homil.* 32. Magna & deſiderabilis promiſſio, præſertim iuſto. Scitis enim quomodo qui iam prouectæ ſunt ſenectutis, & omnem vitam abſque pueris tranſegerunt, optant pueros. Itaque Dominus obedientiæ mercedem ipſi daturus ait: Semini tuo dabo terrã hanc. Ita Chryſ. vbi vides filium donari à Deo in præmium obedientiæ parentum.

*Filij radices parentum.*

*Filius donatur à Deo in præmiũ obedientiæ.* S. Chryſ.

3. *Ad montem*, &c. Itaque Abraham à conualle illuſtri digrediens venit in illum montem, qui orientalis erat ciuitati Luzæ, quæ poſtea Bethel nominata eſt à Iacob, vt infrà videbimus; occidentalis autem ciuitati Hai: at inter Bethel, & Hai vnius tantùm leucæ ſpatium intercedit. Ab occidente Hebr. מים *miiam*, à mari. Etenim, quia mare mediterraneum occidentale eſt illi terræ, propterea ſæpiùs, *miiam*, à mari redditur ab occidente. Sed (vt delicatè D. Chryſ. *homil.* 32.) quid eſt, & diſceſſit inde? Quia Deo locus ille ſegregatus, & ſanctificatus erat. Scilicet (ſic hanc ſententiam interpretor) inſignis humilitate vir ille non auſus eſt ampliùs commorari illo in loco, in quo Deus apparuerat; dedecebat enim tantam illius loci ſanctitatem hominis cuiuſque habitatio. Aut certè, quia iam videbat locum illum vno Deo veri monumento conſecratum, ac finitimis illis gentibus nouo illo titulo notum ac celebrem deinceps futurum, ſuo iam functus officio in aliam atque aliam regionem ſe confert, vt plura Dei ſui monumenta trophæáque erigat inter illas barbaras nationes, inter quas altaria Dei ab Abrahamo erecta veluti cæca, & illuni nocte ſydera reuiderent. Nimirum Abrahamus in illa peregrinatione nouas gentes, ac loca noua perluſtrans vbi per aliquod tempus conſiſtebat, erecto altari ad honorem veri Dei, litatíque victimis regionem, & locum veluti ſubiugatum Deo ſuo ſtipendiarium faciebat; tum etiam opportunè hoc cecidit, vt poſteri ſimilem peregrinandi vitam ſortiti hac illac diſcurrentes antiqua Patris Abrahami veſtigia pietatis, fideíque ardore adhuc calentia, & notarent, & imitarentur. Ad eum ſanè modum, quo apud noſtros homines, illi primores Oceani Argonautæ, Gamma, & ſocij Oliſippone ſoluentes ad inſanam (vt vocat Iouius) & inauditam etiam à mundo condito nauigationem; vbi poſt emenſum bonæ ſpei promontorium, in terram aliquam deſcenſus patebat, columnam cum titulo Deiparæ virginis, aut crucis, aut Archangeli figebant. Sed ad Abrahamum redeo. Seceſſit ille in montem. illa etiam ratio placet ex Procopio: Cùm amplius (inquit) incrementum religionis capere vellet, à valle ſe recepit in montem Bethel, hoc eſt, domus Dei. Nimirum & mons ad contemplãdum erat ſecretior ac ſacratior; & incrementa virtutum in Abrahamo ſignificabat. Non videtur diu Abraham in conualle illuſtri commoratus: ſed vbi demum acceſſit, Deúmque eſt conſtructo altari piè veneratus, ſublatis deinde tentoriis aliò commigrauit. Tumultuarium (inquit D. Chryſoſt.) fecerat domicilium. Vide quomodo erat frugalis, & luxum fugiebat, quomodo tam expeditus, vt cum vxore & famulis tam facilè migraret. Audiant viri, audiant mulieres. Nam ſæpè in villam tantùm exire volentes multa indigemus mechanica, valdéque actuoſi ſumus. Verùm iuſtus non ſic egit, ſed quia Dominus dignatus eſt cum ipſo habere familiaritatem, vt locum conſecrauit, & altarium extruxit, migrauit magna facilitate aliò: Hæc Chryſ. Expeditè igitur tranſmigrabat Abraham, vt frequentiùs, ac dulciùs familiaritatem Domini promereretur. Et quid aut dulcius, aut glorioſius, quàm ſic viuere, vt in Deum totis viribus ac toto corde ſuſpenſus (vt ait D. Cyprian. *Epiſt.* 2.) viuas. Nihil gratius Deo quàm vt familiariter ambulemus cum illo; quod vt homines aſſequerentur, Deus ipſe templum, altare, ſacrificia, & cætera legalia ſibi ab hominibus exigebat. Hinc illud Iſai. 1. *Cùm veniretis ante conſpectum meum, quis quæſiuit hæc de manibus veſtris, vt ambularetis in atriis meis?* Hoſtiæ (ait D. Hieronym.) & immolatio victimarum non principaliter à Deo quæſita ſunt; ſed ne idolis offerrentur, & vt de carnalibus victimis, quaſi per typum, & imaginem ad ſpirituales hoſtias tranſiremus. Hæc Hieronym. Expreſſiùs declaratur Domini inſtitutio à Tertullian. *lib.* 2. *contra Marc. cap.* 19. Vt legalibus iſtis diſciplinis occurrentibus vbique, ne illi momento vacarent à reſpectu Dei. Quid enim faceret beatum hominem, quàm in lege Domini voluntas eius? Hæc Tertullian. *Oportet ſemper orare, & non deficere*, omnibus quidem à Domino iniungitur, iis maximè, qui cum Abrahamo & Vr Chaldæorum egreſſi per terram promiſſionis gradiuntur Dei gratia, & amicitia donati, ne illam ſcilicet amittant, quæ cum Dei familiaritate, iugique oratione conſequari ſolet. Pulcherrimus in hanc ſententiam locus ille occurrit Cant. 1. Dixerat ſponſa: *Nigra ſum, ſed formoſa.* videlicet, quæ priùs peccatis nigra, & deformis extiterat, deterſa, deinde omni vitiorum impuritate, gratiæ, virtutúmque cæleſtium

*S. Chryſ. Reuerentia erga templum.*

*Abraham terras & gentes Deo ſubiugat.*

*Luſitanorum in Indiam nauigatio.*

Procop.

S. Chryſ.

*Expeditus Abraham ad parendum, & peregrinandũ.*

S. Cyprian. *Familiaritas cum Deo.*

Iſai. 1.

S. Hieron.

Tertul. *Dei iugis & pia recordatio.*

Luc. 18.

Cant. 1.

ſtium pulchritudinem Dei beneficio compara-uit. Videns igitur ſe pulchram & iuſtam, timet ſibi, quia pulchra & iuſta ſit; adeò multa paſſim occurrunt, quæ pulchritudini animæ inſidiantur. Et, vt egregiè aduertit D. Gregor. Nyſſ. ſuſpectam hanc felicitatem (inquit illa) habeo, ne iterum pulchritudinem hanc amittam. Igitur vt aliquod ſuo timori ſuffugium adſciſcat, ſponſum ſuum, ac Deum affatur: Indica mihi; vbi cubes, &c. Optimè idem Gregor. Atque hæc dixit ſolicita de pulchritudine quam diuinitùs conſecuta erat, ſimúlque diſcere cupiens, quo pacto venuſtatem illam perpetuò retinere poſſit. Rogabis, quiſnam iſte modus ſit? profectò non alius eſt, quàm, vt ſponſa ſponſum inueniat, eum illo familiariter dies ac noctes, ac vitam ipſam totam tranſigat: denique vt ſemper oret, ne intret in tentationem.

S. Gregor. Nyſſ. *Oratio conlinuet ad conſeruandam Dei gratiam.*

4. *Ædificauit quoque ibi altare Domino.*] Hoc eſt ſecundum altare, quod Abraham extruxit Deo ſuo. Rectè D. Chryſoſt. Vide (inquit) mentem benè inſtitutam, & ſapientiæ deditam. Vide quomodo quod ſcribens Paulus admonuit: *In omni loco leuantes ſanctas manus*, 1. Timoth. 2. id Patriarcha priùs opere compleuit in ſingulis locis altaria condens, & Domino gratias agens. Sciebat enim quòd nihil aliud Deus requirat ab homine, quàm animam gratiarum actioni ſtudentem. Hæc Chryſ. At debitum quidem eſt, vt homini par referas, ſi poſſis, facto; ſin minùs grato animo & voce; qua de re luculenter S. Ambroſ. in illud Luc. 6. *Prout vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite.* ita diſſerit. Neſcit enim virtus menſuram gratiæ, nec contenta referre quod acceperit, vult cumulare, quod ſumpſerit; nec inferior ſit benficio, licèt æquetur officio. Non enim cumulo tantùm, ſed ordine, & tempore beneficia penſantur, cùm in beneficio pari prior ſit, qui prior cœpit. Beneficus enim eſt, qui gratiam cœperit, debitor, qui retulerit. Sic Ambroſ. Hoc quidem erga homines; at erga Deum nunquam gratia menſuram excedet: ſemper ille prior in tribuendo, & magnificentior in largiendo; cui nos ne minimam quidem ſuorum donorum partem, nec retribuendo, nec habendo gratiam exæquabimus. At illud, quod Iſaias vnum exhibuit; præſtare hominem, vt licet, ſic libeat, *Et expectabo Dominum, qui abſcondit faciem ſuam à Domo Iacob, & præſtolabor eum*, cap. 8. Hebr. inhiabo, intentus expectabo eum. Scilicet oculis in Deum tam benè de me meritum defixis attentiſſimè obſeruabo nutum illius; paratus, vt quicquid de me volet actutum diligentiſſimè ac lubentiſſimè efficiam. Quod Iſai. vt magnum, & ſingulare beneficium reputat, atque pro ſoluendo debito, aut certè pro aliqua grati animi ſignificatione exhibenda paratum ſe ad omnia etiam difficillima ſubeunda in obſequium Dei conteſtatur; multo minùs ab illo iuſtitia ipſa exigit, quàm à nobis, qui repudiato Iſraële Chriſti immenſum gratiæ pondus à Deo accepimus; quò reſpiciens Paul. 2. ad Corinth. 4. *Ideo* (inquit) *habentes adminiſtrationem iuxta quod miſericordiam conſequuti ſumus, non deficimus.* Ad quem locum optima illa paraphraſis D. Chryſoſt. Nihil amplius nos attulimus, quàm quòd miniſtri dumtaxat ſumus, & miniſtrauimus in his, quæ à Deo data ſunt. Conſidera quàm

S. Chryſ. — 1. Tim. 2. *Gratitudo erga Deum debita.* — S. Ambroſ. Luc. 6. *Gratitudo inter homines debita.* — Iſai. 8. *Promptitudo ad parendum Deo.* — 2. Cor. 4. *D. i beneficia noſtris effectis maiora.* — S. Chryſoſt.

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

A extenuet ea, quæ de ſe dicta ſunt. Dicere enim vult: Non eſt res magna, ſi is qui talia, & tanta aſſequutus eſt à ſola diuina miſericordia, tales ſubeat labores, periclitetur-que, ac tentationes ſuſtineat. præter hoc (ait) non ſolùm non deficimus, ſed & gaudemus. Sic Chryſoſt. Cæterùm hæc actio gratiarum, quæ in oratione fit pro acceptis à Deo beneficiis, duo habeat neceſſe eſt; quæ in verbis Apoſtoli paulo ſuperiùs adductis S. Hieronym. agnoſcit. Leuantes (inquit) puras manus. ſcilicet ab omni opere malo. teſtimonium enim innocentiæ, & manuum eleuatio. nec ſolùm manus, ſed mentem etiam a cogitatu debet habere mundam. Nemo enim aliquid impetrare poteſt alia cogitando. Sic ille. Heu me, quid nobis fiet, quorum oratio ſic friget, ſic alienis, varijs, & nonnunquam immundis cogitationibus inquinatur? Oramus, & non impetramus; quia non purè ac ritè oramus. Nulla inter creaturas maioribus ac pluribus eſt à Deo beneficiis cumulata, quàm ſemper virgo Dei mater Maria; ſic etiam nulla eſt, quæ digniores, & vberiores Deo gratias habuerit, quales in illo ſuauiſſimo hymno continentur: *Magnificat anima mea Dominum*, &c. Luc. 1. Hæc autem Deiparæ Virginis laudatio, & gratiarum actio admirabilior eo exiſtit, quo verius eſt, neminem perfectè ac verè dicere potuiſſe, aut poſſe: Anima mea, ſicut Chriſtus Dominus, & beatiſſima virgo mater Chriſti: enimuero nullus eſt qui perfectè integréque animam ſuam poſſideat, cùm eam vel peccatum aliquod ſaltem ex lenioribus, & peccatum ipſum originale quod generi humano poſt præuaricationem Adami cognatum eſt; vel paſſio aliqua tyrannicè dominans in ſeruam ſibi vindicet. Ac virgo ſanctiſſima neque peccato originali, nec vllo actuali obnoxia fuit; nec alicuius vitioſæ paſſionis pertulit dominatum: atque adeò ſola ipſa potuit verè dicere: Anima mea, vtique mea tota & nullius imperio ſubiecta, quam ego totam meam animam in ſacrificium laudis offero Deo meo, à quo ſum innumeris, & maximis dotata muneribus. Deinde tota virginis anima perfectiſſimè Deo dicata eſt; ita vt Deus ſolus eſſet animæ virginis Dominus & poſſeſſor; ac ipſemet Deus filius eſt ipſius beatiſſimæ virginis; ergo cùm totum quicquid Filius poſſidet iure ipſo ad matrem ipſius pertineat, proculdubio anima virginis tota poſſeſſa à Deo filio, tota denique in ius & poſſeſſionem matris veniebat. Verè igitur dicit: Anima mea, quæ quia tota Filij mei eſt, tota mea eſt. Poſtremò tunc magis quis animam ſuam diligit, quo ardentiùs Deum ſuum diligit; ab hoc enim amore ille oritur ac dependet amor. Atqui virgo ſanctiſſima ſupra omnem creaturam maximè Deum diligebat: ergo & animam ſuam; quod autem diligimus, præ dilectione noſtrum appellamus; atque adeò virgo animam ſuam ita maximè diligens iure optimo dicere poteſt: Anima mea quæ tota in Dei laudes, & gratiarum actionem exultabat. Hæc ex noſtro Toleto. Quibus addi poteſt illuſtris explicatio Bedæ in hunc modum: Tanto (inquit B. Virgo) me Dominus, támque inaudito munere ſublimauit, vt non vllo linguæ officio explicari, ſed ipſo via intimi pectoris affectu comprehendi queat.

S. Hieron. — Luc. 1. *S. Maria Deo gratias habet.* — *S. Maria ſola dicere poteſt, Anima mea.*

A
& ideo totas animæ meæ vires in agendis gratiarum laudibus offero, totum in contemplanda magnitudine eius, cui non eſt finis, quicquid viuo, ſentio, diſcerno, gratulanter impendo. Quia & eiuſdem Ieſu, id eſt, ſalutaris, ſpiritus meus, æterna diuinitate lætatur, cuius mea caro temporali conceptione fœtatur. Sic Beda.

Beda.

5. *Et inuocauit nomen eius.*] Altari extructo, mactatiſque hoſtiis, ſanctiſſimus Abraham inuocabat nomen Domini; quod idem eſt, vt iam ſuperiùs explicauimus, atque orauit, cum Deo egit. Orationi inſtabat, vigilans in gratiarum actione, vt Paulus poſtea docuit *ad Coloſſenſ.* 4. Vbi S. Hieron. Orationi inſtate vigilantes. negligentis enim & dormientis oratio nec ab homine præualet impetrare. Sine intermiſſione orabat, in omnibus gratias agens *ad Teſſalon.* 5. S. Hieronym. Iugiter lingua, aut ſaltem corde. Siue omnis actus veſter talis ſit, vt pro vobis ſemper oret. In omni conuerſatione veſtra Deo gratiæ referantur. In omni oratione, & obſecratione cum gratiarum actione. Abrahami petitiones innoteſcebant apud Deum, *ad Philip.* 4. Sæpiùs recurrit occaſio de oratione differendi, ac ſemper quidem opportunè: ea namque in hac vita nihil magis neceſſarium hominibus. Rectè Tertul. *in exhortat. ad caſtitatem*; continentiæ neceſſitatem, ex orationis neceſſitate concludit, hiſce verbis. Si quotidie omni momento oratio hominibus neceſſaria, vbique & continentia, quæ orationi neceſſaria ſit. Sic ille. ac verè: quia oratio debet eſſe pura, manus puras ad Deum eleuans; ac puritas cum turpitudinis libidine nequaquam eſſe poteſt; & vide quanta ſit orationis excellentia, vt ad eam velut pediſſequa, & adminiſtra mentis, & corporis, munditia requiratur. S. Chryſ. *lib.* 1. *de orando Deum*, acriter inuehitur in eum, qui alienus eſt ab orandi ſtudio. Quiſquis (ait) non orat Deum, nec diuino colloquio cupit aſſiduè frui, is vita caret, mortuus eſt, expers ſanæ mentis. Animæ mors eſt, non prouolui ad Dei genua: imò quauis morte triſtius eſſe, ſi quis deprecatione priuetur, docet Daniel 6. qui maluerit mori, quàm triduo dumtaxat ab oratione arceri. Subiungit etiam inferiùs: Simpliciter impoſſibile eſt abſque orationis præſidio cum virtute degere. Ibidem vocat orationem animæ neruos, quibus inciſis tota diſſoluitur pietatis compago, & harmonia. Quòd ſi (inquit) reipſum deſtitueris oratione, perinde feceris, ac ſi piſcem ex aquis extraxeris; vt enim piſci vita eſt aqua; ita tibi oratio. Hactenus S. Chryſ. Quorſum (inquam) toties, ac tam ſeriò grauiterque commendatur ab ipſo Deo hominibus orandi ſtudium, quinimò, & præceptum imponitur recitandi orationem dominicam? Nimirum, vt (ait D. Auguſtin. *Epiſtol.* 121. *cap.* 8. *ad Probam*) vult Dominus exerceri in orationibus deſiderium noſtrum, quo poſſimus capere quod præparat dare. Semper autem in oratione iungenda eſt gratiarum actio, vt ex Paulo *ad Philip.* 4. retulimus. Tunc enim (obſeruat ibi S. Hieron.) poteſt oratio veſtra digna eſſe auribus Saluatoris, ſi pro omnibus gratias referatis; hoc igitur erat vſitatiſſimum, & iucundiſſimum Abrahamo ſtudium, inuocare nomen Domini: colloqui cum Deo, ante ſuum, quod erexerat, altare. Nec enim templa, ſacella, oratoria in alium finem extruuntur, quàm vt in illis cum Deo colloquamur.

*Quæ oratio ſit de neceſſaria.*
Ad Coloſſ. 4.
S. Hieron.
1 ad Theſſal. 5.
S. Hieron.
Ad Philip. 4.
Tertul.
*Caſtitas ad orationem requiritur.*
S. Chryſ.
*Triſtius quàm mori, non orare.*
Daniel 6.
*Oratio vita hominis.*
S. Aug.
*Deus orationes præſcribit, vt orantibus donet.*
S. Hieron.
Matt. 21.
*Templa oratoriis dicata*

Vnde Chriſtus Dominus templum vocauit domum orationis; quam alij ſpeluneam latronum, alij (o rem deteſtandam) ſpecum lenonum efficiunt; & complures plateam, ac forum ſermocinantium. Primum quidem ſacellulum Chriſto dicatum inuenio, ſacerrimum illum antrum, & præſepe Betlehem, in quo ſemper virgo vnigenitum ſuum peperit Filium; in quo Paſtores & Reges Deum infantulum poſitum in præſepio adorauerunt. Et ſummum mihi eſt myſterium, quòd nec Paſtores, nec Reges, nec ipſum ſanctiſſimum Ioſephum infantuli nutritium lego quicquam locutos. Imò, quod omnem excedit admirationem, nec ipſamet parens legitur vocem protuliſſe; ſed

B
(vt ait D. Ambroſ.) non minus ore pudica quàm corpore argumenta fidei conferebat in corde. Fortè voluit Dominus in primo illo ſacrario ſui natalis Chriſtianæ gentis templa dedicare ſilentio vocis, mentis oratione, ac ſtupore animi veneranda. Quo ſanè habitu ſolitum in templo aſſiſtere legimus D. Baſilium; nimirum (vt ſcribit Gregor. Nazianzen.) nec corpore, nec oculis, nec animo vllam in partem ſe mouentem, ſed Deo & altari affixum. Reuertantur fœminæ, quibus eſt congenita loquacitas, templum Domini; ad quod piiſſima Monica (vt ſcribit ipſius filius Auguſtin. 5. *Confeſ.* 9.) veniebat bis in die, non ad vanas fabulas, & aniles loquacitates: ſed vt te (Domine) audiret in tuis ſermonibus, & tu illam

C
in ſuis orationibus. In templo Dei ſolus ille loquitur, qui Dei vicem agens, ad populum de Deo ſermocinatur in tantam Dei gloriam; & audientium animarum vtilitatem, (ac fortè nullus aliunde in horreum Domini vberior prouentus exiſtit) vt ex his verbis Tertullian. *apologet. cap.* 39. colligi poteſt. Certè fidem ſanctis vocibus paſcimus, ſpem erigimus, fiduciam figimus, diſciplinam præceptorum nihilominus, inculcationibus denſamus. Templum Dei domus eſt orationis; ac ſubinde noſtræ pœnitentiæ. Illuc igitur imus, vt doleamus, & deploremus ſcelera noſtra, non vt noua contrahamus. Cap. 11. Zachar. legimus: *Pro-*

D
*ieci illos in domum Domini ad ſtatuarium.* Sermo eſt de triginta argenteis, quos proditor Iudas pœnitentia ductus retulit in templum. LXX. vertunt: Miſi eos in domum Domini in conflatorium. per appoſitionem domui adiungitur conflatorium. Quare Theodoret. ita locum interpretatur: Domum Domini iure conflatorium appellauit; in illa enim per pœnitentiam accedentes tanquam in conflatione, & fornace de integro renouantur. Vnde Malech. dicit: *Ipſe quaſi ignis conflans*, cap. 3. Quid plura de templo? Iſtud immenſi præconij, quòd virginem illam, de qua naſciturus erat, Deus in templo voluit educari, etiam ad maiorem virgineæ gratiæ plenitudinem. Sic enim ſcri-

E
bit S. Ioann. Damaſcen. 4. *Orthod.* 15. Maria editur partu in domo ouilis Ioachim, & adducitur in templum: deinde in domo Domini plantata & impinguata ſpiritu, omnis virtutis habitaculum facta eſt, ab omni ſeculari vita, & carnali concupiſcentia procul mentem ſequeſtrans: & ſic virginem animam cum corpore conſeruans, vt decebat eam, quæ in ſinu Deum ſuſceptura eſſet. Sic ſanctificationem omnem exercet; & templum ſanctum, & admirabile Altiſſimi Dei dignè demonſtratur. Hæc Damaſc.

S. Ambroſ.
*In templis ſilentium ſeruandum.*
S. Greg. Nazianz.
S. Aug.
*Prædicatio in templis.*
Tertull.
Zachar. 11.
*Templum domus pœnitentiæ.*
Theodor.
Malach. 3.
S. Ioan. Damaſc.

S. Ambr.

Damaſc. Poſtremò commentationem hanc concludit adnotatio D. Ambroſ. cuius hæc ſunt verba. Receſſit in mõtem contra Orientem Bethel, ſurgentem adhuc ſolem iuſtitiæ cupiens videre. Optimè Ambroſ. Etſi enim Abraham longiſſimos viarum decurſus confecerit, ætatem omnem vſque ad ſenectutem in Dei mandatis exequendis conſumpſerit; atque non ſemel, & Deum audierit, & cum Deo loquutus fuerit mira cum familiaritate: nihiluminus adhuc ad orientem pergit, iuſtitiam & virtutem, quaſi eam nondum apprehenderit, ſibi nunc primò naſcentem adepturus. Adiungit ſubinde ſanctiſſimus Pater: Ideoque non in vallibus, ſed in monte tabernaculum ſibi locauit, quia Deus montium eſt, & non vallium. Et inuocauit nomen Domini. Vbi Bethel, id eſt, domus Dei, ibi & ara; vbi ara, ibi & inuocatio Dei noſtri. Hæc Ambroſ. Pulchrè quidem. Primò in conualle illuſtri conſedit Abraham; deinde aſcendit in montem poſitum è regione Bethel; ex quo progreſſus in virtute innuitur; in primis conſidendum in humilitatis operibus, deinde ad ſublimiora contemplandi Deum, & regendi homines, atque exemplo, doctrináque inſtruendi ſtudia conſcendendum. Nec auſit quis ad montem aſcendere, quin ſe priùs in vallibus exercuerit. Recta via eſt à valle ad montem.

*Semper in virtute laborandum.*

*Prius in humilitate ſe exerceat, qui ad ſublimiora aſcendet.*

## SECTIO VIII.

*Perrexítque Abram vadens, & vltrà progrediens ad meridiem. Facta eſt autem fames in terra: deſcendítque Abram in Aegyptum, vt peregrinaretur ibi: prænaluerat enim fames in terra: cúmque propè eſſet vt ingrederetur Aegyptum, dixit Sarai vxori ſua: Noui quòd pulchra ſis mulier: & quòd cùm viderint te Aegyptij, dicturi ſunt: Vxor ipſius eſt: & interficient me, & te reſeruabunt. Dic ergo, obſecro te, quòd ſoror mea ſis: vt bene ſit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui.*

1\. EX illo monte poſito inter Bethel, & Hai mouit Abraham pergens versùs auſtrum, vt Hebr. habetur, hoc eſt, ad meridiem, הנגבה *hanegbah* legunt, LXX ἐςρατοπέδευσεν, caſtrametatus eſt in deſerto, ſeu ſolitudine, quæ quia erat ad partem auſtralem, & meridionalem; idcirco vnus, idémque vbique ſenſus exiſtit. Chald. proficiſcens ad meridiem: non aliquo in loco diutiùs quieſcit Abraham, ſed vix ſumpto ſpatio ad reficiendas vires etiam atque etiã ſublatis tentoriis, aliò atque aliò tranſmigrat. Non quidem leuitate animi (quis enim maturior, & grauior Abrahamo?) Sed aut frequentibus Dei imperiis compolſus, aut ipſe vltrò hanc peregrinandi vitam ſtudioſè complectens, crebrò mutat ſtationem; quo plura patiatur in Dei obſequio; aut vniuerſam terram ſemini ſuo promiſſam circumſpiciens, plures habeat occaſiones excitandi noua altaria; inuocandi nomen Domini, atque illi debitas agendi gratias & quotidie ampliores. Non languet otio Abraham, aut in valle requieſcens, aut in monte reſidens; ſed (vt ait D. Ambroſ.) exercetur Athleta Dei,

*Longa & infatigabilis peregrinatio Abraham.*



A & duratur aduerſis. Procop. legens cum LXX. in deſerto, ſic optimè philoſophatur: Et ſi quis perfectus ſit, tamen nunquam penitùs effugere poteſt hoſtes. Perfecti itaque eſt bellum gerere cum hoſtibus. In deſerto, ait. Et Saluator in deſerto tentatur. ibi ſiquidem plerumque tentationes feruent: quòd qui ibi degunt homines, reliquorum mortalium auxilio ſunt deſtituti: nam frater à fratre adiutus eſt vt vrbs munita. Sic ille. Certè in deſerto magna rerum eſt indigentia; pauca, quæ releuent, multa, quæ affligant, abundant. Quod quidem ad ſalutem animæ valde conducit, ſcilicet, vt laboribus affligeretur corpus. Quæ ſententia his verbis profertur à D. Gregor. Nazianzen. *Orat.* 12. Afflictio

Procop.

B ipſa commodum eſt ad ſalutem pharmacum. Putarim Abraham etiam malè affectum ab incolis idololatris, cogi mutare loca; qui enim non execrarentur, atque afflictarent hominem vni Deo ſeruientem & immolantem, & publico ritu, exemplo, ac voce, vt ridicula, & turpia Chananææ gentis idola deteſtantem? Sed eleganter in ſimili euentu dixit S. Gregor. Nazianzen. *Orat.* 13. Hoc ex omnibus, quæ patimur, illuſtriſſimum, & magnificentiſſimum eſt, quòd cum Deo periclitamur. Quid ſi etiam vir ſanctiſſimus patiendi pro Deo auiditate in alia, atque alia duriora loca, & gentes ferociores ſe

S Greg. Naz. *Corporis labor pharmacum animæ.*

S Greg. Naz. *Pati pro Deo glorioſum eſt.*

C conferret, vbi ſemel toletantiæ dulcedinem deguſtauit? Idipſum ſanctis viris factitatum reperio, quorum de numero idem Gregor. Nazianzen. *Orat.* 13. ſic de ſe, ac ſuæ patriæ Catholicis ab Arianorum ſatellitio diuexatis hæc profitetur. Tentationes, & lapidationes ſæpè pertulimus, & perferre parati ſumus; idque eo magis, quod periculorum, quæ pro Chriſto ſubeuntur, guſtum cepimus. Cæterùm Abraham de loco in locum pulſus, & nullibi conſiſtere permiſſus, vberioribus, & clarioribus in dies tam cæleſtibus, quàm terreſtribus bonis locupletior reddebatur. Mira eſt enim vbertas prouentuum, qui à ſuſceptis pro Deo afflictio-

S Greg. Naz. *Pati pro Deo dulce eſt.*

D nibus colliguntur. Sic enim ſubiungit Nazianzen. Ex quibus etiam optimum fructum tulimus, nempe populi huius incrementum. Pergit ergo Abraham vadens, & vltrà progrediens, ſpretus quidem à Chananæis, & velut in exilium coactus. De quo appoſitè dixeris, quod de Cæſario fratre dixit D. Gregor. Nazianzen. *Orat.* 10. cùm à Iuliano Apoſtata eiectus eſt ab aula regia propter Chriſti fidem. Ad nos (ait) redit exul beatus, & victor incruentus, atque ob ignominiam clarior, quàm ob ſplendorem, & gloriam. Hæc Nazianz. Commendari hìc etiam videtur conſuetudo Abraham. Quorſum enim

S.Greg. Naz. *Laborum prouentus.*

S Greg. Naz. *Humilitas gloriam parit.*

E illo ex monte inter Bethel, & Hai diſceſſit. Fortè (inquit D. Chryſoſt.) videbat quibuſdam incolis non placere ſuum aduentum. Proinde eximiam ſuam manſuetudinem declarans, & quomodo tranquillitatem magnificaret; & ne cum homine aliquid haberet negotij, ſolitudinem apprehendit. Hæc Chryſ. Diſce à viro iuſto cum omnibus pacem habere; vel propria vitæ commoda poſthabere pacis amori, pax enim tanta eſt, vt meritò illam D. Ambroſ. *ad 6. Epheſ.* appellet ianuam dilectionis. & *in 3. ad Theſſalon.* ducem ad vitam æternam. Igitur pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, &c. *ad Philipp.* 4. Pax (inquit ibi S. Hieronymus.) Dei, qua malos ſuſtinet, & ingratos. Chriſti pax, qua pro perſecutoribus ſuis exorabat, ſi eam

S Chryſoſt.

*Paci omnia poſthabenda.*

S Ambr.

Ad Philip. 4 S. Hieron.

retogitemus, omnem mentem ſuperat & inclinat. Sic Hieronym. Inclinat quidem vel ob ſtuporem miraculi; vel quia inuitat & compellit ad imitationem. Abraham, ne cum impiis atque idololatris pacem & amicitiam diſſoluat, etiam in vaſtas ſolitudines ſe confert: pereant omnia, modò pax, & caritas Chriſti ſarta tectáque perſiſtat. Non temerè Abraham ſeſe tam inextricabili itinerum ac laborum labyrintho commiſit. Fide namque, atque ſpe in Deum nihil non aggrediebatur. Meritóque (inquit D. Ambroſ.) proceſſus tantos habuit, quia Deum ſperabat ſibi auxilio fore. Spes (ait Apoſtolus) non confundit; quoniam non derelinquis ſperantes in te Domine, *Pſal.* 33. Eſt etiam Abraham iuſti viri typus; quare optimè in ſeipſo adumbrauit iuſti ad perfectionem virtutis progreſſum, vt benè obſeruat Rupertus ad hunc modum: Perrexit vltrà vadens, & proficiſcens ad meridiem: meridies ſignificat perfectionem. Benè ergo progredi dicitur ad meridiem, qui ab hac aurora fidei ſuæ vltrà vadens, & progrediens de virtute in virtutem ſine dubio ad plenum, & æternum peruenit perfectionis diem. Hæc Rupertus.

S. Hieron. — *Spe iuſtus confirmat.* — S. Ambr. — Ad Rom. 5. — Pſal. 33. — Rupert. — *Augmentum in virtutibus.*

A — B

2. *Caſtrametatus eſt in ſolitudine.*] LXX. vertunt, & Ambroſ. Chryſ. aliique legunt. Caſtrenſi hoc verbo ſignificatur in primis admirabilis promptitudo Abrahami ad nutum Domini de loco in locum commigrantis; qualem militari inſtituto conteſtatam duces ac milites, prout res poſtulat, diligentiſſimè obſeruant. Igitur (inquit Chryſ.) quemadmodum de militibus ſolemus dicere, ita & de iuſto hic dicit Scriptura, quòd caſtrametatus ſit, vt oſtendat expeditum patriarcham; quòd ſicut milites abſque difficultate nunc huc, nunc illuc tentoria ſua erigunt, ita & iuſtus ille quamuis ſecum duceret vxorem, & fratris filium, & tantum ſeruorum numerum, maiori tamen facilitate migrare ſolebat. Hæc Chryſ. Ita ſeruos ſuos Dominus beatos dicit, quos cùm venerit expeditos, lumbis ſuccinctos, ſtantes in cuſtodia, & vigilantes in ſtationibus ſuis inuenerit, *Luc.* 12. Cæterùm hæc tam mira parendi alacritas & ad tranſmigrandum expeditio longè in fœminis, quàm in viris commendatior habetur, quippe quæ difficilior. Quare D. Chryſ. rectè adiungit: Mihi magis admirabilis videtur Saræ mulieris fortitudo. Cùm enim cogito muliebris ſexus infirmitatem, & animaduerto quomodo tam facilè, tanta alacritate cum iuſto peregrè vadit, & ſubinde migrat, neque ipſa moleſtè fert, neque iuſto negotium facit, obſtupeſco, & cenſeo quòd non minorem ſpiritum, & fortitudinem, quàm Abraham poſſederit, & ipſa. Sic Chryſ. Quòd autem ita facilem, & obedientem, alacrem, atque amantem vxorem habuerit Abraham, præter virtutem ipſius Saræ adſcriptam, hoc eſſe vult D. Ambroſ. æqualitati conditionis, quæ inter coniuges interetat. Sic enim affatur. Offendit plerumque virum, ſi ſe vxor nobiliorem nouerit. Hæc proxima ſuperbiæ ſunt. Sara non facultatibus ditior, non genere ſplendidior erat, ideo virum imparem non putabat, ideo quaſi parem gratiam diligebat, ideo non cenſu eſt retenta, non parentibus, non propinquis, ſed virum proprium quòcunque pergeret, ſequebatur. Hæc Ambroſ. *lib. 1. de Abraham. c. 1.* At verbum illud, *caſtrametatus eſt*, videtur etiam innuere, quę ſint, & quantæ vires illius iuſti: vbi figit tentorium, caſtra dicitur locare: & quiſquis aduerſus Abrahamum inſurget, in caſtra incidet, quorum eſt metator homo, ſed imperator Deus. Quid illa ſponſa Domini tenerius, & (naturam ſi ſpectes) imbecillius, vt quæ floribus, & roſis comparetur? At præſidio Dei ſui ſuffulta tantam progrediens fortitudinem præ ſe ferebat, vt caſtrorum acies ordinata diceretur. Planè ſic habet: Dominus fortitudo plebi ſuæ eſt, *Pſal.* 27. Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur, ait Apoſtolus 2. *Cor.* 4. Vnde S. Chryſ. Illud ipſum eſt mirabile, & indicium maximum potentiæ Dei, quòd vas fictile tantum fulgorem ſuſtinere potuit, & talem ſeruare theſaurum. Vndecunque pulſati ſeruamus theſaurum, & non perdimus. Sic Chryſ. Procop. legit: Tabernaculum fixit iuxta mare; & quidem congruè. Deinde ſubtiliter commentatur. Pericula (inquiens) omnia, quæ memorat Paulus, mare intellige. Vbicunque enim fuerit ſanctus Domini, tempeſtatis æſtum, & ſalum habebit adiunctum. Fixit tabernaculum: conſtans enim & firmus exiſtens ſentit ſe perfectè virtutem apprehendiſſe. Sic ille. Quod Paulus expreſſit 2. Tim. 3. *Omnes, qui volunt piè viuere in Chriſto, perſecutionem patientur.* Vbi Beda. Chriſti paſſiones imitandæ, non à Chriſtianis deliciæ conquirendæ. & S. Aug. *in lib. 18. de Ciuit.* Etiam à tempore Aber inter perſecutiones mundi, & conſiderationes Dei peregrinando percurrit Eccleſia. Idem *in Pſal.* 127. Si mortuus eſt diabolus, mortuæ ſunt perſecutiones. Si autem ille viuit, vnde non tentationes ſuggerit? O ſi incipias piè viuere, videbis quia omnes, &c.

S. Chryſ. — *Promptitudo ad parendum Deo.* — Luc. 12. — S. Chryſ. — *Conſtantia mira in fœmina.* — S. Ambr. — *Æquales ecdiſſime ſint coniuges.* — *Fortitudo iuſtorum in Deo.* — Cant. 6. — Pſalm. 27. — 2. Cor. 4. — S. Chryſ. — Procop. — 2. Tim. 3. — S. Auguſt. — Beda

C — D — E

3. *Deſcendit Abram in Ægyptum.*] Familiaris eſt Moyſi modus hic loquendi, obſeruato ſitu harum regionum; eſt enim Ægyptus humilior, ac depreſſior, quàm terra Chanaan; quare ex hac in illam deſcendere, ex illa in hanc aſcendere viatores dicuntur. Igitur tranquillam in ſolitudine remotus à Chananæorum commercio vitam agebat Abrahamus; verùm à ſolitudine (ait D. Chryſoſt.) eiicitur, non ab hominibus, ſed à neceſſitate famis. Nullus ſanè locus vacat moleſtiis; nuſquam cum calamitatibus induciæ ſunt: vbique palæſtra luctantium eſt; vbi viuitur, ibi militatur, cùm tota ſit vita hominis militia ſuper terram; operandi, laborandi, & ſudandi maledictio Adamo irrogata, cunctis eſt illius filiis ſubeunda. Vtinam ex neceſſitate ipſa promerendi occaſionem aucupemur! & quod ex maledicto nobis impoſitum eſt, patienter ſuſceptum in benedictionem noſtram cedat! Fugerat Abraham malorum hominum conſuetudinem, procul à litibus, diſcordiis, calumniis, iucundiſſimum æuum acturus in ſolitudine cum Deo, cuius colloquio familiari potitus ſolitudinem illam non modò vrbem, ſed cælum ipſum reputabat. Eſt enim Abraham vnus de paucis; ad quos pertinet dictum Prophetæ: *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui*, Pſalm. 36. Qui ſunt iſti? Qui (reſpondet Theodoret.) putant veras delicias eſſe, habere cum Deo conſuetudinem. Itaque, vt vides, dulci quodam nomine orationem appellat Regius Pſaltes, delectationem in Deo, aut de Deo: quam certè illi ſoli neſciunt, qui orationem haud nouerunt. Et dabit tibi petitiones

S. Chryſoſt. — *Semper & vbique labores & miſeriæ.* — *Oratio deliciæ, & delectatio in Deo.* — Pſalm. 36. — Theod.

tiriones cordis tui. Sic Propheta declarat effi-
S. Aug. *Orationis vis ad impetrandum.* cacitatem orationis in impetrando, quam D.
Auguſtinus luculenter ita depingit *ſerm. 22. ad fratres in eremo.* O quàm grandis eſt ipſius orationis cauſa! ò quàm grande myſterium! ecce
Moyſes orabat in monte, & Ioſue Amalech deuincebat. Per orationem Ezechias ſanatur, &
ſalutem animæ, & corporis adipiſcitur. Per orationem Saulus efficitur Paulus, & doctor gentium: Ieremias confortatur in carcere, Daniel inter leones exultat. Iob in ſterquilinio triumphat.
Suſanna inter ſenes defenditur. Paradiſum de cruce latro inuenit. Stephanus de torrente in
cælum ſuſcipitur, & inter lapidantes pro Saulo exauditur. Hæc Auguſt. Ac fortaſſe Abrahamum
B
Deus in ſolitudinem abſtraxit, vt ibi liberiùs & ſanctiùs orationi totus incumberet: iccirco videlicet, quia grauioribus, quam antea exercendus
*Oratione roboratur & creſcit virtus.* erat afflictionibus. Nam orationis aſſiduo ſtudio mirum in modum augentur animæ vires, quibus ſubinde tentationum cuſpides facili negotio bebetantur & perfringuntur. Vera eſt enim
S. Chryſ. illa ſententia D. Chryſoſt. *in Pſal. 7.* Deo magnæ curæ eſt, vt in virtute creſcamus. Nihil autem æquè facit in virtute creſcere, atque cum Deo aſſiduè verſari & colloqui, eique perpetuò gratias agere, & pſallere. Ita Chryſoſt. Pſallere dicit; quia, & vocis oratio, & Eccleſiaſtici cantus de diuinis laudibus Deo ſunt iucundiſſimi, quic-
C
quid hæretico in cœno ſues amuſij, & putidi è
*Cantus Eccleſiaſtici.* contrario grunniant. Vel ipſo in excidio ſuæ Hieroſolymæ boni quondã, ac pij Hebræi, cùm Babyloniam captiui deportarentur, omnibus relictis, citharas tantummodo ſuas ferre curarunt, quibus antea Dei ſui pſalmos canere conſueuerant.
S. Ambr. Ibant igitur (ait D. Ambr. *3. de offic. cap. 14.*)
*Pietas extorqueri nequit à iuſtis.* in Perſidem ſola religione liberi, quoniam ſola illis per captiuitatem extorqueri nequiuit. Porrò ita diuino pabulo recreatus Abraham, ſic orationis armis præmunitus ab illa ſua dulci ſolitudine ad puluerem, & aciem laborum deducitur, coactus fame incredibili, quæ totam Palæſtinã miſerandum in modum populabatur. Cæterùm
D
Abraham ſemper ſui ſimilis, nouit abundare, atque inopiam pati.
S. Chryſoſt. *Patientia iuſtorum in aduerſis.* Ecce (inquit D. Chryſoſt.) in aduentu iuſti, fames, & fames valida, & non turbatur iuſtus, neque aliquid humanum patitur, & ſuo aduentui tribuit famis cauſam. Sed quia vidit naturam agri, & inualeſcere famem, deſcendit in Ægyptum. Sic Chryſoſt. Sed quid eſt hoc, quòd iuſtus Abraham pariter cum impiis Chananæis famis gladio affligitur? Reſpondet egre-
D. Cyprian. giè D. Cyprian. *libro de mortalitate*, cum de ſimili ſcandalo imprudentium quorundam hominum
*Chriſtianus affligatur calamitatibus, ſed cum fructu.* in exitiali quadam peſtilentia diſſerit. Monet quoſdam (inquit) quòd æqualiter cum Gentilibus noſtros morbi iſtius valetudo corripiat; qua-
E
ſi ad hoc crediderit Chriſtianus, vt immunis à contactu malorum, mundo, & ſeculo feliciter perfruatur: & non omnia hic aduerſa perpeſſus ad futuram lætitiam reſeruetur. Cum genere humano carnis æqualitate coniungimur, ſpiritu ſeparamur. Hæc Cyprian. Addiderim; Chriſtiano homini, quòd talis ſit, pluſquam cæteris laborandum in hac vita. Primò, quia aduerſarius no-
1. Petr. 5. ſter diabolus circuit quærens quem deuoret, cui
S. Cypr. reſiſtendum fortiter in fide. Hanc rationem ſic
*Chriſtiano magis laborandum.* explicat D. Cyprian. Quinimò, ſi qua conditione, ſi qua lege crediderit Chriſtianus; noſcat & teneat plus ſibi, quàm cæteris in hoc ſeculo laborandum, cui magis ſit cum diaboli impugna-

A
tione luctandũ. Cæterùm aduersùs inſidias diaboli, vel bonis (quod vocant) fortunæ, vel corporis vitæ, ac ſaluti, vel (quod potiùs impugnatur) animæ donis, ac virtutibus, inuidentis ac nocentis nulla validior, & promptior armatura, quàm orationis habetur. *Orate*, ait Dominus, *ne* Matth. 26.
*intretis in tentationem.* Vnde Chryſoſt. *lib. 1. de orãdo Deum*, ita diſſerit in hanc ſententiam. Si dæmones nos conſpexerint oratione communitos, illicò reſiliunt, non aliter, quàm prædones, ac facinoroſi, vbi conſpiciunt militis gladium in caput ſuum vibrari. S. Chryſ. *Oratio armat ad tentationem.*
Quòd ſi contingat aliquem eſſe nudum orationis præſidio, hic auulſus deportatur à dæmonibus, & in calamitates, variaque mala impellitur. *Oratio ægrotantis animæ pharmacum.*
B
Hæc Chryſoſt. Vbi etiam perbelle vocat orationẽ ægrotantis animæ pharmacum. At ne prætereamus Domini conſilium.
*Orate, ne intretis in tentationem*, Matt. 26. Rectè ad Matth. 26.
eundem locum D. Hieron. ſcribit: Impoſſibile S. Hieron.
eſt humanum animum non tentari, vnde & in oratione Dominica dicimus: Ne nos inducas in tentationem, quam ferre non poſſimus. Non tentationem penitus refutantes, ſed vires ſuſtinendi in tentationibus deprecantes. Ergo & in præſentiarum non ait: Orate, ne tentemini, ſed ne intretis in tentationem: hoc eſt, ne tentatio vos ſuperet, & vincat, & vos intra caſſes teneat. *Orandum vt ſecundum vires tentemur.*
Hæc Hieronym. S. Cyprian. expendens verba illa Do- S. Cypr.
C
minicæ orationis, ne nos inducas in tentationẽ. Qua in parte (inquit) oſtenditur nihil contra nos aduerſarium poſſe, niſi Deus antè permiſerit. Sic dicitur 4. *Reg. 24.* Venit Nabuchodonoſor 4. Reg. 24.
in Ieruſalem, & expugnabat eam, & dedit eam Deus in manu eius. *Tentatio quorſum permittitur à Deo.*
Poteſtas verò aduersùs nos dupliciter datur, vel ad pœnam, cùm delinquimus; vel ad gloriam, cùm probamur. Sic Cyprianus. Igitur Chananæi fame in pœnam ſcelerum puniuntur, Abraham verò in coronam patientiæ, fame ipſa exercetur. Allegoria peccatoria in hac fame, quæ affertur à Procopio, ſic habet. Facta eſt Procop.
fames, nimirum ſpiritualis, quæ ceperat Abrahamum tentationibus ſolicitũ: qui enim caret pa-
D
ne cæleſti, non ceſſat pergere ad vitia, virtute, quaſi propria terra extorris. Sic ille. Veſcebatur ille prodigus ſiliquis, & tamen aiebat: Fame pereo, *Luc. 15.* ſunt enim ſiliquæ cibus porcorum, Luc. 15.
non hominum: ſic mundi bona non reficiunt, nec implent hominis mentem; ſunt potius oneri (ait Beda) quàm vſui. Beda.

4. *Cùm propè eſſet, vt ingrederetur Ægyptum.*] Valde ſolicitus de vita, déque honeſtate ſuæ vxoris Abraham, ſed tamen cogente fame pergebat in Ægyptum. Nimirum, quia (vt teſtatur D. Ambroſ.) compererat in Ægypto laſciuiam eſſe, S. Ambr.
iuuenum luxuriam, petulantium cupiditatem, voluptatum intemperantiam: aduertebat inter *Pulchritudo fœmina periculoſa.*
E
huiuſmodi viros intutam vxoris pudicitiam fore, ſibique coniugis pulchritudinem periculo futuram. Hæc Ambroſ. Attamen vir iuſtus in Deo ſuo confidebat, qui eruit ſuſtinentes ſe, & liberat eos de omni anguſtia. Hæc enim in maiorem ipſius vtilitatem atque honorem diuinitus fiebant. Proh quàm diuerſa ſunt à noſtris Dei conſilia! Fames, quaſi lictor (ait D. Chryſ.) qui vin- S. Chryſ.
cula iniecit; ita vi è deſerto in Ægyptum eum abſtraxit. Audis lictorem, vincula, dolebis igitur vicem rei vinculis conſtricti, & patibulo dãnandi. At longè aliter cecidit. *Patientia iuſti exercitur.*
Percommodè, ô Domine, in manib. tuis ſortes meæ, *Pſal. 30.* Etenim Pſal. 30.
(vt rectè D. Chryſoſt.) attende quomodo ampliora fiunt iuſto ſepta. Diſpenſabat enim Do-

*Iuſtus vir lumenare Dei.*

minus, vt non ſolùm Palæſtinam incolentibus A eſſet doctor, ſed & iis qui in Ægypto erant, & lux ſuæ virtutis manifeſtaretur omnibus. Quaſi enim luminare quoddam, eum qui in Chaldæorum delituerat terra, illinc euocarat, vt eos, qui in tenebris errorum ſedebant, ad veritatis viam introduceret. Ita Chryſoſt. Itaque, iuxta Chryſoſtomum, prouidens Deus, & honori ſuo, & ſaluti Ægyptiorum, fame abſtractum ab eremo Abraham in Ægyptum detulit. Præterea, vt promiſſa compleret, nomen, & famam Abrahæ magnificaturus, vt ſubiungit in hæc verba S. Chryſ.

S. Chryſoſt.

Vt igitur opere impleret promiſſionem, quam illi fecerat: & magnificabo nomen tuum, propterea, & famem oriri permittit, & cogente neceſſi- B tate in Ægyptum eum ire facit, vt diſcerent, & qui illic erant quanta viri virtus. Hæc ille. Ad hæc virtus in infirmitate perficitur, iuxta Paulum: ſicut aurum in fornace probat electos ſuos Dominus, *Sapient.* 3. Inter procellas gubernatoris induſtria, & ducis in prælio militaris ſcientia demonſtratur; quocirca in Ægypti mille pericula conijcitur Abraham, vt illius virtus clariùs illuceſcat. Vnde D. Chryſoſt. Videamus (inquit) in quantas difficultates iuſtus incidat, vt & eius fortitudinem diſcamus, & vxoris illius ſapientiæ ſtudioſam mentem. Pulchra obſeruatio ad hunc locum eſt illa Procopij. Sinit Dominus Abrahamum pertentari metu, vt deinde cupidiùs obla- C tum auxilium & ſentiat & accipiat, iuſtúmque ſubinde in fide roboret, & ad credendum expeditiorem reddat. Sic ille.

2 Cor. 12.

Sap. 3.

*Iuſti virtus in aduerſis ſplendeſcit.*

S. Chryſ.

5. *Dixit vxori ſuæ, &c.*] Timebat ſibi propter pulchritudinem vxoris. Quo docetur (inquit D. Ambroſ.) non magnoperè decorem quærendum coniugis, qui viro necem plerumque gignere ſoleat; non enim tam pulchritudo mulieris, quàm virtus eius, & grauitas delectat virum. Qui ſuauitatem quærit coniugij, non tam ſuperiorem cenſu ambiat, quàm neceſſitates non terreant maritales; non monilibus ornatam, ſed moribus. Hæc Ambroſ. O miſeram pulchritudinem, quæ tam turpes in vſus expetitur! Certum D eſt enim illud Tertul. *libro de cultu fœm. cap.* 3. Propriè vſus, & fructus pulchritudinis corporis luxuria eſt. Hoc ſolent vernantius pratum ſubintrare, fœdæque lutulentæ ſues. Illa verò felicior ſimul, & prudentior fœmina; quæ ſi ſpecioſa naturaliter eſt (inquit Tertul.) non adeò ſit occaſioni. Videlicet ne ſe comat exquiſitiùs; ne vna ſit de numero illarum, in quas inuehitur Iſaias cap. 3. cùm ait: *Eleuatæ ſunt filiæ Sion, pedibus ſuis compoſito gradu incedebant.* Alij legunt, pedes ſuos laqueolis vinciebant. Sic ornatus aſcititij fœminarum aptiſſimè deſcribuntur; ſunt enim illecebræ, atque irritamēta libidinis; ſunt retia, quibus ſpectantium illigantur oculi; catenæ, quibus E animi conſtringuntur. Quòd ſi ea vis ineſt pedū ornatui; quid de facie, de capite, de pectore dicemus? Ob iſtarum (inquit S. Hieronym. *ad locum Iſai.*) fœminarum delicias, atque luxuriam depaſti ſunt exactores vineam Domini. Lateat, ignoretur Chriſtiana mulier: vt (autore Tertul.) & ſpiritus totus in ea coronetur; non vt oculos, & ſuſpiria adoleſcentiū poſt ſe trahat. miratur hìc, & meritò D. Chryſoſt. formoſitatem illius fœminæ etiam in tam longæua ſenectute. Vide (inquit) quanta mulieris erat formoſitas: nam & cùm in ſenectam iam vergeret, & poſt tot annorum numerum adhuc durauit vigor pulchritudinis in facie, etiam poſt tantam miſeriam, &

S. Ambr.

*Quæ mulier eligenda in vxorem.*

Tertul.

*Pulchritudinis fructus turpis.*

Tertul.

Iſa. cap. 3.

*Perſtringitur comendi ſtudium in fœminis.*

*Latere debet mulier, ne ſit ſcandalo.*

S. Hieron.

Tertul.

S. Chryſ.

*Sara pulchritudo admirabilis.*

malorum ſuſtinentiam, quam in itinere fuit experta, de locis in loca tranſeundo, & de regione in regionem migrando. Quem non fortium virorum defatigaret tot continuæ peregrinationes? Verùm egregia hæc mulier, etiam poſt tot exantlatas ærumnas, luculenta adhuc eſt facie, vnde vehementem, & congruam curam afferebat iuſto. Sic Chryſoſt. Putarim, & in gratiam virtutis Abrahæ, & ipſius etiam Saræ à Domino ſupra ætatem, ac itineris labores admirabilem illam fuiſſe collatam mulieri pulchritudinem. Illius autem moderationem & probitatem ex eo non leuiter colligo, quòd decore ipſa ſuo (vt plerunque fit) non inſoleſcat. Nam delicatè obſeruat D. Chryſoſt. Conſidera (inquiens) quantum confidebat perſonæ mulieris, non timens ne fortè laudibus remiſſior fiat, cùm illi dicit: Noui quòd pulchra ſis mulier. Id quidem optimè, quia (vt dictum eſt à Tertullian. *libro de cultu fœmin. cap.* 3.) vxor nulla deformis eſt marito ſuo. Satis placuit, cùm electa eſt, ſeu moribus, ſeu forma commendata. Addiderim: dummodo maritus ea ſit honeſtate, qua decet hominem eſſe Chriſtianum: nam impurus abiecta ſua vxore appetit alienam. Quod in fœmina pulchriùs eminet, eſt ipſa morum probitas, & corporis animæque pudicitia, qua prudentes viri vehementiùs leniuntur. Vnde Tertull. adiungit: Omnis maritus caſtitatis exactor eſt; formam verò fidelis non expectat, quia non iiſdem bonis, quæ Gentiles putant, capimur. Præterea: Noui (inquit Abraham) quòd pulchra ſis mulier. Nihil planè rectius, quàm vt ſolus maritus de pulchritudine vxoris & ſciat, & glorietur: ipſa verò mulier pulchram ſe, nec videat, nec nouerit. Nam formæ iſta gloria (vt eleganter loquitur Tertull. *cap.* 2.) vana & ſtuporata: hoc eſt, quæ intuentium oculos, atque animos ſtupore detinet, fœminas à ſanæ caſtæque mentis ſtatu in amentiam, atque petulantiam plerunque auertit.

S. Chryſ.

*Sara modeſta cum pulchritudine.*

Tertul.

Tertul.

*Chriſtianus pudicam vxorem, non pulchram expetit.*

Tertul.

*Pulchritudo periculoſa.*

6. *Cùm te viderint Ægyptij, &c.* Coniugium celat Abraham, propinquitatem detegit, vt ſuo periculo ſuccurrat. Erit fortaſſe, qui dolum calumnietur, eo magis, quo certius in diſcrimen vxoris pudicitiam inducit. Sed D. Auguſt. *quæſt. in Geneſ.* 16. laudare videtur conſiliū Abrahæ. Vxorem (ait) maritus Deo commiſerat, tacens quòd vxor eſſet: vt caueret, quod cauere, quantum homo, poterat; & Deo commendaret quod cauere non poterat. Ne ſi & illud, quod cauere poterat, Deo tantùm dimitteret, non in Deum crederc, ſed Deum tentare potiùs inueniretur. Sic Aug. Idē *lib.* 22. *contra Fauſtum, cap.* 36. Cùm inter ignotos propter excellentiſſimam pulchritudinem Saræ; & eius pudicitia, & mariti vita eſſet in dubio, nec vtrumque tueri poſſet Abraham, verū- E tamen vnum horum poſſet, id eſt, vitā: ne Deum ſuum tentaret, fecit quod potuit, quod autem non potuit, illi commiſit. Qui ergo ſe hominem occultare non valuit, maritum ſe occultauit, ne occideretur; vxorem Deo credidit, ne pollueretur. Hæc Auguſt. Hinc monemur, ne in dubiis, ac periculoſis rerum euentibus conſtituti, aut totum Deo committamus, aut nobis totum innitamur: omnis eſt, quanta ex nobis expoſcitur adhibenda induſtria; mediis, quæ prudentia edocet, ſedulò vtendū: quo poſito fundamento tota ſubinde ſpes erigenda in Deū; illi cætera, quæ deſiderantur, fideliter committamus; ab illo felicem rei euentum, & ſperemus & petamus. Poterat quidem (ait Auguſt. *capite indicato*) Deus

D

S. Auguſt.

*Hominis induſtria cū ſpe, & fiducia in Deum.*

S. Auguſt.

Abra

Abraham cum coniuge ſua ab omni pernicie tutari, & nec vxor appeteretur ab aliquo, nec propter illam ipſe necaretur. Sed ſi interrogatus Abraham, illam fœminam ſuam eſſe iudicaret vxorem; duas res tuendas cõmitteret Deo, & ſuam vitam, & coniugis pudicitiam. Pertinet autem ad ſanam doctrinam, quando habet, quod faciat homo, non tentare Dominum Deum ſuũ. Cuius rei prior ipſe Saluator exemplum præbuit, cùm in Ægyptum infans portantibus parentibus fugit; quia nondum venerat hora eius; non cuius horæ neceſſitate cogeretur mori, ſed cuius horæ opportunitate dignaretur occidi. Hæc Auguſt. Denique vt ab omni calumnia immunem, ac ſecurum eſſe oſtendamus Abrahamũ, illud præ oculis habendum, quod ipſemet Aug. præmiſerat *cap. 32.* videlicet: Abraham coniugem caſtam, & caſto corde ſibi cohærentem, de cuius animo, vbi pudicitiæ virtus habitabat, nullo modo dubitabat; tacuit vxorem, dixit ſororem; ne ſe occiſo ab alienigenis, atque impiis captiua poſſideretur; certus de Deo ſuo, quòd nihil eam turpe, ac flagitioſum perpeti ſineret. Nec eum fides ac ſpes fefellit. Hactenus D. Auguſt. Non ſatis laudadam putat Saram D. Ambroſ. quòd tam viri ſui amans fuerit, vt illius ſalutem etiam ſuo pudori anteferre non dubitarit. Sororem (inquit) ſe eius aſſeruit; contenta, ſi ita eſſet neceſſe, ſe periclitari pudore, quàm virum ſalute: vt tueretur maritum, mentita eſt germanitatem, ne inſidiatores pudoris eius, tanquam æmulum, & vindicem vxoris necarent. Hæc Ambroſ. Non hoc tamen exemplum fœminis eſt imitandum, vt alicuius rei gratia etiam pro ſalute ſuorum coniugum pudicitiam ſuam proſtituant; nullo enim euentu licet peccare, ac ſimiliter adulteriũ committere. Haud dubiè mihi videtur tali fuiſſe pudicitia, & conſtantia vxor Abrahami, vt mortem potiùs ſubire quàm adulterio conſentire apud ſe ſtatueret. Firma igitur, & ſecura in Deo ſuo periculum illud pudoris adiit, quòd pollui non permitteretur; & fortè permiſſa tangi ab alieno homine vel morte ipſa tantum facinus à ſe propelleret. Denique (vt rectè obſeruat Procopius) non abſque diuina prouidentia cecidit, vt in metu eſſet Abraham, vt talia præciperet Saræ, vt Sara ei poſtea eriperetur. Sic docuit Pharaonem, dum vlciſcitur iuſtum, & ei benè facit, vt vnà cum gentibus cognoſceret Deum. Sic ille. Ita iuſtis omnia coöperantur in bonum: & in correctionem malorum Deus multa, & mira molitur.

*Matth. 2. Fuga Domini Ieſu in Ægyptum.*

*S. Aug. Abrahã vxoris pudicitiam Deo commiſit.*

*S. Ambroſ. Sara amor in maritum & in pudorem.*

*Procop.*

7. Cæterùm portenti ſimile eſt, quàm ſacroſancta matrimonij iura, etiam inter Ægyptios omni libidinum turpiſſimarum dedecore prorſus infames haberentur. Nec enim Abrahamo viuo eripi vxor ab aliquo, vel profligatiſſimo poterat; nec id timuit Abraham, ſed vt priùs necaretur vir, quàm vxor illius violãda raperetur. Subnotauit hoc ipſum ſubtiliter Procopius ad hunc modum. Cùm leges, quæ coërcebant adulteros, ſaluæ, & incolumes vigerent apud Ægyptios; exiſtimabat Abraham: Certè me ex inſidiis periment, deinde vxorem meam rapient, quaſi iam euaſerint pœnas, quas in adulteros comminantur leges. Hæc ille. O tempora! ô mores! inter Ægyptios inuiolatum ſtat matrimonij ius; & inter Chriſtianos toties & tam turpiter violatur! Cùm viderint (ait) te Ægyptij, dicturi ſunt: Vxor illius eſt, & interficient me, & te reſeruabunt. Duo innuit admiratione digniſſima; me interficient prius, vt te iam extra virum, & matrimonij ius liberè & licitè (vt putant) potiantur. Alterum, dicturi ſunt, vxor ipſius eſt; an non dicturi ſunt potiùs, ipſius concubina eſt, quid enim noui apparet, meretricula cum lenonibus huc illuc vagari? Certè aut in tanta perditorum morum licentia nihilominus Ægyptiis deteſtabilis erat (vt eſſe debet) concubinatus: aut iam mira virtus in Abrahamo, & in Sara, vel ipſa ſpecie oris, & vulgari conſuetudine elucebat; vt inter eos nihil non iuſtum, purum, ac ſanctum eſſe videretur. Abſcondi enim haud poteſt virtus eminẽs, qualis in Abrahamo & in Sara cernebatur. Vnde abſolutè monet Apoſtolus: *Modeſtia noſtra nota ſit omnibus hominibus,* ad Philip. 4. Omnia quippe (declarat Beda, ſeu potiùs Auguſt. *epiſt. ad Marcell.*) bona opera amãt in luce conſtitui: non propter humanam gloriam, ſed vt videant & glorificent Deum, &c. Sic ille. Quàm verò demiſsè atque humiliter vxorem precatur Abraham: Dic obſecro te, quòd ſoror mea ſis; vt benè ſit mihi propter te, & viuet anima mea ob gratiam tui. Sic planè contigit; benè fuit Abrahæ propter vxorem, ſororis nomen ementitã: vixit anima Abrahæ propter gratiam Saræ. Rectè Tertul. *loco citato*: Abraham ſororem mentitus Saram, ſalutem contumelia redemit. Vixit quidem, ſed non ſine probro, ac dolore, quòd ne perimeretur, vxorem à ſe abripi viderit. Nemo hîc arbitretur Abraham impoſtorem, & fraudulẽtum extitiſſe. Celari voluit coniugium; mentiri coniugem noluit. Neptis erat Sara ex fratre vterino; vnde veriſſimè ſororem appellat more Hebræorum cognatos eo nomine appellantium. Abfuit quidem à tanto viro vitium ſeruile, vti vocatur, mendacium. Veritatem erga Deum & homines ſemper exhibuit, quæ ſummum, & honorem, & amorem ſolet conciliare, quemadmodum egregiè obſeruat Rupert. *ad 18. Ioan.* vbi Dominus ad Pilatũ: *Veni* (inquit) *vt teſtimonium perhibeam veritati.* Ergo Abbas veritatis (ait) nomen amabile eſt, & honorabile illud eſt; humana ſponte natura conſentit; & licèt ſignificatum eius nequiſſimi nebulones oderint, tamen ipſum eius nomen nullibi vnquam deteſtari licuit. Itaque victus, & deficiens dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas? Sic ille *lib. 13. in Ioan.* Vel ipſum nomen veritatis auditum perculit hominem principem, ac magiſtratum, etſi alioqui Ethnicum, ac nefarium. Porrò autem quicquid ſit de Abraham, & Sara. Nullum hîc mendacium, fucus nullos, haud labes vlla, ſi dicamus illi inter mulieres benedictæ: Obſecro te ô Domina, dic quòd ſoror, & mater noſtra es, vt benè ſit nobis propter te, & viuet anima noſtra ob gratiam tui. Quid enim nobis fieret, ſi Virgo Dei mater apud Deum interpellans pro nobis non ſororem, non matrem noſtram ageret? Sanè ob gratiam virginis Deiparæ viuimus. Matrem ſuã Deus deprecantem læto vultu excipit, & libenter exaudit. At illa quidem quàm pia, quàm dulcis mater miſericordiæ? *Manum ſuam* (Prouerb. 31.) *aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem; lex clementiæ in lingua eius.* ſcilicet, vti nec à ſole auferri poteſt quòd non luceat, nec ab igne, quòd non adurat; ita nec à Virgine Dei matre, quòd miſericors, & pia non ſit, innatam, inuiolabilem, ſempiternam, ſimul cum dignitate matris Dei legem clementiæ diuinitùs accepit. In lingua eius dicitur; eo quòd in continuis ſupplicationibus ad Deum Filium effuſis admirabilem

*Adulterium etiam apud Ægyptios execrandum.*

*Procop.*

*Ad Phil. 4.*

*Beda.*

*S. Auguſt.*

*Tertul. Abrahã probro ac dolore affectus ob coniugis pulchritudinem.*

*Rupert. Ioan. 18. Veritas amabilis, & honorabilis.*

*S. Maria mater ſalutis, & miſericors tãta erga homines.*

*Prou. 31.*

Iſai 3.

Rectè Iſai. 3. *Mulieres dominatæ ſunt eis.*

2. Portò vt altiùs aſſurgat commentario, nec tamen extra chorum ſubſultet: viderunt Prophetæ mulierem alteram vtique decus, & ornamentum mulierum, inter mulieres ſolam benedictam viderũt, quòd eſſet pulchra nimis, ſupra omnem creaturam tam quæ in terra, quàm quæ in cælo eſt. Et nunciauerunt principes, imò & Regum præſtantiſſimi Dauid, ac Salomon de ipſius pulchritudine; & laudauerunt eam; ille cecinit: Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circũamicta varietatibus; omnis gloria eius filiæ Regis, &c. *Pſalm.* 44. Iſte tota ſua Cantica canticorum in depingenda præclara, & eximia ſpecie huius virginis penè conſumit. Ergo Rex ipſe cæleſtis concupiuit ſpeciem huius admirabilis mulieris, & in Reginam aſciuit. Sed quæ tanta fuit iſta pulchritudo, imò & geminata pulchritudo, propter quam bis pulchra dicitur ab ipſo Deo: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es?* Cant. 1. D. Bernard. *ſerm.* 45. *in Cant.* interpretatur innocentiam cum humilitate coniunctam. Deinde concludit geminum in Virgine beatiſſima fuiſſe decorem: Quia (inquit) ſanctimoniam non amiſit, & humilitate non caruit, & ideo concupiuit Rex decorem eius, quia humilitatem innocentiæ ſociauit. Latiùs adhuc accipi ſolet pulchritudo animæ pro gratia, virtutúmque ornamentis: quibus Virgo beatiſſima ſupra omnem creaturam vti decebat, incomprehenſibilem maieſtatem matris Dei, excelluit in mundo; ſignum magnum, mulier amicta ſole. In iis etiam, & acquirendis, & excolendis tota inſtorum inſudat induſtria, quicquid ſit de externa corporis deformitate. Talis apparebat illa ſponſa Domini, quæ aiebat: *Nigra ſum, ſed formoſa,* Cant. 1. Nigra veſtro (ait Bernard. *ſerm.* 25.) ô filiæ Ieruſalem, formoſa diuino Angelicóque iudicio. Etſi nigra foris, ſed intus formoſa, vt ei placeat, cui ſe probauit. Felix nigredo, quæ mentis candorem parit. Meritò omnis cura ſanctorum, ſpreto ornatu, cultúque ſuperfluo exterioris hominis, qui certè corrumpitur, omni ſe diligentia præbet, & occupat excolendo, ac decorando interiori illi, qui ad imaginem Dei eſt, & renouatur de die in diẽ. At non in ſolo fortaſſis candore interno, ſed in exteriori quoque nigradine gloriandũ, nequid omnino ſanctis depereat, ſed omnia cooperentur in bonum. Sic Paulus: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis,* 2. Corinth. 12. *Abſit mihi gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti,* ad Galat. 6. Grata ignominia crucis ei, qui Chriſto ingratus non eſt. Hactenus D. Bern.

Pſal. 44.
*B. Maria duplicata pulchritudo.*
B
Cant. 1.
S. Bernard.
C
*Anima, non corporis quærenda pulchritudo.*
Cant. 1.
D
2. Cor. 12.
Ad Gal 6.
*Crucis ignominia glorioſa.*

3. *Et ſublata eſt mulier in domum Pharaonis.*] Sublata eſt vtique inuita, & nolens à nolente viro, & inuito auulſa; dolens à dolente, cùm reſiſtere nequirent. Nec id mirum, etſi deplorandum. Prona illis ſeculis (vt ait D. Ambroſius *de obitu Theodor.*) poteſtas in vitium ferebatur, & more pecudum vaga ſeſe libidine polluebat, ignorabat Deum, &c. In multis quidem non tam ſalutaris Reipubl. quàm exitialis eſſe ſolet potentia, vt ad illos dictum à Propheta intelligatur: *Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes,* Amos 4. Locus eſt de principibus, ac potentioribus tyrannicè pauperculos opprimentibus. Vocat vaccas pingues, ſignificans eos (ait D. Hier.) non agriculturæ præparatos. Et S. Cyril. Alex. magis ſibi miniſtrari, quàm miniſtrare cupiẽtes, qui vaneſcẽtibus voluptatibus ſeſe farciebant, & pedibus mendicos proterebãt. Iurat ergo iſtis Dominus, quoniam dies venient ſuper vos; & leuabunt vos in contis: hoc eſt, vos ipſos ita luxui, deliciis, & crapulæ deditos timor dura patiendi ad labores militares, & arma capeſſanda impellet. Ita Cyrill. Grauis quidem pœna effœminatis huiuſmodi eſt; vt à deliciis ad arma, ad prælium, & mortis pericula veoire cogantur. Vtique abdomini & Veneri ſeruientes, non de communi bono ſunt ſoliciti, nec excolendæ Reipubl. egregiam (prout debent) nauant operam. Non ſine ciulatu mulieris, & ploratu viri factum illud diuortium aſt inuoluntarium: ſed potentiæ, ac libidini cedunt omnia humana diuináque iura, per ſummam iniquitatem obtrita, ſed ſciãt Deum eſſe vltionum. Veniet tempus cùm (vt ait de illis Michæas *cap.* 3.) clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos, & abſcondet faciam ſuam ab eis, quia & illi auerterant à precantibus vultum. Sublata eſt mulier in domum Pharaonis, non in cubile, non in lectum ſtatim conſtupranda, ſed deducta in domum Regis eſt vxor illius futura, poſt ſolennes (vt in regiis aulis fieri ſolitum) ritus, quos in libro Eſther inuenies. In quam ſententiam ſic ſcribit D. Hieron. *de quæſt. Hebr.* Poteſt fœda hæc neceſſitas excuſari, quòd iuxta librum Eſther quæcunque mulierum placuiſſet regi apud veteres, ſex menſibus vngebatur oleo myrtino, & ſex menſibus in pigmentis variis erat, & curationibus fœminarum, & tunc demum ingrediebatur ad Regem; atque ita poteſt fieri, vt Sara poſtquam placuerat Regi, dum per annum eius ad Regem preparatur introitus, & Abrahæ Pharao multa donauerit, & Pharao poſtea ſit percuſſus à Domino, illa adhuc intacta ab eius concubitu permanente. Sic Hieron. Quicquid hac de ſolenni curatione mulierum fuerit, illud mihi quàm veriſſimum habetur, quod ſcribitur à Philone *libro de Abraham,* hiſce verbis. Erat Sara animi & corporis dotibus ornatiſſima. Hac viſa, quidam Ægyptiorum optimates admirati pulchritudinem (nihil enim eximium latere poteſt) rem ad Regem ſuum deferunt. Is forma mulieris captus abiecta hoſpitalitatis iuris reuerentia, voluit ea prætextu nuptiarum potiri. At illa in aliena regione, apud impotentem, & crudelem principem, omni deſtituta auxilio (nec enim vir eius malum impendens arcere poterat) ad eam, quæ ſola ſupererat, opem diuinam confugit. Hæc Philo.

S. Ambroſ.
*Potentium effrænata libido.*
E
Amos 4.
S. Hieron.
S. Cyril. Alex.
A
B
Mich. 3.
S. Hieron.
*Sara pudicitia in Ægypto intacta.*
C
Philo.
*Nihil eximium latere poteſt.*
D
*Pharaonis libido & tyrannis.*

4. *Sublata eſt in domum Pharaonis.* Nihil fœminæ imbecillius, magíſque iniuriis expoſitũ, maximè ſi pulchra ſit. Non temerè pulcherrima illa paritérque modeſtiſſima puella, quæ Dei beneficio tandem ad ſummam regni felicitatem euecta eſt, duplici nomine dicta legitur, Eſther & Ediſſa: optimè aduertit Gloſſa; Eſther abſconſa, Ediſſa miſericordiam conſecuta interpretatur. Recta quidem via ad conſequendam Dei miſericordiam fœminis eſt ſuiipſarum abſconſio, vt rarò, & non niſi graui quadam vrgente neceſſitate in publicum, vbi præſertim conuentus hominum fiunt, comptæ, ac pulchræ prodeant. Cæterùm Sara maritum ſecuta prodit in publicum, & famis neceſſitate (quam D. Hieron. lepidè vocat fœdam neceſſitatem) ingreditur Ægyptum, & per violentiam inuita, doléńſque a viro ſuo auulſa tollitur in palatium Regis. At ſancta mulier in tanto diſcrimine ad Deum confugit, plena fide, ſpéque in ipſius patrocinium. Verùm

Gloſſa.
*Mulier in abſcondito tuta eſt.*
E
S. Hieron.

ſpes

ſpes non confundit ; quoniam in me ſperauit, A
Pſal. 90. liberabo eam, *Pſalm.* 90. Hoc primo fidei funda-
mento nititur oratio: vt credat, vt ſperet in Deũ,
qui Deum orat, vt exaudiatur à Deo. Vnde D.
S. Auguſt. Auguſt. *de verbis Domini, ſerm.* 36. Si fides deficit,
*Oratio plena fid. & ſpe.* oratio perit. Quoniam in me ſperauit, liberabo
eum; inuocabit me, & ego exaudiam eum, *Pſ.* 90,
S. Bern. Ad quem locum D. Bern. *ſerm.* 15. *in Pſalm. Qui habitat.* Dulciſſima liberalitas in ſe ſperantibus
non deeſſe. Quis autem ſperauit in eo, & confu-
ſus eſt? Quemcunque enim locum calcauerit pes
veſter, veſter erit. Pes veſter, vtique ſpes veſtra
eſt ; & quantumcunque illa proceſſerit, obtine-
bit, ſi tamen in Deum tota figatur, vt firma ſit, &
non titubet. Hæc Bernard. Noli timere ( ait ad
hunc locum S. Aug.) quando tribularis, ne quaſi
non ſit tecum Deus, fides ſit tecum. Fluctus ſunt B
maris, turbaris in nauigio, dormit in naui Chri-
ſtus, excita Chriſtum dormientem, erige fidem
tuam, & tecum eſt Deus in tribulatione. Sic Au-
guſt. nihil non quod tamen nobis expediat, fides
in Deum vera & perfecta conſequitur. Vnde
S. Auguſt. perelegantér dicitur à S. Cyril. Hieroſ. *catech.* 17.
S. Cyr. Hieroſol. mercatura lata eſt fides. Non exaudimur ſæpiùs,
etſi oremus ; quia non confidimus in Domino,
ſed interim in aliis atque aliis rebus omnem
ſpem noſtram collocamus. At niſi Dominus cu-
ſtodierit ciuitatem, fruſtrà vigilat qui cuſtodit
Pſal. 126. eam, *Pſal.* 136. Surexerat aliquando ſponſa, vt
Dominum ſuũ quæreret ; circumiens ciuitatem, C
Cant. 5. fortè incurrit in vigiles, & cuſtodes ciuitatis, qui
venientem percuſſerunt, & pallio inſuper ſpolia-
runt: per vigiles illos cuſtodes, intelliguntur An-
geli ſancti, & prælati etiam, in quorum ope ac
patrocinio malè quidam totam ſuam ſpem fixam
habent, nec interim de Deo curant. Hanc præ-
poſteram animæ fiduciam, vel ab ipſiſmet patro-
nis vindicatam hoc loco intelligit D. Bern. cuius
*In Deo ſolo ſpes & amor ponendus.* hæc ſunt verba *ſerm. citato*: Percuſſerunt me, &
vulnerauerunt me, ait ſponſa, *Cant.* 5. Vt quid ita?
Cant. 5. ni fallor, vrgebant, vt pertranſiret proinde inuen-
tura dilectum. Denique etiam tulerunt pallium
meum ( inquit ) haud dubium, quin vt curreret
expedita. Sic Bern. Deinde, vt exaudiatur oratio,
neceſſe eſt, vt clamet, iuxta illud : *Clamauit ad me,*
Pſal. 90. *Oratio in eſſentia.* *& exaudiam eũ*, Pſal. 90. Vbi idem Bernat. *ſerm.* 16.
Dulcis lex, quæ meritum exauditionis in clamo-
re conſtituit poſtulationis merito; nõ exauditur,
qui clamare diſſimulat, aut omnino non poſtu-
lans, aut tepidè poſtulans, & remiſsè. Siquidem in
Dei auribus deſiderium vehemens, clamor ma-
gnus: è regione autem remiſſa intentio, vox ſub-
miſſa. Clamores iſtos proculdubio credendum
eſt à ſancto Abraham, & à Sara coniuge pudiciſ-
ſima in tam miſerabili euentu diu multúmque
ſublatos in Deum pauperum & miſerorum pro-
tectorem fuiſſe. Nihil eximium ( dixit Philo) la-
tere poteſt; etſi Virgo abſcondita, & mundo in- E
*B. Maria admirabilis gratia.* cognita fuerit Nazareth : latere tamen diu non
potuit. Ad illam ergo Deus, ad illam Angeli, ad
illam tanquam ad centrum homines, & creaturę
omnes reſpiciunt. Adeò eximia pulchritudo Vir-
ginis apparuit, vt Deo ipſi fuerit amori, Angelis
ſtupori, hominibus honori. Sublata Virgo eſt in
domum Dei, concupiuit enim Deus ſpeciem il-
lius. Facta eſt æterni Patris filia, mater Verbi,
S. Method. Spiritus ſancti ſponſa. Et quod hinc optimè
S. Cyrill. conſequitur, vt vocat S. Method. margarita re-
gni cæleſtis pretioſa. Cyrillus : Margarita orbis
Chryſip. terrarum. Chryſippus: Specimen gemmæ, omne
pretium excedentis, Mariam totam ( ait D. Hie-
ronymus) incendit Diuinus amor, ita vt in ea Hier.
eſſet amor continuus, & ebrietas perfuſi amo-
ris. Et quidem de plenitudine matris Dei nos
omnes accepimus; plena fuit illa gratiarum do-
nis, vt in nos ea refunderet. Nobis igitur benè
Deus vſus eſt propter Virginem matrem ſuam.
Currite igitur ( ait S. Bernard. *de lament. Mariæ*) S. Bern.
currite omnes ad Virginem quæ peperit Chri- *B. Maria munificentiſſima in nos.*
ſtum, ipſa enim portauit Regem gloriæ, illum
omni petenti datura.

5. *Abram verò benè vſi ſunt propter illam.*] Hebr.
legitur in ſingulari היטיב *hetib*, benefecit, benè
vſus eſt Pharao. Regem cæteri ſeculi Abraha-
mum mirificè honorabant ; multis affectum be-
neficiis à Rege tanquam ſororium. Sed planè *Turpe lucrum pro pudicitia.*
turpes illi honores, fœda beneficia; quæ quo
B plura, & maiora, eo viduati viri coniuge ani-
mum acriùs exulcerabant. Vnde appoſitè diuus
Chryſoſtomus. Hæc autem ( inquit ) ipſa, quæ
honoris & miniſterij gratia data ſunt ei, quo-
modo non magnum rogum in eo ſuccenderunt?
quomodo autem non eius exuſſit mentem, &
deflagrari fecit rationem cauſæ tantorum dono- S. Chryſ.
rum? Ita Chryſoſtom. Dedecoroſum planè præ- *Principes ſuæ voluptatis miniſtros honorant.*
mium eſt, quo admiſſa donatur turpitudo. Pra-
uum illud hominum eſt, & maximè principum
conſilium, vti gratiùs & magnificentiùs ſua do-
nent iis, quos ſuarum voluptatum fautores ha-
bent, & adminiſtros : quàm iis, qui & naturæ,
C & virtutum præſtant ornamentis, aut pro com-
muni Reipublicæ bono, multum diúque labora-
runt. Non ſic Rex ille ſapientiſſimus & ſanctiſ-
ſimus, qui dicebat: *Diſcedite à me omnes, qui opera-*
*mini iniquitatem*, Pſal. 6. Pulchrè idolum, & vani- Pſal 6.
tatem transferas ex Hebr. און. Expellit Dauid à
ſuo conſortio tanquam peſtem aulæ iſtos ope-
rarios, idolorum ac vanitatum, qui regibus in-
ſeruiunt conſilio, atque obſequio, ad idola con-
cupiſcentiæ efformanda, & ad vanitatem ſeculi
ambiendam. Eos à regia, velut paleas à granis *Ab aula regis amouendi qui ad libidinem & vanitatem inſtigant.*
in area excutiebat; quo nomine ſic appellantur
ad hunc locum à D. Auguſtin. Quorſum autem
D ſeruantur paleæ, niſi ad pabulum pecudum, &
fomitem ignis? nec illi vitiorum ſatellites alios S. Auguſt.
in vſus viuunt ; quàm, vt diabolo peccantium,
quos decipiunt, animas veluti eſcam admini-
ſtrent, & poſt hanc vitam ſempiternis incendiis
comburantur. Ablegat igitur Rex iſtos iniqui-
tatis operarios; nec enim locum habent in aula
Dauidis ; vbi dies noctéſque ſtratum lacrymis *Dauidis aula, & lectus.*
irrigatur. Idcirco adiungit : Quoniam exaudiuit
vocem fletus mei : quaſi diceret, fruſtrà mihi læ-
ta, mollia, voluptaria ſuadebitis homini, quem
ſola delectat pœnitentia, & lacrymarum panis
recreat. Eſt tamen quòd Pharaonem laudes.
Hoſpiti Abrahamo iniuriam intulit ; ſed eam
E grandi beneficiorum cumulo compenſauit, fue-
runt enim ei oues, & boues, aſini, & ſerui, &c.
Quid verò non liberaliter, non prodigè princeps
expendet pro explenda voluptate? Hinc opti-
mè apud ſanctiſſimum Iobum, libido igni etiam Iob. 31.
vſque ad radices genimina deuoranti compara- *Libido igni ea comparata.*
tur, quippe quæ ſemel in animum admiſſa, vel
in ipſam rem familiarem deſæuiat ; ac pinguiſ-
ſima etiam patrimonia breui tempore depecu-
letur. Sic ille iuuenis diſſipauit ſubſtantiam
ſuam viuendo luxurioſè, *Luca* 15. Benè vocat Luc. 15.
( inquit Beda ) vitam prodigam, amantem fun- Beda.
dere atque ſpatiari pompis exterioribus, intus
inaneſcentem. Laudandi ſunt pariter Ægyptij,
quòd nec aduentantem hoſpitem irriſerunt ; nec

fœmi

fœminam, cuius admirabantur pulchritudinem, A violenter oppreſſerunt; ſed ad regem, quàm ſpecioſa illa eſſet, detulerunt: ſicuti obſeruat D. Chryſ. Admirare (inquiens) quomodo nullus Ægyptiorum mulieri vtpote peregrinæ, & à terra aliena aduentanti aliquid fecerit, neque contempſerint virum: ſed ingreſſi regi omnia nuntiarint. Ita Chryſ. & quidem in ſummam confuſionem noſtrorum temporum, in quibus, non apud Ægyptios, ſed apud Chriſtianos, nuſquam tuta, ſi nota, eſſe poteſt fœminæ, præſertim pauperioris, pulchritudo. Porrò D. Chryſ. præter innatã fortè Ægyptiis modeſtiam erga hoſpites illos, arbitratur hoc diuino conſilio præſtitũ eſſe, vt nullus niſi rex ipſe Pharao Sarã abſtulerit Abrahamo, & rationem egregiam ſubiicit. Cæte- B rùm (inquit) hoc factum eſt, vt res fieret manifeſtior, & vltio non in priuatum, & plebeium aliquem, ſed in regem ſæuiret, vt vbique diuulgaretur hoc factum. Ita Chryſ. Multis contendit idem Chryſ. factum Abrahami excuſare, quem putat in eo lapſum, vt præ neceſſitate coniugem adulterio expoſuerit. Quam in ſententiam iuere quoque Tertull. Orig. & Ambroſ. Verba Chryſ. ſunt. Quia nondum mortis erat ſoluta tyrannis, propterea in adulterium vxoris conſentit iuſtus, & quaſi ſeruit adulterio in mulieris contumeliam, vt mortem effugiat. Erat adhuc terribilis facies mortis, nondum erant æreę portæ confractæ, nondum erat aculeus eius hebetatus. Sic Chryſ. Sed potiùs ab hac calumnia duximus immunem Abrahamum: timorem certè præ ſe tulit C nimium, fortaſſe & minùs dignum tanto viro: ſed nihil mirum cùm nondum mors à Chriſto Domino fuiſſet victa in cruce, & quidem ad maiorem humilitatem Abrahami, timuit etiam Elias & fugit, 3. *Reg.* 19. At quomodo (quęrit Procop.) eùm tantam haberet potentiã, & virtutem? quia non ſolùm Propheta erat, ſed & homo. deinde metus hic diuinæ diſpenſationis fuit. Etenim ne tam miraculoſi operis (in ſacrificio) magnitudo eum inſolẽtem redderet: gratia Dei metum ei indidit, vt ſuam imbecillitatem agnuſceret. Sic ille. At mortem nunc innumerabiles etiam pueri, ac puellæ contemnentes ad martyrium conuolant; quinimo deliciis, & voluptatibus ſeculi abdicatis, fortitudinem ſuam ad ſubeundam deinde mortem exercent. Enimuerò, vt D D. Aug. *in feſt. S. Laurent. homil.* 5. optimè colligit: Neceſſe fuit Martyres, eos non ſolùm fuiſſe, cùm paſſi ſunt, ſed etiam tunc martyres Chriſti eſſe, cùm viuerent. Laudat etiam S. Chryſoſt. Saram, quòd (vt loquitur) quantum in ſua voluntate pendebat, etiam adulterio ſe expoſuit, & barbarorum tulit congreſſum; vt iuſtum ſeruaret. Cæterùm ea non fuit mens Saræ, vt iam diximus. Laudanda illa potiùs, vt ipſemet Chryſ. adſtrugit: propter patiẽtiã, qua tot peregrinationes ſubiit, propter obedientiam, & amorem, quem marito exhibuit, illum libenter, & peramanter ſequuta peregrinantem. Hoc verè (concludit) eſt coniugium, quoniam non ſolùm in proſperitate, ſed & E in periculis ſimul obambulant: hoc germanæ caritatis indicium eſt, hoc ſigno certiſſimè internoſcitur amicitia. Deinde propter beatam in tanta mulieris venuſtate (ſic ait) continentiam. Ex quo ſubinfert: Nullus igitur accuſet pulchritudinem, nullus inutiliter dicat: Hanc perdidit forma, huic pulchritudo cauſa fuit interitus; non pulchritudo in cauſa eſt; abſit; opus enim Dei eſt & ipſa: ſed peruerſa voluntas malorum omnium

*S. Chryſoſt.* *Maior modeſtia in Ægyptiis quàm in Chriſtianis.* *Vindicta Dei contra libidinoſos memorabilis.* *Tertull. Orig. Ambr. S. Chryſ.* *Timor mortis in Abraham quomodo.* *3. Reg. 19. Procop.* *Poſt Chriſtũ crucifixum ad mortem conuolant martyres.* *S. Aug.* *Voluptatum abdicatio prauia martyrio.* *S. Chryſ.* *Coniugum amor.* *S. Chryſ.* *Non pulchritudo, ſed voluntas nocet.*

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.

cauſa eſt. Certabat igitur Sara cum iuſto virtutibus; ideo & tantam eius curam habuit Deus, tantùmque ſupernè illi retributum eſt. Hæc ille. Proh quàm multos vtriuſque ſexus in cælibatu, & in virginitate viuentes ij vincunt, qui Abrahami & Saræ ſanctum & pium coniugium imitantur! Audi hoc ipſum ex P. Damian. *ſerm. 3. in Nat. virg.* Plerunque (ait) conuerſatione coniugatorum vita confunditur virginum; cùm illi vltra habitum aſſumunt opera, & iſti iuxta ordinem proprium non excitant corda. Vnde & per Prophetam dicitur: Erubeſce Sidon, ait mare; quaſi enim per vocem matris, ad verecundiam Sidon adducitur, quando per comparationem, vitæ ſecularium, atque in hoc mundo fluctuantium, eius qui munitus, & quaſi ſtabilis cernitur, vita reprobatur. Sic ille. Sed cur Dominus permiſit hac ſuos ſeruos tentatione impugnari? reſpõdet S. Chryſ. his verbis. Conſidera, quanta Dei longanimitas, quomodo non ab initio ſuam declarauit prouidentiam; ſed permiſit omnia fieri, & quaſi in fauces beſtiæ mulierem incidere, & tunc tandem manifeſtam facit omnibus ſuam virtutem. In quo ſtatu putas per illud tempus erat mulieris mẽs? quomodo turbata erat ratio? quomodo fluctus eleuabantur? quomodo naufragium non fecit, ſed manſit quaſi immobilis petra ad cæleſtem gratiam ſemper ſpectans? Hactenus Chryſ. Tentari nos Dominus ſinit interdum, & propter noſtram ſuperbiam in vitium aliquod prolabi, vt humiliati noſtram miſeriam agnoſcamus, ac Dei opem ardentiùs & ſanctiùs imploremus. Tanto enim (inquit D. Bern. *ſer.* 10. *in Cant.*) quis minùs vilis diuinis apparebit conſpectibus, quanto plus ipſe ſibi vluerit in recordatione peccatorum ſuorum. Proſtrata Domini pedibus illa peccatrix, non ante audiuit miſericordiæ reſponſum, quàm ad extremam humilitatis & pœnitentiæ ſignificationem deſcenderit. Vnde S. Bern. *ſerm. 3. in Cant.* Fleuit amarè, & de intimis viſceribus longa ſuſpiria trahens, ſalutaribus intra ſe ſuccuſſa ſingultibus, felleos humores euomuit: cæleſtis medicus celerrimè ſubuenit: Dimittuntur tibi peccata tua. Hæc Bern.

6. *Flagellauit autem Dominus Pharaonẽ.*] Hebr. על דבר שרי *ghal debar Sarai*: propter verbum Sarai. factum enim, & rem ſolent Hebræi verbum appellare. En fructus libidinis flagellatio, ecce quò tandẽ recidunt amores: nimitum in dolores. Voluptates carnis ratò, aut nunquã perdiu continuantur, quin grauiſſimis, quos ipſæmet pariũt, cruciatibus caſtigentur; peracerba & immatura ſunt, quæcunque profert hæc tellus mortalium, è quibus ea capiatur, quæ ſapientiſſimè dicta eſt à D. Chryſ. *tom. 5. ſer. de cõc.* Intempeſtiua voluptas. Sola enim quæ de cæleſtibus bonis capitur, matura, tempeſtiua, dulciſſimáque proinde habetur. Rectè à Clem. Alex. ad gentes vocatur voluptas, formoſa meretricula quæ in vnda ignes eructãte mortem operatur. Idem *pædag. 1. c. 5.* appoſitè appellat ſtultas voluptates. Et quidẽ ſtultos, qui voluptatibus curam impendũt, à Sophonia reperio E nuncupari, dũ ait cap. 2. *Cõuenite, congregamini gens nõ amabilis, antequã veniat ſuper vos ira furoris Domini.* L X X. legunt, colligamini gens ineruditа; ſcilicet vt in faſciculos ad comburendum, qui iam flammis æſtuant libidinum, colligantur homines ineruditi, ſtultíque. Sequitur: *Priuſquam pariat iuſſio, quaſi puluerem tranſeuntem.* L X X. habent; antequam ſitis ſicut flos pertranſiens diem. O gens (inquit D. Hier.) non amabilis, quæ

*S. P. Dam.* *Hai. 23.* *S. Chryſ.* *S. Bern.* *Tentatione humiliati miſericordiã Dei promeremur.* *Luc. 7.* *Voluptates deſinunt in dolores.* *S. Chryſ.* *Clem. Alex.* *Voluptatis dedecora, & miſeria deteguntur.* *Sophon. 2.* *S. Hieron.*

amore Dei indigna eſt! Gens inerudita, populus ſtultus, & inſipiens; qui carnis voluptatibus delectaris, quæ tranſit quaſi flos, qui in vna marceſcit die. Hanc præproperam voluptatum ariditatem inſtar florum, & comitem indiuiduam

Clem. Alex.

pœnarum acerbitatem, Clem. Alex. *lib. 2. pædag. cap.* 8. benè commemorat, vbi demum concludit. Vſus eorum quæ pulchra ſunt, noxius eſt; & celeriter præteris pœnitentiæ ſupplicio affectus, ambo flaceſcunt, & flos, & pulchritudo. Hæc ille. Quòd ſi tam citò pertranſit gratia illius floſculi; quid tam ſtultum, quàm carnis voluptatem inhianti ore, animóque ambire? Imò, vt ait

Tertull.

Tertull. *lib. de ſpectac. cap.* 28. Nimium ſtultus es, ſi hoc exiſtimas voluptatem. Verùm hanc ſtultitiam, quæ ſumma eſt, miſeri non deprehendunt, & in ea penitus immerſi naufragium rationis, honeſtatis, famæ, bonorúmque omnium faciunt; & neſciunt tamen. Nimirum (quod eleganter in hoc argumento dictum eſt a D. Chryſ.

S. Chryſ.

*in Pſal.* 4.) quando eſt gubernator ebrius, quomodo fieri poteſt, vt nauis ſaluetur? Ebrios igitur vocat voluptatum amatores Chryſ. quos

Clem. Alex. Tertul.

Clem. Alex. 1. *ſtrom.* præſtigiis voluptatis dementatos dicit. quocirca monet optime Tertull. *lib. de ſpect. cap.* 27. Ne tanti gulam facias voluptatis, quanti periculum: Sed quid periculi, ſi voluptatem comedas? Nónne (inquit D. Ambroſ. *lib. de Elia, cap.* 11.) eſca eſt ad horam dulcis, amara in poſterum. Ac primum quidem malum, quod è voluptatum vſu enaſcitur, eſt mentis in peccatis obſtinatio, ac mira difficultas ex illo cœno aſſurgendi.

S. Ambroſ.

*Libidinoſi af[illegible] diuinitus vt reſipiſcant.*

Luc. 6.

S. Ambr.

Etenim (vt D. Ambroſ. *in 4. Luc.* oſtendit) quaſi clauis quibuſdam ſuffigitur anima corporis voluptatibus, & cùm ſemel adhæſerit cupiditatibus demerſa terrenis, difficile in altum poteſt, vnde deſcendit, ſine Dei fauore reuolare. Sed video hîc ſues iſtos noſtram irridere doctrinam, qui ſibi putant vitam non eſſe, quæ ſine voluptate non ſit. Ad illos Domini fertur illa comminatio: Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis, *Luc.* 6. Vbi D. Ambroſ. Erit tempus, vt riſus ſuos lugeant, qui dicta noſtra nunc rident. Væ vobis diuitibus, quia habetis hîc conſolationem veſtram; adiungit Dominus. Vbi etiam S. Ambroſ. Diuites inani quadam voluptate paſcuntur, qui conſolationem vitæ præſentis habuerunt, remunerationem perpetuæ perdiderunt. non cenſus, ſed affectus in crimine eſt. Sic Ambroſ. Sunt enim nonnulli diuites quidem opibus, ſed affectu pauperes: opéſque in ſtudium pietatis, & obſequium Dei ſanctiſſimè impendunt. hi non habent in terra, ſed in cælo requirunt ſuam conſolationem, quales Abraham, Iob, Dauid, &c. At plerunque fit ex Dei miſericordia, vt voluptatum homines miris affligantur ærumnis, quemadmodum hîc Pharao, quò tandem, vexatione dante intellectum, redeant ad cor; & ab illa præſtigiatæ mentis amentia, ad vitæ purioris ſanitatem reuocentur. Iccirco ita

S. Ambroſ.

Deo diſponente, caro ipſa (inquit D. Ambroſ. *in 4. Luc.*) tribulos, & ſpinas animo, hoc eſt, curarum morſus, & ſolicitudinum generat. Quòd verò his compuncta ſpinis non anima ſolùm, verumetiã ipſamet caro ſuæ ſaluti prouidens, nuntium aliquando noxiis voluptatibus remittat, egregiè

S. Ambroſ.

idem Ambroſ. ita ſcribit, *in 12. Luc.* Caro quoque grauium laborum defœnerata ſorte, & vſura iniuriæ miſerabilis fatigata, vbi ſe cupiditatibus ſuis, quas ſibi ipſa generauit, tanquam ſentibus mundi doluit eſſe confixam: veterem hominem

A feſtinat exuere, &c. Hæc omnia expreſſa ſunt ad viuum in Pharaone, quem Dominus flagellauit propter verbum Saræ plagis maximis.

7. Porrò, quæ flagellatio iſta, quæ plagæ? non omninò conſtat: referam quid optimi tradunt autores. Phil. Hebr. *lib. de Abraham*, ſic ſcribit.

Philo. *Deus patientium protector.*

Denique propitius Deus, factuſque patientium iniuriam protector, graues pœnas, & cruciatus inflixit regi, adeò vt animo & corpore laboraret, & morbo quidem multiplici; ita vt amorum voluptatúmque oblitus lõgè diuerſas agitaret curas, quemadmodũ ſcilicet euadere poſſet è tormentis, quibus ſine intermiſſione, dies noctéſque affligebatur. Hæc Philo. Hunc finẽ aliquando tandem conſecuta eſt meretrix illa Babylon, de qua

B ſæpiùs in Apoc. quare de cælo proclamatum eſt:

*Delicioſa manent peracerba tormenta.* Apoc. 18. Hug. Card.

*Quantũ glorificauit ſe, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum*, Apoc. 18. Rectè Hugo Cardin. aduertit tormentum in corpore, & luctum in mente. Et iuſtum eſt vt luctum habeat contra delicias, & nimiam carnis petulantiam: iuſtum eſt etiam, vt in luctu æterno ſit, qui ad luctum ſe præparauit.

Iob 21.

Vnde Iob 21. *Dulcis fuit glareis Cocyti*: qui eſt luctus infernalis; de luctu in mente, & tormento in corpore.

Iſai. 27.

Iſai. 27. *In menſura cõtra menſuram, cum abiecta fuerit, iudicabis eam.* Hæc ille.

S. Auguſt.

D. Aug. *lib. 22. cõtra Fauſtum, cap.* 33. de hac flagellatione ſic ait. Pharao territus monſtris, multiſque propter Saram malis afflictus, vbi Abrahæ vxorem eſſe diuinitùs didicit, illæ-

C ſam cum honore reſtituit. Significat vtique per monſtra, terrores, curas, ſolicitudines, internos dolorum aculeos, quibus animus Pharaonis dies, ac noctes pungebatur; per mala verò corporis morbos, & cruciatus.

*Flagellatur à Deo libidinoſus.* Theod.

Theodor. morbum etiam intelligit: Rapta (inquiens) Sara ſtatim Deus Pharaonem obſtrinxit morbo qui libidinem eius fregit; & venator habens intra retia prædam capta frui non potuit, quia morbus nõ permiſit.

S. Chryſ.

D. Chryſ. legit: Et examinauit Deus Pharaonem examinibus magnis & grauibus. Quid eſt (inquit) examinauit? pœnam expoſcit flagitij, & mali conatus examinationibus magnis. LXX. habent: καὶ ἤτασε κύριος τὸν Φαραὼ

D ἐτασμοῖς μεγάλοις, & cruciauit Dominus Pharaonem cruciatibus magnis. Et verò examina, pro fidiculis, tormentis, & cruciatibus optimè ponuntur. Heu te miſerum adulterum, fornicarium quæ te manent fidiculæ, quæ tormenta; quod tibi ſubeundum examen tuis condignum ſceleribus; ſi rex iſte inſcienter alienam ſibi vxorem in coniugium aſſumens tam graui pœnarum acerbitate punitur? Flagellauit enim Dominus Pharaonem, non quidem, vt adulterum, etſi nimis Veneri deditum; quippe ignorabat coniugatam eſſe, ſed vt tyrannum: quia rapi iuſſerat inuitam, ac dolentem.

S. Chryſ. *Reges grauiter puniuntur.*

Pœnis (additur) magnis, nec ſimpliciter (ait D. Chryſ.) puniuit regem, ſed pœnis magnis: nam quia flagitium non erat vulgare, ſed valde magnum, ideo & pœna magna. Deinde quia potentes potenter crucia-

E buntur, & reges ſi quando à Deo puniuntur, non niſi grauiſſimis afficiuntur pœnis, quia illorum inſolentia, & obduratio, atque adeò Dei contẽptio, non leuibus, ſed acerrimis pulſata ictibus effringi poſſũt ac debilitari.

S. Chryſ.

Quare nõ modò rex (inquit Chryſ.) ſed omnes de domo eius pœnæ ſunt participes? vt per hoc regis inſania cõpeſcatur; grauior.n. plaga indigebat, ita vt ipſe exterreretur. Ad hæc nõ quolibet freno, ſed duriſſimo, & acutiſſimo illo reges indiget, vt ab inſania cu-

pi ita

A piditatum, quo feruntur, impetu, velut indomiti, ac feri equuleones retardentur. Modum enim, ac terminum, neſcit intemperantis regis cupiditas. Idipſum ſubnotauit D. Chryſ. Idcirco (inquiens) acerbiſſima pœna concutiens eius mentem, diſcedere fecit à nefario flagitio, coërcuit ab irrationali impetu, cohibuit incontinentem mentem, alligauit concupiſcentiam indomitam, refrænauit furoris inſaniam. Ita Chryſoſt. Igitur ex hac flagellatione colligit optimè intactam pudicitiam Saræ Procopius ad hunc modum. Satis conſtat Deum, antequam à Pharaone Sara contrectaretur, pœnas inflixiſſe. Si enim vlciſcitur iniuriam iuſtò illatam; multo magis illi vxorem conſeruauit integram, & impollutam.

*Regis intemperantia terminū neſcit.*
S. Chryſ.
Procop.

B 8. *Et domum eius.* ] Qui fit enim (inquit Procopius) quòd miniſtri, & ſerui regis calamitatibus obruuntur? Quòd ſummis laudibus coram Pharaone mulierem illam extulerint, rapiendæque Saræ autores regi fuerint. Flagellauit Dominus & domum Pharaonis. Veriſimile enim eſt (inquit Chryſoſt.) eos cooperatos fuiſſe; vt aliquando committeretur iniquitas. Audiuiſti Scripturam, quia, vt viderunt eam principes Pharaonis, laudauerunt, & introduxerunt eam in domum eius. Vidiſti eos lenonis agere officium in regis gratiam, auferendo iuſti vxorem. Quapropter non ipſe ſolus, ſed & omnes qui adhærebant, pœnæ fuerunt participes. Sic Chryſoſt. Flagellati ſunt aulici, quòd regem ab illo conſilio non auocaruut, prout debebant, quibus officium eſt bona conſulere principibus. Vnde Philo: Regis (inquit) pœnam ſenſit, & tota regia; propterea quòd nemo ſe tantæ iniquitati oppoſuerat; ſed omnes libidini regis aſſenſi & obſequuti fuerant. Magnum (ait D. Ambroſ.) teſtimonium, documentúmque caſtitatis. Inuendus locus ita hortatorius, vt vnuſquiſque ſe caſtum præbeat, alienum non affectet torum, nec latendi ſpe, aut faciendi impunitate, alienam vxorem inceſtet; non incuria, aut ſtultitia prouocetur mariti, aut longiore abſentia. Adeſt præſul coniugij Deus, quem nihil lateat, nullus euadat, nemo irrideat; vicem abſentis mariti tuetur, ſeruat excubias, imò & ſine excubiis deprehendit reum, antequam faciat quod parauerit; in animis ſingulorum, in mentibus D vniuerſorum crimen agnoſcit. Deus grauiùs vlciſcitur iniuriam inopis, contumeliam imprudentis mariti; maior eſt enim iniuria, autorem cuſtodem thalami ſpretum eſſe, & non conſideratum. Hæc Ambroſ. Pende obſecro maturiùs plura ex huiuſmodi ſententiis: quod adulterio patrando occaſionem præbeat, aut incuria, aut ſtultitia, aut abſentia mariti: quòd ipſe Deus ſit præſul, & antiſtes matrimonij; quòd vocatur, aut ſaltem excubet pro marito, qui vel incurioſus, vel ſtultus eſt, vel longè diúque abeſt; quòd ſit autor, & conditor coniugij; & ſeruandæ in eo fidelitatis cuſtos inuigilans: quare adulter aduerſùs Deum grauiſſimè peccat: quòd Deus tandem grauiùs ſoleat vindicare adulterium patratum contra inopem plebeium, miſerum, qui à potentiore illuditur, & contra eum, qui neſciat, nec poſſit præcauere ſibi illatam iniuriam.

Procop.
*Laudator pulchritudinis punitur.*
S. Chryſoſt.
*Qui Regis fauent cupiditati, puniuntur.*
Philo.
S. Ambr.
*Deus pro marito contra adulterum inuehitur.*

C

E 9. *Vocauit Pharao Abram.* ] Quidnam eſt hoc, quod feciſti mihi? Expoſtulat rex cum Abram; quòd, quæ erat vxor, dixerit ſororem; ideo (inquit) eam mihi ducebam vxorem, quia tuam ſororem, & nullius coniugem putaram. Quid feciſti? Deum (ait D. Chryſ.) dicere vult, inimicum mihi reddidiſti, iram eius ſuper me induxiſti, pœnæ obnoxium me feciſti. Feciſti, vt pœnam lueret tota mea domus, eorum quæ in ſe admiſit. Cur non iudicaſti, quòd vxor tua eſſet? non accepiſſem eam mihi vxorem peccaturus. Hæc S. Pater. Miror quantum rex iſte barbarus exhorruerit ad ſolam adulterij vmbram, quod elegantiùs obſeruatur à D. Ambroſ. ad hunc modum: Rex etſi natura ferus, ac barbarus, tamen ſignificat etiam exteris, ac barbaris moribus eſſe curam pudoris, & adulterij etiam ſibi crimen cauendum. Qui prætendit ignorantiam, cõdemnat intemperantiam. Sic Ambroſ. Mihi verò factum hoc, dictúmque Pharaonis in reuerentiam coniugij tanto videtur admirabilius, quanto liberior eſt, & inſolentior viuendi ratio in regibus, qui ius potentia, & potentiam cupiditate ipſa metiri ſolent. Quis ſanctior inter reges Dauide? At (vt ſcribitur 2. *Reg.* 11.) miſit rex, & requiſiuit, quæ eſſet mulier; nõtiatúmque eſt ei, quòd ipſa eſſet Berſabee vxor Vriæ. Reſciuit coniugatam, & nihilominus omni iure humano, ac diuino proculcato, ruit præceps in adulterium primò, deinde in homicidium. Hinc etiam mihi perſuadeo, quàm certum ſit, quòd libido non vſu ipſo reſtinguitur; ſed accenditur vehementiùs: cùm reges iſti plenis vxorum, & concubinarum palatiis, adhuc tamen inſaturabilis concupiſcentiæ flammis accenſi, vnamquiſque coniugem alienam adamauerint, & arripuerint.

S. Chryſ.
*Adulterium exhorruit Ethnicus.*
S. Ambroſ.
*Regum viuendi licentia.*
2. Reg. 11.
*Libido vſu non reſtinguitur, ſed accenditur.*

10. *Ecce coniux tua.* ] Sed heus tu, ô Rex: vnde (ait D. Chryſ.) didiciſti, quòd vxor fuit iuſti? vltor (inquit) Deus tantæ iniquitatis ille mihi rem indicauit. Putat igitur ſanctus Doctor Pharaonem diuina reuelatione accepiſſe, quòd Sara vxor eſſet Abrahæ, & veroſimilius videtur; quàm id reſciuiſſe per ſuos Ethnicos Sacerdotes. Ecce coniux tua, emphaſim habet. Coniux tua; quæ nunquam talis eſſe deſiit, nec enim tibi iniuriam intulit tuum commutando torum; non eam mihi feci vxorem, non veſtrum offendi coniugium; illæſam, intactámque ab alio; & tuam, quanta eſt, recipe. Voluit rex ſiniſtram omnem opinionem vxoris ab animo viri procul amouere: quod malum, in leuiori euentu, coniugum mentes vehementer inflammat atque diſcruciat. Vniuerſim autem (vt monet D. Auguſt. *lib. de amicitia, cap.* 4.) præ omnibus cauenda eſt ſuſpicio, quæ eſt amicitiæ venenum. De qua etiam ſic effatur D. Bonauent. *in ſtim. amor. cap.* 10. Occulta peſtis, ſed grauiſſima; quæ Deum fugat, & lacerat caritatem. Sed quiſnam obſecro Doctor, tam multis ad virtutem & ſapientiam documentis barbarum regem inſtituit? Benè dixit (reſpondet D. Chr.) Scriptura, quòd examinauit Pharaonem ob Saram vxorem Abrahæ. Senſum ei pœna præſtat, quòd ſit vxor iuſti; etenim, & in domum regis introducta, manſit vxor iuſti. Feliciſſimum ſupplicij examen, ex quo tam ſapienter eruditus rex iſte proceſſit; vt ille alius, qui de ſeipſo aiebat; *Igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas*, Pſalm. 16. Vbi D. Hieron. per ipſam tribulationem peccata mea confudiſti. D. Auguſtin. Ignis, quia vrit, vocanda eſt ipſa tribulatio, qua examinatus iuſtus ſum. Arbitror in examine tribulationis ita fuiſſe Pharaonem eruditum, vt præteritorum ſcelerum pudore ſuffuſus iuſtam deinde, atque innocentem vitam iniret. Aulici quoque illo exa-

S. Chryſ.
*Sara impolluta in Ægypto.*
S. Aug.
*Suſpicio amicitiæ venenū.*
S. Bonau.
S. Chryſ.
Pſal. 16.
S. Hieron.
S. Aug.
*Tribulatione erudimur.*

mane eruditi profecerunt non parum : Puniti A enim (ait D.Chr.) didicerunt, quòd non in peregrinum ſimplicem furorem ſuum exercuerint, neque in hominem è medio vulgo, ſed in virum, cuius tutor Deus tanta illum cura dignans.

S Chryſ.

11. *Præcepit Pharao ſuper Abraham, &c.* ] Mirè officioſus Rex in Abraham, abeundi liberam facit copiam cum vxore, & cuſtodiam adhibet. Bene D.Chryſoſt. ait: Vnde hoc curat, vt in iuſtum officioſus ſit? Reſciuit enim tandem quòd non eſſet poſſibile, eum vulgarem quempiam eſſe, qui tanta superna gratia fruebatur. Neque verò ſolus Rex, ſed etiam aulici, & pene omnes alij, ſeſe officioſiſſimos adhibebant Abrahæ. Terribilis enim (ait S. Chry- B ſoſt.) poſtea erat illis iuſtus, & propterea magnis officiis vrgebant, vt inde mitteretur, placantes ipſius Dominum propter ea, quæ in illum commiſerant. Admirare igitur ſimul iuſti tolerantiam, & miſericordis Dei virtutem : quanta cum gloria redire facit iuſtum, qui cum tanto timore, metúque deſcenderat. Ita Chryſoſtom. Præcepit viris, & deduxerunt eum, &c. Proſecutores (ait D.Ambroſ.) dedit, qui deducerent eum, ne quis de populo barbaro irrogaret violentiam, vel peculio viri, vel vxoris pudori. Poſtremò aduertendum eſt quàm certum, ac fidelem, & magnificum remuneratorem in Deo habeat pietas noſtra, & obedientia: vtranque C præſtitit Abraham: Dei namque imperiis actus in Ægyptum ſuſcepit expeditionem plenam periculis, alacriter tamen pro Deo ſuo perferendis. Sed in hanc ſententiam præſtat audire D. Ambroſium qui ſic profatur. Pulcherrimus eſt hic locus ad incitandæ ſtudium deuotionis; quòd is, qui Deum ſequitur, tutus ſemper eſt. Et ideo Deum præferre debemus omnibus, nec patriæ contuitu, nec parentum, filiorúmque

S Chryſ. Iuſtus tribulatio cedit in bonum.

S Ambroſ.

Obedientia certum præmium.

S Ambroſ.

A gratia, nec vxoris contemplatione reuocari debemus ab executione præceptorum cæleſtium; quia Deus nobis omnia illa largitur, & potens eſt ſeruare, quæ donat. Itaque magnum exemplum deuotionis Abrahæ, quòd cum vxore ſpecioſa deſcendit in Ægyptum. Erat quidem iuſto viro cura coniugalis pudicitiæ; ſed maius erat ſtudium maturandæ deuotionis, ne prætuliſſe cuſtodiam tori mandatis videretur cæleſtibus. Itaque quoniam propter Deum contempſit omnia, recepit à Deo multiplicata omnia: ſed primam Deus pudicitiæ tribuit remunerationem, quam gratam ſciebat coniugi: nam quia ſtudio obeundi cæleſtis oraculi vxo- B rem quoque in periculũ deduxit pudoris, etiam caſtimoniam coniugij defendit. Hactenus D. Ambroſ. Poſtremò valet hic locus ad roborandum animum in tentationibus, ne fractus ſuccumbat; ſpem in Deo ſuo figat, qui non deſerit ſperantem in ſe: Faciet de tentatione prouentum, noctem conuertet in diem. O quàm multis & pretioſis ſuum fortem athletam præmiis donabit! Iucundi (dices) acti labores, felix probatio. In quam ſententiam ſic eleganter ac verè Procopius effatur *in* 13. *Geneſ.* Anima, quæ in tentationes labitur, ſeipſam cernit ab omnibus deſertam, Deo non citra ſingularem prouidentiam id procurante. Si antea mortalibus C ſignificaretur victoria, quam in tentationibus ſuperandis eſſent adepturi, nihil præclari facerent, etſi victoria potirentur. Cæterùm Deus ſic affectis demonſtrat ſe eum eſſe, qui opituletur tentatis: proinde fortes ſint, tentationibus non cedant, nec animos ad deteriorem partem applicent. Sic ille. Periculoſus tentationis ſolet eſſe impetus, & iuſti animam vehementer affligit, at firma ſit in Deo ſpes, dulcis erit exitus, victoria glorioſa.

Pro Deo cuncta relinquenda

Procop.

# CAPVT DECIMVMTERTIVM.

1. ASCendit ergo Abram de Ægypto, ipſe & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo, ad Auſtralem plagam.

2. Erat autem diues valde in poſſeſſione auri & argenti

3. Reuerſúſque eſt per iter, quo venerat, à meridie in Bethel, vſque ad locum vbi priùs fixerat tabernaculum inter Bethel & Hai:

4. In loco altaris quod fecerat priùs, & inuocauit ibi nomen Domini.

5. Sed & Lot qui erat cum Abram, fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula.

6. Nec poterat eos capere terra, vt habitarent ſimul: erat quippe ſubſtantia eorum multa, & nequibant habitare communiter.

7. Vnde & facta eſt rixa inter paſtores gregum Abram & Lot. Eo autem tempore Chananæus & Pherezeus habitabãt in D terra illa.

8. Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quæſo ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos: fratres enim ſumus.

9. Ecce vniuerſa terra coram te eſt: recede à me, obſecro: ſi ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo: ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam.

10. Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuerſa irrigabatur antequam ſubuerteret Dominus Sodomam, & E Gomorrham, ſicut paradiſus Domini, & ſicut Ægyptus venientibus in Segor.

11. Elegítque ſibi Lot regionem circa Iordanem, & receſſit ab Oriente: diuiſíque ſunt alterutrum à fratre ſuo.

12. Abram habitauit in terra Chanaan

naan: Lot verò moratus eſt in oppidis, A quæ erant circa Iordanem,& habitauit in Sodomis.

13. Homines autem Sodomitæ peſſimi erant, & peccatores coram Domino nimis.

14. Dixitque Dominus ad Abram, poſtquam diuiſus eſt ab eo Lot: Leua oculos tuos,& vide à loco, in quo nunc es, ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem.

15. Omnem terram, quam conſpicis, tibi dabo & ſemini tuo vſque in ſempiternum.

16. Faciámque ſemen tuum ſicut puluerem terræ: ſi quis poteſt hominum numerare puluerem terræ, ſemen quoque tuum numerare poterit.

17. Surge & perambula terram in longitudine,& in latitudine ſua: quia tibi daturus ſum eam.

18. Mouens igitur tabernaculum ſuum Abram, venit & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ eſt in Hebron: ædificauítque ibi altare Domino.

## SECTIO PRIMA.

*Aſcendit ergo Abram de Aegypto, ipſe & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo, ad auſtralem plagam. Erat autem diues valde in poſſeſſione auri & argenti. Reuerſúſque eſt per iter, quo venerat à meridie in Bethel, vſque ad locum vbi prius vixerat tabernaculum inter Bethel & Hai: in loco altaris quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domini.*

1. EMPHASIM habet illud, *ergo.* B quo ſignificatur tandem aliquando Abrahamum è labyrintho illo Ægypti penè inextricabili, vbi honoris, famæ, opum, vitæque periculum extremum ſubierat, expeditum ſic aufugiſſe, vt honoribus, celebritate nominis, diuitiarum affluentia locupletiſſimus, vegetior etiam ac viribus robuſtior exceſſerit. Percommodè ad hunc locum, illius meminit D.Chryſ. quod à Vate regio dicitur: *Qui ſeminant in lacrymis, in exultatione metent. euntes ibant, & flebant, mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos*, Pſalm.125. Enimuerò (ait Theodoret.) non fruſtrà preces fundimus, ſed ſcientes lacrymarum fructum. Qui enim cum his ſemina iaciunt, vberrimam C meſſem cernentes lætantur. Appoſitè vtitur Scriptura verbo, *aſcendit de Ægypto.* Ex illa enim tot malorum depreſſa voragine in ſplendorem famæ, in faſtigium ſummi apud Deum, atque homines, honoris aſcendit, euectus Dei manibus Abraham. Omnia (inquit D. Chryſoſtom.) illa Deus propterea permiſit, & quouſque durauerunt tentationes iuſti, vt eius patientia clarior fieret, & facta eius in totum orbem diuulgarentur, ita vt nullus eſſet, qui iuſti virtutem ignoraret. Omnia poſthac venerabilis erat Abraham: quis enim non reueritus fuiſſet eum, qui ſic à Deo cuſtoditus, & tantam beneuolentiam eſt conſecutus? magnum ex tentationibus lucrum; magnum patientiæ præmium. Sic Chryſoſtomus. At D. Hieronym. D 2 aſcenſum illum & aduentum à ſegete lacrymarum ad exultationem, & fructum manipulorum exponit, de conuerſione peccatorum ad gratiam. Aufert (inquit) Dominus à nobis ſceptrum dominationis iniquæ, vt ſolita miſeratione largita, dum à captiuitate vitiorum abſoluimur, cæleſtis Hieruſalem ædificio tanquam viui lapides connectamur. Sequenti Pſalmo idem Propheta peccatores adhortatur, vt aſcendant. *Surgite* (inquiens *poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.*

*Pſ.125. Theod. Orationis fructus.* — *S.Chryſ.* — *S.Hier. Patientia præmium.* — *Patientia fructus. Pſ.126.*

B Vos (explicat S.Hieronym.) qui in peccatis viuere meminiſtis, & ad Deum tranſire deſideratis: ſurgite, qui in humilitate quieſcitis, eleuamini. Pro dolore, Theodoſion, & quinta editio, idola interpretati ſunt; ſexta verò, errorem. Sic Hieronymus. Itaque, qui læti ac ridentes quieſcunt in cœno vitiorum, comedunt panem doloris, panem idoli, panem erroris; talis eſt enim ea falſa voluptas, & amara dulcedo, quam in peccando percipiunt; vt erroris ſit, & vanitatis, ac dæmonum ſuauitas, panis (inquam) quo mirificè recreantur dæmones, quorum ſolatium ex hominis interitu captatur. S.Chryſoſtomus expendens verba illa Sacerdotum Philiſtinorum: Quinque anos aureos, & mures aureos facietis, 1.Reg.6. C quibus ſanè figurabantur peccata illorum, ſic myſticum ſenſum colligit: Dum commiſſa attentiùs lugemus, in iuſtitiæ ſplendorem membra deauramus. Quocirca non eſt, quòd quis reformidet ex Ægypto aſcendere, ſcilicet ex vitioſo ſtatu, in quo cum Pharaone honoratus, & ditatus, vt ſibi videbatur, viuebat; ad nouum vitæ purioris capeſſendum iter aſſurgere: nec ſibi dedecus putet ad pedes ſacerdotis prouului ſcelerum ſuorum maculas, & dedecora confitendo. Sic enim illa detecta, & deſleta deaurantur. Vnde D. Gregor. ad eadem verba Philiſtinorum ita diſſerit: Ex auro ſimilitudines murium fiunt, quia præteritæ fraudes dæmonum ad fulgorem nobis bonæ vitæ proficiunt. At etiam nunc times aſcen- D dere ex Ægypto, nec ipſo nomine glorioſo aſcenſus, quo imitaris demum incitatus ad laborem aſcendendi alacriter accingeris. Labor quidem in aſcenſu eſt, ſed vbi aſcenſus eſt, ibi quies,& vera gloria comparatur. Hebræi fugientes ex Ægypto tranſitóque mari rubro venerunt in mara ad aquas amaras; inde digreſſi venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, *Exod.*15. Vbi egregiè Origen. *homil.*7. Primò deductus eſt populus ad aquas amaras, & ſalſas, poſtea venitur ad fontes. Sequitur: *Et ſeptuaginta palmæ, & caſtrametati ſunt iuxta aquas.*

*S.Hier.* — *Falſa dulcedo peccati.* — *S.Chryſoſt.* — *1.Reg.6. Pœnitentia fructus.* — *S.Gregor.* — *Origen.*

flagellatione illa Pharaonis, & principum nihil A ſcirent, & cernerent, tamen peregrinum hominem nouis, & copioſiſſimis affluentem opibus redire ab Ægypto; ne fortè, vel ex fraudibus ipſius ac rapinis, vel (quod turpius memoratu erat) ex proſtituta pulcherrimæ vxoris forma tantum illud diuitiarum pondus acceſſiſſet.

*Diuitiæ ob malitiam hominum infames.*

Ac diuitiæ quidem etſi per ſe vitioſæ non ſint, nec à diabolo, ſed ab ipſo Deo, & creatæ ſint, & donari ſoleant, ex hominum tamen peruerſis moribus malè Dei donis abutentium ortum eſt, vt graui iam nunc laborent infamia rapinarum, ſuperbiæ, turpitudinis: atque iccirco (vt rectè obſeruat Tertul. *lib. de patientia, cap. 7.*) Dominus ſemper pauperes iuſtificat, & diuites prædamnat.

*Tertull.*

B Ridebunt diuites huius ſeculi hanc ſententiam; ſeu, quòd verius dicam, non audient: nam ſi audirent, qui fieri poſſet, vt timore tam certi atque horrendi periculi non excitarentur.

*Diuitum aures obtuſæ ad cæleſtia.* *S. Ambroſ.*

Non audiunt (inquam) eo quòd (autore D. Ambroſ. *ſerm. 8. in Pſal. 118.*) clauſas habent aures, & ſono æris obtuſas, nummus magis illis reſonat, quàm verba diuina. Rapinis igitur, & fraudibus plenæ ſunt multorum diuitum domus, horrea, apothecæ, theſauri, mentéſque ipſæ.

*Diuites raptores alienorũ.* *Iob. 12.*

Abundant (ait Iob) tabernacula prædonum, grauiſſimum ſane flagitium huiuſmodi raptorum, dolis omnia depeculantium: ſed quo tandem iſti ſupplicio ab irato Numine punientur? Non grauior mihi obſeruatur pœna, quam ipſemet immodi- C cus habendi amor.

*S. Aug. Pſal. 72.*

Quod ſubtiliter rimatur D. Aug. in illis verbis Pſal. 72. *Propter dolos poſuiſti eis*; hoc eſt, impoſuiſti eis, fraudes fraudibus caſtigando.

*Pecunia ipſa pœna hominis eſt.*

Sic enim ait ſanctiſſimus Pater: Fraudem volunt facere generi humano, fraudem & ipſi patiuntur, vt terrena bona eligant, & relinquant æterna.

*Exod. 7.*

*Cabed* etiam durum, ac dirum ſignificat, vt *Exod. 7.* כבד לב *cabed leb*, graue, ſeu durum cor Pharaonis. Quid verò durius, ac dirius, quàm diues ille, qui epulabatur quotidie ſplendidè, & iacentem ad fores mendicum vlceribus plenum perpetuò conſpiciens, ne micis quidem iis, quæ cadebant de menſa, paſcere dignatus eſt?

*Luc. 16.*

In cuius inhumanitatem Deus pauperculi vlcera optimo conſilio armauit, ſed toties D acerrimè impugnatum, illius cor haudquaquam expugnauit.

*S. P. Chryſ.* *Diuitis epulonis inhumanitas in Lazarum.*

Quod eleganter admodum deſcribit ita D. Petr. Chryſol. *ſerm. 121.* hiſce verbis. Deus, quia obduratis auribus vnius oris nil erat vox clamantis; ad aperiendum cor diuitis, totum corpus pauperis vulneribus aperit, vt in admonendo diuite tot eſſent pauperis ora, quot vulnera. Soluuntur viſcera; vlcera producuntur, hiatus vulnerum dilatatur, ſanies effunditur, & tota caro pauperis componitur in ſcenam pietatis, vt quem vox eſurientis non moueat; vel ſuſpiria, vel dolores, gemitus, & tota ærumnarum congeries commoueret: ſed diues ſuperbo oculo, & inſatiabili corde, hæc omnia audire, & videre & ſentire contemnit. Hæc Petr. Chryſ. E

*Beda.*

Perbellè colligit Beda. Ex vna (inquit) re omnipotens Deus duo iudicia exhibuit; dum Lazarum pauperem ante ianuam diuitis iacere permiſit; vt & diues impius damnationis ſibi augeret vltionem, & tentatus pauper creſceret ad remunerationem. Sic ille.

4. Crudeliora ſunt adhuc eorum diuitum viſcera, qui non modò pauperibus alimenta denegant; ſed etiam miſeris ab ore auferunt per vim ac fraudem ipſa, quibus ægrè aluntur, patrimonia; quæ ab Spiritu ſancto aptiſſimè vo-

*Pauperũ ſubſtantia laboribus comparata.*

A cantur pauperum labores, illis verbis: *Et abſtulerunt labores eorum.*

*Sap. 5.*

tota enim res familiaris, qualiſcunque illa ſit, nihil aliud eſt, quàm labores ac ſudores miſerorum. Planè diuino conſilio pauperum vitæ, atque vtilitati conſultum eſt, vt aër, aqua, lux, ignis, cælum (quod magis mortalibus neceſſaria) eſſent communia, nec à potentia, fraudibúſque diuitum poſſent tanquam propria vindicari.

*S. Chryſ.*

Si enim (inquit D. Chryſ. *homil. 2. ad populum Antiochen.*) non eſſent communia hæc neceſſaria, fortè diuites ſola vſi auaritia pauperes ſuffocaſſent. Denique *cabed* grauis, grauitatem, ac pondus ſignificat, & conſequenter eam quæ inde oritur, tarditatem.

*Exod. 4.*

Sic *Exod. 4.* כבד-פה וכבד לשון אנכי *chebad-pe vchbad laſon anochi*, grauis B ore, & grauis lingua ſum ego. Noſter vertit impeditioris & tardioris linguæ ſum.

*Exod. 17.*

Item cap. 17. dicuntur manus Moyſis כבדים *chebedim*, graues. Hoc plumbo tam graui demerſi ſunt principes Ægypti in aquis vehementibus, *Exod. 15.*

*Exod. 15.*

& quod eſt mirabilius, vel ipſa ſola deſideria plus habendi, procellarum inſtar hominem vſque ad profundam gehennæ abyſſum pelluntur, iuxta illud: *Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa, inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem*, 1. Tim. 6.

*1 Tim 6.* *Diues naufragium facit.* *Theod.*

ſcilicet, ideo mergere dicuntur, quia diuitiarũ iſte amator (autore Theodoret.) peccati fluctibus agitatur, & naufragium C paſſus vitam finiet.

*S. Hieron.*

Vbi etiam ſic Hieron. Nunquam diuitiarum deſideria ſatiantur. mergunt, &c. dum ambitione honorum tumentes ad cælos eleuati, vſque ad inferos demerguntur; ſiue deſiderantes aliena, vt Achab, vſque ad homicidia perueniunt. Sic ille.

*S Bernard.* *Diuites vado pertranſeunt mare.*

Pulchrè D. Bern. *ſerm. de tribus ordin. Eccleſ.* Diuites (inquit) qui tamen licitè ſuas poſſident opes, & bene diſpenſant, vado pertranſeunt hoc mare magnum, laborioſum prorſus, & periculoſum etiam, & longum habent iter. Nam quòd periculoſum ſit iter, in eo patet, quòd iam multos in eo perire dolemus; tam paucos videmus, ſicut neceſſe eſt, pertranſire. Valde enim difficile eſt inter vndas huius mũdi, voraginem vitiorum, & criminalium peccatorum foueas declinare. Hæc Bern.

*Religioſi ponte tranſeunt mare.*

D Qui adiungit religioſos ponte pertranſire; qui tribus (ait) compactus eſt lignis; vt qui perfectè eis inniti voluerint, non labatur in itinere pes eorum. Hæc autem ſunt pœna corporis, paupertas ſubſtantiæ mundialis, & humilitas obedientiæ. Hactenus Bern.

*Theophyl.* *Diuites in ſuo luxu ſtolidi.*

Vbi noſter Interpres vertit, *deſideria multa inutilia*, Græcè habetur *ανοήτους*, Theophyl. legit inſenſata; explicat verò ad hunc modum: Diuitum deſideria plane temeraria, & ſtolida. Quo enim pacto non inſenſati, & ſtolidi hominis eſt argumentum, picas, & pſittacos alere, belluáſque, & piſces magno ambitu intercludere, & equos auro exornare; vel ad domus vſque faſtigium aquas perducere, & pauimenta ipſa ſectis E regulis, & phengite lapide ſternere, vt magis eluceant? Hæc profectò omnia nec ſanæ ſunt mentis, & officiunt plurimùm, animæque theſauris obſunt, & ſenſibiles opes quæ manibus attrectantur, diſperdunt, & delent. Hæc ille. Sed quid eſt, *incidunt in laqueum diaboli?* quia nimirum captæ animæ impediuntur, ne in virtutis ſtadio currant, & in contemplatione bonorum cæleſtium ad Deum euolent.

*Diuitiæ laqueus diaboli.* *S. Ambr.*

Aduertis (inquit D. Ambr. *ſerm. 14. in Pſal. 118.*) laqueum diaboli eſſe diuitias? ac ne mediocrem hunc laqueum putes; hic laqueus Iudam Apoſtolum ſtrangulauit.

A

gypto rediens reuiſat, nouis eos pro reuerentia hoſpitij muneribus cumulaturus. D. Hier. eadem Matth. verba diſcutiens præceptum hoc à Domino in gratiam tam diſcipuli, quàm diſcipulum excipientis eſſe teſtatur his verbis: Ergo hoſpes fama eligendus eſt populi & iudicio vicinorum: ne prædicationis dignitas ſuſcipientis infamia deturpetur. Pende, obſecro, ad hanc ſententiam D. Hier. quanto fœdiùs deturpabitur prædicationis dignitas per ipſam prædicatoris infamem ac turpem vitam. Vlterius progreditur ſanctus Doctor: Cùm vniuerſis (inquiens) debeant prædicare, hoſpes vnus eligitur, non tribuens beneficium ei, qui apud ſe manſurus eſt, ſed accipiens. Hoc enim dicitur: Quis in ea dignus eſt, vt magis ſe nouerit accipere gratiam, quàm dare. Hæc Hier. Profectò cùm Abraham ad conſueta reuertatur hoſpitia, oſtendit quanta vtrinque hoſpites beneuolentiæ, officiiſque pietatis certatum fuerit. S. Chryſ. iniunctum hoc eſſe putat à Domino ad commendandam ſuorum diſcipulorum moderationem. Sic enim ait: Quoniam dixit dignos eſſet operarios cibo ſuo: ne opinarentur omnium domos hoc verbo ſibi patere; ſed magnam quoque in hoc moderationem ſcirent eſſe habendam: illud adiecit, quod & laudi eſſe poterat, & ad neceſſariorum præparationem conferebat: nam ſi dignum inuenirent, dediſſet certè ille cibaria non inuitus; præſertim cùm nihil vltra neceſſaria peterent. Non autem ſolùm dignos quærendos iubet; verumetiam ne de domo in domum tranſeant; vt neque qui ſuſcepit, turbaretur, nec ipſi aut leues, aut ventri dediti viderentur. Hactenus S. Chryſ. Denique illud etiam obſeruandum quod hîc adiecit Beda, ſcilicet: Dat conſtantiæ generale mandatum, vt hoſpitalis neceſſitudinis iura cuſtodiant. Damnatur enim leuitas & inconſtantia in eo, qui facilè ac temerè hoſpitia mutat; & in eo, qui hoſpitem ab domo expellit, aut malè acceptum abire compellit. Talis erat frugalitas Abrahami, talis illorum temporum fides, vt priſtina hoſpitia mutare hoſpes non cogeretur.

*S. Hier.*

*Quàm pura debet eſſe prædicatoris vita.*

*S. Hier. Miſericordia in hoſpites, dum prodeſt.*

*S. Chryſ.*

*Parſimonia diſcipulorum Christi.*

*Beda.*

B

C

D

7. Denique venit vſque ad deſertum. Seu, vt idem eſt, ad plagam auſtralem, ibique nihil, aut parum commoratus viam fecit vlteriùs ad locum illum inter Bethel, & Hai, vbi priùs conſtruxerat altare: ibidem tandem conſedit nullam ingreſſus vrbem, aut oppidum Palæſtinorum. Placuit viro ſanctiſſimo illa ſolitudo ab arbitris remota, eo quòd eſſet orationis & contemplationis ſtudio quàm aptiſſima. Solitudo enim (inquit S. Chryſ.) propter inuocationem nominis Dei gratior illi erat, quàm ciuitates. Cogita obſecro quantus erat quietis, & tranquillitatis amator, & in diuino cultu quàm ſedulus. Ad eum enim locum acceſſit, in quo priùs nomen Dei inuocauerat. Ita Chryſ. Iam tunc in Abrahamo adumbrari videbatur religioſorum hominum vita, quæ à communi profanorum commercio ſeparata, Dei obſequio, ac cæleſtium rerum contemplationi tota impenditur. Etſi videatur locus iſte abiectus oculis hominum: glorioſus tamen oculis Domini & Angelorum apparet. Hæc illa tabernacula, & atria Domini, quæ tantopere regius Vates exoptabat Pſ. 83. inquiens: *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum? concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini.* Vbi ſcilicet (ait D. Hier.) congregatio virtutum eſt; & non vitiorum. Non omittam inſinuare ex hoc loco, quàm facilis in re-

*Locus pietati & orationi quærendus.*

*S. Chryſ.*

E

*Pſal 83.*

*S Hieron. A religione facilis in cælum tra ſitus.*

ligione tranſitus fit à terra in cælum: ſcilicet ab atrio domus in ipſam domum proximè ac faciliimè venitur. Domus Dei cælum eſt, atrium cæli religio. Putabam ego ſæpiùs mecum cogitandò religioſos illos eſſe, de quibus Dominus Matthæi 11. dicit: *Regnū cælorum vim patitur, & violēti rapiunt illud.* Violentos iudicabam; quippe arduam ingreſſi vitam, tollunt crucem ſuam, & ſequuntur Dominum à terra in altum ſubuolantem, qui netiam mortui mundo, cum Chriſto crucifixo pariter crucifixi ſunt. Itaque violēti dicuntur, quia crucifixi. Sed longè aliter cenſet D. Chryſ. *ſom. 2. homil. de dauit.* vbi violentos intelligit latrones, qui per vim multo cum labore impugnant cælum, ac tandem expugnant: quam violentiam, ſudorem, ac laborem in cælo impugnando non habent, qui cum Chriſto crucifixi ſunt, qui vel tollunt crucem ſuam, ſequentes Dominum. Illis enim tanquam latronibus violēter agentibus cælum clauſum eſt; iſtis verò tāquam amicis, & filiis, & in atrio domus Domini habitantibus ſic eodem aditus patet, vt ſola claue indigeant, qua foribus recluſis ingrediantur, in requiem, & in gaudium Domini ſui. Ergo Chryſ. Crux (inquit) clauis paradiſi eſt, crux Chriſti aperuit paradiſum. Nónne nobis dixit, quòd regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, *Math. 11.* Qui in cruce eſt, non vim facit, nihil medium eſt; & crux, & ſtatim paradiſus. Sed magnitudo pœnarum facit magnitudinem præmiorum. Ita Chryſ. Igitur qui in ſeculo inter delicias & opes atque honores viuunt, ſi tandem cælum rapiant, violenter illud rapiunt, ſcilicet velut inuitum, ac reluctanti ſimile; quod tamen ſponte religioſis pateſcat. Multis quidem opus habet viuens in ſeculo, & ſeculi bonis affluens, vt regnū cælorum conſequatur. Addit etiam rex ſanctiſſimus: Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorū. Elegi (declarat D. Hier.) minimus eſſe in domo Dei magis, quàm in ſeculo primus. At ne hoc quidem deſideratur in domo Dei, vbi cum Deo verſatur Abraham, & religioſi commorantur in vnitate ſpiritus cum Deo: quod maximè videtur deſiderari, videlicet amplitudo, & magnificentia vrbium; quam certè Abraham diues, & glorioſus ſua in illa ſolitudine poſſedit. Sciebat enim (inquit D. Chryſ.) quòd ciuitatis magnitudinem non facit ædificiorum pulchritudo, neque ciuium multitudo; ſed inhabitantium virtus; propter quam, & ſolitudo ciuitatibus dignior eſt, quæ virtute iuſti ornatur, & orbe toto fit fulgidior. Ita Chryſ.

*Matth. 11.*

*S. Chryſ.*

*Seculares cælum rapiunt, quod ſponte religioſis pateſcit.*

*S. Hieron. Religio mundo ornatior*

*S Chryſ.*

8. Poſtremò emphaticè dicitur de Abrahamo, quòd rediens auro, & argento ſeruis, & pecoribus opulentiſſimus, & propter Dei miracula de flagellatione regis ac principum Ægypti, in ipſius vltionem edita, cunctis illis regionibus ac gentibus glorioſus & memorabilis, ad locum illum ſolitudinis altari priſtino conſecratum recurrerit. Amat ſciri, & videri, & celebrari, qui dignitatibus, & opibus in ſeculo elatus eminet: aſcendit enim ſemper ſuperbia, *Pſ. 73.* quamobrē optimè dictum eſt à D. Aug. Magnæ virtutis eſt cum felicitate luctari, magnæ felicitatis eſt, à felicitate nō ſuperari, *ſerm. 13. de verbis Domini.* Adde ſupra omnem felicitatem eſſe, in ipſamet felicitate ſic latere velle, ſic occultari, ſic neſciri, ac ſi puderet, proſperum, & felicem eſſe. Idem Auguſtin. *præf. in Pſalm. 74.* monet ſapientiſſimè: In quocunque (inquiens) ſtatu rerum in hac vita

*Iuſtorum modeſtia & humilitas in opes & dignitates.*

*Pſal. 73.*

*S Aug.*

homo

homo egerit, non ſit illi refugium, niſi Deus; nec vllum gaudium, niſi in promiſſis eius. Vita enim hæc qualibet redundans felicitate multos fallit, Deus neminem. Omni homini conuerſo ad Deum mutatur delectatio, mutantur deliciæ. non enim ſubtrahuntur, ſed mutantur. Sic Aug. Altera ſubinde eſt rara virtus in Abrahamo: quòd (vt rectè admiratur D. Chryſ.) neque proſperitate, neque diuitiarum affluentia; remiſſior, vel negligentior factus eſt; ſed iterum contendit ad eum locum, vbi priùs fuit tabernaculum eius, ad locum altaris, quod fecerat, & inuocauit nomen Dei. Ita Chryſoſtomus. Solet enim diuitiarum opulentia obliuionem de Deo gignere; vt in diuite epulone, & in diuite exultante de granariis ſuis, apertè cernitur. At quàm dulcis (inquit S. Aug. *in Pſalm.* 73.) eſt paupertas! Pauperes quando faciunt aliquid boni, Deum laudant: quando malè, ſe accuſant. Vnde Pſalm. *Egenus & pauper laudabunt nomen tuum*. Sic ille.

s. Chryſ.

S. Aug. Pſal. 73.

## SECTIO II.

*Sed & Lot qui erat cum Abram, fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula. Nec poterat eos capere terra, vt habitarent ſimul, erat quippe ſubſtantia eorum multa, & nequibant habitare communiter. Vnde & facta eſt rixa inter paſtores gregum Abram & Lot. Eo autem tempore Chananæus & Phereſæus habitabant in terra illa. Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quæſo ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos: fratres enim ſumus.*

1. HEbr. ההולך *haholech*, ambulanti, vel qui abiit cum Abram. vt habet Chaldaic. LXX. συμπορευομένου, qui ſimul ibat. Ad verbum igitur ſic vertes ex Hebræo: Etiam ipſi Loth ambulanti cum Abram fuerunt pecudes, &c. Idem tamen ex omnibus his lectionibus ſenſus eruitur. Referuntur in gentes Lothi diuitiæ, quibus à Deo in gratiam patrui Abrahami fuerat locupletatus. Tantum homini prodeſt conſuetudo, & ſocietas bonorum. Nam (vt hic obſeruat D. Chryſ.) fortè Abraham partim, vtpote liberalis, illa Loth fratris filio donauerat, partim alij dederant in Patriarchæ gratiam. Hæc illa ſumma gratia eſt, quam Dominus viro iuſto pollicetur. *Eris quaſi hortus irriguus*, Iſai. 58. LXX. Sicut hortus ebrius. Et Ierem. 31. *Erit anima eorum quaſi hortus irriguus*. Siue (vt notat D. Hier.) quaſi lignum fructiferum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, & paradiſus Domini in deliciis. Hinc ſignificatur quàm vtilis ſit conſuetudo cum viro iuſto, quàm ſe in alio extendat illius, vel ad dignitatem, & ſecuritatem vitæ, vel ad honeſtatem morum, ac ſalutem animæ, fructuoſa præſentia, & communicatio. Hortus ille irriguus eſt, in quo non modò fertiles arbores, & ſalutares plantæ, ſed etiam pariter eodem ductu aquarum ſteriles, & noxiæ irrigantur. Neque verò in viro iuſto, ſi familiariùs cum ipſo verſaberis, quicquam aut infœcundum, aut inamœnum reperies. Magnum profectò cepit emolumentum Loth ex eo, quòd Abrahamo comes adhæſerit indiuiduus; cuius rei myſticam intelligentiam ſic

S. Chryſ. *Bonorum conſuetudo vtilis.*

Iſai. 58. Ierem. 31. S. Hieron.

Philo Heb. *lib. de migr. Abrahæ*, enucleat. Loth interpretatur declinatio. Flectitur autem mens nũc bonum, nũc malum auerſando. Sunt enim quidam ambigui ad vtrumque declinantes pariter, vt nauis ventis iactata contrariis nutantes; & tanquam in bilance ſurſque deque vacillantes, nec valentes conſiſtere; quorum ne ad meliora quidem conuerſio laudem mereretur; vt quæ impetu quodam fiat, non ex animi ſententia. In horum numero Loth cenſeri debet, qui narratur pergere cum amatore ſapientiæ, dicebat autem, vt pergeret, ignorantiam dediſceret, nec curſum ad eã denuò deflecteret. Hæc Philo. Attigit ſubtiliter multorum innatam in bono, & in malo inconſtantiam, quo genere mortalium nullũ deterius; nec enim virtutẽ ſequũtur, ſi quãdo à vitio in illã declinãt, ex mentis ſana & prudenti & conſtanti deliberatione: ſed veluti caſu aliquo fortè in illã abducti, non aliter, quàm ſi nauis ſine gubernaculo, remis ac velis, cum fluctibus colluctata ſubita vi vndarum & ventorum in portum deducatur. Hoc eſt enim (adiungit Phil.) illud accidẽs animæ, quod non facilè excutitur, impediẽs eam, ne celeri curſu ad virtutem properet. Fit ſæpiùs tamen ex Dei benignitate in confirmãda noſtræ leuitatis inconſtantia, illud miraculum, quod in viſione rotarum apud Ezechielem c. 1. fieri pulcherrimè adnotauit D. Ambro. *lib. 2. de Iacob. c.* 11. Rota (inquiens) intra rotam currit. Teres enim vita ſine vlla offenſione in quauis paſſione verſatur, & intra hanc quoque rota currit. Nam quo magis voluitur, plus probatur. Sic Ambroſ.

Phil Hebr.

*Inconſtantes & ſortituti in bono.*

Philo.

Ezech. 1. *Conſtantia in aduerſis.* s. Ambroſ.

2. *Nec poterat eos capere terra, vt habitarẽt ſimul: erat quippe ſubſtantia eorũ multa, & nequibant habitare communiter.*] Anguſtior quidẽ erat portio illa terræ Chananææ, quàm vt tot gregibus Abrahami & Lothi ſufficeret, quibus paſcua latiſſima opus erat: non poterant igitur habitare communiter, videlicet pacificè, quietéq; vno in loco tentoria figere. Aduerte obiter in ſacris literis communionem & pacem, & quietem pro eodem haberi ſignificatu; & communiter habitare idem omnino eſſe, atq; in pace, & quiete ſimul viuere. Ex quo ſubinde inferes, quàm eſſet abſurdum, ſi fortè qui communiter viuunt, rixis inter ſe atq; odiis hoſtiliter diſſentirent. Iccirco fideles vocamur fratres, ſub vno Patre Chriſto Domino, in vna Eccleſia, domo Dei pariter viuẽtes, ad vnam menſam ſacroſanctæ Euchariſtiæ, vno pane vitæ, vno calice ſalutis alimur quotidie; vt caritate mutua colligati, nihil æquè refugiamus; ac deteſtemur, quàm nõ idẽ nobis eſſe vnũ cor, & animam vnam. Alterum ſubinde cernitur vbi communio eſt, vbi domus vnius inhabitatio; omnium quòd mutuas, qui ſimul viuũt, ſibiipſis præſtent operas, veluti membra eiuſdem corporis inuicem opitulantia, inuicem laborantia; quod vno verbo explicans Apoſtolus ait: *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti*. Benè hic S. Hier. Qui ſua iudicat aliena peccata; iſte per caritatem adimplet legẽ Chriſti. Signanter, vt exiſtimo, etſi in vna Eccleſiæ domo, etſi vno corpore Chriſti membra illius eſſe dicamur, onera tamen portanda monet; ne ſcilicet Chriſtiana caritas ſine patientiæ exercitatione langueſcere videatur. Erunt, erunt onera, ſed portanda mutuò ſunt brachiis, & humeris patientiæ. Quid ergo? vindicandæ iniuriæ non ſunt? ita planè vindicãdæ, & quàm poſſũt, ac debent maximè. Sed heus tu, quænam ſit Chriſtiani hominis vindicta; paucis, ſed veris accipe. Matth. 5. monet Chriſtus

*Concordia propria Chriſtianorum.*

Ad Gal. 6. s. Hier. *Chriſtianorũ patientia.*

Matth. 5.

Domi-

*Chriſtianorū vindicta.*
S. Chryſ.

A Dominus: *Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.* Quem locum expendit ad hunc modum D. Chryſ. *homil. 18. in Matth.* Magnâ Dominus exigit philoſophiam nô modò quieſcere percuſſum iubens, ſed è contrario etiam honorare cædentem, aliámque illi maxillam parare; quando qui patitur iniuriam, nihil ſo graue exiſtimat ſuſtinere: ſiquidem ad philoſophandum paratus, quodammodo ne ſenſum quidem ipſum experitur iniuriæ. Certat enim potiùs ille qui cæditur; tunc proculdubio percuſſor pudore ſuffunditur: nec iam ictum infert ſecundum, etiamſi omni prorſus fera exiſtat immanior, imò plurimùm ſe etiam de priore culpabit: nihil enim ita lædentes coërcet, vt patientia, modeſtiáque læſorum: nec ſecuturum modò euertit impetum, ſed de præcedente exigit pœnitentiam; cogitq; cedentem vt à percuſſo cum modeſtiæ illius admiratione diſcedat. Quinimò, & familiares facit, nec ſolùm amicos de inimicis, ſed ſæpè etiam famulos. Quare eum, qui palmis cæditur, non modò prohibuit Dominus iraſci, ſed etiam percutientis iram exſatiare præcepit, vt ne primariò quidem iniuriam ſuſtinuiſſe videretur inuitus. Hoc enim pacto etiam imprudētiſſimum plaga certiore percuties, quàm ſi eum ferires manu. Et nō ſolùm tibi eum tolerabiliorem facis, verumetiam ſibi modeſtiorem. Hæc omnia Chryſoſt. quæ ad inſtruendam in

B

Beda.

C nobis patientiam Chriſtianam valde conducunt. Optimè quoque locum eundem exponens Beda ſic ait. Non dicit: Tu percutere noli, ſed adhuc ad percutiendum te para: docens medicus animarum, quorum ſaluti conſulere vellens, eorum imbecillitates æquo animo toleraret. Iubemur percutienti alteram præbere maxillam dexteram, non ſiniſtram, quam iuſtus nōn habes. Sic ille.

*Cupiditas diſcordiarum mater.*

Et quidem inſatiabilis rerum temporalium cupiditas omnia ſocietatis, & amoris iura diſſoluit; diſcordias, liteſque ſerit; mater eſt impatientiæ; fax, & flabellum odiorum. Idcirco igitur viget animorum concordia in religioſis familiis, vbi paupertas Domini patrimonium noſtrum eſt. Non in ſpinis, quæ nos pungant, & quibus

D alios pungamus: ſed in contemptu omnium, quæ à Deo & à caritate Chriſti ſeperant, totum ſtudium collocamus.

*Paupertas religionis eſt ergo caritatis nutrix.*
S. Ambr.

3. *Non poterat eos capere terra.*] Habitare ſimul (inquit D. Ambroſ.) non poterant, quia nimium diuites erant. Seculare vitium, vt diuites terra non capiat: nihil enim ſatis eſt diuitum cupiditati. Quanto ditior qui fuerit, tanto auidior ad poſſidendum eſt; extendere agri terminos cupit, & vicinum excludere. Sic Ambroſ.

*Cupiditati nihil ſatis eſt.*

Quæ maior eſſe poterat ignominia bonorum terreſtrium, quàm vt duos diuites vix vna ciuitas capere, imò & ferre poſſit: ſibi enim inuicem aduerſi, alter alterum ſpoliare ac deprimere contendit: & mutuis diuitum ac potentiorum odiis exardeſcentibus

E tota pariter ciuitas conflagrabit. Inimica pacis publicæ, & priuatæ quietis, peſtis concordiæ caritatis exitium, eſt opulentia diuitum. Vt viuant, neceſſe omnino eſt, ab inuicem ſeparentur.

*Diuites ſimul eſſe non poſſunt.*
S. Chryſ.

Vide (inquit D. Chryſ.) quòd facultatū multitudo ſtatim cauſa fit diſceſſus, diuiſionem operatur, concordiam impedit, & cognitionis vinculum dirimit. Ita Chryſ. Naſcitur hoc malum ex hominum inexplebili cupiditate.

S. Gregor. Naz.

Nouum enim (ait D. Greg Naz. *orat. 15.*) orbem, quem poſſideamus, quærimus: ac Dei terminis, vt inſaturabili noſtra cupiditate minoribus ſuccenſemus. Sic

A ille. Sed hæc tam diffuſis opaca ramis vniuerſam terram occupare contendens arbor, ſecuri mox ſuccidetur. Et quæ parauit, cuius erūt? Vlula abies, quia cecidit Cedrus, quoniam magnifici vaſtati ſunt, *Zachar.* 11. En quis finis erit diuitum, & magnificorum huius ſeculi?

Zachar. 11.
*Diuitum exitus in ſepulchro.*

Vtinam quæ nunc viret, aſſurgit, ramos, vmbrámque diffundit abies, vlulet ad ruinam Cedri. Hoc eſt enim (inquit Nazianz. *citato loco*) vicinorum plaga erudiri.

S. Gregor. Nazian.

Vtinam ergo diuites quos nunc terra non capit, ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent: quod vt breue ſpatium vitæ eſt; paulo pòſt ſucciſi radicitus nihil ſuorum ſecum portantes paruo telluris excepti ſinu cum vermibus ſimul.

B vno concordes latibulo, morabuntur. Ita prægrandes Cedri vniuerſo obumbrantes orbi (vt Crœſi, Alexandri, Cæſares) anguſto demum ſarcophago conſepultæ euanuerunt. Vnde monuit Dominus Luc. 12. *Videte, & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt, ex his quæ poſſidet.*

Luc. 12.
Theoph.

Vbi Theoph. Refellit Dominus auarorum intentiones, qui videntur coacernare diuitias, quaſi diu victuri. Sed nunquid opulentia te longæuum efficiet? Quid igitur manifeſtè ſuſtines mala, incertæ cauſa quietis: Nam dubium eſt, an debeat attingere ſenium, cuius gratiam theſaurizas. Hæc ille.

*Diuitiæ non prorogant vitam.*

Huiuſmodi auarum Dominus eodem loco ſtultum vocat: Stulte hac

C nocte repetent animam tuam à te, & quæ paraſti cuius erunt? Quid enim tam ſtultum, quàm aliis inſudare; & ſapere ſecularia (inquit D. Aug. *in Pſ. 118.*) ſtultitia eſt.

*Diuitum ſtultitia.*
S. Auguſt.

Indicatū ex *Luc. 12.* locū anteceſſerat iſte alius, qui ſic habet: Ait quidam de turba: Magiſter dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem; at ille dixit: Homo quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſuper vos? Quo in loco nonnulla expendi debent: atque in primis illud, quòd Dominus iſtum vocarit hominem; vtique filium illius primi hominis, qui tam demens ac cæcus extitit, vnius pomi tantulam voluptatem bonis omnibus animæ, Deóque ipſi, antepoſuerit.

Beda.
*Carnalis homo diuitias Deo præfert.*

Vnde Beda: Qui magiſtro (inquit) ſupernæ pacis gaudia commendanti, terrenæ di-

D uiſionis vult ingerere moleſtiam; meritò homo vocatur, iuxta illud 1. Corinth. 3. *Cùm ſit inter vos Zelus, & cōtentio, nónne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis?*

1. Cor. 3.
S. Anſelm.
*Diſcordia ab homine carnali.*

Ad quem locum D. Anſelm. ſic effatur: Qui diſcordes mentes ducitis, nónne adhuc ex reprehenſibili humanitate peccatis? Homo enim hic per culpam nominatur. Secundùm hominem ambulatis: id eſt, in peius proficitis.

S. Hieron.

Subtiliter colligit S. Hieron. Vult enim (inquiens) non plus eſſe, quàm homines.

Caiet.

Rectè (vt obſeruat Caiet.) à Paulo carnalis damnatur affectus: Quia (inquit) tendit ad bonum quod communicatione minuitur. Tales nimirum ſunt honores; opes & voluptates huius ſeculi, quæ cùm à pluribus ſimul nequeant poſſideri, ſemi-

E narium fiunt diſcordiarum, litium, & odiorum.

4. Carnales deinde vocat Apoſtolus, vt ſubnotauit D. Thom. vita, & ſenſu; qui potiùs zelo, hoc eſt, inuidia, de alienis bonis compuncti miſerè contabeſcunt, ac deinde in contentiones & diſſidia ſuccenduntur. Sed præſtat audire Doctorem Angelicum.

S. Thom.
*Inuidia diſcordiarum origo.*

Benè (inquit) coniungit zelum, & contentionem: quia zelus, id eſt, inuidia eſt contentionis materia. Inuidus enim triſtatur de bono alterius, quod ille nititur promouere: ex hoc ſequitur contentio. Vnde Iacobi 3. *Vbi Zelus & contētio, ibi inconſtantia & om-*

re

*Iacobi 3.*

*ne opus prauum.* Et ſimiliter econuerſo, caritas per quam qoas diligit bonum alterius, eſt maretia pacis. Deinde zelus, & contentio, non habet locum, niſi in carnalibus hominibus, quia ipſi ad bona corporalia afficiuntur, quæ ſimul a plutibus integiè poſſideri non poſſunt; & ideo propter hoc, quòd aliquis bonum aliquod corporale poſſidet, alius impeditur à plena poſſeſſione illius, & ex hoc ſequitur inuidia, & per conſequens coutentio. Sed ſpiritualia bona quibus ſpirituales afficiuntur, ſimul à pluribus poſſideri poſſunt, & ideo bonum illius non eſt alterius impedimentum, & propter hoc in talibus, nec inuidia, nec contentio locum habet. Vnde Sapient. 7. *Sine inuidia communico.* Hactenus D. Thom. Igitur ille zelo imprimis pereitus, deinde in contentiooem efferatus etiam cum fratre (oee enim vlla iura, vel diuina, vel humana reoeteri ſoler eupiditas) diuiſorem fieri Dominum poſtulat. Stulta ſanc precatio, quia importuna. Chriſtus de diuinis agebat, iſte de temporalibus ſermonem inſert. Vult, vt Dominus dluina interim omittat, & terrena pertractet. Petit, vt Dominus iudicet, & diuidat iſthæc abiectiſſima, qui cælum liberaliter omnibus pollicetur, & merita, aut demerita omnium iudicabit. Quare optimè D. Ambroſ. Benè ergo terrena declinat, qui propter diuina deſcenderat. Nec iudex dignatur eſſe litium, & arbiter facultatum, viuorum habeos, mortuorúmqoe iudicium, arbitriúmque meritorum. Sic Ambroſ. Hinc videas, quàm ſit alienum à religioſo viro, à doctore verbi Dei, ſeſe immiſcere negotiis ſecularibos, & quàm ineptè atque importunè ſe gerant ij ſeculares, qui ad hæc ſtercora deducere conantur hominem Deo, ac diuinis rebus vacantem. Non igitur (adiungit Ambroſ.) quid petas, ſed à quo poſtules intuendum eſt, nec maioribus intentu animo putes minoribus obſtrependum. Pulchrè D. Gregor. 11. *Moral.* 21. admonet. Qui ſpiritualibus donis ditati ſunt, profectò terrenis non debent negotiis implicari; vt dum non coguntur inferiora bona diſponere, exercitati valeant bonis ſuperioribus deſeruire. D. Auguſtin. ſæpiùs queritur, quòd iis negotiis implicari cogeretur. *lib. de op. monach. c.* 20. Teſtem (ait) inuoco ſuper animam meam, quoniam mallem per ſingulos dies, certis horis, manibus operari, & certas horas habere ad legendum & orandum, quàm tumultuoſiſſimas perplexitates cauſarum alienarum pati, de negotiis ſecularibus, vel iudicando dirimeodis, vel interueniendo præcidendis. Idem *Epiſt.* 147. Homines quidem ſuas cauſas ſeculares apud nos finire cupientes; ſic nos ſanctos appellant, vt negotia terræ ſuæ peragant; aliquando agamus & nos negotia ſalutis noſtræ, & ſalutis ipſorum. In eadem ſententia ſcribit optimè Synæſius Epiſcopus Ptolemaidis *Epiſt.* 57. ſic ait: Ordinatum eſt, vt illi quidem in rerum negotiis, nos autem in precibus verſaremur. Quid igitur reducis? qui neque, vt gubernamus, ſed falsò vt gubernemus, experis: otio opus eſt ei, qui cum philoſophia ſacerdotio fungitur: Non condemno Epiſcopos, qui in rerum negotiis verſaotur, ſed magis miror eos, qui vtrumque poſſunt: mea facultas non eſt duobus dominis ſeruire; ſi verò ſunt aliqui qui neque à condeſcenſu læduntur, poterunt ſanè, & ſacerdotio fungi, & ciuitatum præfecti eſſe. Radius enim Solis cum ſtercore verſabitur, purus manet, non inquinatur; ego verò cùm idem hoc fecero, fontibus & mari opus habeo.

*Spiritualia bona inuidiã non pariunt, nec diſcordias.*
*Sap. 7.*
*Chriſtus cæleſtia, non terrena pertractat.*
S. Ambroſ.
*Religioſi negotiis ſecularibus non ſe immiſceant.*
S. Ambroſ.
S. Greg.
S. Aug.
*Epiſcopũ ſpiritualia non ſecularia tractet negotia.*
Synæſius.

5. *Vnde facta eſt rixa inter paſtores gregum, &c.*] In Hebræos adduntur duæ dictiones: Et inter Paſtores gregum Loth. Sed eandem ſeotentiam paucioribus verbis complexus eſt interpres. Ex multitudine pecorum, & ex anguſtia, penuriaque paſcuorum orta eſt rixa inter vtriuſque paſtores, quæ in moleſtiam ſaltem dominorum redundauit. Hinc enim (ait D. Chryſ.) ſemper omnia mala pullulant à famulorum nequitia. Hi diuiſionis occaſionem præbuerunt: ij concordiam dirimebant; ij multam morum inciuilitatem pręſe ferebant. Turbantur igitur inprimis famuli, ac ſerui, quod fit plerumque propter eorum mores incompros, & inurbanos; nec enim quid ratio poſtulet attendunt; ſed more pecudum, in quas ex nimia conſuetudine cum illis degendi, videntur degeneraſſe, cæco ducuntur impetu, quô iracundia fert, aut cupiditas. Cedere alij aliis neſciunt, nec quid ſit honorare alios prænenire nouerunt, cùm ne nomen quidem honoris, nedum rem ipſam didicerint. Deinde ruſtico & illiberali ingenio cùm ſint, non ſeriò & prudenter inter ſeſe agunt, ſed primùm riſibus, & ſibilis, & facetiis, atque dicteriis, turpitudine potiùs aperſis, quàm vrbanitatis ſale conditis rem aggreſſi (nam vt optimè aduertit Clem. Alex. 2. *pædagog. c.* 6. verba omnia ex cogitatione, & motibus emanant) paulatim deinde in iurgia, contumelias, & diſſidia concitati dominos in eandem flammam compingunt. Itaque (vt aduertit D. Ambroſ.) ſeruulorum diſſenſionibus dominorum concordia ſolui ſolet. Quare vir prudens caueat, ne (vt adiungit Ambroſ.) præbeat aurem ſeruolorum ſuſurris. Vbi egregiè vocat infirmum hominem, quiſquis eos libenter excipit; fortem qoi deſpicit. Cuius fortitudinis ſpecimen omni æuo clariſſimum exhibuit Dauid, cùm Saulem ſibi hoſtem infeſtiſſimum deprehendit in ſpelunca. *Et dixerunt* (ſcribitur 1. Reg. 24.) *ſerui Dauid ad eũ: Ecce dies, de qua locutus eſt Dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei ſicut placuerit in oculis tuis.* En ſuſurri, en mala conſilia, en faces, ac flammæ ſeruorũ ad irritandum dominum. Sed ô admirabilem fortitudinem Dauid! *Confregit* (additur ibidem) *Dauid viros ſuos ſermonibus, & nõ permiſit eos, vt cõſurgerent in Saul.* Rectè ad hûc locum Theodoret. admiratur (ſic loquitur) philoſophiam, virtutem, vires, modeſtæ, ac temperantis cogitationis Dauid. Verùm ſi aliâs vnquam, hîc vel maximè triumphat eloquentia Chryſoſtom. Mira quidem in hanc ſententiam dicit priori parte *hom. de Dauide & Saule*: nonnulla huc transferam. Specta (inquit) philoſophicam animi moderationem, ſpecta luctam, victoriam, coronam. Nam ſpelunca illa campus erat, in eo lucta quædam admirabilis, dictúque incredibilis facta eſt. Luctatus eſt Dauid, pugilem egit iracundia. Saul poſitus eſt certaminis materia, Agonothetes erat Deus. Quin potiùs non ipſi modò aduersùs ſeipſum, propriámque cupiditatem erat prælium, ſed & aduersùs milites, qui aderant. Allegant illi diuinam autoritatem, Deus (inquientes) illum tradidit; quo videlicet iudicium à Deo profectum reueritus, promptiùs iret ad homicidium. Noo enim (inquiunt) tuam ipſius vicem vlciſceris; ſed Deo ſubſeruis, ac miniſteres, illius ſententiam comprobas. Sed quo magis hæc illi dicebant, eo magis hic pepercit hoſti. Intelligebat enim, quòd Deus

*Seruorum nequitia diſcordias excitat inter dominos*
S. Chryſ.
*Mores & ingenia ſeruorum illiberalia & rixoſa.*
Clem. Alex.
S. Ambroſ.
1. Reg. 24.
*Domini ſeruorum ſuſurris non moueantur.*
Theod.
S. Chryſ.
*Dauidis conſtantia admirabilis.*
*Patientia occaſionis Dauidi dedit.*

ideo tradiderat eum, vt ipſi maiores occaſiones probandæ virtutis ſuppeditaret. At horum incitamentorum nulli ceſſit, ſed adamantis inuicti more perſtitit, philoſophiæ, moderationiſque legem ſeruans: ſed ne hoc quidem tantum eſt admiratione dignum, quòd nec aliorum admonitu dimotus eſt a propoſito, quódque non eſt illos veritus; ſed quòd perfecit vt & illi eandem animi moderationem ſumerent. Magnum quidem, ſi quis ſuis cupiditatibus imperet: ſed multo maius eſt, & aliis perſuadere poſſe, vt & ipſi mentem eandem ſumant cum ipſo; aliis, inquam, qui nec modeſti ſunt homines, neque temperantes, ſed milites; qui multis difficultatibus iam in deſperationem erant adducti, à qui reſpirarent trucidato Saule, &c. Hactenus Chryſoſtom. Quo loci velim expendas ſedulò admirabilem patientiam & conſtantiam, animique magnitudinem Dauid, quòd & hoſti ſuo truculentiſſimo vitam, quam liberè, & ſecurè potuit eripere, planè conceſſit, & milites ſuos vltionem ſui, & domini, vt putabant, iuſtam, & facilem anhelantes à communi aduerſario, confregit ſermonibus, & ad patientiam, lenitatémque traduxit.

*Vir egregius qui ſe patientem, & alios patientes efficit.*

6. Illud etiam fortè mirabilius, quod in Scriptura ſacra ſubiungitur, dixitque ad viros ſuos: Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo Chriſto Domini, vt mittam manum meam in eum, quia Chriſtus Domini eſt. D. Chryſoſt. Vim illius, *propitius ſit*, egregiè ad hunc modum exprimit. Ne concedat vnquam, vt hoc faciat Deus, neque permittat me ad tantum peruenire ſcelus. Quoniam videbat hanc philoſophiam ſuperare pene naturam humanam, cæleſtique opus habere momento, ſéque propemodum collabefactum ad cædem, precatur, vt Dominus conſeruet illi manum impollutam. Itaque agnoſcit Chryſoſtomus in illis verbis precationem fieri; quæ tum maximè neceſſaria eſt, cùm ſe quis videt iracundiæ furore agitari: nec enim ſine grandi auxilio Dei tam indomitæ beſtiæ impetus inhiberi poteſt. Vnde Dauid præcidit oram chlamydis Saulis; quo facto (additur) & percuſſit cor ſuum Dauid. Vbi D. Chryſoſtomus. Vides quanta iræ tempeſtas coorta fuerit? An non proceſſit vlteriùs, neque fecit naufragium, eo quòd gubernatrix illicò ſentiens periculum, videlicet pia ratio tempeſtatem vertit in tranquillitatem. Percuſſit enim Dauid cor ipſius, ac velut equum ſubſilientem ac ferocientem reuocauit iram. Hæc Chryſoſt. Meritò idem ſanctiſſimus Pater vocat Dauidem pluſquam hominem, qui in natura humana vitam præſtitit angelicam. Arbitrórque hunc tam admirandum virum à Deo eſſe propoſitum vniuerſis mortalibus, vt exemplar ad imitandum in hac magnitudine animi, qua hoſti ſuo pepercit, atque vt hanc doctrinam, quæ notatur a D. Chryſoſtom. addiſcant. Proinde (inquit) tu quoque, ſi quando hoſtis tuus inciderit in manus tuas, caue putes eſſe datam vlciſcendi opportunitatem, ſed ſeruandi hoſtis oblatam occaſionem; eóque tum maximè parcendum eſt inimicis, cùm illi fortè venerint in poteſtatem noſtram. Hæc ille. Cùm hanc virtutem Dauid conſidero, venit mihi in mentem quàm appoſitè D. Auguſtinus adnotauerit, quòd in tanta Regum ſerie, de quibus agit *Matth.* 1. *cap.* nullus præter Dauidem Rex nuncupetur. Ieſſe autem (dicitur) genuit Dauid regem: Dauid autem Rex genuit Salomonem;

S. Chryſ. *Orandus Deus in motu iracundiæ, ne vincamur.*

S. Chryſoſt. *Iracundiā à tempeſtate à ratione tranquillatur.*

S. Chryſo. *Opportunitas in hoſtem eſt occaſio virtutis Chriſtianæ.*

Matth. 1. S. Aug.

A aſſignat verò hanc rationem: quia non hæreditaria ſucceſſione, ſed virtute ac meritis regnum ſibi comparauit. Quòd ſi adhuc roget, quæ virtus, quæ merita illa Dauidis? profectò ea virtus extitit, quæ maximè hoc loco enituit; & merita ſunt ea, quibus parcens hoſti propter Deum à Deo promeruit, vt Rex fieret, ac his, vt eſſet, & appellaretur Rex; quòd bis nunc in ſpelunca, & poſtea dormientem deprehenderit Saulem, & viuum dimiſerit, *cap.* 24. *& cap.* 26. Hoc enim vel ipſe Saul probe intellexit, cùm ex vtroque loco ſubintulit proculdubio futurum Regem Dauidem: *Et nunc ſcio, quod certiſſimè regnaturus ſis*, &c. *Et quidem faciens facies, & potens poteris.* Nimirum iam tunc, antequam in regnum eueheretur, vt B erat in ſtatu illo calamitoſo exulis, profugi & à Rege proſcripti, per ſolitudines oberrantis, in ſpeluncis abditi, mortem ſingulis horis expectantis; nihilominus illud efficit, quod magni Reges (vt obſeruat D. Chryſoſt.) præſtare conſueuerunt. Complures enim (inquit) alij Reges ad principatum euecti, ſeſe indignum iudicarunt in tanto regni faſtigio ab iis pœnas exigere, à quibus olim fuerant offenſi. Nam ipſa potentiæ ſublimitas cauſam affert reconciliationis. Hæc Chryſoſt.

1. Reg. 24 & 26.

S. Chryſ. *Regibus dignum eſt non vlciſci, ſed parcere.*

7. *Dixit ergo Abram ad Loth: Ne quæſo ſit iurgium inter me, & te*, &c.] Quàm prudens vt illicò amputauit (ait D. Ambroſius) ſibitam diſcordiæ, C ne contagium ſerperet: quod te facere oportet, ſi fortè huiuſmodi aliquid incideris, vt ſeminarium diſſenſionis auferas. Nondum erant rixæ inter dominos, ſed tantùm exarſerant inter paſtores. Abraham verò prudenter ſubintulit, forte vt ipſi domini illo incendio conflagrarent. Quare principiis obſtandum duxit, flammámque iam emicantem penitus reſtinguere contendit, ne latiùs ac liberiùs exardeſceret. Ne quæſo ſit iurgium. Indignè enim (inquit Chryſoſtomus) hoc fieret. Valde (inquam) indignum eſſet Abrahamo iurgari cum Loth; atque inprimis propter gentes illas barbaras, intra quas degebant. Conſultò enim ponitur in Scriptu- D ra: *Eo autem tempore Chananæus, & Perezæus habitabant in terra illa.* Abraham igitur cauit, ne qui apud illos Ethnicos virtutis laude inſignis habebatur, ſi ad iurgia deſcenderet, ſcandalum ipſis præberet. Debebat enim ipſe (ait D. Chryſoſtomus) vtpote miſſus omnibus Paleſtinæ cultoribus ſapientiæ doctor, nullam ſcandali dare occaſionem, vel anſam concedere: ſed mutum lenitate, tuba clariùs omnes erudire, & ſuæ virtutis facere imitatores. Solet enim grauiter offendere animos hominum ſi videant eos, qui religioſiorem vitam inſtituerant, litibus turpiter admodum digladiari, propter frigidum illud verbum (vt appellat idem Chryſoſtom.) meum & tuum; innumera generi humano inuehens mala. At (inquies) ſi non litiger, ſi dolum dolo non diſſoluam, amittam equidem villam, fundum, vineam. Quid ergo ſi rerum omnium temporalium pro conſeruanda pace, & Chriſtiana caritate iacturam faceres? Res (ait D. Ambroſius *libro primo de offic. capite* 30.) ſine diſpendio eſt, quæ tota diſpendium eſt. Lis erat inter Marcellum presbyterum, eiúſque fratres, ac ſororem; hæreditas pinguis, materia litis: arbitrum D. Ambroſium vltrò omnes elegerunt, illi re diligentiſſimè diſcuſſa litem ſorori, ac fratribus adiudicat contra presbyterum. Dolet iſte, & iraſcitur contra Ambroſium, qui

*Diſcordia illicò amputanda.*

S. Ambr.

S. Chryſ. *Diſcordia ſopienda, ne infidelibus fiamus ſcandalo.*

S. Chryſoſt.

E

S. Ambr. *Opes quæ diſpendia ſunt, non earum amiſſio.*

in ſolem effudiſſe, æſtuaſſéque homines æſtu
Apoc. 16. magno, & blaſphemaſſe nomen Dei, *Apocal.* 16.
Rectè in ſolem phiala iræ effunditur, vt tenebris
actutum obtegatur: etenim ſimulatque iræ furor
mentem occupat; illicò mentis ſol obſcuratur,
ratióque ipſa velut nocte illuni, mare tempeſta-
tibus efferueſcente huc illuc ſui neſcia fertur;
donec pacis, modeſtiæ, caritatis, & humanæ di-
gnitatis miſerabile naufragium faciat. Adhuc
verò perfectiorum eſt, quod etiam intelligit D.
S. Anſelm. Anſelm. de iis videlicet, qui non modò alienam,
& ſuam declinant iracundiam; ſed conſtantiùs
viam apoſtolicæ patientiæ incedentes amant læ-
di, opprimi, conculcari. Date igitur locum iræ;
*Patientia perfecta.* hoc eſt (adiungit D. Anſelm.) ſinite iram perſe-
cutoris in vobis expleri. Ille enim dat locum iræ,
qui aduerſarium permittit facere quod vult. Sic
ille. An non ita locum dabat iræ (S. Andreas)
quod & de ſanctis Apoſtolis ac martyribus pari-
S. Bern. ter dicendum, qui vt S. Bernard. ait *de tripl. gen.*
*bon.* non modò patienter, ſed & libenter, verùm
& ardenter ad tormenta, ſicut ad ornamenta; ad
pœnas, ſicut ad delicias properabat? Sic Bernard.
Quin verò non ſic Apoſtolus tantùm ſinebat in
ſeipſo perſecutoris iram expleri; ſed ipſemet po-
tiùs epulo patientiæ dulciſſimo ſaginari cupie-
bat. Ad exemplum Domini Ieſu, & Virginis ma-
tris, quicquid patimur, leuiùs ac dulciùs ſuſtine-
mus: cùm (ſuam quiſque) crucem baiulantes,
Dominum ad caluariæ patibulum ſequimur
præeuntem. Sequebatur Virgo mater Filium (ait
S. Bernard. S. Bernard. *de lament. virg.*) cùm ipſe eſſet totus
*B. Maria dolor. & patientia.* eius dulcor, ſolatium, deſiderium, & ſolamen.
At quo dolore, quis meritò explicabit? Pergit
enim Bernard. cum Virgine colloqui. Vtinam ô
Domina mundi dolor ille ſic quotidie inhæreret
viſceribus meis, ſicut inhæſit tunc tuis: cùm Ie-
ſum dilectum tibi, heu heu, & parum dilectum
mihi, clauis in ligno confixum, capite inclinato
ſuum ſanctiſſimum exhalare videres ſpiritum!
Sic Bernard. Sed vtinam etiam ô Domina, vel
tantulam partem illius admirabilis patientiæ tuę
Ioan. 19. mihi imprimas, qua (vti decebat matrem Dei)
*Arma ſanctorum ſunt a patientia.* fortis & immobilis in media illa tempeſtate do-
lorum ſtabas iuxta crucem Ieſu mater eius. Ma-
giſtra, vtique patientiæ Virgo Deipara extitit.
Cant. 4. Idcirco enim vocatur *Cantic.* 4. Turris Dauid, &
mille clypei pendent ex ea, omnis armatura for-
tium. Scutis tota circumſepta erat, vt patientiſ-
ſimè dolorum acerbiſſimorum ictus exciperet.
Quęcunque enim Filij corpus, vel leuiter attin-
gebant incommoda, matris animam acutiſſimè
*B. Maria officina virtutũ.* vulnerabant. Hæc ſcuta, per appoſitionem di-
cuntur; כל שלטי הגבורים *col ſcilte haggiborim:*
omnia ſcuta potentium. Nec enim alia ſunt vir-
tute & ſanctitate potentium arma, quàm ſcuta
patientiæ; quibus hoſtiles iniuriæ excipiuntur:
non verò tela miſſilia, quæ in aduerſarios vim
vi repellendo, vibrantur. Præterea hæc omnia
ſcuta, ſibi fortiſſimi bellatores à turre Dauid,
hoc eſt, à Virgine Deipara mutuantur. Commu-
nis eſt enim virtutum omnium ſchola, theſau-
rus cæleſtium opum, ſanctorum exemplorum
inexhauſtus fons, armorum contra omnes ho-
ſtes animæ, & corporis opulentiſſima officina.
Quia verò Hebr. מגן *maguen*, clypei, à radice,
גנן *ganan*, protegere protectiones congruè dici
poſſunt: ſenſus etiam eſt; infinitas ex Virgine
Dei matre protectiones dependere, vt muniat,
*B. Maria ſingulare perfugia.* tueatur, foueat eos, qui opem illius implorent,
qui ad illius ſinum confugiant. Innumera enim



A perfugia, & operimenta habet ad ſuos fideles
protegendos. *maguen* enim operimentum etiam
ex ſua radice ſignificat. O vere lignum vitæ, in
quo infiniti ſunt rami, atque iohnitæ obum-
brationes!

---

## SECTIO IIII.

*Ecce vniuerſa terra coram te eſt: recede à me
obſecro: ſi ad ſiniſtram ieris, ego dexteram
tenebo: ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſini-
ſtram pergam. Eleuatis itaque Loth oculis,
vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ
B vniuerſa irrigabatur antequam ſubuerte-
ret Dominus Sodomam & Gomorrham, ſi-
cut paradiſus Domini, & ſicut Ægyptus
venientibus in Segor. Elegitque ſibi Loth
regionem circa Iordanem, & habitauit in
Sodomis. Homines autem Sodomitæ peſſimi
erant peccatores coram Domino nimis.*

1. PArum refert, quod Hebraicè efferatur
הלא כל הארץ לפניך *halo col haarec lepha-
necha*: an non vniuerſa terra coram te? Mira eſt
cùm prudentia, tum humanitas Abrahami; vt
erat pacis amans, & rixarum ac iurgiorum exe-
C crator agit cum Loth de mutuo diſceſſu, quò
ambo (vt loquitur D. Auguſt. 16. *de ciuit. cap.* 20.) S. Aug.
paſtoribus inter ſe rixantibus, pugnacem ſuo-
rum familiarum diſcordiam vitarent. Poterat
quippe hinc (vt ſunt humana) etiam inter ipſos
aliqua rixa conſurgere. Proinde hoc malum præ- *Diuiſio facienda pacis ergò.*
cauens Patriarcha diuiſionem cum nepote pro-
curauit. Sic Auguſtin. Neque ſatis perſtringen-
da eſt iniquitas diuitiarum, ob quas cariſſima
inter ſe pignora mutuò ſeiuncta ſunt. Rectè hîc Rupert.
Rupertus: Diuitiarum (inquit) derogatio eſt,
quia propter diuitias non quibant habitare
communiter; quos, quandiu tenues fuerunt, *Paupertas conciliat, diuitiæ ſeparant animos.*
D amor Dei, & fraternus propinquitatis funiculus
coniunxerat, quippe, quos pariter iunctos tenue-
rant, vt ſimul exirent de terra, & de cognatione
ſua. Hæc ille. Sed idipſum elegantiùs dicitur à
D. Chryſoſtom. Cogita (inquit) quantum ex S. Chryſoſt.
diuitiis damnum; aucta ſunt armenta, multipli-
cati greges, affluxerunt diuitiæ multæ, & ſtatim
diſcinditur concordia: antea erat pax, & carita-
tis vinculum, nunc rixa & contentio. Vbi enim
meum, & tuum, illic omne litium genus, & con-
tentionis occaſio: vbi autem hæc non ſunt, ibi
ſecura verſatur pax, & concordia. Ita Chryſoſt.
Quàm pacatè degebant filij Prophetarum vno
in loco, vt cuneus omnium exiſteret, velut acies
E ordinata ſub vno duce, vnum ſequens vexillum?
Sic enim legimus 1. Reg. 10. *Et ecce cuneus Pro-* 1. Reg. 10.
*phetarum obuius Sauli*, &c. Theodoretus pro cu-
neo apponit chorum. Quid verò exprimit eui-
dentiùs vnanimem concordiam, quàm chorus
pſallentium, in quo ex variis alioqui vocibus
vna tamen dulciſſima conficitur harmonia con-
centus? At ideo planè concordes filij Propheta-
rum, quia pauperes: adeò verò pauperes, vt
nulli magis inter religioſos: itaque Theodore- Theod.
tus *quæſt.* 19. *in* 4. *Reg.* Choros (ait) Propheta-
rum extremam amplectebatur paupertatem; non
enim habebant domos, ſed vtebantur tuguriis:
vita Prophetarum nullas habebat poſſeſſiones.

EEE 2 Sic

Sic ille. Maxime iſta exiſtit animorum concordia cum paupertate ſpiritus, vt declarat D. Aug.

*S. Auguſt.*

cum humilitate, apud quem pauperes ſpiritu dicuntur non inflati, non ſuperbi. Mirum eſt enim, quàm exitialis ſit ſuperbi hominis vicinitas, quod malum formidabat regius Vates: Dominum Pſalm. 35. deprecatus: *Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me.* Senſus eſt, vt Genebrardus tradit: Pes ſuperbi non me inuadat, non me de loco meo deiiciat; non me faciat migrare aliò manus peccatoris. D. Ambroſ. ſpiritualem ruinam, & migrationem intelligit, quæ fit à vicino ſuperbo, aut irruente potiùs, & conuellente. Id eſt (ait) actua eorum qui peccant, non me de iuſtitiæ ſtatione dimoueant. Plerunque enim dum videmus peccatores proſperis abundare ſucceſſibus, nutamus affectu, & quaſi quadam peccatorum manu de radice virtutis auellimur. D. Auguſt. refert ad ruinam malæ perſuaſionis, quæ fit exemplo, & doctrina ſuperbi, & peccatoris. Si venerit (inquit) pes ſuperbiæ, fauet mihi manus peccatoris. quæ eſt manus peccatoris? malæ ſuadentis operatio. Si factus eſt ſuperbus, citò te corrumpit, qui malè ſuadet. Sic Auguſt. Graphicè his tantùm verbis deſcribitur violentia, tyrannisque ſuperborum: quorum pes proculcat, manus propellit. Communis hoſtis eſt ſuperbus; in quem omnium odia incurrunt, tanquam in peſtem, & exitium Reipublicæ. Quid verò (ait D. Ambroſ. *in Pſalm. prædictum*) niſi ſummæ ſtultitiæ, atque dementiæ eſt, odium quærere. Sic enim pſaltes: *Non eſt timor Dei ante oculos eius, quoniam dolosè egit, vt inueniatur iniquitas eius ad odium.* ſeu, vt vertit Ambr. vt inueniret iniquitatem ſuam & odium. Opus igitur erat, vt alter ab altero diſcederet, ne pax & concordia periclitaretur. Vt enim benè occurrit D. Ambroſ. *lib. de Abraham, cap.* 3. frequenter indiuiſa ſeruitia inter parentes diſcordiam ſerunt. Diuide potiùs, vt maneat amicitia. Indiuiſa domus duos non ſuſtinet. Nónne melius eſt emigrare cum gratia, quàm cohabitare cum diſcordia? Hauddubiè ſi vlteriùs rixæ ſeruorum igneſcerent, & non à viro iuſto flamma illa ſopiretur; foret, vt inter illos pecuarios cædes aliqua fieret, qua nihil eſſe poſſet in ea familia deteſtabilius. Seuerè admodum conſtitutum in lege reperies aduersùs dominum, qui ſciens aleret bouem cornupetam. Mactandus illicò erat propter periculum: eſt enim omnis occaſio rixarum, vulnerum, atque adeò cædium, quàm primùm, & diligentiſſime amputanda. Illud magis admiror, cur taurus cornupeta, cuius feritatem dominus ignores, hominem interficiens lapidibus obrui iubeatur; ſed optimè reſpondet Philo Hebr. *lib. de ſpec. leg.* Non eſt enim idoneus ſacrificio, & carnibus eius veſci non eſt fas, quia non eſt purus cibus homini animal, quod interfecit hominem. Sic ille. Proh quàm impurus Deo, totique naturæ homo ille fiet, qui ſe alterius innoxio ſanguine polluerit.

*S. Aug. Superbus exemplo, & doctrina nocet.*

*S. Ambr.*

*S. Ambroſ. Vtile ad pacem aliquando diuiſio.*

*Exod. 28.*

*Philo. Homicida deteſtabilis Deo.*

2. *Recede à me obſecro.* ] Non indignantis eſt, ſed potiùs (vt egregiè diſſerit D. Chryſoſtom.) vnum hoc agebat, quomodo, quod erupturum erat incendium, extingueret, & ſuaui ſeparatione excogitata abſque turbellis habitent. Itaque ſi quando ſeparari oporteat pro bono pacis; neceſſe omnino eſt, vt fiat ſuauiter, non exulceratis diſcedentium animis; quinetiam danda opera eſt, vt neceſſitas recedendi oſtendatur; ne ſponte propter leuitatem, aut paſſionis alicuius

*S. Chryſ.*

*Quomodo fieri debeat diuiſio pro bono pacis.*

A animo inſidentis ardorem, ſed caritate benè omnia ordinante, fieri ſeparationem, demonſtretur. Quemadmodum hic præſtitit Abraham. De quo ita Chryſoſtom. Vides manſuetudinem iuſti? operibus enim monſtrabat, quòd non facit hæc ſua ſponte, neque ſeparari vult; ſed ob contentionis neceſſitatem, vt ne in domo ſit perpetuum bellum. Quaſi diceret, quoniam fit id, quod nolebam, & vt ceſſent contentiones, neceſſarium eſt, vt ſeparemur. Ad hæc, ad mitigandam ſeparationis moleſtiam oportet, vt priùs ea fieri proponatur in vtilitatem illius, qui magis dolere, & plus videbitur amittere. Sic Abraham

*S. Chryſ.*

B agit cum Loth, vt doceat iuuenem, quantum illi expediat hæc mutua diſceſſio, ne paſtores illius & greges, qui cum paſtoribus, & gregibus Abrahami longè potentioris comparari non debeant, violentiùs (ſi iurgia procedant) opprimantur. Per omnia (inquit Chryſoſtomus) non vult eſſe oneroſus fratrueli. Recede à me, quaſi dixerit; tua intereſt, vt recedas à me, ne fortè ſuccedente paſtorum diſſidio, periculum aliquod aut nocumentum incurras. Sic Dominus ſtuduit dolorem diſcipulorum, ob magiſtri ſui in cælos diſceſſum leniſſimo illo verbo mitigare: expedit vobis, vt ego vadam, *Ioan.* 16. quòd ita diſcipulis expediat Domini ab illis receſſus, ſic explicat S.

*S. Chryſ. Iuſtus nulli vult eſſe oneroſus.*

*Ioan. 16.*

*S Auguſt.*

C Auguſtin. Caro quidem factum Verbum habito in vobis: ſed nolo carnaliter me adhuc diligatis, & iſto lacte contenti ſemper infantes eſſe cupiatis, expedit vobis. Si enim non abiero, paraclitus non veniet ad vos. Si alimenta tenera, quibus vos alui, non ſubtraxero, ſolidum cibum non eſurietis. Si carni carnaliter hæſeritis, capaces ſpiritus non eritis. Hæc Auguſt. Igitur ſi diſceſſus Chriſti ab hominibus adeò neceſſarius fuit, profectò mutua expedit hominum ſeparatio interdum. Verùm, quia cùm Loth eſſet iuuenis, & pronior ad iracundiam quàm ſenex, & ſanctus Abraham, grauiter ſeparationem illam ferre poterat; aut etiam, quod verius dixerim, vehementer dolebat à cariſſimo, & ſanctiſſimo patruo diuelli: prudenter Abraham occurrit ſedandæ

D adoleſcentis iracundiæ, & nepotis dolori, oblata ſcilicet electione: ecce vniuerſa terra coram te eſt. Per quam electionem Loth & honorabatur à patruo primas eligendi partes accipiens; & ſubinde opportunam vtilitatis occaſionem arripiebat. Hæc autem duo maximè ſolent hominum animos permouere, atque delinire; honor ſcilicet, & vtilitas; vtrumque Abraham nepoti lubens concedebat. Quod ſic Chryſoſtomus edifſerit: Vides quomodo his verbis bilem illius manſuefacis, & ei electionis poteſtatem dat? Quamcunque terram elige; & ego, quam tu reliqueris, magna cum voluptate accipiam, propterea te dominum electionis, & arbitrum conſtituo. Deinde deſiderium iuuenis explere volebat, ita vt nulla ex ſeparatione naſceretur mœrendi occaſio. Hæc Chryſoſtom. Diſcant potentiores patresfamiliàs quanta cum comitate agere debeant cum omnibus ſibi quoquomodo ſubiectis: non domi agat paterfamiliàs leonem, non tyrannum. Vera enim eſt ſententia Philonis Hebræi *lib. de ſpecialibus legibus*, quæ ſic habet: Quiſquis domum ſuam tanquam arcem muniuit, neminem domeſticorum ſinens loqui liberè, aſper in omnes præ agnata, vel etiam affectata ſæuitia, tyrannus eſt apparatu tantùm minore differens: vnde ſatis apparet eum progreſſurum vlteriùs, ſi quid opibus accreuerit.

*Iuſtus ſtudet alienæ vtilitati.*

*S. Chryſ.*

E

*Domi ſtudeat tyrannus non agendo.*

*Philo Heb.*

Sic

*Pius affectus erga cognatos.* S.Ambroſ.

Sic ille. Abraham quidem dolentis, non verò iraſcentis voce loquitur; Recede à me; quod ex ipſius amore in ſuum nepotem euidenter colligitur. Mulcebatur enim (inquit Ambroſ.) ſanctus Abraham nepotis præſentia, cui patrium affectum exhibebat. At quod in nobis ipſis iugiter experimur, non ſine dolore amittitur, quod cum amore poſſidetur. Porrò autem Loth etiam ipſo nomine typum gerit corporis, ſiue partis in homine ad ſenſibilia vergentis (vocat Apoſtolus veterem hominem, legem peccati animalem hominem) Abraham verò mentis ipſius, & intelligentiæ ratione vtentis ſymbolum præfert.

Phil. Hebr. *Inter animū & carnem diſſenſio.*

Quibus ita poſitis philoſophatur peracutè Philo Hebr. *loco præmiſſo.* Quamprimum (inquit) intellectus incipiet ſeipſum noſſe, & in contem- B plationibus intelligibilibus verſari, totam illam partem ad ſenſibilia procliuem ablegabit, quæ Hebraicè *Loth* vocatur. Quamobrem ille ſapiens inducitur dicere apertè: Recede à me. Non eſt enim poſſibile vt incorporearum, incorruptibiliúmque rerum amator cohabitet cum prono ad iſta ſenſibilia. Hæc Hebr. Plura ſubinde myſtico in ſenſu euoluens populum Hebræorum in Ægyptum captiuum, & operibus luti addictum, animas putat ſignificare; quarum ait moleſtiſſimum, grauiſſimúmque onus eſt, opprimi à carnis voluptatibus, & iuſſa eius exequi, quicquid inclementibus concupiſcentiis libuerit. Pende obſecro quanta ſit inclementia, &

*Inclementes carnis affectiones.*

C tyrannis affectionum carnis aduersùs animam decertantis, & miſeram in captiuitatem vitiorum redigentis? Sæua eſt carnis illa blandities, noxia, & mortifera lenitudo, qua mentem fallit. Sed adhuc huiuſce fæcis hominum duo ſunt genera, vnum eſt eorum, qui ſtimulati conſcientia gemunt cum Apoſtolo: Quis me ſeparabit à corpore mortis huius? alterum iam cauteriatam habens conſcientiam requieſcit cum Moab in fæcibus ſuis. Vtroſque in Ægypto reperit Philo, ſed illi exeunt tandem, iſti remanent. Ait igitur: hos gementes, flentéſque in rerum corporearum abundantia, & externis opibus (dicitur enim ingemuiſſe filios Iſraël pro- D pter opera) propitio Deo, monente de exitu Propheta ipſius eripit. Sunt tamen, qui vſque ad ſuum obitum fœdus fecerunt cum corpore, & tanquam in arca, aut tumulo, aut quomodocunque nominandum eſt, in hoc inſepulti ſunt, quorum carnales, & affectibus obnoxiæ partes obliuioni traditæ defodiuntur. Hactenus Philo.

*Carnales in fæcibus conſepulti.*

3. *Eleuatis itaque Loth oculis vidit omnem circa regionem Iordanis,* &c.] Obtulit Abraham primas ſuo nepoti partes eligendi; vnde fortaſſis (notat D. Auguſt. 16. *de ciuit.cap.*20.) effecta eſt inter homines pacifica conſuetudo; vt, quando terrenorum aliquid partiendum eſt, maior diuidat, minor eligat. Abraham diuiſit, Loth elegit. Optimè Procop. Inſignis (ait) patientia & fortitudo Abrahami hoc loco emicat. Nam is, qui ſeruatus ab illo fuerat, cui illius beneficio tot obiecta erant bona, debuerat cedere Abrahamo, & ſuos grauiter obiurgare paſtores: ſed quid fit? Abraham eum electione donat. qua fretus Loth eligit loca fertiliora: vaſta & inculta præ illis relinquit Abrahamo. Non igitur philoſophicum animum oſtendit Abraham, cùm adeò fortiter & familiariter datum damnum, & contemptum ſui ferri? Sed iſte benedictionem obtinuit in reſiduo, ille nihil vtilitatis ex ſua electione cepit. Sic

S Auguſt. *Eligendi mos apud antiquos.*

Procop. Luc. 10.

A Procop. *in cap.*13. Simile quid videtur ſignificari Luc.10. cùm de Martha, & Maria ſororibus ſcribitur; ibi enim Dominus: *Maria optimam partem elegit.* Græcè μερίδα, propriè partem hæreditatis; quaſi hæreditas ſola, totáque illarum ſororum fuerit Chriſtus Dominus: & merito iuxta Pſalm. 72. *Pars mea Deus.* Et Pſal.15. *Dominus pars hæreditatis meæ.* Martha igitur, quæ dicitur fuiſſe natu maior, diuiſit patrimonium in illas duas (vt vult D.Auguſt.) vitas, actiuam, & contemplatiuā; Maria verò minor, ſed & prudĕtior & felicior, optimam partem elegit vitæ contemplantis, cui tota intenta Domini ad pedes aſſidebat, auditura, & viſura Dominum. Sedebat Maria (inquit D. Auguſtin *ſerm.*27. *de verbis Domini*) ad pedes capitis

Pſal. 72. Pſal. 15. *Electio inter Martham & Mariam.*

S. Auguſt.

B noſtri: quanto humilior ſedebat, tanto amplius capiebat. Confluit enim aqua ad humilitatem cōuallis, denatat de tumoribus collis. Sed nullos, nec virorum, nec mulierum, prudentiùs & feliciùs elegit, quàm beatiſſima ſemper virgo Maria. Illa quidem (vt pulcherrimè diſſerit D. Anſelm. *lib.de excellent.virg.cap.*4.) duo iucundiùs amabat; ſcilicet, virginitatem & fœcunditatem. Virginitatem, quia hanc placere Deo per omnia intelligebat: fœcunditatem, quia ſine hac maledictum legis, quæ adhuc carnaliter cuſtodiebatur, incurrere metuebat. Vicit tamen amor in ea ſeruandæ virginitatis, & excluſit ab ea timorem incurrendæ maledictionis. Virgo itaque, & tenera, & de-

S Anſel.

*S. Mariæ electio*

C licata, & ſpecioſiſſima regali ſtirpe progenita, totum amorem ſuum, totum ſtudium ſuum, ad hoc intendit, vt corpus ad animam ſuam Deo virginitate propria conſecraret. Sciebat enim, quòd quantò ſanctiùs eam ſeruaret, tanto ſublimiùs ei, qui omniū caſtiſſimus, imò qui ipſa caſtitas eſt, appropinquaret. Amplectendo igitur, quod acceptabilius Domino eſſe cognouit, legem ſuperauit, ſpreuitque maledictum datæ legis. Denique vbi Dominus tam ſanctā eius intentionem vidit, miſericordiæ ſuæ intuitu egit circa illam, vt nec ſanctitas intentionis eius fruſtraretur, nec caſtitas propoſiti eius violaretur. Dedit ergo illi, vt & virgo, quod magis optabat, permaneret:

*S. Mariæ in virginitatem amor.*

*S. Maria virgo mater.*

D &, vt nemo illam à maledicto legis liberam dubitaret, fœcunda fieret. Sic Anſelm. Optimam igitur partem elegit (vtique Deum ſuum) quæ non auferetur ab ea. Tota & vnica Virginis hæreditas, & patrimonium Filius ipſius erat, fructus dulciſſimus, ac pretioſiſſimus ſuorum viſcerum. Hunc Filium, & in terra poſſedit, & nunc in cælo; vbi regnat corpore, & anima ſimul glorioſa, ſecuriùs ac ſuauiùs poſſidet. Scilicet (ait D. Anſel. *homil.in Luc.*10.) repletum eſt in bonis deſiderium ſuum, videt Deum facie ad faciem, ſicuti eſt: gaudet cum Filio in æternum. Hæc eſt pars optima, quæ non auferetur ab ea. Sic Anſelm. Porrò ipſa eiuſmodi eſſe debeat diuiſio (inquit D. Ambr.) Patriarcha edocet. Firmior diuidat, infirmior eli-

S Anſelm. *S. Mariæ hæreditas Filius Dei.*

S. Ambroſ. *Qualis debeat eſſe diuiſio inter fratres.*

E gāt, ne habeat quod cōqueratur. Electionis enim ſuæ partem non poterit calumniari. Non reſidet occaſio reſiliendi, cui datur optio eligendi, nec diuiſor grauatur. Sic Ambroſ. Liberam Abraham fecit optionem nepoti, vtram in partem vellet, ſiue ad ſiniſtram, ſiue ad dextram, eligendi regionem, in qua ſeiunctus a patruo latè pacatéque moraretur. Inde verò, vbi tunc habitabant vſque ad vrbem Segor, quæ vna erat ex illa Sodomitarum colluuie, protendebatur ampla quædam planicies (nondum enim mare mortuum illam cooperuerat) quàm amœniſſima; deductis nimirum è fluentis Iordanis, ante hominum

*Pentapolitana planities inſtar paradiſi.*

irrigata riuulis: ex quo tanta illi amœnitas, & vbertas inerat, vt non modò Ægypto, quem Nilus inundat, & fœcundat, ſed ipſimet paradiſo deliciarum, in quo primi fuerunt parentes, meritò poſſet comparari. Quare ſic conſtrui debent illa verba, *venientibus in Segor*, vidit omnem regionem Iordanis, quæ irrigabatur venientibus in Segor. Hoc eſt, vidit illam regionem Iordanis, quæ interiecta inter illum locum, in quo tunc Abraham & Loth morabantur, & vrbem Segor, maximè Iordanis alueolis, & canalibus erat irrigua. Sic textum componit D. Auguſt. & Caiet. Alij coniungunt, venientibus in Segor, cum Ægypto; ſed non tam appoſitè, quia tunc meliùs diceretur, venientibus ex Ægypto in alia viciniora loca; cum permultæ aliæ vrbes, & loca Paleſtinæ inter Ægyptum, & Segor interiaceant. deinde non facilè poteſt oſtendi, Ægytum quâ obuerſa eſt vrbi Segor, amœniorem, magíſque irriguam eſſe. Non autem, quòd reprehendas

*Lothi excuſatur electio.*

Lothum, quaſi ob ingenij leuitatem, elanguentiſque animi mollitiem prælegerit delicioſam illam regionem, ad greges vtique, quibus inibi pinguiora erant paſcua, animum potius, quàm ad carnis delicias, attendebat. Nec illa hominem fefellit opinio: etſi aliunde periculis eſſet expoſita regio illa, propter ipſam excellentem abundantiam, & incredibilem amœnitatem; atque minùs vtilis, quàm quælibet alia, vt rei probauit

*S. Ambr.*

euentus. Quare optimè hîc D. Ambroſ. Plerunque (ait) poſſeſſiones obueniunt hæreditariæ,

*Electionum varietas.*

aliæ vtiliores, aliæ amœniores. Diuerſa hominum ingenia ſunt: alios vtilia, alios amœna delectant. Infirmior amœniora eligit, vtiliora faſtidit. Plerunque etiam vbi fructus impares ſunt, prudentior amœniora declinat. Citò inuidiam mouent, citò in ſe excitant mentem auari. Igitur Abraham, quod potuit ſummæ eſſe iuſtitiæ, electionem obtulit: Loth amœnam elegit, quæ citò prædonum oculos incurrit. Hæc Ambroſ. Mirum

*Pulchra valde periculoſa.*

ineſt in rebus pulchrioribus illicium oculorum: vim faciunt animo, vt appetantur: & cætera poſthabitis eligantur, quæ pulchritudine ſua ampliùs ſe oſtentant: ſed ea planè longè ſunt periculoſiora: nec enim facilè cuſtodiri poteſt, quod multis placet. Stultiſſimi ſunt, qui ſua, quæ pulchra ſunt, & idcirco inuidioſa, non mitigant extenuando: ſed ea laudando potiùs, & efferendo inuidioſiora faciunt. Admirabilis erat, vt ſcribitur

*Pſal. 44.*
*Iuſtus virtutes ſuas occultat.*
*S. Greg.*

à regio Vate Pſal. 44. *Pulchritudo Reginæ, cuius Rex cæleſtis ſpeciem concupiuit.* Sed, vt vides; omnis gloria filiæ Regis ab intus. Et quidem de anima viri iuſti, ſic explicat D. Gregor. *lib. 8. moral. cap.* 37. Filia Regis gloriam intus habet: quia hoc, quod agit, in oſtentationis iactantiam non habet. Gloriam ſuam Paulus teſtimonium conſcientiæ memorat, quia fauores oris alieni non appetens, vitæ ſuæ gaudia extra ſemetipſum ponere ignorat. Occultanda ſunt ergo quæ agimus: ne hæc in huius vitæ itinere incautè portantes latrocinantium ſpiritum incurſione perdamus. Ita Gregor. Idem *lib. 35. moral. cap.* 23. Omnis gloria Filiæ Regis ab intus. Nam ſi foris gloriam quæreret, intus ſpeciem, quam Rex concupiſceret, non haberet. Sic ille. Quod ſi ad quamcunque virginem Deo ſacram referas, quæ præſertim intra ſeptum cœnobij ab oculis virorum

*Virginitatis decor incomparabilis.*
*S. Greg.*

penitus abducta vitam agit Angelicam, quæ gloria dicitur ab intus, non incongruè illam, & veſtitam, & reginam videbis. Sic enim idem Gregorius in 1. *Reg. cap.* 15. Regina (inquit) amore

A dicitur; in veſtitu aureo virginitas prædicatur. Quid eſt enim veſtitus aureus, niſi decor, & honor corporis virginalis? Veſtitus quidem dicitur, quia foris fulget in corpore: aureus autem, quia præcellit dignitate. Omnis autem metalli ſpecies, auro inferior eſt: ſic nimirum omnis pudicitia alia, decori virgineo comparari non poteſt. Ita Gregor. At Virgo virginum Dei mater, vt cæteris in omni virtutum genere præluxit, ita pluſquam cæteræ admirabilem ſuæ virtutis decorem occultare ſemper ſtuduit. Hoc enim ſenſu עלמה *ghalmah*, id eſt, abſcondita Virgo dicitur ab Iſaia. Et *Cant.* 4. turris ipſa deſcribitur, ex *Iſai 7.*
*Cant. 4.*

B qua mille clypei pendent. Hebr. אלף המגן תלוי עליו *eleph hamaguen talui ghalau.* Et quidem מגן *maguen*, à radice גנן *ganan*, protegere, & operire, vt iam alibi oſtendimus, vnde ſcutum, & operimentum eſt *maguen*. Quare beatiſſima Virgo tota

*S. Maria ſuas virtutes occultabat.*

erat ſcutis & operimentis circumtecta, & velut multis obducta nubibus humilitatis, ne oculis mortalium infinitos animæ ſuæ theſauros oſtentando exponeret. Aliud in his ſcutis myſterium paulo ſuprà euoluimus.

*S. Chryſo.*

4. *Elegit ſibi Loth regionem circa Iordanem.*] Taxat D. Chryſoſt. nec immeritò Lothum quòd patruo eligendi poteſtatem ſic officioſè atque humaniter facienti nullam ipſe gratiam referret.

*Senibus reuerentia exhibenda.*

C Oportebat (inquit) nepotem, cùm tantam experiretur æquitatem patriarchæ, parem rependere honorem, & ei potiùs voluntatis electionem concedere. Debebat hoc facere Loth vtpote iuuenis, & cui negatum concupiſcere plura poſſe: atqui ipſe primas partes, vt putauit, arripuit, & electionem fecit. Ita Chryſoſt. Audiant

*Iuuenes appetitu feruntur.*

hanc ſententiam iuuenes, ſciántque ſibi negatum concupiſcere plura poſſe; feruntur enim cæco impetu, & ardore iuuenili, quocunque illos abripiat aura, æſtúſque appetitionum: egent auriga, gubernaculóque tum rationis, tum pædagogij, ne aberrent. Ac tametſi malè videatur elegiſſe Loth eam regionem impuriſſimis habitatoribus infamem: tamen ita conſtitutum diuinitus eſſe par eſt credere, vt illis gentibus aliquod ho-

D neſtatis & virtutis ſpecimen cum Lotho importaretur: quod non latuit D. Chryſoſtom. cuius

*S. Chryſ.*
*Iuſtus venerat inter improbos.*

hæc ſunt verba. Præterea & illud myſterium iam tunc diſpenſabatur (quomodo multa ſunt facta) vt diſcerent Sodomitæ virtutem Loth. Erant quippe illi homines ſic ab omni virtutis ſpecie, ſtudióque alieni, vt ipſis ſtupori eſſe poſſet etiam Loth, cuius vita etſi probata, non tamen ita eminebat, vti Abrahami; ſed tam cœnoſo in luto quæcunque Lothi puritas, cæli aliquod aſtrum, aut etiam ſol ipſe videretur. Contrà verò vbi vera Dei cognitio, vbi fides, vbi morum integritas viget: multum præcellat oportet ea virtus,

E quæ admirationem intuentibus pariat, & addiſcentibus, atque imitantibus præbeat documentum. Quod non niſi in Dei matre ſemper virgine, poſt Chriſtum Dominum ipſius filium, pſaltes regius videtur deprehendiſſe. Ita enim Pſal. 44. *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.* *Pſalm. 44.*

Nemo autem ambiget diuites plebis ſic appellari nobiliſſimos quóſque ſanctorum; aut ſi mauis, Angelos ipſos, non modò innumeris, & clariſſimis gratiarum cæleſtium opibus ditatos, ſed adeò felices, vt nunquam (ſicuti homines) vllam ſenſerint egeſtatem. Auent igitur amántque cùm iuſtorum animæ, tum ſpiritus Angelici contueri faciem Dei matris, vt ab illius ſplendoribus illuſtrentur, vt illius pulchritu-

*S. Mariā contuentur ſancti & peccatores.*

dinem

A dinem in ſeipſis aliqua poſſint ratione.imitando adumbrare. *S. Bern.* Igitur D. Bernard. *ſermone quarto, ſuper, Salue Regina*; perqnam ſuauiter beatiſſimam virginem compellar. Omninò neceſſariè vultum. quidem tuum (ô Virgo Dei genitrix!) deprecabuntur omnes diuites plebis, quanto magis pauperes plebis? & ſi pauperes plebis; multo magis egenus, & pauper opprobriom hominum, & abiectio plebis. Tibi dixit cor meum, vultum tuum, Domina, requiram, &c. De muneribus, quæ diuites plebis offerunt Deo, intelligit S. Auguſtin. *S. Aug.* additque, vultus Reginæ proderit facientibus. Loquitur præſertim de piis operibus. Profectò Virgo Dei mater noſtra pia opera læto & materno vultu excipit, ac Deo filio ſuo pro nobis offert. Et animæ fidelium te (Domina) mundo corde requirunt. B quia vbi eſt theſaurus eorum, ibi erit cor eorum. In virgine quidem matre Dei ſuos habent reconditos theſauros piæ fidelium animæ. Ad hæc iſta diſponente Deo perperam *S. Chryſoſt.* elegit Loth vt (autore S. Chryſ.) rebus ipſis erudiretur, quàm indignè electionem ſumpſiſſet. Sic res habet; vt malo noſtro edocti erudiamur. Quod Ierem. expertus ait: *De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me*, Thren. 1. *Thren. 1. S. Hier.* Vbi D. Hieronym. ſupernam vindictam eſſe inſinuat, quæ eos interiùs cruciando caſtigauit, quatenus *Malo noſtro erudimur.* agnoſcerent, cui omnimodo ſubiici deberent. Sic Hieronym. Vocatur autem cæleſtis vindicta nunc, & ſæpiùs alibi flamma, & ignis, quem Dominus immittit ad comburendum fœnum, paleas, & ſiquid huiuſmodi vitioſum eſt in hominum animis, vt aurum ipſum defœcatum, puriúſque reddatur. C

5. *Diuiſi ſunt alterutrum.*] Non tamen longiſſimè alter ab altero ſemoti; nec enim id pateretur pietas Abrahami, erga nepotem adoleſcentulum, nec iſte auderet partui ope conſilióque carere. Parum igitur diſtabant. quod ipſemet *Abrã & Loth non procul diſtãt.* Abraham, vt ſuſpicor, ſignificare voluit, cùm dixit: Si ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo: diuerſo ſitu, vel etiam oppoſito, alter ab altero diuiſi habitabimus, ſed non longinquo; quin potiùs ita vicino, vt ſicut manus altera alteri oppoſita quidem, vicina tamen eſt, & ambæ ſeſe mutuò iuuant, & cùm opus eſt, tangunt, tergúntque: D ſic nos, licèt loco ſeiuncti, vicini tamen inuicem viſere, iuuatéque, vbi opus erit, facile poſſimus. Quapropter Abraham habitauit in terra Chanaan, quam illi Dominus promiſerat, & denuò erat promiſſorus; ac fortaſſe icciros Domino ita diſponente, non promiſſionis terram, quæ ſemini Abrahæ ceſſura erat, ſed aliam prorſus, Loth ſibi elegit. Loth verò moratus eſt in oppidis, quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Hebr. ישב בערי הככר ויאהל עד סדם *iaxab beghare bachichar va ie ehal ghad ſedom*, habitauit in vrbibus planiciei, & tetendit tabernacula vſque ad Sodomam. Chald. LXX. in Sodomis. E Præpoſitio enim עד *ghad*, æqualiter ſignificat, ad, vſque, in; Caietanus exiſtimat habitaſſe in campeſtribus iuxta ciuitatem Sodomæ. Sed manifeſtò conſtat ex ſequentibus in ipſamet vrbe domicilium habuiſſe. Fortè per manſiones ſuas peruenit tandem ad Sedom. Sic enim ex Hebr. poteſt colligi; tabernaculauit, hoc eſt, multiplicauit tabernacula vſqoe ad Sedom. Scilicet digreſſus Loth à patruo pertexit ire, vtque paſtoribus mos eſt, motatis in itinere tentoriis, *Iordanis ortus & curſus.* tandem ad Sedom peruenit, quam vrbem ingreſſus ibi fixit domicilium. Sed quid de Ior-

A dane dicam? Oriri videtur ad radices Lybani montis, & quidem è duobus fontibus, dextro Dan, ſiniſtro Ior; è quibus coniunctis, & nomen, & aquas mutuatus Iordanis pleno deinde fluit aluco, Iudæam; Arabiámque diuidens, ac 32. tandem in Aſphalitſitem lacum, ſiue mare mortuum, vbi Pentapolis extitit, conditus euaneſcit; antea verò per vallem illam amœniſſimam aut immenſam propè planiciem, hinc inde nobiliſſimas alluens vrbes, curſum ad mare rubrum, vel mediterraneum dirigebat. Niſi fortè etiam, ante illam Sodomorum conflagrationem, paulo poſt Pentapolis planiciem, ſubterraneis ſubmerſus cuniculis in mare deſinebat. Neque enim ab eo lacu ad mare vſque ad rubrum, vlla vnquam B apparuerunt veſtigia aluei, curſúſque antiqui Iordanis. Sed de his accuratiſſimam habes diſputationem apud noſtrum Benedictum Pererium *in hoc 13. cap. Geneſ.*

6. *Homines autem Sodomiti peſſimi erant, & peccatores coram Domino nimie*, &c. Hebr. רעים וחטאים ליהוה מאד *raghim vechattaim laiehoua meod*. Peſſimi, & peccatores Deo valde; רע *roagh*, vnde *raghim*, videtur ſignificare abominabile, quod nimirum oculis præ turpitudine ſpectari non poteſt, vt ex *Num. 11. & Prouerb. 24.* licet colligere. חטא *chattaa* peccare, peccatorem ac reum iudicari, itémque puniri; vnde חטא *chattaa* nomen, peccator, reus; *chetto*, peccatum punitio. Poteſt ergo verti: abominabiles, & punibiles, ſeu punitione digni Deo, coram Deo C valde. Chald. paraphraſis habet: Viri Sodomitæ erant iniqui cum ſuis diuitiis, & peſſimi in corporibus ſuis coram Domino nimis. Sed quid illud, *coram Deo*, vt vertunt LXX. ἐναντίον τοῦ θεοῦ. Nam Hebr. ſolùm legitur; peccatores Deo? multa videtur importare, vt iam alibi docuimus, hic Hebraiſmus. *Hebraiſmus frequens, vbi Deus ponitur.* Facilior ſenſus eſt, veritatem, perfectionem, & præſtantiam eius rei, qua de agitur, denotari, per huiuſmodi appoſitionem; Deo, Dei, coram Deo, in conſpectu Dei; vt vir ſanctus, qui magnus eſt Deo, vir Dei, montes Dei, Cedri Dei, peccare Deo, &c. non tamen negabo peccatores Deo (vt hîc habetur) non modò inſignem flagitij enormitatem ſigniD ficare, (quid enim præpoſtera libidine magis eſſe, aut fingi poteſt execrandum?) ſed etiam impudentiam: quaſi dicat Moyſes Sodomitas illos non ſolùm nefando abuti concubitu; ſed ſolitum, commune, ac publicum fuiſſe illud flagitium. *Sodomitarum impudentia.* Quid ſi etiam peccatores Deo dicantur, quòd à Lotho, aliiſque viris iuſtis eò aduentantibus iuſſu Dei, ſæpiùs obiurgati, de nefanda illa turpitudine Deum & monentum, & iratum contemnerent, Dei minas irriderent, & Dei nuntios probris, & iniuriis inſectarentur. Certum eſt autem, & ipſa experientia comprobatum illud D. Gregor. 31. *mor.* 17. *S. Greg.* De luxuria cæcitas mentis, præcipitatio, amor ſui, odium E Dei generantur. Ad hoc tandem barathrum delabuntur infandis turpitudinum ſceleribus longo tempore mancipati. oderunt Deum; quòd illorum execrabiles vetuerit voluptates. Nam quòd acerbè in Lothum, & contumelioſè inueherentur, traditur à D. Petro 2. *Epiſt. cap. 2.* *2. Petr. 2.* hiſce verbis: *Et iuſtum Loth oppreſſum à nefandorum iniuria ac luxurioſa conuerſatione eripuit.* Aſpectu enim, & auditu iuſtus erat: habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſti iniquis operibus cruciabant. Euidenter hoc loco S. Petrus liberat à calumnia Lothum, quòd in Sodomis

habitaret, ſigillatim viri admirabilem modeſtiam pietatémque demonſtrans. Dicit igitur iuſtum, quod miræ laudis eſt inter flagitioſiſſimos iuſtum & eſſe, & videri. Dicitur ergo (inquit D. Gregor. 1. *Moral. cap.* 1.) vbi habitauerit Loth, vt hoc eius laudibus proficiat, quod bonus inter malos fuerit: immenſi enim præconij eſt bonum etiam inter malos extitiſſe. Ita Gregor. Dicit oppreſſum, hoc eſt, grauiter afflictum ab iniuria, &c. Sic Apoſtolus ſignificat peccatum illud non proprio appellans nomine, nec enim nominari debet tam deteſtabilis turpitudo; ſed iniuriam neſandorum, & conuerſationem luxurioſam nominat. Pulchrè iniuriam: quia hoc ſcelus toti naturæ iniurioſum eſt, & execrabile: Paulus verò *ad Rom.* 1. vocat paſſiones ignominiæ: quaſi ipſamet ignominia & infamia ſit hoc flagitium. Grauiter oppreſſum dicit, & afflictum, quia proculdubio infames illæ beſtiæ oderant, & inſectabantur hominem exterum, qui honeſtatem profiteretur, qui ſceleſtos argueret, qui Dei vindictam affuturam proximè teſtaretur. Vocat auditu, & viſu iuſtum. Quia (vt exponit D. Gregor.) iniquorum vita non delectando iuſti aures, atque oculos, ſed feriendo tangebat. Seu, vt D. Thom. vberiùs explicat: Licet multa turpia videret, etſi multa inhoneſta audiret, iuſtus tamen erat aſpectu, & auditu, vel alieno; quia nihil iniuſtum in eo videbatur; vel proprio, quia bonis actibus inſiſtebat: nec viſis, nec auditis flagitiis ſe fucabat, & obſcurabat. Hæc Thom. Addit Apoſtolus, *qui cruciabant*. Qui nimirum (ait D. Gregor.) cruciari non poſſet niſi praua propinquorum opera, & audiret, & cerneret. Luculentius adhuc D. Thom. Continuè (inquit) & inceſſanter iniquis operibus contra Deum, & proximos factis, quæ videbat, & corrigere non poterat, animam iuſti cruciabant, cruce ſcilicet ſpirituali doloris, & compaſſionis, licèt non exterioris vexationis, vt Pſal. 118. *Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.* Vnde D. Auguſt. Omnes mali perſequuntur bonos, non ferro, aut lapidibus, ſed vita & moribus. Hactenus Thom.

S. Greg. *Summa laus bonum eſſe inter malos.*

Ad Rom. 1. *Sodomitarum vitium toti naturæ iniurioſum, & execrabile.*

S. Gregor.

S. Thom. *Lothi modeſtia.*

S. Gregor.

S. Thom.

*Zelus iuſtorũ pro Deo.*

Pſal. 118.

S. Aug.

Caiet.

7. Caietan. longè aliter ex Græco legit, ita inquiens: Interpres ſenſum reddit, quò textus tendit, non ipſum textum. Legendum enim eſſet: Aſpectu enim, & auditu iuſtus inhabitans inter illos, quotidie animam iuſtam iniquis operibus excruciabat. Affectum ipſius Lothi deſcribit Petrus, explicans quanto mœrore concipiebat iniqua opera illorum, inter quos habitabat: vſque adeò, quòd excruciabat propriam animam viſis, ſeu auditis iniquis operibus illorum. Hæc ille. Igitur iuſtus Loth inter peſſimos & peccatores coram Domino habitabat: quod miraculum non vulgare eſt, in tanta támque abominabili turpitudinum lue vnum illum virum iuſtum, & inculpatæ vitæ diu multúmque perſiſtere. Quo exemplo voluit Dominus oſtendere, quanta ſit vis diuinæ gratiæ, quæ poteſt vnum hominem, in tam immenſa, & fœda colluuione hominum neſandorum propter virtutis ſtudium oppeſſum, & afflictum ſingulis horis ſpectando, & audiendo exempla omnium dedecorum pertentatum, nihilominus à Dei obſequio, & honeſtatis ſinceritate, ne tantulum quidem diſceſſiſſe. Nam egregiè colligit D. Petrus: *Nouit Deus pios de tentatione eripere.* Vt etiam dicit per Iſai. 42. *Cùm tranſieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te.* Longè quidem illuſtrius hoc

*Vis diuinæ gratiæ ad liberationem è tentationibus.*

Iſai. 42.

A miraculum in Loth diuina gratia operata eſt, quam in tribus pueris in Babyloniceam fornacem coniectis: quanto videlicet animæ periculoſior eſt flamma libidinis, quàm corporis flamma ignis. Porrò præcipua, ac propria illius gentis flagitia, vt refert Ioſeph *lib. 1. antiq.* hæc erant. Sodomitæ (ait) abundantia pecuniarum elati, tam in homines contumelioſi erant, quàm in Deum impij: quippe qui, neque beneficiorum eius meminerant, & hoſpites auerſabantur: denique mutuis etiam libidinibus ſeſe inceſtabant. Sic ille. Eadem vitia diſtinctiùs Dominus per Ezechielem ſic exponit, cap. 16. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius, & filiarum eius: & manum egeno,* B *& pauperi non porrigebant: & eleuatæ ſunt, & fecerunt abominationes coram me, & abſtuli eas ſicut vidiſti.* Pro otio tranſtulerunt L X X. Delitiis affluebat ipſe, & filia eius, & gloriabantur magnificè. Quaſi otium & deliciæ idem omninò ſint: ſaltem hoc verum eſt otio cupiditates enutriri ac foueri, & otia ſi tollas, periiſſe cupidinis arma. Duo hîc à S. Hieronymo ponuntur. Nimirum: Superbiæ ſeminarium eſt ſaturitas panis, & rerum omnium abundantia, & otium; ſiue vt L X X. legunt, deliciarum luxuriæque opulentia. Alterum eſt: Abundantiam, & delicias, & otium ſequitur Dei obliuio. Sic Hieronym. Pulchrè S. Gregor. 31. *mor.* 17. Multos ſua (inquit) felicitas ſtrauit. Haud dubium eſt, quin ex C ſuperbia Sodomitæ in tam nefaria fœtidáque vitia ceciderint. Nam vt *ibidem* Gregor. Ipſa vitiorum regina ſuperbia, cùm deuictum plenè cor ceperit, mox illud ſeptem principalibus vitiis, quaſi quibuſdam ſuis ducibus deuaſtandum tradit. Hæc ille. Hanc denique tam prodigioſam (vt vocat interpretans illud, *coram Deo valde*) iniquitatem Sodomitarum conſiderans D. Chryſoſt. non excuſat Lothi electionem ab aliqua imprudentia, ita inquiens: Vides Loth tantùm ſpectantem terræ naturam, & non auertentem inhabitantium malitiam? Quæ enim vtilitas, dic oro, ſi terra ſit fructuoſa, & ferax; homines autem adeò mali? Quid damni, è ſolitudine, & infrugifera terra, ſi homines ſint huma- D niores? Caput enim & ſumma bonorum eſt inhabitantium gratitudo. Cæterùm Loth ad vnum tantùm reſpexit, nempe fertilitatem terræ. Ita Chryſ. Commune hoc eſt mortalibus vitium, & omnium fons, & origo: ſolis tantùm corporis & huius vitæ commodis omnem curam ſtudiúmque adhibere: quicquid interim ſit de moribus, déque animæ ſalute. Veruntamen quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Enimuerò (ait S. Bernard. *ſuper, Ecce nos reliquimus omnia;*) Anima rationalis cæteris omnibus occupari poteſt, repleri non poteſt. Ratio eſt, quam aſſignat de diligendo Deum c. 3. Quia non ſunt rationales cibi animæ: inflari poteſt, ſatiari E non poteſt.

Ioſeph. *Sodomitarum plura vitia.*

Ezech. 16.

S. Hieron. *Otium mater & nutrix deliciarum.*

S. Gregor.

S Chryſoſt. *Terra bonitas, aut malitia eſt in habitatoribus.*

Matth. 16.

S. Bern. *Anima hominis bonis terrenis ſatiari nequit.*

---

## SECTIO IV.

*Dixítque Dominus ad Abram, poſtquam diuiſus eſt ab eo Lot: Leua oculos tuos, & vide à loco, in quo nunc es, ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem. Omnem terram, quam conſpicis, tibi dabo, & ſemini*

*ſemini tuo vſque in ſempiternum. Faciámque ſemen tuum ſicut puluerem terræ: ſi quis poteſt hominum numerare puluerem terræ, ſemen quoque tuum numerare poterit.*

1. SEparatis iam ab inuicem Lotho, & Abrahamo; amputata omni diſſenſionis cauſa: tranquillitatis amicum & pacis illius autorem Deus pacis viſitat iuſtum, alloquitúrque, & nouis promiſſionibus delinitum, incredibilis voluptatis gaudio perfundit. Non antè, ſed modò, poſt mutuam diuiſionem: dixit Dominus ad Abram, &c. Et ratio illa optima eſt Lyrani. Quoniam (inquit) diuinæ reuelationes ſolent fieri mentibus quietatis, & à perturbationibus paſſionum ſedatis. Societas enim Loth propter rixam famulorum, erat cauſa perturbationis, & ideo reuelatio diuina facta eſt Abrahæ poſt ſeparationem Loth. Sic ille. Icciro tranquillanda priùs anima eſt, quàm Deo ſiſtat, in ſuo illo dulciſſimo orationis receſſu, quem ad maiorem quietis commendationem in ſacris literis ſomnum vocari ſæpiùs legimus. Sic vbi Moyſes aſcendit in montem Sinai, operuit nubes montem, & habitauit gloria Domini ſuper Sinai, tegens illum nube. Ingreſſúſque Moyſes medium nebulæ, &c. *Exod.* 24. Et quidem Moyſes in illa caligine velut immerſus, intus quidem à Deo illuſtrabatur, ſed à malis omnibus, vt notat Beda *in 5. Matth.* obumbratus. Ne quid igitur exteriùs contemplationem Moyſis impediret, tectus ille nebula, & caligine obrutus vnum mentis oculis, & fortè corporis etiam, Deum intuebatur. Sic Iſai. in illa ſua percelebri viſione Deum in throno gloriæ ſedentem aſpiciens ait, *Domus repleta eſt fumo*, cap. 6. Nimirum, vt qui Deum contemplatur, nihil omninò aliud diſpiciat, fumi quodam ſepto circunuallatus, ne ab exterioribus quicquam intrò peruadat, quod ſenſibus infuſum mentis aciem Deo intentam hebetare poſſit. Ergo anima, vt cum Deo ſecurè pacatéque loquatur, intrat cubiculum ſuum; foris reliqua omnia relinquens; dein exteriora negotia fugitans, non in primum, aut alterum penetrale abditur, ſed in profundiſſimum ſpecum humilitatis arte defoſſum, vti Ionas ad inferiora ſuæ nauis, deſcendit. Quod factitatum videmus à regio Vate; cuius illa ſunt Pſal. 129. *De profundis clamaui ad te Domine.* In quem locum ita Chryſ. Quid eſt, de profundis? non dixit ſolummodò ex ore, vel lingua: errante enim mente ſæpè verba funduntur; ſed ex corde profundiſſimo, cum magno ſtudio, & magna animi alacritate, ex ipſis mentis penetralibus. Deinde vim & efficaciam huius orationis à profunditate mentis in Deum aſcendentis exprimit eleganti ſimilitudine. Quemadmodum (inquit) arbor valida, & quæ in multam profunditatem terræ agit radices, cuius ventorum impetui reſiſtit; contrà verò quæ in terræ ſuperficie ſita eſt, ſi quælibet aura incubuerit, labefactatur, & euellitur. Ita etiam oratio, quæ ab imo quidem aſcendit, agítque radices in profundo, etiam innumerabiles venerint cogitationes, etiamſi inſtructa tota diaboli acies, firma tamen manet, & ſtabilis, & non euertitur. Et paulo pòſt de profunda iſta oratione iterum loquens: Hæc (ait) oratio omnes animi perturbationes reprimens, iram ſedans, inuidiam expellens, rerum ad vitam pertinentium amorem diminuens, & exſiccans, animum in

[Margin notes: Lyra. *Contemplatio diuina mentẽ exigit pacatam.* — Exod. 24. — Beda. — Iſai. 6. — Pſal. 129. S. Chryſoſt. *Oratio ad Deum ſecretiſſima.* — S. Chryſ.]

A magnam tranquillitatem redigens, in ipſum deinde cælum aſcendit. Hactenus Chryſoſt. Hinc eſt, quod tantopere commendatur ad orandum tempus matutinum, & nocturnum; illud præſertim in quo recreatum ex ſomno corpus eſt, & habile cuicunque operi, & oneri ſubeundo: interni ſenſus multo promptiores, animáque ipſa nondum negotiorum tumultibus fluctuat; aut paſſionum, quæ ex rerum ſuccedentium occaſionibus ebulliunt, conuulſa motibus agitatur. Mira tunc pace fruens, ad Deum pacis viſendum, alloquendúmque ingreditur. Et quidem in oratione matutina præparari oportet animam, ſalua vt, incolumíſque nauigationem illam ſubſequentis diei feliciter ineat, finiátque B feliciùs. Qua in ſimilitudine verſatur D. Chryſ. *loco citato*, dum ait. Opus eſt ventis à puppi, vt diei ſpatium, abſque naufragiis tranſigamus. Multi namque per dies ſingulos ſcopuli occurrunt, & frequenter illiditur ſcapha atque ſubmergitur, atque propterea nobis opus eſt oratione matutina præſertim. Hæc Chryſoſt. Hoc ipſum actitabat Dauid. ait enim: *In matutinis meditabor in te*, Pſal. 62. *Manè aſtabo tibi, & videbo*, Pſal. 5. ſeu, vt legit D. Cyprian. *de Oratione domin.* Manè aſſiſtam tibi, & contemplabor te. Aſtabo, vt iam alibi adnotauimus, idem hic eſt, atque inſtruam, ordinabo; & militare quiddam ſonat. Et pulchrè quidem. Nam, vt adiungit in ſuperioribus D. Chryſ. armis nobis opus eſt, magna verò armatura oratio: opus eſt omnia diſcere vt diei ſpatium, abſque vulneribus tranſiga- C mus. Non immeritò D. Ambroſ. *ſerm.* 19. *in Pſalm.* 118. reprehendit illorum ſocordiam, qui tam opportunum tempus orationi denegant. Graue (inquit) eſt, ſi te otioſum in ſtrato radius Solis orientis inuerecundo pudore conueniat, & lux clara feriat oculos, ſomnolento adhuc corpore depreſſos. Arguit nos tanti temporis ſpatium, ſine vllius deuotionis munere, ac ſacrificij ſpiritualis oblatione feriata tranſmiſſum. An neſcis ô homo, quòd primitias tui cordis ac vocis quotidie Deo debeas? Quotidiana tibi meſſis, quotidianus eſt fructus. Sic Ambroſ. Quòd ſi quis eſt, qui ne matutinæ incumbat orationi, D cauſetur, aut corporis infirmitatem ſomno egentis, aut ingens variarum occupationum pondus: audiat Regem Dauidem de ſe cum Domino loquentem, *Deus Deus meus, ad te de luce vigilo*, Pſal. 62. Vbi Theod. Deſiderium, quod erga te Domine habeo, & ſomnum abigit, & in tuum cultum me excitat. Sic ille. Quem igitur Dei ſui videndi, & alloquendi perurget deſiderium, nec fluctus occupationum diſtrahet ab orando, nec labor, aut imbecillitas defatigabit, & ſoporabit, quin diluculo veniens ad Deum, in ipſius contemplatione feruidiùs incaleſcat. Quare ſanctiſſimus Rex non modò antelucanum tempus orationi dabat, verumetiam inſomnes ſæpè no- E ctes orando & meditando tranſigebat. hoc enim adiungit. Sic memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matitunis meditabor in te. Vbi Theod. Dulciſſimum ſomnum per ſingulas abegi noctes ſuam contemplationem habens; hymníſque beneficia à te in me collata compenſabam. Cæterùm vt veriùs dicam, oranti Prophetæ nunquam nox erat, vti S. Hieronym. colligit ex verbis illius: Deus Deus meus, ad te de luce vigilo: Licet (inquiens) omnes ſancti in Deo die noctúque vigilent; hic tamen in oratione ſua, pleno diuinæ lucis ſplendore refulget. At qualis Prophetæ

[Margin notes: S. Chryſ. *Oratio in matutino tempore.* — S. Chryſ. *Oratio matutina præparat ad dies negotia.* — Pſal. 62. Pſal. 5. S. Cyprian. — S. Chryſ. — S. Ambroſ. *Contra deſides, qui manè non orant.* — Pſal. 62. Theod. — Theoph. *Oratio dulcis in nocte.* — S. Hier.]

phetæ oratio? De profundis (ait) clamaui ad te Domine. Clamat (inquit Hieron.) ad Deum, qui eum miſericordi ſuſpirio deprecatur.

2. *Poſtquam diuiſus eſt ab eo Loth.* Adeò Deus pacis, rectique amans eſt, vt quia dum Loth cum Abrahamo verſabatur, quanuis iuſtus Loth eſſet, paſtores tamen eius cum Abrahæ paſtoribus iurgabantur, non dignetur inter has diſcordias Abrahæ dominus apparere, ſed poſtquam à

Iſai 6.

Loth diuiſus eſt, tunc ei apparet. Sic Iſai. *In anno, in quo mortuus eſt Rex Ozias, vidi Dominum*, &c. cap. 6. Et quidem antea diu Iſaias nec Deum ſuum viderat, nec audierat, imò & ſi quis alius tunc erat Propheta Domini, diuinis caruit reuelationibus, quandiu Ozias Rex repleta de cælo tactus propter ſacrilegium admiſſum in Hieruſalem ad mortem vſque permanſit, qui iuxta legis de leproſis amouendis præſcriptum à ciuitate fuerat ablegandus. Quem locum expendens

S. Cyr. Alex.

D. Cyrillus Alexand. ita diſſerit. Cum lex Moſaica ſanciret leproſum, vt immundum omninò è caſtris emittendum eſſe: leproſus verò inquinaret, ac ſua immunditie pollutum redderet eum, qui cum ipſo verſaretur: habitaret tamen Rex Ozias Hieroſolymis, hinc totam propemodum Hieruſalem inquinans: tacuit Dominus non quidem Prophetas ſanctos contumelia afficiens, ſed potiùs admonitione eorum indignos declarans eos, qui etiam præter legiſlatoris voluntatem cum immundo cohabitarent. Sic enim alibi, & ad beatum Ezechielem: Et linguam tuam ligabo, & obtumeſces, nec illis corrector, & cenſor, quia domus exaſperans eſt. Obticuit igitur oſtendens nimirum indignationem. Hæc Cyril. Vide quantum noceat Reipubl. vel vnus impius, & ſacrilegus; maxime ſi princeps ſit, cuius præſentia ſic peſtilens eſt, vt vel ipſos Dei Prophetas reddat mutuos, cælum occludat, ne reuelationes de more ſolitas in terram emittat; indignámque efficiat ciuitatem, alioqui templo Dei, & ſanctuario ſacram, quam Deus conſuetis nuntiis, ac monitis viſitet.

*Malus vrbi, & orbi pernicioſus.*

Poſtquam diuiſus eſt ab eo Loth, dixit Dominus Abrahæ: Grande quidem multarum virtutum ſpecimen præbuerat Abraham in ea mutua ſeparatione: nimirum perhumaniter, cum adoleſcente diſceſſuro egit, primas obtulit partes in electione, omnia vel emolumenta, vel oblectamenta illius cum nepote cariſſimo ſodalitatis, vni amborum paci, & tranquillitati paſtorum, atque vtriuſque familiæ poſthabuit: atque, vt fas eſt credere, exulcerato animo præ deſiderio nepotis, quem educarat vt filium, abeuntis mœrens, ac dolens videbatur. Igitur vt meritis viri iuſti gratiam condignam exhiberet, & ſancium dolore ſenem, velut orbatum filio ſolaretur, apparuit Dominus, loquutúſque Abrahæ ſeruo ſuo. Non hoc prætериit ſanctum Chryſoſtomum, qui ad hunc locum ſic effatur. Vide quomodo Scriptura acceleratam Dei prouidentiam, & retributionem iuſto factam demonſtrat: volens nos docere, quantum approbata fuerit à miſericorde Deo Patriarchæ humilitas: deinde, vt diſcamus quòd Deus remunerauerit eum pro iis, quæ in Lot collocauerat. Hæc Chryſ. Maximè verò propter manſuetudinem, quæ mirificè prælucet in Abrahamo, dum lapidem nullum non mouet, vt euulſis diſcordiarum radicibus, pax, & fraternus amor vigeat, etiamſi adoleſcens oblatam electionem auidè præcipiat, & longè amœniorem, ac fœcundiorem aſſumat regionem, Deus ſuo colloquio remunerat Abrahamum. Vnde adiungit D. Chryſ. Quoniam Abraham tantam præ ſe tulit manſuetudinem, ideo ſtatim à Deo mercedem conſequitur; & adhuc maiori retributione, vt per omnia multum abundet, Patriarcham dignatur Deus. Sic Chryſ. Quàm fœlix ergo Abraham poſtquam ab eo diuiſus eſt Loth; velut in portu conſidet, & in eo tranquillo mentis ſtatu cum Deo familiariter agens, ad viuum planè adumbrat fructum bonæ conſcientiæ, qui eſt, gaudium, pax, & caritas, in Spiritu ſancto. Nihil autem (ait hîc Chryſ.) animam ita in tranquillitate, & quiete eſſe facit, vt manſuetudo, & modeſtia, quid deinde beatius, quàm inteſtino bello liberari? Nam quanuis plurima pace, & cura externa fruamur, ſi intra nos cogitationum naſcatur tempeſtas, tumultus, & ſeditio, nihil externa pax nobis proderit. Sicut & neque miſerabilius eſt aliquid ciuitate, quæ licèt præſidiis, & muris, bene ſit munita, intus tamen ciues foueat proditores. Hactenus Chryſ. Optime quidem cecidit Abrahæ, vt à Loth diſcerneretur, qui dicitur declinatio. Nec incongruè (vt ſubnotauit Rupertus) quamuis in perſona ſua iuſtus fuerit, typum tamen gerit vitioſæ multitudinis. Oportet enim virum prudentem, & iuſtum non tantùm affectu, & ſtudio, ſed etiam loco diſiungi ab iis, qui declinauerunt, & inutiles facti ſunt, vt legitur *Pſalm.* 13. Et à virtutis ſtudio amoréque, & obſequio Dei ad huiuſce vitæ illecebroſa oblectamenta, turpémque impuræ gentis conſuetudinem deerrarunt. Nec enim viro iuſto ferendi ſunt illi, nedum familiariter tractandi, quorum prauo exemplo hauddubiè in eadem flagitia tanquam captiuis compingetur.

*Pax Chriſtiana cúiuis præferenda.*

*Humilitas à Deo remunerata.*

S. Chryſoſt.

*Manſuetudo à Deo remunerata.*

S. Chryſ.

S. Chryſ.

*Bona, & mala conſcientia fructus.*

Rupert.

*Et affectu & loco fugienda conſuetudo improborum.*

Pſalm. 13.

3. *Omnem terram*, &c.] Promiſſurus Abrahæ Dominus terræ illius poſſeſſionem; conſtituit, vt priùs adoleſcens Loth abiret, ne præſens tam magnificæ promiſſioni Dei (vt eſt hominum ingenium in alienis bonis) inuidia, & dolore pungeretur. Nouerat enim Dominus, ex ſua plurimis & maximis teſtimoniis conteſtata beneuolentia erga innocentiſſimum Abel, fratrem Cainum doluiſſe, atque inuidia percitum fratri necem intuliſſe. Separetur igitur Loth à patruo, ne iuueniliter ferociens, & liuore concitatus, quicquam ſiniſtrum moliatur. Quocirca diſcant ex hoc Dei conſilio parentes, ac domini, quanta cum prudentia ſe gerere debeant in conferendis beneficiis. Si enim vni, aut filio, aut ſeruo exquiſitius aliquod donum impendant, idque palàm aliis videntibus, & inuidentibus: proh quantum inter illos bellum ſuis fauoribus excitandum, quantas acies, ſtragémque ciebunt! Sed antequam Abrahæ terram polliceatur, iubet, vt illam oculis totam perluſtret in omnes quatuor plagas cæli. Vult enim Dominus, vt ipſius dona, & beneficia nobis collata diligenter, & maturè contemplemur; nihil enim in illis fucatum, aut futile inuenitur; bona ſunt vera & ſolida, tantúmque habent bonitatis, vt etiamſi diu, multúmque expendantur, nunquam eorum excellentia comprehendi poſſit. Conſidera quæſo id vnum, quòd natus ſis, quòd viuas; quando ergo huius beneficij magnitudinem, qualis illa eſt, ex integro cognoſces? Et quid in eo aut minus verum, aut parum ſolidum, firmúmque exiſtit? Contrà verò honores, voluptates, opéſque mundi, etſi ſpecioſiſſima bona videantur, fuco ſunt, inanitatéque pleniſſima. Leua igitur oculos

*Caueant qui regunt ne vni, quàm alus impẽſius faueãt.*

*Inuidia ex leuo ſui æqualis.*

*Dei beneficia ſolida, & vera.*

los mentis tuæ, & vide Domini beneficia, quæ ſi probè inſpicias, quî fiet vt in ipſius Dei amorem non inflammeris? Hac ratione Paulus Romanos excitabat: *Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem*, ad Rom. 12. Multa

Ad Rom. 12.
*Dei beneficia multum à nobis exigunt.*
S. Chryſ.

quidem, & magna (inquies) à Romanis exigit Apoſtolus; at pauca tamen & leuia, ſi comparentur cum iis, quorum vti debita exiguntur; quæ ſubtilitas in verbis Apoſtoli à D. Chryſ. ſic eruitur. Cùm ſint innumera vobis per miſerationes (legit in plurali) Dei in hac etiam vita collata bona, vel illas reuereamini, vel illæ ſint quæ moueant. Nam & illæ ſupplicitér obſecrant, ne quid ſe indignum efficiatis. Per illas igitur Dei miſerationes obſecro, per quas ſaluati eſtis. Ita Chryſ. Semper ante oculos, & in mente verſari

*Dei miſerationes venerandæ à nobis.*

B

Richard.
*Optimè monemur à creaturis.*

oportet illam percelebrem Richard. de S. Vict. ſententiam de creaturis, quarùm miniſterio Deus inceſſanter ſua nobis congerit beneficia, hominem ſeriò ac ſedulò commonentibus: Accipe, redde, caue: accipe beneficium; redde debitum; caue iudicium, niſi reddideris. Quo pacto autem Abraham viderit totam regionem Chananæorum, non facilè conueniunt doctores. Poterat in primis, in confuſo tantùm (vt aiunt) monſtratis quatuor cæli, (cui ſolum inferius reſpondet) plagis dignoſcere terram illam, ipſiúſque dimenſiones. Aut, quòd alij malunt potuit Deus efformare imaginem, in qua tota illa regio vt erat, perfectiſſimè deſcriberetur, oculíſque, & menti Abrahæ imprimere. Iuxta vtrunque modum philoſophantur nonnulli *ad Matth.* 4. cùm diabolus oſtendit Chriſto Domino omnia regna mundi: etſi (quod ad Chriſtum attinet) prior modus mihi magis probetur. Sed maior ineſt difficultas in veritate promiſſionis intelligenda: quippe cùm tellus illa Chanaan non poſſeſſa fuerit à nepotibus Abrahæ, vſque in ſempiternum: ab illa namque ſunt expulſi; & toto vagantur orbe, ſine regno, ſine repub. ſine ſacerdotio, ſine lege, ſine ſacrificio, ſine Deo, opprobrium facti hominum, & abiectio gentium. Pro ſoluendo huiuſmodi nodo aduertere licet Hebr. עולם *gholam*, quod à noſtro vertitur, in ſempiternum; non æternitatem, ſed magnam temporis, etſi finiti longitudinem ſignificare. Quo

*Quomodo Abram oculis totam terram promiſſam cóplexus eſt.*
Matth. 4.

C

D

Caiet.

poſito ita optimè Caiet. Senſus eſt, quod quandiu erit ſemen tuum, dabo ei terram hanc. Vnde cùm ſemen Abrahæ deſiit eſſe, ſemen Abrahæ perdidit terram illam, & primùm quidem pro magna parte, cùm inde tranſlatæ ſunt decem tribus; deinde ex integro, cùm deſtructa eſt Hieruſalem à Nabuchodonoſor; & demum ſine ſpe recuperationis, cúmque regreſſæ fuerant reliquiæ, perdiderunt totum occiſo Meſſia, quia penitus deſierunt eſſe ſemen Abrahæ. Effecti ſunt enim ſemen diaboli, dicente Domino Iudæis aſſerentibus ſe habere patrem Abraham: *Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite: vos ex patre diablo eſtis*, Ioan. 8. Sic Caietan. Deinde quia cùm Chriſtiani verè ac propriè, ſpectata fide & iuſtitia dicantur filij Abraham, & Chriſtus Dominus ſit natura illius ſemen natum ex ſemper virgine Maria, planè vſque ad finem mundi, & per omnem æternitatem Chriſtus Rex cæli, ac terræ dominabitur, & in omnes mundi plagas Chriſtianorum gens, & Eccleſia diffundetur.

*Quomodo terra promiſſa ſemini Abrã in ſempiternũ.*

E

Ioan. 8.

4. *Omnem terram, quam conſpicis tibi dabo.* Non declinauit Abraham, quo vitio lapſus eſt Loth

A

ad cupiditatem vberioris illius, & amœnioris regionis; ſed ſuo incommodo lucrari voluit pacem, & concordiam cum nepote. Pro Dei obſequio ceſſit ſuo iure, & alterius, quàm ſuo potiùs commodo ſtuduit; iccirco magnificè donatus à Domino pro illa portione terræ, quam obtulit adoleſcenti, latiſſimam regionem accipit. Talis enim (inquit D. Chryſ.) eſt Dominus noſter; vt ſi quando paruum quid attuliſſe nos viderit, largiſſimas ſuas nobis remunerationes ſuppeditet, tantámque præſeferat liberalitatem; vt ea, quæ à nobis facta, multis numeris, à nouis beneficiis ſuis vincantur. Sciebat hoc Patriarcha ille, cedentem ſe minoribus, aſſecutum maiora: & ceſſit Lotho amœniorem regionem, ſibi autem deteriorem elegit, vt contentionis reſecaret occaſiones, & ſeruata virtute ſua particulari totam domum pacatam redderet. Quaſi manifeſtè hæc illi Dominus dixerit: Ceſſiſti ob tuam manſuetudinem, regione meliore, & amœniore fratris filio, & eximiam præ te tuliſti humilitatem, tantámque pacis habuiſti curam, vt nihil non potiùs delegeris, quàm eſſe inter vos contentiones: eapropter largas illas à me retributiones accipe. Omnem terram, quam conſpicis, tibi dabo. Parte terræ ceſſiſti: ecce ego totam tibi terram polliceor, & ſemini tuo in perpetuum. Vidiſti dignam diuina bonitate munificentiam? Vidiſti quanti ceſſir, & quanta eſt aſſecutus? Hinc erudiamur, vt magna in dandis eleemoſynis largitate vtamur, quô datis paruis adipiſcamur magna. Hactenus S. Chryſoſt. Vbi etiam doctè piéque digreditur in commendationem miſericordiæ in pauperes; quos appoſitè vocat Operarios noſtros, qui occaſiones ſalutis dare nobis poſſunt. Subiicítque egregiam quandam cogitationem, quæ diuitis animum ſubire debet, (vbi ſe dabit in conſpectum pauperculus aliquis) & ad miſericordiam mendicanti exhibendam permouere. Cogita (inquit) quòd hac de cauſa reliquit Dominus illum inopia vexari, vt & ipſe patientia multum mercedis acquireret, & tu per eleemoſynam tibi ſupernam gratiam concilies. Cogita igitur, quòd propter te, & propter tuam vtilitatem, ille cum inopia conflictans fame perit, &c. Sic Chryſoſt. At quid non ſperabit ſe conſequuturum, quiſquis non maiore & amœniore ceſſit terræ portione aliis, & elegit minorem, atque deteriorem propter Deum, ſed omnibus, quæ poſſidebat, & futura ſperabat, ſempiternum nuncium remiſit, vt ſoli Deo, & de ſolo Deo viuat? Scilicet vnum illud, quod omnium maximum eſt, conſequetur etiam in hac vita; de quo ſibi meritò gloriabatur D. Gregor. Nazianzen. religioſam vitam profeſſus. Deo, (inquit *orat.* 10.) à quo omnia, rebus omnibus donatis, Deum præ omnibus rebus accepi. *Et ſemini tuo.* Præter promiſſionem terræ, alteram ſubinde infert Dominus multo gratiorém de prole futura; quid enim profuiſſet ſeni Abrahamo poſſeſſio totius illius regionis Chananæorum; ſi, quòd ſine liberis excederet, non ab illius ſemine, ſed ab alieno foret poſſidenda? Quod maledictum ſuis hoſtibus comminabatur Dominus: *Relinquent alienis diuitias ſuas*, Pſalm. 48. Vbi ſic D. Auguſtin. Ergo felices ipſi, qui relinquunt filios in poſſeſſione ſua: modò inter filios ſuos, quos habent in terra, computent vnum fratrem, quem habent in cælo Chriſtum, cui totum dare debebant, vel diuidant cum illo. Hæc Auguſtin. Rectè igitur D. Chryſ. Et ſemini tuo. Vides

S. Chryſ.
*Parua pro Deo relinquẽs, maxima recipit à Deo.*

*Dei præmia magnifica.*

S. Chryſ.
*Eleemoſyna commẽdatur.*

*Mendicus propter bonum diuitis.*

*Religioſus Deũ pro omnibus Deo donatis, accepit.*
S. Gregor. Nazianz.

Pſal. 48.
S. Auguſt.
*Beneficiũ prolis à Deo.*

S. Chryſ.

Vides quomodo certat beneficiis Dominus? Sciebat enim, quòd hoc maximè cuperet Abraham, & nihil eius alacritatem ita roboraret; Ideo, inquit, & hoc tibi concedam, vt qui ex te naſcentur, tibi ſuccedant, & terram hanc poſſidentem in perpetuum. Sic Chryſ.

*Numeroſa proles Abrahæ.*

5. *Faciam ſemen tuum ſicut puluerem terræ.*] Innumerabilem igitur ſeminis ſui multitudinem promittit Dominus iam ſeni Abrahæ, necdum filium, vel vnum habenti; non proinde tamen iuſti fiducia titubat, quòd tam aliena Dei promiſſio ab illo ſuo ſtatu eſſe videatur. Vtitur autem Dominus ad numeroſam demonſtrandam ſobolem pulueris ſimilitudine, quæ vel prophanis vſitata eſt, vti Ouid.

Ouid.

*Tot mala ſum paſſus, quot in æthere ſydera lucent;*
*Paruaque quot ſiccus corpora puluis habet.*

B

Num 23.

Sic etiam Balaam Num 23. *Quis dinumerare poſſit puluerem Iacob, & numerum ſtirpis Iſraël.* Hyperbole eſt, vt vult Auguſt. Sed vide num etiam pulueris nomine ſubnotetur puluerulenta illa gens Hebræorum, quæ maiori ex parte peritura eſſet, à Dei legibus deſciſcens, támque eſt odioſa rerum caducarum, vt tota diceretur humus, lutum, puluis? delicatè admodum putat D. Gregor. Nazianzen. *Orat.* 9. honores, voluptates, ac diuitias huius ſeculi ſolitas pulueri comparari. Vt puluis enim (inquit) à turbine, ſic ea omnia ab aliis ad alios ſubinde ventilantur, atque iactantur. Hæc Nazianz.

S. Aug.

*Hebræi per puluerem ſignificati.*

S. Greg. Nazian.

*Bona mundi ab aliis ad alios transfuebant.*

C

Quòd verò impietas illius gentis ſymbolo pulueris ſignificetur, vel ex ipſo primo Pſalmorum intelliges; vbi poſt Chriſti Domini exaltationem legem, atque Eccleſiam mirificè deſcriptam in illa amœniſſima & fœcundiſſima arbore; de Iudæis, qui etiam memoriam, & nomen, & gloriam illius arboris excindere fruſtrà ſunt conati, Propheta exclamat: *Non ſic impij, non ſic, ſed tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.* Quid ſi etiam pulueris nomine denotetur futura totius huiuſce gentis calamitas, cùm ſubuerſa Hieruſalem in omnes mundi regiones, ex illa tam prodigioſa ruina, inſtar pulueris reliquiæ ipſæ Iudæorum ventilatæ, diſperſæque abierunt? A facie terræ. benè Aug. Terra hic accipienda eſt ipſa ſtabilitas in Deo, à quo quidem gens illa omninò derelicta eſt. Puluis fuit ille populus, qui propterea verriculo deterſus eſt, vt munda Eccleſia mundo ſubinde Chriſti populo venturo habitaretur.

Pſal. 1.

*Iudæi per orbē diſperſi.*

S. Aug.

D

Pulchra etiam explicatio S. Hieronymi, ſic habet. Puluis licèt de terra ſit, tamen deſinit eſſe terra. tam infœlix erit impius, vt nec terrenus quidem ſit puluis. Nihil habet ſolidum, ſed quod habet, ad pœnam habet. huc illúcque diſpergitur & nonquam in vno loco eſt. Rupertus, etſi approbandam cenſeat, vti congruentem literæ, hyperbolem de numeroſa Hebrææ gentis multitodine; magis tamen in eo inſiſtit, vt vilitatem, & abiectionem iſtius gentis, qua parte in reprobos degenerauit, exiſtimet demonſtrari. Sic enim ait:

S. Hieron.

Rupert.

E

Sed quid ad hanc gentem pro multitudine comparari innumerali multitudini terræ pulueri; cùm teſtante Moyſe *Deut.* 7. cunctis populis pauciores fuerint? Non ergo ad comparationem cæterarum gentium, ſed ad quantitatem electorum, qui ex illa gente futuri erant, hoc eſt referendum: quia videlicet cùm ſoli electi pertineant ad numerum, gens autem illa maxima ex parte reprobata vacuum nobis fecerit locum, benè pulueri terræ comparati ſunt, quem dinumerate nobis quidem impoſſibile, Deo autem iudicetur ſuperfluum, apud quem ſoli electi noti ſunt. Hæc Rupert.

Deut 7.

*Impij nec numero, nec memoria digni.*

A

Profectò indigni ſunt impij, quorum ratio habeatur apud Deum. Atque vt videre licet, in eodem Pſalm. impij vocantur peſtilentia, aut ipſamet affectione: *Et in cathedra peſtilentiæ non ſedet.* Si ſpectetur quidem eorum vita, & doctrina exitialis: puluis autem propter vilitatem, & quòd nullo in numero, ac loco apud Deum reponantur. Extrema verò impiorum calamitas eſt, (vt vides) quòd ſicut puluis proiiciantur à facie terræ; præter expoſitionem D. Aug. quam præmiſimus, hæc mihi etiam oppidò arridet, vt terra iſta intelligatur, de qua Pſaltes: *Benedixiſti Domine terram tuam,* Pſalm. 84. Sed quæ terra benedicta à Domino, niſi tu ipſa, ò Virgo benedicta inter mulieres, quam Dominus benedicit (inquit Bern. *ſerm.* 4. *ſuper, ſalue Regina,*) vt per te benedictam vita veniret, ſicut mors per Euam proceſſerat maledicta. In hac igitur benedicta terra primò radices egit lignum illud vitæ, quod (vt *Pſal.* 1. legimus) plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet proſperabuntur. Vtique Dei Verbum caro factum, & natum ex ſemper virgine Maria.

*Soli electi apud Deum numerum faciunt*

Pſal 1.

Pſal 84.

S. Bern.

*S. Maria benedicta à Deo terra.*

Pſal. 1.

*Per S. Mariā vita venit.*

In hac ſubinde terra quicunque non inhærent, inſtabiles omninò ſunt; vt miſeri à vento reprobationis in gehennam abripiantur, priùs tanquam puluis à facie huius terræ benedictæ proiiciuntor. Certè vnum ex quotidianis & clariſſimis reprobationis æternæ iudiciis eſt, alienari à Virgine Dei matre; illius nomen, & ſtudium, & honorem, & pietatem de ore, de corde, penitus abolere. O miſeri, qui puluis eſtis; terræ iſti benedictæ inhærete, vt in lapidum firmitate, de quibus ſit conſtruendum cæleſte ſanctuarium, communitemini! Nec ipſe puluis proiicitur in gehennam, dum terræ iſti adhæret; priùs à facie terræ proiectus, ſubinde tandem deuoluitur in gehennam. Tota quidem, poſt Chriſti Domini merita, iuſtorum firmitas, & fortitudo in matre Dei virgine ſita eſt. Opera manuum eius annuntiat firmamentum, canit regius Vates *Pſal.* 18. Et *Geneſ.* 1. dixit Deus: Fiat firmamentum. ad quæ verba ſic D. Bernard. *ſerm.* 3. *ſuper, Salue Reg.* Omnibus firmamentis firmius firmamentum, tu Domine, &c.

*Signū reprobationis alienari à Maria.*

*S. Maria iuſtorum firmamentum.*

Pſal. 18.

S Bern.

## SECTIO V.

*Surge, & perambula terram in longitudine, & in latitudine ſua: quia tibi daturus ſum eam. Mouens igitur tabernaculum ſuum Abram, venit & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ eſt in Hebron: ædificauítque ibi altare Domino.*

1. INcertum eſt (vt benè ſubnotauit Caiet.) dicantúrne verba iſta præcipiendo, an permittendo, an etiam conſulendo. Oportebat tamen vti Abraham ſuis oculis colluſtraret, ac pedibus peragraret, promiſſam à Domino terram, ob eam maximè rationem, quam apponit ſanct. Chryſ. Vt (inquit) ſcire poſſet, & magnitudinem terræ, qua fruiturus eſt, & antequam fruatur, ſpe paſtus, magnam inde animi voluptatem hauriat. Nam quantumcunque terræ circumieris (inquit Dominus) tibi dabo; vt ſcias quòd

Caiet.

S Chryſoſt.

*Promiſſio Dei paſcit, &c.*

non

non tantum dimiſerit, quantum accepturus es. A Seies etiam non multo pòſt rebus ipſis, quàm nihil profuerit Lotho potioris terræ electio, & ipſemet diſcet quantum malum eſt primatum amare. Tu autem nunc accipe modeſtiæ, & clementiæ, quam erga fratris filium declaraſti, mercedem: & iam agnoſce terram omnem cuius dominus es; & non multo pòſt, & ipſe tu, & ſemen tuum in æternum poſſidebitis. Hæc Chryſoſtomus. At quæ tanta illa tellus? reſpondeo ampliorem multo à Deo promitti, quàm poſſederint aliquando Hebræi, ſed nec illam promiſſam conferri poſſe cum ampliſſimis nobilium gentium regionibus. Qua de re nullum veriorem, & digniorem afferre poſſumus B teſtem, quàm D. Hieronymum, qui vniuerſam illam regionem peruagatus, ſigillatim omnia contemplatus eſt ardore diſcendi ſtudioſiſſimo. Ille igitur *Epiſt.* 129. ad Dardanum ita ſcribit: Terra poſſeſſa à populo Iudæorum, poſtquam reuerſus eſt ex Ægypto, vtique à Dan vſque Berſabee via centum ſexaginta millium in longum ſpatio tenditur. Neque enim Dauid & Salomon potentiſſimos reges, exceptis iis, quos poſt victoriam in amicitiam receperunt, plus tenuiſſe Scriptura reſtatur. Et hoc dico, vt taceam quinque Palæſtinæ ciuitates, Gazam, & Scalonem, Geth, Accaron, & Azotum, Idumæos quoque à meridiana plaga, iuxta ſeptua- C ginta quinque millibus ab Hieroſolyma ſeparatos, Arabas, & Agarenos in vicinia vrbis Hieruſalem. Pudet dicere latitudinem terræ promiſſionis, ne Ethnicis occaſionem blaſphemandi dediſſe videamur. Ab Ioppe vſque ad viculum noſtrum Bethlehem, quadraginta ſex millia ſunt, cui ſuccedit vaſtiſſima ſolitudo plena ferocium, barbarorum. Hæc Hieronym. Hinc videas anguſtam illam Synagogæ portionem, cui ſucceſſit omnium terrarum ac gentium interminatus orbis, Eccleſiæ Chriſti attributus in poſſeſſionem. Et vt noſtris hominibus rem clariùs detegamus: tota regio Hebræorum ſecundùm longitudinem habebat quadraginta D leucas Luſitanas, quarum vnicuique annumerantur quatuor millia paſſuum; at ſecundùm latitudinem, vndecim leucas, & dimidium computabat. Hæc eſt (ait D. Hieronym.) ô Iudæe tuarum longitudo, & latitudo terrarum: in his gloriaris. Super his te per diuerſas prouincias ignorantibus iactitas ad populum phaleras: ego te intus, & in cute noui. Sic Hieronym. Quid hæc tam anguſta tellus comparari poteſt cum ſola noſtra Luſitania Chriſto Domino, & Eccleſiæ catholicæ Romanæ ſubiecta? Numeramus enim in hoc regno longitudinis trecenta octoginta & octo millia paſſuum, & conſequenter è noſtris leucas nonaginta ſeptem; à Brigantia ſcilicet, vſque ad promontorium ſancti Vincentij: latitudinis autem centum quin- E quaginta & ſex millia, leucas verò nouem ſuper triginta, ſcilicet ab oppido Peniche vſque ad fines Eluenſis vrbis. Quod ſi velis latitudinem regni emetiri à Peniche vſque ad oppidum Sabugale dictum, centum ſexaginta & octo millia paſſuum, leucæ autem quadraginta duæ recenſentur. Quid tandem regio illa Hebræorum, ſi cum tota Hiſpania, Italia, Galliis, Germania, Apollonia, cæteríſque gentibus, ac regionibus, vbi Chriſti fides Catholica & Romana viget, comparetur? Hæc dico, vt cum D.

*Ben. Fernand. in Gen. tom.* 1.

*Nocet primatum ambire.*

*S. Hieron.*

*Terra promiſſionis valde anguſta.*

*S. Hieron.*

*Quanto maior Luſitania, quàm terra promiſſionis?*

*Luſitanorum regnum & dominium.*

Hieronymo (ſic loquitur) decutiam ſupercilium Iudæorum qui Synagogæ anguſtias Eccleſiæ latitudini præferunt.

a. Diximus ampliorem terram hîc à Deo promitti Abrahamo: eam videlicet, de qua vberiùs D. Hieronym. Quod ſi (inquit) obieceris, terram repromiſſionis dici, quæ in Numerorum volumine continentur, à meridie maris ſalinarum per Sina & Cadesbarne, vſque ad torrentem Ægypti: qui iuxta Rhinocorutam mari magno influit: & ab Occidente ipſum mare quod Palæſtinæ, Phænici, Syriæ cœle, Ciliciæque protenditur, ab Aquilone Taurum montem, & Zephyrum vſque Hemath, quæ appellatur Epiphania Syriæ: ad Orientem verò per Antiochiam, & lacum Cenereth, quæ nunc Tyberias appellatur: & Iordanem, qui mari influit ſalinarum, quod nunc mortuum dicitur: trans Iordanem autem duarum, & ſemis tribuum poſſeſſio eſt Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe. Et ego fatebor hæc tibi repromiſſa non tradita: ſi obſeruaſſes mandata Dei, ſi non pro omnipotente Deo coluiſſes Beelphegor, & Baal, & Beelzebub, & Chamos; quos quia prætuliſti Deo, omnia, quæ tibi promiſſa fuerant, perdidiſti. Lege librum Ioſue, & Iudicum, & quantis poſſeſſionum anguſtiis ſis coarctatus intelliges. Hactenus S. Hieronym. Porrò autem longè adhuc mirabilius eſt, quod vel ex iſta tam circumſcripta, vt vidimus, regione ſemen Abrahami expulſum omninò eſt, vt intelligamus aliquod pactum interceſſiſſe inter promittentem Deum, nepotéſque Abrahami, quo violato Deus promiſſionem ſuam retraxit, & infidos, ac rebelles, etiam anguſto illo loco, in quo habitabant, priuauit; aliquando per aliquot annorum ſpatia, demúmque vſque ad finem mundi? Quo in argumento plures Patrum multa egregiè diſſerunt, ſed luculentiſſimè hîc adiungit D. Hieron. quæ ſequuntur. Multa Iudæa ſcelera commiſiſti, cunctis circa te ſeruiſti nationibus, ob quod factum? Vtique propter idololatriam, ſed miſertus eſt tui Deus, & miſit Iudices, & Saluatores, qui te liberarunt. Sub regibus offendiſti Deum, & omnis tua prouincia, gente Babylonica vaſtante, deleta eſt, ſed captiuitas laxata eſt. Ad extremum ſub Veſpaſiano, & Tito, vrbs capta, templúmque ſubuerſum eſt: adhuc, & vrbis & templi ruinæ permanent. Ob quod tantum facinus? Certè non colis idola, ſed etiam ſeruiens Perſis, atque Romanis, & captiuitatis preſſus iugo, ignoras alienos deos. Quomodo clementiſſimus quondam Deus, qui nunquam tui oblitus eſt, nunc per tanta ſpatia temporum miſeriis tuis non adducitur, vt ſoluat captiuitatem; &, vt verius dicam, expectatum tibi mittat Antichriſtum? Ob quod, inquam, facinus, & tam execrabile ſcelus auertit à te oculos ſuos? Ignoras; memento vocis parentum tuorum: ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Et: Venite, occidamus eum, & noſtra erit hæreditas. Et non habemus regem niſi Cæſarem. Habes quod elegiſti. Vſque ad finem mundi ſeruiturus es Cæſari, donec gentium introeat plenitudo, & ſic omnis Iſraël ſaluus erit. Hæc S. Hieronym. Quæ quidem ſi ſeriò, ac ſincerè Iudæi expenderent, proculdubio intelligerent verum

FFF eſſe

*S. Hieron.*

*Quam anguſta Synagoga ad Eccleſiã Chriſti.*

*S. Hieron.*

*Deus Hebræis latiorem terram promiſit quàm tradidit.*

*Iudæorum irreparabile excidium propter mortem Chriſti Ieſu.*

eſſe Meſſiam illom Ieſum Nazarenum, quem A repudiarunt, quem occiderunt in patibulo ſuſpenſum; atque adeò propter hoc vnum flagitium, miſeros ſe toto orbe vagos, exuléſque, opprobrio gentium agitari. Itaque voluit Dominus, vt Abraham pedibus preineret terram illam, quam oculis de longe vſurparat; vt eam ſcilicet cominùs contemplaretur; & pedibus eam peragrans poſſeſſionem acciperet ipſius, cuius Iam à Domino acceperat dominium. Præſcribit enim prudentia, vt quàm primùm ad poſſeſſionem accedas rei, iam tuo iuri, & dominio ſubiectæ; nam ſi diu moreris, occurrent multa, quibus impedieris, atque omninò priuaberis poſſeſſione; dominium autem ſine illa vacuum, inanéque cenſebitur. quòd ſi ad poſſidenda beneficia Dei currendum otius eſt, B vbi primùm à Deo promittuntur; cùm tamen ille ſit Dominus, qui nec datis, aut ablatis, quicquam de ſuo minuat; nec quia leuis, & mutabilis ingenio ſit, illum vnquam dediſſe pœniteat; quàm ſibi malè prouidebit, qui principum beneficia, ſimulatque offeruntur, non acceptet, non deuoret: cùm certum ſit periculum, ne princeps, aut pœnitentia, aut inconſtantia, aut etiam inuidorum interpellatione ductus iam conceſſum, ſed nondum poſſeſſum deneget beneficium. Vnde Princeps ille, téxque ſapientiſſimus Dauid cùm probè teneret perſpectum principum mutabile ſemper ingenium, admonuit Pſal. 117. *Bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in principibus.* & Pſal. 145. C *Nolite confidere in principibus.* Hebr. Vtrobique בנדיבים *bindibim*, in munificis. Emphaticè pro eodem accipiuntur, & qui munera largiuntur; & qui principatum obtinent: nihil enim tam decet principem, quàm munificentia; & ibi princeps ille meritò eſt, qui ſe ibi munificum præbet, quiſquis ille fuerit; ſed cur illis etiam munificis fidendum non eſt? quia (notat D. Hieronym.) filij hominum, quia homines ſunt. At quare munificis hominibus credendum non erit? quia (ait Theod. *in Pſal.* 117.) mente volubiles ſunt. Denique perambulare terram illam iubetur Abraham à Domino, vt vbique D iuſti viri manerent impreſſa veſtigia; & ſanctitas toti regioni quodammodo imprimeretur. Quod videtur à D. Thom. obſeruari his verbis, vt maiori deuotione a filiis haberetur, tanquam bonum perambulatum à ſancto Patre, non humanitus, ſed iuſſu diuino.

*Poſſeſſio accedat ad dominium.*

Pſal. 117.
Pſal. 145.
*Munificentia digna principe.*

S. Hieron.
*Non fidendum principibus quia homines ſunt, mente volubili.*
Theodor.
S. Thom.
*Terra à viro iuſto habitata.*

3. *Mouens igitur tabernaculum ſuum Abram.*] In Hebr. habetur ויאהל *vaiehel*, & tabernaculauit, ſeu tabernaculum mouit: innuitur ratio peregrinandi, de qua in ſuperioribus diſſeruimus. At quid hoc eſt, ô bone Deus, nunquam tam grandæuo & effœto ſeni; & tantæ familiæ oneribus prægrauato vlla dabitur quies, & ſtatio fidiſſima portus? ſic alia ex aliis in fata vocatur? Poſt Ægypti moleſtias adhuc laborandum, ſudandúmque eſt? Docemur in hac vita non quietem haberi, ſed in ea peregrinando, & E laborando parari viam ad patriam in cælo permanentem, quam futuram inquirimus; eò maximè quòd ab Ægypto digreſſos Ægyptus ſemper inſequitur fugientes. Quod myſterium ſic euoluit D. Auguſtin. *in Pſal.* 72. Liberatur populus Hebræorum ab Ægyptiis per Moyſem, liberatur populus Chriſtianus à præterita vita peccatorum per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum. Tranſit populus ille per mare rubrum, iſte per Baptiſmum. Moriuntur in mari rubro omnes inimici populi illius, moriuntur in Baptiſmo omnia peccata noſtra. Poſt mare rubrum non continuò patria datur, nec tanquam iam hoſtes deſint, ſecurè triumphatur, ſed reſtat eremi ſolitudo, reſtant hoſtes inſidiantes in via. Sic & poſt Baptiſmum reſtat vita Chriſtiana in tentationibus. In illa eremo ſuſpirabatur patriæ promiſſæ. Quid aliud Chriſtiani ſuſpirant iam abluti in Baptiſmo? Nunquid iam regnant cum Chriſto? nondum ventum eſt ad terram promiſſionis noſtræ, ſed non defecturam. Hoc modo audiant omnes fideles, ſciant vbi ſint. In eremo ſunt, patriæ ſuſpirant, B mortui ſunt hoſtes in Baptiſmo, ſed inſequentes à tergo. Quid eſt, inſequentes à tergo? ante faciem futura habemus, à tergo præterita. Omnia præterita peccata deleta ſunt in Baptiſmo; quibus modò tentamur non à tergo inſequuntur, ſed in via inſidiantur. Vnde Apoſtolus huius eremi in via adhuc conſtitutus, *Quæ retrò* (inquit) *oblitus in ea, quæ antè ſunt extentus, ſecundùm intentionem ſequor ad palmam*, &c. Hæc Auguſtin. Poteſt ergo locus iſte Pauli ſecundùm doctrinam D. Auguſtin. intelligi de pugna vitiorum: quædam ſcilicet iam deuicimus, & proculcauimus in Sacramento, aut Baptiſmi, aut confeſſionis: illa igitur vti deleta, vti mortua, vti nulla, & nihili obliuiſcamur; deinde C verò ad ea, quæ ante nos ſunt, extendamur, præliaturi videlicet cum iis, quæ nos à fronte adoriuntur, vt fortiter, & Chriſtianè, cum tentationibus colluctati, vitia omnia, quæ ſeſe offerent, ſuperemus; ea nimirum à nobis, ne accedant propiùs effugando, & illorum illecebras irridendo, ſtimulos hebetando. Quid quæſo ſignificant in Elim, peregrinantibus Hebræis, iam ab Ægypto auulſis, ſeptuaginta illæ palmæ? non vna tantùm ſatis erat? cur tam multæ? *Exod.* 15. Benè Origenes. Primum (inquit) mundi huius iter digreſſis occurrit palma victoriæ. Adde quia etiam nunc peregrinandum colluctandúmque eſt cum ſolitudine, D cum laſſitudine, cum ſiti, ac fame, cùm hoſtibus; plures aſſurgant palmæ oportet, vt in pluribus pugnis, plures victoriæ pluribus palmis donentur. Contrà verò ad deſides, & otio languidos dicetur à Domino: Neſcio vos, *Matth.* 25. Vnde admodum delicatè S. Bernard. *Epiſt.* 2. Fac te priùs ſciri, fac te priùs videri; ne tunc neſciaris ad gloriam, ſciaris autem ad pœnam; ſi te Chriſtus agnoſcit in bello, recognoſcet in cælo.

*Laborandum & ambulandum in hac vita.*

S. Aug.

*Chriſtianorum fuga, & pugna in via.*

Ad Phil. 3.

Exod. 15.
Orig.
*Victoriarum palma manent certantes pro Deo contra vitia.*

Matth. 25.
S. Bernard.

4. *Venit & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ eſt in Hebron*, &c.] Hebr. *Mamre* ponitur. Dein Hebr. אלן *elon* quercum, ſeu locum vbi ſunt multæ quercus, ſignificat: Latinus interpres conuallem poſuit, reſpiciens ad locum ipſum arboribus nemoroſum; & Chal- E dæum ſecutus, qui vertit planiciem. Hic igitur locus deſcribitur vicinus ciuitati Hebron, quæ priùs Philiſtinorum metropolis fuit, & habitaculum gigantum; deinde principium regni Dauid, in qua ſepulchra fuerunt Adam, Abraham, Iſaac, & Iacob: erat etiam de tribu Iuda, ſed ſacerdotalis tamen, & ciuitas fugitiuorum, vt rectè animaduertit D. Hieronym. *de locis Hebr.* Porrò in toto illo nemore arbor vna extitit valdè memorabilis, quæ mambre dicebatur, nomen accipiens a ciuitate Hebron,

*Hebron quæ ciuitas fuerit.*

quæ

quæ & Mambre dicitur, vel à viro quodam principe, cuius mentio fit *capite ſequenti*: de illa ſic ſcribit D. Hieron. Sanè quercus Abrahæ, quæ & Mambre, vſque ad Conſtantini regis imperium monſtrabatur, & Mauſolæum eius in præſentiarum cernitur. Cúmque à noſtris ibidem Eccleſia iam extructa ſit, à cunctis in circuitu gentibus terebinthus ſuperſtitiosè colitur, eo quòd ſub ea Abraham Angelos quondam hoſpitio ſuſceperit. Hæc Hieronym. Atque inprimis religioſum animum, & ab omni rerum humanarum vinculo expeditum Abrahami, S. Chryſoſt. admiratur, iam tunc in ſeipſo dedicabat tantus hic vir hominum religioſorum vitam. Vide (inquit) mentem optimis moribus præditam, vide ſpiritus ſublimitatem, quomodo facilè inde migrat, nec grauatus de locis in loca tranſire. Iuſtus iam initio, nondum fulgente Euangelij luce philoſophum agebat, & quaſi peregrinus, & hoſpes, ita nunc hinc illuc, & nunc illinc huc tranſmigrabat; & per omnia religioſam ſuam mentem declarare ſtudebat. Hæc Chryſoſt. Quod quidem eo admirabilius videri debet, quo difficilius eſt virum tam ampla, numeroſa, diuitéque familia prægrauatum, ad Dei nutum ita ſe facilem expeditúmque exhibere. Planè mihi eſt miraculum, ſed tamen ab homine cum Dei auxilio præſtitum: ex quo ampliùs colligo, poſſe hominem in coniugio, in diuitiis, in ipſo copioſæ familiæ regimine, ſi velit diuina ope adiutus, quæ nulli non præſtò erit, Chriſtianam, piam, ac religioſam, & affectu ipſo, à terræ, mundíque nexibus liberam vitam traducere. Quamquam ſecurius omninò ſit non eniti ad miraculum Abrahami, ſed faciliore curſu in cælum conſcendere, per euangelicam illam perfectionem Apoſtolis à Domino inſtitutam, quæ circuncidit omnia, quæ remorari, & præpedire ſolent animum ad cæleſtia ſubuolantem. Religioſum induens Propheta teſtabatur hoc miſericordiæ diuinæ miraculum: *Miſit de ſummo, & accepit me, & aſſumpſit me de aquis multis*, Pſalm. 17. Chald. habet, de populis multis. Et quidem Apocal. *Aqua multa, populi multi*. Dominus igitur me de ſalo ſeculi, in atrium cæli ſuſtulit. Sequitur, *Et eduxit me in latitudinem. Saluum me fecit, quoniam voluit me*. Senſus eſt: In latum, & ſecurum locum, in magnum gaudium ex loco anguſtiarum, & ærumnarum me deduxit. Eduxit (declarat S. Hieronym.) me de anguſtia in latitudinem, quæ eſt ſpes futuri. Et cui quæſo maior, & certior vitæ ſempiternæ ſpes affulget, quàm religioſis, qui propter illam ſpretis mundi bonis, ac deliciis in arctiſſimum religionis ſepulchrum ſeſe viuos incluſerunt? *voluit me*, hoc eſt, dilexit me. Hebr. חפץ בי deſiderauit me. Chald. Quoniam voluntas eius fuit in me. Vide quanta Deus miſericordia vtatur erga religioſos; quàm fortunati, ſua ſi bona norint! Idcirco religionem amplecteris, & mundo nuncium remiſiſti, quia Dominus voluit te, deſiderauit te, dilexit te; totum quicquid habes, quicquid ipſe es. Dei voluntati, deſiderio, & amori debes. Voluntate propria (inquit S. Hieronym.) & non ex meo merito me vocauit. Quòd ſi Deus te deſiderauit, quid ni tu Deum toto animi conatu deſideres? Et quidem, vt vbertimis beneficiis diteris. Etenim (vt ait S. Cyprian.) ampliora gloriæ præmia Dominus daturus eſt iis, quorum circa ſe fuerint deſideria maiora. Igitur vir religioſus felicior multo eſt, quàm fuit Abraham, quippe iſte ſeculi portabat onera, quæ tu ignoras. Non vxorem (ait D. Gregor. Nazianz. *Orat.* 10.) non filios habebis; at nec eos lugebis, nec ab illis lugeberis, aliis relinquens, vel ipſe calamitatis monimentum relictus. Hæc ille. Quàm pulcher ille grex tonſarum, quæ aſcendunt de lauacro? *Cant.* 4. Vtique à ſeculo extractæ animæ, ſordibus in illo contractis deputatæ, in vitæ ſublimioris ſtatum aſcendunt. Sed quorſum tonſæ? Audi D. Bernard. *ſerm. 63. de paruis*. Quàm benè (inquit) monachi tonſis ouibus comparantur; quia reuera tonſi ſunt, quibus nec corda, nec corpora, nec aliquid mundanum in proprietate relictum eſt. At etiam nunc vel ipſum nomen religionis times; deſertum dicis? planè deſertum eſt. Sed heus tu audi, & vide. Scribitur Exod. 16. *Accedite coram Domino. Cùmque loqueretur Aaron, reſpexerunt ad ſolitudinem*. Hebr. ויפנו אל־המדבר, verterunt ſe ad deſertum. Et ecce gloria Domini apparuit in nube. Optimè Caiet. Poſtquam (inquit) Aaron appropinquauerat iuxta locum columnæ nubis, dixit eis, vt verterent ſe versùs deſertum, fortè vultus habebant versùs mare rubrum; at ex parte deſerti nubes diuinitatem præ ſe ferens. Hæc ille. Nempe in deſerto, vt vocas, gloria Domini apparet, vbi ſe Deus, & videndum, & alloquendum, & familiariter tractandum præbet iis, qui à tergo habent Ægyptum, imò & mare ipſum, per quod tranſierunt; verſiſque vultibus in deſertum, Domini gloriam contuentur.

5. *Ædificauítque ibi altare Domino.*] Aptiſſimum vbique locum eligit Abraham, in quo orando, & contemplando ſuauiſſimè, vt ſolet, agat cum Deo ſuo: ſcilicet extra hominum conuentus, in ſolis atque abditis conuallium receſſibus, inter opaca nemorum: ne quid exteriùs, & populare ſecuros contemplantis ſomnos interturbet. Amat enim oratio cùm otium, tum receſſum, & nihil ab oratione alienius, quàm ſtrepitus, ac tumultus. Quare cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clande oſtium, ait Dominus *Matth.* 6. Hinc illa doctrina Bernard. *tractat. de doctrin.* Veniens ad Eccleſiam, pone manum ſuper oſtium, & dic: Expectate hîc cogitationes malæ, intentiones, & affectus cordis, & appetitus carnis. Tu autem anima mea intra in gaudium Domini Dei tui, &c. Hæc ille. S. Hieronym. arbitratur mentalem (vt vocant) orationem à Domino edoceri. Sic enim ait: Videtur mihi præceptum; vt incluſa pectoris cogitatione, labiiſque compreſſis, oremus Dominum. Sed cur quæſo Abraham oraturus, altare conſtruit; &, vt ſuſpicari licet, nomine altaris intelligitur ædicula, in qua eſſet altare; quaſi non liceat in omni loco orare, & leuare puras manus, vt ait Apoſt. 1. *Timoth.* 2.? Profectò nullus orationi certus à Deo locus præfigitur: Si mundam enim (inquit D. Chryſoſt. *homil. 79. ad popul. Antioch.*) mentem habeas, vbicúmque ſis, Deo poteris inuocato, petitionem obtinere; ſed non ſicut in Eccleſia, hîc enim maius aliquid eſt. Puto, quia ædes ſacra locus ſanctior eſt, ita religioſiùs in ea fieri preces, eo etiam nomine, quòd ante Domini altare, maximè verò ante ſacroſan-

Marginal notes: S. Hieron. — *Mambre quid fuerit.* — S. Chryſ. — *Religioſa & expedita vita Abram.* — *Religioſorum abnegatio.* — Pſal. 17. — Apoc. 17. — *Religioſus totum Dei gratiæ debet.* — S. Hieron. — S. Cyprian. — *Religioſus ab oneribus liber.* — S. Greg. Naz. — Cant. 4. — *Religioſi ab immundus exuti.* — S. Bern. — Exod 16. — Caiet. — *Deus familiarem ſe præbet iis, qui à tergo mundum habent.* — *Oratio amat otium & receſſum.* — Matth 6. — S. Bern. — S Hieron. — 1. Tim. 2. — *Orationi vbique locus eſt.* — S Chryſ. — *In Eccleſia religioſius oratur.*

ſacroſanctum corpus Domini in ſanctiſſima Euchariſtia, deprecamur humiliore, & verecundiore, atque ad pietatem magis efformato corporis habitu, vt ſacrum decet locum, nimirum flexis genibus, oculis, & manibus in Deum ſublatis. Naamam Syrus, nec in ſacris Iordanis aquis ſanitatem potuit inuenire, quin priùs ad ſacram prophetæ ædiculam religioſo atque humili officio accederet. Hinc illa ſententia D. Ambroſ. locum huiuſmodi expendentis: Nemo ſanatus oſtenditur, niſi qui religioſo officio ſtuduit ſanitati. Non enim dormientibus diuina beneficia, ſed obſeruantibus deferuntur. Sic Ambroſ. *in 4. Luc.* Nota obiter operandum eſſe, ac laborandum, vti diuina ope adiuuante, ſalutem animæ conſequamur. An non piiſſima Domini viſcera mouebit ad commiſerationem ille habitus deprecantium quem ſemper Chriſtiana Eccleſia vſurpauit? Eſt autem huiuſmodi, vt ſcribit Tertull. *Apolog. cap.* 30. Paratus eſt ad omne ſupplicium ipſe habitus orantis Chriſtiani: præſtò ſum, necte, & plecte, ſi vis, aut certè miſerere. Sic Tertull. Hoc eodem geſtu corporis ſignificatur mentis eleuatio in Deum: quod Clem. Alex. 7. *ſtromatum* ſic oſtendit. Caput, & manus in cælum extendimus; vnà cum verbo corpus à terra educere conantes; erectam, & eleuatam animam deſiderio meliorum cogimus in ſancta progredi, magno animo corporis vinculum deſpicientes. Ita Clemens. Et quidem in manibus ad Deum ſublatis vim quandam bellatricem agnoſcit D. Ephrem *in Panopl.* hiſce verbis. In oratione manus extendimus, ac veluti ſagittam in inimicum dirigimus. Nihil autem æquè abſurdum, impudens, ac temerarium, quam vt quis ante Domini altare in domo Dei, in oculis Dei, non compoſito ad pietatem habitu corporis aſſiſtat. Pudeat noſtra ætate Chriſtianum hominem, cùm Tertullianum audierit egregiè hac de re ſic diſſerentem *lib. de orat.* Contra ſcripturam fecerit, ſiquis in cathedra, aut ſubſellio ſederit. Siquidem irreuerens eſt aſſidere ſub conſpectu, contráque conſpectum eius, quem maximè reuerearis ac venereris: quanto magis ſub conſpectu Dei viui, Angelo adhuc orationis adſtante. Factum iſtud irreligioſiſſimum eſt, niſi exprobramus Deo, quòd oratio nos fatigauerit. Hæc Tertull.

4 Reg. 5.

S. Ambroſ. *Deus ſua bona confert operantibus.*

Tertull. *Pius orantis habitus in Eccleſia.*

Clem. Alex.

S. Ephrem.

Tertull. *In Eccleſia ſedere habebatur irreligioſum.*

6. Quàm verò bellè coniunguntur hæc duo: Ædificauit, & Inuocauit? Sic enim intelligendum duco, quod in ſuperioribus apponitur: Et inuocauit nomen Domini. Significantur autem operatrix, & contemplatrix vita; actio, & oratio, quæ mutam inter ſe ſocietatem obſeruant, ſibique dant inuicem operas. Hinc illa ſententia digna ſanctiſſ. Greg. Nazianzeno *Orat.* 16. Pulchra res eſt contemplatio, pulchra item actio; illa hinc aſſurgens, atque ad ſancta ſanctorum contendens, mentémque noſtram ad id, quod ipſi cognatum eſt, reducens. Hæc verò Chriſtum excipiens, eique inſeruiens, ac vim amoris per opera indicans. Sic Nazianz. Præſtò habebat altare Domini Abraham, quô ſe reciperet ad orandum cùm à curarum huius ſeculi tumultu, ſeſe vellet aliquantulum ſubducere. Cùm enim anima quietem deſideret, aut malè in ſeculo, aut optimè in Deo requieſcat neceſſe eſt. Scitum enim eſt ac celebre, quod in hanc ſententiam ita ſcribit S. Fulgent. *lib.* 1. *ad Monimum.* Voluntas creaturæ rationalis, ſine qua- A licumque amore non poteſt eſſe: nec ſic poteſt diligere, vt amorem ſuum non velit ad aliquid religare. Quæ inter ſummum bonum, à quo creata eſt, & infimum bonum, cui prælata eſt, medio quodam loco poſita profectò, aut in infimo bono neceſſe eſt miſerabiliter iaceat, aut in ſummo bono veraciter, feliciterque requieſcat. Hæc Fulg. Sic igitur res habet: anima dum rebus, ac negotiis ſeculi tenetur, miſera iacet; dum ab illis verò ſe ſubtrahit, atque orationibus intenta Deum contemplatur, ſummo adhærens bono, feliciſſimè conquieſcit. Qua felicitate S. Abraham iugiter inuocando nomen Domini perfruebatur. S. Chryſ. exiſtimat B Abraham, præcipuè altare conſtruere, vt gratias Deo agat; ſic enim loquitur: Vide mentem gratam: mox vt tabernaculum fixit, ſtatim pro facta ſibi promiſſione gratiarum actiones obtulit Domino. Non expectauit, donec promiſſa complerentur, ſed & mox pro promiſſione gratias egit, & faciebat, quod in ſe erat, vt de præmiis dignam & ſinceram gratitudinem præ ſe ferens Dominum ſuum prouocaret, ad promiſſiones ſuas implendas. Ita Chryſ. Abraham pro ſibi à Deo promiſſis vbique gratias agit: quid nobis præſtandum eſt, pro acceptis à Deo innumeris beneficiis? Certè Apoſtolus in hac cogitatione defixus aiebat 2. Corinth. 5. *Caritas Chriſti vrget* C *nos.* Vbi S. Hieron. Neceſſe (inquit) eſt nobis vel aliquatenus vicem eius rependere caritati. Vide (inquit D. Chryſ. *hac eadem homil. in Geneſ.*) gratitudinem, vide caritatis excellentiam. Caritas Dei compellit nos, cogit, conſtringit. Qualem igitur viciſſim Chriſto gratiarum actionem exhibere poterimus tam diuitem erga nos caritatem declaranti? In fide (ait Paul. *ad Gal.* 2.) viuo Filij Dei, qui me dilexit, & tradidit ſemetipſum pro me. Conſidera quàm eminens gratitudo? Quid ais, ô Paule? qui dilexit me. Vt proprium, vſurpas commune beneficium? Profectò, inquit. Nam licet pro omni hominum genere ſacrificium oblatum ſit, tamen propter amorem in eum, id quod factum D eſt omnibus, proprium mihi facio. Ita, & Prophetis mos eſt facere & dicere: Deus Deus meus; quamuis totius orbis ſit Dominus. Sed peculiare hoc eſt amori, vt ex communibus propria faciat. Dilexit me. Quid dicis? te ſolum dilexit? Omnem (inquit) hominum naturam dilexit, ſed ego ei gratias debeo, quaſi me ſolum dilexiſſet, & tradidiſſet ſemetipſum pro me ſolo. Ita meum amorem ſolor. Hactenus S. Chryſ. Mira ſanè Apoſtoli pietas, & digna, quam omnes imitemur, qui à Deo ſumus infinitis beneficiis affecti.

S. Greg. Naz. *Contemplatio, & actio amicæ.*

*Anima aut in Deo, aut in creaturæ amore quieſcit.*

S. Fulg.

S. Chryſ. *Debita gratiarum actio Deo danda.*

2. Cor. 5.

S. Hieron.

S. Chryſ.

Ad Galat. 2.

*Communia Dei beneficia, vt nobis propria, numeramur.*

7. Denique mirabitur quis hoc loco, quid ſit cur ſolus Abraham legatur, & altare Domino ædificaſſe, & in nomine Domini inuo- E caſſe? nec de Sara ipſius coniuge ſanctiſſima, quicquam ſimile narretur. Sed arbitror, Abraham Deo ſupplicaſſe, vtique Saram, totámque familiam ad exemplum patrisfamiliâs in eandem pietatem gratias ac preces Deo exhibendas incubuiſſe. Deinde tanta erat pietas, ac iuſtitia vnius Abrahami, vt illius preces in Deũ effuſæ pro omnibus pariter haberentur. At quanto felicius nobis euenit? Aduocatum habemus apud Deum Patrem, non quidem Abraham vnius familiæ caput: ſed Filium Dei Chriſtũ Ieſum primogenitum omnis creaturæ, qui ſemper interpellat pro nobis. Nihil huiuſmodi de Sara legimus

*Pater familias orat pro ſe, & pro ſuis.*

legimus nominatim. At legimus Mariam ſemper virginem Dei matrem pro nobis inuocaſſe in nomine Dei Filij ſui. Vnde S.Bern. *ſerm. 4 ſuper, Salue Reg.* O Domina (inquit) oſtende faciem tuam, ſonet vox tua in auribus noſtris, quia vox tua dulcis, & facies tua decora. Vocem tuam audiuimus in Euangelio, ô Domina rerum, ad Filium: Vinum non habent. Neceſſaria nobis hæc eſt: defecit vinum in cadis noſtris, vinum ſcilicet lætificans cor hominis. Vinum quærimus quod germinat virgines, harũ pincerna tu, vexillifera tu; vexilla regis prodeũt in nobis, te agẽte pro nobis. Calix in manu tua vini meri: in manu tua, in poteſtate tua vini meri amoris diuini. Dic, Domina rerum, dic pro nobis Filio tuo: Vinum non habent. Calix huius vini inebrians, quàm præclarus eſt; inebriat, calefacit, acuit, audaces facit, & fortes, obliuioſos, diſcretos, ſomnolentos. Inebriat amor Dei ad contemptum mundi; calefacit, quia feruentes facit; acuit, quia erudit; facit audaces contra aduerſa: & fortes, à carne, mundo, & dæmonibus inuincibiles. Obliuioſos eorum ſcilicet, quæ retrò ſunt, & in futura extentos; diſcretos erudiens ad iuſtitiam, ſomnolentos ad temporalia, & tædioſos: & ad inuiſibilia contemplanda pronos, & promptos. Hoc vinum lætificat cor hominis; hoc à te, & per te ſpetamus. Hæc Bern. Perutiles quidem humano generi exiſtunt viri ſancti; ſolem mundo proferunt, dies prælucidos, ac felices efficiunt, quod Dominus inſinuauit cùm *Luc. 4.* illo eſt vſus modo loquendi: *In diebus Eliæ.* Nam quorſum dies vocantur Eliæ? Erat ne Sol Elias, qui dies ortu ſuo efficeret? Quia (inquit S. Ambroſ.) dies faciebat illis, qui conuertebantur ad Dominum, & ideo aperiebatur cælum videntibus diuina. Sic Ambroſ. *in prædictum locum.* Si ſeruus hoc præſtitit, quid non regina efficiet, ſi volet? Igitur ô regina mundi, quæ ſolem gloriæ peperiſti, dies nobis ſerenos efficito, lucem ampliſſimam, & clariſſimam ſuper infunde; aperi nobis ipſa cælum, cuius clauem habes; imò quod in ſinu geſtas, vt illuc intentis oculis, atque animis, diuina, quæ reſtant, in ſequentibus myſteria contemplemur, & ſolius lucubrationibus commentemur.

*S. Maria ora pro nobis. S.Bern.*

*Ioann. 2. S Maria diſpenſatrix amoris diuini.*

*Amoris diuini effecta in nobis.*

*Viri ſancti mundum lætificant.*

*Luc 4.*

*S. Ambroſ.*

*S. Maria reuelatrix myſteriorum.*

## CAPVT DECIMVMQVARTVM.

1. FActum eſt autem in illo tempore, vt Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlahomor rex Elamitarum, & Thadal rex Gentium,

2. Inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, & contra Berſa Regem Gomorrhæ, & contra Sennaab regem Adamæ, & contra Semeber regem Seboim, contráque regem Balæ, ipſa eſt Segor.

3. Omnes hi conuenerunt in vallem Silueſtrem, quæ nunc eſt mare ſalis.

4. Duodecim enim annis ſeruierant Chodorlahomor, & tertiodecimo anno receſſerunt ab eo.

5. Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahomor, & reges qui erant cum eo: percuſſerúntque Raphaim in Aſtarothcarnaim, & Zuzim cum eis, & Emim in Saue Cariathaim,

6. Et Chorræos in montibus Seir, vſque ad Campeſtria Pharan, quæ eſt in ſolitudine.

7. Reuerſique ſunt, & venerunt ad fontem Miſphat, ipſa eſt Cades: & percuſſerunt omnem regionem Amalecitarum, & Amorrhæum qui habitabat in Aſaſonthamar.

8. Et egreſſi ſunt, rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ, réxque Adamæ, & rex Seboim, nec non & rex Balæ, quæ eſt Segor. & direxerunt aciem contra eos in valle Silueſtri:

9. Scilicet aduersùs Chodorlahomor regem Elamitarum, & Thadal regem Gentium, & Amraphel regem Sennaar, Arioch regem Ponti, quattuor reges aduersùs quinque.

10. Vallis autem Silueſtris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum, & Gomorrhæ, terga verterũt, ceciderúntque ibi: & qui remanſerãt, fugerunt ad montem.

11. Tulerunt autem omnem ſubſtantiam Sodomorum & Gomorrhæ, & vniuerſa quæ ad cibum pertinent, & abierunt:

12. Nec non & Lot & ſubſtantiam eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis.

13. Et ecce vnus qui euaſerat, nunciauit Abram Hebræo, qui habitabat in cõualle Mambre Amorrhæi fratris Eſcol, & fratris Aner: hi enim pepigerant fœdus cum Abram.

14. Quod cùm audiſſet Abram, captum videlicet Lot fratrem ſuum, numerauit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem & octo: & perſecutus eſt vſque Dan,

15. Et diuiſis ſociis, irruit ſuper eos nocte: percuſſitque eos, & perſecutus eſt eos vſque Hoba, quę eſt ad læuam Damaſci.

16. Reduxítque omnem ſubſtantiam, & Lot fratrem ſuum cum ſubſtantia illius, mulieres quoque & populum.

17. Egreſſus eſt autem rex Sodomorum in occurſum eius, poſtquam reuerſus eſt à cæde Chodorlahomor, & regum

qui cum eo erant in valle Saue, quæ eſt A vallis regis.

18. At verò Melchiſedech rex Salem, proferens panem & vinum, erat enim Sacerdos Dei altiſſimi,

19. Benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelſo, qui creauit cælum & terram:

20. Et benedictus Deus excelſus, quo protegente, hoſtes in manibus tuis ſunt. Et dedit ei decimas ex omnibus.

21. Dixit autem rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas, cetera tolle tibi.

22. Qui reſpondet ei: Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cæli & terræ,

23. Quod à filo ſubtegminis vſque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt, ne dicas: Ego ditaui Abram:

24. Exceptis his, quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum, Aner, Eſchol, & Mambre: iſti accipient partes ſuas.

---

## SECTIO PRIMA.

*Factum eſt autem in illo tempore, vt Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlahomor rex Elamitarum, & Thadal rex Gentium, inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, & contra Berſa regem Gomorrhæ, & contra Sennaab regem Adamæ, & contra Semeber regem Seboim, contráque regem Balæ, ipſa eſt Segor. Omnes hi conuenerunt in vallem ſilueſtrem, quæ nunc eſt mare Salis. Duodecim enim annis ſeruierant Chodorlahomor, & tertiodecimo anno receſſerunt ab eo. Igitur quatuordecimo anno venit Chodorlahomor, & reges qui erant cum eo: percuſſerúntque Raphaim in Aſtarothcarnaim, & Zuzim cum eis, & Emim in Saue Cariathaim, & Chorræos in montibus Seir, vſque ad Campeſtria Pharan, quæ eſt in ſolitudine. Reuerſique ſunt, & venerũt ad fontem Miſphat, ipſa eſt Cades: & percuſſerunt omnem regionem Amalecitarum, & Amorrhæum qui habitabat in Aſaſonthamar.*

HEBR. ויהי בימי אמרפל מלך שנער B *vaihi bime Amraphel melech xinghar*, &c. Et fuit in diebus Amraphel regis Sẽnaar. Ex quibus verbis proculdubio colligitur ſolùm, quod hîc narratur, contigiſſe regnãte Amraphel. Sed quia ex ſequentibus conſtat hunc etiam regem cum aliis ſimul inuentum fuiſſe; dicendum eſt: Et regnante Amraphel, & illo cæteris imperante regibus, bellũ iſtud ſuſceprũ aduersùs Pentapolitanos. Porrò in explicandis huius loci mille difficultatibus multum ſe diſcruciãt plerique, dum nitũtur ad calculos rem ita deducere, quaſi heri geſta fuerit hic Oliſipone, aut illic Eboræ. Ac meo quidem iudicio in tam immenſa mundi antiquitate, vbi nulla ſuppetũt literarum monu- C menta præter locum iſtum Geneſeos, nemo audeat temerè coniecturam facere, ac diuinare, nedum certò aſſerere, (quod miror quàm facile quibuſdam ſit) quin à prudentioribus irrideatur. Dicam igitur ſolùm, quod minus à vero videtur abeſſe. In primis, vt ſcribit Ioſephos, totus iſte exer- Ioſeph. citus erat Aſſyriorum aduersùs Palæſtinos coactus. Amraphel, non verò Nemroth, vt quidã arbitrantur, ſed ab ipſo tertius quartúsve rex Aſſyriorũ, ſiue Babylonis, quæ dicitur Sennaar, vti ſæpiùs monuimus, cùm iam annus cẽteſimus vigeſimus imperij Aſſyriorum ageretur, reges alios ſibi ſubiectos, & ſtipendiarios cõntra Palæſtinos eduxit. Maior adhuc difficultas occurrit in Arioch rege Ponti, quis iſte Pontus, num mare, nũ D regio illa iuxta mare Euxinum exilio Poëtæ memorabilis, ex qua ad Aſſyriam, & Palæſtinam permulta intercedunt ſpacia terrarum: an aliqua alia ciuitas regióve finitima Chaldææ, illo etiam nomine per illud, aut aliud ſubinde tempus nũcupata: an fortè librariorum inſcitia mendum aliquod inuectum ſit? Nam Hebr. habet מלך אלסר *melech elaſar*. Idem nomen tranſcribunt L X X. βαſιλεὺς ἐλαſάρ. Placet doctioribus Elaſar vrbem in Cæleſyria ſitam, quæ dicitur etiam Elas, Pórum quoque nominari. D. Hieron. de lo- S. Hieron. cis Hebr. non videtur diſſentire, cùm ait Eleſar ciuitas regis Achior. Elamitæ populi putantur Perſis vicini ab Elam filio Sem orti, qui etiã dicuntur Elymæi, eorúmque regio Elymas, cuius rex tunc erat, Chodorlahomor. Nox alia incubat ſcrutantibus, quid ſit rex gentium. Hebraicè גוים *goim*, cùm reges iſti omnes fuerint Gentiles, & reges Gentium, ſiue Gentilium? Sunt qui dicant: Thadal iſtum fuiſſe principem gentium ex variis nationibus collectarum, imperaſſéque collectitiæ multitudini erronum, profugorum, nebulonum, latronum, ſicariorum, quibus aſylum aperuerat, vt poſtea fecit Romulus rex primus Romanorum. Similis apud nos videtur, & vocatur dux collectitiæ gentis (vulgo *Conde de Ciganos.*) Aut potiùs intelligitur extrema Iudææ regio, quæ & Galilæa ſuperior vocata gentium eſt, vel quia propter multos portus, & ſoli vbertatem, opportuna mercaturæ, & multarum nationum illuc aduentantium commercio percelebris: vel quia vndique gentibus circundata: vel quia poſtea rex Salomon in ea viginti ciuitates attribuit Hiramo regi Gentili, vt legimus 3. *Reg*. 9. Vnde 3 Reg 9. & Galilæa gentium cœpta eſt nuncupari. Plura de his lege apud noſtrum eruditiſſimum Benedict. Perer. Mirabitur tamen aliquis quid ſit, cur gentium reges dominentur, hoſtes quidem Dei, atque in ſempiternum reprobi futuri; cùm interim iuſti, & amici Dei, Abraham, & Loth peregrini per exteras regiones vagentur, vixque habeat ſanctiſſimus Patriarcha quercum Mambre, *Regnum primum obuenit reprobis.*

ſub

ſub qua tentorium figere poſſit? Nulla mihi ſanior occurrit reſponſio, quàm quæ à D. Greg. *homil.40.in Euang.* affertur, cùm Lazari calamitatem, & diuitis luxuriem expendit hiſce verbis. Mala Lazari purgauit ignis inopiæ, & bona diuitis remunerauit felicitas vitæ præſentis. Illum pauper afflixit, & terſit, iſtum abundantia remunerauit, & repulit. Similiter de Abrahamo peregrino, & de idololatris regnantibus philoſophandum erit. Colligit igitur ſanctus Pontifex: Quicunque ergo bona in hoc ſeculo habetis, cùm vos bona egiſſe recolitis: valdè de ipſis pertimeſcite, ne conceſſa vobis proſperitas eorumdem remuneratio ſit bonorum, & cùm quoſlibet pauperes, nonnulla reprehenſibilia perpetrare conſpicitis; nolite deſpicere, nolite deſperare; quia fortaſſe, quos ſuperfluitas tenuiſſimæ prauitatis inquinat, caminus paupertatis purgat. de vobis omnimodò pertimeſcite, quia nonnulla etiam malè acta proſpera vita ſecuta eſt. De illis verò ſolicitè penſate; quia eorum vitam etiam magiſtra paupertas cruciat quouſque ad vitę rectitudinem perducat. Hæc Gregor. Iuſti ergo affliguntur, vel vt purgentur, vel vt patiendo illuſtriores fiant; improbi autem abundant, & feliciter agunt, vt in vita donentur, & ad æternos cruciatus reſeruentur. Optimè obſeruatum illud eſt à D. Auguſt. *lib.2.ad Hieron.* Ineſt miſericordia iudicanti, & iudicium miſerenti. vtrumque Dominus in hac vita cum malis & cum bonis exercet. Parcit interim malis ex miſericordia ſua, illóſque expectat vt conuertantur. Nam, vt ait S. Hilar. *in 16. Matth.* longa Dei patientia in profectum humanæ ſalutis extenditur. Illis etiam tribuit bono huius vitæ, & miſeros ſinit in mundo florere, vt in æternum puniantur. Contrà verò humiliari, affligi, patíque permittit iuſtos, illorum vel leuia delicta caſtigat; vt demum puri ac nitidi recipiantur in æterna tabernacula.

S.Greg.

*Cur in hoc ſeculo reprobi dominantur, & prædeſtinati affliguntur?*

S.Aug.

S.Hilar.

a. *Contra Bara Regem Sodomorum, &c.* ] Quatuor Aſſyrij reges contra quinque reges Palæſtinos bellum mouerunt: hi quinque ciuitatibus imperabant, quæ non multis pòſt annis cæleſti conflagrauerunt incendio, minore Segor excepta: hinc optimè colliges fuiſſe regulos, & veluti conſules, aut etiam principes; abſoluti quidem rerum domini, ſed anguſtæ tamen ditionis. Huiuſce generis principes, ex experientia compertum eſt, dum ſuam quiſque rem amplificare nititur, perpetuis rixis ac bellis ſeſe impetunt. Ergo Aſſyrij bellum aduersùs Palæſtinos ſuſceperunt: atque vtrinque dimicatum eſt, in ſpatioſa illa planicie, quæ antea, ſicut Dei paradiſus Iordanis aquis irrigabatur, vbi quinque ciuitates erant extructæ, quas poſtea ignis abſumpſit. Litera habet, *in vallem ſyluestrem*, Heb. עמק השדים *ghemeq haſſidim*, in vallem deſertam; in vallem amœnam, in vallem condenſam (ſcilicet arboribus) in agros cultos, & æquatos, in vallem bituminis, in vallem calcis. Hæc omnia reddi poſſunt, ac ſolent ex voce *ſaddim*; cuius ſingulare eſt שדה *ſade*; à radice שדד *ſadad*, & שיד *ſud.* Caiet. & alij putant *ſaddim* nomen eſſe proprium illius loci. At LXX. verterunt ἁλυκήν, ſalſam, ſalſuginoſam. Et quidem omnes optimè. Nam eadem vallis, aut planicies, quo tempore prælium eſt commiſſum, nemoroſa, cultaque erat; poſt combuſtionem verò mare fuit ſalſum, & peſtilens, atque vt vulgò dicitur, mortuum. Inquietum malum, ambitio; icirco quadrigis irruentibus, equis ferociter exultantibus, & ventis rapidiſſimis, & nunquam conſiſtentibus, haud ſemel videas in ſacris literis, præſertim apud Ezechielem, & Zachariam, reges ambitioſos comparari. Feruntur enim ambitioſi plerunque cœco appetitu, non iuſtitiæ, aut rationis moderamine: vnde arbitror pro miraculo prædici ab Iſaia nouum regem è cęlo aduenturum in terras, apud quem ſola iuſtitia fidéſque valeret. Sic enim ſcribit cap. 11. *Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.* Quaſi dicat: Rex iſte nouus non alio amictu, & ornatu ſe prodet videndum mortalibus, quàm iuſtitia, & fide, quibus præcinctus non ſe ad aliena rapienda laxabitur, non ſe extendet ad quod libuerit, ſed ſe continebit intra quod licuerit. Poteſt etiam explicari de amore iſtius noui regis erga ſuos; non enim ornatum gloriæ ſuæ, ac principatus ex amplitudine, ac multitudine regionum, aut gentium ſubiugatarum, ſed ex virtute ſuorum ſubditorum emetietur. Erit cingulum lumborum, & fides cinctorium renum eius. Fides (inquit D. Hieronym.) credentium. Glorioſum enim reddet hunc regem iuſtitiæ, hoc eſt, virtus, & fides eorum qui credunt in eum, qui parent illius imperio, qui Deum illum ſuum adorant.

*Ambitio effrenis & cæca.*

Iſai. 11.
*Meſſia regi. iuſtitia & fides.*

*Chriſti honor ex virtute fidelium.*
S.Hier.

3. Non ita ſe gerunt reges terræ; quorum ſuperbia impatiens conſortis, aſcendit ſemper (*Pſalm.73.*) inuidiæ flammis exæſtuans. Exulabat Dauid apud regem Geth Philiſtæum; ægrè ferebant ſatrapæ hominem exterum regi gratioſum haberi: necem igitur illi moliuntur, mirum eſt, quàm ingenioſè: Nunquid (inquiunt regi) non ipſe eſt Dauid rex terræ? Nónne huic cantabant per choros, dicentes: Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia? 1. *Reg.*21. Quorſum barbari, & hoſtes tot, ac tantis efferunt laudibus Dauidem? Rectè Lyra reſpondet. Hæc dicebant, vt rex Achis eum detineret, & occideret: cùm enim ſcirent inuidum eſſe regem, pariter præſciebant Dauidis laudibus commouendum, vt eum occideret. Sic ille. Nulla vehementior fax & ardentior inuido ambitioſóque regis animo poterat admoueri, quàm quòd rex nominaretur Dauid, & bellica illius gloria prædicaretur. Nec Dauidi aliunde certius & grauius ad necem intentari poterat periculum, quàm ex triumpho, & regni faſtigio. Hinc illud D. Cyprian. *Epiſtol.2.ad Donatum.* Exigit pœnas de potentiore ſublimitas, fœnore nocendi, quàm fuerit amplior ſumma dignitatis, & honorum, tam maior exigitur vſura pœnarum. Hæc Cyprian. Quia nimirũ, vt timetur ab aliis princeps, ſic alios ipſe timet. Hi ſunt enim piſces illi prægrandes in vaſto ſeculi pelago, qui ſe inuicem inſectantur, ac deuorant. de malis loquor: nam alioqui iuſti, & ſancti ſunt non pauci. Illos diuina iuſtitia ſic diſponit in acie huius mundi; vt alij aliorum ſint carnifices: ſceleráque ſua, non niſi manibus eiuſdem improbitatis ſatellitum flagellati exoluant. Mortalium potentiſſimi extiterunt olim Gentiles illi Romani, gentes penè omnes ſubiugarunt: at nulla ſubinde natio extitit, quæ de Romanis non triumpharit. Zachar. *cap.6.* vidit quatuor illas grandi myſterio percelebratas equorum quadrigas, quæ terram vniuerſam peragrarunt, & proculcarunt. Nemini verò dubium, quin quatuor imperia Chaldæorum, Mædorum, Græcorum, atque Romanorum ſignificentur. De poſtremis ſic Propheta: In qua-

Pſal 73.

1.Reg.21.
*Inuidia reges commouentur.*
Lyra.

S.Cypr.
*Potentiorum pœna propria ſublimitas.*

*Quatuor imperia mundi.*
Zachar.6.

S. Hier.

driga quarta equi varij,& fortes.Hebr. ברדים *beruddim.* D.Hieron. vertit ſturnini,& varij; alij legunt, grandinati, hoc eſt, calamitate grandinum affecti. Chald. Cinericij. Per equos ipſos intelligit D.Hieron. Imperatores Romanos, qui reliquarum gentium regna, armaque in cineres redegerunt, atque ideo ſubcinericij; vel quia tandem & iſti in cineres redigendi eſſent. Iſti vocantur à Propheta omnium robuſtiſſimi; at verè dicam; nullo in alio è quatuor imperiis, tot & tam miſeranda fortunæ ludibria, quàm in quarto Romanorum viſa ſunt. Equi erant robuſtiſſimi; at grandinati, at de cælo tacti, & luctuoſiſſima humanarum calamitatum exempla mortalibus extiterunt. Quis hominum memoria illuſtrior Iulio Cæſare primo Cæſarum, & Imperatorum Romæ? At quis æquè grandinatus? poſt omnium propè gentium deuictarum in vrbe triumphos incredibili pompa & gloria exactos, in ipſa met viginti tribus vulneribus confoſſus occubuit. Sciant igitur principes huius ſeculi, etiam ſeipſos ad laborem natos, quia homines ſunt. Dauid 1. *Reg.* 22. fugiens Saulis perſecutionem ad regem Moab in Maſphat ſe recepit vbi parentes ſuos repoſuit. Nun multò pòſt à Propheta Domini admonetur: Proficiſcere, & vade in terram Iuda; & profectus eſt, & venit in ſaltum. Hugo, & Carthuſian. optimè notarunt: Iubetur abire, vt perſecutionem ſuſtineat, & vt in terra ſua, id eſt, in Iuda laboribus exerceatur. Sciant maximè prælati, & Epiſcopi non tam ſe ad honorem euectos, quàm ad laborem ferendum, & patientiæ palmam adipiſcendam, in equo grandinato, & cinericio dignitatis poſitos. Quod præſertim præſtare debent, & ſolent, qui ex religioſa vita in Epiſcopos efferuntur, vti de S.Euſebio ita concludit S.Ambroſ. *Epiſt.* 25. Hæc patientia in S.Euſebio monaſterij coaluit vſu, & durioris obſeruationis conſuetudine hauſit laborum patientiam.

*Romani imperij decus, & dedecus.*

1. Reg. 22.

*Et Reges ad laborem nati.*

Hugo.

Carthuſ.

*Prælati ad patientiam durati.*

S. Ambroſ.

Lyra.

4. *Duodecim annis.*] Vero mihi ſimilius eſt, quod Lyranus adnotauit Chodorlahomor regem Elamitarum expeditionem ſuſcepiſſe aduersùs Pentapolitanos; & tres alios reges Aſſyrios, cum aliis etiam gentibus Paleſtinæ ſeminarium aliquod bellorum exercuiſſe; vnde omnes coniunctis viribus in Palæſtinam ad debellandos, ſuos quiſque hoſtes, ex Aſſyria conuolarunt. Præcipuè verò propter Abrahamum, & Lotum narratur hæc hiſtoria, cuius princeps, & autor fuit rex Elamitarum. Hic enim ad ſubiugandus iterum Pentapolitanos arma mouit; quòd illi iure belli per duodecim annos ſtipendia ſoluentes, demum rebellarunt. Quo etiam bello finitimæ gentes ab Aſſyriis conuulſæ miſerabilem ſtragem acceperunt. Benè hîc Lippomanus: Mos (inquit) regum & principum infidelium hîc indicatur, ſeſe adhortari ad bella, tumultum terris ſuſcitare, ſeruitio grauare ſubiectos, tyrannidem exercere in populos, rebellare, occidere, vaſtare regiones, deprædari, nemini parcere, ſine omni reſpectu lædere ſe mutuò, diuitiis proximorum inhiare. Sic gens genti ſatanas fit, & mutuò ipſorum peccata puniuntur iuſto iudicio Dei. Sic ille. Quid quæſu aliud ſperare licet de regibus Dei veri fide, atque obſequio deſtitutis; quàm vt incendium exſufflent concitatũ à gehennæ furiis, & ſpiritibus incendiariis, quos diuino ritu venerantur? Vocauit Chriſtus Dominus Ethnicum regem (non enim [illegible], aut genere, aut lege habebatur) Hero-

*Gentilium regum bella.*

Lippoman.

A dem vulpem. Dicite vulpi illi: An quia vulpes demoliuntur vineas; & princeps infidelis, cùm pacis, & concordiæ, ac fidelitatis ſit inimicus, de excidio gentium ſemper cogitat? An quia vulpes illæ Sanſonis cauda ignem ferentes, quæ cæco impetu vagabantur, læta ſata, boûmque labores exitiali incendio comburebant: ac demum finis, totaque intentio, & ſtudium Ethnicorum regum in conflagrationem deſinit vicinorum? Regum ac principum, imò & magiſtratuum ac iudicum concordia ſummè neceſſaria eſt ad pacem & tranquillitatem Reip. conſeruandam. Illam etiam in ſuis hoſtibus ratam & firmam voluit eſſe Dominus. Legimus enim in paſſione B Domini: Facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die: nam antea inimici erant adinuicem, *Luc.* 22. Decebat enim (inquit S.Cyril.Hier. *cat.* 13.) eum, qui mundum erat pacificaturus, vt priùs etiam ipſos iudices ſuos pacificaret. Sic ille. Deſignatur (iuxta S. Ambroſ.) Iudaici & Gentilis populi futura concordia. Iuſto Dei iudicio bella huiuſmodi inter infideles excitantur, vt victores requieſcere faciant ſpiritum Domini, vt Zachar. *loco indicato* adiungit. Hoc eſt (inquit D. Hieronym.) impleant voluntatem Dei contra hoſtes ſuos; grandis enim eorum eſt conſolatio, qui premuntur, ſi ſciant hoſtes ſuos citò eſſe perituros. Monuerim tamen ſolari ſe poſſe Dominum, vt alibi per Iſaiam dixit, ei vindicta C ſuorum hoſtium: at Chriſtiano homini hoc non licere; niſi in bello iuſto, & contra infideles Dei cauſa ſuſcepto.

Luc. 13.

Cant. 2.

Iud. 15.

S. Cyrill. Hier.

S. Ambroſ.

Luc. 23.

*Malis malorũ caruiſices.*

S. Hieron.

5. Addo etiam non licere, vt in ſuppliciis iudicio diuino irrogatis ad punienda malorum, ſed tamen fidelium hominum flagitia, riſum nos, & lætitiæ ſignum exhibeamus. In quo argumento copioſè deſertéque verſatur D.Chryſoſtom. tum ſæpè alibi, tum etiam *homil.* 5 a. *ad popul. Antioch.* vbi hoc apponit: Inſultantes his, qui ab ipſo iuſtè puniuntur, Deus punit; licèt iuſtè caſtigentur, tamẽ te non oportebat gaudere. Et Propheta, poſtquam multa improperauit, & hoc ſubiecit: *Nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph.* Et iterũ: *Non eſt egreſſa, quæ habitat eam, plangere domum contiguam ſua*, Amos 6. Mich. 1. Licèt D & Ioſeph, id eſt, tribus ab eo procedentes, & vicini ſecundùm Dei ſententiam puniebantur, attamen vult cum his nos dolere. Nam ſi nos, cùm mali ſimus, quando ſeruum caſtigamus, ſi quem ſeruorum viderimus ridentem, & irritamur, & in ipſum iram transferimus: multo magis Deus punitis inſultantes vlciſcetur. Hæc Chryſoſtom. Agimus cum Chriſti fidelibus, quibus à Patre ſuo pax in patrimonium relicta eſt: Pacem relinquo vobis; non illis cura, & ſtudium, bella ex bellis ſerendi, vicinos & exteros quoſque diuexandi: hoc eſt Amraphel, & Chodorlahomor, ac ſimilium ſine fide, ſine Deo, ſine rationis iudicio, inſtar pecudum in ſua E cæcitate viuentium. At Chriſtianis non modò aliis nocere interdictum eſt, verumetiam nocumenta omnia libenter ferre, & pro nocentibus orare iubetur. Quàm enim nos eſſe oportet manſuetudinis Chriſti ſectatores (ait D. Chryſoſtom. *loco citato.*) præſertim talium myſteriorum participes, & ipſi Dominicæ carni communicantes? hæc reputans Domino fias pro tuis viribus ſimilis. Deinde quàm ſit alienum à Chriſtiano homine, inimicitias cum alio fideli exercere, ſic oſtendit. Quid ais? Inimicum habes, & non erubeſcis? Nónne ſatis nobis eſt

S. Chryſ.

*Non gaudendum in pœnis aliorum.*

Amos 6.

Mich. 1.

*Chriſtianis pax propria, diſcordia aliena.*

S. Chryſ.

diabo

diabolus, quid & conſanguineos ſuperducimus? Vtinam nec ille nobiſcum bellum gereret, vtinam nec ille diabolus eſſet! Præterea ſanctiſſimus Doctor non modò ardorem vindictæ in Chriſtiano exerceri, ſed etiam multis conatur oſtendere, vel in ſummis iniuriis haud dolendum eſſe: quam ſententiam, quia eleganter admodum concluditur, attexam. ſic habet. Si quis contumeliam inferat, lugemus, & contrahimur: ſi quis diripiat, idem patimur: more illorum infantium, quos aſtutiores coætanei pro nihilo irritant, ſed ex minimis contriſtantes occaſionibus: veruntamen & illos, ſi ægrè ferre viderint, mordere pergunt: ſi verò videntes, abſiſtunt. At nos & his ſtolidiores ſumus: pro quibus oportebat ridere, pro his lamentamur. Propterea ſupplico puerilem hanc omittentes ſententiam cælos petamus. Nos etenim eſſe viros vult Dominus perfectos. Itidem & Paulus præcepit: *Nolite eſſe paruuli ſenſibus*, 1. Corinth. 14. Hactenus S. Chryſoſtom. At væ mundo à ſcandalis! quid fiet iis, qui teneriores violenter opprimunt, aut etiam infirmiores malo exemplo, vel conſilio in flagitia laceſſunt, quod bellum eſt omnium perniciosiſſimum? At vtcunque, licèt ad ſecundum maximè, ſpectat illud D. Bernard. *de inter. dom. cap.* 35. Viuere erubeſco, quia parum proficio. Mori timeo, quia non ſum paratus. Malo tamen mori, & miſericordiæ Dei me committere, & commendare, quia benignus & miſericors eſt, quàm de mea conuerſatione alicui ſcandalum facere. Hæc Bernard. Expedit quidem ei (ait Dominus) qui ſcandalum præbet, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris; *Matth.* 18. Cæterùm vt ad regum iſtorum ambitionem reuertamur. Sic tenaciter adhæret improbo homini honoris, & excellentiæ inſana libido, vt difficile admodum exui queat. Certè prima, quæ apparuit in mundo ambitio, prohiberi quidem & puniri potuit, ſed non extingui, nec tantulum etiam imminui. Audi D. Fulgent. *lib.* 1. *ad Monimum*, egregiè de ſuperbo Angelo diſſerentem. Angelus (ait) aduerſus Deum elatus, & ipſa elatione proſtratus, volens vſurpare quod illi à Deo datum non fuit, à Deo diſceſſit, & cecidit, in quo ſi ſteriſſet, non cecidiſſet. Sed concupiuit plus extra ſe, & minus factus eſt in ſe, quam concupiſcentiam licèt explere nequiuerit opere: tamen retinuit voluntate; ſic ipſe ſibi iam factus eſt pœna, vt ſupplicium ſemper eſſet malo voluntas mala. Hæc Fulg. Eſt quidem ambitio iuge diùmque tormentum, quo exerucíatur, qui potiri non poteſt iis, quæ ardenter concupiſcit.

6. *Percuſſeruntque Raphaim*, &c.] Rectè S. Chryſoſtom. Aſſyriorum imperium bellicum deſcribit: Sicut torrens (inquiens) qui valdè excreuit, & inundat, omnia ſecum rapit, & perdit; ita & barbari illi inuaſerunt omnes gentes, & omnes prorſus perdiderunt. Sic illæ. Hæ quatuor gentes, quas Aſſyrij debellarunt, ac depopulati ſunt, finitimæ Palæſtinis creduntur: certius autem quid aliud de illis ſtatuere, diuinatio erit. Fit mentio ad hunc locum ſolitudinis Pharan montis, qui toti deſerto nomen dedit: hæc illa eſt, in qua Hebræi triginta, & octo anni vagati leguntur *Nu.* 14. *& Deut* 21. *&* 29. hodie, vt eam deſcribunt qui viderunt, eſt itineris vndecim dierum, inuia, inaquoſa, ſterilis, inarabilis, nuda plátis, & ſtirpibus, aſperis mõtibus, prærupta rupibus, ardore Solis torrida, obſita ſabulo profundo, tenaci, & lubrico. Scilicet voluit Dominus populum ſuum tanquam aurum in fornace probare ad patientiæ documentum: atque, vt ex frequenti neceſſitate (ait Lyran. *in* 17. *Exod.*) oporteret eos recurrere ad Dominum, & ſic ſub timore Domini retinerentur. Nec igitur nobis aut nouum, aut moleſtum videatur pati, & affligi; in huius vitæ deſerto: nam, vt optimè D. Ambroſ. *de Iacob. & vit. beata. cap.* 6. Cum ſanctis tibi laboris commune conſortium eſt. Imò labor tibi communis eſt cum omni creatura, quia propter te mundus ipſe ſeruitutem tolerat corruptionis, *ad Rom.* 8. Patiebantur Hebræi ſua in ſolitudine, & nos in hac vita calamitatibus affligimur, illi quidem, vt tanto ardentiùs terram promiſſionis cuperent, & deſiderarent: & nos Deum noſtrum, & noſtram cum illo in cælis patriam, quam futuram inquirimus, vehementiùs inflammato ſtudio appetemus. Quorſum enim in Pſalmis Eccleſia Dei torcular appellatur, niſi ob eam rationem, quam aſſignat D. Aug. *in Pſalm.* 83. hiſce verbis? In abundantia tentationum ſe preſſuratum tanquam in torcularibus conſtitui defluunt vinum, defluunt oleum. Quæ ſunt iſta, niſi bona deſideria? Reſtat enim illis deſiderandus Deus; iam non amant terram. Sic Aug. Sed Hebræi triginta & octo annorum in illa ſolitudine perpeſſi moleſtam longitudinem ægrè ferebant: Et nobis (inquit D. Aug. *in Pſalm.* 87.) differtur bonum, & mala crebreſcunt. Verùm ad hoc oratio ſanctorum dilatione tanti beneficij, & tribulationum aduerſitate quaſi repellitur, vt tanquam ignis flatu repercuſſurus inflammetur ardentiùs. Hæc ille. Denique oportebat Hebræos in deſerto illo pati, vt its intrarent in terram promiſſionis; & nos in hac vita incommodis, & ærumnis exerceri oportet: nec enim condignæ ſunt paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Vnde optimè ſubinfert D. Ambroſ. *loco indicato*: Breuis huius laboris eſt mera, & corona fructus perpetui; tolerabilis paſſio, merces inæſtimabilis. Lactius adhuc, nec minùs eleganter Lactant. *lib.* 6. *c.* 4. de vero cultu eſſatur in hæc verba. Hæc vita, quia breuis eſt; iccirco & bona eius, & mala breuia ſunt. Illa verò quoniam ſempiterna eſt; iccirco & bona eius & mala ſempiterna ſunt. Ita fit, vt & bonis breuibus mala æterna; & malis breuibus bona æterna ſuccedant.

7. Igitur iuxta deſertum Pharan incedentes Aſſyrij omnia interim ferro ignéque vaſtantes, venerunt ad fontem Miſphat, & ipſa eſt Cades: Hebr. אל עין משפט. LXX. ἐπὶ τὴν πηγὴν τῆς κρίσεως, *el ghen miſphat*, ad fontem iudicij; alij ad oculum iudicij. Nam Hebr. *ghen*, & fontem, & iudicium ſignificat. Vtinam iſte oculus nunquam caligaret, ſed vti fons à natura ipſa hauriens aquas, eas redderet puras; at econtrario ſæpiùs euenit, vt oculus iudicij munerum ſordibus obturetur, aut falſitatem obſurdeſcat; atque vt ſuas diſpenſet, alienas furetur aquas. Limpidiùs fontium aquis illud erit iudicium, ſi ad iudicandum eligantur ij, quos Iethro ſocer Moyſis deſcripſit, cùm generum admonuit: Prouide viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiã, *Exod.* 18. Potentes Hebr. חיל valentes ingenio, hoc eſt, ſapientes, vt notauit Cajet. Pro *auaritia*, Hebr. בצע facultates, ſcilicet proprias qui nõ habent animũ facultates ſuas amplificandi, qui nolint (vt loquitur Apoſtolus) diuitias fieri

Margin notes (left column): S. Chryſ. — Dolere de iniuriis puerorum eſt. — 1. Cor. 14. — Præſtat mori, quàm ſcandalo eſſe. — Bernard. — Matth. 18. — S. Ful. — Ambitio inextinguibilis etiam in diabolo. — S. Chryſ.

Margin notes (right column): Tria vtlarm[?] prouidit. — Lyra. — S. Ambr. — Labor communis omni creaturæ. — 1. Rom. 8. — Tribulatio deſiderium in cæleſtia accendit. — S. Aug. — S. August. — Ad Rom. 8. — Tribulationis pro Deo fructus. — S. Ambroſ. — Lactant. — Oculus iudicis debet eſſe purus. — Exod. 18.

A fieri, & conſequenter incidant in laqueum diaboli. Qui enim liberè erit in iudicando quem diabolus illaqueatum cupiditatibus tenet, vt nec oculus, quid ſit æquum videat; nec lingua pronunciet, nec manus ſcribat ex ipſius iuſtitiæ integritate ſententiam præſcriptam? Purus etiam ſit oportet oculus, & fons iudicij ab omni perſonarum acceptatione, quam quia iniquus ille rex Achab ante oculos regali quodam fulgure perſtrictos habuit, ideo grauiter à Domino punitur.

*Iudex iniquus damnat, & abſoluit contra iuſtitiam.*

Impius igitur Achab Prophetas Domini trucidauit, & regem barbarum, atque infidelem Syriæ Benadab, bello victum abire permiſit innoxium. Iccirco Dominus: Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro B anima eius, & populus tuus pro populo eius, 3. *Reg.* 20. Vbi Theod. Quoniam cum benignitate miſcenda eſt iuſtitia; iſte autem cùm vſus eſſet ſæuitia aduersùs Prophetas, & eos ſuſtuliſſet; in hoſtem Iſraëlis oſtendit manſuetudinem. Sic ille.

3. Reg. 20. Theod.

*Iudicans alios prius ſe iudicet.*

Purus denique fons, atque oculus debet eſſe iudicij, vſque adeò, vt ſeipſum priùs intueatur iudicaturus alium. Quod D. Ambroſ. expendens locum *Ioan.* 8. de adultera Domini beneficio erepta de manibus phariſæorum, miſeram lapidibus obruendam conclamantium, ita luculenter pertractat. Benè admonet euangelica lectio, etiam cùm peccatum appareat, ſobrium tamen debere eſſe iudicis iudicium: ac memorem vnumquemque eſſe oportere ſuæ conditionis, & meriti; C ſæpè enim etiam & in iudicando maius peccatum iudicij eſt, quàm peccati ipſius, de quo fuerit iudicatum. Denique adiungit: Id ſeruandum videtur, vt vnuſquiſque de alio iudicaturus, de ſe ipſe priùs iudicet, ne minora in alio errata condemnet, cùm ipſe grauiora commiſerit, *Apolog. Dauid, cap.* 2. Mirum eſt, quàm ſeueri iudices in aliena ſimus; ad noſtra cæci, & deſides! Et quis quacunque ratione vitam ſuam ſtatuat, hominum effugiet iudicia? Rectè Arſenius Abbas dicere ſolebat: Non poſſum me diuidere Deo, & hominibus: eſt enim faciliùs ei placere, quàm illis. Angelorum enim millibus, & decem mille millibus vnus eſt ſcopus, & vna voluntas: vt Deum laudent, illiúſque mandatis ſeruiant. Hominibus D autem aliis aliæ ſunt voluntates, ſcopique & inſtituta diuerſa. Et ideo eſt eis placere difficilius, quàm Deo. Sic apud Sur. *tom.* 4. *in vita Arſen. die* 19. *Iulij.*

S. Ambroſ. Ioan. 8.

Arſenius.

Surius.

*Facilius, Deo, quàm hominibus placere.*

Hactenus de Miſphat fonte & oculo iudicij diximus. Ac forei planè oculus fons multarum gratiarum, demúmque ipſius æternæ ſalutis, qui ſimul oculus iudicij eſſet. Quis enim auderet peccare in Deum, cuius iudicium ante oculos haberet? oculus iudicij, oculus, inquam, in Dei extremum iudicium intentus egregiè in Cades palmifera victoriis pullulat vitiorum: & aquis melle dulcioribus, atque adeò de ſaxo duriſſimo exuberat diuinæ, quam aſſequitur, miſericordiæ. Sed longè mihi dulcior ille fons, atque ille oculus non iudicij, ſed miſericordiæ, & pietatis, non prope quem ſepulta fuit Maria ſoror Moyſis, & Aaron; ſed qui omninò eſt illa ipſa Maria ſemper virgo mater Dei. Fons eſt miſericordiæ, quippe Deum ipſum hominem concepit, ac peperit. Vnde vel ex ſola (inquit D. Anſelm. *lib. de virg. cap.* 1.) memoria laudis eius ſalus prouenit peccatorum. Et cui ſaltem ira conceſſum fuerit, ſæpè dulci ſtudio poſſe cogitare de illa, magnum promerendæ ſalutis indicium conlecto, *cap.* 4. Cum fonte miſericordiæ oculus etiam (quo nos Virgo beatiſſima intuetur) rectè coniungitur. Quare idem ego, quòd Anſelm. *cap.* 3. dixit, cum Dei matre loquar. Quoniam iuſtitiæ tibi pietatis oculo ſuper multos mei ſimiles ſcio te reſpexiſſe; aliquo ſaltem dignitati tuæ non digno meæ deuotionis obſequio velim agere erga te: quatenus ipſo conſuetæ miſericordiæ tuæ oculo quandoque digneris me reſpicere. Sic ille.

*Memoria iudicij finalis.*

*S. Maria fons miſericordiæ.* S. Anſelm.

*Pietas in S. Mariã indicium prædeſtinationis.*

S. Anſelm.

Quàm bona Domina (inquit S. Bernard. *ſerm. ſuper ſalu. regin.*) his, qui recto ſunt corde? his aduocata noſtra, ſola bonitate ſua agente, præſentiæ ſuæ tantam plerumque copiam exhibet, & quã ſit orabilis, exhibitione impertitæ gratiæ docet, vt innouati ſpiritu proclament per conſolationem experientiæ: Salue regina miſericordiæ. Hæc Bernard. B Hæc illa mundi Domina eſt, & ſponſarum Dei pulcherrima, de qua regius Vates cecinit: *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis*, Pſal. 44. Hebr, פניך יחלו עשירי עם *panaich iechallu ghaxire gham.* facies tuas deprecabuntur diuites populi. Sed quorſum deprecantur faciem alienam, qui diuites ſunt; & ſatis ſibiipſi abundant, ac ſi pauperculi ſtipem emendicarent? Diuites quidem ſunt, ſed de micis tamen, quæ cadunt de menſa Dominæ ſuæ. In te igitur (exponit S. Hier. etſi de Eccleſia) recondentes theſauros ſuos, de corde te mundo requirunt. Quia vbi ſunt theſauri eorum, ibi erit & cor eorum. Sic Hier. Sed ad virginem Deiparam longè congruentiùs.

*Beta S. Maria ſuos fideles conſolatur.*

Pſalm 44.

S. Hieron. *A plenitudine S. Mariæ omnes accepimus.*

C 8. Porrò de Maſphat ita ſcribit D. Hier. *de locis Hebr.* Cades vbi fons eſt iudicij, & Cadesbarne in deſerto, quæ coniungitur ciuitati Petræ in Arabia. Ibi occubuit Maria, & Moyſes rupe percuſſa aquam ſitienti populo dedit. Móſtratur ibidem vſque in præſentem diem ſepulchrum Mariæ, ſed & principes Amalechitarum, ibi à Chodorlahomor cæſi ſunt. Hæc Hieron. Fons ergo iſte dicitur iudicij, eo quòd ibi Iudæi contra Moyſem & Aaron iurgati, velut iudicio expoſtularunt aquam, quæ icciréo dicta eſt contradictionis. Ægrè Dominus accepit huiuſmodi contradictionem in fonte illo & oculo iudicij; cùm iudices Domini, rectores, ac prælati, quales erant Moyſes & Aaron, non linguis proſcindendi, D ſed in oculis ferendi ſint. Quo in argumento locus ille mihi videtur præſtantiſſimus, de virga Moyſis ſimul cum Manna in arca, Domini iuſſu aſſeruata. Rationem hanc ſubiicit Caiet. Puto dicendum, ideo cum manna ſacræ Eucharistiæ typo, in arca fuiſſe aſſeruatam, vt pateat ſuperiorum virgam, id eſt, poteſtatem, ea ferè, qua Chriſtus Dominus colitur, animi ſubmiſſione, ac reuerentia venerandam, ipſo Domino dicente: Qui vos audit, me audit. Sic ille. In hac etiã contradictione diſplicuit Moyſes Domino, & ideo audiuit: Non introducetis hos populos in terrã, quam dabo eis, *Num.* 20. Sed quod ibi Moyſis erratum? Num ex hac petra (dixit) poterò vobis aquã educere? vbi Theodoret. *q.* 38. *in Num.* E quia iratus in illos ambiguè ſermonem protulit. Eratq; non mentis ambiguitas, ſed linguæ. canit enim Dauid: *Et diſtinxit in labiis ſuis*, Pſalm. 105. Sic Theod. Sed quorſum illa tam leuis in lingua dubitatio tam grauiter punitur? Per hęc (reſpondet idem *q.* 43. *in Deut.*) docet nos Dominus ſe ſummam virtutem à perfectis exigere: & cùm erga alios homines peccãtes ſit longanimis, ſanctis tamẽ hanc veniã non cõcedere. Verùm mihi perplacet (etſi mors à Domino in pœnam videatur indicta) illa ſententia Abulenſis; vt præfectura ſe liberum videret, morte gauiſus eſt,

S. Hieron.

*Aduerſus Prælatos non murmurãdũ.* Num. 20.

Caiet. *Prælati quam ſint colendi.*

Num 20. Theod.

Moyſes. quare Dominus morem geſſit ſeruo ſuo, mortem in requiem a gubernandi onere amans conceſſit, nó autem iratus in pœnam culpæ, quæ leuior fuerat, intulit. Et percuſſerunt omnem regionem Amalechitarum, & Amorrhæorum, qui habitabant in Aſaſonthamar. Vbi noſter vertit ex Hebræo שדה ſedeh, regionem: LXX. quia legerant שרה ſareh verterũt Principes, τὰς ἄρχοντας.

*Reges & primorum mors regno exitialis.* Et quidem appoſitè, vt opinor: vaſtata enim & funditus exciſa illa reſpub. illud regnum, illa regio cenſetur, cuius vel ſoli principes viri cum rege ipſo pariter delentur.

## SECTIO II.

*Et egreſſi ſunt, rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ, rexque Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex Balæ, quæ eſt Segor: & direxerunt aciem contra eos in valle Silueſtri: ſcilicet aduersùs Chodorlahomor regem Elamitarum, & Thadal regem Gentium, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regem Ponti: quatuor reges aduersùs quinque. Vallis autẽ Silueſtris habebat puteos multos bituminis. Itaq; rex Sodomorum, & Gomorrhæ, terga verterunt, cecidéruntque ibi: & qui remanſerant, fugerunt ad montem. Tulerunt autem omnem ſubſtantiam Sodomorum & Gomorrhæ, & vniuerſa quæ ad cibum pertinent, & abierunt: nec non & Lot & ſubſtantiam eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis.*

1. HOc vnum optimè viris dignum narratur geſtum à Pentapolitanis, vt arma ſumãt, & inſtructi paratique in aciem prodeant, cum tot, ac tam ferocium gentium victoribus pugnaturi. Nihil enim à delicioſis effœminatiſque voluptate hominibus alienius eſt, quàm arma, acies, prælium. De regno Iſrael iuſſu Domini locutus eſt Samuel cum Saule: *Et cuius erunt optima quæque Iſrael? Nónne tibi, & omni domui patris tui?* 1. Reg. 9. Quaſi dicat: Te Deus ipſe in regem Iſraël elegit. Sed quid hæc tam noua miráque audiens reſpondit Saul: ſcilicet: Numquid non filius Iemini ego ſum de minima tribu Iſrael, & cognatio mea nouiſſima inter omnes familias de tribu Beniamin? Quare ergo locutus es mihi ſermonem iſtum? Obſtupuit Saul audito regis nomine, indignum ſe iudicans, qui gubernando regno, & gerendo bello aduersùs hoſtes Domini, habilis putetur, & eligatur, qui ſit homo de tribu Beniamin ad regnum, atque ad bellum. An quia Beniamin poſtremus liberorũ patris Iacob delicatè admodum enutritus fuerit, & in delicijs patri ſemper extiterit; nec proinde aut Beniamin, aut ab illo progeniti gens cenſeatur apta, habiliſque ad arma ducis, ſceptrumq; regis? Ita video circũferri. Cæterùm Saulis verba tantummodo modeſtiam hominis, animique ſubmiſſionem ſignificant, quippe cum indignum videatur, quòd ex duodecim illis tribubus poſtrema, & in ea ſummè ignobilis, atque ignota familia in illam auguſtiſſimam dignitatem eleuetur. Atque vtinam Saul in regem euectus, non omnem citò modeſtiam, & priorem animi ſubmiſſionem exuens, in ſuperbiam contra homines, Deumq; ipsũ eua-

1 Reg. 9.

*Beniamin tribus fortiſſima.*

neſceret! Quod verò dicitur de ignauia tribus Beniamin, facilè refellitur ex illo loco Iud. 20. vbi ſic ſcriptum eſt: *Inuenti ſunt viginti quinque millia de Beniamin educentiũ gladium præter habitatores Gabaa, qui ſeptingenti erant viri fortiſſimi, ita ſiniſtra, vt dextera prœliantes: & ſic fundis lapides ad certũ iacientes, vt capillũ quoque poſſẽt percutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur.* Ibid. etiam admirabilis in pugnãdo fortitudo, & ſæpiùs repetita victoria Beniamitarũ deſcribitur. Quare licèt Beniamin puer delicatus fuerit, nõn ſic tamen adoleſcens, nó ita vir, nec eius poſteri, ſed armis, belloque nati homines, ac forte ob innatam fortitudinem illa tribus in regnum, ac bellũ gerendum, ex omnibus vna eligitur. Quare non benè ducitur argumentum ex Beniamitarum tribu cõtra ignauiam delicatorũ: optimè verò ex Dauide, quẽ legimus adoleſcentulum inter omnes fratres ſuos natu poſtremum, aſperriméq; in paſcuis educatũ, procul ab omni deliciarũ humanarũ genere, vnũ iccirco ad regnũ ac bellũ fuiſſe à Domino electũ. Profectò valde ſe aptum habilémq; certamini cũ Goliath gigante ſubeundo comprobauit ante regem Saul adoleſcens Dauid, cùm aiebat: *Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregẽ, & veniebat Leo, vel vrſus, & tollebat arietẽ de medio gregis: & perſequebar eos, & percutiebã, eruebámque de ore eorũ, & illi conſurgebant aduersum me, & apprehendebã mentum eorum, & ſuffocabã, interficiebámq; eos. Erit igitur & Philiſtæus hic quaſi vnus ex eis,* 1. Reg. 17. Vbi ſic Theod. Erat adoleſcentulus Dauid: neceſſe ergo habuit dicere ſe omni reliquo tempore de victoria fiduciam concepiſſe, quomodo ſuffocauit Leonem & vrſum. Et erit alienigena (inquit) ſicut vnus ex iſtis. Nihil enim differt à beſtia qui viuit in impietate, & qui nudatus eſt à diuino auxilio. Hæc Theod. q. 40. in 1. *Reg.* Similiter D. Chryſ. *homil. de Dauid & Goliatha* 1. oſtendit hæc non ad iactantiam dicta fuiſſe à Dauide. Coactus fuit (inquit) hæc narrare nolens vanam hinc gloriam aucupari: ſed vt regi animos adderet, & ne reſpiceret rex ad vtilitatem eius, ſed ad fidem quæ in intimis eius latebat, ſupernúmque auxilium; quo adoleſcens inermis viris armatis, & paſtor militibus fortior erat. Ita Chryſ.

*Ad regnum eligitur laboriosus ducatum.*

1 Reg. 17. Theod.

*Impius à beſtia nõ differt.*

S. Chryſoſt.

*Modeſtia Dauidis.*

2. Ad hunc eundem locum reſpiciens Eccleſ. ait c. 47. de Dauid: *Cũ Leonibus luſit, quaſi cum agnis; & in vrſis ſimiliter fecit, ſicut in agnis ouiũ in iuuentute ſua.* O nouum ludendi genus! O inauditos & inſuetos adoleſcentiæ vſus! Cum vrſis, cum Leonibus luſitabat iuuenili ætate Dauid: quid ergo mirum ſi deinde proſternat gigantes? Meritò apponitur eodem loco: *Quaſi adeps ſeparatus à carne, ſic Dauid à filiis Iſrael.* Vbi gloſſa: Significat Dauidem Spiritus ſancti gratia repletũ; & à carnalium cõſortio vita & moribus ſeparatũ. Adeps enim, vt conſtat ex Leuitico, Domino ex victimis reſeruabatur: cuius ſimilitudine ſignificatur hoc loco Dauidis pietas, & in obſequium Dei plena, & pinguis virium, animiq; emancipatio; & conſequenter quidpiam ſacrum, ac diuinum irradiaſſe in Dauide, quod nec ipsũ latuit Saulẽ. Intellexit enim (ait D. Aug.) Saul, cùm videret audẽrẽ puerũ, aliquid in eo diuinitatis eſſe, nec illum tenera ætate ſine diuino inſtinctu talia poſſe præſumere. Sic Aug. Rectè quid diuinum in adoleſcente caſto à blanditiis alieno in rigidioribus vitæ paſtoralis ſtudiis educato ſplendeſcens, in ſtuporem adduxit Saulem, & belluam illam immanem carneámque molem proſtrauit. Non inerat ſpiritus Domini, nec virtus illius obarmat homi-

Eccl. c. 47.

*Pietas Dauidis in Deum.* Gloſſa.

*Dauidis adoleſcentia caſta & laborioſa diuinæ irradians.* S. Aug.

nem, & ad ſublimia patranda eligit delicijs effœminatum, ſed auulſum ab vbere, ablactatum a lacte, *Iſai.* 28. Et qui ablactatus fuerit a blandicula iſta, & illecebroſa voluptatum titillatione tam fortis audaxque erit, vt manum ſuam mittat in cauernam reguli, *Iſai.* 11. Nec enim caſtam, & ferream mollitudine exutam, atque inſuper laboribus exercitam, calliſque horridam manum ſerpentes percellere mordereque poterũt. Quapropter vnũ illud hoc loco affirmare auſim, & vere quidem: nullum inter totius orbis gentes maſculum ac durũ in armis genus bellica laude floruiſſe; quin pariter aduerſus blanditias, ac delicioſè viuendi ſtudia, bellum caſtis, & ſeuerioris diſciplinæ moribus actum, exercuerit. Simulatque verò ad vanos, & delicatiores deflexit veſtium apparatus, conuiuiorum elegantiam, exquiſitæ lautæq; ſupellectilis inſtrumenta, ac demum ſordidas voluptatum illecebras: breui totius conſtantiæ, fortitudiniſque, ac bellicæ gloriæ, facto naufragio, in abiectiſſimam fœmineæ mollitudinis ignauiã degeneraſſe. Ita ſoli vbertas, & affluens copia rerum omnium ad Capuam Pœnos, in Græcia, Syriáque Romanos emollit. Denique ex omnium pene gentium annalibus compertum eſt, in quacunque republica, aut regno, vel florẽtiſſimo, vbi memorabilis extitit commutatio; primò quidem paupertatis contemptum in mores inuectum, inde luxum, otiúmque illapſum: atque adeò ſuccisis induſtriæ, parcimoniæque neruis, priſcam ſeueritatem & diſciplinam, cum ingenti bonorum omnium, ac virtutum iactura ſolutam, labefactatámque periiſſe. Nec iam mirum videri debet, cur iſti reges Sodomorum delicijs & fœdiſſimis libidinum flagitijs eneruati, tam citò ac facilè inito prælio corruerint debellati. Reges enim ſunt (notat Rabbanus) Sodomorum, hoc eſt, cæcitatis, ſiue pecudis ſilentis: more quidem pecudum cæcitatẽ libidinis ſequebantur. Multo autem minùs habilem reddunt carnis deliciæ hominem ad cæleſtia capeſſenda. In altum enim volare nõ poteſt (inquit S. Ambroſ. *ſer.* 70. *de S. Euſebio* 2.) niſi quod purum, leue, atque ſubtile eſt, cuius nec ſinceritas intemperantia retardatur; nec alacritas, nec velocitas mole grauatur: vnde columba in auibus ideo velociùs penè præ omnibus volitat; quòd alacritatem & innocentiam cuſtodit. quare Dauid cùm puritate mentis volare concupiſceret, non alterius animantis, niſi columbæ optauit alas, dicens: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ?* Pſ. 54. Sic Ambr. Mihi etiam videtur perquam appoſite cum regibus copulari cæcitas; vt qui plerumque veritatis lumen oderint, nec audeat quis veritatem eiuſmodi regibus aperire. Ægrotabat filius Regis Ieroboam. Igitur rex ad vxorem: *Surge, & commuta habitum, nec cognoſcaris, quod ſis vxor Ieroboam: & vade in Silo, vbi eſt Ahias Propheta: ipſe indicabit tibi, quid euenturum ſit puero huic.* 3. Reg. 14. Quorſum obſecro regina ex mandato regis mutat habitum? quia (inquit Lyra) timebat ne Propheta, ſi eã agnoſceret, negaret reſponſum, vel veritatem celaret. Oderat rex Achab Micheam Prophetam. Odi (inquit) eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malum, 3. *Reg.* 22. Scilicet Propheta veritatem regi nunciabat, quam ille, vt moleſtam, & infauſtam, atque inimicam execrabatur. Itaque aliquando coactus rex neceſſitate Prophetam iureiurando adegit, vt quod verè futurum eſſet, aperiret. Vbi ſic Theodoret. Expectauit Propheta, vt iureiurando adigeretur, & deinde verum diceret.

Iſai. 28. — Iſai. 11. — *Deliciæ ad bellum inepti.* — *Delicijs regna euerſa.* — Rabban. — S. Ambroſ. — Pſal. 54. — *Regibus veritas exoſa.* — 3. Reg. 14. — Lyra. — 3. Reg. 22. — Theod.

Nimirum ſic moleſta, & inuiſa erat regi veritas, vt eam non niſi coactus & iuramento adactus illi patefacere aut non auderet, aut non expedire iudicaret Propheta.

3. *Quatuor reges aduerſus quinque.* ] Inſtruxerunt aciem Pentapolitani in valle, ſeu planicie illa nemoroſa, de qua ſæpiùs dictum eſt: vbi erant multi putei bituminis. Hebr. בארת בארת *beeroth beeroth*, putei, putei: quæ geminatio apud Hebræos copiam & multitudinem indicat. חמר *chemar*, bitumen, cœmentum, calcem ſignificat. Hunc locum maximè ad prælium elegerunt, quippe qui, & propter denſitatem nemoris, & propter frequentiam puteorum periculoſior erat futurus hoſtibus regionis prorſus ignaris. Sed nec iſta profuit effœminatis induſtria. Primo enim prælio, victi reges duo Sodomæ, & Gomorrhæ fugam in montes capeſſunt. De reliquis tribus nihil narratur; ſed illud tantùm legimus, quòd cæſi ab Aſſyrijs corruerint Palæſtini. Fortè, aut tres reges in bello ſunt trucidati; aut etiam fuga euaſerunt. Illud enim, *ceciderunt*, non ad caſum regum, ſed ad caſum exercitus quinque regum referendum eſt, vt ait Caiet. Somniant hic, vt ſolent, Rabbini, cùm fingunt duos reges in puteos bituminis, cùm præcipitem fugam rapuiſſent, imprudenter eſſe delapſos; cuius rei ridiculam, vt ſolent, rationem afferunt: ſed non ego immoror ineptias referre. Porrò haud erit alienum à noſtris commentationibus myſticum ſenſum huiuſce hiſtoriæ, ſicuti eleganter à D. Ambroſ. proponitur, hîc euoluere. Sic enim infit *lib.* 2. *de Abraham, cap.* 7. Quinque reges, quinque ſenſus corporis noſtri ſunt, viſus, odoratus, guſtus, tactus, auditus. Quatuor reges illecebræ corporales, atque mundanæ ſunt, quoniam & caro hominis, vt mundus, quatuor conſtat elementis. Meritò reges dicuntur, quia habet ſuum culpa dominatum, habet regnum grande: vnde Apoſtolus ait: *Non regnet peccatum in corpore veſtro mortali*, ad Roman. 6. Senſus igitur noſtri facilè delectationibus ſe dedunt, & quadam earum poteſtate capiuntur. Corporales enim delectationes, & illecebras huius ſeculi non vincit niſi mens quæ fuerit ſpiritalis, adhærens Deo, & ſe totam à terrenis ſeparans. Deflexio omnis his capitur. Vnde Ioan. ait: *Væ habitantibus in terra*, Apocal. 8. Eos comprehendit, quos terrenæ conuerſationis affectus, ac huius ſeculi vicerit gratia. Ergo non habitatores, ſed accolæ ſumus terræ huius. Accola enim temporalis diuerſorij ſpem gerit: habitator autem ſpem omnem, atque vſum ſuæ illic ſubſtantiæ locare videtur, vbi habitandum putauerit. Itaque qui eſt terræ accola, habitator cæli eſt: qui autem habitator terræ, poſſeſſor eſt mortis. Hæc Ambroſ. cuius myſtica de ſenſibus corporis, atque illecebris voluptatum interpretatio non parum illuſtrabitur, adiuncta nominum Hebræorum ſignificatione, quæ affertur à Rabbano Mauro. Regum enim iſtorum quinque vrbes erãt, Sodoma, hoc eſt, cæcitas, ſiue pecus muta: Gomorrha, populus tumens ac ſeditioſus: Adama, terra. Cùm eos (inquit) qui carnalia tantùm ſapiunt, & de cæleſtibus non cogitant, vt in luxu voluptatum permaneant, exhortantur, comedamus, & bibamus, &c. 1. *Corinth.* 15. Seboim Rabbanus legit *beſebon*, hoc eſt, cingulum mœroris. At *ſeboim* à radice *ſabah* tumeſcere, inflari, videtur deduci malo quidem, & infauſto

Caiet. — S. Ambr. — *Voluptatum cum ſenſibus pugna.* — Ad Rom. 6. — Apoc. 8. — *Habitator cæli eſt accola terræ.* — Rabban. — *Libidinoſi de cælo nõ curãt.* — 1. Cor. 15.

ſto ſuperbiæ ortu. Regum verò ipſorum nomina non minorem turp[itudinem] inſinuant aut nequitiam important, vt idem Rabbanus interpretatur. Etenim *bara* malitiam ſonat: *berſa*, in anguſtia conſtitutum: *Sennaab* (ſiluit hîc Rabbanus) Hebr. *xinab*, forte à radice *xana*, odio habere: Quid autem æquè exoſum Deo eſt, quàm homo inſtar pecudis terræ affixus, qui oculos ſuos ſtatuit declinare in terram? *Sember*, ibi perditio: *bale* præcipitatio, ſiue abſorbitio. In nulla enim re (ait Rabban.) antiquus hoſtis magis certat ac ſatagit; quàm vt poſt lapſum peccati deceptos in deſperationem, ne ſe recuperare poſſint, immittat, ac perdat. Sic ille. Vel etiam vltimò nominatur *bale*, quia tota hæc pompa illecebrarum, & ſenſuum illecebris deceptorum, tandem in ſempiternam deſinit perditionem.

Rabban.
*Deſperationis malum extremum.*

4. Aptiſſimus verò fuit locus nefando iſti ac fœtido illecebrarum carnis prælio committendo. Additur enim: *Direxerunt aciem in valle Silueſtri*, ſiue nemoroſa. In hortis quippe, atque in locis amœnis maximè viget, dominarúrque libido, quemadmodum illi fœtulenti ſuos inuicem ſe hortabantur: *Coronemus nos roſis; non ſit pratum, quod non pertranſeat luxuria noſtra*; Sapient.2. Quorſum igitur (inquies) ſtatuit nos Deus in valle iſta Silueſtri, peramœnáque huius ſeculi, vbi multa ſunt, quæ ſenſus noſtros titillant, animos capiunt, ac decipiunt? Quàm grata enim ſunt carnis voluptas, diuitiæ, honores? amœniſſima planè his conſita mundi planities, ſeſe offert. Sed heus tu; vallis autem (dicitur) Silueſtris habebat puteos multos bituminis. En quàm periculoſa iſta amœnitas! *Beroth, beroth*, putei, putei. Nec (ſi benè aduertas) quicquam aliud in ſeculo inuenies: omnia in illo ſunt, quo gratiora, eo periculoſiora; foueæ, putei, hiatus, voragines. Et quod peius eſt, ſcilicet abundat bitumen: vt vbi cecideris, ibi pice, glutinóque adhæreas, ac ſubinde bituminatus, & incruſtatus in obſtinationem, gehennæ cognatam, obdureſces. Et quem tu mihi dabis, qui ſi non cadat in puteum bituminis, at certè nihil ſecum deferat à fœdo glutine vitiorum? Pulchrè S. Ambroſ. *ſerm.2. de S. Euſebio*, mortem iuſtorum depoſitionem vocari, & feſtiuo plauſu celebrari debere contendit. Ipſa planè (inquit) eſt depoſitio, in qua concupiſcere abiicimus, ceſſamus delinquere, peccare deſinimus; & totum quicquid ſaluti graue eſt, quaſi abiecta ſarcina oneris exponimus. Nam ideò hæc dies pro celebritate maxima procuratur; quia verè eſt ſumma feſtiuitas, mortuum eſſe vitiis, delictorum carcere liberari, & libertati naſci Saluatoris. Hæc Ambroſ. Itaque Dominus Ieſus perfectiores ſecum ex hac nemoroſa putealique valle abducens clamat: Surgite, eamus hinc, *Ioan. cap.14.* Cæteros, imperfectioris vitæ rationem ſequentes, in valléque ſua commorantes ſeriò, & grauiter admonet: Vigilate, ne intretis in tentationem, *Matth.26.* Quæ verba protulit dormitantibus in horto Gethſemani. Ad hæc diuino conſilio factum eſt, vt tam grata ſit ſeculi huius amœnitas; tam multa in eo videantur, quæ oculos detineant, & mentes deliniant: quò periclitetur Dominus hominum in Deum ſuum pietatem, atque amorem. Quaſi dicat: hîc vbi tot iucunda, tot dulcia, tot pulchra, tanta diuitiarum vbertas, tantus honorum ſplendor, oculis atque animis intuentium ſeſe offerunt: proba-

Sapient.2.
*Mundi bona pulchra, ſed periculoſa.*
S. Ambroſ.
Ioan.14.
Matth.26.
*Bona vitæ deſpicienda propter Deū.*



A ri oportet tuam conſtantiam, tuam fidem, tuam caritatem; quid poſſit aduersùs oblectamenta mundi: quantum illa deſpicias propter Deum: quæ tua ſit fides, an credas in Deum patrem futuri ſeculi, illic remunerantem, hîc exercentem ſuos ſeruos. Corporis hîc (ait S. Ambroſius *ſerm. de S. Laurent.*) detrimentum ſuſtineas, vt lucrum ſalutis acquiras. Ecce (ait Dominus *Iſai. 58.*) excoxi te, ſed non quaſi argentum: elegi te in camino paupertatis. Vbi ſic D. Hieronym. Non in diuitiis, ſed in fornace paupertatis, probare te volui. Ex quo oſtenditur, & diuitiis, & paupertate pleroſque tentari: ſi aut illis malè abutantur, aut penuriam nequaquam virtute ſuſtineant. Probaris deinde
B quàm non ſis de hoc mundo, ſed ſupra mundum, non hîc habeas ciuitatem permanentem, ſed futuram inquiras: quàm hæc terrena contemnas, & pro illis cæleſtia bona inhianter appetas: quàm hîc ieiunes, & famè pereas, & ſolùm ſatiari velis, cùm apparuerit gloria Domini. Vt ſic te oſtendas fidelem ſeruum, & prudentem, qui in familia copioſa, & diuite conſtitutus non contra Dominum inſurgat, non illius honori inſultet, non illius diripiat patrimonium: qui plenis manibus talenta Domini geſtet, nec illa luxurioſè prodigat, aut negligenter amittat; ſed ea fœnerando augeat, & Dominum ſuum reddat opulentiorem. Demonſtret denique caritatem ſuam cùm Dei ſui obſequium, & amorem omnibus, etiam maximis ſeculi bonis anteponat. Hunc enim ſolum
C fructum ex his omnibus capimus (vt loquatur D.Greg. Nazianz.) vt habeamus aliquid cui Chriſtum anteferre poſſimus. Hinc ſumma laus oboritur ſeruis Dei, quorum plerique contemnunt omnia mundi bona, quæ ſanè prudentiùs (vt loquitur S.Bern. *Epiſt.103.*) Chriſti cedunt amori, quàm morti. Alij pauperiùs viuunt, & vt pauperes abundantiùs alant. Sic ille Epiſcopus, ad quem S.Bern. *Epiſtol.24.* ſcribit. Non magnum (inquiens) fuit Gilbertum Epiſcopum fieri, ſed Epiſcopum Londonienſem pauperem viuere, id planè magnificum. Nec enim tanto nomini quicquam augere gloriæ potuit ſublimitas dignitatis, auxit autem plurimum humilitas paupertatis. Laudatur, &
D admirabilis prædicatur, qui poſt aurum non abiit, qui verò & abiecit plus nihil merebitur! Diſperſiſti pecuniam pauperibus, & pro ea iuſtitiam commutaſti, quæſtuoſum ſanè, honeſtúmque commercium; illam, quæ præterit, pro illa dare, quæ permanet: Sic Bern.

5. *Tulerunt autem omnem ſubſtantiam Sodomorum.*] Cæſis magna ex parte Palæſtinis, atque eorum regibus, in auios ſaltus, inacceſſáſque montium rupes, quà poterant, fugientibus victores Aſſyriis caſtra hoſtium diripuerunt, atque oppida (vt veroſimile eſt) defenſoribus nudata depopulati in patrias ſedes redierunt. Duo hîc occurrunt penſiculariùs adnotáda. Primum eſt,
E quónam ſupplicij genere Deus omnipotens flagitioſiſſimos mortalium Pentapolitanos punierit. Nimirum, quia illorum ſuperbia, luxuries, Dei contemptus increuerant, propter nimiam diuitiarum affluentiam, vt iam in ſuperioribus obſeruatum eſt; in iis maximè opibus omnium vitiorum ſeminario fuerunt mulctati; tulerunt enim Aſſyrij omnem ſubſtantiam Sodomorum. Optimè D.Chryſoſt. *homil.29. in 1. Corint.* hoc vno verbo diuitias perſtringit, ac depingit;

S.Ambroſ.
Iſai.58.
S.Hier.
*Bona vitæ dantur ad probationem virtutis.*
S.Gregor. Naz.
S.Bernard.
*Præſtat temporalia Deo, quàm morti cedere.*
*Epiſcopum commendat humilitas.*
*Eleemoſyna quæſtuoſa.*
*Diuitiæ vitia & ſupplicia generant.*
S.Chryſ.

pingit; Malus ſupplicij viaticū diuitias habet; diuitiæ ad malitiam additæ affectus augēt. Itaque improbi homines fomentū habent ſuorum ſcelerum in diuitiis; ſed & ſecum deferunt viaticum, & veluti commeatum, ac teſſeram illic notam, & celebrem, in flammas gehennæ. Etiam

Plato.

Plato Ethnicus homo fieri non poſſe ait *5. de Repub.* valde diuitem pariter, ac valde probum eſſe. Habent verò malum hoc diuitiæ, vt ſemper noceant, & cùm acquiruntur, & cùm expenduntur, quod egregiè dictum eſt à D.Chryſ. *homil.* 24. *in* 1. *Corinth.* hiſce verbis. Qui quærendo opes teſtiterunt Deo, expendendo facient idem. Quis non timeat Dominum audiens: Amen dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnum cælorū. B Et iterum dico vobis: Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum, *Matth.* 19. Vt enim eleganter obſeruat D.Ambroſ. *ſerm.* 10. Valde abſurdum eſt, vt quem nudum mater genuit, nudum ſuſcepit Eccleſia, diues intrare velit in cælū. Nec minus acutè Domini verba expendens D.Hilar. concludit. Periculoſa enim cura eſt, velle diteſcere; & graue onus innocentia ſubit incrementis opum occupata. Rē enim ſeculi famulatus Dei, non ſine ſeculi vitiis aſſequitur. Hinc difficile eſt diuitem regnum cælorum adire. Sic Hilar. Subiicit deinde Euangeliſta: Auditis autem his diſcipuli mirabantur valde, dicētes: Quis ergo poterit C ſaluus eſſe? Dubites & meritò, qui cōſtet hæc illatio & interrogatio diſcipulorum? difficile ait Dominus diuitem ſaluum fieri; ſed, vt rectè animaduertit D.Hier. non dixit impoſſibile, & vbi difficile ponitur, non impoſſibilitas prætéditur, ſed raritas demonſtratur. Sic ille. Igitur colligere debuiſſent; quàm pauci ergo, quam rari poterūt salui eſſe? Et quidem ita optimè. Dei namque (ait D. Chryſ.) opus hoc eſſe conſequenter oſtendit Dominus, quoniam multa opus eſt gratia, vt homo in diuitiis dirigatur. Sic planè credendum eſt intellexiſſe diſcipulos rem eſſe humanis viribus omninò impoſſibilem; abundantioréque opus eſſe Dei gratia, vt diues in ſalo D iſto diuitiarum abſque naufragio ſaluus & incolumis in portum regni cæleſtis euadat. Sed adhuc me mouet illa vniuerſalis interrogatio diſcipulorum: Quis ergo poterit ſaluus eſſe? Quis? pauperes, inquam, permulti. Anne omnes, qui viuunt, diuites ſunt? An non minor eſt diuitum, quàm pauperum numerus? Soluit ita hunc nodum D. Auguſt. Cùm pauci ſint diuites in comparatione multitudinis pauperum; intelligendum eſt, quòd omnes, qui diuitias cupiunt, in diuitum numero haberi diſcipuli animaduerterunt. Itaque diuites à Domino hic perſtringuntur, non qui tantùm re, ſubſtantiáque, ſed qui vel ſolo affectu, & cupiditate diuites habentur; quo prauo affectu, & auaritia carentes, etiam in ſum- E mis diuitiis iuſti, & ſancti plerunque ſunt, vti Dauid, Abrahamus, &c. At etiam nunc hæret mihi animus in dicto diſcipulorum. Sint tādem cupidi, qui diuites dicuntur? Quid ergo? Num omnes cupiunt diuites fieri? Nihil interim occurrit, quod reſpondeam, niſi, quòd apparent rari nantes in gurgite vaſto, penè omnes affectu ipſo ſubmerſi latent in voragine diuitiarum, vel potiùs cupiditatum.

S.Chryſ.

*Diuitem ſaluari diffi cile eſt.*

Matth. 19.

D.Ambroſ.

S.Hilar.

S.Hieron.

S.Chryſ.

S.Auguſt.

*Cupiditas habendi laſe vocatur.*

6. Tulerunt omnem ſubſtantiam Sodomorum. Fortè huius opulentiæ fama commoti Aſſyrij bello petierunt Palæſtinos; qui longè feliciores forent, ſi ſubſtantiam illam non haberēt.

A Rectè D.Chryſ. *homil.* 5. *in Geneſ.* Diuitiæ (inquit) ſæpenumero dominis ſuis multorum periculorum fuerunt autores; multáque, ante voluptates, pericula illis præſtantes ſtatim auolarunt. Sciant igitur diuites, quid ſecum habeant, & caueant. Lepidè quidem, ſed verè tamen idem Chryſ. *homil.* 11. *in* 1. *Corinth.* Fugitiuus (ait) ſeruus & perfidus diuitiæ ſunt. En quàm perfida ſubſtantia Sodomorum, quæ tota ſubitò ab antiquis dominis ad nouos & priorum hoſtes, videlicet Aſſyrios, transfugerunt. O ſi Pentapolitanis ea prudentia infideret, vt priùs ſubſtantiam ſuam pauperibus erogarent! quàm ſuas opes in tuto ſic collocarent, vt nullis hominum iniuriis parerent? Propterea (inquit D.Chryſ. *homil.* 7. *in* 3. *ad Rom.*) iubemur pecunias dare, vt ne iis excutiamur. Da ergo indigenti, vt ne quis abs te auferat, aut calumniator, aut diabolus, aut fur, aut poſt hos omnes ipſa mors; donec enim eas retines, tutò non retines. Quòd ſi Deo per pauperes dederis, tibi ea omnia accuratè aſſeruat, atque in tempore debito magno cum fœnore rependet. Facetè deinde cauillatur inſipientiam diuitum, lepida ſanè vtens ſimilitudine ad hunc modum. Diabolus diuitibus inſilit canis exemplo, offulam, aut placentam de puerulı manibus auferre voléris: patri ergo eas demus, quod cùm à nobis factum diabolus viderit, recedet. Vſque adeò diuites nulla re differunt ab iis puerulis, quibus canes infeſti eſſe ſolent; quos circum videlicet diuites allatrare omnes ſolent, quóſque lacerant, ac trahunt non homines ſolùm, ſed illiberales etiam affectus, gula, ebrietas, adulatio, intemperantia omnis. Idem *homil.* 13. *in* 1. *Corinth.* diuitum pericula expendens, vt qui domeſticos, & inter necinos ſecum hoſtes circunferant; ſic ait: Quouſque ſolæ diuitiæ, cum ſolis erunt diuitibus? tanquam latro quidam in ſolitudine omnia mala operabuntur: quando autem in medium eas adduxerimus, & aliis erogauerimus, non ampliùs nos ſeparabunt, quoniam vnuſquiſque eas vndique vinciet. Hæc Chryſoſt. Pulchrè comparantur diuitiæ latronibus, qui dum in ſyluis latitant viatoribus inſidiantur difficile admodum vitari poſſunt, [illegible] circa hoſtiliter inſeſtando. Quid ergo? Circundet ſyluam latrones prædonum [illegible], verùm [illegible] torum, ac ſatellitum (pauperum [illegible]) turba: violenter compulſi fure[illegible] forâs prodeant, incidant in manus [illegible], vinciantur, mactentúrque, vt ſecuri [illegible] in cælum incedant hoſpites, & peregrini huiuſce vitæ. Verſetur ante oculos mei [illegible] illa memorabilis hiſtoria diuitis Epulonis, & Lazari mendici, *Luc.* 16. Nota verò eſt crudelitas diuitis, cuius tandem in inferno miſer pœnas exoluit. Nam & guttam (ait Gregorius) aquæ petiuit, qui micas panis negauit. Vide miſeram diuitum conditionem: ab hac vita ne guttam quidem aquæ ſecum deportant. Ah quàm facilè poterunt diuites, ſi velint, ſalutem conſequi: modò ſuperflua, minima, micas denique pauperibus abiiciant! Ante ianuam diuitis iacebat mendicus, Deo ſic diſponente: vt (inquit Gregorius) & diues impius damnationis ſibi augeret vltionem; & tentatus pauper creſceret ad remunerationem. Deus hunc tentando exercebat ad gloriam, & illum tolerando expectabat ad pœnam. Hæc Gregorius *hom.* 14. *in Euang.*

S.Chryſ.

*Diuitia periculoſa, atque fugitiua.*

S.Chryſ.

S.Chryſ.

*Eleemoſyna commendatur.*

*Diuites puerulis comparati.*

S.Chryſ.

*Diuitia latronibus comparata.*

Luc. 16.

S.Greg.

*Diues cum Lazaro mendico.*

S.Greg.

7. Admirari hoc etiam loco Dei benignitatem

tem oportet, qui peccata Sodomitarum eo bello clemẽter puniens erudire voluit homines, vt ad meliora cõuerſos grauius poſtea damnaret; & id inſuper per impios reges, qui & ipſi tandem proſtrari ſunt à viro Dei. Non ſatis fuit Aſſyriis cæ cæſorum hominum ſtrages, niſi & annonam, & *Militum victorum inſolentia.* quicquid opum inuenerant, depecularentur. Scilicet hæc ſolet eſſe conſuetudo militum barbarorum, & victorum inſolentium immanitas velut natiua; vt ſubiectis illudant, ac dominio per vim occupatò, non contenti, pauperes, & captiuos habere malint, quàm ſtipendiarios, qui poſſint imperata rependere. Ac fuit quidem hoc ſupplicium, veluti admonitio, vt Palæſtini bello preſſi, percuſſi, ſpoliati, euidenter agnoſcerent Dei vindictam præſtò eſſe, licèt aliquandiu diſferatur, puniendis hominum flagitiis. Interdum *Deus modò clam, modò palàm peccatores adoritur.* Dominus velut fur inſidias tendens ſubdolo incurſu peccatores adoritur. Sicuti cum Propheta cecinit: *Et poſuit tenebras latibulum ſuum*, Pſal. 17.
Pſal. 17. Genebr. Scilicet, (vt rectè Genebr.) venit rectus tenebris, ne videretur; ſicque ſecuriùs feriret. Nunc verò venit in luce meridiana, Palæſtinos ob immania ipſorum ſcelera, ſi non æquè, vt merebantur, at certè aliquali vindicta, puniturus. Sat quidem illuſtre ſupplicium; vbi reges ipſi bello vincuntur, fugiunt, ſpoliantur, abſcondũtur, quorum videlicet flagitia clariùs apparebant, & immaniora multo videbantur. Quid fieret igitur miſero, & S. Ambroſ. nefando populo? Benè D. Ambroſ. *Apolog. 2. cap. 11.* de peccato Dauidis, déque illius populo, *Regum culpa & pœna tum populi excidio.* bello, fame, peſtéque afflictato diſſerens adiungit: Regum lapſus pœna populorum eſt; ſicut enim eorum virtute ſeruantur, ita etiam errore periclitamur. Vnde optandum eſt nobis, vt regem glorioſum, atque perfectum habere poſſimus. Sic Ambr. Profectò ſicut in ſylua condenſa, vel fulmine ictæ, vel tempeſtate conuulſæ, vel ſecuri exciſæ radicitus proceriores arbores non corruunt, quin ſecum ſuo pondere, ac ramorum opacitate diffuſa trahant minores ſimul in eandem ruinam præcipites; ita cum principum, ac regum, aut in vitia, aut in ſupplicia cadentium lapſibus, totius populi caſus coniunguntur. Sed longè adhuc minoribus, quàm merebantur pœnis, affliguntur Palæſtini, vt iis eruditi, à futuro incendio eripiantur: & hæc quidem, bellum, fuga, direptio pro minis tamen cenſeri debent. Minari autem ſolet Dominus vt erudiat; terret, vt ſi caueant peccatores, ſi reſipiſcant, ille parcat, & non cogatur punire. Timeamus igitur minantem, ne ſentiamus vindicantem. Timor Domini fundamentum eſt bonorum omnium; vbi nullus Dei timor, nulla ſolet eſſe virtutis diſciplina.
Tertull. Hinc illud Tertul. *lib. 2. contra Marcionem, cap. 15.* Horremus terribiles minas creatoris, & vix à malo auellimur. Quid ſi nihil minaretur? Sic ille. Sed abutimur Dei patientia, & miſericordia, quam ſcimus eſſe ſupra omnia opera eius. *Pſal.*
Pſal. 144. 144. Dauid Deum vindicem, & iudicem ſæpiùs *Deus ad puniendum tardior.* appellans tanquam ad mortuum, aut certè lethargo conſopitum loquitur. Vel quod etiam
Pſal. 7. ſubtiliter innuitur *in Pſal. 7.* pulſat fores iudicis, qui procul abeſt: habet enim Deus duo tribunalia; vnũ miſericordiæ, alterũ iuſtitiæ: in illo pater, in iſto iudex oſtẽditur. Frequẽtiùs in illo, quã in iſto reſidet. Igitur Dauid agit cũ Deo, vt indicet, vt puniat improbos, quò timeatur ab omnibus, & ametur à ſuis. Et Synagoga (inquit) populorũ circũdabit te. Et propter hãc, id eſt, Synagogã, in altũ regredere, hoc eſt, in tribunal, & ſoliũ

Z. *Fr. Fernand. in Gen. tom. 1.*

A iudicij tui redi, vbi Domine iudicas populos. Quandiu enim differt ſupplicia impiorum, videtur reliquiſſe iuſtitiæ ſuæ ſolium, ad illud reuertitur quãdo infert. Hæc ex Geneb. Hac Domini Genebr. patientia, & longanimi miſericordia freti peccatores in ſuis ſceleribus lætos ac ſecuros dies trãſigunt. Expectat (inquiunt) nos Deus miſericors ad pœnitentiam, quam in extrema mortis hora ritè præſtabimus. Idcirco Latronẽ in morte pœnitentem, ad noſtrum ſolarium, & exemplũ ſuſcepit in paradiſo. Falluntur tamen miſeri, nec enim latro Deum vocantem, & expectantem ſæpius (vt illi quotidie faciunt) illuſit. Audiant S. S. Aug. Aug. *tom. 10. ſer. 45. in append.* Beatus (inquit) latro vitæ prædam ſubitò rapiens, ille nec ſalutis tem-
B pora ſciẽs diſtulit; nec remedia ſtatus ſui in momenta vltima infelici fraude poſuit; nec redemptionis ſuæ ſpem in deſperationis ſuæ nouiſſimum reſeruauit: nec enim religionem antè, nec Chriſtum ſciuit. Quod ſi ſciſſet, fuiſſet forſitan inter Apoſtolos non poſtremus in numero, qui prior factus eſt in regno. Ergo etiam in hoc extremo placuit Deo, quia ad conſequendã fidem; non fuit extrema hora, ſed prima. Hæc Aug. Itaque latro vocatus non abnuit, non tardauit, non venit ad vineam Domini veſpere, ſed mane. Vbi vocatus, ibi conuerſus, ibi pœnitens, ibi ſaluus, ibi denique beatus.

8. *Nec non & Loth, & ſubſtantiam eius filium fratris Abrahã, qui habitabat in Sodomis.*] Hoc erat ſecundò conſiderandum. Captus eſt etiam ab
C Aſſyriis iuſtus Loth inter impios viuẽs. quòd in pœnam ſuæ electionis, & ſeparationis à patruo, id homini ceciderit, haud dubitandum eſt, vt D. S. Ambr. Ambroſ. teſtatur, cuius hæc ſunt verba. Itaque & Loth infirmioris conſilij pretium luit, vt etiam ipſe captiuus educeretur, quoniam vitio ſeruilis nequitiæ à prudentiore deflexerat, & parrem flagitioſorum elegerat. Hanc eandem ſententiam luculẽter pertractat D. Chryſ. his verbis. Ecce id S. Chryſ. quod dicebam, id nunc euenit: nihil enim pro- *Separatio à iuſto exitiũ eſt.* fuit Lotho primatus, & electio. Nam ex hoc non ſolũ nihil vtilitatis ei accreuit, ſed ecce captiuus etiam abductus eſt, & didicit reipſa, quòd multo ſatius ei fuiſſet vti conſuetudini iuſti, quàm ſeparatũ in libertate viuere. Ecce enim, vt diuiſus eſt à iuſto, & putabat, ſe in maiori eſſe rerũ vber-
D tate & copia, & potiora ſe aſſequutum, & abundare; repentè factus eſt ſeruus carens domo, carens & foco, vt diſcas quantum malũ ſit diuiſio, & quantum bonũ concordia: & quod cõuenit, non maiora temerè capeſſere, ſed potiùs humilitas diligenda eſt. Tulerunt Loth & ſarcinas eius. Quãto melius erat eum cum Patriarcha viuere, & omnia ferre vt ne cõcordia ſolueretur: quàm ſeparatum, & electis potioribus, & tanta repentè pericula incidere, & in barbarorũ venire poteſtatem: Hæc Chryſ. Incertum verò eſt, vtrùm in bello pugnans, inter Sodomitas captus fuerit, an domi relictus, & inermis: Emphaſim continent illa verba, *qui habitabat in Sodomis.* Ex quo habes (ita gloſſa) ex ſocietate malorum iuſtos aliquan-
E do incurrere pœnas temporales, licèt ipſorum Gloſſ. criminis nõ ſint participes. Qui habitabat in So- *Perniciſa corpori & animæ conſuetudo cum impiis.* domis: ac ſi dicatur. Idcirco captus ab Aſſyriis eſt, & omnia illius bona direpta ſunt, quoniã inter peſſimos, ac lutulentiſſimos mortalium degebat. Pernicioſa eſt conſuetudo malorũ hominũ cùm animę, tum corpori; procul ab illis recedendũ iuſto eſt, ne fortè cum illorũ ſuppliciis, vbi à Deo inferentur, & innocens ipſe pariter inuoluatur.

An nõ ſæpiùs euenit, vt impetu ventorum ex arbore matura, & pulchra, ſimul cum vietis ac putridis poma decutiãtur? quàm crebrò videas excitato incendio, cum paleis grana pariter in ſegetibus exuri? Peccauit vnus Achan de anathemate ſurripiens, & totus Hebræorum exercitus accepta clade punitus eſt. Vnius culpa nocuit omnibus: amouendi ergo ſunt rei, aut certè monendi & corrigendi; alioquì diuina ſeueritas deſæuiet in omnes. quod ita obſeruat Theod. *quæſt. 9. in cap. 7. Ioſ.* Voluit Deus, & Achan reprehendere, & omnibus incutere metum; vt qui diuinarum legum ſunt obſeruatores, coarguant tranſgreſſores: alioqui infligendi ſupplicij ſint futuri participes. Sic ille. Cæterùm in communi clade ſic res habet. Eruditur iuſtus, cùm etiã inter peccatores punitur, & ad patientiam iuſto cedit hoc ipſum; quod econtrario impiorum adauget contumaciam. Audi iuſtum in pœnis: Exultabit lingua mea iuſtitiam tuam, *Pſal.* 50. Hebr. תרנן *teraunen*, laudabit. Quaſi dicat: Impius Dei quidem miſericordiam laudibus effert. Sic enim *Pſal.* 48. quia anima eius in vita ipſius benedicetur, confitebitur tibi, cùm benefeceris ei. At ego, inquit, qui iuſtorum viam ſequor, vel ipſam etiam tuam iuſtitiã prædico, laudo, amóque. Sic exulto, gaudeo, cùm à te Iudice corripior; quàm læto vultu aſpicio, atque exoſculor te mihi paterna beneuolentia arridentem! Contrà verò improbi tacti iuſtitiæ diuinæ virga, mirum eſt quàm ſe aduerſùs Deum efferant. Tange montes, & fumigabunt. de his dicitur *Pſal.* 148.

Ioſue 7.
Theodor.
Pſal. 50.
*Malus miſericordiã Deo, bonus iuſtitiã effert.*
Pſal. 48.
Pſal. 148.

9. Cæterùm ſi ſapiant homines, tanta ineſt in diuina vindicta vis, & facultas ad ſanandos animorum morbos; vt ſi velint, vel deterrimi peccatores, iuſtitiam Dei velut medicinam ipſorum optimam cum Propheta amare poſſint, & prædicare. Quis obſecro extitit ſceleratior Manaſſe? At ſcribitur 2. *Paral.* Tũc cognouit Manaſſes Dominum: ſcilicet in pœnis, quem in proſperis grauiſſimè offenderat. Vbi ſic egregiè Procopius: Tam frugifera eſt diſciplina, ſeſe illi accommodantibus: nihilque adeò ferum eſt, quod non miteſcere poſſit, ſi modò culturæ patienté commodet aurem. Sic ille. Pulchrè Dei vindictam vocat culturã, hoc enim ligone, hoc vomere effodiuntur, & exarantur animæ, videlicet vitiorũ glebis, luto, noxiis herbis, ac radicibus egeſtis, & euulſis: vt gratiæ ſalutiſque æternę ſemina iaciãtur, iactaque demũ adoleſcant, & in fructũ exuberent. Cæterùm nonnullos moueat quid ſit, cur iuſtus, & innocẽs Loth capiatur, ducatúrque ab hoſtibus: at verò ſceleratiſſimi Reges Palæſtini euaſerint de hoſtium manibus? Iccirco, inquam, quia iuſtus ille, iſti verò impij. Via quidem impiorum proſpera habitat: at iuſtorũ anguſta, & arcta via eſt. Hac enim regia via iuſtorum, conſtrata laboribus, ſpinis, opprobriis, afflictionibus incedunt, qui Chriſti improperium portantes, & ſuam tollentes crucem ſequuntur Dominũ præeuntem, & baiulantem ſibi crucem ad Caluariæ vſque patibulum. Nimirum oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuã: & conſequenter, nõ alia ſuos ducit viã in cælum, niſi hac ipſa, qua ipſe inceſſit. An nõ ponè ſequuta eſt Filium ſuum mater ſanctiſſima, quæ apud S. Ber. *tract. de lament. Virg.* ſic ait. Sequebar ego Filium meum, prout poteram, eius mœſtiſſima mater cum aliis mulieribus. Et ipſe me videns fuit in cruce leuatus, & ligno duriſſimis clauis affixus. Stabam & ego videns eum; & ipſe videns me, plus dolebat de me, quàm de ſe. Sic Ber. Verè pertranſiuit (inquit D. Anſel. *tract. de excel. Virg. cap.* 5.) ô Domina animam tuam gladius doloris, qui tibi amarior fuit omnibus doloribus cuiuſuis paſſionis corporeæ. Quicquid enim crudelitatis inflictum eſt corporibus Martyrũ, leue fuit, aut potiùs nihil comparatione tuæ paſſionis: quæ nimirum ſua immenſitate transfixit cũcta penetralia tua, tuíque benigniſſimi cordis intima. Hæc Anſelm. Hanc beatiſſimæ Virginis paſſionem iuxta crucem Ieſu ſtantis, ac dolentis ſemper viri ſancti admodum piè venerati; & ſuis lacrymis, ac pia compaſſione, comitati ſunt. Ex quo ingens planè fructus percipitur: vt ea virginis tormenta (addit Anſel.) oculus pietatis attendens, dum tantę matris gemebũdus affectibus compatitur, pij amoris illius fructu remunerari mereatur. Sic Anſel.

Procop.
*Pœna improborum medicina.*
2. Paral. 33.
*Pœna animarũ cultura.*
*Via Chriſti & iuſtorum conſtrata laboribus.*
S. Bern.
*S. Mariæ paſſio & dolores in paſſione Chriſti.*
S. Anſel.
S. Anſel.

## SECTIO III.

*Et ecce vnus qui euaſerat, nunciauit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi, fratris Eſcol, & fratris Aner: hi enim pepegerant fœdus cum Abram.*

4. QVis iſte nuncius fuerit, haud multũ ſcire intereſt: forte ſeruus Lothi, qui & domini calamitatibus indoluerit, & Abrahami erga nepoté, ſat benè notũ amoré habuerit. Conſternatus igitur caſu aduerſo Lothi rem totam defert Abrahamo Hebræo, ſiue, vt in fonte ipſo legitur העברי *haghibri*. LXX. τῷ περάτῃ, trãſitori. Ac percelebris quidé hoc loco excitatur quæſtio de primæua origine, cauſáque appellationis Hebræorũ: nunc enim primò Abraham dicitur à Moyſe Hebræus. Accuratiſſimè diſputat hac de re Pererius: in ſumma etiam Delrio veram, & germanam ſententiam concludit: quibus tã eruditis è noſtra familia Doctoribus, nihil in præſentia addendum occurrit. Itaque Hebræus dicitur Abraham ab ſuo auo Heber, ſiue Gheber, in cuius tantùm poſteris per Abrahami ſeriem cõſequentibus, & vſus linguæ Hebrææ, & veri Dei cultus, ac religio, appellatióque ipſa Hebræorũ permanſit. Ita D. Hier. *in tradit. Hebr. ſupra cap.* 10. *Gen.* S. Aug. *lib.* 2. *retract. cap.* 14. *& lib.* 16. *de ciuit. cap.* 3. & 11. Itémque *lib.* 18. *cap.* 39. quos ſequuntur Beda, Iſidor. Lyran. Caiet. Eugub. Quæ hodie communior ac verior habetur inter doctiores opinio. Ex eo autem quod LXX. reddiderint, tranſitorem, quaſi vim Hebraici vocabuli exprimere volentes (eſt enim עבר *ghabar* tranſire) data eſt occaſio nonnullis, vt putarint Abraham dictum Hebræum, hoc eſt, tranſitorem, quia ex Meſopotamia venerit in terram Chanaan, trãſito Euphrate fluuio. Vnde ab illis gentibus vocare cœptus eſt Hebræus, hoc eſt, trãſitor, ſeu (vt D. Aug. *qu.* 29. *in Gen.* & D. Chry. *hoc loco* legunt.) trãsfluuialis. Ita Orig. Diod. Theo. Burg. *in addit. ad poſtillas*, Lyr. *ſuper c.* 21. *Matthæi*. Adiungit vlteriùs pro hac ſententia D. Chryſ. Thare patrem etſi gentilem, diuino tamẽ impulſu, filio naſcẽti Abrahamo appellationẽ Hebræi ſuperadiecisse, eo quòd prophetico ſpiritu proſpiceret, filium ex Meſopotamia, & trãſmiſſo Euphrate, iturum in Palæſtinã. At cur, cùm ſit Hebræus etiã ab ortu, nũc primùm dicitur Hebræus, ſiue trãſitor, ſiue aduena, & peregrinus Abrahã? Reſpõdet Rupertus: Videlicet quo vehementiùs commẽdaretur magnitudo virtutis eius, & rei ab eo geſtæ: quòd ſcilicet tranſitor, ideſt, peregrinus, & aduena

Perer.
Delrio.
*Vnde appellatio Hebræorũ.*
S. Hieron.
S. Auguſt.
Beda.
Iſidor.
Lyra.
Caiet.
Euſeb.
S. Aug.
S. Chryſ.
Orig.
Diodor.
Theod.
Burg.
Rupert.
*Memorabilis victoria Abram.*

Deo protegente rem fecerit, quam quinque reges indigenæ facere non potuerant, & de victoribus quatuor regibus vnam vltionem, & plenam reportauerit victoriam. Sic ille. Hæc opinio meo quidem iudicio, eſt valde probabilis, quamuis illi primam duxerim præferendam. Vocabatur quoquo, inquit, Abraham Hebræus, tranſitor, peregrinus, quippe cùm perpetuò in caſulis, ac tentoriis extra vrbes, oppidaque moraretur hac, illac excurrens, nuſquam patriam, & ciuitatem permanentem habens, ſed futuram inquirens. Maximè verò propter admirabilem virtutem, quam præ ſe ferebat, moreſque illa ætate, atque illis gentibus omni vitiorum turpitudine pollutis, nouos, peregrinos, incredibiles. Hæc debet eſſe religioſi viri, præclari Epiſcopi vita, non aliquab virtute conſpicua, ſed valde illuſtris, atque adeò ſupra popularem viuendi conſuetudinem, vt quiddam peregrinum, & inſolitum eſſe iudicetur. Sed adhuc in Eccleſia Chriſti ſublimiorem, quàm quæ in Abrahamo emicuerit, vitæ rationem Deus exigit à Chriſtianæ gentis Patribus, & doctoribus: quantum ſcilicet terræ decora, & amplitudines, à cæli ſplendoribus diſtare, ſuperarique videntur. Eſt enim Abraham, & tranſitor, & peregrinus in terra, ſed tamen humi graditur. At vos (inquit Paulus *ad Philip. 2.*) in medio nationis prauæ, & peruerſæ, inter quos lucetis, ſicut luminaria in mundo, &c. Cuius loci egregia traditur interpretatio à D. Anſel. ad hunc modum. Lucetis ſicut luminaria cæli, quia ſicut luna, & ſtellæ non amittunt lucem ſuam propter noctem, ſed magis lucent; ſic vos mente in cælo fixi, licèt inter tenebroſos, & infideles ſit veſtra conuerſatio, non obſcuramini, ſed magis lucetis benè operando. Tales enim ſancti de conuerſatione, quam habent in cælo, deſpiciunt omnia, quæ iniqui faciunt in terra. Sicut ſtellas cæli nõ extinguit nox, ſic mentes fidelium adhærentes firmamento ſanctæ Scripturæ, vel cæleſtibus deſideriis, non obſcurat mundana iniquitas. Qui enim mente ſunt in ſupernis, & de ſupernis cogitant, ſicut ſcriptum eſt: Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum, *Matth. 6.* de ipſis cogitationibus ſuperuorum petentes ſunt: & quicquid in terra fiat, ſic non curant, donec peragant itinera ſua; quemadmodum luminaria cæli non curant quomodo exerceant dies & noctes, quamuis tanta mala videant fieri ſuper terram. Et ſicut luminaria patienter ferunt, quicquid de eis homines fingunt, ita iuſti debent patienter ferre omnes etiam de ſe falſas criminationes. Nam qui perdiderit tolerantiam, non eſt quaſi luminare, clarens deſuper, ſed obſcuratus eſt, & de cælo cadit. Hactenus Anſelm. Optimè quidem iuxta hanc interpretationem commendatur Chriſtianæ mentis eleuatio, ad cæleſtium rerum contemplationem, & amorem: deinde rerum ſublunarium deſpicientia, atque adeò in tolerandis aduerſæ vitæ moleſtiis patientia. Ferè omnia illa mutuatus eſt Anſel. à S. Auguſt. vt videre eſt apud Bedam *ad 2. Philipp.* Vbi etiam inuenies ex Auguſt. eſſe in Eccleſia lumina conſolantia noctem noſtram, ſcilicet viros ſanctitate doctrinaque præcellentes. Omnia verò iſta quæ Paulus à iuſtis exigit, ſequuntur ex eis, quæ præmiſerat, vt ſitis ſine querela, & ſimplices ſicut filij Dei ſine reprehenſione. Vbi S. Hieron. Sicut Deus, vos fecit conſiderata cuius filij ſitis, qui cùm in omnibus ſanctus, ac purus ſit, filios non poteſt habere degeneres. Sic ille.

*Abram peregrinus vita & moribus.*

*Ad Philip. 2. Exemplum fidelium.*

*Amor rerum cæleſtium.*

*Matth. 6.*

*Anſel. Patientia iuſtorum.*

*S. Auguſt. Beda.*

*S. Hieron.*

2. Verùm in vtraque opinione illa eſt difficultas expedienda. Nam cùm ab Heber illo pronepote Sem duxerint originem complures terrarum gentes, vt Syri, Moabitæ, Ammonitæ, & variæ Iudæorum nationes; cur ſolus Abraham, eiuſque poſteri ab illo, auo Heber appellentur? Idem ſubinde intorquetur telum aduerſus poſteriorem. Si Abraham Hebræus dictus eſt, quia tranſitor & transfluuialis ex Meſopotamia in Chanaam aduenerit: cur quæſo non omnes, qui ab illo genus traxerunt, nominati ſunt Hebræi, vt Iſmaelitæ, Madianitæ, Idumæi, Amalecitæ: ſed in Iacob tantùm filiis, ac nepotibus, ea patria omniũ Abraham appellatio cõſeruata eſt? Vtrobique eadem reſponſio reddi poteſt. Videlicet cæteras gentes in denſiſſima ignorationis Dei, rerùmque diuinarum caligine demerſas, tam illuſtri appellatione indignas extitiſſe: præterquã quòd ex commercio variarum gẽtium Hebrææ quoque linguæ vſum prorſus amiſerint. Enimuero apud Deum improbi adeò nihili fiunt, vt eorum nomina in terris ſcribantur; *Pſ. 68.* Quaſi dicat, in puluere, & in luto, vbi nihil habeant ſplendoris, ac famæ, breuique à memoria hominum euaneſcant. Sic Dominus *Luc. 16.* hiſtoriam referens diuitis epulonis, & mendici Lazari; ait: *Homo quidã erat diues, &c. & erat mendicus nomine Lazarus.* Optimè autem obſeruat D. Greg. *hom. 40 in Euang.* Certè in populo (inquiens) plus ſolent nomina diuitũ, quàm pauperum ſciri. Quid eſt ergo, quòd Dominus nomen pauperis dicit, & nomen diuitis non dicit? Niſi quòd Deus humiles nouit, atque approbat, & ſuperbos ignorat. Ac ſi dicat: Pauperem humilem ſcio, ſuperbum diuitem neſcio. Illum cognitum per approbationem habeo: hunc per iudicem reprobationis ignoro. Ita Greg. Quo etiam pacto dicitur Matth. 1. *Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius.* Nec tamẽ vlla fit mentio fratrum Iacob, ſcilicet Eſau, & poſterorum illius. Reſpondetur in gloſſa: Ideo ſolus Iudas nominatim exprimitur, vt eũ cognoſceres, qui ex illius ſtirpe fuerat promiſſus. Fratres Iudæ memorat, prætermiſſis fratribus Iſaac, & Iacob, quia illi à populo Dei, quaſi alieni ſunt repulſi: hi verò hæredes in libro vitæ ſcripti, & quaſi Patriarchæ duodecim, in quibus & numerus Apoſtolorum ſignatur. Sic gloſſ. Fuit etiam quidam Artapanus, vt refert Euſeb. *lib. 9. de præparatione Euãg. cap. vlt.* qui diceret Hebræos appellari ex Habraham principe, ac parente illius gentis nobiliſſimo, & dictos eſſe Hebræos, quaſi Habræos. Sed hæc opinatio duobus argumentis omninò conuellitur. In primis enim hoc loco dicitur Abraham Hebræus: at nulla res à ſeipſa denominari ſolet, ſed ab alia capit denominationem; quemadmodũ, nec lux lucida, nec albedo alba, nec ſapientia ſapiens, nec Iuſtitia iuſta dicitur: quod quidem in ipſis etiam dialecticæ rudimentis docetur. Deinde longè diuerſa eſt vtrobique in vocabulo pronunciatio: etenim Abram per *Aleph* inchoatur, Hebræus, ſiue Ghebræus, per *ghain* quia etiam litera ſcribitur Gheber, ſiue Heber, à quo tandem principio manauit Hebræorum appellatio.

4. Nunciauit igitur quis Abram Hebræo Lothi cariſſimi nepotis calamitatem; quã patruus, vt oportebat, deplorauit. En habes iuſtos viros, atque innocentes, Deóq; valde amicos, & familiares miſerabili clade afflictatos? nec tamen id nouũ, atq; inuſitatum eſt, omnes qui in Deo piè viuere volunt, perſecutiones patiuntur. An nõ Do-

*Pſal. 68. Perit improborum memoria.*

*Luc. 16.*

*S. Greg.*

*Deus ſuperbos neſcit, humiles nouit.*

*Matth. 1.*

*Gloſſ. Iudæorum fama & nomen celebratur.*

*Artapan. Euſeb.*

minus ipſe Ieſus apud Herodem veſte alba, apud Pilatum purpurea indutus: vnde ſponſa: Dilectus meus candidus, & rubicundus, *Cant. 5.* Candidus (declarat Beda *in 23. Luc.*) ſcilicet actione, rubicundus ſanguine. Agnus dat indicia immaculatæ paſſionis. Et ipſe variis ſuorum membrorum floſculis vernans, in pace lilia gignit, in bello roſas. Hæc ille.

*Cant. 5.*
Beda.

Octo cauſas affert D. Chryſoſt. *homil. 1. ad popul. Antiochen.* quare viri iuſti ſoleant in hac vita maximè afflictari: quas operæpretium erit hic inſerere. Itaque (ait) prima eſt, quòd cùm facilè in arrogantiam, propter meritorum magnitudinem, & miraculorum tollantur, ipſos Deus ſinit affligi. Secunda, ne cæteri maiorem habeant de ipſis opinionem, quàm humana patitur natura, & ipſos Deos, B non autem homines eſſe arbitrentur. Tertia, vt & Dei virtus appareat per ægrotantes, & compeditos exuberans, & prædicationem augens. Quarta, vt ipſorum patientia manifeſta fiat, non propter mercedem Deo ſeruientium, ſed & tantam exhibentium gratitudinem, vt & poſt tot mala, ſincera in ipſis beneuolentia oſtendatur. Quinta, vt de reſurrectione cogitemus. Si enim homines pro ſe laborantes, ſine præmiis, & retributione migrare non permittit: multo magis eos, qui tantum laborauerunt, nunquam incoronatos remanere Deus decerneret. Quare omninò neceſſe eſt, quoddam aliud tempus eſſe poſt præſentium finem, per quod præſentis vitæ laborum retributiones reciperent. Sexta, vt omnes in grauia incidentes ſufficientem conſo- C lationem & mitigationem habeant, in eos reſpicientes; & malorum, quæ ipſis acciderunt, recordantes. Septima: ne quando exhortamur vos ad illorum virtutem, & cuique dicimus: Imitare Paulum, imitare Petrum, propter geſtorum exceſſum, alterius ipſos naturæ participes fuiſſe cogitantes, ad imitationem torpeatis. Octaua, vt quando beatos, vel miſeros cenſere oportet, diſcamus quos quidem beatos, quos autem miſeros, & ærumnoſos putare debeamus. Hactenus S. Chryſ. Et quidem hæc omnia, quæ diuinitus à Chryſoſtomo dicuntur, optimè accommodari queunt ad præſentem Abrahami, & Lothi iuſtorum calamitatem.

S. Chryſ.
*Octo cauſæ, cur iuſti affliguntur.*

Ex his enim (inquit idem *homil. 35. in Geneſ.*) quæ Loth euenerunt diſcere poſſumus, nunquam ægrè ferendum, ſi quando iuſti incidant in tentationes, im- D probi verò, & mali euadant. Multa igitur ex hac Lothi clade, & Abrahami incredibili dolore propter caſum nepotis, poſſumus addiſcere notatu aliqua ſigillatim.

S. Chryſ.

Ac primò quidem, vt erudiamur (inquit D. Chryſ.) primatum non appetere, ſed maioribus cedere. Putat enim ſanctiſſimus Pater punitum Loth, quòd terram primus elegerit, cùm primas eligendi partes patruo ſeni, & quem loco patris habebat, concedere debuiſſet. Ex quo tu inferas, quanto acerbiùs à Deo ſit vindicandum in eos, qui patruo, qui auum, qui prælatum, qui ſacerdotem, qui ſenem, qui natu maiorem non modò non debitè honorent, ſed iniuriis & contumeliis afficiant. E Deinde Loth ſibi primam, & optimam terræ portionem elegit; ſecundam verò ac deteriorem, patruo reliquit. Captus igitur eſt, vt pœnas luat aliqualis arrogantiæ, & nimiæ erga ſuam vtilitatem, ac voluptatem ſolicitudinis. Nullo igitur (ait Chryſ.) modo prima quærenda ſunt. Venit hic mihi in mentem illud Domini conſilium: Cùm inuitatus fueris, non diſcumbas in

S. Chryſoſt.
*Reuerentia exhibenda maioribus.*
*Damnatur ambitio primatus.*

A primo loco, ne fortè honoratior te ſit inuitatus ab illo, & veniens, qui te inuitauit, dicat tibi: Da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouiſſimum locum tenere, *Luc. 14.* Vbi rectè D. Cyrill. Proſilire promptè ad honores, qui nobis non conueniunt, indicat nos temerarios eſſe, & noſtra facta vituperio replet. Vnde benè ſequitur: Ne fortè honoratior te. Similiter D. Chryſ. Sic quod concupiuit (ait) nequaquam obtinuit ambitioſus honoris, ſed paſſus eſt repulſam: & ſatagens, qualiter abundet honoribus, non honoratur: at quia nihil eſt æquipollens modeſtiæ, Dominus auditorem docet, vt venetur vltima. Pulchrè vtitur Chryſ. verbo *venandi*: ea namque mentis alacritate aggredi debet inuitatus ad po- B ſtremum in conuiuio locum, qua ſolet venator prædam inſequi fugientem. quo etiam oſtenditur fructus humilitatis, & modeſtiæ, quæ haud dubiè honorem, & primos ipſos accubitus venabitur. Breues ad hunc locum Bedæ, ſed graues ſententias accipe. Aperta (inquit) Saluatoris admonitio, docet humilitatem non ſolùm apud Deum, ſed etiam apud homines eſſe laudabilē. Nuptiali veſte veſtitus, hoc eſt, virtutum fulgore coruſcus appareat, ſed ipſarum habitum virtutum, loco deuotæ humilitatis adornet. Amice, ait Dominus, aſcende: quē enim humilem inuenit, amici nomine beatificat. Tūc erit tibi gloria; pulchrè; ne nūc quærere incipias, quod tibi ſeruatur in fine. Sic ille.

*Luc. 14.*
S. Cyrill.
S. Chryſ.
*Humilis honoris venatur.*
Beda.

Denique Loth edocetur, & nos illius exemplo inſtruimur: Nihil (ait idem Chryſ.) iuſtorum familiaritati, & conuictui præ- C ferendum: & ſeruitutem apud bonos viros, libertate apud malos vtiliorem habendam. Fortè adoleſcens ſeueriorem ſibi diſciplinam & conuictum patrui reputabat, atque vt liberius ſuo iure vteretur, elegit libenter ab eo diſceſſum: ſed ſuo malo expertus eſt quanto vtilior fuerit illa cum iuſto ſene ac patruo filialis (vt ita dicam) ſeruitus. Id expreſſum legimus in prodigo illo adoleſcēte apud Luc. 15. Qui (vt inquit D. Greg. Nyſſen.) contempſerat patrem in diſceſſu: at attritus deinde laboribus rediit caſtigatus. Ac miſer coactus eſt (ait D. Petr. Chryſol. *ſerm. 2. de prodigo*) ſeruire cœnoſo pecori, qui pietati ſanctæ parere contempſit. Sic ille. Perbelle hic etiam Beda: Filius (inquit) ſua poteſtate delectatus ſe- D ipſum regere, a domino ſeſe quæſiuit exuere patris. Surgam, dixit, ergo; quia me iacere cognoui. Et ibo, quia longa receſſi. Ad patrem meum; quia ſub principe porcorum miſerabili egeſtate tabeſco. Et iam non ſum dignus vocari filius. Ad filij quidem affectū, qui omnia quæ patris ſunt, ſua eſſe non ambigit, aſpirare nequaquam præſumit: ſed mercenarij ſtatum iam pro mercede ſeruitutis deſiderat. Verùm ne huic quidē, niſi paterna dignatione ſe mereri poſſe teſtatur. Sic ille.

S. Chryſ.
*Conſuetudo bonorum aſſumanda.*
*Præſtat pia ſeruitus, quàm mala libertas.*
S. Gregor. Nyſſ.
Luc. 15.
S. P. Chryſ.
Beda.

4. Ceſſit etiam in magnum Abrahami bonum hæc tam grauis, deplorandáque calamitas. Etenim hominum animis aliqua poterat inſidere ſuſpicio; num Abrahamus minùs, quàm fortè decebat, Lothum nepotem amaret, quippe E quem à ſuo conuictu, & conſpectu, procul auelli paſſus eſſet. Igitur ad abolendam huius calumniæ vel leuem vmbram, diuinitus decretum eſt, vti Loth in graue illud periculum incideret; pro quo auertendo patruus Abraham tam egregiè laboraret; vt amoris ſui erga nepotem illuſtriſſimum faceret argumentum. Hinc illud perquam ſapiēter obſeruatum hoc loco eſt à D. Ambroſ. 1. *de Abraham, cap. 3.* Probatur diuiſionis.

S. Ambroſ.

*Lothi captiuitas ad demonſtrandam virtutem Abrami.*

nis effectus, quand ſic amabat nepotem, vt pro A eo nec belli declinaret periculum. D. Chryſoſt. idem hoc facto agnoſcit, additque ad inſignem fortitudinis commendationem id quidem eueniſſe, deíh vt demonſtraretur, quàm nihili opes omnes Abraham deſpiceret, quas pro libertate nepotis vindicanda ſimul cum vita in diſcrimen extremum adduceret; ac demũ teſtaretur, quantum Dei ſui præſidio confideret; Deúſque ipſe palàm omnibus faceret, quàm ſibi amicum haberet Abrahamum, pro quo, tam ſtupendum bellicæ virtutis miraculum edidiſſet. Vt diſcamus

*S. Chryſ.*

(inquit D. Chryſoſt.) Patriarchæ inſignem tolerantiam, propenſũm in Loth amorem, & beneuolentiam, fortitudinis magnitudinem, opum B contemptum, ineffabilem erga illum diuini adiutorij virtutem, & ipſius in Deum fidem. Dixit, tolerantiam: nam admirabilem in tam aduerſo calamitoſóque euentu patientiam oſtendit, cùm accepto nuncio non conſternatus animo, in aliquam indignationem aduersùs Deum inciderit, aut etiam muliebri lamentationi ſuccumbens, vel aufugerit ſibi ſuæque familiæ conſulẽs; vel ſaltem fractis viribus, ſpéque omni abiecta trepidans & eiulans in ſuo tabernaculo elanguerit. Neque verò non permiſſum hoc malum eſt; vt

*S. Chryſo.*

(quod apponit D. Chryſoſtom.) diſcamus, quòd propter Abraham ſeruantur & alij. Sic planè fit nonnunquam, vti aduerſa in Repub. in regno accidant, morbis etiam iam extremis, & inſana- C bilibus plerique vexentur, atque opprimantur, quo ſanctorum hominum virtus, & apud Deum

*Gloria Dei & ſanctorum ex noſtris miſeriis.*

inſignis gratia demonſtraretur; cùm ad eorum preces calamitates mortalium depelluntur. Quid enim in terris æquè notos, & gloria celebres facit Dei ſanctos, quàm mortalium miſeriæ, quibus per infinita diuinæ virtutis miracula ſancti homines perenniter occurrunt? Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter vos, vt credatis. Itémque: Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam,

*Ioan. 11.*

verba ſunt Chriſti Domini *Ioan.* 11. Ex quibus apertum eſt multa hominibus aduerſa contingere in occaſionem diuinarum operationum, quæ vel ab ipſo ſolo Deo, vel ob merita, precéſque D ſanctorum eduntur. Obiter expendendum eſt illud Domini: Gaudeo propter; cauſam gaudij ſubiungit, quia non erat ibi. Vbi diſertè Ruper-

*Rupert.*

tus *lib.* 10. *in Ioan.* Quid enim, Domine, ſi fuiſſes ibi? Si fuiſſem (inquit) ibi; non tanta daretur materia gloriæ Dei: precibus quippe amantium, & ploratibus eorum vrgerer hoc facere, vt non moreretur, aut certè vt mortuum ſuſcitarem antequàm ſepeliretur. Nunc magnificentiùs glorificabitur Filius Dei, &c. Sic ille. Notat optimè hic S. Chryſoſt. Frequenter (inquiens) dicitur: Amabat Lazarum, & ſorores eius: erudiens nos non ægrè ferendum, ſi boni viri, & Deo amici aliquo morbo laborent. Multi enim perturbantur, cùm vident bonos morbum, paupertatem, & E huiuſmodi perpeti, ſanè ignari hoc maximè Dei

*S. Chryſ. Inter Chriſtianos abundant morbi, & miſeria.*

amicis contingere. Sic Chryſoſt. Ac fortaſſe in Republ. Chriſtiana longè maior numerus eſt morborum, fœcundior miſeriarum ſeges, quàm apud infideles, qui properantur in vijs ſuis, ducúntque in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt: tum, vt fideles ſciant ſe non eſſe de hoc mundo, gemántque in hoc tabernaculo, deſiderantes alterum è Deo promiſſum nõ manu factum, ſed Dei virtute conſtructum ſempiternæ immortalitatis: tum etiam, vt præſentis A vitæ incommodis exerceantur, ac patientiæ ſuæ fructum percipiant, coronam ſcilicet beatitudinis in fornace tribulationum, & in incude calamitatum ſeculi ſolitam fabricari... vt Dei virtus oſtendatur euidentius, ſanctorumque virorum quanta ſit apud Deum gratia, & efficacitas meritorum, quorum opera piùs fidelium corpora ex innumeris, & grauiſſimis ad-

*B. Mariæ miracula innumera.*

uerſitatibus eripiuntur, maximè verò poſt Dei gloriam, vt inæſtimabilis virtus, & potẽtia ſemper virginis Mariæ matris Dei in bene merendo de ſuis fidelibus, quorum mater eſt benigniſſima, demonſtretur. Quis enim poterit enumerando complecti, quàm infinita quotidie vbique B gentium miracula hanc beatiſſimę Virginis Deiparæ meritis, & gratia illa, quam ipſa inuenit apud Deum? Et quidem non inuocato ſolùm dulciſſimo ac ſaluberrimo nomine Mariæ, quòd quidem Deus ipſe Filius eius voluit quodammodo eſſe omnipotens: ſed verò etiam ad ſolam recordationem admirandæ ipſius virginis.

*S. Anſelm. Vel ſola recordatio S. Mariæ eſt mire vtilis.*

Audi hanc ſententiam ex D. Anſelmo *lib. de excel. virg. cap.* 6. Nihil (inquit) vtilius, poſt Deum, memoria matris eius; nihil ſalubrius meditatione pij amoris, quo feruebat in memoria, & contemplatione Filij ſui; nihil iucundius ſapore gaudij eius, quo multipliciter paſcebatur in eodem, & per eundem Filium ſuum. Sæpè quippe vidimus & audiuimus plurimos hominum in C ſuis periculis recordari horum, & omnis periculi malum illicò euaſiſſe. Hæc Anſelm. Planè ſic res habet: omnia vel ad ſalutem animæ, vel ad corporis vtilitatem, per manus Deiparæ virginis, à Deo nobis communicãtur. Quare virginis opem implorant, ad virginis matris ſinum confugiũt, non miſeri tantùm peccatorum oneribus prægrauati, ſed etiam iuſti omnes, & ſanctorum præcellentiſſimi, quicquid illuſtre magnúmque poſſident, per virginem à Deo expoſcunt, & tandem accipiunt. Id enim (præter alia de quibus ſuprà diſſeruimus) ſignificari arbitror in turri illa Dauidica, ex qua mille clypei pendent omnis

*Cant. 4.*

armatura fortium, *Cant.* 4. Nam Hebraicè מגן *magen*, ſcuta, non ſemel, vt volunt doctiores, in D ſacris literis ſignificant magnates, maiores, principes, iudices, deos terræ, hoc eſt, ſanctorum

*Oſe. 4. Pſal. 46.*

optimos & electiſſimos. Sic *Oſea* 4. מגניה *maginnaha.* protectores, principes, clypei eius. Et *Pſal.* 46. מגני ארץ *maginne ereç*, ſcuta terræ, optimates,

*A S. Maria ſuſpenſi ſunt omnes ſancti.*

dij fortes terræ. Suſpenſi ergo ſunt omnes, vel clypei, vel fortes, optimates, vel principes, vel dij terræ à Virgine Dei matre; pendent ab ipſius munimento, atque auxilio. Votis omnibus, deſiderio, amoréque inhiant; tum vt illius admirabili decore dulciter teneantur; tum etiam, vt de illius plenitudine diteſcant, & honorentur. Denique tota ipſa eſt clypeis, & protectionibus referta; omnis armatura fortium in ipſa eſt, & ab ipſa comparatur.

E 5. *Qui habitabat in conualle Mambre.*] Prope Hebron vallis erat, aut planicies (Chald. vertit, campeſtria) arboribus mirum in modum nemoroſa, de qua in ſuperioribus dictum eſt. Illius dominus erat ממרא *Mamre* Hebr. At L X X. legunt μαμβρῆ, quos ſequitur Latinus interpres. Hic Abrahamo peregrino, & transfluuiali liberam fecit facultatem illo ſuo in prædio commorandi: fortaſſe tanti viri admirabili, & inſueta illis temporibus, ac gentibus virtute deliniitus. Mamre fratres duo erant Eſchol & Aner, de genere Amorrhæorum: tres iſti fratres, principes

(vt creditur) illius gentis, inierunt ſocietatis **A** fœdus cum Abraham. Hebraice habetur, ובעלי ברית אברם vehem baghale, berith Abram. Radix בעל baghal, dominari, poſſidere, iure dominij ſuperiorem eſſe, vnde & maritum eſſe, nomen בעל בעלים baghal baghalim. Senſus igitur eſt tres iſtos viros Amorrhæos in fœdere illo fuiſſe ſuperiores, dominos, & quaſi viros ac maritos: Abram verò minorem extitiſſe: nec mirum; erant enim illi principes eo loco, agebántque cum peregrino, & aduentitio homine. Cæterùm inde colligitur magna laus Abrahami, quòd licet aduena eſſet, illi tamen in patrio ſolo primarij ac potentes viri, fœdus amicitiæ ab extero & incertæ ſedis hoſpite vltrò expetiuerunt. Haud dubiè probitas Abrahami illos ad amicitiam adduxit, & mira quædam ſuauitas conſuetudinis, **B** quæ ingenuos animos mirabiliter deuincire ſolet. Suſpicor (nec temerè quidem) Abraham, vt illuc appulit, cœpítq; agere cum tribus illis viris nobilioris inter Amorrhæos notæ, notę, Dei veri fidem, & cultũ tradidiſſe, illoſque paulatim Deo adiuuante, doctrina, & vitæ inculpatæ exemplo Abrahami permotos, Ethnicorum ritus abiuraſſe, atque ad Deum cæli, verè piéque ſe contuliſſe: atque adeò confœderatos inuicem omnes eſſe non tam in ſocietate, ac familiaritate, quam in fide cultúque vnius Dei. Ex his omnibus valde mihi probabile fit, Hebraicè baghale, berith, ſuperiores, dominos, maritos fœderis, ad priores **C** partes ſanciendi fœderis pertinere; hoc planè ſenſu: In fœdere ineundo cum Abram primi fuerunt; vltrò ipſi de fœdere cogitarunt, egerúntque: ad fœdus & amicitiã à peregrino illo Abrã expoſtularunt. Tanta eſt virtutis excellentia. Quam vno verbo apprimè depingere mihi videtur Philo Hebr. *libro de Abraham*. Siquidem (inquit) etiam peſſimus quiſque virtutem verbis honorat, & extollit in ſpeciem: ſed monita eius nemo niſi probus recipit. Hic vides Amorrhæos omnes barbaros, & ſine Deo vitiis idololatriæ cognatis coopertos, nihilominus virtutẽ in extero homine admirari, amaréque. Vnde obiter inferes, quam ſit deteſtanda Iudæorum amen- **D** tia, qui Dominum Ieſum oderunt gratis; hoc eſt, non ob aliquod vitium, vel vmbram vitij, à quo longe aberat innocentiſſimus Agnus Dei, qui venit vt tolleret peccata mundi. Tantum inſuper inſanierunt hoſtes illi virtutis, atque ipſius Dei, vt Chriſto Domino ſolam ipſam virtutem, in Deo ſpem, erga Deum pietatem, atque amorem pro ſummis contumeliis ridendo, & illudendo exprobrauerint. Sic enim Pſal. 21. *Omnes videntes me, deriſerunt me: locuti ſunt labiis, & mouerunt caput; ſperauit in Domino, eripiat eum, ſaluum faciat eum, quoniam vult eum.* Vbi optimè ſic Genebrar. Non peccata, ſed pietatem exprobrant. Adauget **E** furorem, quod aiunt: *quoniam vult eum.* Scilicet Pater (explicat D. Hieron.) talem Filium habere voluit, per quem peccata mundi tolleret. O deteſtabile aduerſus virtutem odium Iudæorum! Iccirco te oderunt, & te illudunt, Domine Ieſu, quia te Pater Filium ſuum miſit in mundum, vt tolleres peccata mundi: amant iſti vitium, virtutem execrantur, gaudent ſuis tenebris; tuam, hoc eſt, diuinam, refugiunt, & probris inſectantur lucem. Sed mittamus huiuſmodi pecudes, quibus nihil placet honeſtum, & cum virtute coniunctum. Atque ob eam rem arbitror appellari à Domino, non quidem homines ratione vtentes, ſed bruta prorſus animantia, canes, tauros, rhinocerotes, leones, vrſos, vitulos etiam, qui cùm in paſſione Dominum circundantes illudebant & excruciabant: cæci ſunt, & duces cæcorum, vt appellantur à Domino, qui lucem neſciunt, aut, quod verius eſt, neſcire volunt.

*Virtutis vis ad permouendos animos.*

*Philo. Virtutem mali honorant, ſed refugiunt.*

*Ioan. 15.*

*Pſal. 21. Iudæi Chriſti virtutem exprobrant.*

Genebr.

S. Hieron.

*Iudæorũ odiũ in virtutem.*

6. Rectè Philo ſimilem luci dicit eſſe virtutem; quæ (ait) propter ſeipſam ſolam, non propter quicquam aliud expetitur. Hoc enim Dei lex iubet, virtutem propter ipſam colere. Sic ille *lib. 2. legis alleg.* Et quidem verum hoc eſt, ſi rationis lumen ſequatur homo. Quid enim æquè rationi conſentaneum, atque virtus ipſa? Pulchrè idem Phil. *libro de Gigantibus.* Virtutes, rectæ rationis filias appellat. Quia verò virtus definitur à D. Auguſt. Ordo amoris, & amor in Deum; clariùs ea laus virtutis oſtenditur, ſi dilectionem Dei conſideres, quæ ſola per ſe, licèt vel nullo præmio inuitet ſtudioſum, vel nullo ſupplicio peccantem coërceat hominem, digna eſt, quæ ab homine rationis participe diligentiſſimè exhibeatur. In quam ſententiam luculenter admodũ ita exeurrit Clem. Alexand. 4. *Stromat.* Non conſiderat (ſcilicet ſapiens, ac probus vir) an aliquod vtile lucrum, vel delectatio aliqua extrinſecus conſequatur; ſed tractus à dilectione eius, qui verè eſt, amatoris; & ad id, quod fieri oportet, adductus, pius eſt Dei cultor. Vnde nec ſi per poſitionem à Deo acceperit poteſtatem faciendi ea, quæ ſunt prohibita, citrà vllam pœnam; neque ſi propterea beatorum bona accepturum eum eſſe ei promiſſum fuerit: ſed nec ſi perſuaſum habuerit, fore, vt eum lateant ea, quæ gerit (quod quidem fieri non poteſt) in animum vnquam eſſe inducturum, vt aliquid agat præter rectam rationem: cùm id quod verè eſt honeſtum, & ex ſeipſo eligendum, & ea ratione expetendum amandúmque ſemel elegerit. Hactenus Clem. Vt autem cum ratione coniungitur virtus, ita ferendi iudicium de virtute, eámque examinandi facultas, ad rationẽ ſolam ſpectat. Itaque (inquit Philo Hebr. *lib. 2. leg. alleg.*) ſtudioſos virtutis tanquam numos examinat recta ratio: vtrùm vitium habeant, animæ bona referendo ad res exteras; an probæ monetæ ſint, conſeruando ea in ſola anima. Hi non terrenis cibis aluntur, ſed cæleſtibus ſcientiis. Sic ille. Præterea virtutis tanta dignitas eſt, vt etiamſi in ſtudium illius incumbens eam (quod fieri haudquaquam poteſt) tamen minimè conſequatur; nihilominus omnem in tam glorioſo agone benè collocatum laborem ſummo iure debeat iudicare. Nam labor (inquit Phil. *lib. de ſacrif. Abel*) qui propter vera bona, & perfectam honeſtatem ſuſcipitur, etiamſi ad ſcopum non perueniat, per ſeipſum ad ſectatores ſuos iuuandos ſufficit. Hæc ille.

*Philo. Virtus propter ſeipſam expetitur.*

*Virtus rationis filia.*

S. Aug.

Cyr. Alex. *Virtus non lucro, aut timore, ſed ſola ſpecie mouet.*

Philo Heb. *De virtute ſola ratio indicat.*

Philo. *Ad virtutem vel aſpirare tantùm mira laus eſt.*

7. At quæ tandem iſta virtus (cùm plures numero ſint) ita ſplendet, pulchráque eſt, vt hominem ſui ſtudioſum illuſtret? Planè de quacunque ſigillatim conſiderata affirmare hoc auſim cum D. Gregor. Nazianz. *Orat.* 16. cuius hæc ſunt verba. Eſt quidem haud admodum promptum, & facile inter virtutes, eam quæ cæteras vincat inuenire, eíque palmam dare. Quemadmodum etiam in prato quodam pluribus, & ſuauibus floribus referto, florem omnium pulcherrimum & fragrantiſſimum reperire; alio nimirum alias olfactum, & aſpectum ad ſe diſtrahente, atque ad primum eum decerpendum alliciente: Sic Nazianz. Hinc etiam colliges virtutes omnes prato pulcherrimo picturato floribus perſimiles videri,

S. Greg. Nazian.

*Inter virtutes palma incerta.*

deri, ſuáque admirabili pulchritudine hominis ſecundùm rationem viuentis animū, oculóſque ſuauiſſimè oblectare. Cæterùm anceps illa inter virtutes palma, victoriaque de moralibus inter ſe intelligenda eſt: nam iſ theologales (vt vocant) longè ſunt nobiliores, & omnium omnino virtutum regina caritas habetur. Sed vnde prouenit iſthæc tam pulchra virtutū varietas? profectò ab aqua diuini ſpiritus, quæ prarum irrigat, & flores procreat, diſtinguit ac pingit. In quam ſententiam ita S. Cyril. Hieroſ. *Catech.* 16. effatur. Vna pluuia in vniuerſum deſcendit mūdū, quæ alba quidem fit in ſpinis, rubra autem in roſis, purpurea verò in hyacinthis, ac in diuerſis ſpeciebus diuerſa, & in omnibus fit omnia, cum ipſa nihilominus eadē, eiuſdémque ſit ſpeciei. Sic & Spiritus ſanctus, cùm ſit vnus & idem, vnicuique diuidit gratiam, prout vult. Hæc Cyrillus. Hoc etiam myſterium inuenio in paſſione Domini, quam ipſemet vocat aquę effuſionē. Sicut aqua effuſus ſum, *Pſal.* 21. vbi eleganter S. Auguſt. Aqua quando effunditur, aut abluit, aut rigat, effuſus eſt Chriſtus, ſicut aqua abluti ſunt ſordentes, rigatæ ſunt mentes. Sic Auguſt. Neque verò mirum, aut incredibile videri debet, quòd viri principes Amorrhæorum ſuſpiciant Abrahamum, eiúſque ambiant amicitiam. Etenim omnem mundi altitudinem excedit virtus, vti aquila ſupra omnia volatilium genera eminens tranſuolat nubes, & in æthera ſeſe inſerit alis. Ad hanc ſupra omnes res humanas virtutis eminentiam Deus ipſe, qui probè nouit hominem gloriæ, & honoris appetentē, inuitabat Hebræos, iuxta illud in Cantico Moyſis: *Sicut aquila prouocat ad volandum pullos ſuos, & ſuper illos volitans,* Deuteron. 32. Vbi Theod. Voluit ipſos ad ſummum virtutis faſtigium euehere. D. Chryſoſtom. Deus, vt aquila proprios filios, Iſraëlitas aſſumpſit ſuper humeris, & in altum ſubleuare, & cælorum ciues efficere, præſidium, & adiumentum eis præbere volens. Sequitur in eodem cantico: *Conſtituit eum ſuper excelſam terram.* Expouit Aquila: Super ſummitatem terræ ſtatuit eos, vt nihil humile, vel abiectum ſentirent. Sic ille. Hinc fit, vt ſummè laudes hominem hoc vno titulo virtutis, quicquid de aliis ſit. Quare prudentiſſimè D. Ambroſ. *ſerm.* 1. *de S. Euſebio*, de ipſius vita diſſerens concludit: Scimus eam comere nos non debere ſermonibus, quam videmus iam comptam eſſe virtutibus: cùm dicat Apoſtolus 1. Corinth. 4. *Regnum Dei nō in ſermone eſt, ſed in virtute.* Sic Ambr. At virtus quidem in Abrahamo tunc temporis, poſt tam multa & copioſa incrementa operum, ac meritorum tot per annos comparata plus multo commendabatur. Certum eſt enim illud Philon. *lib. quis rer. diuin. heres.* Virtus eſt res ſerotina, atque etiam, vt quidam aiunt, ſub vitæ finem conſtabilitur. Quocirca virtus in puero, & in adoleſcente; atque in viro etiam, etſi laudem præclaram mereatur, longè tamen imperfectior cenſetur, quàm quæ in ſenili ætate, poſt longam ac meritorum ſeriem, veluti maturitatem adepta inuenitur. Et quod aliud ſtudium Abrahami ſuo illo in receſſu, & ſancto otio, quàm virtutibus animam excolere? Amat enim (ait S. Proſper *lib.* 1. *de vir. cont. c.* 8.) vir iuſtus ſanctum otium, in quo exerceat animæ ſuæ negotium. Denique, vt hunc locum de virtutis excellentia concludamus; ante oculus verſetur oportet illa eiuſdem Philon. ſententia, *lib. de ſacrific. Abel*, quæ ſic habet: Virtute excepta, quicquid non abſolui-

S. Cyril.
Hieroſ.
S. Aug.

*Virtus, ſummus honor.*
Deuter. 32.
Theod.
D. Chryſ.

S. Ambroſ.

Philo.
*Virtus eſt res ſerotina.*

S. Proſper.
*Virtus in ſenibus matura.*

Philo.

tur, nullam affert vtilitatem. Quemadmodum in animalibus, ſi caput adimas, pereunt cætera omnia. Caput autem negotiorum eſt finis eorum, quo adhibito viuunt quodammodo; moriuntur autem mutilata, ſi illud præcidere volueris. Sic Philo. Itaque ſola virtus caput eſt, finis, ornamentum ac faſtigium omnium in hac vita cogitationum, curarum, ſtudiorum, operum, negotiorúmque hominis nacti à Deo rationem, & animam immortalem cælo, Deóque natam.

*Virtutis excellentia.*

## SECTIO IV.

*Quod cùm audiſſet Abram, captum videlicet Loth fratrem ſuum: numerauit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem, & octo.*

1. HEbraic. וירק את חניכיו ילידי ביתו *vaiareq & chanican ielide betho*, & armauit, ſeu duxit in prælium expeditos ſuos pueros domus ſuæ. Seu, vt alij vertunt, expediuit initiatos ſuos, vel eruditos ſuos natos domus ſuæ. Alij; accinxit ad bellum pueros ſuos doctos à ſe, & dedit eis arma bellica. Sunt etiam, qui transferant, & educere fecit eos gladios è vagina. Tam multiplex lectio, (ad eundem tamen ſenſum ſpectans) ex radicum intelligentia probè agnoſcetur. Igitur priore loco ponitur verbum ריק *raiaq* in Hiphil, propriè euacuare, & quod inde ſequitur, euaginare, qui enim è vagina educit gladium, vaginam euacuat. Quia verò cōiugationis quintæ vis, & ſignificatio eſt agere altero ſuaſore, atque autore; propriè dices: Et fecit euacuare, vel euaginare, educere, expedire. Hinc רק *req*, inanis, vacuus, pauper, & ſtultus, ſcilicet vacuus intellectu. Vt 2. *Paralip.* 13. Viri רקים *requim*, vacui, hoc eſt, pauperes: & 2. *Reg.* 6. Vnus הרקים *harrequim*, vacuorum, id eſt, è pauperibus, aut ſtultis, vacuis intellectu. Poſterius verbum eſt חנך *chanach*, imbuere, erudire, docere, prima rudimenta, initiari, dedicare, incipere. Non ineptè quis verteret. Incipientes ſuos, quos nimirum domi ſuæ natos, & enutritos Abraham docuerat, & inſtituerat. חניך *chanich*, puer imbutus, eruditus, dedicatus, initiatus, incipiens, &c. Optimè omnia complexus vertit interpres Latinus: Numerauit expeditos vernaculos ſuos. Numerauit enim Abraham, & caſtrenſi ritu per numeros ſiue ordines diſtribuit non quoſuis fortuitò aſſumptos; ſed delectos, & exercitatos, vt aliqui legunt, doctos educere gladium, deinde inſtructos bonis moribus, & diſciplina domeſtica imbutos, ac demum laboribus ad robur & tolerantiam exercitos in aciem eduxit. Ergo D. Ambroſ. noſtræ inſiſtens verſioni: Quid eſt (inquit) numerauit, niſi elegit? numerauit expeditos vernaculos ſuos; vt ſcias non quantitatem numeri, ſed meritum electionis expreſſum. Eos enim aſciſcit, quos dignos numero fidelium iudicauit. Sic Ambroſ. Sic enim ſe res habet, vt pauciores numero, ſi fideliter agant, mira edant facinora. Vnde ſi roges quare Abraham ſolos domeſticos ſuos in pugnam delegit, non ſimul autē exteros? Egregiè reſpondet S. Chryſ. nempe, vt vltionem ſponte ac beneuolè facerent, vtpote pro ſuo domino certantes. Sæpiùs euenire ſolet, vt infideles quis, imò & hoſtes domi ſuæ alat: inimici enim hominis domeſtici eius; indéque deteriores fiant, quòd nimia indulgentia ab hero tractentur: nam immoderata illa domino-

2. Paral. 13.
2. Reg. 6.

*Virtus præſtat numero in exercitu.*
S. Ambroſ.

S. Chryſ.
*Mens fidelius ſeruorum in Dominum.*

rum

rum humanitas ruſticis, atque barbaris famulis occaſio eſt arrogantiæ, atque infidelitatis. De Moyſe ſeruo Domini ſic Paulus ſcribit: *Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo Dei tanquam famulus*, ad Hebr. 3. vbi D. Thom. Duo dicuntur de Moyſe, & quòd ſeruus, & quòd fidelis, non in domo propria, ſed in aliena. Planè vtrumque commendat inſignem fidelitatem Moyſis, quòd cùm ſit ſeruus, fidelis tamen ſit; & fidelis quidem in domo Domini ſui. Emphaſim habet illud, *tanquam famulus*, non quidem (explicat S. Anſelm.) vt Dominus, quia non dicebat ſe Deum, ſed famulantem ei, qui ſe miſerat. In ſummo quidem periculo erat Moyſes, ne in tanto illo faſtigio dignitatis, qua ſuper vniuerſum populũ Hebræorum potiebatur, in aliquam ſuperbiam contra Deum, ac Dominum ſuũ velut infidelis ac proditor ſeruus efferretur. Quod & illi præcauendum monuit Dominus, cùm Iethro diuinũ propoſuit conſilium; de ſeniorum electione, vt habetur *Exod. cap.* 18. Ad quem locum diſertiſſimè D. Auguſt. *quæſt.* 58. *in Exod.* ſic effatur. Videndum eſt ne fortè ibi voluerit Deus ab alienigena admoneri Moyſem, vbi & ipſum poſſet tentare ſuperbia. Sedebat enim iudicaria ſublimitate ſolus vniuerſo populo ſtante: nam hunc ſenſum indicat, cùm ipſe Iethro eoſeligi iuſſit ad iudicandas cauſas populi, qui odiſſent ſuperbiam. Hæc Auguſt. Miram etiam conteſtati ſunt fidelitatem erga Dominum ſuum Abraham omnes iſti famuli; cùm promptiſſimis animis ſe omnibus impedimẽtis expedierunt. Nam verbũ *raiaq*, vt doctis etiam placet, propriè ſignificat impedimentis liberare. Quare ad nutum Abrahami omnes vernaculi puncto temporis impedimentis ſeſe omnibus liberarunt, vt alacri ſtudio ad bellum ſequerẽtur euntem dominum. Hanc alacritatem, & expediti ſerui fidelitatem Chriſtus Dominus ab illo requirebat, cui dixit: Sequere me, & cauſanti homini impedimentum de procuranda patris defuncti ſepultura, ſeueriùs edixit: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos, *Luc.* 9. Quid ô Domine; nónne ſepelire patrem debitum eſt officium pietatis? Bellè occurrit D. Ambroſius. Bonum ſtudium, ſed maius impedimentum. Nam qui partitur ſtudium, detrahit affectũ; qui diuidit curam, differt profectum. Sic Ambr.

*Ad Hebr. 3.*
*S. Thom.*
*Moyſes Dei in dignitate fidelis.*
*S. Anſelm.*
*Exod. 18.*
*S. Aug.*
*Sequendus minime ampu- tatis impedimentis.*
*Luc. 9.*
*S. Ambr.*

2. Diſputari ſolet hoc loco, an iuſtè bellũ intulerit Abraham Regibus Aſſyriorũ: nec enim virum iuſtum, ac pium decet in ſanguinem humanum deſævire? ſeruanda fides, & pax habenda eſt cum omnibus, nec hoſtes nobis aut faciẽdi, aut quærendi, aut laceſſendi ſunt, qui ſine armis quietè agunt; ſed tunc ſolùm repellendi, cùm iniuſtè aggrediuntur. Liquet enim (inquit D. Ambroſ. *lib.* 1. *offic. cap.* 29.) etiam in bello fidem, & iuſtitiam ſeruari oportere, nec vllum decorum eſſe, ſi violetur fides. Denique etiam aduerſarios molli veteres appellatione nominabant, vt peregrinos vocarent. Hoſtes enim antiquo ritu peregrini dicebantur. Aduerſarios enim ſuos Hebræi Allophylos, hoc eſt, alienigenas appellabant. Sic in 1. Reg. cap. 4. legimus: *Et factum eſt in diebus illis conuenerunt alienigenæ in pugnam contra Iſraël*. Hæc Ambroſ. Licet etiam de hoſtibus, qui vel datam fidem fregerunt, vel grauiter læſerunt inſontes bello vltionem repetere. Siquidem (vt ibi Ambroſius) vehementioribus hoſtibus, & infidis, & his qui ampliùs læſerint, vehementior refertur vltio, vt Madianitis, qui per mulieres ſuas plerosque peccare fecerant ex plebe Iudæorum; & ideo factum eſt, vt nullum Moyſes victor ſupereſſe pateretur, *Num.* 31. Sic Ambroſ. Periculoſior pugna quæ inter Chriſtianos committitur, vbi (vt loquitur D. Bernard.) duntaxat Chriſtus non eſt cauſa militandi. Quis igitur finis, fructúſve huius ſecularis, non dico militiæ, ſed malitiæ, ſi occiſor lethaliter peccat, & occiſus æternaliter perit? Quoties namque congrederis tu, qui militiam militas ſecularem, timendum omnino, ne aut occidas hoſtem quidem in corpore, te verò in anima, aut fortè tu occidaris ab illo, & in corpore pariter & in anima. Infelix victoria, quæ ſuperans hominem, ſuccumbis vitio. Hæc Bern. *ſerm. ad milites templi, cap.* 1. & 2. Equidem ſic mihi perſuadeo nullo in negotio, de humanis videlicet, ac politicis, tam lento gradu, tam multis, támque variis cõſultationibus, tam maturo conſilio, tam expetito priùs per frequẽtes, & inſtantes Eccleſiaſticorum & ſanctorum virorum ſupplicationes Dei conſenſu, & præſidio procedendum eſſe, quàm cùm agitur de bello cum Chriſtianis ſuſcipiendo; vbi vincere, & vinci pariter eſt periculoſum. Etenim ex cordis (ait D. Bern. *ca.* 1.) affectu, non belli euentu penſatur, vel periculum, vel victoria Chriſtiani: ſi bona fuerit cauſa pugnandi, pugnæ exitus malus eſſe non poterit; ſicut nec bonus iudicabitur finis, vbi cauſa non bona, & intentio non recta præceſſerit. Hæc ille. At cauſæ (inquies) multæ ſuppetunt, & iuſtæ ad bellandum. Vide obſecro, veræne, an ſimulatæ; graues, an leuiculæ ſint; néve odium, cupiditas, ſuperbia, & huiuſmodi furiæ hominem, maximè principem, concitent ad pugnandum. Vnde D. Bernard. *cap.* 2. Super omnia (inquit) armati conſcientiam magis terret, cauſa nimirum ſatis leuis, ac friuola, qua videlicet talis præſumitur, & tam periculoſa militia. Non ſanè inter nos aliud bella mouet, liteſque ſuſcitat, niſi irrationabilis iracundiæ motus, aut inanis gloriæ appetitus, aut terrenæ qualiſcunque poſſeſſionis cupiditas: talibus certè ex cauſis, neque occidere, neque occumbere tutum eſt. Sic ille.

*Seruanda fides & pax cum omnibus.*
*S. Ambr.*
*Hoſtes leniùs vocabantur peregrini.*
*1. Reg. 4.*
*S. Ambr. Licet vltionẽ ſumere de hoſtibus iniquis.*
*Num. 31.*
*S. Bern. Pugna inter Chriſtianos periculoſa animæ & corpori.*
*B. Vix qualecunque ſuſcipiendum nõ Chriſtianis.*
*S. Bern.*
*S. Bern.*
*Homicidij tres vaniæ communiores.*

3. Porrò autem glorioſiſſima, & ſanctiſſima eſt militia Chriſtianorum aduersùs Mahometanos, Ethnicos, hæreticos, pro Chriſto Domino, eiúſque fide, Romanáque Eccleſia, decertantiũ: quæ præſertim vna eſt militia hoc tempore Hiſpanorum. In hac Luſitani homines velut nati enutritíque à primis regni noſtri incunabulis vixerunt: hac etiam nunc in Africa, India, Arabia, Perſia, innumeros exantlant labores contra hoſtes Chriſti, qui ſuos milites, illuſtriſſimis quotidie nobilitat triumphis. Dei potiùs ſunt beneficia, quàm noſtræ fortitudinis, aut induſtriæ officia. Illæ verò (quod certò nouimus) feliciùs nobis à Deo dantur in manus victoriæ; quas pluribus, & ſanctioribus pietatis Chriſtianæ officiis, nempe confeſſione ſacramentali, diuina Euchariſtia, matris Dei ſemper virginis Mariæ precibus, ac roſariis collo pendẽtibus armati prælium ineuntes comparamus. Sic in illa memorabili obſidione Chaulis ſub Franciſco Maſcarena; ſic in expugnatione Morri (vt appellant) eiuſdem portus; ſic in excidio Cugnalis; ſic in omnibus omnino præliis fortiter geſtis illuſtriſſima Dei omnipotentis, Virginis Deiparæ, & ſancti Iacobi Apoſtoli miracula experti ſumus. Quare percommodum erit in hunc locum inſerere, quæ à D. Bernard. diſſeruntur de malitia militum Terræ ſanctæ. Nouum (inquit *cap.* 1.) militiæ genus, & ſeculis inexpertum, quis hoc non æſtimet omni

*Chriſtianorum militia contra infideles.*
*Luſitanorum militia pro Chriſti fide.*
*Luſitanorum victoria miraculoſa.*
*S. Bern.*

admiratione digniſſimum, quod adeò liquet eſſe inſolitum? Impauidus profectò miles, & omni ex parte ſecurus, qui vt corpus ferro, ſic animum fidei lorica induitur. Vtrique nimirum munitus armis, nec dæmonem timet, nec hominem, nec verò mortem formidat, qui mori deſiderat. Securi igitur procedite milites, & intrepido animo inimicos crucis Chriſti propellite, certi quia neque mors, neque vita poterit vos ſeparare à caritate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Illud ſanè vobiſcum in omni periculo replicantes: Siue viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus, *Roman.* 14. Quàm glorioſi reuertuntur victores de prælio, quam beati moriuntur martyres in prælio? vita quidem fructuoſa, & victoria glorioſa; ſed vtrique mors ſacra iure præponitur. Nam etſi beati, qui in Domino moriuntur; non multò magis, qui pro Domino moriuntur? mors in bello tanto profectò pretioſior, quanto & glorioſior. O vita ſecura, vbi pura conſcientia! O inquam vita ſecura, vbi abſque formidine mors expectatur imò & exoptatur cum dulcedine, & excipitur, cum deuotione. O verè ſancta, & tuta militia, vbi duntaxat Chriſtus eſt cauſa militandi, &c. Hactenus D. Bernard. quæ omnia mirum in modum conueniunt militibus Luſitanis, qui nunquam terra, marique niſi contra hoſtes Chriſti, & Romanæ Eccleſiæ, bellum gerunt.

*Mors ſacra Chriſtianorū pro fide.* Ad Rom. 14.

*Luſitani ſolū contra hoſtes Chriſti pugnant.*

4. Sed ad quæſtionem eluendam redeamus. Haud dubiè putandum eſt bellum hoc ab Abrahamo ſuſceptum omnino iuſtum fuiſſe, quippe cùm ad illud gerendū diuino fuerit ſpiritu compulſus; regebatur enim vir ille ſanctiſſimus, præſertim in rebus maioris momenti, quale fuit huiuſmodi bellum, à Dei ſui prouidentia. Erat hæc pugna contra idololatras, quibus nulli alij magis aduersùs Deum verum inſaniunt; agebatur de liberando innocente, cuius familia direpta abactáque ab hoſtibus, cuius libertas in miſerabilem fuerat addicta ſeruitutem. Ac Prouerb. 24. dicitur: *Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahūtur ad interitum, liberare ne ceſſes. Si dixeris, vires non ſuppetunt: qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit, & ſeruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddétque homini iuxta opera ſua.* Præter ſenſum litteralem, in myſtico latiùs explicando diſcurrit Beda. Hoc tantùm refero: Erue (inquit) eos, qui ab hæreticis decipiuntur, rectam fidem prædicando: libera, bonorum operum exempla monſtrando, eos, qui à malè viuentibus catholicis trahuntur ad interitum. Sed & ſi quos in certamine perſecutionis lapſos, vel lapſuros aſpexeris, ſolicita hos exhortatione ad vitam reſtaurare ſatage. Si quos fame perituros, ſi quos algore videris; illos, dato victu, & veſtitu, recrea. Sic ille. Ad hæc Aſſyrij (vt videtur) gentes illas bello iniuſto, & tyrannico imperierant; at regum finitimorum, vel conſenſu, vel precibus, Abraham ad repetenda ſpolia per vim ablata bellum ſuſcepit. Plura pro aſſerenda iuſtitia Abrahami bellum inferentis, lege ſi placet apud Thomam Angelicum, & Benedict. Peret. *hoc loco.* Sed adhuc erit, qui dicat alienum eſſe à viro Dei ſecularibus implicari negotiis, quæ mentem diuinis contemplationibus intentam valdè diſtrahunt ac perturbant. Vnde prudenter admodum Iethro Moyſem generū ſuum à mane vſque ad veſperam audiēdis, ac decidendis totius populi diſceptationibus occupatum aſpiciens dixit: Non bonam rem facis; ſtulto labore conſumeris, &c. *Exod.* 18. Ad quem locum luculenter D. Auguſt. *quæſt.* 68. Quàm ſit (inquit) obſeruandum quod Scriptura dicit *Eccleſ.* 11. Fili, ne in multis ſint actus tui; ſatis hic apparet. Deinde verba Iethro dantis conſilium Moyſi conſideranda ſunt. Dicit enim: Nunc itaque audi me, & conſilium dabo tibi, & erit Deus tecum. Vbi mihi videtur ſignificari nimis intentum humanis actionibus animum, Deo quodammodo vacuari; quo fit tanto plenior, quanto in ſuperna, atque æterna liberiùs extenditur. Hæc Auguſt. Itémque D. Ambroſ. *lib.* 1 *offic. cap.* 35. bellicæ virtutis ſtudium alienum eſſe debere contendens à viris Dei obſequio conſecratis, cuiuſmodi erat Abraham; ſic ait: Sed bellicarum rerum ſtudium à noſtro officio iam alienum videtur, quia animi magis, quàm corporis officio intendimus, nec ad arma iam ſpectat vſus noſter, ſed ad pacis negotia. Hæc Ambroſ. Nihilominus idem *cap.* 40. grauiter concludit virtutem bellicam noſtris etiam non inſolitam. Quod (vt cæteros omittam) Maximè viſum eſt in Dauid, de quo ita diſſerueat *cap.* 35. Nunquam Dauid, niſi laceſſitus bellum intulit. Aduersùs Goliam ſingulari certamine dimicaturus, arma quibus oneraretur, reſpuit. Virtus enim ſuis lacertis magis, quàm alienis integumentis nititur. Poſtea nunquam niſi conſulto Domino bellum adorſus eſt. ideo in omnibus victor præliis, vſque ad ſummam ſenectam manu promptus, bellum aduersùm Titanas ſuſcepto, ferocibus bellator miſcebatur agminibus, gloriæ cupidus, incurioſus ſalutis. Sic Ambroſ. Quo animo ſanè credendum eſt Abrahamum, etſi cum Deo familiariter agentem, ipſius Dei iuſſu ſuſcepiſſe hoc bellum cum Aſſyriis tyrannicè omnia populantibus.

Prouer. 14. *Opera miſericordiæ in proximo: cōmendantur.*

Beda.

Th. Angel. Ben. Peret.

*Seculi negotia impediunt animum diuinis intentum.*

Exod. 18. S. Auguſt.

Eccleſ. 11.

S. Ambroſ.

S. Ambr.

*Cur Dauid in omnibus præliis victor.*

5. *Trecentos decem & octo.*] Temeritatis arguet quis (ſi modò prudentia humana rem expendat) Abrahamum, quòd tam exiguo, penéque nullo militum numero, victores exercitus multitudine copioſiſſimos, & omni armorum genere, bellandique induſtria inſtructiſſimos adoriri auſus fuerit. Cæterùm, ita diuinitus conſtitutum eſt, vt Abrahami fortitudo, & pietas erga Deum, atque ipſius Dei erga illum amor, & prouidentia demonſtraretur: fieretque eo illuſtrius miraculum, quo humanarum virium imbellicitas planiùs oſtendebatur. Hinc D. Chryſoſt. diſertè (vti ſolet) ad hunc locum ſic effatur. Conſidera magnanimitatem, & fortitudinem iuſti, quomodo benè fiſus miſericordia Dei non perculſus eſt animo, cùm audiſſet virorum fortitudinem, & ſtragem quam fecerant, primùm in omnes gentes irruptione facta, debellatiſque Amalechitis, & cæteris omnibus. Et iccirco ſuperiùs hæc omnia narrauit nobis Scriptura, vt ſcias, quòd non corporali robore eos deuicerit Patriarcha, ſed ſua in Deum fide, & ſuperno præſidio adiutus omnia illa geſſerit, non arma mouerit, nec tela, nec lanceas, nec arcus intenderit, nec ſcuta obiecerit, ſed ſolùm cum vernaculis. Hæc Chryſoſt. Putat ergo Abrahamum inermem cum inermi famulorum cuneo in illos numeroſiſſimos, ac ſtrenuiſſimos hoſtium exercitus irruiſſe. Erat enim (addit Chryſoſt.) manus ſuperna, quæ adiuuabat & commilitabat. Et ideo, neque armis, neque machinis opus habebant: ſed tantùm vt comparuit cum famulis, & alios quidē percuſſit, alios autem in fugam conuertit, & vtrūque impauidè, cùm nullus eſſet, qui obſiſteret. Ita Chryſ. Sed communior tamen ſententia eſt Abrahamū cum famulis armatis bellū armis geſſiſſe contra Aſſyrios: quo in armorum conflictu Dei potētia ſuos

S. Chryſ. *Abrahami victoria miraculoſa.*

*Victoria Chriſtiano um dominatus comparata.*

ſuos & corroborabat, & vincentes pariter, atque A inuictos reddebat. Sic enim, cum homines pij, ac iuſti, armis cõtra infinitam hoſtiũ multitudinem dimicarent, Dei præſidio circumſepti, cum fortitudo hominum, cum Dei maxima virtus demonſtrabatur. Dicit igitur Chriſtianus populus: Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Si conſiſtant aduersùm me caſtra, non timebit cor meum? ſi exurgat aduersùm me prælium, in hoc ego ſperabo, *Pſal.* 26. Et ne putes contra Dei legẽ, ac beneplacitum, ſeruos Dei bella contra hoſtes fidei exercere, ſcias illos ab ipſo Deo inſtitui, atque erudiri, velut in palæſtra tyrones ad gerenda bella Dei. Sic enim Dauid: *Benedictus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum*, Pſal. 17. & *Pſal.* 143. hauddubiè loquitur Dauid de ſcientia rei militaris, déque dexteritate bellandi armis, quã Deo veluti duci ſuo acceptam adſcribit. Addidit regius Vates Pſal. 17. *Poſuiſti, vt arcũ æreum brachia mea.* D. Hieron. legit: Componens: alij, inclinans, flectẽnſve; quo ſignificatur digladiandi peritia, quam etiam non ab homine, ſed ab ipſo Deo didicit Dauid, cùm adhuc in paſcuis agens, in dilaniandis vrſis, ac leonibus, manus inermes, nudaq; brachia exercuit. Non prætéribo tacitus quod In myſtico ſenſu D. Hieron. Theod. Baſil. Euthym. interpretantur de oratione fidelium, in qua deprecantium manus, & brachia in cælum ſublata dæmonibus arma videntur, aut cælo ipſi violentei ictus inſligunt. Vnde D. Hier. C Cùm leuauerimus (inquit) manus noſtras, orationes noſtræ ad Deum arma ſunt contra diabolum. Et digitos meos, &c. Hæc eſt lyra noſtra, hæc cithara, in hac cantamus Domino. Sic Hieron, Pulchrè bellum cum cantu, gladius cum cithara coniunguntur in oratione, in qua præliamur aduersùs hoſtes animæ, & cælo vim facimus, at Dei noſtri aures dulciſſimo concentu demulcemus. Quid verò canis Deo? Miſericordia (inquit) mea, & refugium meum, ſusceptor meus, & liberator meus: protector meus, & in ipſo ſperaui. Rectè (D. Hieron. ait) in tantis nominibus appellatur Deus; quot beneficia, tot nomina. Dulcis planè harmonia in auribus Domini, quæ fit ex recordatione beneficiorum Dei, & noſtrarum gratiarum D actione. Admirabilis etiã hic oſtenditur Dei erga nos amor, qui glorioſa ſua nomina mutuatur ex beneficiis, quæ in nos licèt indignos confert. Non caret myſterio, quod trecentos iſtos vernaculos vocet Moyſes expeditos: nec enim glorioſum quidpiam in obſequio Dei præſtari poterit, niſi acceſſerit alacritas, miráque animi & corporis expeditio. Debet hanc ſeruus Domino Deo ſuo; quam nihilominus ſemper euincit mira ipſius Domini celeritas, vt ſeruo accurrat, opem ferat, beneficia conferat, gratiam præſtet. Ideirco enim dicitur Iſaias 58. *Tunc ſcindetur matutinale lumen tuum* Cuius loci egregia interpretatio traditur à S. Chryſoſtom. *homil.* 55. *in Matth.* ſic habet: Non apparebit, dixit, ſed ſcindetur; vt velocitatem ſcilicet, & copiam dantis E exprimeret. Vtque hoc verbo intelligamus valde illum noſtræ ſalutis cupidum eſſe: quódque muneribus plenus, ea largiendi feſtinatione quaſi prorumpit, cùm nihil ſit, quod inæſtimabile dandi deſiderium prohibere poſſit, quibus omnibus infinitam profectò bonorum copiam paratam nobis eſſe oſtendit. Deinde, quid ſibi vult matutinale? nihil aliud certè, niſi, vt ſcias, quòd non poſteaquam periculum tentando feceris: neque poſteaquam afflictiones inuaſerint ſolùm,

S. Ambr.
Pſalm. 26.

*Militandi artem Deus docuit Dauidem.*
Pſalm. 17.
Pſal. 143.

Pſal. 17.
S. Hieron.

S. Hieron.
*Oratio eſt moleſtia inſtrum.*

S. Hieron.
*Dulcis Deo cantus noſtra gratiarum actio.*

*Honor Dei, cum beneficum.*

Iſai. 58.

S. Chryſoſt.
*Mira Dei celeritas ad beneficiendum.*

verumetiam antea præuenire ſolet. Nam quemadmodum in frugibus matutinalia, quæ citius, quàm ſperauimus, in maturitatem peruenerint, appellare ſoliti ſumus: eodem hic ſanè pacto; quòd vel ante tempus nobis illuceat, matutinale nuncupauit, quale eſt illud: Adhuc te loquente, dicam: Ecce adſum. Ita Chryſoſtom. Quid longiùs excurres? Capitur ab Aſſyriis Loth Dei ſeruus. En Dominus illicò mutat Abrahamum, vernaculos illius armat, celeres, expeditos, præferuidos educit; omnia tam præcoci, matutinalique ſtudio feſtinus exequitur, vt breui ſeruum ſuum in libertatem vindicet; vt Abrahamum opulentum Aſſyriorum B congeſtis opibus, ac triumphis reddat glorioſum.

6. *Trecentos decem & octo.* Myſterio ſacer numerus, cui refertur victoria Abrahami de hoſtibus Domini. Trecentos enim (inquit D. Ambroſius *lib.* 1. *de Abraham, cap.* 3.) τ, Græca litera ſignificat; decem & octo autem ſummam ιη, exprimit nomen fidei. Ergo fidei merito Abraham vicit, non populoſo exercitu. Itaque ea ſententia D. Ambroſij quæ Ruperto, & aliis placuit, Abrahamus fidei Dei armatus, ſacro etiam numero confiſus, figura illa crucis Dominicæ munitus, bellum iſtud tam periculoſum adortus eſt. Victoria enim (ait D. Ambroſius *lib. de Elia, & ieiun. cap.* 3.) noſtra, crux Chriſti eſt, hanc eandem C literam τ, crucis figuram Dominus apud Ezechielem Angelo ſuo iuſſit imprimi in frontibus iuſtorum, ac prædeſtinatorum? *Tranſi per mediam ciuitatem, & ſigna Tau ſuper frontes virorum gementium*, Ezech. 9. Duo hinc eruit pulcherrima S. Hieronymus. Primum eſt. Tau apud Hebræos ת, extrema eſt litera; vt perfectam in viris gementibus & dolentibus ſcientiam demonſtraret. ſcilicet optima & ſumma in hac vita hominum ſcientia eſt agere de propriis reatibus pœnitentiam. Alterum eſt: Ex eo (inquit) quòd ſecundùm Hebræos iſta extrema ſit litera, demonſtratur in multitudine peccantium reliquias ſupereſſe ſanctorum. Pauci quidem electi, reprobi autem innumerabiles, obſeruat hic S. D Hieronymus antiquis Hebræorum literis T, extremam ita ſcribi. D. Chryſoſt. *homil.* 31. *in epiſt. ad Roman.* legit: Pone regnum in faciebus dolentium. Sic enim coniunctum eſt regnum cæleſte cum cruce Dominica, vt crux, & regnum idem omnino eſſe videatur. An non etiam Deus ipſe hominum generi ſemper ab vtero ſuo rebelli, ac proditori impiiſſimo dominatus eſt; vbi ligno crucis ſuæ pependit? iuxta illud: Regnauit à ligno Deus, *Pſal.* 95. Tanta verò eſt amplitudo, latitudo, longitudo, profunditas crucis: iam graue myſteriorum pondus, tam multi diuitiarum theſauri crux ipſa Chriſti eſt, vt non niſi humeris Dei ſuſtineri ea moles poſſit. Hinc enim Iſai. 9. vidit illum Deum fortem magni conſilij Ange- E lum, principem pacis, Patrem futuri ſeculi, non manu præferentem, ſed humeris, crucis pondus ſuſtentantem. Cuius (inquit) imperium ſuper humerum eius. Ad quem locum Tertullianus *libro tertio contra Marcionem, capite decimonono*, egregiè profatur ad hunc modum. Quis omnino regum inſigne poteſtatis ſuæ humero præfert, & non aut capite diadema, aut manu ſceptrum, aut aliquam propriæ veſtis notam? ſed ſolus nouus Rex, nouorum æuorum Chriſtus Ieſus, nouæ gloriæ, & poteſtatem, & ſublimitatem ſuam humero extulit, crucem ſcilicet,

vt

S. Ambroſ.

*Abram victor numero, figura crucis.*

S. Ambr.

Ezech. 9.
S. Hieron.

S. Chryſoſt.

Pſal. 95.
*Deus de cruce vicit mundum.*

Iſai. 9.

Tertul.

ret exinde Dominus regnaret à ligno. Hæc Tertul. Non omittam referre, quod ad hunc locum Iſaiæ ſcribit S. Hieron. hiſce verbis. Horum ſex nominum maieſtate perterritos LXX. reor non eſſe auſos de puero dicere quòd apertè Deus appellandus ſit Fortis, Admirabilis, &c. Sed pro his ſex nominibus poſuiſſe quod in Hebraico non habetur: Magni conſilij Angelum. Hæc Hieron.

S Hier.

Sed proh immenſam Dei miſericordiam! Deus, fortis, admirabilis, &c. pro nobis infantulus de virgine matre natus eſt! Credimus, reueremur, adoramus, amamus in infantulo poſitum in præſepio Deum, fortem, admirabilem, &c. Vicit itaque Abraham illo numero figuram in ſe Crucis præferente; quod etiam Moyſi contigit, cùm *Exod.* 17. Ioſue præliaretur contra Amalech. Sed hac de re audi eleganter diſſerentem eundem Tertull. *cap.* 18. *eiuſdem libri.* Iam verò (inquit) Moſes quod vtique tunc tantùm, cùm Ieſus aduersùs Amalech præliabatur, expanſis manibus orabat reſidens, quando in rebus tam attonitis, magis vtique genibus poſitis, & manibus cædentibus pectus, & facie humi voluntate, orationem commendare debuiſſet? Niſi quia illic, vbi nomen Domini Ieſu dimicabat, dimicaturi quandoque aduersùs diabolum crucis quoque erat habitus neceſſarius, per quam Ieſus eſſet victoriam relaturus. Sic Tertull. Profectò admirabile innuitur myſterium in eo loco, in quo primo nomen Ieſus in Scriptura ponitur, vt delicatè admodum obſeruat Origenes *hom.* 1. *in lib. Ioſue*, cuius hæc ſunt verba. Ieſu nomen primò inuenio in Exod. ſcilicet: Venit Amalech & expugnabat Iſraël, & dixit Moyſes ad Ieſum: Elige tibi viros potentes, & conflige cum Amalech. Moyſes confitetur non poſſe ſe exercitum ducere: vides, cui ceſſerit bellum gerere. In hoc primo, nomen diſcimus Ieſu, vbi eum primum videmus ducem exercitus: non cui Moyſes iniunxerit principatum, ſed cui ceſſerit principatum. Hîc ergo, vbi primùm diſco nomen Ieſu, ibi continuò etiam myſterij video Sacramentum. Ducit enim exercitum Ieſus. Hæc Origen. Similis ferè Theodoreti eſt explicatio *qu.* 34. *in Exod.* his verbis. Dum extendebat manus Moyſes, præ ſe ferebat typum Domini pro nobis crucifixi. Vti enim ſeruo manus extendente cecidit Amalechita cùm Dominus manus extendit, diſſoluta eſt acies diaboli. In illo bello Ieſus cum Saluatore noſtro cognominis, trophæum ſeruauit, in eo quòd hanc appellationem adeptus eſt. Sic ille Igitur hæc omnia in figuris contingebant illis, & in figuris ipſis iam tunc crux, & nomen Ieſus, omnipotentiam ſuam demonſtrabant. Maximè verò crucis dominicæ ab ipſo naſcentis mundi exordio permultæ atque illuſtres figuræ ſunt diuinitus propoſitæ, ob eam videlicet rationem, quam Tertull. proximè indicato loco adducit in hunc modum. Vtique vel maximè ſacramentum iſtud crucis figurari in prædicationem oportebat, quanto incredibile, tanto magis ſcandalo futurum, ſi nudè prædicaretur: quantóque magnificum, tanto magis obumbrandum, vt difficultas intellectus gratiam Dei quæreret. Sic ille. Voluit etiam Deus omnipotens in hoc prælio feliciter à paucis confecto, vt (inquit D. Chryſ.) & Patriarchæ virtus clareſceret; & propter ipſum alij multi ſalutem aſſequerentur. Itaque Dominus crebrò mirificat ſanctos ſuos, cùm ad eorum preces, & in ipſorum gratiam, & honorem mortalibus complura beneficia confe-

*Exod.* 17.

*Nomen Ieſu Crux triumphat de diabolo.*

Origen. Exod. 17. *Ieſus princeps, & ductor exercitus. Ieſu principatum Moyſes ceſſit.*

Theod.

Tertull. *Oportuit Crucem præfigurari.*

S Chryſ. *Fides difficilior hominis gratiam Dei meretur.*

A rat: præſertim cùm ſuauiſſimum, ac pulcherrimum nomen Mariæ virginis imploramus. Quod ipſe Deus Filius Mariæ, mirum in modum reueretur: tantóque voluptatis gaudio delinitur, cùm matris nomen audit; vt quantumuis noſtris flagitiis irritatus, illicò in miſericordiam, & amorem deducatur. Audi hac de re D. Anſelm. *lib. de excellent. virg. cap.* 6. Velocior (inquit) nonnunquam eſt ſalus memorato nomine Mariæ, quam inuocato nomine Domini Ieſu vnici Filij ſui. Quare propitior ſalus in recordatione eius, quam Filij ſui ſæpè percipitur? Dicam quod ſentio. Filius eius Dominus eſt, & Iudex diſcernens omnium merita ſingulorum: dum igitur ipſe à quouis, ſuo nomine inuocatus, non ſtatim exau-

*Preces ſanctorum valent apud Deum. S. Mariæ nomen audientem ad miſericordiam Deum commouet.* S. Anſelm.

*S. Mariæ impetratio certiſſima.*

B dit, profectò id iuſtè facit. Inuocato autem nomine matris, etſi merita inuocantis non merentur, vt exaudiatur: merita tamen matris intercedunt, vt exaudiatur. Sic Anſelm. Hæc potiſſima ratio eſt, quare virgo Deipara hoc inter alios titulo decoretur: nimirum regina miſericordiæ. Eo quòd (inquit D. Bernard. *Pſal. de ſal. Reg.*) diuinæ pietatis abyſſum, cui vult, & quando vult, & quomodo vult, creditur aperire, vt quiuis enormis peccator non pereat, cui ſancta ſanctorum patrocinijs ſuis ſuffragia præſtat. Sic Bern. Quis ergo deſperet, quis onere ſuorum ſcelerum ſuccumbat; cùm Dei matrem reginam miſericordiæ, piè ſanctéque poſſit compellare, quæ inuocantibus præſtò adeſt, ac dulciſſimè blanditur.

S. Bern. *S. Maria diuinam miſericordiam, vt vult communicat.*

C Quare licèt ex matre hominum Eua mors ipſa: & omnes tum animæ, tum corporis calamitates prouenerint, ex Maria tamen Dei matre bona omnia nobis ſuppeditantur; vt egregiè dictum ſit à S. Ambroſ. *in Luc.* Mulier vt ordine culpæ, ſic remedio prior.

*S. Maria remedium Euæ.* S. Ambr.

---

## SECTIO V.

*Et perſecutus eſt vſque Dan. Et diuiſis ſociis, irruit ſuper eos nocte: percuſſitque eos, & perſecutus eſt eos vſque Hoba, quæ eſt ad læuam Damaſci. Reduxitque omnem ſubſtantiam, & Lot fratrem ſuum cum ſubſtantia ipſius, mulieres quoque & populum. Egreſſus eſt autem rex Sodomorum in occurſum eius, poſtquam reuerſus eſt à cæde Chedorlahomor, & regum qui cum eo erant in valle Saue, quæ eſt vallis regis.*

D

1. NOn eſt ſenſus Abrahamum facto impetu irruiſſe in hoſtes antequam perueniret illum in locum: quaſi confectum ibi, & abſolutum bellum fuerit. Nam illud verbum, *perſequi*, ſignificat hoc loco Aſſyriorum veſtigia inſequi incedentium. Luſitanè, *foulhe no arcance*. Nec priùs illos eſt aſſequutus, quàm in Dan totus Aſſyriorum exercitus conſtitiſſet. Dan (vt ſcribit D. Hieronymus) erat terminus Iudææ contra Septentrionem, vnde flumen Iordanis erumpens à loco ſortitus eſt nomen. Sic ille *de locis Heb.* Idem *in traditionibus Hebr.* ita loquitur: Dan eſt oppidum Phenices, quod nunc Paneas dicitur, eſtque vnus de fontibus Iordanis: namque alter vocatur Ior, quod interpretatur riuus. Duobus ergo fontibus, qui non procul inter ſe diſtant, in vnum riuulum fœderatis

E

S. Hieron. *Ortus & nomen Iordanis.*

A Iordanis deinceps appellatur. Hæc Hieronym. Cæterùm hoc oppidum nondum appellabatur Dan: hoc enim nomen multis pòſt ſeculis accepit à Tribu Dan, cui ſorte ac belli iure deinde ceſſit, *Ioſue* 19. *& Iud.* 18. cùm interim vocaretur Leſen, ſiue Lais. (Ioſue 19. Iud. 16.) Quam vrbem putant doctiores eſſe Cæſaream Philippi, de qua *Matth.* 19. *& Marc.* 8. Qui fieri ergo poteſt, vt Dan appelletur iam nunc à Moyſe? Reſpondeo, monſtrari hac appellatione poſt multos annos futura ſpiritum propheticum Moyſis: quid ſi ab Eſdra, aut propheta alia pro illis prioribus nominibus, quæ iam ſuo tempore prorſus exoleuerant, alia tunc vſurpari ſolita fuerint repoſita, quod etiam cecidit in nomine Dan? Huic ſententiæ propenſiùs inclinat noſter Perer. Mira celeritate Abraham præcurrens hoſtem nihil B tale opinantem, aut timentem aggreditur. Cùm enim expeditos duceret famulos, dictóque obedientes, breuiſſimo tempore potuit tam longum iter conficere, vt ſuo aduentu hoſtium conſilia anteuerteret. Vir enim obediens loquetur victoriam; vt habetur *Prouerb.* 21. Obedientia maximè in militia neceſſaria eſt; nec enim ſine obedientia militum, aut caſtra locantur, aut acies ordinatur, aut prælium initur; aut quicquam boni ſuccedit, vbi diſciplina militaris non obſeruatur. (Prou. 21. *Sine obedientia nec militia, nec religio conſiſtit.*) Clariùs id cernitur in religioſa quauis familia, quæ Domini exercitus eſt: vbi omnia decernuntur, ac fiunt, ex præſcripto obedientiæ: nec propriis quis aut voluntatibus, aut commodis intendit animum, ſed C ad nutum ſolius obedientiæ ſe conformat, & effingit. (Beda. *Obedientia certa diſtinatur victoria.*) Vnde hîc Beda rectè commentatur: Qui fideliter (inquiens) vt promittit, iuſſis ſubditur diuinis, huius loquela ad victoriam perueniet; quia dum per obedientiam ſuam deſideria vincere ſatagit, per iuſtitiam iudicis poſtmodùm victoriæ palmam percipit. Sic ille. Potiſſimùm in executione obedientiæ commendatur celeritas, qualem imperanti, & præeunti Abrahamo expediti famuli præſtiterunt. Luculenter diſſerens D. Bernard. *ſerm. de virtut. obedient.* quartum gradum illius apponens; nempe obſecundare velociter. (S. Bern. *Obedientia executio velox.*) Velociter (ait) currit ſermo Dei, & veD locem habere deſiderat ſequentem. Vides enim quanta velocitate currit ille, qui dicit Pſal. 118. (Pſal. 118.) *Viam mandatorum cucurri*? Fidelis obediens neſcit moras, fugit craſtinum, ignorat tarditatem, præripit præcipientem, parat oculos viſui, aures auditui, linguam voci, manus operi, itineri pedes: totum ſe colligit, vt imperantis colligat voluntatem. Vide Dominum feſtinanter præcipientem, & hominem feſtinanter obedientem. Zachæe (inquit *Luc.* 19.) feſtinans deſcende, (Luc. 19.) quia hodie in domo tua oportet me manere; & feſtinanter deſcendit, & excepit eum gaudens. Hactenus D. Bernard. Ita expeditos, ac veloces Dominus ſuos requirit famulos: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vren-E tem, *Pſalm.* 103. Vbi optimè Theod. Eoſdem (ait) & ſpiritus, & ignem appellauit: potentiam & celeritatem, per vtrumque edocens, quandoquidem ſpiritus natura acuta eſt; potens autem vis ignis. (Pſal. 103. Theod.) Sic ille. S. Auguſtin. explicat de viris ſpiritualibus, quos Dominus ad opus prædicationis mittit. (S. Auguſt.) Sic ait: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, id eſt, eos qui ſpiritales, & ſpiritus iam ſunt, facit Angelos ſuos mittendo, vt prædicent eius Euangelium. Et miniſtros ſuos ignem flagrantem, niſi enim ardeat miniſter prædicans, non

A accendit eum, cui prædicat. Sic ille. Obſerua quæſo qualis eſſe debeat prædicator; nimirum vita Angelus, totus ſpiritus; amore in Deum, & proximos, non modò igneſcens, ſed ignis ipſe conſumens.

2. Hæc verò tam mira celeritas inde vel maximè oriebatur, quia omnes expediti ſeſe itineri dederunt. Nec enim impedimenta legimus, cuiuſmodi multa, & grauia ſolent eſſe in exercitu ſarcinarum, cibariorum, vtenſilium, veſtium, quadrigarum; quæ quia nimis grauant, & impediunt exercitum, ſiue incedentem, ſiue depugnantem, aptiſſimè dici ſolent impedimenta. Nihil ſimile de Abrahami copiis narratur: ſed hoc vnum, quòd numerauit expeditos. Nec planè, ſi grandibus commeatuum ſarcinis onuſti B incederant, tanta velocitate hoſtem inopinatò comprehendiſſent. (*Parſimonia & oratione victoria conciliantur.*) Venter quidem nimio cibo diſtentus, & mentem prægrauat, & pedes præpedit, & manus reddit elanguidas: contrà verò parſimonia, quinetiam ieiunio multa ſolent effici glorioſè. Quale eſt illud, quòd egregiè obſeruat Tertull. *lib. contra Pſychic. cap.* 10. ad hunc modum. (Tertul. Exod. 17.) In Exod. 18. habitus ille Moyſis aduerſùs Amalech orationibus præliantis, vſque in occaſum perſeuerans, nónne ſtatio fuit ſera? Ieſum Naue debellantem Amorrhæos frandiſſe illa die exiſtimamus, qua ipſis elementis ſtationem imperauit? Stetit ſol *Ioſue* 10. vt exaudiret (Ioſue 10.) Dominus hominem parem Solis, inſtantem tandiu in officio, ſtationem etiam ſera longiorem. C Sic ille. Quam eandem ſententiam paucioribus ita reddidit S. Hieron. (S. Hier.) Inediam pluſquam vnius diei victor exercitus protelauit. Vlteriùs progreditur Tertull. idem comprobans exemplo Saulis *1. Regum* 14. (Tertull. 1. Reg. 14.) Certè Saul (inquit) in prælio conſtitutus manifeſtè munus iſtud indixit: Maledictus homo, qui ederit panem ad veſperam, vſquedum vlciſcar de inimico meo. Et non guſtauit totus populus eius, & tota terra non prandebat. Tantam autem Deus præſtitit autoritatem edicto ſtationis illius, vt Ionathas filius Saulis, quanquam ignarus ieiunationis, in ſerum definitæ, guſtum mellis admiſerat, & fortè mox de delicto ſit traductus, & vix per precem D populi periculo exemptus: gula enim licèt ſimplicis reus fuerat. Hæc Tertull. Quòd ſi ad felices bellorum euentus conducit ieiunium, plus quidem multo ad cælum orationibus expugnandum; quod aliud bellum eſt longè glorioſius. In hoc argumento vnum vel alterum obiter perſtringam ex ipſomet Tertull. Sic enim procedit. (Tertul. *Orationis eſt ieiunio impetratio.*) Sed & Daniel, cùm ieiunus in ſacro, & cinere exomologeſim Deo ageret: Et adhuc (inquit c. 9.) (Dan. 9.) loquente me in oratione, ecce vir, quem videram in ſomnis initio, velociter volans appropinquauit mihi quaſi hora veſpertini ſacrificij: hæc eſt ſtatio ſera, quæ ad veſperam ieiunans pinguiorem orationem Deo immolat. Idem E *cap.* 7. dixerat: Per ieiunium Anna quoque ambiens vxor Helcanæ retrò ſterilis impetrauit facilè à Deo inanem cibo ventrem filio implere, & quidem Propheta. Sic ille. Expediti, & ſuccincti, non ſeculi opibus prægrauari ſerui Dominum, vti vernaculi Abrahamum, ad bellum contra hoſtes animæ ſequuntur, ſummum eſt in diuitiis impedimentum. At illis (inquies) fiunt eleemoſynæ, quibus tuta in cælum ſternitur via. Benè. Sed vbinam diues miſericors? Facilius (ait Dominus *Luc.* 18.) (Luc. 18.) eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare

in

in regnum cælorum, & præmiſerat iuueni diuiti: Omnia quæcunque habes, vende, & da pauperibus. Vbi luculenter S. Ambroſ. Magna vis, magnum pondus in verbis. Quibus enim verbis alius vehementiùs exprimeret non debere iactare ſe diuitem in diuitiis ſuis, quàm talibus, quibus definitur contra naturam eſſe diues miſericors? Sic Ambroſ. Quare hic ſenſus eſt huius loci ex mente (vt videtur) S. Ambroſ. *S. Ambr.* Diues vt intret in regnum cælorum, neceſſe habet pauperibus de ſuis opibus miſericordiam præſtare; atqui natura ipſa videtur impoſſibile, vt diues ſit miſericors; ergo & moraliter loquendo fieri nequit, vt diues intret in regnum cælorum. Ac demum ex ſummo Dei beneficio & miraculo diues miſericors eſt, vt per miſericordiam erga pauperes aditum habeat in regnum cælorum. quod tamen miraculum ex merito paupertatis Chriſti Domini ſæpè in Eccleſia cernitur. Sed heus tu, cur miraculum expectas vt intres in regnum cælorum. Nihil de victo ſoliciti famuli Abrahamum ſequuntur, expediti hoſtem perſequuntur, vt quibus mira ineſſet alacritas, & hilaritas, ſine qua conſtare non poteſt laus obedientiæ. *S. Bern.* Hinc D. Bernard. *ſerm. paulo ante indicato.* Tertius gradus eſt, hilariter obedire. Serenitas in vultu, dulcedo in ſermonibus, multum colorant obedientiam obſequentis. Quis enim locus obedientiæ, vbi triſtitiæ cernitur ægritudo? Oſtendunt plerunque voluntatem animi ſigna exteriora, & difficile eſt, vt vultum non mutent, qui mutant voluntatem. Nubiloſa corporis compoſitio, & facies tenebris obfuſcata triſtitiæ, deuotionem ab animo receſſiſſe ſignant. Reſpice Dauid ante arcam Domini hilariter ſaltantem, & quàm ſapienter ſuperbientis fœminæ reprimit indignationem. Sic Bernardus. *S. Bern.* *Obedientiam quæ vitient.* Denique illud etiam admirationem mouet, quod in delectu habendo, in numerandis diſponendiſque ordinibus famulorum, atque eundo contra hoſtem nihil legimus præterquam quòd numerauit expeditos vernaculos, & perſecutus eſt. O inſignem obedientiam! At e contrario multos (inquit D. Bernard.) videmus poſt præcipientis imperium multas facere quæſtiones: cur, quare, quamobrem, ſæpiùs interrogare; crebras ingeminare querelas: quærere quare hoc præcipit, vnde hoc venit, quis hoc adinuenit conſilium? Inde verba murmurationem, & indignationem ſonantia, & redulentia amaritudinem. Inde frequens excuſatio, ſimulatio impoſſibilitatis, aduocatio amicorum. Audi quid Dominus de ſimplici populo proteſtetur: In auditu auris obediuit mihi, *Pſalm.* 17. *Pſalm. 17.* Vt videlicet oſtenderet, vno eodémque momento proceſſiſſe, & imperantis imperium, & obſequium obſequentis. Hactenus Bernard.

3. *Et diuiſis ſociis irruit ſuper eos nocte.* ] Strati paſſim iacebant nocturno ſomno conſopiti Aſſyrij per agros more pecudum; ſed ſtat ſua cuique hora; nec diutius triumphare iniquiſſimi tyranni diuinitus permittuntur. Igitur Abraham, vt diuerſi irruerent, diuiſit ſuos in duos, tréſve cuneos; aut fortè, ſuos vernaculos à reliquis auxiliaribus copiis, quæ hinc inde ſe adiunxerant, diuiſit, quó victoriam longè illuſtriorem, cum pauculis ſuis, ſed expeditis tamen bellatoribus aſſequeretur. Inſauſta dehinc omnia cedunt Aſſyriis, fauſta verò Abrahamo; contra illos at pro iſto Deus & cum Deo pariter cuncta belli- *Peccatoris omnis creatura hoſtis eſt.*



A gerabant. Enimuerò, vt egregiè obſeruat Origenes *homil. 4. in Ioſue.* *Origen.* Peccatori quidem omnis creatura hoſtis eſt, ſicut de Ægyptiis ſcriptum eſt: Terra eos impugnabat, fluuius impugnabat, aër ipſe impugnabat. Iuſto autem, etiam quæ inacceſſibilia videntur, plana efficiuntur, & procliuia. Mare rubrum iuſtus, tanquam per aridam tranſit. Ægyptius verò, ſi tranſire voluerit, ſubmergetur; nec fiet ei aqua murus dextra, læuáque. Iuſtus etiamſi horribilem eremum ingrediatur, & vaſtam, cibus ei miniſtratur è cælis. Sic Origenes. Huc illud ſpectat Prouerb. 21. *Prou. 21.* *Gaudium iuſto eſt facere iudicium, & pauor operantibus iniquitatem.* *Iuſti gaudiũ æternũ, pauor impiorũ.* Rectè Beda interpretatur hunc locum huſce verbis: *Beda.* Gaudet iuſtus,
B cùm bonis deſudat operibus; quia ſperat ſe propter hæc bonis remunerandum eſſe perennibus. At verò reprobi dum mala, quæ Dominum prohibuiſſe norunt, faciunt; quamuis luxuriæ ſuæ perpetratione carnaliter delectentur, mentis tamen pauore interno carere nequeunt, quia ſe mala perpetuò paſſuros pro his, quæ temporaliter malefecerint, non ambigunt. Sic ille. Neque verò lætantur ſemper improbi; eorum enim deliciæ interdum calamitatum amaritudinibus perturbantur, vt hic in Aſſyriis viſum eſt. Iuſtis autem huius vitæ aduerſa cedunt in bonum, vt Lotho & Abrahamo. Viſitat Dominus tam reprobos, quàm prædeſtinatos, ſuis in hac vita flagellationibus; ſed illi flagellati ampliùs obdu-
C reſcunt, iſti corripiuntur, etſi quid habent vitij, prorſus eluunt. *Tribulatio eruamus & purif. ac mũdos.* Quis enim dicet, peccatum ſe non habere, ſed omni ex parte mundum, ac purum eſſe? Iſaias de ſeipſo fatetur: *Polluta labia ego habeo,* cap. 6. *Iſai. 6.* Idcirco (inquit Orig. *hom. 9. in Leuit.*) *Origen.* carbo forcipe aſſumptus à Seraphim labia eius mundat: quibus ſolis ſe mundum non eſſe profitetur. *Nemo mundus à vitiis.* Ex quo oſtenditur, quòd vſque ad verbum tanquam peccatum eius inuenitur; ita quòd facto vel opere nullo peccauerit, alioquin dixiſſet: Quoniam immundum corpus habeo, vel immundos oculos habeo, vel immundas manus habeo, &c. Nunc autem, quoniam in ſolo
D fortaſſe ſermone conſcius ſibi erat delicti illius, de quo dicit Dominus, quia etiam de verbo otioſo reddetis rationem in die iudicij: *Nec perfecti carent vitio linguæ.* pro eo quod difficile eſt etiam perfectis culpam vitare ſermonis: idcirco indigebat etiam Propheta ſola purgatione labiorum. Nos autem ſi redeat vnuſquiſque ad conſcientiam ſuam, neſcio ſi poſſumus aliquod membrum corporis excuſare, quod non igne indigeat. Et Propheta quidem ab omnibus aliis mundus meruit, vt Seraphim ſola eius labia purgaret. Nos verò vereor ne ignem, non membris ſingulis, ſed toto corpore mereamur. *Membris omnibus peccamus.* Hæc Origen. Cæterùm adeò nobis ſalutaris eſt in hac vita huiuſmodi viſitatio, flagellatio, ignisque Domini, vt meritò dicere
E quiſque debeat cum eodem Origene *hom. 8. in Exod.* *Origen.* Ego opto, vt dum in hoc ſeculo ſum, viſitet Dominus peccata mea, & hîc mihi reſtituat, & ibi dicat etiam de me Abraham, ſicut dixit de paupere Lazaro ad diuitem: *Luc. 16.* Memento, quòd recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic requieſcit, tu verò cruciaris. Propterea ergo cùm corripimur à Domino, eſſe non debemus ingrati: *Deus corripit in hac vita, vt parcat in æterna.* ſed intelligamus propterea nos in præſenti ſeculo corripi, vt in futuro requiem conſequamur; ſicut Apoſtolus dicit: *1. Cor. 11.* Cùm caſtigamur, à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.

Ita Origen. Operæpretium duco indicare hoc loco Lucæ, quod in Græco amplius habetur; nimirum: Recepiſti bona tua in vita tua, τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου. Quam lectionem agnoſcit & illuſtrat comment. D. Hieronym. *in 55. Iſai.* Vnde miror cur in vulgata recens emendata non habeatur. Sic igitur inſit. Abraham non ideo bona habuit, quia diues fuit, ſed quia diuitiis benè vſus eſt. Et Lazarus non ideo mala ſuſtinuit, quia cum egeſtate paſſus eſt tormenta morborum; ſed malis, quæ putabantur in ſeculo, vera bona eſt conſecutus. Vnde diues ille purpuratus recepit bona ſua in vita ſua, quæ illi erant bona, qui ea arbitrabatur bona. Et de Lazaro non econtrario dicitur: Recepit mala ſua in vita, ſed recepit mala in vita ſua, quia mala non illi, qui patiebatur, ſed aliis videbantur. Sic Hieronym. Quod quidem percommodè cecidit in præſentia, vbi diuini iudicij forma quædam videtur adumbrari: nimirum Abraham vicem Dei iudicis gerens Aſſyrios caſtigat, Lothum verò liberat. Illi triumpharant toto illo orbe victores; Loth autem iuſtus bello captus, in acerbiſſimam abigebatur ſeruitutem. Igitur commutantur rerum humanarum vices; mactantur iniqui, iuſtus eripitur, & domum redit auctus opibus, clarus gloria, & incredibili gaudio triumphans.

*S. Hier.*

*De malis & bonis mundi mo[?] impius bene uſus in[?]dicat.*

*Bonorum & malorum diſpar exitus, & diſpar vita.*

4. *Et perſecutus eſt eos vſque Hoba.*] Primò quidem internecionem hoſtium facere cœpit Abrahamus ad radices Lybani montis in oppido Dan, indéque conſternatos ac fugientes victor eſt inſecutus, incredibilem interim ſtragem, quâ rueret efficiens vſque ad Hoba. Eſt autem Choba (vt ſcribit D. Hieronym. *lib. de locis Hebr.*) ad læuam Damaſci. LXX. & Ioſephus vocant Sobam, quæ Syriæ Sobal nomen dedit. Hebr. חובה *Chouah.* D. Ambroſ. *lib. 1. de Abraham, cap. 7.* nec numeri militum (de quo iam ſuperiùs) nec nominis Chouah myſteria non euoluit; ait enim: Et numerus vitalis eſt. In ipſa enim vita, ſi credamus, in paſſione, in nomine Domini Ieſu: nam hæc eſt nominis interpretatio huius, quod diximus Choba, id eſt, vita. Ipſa, & dextera Damaſci pulchrè eſſe dicitur. Agni enim ad dexteram, hædi ad ſiniſtram. Scit exercitata mens, quos ad prælium conſummandum ſibi adhiberet, quibus armis inſtrueret, quibus ducat vexillis. Non aquilarum præfert imagines, nec dracones, ſed in cruce Chriſti, & in nomine Ieſu progreditur ad prælium, hoc ſigno fortis, hoc vexillo fidelis. Hæc Ambroſ. Itaque vel ſolis dominicæ crucis, & Saluatoris ſymbolis armatus, & confiſus Abraham decertauit, vicit, triumphauit. Quod verò non ſemel nomen ſacroſanctum, & auguſtiſſimum (Ieſus) ex Patrum ſententia præferri diximus à ſancto Abraham; in eo latet myſterium, vt Eucherius ſubnotauit; quia Ieſu nomen per *iota & eta* Græcis characteribus ſcribitur, qui Saluator interpretatur, in numero decem & octo exprimitur.

*S. Hier.*

*S. Ambroſ. Vita & victoria in cruce, & nomine Ieſu.*

*Eucher. Ιησοῦς 18.*

5. *Reduxitque omnem ſubſtantiam.*] Optimè noſter interpres vertit ex Hebræo רכוש *rechus*, ſubſtantiam; omnes ſcilicet facultates, quæ belli impetu abſtulerant Aſſyriis, direpta illa regione Pentapolitana. LXX. vertunt, τὴν ἵππον, equitatum Sodomorum. Sed minùs appoſite, quàm in vulgata habetur, ſubſtantiam. Haud dubium eſt quin triumphanti ſimilis redierit Abraham; cæſis, profligatiſque Aſſyriis, cum infinita opum

A ac ſpoliorum copia, cum Lotho nepote, captiuiſque omnibus, quorum erat innumerabilis multitudo. Sed præſtat audire D. Chryſoſt. Redit (inquit) magno, & præclaro triumpho inſignis, & clara, ac plena voce prædicans, tubâque vocaliùs clamans, quòd non humana virtute, neque corporali robore, & illos fugarit, & victor euaſerit: ſed ſuperna manu faciente omnia. Vides inſtituo per omnia fieri clariorem, & quotidie magis declarari Dei erga illum prouidentiam? Ita Chryſoſt. & multo quidem ſatius, quàm Ioſephus, qui ad ſolam militum alacritatem facinus hoc prodigioſum refert. Quo B facto (inquiens) nemini dubium relinquitur, victoriam non in multitudine militum, ſed in bellatorum alacritate conſiſtere, & virtutem nulli numero ſuccumbere. Quæ Ioſephi ſententia tunc certa omninò eſt, cùm ea pugnantium alacritas diuino præſidio nititur; ſine quo pauculi illi homines, & fortè inermes, bellicoſiſſimos, & numeroſiſſimos exercitus profligare ac proſternere nullo modo poſſent. Quod perbellè intellexit Abraham, vt adnotauit D. Ambroſ. *lib. 1. cap. 3.* dum ait: Denique eos, quibus quinque regum arma ceſſerunt, cum paucis aggreſſus vernaculis triumphauit. Sed qui vincit, non debet arrogare ſibi victoriam, ſed deferre Deo. C Hoc Abraham docet, qui triumpho humilior factus eſt, non ſuperbior. Sacrificium denique obtulit, decimas dedit. Hæc Ambroſ. Sed de hac oblatione decimarum inferiùs ſuo loco diſſerendum. Hinc videas, quàm multo plura, & illuſtriora recipiat à Deo etiam in hac vita, qui pro ipſius amore, atque obſequio ſua paucula, & vilia contemnat. En Abraham, qui ad imperium Dei egreſſus fuerat de terra ſua, qui peregrinando alienas oras peragrarat, nuſquam conſiſtens, in caſulis habitans; penè ſolus cum parua manu famulorum prælium committit, ac debellatis quatuor regibus, profligatáque tota Chaldæorum potentia triumphum gerit omnium inter gentes maximè memorabilem. D Quàm igitur certò nunc illud conſtat: Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit, *Matth. 19.* Eadem Domini verba referens D. Marc. addit: Qui non accipiat centies tantum nunc in tempore, & in futuro ſeculo vitam æternam, *Marc. cap. 10.* Lucas verò: Et non recipiat multo plura in hoc tempore, & in ſeculo venturo vitam æternam, *cap. 18.* Luculenter D. Bernard. nobili quadam declamatione verba hæc Domini pertractat *tract. in. Ecce nos reliquimus omnia*, &c. Centuplum (inquit) accipiet, & vitam æternam poſſidebit. E Illud enim in via, hæc in patria eſt. Imò hæc patria, illud via. illud conſolatio præſentis laboris, hæc futuræ felicitatis conſummatio. Sic nimirum, & operariis huius ſeculi ſolet cibus in opere, merces in fine dari. Sic militantibus & ſtipendia miniſtrantur pro neceſſitate laboris, & nouiſſimè donatiuum maius erogatur pro quantitate laboris. Sic & filiis Iſraël donec terram promiſſionis intrarent, in deſerto Manna non defuit. Et ab Eccleſia, poſt quæſitum regni cæleſtis aduentum, quotidianus panis petitur in oratione, quam ipſe Saluator inſtituit. Hæc Bernard. Intelligit igitur in illa promiſſione (centuplum recipiet in hac vita) multitu

*S. Chryſoſt. Triumphus de hoſtibus Abraham.*

*Victoria non ſine Dei præſidio comparantur.*

*S. Ambroſ.*

*Abraham humilior poſt triumphum.*

*Deus largè remunerat, eos qui ſua propter illum relinquunt.*

Matth. 19.

Marc. 10.

Luc. 18.

S. Bern.

*Deus ſuis in hac vita dulcedinē, & in altera beatitudinem rependit.*

S. Bern.

multitudinem (adiungit) dulcedinis Domini, delicias caritatis, gloriam conſcientiæ, pacem, & gaudium in Spiritu ſancto. Siquidem donum, & pax eſt electis Dei, *Sap.* 3. pax vtique præſentis, & donum futuræ. Hæc gratia deuotionis, & vnctio docens de omnibus: quam expertus nouit, inexpertus ignorat. Vtinam hîc filiorum hominum concupiſcentia vigilet, vtinam vel curioſitas excitetur: probare libet, an hæc ita ſe habeteant, guſtare quid hoc abſconditum manna ſapiat, experiri quid ſit hoc centuplum, quale gaudium in Spiritu ſancto. Certè profectò reſpondebit ei iuſtitia ſua, qui id ſtudioſè quæſierit: confeſtim, vt guſtauerit, videbit quàm ſuauis eſt Dominus; quoniam bonus non mudò tenenti, ſed & quærenti ſe, animæ ſperanti in ſe. Hactenus D. Bernard. Sed notandus diligenter eſt ordo à Domino præſcriptus; vt priùs relinquamus, ac deinde recipiamus: nec enim recipiet, qui antè non reliquerit. Quare ſapienter idem Bernard. aduertit: Nemo ergo cùm ſe videt non omnia reliquiſſe, centuplum non accepiſſe, miretur. Pretioſa ſiquidem diuina conſolatio eſt, nec omnino tribuitur admittentibus alienam. Sic nimirum ſic vſque hodie cuius ad alias conſolationes mens inhiat, & penitùs in caducis & tranſitoriis non tenuit conſolari, ipſe ſibi profectò cæleſtis ſubtrahit gratiam conſolationis. Sic ille. De hac diuina conſulatione mentibus infuſa interpretans Beda ſic ait *ad* 10. *Mart.* Omnes, qui propter regnum Dei temporalia ſpernunt, etiam in hac vita perſecutionibus pleniſſima, eiuſdem regni gaudium fide certa deguſtant, atque in expectatione patriæ cæleſtis, omnium pariter electorum ſinceriſſima dilectione fruuntur. Sic ille. Hunc eundem locum expendens D. Gregor. *moral. cap.* 7. Centenarius (inquit) numerus decemplicato denario fit perfectus. Hic itaque centuplum recipit, qui etſi nihil habuerit, ipſa tamen perfectione mentis iam in hoc ſeculo habere nihil quærit. Intelligit igitur ſanctiſſimus Pater per centuplum in hac vita ipſammet paupertatem ſpiritus, qua diues & contentus vir religioſus nihil de hoc ſeculo deſiderat; quæ quidem ſumma felicitas hominis eſt, quem nulla cupiditas rerum humanarum ſolicitat; tormentum planè, quo filij huius ſeculi dies, & noctes lancinantur, & conſumuntur. Eandem ſententiam idem explicatiùs repetit *homil.* 18. *in Ezech.* hiſce verbis. Nec enim ſanctus quiſque ideo terrena deſerit, vt hæc poſſidere in hoc mundo multipliciùs poſſit; quia quiſquis terreno ſtudio terram relinquit, terram non relinquit, ſed appetit. Sed per centenarium numerum perfectio deſignatur. Quia quiſquis pro Dei nomine temporalia atque terrena contemnit, & hic perfectionem mentis recipit, vt iam ea non appetat, quæ contemnit. Centies recipit, quod dedit, qui perfectionis ſpiritum accipiens terrenis non indiget, etiamſi hæc non habeat. Ille autem pauper eſt, qui eget eo, quod habet. Nam qui & non habens, habere non appetit, diues eſt. Paupertas quippe in inopia mentis eſt, non in quantitate poſſeſſionis. Nam qui in paupertate benè conuenit, non eſt pauper. Hactenus D. Gregorius.

*Sap.* 3.
*Dulcedo deuotionis ignota inexpertis.*
*Priùs relinquendum pro Deo, deinde recipiendum à Deo*
*Cõſolatio Dei non tribuitur admittentis mundanam.*
Beda
S. Gregor.
*Paupertas ſpiritus mira felicitas.*
S. Gregor.
*Verè pauper, qui appetit.*

6. Hæc omnia dulci quodam verbo complexos Propheta dixit: Portio mea Domine, dixi cuſtodire legem tuam, *Pſalm.* 118. Vbi D. Ambroſ. *ſerm.* 8. Dominus ipſe mihi poſſeſſio, ipſe meus fructus, ipſe meus cenſus, aſſumptus mihi, vel aſſumptus eſt à me. Cui portio Deus poſſeſſor eſt totius naturæ. Hanc portionem petrus habebat, cùm reſpondit mendico: Quod habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu ambula, &c. *Act.* 3. Ad quæ verba D. Ambroſ. adiungit. Dic Petre, quid ſit iſtud, quod habere te dicis, quia omnia, quæ habebas, te reliquiſſe dixiſti. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: hoc eſt, non quæſiuimus, quæ ſecuti ſunt; non quæſiuimus partem de poſſeſſionibus, ſed te elegimus portionem. Chriſtus ergo tibi portio eſt, Chriſtus tibi poſſeſſio eſt. Illius nomen tibi munificum, illius nomen tibi eſt fructuoſum, illius nomen tibi tributa dependit, & bona tributa, non pecuniæ; ſed gratiæ. Hæc Ambroſ. Meritò exclamat D. Hier. *in ſupradictum Pſalm.* expendens locum *Act.* 3. O magnus theſaurus, ô felicium diuitiarum egregius cumulus; vt qui legem Dei cuſtodit, & cuius Deus eſt portio, morbida curet infirmitatum. Similiter D. Aug. *conc.* 16. *in eundem Pſalm.* Sicut (inquit) partes ſibi eligunt homines in hoc mundo, aut ſortiuntur, alius hoc, alius illud, vnde quiſque viuat: ita quodammodo portio piorum Deus eſt, vnde ſemper viuant. Sic Auguſt. Igitur Dominus noſtrorum officiorum fidelis, atque magnificus remunerator Abrahamum ſeruum ſuum ita reddidit glorioſum; vt eum, qui inter vernaculos ſuos in conuallium receſſibus morabatur, nunc celeberrimo bello victorem efficiat, ac de regibus triumphatorem. An non iſtud eſt centuplum etiam in hac vita recipere? Neque verò in ſolo Abrahamo veracem ſe oſtendit promiſſio Dei: ſunt etiam innumera huius veritatis teſtimonia hominum percelebrata ſermonibus. Reduxitque omnem ſubſtantiam, &c. Non prætcribo egregiam D. Ambroſ. interpretationem huius loci in ſenſu myſtico iuxta verſionem LXX. quam ſequitur, & nos iam præmiſimus. Sic enim *lib.* 2. *de Abraham, cap.* 7. inſit. Reuocauit omnem equitatum Sodomorum, hoc eſt, habenas tenuit, fræna rationis impoſuit, reuocauit culpam, ſtrauit errorem. Equus enim ſtare neſcit, velox ad impetum, ceruicem exaltans ſuam, hinniens ad libidinem. Quid tam ſimile peccati? feruet enim primo culpa impetu, & omnem recti cogitationem præuenit, motúque immaturo exilit, vt eam difficilè ratio reuocare poſſit. Fertur in præceps, & aſcenſorem eius proiicit in mare iſtud huius ſeculi, ceruice tumida recuſans iugum correctionis. Et ſpecialis quædam forma libidinis, quæ vocem mutet hominis, verba amantis corrumpat, ſuiſque ſe prodat ſermonibus. Hunc iuſtus reduxit equitatum, mores quoque declinantis conuertit, & ad ſe reuocauit, vt imitatores ſui fierent, qui deflexerant, quia ſenſus noſtri ad diſciplinam mentis recurrunt. Subſtantiam quoque recipit: non patrimonium vtique ſignificat, ſed vitalem animæ ſubſtantiam, in qua ſit pretioſus ſenſus, in qua fidelis ſit alloquij ſplendor, in qua noſtræ cenſus ſubſiſtat ſpei. Hæc eſt enim vera noſtra ſubſtantia, quæ eſt ſapientiæ diues copiis, hæc immortalis ſubſtãtia, corporis autem, vel accedentium diurnus magis, quàm diuturnus vſus. Hæc Ambr. Atque vtinã hic triũphus, hæc paſſionum vitiuſarũ compreſſio, cum tam glorioſa ſubſtantiæ immortalis opulentia in nobis inueniatur, dũ bella Domini contra hoſtes animæ gerimus.

Pſal. 118.
*Verè diues omnium, cui Deus portio eſt.*
Act. 3.
S. Ambr.
*Ieſu nomen, theſaurus gratiarum.*
S. Hieron.
S. Aug.
S. Ambr.
*Mortificatio paſſionum*
*Libido equo perſimilis.*
*Vitalis animæ ſubſtantia.*
*Bona corporis fugacia.*

*Ben. Fernand. in Gen. tom.* 1.

7. *Egreſſus eſt autem Rex Sodomorum in occurſum*
*eius, poſtquam reuerſus eſt à cæde Chodorlahomor, &*
*regum, qui cum eo erant in valle Saue, quæ eſt vallis*
*regis.*]Magna quidem gloria victoris Abrahami,
quòd reuertenti Rex occurrat acturus gratias
pro aditis periculis, & gratulaturus de victoria
S. Chryſ. ſtrenuè felicitérque obtenta. Pulcbrè D. Chryſ.
*Virtus quàm ſit glorioſa.* Attende(inquit)quanta ſit virtus, aliquem diui-
no frui adiutorio. Rex peregrino & ſeni in oc-
curſum egreditur,& omnem honorem impẽdit.
Iam enim didicerat,quòd nihil proſit regni vti-
litas ei, qui ſuperno auxilio deſtitutus eſt; &
quòd nihil potentius ſit eo,qui manu Dei adiu-
uatur. Ita Chryſ. Infidelis quidem rex erat iſte,
ſed hoc facto prudentiſſimus,qui hominem op-
timè de ſe meritum vltrò ipſe adit,ſalutat,extol-
lit laudibus, & immortales ipſi gratias habet.
Generoſi animi, & verè regij eſt acceptum be-
neficium debita ſaltem gratiarum actione offi-
cioſiſſimè compenſare;quod etiam ad noua ſub-
inde accipienda munera valde conducit. Chri-
Ioan. 6. ſtus Dominus, vt legimus *Ioan.*6. miraculum il-
lud quinque panum editurus gratias priùs egit.
Caiet. Vbi rectè Caiet. Deſcribitur (inquit) gratiarum
actio in patrando miraculo ad erudiendos nos,
quòd peritia futurorum, ex præteritorum gra-
titudine conſurgere debet. Sic ille. Diſerta quo-
que ad eundem locum eſt explicatio Bedæ hiſ-
ce verbis. Egit gratias, vt & de perceptis cæli-
tùs muneribus nos gratias ſemper agere doce-
ret: & ipſe quantum de noſtris profectibus gra-
tuletur, & de noſtra ſpirituali refectione gau-
Beda. deat, intimaret. Sic Beda. Et S.Chryſ. Vt oſten-
S.Chryſ. dat(inquit) ante cibum gratias Deo agendas.
Ad Phil. 4. Idem illa verba ad Philipp. 4. *Cùm gratiarum*
*actione orationes veſtræ innoteſcant apud Deum.* ſic
explicat: Ab animo grato, valdéque erga Deum
affecto gratiæ Deo habendæ. Has preces Deus
agnoſcit; alias verò ne noſſe quidem vult. Ita
Chryſ. Quàm gratus Domino Deo ſuo Dauid
ſemper extitit! tunc maximè,cùm adduxit arcam
Domini de domo Obededon in ſuam! Scribitur
enim: *Cùmque tranſiſſent, qui portabant arcam Do-*
*mini ſex paſſus, immolabant bouem & arietem.* 2. Re-
2. Reg. 6. Caiet. gum 6. Vbi ſubtiliter Caiet. Victimæ(inquit) Deo
*Gratitudo meretur noua beneficia.* immolabantur pro munere,quod rex inceperat à
Deo accipere, per acceſſum ad domum ſuam. O
ſi reges tam prudenter agerent, quàm iſte bar-
barus: nimirum, vt redeuntes è bello duces, ſi
non obuiam eundo exciperent, quod indignum
maieſtate regia iudicant: at certè ſubintrantes
aulam, & in genua procumbentes perhumani-
ter amplecterentur: Leones profectò, non ho-
*Rex merita ſuorum perſoluat.* mines ad malitiam ſolo ſuo vultu, riſu, beneuo-
lentiáque efficerent. Sed ô rem deplorandam!
virgam reges præferunt: benè id quidem, vt pu-
niant flagitia: ſed vbi amor, vbi magnificentia,
vt merita bonorum, ac fidelium virtutes debitis
muneribus perſoluantur? Virgam famulus Eli-
ſæi defuncto admonit puero, ſed nihil profecit;
at vbi Eliſæus ipſe corpori ſe mortuo adiunxit:
4. Reg. 4. Petr. Dam. Mox(ait Petr. Dam.) viuens erigitur puer; quia
is, quem terroris virga ſuſcitare non potuit, per
amoris ſpiritum ad vitam redit. Sic ille *lib. de con-*
*tempt. ſecul. cap.* 28. Sapienter quidam: Timeri de-
cet Cæſarem, at plus diligi. Memini hoc loco il-
1. Reg. 12. lius 8 *Reg.* 12. vbi Samuel ſic ad populum: *Si non*
*Reges exhibeant ſe patres.* *audieritis vocem Domini, erit manus Domini ſuper*
*vos, & ſuper patres veſtros.* Emphaticè transferunt
LXX. τὸν βασιλέα, ſuper regem; quia reges(inquit
Caiet. Caiet.) debent eſſe patres. Adde vnum regem,(vt

A ponitur à LXX.) non vnius modò erga ſuos,
ſed multorum patrum inſtar eſſe oportere. Di-
ſcant ergo reges à Rege regum, quem Proto-
martyr Stephanus inter opprobria inſultantium,
& lapidantium ſaxa intuitus exclamauit: Video
cælos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris Dei,
*Act.* 7. Quorſum ſtantem? ſtare eius, compati Act. 7.
eſt. Reſpondès D. Greg. *in* 1. *Reg. cap.* 1. Eſt enim S. Greg.
in Domino Ieſu elementiſſimo mira compaſſio *Mira in Chriſto compaſſio ſuorum ſanctorum.*
dolorum, & cruciatuum, quibus iuſti pro ipſius
nomine affliguntur. Et hæc erat illa Domini tri-
ſtitia in horto pro Eccleſia ſponſa, cuius perſe-
cutiones, & præſciebat, & acerbiſſimè dolebat.
B Quia(adiungit D. Greg.) non compati ei non po-
terat, quam mortis coniugem relinquebat, &
crucis hæredem. Quorſum ſtantem? Vt ſollici-
tus (inquit D. Ambroſ. *Epiſt. ad Eccleſ. Vercel.*) iu- S. Ambroſ.
uares Athletam, quem & paratus coronaret: *Chriſtus ſuos in agone iuuat, & ſolatur.*
propterea ſanctiſſimus Protomartyr (vt idem
Ambroſ. obſeruat *Epiſt.* 30.) lapidum non ſentie-
bat ictus, non conſiderabat corporis vulnera,
oculis Chriſto affixus, & illi adhærens. Quor-
ſum ſtantem? vt ſtantem ſe in cruce pependiſſe,
martyri ſuo in mentem adduceret, atque illum
ad imitandum ſuæ patientiæ, & caritatis exem-
plum inuitaret, vt pro ſuis etiam ipſe tranſgreſ-
ſoribus rogares; quod & præſtitit. Sic enim eſſe
C oportuit (inquit D. Cyprian. *ſerm.* 3. *de bono pat.*) S. Cyprian.
primum martyrem Chriſti, qui martyres ſecutu- *S. Stephanus Protomartyr.*
rus glorioſa morte præcurrens, non tantùm do-
minicæ paſſionis prædicator eſſet, ſed & patien-
tiſſimæ lenitatis imitator. Sic ille. Legimus au-
tem: Et lapidabant Stephanum inuocantem, &
dicentem: Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum:
poſitis autem genibus clamauit voce magna:
Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Nimi- Caiet.
rum (vt optimè Caiet. aduertit) pro ſe ſtans ora- *Mira caritas Stephani erga inimicos.*
uit, pro lapidatoribus autem poſitis genibus, vr-
gente caritate. Adde pro ſe inuocaſſe, pro lapi-
datoribus autem clamaſſe voce magna; vt effica-
ciùs pro inimicis, quàm pro ſeipſo oraſſe vi-
deatur, quaſi inimicorum cauſam, quàm ſuam ſi-
D bi potiorem haberet. Rex Palæſtinus fit obuiam
redeunti ex prælio Abrahamo, vt de victoria
cæſorum hoſtium gratularetur: at rex cæli Chri-
ſtus Dominus ſuos martyres gratulabundus ex-
cipit victores in agone patientiæ.

8. Occurſus iſte regis fuit in valle Saue, quæ
eſt vallis regis. LXX. vertunt, in campo regis
Melchiſedech. Chald. planiciem vacuam; ipſa
erat locus ſtadij regis. Seu in valle plana, quæ
erat locus refrigerij regis. Nam שוה *xauah*
Hebr. eſt adæquare, æquale eſſe. Credunt do-
ctiores hanc eandem eſſe vallem, quæ ſuperiùs
appellata eſt Illuſtris ab eximia pulchritudine,
atque amœnitate. Hæc autem incipiens à plani-
cie media inter montes Gelboë, & Hermon, por-
E rigebatur per omnem Iordanis decurſum, vſque
ad mare mortuum: imò & planicies, in qua ci-
uitates erant Sodomorum, ante ſubuerſionem, Borch.
in hac ipſa valle continebantur. Vide Borchard. 1.
*p. cap.* 6. *num.* 9. Propè ciuitas erat Saue; vnde for-
taſſe nomen eſt inditum valli. D. Hier. exiſtimat S. Hier.
hanc vallem eſſe illam, quam Palæſtini ſuo tem-
pore appellabant Aulonem immenſæ longitu-
dinis, ac miræ pulchritudinis: vbi nobiles ac fre-
quentes viſebantur vrbes, quà Iordanis molliter
defluens in mare ſe condit mortuum, de quo ſu-
prà diſputatum eſt. Dicitur vallis regis, vel quòd
in ea parte vallis, vbi rex occurrit Abrahamo
Melchiſedech, prædium habebat, vel quòd in
eam

eam rex ad recreationem, luſumque animi, atque adeò ad ſtadij curſúſque exercitationem cum aulicis itare ſolebat: vel quòd ipſa propter ſuam pulchritudinem rege digna videbatur. Vtinam nobis Dominus ex hac vita abeuntibus occurrat in valle illuſtri plana, regia: hoc eſt, in vita, pariterque in morte illuſtriſſimis decorata meritis! Vtinam etiam in valle regis noſter hic fiat cum Domino occurſus: in illa ſcilicet pulcherrima, & amœniſſima virgine, quam ſcitè Bern. vallem dixit, tum propter humilitatem in oculis ſuis, tum etiam quia in eam ex monte diuinitatis omnium gratiarum torrentes defluxerunt. In hac valle fit obuiam Domino, qui in protectione matris Dei moritur: cuius pulchritudo noſtrorum ſcelerum fœditatem, cuius amœnitas noſtram ariditatem ante oculos Iudicis Filij ſui occultabit: cuius merita precéſque nobis licèt indignis, æternam ſalutem impetrabunt. Exaudi ergo nos piiſſima Domina: Quia proculdubio (inquit D. Anſel. *de excel. virg. c. 12.*) benigniſſimus Filius tuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus erit ad concedendum quicquid voles, promptiſſimus, & exaudibilis. Tantummodo itaque velis ſalutem noſtram, & verè nequaquam ſalui eſſe non poterimus. Sic Anſelm. Agnoſcit certè (ait S. Bernard. *ſuper, ſalu. reg.*) & diligit diligentes ſe, & propè eſt in veritate inuocantibus ſe; præſertim his, quos videt ſibi conformes factos in caſtitate, & humilitate: ſi tamen caritatem adiecerint; & totam ſpem ſuam, poſt Filium ſuum in ea poſuerint, & toto corde quæſierint orantes, & frequenter dicentes: Subueni Domina clamantibus ad te iugiter. Ita Bernard.

*Occurſus Domini in morte uſſorum.*

*S. Maria vallis regia.*

*S. Anſelm.*

*S. Maria certò & preſtò adeſt ſuis fidelibus.*

*S. Bern.*

## SECTIO VI.

### *At verò Melchiſedech Rex Salem.*

*S. Hier.*

1. FAmoſiſſimam (vt appellat D. Hieronym. *Epiſt.* 126.) aggredimur diſputationem. Nec vlla toto hoc lib. Geneſ. cùm propter dignitatem hiſtoriæ, tum propter ipſius apud Doctores celebritatem, æquè nobilis ac memorabilis tractari ſolet: nimirum de Melchiſedech primo inter mortales cum regali diademate pontificias infulas, cum regno ſacerdotium ſimul gerente. Longiſſimum foret, ſi ſigillatim opiniones & argumenta Doctorum, quæ hoc loco afferuntur, vellem recenſere. Videat ſtudioſus præcipuè noſtrum Pererium, qui maximè omnium accuratam, & eruditam, in qua nihil deſiderari poſſit, ad hunc locum Geneſ. inſtituit tractationem. Hoc vnum efficiam, vt miſſis interim diſputantium controuerſiis, vtpote ad ſcholaſticam palæſtram aptioribus, ea compendio perſtringam, quæ magis firma, ratáque, & probata videbuntur. Ac primùm quidem ſtatuo tanquam indubitabile Melchiſedech hominem verum fuiſſe, non verò naturam quandam cæleſtem, aut diuinam, multóque minùs Spiritum ſanctum, aut Filium Dei. Nullum enim eſt tam abſurdum, atque ridiculum figmentum quod ab ſtultitia hæreticorum non oriatur. Maior difficultas, qua de gente nationéque extiterit Melchiſedech? Percelebris Hebræorum ſententia eſt, quam è noſtris plerique amplectuntur, fuiſſe Sem filium Noe. Neque obeſſe poteſt huic opinioni, ſuppu-

*Hæreticorum figmenta ridicula.*

A tatio annorum. Cùm enim Sem vixerit ſexcentis annis, & tempore diluuij fuerit centum annorum: potuit attingere hunc annum, qui fuit octogeſimus ſecundus ab ortu Abraham, & à diluuio quadringenteſimus quartus, atque adeò tunc agebat Sem quatuor ſupra quingentos annos: reſtabantque adhuc, vſque ad illius obitum nonaginta, ſex aut nonaginta octo, aut ſecundùm Pererium centum viginti, & hoc quidem in ſupputatione annorum iuxta literam Hebraicam, ac Latinam editionem: nam in Græca nullo pacto id fieri poterat; ſed error eſt in Græcorum numeris. Hanc opinionem (etſi propter autoritatem multorum è Chriſtiana Eccleſia doctorum, probabilis eſſe videatur) minùs tamen approbo, eo quòd ab hoſtibus Chriſtia-
B næ ipſius Eccleſiæ primò inuenta traditáque fuerit. Nimirum ita opinantur Hebræi, eo quòd iniquo animo ferant hominem aliquem de gentili populo, & ſuæ genti extraneum videri dignitate regia, ſimúlque ſacerdotali magis præcellentem, quàm illorum parens, & autor Abrahamus extiterit: atque hunc ab illo benedictum, illi hunc decimas ſpoliorum voti, ac religionis ergò perſoluiſſe. Vnde ſapientiſſimè D. Cyrill. Alex. hanc opinionem coarguens ſic effatur. Non poſſum non mirari, quòd ob nimiam in Abraham venerationem tantùm à veritate aberrent. Sed rumpantur hoſtes inuidia. Noſter eſt Melchiſedech. Decebat enim tam egregium Chriſti ſacerdotis, ſimúlque regis exemplar non in He-
C bræo, ſed gentili homine adumbratum fuiſſe: quandoquidem regnum & ſacerdotium Chriſti, non in Iudaico populo, ſed in Chriſtiano è gentibus conflato eſſet vſque ad finem mundi permanſurum.

*Inuidi Hebræi malè fingunt Melchiſedech fuiſſe Sem.*

*S. Cyr. Alex.*

2. Aduerſatur illi opinioni locus Pauli ad Hebr. 7. qui ſic habet: *Melchiſedech Rex Salem ſacerdos Dei ſummi, qui obuiauit Abrahæ regreſſo à cæde regum, & benedixit ei; cui & decimas omnium diuiſit Abraham; primum quidem qui interpretatur rex iuſtitiæ; deinde autem, & rex Salem, quod eſt rex pacis, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, aſſimilatus Filio Dei, manet ſacerdos in perpetuum.* Hæc Apo-
D ſtolus; quæ Sem filio Noe haudquaquam conuenire poſſunt: huius enim in diuinis literis, genus, parentes, initium finiſque dierum expliciſſimè traduntur. Reſpondent hominum fuiſſe hominem, & verè quidem ſub nomine Melchiſedech nullam fieri mentionem illius generis, vitæ, atque mortis: licèt ſub nomine Sem ea omnia memorentur. Sed vnde quæſo probare poſſunt duo iſta nomina eiuſdem hominis? Enimuerò ſi Hebræis, ad quos Paulus ſcribebat, apertum erat hominem fuiſſe Sem filium Noe, atque adeò eius genealogia, & chronologia illis habebatur notiſſima: qui poſſet Apoſtolus in tam leui nominum ratione tantum myſterij
E pondus collocatum prædicare. Quónam pacto etiam Moyſes, ſi Melchiſedech fuiſſet Sem filius Noe, idipſum ſilentio præteriiſſet; cùm ita foret hiſtoria longè commendatior propter antiquitatem, & autoritatem filij Noe: multúmque valeret ad ſplendorem Hebræorum, qui tam illuſtri parente, nimirum rege, ac pontifice nobilitati gloriarentur? Neque verò omnes, ac nobiliores Hebræi eam ſententiam tradiderunt: nam inter illos duo vetuſtiſſimi, atque doctiſſimi, Ioſephus, & Philo Melchiſedech fuiſſe indicant hominem Iudaicæ genti extraneum, ac

*Ad Heb. 7. Locus S. Pauli de Melchiſedech non conuenit Sem.*

*Melchiſedech Chananæum tradunt Ioſephus, & Philo.*

Ioſeph.

gentilem vtique Chananæum. Verba Ioſephi *lib. 7. de bello Iudaico, cap.* 18. ſunt hæc. Primus Solymæ conditor fuerat Chananæorum dynaſta, qui patria lingua iuſtus appellatus eſt rex: erat quippe talis. Ideoque ſacerdotium primus Deo exhibuit, & fano primùm ædificato Hieroſolymam ciuitatem vocauit; cùm antè Solyma vocaretur. Sic ille. Vera igitur ſententia eſt Melchiſedech fuiſſe de populo gētili, & Chananæo. Hanc aſtruit Irenæus Hippolytus, Euſebius Cæſarienſ. Euſebius Emyſſen. Apollinar. Euſtathius, quos refert D. Hiero. *Epiſt. ad Euagrium.* præter hos Epiphan. *lib. 2. contra hæreſ. 55 hæreſ.* ſic ait: Samaritæ putant Melchiſedech eſſe ipſum Sem filium Noe; ridiculi autem etiam ipſi inueniuntur. Erat enim hic filius alienigenarum illo tempore in campeſtri regione Sabæ habitantium. Theod. *qu.* 63. Veriſimile (inquit) eſt Melchiſedech eſſe de illis gentibus, quæ tunc Palæſtinam incolebant. Procop. in hanc ſententiam ita diſſerit hoc loco. Quidam admodum ſtultè opinantur Sem eſſe Melchiſedech. Cùm enim Sem orientalis pars orbis obuenisſet, quomodo inuaſiſſet terram Chamo deſtinatam. Hæc ille. Optimum ſanè argumentum: etenim Sem, & eius poſteris a patre Noe in diſtributione orbis vltra Euphratem regiones Aſiæ ſunt attributæ: Palæſtina verò Cham, & eius poſteris ceſſit; qui ergo fieri potuit; vt Sem proprio ſolo derelicto, in alienum irruperit, & inter Chananæos regnauerit; cùm totam penè Aſiam habitandam ſuſceperit? Egeſippus Chananæum fuiſſe affirmat. Similiter Suidas. D. Dionyſ. Areopag. *lib. de cæleſt. Hier. cap.* 9. docens multos ex gentilibus ante legem Moyſis ad Dei veri cognitionem cultumque opera Angelorum adductos; nempe (adiungit) & aliis gentibus (præter Hebræos) ex quibus, & nos ad immenſum diuini luminis pelagus ex præteriti erroris cæcitate reſpirauimus, non præfuerunt alieni aliqui ij, ſed vnum illud omnium, ac ſingulare principium: ad quod ſanè obſequentes, ducebant Angeli præfecti ſingulis gentibus. Conſiderare libet Melchiſedech illum chariſſimum Deo, qui non inanium deorum, ſed altiſſimi æternique Dei ſacerdos fuit. Hæc Dionyſ. Quin etiam hæc eadem veritas non obſcurè colligitur ex verbis Apoſtoli ad Hebr. 7. *Cuius generatio non annumeratur in eis, decimas ſumpſit ab Abraham.* Hoc eſt, cuius genus, & gens a genere, & gente Hebræorum prorſus diuerſa eſt. ſeu (vt exponit D. Anſel.) nullam conſanguinitatem habere cum eis refertur. D. Thom. & Caiet. Quia ipſe non erat ex genere Abrahæ. Theophylactus: Quippe qui alienigena fuit. In Græco ad verbum habetur ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, cuius genus non recenſetur ex eis, id eſt, cuius genus non pertinet ad Hebræos. Tranſlatio Syriaca habet; qui ſcriptus non eſt in genealogiis eorum. Igitur Melchiſedech Chananæum fuiſſe pro indubitato habendum eſt; quod egregiè demonſtrant ex noſtris viri doctiſſimi, & diligentiſſimi. Salmer. *in 7. ad Hebr.* Ribet. *ibidem.* Perer. & Delrio *in 14. Geneſ.*

Irenæ.
Hippol. Euſebius Cæſ.
Euſeb. Emyſſ.
S. Hieron.
*Melchiſedech non eſt Sem, ſed dynaſta Chananæus.*
Epiph.
Theod.
Procop.
Egeſipp.
Dion.
Procop.
Suidas
*Ex gentibus ſuper nonnulli verū & vnū Deum adorabant.*
Ad Hebr. 7.
S. Anſelm.
S. Thom.
S. Anſelm.
Caiet.
Theophyl.
Salmer.
Ribet.
Perer.
Delrio.

3. Cæterùm, quia locus Epiſt. ad Hebr. quo maximè illuſtratur iſte, de quo præſens eſt commentatio ad 14. Geneſ. nonnulla continet, quorum dilucidior explicatio ad noſtrum commentarium neceſſaria prorſus eſt, illa breuiter enucleabo. Atque inprimis dicitur a Paulo Melchiſedech ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ

A habens. D. Chryſoſtom. Theoph. Anſelm. in 7. *ad Hebr.* D. Ambroſ. *lib. de iis, qui myſteriis initiantur. cap.* 8. Gregor. Nazianz. *ad finem orat. 4. de Theologia*, & reliqui fere tam Latini, quam Græci expoſitores exiſtimant hoc ſignificari, quòd Chriſtus ſecundùm diuinam naturam non habeat matrem, ſecundum humanam verò careat patre: ſine genealogia etiam ideo dicatur; quoniam iuxta *Iſa.* 53. generationem eius quis enarrabit? Nam & Pater eius, & modus, quo a Patre procedit, eſt inexplicabilis: atque humana etiam generatio Dei hominis ex matre ſemper virgine a nulla poteſt creatura, vel comprehendi, vel explicari. Aut, vt exponit D. Anſelm. ſine genealogia, id eſt, ſine generatione filiorum,
B quia Chriſtus filios carnis non habuit, ſed ſine ſobole, ſine aliqua ſucceſſione carnali permanet: ſiue quia patres aliquos in diuinitate non habuit præcedentes. Sic Anſelm. Quare adiungit) ſacerdotes noui Teſtamenti non pro parentum nobilitate, ſed pro vitæ ſuæ merito ſunt eligendi: nec attendendum, quos parentes habuerint, ſed cuius meriti ſint. Hæc ille. quam doctrinam optimè tradit ſummus & ſanctiſſimus pontifex Leo *ſerm. 2. in anniu. de Aſſump.* hiſce verbis. Cum huius diuini ſacerdotij ſacramentum etiam ad humanas perueniſt functiones, non per generationum tramitem currit, nec quod caro & ſanguis creauit eligitur, ſed ceſſante priuilegio patrum, & familiarum ordine
C prætermiſſo, eos rectores Eccleſia accipit, quos Spiritus ſanctus præparauit, vt in populo adoptionis Dei, cuius vniuerſitas ſacerdotalis atque regalis eſt, non prærogatiua terrenæ originis obtineat vnctionem, ſed dignatio cæleſtis gratiæ ſignat antiſtitem. Hæc Leo Papa. Hinc etiam edocemur, vt Epiſcopi, ac Sacerdotes, in obeundo ſuo munere nec patrem, nec matrem agnoſcant; nec illis ſanguis, aut caro dominetur; quem ego arbitror ſpiritum principalem, quod Dauid confirmari à Domino ſupplicabat; Spiritu (inquiens) principali confirma me, *Pſalm.* 50. Vbi D. Chryſoſtom. *homil. de Spirit. ſancto. tom.* 5. Petit Dauid ſpiritum, qui dominetur, & ſit princeps affectionum. Profectò
D vt pauperum habere curam: ſic nullo rerum humanarum ſtudio, nec propinquitatis ad [illegible] moueríque debent rectores Eccleſiæ, in ſuorum munerum adminiſtratione. Audi D. Bernard. *Epiſt.* 100. Hoc planè decet Epiſcopum, nobilitat dignitatem; ſi quem miniſterium prohibet eſſe pauperem, adminiſtratio probet pauperum amatorem. Non enim paupertas virtus reputatur, ſed paupertatis amor, &c. Præterea ſine genealogia dicitur: quia (addit S. Anſelm.) noui Teſtamenti Sacerdotes, & miniſtri altaris vxores habere non poſſunt: quas ſi habere voluerint, profiteantur ſe eſſe Sacerdotes Iudaicæ inſtitutionis, non Chriſtianæ. Sic Anſelm. Qui etiam explicat: ſine genealogia, hoc
E eſt, ſine generatione filiorum. Vnde ſorſan ſe data eſt occaſio Suidæ, & D. Ignat. *Epiſt. ad Philadelp.* affirmandi fuiſſe Melchiſedech tota vita caſtum & virginem; ſed non firmo nititur fundamento.

S. Chryſoſt.
Theop.
S. Anſelm.
S. Ambr.
S. Gregor.
Nazianz.
*Chriſtus ſine genealogia.*
Iſai. 53.
S. Anſelm.
*Ad Sacerdotium non nobilitas, ſed vita merito ſunt eligendi.*
S. Leo.
*In regimine non habenda ratio carnalis cognationis.*
Pſal. 50.
S. Chryſoſt.
S. Bern.
*Epiſcopū nobilitat paupe rum ſuſtentatio.*
S. Anſelm.
Suidas.
S. Ignat.

4. Nihilominus contra iſtam communem interpretationem, ſic aliquis incurret. Quid hoc refert de vtraque Chriſti generatione inexplicabili, cùm re vera Patrem & matrem habeat? Deinde nónne genealogia eſt parentum & maiorum deductio, nónne genera[illegible]

Domi-

Domini refertur ab Euangeliſtis, vbi aoi, maiores, pater putatitius, veraque mater nominátur? An non etiam generatio ipſius diuina memoratur *Marc.* 1. vbi ſic orditur: *Initium Euangelij Ieſu Chriſti filij Dei?* Et multo hæc eadem vberiùs, & explicatiùs ſcribitur à Ioanne: *In principio erat verbum*, &c. Igitur Chriſtus Dominus non benè dicitur eſſe ſine Patre, ſine matre, ſine genealogia; nec in eo rectè aſſimilatur Chriſto Melchiſedech. Reſpondet eruditiſſimus Riber. Dicendum eſt Melchiſedech non fuiſſe typum Chriſti Domini in eo, quòd neque initium dierum, neque finem vitæ habet; quòd maximè conuenit Chriſto. Sed vt ille introduceretur in Scriptura, ſine initio & fine dierum, oportuit, vt neque pater eius, neque mater nominaretur, B neque eius genealogia ſcriberetur; ſi enim, aut parentes, aut aui eius nominarentur, iam ex eo conſtahat eum principium dierum hahuiſſe, quoniam non potuit eſſe, antequam ah illis gigneretur; & intelligeretur ſimiliter finem vitæ habuiſſe, ſicut & illi hahuerunt, à quihus genitus eſt. Hæc Ribera. Neque verò in hac expoſitione, quæ optima eſt, quis moueatur quòd inde videantur ſuperuacanea verba illa Apoſtoli introducentis Melchiſedech, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia. Vt enim eruditè ſcripſit D. Auguſtin. *lib.* 16. *de ciuit, cap.* 2. Non omnia, quæ geſta narrantur, aliquid ſignificare putanda ſunt: ſed propter illa, quæ aliquid ſignificant, etiam ea, quæ nihil ſignificant, attexuntur; ſolo enim vomere terra proC ſcinditur, ſed vt hoc fieri poſſit, etiam cætera aratri membra ſunt neceſſaria. Sic Auguſtin. Quam regulam ſæpiùs obſeruandam monet in parabolis Euangeliorum noſter Maldon. Perinde Igitur eſt (inquit Riber.) ac ſi diceret Apoſtolus: Melchiſedech introducitur in Scriptura, ſine patre, ſine matre, ſiue genealogia; vt ita intelligeretur initium, & finis vitæ eius, & aptiùs typum gereret Sacerdotis æterni Chriſti, qui in Sacerdote mortali ſignificari non potuit, niſi tacerentur omnia, quæ eius mortalitatem indicare poſſent. Sic ille. Itaque (ſicut Chryſoſtom. ait) initium dierum aut finem Melchiſedech neſcimus; quia hoc ſcriptum non eſt; D initium verò, aut finem dierum Filij Dei neſcimus, quia non habet. Ita Chryſoſtom. Certum etiam eſt, in Scriptura, non genealogiam, non parentes multorum referri, de quibus obiter mentio fit, cuiuſmodi ſe habent omnes iſti reges, de quihus hoc 14. cap. agitur; qui ex occaſione hiſtoriæ de Abrahamo inſtitutæ, afferuntur in medium.

[Marc. 1.] [Ioan. 1.] [Riber.] [S. Aug. *Non omnia in Scriptura aliquod myſteriũ ſignificant.*] [Maldon.] [Riber.] [Chryſ.]

5. Salmer. ad locum Pauli explicatum contendit Melchiſedech non fuiſſe nomen proprium, quod etiam Abulenſ. & Caiet. aſſeuerant; ſed commune omnibus regibus, qui in Salem imperabant. Eo autem nituntur, quòd reges ea tempeſtate ex ciuitatibus, quas regeE bant, cognomentum mutabantur; vti Adoniſedech *Ioſue* 10. Rex Hieruſalem, qui interpretatur, Dominus Salem. Adonibezech *Iud.* 1. Dominus oppidi Bizech. & Abimelech Rex Geraræ, *Geneſ.* 22. Quare Melchiſedech erat cognomentum regum Salem, vti Cæſaris nomen commune eſt Romanis Imperatoribus, Abimelech regibus Geraris, & Pharao Ægypti regibus. In hac ſententia benè aduertunt illius aſſertores, Melchiſedech vnam tantùm eſſe dictionem, vt Achimelech, licèt ex duabus Mel-

[Salmer.] [Abul.] [Caiet.]

A chi, & Sedech, compoſitam, ſeu (vt loquitur Caiet.) ex tribus, Rex, meus, iuſtitiæ: tali ſiquidem titulo decorabant Salemitæ regem ſuum. Sic ille. Iuuari nonnihil videtur hæc opinatio à fonte Hebræo, in quo ſic legitur, *vmalchi cedeq melech ſalem*, Rex meus iuſtitiæ. Quæ dictiones ſeparatæ ponuntur; quomodo ergò vnum proprium conflant nomen? Aliud igitur nomen habebat proprium Rex iſte, quem ſoi tamen ob inſignem in adminiſtrando æquitatem, & vt erga regem omnium amor demonſtraretur, appellabant, Rex meus iuſtitiæ, vt qui ſingulis eſſet rex, ſingulis iuſtus. O felicem Rempubl. perbeatum regnum, in quo ſinguli verè poſſent dicere מלבי צדק *melchi cedeq*, Rex meus iuſtitiæ! Verus ille rex iuſtitiæ, qui (vt B eleganter eum deſcribit D. Ambroſ. *Apolog.* 2. *Dauid, cap.* 3.) putat ſibi quod non decet, non licere; qui ſe legibus obſtringat ſuis: & quod per Iuſtitiam non licet, nec per poteſtatem licere agnoſcat. Non enim ſoluit poteſtas iuſtitiam, ſed iuſtitia poteſtatem; nec legibus ſolutus rex eſt; ſed ſi peccat, leges ſuo ſoluit exemplo. Sic Ambroſ. Melech, rex meus, qui amet, ametúrque, non tyrannico ritu aut alios opprimat, aut ab aliis odio habeatur; qui nihil à ſuis per vim extorqueat. Iccirco aquam putei Bethlehemitici tanto periculo ſuorum comparatam ſapientiſſimus rex Dauid noluit bibere, proſpiciens (inquit D. Ambroſ. 1. *Apolog. cap.* 7.) ne cui regum bibendi vſus alienis periculis quæreretur. C Noluit bibere, eo quòd aqua tot virorum quæſita ſanguine ſuauitatem bibendi habere non poſſet, quæ propoſitæ mortis horrore conſtaret. Hæc Ambroſ. Quid ſi Melchi à Deo dictum intelligatur; quaſi Deus ipſe appellet ſuum regem, qui ſit rex iuſtitiæ? vti Chriſtus Dominus dixit Pſalm. 2. *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion, montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius.* Vtique præceptum, & legem iuſtitiæ regibus propriam intelligit. Ex quo benè ſequitur Rex Salem, hoc eſt, rex pacis. Etenim regnum, in quo iuſtitia viget, & dominatur, pace fruitur feliciſſima. Salomon dum rex erat Dei, ac virtutem colebat; & nomine, & D reipſa inſignem prætulit pacem: at vbi à Deo recedens ſummam admiſit iniuſtitiam, diuinos honores vaniſſimis gentium idolis attribuens; multos actutum habuit aduerſarios, 3. *Reg.* 11. Alad, Raxon, Ieroboam. Nec id mirum: vt enim aduertit Theodoret. *q.* 33. priuatus diuina prouidentia facilè patuit inimicorum inſultibrǹ. Plane Deus conſtituit in regno paſtorem ouibus, non lupum, non leonem; quòd ſi rex aduerſus Deum ſummum gregis paſtorem rebellet, vel graui, & tyrannico imperio diuexet miſeros, vel nefario vitæ ſuæ exemplo eos ad peccandum inducat, quid fiet miſero gregi aliud, quàm quòd de impij regis Achab, exercitu ac populo E dixit Micheas Propheta? Vidi cunctum Iſraël diſperſum in montibus, quaſi oues non habentes paſtorem, 3. *Reg.* 22. Vbi egregiè Theodor. *qu.* 65. Per hæc oſtendit, quòd regis prauitas cauſa ſit ſtragis. Nam ſi bonum, ac pium habuiſſent paſtorem, vi ſuperaſſent hoſtes. Sic ille. Denique (vt rectè aduertit Clem. Alex. *ad finem Strom.* 4. diſſerens de Melchiſedech.) Vniuoca ſunt, iuſtitia, & pax. Non quòd vnum idémque ſignificent, ſed quòd indiuiduæ comites eſſe videantur. Longè tamen verior ſententia, quæ & communior aſtruit Melchiſedech uomen compoſi

[Caiet.] [*Rex debet eſſe iuſtus.*] [S. Ambr.] [*Regis virtus exemplum eſt legis.*] [2. Reg. 23.] [*Regis amor erga ſuos.*] [Ambroſ.] [Pſal. 2.] [*Vbi iuſtitia, ibi pax.*] [3. Reg. 11.] [Theod.] [*Regis prauitas regni ſtrages eſt.*] [3. Reg. 22.] [Theod.] [Clem. Alex.]

poſitum ex his tribus dictionibus proprium eſſe regis illius, de quo præſens narratur hiſtoria. Qui quidem, vbicunque in Scriptura memoratur, non alio, quàm Melchiſedech nomine dicitur, vti *Pſalm.* 109. *& ad Hebr.* 7.

Pſal 10.
Ad Heb 7.

6. *Rex Salem.*] Hebr מלך שלם *melech xalem.* Quæſtio eſt valde celebris, quænam fuerit iſta Salem? Duplex enim ciuitas huius nominis extitit: vna Salem iuxta Scythopolim, & fluenta Iordanis in regione Sichimorum, & in terra Chanaan: cuius vrbis fit mentio infrà *cap.* 33. *& Ioan.* 3. dicitur Salem. Huius Salem regem fuiſſe Melchiſedech multi, & graues affirmant doctores. Omnium maximus in exponendis ſacris literis D. Hieron. ita ſcribit *Epiſt. ad Euagr,* 126. Vrbs Salem non vt Ioſephus, & noſtri omnes arbitrantur, eſt Hieruſalem, nomen ex Græco Hebraicóque compoſitum, quod abſurdum eſſe peregrinæ linguæ mixtura demonſtrat. ſed eſt oppidum iuxta Scythopolim, quod vſque hodie appellatur Salem: & oſtenditur ibi palatium Melchiſedech ex magnitudine ruinarum veteris operis oſtendens magnificentiam. De hac Salem *Geneſ.* 33. ſcribitur. Legimus quoque in Euangel. *Ioan.* 3. Ioannem baptizaſſe in Enon iuxta Salim, quia multæ ibi erant aquæ; nec refert vtrùm Salem an Salim nominetur, cùm vocalibus in medio literis perrarò vtantur Hebræi, & pro voluntate lectorum, atque varietate regionum eadem verba diuerſis ſonis atque accentibus proferantur. Hæc D. Hieron. Idem *de locis Hebrai.* Sichem (inquit) & Salem, quæ Latinè, & Græcè Sicima vocata eſt, ciuitas Iacob, nunc deſerta eſt; oſtenditur autem locus in ſuburbanis Neapoleos iuxta ſepulchrum Ioſeph, quam ſubuertit Abimelech, & ſeminauit in ea Salem, *Iud.* 9. Poſtea verò inſtaurata eſt à Ieroboam 3. *Reg.* 12. & ſita eſt in finibus tribus Ephraim. Sic ille. Hoc rurſus Epiſtol. indicata confirmat ad hunc modum. Conſiderandum quoque eſt, quòd Abrahæ à cæde hoſtium reuertenti, quos perſecutus eſt vſque Dan, quæ hodie Paneas appellatur, non in via Hieruſalem occurrerit, ſed Salem oppidum metropoleos Sichem in eo itinere fuerit, &c. D. Anſel. *ad* 7. *Hebr.* locum D. Hier. adducit, & ſequitur D. Epiphan. *tom.* 1. *hæreſ.* 55. vtramque memorans Salem, incertum relinquit, vtrius fuerit rex Melchiſedech; nec id ad myſterium pertinere arbitratur. Hieronymum ſequuntur Eugub & alij. Fateor mihi non diſplicere hanc ſententiam, & argumentum à loci opportunitate adductum validius mihi videri, quam vt aduerſæ opinionis aſſertores facilè euincant. Nihilo tamen minùs celebrior ſententia multo eſt, quæ Salem dicit eſſe Hieruſalem. Et quidem Chaldæa paraphraſis vertit hoc loco: Rex Hieruſalem. Ioſephus, Hebræique vnanimi conſenſu idem aſtruunt. D. Cyrill. Alex. *lib.* 5. *in Geneſ.* Salem (inquit) Iudææ ciuitas, Hieruſalem in præſentia appellatur. Procop. huic parti magis propendet. omninò pro ea pugnant Abulenſ. Iſidor. Clarus. Maſius *in* 10. *Ioſu.* Riber. *in* 7. *ad Hebr.* Salmer. *ibidem.* Perer. Delrio. Primò igitur, vt refert D. Hieronym. ex antiquis Patribus, aſſerúntque Procop. Eugub. & complures alij, dicta eſt Salem, poſtea Iebus, deinde compoſito nomine Iebuſalem, denique molioris ſoni gratia Hieruſalem, Solyma, Hieroſolyma, de qua in Pſalm. 75. *Factus eſt in pace locus eius. & habitatio eius in Sion.* in pace, Hebr. בשלם in Salem. Quæ verò illa ſit, ſtatim indicatur, cùm dicitur Sion, hoc eſt, Hieruſalem, cuius mons celeberrimus, in quo arx & palatium Dauid, Sion vocabatur. Egeſipp. 3. *de excidio Hieruſ. cap.* 9. & Iſidor. *lib.* 15. *Etymolog. cap.* 2. non ſolùm dicunt Salem eſſe Hieruſalem, ſed etiam à Melchiſedech conditam; quod ſcripſit Ioſeph. *lib.* 7. *de bello, cap.* 18. Eupolemus apud Euſeb. *lib.* 9. *de præpar. Euang. cap.* 4. tradit, Abraham reuertentem ex hoſtium cæde acceptum eſſe liberaliter à Melchiſedech in vrbe Algarixa: quæ vox Latinè ſonat montem Altiſſimi, & ſine dubio ſignificatur Hieruſalem in altiſſimo monte, qui præcipuè ac ſingulariter ſacer Deo erat, ædificata. Dicitur enim Pſalm. 2. *Super Sion montem ſanctum eius.* Quod verò attinet ad ruinas palatij Melchiſedech; dicimus incredibile eſſe tandiu illas duraſſe, vulgique illam eſſe triuialem opinionem vetuſtiſſimos ſemper ſuarum rerum natales, & primordia confingentis. Et cur ea quæſo tam præclari regis veſtigia Ioſephus diligentiſſimus antiquitatum omnium ſuæ patriæ, ſuo etiam tempore, gentium traditionibus conteſtata ſilentio præteriuit? Quod verò de itineris opportunitate affertur, ita diluitur à Ribera. Cùm Abraham eo tempore habitaret iuxta conuallem Mambre, quæ eſt in Hebron, vt habetur *in fine cap.* 13. reuertenti etiam in itinere erat Hieruſalem, & facilè ad eum exire potuit Melchiſedech de Hieruſalem, cùm rex Sodomæ egreſſus fuerit in occurſum eius, quæ remotior erat à via, quàm Hieruſalem. Sic ille. Dici etiam poſſet, Melchiſedech audita fama tam memorabilis victoriæ longiùs ab vrbe prodiiſſe, vt reuertentem de prælio Abrahamum perhumaniter exciperet. Vel ipſum potiùs Abrahamum qui probè teneret, in Hieruſalem Sacerdotem eſſe Dei altiſſimi, de recto itinere deflectentem, adire voluiſſe ſacrum illum locum voti cauſa, & gratias Deo acturum; quod vbi Melchiſedech reſciuit, obuiam foras prodiiſſe in victoris occurſum. Salmer. ſcribit duplicem Salem fuiſſe, & vtramque à Melchiſedech conditam, & eam, quæ prope Iordanem viſebatur, pro ablutionibus; & alteram nempe Hieruſalem pro ſacrificiis. Sed quo id fundamento, haud noui. Et quidem pulcherrimè in Hieruſalē Melchiſedech rex ſimul & Sacerdos extitit, in typum egregium Chriſti Domini, qui poſt multa ſecula in eadem vrbe, ſacroſanctum obtulit ſacrificium ſui corporis, & ſanguinis in Euchariſtia incruentum, in cruce cruentiſſimum: fuítque ſummus Sacerdos, & ſummus rex; vt ait: *Ego autem conſtitutus Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius,* Pſal. 2. In ea quippe vrbe regnauit à ligno Deus, Dicitur etiam perbellè Chriſtus Dominus Rex Salem, Rex pacis: vti ab Iſaia Princeps pacis; pacem enim mundo attulit, imò ipſe eſt pax noſtra; natúſque eſt ex matre ſemper virgine, quæ dicitur pacifica, filia Hieroſalem, Sulamitis, filia pacis. Non bellum Filius & mater nobis indicunt, ſed ad pacem vocant: non iuſtitiam comminantur, ſed miſericordiam impendunt. Quare Filium & matrem plenus omni fiducia peccator ardeat, & illud D. Anſel. *in inuocat. virg.* ſumma cum pietate & lacrymis in conſpectu matris ac Filij effundat. Fugiat ergo reus iuſti Dei, ad piam matrem miſericordis Dei, refugiátque reus offenſæ matris ad pium Filium benignæ matris. Ingerat ſe reus vtrumque inter vtrumque; iniiciat ſe inter pium Filium, & matrem. Pie Domine, parce ſeruo matris tuæ: pia

Domi

Salem duplex ciuitas.
S. Hieron.
S. Anſelm.
S. Epiphan.
Eugub.
Salē eſt Hieruſalem.
Ioſeph.
S. Cyrill.
Procop.
Abul
Clar.
Rib. Salm.
S. Hieron.
Pſalm 75.
Egeſipp.
Iſidor.
Eupolem.
Euſeb.
Pſal 2.
Riber.
Salmer.
*Chriſtus Euchariſtiā inſtituit, & crucifixus eſt, vbi Melchiſedech rex fuit & Sacerdos.*
Pſal. 2.
S. Anſelm.
*Peccator inter Ieſum, & Mariam plenus ſpei.*

Domina parce ſeruo Filij tui, qui me initio inter duas tam immenſas pietates, non incidam inter duas tam potentes ſeueritates: Dic mundi Iudex cui parces; dic mundi reconciliatrix, quem reconciliabis, ſi tu Domine damnas, & tu Domina auerteris homunculum, bona veſtra cum amore, mala ſua cum mœrore confitentem? Hæc Anſelm.

## SECTIO VII.

### *Proferens.*

1. HEbr. הוציא *hoçia*, à radice יצא *iaça*, protulit, adduxit, eduxit. In quo ſignificatur, quod poſtea Paulus adiunxit *7. ad Hebr.* quia obuiauit Abrahæ. hoc eſt, obuius proceſſit; proferre enim & adducere, ſiue educere, motum hauddubiè important. Redeunti à cæde regum Abrahæ obuius occurrit Melchiſedech: in quo duæ præcipuè ſignificantur. Primum ſic obſeruat D. Anſelm. Melchiſedech obuiauit Abrahæ regreſſo à cæde regum, quando Abraham fuit maioris dignitatis habitus apud homines, id eſt, in ipſo triumpho, cùm regrederetur non à fuga, ſed à cæde, non vnius, ſed multorum regum. Hinc enim magna dignitas Melchiſedech oſtenditur, quem Abraham peregrinus in illa terra tantæ dignitatis intellexit, vt dignum iudicaret, ad illum, qui rex & ſacerdos erat, accedere; ac priùs ad illum, quàm ad domum ſuam declinaret. Sic Anſelm. Addit optimè in hanc ſententiam D. Chryſoſtom. *in 7. ad Hebr.* Si is (inquiens) qui typum habuit Chriſti, in tantum, non Iudæis modò, ſed etiam ipſo progenitore Sacerdotum, melior eſt, quid dixerit quiſpiam de veritate? Sic Chryſoſtom. Veritatem appellat Chriſtum, ſummum regem, ſummúmque Sacerdotem, cuius typum geſſit Melchiſedech. Alterum, quod innuitur in hoc Melchiſedech progreſſu, & occurſu, eſt, Chriſtum Dominum ſuperuenturum Abrahamo, & genti illius; gratiam legi; nouum veteri Teſtamento; ſacerdotium Chriſtianum Iudaico, atque adeò ſubiecto Abrahamo, Abramidúmque regno, & Sacerdotio funditus extincto; Chriſti Domini, & Chriſtianæ gentis regnum, & ſacerdotium ſine fine permanſurum. Sed de Sacerdotio inferiùs diſſeremus. Porrò etiam occurrit Melchiſedech Sacerdos Altiſſimi Abrahæ victori ac triumphatori; vt hic agnoſceret, per quem victor euaſerit, & ei ſoli non ſibi gloriam tribueret; vt rectè adnotauit Salmer. Nihil enim ita ſedulò cauendum eſt viris iuſtis, quàm ne poſt aliquod inſigne virtutis facinus inaniter ſibipſi applaudant; ſuæque virtuti referant, quod acceptum Deo aſcribere oportet. Hinc illud D. Gregor. Nazianz. *Orat. 7.* Quod omnium malorum noſtrorum miſerrimum eſt, ſæpè gratia fauſtum parit, & elationem: ſicque à Deo, ad quem acceſſimus, exturbat, & deiicit: atque ita dum extollimur, corruimus. Supra modum peccatum ſcilicet per id, quod bonum eſt, necem mihi affert. Ita Nazianz. Pulchrè adiungit in eandem ſententiam D. Auguſtin. *in Pſalm. 7.* Qui benè didicit vel expertus eſt vitiorum ſuperandorum gradus; intelligit vitium inanis gloriæ vel ſolum, vel maximè cauendum eſſe perfectis. Sciendum verò

Ad Hebr. 7.

S. Anſelm.

*Melchiſedech excellentior, quàm Abraham.*

S. Chryſoſt.

*Extincto regno Iudaico Chriſti regnū æternum ſucceſſit.*

Salmer.

*Deo bona omnia adſcribenda.*

S. Gregor. Nazianz.

S. Aug.

*Inanis gloria de virtute iniuſtitiam, & ignorantiam continet.*

A eſt in hoc inanis gloriæ vitio, dum ſibi quis arrogat, quod à Domino accepit, & iniuſtitiam, & ignorantiam contineri. Iniuſtitiam quidem: nam, vt benè D. Bernard. *ſerm. 83. in Cant.* ait: Quid iniquius ſeruo vſurpante ſibi gloriam Domini ſui? Nónne fur eſt, & latro? Pulchrum illud eſt, quod in hanc ſententiam obſeruat S. Chryſoſtom. *ad cap. 6. Ioann.* vbi Dominus miraculum illud quinque panum operaturus gratias egit. Multitudo (inquit) aderat magna, quam perſuaderi oportebat diuina id fieri voluntate. Quamobrem cùm ſolus facit ſigna, nihil eiuſmodi dicit: præſente autem multitudine, ne
B Deo & Patri aduerſari putaretur, gratias agendo, omnem penitus aufert ſuſpicionem. Ita Chryſ. Diuina ſanè doctrina; qua inſtruimur nihil nobis magnum arrogare, Deo bona omnia aſcribere, Deo pro omnibus bonis gratias habere, ac demum inanis gloriæ choragium, & multitudinis applauſum declinare. aliter Deo & Patri, à quo eſt omne bonum, aduerſamur. Ignorantiam verò, quia ſtultiſſimus eſt, qui aliena, vt ſua iactat, qui alieno veſtitu ornari vult, qui cùm pauperrimus ſit, diuitem ſe reputat; & de opibus ſibi blanditur, quas poſſidere ſe ſomniat. Huiuſce dementiæ arguit Apoſtolus Corinthios, ad quos ironicè ſcribit; *Iam ſaturati*
C *eſtis, iam diuites facti eſtis*, 1. Corinth. 4. Quem locum ſic exponit S. Anſel. Ironicè legendum, non affirmatiuè: *Iam ſaturati eſtis.* Iam, id eſt, antequam ſitis apti ad percipiendam eſcam, ſaturati eſtis ſpirituali cibo doctrinæ, id eſt, videmini vobiſipſis ſufficienter validis ſapientiæ eſcis repleti: & antequam paupertate exuti ſitis, iam vt putatis, ſpiritualiter diuites facti eſtis, id eſt, abundanter animæ diuitiis, quæ ſunt virtutes, repleti? Sic Anſel. Quàm verò id ſit ſtultum, oſtendit eo in loco D. Chryſoſtom. cùm ait: Paucis ſatiari imbecillis eſt animi, & puerilis ingenij à principio omnia ſe accepiſſe arbitrari; & nondum ipſis contactis initiis, ac ſi finem attigerit, ſuperbire. Ita Chryſoſt. At dices, plera-
D que tum naturæ, tum gratiæ dona poſſideo. Vnde obſecro, à te, an à Deo? vtique a Deo. Si ergo (addit Apoſtolus) accepiſti: quid gloriatis, quaſi non acceperis? Etenim; vt ibi obſeruat Theodoret. nemo de alienis depoſitis ſe venditat, aut propterea pluris æſtimat: ſed vigilat, vt ea ſalua cuſtodiat ei, qui tradidit. Theophyl. adiungit. Non enim quempiam decet, vt in his, quæ acceperit, inſoleſcat, quippéque aliena ſunt, & ab aliis collata, non per ſe parta. Sic ille. Nihil ſublimius atque ſanctius poſt Deum, aut eſſe, aut fingi poteſt, quàm ipſa Dei mater: quæ tamen ad Deum, & verè & humiliter ſua omnia referens canit: Quia fecit mihi magna, qui potens eſt, *Luc. 1.* Vnde illud S. Bernard. *ſuper, Salue*
E *Regin.* Regina miſericordiæ dicitur; vt ſoli tribuamus diuinæ miſericordiæ, & non meritis, quod ſuper omnem creaturam ipſa ſanctitate, ac dignitate præcellens reginæ vocabulo, & honore ſublimatur amplius. Ita Bernard. Appoſitè Paulus ibidem præmiſerat vno verbo deſcriptionem iſtius vanitatis, vocans tumorem: Ne vnus (inquit) infletur. Quid hoc eſt, infletur? Egregie declarat D. Chryſoſtom. ad hunc modum. Inflatur, tumidus eſt, cùm alienus, & malus humor abundat. Sic oritur ſuperbia, cum alienæ non aggrediuntur cogitationes. Inflatio tumorem habet ſpiritus corrupti humoris plenum.

S. Bern.

S. Chryſoſt.

1. Cor. 4.
S. Anſelm.

S. Chryſ.

*Noſtra merita & bona ſunt Dei depoſita.*

Theod.

Theoph.

Luc. 1.

S. Bernard.

*S. Maria opus eſt diuinæ miſericordiæ.*

S. Chryſoſt.

Vere

Verè id quidem. Quid enim alicuius, & magis A
*Alienum ab h... miſe. ria ſuperbire.* peregrinum, atque exoticum noſtræ imbecilli-
tati, ac miſeriæ; quàm vel ipſæ cogitationes,
faſtu, arroganria, ſuperbiáque elatæ? Nihil
enim à nobis, nec magnum, nec bonum, nec
ſolidum, nec verum eſt. Mera ipſa vanitas ho-
Pſal. 90. mo. Dauid *Pſalm. 9.* ſagittæ comparauit iſtam
iniquæ atque ſtultæ mentis elationem. A ſagit-
S. Bernard. ta (inquiens) volante in die. Sic enim S. Ber-
nard. *ſerm. 6. in eundem Pſalm.* Time ſagittam,
ſagitta hæc vana gloria eſt. Quis autem volan-
*Inanis gloria ſagitta valde dicitur.* tis iſtius ſagittæ ictum euadet, ipſo in die, ac
ſplendore bonorum operum, quibus acies men-
tis nonnunquam offunditur, ne malum ſibi re-
pentè inſiaum vanitatis, aut diſpiciat, aut effu-
giat? Audi Prophetam. *Scuto circumdabit te veri-* B
*tas eius.* Quaſi dicat, qui ſcuto ſe obarmat,
ſecurus eſt, volantem ſcuto excipit ſagittam, ſcu-
to illiſa ſagitta infringit cuſpidem, hebetat
*Cognitio ſui gloriam inanē expellit.* aciem, retrò incaſſum reſilit. Quódnam verò
ſcutum? Nempe veritatis. Ergo (concludit
S. Bern. S. Bernard.) ſemetipſam nouerit anima, de ſe
teneat veritatem. Enimuero qui ſuæ infirmita-
tis benè conſcius, vel tantulum ſibi quid boni
poterit arrogare? Noſce teipſum, & ſcuto verita-
tis muniris: ſagittam elationis volantem non
timebis. Idem *ſerm. 36. in Cant.* luculenter hac de
te diſſerens hæc demum colligit. Ad ſe humi-
liandum nihil anima inuenire viuacius ſeu ac-
commodatius poteſt, quàm ſi ſe in veritate in- C
uenerit, & ſtatuat ſe ante faciem ſuam, ſuſpi-
tans miſera clamabit ad Dominum: In veritate
Pſal. 118. tua humiliaſti me, *Pſal.* 118. vnde huic iam extol-
lentia oculorum? Vnde leuare caput, &c.

a. Proferens obuiauit Melchiſedech Abrahæ,
vt ſe regem, ac Sacerdotem officioſiſſimo illo
occurſu prudentem, pium, ſanctúmque demon-
ſtraret. Commendatur hinc hoſpitalitatis, &
miſericordiæ erga proximos beneficentia: vti
Iſai 21. apud Iſai. cap. 21. *Occurrentes ſitienti ferte aquam,*
*Hoſpitalitas commendatur.* *qui habitatis terram auſtri, cum panibus occurrite fu-*
S. Hier. *gienti.* Emphaticè dicit, *occurrite*; nimirum (vt ex-
plicat D. Hieron.) Nolite expectare, dunec ipſi
ad vos veniant: ſed imitamini illum euangelicæ
parabulæ patrem; qui occurrit filio reuertenti.
Panes offerte; vt qui laſſi erant, atque confe- D
cti, veſtra miſericordia ſuſtententur, & ad ſedes
veſtras citiùs tranſeant. Sic Hieron. Et hoc qui-
dem ad literam: in myſtico autem ſenſu illud
*Zelus animarum commendatur* benè additur ab eodem: Locus hic propriè ad-
uerſus eos intelligi poteſt, qui tradentes ſe otio,
atque deſidiæ propria ſalute contenti ſunt, nec
pœnitentibus atque conuerſis porrigunt ma-
num. Sic Hieronym. Huc etiam pertinet quod
Iſai 35. idem Iſai. cap. 35. inculcat: *Confortate manus diſ-*
*ſolutas, & genua debilia roborate.* Sed horum ver-
borum, præter caritatis opus, quod in iis ſigni-
ficatur, ſenſus etiam peraccommodus eſt, quem
S. Hieron. elicit D. Hieronym. ad hunc modum. Apoſtolis
præcipitur, vt confortent manus in genibus
diſſolutas: & genua debilia roborent. Vt qui E
priùs manibus diſſolutis opus Dei facere non
poterant, & aridam habebant dexteram, exten-
dant eam ad bona opera: & qui dudum inter
idola diuerſis erroribus claudicabant, firmo ſu-
*Peccator deſes ad orandum, & operandū.* per veritatem incedant gradu. Hæc Hieronym.
Obſerua duo hæc eſſe, in quibus vel maximè
oſtenditur, peccatoris ad virtutis, & pietatis
ſtudium imbecillitas, aut voluntarius potiùs
languor, & deſidia: ſcilicet manus habere ari-

A das, & genua debilia. Nec enim ad bona opera
manus admouet, neque ad orationis exercita-
tionem ſeſe inflectit: neſcit, aut non vult operari,
& orare. Ad vtrumque expeditè obeundum apo-
ſtolico exemplo, & conſilio inuitatur. Verùm
vt ad occurſum Melchiſedech redeamus, in quo
hoſpitalitatem commendari diximus; conſimili Ad Rom. 12.
verbo vſus eſt Apoſtolus ad Rom. 12. cùm inter
alia monita hoc apponit: *Hoſpitalitatem ſectan-*
*tes.* Quàm benè congruunt, ſectari & occurre- S. Anſelm.
re, ſiue obuiare? Non ſolùm enim (declarat D.
Anſel.) venientes ad domum veſtram hoſpites
ſuſcipiatis, ſed etiam ſectemini, ac perquiratis
eos vbique; ne fortè in plateis alicubi ſedeant,
ne extra tectum iaceant. Similiter Theopyl. Non Theophyl.
B dixit (ait) tractantes, ſed ſectantes. Vt nos in- *Hoſpites perquirendi.*
ſtruat nil expectandum fore, vt nos adeant pau-
peres: ſed occurrendum iis potiùs eſſe; inſuper,
& perſequendos hos eſſe, vt Abraham, & Loth
feciſſe memoria proditum eſt. Sic ille. Facilè au-
tem huiuſce beneficentiæ amor inſidebit men-
tibus hominum, ſi quod inde percipitur emo-
lumentum, dignè (vt à Paulo innuitur) expen-
dat; ait enim: Neceſſitatibus ſanctorum com-
municantes. Cuius loci optima hæc eſt inter-
pretatio Theophylacti. De eleemoſyna memi- Theophyl.
nit, quæ in ipſos fideles confertur, quos ap- *Grande lucrū ex eleemoſyna.*
pellat ſanctos. Nec ſolùm (inquit) neceſſitati-
bus iſtorum ſubuenire; quin velim, & par-
ticipes ſitis: arguens pro mercimonio id haberi
C oportere, cuius & lucrum commune ſit conceſ-
ſurum. Siquidem tibi tribuenti argentum, illi
contrà daturi ſunt cælum: ſic ſanè cum nummis
cæleſtia commutabis. Nec deliciis ſanctorum
dixit, ſed neceſſitatibus occurrendum, vt ociùs
impetret, quod hortatur. Nam quo pacto non *Crudeles qui non ſubueniūt neceſſitatibus fideliū.*
inhumani, vel immanes potiùs videri debent,
qui ſanctorum non ſubueniant indigentiæ? Ha-
ctenus ille. Cæterùm hîc à Paulo non in quoſli-
bet pauperes eleemoſyna commendatur, etiamſi
laudabilis & ſancta ſit; ſed nominatim quæ fit
in eos, qui ſe pauperes pro Chriſto fecerunt.
Sic enim explicat S. Hieronym. Miniſtrate eis, S. Hieron.
qui propter Chriſtum ſua omnia contemnen-
tes, alienis ad tempus indigent miniſteriis. No-
D ta ſanctos dici, qui paupertatem euangelicam
profitentur.

3. Præterea occurrit Melchiſedech redeunti
Abrahæ ex prælio, & de hoſtibus victis trium-
phanti, vt tantam illi victoriæ laudem gratula-
retur. Quod eſt non vulgare virtutis & excelſi
animi argumentum; gaudere ſcilicet (vt lo-
quitur Paul. *ad Rom.* 12.) cum gaudentibus. Et Ad Rom. 12.
iuuat Caiet. Vti gaudentium bono iubet gau- Caiet.
dendo. Hoc enim præſtat caritas, vt aliena bo-
na ſua quis efficiat, collætando ipſorum poſſeſ-
ſori. Quod verò diximus excelſi animi eſſe Theoph.
gaudere cum gaudentibus, ſic oſtendit Theo- *Caritas facit ſua bona aliena.*
phyl. ad hunc locum Apoſtoli: Mira opus eſt
animi magnitudine, vt non modò careamus in-
E uidia, ſed etiam ad gaudere poſſimus lætitia
exultantibus: per id namque arguitur animus
omni prorſus inuidia liber. Siquidem longè ma-
ius eſt gaudentibus congratulari, quàm edere
cum flentibus gemitum: lacrymas namque na-
tura ſuggerit, & ad commiſerandum faciles
reddit. Sic ille. Nullum fortaſſe vitium reddit
hominem æquè abiectum, & contemptibilem, *Inuidia de fratris ſalute.*
atque inuidia, quod probè intelligens D. Chry-
ſoſtom. colligit *homil. 31. in 1. ad Corinth.* Nun- S. Chryſ.
quam

quam egenum ita paupertatis ſarcina premit, vt inuidum felicitas fratris. Quinetiam perbelle indicat, quàm ſit execrabile malum, cuius quidpiam ſimile, nec in ipſo reperitur cacodæmone. Inuidet (inquit) ſatan, ſed hominibus, ſocio autem nemini; tu verò homo cùm ſis, hominibus inuides, odium aduersùs genus commune exerces; quod ne ſatan quidem facit. Addit inſuper, & in hac,& in altera vita, priuari inuidum omni ſolatio. Etenim (ait) inacceſſum hac tabe laborantibus cælum eſt;nec cælum modò non patet, ſed ne vita quidem:hac frui licet: cùm inuida ſit ſcelerata febris oſſa conſumens.Ita Chryſoſtom.

*Inuidia maior in homine, quàm in diabolo.*

Ar quantu erit grauius ac deteſtabilius, non modò non gaudere cum gaudentibus; ſed verò etiã gaudere cum flentibus,& alienis paſci calamitatibus? Meritò dolet S.Hieron. noſtram hanc infelicitatem ad locum Pauli indicatum hoc modo.Hinc oſtendimus nos, qui talia facimus, de corpore Chriſti non eſſe; peruerſo modo flemus cum gaudentibus, & gaudemus cum flentibus. Si quis laudatus fuerit, contriſtamur: ſi quis ceciderit, exultamus. Opportunè ad hunc locum illud ſeſe offert, quod luculenter à Clem. Alex. *Stromat.2.* obſeruatum legimus, hiſce verbis. Exod.23. dicitur: Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti,reduc ad eum:ſi videris aſinum odientis te iacere ſub onere, non pertranſibis, ſed ſubleuabis cum eo. Eminus ergo docet nos Dominus, non amplecti exultationem in malis, neque inimicorum inſultare miſeriis, atque lætari: vt in his exercitatos pro inimicis quoque doceat orare. Ita Clemens. O pulchetrima illa virtutum omnium Regina caritas, quæ (vt Paul. ait 1.*Corinth.*13.)non æmulatur,benigna eſt, non irritatur, non cogitat,quæ ſua ſunt, non gaudet iniquitati, congaudet autem veritati, &c. Quocirca eleganter ac verè colligit D. Chryſoſtom. *homil.32.in 1.ad Corinth.* Coniunctas (inquiens) moleſtias cæteræ virtutes habent: caritas autem cum lucro voluptatem ingentem habet, laborem nullum,velut quædam frugi apicula, bona vndique collecta in amantis animam comportat. Ita Chryſoſt. Porrò autem, qui ſeminant in lacrymis, cum exultatione metent:euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua, venientes autem venient, cum exultatione portantes manipulos ſuos; canit regius Vates *Pſal.*125.Abraham quidem cum ingenti mœrore ad bellum profectus Loth nepotem abactum in captiuitatem deflebat; atque ſe ipſe Loth impenſiùs lamẽtabatur. Ergo ambo redeunt cum exultatione,victor ille, iſte liber: experiturque Loth & Dei iuſtitiam, qua ſanè punitus inter Palæſtinos idololatras, miſerabili addictus eſt ſeruitute, & Dei miſericordiam, quam tam citò ac feliciter in libertatem eſt vindicatus. Vtriuſque rei egregium Dominus præbebat documentum Hebræis in deſerto peregrinatibus; ſcribitur enim: Dominus præcedebat eos per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, *Exod.*13. Nube quidem miſericodia, igne autem iuſtitia ſignificatur.Quare optimè in eandem ſententiam ita diſſerit S.Gregorius. In igne & nube per deſerta gradientibus Dominus apparet, quia mentes contemplantium ſe in hac exilij peregrinatione etſi aliquando terret de iuſtitiæ pauore, deiectas erigit blandimento protectionis. Quia qui in igne terroris aſpicitur, in nube etiam dilectionis exhibetur. Ita Gregorius. Suos quidem Dominus fideles in hac vita alternis bonorum &

*S.Hieron. Non lætandũ de malis aliorum.*

*Clem. Alex.*

*Exod.23.*

*1.Cor.13.*

*S. Chryſoſt. Sola caritas cum lucro voluptatem habet.*

*Pſal.125.*

*Exod.13.*

*S.Gregor. Deus miſericordia, & iuſtitia vtitur erga ſuos.*



malorum euentibus exercet, vt nec inſoleſcant, nec deprimantur. Hanc tam ſtupendam Abrahami victoriam, & Lothi felicitatem ouando, & exultando gratulatur Melchiſedech. Sed hæc omnia in figuris contingebant illis. Enimuero noſter verus Melchiſedech Chriſtus Dominus, cùm beatos prædicarit, qui perſecutionem patiuntur, non tamen occurrit ouans ſuis triumphantibus, niſi cùm per multas paſſiones, atque per ignem & aquam tranſeuntes redeunt è certamine patiendi, non feriendi. Quinetiam ipſi Apoſtoli ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati, *Actorum ſexto.* Hæc dignitas eſt diſcipulorum Chriſti, ait D. Chryſoſt. Huius tam admirandæ in mediis periculis, atque in flammis tribulationum lætitiæ, illuſtriſſimum teſtimonium cernere licet, in Paulo & Sila, qui multis confecti plagis, vincti cuſtodiebantur in tenebricoſo carcere, haud dubiè in paribulum ſequenti die agendi. Media autem nocte (ſcribitur *Actorum* 16.) Paulus & Silas orantes laudabant Deum. Vbi ſic D. Chryſoſtomus.Fortaſſis propterea inſomnes permanſerunt, quoniam in periculis fuerunt. Nunquid ſomni tyrannis illos cepit? Nunquid dolor inflexit? nunquid metus conſternatos reddidit? atqui hæc, quæ illos excitabant, alacreſque faciebant, etiam magna voluptate implebant. Itaque iuxta S.Chryſoſtomum Apoſtolus,& Sila ex alacritate ac nimiu gaudio,quòd paterentur vinculorum acerbitatem, & mortem in craſtino ſubeundam expectarent pro Chriſto Domino; tota nocte ſomnũ capere non potuerunt. Vtrumque locum vberiùs & elegantiùs pertractat idem Chryſoſtomus *homilia octaua ad Epheſ.*vbi de tribulationibus Pauli, & diſcipulorum diſſerens hæc appoſuit. Etiamſi nullam haberet mercedem res iſta:hoc tamen ſolum magnum eſt præmium, hoc multa retributio, quòd iſta mala propter dilectum feruntur. Alijs quidem ridiculum videtur,quòd probris affici, dignitatem & honorem; contumeliam ferre, gaudium eſſe dicimus. Chriſti verò deſiderium non ignorantibus omnium iſtud feliciſſimum habitum eſt. Non eſt ideo bonum pro Chriſto ligari quòd inde regnum cælorum acquiritur; ſed ideo bonum, quòd pro Chriſto fit: non ideo beata prædico vincula,quòd in cælum deſtinãt ligatũ, ſed quòd pro cæli Domino ferũtur.Hactenus S.Chry.Hæc planè ſumma eſt Chriſtiani amoris erga Deum.

*Actor 6.*

*Alacritas in tribulatione.*

*Actor 16. S.Chryſ.*

*Dulce elogio notum etiã Chriſto.*

*Summa Chriſtiani amoris erga Deum.*

4.*Proferens.*) Iam nunc germanum iſtius verbi ac loci ſignificatum aggrediamur. Hac voce, vt rituali, etiam vtitur diuina Scriptura *Iud.* 6. vbi legimus: *Ne recedas à me, donec reuertar ad te, portans ſacrificiũ,& offerens tibi.* Verba ſunt Gedeonis ad Angelũ Domini. Hebr.והצאתי את־מנחתי *vehocethi,et-minchathi*; & adducam, ſiue offeram ſacrificium meum, munus meum. LXX. οἴσω τὴν θυσίαν μου, καὶ θήσω, feram ſacrificium meum. D. Auguſt. *quæſt.*35. vertit, offeram. Vbi etiam hæc addit. Gedeon non ait Angelo: Offeram tibi ſacrificium; ſed ait:Offeram ſacrificium meum, & ponam in conſpectu tuo. Vnde intelligendum eſt non eum Angelo, ſed per Angelum ſacrificium offerre voluiſſe. Prius ergo tanquam cum homine loquebatur, quem tamen hominem Dei credidit, vt coram ipſo ſacrificium vellet offerre, velut adiuuandus præſentia eius ſanctitatis. Hæc Auguſtin. Vide quantum conferat præſentia iuſti, & ſancti viri, vt Dominus noſtras pre-

*Iud.6.*

*S August.*

*Valor iuſti præſtitus vt Deus exaudiat noſtras preces.*

Galat.

Genebrard.

ces ac munera beneuolentiore vultu ſuſcipiat. A Idipſum intelligunt plerique Rabbinorum, vt referût Galatin. *lib.* 10. *de arcanis*. Genebrat. *Chron.* 3. *ætat. ad initiũ*. At Ioſephus, & alij Hebræi, nihil hic de ſacrificio Melchiſedech interpretantur: ſolum enim agnoſcũt morem illum antiquorum redeuntes è prælio excipiendi prolatis coram cibariis, quibus defatigati recrearentur. Ita cùm Gedeon, bello perſequens Madianitas fugientes, peteret à viris vrbis Socoth reficiendo militi cibos, reſponderunt illi: Nunquid manus Zeb & Salmana iam eſt in manu tua, vt tradamus exercitui tuo panes? *Iud.* 8. quo ſignificant haud moris eſſe obuiam ire cum cibo militibus reficiendis, niſi, vbi iam prælio confecto rediſſent. Quo- B circa obſeruat hic Hug. Vict. apud priſcos oblationem panis & vini, venientibus ex bello beneuolentiæ, & pacis fuiſſe ſymbolum. Certè licèt nihil belli exiſteret, eo tantùm, quòd longinquo itinere defatigati venirẽt hoſpites; vſitatiſſimus illis gentibus mos erat aduenientibus occurrere, & alimenta, potúmque præbere: quam humanitatem, quia Amonitæ & Moabitæ peregrinantibus Hebræis non præſtiterunt, diuina maledictione feriuntur, *Deuter.* 23. Quia noluerunt (inquit Dominus) vobis occurrere cum pane, & aqua in via, quando egreſſi eſtis de Ægypto. At dices *ex cap.* 2. conſtat Moabitas venales propoſuiſſe cibos, ac potum ſimiliter: quorſum hic ſubnotantur, quòd non occurrerint cum pane & aqua? Reſpondent Hebræi viros tantùm maledicto Dei perſtringi, quippe armati ſeſe intra oppida continuerunt, miſſis interim fœminis, quæ producerent Hebræorum caſtris cibaria pretio redimenda. Sed fortaſſe idcirco damnantur, eo quòd iuxta conſuetudinem illa ætate receptiſſimam non occurrerint ad excipiendos peregrinos oblatis cibariis, idque gratis ex ſola quadam naturali humanitate, ſed ea venalia propoſuerint. Præter illam cauſam diuinæ maledictionis duas alias colligit Theodoret. *quæſt.* 26. *in Deuter.* ob quas Dominus vetat in perpetuum Hebræis communicare cum Amonitis & Moabitis. Primò (inquit) propter infectam eorum radicem, cùm ex illegitimo congreſſu nati ſint. Secundò propter impietatem, ad quam tentauerunt adducere Iſraëlitas, adornantes fœminas, & per eas ad cultum idolorum illos, inſtar venantiũ, allicientes. Sic ille. Sed quod attinet ad præſentem locum de hoſpitalitate: ibidem Dominus (vt ait Theodoretus) cum Ægyptio conuerſari iubet poſt tertiam generationem, tanquam cum benefico tempore opportuno. Vrgente enim fame patres noſtri accedentes ab Ægyptiis acceperunt alimenta. Lex autem docet antiqui beneficij non obliuiſci. Hanc igitur comitatem, & beneuolentiam ſolam in Melchiſedech agnoſcunt Ioſephus, & alij Hebræi, quos ſequitur Caiet. Cæterùm communis omnium Patrum, Doctorum, & interpretum catholicorum ſentẽtia tenet hîc euidenter agi de ſacrificio panis & vini, quo vtebatur Melchiſedech, non autem cæſarum pecudum hoſtiis. Longum eſſet omnia in hanc veritatem aſſerentium, vel nomina, vel dicta recenſere: videat qui volet apud Bellarm. & alios, qui catholicè diſputant de ſacrificio, & ſacramento admirabili ſacroſanctæ Euchariſtiæ contra hæreticos noſtri temporis. Nobis verò in hoc commentandi ſtudio ſatis erit illa ſententia D. Auguſt. *lib.* 16. *de ciuit. cap.* 22. Ibi (inquit) primùm apparuit ſacrificium quod nunc à Chriſtianis

Iud. 8.

Hug. Vict.

*Hoſpitalitas vſitata antiquis.*

Deuter. 23.

Deut. 2.

Theod.

Bellarm.

S. Auguſt.

A offertur Deo toto orbe terrarum: Impletúmque illud, quod longè poſt hoc factum per Prophetam dicitur ad Chriſtum, qui fuerat venturus in carnem: Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech: non ſcilicet ſecundùm ordinem Aaron: qui ordo fuerat auferendus illuceſcentibus rebus, quæ illis vmbris prænotabantur. Hæc Auguſtinus. Quinetiam Philo Hebræus *lib. de Abraham*, ſacrificium hîc intelligit, ſic enim ait: Cùm aduenientem lætis gratulationibus accepiſſet, manúſque ad cælũ tendens fauſta illi precatus eſſet: mactatis victimis ſplendidum epulum ſociis omnibus dedit. Sic ille. Priùs igitur ex ſententia Philonis ſacrifi- B cium obtulit, deinde epulum ex ipſo præbuit. Porrò nomine victimarum non intelligitur pecudum immolatio, cùm Melchiſedech incruento ſacrificio vteretur: ponitur enim mactare victimas pro ſacrificare; quòd apud omnes penè gentes mos eſſet ſacrificare mactando pecudes.

*Melchiſedech ſacrificium panis & vini.*

Philo.

5. Quamobrem tria referuntur hoc loco de Melchiſedech, omnia ſacerdotalia, benedicere ſcilicet, & decimas ſuſcipere, & cum illis coniunctim proferre panem & vinum; quod ſimiliter, vt illa, rituale eſt: ac trium iſtorum ratio ſubiicitur: Erat enim ſacerdos Dei Altiſſimi. Nam particula Hebr. (*van*) quam Caietanus hic vertit, *&*, frequentiſſimè cauſalis eſt, non C copulatiua. Sic Geneſ. 20. *En morieris propter mulierem, quam tuliſti, habet enim virum.* Hebraicè (*van*) & ipſa habet virum, Pſalmo 142. *Non auertas faciem tuam à me, & ero ſimilis deſcendentibus in lacum.* Vbi illud, *&*, *van*; cauſam denotat, quia, &c. Iſaiæ 64. *Iratus es, quia peccauimus tibi.* Hebr. (*van*) & peccauimus tibi. quo etiam loquendi more Eliſabeth Virginem Dei matrem affatur, Lucæ 1, *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Et, pro, quia, vt Theophyl. aduotauit, Ianſenius, & alij; quod etiam videtur intellexiſſe D. Bernard. cùm hæc eadem verba Eliſabeth explanans, ſic ait *homilia tertia, ſuper Miſſus eſt.* Non quia tu benedicta, D ideo benedictus fructus ventris tui, ſed quia ille te præuenit in benedictione dulcedinis, ideo tu benedicta. Sic ille. Etenim, vt benè Sophron. aduertit, omnibus cæleſtibus Virgo eſt oppignorata muneribus, vt digna mater Dei fieret. Nempe (quod piè, doctéque obſeruat D. Anſelmus *libro de concept. virgin. capite* 18.) decẽs erat vt ea puritate, qua maior ſub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus pater vnicum Filium ſuum, quem de corde ſuo æqualem ſibi genitum, tanquam ſeipſum, diligebat, ita dare diſponebat, vt naturaliter eſſet vnus, idémque communis Dei patris, & virginis Filius; & quam ipſe Filius ſubſtantialiter facere ſibi matrem eligebat, & de qua Spiritus ſanctus volebat, & operaturus erat, vt conciperetur, & naſceretur ille, E de quo procedebat. Hæc Anſelm. Quod non de puritate ſolùm animæ, & corporis, ſed de tota (vt latè ſe diffundit) ſanctitate Virginis accipi debet. In hac doctrina perbellè coniunguntur tria ſumma capita, è quibus omnes gratiæ & prærogatiuæ Virginis Deiparæ oriuntur: nimirum talis extitit tam incomparabili ſanctitate, & donis omnibus incomprehenſibilis, qualem oportebat ſibi efficeret Pater filiam, Filius matrẽ, Spiritus ſanctus ſponſam: nã in omnibus tribus diuinæ Trinitatis perſonis mirus amor erga virginem, vt Patris in filiam, vt filij in matrem, vt ſponſi in ſponſam, cum infinita omnipotẽtia coniunctus videbatur

*Tria ſacerdotalia dicuntur de Melchiſedech.*

Gen. 20.

Pſal. 142.

Iſai. 64.

Luc. 1.

*Et, pro quia apud Hebræos.*

Theophyl.

Ianſen.

S. Bern.

S. Anſelm.

*Tota Trinitas ſuſcepit illuſtrandam S. Mariam, vt eſſet mater Dei.*

Neque

Neque verò calumnietur aliquis, velut importunam, huiuſmodi de Virgine Dei matre digreſſionem: nam & viatores itinere longo defeſſi è recta via deflectere nonnunquam ſolent, maximè ſi arborem offendant, ſub cuius vmbra pauliſper conſideant. Id planè nobis tam diuturno commentandi labore iam æſtuantibus, atque anhelantibus contigit. Ad aliqualem interea captandam animi, & virium requietem in medio ipſo itinere conſedimus. Opportunè ſiquidem virgam illam Ieſſe inuenimus obumbrante Spiritus ſancti gratia lætiſſimam & amœniſſimam; arborem vitæ benedictam, cuius benedictus fructus ventris. Benedictus (inquit D. Bern. *homilia indicata*) in ſapore, benedictus in odore, benedictus in ſpecie; & ipſe fructus de ſe inuitans nos ad ſe, qui edit me (ait) adhuc eſuriet, & qui bibit me, adhuc ſitiet; vtique propter dulcedinem, hoc dicit, qui ſemel guſtatus magis excitat appetitum. Sic ille. Sed iam paululum recreati ad ſolitum itineris laborem reuertamur.

*Sub vmbra S. Mariæ arboris vitæ conſidendum.*

S. Bern.

Eccl. 24.

*S. Maria benedictus fructus.*

6. *Proferens panem.*] Veroſimile eſt, quod boni autores tradunt, Melchiſedech obtuliſſe quidem in ſacrificio, vt de more habebat, panem & vinum; & vtroque ita ſacro Abrahamum, & ſocios paui ſſe. Sic Clem. Alexād. *lib. 4. Stromat. ad finem.* Melchiſedech (inquit) ſacerdos Dei altiſſimi vinum & panem ſanctificatum dedit nutrimentum, in typum Eucharistiæ. Eadem videtur eſſe ſententia Theodoret. qui *Gen. 9. 63.* ita concludit. Quoniam Melchiſedech typum gerebat ſacerdotij Dominici: iccirco panem, vinum, & maſſam farinæ dedit Abrahæ, ſiquidem moris erat Deo omnium talia offerre: animaduertebat, & in hoc typum patefieri. Sic ille. Idem planè, vt paulo antè præmiſimus, ſcripſit Philo. Primò ſcilicet ſacrificaſſe Melchiſedech, & de ſacrificio ipſo epulum Abrahamo, & ſociis appoſuiſſe. Cæterùm quicquid de huiuſmodi epulo ſit, hoc vnum ratum, & conſtans in Eccleſia Dei habetur (vbi enim eſt tam mirabilis omnium Patrum & Doctorum conſenſus, támque aperta Scripturarum ſignificatio, totius profectò Eccleſiæ ſententia iudicatur) Melchiſedech panem & vinum protuliſſe, vt ea ſacrificaret Deo, atque adeò materiam ſacrificij Melchiſedech panem eſſe, & vinum. Atque his conſtitutis addendum eſt Melchiſedech hoc ſacrificium Deo obtuliſſe in gratiarum actionem pro victoria Abrahæ. Quem laudatiſſimum morem antiquorum Patrum frequenter legimus; vt ſcilicet beneficio aliquo diuinitus accepto ſtatim pro gratiis Deo habendis offerrent victimas, hymnóſque de diuinis laudibus concinerent. Quod vnum eſt inter euidentiora verè iuſti, & Deum ritè colentis animi ſigna, quæ ſolent exhiberi. Præclarus ad hoc probandum ſeſe offert locus ex 16. *Actor.* Comprehenſi Paulus, & Silas in vrbe Macedoniæ Philippis, ac multis conciſi vulneribus in carcere tenebantur. Media autem nocte (inquit Luc.) Paulus & Silas orantes laudabant Deum, ſubitò terræmotus factus eſt, ita vt mouerentur fundamenta carceris, & ſtatim aperta ſunt omnia oſtia, & vniuerſorum vincula ſoluta ſunt. Expergefactus autem cuſtos carceris, & videns ianuas apertas carceris, euaginato gladio volebat ſe interficere, æſtimans fugiſſe vinctos. Hunc locum diſertè pertractat D. Chryſoſt. *homil. 8. ad Epheſ.* atque inprimis occurrit obiicienti. Cur ergo nō omnes vincti fugerunt, ſi vinculis ſe viderunt ſolutos, & aperta carceris oſtia? Sed iſtud (in-

Clem. Alex.

Theod.

*Melchiſedech panem & vinum ſacrificauit, & illis pauit Abrah.*

Philo.

*Gratiæ Deo habendæ pro beneficiis.*

Act. 16.

S. Chryſ.

*Exponitur miraculum de Paulo & Sila in carcere.*



quiens) propter carceris duntaxat cuſtodem factum eſt, non ad oſtentationem, ſed ad illius ſalutem. Quod enim reliqui vincti ſe iam ſolutos eſſe ignorauerint, ex ipſis Pauli verbis liquet. Clamauit autem voce magna: Nihil tibi mali feceris, vniuerſi enim hîc ſumus. Vtique non omnes intus fuiſſent, ſi & ianuas vidiſſent apertas, & ſeipſos iam ſolutos. Cùm enim ſoleant, & parietes perfodere, & tectorum faſtigia tranſire, & cum ipſis quoque vinculis, nihil non, quò effugiant, audere: intus conſiſtere vtique non ſuſtinuiſſent, ſolutis iam vinculis, ac ianuis apertis; denique & ipſo cuſtode altum dormiente. Verùm pro vinculis ferreis erat illis vinculum ſomni, ad hoc, vt res iſta fieret, & nihil damni ab hoc miraculo, ſaluando accederet carceris cuſtodi. Hæc Chryſoſt. qui exiſtimat alto adhuc reliquos vinctos ſomno conſopitos non ſe vidiſſe compedibus liberos, & carcerem patefactum. Quid? & tam immani illo terræmotu excitati non ſunt? Quorſum ergo tantus ille fragor? Ad hoc videlicet (reſpondet Chryſoſt.) motum eſt carceris ædificium, vt ad rei geſtæ ſpectaculum excitaretur carceris cuſtos: nam is ſolus dignus erat, qui ſaluaretur. Sed quódnam iſtud ſpectaculum? Scilicet: In carcere orantes laudabant Dominum. Dignum quippe toto orbis theatro erat ſpectaculum; homines flagris dilaceratos, & catenis conſtrictos inter acerbiſſimos vulnerum dolores media nocte inuigilare diuinis laudibus, gratiáſque Deo, pro cuius amore patiebantur, agere decantando. Mira ſanè vis in miraculo eſt ad conuertendos hominum animos: vnde optimè à S. Gregor. Nazianz. vocatur ſecuris ad radicem arboris poſita. Venti enim & quælibet aliæ temporum iniuriæ mouere ſolent arborem, rarò autem euellunt. At vbi ſecuris ad radicem ponitur, haud dubiè tota excinditur moles arborea. Sed adhuc maior eſt difficultas, quā egregiè proponit ac diluit ſanctiſſimus Pater: Quomodo (inquit) cuſtos carceris non magis æſtimauit rem iſtam præſtigio & incantatione factam, vt eo magis Paulum & Silam cohibuiſſet, & ſua eiulatione abſtinuiſſet? ne tale quid cogitaret, contulit maximè, quòd audiuit illos Deum laudantes: tales itaque hymnos non nouerunt incantatores. Sic ille. Itaque gratiarum actio, Deíque laudatio, vt iuſtis & ſanctis viris familiaris eſt: ita prorſus à dæmone illiúſque adminiſtris aliena, etiam homini Ethnico, videtur.

S. Chryſ.

*Miraculo Ethnicus conuertitur.*

S. Chryſ.

*Laudatio Dei propria ſanctorum etiam inter labores.*

*Laudare Deū nec diabolus, nec illius miniſtri norunt.*

7. Addo etiam argui optimè poſſe ex diuinis laudibus non modò nihil magicum ac diabolicum ibi exiſtere; ſed & ſeruos Dei, ſupra omnem naturam erectos, hoc vno charactere inſignitos demonſtrari. Vincti (vt legimus *Daniel. 3.*) tres illi adoleſcentes ab impio Rege Babylonis miſſi ſunt in fornacem ignis ardentis: at ibi ſoluti vinculis inter flammas diuinitus irroratas ſuauiſſimè concinebant; nimirum (vt D. Chryſoſt. *homilia indicata* obſeruat) hoc ipſo ſaluati ſunt, quòd Deum laudarunt. Alacritatem eorum reueritus eſt ipſe ignis: poſtremò reueritus eſt, & odam illam admirabilem, & diuinæ laudis concentus. Quinetiam Rex vidit illos ſolutos, & accidit illis, audiuit pſallentes, & amicā & ſuauem vocem edebat: Sidrach, Miſac & Abdenagō ſerui Dei altiſſimi egredimini, & venite; ſuauiſſima voce illos appellauit ſeruos Dei: hoc ipſo potiſſimùm blandiendo, illos veneratus eſt: ſi enim ideo ignem ingreſſi ſunt, vt ſerui Dei manerent, non potuit illis vox alia ſuauior eſſe, quàm hæc

Dan. 3.

S. Chryſ.

*Miracula ſunt propter laudes Deo exhibitas.*

*[marg.: Ipſi in ſuis hymnis glorificant, quòd ſerui Dei.]*

ipſi. Nam non ita gauiſi fuiſſent, ſi vel reges eos, vel orbis dominos vocaſſet, atque quod dixit, ſerui Dei altiſſimi. Hactenus S. Chryſoſt. Hinc colliges ex Dei laudatione, & gratiarum actione tot illa miracula orta fuiſſe: quod ad lucam *Actor.* 16. ita etiam colligit Beda. Deuotio ſimul Apoſtolici pectoris, & virtus exprimitur orationis: cùm & illi hymnos in imo carcere cecinerint; & eorum laus tertam carceris commouerit, & fundamenta concuſſerit, & aperuerit oſtia, atque ipſas poſtremò vinculatorum catenas reſoluerit. Itaque fidelis omne gaudium exiſtimat, cùm in tentationes varias inciderit, libenter gloriatur in infirmitatibus ſuis, & inter carceris tenebras hymnizat & cantat: Tu es mihi refugium à preſſura, quæ circumdedit me, exultatio me, *Pſal.* 31. Sic ille. Collige nihil deinde tam admirandum, quàm hominem in periculis inter flammas tribulationum gratias, hymnúſque Deo concinere: nullo alio euidentiùs ſigno exprimi ſeruos Dei; omnium denique illis eſſe cùm ſuauiſſimum, tum præcellentiſſimum, ſi appellentur ſerui Dei: vnde ſatis magnum, & præclarum de ſuo incendio præmium reportare ſibi videbantur ſanctiſſimi adoleſcentes, quòd ſerui Dei altiſſimi vocarentur. Hunc tam admirabilem ſibi comparat titulum, qui Deo per ſacrificia, & laudationum hymnos ſeruum ſe profitetur: ampliúſque exinde illud aſſequitur, quod Clemens Alexand. 4. *Stromat.* prodidit hiſce verbis. Quomodo qui in mari ab anchuris ſtabiliuntur, trahunt quidem anchoram, non illam attrahunt, ſed ſeipſos ad anchoram: ita qui per vitam, quæ proficiſcitur à cognitione, Deum attrahunt imprudentes, & non aduertentes ſeipſos ad Deum adducunt. Qui enim Deum colit, ſeipſum colit. In vita ergo quæ verſatur in contemplatione, ſui quis curam gerit, dum Deum veneratur, & per ſuam ſinceram purgationem Deum ſanctum contemplatus ad impatibilitatem deductus homo, Deus efficitur, citra vllum inquinamentum. Hæc omnia Clem. Vocat impatibilitatem, hoc eſt, mentis quandam immunitatem à cupiditatibus: patibilitas enim (inquit) eſt per quodvis genus cupiditatis. Illud etiam non eſt prætereundum quantum noſtra interſit Deum colere & honorare, cùm in eo ipſo noſipſos colamus & honoremus. Denique tam grata Deo ſit ipſius à nobis laudatio, vt ſacrificium vocet. Viamque ad Chriſtum ipſum, qui noſtra ſalus, & vita eſt, deducentem. Sic Pſal. 49. *Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei.* Symm. vertit, ſacrificans ſuper laude honorificabit me, & modeſtè eunti diuinam ſalutem oſtendam. LXX. vt refert Theodoret. ſacrificio laudis oblector, & hoc arbitror gloriam mihi eſſe congruentem, & per hoc meum iter oſtendam ei, cuius finis eſt ſalus à Deo obtenta. Noſtram verſionem declarat D. Hieron. In hoc (inquiens) ſacrificio laudis indicat viam, quæ ducit ad vitã, id eſt, Chriſtum. Cæterùm & hîc aliud intelligi poteſt ſacrificium laudis. Legit enim, ex Hebræo D. Hieron. Qui immolat confeſſionem, glorificat me, & qui ordinat viam, oſtendam ei ſalutare Dei. Eſt plane cõfeſſio peccatorum gratiſſimum Deo offenſo ſacrificiũ: quo ille mactatis & combuſtis in holocauſtum noſtris ſceleribus ſummè colitur. Vbi etiam pœnitens nouam, & rectam ingreditur viam, quæ ducit ad vitam. Deinde ſacrificium laudis dicitur cõfeſſio & pœnitentia, quia ſumma laus eſt diuini Spiritus ex eo, quòd

*[marg.: Beda.]*
*[marg.: Clem. Alex.]*
*[marg.: Seipſum honorat qui Deũ colit.]*
*[marg.: Laudatio Dei ſacrificium, & iter ad vitam.]*
*[marg.: Pſal. 49.]*
*[marg.: Theodor.]*
*[marg.: S. Hieron.]*
*[marg.: S. Hieron.]*
*[marg.: Confeſſio ſacrificium, & via ad vitã.]*

mortuum in peccatis ad vitam gratiæ ſuæ reuocarit. Nam (vt bene obſeruat S. Cyril. Hieroſol. *Catech.* 16.) quemadmodum aridum lignum aqua participans flores emittit: ſic & anima peccatrix per pœnitentiam Spiritu ſancto digna reddita, iuſtitiæ racemus progenerat.

*[marg.: S. Cyrill. Hieroſol.]*

## SECTIO VIII.

### *Panem & vinum.*

1. HÆc erat hoſtia Melchiſedech ſacerdotiis; nimirũ, panis & vinum, aliter quorſum apponeretur (erat enim ſacerdos Dei) ſi hoſtia nulla eſſet? Vt ergo Regi regum Salem, ita ſacerdoti panis & vinum hoſtia, & ſacrificiũ adſcribitur. Deinde cùm Chriſtus Dominus dicatur *Pſal.* 109. Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech, qui alius videtur ordo, & ritus iſtius ſacerdotis, niſi quem Chriſtus Dominus obſeruauit in ſacrificio panis & vini, quæ in ſuum corpus, & ſanguinem tranſmutauit, atque obtulit? hæc eſt enim incruenta hoſtia, qua ſacerdos noſter vſus eſt, & cuius incruentum etiam typum geſſit Melchiſedech. Vnde illud ab inimicis crucifigentibus dicitur apud Ieremiam: *Mittamus lignum in panem eius*, cap. 11. hoc eſt, cruci affigamus eum, qui ſub ſpeciebus panis & vini ſe ſacrificatum diſcipulis tradidit edendum. Sic eum explicat D. Hier. Mittamus lignum, crucem videlicet in corpus Saluatoris. Ipſe eſt enim, qui ait: *Ego ſum panis, qui de cælo deſcendi.* Iterùm à Paulo repetitur illud Pſ. 109. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech*: & ad Hebr. 7. vbi de perpetuitate ſacerdotij Chriſti apertè ſermo eſt; ac ſi dicatur: Chriſtus perpetuò vſque ad conſummationem ſeculi ſacerdos eſt ſecundùm ordinem Melchiſedech: nimirum iugiter offert ſacrificium panis & vini. At per oblationem crucis, nec eſt ſacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech; cùm iſtius ordo, ac ritus habuerit hoſtiã incruentam; crucis autẽ oblatio tota ſit cruenta. Nec manet ſacerdos in æternum, aut perpetuò ſacrificat, offértque cruentam victimam, quippe cùm per vnam tantummodo crucis oblationem eſſe non poſſit perpetuus ſacerdos ſemper offerens: at offerendo panem & vinũ Euchariſticum perenniter, atque in æternum ſacerdos eſt, & ſacrificium peragit, per ſuos videlicet miniſtros. Porrò etiam Euchariſtia ſymbolum eſt ſacrificij in gratiarum actione peracti. Nam vt Melchiſedech ſuo ſacrificio panis & vini victoriam de hoſtibus partam (quod *ſect. præced.* ſtatuimus) per Abraham, in ſignum gratiarum actionis celebrauit; ita Chriſtus Dominus de victoria per mortem proximè futuram de peccato, & dæmone comparanda ſacrificium iſtud gratiarum actionis inſtituit: per quod ſubinde parta iam victoria de iiſdem hoſtibus inceſſanter gratiæ Deo exhibentur. Itaque Melchiſedech panem ſacrificauit, & obtulit in figuram Chriſti Domini, qui corpus ſuum ſub ſpecie panis conſecratum immolauit in ſacrificio admirando ſacroſanctæ Euchariſtiæ. De cuius myſterij catholica veritate nullus (vt bene aduertit D. Hilarius) relictus eſt ambigendi locus. Recedat ergo (ait Euſebius Emiſſenus *homil.* 5. *de Paſcha*) omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui auctor eſt muneris, ipſe etiam teſtis eſt veritatis, dicens: Hoc eſt corpus meum; hic eſt ſanguis meus. Similiter catholicam fidem ita profitetur S. Cy-

*[marg.: Pſal. 109.]*
*[marg.: Panis & vinum Melchiſedech typus fuit Euchariſtiæ.]*
*[marg.: Ierem. 11.]*
*[marg.: S. Hier.]*
*[marg.: Pſal. 109.]*
*[marg.: Quomodo Melchiſedech præfigurauit ſacerdotium & ſacrificium Chriſti.]*
*[marg.: Euchariſtia ſacrificium in gratiarum actionem.]*
*[marg.: S. Hilar.]*
*[marg.: Euſeb. Emiſ.]*
*[marg.: S. Cyril. Hieroſ.]*

rillus

rillus Hieroſol.*catech.myſt.5.* Cùm Chriſtus ipſe dicat & affirmet de pane: Hoc eſt corpus meum; quis deinceps audeat dubitare? Ac ipſo etiam confirmante de vino: Hic eſt ſanguis meus; quis vnquam dubitet, & dicat non eſſe illius ſanguinem? quare omni cum certitudine corpus & ſanguinem Chriſti ſumamus: nam ſub ſpecie panis datur tibi corpus, & ſub ſpecie vini datur tibi ſanguis; vt ſumpto corpore & ſanguine Chriſti, efficiaris eius particeps. Sic ille. Pſalm. 110.

Pſal. 110. qui totus ad literam eſt de diuina Euchariſtia, (vt alibi adnotauimus) totum habet per initia ſuorum verſuum, præſcripto ordine, deductum alphabeticum Hebræorum. In quo inſcrutabilem magnitudinem, & ſublimitatem incomprehenſibilem huiuſce myſterij oſtendi alio in loco aſſeruimus: ad quam ſcilicet explicandam & Prophetæ, & Apoſtoli, ac vel ipſi Angeli ſe puerulos vix prima rudimenta literarum balbutientes, gerunt. Nunc verò aliud arcanum agnoſcimus: nimirum tam certam, claram, & euidenter credibilem, vt loquuntur Theologi eſſe veritatem huius myſterij, ſicuti à catholicis creditur, & edocetur; vt nullus inter articulos fidei dilucidiùs conſtet: cùm ipſis in fide catholica pueris adhuc balbutientibus quaſi prima hæc ſint rudimenta, primæque literarum notulæ: vel ipſi pueri hoc indubitatum, & clarum, mentibus infixum teneant, & fide intelligant, & prædicent hoc myſterium Euchariſtiæ. Atque hîc etiam locum habet illa philoſophi querimonia: Quis oſtium non attingit? Profectò Chriſtus Dominus, omnipotens Deus eſt. Potuit igitur ſua virtute hoc efficere miraculum, & per ſe, & per miniſtros ſuos: deinde voluit, ac demum effecit, vt ex Euãgeliſtis, & Paul. 1.*Corinth.*10. patet euidentiſſimè, verbis ad hoc vtens communibus, vſitatis, & clariſſimis. Ergo de veritate corporis, & ſanguinis Domini in ſacramento Euchariſtiæ, nulla hominibus relicta eſt, vel vmbra dubitationis: dubitare ſolus ille poteſt, qui Chriſtum eſſe Deum negat (vt optimè animaduertit S.Hilarius) videlicet in hoc facto arguens Chriſtum, aut impotentiæ, aut mendacij; quòd aut non potuerit hoc tantum operari miraculum, aut illud ſe feciſſe mentitus fuerit: quæ duo impudentiſſimam continent blaſphemiam. Sed nõ eſt noſtri negotij contra hæreticos hoc loco diſputare, quod quidem egregiè ſuſceptum, & confectum à plurimis doctoribus eſt. Vide, ſi voles, noſtros; quorum in hac controuerſia ſunt quàm accuratiſſimę diſputationes. Bellarm. Suarium, Valent. Salmer. Tolet. Maldon. Turrian. Barrad. Ego verò, quod meũ eſt, cõmẽtando proſequar.

*Inſcrutabile myſterium Euchariſtiæ.*

*Indubitabilis veritas Euchariſtiæ.*

S. Hilar. *Qui negat Euchariſtiã, negat Chriſtum eſſe Deũ.*

2. Ac primò quidem de hoc admirabili ſacrificio panis vitæ, vt à Chriſto Domino in cœna extrema celebratum eſt, & deinceps in Eccleſia à veris, & ritè ordinatis ſacerdotibus celebratur, differemus. Nec verò aliud à Chriſto, aliud à Chriſti miniſtris: ſed vnũ idémque docet catholica fides, confici, immolari, & offerri. Vnde S. Chryſ. *tom.3.hom.de prodit.Iud.* ſic effatur. Adeſt nunc quoque Chriſtus, qui illam menſam facit, ille ipſe nũc ornat. Non enim eſt homo, qui hæc munera facit, corpus & ſanguinem Chriſti; ſed qui crucifixus eſt pro nobis Chriſtus figurã quidẽ adimplens, adſtat ſacerdos verba illa pronũcians; poteſtas verò, & gratia tota Chriſti eſt. Hoc eſt corpus meum, ait: quod verbũ res propoſitas tranſmutat. Nã quemadmodum vox illa, quæ dictum eſt: Creſcite & multiplicamini, & re-

*Vnum & idẽ ſacrificium Chriſtus per ſe olim, & nunc per ſacerdotem operatur.* S.Chryſ.

*Ben.Fernand.in Gen.tom.1.*

A plete terram, *Gen.*1. ſemel quidem dicta eſt, ſemper autem fit opere, naturæ noſtræ vim præbens ad generandum; ita hæc quoque vox ſemel quidem dicta, hoc ſacramentum integrè perficit. Ita Chryſ. Rabbi Samuel in illa eruditiſſima epiſtola quę refertur *tom.5. Bibliothecæ Patrũ*, multos & illuſtriſſimos adducit Scripturarũ locos ad comprobandum myſterium panis Euchariſtici, è quibus ille in præſentia diſcutietur Leuit. 26. *Comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus proiicietis.* Intelligit (inquit) ſacrificium Melchiſedech, & nouæ legis ſacrificio publicato, veſtra proiicietis ſacrificia. Legunt alij ex Hebræo: Comedetis vetus inueteratũ, & vetus à facie noui proiicietis. B Proculdubio eundẽ ſenſum, quem Samuel elicuit de ablegatis ſacrificiis, & ritibus legis Moſaicæ per inſtitutionem noui à Chriſto ſacrificij panis & vini, hæc tranſlatio parit. Idem Rabbi Samuel hoc myſterium arbitratur ſe euincere adducto in medium teſtimonio illo Malach. 1. de quo iam alibi nonnihil diximus, videlicet: *Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituũ: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim Solis vſque ad occaſum magnũ eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen meum in gentibus*, &c. Vnde Samuel iſte concludit: Timeo, quòd Deus eiecit nos à ſe, C & ſacrificium noſtrum, & acceptauit ſacrificium gentium. Ergo apud Deum ſacrificium gentium eſt mundius, quàm noſtrum: ſacrificium panis & vini ſtatuit Deus in gentibus, & reprobat ſacrificium carnium. Nam in pluribus Scripturæ locis Deus præcepit fieri ſacrificium de pane, & farina puriſſima, & acceptauit illud, & tale eſt hodie ſacrificium gentium. Sic ille. In eandem ſententiam complures loquuntur Hebræorum Doctores, pauculos referam. Rabbi Pinnas *in cap.*28. *Numer.* Tempore (inquit) Meſſiæ omnia ſacrificia ceſſabunt, & ſacrificium panis & vini nunquam ceſſabit, ſicut dictum eſt *Gen.*14. Melchiſedech obtulit panem & vinum: id eſt, Meſſias D Rex totius mundi iuſtiſſimus excepit panem & vinum; hoc eſt, ſeparabit à ceſſatione ſacrificiorum, ſacrificium panis & vini, vt dictũ eſt Pſ.109. *Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.* Rabbi Iochai *in* 26. *Numer.* Tempore Meſſiæ, omnia ſacrificia deficiẽt; ſacrificium verò panis & vini nunquam deficiet. Rabbi Ionathan *in Pſal.*74. Et erit ſacrificium panis in terra, in capite montium Eccleſiæ. Videat qui habet oculos, quod ſicut dictum eſt, ille eſt Meſſias, de quo loquitur totus Pſal.72. Cùm ergo Dauid ait: *Erit placenta frumenti in terra, in capite montium.* Vult dicere: quòd placenta panes fiet ſacrificium in capitibus ſacerdotũ, qui ſunt in Eccleſia. Rabbi Iudas *in cap.*25. *Exod.* & 28. *Numer.* E Quare dicitur panis facierum? Ratio eſt, quia tranſmutabitur, cùm ſacrificabitur, in ſubſtantiam corporis Meſſiæ, qui deſcendet de cælis. Et ipſe idem erit ſacrificium. Et magiſtri dicunt eam ob rem dictum eſſe panem facierum, quia in ipſo ſacrificio erunt duæ ſubſtantiæ, diuinitas, & humanitas. Rabbenu Hacados *lib.reuelat. ſecr.* Hoc eſt ſacrificium, quod poſtquam venerit Meſſias, facient ſacerdotes coram Deo ſancto, & benedicto. Tunc enim ceſſabũt omnia ſacra, quę priùs fiebant. Facient autem ſacrificium illud ex pane, & vino. Tunc Deus miſericordia implebitur, & virtute ingẽti ſanctorum verborum, quæ ab ore ſacerdotum manabunt. Illud etiam omne

Rabb.Sam.

Leuit.26. *Teſtimonia vera & clara Rabbinorum de Euchariſtia.*

Malach 1.

Rabb.Pin.

Rabb. Ioch.

Rabb. Iona.

Pſal.

Rabb.Iud.

Rabbenu Hacad.

A ſacrificium, quod in vnaquaque ara celebrabitur, in corpus Meſſiæ conuertetur. Sic Hebræi. Celeberrimus iſte locus eſt Malachiæ ad probandum ſacrificium diuinæ Euchariſtiæ, vt præter Hebræos, noſtri omnes Patres ac Doctores interpretantur.

Clem Alex. Iuſt Mart. Irenæus. *Teſtamenta Patrū: bre. ſtoperum de προσφορᾶς Eucharyſtia, ad locum Malach 1.* Euſeb. Cæſ. S. Chryſoſt.

Clemens Rumanus *lib. 7. cōſtit. cap. 31.* Iuſtinus Martyr *in dialog. contra Tryphonē.* Irenæus *lib. 4. aduerſ. hæreſ. cap. 32.* vbi diuinam Euchariſtiam rectè appellat: Primitias Chriſti munerum in nouo Teſtamento. Euſeb. Cæſar. *lib. 1. demonſtr. Euang. cap. 10.* vbi Euchariſtiam vocat hoſtiam mundam, myſteria Chriſti, ſacrificium laudis, ſacrificium Deo plenum odorem afferēs. D. Chryſoſtom *Pſal. 95.* vbi vocat myſticam menſam, incruentam hoſtiam, hoſtiam puram, cæleſte, ſumméque venerandum ſacrificium. B

Theod. Theod. *in 1. Malach.* vbi vocat ſacrum, purum, & Deo gratum.

S Ioā. Dam. S. Ioan. Damaſc. *lib. 4 de fide, cap. 14.* vbi vocat purum, & incruentum ſacrificium, quod omne incommodum propulſat: eamque vim habet, vt ſpurcitiem omnem abſtergat.

S Martial. S. Martialis diſcipulus Domini, *Epiſt. ad Burdeg. cap. 3.* vbi etiā addit: Corpus & ſanguinem Domini Ieſu in vitam æternam offerimus; ſcientes hoc ſolo remedio nobis vitam præſtandam, & mortem effugādam.

Tertull. Tertul. *lib. 3. aduerſus Marcion. cap. 22.* vbi hoc adiungit: In omni loco offertur ſacrificium mundum gloriæ, ſcilicet relatio, & benedictio, & laus, & hymni. Vide etiam eundem *libro de cultu fæmin. cap. 11. lib. de corona militis, lib. de velād. virg. lib. de exhortatione ad caſtitatē lib. de orat. lib. ad Scapulam,* C

S Cyprian. S Auguſt. D. Cypr. *lib. contra Iuda. 1. cap. 16. & 17. & ſer. de cœna Domini.* D. Aug. *lib. 18. de ciuit. c. 35.* vbi concludit: Cùm hoc ſacrificium per ſacerdotiū Chriſti in omni loco iam videamus offerri; ſacrificium autem Iudæorum tam collatſe negare non poſſunt: quid adhuc expectant alium Chriſtum? Idem *lib. 19. de ciuit. cap. 23.* vbi etiam concludit: Sicut iam fieri videmus, per Prophetas Hebræos oracula increpuere diuina. Idem *lib. contra aduer. leg. cap. 20.*

S Hieron. S. Remig. S Iſidor. Beda. Iul. Pom.

D. Hier. *in cap. 52. Iſai. & in 1. Malach.* S Remig. *in 1. Malach.* S. Iſidor. *lib. 1. de offic. Eccleſ. cap. de ſacrific.* Beda *lib. 2. contra Iudæos, cap 4.* Iulian. Pomer. Archiepiſ. Tolet. *lib. 1. cōtra Iudæos.* vbi adiungit: Et quicunque Iudæus eſt homo, D cùm videt ſacrificium Chriſtianorum toto orbe pollere, ſibi autē honorem illum magnum ſubtractum fuiſſe, deficiunt oculi tabe mœroris, & præ zelo amaritudinis. Sic ille.

S Cyril. Alex. S. Cyril. Alexand. *ad locum Malach.* vbi vocat Chriſti ſacrificium cæleſte & viuificum, quod eſt conſtitutum reiectis ſacrificiis Hebræorum. Oblationem enim (inquit) & cultum legalium repudiat, vmbram non admittit, a ſacerdotio Iudaico abhorret: quoniā neque a principio hic illi ſcopus. Sic ille. Dies me deficeret, ſi numerando recenſere vellem omnium Patrum & Doctorum nomina, & ſententias, qui ad hunc locum Malachiæ conteſtantur, ablato prorſus, & extincto Hebræorum omni ſacrificio diuinam Chriſti, & Chriſtianæ E Eccleſiæ Euchariſtiam ſucceſſiſſe, quæ vſque ad conſummationem mundi perdurabit.

*Quanta cum puritate tractanda, & communicanda Euchariſtia.*

3. Vnum ergo, vel alterum adhuc expendam in prophetia Malachiæ. Atque inprimis vocatur à Domino per Prophetam oblatio munda. Quid enim purius, quam caro ipſo Domini Ieſu, ex virgineis deſumpta viſceribus? vt hinc edoceamur quanta cum munditia corporis, & animi accedere debeamus, ad puriſſimas Agni immaculati carnes, & manu attrectandas, & ore manducandas. De hiſtrionibus à communione prō- A cul arcendis ita D. Cyprian. *Epiſt. lib. 1. epiſt. 10.*

S. Cyprian.

Puto nec maieſtati diuinæ, nec Euangelicæ diſciplinæ congruere: vt pudor, & honor Eccleſiæ tam turpi, & infami contagione fœdetur. Nota quàm bellè dicatur diuina Euchariſtia, pudor, & honor Eccleſiæ: & a Tertulliano paulo ante, ſacrificium gloriæ: tota quippe animarum puritas, ex communione corporis & ſanguinis Domini promanat: adeóque cum ad illius menſam accedimus, à Deo honoramur, vt diuinæ efficiamur participes, & conſortes naturæ. Tota planè dignitas Eccleſiæ Chriſtianæ, totus ſplendor ipſa eſt ſacroſancta Euchariſtia, ſed hāc de re mox dicendum.

Tertull. *Euchariſtia pudor & honor Eccleſiæ.*

Oblatio munda, quia non niſi mundis impendi debet. Quæ audiant ſacerdotes, prælati maximè, quid ſanctiſſimus Chryſoſtom. *homil. 83. in Matth.* de ſe ſcribat. Animam (inquit) priùs tradam meam, quàm Dominicum alicui corpus indignè: ſanguinémque meum effundi potiùs patiar, quàm ſanctiſſimum illum ſanguinem, præterquam digno, concedam. B

S. Chryſoſt. *Euchariſtia non communicanda indigno.*

Idem etiam egregie argumentatur in hanc ſententiam contra ſacerdotes Domini corpus indigno communicantes. Ita (inquit) ſi limpidiſſimus aquæ fons, vt intactum gregi ſeruares, tibi commiſſus eſſet, cùm petulcos ſues, ac ſordidiſſimos venire aſpiceres, non patereris in fluenta illos inſilire, nec fontem ab his perturbari: nunc verò cùm non aquæ, ſed ſanguinis, & ſpiritus ſacratiſſimus fons commiſſus tibi ſit, ſi peccatis inquinatiſſimos videbis accedere homines, non indignaberis, neque contriſtaberis? Non de ignotis, ſed de notis hæc diſputo. C

S. Chryſoſt.

Sic Chryſoſtomus: Oblatio munda, quia ſuam virtutem immundis non elargitur. Vnde D. Cyprian. *ſer. de cœna Domini*: Sacramenta (inquit) quantum in ſe eſt, ſine propria eſſe virtute non poſſunt; nec vllo modo diuina ſe abſentat maieſtas myſteriis: ſed quamuis ab indignis ſe ſumi, vel contingi ſacramenta permittant, non poſſunt tamen ſpiritus eſſe participes, quorum indignitas tantæ ſanctitudini contradicit. Ideoque aliis ſunt hæc munera odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem, quia omnino iuſtum eſt, vt tanto priuentur beneficio gratiæ contemptores, nec indignis tantæ gratiæ puritas ſibi faciat manſionem. Hæc Cyprianus. D

S Cyprian. *Indigni non vitā, ſed mortem ac ſpiunt in Euchariſtia.*

Oblatio munda, quia non niſi à mundis, ac iuſtis ſumenda erit, alioqui non vitam, ſed mortem ſibi ſument. Hinc illud S. Chryſoſtomi *homilia indicata*: Acutum gladium pro cibo accipis. Exemplum huius rei nullum aptius inuenies, quàm quod de proditore Iuda legimus, quem vna cum aliis diſcipulis communioni accubuiſſe multorū eſt, & ſane probabilis opinio: atque diuino cibo aſſumpto confeſtim ſatanæ traditum fuiſſe; introiuit enim in eum ſatanas; ſcribit Ioan.

S. Chryſoſt. *Euchariſtia Iudæ fuit mors.* Ioan. 13.

Hinc D. Cyprian. *ſerm. de cœna Domini*, eleganter diſſerit ad hunc modum. Nondum Iudas diabolo inuadente, & occupante animum eius egredi cogebatur: ſed vbi ſacrum cibum mens perfida tetigit, & ſceleratum os panis ſanctificatus intrauit, & parricidalis animus vim tanti ſacramenti non ſuſtinens, quaſi palea ex area exſufflatus eſt, & præceps cucurrit ad proditionem & pretium, ad deſperationem & laqueum. Ita Cyprianus. E

S. Cyprian.

Quod horrendo verbo vſus Apoſtolus *ad Corinthios prima, capite 11.* conteſtatur: *Quicunque manducauerit, & biberit indignè, reus erit corporis, & ſanguinis Domini.* Ad quem locum optima eſt paraphraſis S. Hieronymi ad hunc modum: Oportet ceſſare à vitiis, vt

1. Cor. 11.

vt ſanctum Domini corpus ſanctè accipiat. Deus enim, &c. quia tanti myſterij Sacramentum pro vili deſpexerit. Probet autem, &c. ſi in linteum, vel vas ſordidum non illud mittere audet: quanto magis in corde polluto: quam immunditiam Deus ſuper omnia execratur, & quæ ſola iniuria eſt eius corpori à Nam & Ioſeph ille iuſtus propterea ſindone munda inuolutum in ſepulchro nouo corpus Domini ſepeliuit, præfigurans corpus Domini accepturos, tam mundam mentem debere habere, quàm nouam. Hæc Hieronym. Ibidem S. Anſelm. Indignè manducat, & bibit qui non priùs per pœnitentiam purgatus ad hoc ſacramentum accedit: ideo dabit pœnas mortis Domini; hoc eſt, non purgationem, ſed maculam culpæ, pro qua pereat, trahit. Nec ſibi, ſi indignus acceſſerit, applaudat, quia continuò damnatus non fuerit; quoniam multoties peccatoris ſupplicium differtur, ſed perendinatur occultum iudicium. Sic ille. Theodoret. Hoc ſignificat (inquit) reus corporis & ſanguinis Domini: quòd quemadmodum tradidit ipſum Iudas, ipſi autem inſultarunt & eum probris, & conuiciis affecerunt Iudæi: ita eum ignominia, & dedecore afficiunt, qui ſanctiſſimum eius corpus immundis manibus accipiunt, & in os pollutum immittunt. Sic Theod. Quàm multos Iudas (inquit S. Auguſt. *in Pſal. 47.*) indignè accipientes ad iudicium ſuum implet ſatanas. Itaque (ait S. Proſp. *ſent.*) eſcam vitæ accipit, æternitatis poculum bibit, qui in Chriſto manet. Oblatio munda; quia poſt illius communicationem requiritur à ſumentibus, mira quædam puritas vitæ, & ſplendor morum. Optimè igitur D. Chryſ. *in 1. Corinth.* 11. Et antè, & poſtquam communicaueris, ſobrium & temperantem eſſe oportet, maximè autem poſteaquam ſponſum excepiſti: antea quidem, vt ſis dignus accipere; poſtea verò ne appareas indignus iis, quæ tu accepiſti. Idem vberiùs in hæc verba. Audiſti ſacros hymnos, vidiſti ſpirituales nuptias, menſa regia es exceptus, repletus es Spiritu ſancto, duxiſti choros cum Seraphim, fuiſti ſocius ſupernarum poteſtatum, ne abiicias tantam lætitiam, ne effundas theſaurum, &c. Clemens Rom. *lib. 8. conſtit. cap.* 17. communicantibus adeſſe Spiritum ſanctum dicit: Vt qui corpus (inquit) & ſanguinem Domini percipiunt, confirmentur in pietate. Scilicet ſumma eſt ritè ſanctéque communicantis pietas, quam S. Cyprian. *ſerm. de cœna Domini*, ſic deſcribit. Inter ſacra myſteria ad gratiarum actiones conuertitur, & inclinato capite munditia cordis adepta, ſe intelligens conſummatum, reſtitutus peccator ſanctificatam Deo animam, quaſi depoſitum cuſtodiuum, fideliter reddit, & deinceps cum Paulo gloriatur, & lætatur: Viuo iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Sic ille. Piè, dulcitérque etiam S. Hilar. *homil. 5. de Paſcha* ſic loquitur. O verè vnica, & perfecta hoſtia, fide æſtimanda, non ſpecie: nec exteriori cenſenda viſu; ſed interiori affectu! Et infra. Bibebant de conſequente eos Petra, 1. *Corinth.* 10. Vides, quòd qui de Chriſti biberit gratia, ſequitur eum Chriſti miſericordia.

S. Hier.
S. Anſelm.
Theod.
*Indignè ſumentes Euchariſtiam, Chriſtum illudunt.*
S. Aug.
S. Chryſoſt.
S. Chryſ.
*Quanta vita innocentia poſt ſumptam Euchariſtiã.*
Clem. Rom.
S. Cypr.
S. Hilar.

4. Alterum in verbis Malachiæ occurrit expendendum; quod ſic habet: *Magnum eſt nomen meum in gentibus, & vbique ſanctificatur nomini meo*, &c. Inſtitutum quidem eſt hoc tam admirabile Sacramentum corporis, & ſanguinis Domini Ieſu, vt ſecundùm Euſeb. Emyſſ. (hoc alibi retulimus) iugiter coleretur per memoriam, quod ſemel offerebatur in pretium. Videlicet debebatur corpori Domini, quod infinitis & acerbiſſimis fuerat doloribus excruciatum, & opprobriis affectum; vt plurimis, maximis, & perpetuis honoribus, & gaudiis ſuorum fidelium celebraretur; & hoc eſt, quod in his verbis Malachiæ ſignificatur. Ad quæ ſic appoſitè Beda. Vides Iudæe quomodo in omni loco offertur Deo oblatio munda? Vide extructas per vniuerſum orbem Chriſti Eccleſias, altaria in omni loco ſacrata; agnum Dei, quem in cruce peremiſti, ſuper eadem altaria, in iiſdem Eccleſiis omnipotenti Patri inceſſanter pro mundi ſalute offerri. Sic Beda. Memineris, obſecro, illius moeſtiſſimæ noctis, in qua Dominus tradebatur, vt in horto Getheſemani, à ſatellitibus comprehenſus, & alligatus, humi pertrahebatur ſub pedibus ſicariorum, & latronum conculcatus, irriſus, fuſtibus cæſus, factus omnium peripſema. Propter hoc & Deus exaltauit illum. En quanta rerum mutatio! Nunc idem Dominus Ieſus in templis numero infinitis, opulentia, amplitudine, pulchritudine ædificiorum: & vtenſilium celeberrimis; apparatu, ornatu, & pompa miniſtrantium auguſtiſſimis, atque adeò in altaribus, argento, auro, ſerico, & gemmarum nitore collucentibus adoratur in ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento ab vniuerſis fidelibus. Inter quos viri principes, reges, imperatores, ſummi Pontifices humi proſtrati, manibus ſublatis, ſupplici vultu, pectora contundentes, venerantur corpus, & ſanguinem Domini. Triumphat planè in mundo ſacramentum auguſtiſſimum corporis & ſanguinis Domini. Sic enim verè ſe pie S. Auguſtin. *lib. 1. ad Ianuar.* Sacramento corporis Domini ſubiugatus eſt mundus. Contemptum non vult cibus iſte, ſicut Manna faſtidium. Impletúrque illud Pſal. 21. *Apud te laus mea in Eccleſia magna.* Vbi S. Hieronym. Apud Patrem laus mea in Eccleſia magna, quæ per omnem orbem terrarum credulitate diffuſa eſt. Vota (ſequitur) mea Domino reddam in conſpectu timentium eum. Myſterium corporis & ſanguinis mei offeram cum his, qui in eius timore hæc celebrant. Edent (ſequitur) pauperes, edent corpus Chriſti. Sequitur: Laudabunt Dominum qui requirunt eum; per fidem, & opera cognoſcentes, quòd ipſe eſt panis viuus, qui de cœlo deſcendit. Viuent corda eorum, &c. Cor animæ ipſorum, ſine fine, quia qui manducauerit ex hoc pane, viuet in eo ſpiritualis ſenſus in ſempiternum. Manducauerunt, & adorauerunt omnes diuites terræ. Diuites in fide & opere, vel virtutibus, cognoſcentes, quia ſuauis eſt Dominus, manducant corpus Chriſti. Hæc Hieronym. Nunc hæretice, confer cum hoc viro ſanctitate & ſapientia inter Chriſtianos tam memorabili, tuos iſtos imperitos, ridiculos, ac turpes magiſtros, qui contra verum & reale Chriſti Domini corpus, & ſanguinem in ſacramento Euchariſtiæ ineptiſſimè iuxtà & impiiſſimè debacchantur. O bone Ieſu, te repulerunt Iudæi, dicentes: Nolumus hunc regnare ſuper nos: repulſus, & deſpectus ab illis in viam gentium abiiſti, à gentibus ergo exceptus, Rex acclamatus, Deus coleris in templis, in aris, in cordibus tuorum fidelium. Irriſionibus, ſibilis, probris Iudæorum pertuliſti, factus es maledictum & anathema; baiulans tibi crucem per vrbis Iudaicæ plateas, præcone Ieſum proditorem Cæſareæ maieſtatis, le-

Euſeb. Emyſſ.
*In Euchariſtia Corpus Chriſti, quod à Iudæis ſuit cru[ci]fixum, à gentibus adoratur.*
S. Aug.
Pſal. 21.
S. Hieron.
*Ridiculi, & turpes hæreticorũ magiſtri.*

*Pompa celeberrima, in honorê corporis Christi in Euchariſtia.*

gis violatorem, diuinitatis ſacrilegum arrogatorem, pacis publicæ perturbatorem, proclamante, ad patibulum crucis ductus es. Nunc verò Domine Ieſu Romæ, Oliſippone, Pariſiis, Veneriis, & ampliſſimis aliis Chriſtianæ gentis vrbibus, Hieroſolyma illa longè illuſtrioribus conſtructa tuum in honorem pompa feſtiuiſſima portatur tuum corpus in Euchariſtia, per vrbium ſtrata, fora, plateaſque, inter ſuauiſſimos concinentium choros triumphum agens de morte, de opprobriis, de tormentis, de Iudæorum perfidia, & impietate; deniqoe de vniuerſo cacodæmonum ſatellitio. An non hoc eſt, quod multis antè ſeculis per Prophetam prædictum fuit: *Magnum eſt nomen meum in gentibus, & vbique offertur nomini meo oblatio munda?* Iccirco Sacerdotes à Chriſto Domino inſtituti ſunt, vt illorum manibus hæc triumphalis hoſtia portetur, vt in ea memorabilis victoria de omnibus hoſtibus in cruce reportata perpetuò inter homines celebretur. Nimirum (quod rectè appoſuit S. Hilar. *hom. 5. de Paſcha.*) vt quia quotidiana, & indefeſſà currebat pro hominum ſalute redemptio, perpetua eſſet etiam redemptionis oblatio: & perennis illa victima viueret in memoria, & ſemper præſens eſſet in gratia. Sic Hilar. Hunc planè ſenſum habent illa: *Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem Domini bibetis, mortem Domini annunciabitis,* 1. Corinth. 11. hoc eſt, vt explicat S. Anſelm. repræſentabitis mortem meam; illam ſcilicet (quam vocat Procop.) palmatam Domini Ieſu paſſionem, ſiue triumphalem. Item illa Domini: *Hoc facite in meam commemorationem.* S. Anſelm. ad Sacerdotes dicta eſſe à Domino putat. Vos ô Sacerdotes (inquit) hoc facite, ideſt, ex pane corpus meum per myſtica verba conſecrate in memoriam paſſionis meæ, vt recogitetis eam, dum ſacrificium iſtud obtuleritis. Irrident nos hoc loco hæretici, quòd verbum, *facere*, ad ſacrificium pertinere dicamus. Sed mihi iampridem hoc exploratum habetur: hæretico nihil imperitius. An non apud Latinos, facere, ſacrificandi verbum eſt? aperite vel ipſum Maronis librum; primo ferè in veſtibulo legitur:

Malach. 1.
S. Hilar.
1 Cor. 11.
S. Anſelm.
Procop.

*Euchariſtia in memoriam redemptionis dominicæ.*

Virgil.

*Verbum facio, et ſacrificando.*

*Cum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito.*

At non eſt dubium de Latinis; totum eſt de Hebræis. Audite Moyſem Leuit. 15. *Faciet vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum.* Audite Eliam 3. Reg. 18. *Dentur nobis duo boues, ego faciam bouem alterum*, &c. Item Oſeam 2. *Ego dedi ei frumentum, vinum & oleum, argentum & aurum quæ fecerunt Baal.* At de Græcis reſtat quæſtio. Conſulite Plutarchum *lib. 8. quæſt. conuiu. cap. 8.* vbi hoc ſignificatum inter Græcos vſurpari in verbo faciendi confirmat. Ad Sacerdotes igitur loquitur Dominus; ſunt enim illi gloriæ Dominicæ, ac triumphorum adminiſtri; quod Iſai. disertè pronunciat cap. 24. *Erubeſcet Luna, & confundetur ſol, cùm regnauerit Dominus exercituũ in monte Sion, & in Hieruſalem, & in conſpectu ſenum ſuorum fuerit glorificatus.* Vbi D. Hieron. Poteſt hoc & de Eccleſiaſtico ordine intelligi. Deinde ſeniores vocat presbyteros, vſitatiſſimo Hebraiſmo. Sed quæ Sion iſte hoc loco? Sion (inquit D. Cyrill. Alexand.) Eccleſia dicitur, in qua diuinorum myſteriorum excelſiſſima eſt ſpecula. Certè legunt complures, in conſpectu ſuorum presbyterorum. Quam lectionem ſecutus D. Dionyſ. Areop. apud Turrianum noſtrum; interpretatur totum hunc locum de ſacroſancta Euchariſtia. Sic enim ait: Per ſacram operationem ipſorum presbyterorum glorificabitur Dominus. Hebr. tantum eſt כבוד, & erit honor. quaſi Dominus ſit in Sion, quo in monte diuinam inſtituit Euchariſtiam, honor & gloria, hoc eſt, ipſa hoſtia conſecrata, quæ à D. Ignatio, vt iam diximus, gloria Dei appellari conſueuit; quo etiam nomine hauddubie ſignificauit diuinam Euchariſtiam Dauid *Pſalm. 84.* illis verbis. *Veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius, vt inhabitet gloria in terra noſtra.* gloriam Dei in terra intelligit Euchariſtiam, quæ item ſalutare dicitur. Vnde S. Hier. præſentem locum ita commentatur, Veruntamen, &c. oſtendo viam ſalutis, do miſericordiam, licèt necdum conuerſus es ad cor. Tamen expecto; do locum pœnitentiæ, & hoc totum quid eſt? Vt inhabitet gloria in terra noſtra. Propterea te ad pœnitentiam vocat, vt qui leproſus eras, habeas hoſpitem Chriſtum. Deinde Dominus in Sion regnauit, quando regales illas nuptias celebrauit, & conuiuium ſplendidiſſimũ ſui corporis, & ſanguinis propoſuit Rex cæleſtis, & ſponſus animarum: Probet autem ſeipſum homo, &c. ad has nuptias ſpiritus, ad hoc ſalutare Dei, & gloriam Domini acceſſurus pœnitentiam præmittat ſuorum ſcelerum. Etenim vt præclarè monet S. Proſp. *in ſent.* imò Auguſtin. peccata ſiue parua, ſiue magna, impunita eſſe non poſſunt; quia aut homine pœnitente, aut Deo iudicante plectuntur. Ceſſat autem vindicta diuina, ſi conuerſio præcurrat humana. Amat enim Deus pœnitentibus parcere; & eos, qui ſemetipſos iudicant, non iudicare. Sic ille. Medicus noſter non dat venenum. Salutem medicus dat, ſed indignè accipiendo ad perniciem accipit Iudas, &c. ex S. Aug. *in 6. Ioan.*

Plutarch.
Iſai 24.
Hieron.
S. Cyril.
Dionyſ. Areop.

S. Ignat.

*Euchariſtia honor & gloria dicitur.*

Pſal 48.
S. Hieron.

*Rex conſeſſi Dei miſericordiam & gloriam recipiunt in Euchariſtia.*

S. Proſp.
S. Auguſt.

5. *Magnum* (inquit Dominus) *eſt nomen meum in gentibus, quia offertur nomini meo oblatio munda.* Dictum hoc etiam intelligi poteſt ab æterno Patre, cuius in honorem iuge offertur ſacrificium corporis, & ſanguinis Filij ſui. Tanto quippe honore, tanto amore Patrem Filius eſt proſecutus, vt pro illo Verbum caro factum ſit, nec ſemel Filius caro fieri contentus admirabile inſtituerit Sacramentum, vt in eo quotidie prima illa recolatur incarnatio, productio humanitatis, vnióque animæ & corporis cum diuinitate, & perſona Verbi, (quæ Theologia laudatiſſima, & veriſſima eſt,) in qua (vt alibi iam tetigimus) Euchariſtia vocatur iterata incarnatio, imò & extenſio incarnationis, ob eam ſcilicet vnionem, quæ fit inter hominem ritè communicantem, ac Dominicum corpus, & ſanguinem in ſacramento aſſumptum. Non ſatis habuit Filius obedientiſſimus Patri pro eius amore exinanire ſe vſque ad mortem, ſed etiam iugiter in ſacramento. Duplex enim iſta exinanitio, & in cruce, & in Sacramento intelligitur in verbis Apoſtoli: Exinaniuit ſe Dominus Ieſus ex ſententia D. Dionyſ. Ariop. Hæc eſt (inquit) Dei ad nos exinanitio. Inſtituit admirabile ſacramentum in myſtica cœna, vt admittamur ad capiendum eum. Sic ille. Hinc illud teritur à D. Franciſco dictum. Quotidie deſcendit ad nos Dominus Ieſus de ſinu patris, humilis apparens in manibus Sacerdotis. Exinaniuit ſe (declarat S. Hier.) non ſubſtãtiam euacuans, ſed honorem declinans, naturam hominis induendo. Adde, & ſuo corpore & ſanguine hominem alendo. Quia verò Paſſio Chriſti Domini vnum eſt obſequium exhibitum Deo patri à Chriſto Filio eius tam illuſtre, vt eo nullum

Malach. 1.

*Chriſtus ſuo Patri honorẽ & amorẽ exhibet in Euchariſtia.*

*Exinanitio Chriſti in Euchariſtia.*

Ad Philip. 2.
S. Dionyſ. Ariop.
Hieron.

nullum maius, nec illi par aliud eſſe, aut cogitari poſſit: Filius ipſe, vt amorem ſuum, atque obedientiam Patri ſuo demonſtraret, inſtituit ſacramentum ad memoriam, & renouationem ſuæ paſſionis; quod non latuit ſanctum Methodium martyrem, cuius *in ſympoſio* 10. *Virg.* hæc ſunt verba. Propter nos Chriſtus ſe exinaniuit, vt capi poſſit, rursúſque ſecundùm commemorationem paſſionis patiatur deſcendens de cælo. Sic Method. Quæ recordatio iugis, ac pia Dominicæ paſſionis omnibus non modò Sacerdotibus, ſed quibuſcunque etiam communicantibus præſcribitur à Domino illis verbis: Hoc facite in meam commemorationem: latiore quippe ſenſu, itidem ſumitur à pleriſque verbum, *facite*. Sic enim S. Anſelm. In meam cómemorationem; hoc eſt, in memoriam paſſionis meæ vt pertractetis, & conſideretis, quàm dignam & ſanctam, & humanæ ſalutis efficacem, medicinam accipitis, quatenus ex eius conſideratione tantæ ſanctitatis cum maiori veneratione ſacram Euchariſtiam percipiatis; & imitari paſſionem meam deſideretis; vt, ſi opus fuerit, pro ſalute fratrum mori parati ſitis; accipientes enim corpus meum memores mei eſſe debetis, vt diligenter recogitetis, quis ego ſim, & quæ inter homines conuerſans operatus ſim, vel quæ pertulerim; vt ſicut præceſſi, ſequamini. Hactenus Anſelm. Illuſtrat hunc locum ille *Ioan.* 13. percelebratus; *In finem dilexit eos.* D. Dionyſ. Ariopag. exponit; ad ſummum: Sed quídnam eſt hoc ſummum amoris Chriſti erga nos, vltra quod nihil aut fieri aut fingi poſſit? Quando (inquit) confecit nobis communionem, qua nos ad ſummum cum diuiniſſima ſua carne vniret. Sic Dionyſ. apud Turr. *tract.* 1. *de Euchariſtia cap.* 10. Tranſibat Angelus ille exterminator, & primogenita Ægyptiorum repentino mortis excidio perimebat; cæterùm domos Hebræorum ſubintrare non potuit, reueritus ſcilicet ſanguinem paſchalis agni, quem intùs illi comedebãt, ædium liminibus, ac foribus inſperſum, Exod. 12. Vmbra quidem erat Dominicæ communionis: etenim in Eccleſia Chriſti fideles Agnum immaculatum, & paſchalem Dei comedimus, ipſius ſanguine labia, & linguam (ſic fores, & limina oſtij interpretatur Theodor.) rubefacta oſtendimus; quo exterminatorem procul arceamus. Vmbram enim (inquit Theodoret.) ſanguinis Chriſti exhorruit mors. Adde quanto nunc magis exhorreſcet, cùm verum ipſum in nobis Chriſti ſanguinem aſpiciat? Et S. Gregor. *homil.* 22. hunc eundem locum diſcutiens: Quid ſit (inquit) ſanguis agni; non iam audiendo, ſed bibendo didicimus. Qui ſanguis ſuper vtrumque poſtem ponitur, quando non ſolùm ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur. In vtroque etenim poſte ſanguis agni eſt poſitus, quando ſacramento paſſionis illius cum ore ad redemptionem ſumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur: nam qui ſic Redemptoris ſui ſanguinem accipit, vt imitari paſſionem illius, necdum velit; in vno poſte ſanguinem poſuit, qui etiam in ſuperliminaribus domorum ponendus eſt, &c. Optimè in iſtum ſanguinem Agni paſchalis in Ægypto intuitus S. Chryſ. ſic ait *homil.* 45. *in* 6. *Ioan.* Si vmbram ita mors horruit, quantopere quæſo ipſam formidabit veritatem? Hic ergo myſticus ſanguis dæmones procul pellit, Angelos & Angelorum Dominum ad nos allicit, cælum petuium nobis facit. Sic ille.

S. Method. *Euchariſtia fit renouatio paſſionis.*

S. Anſelm. *Memoria paſſionis ad Euchariſtiam ſumendam.*

*Ad mortem ferendam armat Euchariſtia.*

Ioan. 13. S. Diony. Ariop.

*Summus amor Chriſti erga nos in Euchariſtia.*

Exod. 12. *Sanguis agni in foribus Hebræorum Euchariſtiam præfigurat.* Theod.

S. Greg.

S. Chryſoſt.

Sed proh quanta cum pietate, & animi dulcedine commemoratio iſta Dominicæ paſſionis mentem ſubit in ſacra communione? Vide (inquit D. Cyprian. *ſerm. de cœna Dom.*) quomodo, his, qui Chriſti commemorant paſſionem, intra ſacra officia, quaſi per quoſdam canales de interioribus fontibus egrediantur torrentes, & ſuper omnes delicias lacrymis nectareis anima delectetur, quantam ſuauitatem animæ inquirentis, vbi ſit Deus ſuus, ſuſpiria contemplationis eliciant. Non illos imbres procelloſæ tempeſtates deponunt, ros matutinus eſt de cæleſtibus ſtillans, & quaſi vnctio ſpiritus mentem deliniens. Gemitus illos pietas excitat, & inter diem, & noctem retrò, & ante ſe affectio intuens inter data, & condonata ſe diuidens, gratias agit tam vberis beneficij largitori: & ſe ſanatam, & ſanctificatam agnoſcens fletibus ſe abluit, & lacrymis ſe baptizat. Hæc Cypr. Hæc tam mira dulcedo Euchariſtiæ in Manna præfigurata eſt. Qua de re ſic D. Hilar. *homil.* 5. *de Paſcha.* Cùm ad reuerendum altare ſalutari cibo potúque reficiendus accedis, ſacrum Dei tui corpus, & ſanguinem fide reſpice, honore mirare, mente continge, cordis manu ſuſcipe, & maximè hauſtu interiore aſſume. Quod ſignificauit Manna, de quo legitur; Pluit illis manna, vt ederent. Hoc enim vnicuique ſapiebat quod deſideriis concupiſſet. aliud erat quod ſumebatur, aliud quod videbatur; & inuiſibiliter ſapor illi in ſingulorum ſenſibus formabatur. Ergo illud Manna cælitùs illapſum per multimodas ſuauitates, naturæ ſuæ meritum, & generis ſui excedebat intuitum; cùm creaturam ſuam diſpenſatio largitoris multiplici diuerſitate condiret; præbebat guſtus, quod ignorabat aſpectus; iuxta percipientis deſiderium eſca illi nouitas, & dignitas naſcebatur: vnumquemque variis & alienis ſaporibus reficiebat mellifluum pluuiæ illius donum, & multiplex ſicci imbris obſequium. Quare ſi illic in corpore cibus ſapiebat, hîc in pectore Deus credulitate perficit, &c.

S. Cyprian. *Mira ſuauitas in Euchariſtia cum memoria paſſionis.*

S. Hilar.

6. *Panem.* Ineffabilia myſteria vocat D. Chryſ. & diuinam menſam, *homil.* 83. *in Matt.* Menſam benedictionibus, S. Cyril. Hieroſ. *Catech.* 13. Chriſti conuiuium, diuina myſteria, Georg. Pachim. Æternorum ſacramentorum conuiuium, S. Hilar. *Can.* 30. *in Matt.* Panem ſubſtantialem, S. Cyprian. *lib.* 1. *Epiſt.* 10. & immortalitatis alimoniam *ſerm. de Cœna Domini.* Eſcam Spiritus, S. Damaſc. S. Aug. eſcam vitæ, vitam, ſalutem, &c. Panem vitæ, qui de cælo deſcendit, Dominus ipſe Ieſus appellat carnem ſuam, quæ in ſacramento Euchariſtiæ ſub accidentibus panis continetur. Iccirco autem hoc myſterium ita inſtituit, vt ſignificaretur per illa panis iam conuerſi in corpus Dominicum accidentia, verum & tranſſubſtantialem panem, quo & anima, & corpus noſtrum in Dei gratiam & vitam æternam aluntur. In quo infinita Chriſti Domini erga nos beneuolentia demonſtratur. Nihil enim (inquit D. Iren. *lib.* 5. 5.) illi antè dedimus, neque deſiderat aliquid à nobis quaſi indigens. Nos autem indigemus eius, quæ eſt ad eum, communionis. Et propterea benignè effudit ſemetipſum, vt nos colligeret in ſinu Patris. Hæc Irenæus. Vide quàm pulchrè admirabilis deſcribitur extẽſio verbi diuini, cùm in noſtra vſque viſcera, & penitiſſimos animarum receſſus ſeſe ingerit, vt velut reti quodam amoris intercepros, & innexos ad ſinum Patris attrahat, in quo vnum quod cum ipſo efficia

S. Chryſ. S. Cyril. S. Hieron. S. Gregor. Pachim. S. Hilar. S. Cyprian. S. Damaſc.

S. Irenæ. *Euchariſtia encomia, & effectus admirabiles.*

effi.iamur. Vnde vlteriùs ſumit idem Irenæus A argumentum præualidum contra hæreticos negantes carnis noſtræ reſurrectionem. Euchariſtia (inquit) corporis, & ſanguinis Chriſti augetur, & conſiſtit carnis noſtræ ſubſtantia, quomodo ergo carnem negant, capacem eſſe donationis Dei, qui eſt vita æterna, quæ ſanguine, & corpore Chriſti nutritur, & membrū eius fit, vt ait Apoſt. *ad Ephef.* Sic ille. Hinc admirari oportet atque extollere immenſam Dei benignitatem, qui non modò ad honorem noſtræ animæ, ſed etiam ad gloriam noſtræ carnis inſtituit ſacramentum ſui corporis, & ſanguinis; quo ipſa caro noſtra enutrita membrum fit corporis Dominici: & quod ſummam continet dignitatem B pariter atque vtilitatem; in ſpem, pignus ac ius futuræ reſurrectionis, & immortalitatis per hoc Sacramentum exurgit.

*Reſurrectio noſtra arras ab Euchariſtia.*

S. Irenæ.

Quòd quidem egregiâ quadam ſimilitudine S. Irenæus *loco indicato* depingit ad hunc modum. Quemadmodum lignum vitis depoſitum in terra ſuo fructificat tempore; & granum tritici decidens in terram, & diſſolutum multiplex ſurgit per ſpiritum Dei, qui continet omnia, quæ deinde per ſapientiam in vſum hominibus veniunt, & ſanguis Chriſti: ſic & noſtra corpora ex ea nutrita, & repoſita in terram, & reſoluta in ea reſurgent in ſuo tempore verbo Dei reſurrectionem eius donante in gloriam Dei Patris, qui huic mortali immortalitatem circundat, & corruptibili incorruptelam C gratuitò donat. Sic Iren. Vbi etiam ea ratione diluit eorum dementiam, qui negabant in Chriſto carnem, ſolúmque ſpiritum eſſe contendebant.

S. Irenæ. *Mira gloria carnis noſtra ob Euchariſtiam.*

Quoniam (inquit) membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius; non de ſpiritali aliquo, & inuiſibili homine dicit hæc Apoſtolus; ſed de diſpoſitione, quæ eſt ſecundùm hominem, quæ ex carnibus, & neruis, & oſſibus conſiſtit: quæ de calice, qui eſt ſanguis eius nutritur, & de pane, qui eſt corpus eius, augetur. Hæc ille. Germen immortalitatis eſt Chriſti Domini corpus; cuius ex vnione per Sacramentum Euchariſtiæ corpora noſtra in glorioſam, & immortalem reſurrectionem refloreſcent: D cuius miraculi futuri egregium argumentum datum eſt, cùm Domino moriente terra contremuit, & monumenta ſanctorum aperta ſunt.

Rupert. *Corpora ſanctorum aduenti corpori Dom. ni perapta bant.*

Rationem optimam reddit Rupert. *lib. 1. in Deut. cap. 6.* Quis (inquiens) corporibus mortuorum hoc expediebat, vt coniungeretur cum eis in ſepulchris corpus huius mortui; quod afferebat reſurrectionem mortuorum, & iccirco ad ſuſcipiendum illud certatim, & auide ſeſe dilatauerunt. Sic ille. Ac ſi corpora ipſa ſanctorum, quodammodo communicarent corpori Domini, vt immortalitatem ab illo ſuſciperent, nobiſque ſanctè admodum inuiderent hanc noſtram felicitatem, cùm corpus Domini manducamus in Euchariſtiæ ſacramento, illíque noſtra E corpora caſtè ſanctéq; vnimus. Quid euidentius? Audi Dominum ipſum: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die,* Ioan. 6.

Ioan. 6. S. Aug.

S. Auguſt. per vitam intelligit æternam requiem animæ; & carnis deinde reſurrectionem in cæleſti gloria. Quare diuinæ Euchariſtiæ, quam fideles ritè ſumimus, æternam animæ & corporis gloriam adſcribi & deberi vult Dominus. Panem Chriſtus obtulit, corpus videlicet ſuum ſub ſpecie panis, quo cibo maximè alimur, vt nos doceret Deo Patri efferendum corpus noſtrum in A oblationem mundiſſimam, quippe cùm alius Deo ipſi cibus gratior & dulcior à nobis apponi haud poſſit.

S. Leo. *Victima veri corporis Dñi libanda.*

Quod grauiter S. Leo Papa *ſerm. 5. de paſſ. Dom.* ſic affatur. Corporis & ſanguinis ſui ordinans ſacramentum docebat, qualis Deo hoſtia deberet offerri. Hæc Leo. Profectò nulla gratior hoſtia Deo offertur, quàm ſacrificium iſtud corporis & ſanguinis Domini, vt & ab ipſis Hebræis affirmatur.

Rabban. Iocai. *Tranſubſtantiatio panis in corpus Chriſti, in Euchariſtia.* Iud. 9. Rabbi. Cahana.

Quorū Rabbi Iocai *ad cap. 26. Numer.* ita ſcribit. Sacrificium Meſſiæ panis & vini nunquam ceſſabit. Nunquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum, & homines? *Iud. cap. 9.* Et homines quidem lætificat: Deo autem, in quo lætitiam affert? In ſacri- B ficio, quod de ipſo fiet. Sic ille. Rabbi Cahana, de hac diuina tranſmutatione veluti catholicus Chriſtianus differens: Panis (inquit) ſubſtantia conuertetur in ſubſtantiam corporis Meſſiæ, & ſubſtantia vini in ſubſtantiam ſanguinis ipſius. Hæc ille.

S. Dion. Areop.

Panem & vinum; ſacratiſſima, auguſtiſſima, diuiniſſima vocat Dionyſ. Areopag. Quia verò, & panis efficitur vnus, ex plurimis granis; & vinum ſimiliter, ex plurimis vuarum acinis coaleſcit: hauddubiè Sacramento ſuo voluit Dominus fraternam ſuis fidelibus commendare concordiam & vnitatem.

S. Dion. Areop. *Concordia fraterna commendatur in Euchariſtia.*

Hinc illa ſententia D. Dionyſ. Ariop. 1. *lib. de Hierarch. cap. de comm.* Auguſtior illa, vnius eiuſdémque panis, & calicis communis, pacificáque communio concor- C diæ illis, vt fratribus vnà educatis diuinas ſtatuit leges: atque cœnæ illius ſacratiſſimæ, ex qua ſigna iſta ſumpſere principium, ſacram memoriam renouat. In qua & ipſe autor ſignorum, eum, qui ſecum non piè, neque concorditer, ſacra in cœna perceperat, à contubernalium ſorte, iuſtiſſimè ſeparat. Hæc Dionyſ. Appoſitè S. Paul. 1. *Corint. 11.* de beneficentia diuitum in pauperes diſputans, ſermonem intexuit de ſacroſancto myſterio Euchariſtiæ; huius enim recordatione mirum in modum ditiorum animi compungentur.

S. Chryſoſt. *Eleemoſyna commendatur in Euchariſtia.*

Quaſi dicat (inquit S. Chryſ.) Tuus Dominus omnes eadem menſa eſt dignatus, licèt ea eſſet valde reuerenda, & longè omnium ſuperaret di- D gnitate. Tu autem eos hac tua parua, & vili indignos exiſtimas: & cùm ij in ſpiritualibus, pluſquam tu, nihil ſibi arrogent; tu eos ſpolias ſenſibilibus, neque enim hæc tua ſunt.

Theophyl. Theod.

Eodem modo Theoph. & Theod. Quomodo (aiunt) non eſt abſurdum intus in templo Dei præſente Domino, qui communem nobis menſam appoſuit, vos quidem lautè viuere; eos autem qui ſunt pauperes, eſurire, & propter paupertatem erubeſcere? Sic ille.

Phot.

Quod videtur imitatus apud Oecumen. Photius *cap. 7.* cùm ait: Si Dominus te non dedignatus eſt, quin proprio ipſius corpori, ac menſæ myſticæ communicares: quomodo tu conſeruum tuum dedignaris, ne tuis rebus communicet? Iccirco cùm ſponſus de ſponſæ eleemoſynis guſtaſſet: Comedi panem cum mel- E le, &c. *Cant. 5.*

Cant. S. Gregor. Nyſſ.

hoc eſt (inquit S. Gregor. Nyſſ. *homil. 10. in Cant.*) eſuriui, & dediſtis mihi, &c. Panis enim lætitiæ eſt beneficentia, conditus melle præcepti. hæc cùm Verbum dixiſſet ſponſæ, apponit myſteriorum Sacramentum: Comedite amici.

7. Et quidem de vino in ſanguinem Chriſti Domini conuerſo, hæc ſummatim adnotarim. Primum in Cana Galilææ miraculum à Domino editum legimus, conuertendo aquam in vinum, iam tunc viam muniens ad Euchariſtiam. Vnde ſic argumentatur S. Cyril. Hieroſ. *cat. myſt. 5.*

S. Cyril.

Aquam

Aquam Dominus mutauit in vinum, quod eſt ſanguini propinquum, ſola voluntate. Cur igitur non erit dignus, cui credamus, quòd vinum in ſanguinem traſmutarit? Si ad nuptias corporis illud miraculum operatus eſt; multo magis filiis ſponſi ſuum corpus & ſanguinem dediſſe illum confitebimur. De illius effectu ita D. Cyprian. de cæna Domini loquitur. Calix benedictione ſolenni ſacratus, ad totius humani generis vitam, ſalutémque proficit; ſimul medicamentum, & holocauſtum ad ſanandas infirmitates, & pugnandas iniquitates exiſtens. Quænam Dei promiſſio per hunc diuinum calicem ſignificetur, ita oſtendit D. Anſel. *in 1. Corint. 11.* Hic potus eſt nouum Teſtamentum, id eſt, noua promiſſio cæleſtis hæreditatis in ſanguine Chriſti, quo plenus eſt calix. Per teſtamentum enim datur hæreditas, & in ſanguine Chriſti accipimus nouum teſtamentum, hoc eſt, nouam legem, quæ obedientibus ſibi dat hæreditatem regni cælorum. Hæc Anſelm. Solent interdum aduerſùs hæredem mille concitari lites, ne teſtamento legatam hereditatem aſſequatur: contra omnes Chriſti ſanguine armati ſumus, vt ſecuri hæreditatem regni cæleſtis ingredimur: quod etiam obſeruat D. Anſelm. ita explicans hunc eundem locum. Calix Chriſti, quem in myſterio bibimus, propterea etiam dicitur teſtamentum in ſanguine eius, quem ſemel in cruce fudit pro nobis, quia munit, & defendit nos aduersùs calumnias hoſtis antiqui, ne cæleſtem nobis hæreditatem poſſit auferre: ſicut literæ illæ, quæ vocantur teſtamentum, hæredem muniunt aduersùs calumniatorem, ne hæreditatem ei tollat. Sic Anſelm. Valeat hic locus ad roborandos puſillanimes, qui timore ſæpiùs oppreſſi de ſua ſalute tantum non deſperant. Igitur confortamini (ait Dominus) en ſanguis meus, ſanguis eſt teſtamenti. habetis hæreditatem cæli, vtique meo ſanguine confirmatam. Veſtra eſt hæreditas: intrate in gaudium Domini veſtri. De miris ac ſuauiſſimis gaudiorum ſpiritualium voluptatibus, quibus anima calicem Domini deguſtans perfunditur. Ita D. Cypr. *de Cæn. Dom.* Poſt hunc potum ſanguinis Chriſti cùm ſopiuit obliuio cuncta carnis ludibria, mira ſunt quæ ſentit; magna, quæ videt; inaudita, quæ loquitur: quin Agnus iſte paſchalis inhabitat cuius animam huius vini fortitudo, hilaritate inexplicabili lætificat & delectat. Idem *de vnitate cum Deo, & cum proximis*, in hæc verba profatur. Sed & nos ipſi corpus Chriſti effecti ſacramento & res ſacramenti capiti noſtro connectimur, & viuimur ſinguli alterius membra miniſterium dilectionis pro inuicem exhibentes communicamus caritate, participamus ſolicitudine, eundem cibum manducantes, & eundem potum bibentes, qui de petra ſpirituali profluit, & emanat, qui cibus, & potus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Hæc Cyprian. De hoc pane dicitur Pſalm. 103. *Et panis cor hominis confirmet.* De calice verò; *Et vinum lætificet cor hominis.* Quod etiam Hebræorum doctores intelligunt de ſacrificio & conuiuio corporis & ſanguinis regis Meſſiæ. Duo quidem ſignificantur à Propheta, ſcilicet confortari, & lætificari cor hominis à diuina Euchariſtia, quæ ſummè neceſſaria ſunt non martyribus modò, ſed quibuſcunque etiam Chriſti fidelibus, qui incedunt via illa anguſta, & aſpera tribulationum, quæ ducit ad vitam. Nam ſine fortitudine & hilaritate quadam interna quónam pacto patientia in aduerſis exhiberi poteſt? Vtramque mirabiliter imprimit animis fidelium, Chriſti Domini corpus & ſanguis in ſacramento ritè ſumpto. Cantabant mediis in flammis fornacis Babylonicæ tres illi pueri. Nec mirum; aderat enim quartus ſimilis Filio Dei, quem Rex ipſe barbarus eſt conſpicatus. Illius igitur præſentia, quem habebant inter incendia comitem, ſic læti, & confortati erant, vt minimè (quod S. Chryſ. *homil. 7. in Epiſt. ad Epheſ.* adnotauit) è camino egrederentur; donec ille, qui iniecerat, egredi quoque iuſſiſſet. Et non aliter progreſſi ſunt ex camino, quam ex ipſo cælo proditent. Ita Chryſoſt. Quanto admirabilior, ô bone Deus, & fortitudo, & alacritas ad quæcunque aduerſa patientiſſimè toleranda noſtris animis accedet, ex ipſa communione corporis & ſanguinis tui, per quam non præſens tantùm nobis angelus, Dei Filio ſimilis, ſed ipſamet Filius Dei; nec tantùm noſter comes inter nos, ſed totus ipſe Deus & homo Chriſtus Ieſus intus in noſtris pectoribus, cordibus, animiſque inhabitat, dulciſſimo exceptus hoſpitio? Per hoc enim (ait S. Gregor. Nazianzen. *orat. 3. contra Iulianum*) incruentum ſacrificium nos Chriſto, ipſiuſque paſſionibus, & diuinitate communicamus. Igitur quid eſt (inquit S. P. Chryſ. *ſer. 67.*) magis tremendum, quòd ſe dedit terris Deus, an quòd nos dat cælo? Quòd ſocietatem carnis intrat ipſe, an quòd nos facit conſortium diuinitatis intrare? Quemadmodum (inquit S. Chryſoſt. *in cap. 6. Ioan. hom. 45.*) ſi quis liquefacto auro manum, vel linguam iniiciat; quamprimum deauratur: ita hæc nobis propoſita myſteria corporis & ſanguinis Domini animam auream reddunt. Sic ille. O pulchram animam, ô auream, imò (vt adiicit) auro ſplendidiorem; quæ corpus & ſanguinem Domini ritè epulatur! Poſtremò tantum hoc myſterium, & Dominus ipſe operatus eſt, & vt operaremur iuſſit: In mei (inquit) memoriam facietis; quò ſcilicet in amorem Domini Ieſu accedamur, & memoriam Domini Ieſu nunquam ex animis deponamus. Hæc duo, veluti panem & vinum, quibus nos etiam Domino conuiuium gratiſſimum apponamus, meritò expoſcit D. Bernard. à matre ipſius Dei ſemper virgine Maria. Sic enim ait *ſerm. 4. ſuper, Salue Regin.* Hoc à te & per te ſperamus, ô Domina, vinum & panem: vinum amoris diuini, quod lætificat cor hominis: & panem, qui confirmat cor hominis. Panis ipſe eſt Filij tui dulcis memoria, præſentia ipſius plena tu, & menſa propoſitionis duodecim panum. Hæc Bern. Denique vela iam colligam, rumpantur licèt inuidia hæretici, & Iudæi. Hic eſt panis, qui de cælo deſcendit. Ipſe (ait S. Petr. Chryſol. *loco citato*) eſt panis, qui ſatus in virgine, fermentatus in carne, in paſſione confectus, in fornace coctus ſepulchri, in Eccleſiis conditus, illatus altaribus, cæleſtem cibum quotidie fidelibus ſubminiſtrat. Sic ille. Huius corporis panem (ait S. Greg. Niſſ. *de vita Moyſ.*) non aratio, non ſatio, non agricolatum opus efficit; ſed terra intacta permanſit, & tamen pane plena fuit, quo fameſcentes myſterium virginis perdocti ſaturantur. quàm bellè vocat ſacroſanctam Euchariſtiam myſterium Virginis? Debemus poſt Chriſtum Dominum, virgini matri hanc admirabilem menſam corporis & ſanguinis Domini, vtique ex corpore & ſanguine matris ſuæ. Panem illa cæleſtem, & vinum

Marginalia (left column): Ioan. 2. — S. Cypr. — *Effectus ſanguinis domini in Euchariſtia.* — S. Anſelm. — *Teſtamentum regni cæleſtis habemus in ſãguine Chriſti in Euchariſtia.* — S. Anſel. — *Puſillanimes roborantur ſãguine Chriſti in Euchariſtia.* — S. Cyprian. — *Spiritualia gaudia ex vino Euchariſtico.* — *Concordia fraterna commẽdatur in ſanguine Domini, in Euchariſtia.* — Pſal. 103. — *Euchariſtia confortat & lætificat.*

Marginalia (right column): Dan. 3. — S. Chryſ. — S. Greg. Naz. — S. P. Chryſ. — *Deus homini, & homo Deo vnitur in Euchariſtia.* — S. Chryſ. — S. Bern. — *Conuiuium Deo in nobis apponimus.* — *Vinũ & panis petitur à S. Maria.* — S. P. Chryſ. — S. Greg. Nyſſ. — *S. Maria poſt Deum, debemus Euchariſtiam.*

vinom germinans virgines nobis protolit. Ego A (inquit *Eccleſ.* 24.) quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honeſtatis. Inſtar vitis dicit ſe proferre ſuauitatem odoris, quia ſe gratam, & delectabilem ſuis exhibet fidelibus, corúmque pietatem inter homines ſuaueolentem reddit. Flores ſuos dicit eſſe fructus honoris,& honeſtatis: quia eius virginitas, & bomilitas, quaſi flores protulerunt fructum infiniti honoris,ſcilicet Deum hominem. Illa vitis, ille racemus de vite: ab illa vite huius ſanguis, qui pro nobis in eruce effuſus, à nobis in ſacramento bibitur. O quàm piè, ſanctè ac dulciter à ſacerdotibus tractandus & ſumendus eſt Domini ſanguis, in quem ſic virgo mater ſtans iuxta crucem piiſſimum gerebat officium! Genis & ore (inquit S. Bern. *de lament. Virg.*) tantum cruorem Chriſti rubentibus cadentes guttas ſanguinis ore ſacro tangebat; terram deoſculans ſæpiſſimè, quam cruoris vnda rigabat. O graue martyrium! O frequens ſuſpitium! O languens pectus virgineum! anima eius tota liquefacta eſt.

Eccleſ. 24.

S. Bernard. *S. Maria iuxta crucem Ieſu, ſanguinem Filij excipiebat.*

## SECTIO IX.

*Erat enim Sacerdos Dei altiſſimi, benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelſo, qui creauit cælum & terram: & benedictus Deus excelſus, quo protegente, hoſtes in manibus tuis ſunt. Et dedit ei decimas ex omnibus.*

1. TAm celebrem ac pulchrum locum de Euchariſtiæ ſacroſanctæ myſterio per ſacrificium Melchiſedech præfiguraro, vt hactenus commentando expoſuimus; cum hæretici, tum eorum patrones Iudæi (inter quos latrones, ac ſicarios medius Dominus Ieſus, Verbum ſcilicet Dei, crucifigitur) ad ſacerdotium nequaquam pertinere contendunt. Sed miſſis hoc loco Iudæis; quorum teſtimonium omninò ſuſpectum eſt, eo quòd & ab hoſtibus, & cæcis, vel in ipſo meridie obcæcantibus proferetur: cum hæreticis mihi nunc agendum eſſet. Sed duo ab hoc inſtituto me remorantur: primum quòd iſtud argumentum alius eſt palæſtræ; nec noui quicquam afferri poteſt eruditiſſimis illis cōtrouerſiis, quæ à noſtris Bellarm. Valent. Suar. Turrian. Salm. Maldon. & aliis pertractantur. Alterum eſt: eo quòd vereor, ne vel diſputando ſermonem habeam cum iſta lue, ac peſte mortalium. Opportunè quidem hoc temporis momento ſanctum Irenæum in manus aſſumens caſu incidit in eum locum *lib.* 3 *cap.* 3. vbi de Policarpo ſanctiſſimo, & antiquiſſimo martyre agens hæc adiungit. Et ſunt qui audierunt eum dicentem, quoniam Ioannes Domini diſcipulus in Epheſo iens lauari, cùm vidiſſet intus Cerinthum, exilierit de balneo non lotus, dicens, quòd timeat ne balneum concidat, cùm intus eſſet Cerinthus inimicus veritatis. Et ipſe autem Policarpus Marcioni aliquando occurrenti ſibi, & dicenti: Cognoſce nos; reſpondit: Cognoſco te primogenitum ſatanæ. Tantum Apoſtoli, & horum diſcipuli habuerunt timorem, vt neque verbotenus communicarent alicui eorum, qui adulterauerant veritatem, quemadmodum & Paulus ait: Hæreticum poſt vnam correptionem deuita, ſciens, quoniam peruerſus eſt, qui eſt talis, & a ſemetipſo damnatus. Hæc Irenæ. Miror equidem & dictum & factum Ioannis. Itáne verò, vt tantus etiam Apoſtolus, quo nullus nec ſapientior, nec ſanctior, nec Chriſto Domino gratior, qui recubuerat ſuper pectus Domini; cui matrem ipſe ſuam virginem è cruce commendauerat, auſus non ſit eodem ſub tecto, non ad colloquendum, ſed tantummodò ad lauandum vel breuem moram conficere? Quid; & diuinus Apoſtolus ſibi timet ex conſortio hominis hæretici, ne concidat (inquit) tectum cùm intus ſit Cerinthus. Quid ais; ò dilecte Ieſu? ſi tu intus adſis, ruina te opprimet? Non Ioannem reuerebitur ira Dei, licet in Cerinthum irritata incurrat? Tam graue malum hæreſis eſt, vt concitata in hominem hæreticum diuina vindicta, nec Ioannis virtute pluſquam humana, mitigari poſſit, & cohiberi? Tam pernicioſa eſt conſuetudo, præſentiáque hæretici; vt poſtpoſita ſanctiſſima conſuetudine præſentiáque diuini Apoſtoli ruinam ſit, & exitium tum hæretico, tum Apoſtolo pariter allatura? Meritò igitur clamat Paulus: Hæreticum diuita. Vbi S. Hieron. Nec circa hæreticos occupari nos permittit, ſi correpti iterum non corrigantur: ne tempus inani contentione perdamus. Et S. Chryſ. Vbi manifeſtus fuerit aduerſarius veritatis, cur pugnas incaſſum? ex ſeipſo dãnatus eſt. Porrò autem omnem infidelitatem iugulat hæc ſententia, quam Moyſes appoſuit: *Erat enim ſacerdos Dei altiſſimi.* Hebr. והוא כהן לאל עליון *vehu cohen leel ghelion*, Hebr. Sacerdos Deo altiſſimo. Iam diximus, *ve*, non copulam, ſed cauſam hoc loco, vt & in multis aliis, importare. Vna tantùm hic ſuboritur difficultas, an כהן *cohen* Hebraicè, Sacerdos Latinè, an Princeps ſit? Et quidem hoc loco Sacerdotem eſſe *cohen*, negari non poteſt à Catholico. Quorſum enim *Pſalm.* 109. Chriſtus dicitur Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech: & à Paulo *ad Hebræos* 7. idem omninò aſtruitur: ſi Melchiſedech non fuit Sacerdos? Certum igitur eſt, & indubitatum apud Patres, doctoréſque Eccleſiæ, quod etiam Ioſeph & Hebræi Doctores affirmant. Melchiſedech verum Dei altiſſimi fuiſſe ſacerdotem, ac talem hoc verbo appellari. Deinde *cohen*, licèt nonnunquam principem ſignificet, frequentiúſque ſacerdotem; hic nullo pacto principem ſed ſacerdotem ſignificat, vt ex toto contextu orationis euidenter colligitur; præſertim quia coniungitur cum iis vocibus *leel ghelion*, Deo altiſſimo, quibus cum coniuncta vox *cohen* ſacerdotem importat; vt redditur à LXX. *ἱερεύς*, ſacerdos. Nam quando Principem innuit, redditur longè aliter; vt legitur 2. Reg. 8. *Filij autem Dauid Sacerdotes erant*, Hebr. כהנים *cohanim*; noſter vertit ſacerdotes; non quòd filij Dauid verum poſſent habere ſacerdotium, quippe cùm non ex tribu Leui, ſed Iuda eſſent: verùm quia primariā dignitatem in aula regia habebãt, idcirco ſacerdotes per metaphoram vocantur, LXX. vertunt *αὐλάρχαι*, id eſt, aulæ principes, quem locum explicare videtur diuina ipſa Scriptura 1. *Paralip.* 18. vbi ſic ait: *Filij Dauid primi ad manum Regis.* LXX. *πρῶτοι διάδοχοι*, nimirum filij Dauid primùm excipiebant regem. Vide plura ſi voles, apud noſtros Peter. Delrio ad hunc locum, & Riber. *in* 7. *ad Hebræos.*

*Inter Iudæos & hæreticos verbum Dei crucifigitur.*

S. Irenæ.

*Cum hæreticis ne loquendum quidem.*

Policarp.

Ad Tim. 3.

*Quàm offendat & irritet Deũ hæreſis.*

S. Hieron.

S. Chryſ.

Pſal. 109.

*Melchiſedech verus fuit Sacerdos Dei.*

2. Reg. 8.

2. Decora ſanè coniunctio in voce Hebr. *cohen*, Sacerdotis, ac Principis. Vnde illa ſententia

*Irenæus.* tentia D. Irenæi *lib. 4. cap. 20.* ortum habuit. Nimirum: Omnes iuſti ſacerdotalem habent ordinem. Loquitur ſanctiſſimus Pater de primaria quadam nobilitate, & altiori ſplendore dignitatis inter homines, quam ſoli poſſident ij, quos ardens euexit ad æthera virtus.

*Mira ſacerdotii dignitas.* Quid (quæſo) aliud æque dignitatem ſacerdotalem commendat, quam quòd ipſe Deus ſuum amplificans honorem ſe ſacerdotem appellat, ac ſuos hoſtes adeò viles, & abiectos, vt nihil habeant cum ſacerdotiu commune; tam impudentes, vt ſacerduti audeant contradicere? Sic enim per Oſeam cap. 4. *Populus tuus, ſicut hi, qui contradicunt Sacerdoti.* *Oſeæ 4. S. Hier.* Vbi D. Hieronymus. Tantæ eſtis impudentiæ, vt contradicatis mihi, quaſi ſi ſacerdoti plebecula contradicat, quæ non habet ſacerdotij dignitatem. Sic Hieronymus. *S. Cyr. Alex.* S. Cyrillus Alexandrinus longè explicat, ratus Iudæos ita reiici à Deo, vti à ſacris reiiciebantur etiam de tribu Leui, quos vitium aliquod inſigne corporis deformes redderet. ait enim Dominus ibi per Oſeam: Populus meus, quaſi ſacerdos cui contradicitur, & infirmabitur. Vbi iam Cyrillus. Populus iſte extra tabernaculum ſedebit, non ſacrificium, nec odorem ſuauitatis offeret Deo. ægrotauit enim detrimentis animi, & vitiatus eſt corde, & meritò iam reiectitius atque odioſus euaſit. Sic ille. Itaque vtrobique ſumma infelicitas, & ignobilitas Iudæorum ſignificatur quòd indigni ſint ſacerdotio propter vilitatem, & propter deformitatem vitiorum, quibus notati apparent: iuxta illam C contradicunt ſacerdoti, iuxta iſtam à ſacerdotio remouentur. Et quemadmodum dignitate ſupra cæteros homines euecti ſunt ſacerdotes, ita omnes vitæ ſanctitate ſuperent oportet. *Innocentia vita ſuper homines debet eminere ſacerdos.* Ad eos enim ſermo Domini eſt: *Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum, Dominus Deus veſter*, Leuit. 20. *Leuit. 20.* & illud: *Separamini qui portatis vaſa Domini, & exite de medio eorum, dixit Dominus.* *Orig.* Hunc locum expendens Origenes *homil. 11. in Leuit.* Pulchrè ſacerdotem affatur his verbis. Separare à terrenis actibus, & à concupiſcentia mundi, & cùm te ſeparaueris ab his omnibus, deuoue te Deo, tanquam primogenitum viulnm. Non operetur per te peccatum, nec iugum tibi imponat malitia, ſed eſtò ſegregatus vſibus tantùm ſacerdotalibus, tanquam primogenitum animal, mancipatus. D Segrega te, & ſecerne, tanquam phialæ ſanctæ, & ſancta thuribula, ſolius templi vſibus, & Dei miniſterio vacans. Separa te ab omni pollutione peccati, & eſto ſegregatus intra templum Dei, tanquam ſancta indumenta Pontificis. Sancti ergo eſtote; quia & ego Sanctus ſum. Sicut ergo (inquit) ſegregatus ſum, & longè ſeparatus, ſicut ego excedo omnes creaturas, atque ab vniuerſis, quæ à me facta ſunt ſegregor; ita & vos ſegregati eſtote ab omnibus, qui non ſunt ſancti, nec Deo dicati. Segregati autem ſint non locis, ſed affectibus, non regionibus, ſed conuerſationibus. Denique, & ipſe ἅγιος E in Græca lingua, quaſi extra terram eſſe ſignificat. Quicunque enim ſe conſecrauerit Deo, meritò extra terram, extra mundum videbitur. Super terram ambulantes conuerſationem in cælis habeamus. Hæc Origenes quæ ſi facto exequerentur; miraculo eſſet populis noſtra viuendi ratio. Deum in ſacerdote illi contuerentur, ac venerarentur. Proh

- Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.

A altiſſimam, & vltra omnem creaturarum honorem, ſacerdotis dignitatem; diuinæ (liceat dicere) proximam! Sed heu me, quàm ſupra omnem humanam, & Angelicam, a ſacerdote vitæ ſanctitas expoſcitur! Erant, qui in nomine Ieſu dæmonia è corporibus hominum expellebant, cùm tamen ipſi diſcipuli non eſſent Domini Ieſu, *Luc. 9.* *Luc 9.* Et nuncupatim his minatur Dominus ſe dicturum: Non noui vos, diſcedite à me, *Matth. 7.* *Matth 7.* Mirabetis, qui fieret; vt iſti & in nomine Ieſu miracula ederent, & ab ipſo Ieſu neſcirentur, & ablegarentur? Optime quidem ita S. Ambroſius *in 9. Luc.* *S. Ambr. Dignitas ſacerdotis etiā in malignos.* Aduertere debemus, quòd non ſolùm officij in clerico, ſed etiam virtutis opera requirantur: tantùmque eſſe B Chriſti nomen, vt etiam parum ſanctis opituletur ad præſidium, etſi non opituletur ad gratiam. Vnde ſe nemo iactare debet; non enim merito ſuo diabolus, ſed odio ſuo vincitur. Sic Ambroſius. Adiungit Dominus: Diſcedite à me, qui operamini iniquitatem. Scilicet, de præſenti, vt notat S. Hieronymus: *S. Hieron.* Operamini, (inquiens) hoc eſt, qui vſque in præſentem horam, cùm iudicij tempus aduenerit: licèt non habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habetis affectum. Sic ille. Mira planè obſtinatio. Dignitas verò ſacerdotalis inde etiam rectè colligitur, quòd ſacerdotes rerum ſanctiſſimarum miniſtros Deus conſtituat, & ad cælum duces reliquo vulgo proponat ſequendos, & imitandos: C quòd in ſacerdotibus arcam Dei portantibus, ac primò Iordanis alueum ingredientibus, vt cæteri Hebræi deinceps tranſirent, expreſſum legimus *Ioſue 3.* *Ioſue 3. Sacerdotes exemplum.* Vbi Origenes myſterium ſic euoluit. Per ſacerdotes deducitur populus, & iter agit ad terram promiſſionis magiſterio ſacerdotum. *Orig.* Et quis hodie in ſacerdotibus tantus ac talis eſt, qui in illo ordine mereatur adſcribi? Si enim ſit aliquis talis, cedent ei flumina Iordanis, & ipſa elementa verebuntur. *Quàm ſit potens virtus ſacerdotis.* Hæc ille.

3. Neque verò inter Chriſtianos tantùm, ſed etiam apud antiquos in lege veteri ſumma credebatur ſacerdotum dignitas. Philonis teſtimonium ſatis in præſentia erit. *Philo.* Sic enim *lib. de Gigantibus*, ait. Sacerdotes Dei homines ſunt, *Sacerdotis in lege Moyſis dignitas.* D quorum maior eſt dignitas, quàm vt ſe miſceant humanæ Reipub. & mundi ciues ſint: ſed ſubliniores omnibus rebus ſenſibilibus migrarunt in mundum intelligibilem, ibi ſortiti domicilium, adſcripti Reipub. idearum incorporearum, & incorruptibilium. Idem *lib. de Monarchia*, *Num. 25.* facinus illud zelo Dei, ac pietatis admiſſum à Phineæ commemorans cùm fornicarios interemit ſapienter adiungit. Quocirca Deus laudauit ſtrenuè nauatam operam, & promptam alacritatem honorauit duplici præmio, pace, ac ſacerdotio. Tum quia indicauit immunem à malitia debere eſſe in poſterum propugnatorem diuini cultus fortiſſimum; tum quia ſacerdotalis honor pietati debeatur mer- E ces propria, quæ eſt profeſſio ſeruiendi cæleſti parenti optimo, cui ſeruire optabilius eſt, quàm regnare; nedum eſſe liberum. *Pietatem Phinees Deus ſacerdotio donauit.* Hæc Philo. Quòd ſi tam præclara cenſetur dignitas ſacerdotis, qui Deo thus adolebat, & cæſarum pecudum carnes, & ſanguinem offerebat, quis dignè poterit comprehendere, multóque minùs explicare maieſtatem admirabilem ſacerdotis Chriſtiani, qui corpus & ſanguinem Dei hominis offert? *Inexplicabilis dignitas ſacerdotis Chriſtiani.*

Illuſtriſſima quidem illa fuit Leuiticæ tribus A nomenclatura; ſic enim (inquit D. Ambroſius *lib.1.offic.cap.50.*) appellatur Leuita, ipſe meus, vel ipſe pro me. Sacerdos enim, & totus Deo ſacer eſt, & Dei vicem gerit in terris. Iccirco ſacerdotem Deus ipſe purum ab omni macula, & labe tum corporis, tum animæ oportere eſſe præſcribit in lege; multúſque eſt in depingendis veſtium ornamentis, & purificationibus ad ſacerdotis munditiem, ac decorem. Quæ omnia (inquit Philo *lib. de Monarchia*) videntur figuratè referenda ad profectionem animæ. Nam ſi mortale corpus ſacerdotis inſpici oportet, ne quo contactum ſit vitio, quanto magis immortalem animam formatam ad Dei veri effigiem? Sic ille. Vnde optimè infert D. Ambroſ. B *loco citato*: ſi in figura tanta obſeruantia, quanta in veritate? Nimirum, & ſacerdotium, & victimæ, & altaria, & templa, tuúſque vmbræ tantùm erant eorum, quæ nunc in Eccleſia Chriſtiana videntur, & geruntur. Et quidem in ea quid præſtantius exiſtit, quàm ſacerdotalis dignitas? Bene Theodoret. *in Cant.* expendens illa verba Pſalm.44. *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.* adiungit: Eccleſiæ facies ſpecie quidem ipſa eſt dignitas ſacerdotalis. Quàm ergo deteſtandum erit, ſi faciem Eccleſiæ non tantùm næuo decolores; ſed turpi quadam deformitate, aut cæno, ac ſordibus deturpes? Sed heu me quàm ſupra omnem humanam, & angelicam requiritur puritas corporis, C & animæ à ſacerdote, qui corpus, & ſanguinem Domini ſuis manibus attingit? Quod quidem Eccleſia iam inde ab Apoſtolis edocta videtur ſignificare ſuis ſacerdotibus, vt manuum puritate ad altare deferant imitantes Dominum ipſum, qui pridie quàm pateretur, accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas. S. Iacobus *in ſua Liturgia*, in ſanctis, & immaculatis manibus. S. Baſilius, in impollutas, & irreprehenſibiles manus. Nimirum ſolæ Chriſti Domini manus dignè ſuum corpus, & ſanguinem tractare poſſunt; & pòſt ipſas Chriſti manus ſanctiſſima Dei mater ſemper virgo Maria dignè Chriſti corpus verſare manibus, portare brachiis, ad pectus ſuſpendere, D ore ſuauiari poterat, quod in ſuo virgineo vtero conceptum inter ſplendores ſanctitatum, nouem menſibus geſtauit. Imitetur ſacerdos (quoad præſtari poterit ab homine) ſemper Virginem Dei matrem: illius puritatem, pietatem, ac ſuauiſſimum Chriſti amorem in ſe, cùm ad altare celebraturus accedit, ſtudeat adumbrare. At quidnam de impuris miniſtrantium manibus dicendum erit, niſi, quod à Tertul. *lib. de Idololatria cap.7.* ſcriptum eſt? Si manus (inquit) tua ſcandalizat te, amputa eam. Quæ magis amputandæ, quàm in quibus Domini corpus ſcandalizatur? Sic ille. Vel ipſa ſola orandi ad altare Domini religio ſanctitatem eximiam ſpiritus expoſcit: E quid verò de ſacrificio, de communione corporis & ſanguinis Domini? Et quidem de orandi puritate ſic Tertul. *in exhortatione ad caſt. cap.10.* Spiritus ducit orationem ad Deum. Si Spiritus reus apud ſe ſit, conſcientia erubeſcit: quomodo audebit orationem ducere ad altare?

S. Ambroſ.

Philo. *Anima puritas in ſacerdote.*

S. Ambr.

Theod. Pſal.44. *Sacerdos facies Eccleſiæ.*

S. Iacobus. S. Baſil. *Puritas manuum in ſacerdote.*

*Imitanda S. Maria à ſacerdote.*

Tertull. Matth.5. *Amputandæ manus impuræ ſacerdotum.*

Tertull. *Puritas in orante.*

4. Porrò autem duo ſunt, quæ præcipuè commendantur in ſacerdote à Deo; ſcilicet pectus, & brachium: cuius myſterij ſymbolum præferebat lex illa, quæ pectus & brachium dextrum immolatæ hoſtiæ filiis Aaron A ſeparari præcepit, & eſſe eis muneris loco ex ſalutari ſacrificio. Quem locum ſic interpretatur Origenes *hom.5. in 7. Leu.* Vide quibus muneribus honoratur ſacerdos: pectus, & brachium dextrum accipit. Niſi enim habeat pectus ex omnibus membris electum, & brachium dextrũ, non poteſt ſacerdos nominari: pectus, quod ſit plenum Deo; brachium dextrum opera bona ſignificat. Sic Origenes. Scilicet nomine pectoris Deo pleni cùm amor erga illum, tum pietatis quædam teneritudo, & gratiæ diuinæ habitus declaratur. Nec minùs appoſitè intelligitur ſymbolo pectoris ſapientia, quæ ſummè neceſſaria eſt ſacerdoti. Labia enim ſacerdotis *Malach.2.* B cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Vbi S. Hieronymus: Non dixit; proferent, ſed cuſtodient, vt loquantur in tempore, dénique conſeruis cibaria in tempore ſuo. Adde pectus ſacerdotis theſaurum eſſe debere ſapientiæ: ſed claudi, aut aperiri, clauſis aut reſeratis labiorum foribus: in quo commendatur etiam venerabile ſilentium in ſacerdote. Opportunè quidem & ſanctè loquatur oportet ille, cuius lingua Chriſti ſanguine quotidie rubeſcit, cuius os pane vitæ alitur, cuius in pectore Deus ſibi ipſe domicilium elegit. Vltrà etiam S. Hieronymus: Ad ſacerdotis (inquit) pertinet diſciplinam interrogatum reſpondere de lege. Qui ſi ignorantiam in cæteris diligentem, in Scripturis ſan- C ctis oſtenderit negligentem; fruſtrà iactat dignitatem, cuius opera non exhibet. Angelus Domini, ideſt, nuncius, ſacerdos Dei veriſſimè dicitur, quia Dei & hominum ſequeſter eſt, eiúſque ad populum nunciat voluntatem. Et iccirco in ſacerdotis pectore rationale eſt, & in rationali doctrina, & veritas ponitur: vt diſcamus ſacerdotem doctum eſſe debere, & præconem Dominicæ veritatis. Sic Hieronymus. Non omittam, quod ſtatim ſubiungitur à Domino: *Vos autem receſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege: propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis.* Exponit D. Hieronymus, vt eos contem- D nerent, & pro honore & gloria, quaſi deiectos humiléſque calcarent. Sic ille. Vtinam noſtro hoc ſeculo adimpletam quotidie hanc Domini comminationem non videremus! Iacet inter laicos humi proſtrata ſacerdotum dignitas, eo quòd plerique noſtrûm, aut ſupina quadam inſcitia laborant, aut prauis vitæ moribus ſcandalum præbent; &, vt benè obſeruat D. Hieronymus: Infirmos facit multos negligentia conuerſationis noſtræ. Peropportunè ad hunc locum ille alius ex Zachar. 3. adduci poteſt: *Audi Ieſus ſacerdos magne tu, & amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendentes ſunt.* Sermo eſt de ſacerdotibus, qui & dignitate, & familiaritate Chriſti ſummi E ſacerdotes recenſentur. LXX. vertunt, prodigiorum ſpectatores: quia nimirùm illorum conuerſatio in cælis eſſe debet, & ſtudium in diuina myſteria, quæ hîc appellantur prodigia, perpetuò ſedulóque intentum. Deinde illorum tam miris virtutum operibus, vita debet eminere, vt mortalibus prodigium eſſe videatur. Quid ſi hoc etiam ſignificetur? Nimirum ſacerdotes ſydera ſunt Eccleſiæ militantis: vnde temporum affectiones, & qualitates prænotari ſolent. Qualis enim eſt vita ſacerdotum, talis plerumque ſtatus cuiuſque

Origen. *Pectus & brachium ſacerdotis quid ſignificent.*

Malach.2.

S. Hieron.

S. Hieron. *Sacerdos ſapiens eſſe debet.*

Hieron.

*Abiectum ſacerdotium ob ignorantiam, aut prauitatē ſacerdotis.*

S. Hieron.

Zachar.3.

*Qualis vita, & ſtudium ſacerdotum eſſe debeat.*

iuſque regni Reipub. atque vrbis exiſtit. Iccirco non incongruè adnotauit D. Hieronymus *in cap.9. Oſeæ*: quantam importet mundo perniciem improbitas ſacerdotum, hiſce verbis. Veteres ſcrutans hiſtorias inuenire non poſſum ſcidiſſe Eccleſiam, & de domo Domini populos ſeduxiſſe præter eos, qui ſacerdotes à Deo poſiti fuerant, &c. S. Cyrillus Alexand. *ad idem cap. Malach.* ſic edilſerit. Expoſtulat Dominus vehementer cum Sacerdotibus: ſubiecta enim multitudo in omnibus Sacerdotum exempla ſequitur. Itaque Sacerdotes ad virtutem ſi rectè viuant, cæteris ſunt incitamento; etſi malè viuere conſpiciantur: ad nefanda & deteſtabilia ſunt duces. Sunt igitur forma facti gregis, 1. *Petr.* 5. Sic ille. Sed recurrendum adhuc eſt ad locum Malachiæ 2. vbi Sacerdos Dei nuncius, ſiue Angelus nuncupatur. Quia ſicut dignitate Angelos ſuperat, ita virtutum excellentia inferior Angelis eſſe non debet: quinetiam ad Sacerdotes Eccleſiæ Angelos dictum à Propheta eſt, Pſal.102. *Benedicite Dominum omnes Angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius ad audiendam vocem ſermonum eius.* Quo in loco ita D. Auguſtin. Quid prodeſt, quia hymnum cantat lingua, & ſacrilegium exhalat vita tua? Si ergo vis benedicere Deum, fac verbum eius, fac voluntatem eius, in petra ædifica, non in arena. Sic Auguſtinus. Ingrediebatur Domini ſanctuarium Sacerdos veſte illa mirabili amictus, in qua, & mala punica pendebant, & tintinnabula reſonabant, *Exod.*28. *&* 39. Scilicet autore D. Gregorio *in regiſt. lib.* 1. *indiction.* 9. *cap.* 24. Vt vitæ viam cum linguæ ſonitu ipſa quoque opera ſacerdotis clament. D. Hieronymus penè integram ſcribit Epiſtolam de veſte ſacerdotali ad Fabiolam, quæ numero eſt 128. Illud vnum referam de tintinnabulis, in quibus doctrina Sacerdotis figurabatur ſimul cum vitæ exemplo. Tanta (inquit) debet eſſe ſcientia, & eruditio Pontificis, vt & greſſus eius, & motus, & vniuerſa vocalia ſint. Veritatem mente concipiat, & toto eam habitu reſonet, & ornatu; vt quicquid agit, quicquid loquitur, ſit doctrina populorum: abſque tintinnabulis enim & diuerſis coloribus, & gemmis floribúſque virtutum, nec Sancta ingredi poteſt, nec nomen Antiſtitis poſſidere. Hæc Hieronymus. Porrò Zach. paulo antè citatus ſacerdotes illos portentorum ſpectatores hortatur ad videndum huiuſmodi miraculum. Ecce lapis quem dedi, & ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt. Scilicet (vt exponit S. Cyrillus Alexand.) Oportet ſacerdotes ante oculos habere ſemper lapidem illum electum, multis oculis intuentem omnia. Sic ille. Totus eſt oculus Deus noſter Chriſtus Ieſus ſummus Sacerdos; in ſacerdotem totus intenditur; vt paſcat oculos, & lætetur, ſi ſanctus ſit: & obſeruet illius vitia, ad iudicium, ſi impius ſit.

S.Hieron. *Orbis bonum, aut malum à Sacerdote.*
S.Cyr. Alex. Malach.2. *Vt officio, ſic ſanctitatis exemplo emineat Sacerdos.*
Pſal.102.
S.Auguſt.
Exod.28.39.
S.Greg.
Hier.
S.Cyr. Alex.

5. *Benedixit ei.* ] Etſi benedictio non ſemel laudationem & prædicationem ſignificet, vnde benedicere ſit laudare, & prædicare, veluti Pſal. 102. *Benedic anima mea Domino.* & Pſal.33. *Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo.* Atque adeò benedictus, hoc eſt, laudatus ob eximiam pietatem, & res fortiter ac feliciter in bello geſtas Abraham dici queat à Melchiſedech. Nihilominus hoc loco commodiùs pro bona feliciſque precatione accipitur benedictio, quam Dei ſacerdos homini Hebræo

Pſal.102. Pſal.33.

*Ben.Fernand.in Gen.tom.1.*

A impertiuit. At benedictio, quam Melchiſedech Deo præſtitit, laudatio eſt. Quocirca, vt rectè adnotauit Caietanus, Deus à ſacerdote Melchiſedech benedicitur benedictione laudis: Abraham verò benedicitur ab eo benedictione opitulationis. Eſt enim huiuſmodi benedictio proprium ſacerdotis munus; de cuius efficacitate, quicquid ſit de indignitate ſacerdotis, ita S. Auguſtinus apud P. Damian. Quanta ſit dignitas ſacerdotalis ordinis, hinc aduertamur. Caiphas cùm eſſet pontifex prophetauit, *Ioann.* 11. per quod oſtenditur ſpiritum gratiarum non perſonam ſequi, aut dignitatem, ſed ordinationem traditionis: vt quamuis aliquis boni meriti ſit, non poſſit benedicere, niſi fuerit ordinatus, vt B officium miniſterij exhibeat. Dei autem eſt, effectum tribuere benedictionis. quare dictum eſt à Deo *in Num.* ad Moyſen, & Aaron ſacerdotes: Vos ponite nomen meum ſuper filios Iſraël. Ego Dominus benedicam eis: vt gratiam, traditio per miniſterium ordinati transfundat omnibus: nec voluntas ſacerdotis obeſſe aut prodeſſe poſſit, ſed meritum benedictionem poſcentis. Hæc ille *lib.gratiſſ.c.9.* Quod verò attinet ad benedictionem Abrahami, ſic habet: Benedictus Abrahamo Deo excelſo, qui creauit cælum & terram. Vera quidem, & propria ſacerdotis actio, benedicere. Balam ſurrexit, & reuerſus eſt in locum ſuum, *Num.*24. Theodoret. legit: Non perrexit Balam, vt conſueuerat in occurſum augurum. Nimirum poſtquam vel C inuitus, & coactus à Deo benedictiones illas feliciſſimas pro maledictionibus Hebræorum populo nunciauit, quaſi in alterum virum mutatus nunquam ampliùs in auguria, & exitiales à dæmone inſpirari ſolitas maledictiones remeauit. Videlicet, vt benè aduertit Theodor. *quæſt.*45. *in lib. Num.* Cùm experientia didiciſſet ſe arte vana vtentem nihil proficere, non ampliùs vſus eſt ſignis conſuetis, ſed linguam ſuam ſecreuit in obſequium Dei. Hæc Theod. Quid ad hæc dicemus Chriſti ſacerdotes, quorum lingua conſecrando pani cæleſti, & calici benedictionis conſecrata eſt? Cur non præſtamus quod profitemur, quod ſuſcepimus; vt lingua, vt cor, vt corpus, & anima in obſequium Dei prorſus impendantur. totus quippe Dei ſa- D cerdos eſt. Iccirco enim *Leuit.*4. habetur, vt victima pro ſacerdotis piaculo expiando funditùs concremetur: nempe, vt inquit Theod. *quæſt.*3. *in Leuit.* Integritatem ſacerdotis demonſtraret, qui non aliquatenus, ſed totum planè ſe dedicauerit Deo vniuerſorum. Sic ille. Profectò inter teſtimonia probitatis euidentiſſimum eſt, quod ab ore linguáque profertur: vti Philo Hebr. *lib. quod deter. pot. inſid.* ad hunc modum effatur. Mali hominis ſermo, nunquam interpretari poteſt diuina dogmata; pulchritudinem enim eorum ſuis deturparet contaminationibus. Econtra, neque bonus impudica turpiáque proferet: ſed ſemper ſanctas narrationes E ſacri ſanctique ſermones facient. Fertur in quadam optimè inſtituta ciuitate morem eſſe hunc, vt quoties aliquis impuræ vitæ ciuis ſententiam vult proferre ad ſenatum, aut populum, non ſinatur per ſeipſum hoc facere, ſed à magiſtratu cogatur eam apud aliquem honeſtum virum deponere. Qui mox aſſurgens pronunciat quod audiuit ſilente interim altero: & quæ tum primum didicit, quamuis aliena profert, autorem commenti vix in auditorum, ſpectatorumve

Caiet.
S.Auguſt. S.P.Dami.
*Benedictio Dei potens ad immutandos hominis mores.*
Num.24.
Theod.
Leuit.4.
Theod.
Philip.Heb. *Quàm pura & ſancta eſſe debet lingua Sacerdotis.*
*Homo lingua impura indignus, qui cenſeatur inter homines.*

ve habens numero. Adeóne beneficium ab iniuſtis quidem dignantur accipere, quòd exiſtiment hanc vtilitatem corrumpi admixto dedecore. Hæc Philo. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, *Pſal.5.* De impura, maledica, & impia loquacitate impiorum ſermo eſt. Sepulchrum patens (declarat D.Chryſoſt.) vt ſignificet maiorem abominationem. Cùm enim oporteret huiuſmodi verba celari, illi etiam proferunt, vt ſuum magis morbum oſtendant. Ita Chryſoſt. Summam facit admirationem, quod de ſeipſo narrat ſanctiſſimus Iob cap.19. cùm ait; *Et derelicta ſunt labia tantummodo circa dentes meos.* Fortè cùm vir patientiſſimus dixit: Sit nomen Domini benedictum; os illius ſeruatum diuinitus eſt, ne hoſtili pateret crudelitati: aut ipſa Dei benedictio tam efficax fuit, vt illam linguam, os, labia, dentes, inſtrumenta diuinæ laudis, integra, intactáque à dæmonum iniuriis, & à communi reliquorum membrorum pernicie libera, & inuicta reddiderit. Derelicta ſunt labia tantummodò circa dentes: quia, vt ait D. Hieronymus, Deum benedicebat. Sacerdos Dei Melchiſedech benedixit: quod à Chriſti Sacerdotibus maiori iure nunc exigitur; quippe qui Deum ipſum in ſacramento altaris quotidie in ore geſtant. Hinc illud egregiè dicitur à D. Ambroſio *in 6. Luc.* Verbum Dei clauis tui oris eſt. Denique illud optimè obſeruat Procopius. Quòd autem (inquiens) benedictionem impertitur Melchiſedech Abrahamo, ſignum eſt illius ſacerdotium excelluiſſe ſacerdotium Leuiticum. Sic ille. At Melchiſedech ſacerdotium fuit vmbra tantùm & figura ſacerdotij Chriſtiani.

Pſal 1. *Impura loquacitas.* S.Chryſ. Iob 19. *Lingua bene loquentis benedictio.* S.Hieron. S Ambr. Procop.

6. *Benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt.*] En benedictio, quam diximus laudationem Dei, eo quòd Abrahamum non modò ex hoſtium manibus liberauerit, ſed de illis victorem, & triumphatorem effecerit. Quo protegente, &c. quaſi dicat: Niſi Dominus Abraham cuſtodiret, fruſtra iſte pugnaret. Tota huius tam prodigioſæ victoriæ gloria Deo protegenti adſcribenda eſt. Sic enim D.Chryſoſtomus ad hunc locum ediſſerit. Non ſolum iuſtum prædicat, ſed & Dei præſidium agnoſcit. Neque enim abſque illius gratia potuiſſet tantam hoſtium potentiam vincere. Qui tradidit (vult dicere) ipſe eſt, qui totum operatus eſt, ipſe eſt, qui fortes fecit infirmos, ipſe eſt, qui per inermes deiecit armatos: ab eo eſt gratia, quæ tantam tibi virtutem conceſſit. Ita Chryſ. Planè hæc modeſtia, & humilitatis demonſtratio ſimul cum grati animi ſignificatione erga Deum, à quo omne bonum deſcendit, digna eſt, quæ nonnunquam ſupra omnem naturam admiranda opera efficiat. Quod S.Gregor. *lib.1. dialog. cap.2.* in Heliſæo adnotauit ad hunc modum. Heliſæus magiſtri pallium ferens, atque ad Iordanem veniens percuſſit ſemel, & aquas minimè diuiſit, ſed cùm repentè diceret: Vbi eſt Deus Heliæ etiam nunc, 4. *Reg.2.* percuſſit flumina magiſtri pallio, ac iter inter aquas fecit. Perpendis, quantum in exhibendis virtutibus humilitas valet? tunc exhibere magiſtri meritum virtutem potuit, quando magiſtri nomen ad memoriam reduxit. Quia enim ad humilitatem ſub magiſtro rediit, quod magiſter fecerat, & ipſe fecit. Ita Gregor. Contrà verò Giezi diſcipulus, & famulus Heliſæi etiam admouens magiſtri baculum defuncto puero nihil profe-

S.Chryſ. *Deo bonum omne referendum.* S.Greg. *Gratitudo cum humilitate potens ad miracula.* 4.Reg 2.

cit, eo quòd (autore Theod.4. *Reg.4.*) inanis gloria fuit impedimento, ne faceret miraculum. Quinimò Propheta inſolentem animum, & laudis humanæ cupidum famuli probè agnoſcens, mandauerat: Si occurrerit homo in via, non ſalutes, non reſpondeas. Sciebat enim (inquit Procopius) quàm laudis cupidus eſſet. Vanæ autem gloriæ affectatio impedit facultatem edendi miracula. Multo id euidentiùs in Chriſto Domino viſitur. Ait enim cæcum à natiuitate curaturus: Me oportet operari opera eius qui miſit me, *Ioan.9.* Rationem ſcilicet præmittit miracula patrandi; non ſe gloriæ quidem colligendæ cupiditate, ſed neceſſitate paterni præcepti facere, ideo potiùs dixit, *opera eius qui miſit me*, quàm opera Patris, vt obligationem faciendi miraculo ipſo miſſionis nomine declararet. Sed hoc idem D. Auguſtinus vno verbo complexus eſt. Mementote (inquit) quomodo vniuerſam gloriam dat illi, de quo eſt. Hanc humilitatis lectionem optimè didicit diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus; palàm enim fatetur *cap.20.* ſe reſurrectionem Domini primò à Maria Magdalene accepiſſe. Vbi egregiè D. Chryſoſtomus *homil.* 84. *in Ioan.* Euangeliſta tanta laude mulierem non fraudauit; neque ſibi dedecori arbitratus eſt, vt ab ea primùm hæc intelligeret. Sic ille. Humilitatem videtur ſanctiſſimus Sacerdos commendare Abrahamo, ne propter victoriam inſoleſceret: totum Deo adſcriberet, quod à ſe bene geſtum fuerat. Agnoſceret ſe hominem, quo nihil infirmius, & abiectius; periclitatur enim inter ſummos honores, applauſúſque mundi humilitas, & modeſtia iuſtorum. Sic Dominus ſuos diſcipulos erudiebat. Quod S. Chryſoſtomus eleganter ediſſerit ad illa verba Ioan. 4. *Fatigatus ex itinere ſedebat ſic*, &c. Non laboris (inquit) tantùm Dominus ſtudioſus; ſed humilitatis, non fatigatus duntaxat ex itinere ſediſſe, ſed relictus ſolus dimiſſis diſcipulis hîc oſtenditur. Atque poterat miniſtros ſibi comparare, ſed noluit. Etenim diſcipulos quoque his moribus aſſuefecerat. Et quid mirum (dixerit quis) ſi humiles erant piſcatores? Erant ſanè; verùm repentè ad ipſum cælum euolarunt, & cunctis regibus clariores euaſerunt digni habiti, qui vniuerſi orbis Domini familiaritate fruerentur, & cum vbique admirabilem ſectarentur. Illud præterea non ignoratis, quod, quanto quis humiliori gradu ad dignitates aſſumitur, faciliùs in ſuperbiæ inſaniam effertur, vtpote, qui expers ſit repentini, & inſperati honoris. in hac eos humilitate continuit, & vt ab hominibus ſe abſtinerent, neque miniſtris indigerent. Hæc omnia Chryſoſtomus *homil.30.in Ioannem.* Pauperes & ignobiles elegit in principes Eccleſiæ, ne miniſtris (inquit Chryſoſtomus) indigerent. Nimius & valde profanus familiæ, & famulorum apparatus in Eccleſiaſticis damnatur. Timeat igitur ſibi quiſque à ſuperbia, ſi præſertim ab humiliori vitæ ſtatu & conditione ad ſublimem honoris apicem euectus fuerit. Illa verè humilitatem prætulit, vti vexillum, iuſtis, & ſanctis omnibus, quæ Dei mater eſt gratiarum, ac donorum cæleſtium abyſſus; & nihilominus Ancillam ſe profitetur. Nihilo tamen minùs virgo beatiſſima non ex ignobili ſtatu euecta eſt ad incomparabilẽ dignitatem; quaſi indigna foret tãto honore. Profectò cùm eam in matrem Deus elegit, inuenit in ea, vt loquitur

Theod. 4.Reg.4. Procop. Ioan.9. S.Auguſt. Ioan.20. S. Chryſoſt. *Humilitas S. Ioan. Apoſtoli.* S.Chryſ. Ioan.4. *Modeſtia & humilitas inter honores.* *Chriſtus in humilitate inſtruit diſcipulos.* *Ignobilis ad honorem euectus periclitatur.* S.Chryſ.

S.Au

S. Anſel.

S. Anſel. *lib. de excell. Mar.* c. 1. ſupereminentem omni, quod poſt hominem Deum, creatum eſt, excellentiam vt eſſet mater Dei. tametſi hæc immenſitas gratiarum, & meritorum à Deo ipſo emanauerit. Inuitauit etiam ſuo exemplo ſacerdos Melchiſedech Abrahamum ad laudationem diuinorum beneficiorum, quibus abundè cumulatus victoriam illam admirandam reportarat. Hoc enim proprium munus ſacerdotum; duces vt fiant reliquorum ad Deum. Quare Abrahamus, vt publico aliquo ſigno grati ſui animi ſignificationem Deo exhiberet, decimas ſacerdoti Dei altiſſimi obtulit. Sic enim ſequitur:

S. Chryſ.

7. *Et dedit ei decimas ex omnibus.*] Hoc loco (ait S. Chryſ.) Abraham fit omnibus doctor, vt declarantes gratitudinem, primitias eorum, quæ ſibi à Deo conceſſa, offerant. Sic ille. Quòd autem Abraham ex omnibus ſpoliis, quæ tulerat, decimam partem, ſeu vt loquitur Chald. vnum de decem exoluerit Melchiſedech, vtpote ſacerdoti Dei altiſſimi, euidenter conſtat *ex 7. ad Hebræos*; quod etiam Ioſephus, & Philo intellexerunt. Vide noſtros Bened. Perer. ad hunc locum, & Riber. *ad 7. ad Hebræos.* Pulchrè diſſerens Philo *lib. de prim. Sacerd.* de decimis & primitiis in ſacerdotum alimenta ſeparandis, ſic ait. Sacerdotibus nullam agri partem lex attribuit, vnde more cæterorum in vſum vitæ fructus terræ colligant: ſed honoris cauſa Deum ipſum fore ſortem, ac poſſeſſionem eorum pronunciat ad res offerri Deo ſolitas reſpiciens, idque duabus de cauſis. Primò; quia ſummus honor eſt participes fieri eorum, quæ Deo ſacrantur à gratis hominibus: deinde, vt circa ſolum Dei cultum occuparentur, ceu curam, & poſſeſſionem propriam. Huc accedunt, & alij honores, virtutis ergò illis habiti, & ante omnia cibus abſque ipſorum cura laboréque paratus. Præcipit enim lex, vt primitiæ ſeparentur in vſum ſacerdotum: atque hoc pacto etiam offerentium pietati proſpicitur. Dum enim aſſueſcunt ſemper alimenti partem Deo decidere nunquam in eius obliuionem veniunt: quare nihil in vita poteſt contingere felicius homini. Hæc Philo. Ex quo videas quanti Deus ſacerdotem æſtimet; qualiter is verò abiicere debeat curam terrenarum rerum, ſoli Deo vacaturus; quantum denique accreſcat emolumenti iis, qui de ſuis bonis ſtatuto legis diuinæ primitias, ac decimas alendis Dei ſacerdotibus deligunt, atque offerunt. Idem Philo *paulo inferiùs*, hinc bene colligit, quàm egregia ſit dignitas ſacerdotum. Ex his (inquit) rebus liquet iuxta legis iudicium ſacerdotes æquiparare honore, ac maieſtate regibus, ſiquidem illis tanquam principibus conferri tributa imperat. Id quod fit longè aliter, quàm in cæteris ciuitatibus ſub dynaſtis degentibus. Nam hæ gementes, & coactæ, vix tandem conferunt, peroſæ quæſtores, ceu peſtem publicam nunc has, nunc illas cauſationes fingendo, ne ad præſtitutum tempus tributa repræſentent. At hæc gens ſacerdotibus debitam pecuniam libens, gaudénſque depromit, quaſi non daret, ſed acciperet, addens fauſtas ominationes, & gratiarum actiones populariter; ídque quotannis, tanta alacritate ſpontanea, quanta nullis verbis exprimi poteſt. Hactenus Philo. Quod vtinam inter Chriſtianos ita ſanctè atque alacriter præſtari viderēmus. Perquam appoſitè ad hanc doctrinam Philonis illa venit in mentem ſententia D. Cypriani: Habenti Deum, nihil deerit, ſi ipſe Deo non deſit. Habebit autem Deum is, qui mundum contempſerit; qualem ſe hîc præſtitit Abraham, vt hoc modo Procopius obſeruat. Victorem Abrahamum, & recuſantem quicquam accipere ex illa præda immenſa, benedicit Melchiſedech in propria poſſeſſione. Nam & nos benedicimur à vero Chriſto, non plurimum rebus mundanis addicti, imò omnia præ diuitiis ſpiritualibus contemnentes, vt quibus omnia ſit Deus. Sic ille.

Ad Hebr. 7.

Philo. *Sacerdotibus primitias & decimas Deus ſeparauit.*

*Dei recordatio ex ſolutione decimarũ.*

Philo. *Regia dignitas ſacerdotũ.*

*Mira alacritas pendentiũ decimas & primitias.*

S. Cyprian.

Procop.

8. Neque verò quis calumnietur ſacerdotes, quòd lautiorem vitam degant; id quidem Deus ipſe ſuis ſacerdotibus tanquam aulicis & principibus in domo Domini magnificè indulſit; quod ita expreſſit Philo, cùm adiungit: Non mediocres reditus iura ſacerdotes tribuunt, dum à ſingulis exiguntur decimæ frumenti, vini, olei, fœturæ pecudum ex armentis, & gregibus: nuces fructus ex arboribus, & reditus ex victimis digni ſacerdotibus; iubet enim ex mactata pecude armum dextrum, & pectoris pinguitudinem ſacerdotibus decidi. Ne contenti neceſſariis ſuſtententur vitam duriùs; aut delicatore victu careant; ſed hilariùs menſis fruantur omni genere terreſtrium, quæ in vſum hominum veniunt. Hæc ille. Quid ergo mirum, cùm ſacerdotes cremando thuri, & mactandis pecudibus in Dei honorem conſecrati ſic lautè viuant, ex præſcripto Dei ſi Chriſtianæ Eccleſiæ ſacerdotes, qui Dei ipſius corpus & ſanguinem conſecrant, epulantur, fidelibus adminiſtrant; lautiorem (licèt non delicioſam) vitam ducere Deus ipſe velit, ampliſſimis ex redditibus Eccleſiæ; quæ (vt benè Tertullian. aduertit, *lib. de pudicitia*) opimitate Domini corporis veſcitur. Nimirum ex opulentia infinita diuinæ Euchariſtiæ, cui totus Eccleſiaſticus ordo eſt dicatus, mira redundat affluentia, etiam redditũum (quod eſt Chriſti patrimonium) ampliſſimorum, quibus viri Eccleſiaſtici tanquam aulici, & principes in domo Dei perfruuntur; quapropter ſumma eſt in Deum impietas viros Eccleſiaſticos ſpoliare ſuis bonis, atque illorum, vel fimbriam veſtimenti, per vim, aut arrogantiam, aut irriſionem attingere. Pulcherrimus in hanc ſententiam eſt locus ille 2. *Reg.* 1. de Saule, qui circuncinctus à phalangibus Palæſtinorum dixit cuidam Amalecitæ; *Sta ſuper me, & interfice me, quoniam tenent me anguſtiæ.* Hebr. שבץ *xabac*, variè reddi ſolet, à radice שאץ *xabac*, facere, contexere, conſuere tunicam opere phrygio; intertexere veſtem; quibuſdam velut ocellis, aut annulis: ocellare tunicam dicunt nonnulli: quare nomen *xabac*, hoc loco ab interprete vertitur, anguſtia, ab aliis tremor, ab aliis, tunica phrygionica, ſiue ocellata. Hoc ſenſu, vt quidam putant, quaſi dicat: tenent me equites induti tunica ocellata. Præmiſſum eſt enim: *Et ecce equites, & currus appropinquabant illi*, 1. Reg. 31. Vel retinet me veſtis, qua indutus ſum, ne gladius ſuper quem incumbo, poſſit me transfuerbare. Eſt qui legat conſideratio; eo quòd circundatus ab equitibus, non poſſet euadere. Alij, iniquitas; hoc eſt, pœna iniquitatis; השבץ *haxabac* ſacerdotum ſcilicet Domini, quos interfecerat 1. Regum 22.

Philo.

*Eccleſiaſtici principes in domo Dei.*

Tertull. *Ampliſſimi redditus Eccleſiæ.*

2 Reg. 1.

*Mors Saulis.*

1. Reg. 31.

*Ben. Fernand. in Gen. tom. 1.*

*gum* 22. qui vtebantur *haxabaç*, id eſt, tunica A ocellata. Hic ſenſus, qui non repugnat vulgatæ verſioni, valde illuſtrat præſentem locum de Sacerdotum autoritate. Rex igitur Saul probè tandem cognouit ſe in tantas redactum anguſtias exoluere pœnam ſacrilegij, quod admiſerat, cùm Sacerdotes Dei trucidauit? quorum tam inuiolabilis, vel ipſis regibus, eſſe debet dignitas; vt vel ipſæ veſtes, quibus induuntur, quòd malè tractentur, infandæ mortis pœnam a nefariis regibus expoſcant. Videtúrque Saul non tam Philiſtinorum arma, & ferocitatem pertimeſcere; quàm internos mentis ſuæ cruciatus ex recordatione admiſſi facinoris velle morte demum voluntaria deprecari; quòd ſi Deus B tanti facit ſacerdotem miniſtrum ſui corporis, & ſanguinis, tantùmque ille apud Deum deprecatus pro reliquo vulgo valet: quid quæſo dicendum erit de virgine illa, de qua ſuam carnem, & ſanguinem Deus ipſe aſſumpſit? Proh quanti ſit à Deo! vti à Filio mater! quantum apud Deum valet gratia; vti apud Filium mater. Data eſt ei (ait D. Bernard. *ſup. Salu. regin.*) poteſtas in cælo, & in terra; & in manibus eius vita, & ſpiritus noſtri, & oculi omnium Chriſtianorum in eam ſperant, & ipſa dat eſcam gratiæ (qua plena eſt) in tempore opportuno. Leuemus ergo cor noſtrum cum manibus ad eam, & appropinquemus ei paſſibus amoris, immolantes ei hoſtiam laudis, reddentes ei vota de die in diem, de hora in horam, dicentes C aſſiduè: Salue regina miſericordiæ. Non aſpernatur illa affectum prædulcem, ingens deſiderium, inundationem lacrymarum, aſſiduitatem precum quorumlibet, quamuis peccatorum. Hæc Bernard. Rectè S. Ambroſ. *ſerm. de Natiuit. B. virg. Mar.* Priuilegio (inquit) virtutum inſignis Saluatorem Maria peperit, a quo glorificata in cælis nunquam terrigenis patrocinari deſiſtit. Ad communem (ait Auguſt. *ſerm. de annunciat.*) vtilitatem à Filio aſſumpta, glorioſè ad æternitatem.

*1 Reg. 22. Ne veſtis quidem ſacerdotum malè tractanda à regibus.*

*Quanti noſtra pietas erga virginem, & illius gratia valet apud Filium.*

S. Bern.

S. Ambroſ.

S. Aug.

## SECTIO X. D

*Dixit autem rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas, cetera tolle tibi. Qui reſpondit ei: Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cæli & terræ, quòd à filo ſubtegminis vſque ad corrigiã caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt, ne dicas: Ego ditaui Abram: exceptis his quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum, Aner, Eſchol, & Mambre: iſti accipient partes ſuas.*

S. Chryſoſt. 1. HOneſta (inquit S. Chryſoſt.) regis gratitudo. ſcilicet homini de ſe optimè, merito nihil non ſpoliorum, quæ hoſtibus abſtulerat opulentiſſima, liberè remittit, captiuos tantummodo expoſcit, vt ſolita potiantur libertate. Nouerint reges ſe munificos præbere aduersùs fortiſſimos duces, ac milites, qui pro regum imperio, honore, ac ſalute, ſuam vitam non dubitarunt in diſcrimen adducere. Vocatur Chriſtus Dominus *Apoc.* Rex regum, & Dominus dominantium, idque multis titulis illi debitum eſt: ſed in præſentia vnum illud occurrit, in quo à cæteris dominis ac regibus mirum in modum diſſidet. Etenim ſuum cuique regi diadema eſt vnum; nec plura rex habet, quibus alios coronet. Vnus eſt Chriſtus, qui geſtat diademata multa, *Apocal.* 19. Nimirum, quia ipſe, & ſui coronantur; vt habetur *in Gloſſ.* Suos igitur Dominus reges efficit ſua manu coronatus: ac fortaſſe idcirco dicitur Rex regum, & Dominus dominantium, non facta comparatione cum reliquis mundi principibus; ſed cum ſuis ſeruis, ac fidelibus, quorum ille rex eſt, & dominus; quos ille reges ac dominantes effecit. Addiderim adeò magnificum eſſe, adeò coronis abundare; vt etiam omnes, quas nobis elargitur, miſerationes ſpecioſo, & vero quidem nomine coronæ appellentur. Pſalm. 102. *Qui coronat te in miſericordia, & in miſerationibus.* Vbi S. Hieronym. Præcurrente (inquit) miſericordia dat victoriam, vt tribuat palmam. Præueniente ſiquidem Dei miſericordia, & ſubinde coadiuuante iuſti ex virtute operantur: quare illorum coronæ ab ipſa Dei miſericordia fabricatæ cenſentur. Ac fortaſſe aptiſſimus ſenſus eſt etiam: Coronat te in miſerationibus; hoc eſt, circundat, obſidet, obſeſſúmque vallo tenet; vt inde aliò nequeas effugere, omni aditu intercluſo: aggeribus (ô bone Deus) circumcirca conſtructis ex miſericordia, & miſerationibus. In cælo, in terra, in mari, in creaturis omnibus ita ſunt infinitæ Dei miſericordiæ ad alliciendos, peruincendóſque hominum animos, vt quoquò verſum te vertas, in Dei miſericordiam, & miſerationes incurrere neceſſe ſit. Quis ergo toto mentis conatu, & toto cordis affectu non amet tam magnificum Deum, tam miſericordem Dominum, tam pium Patrem? Infinita ſunt (ait S. Anſelm. *lib. de menſ. cruc.*) Domine, quæ nos te amare compellunt. Sed quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis: neceſſe habet anima mea ſic ſe conformare ad dilectionem tuam, vt ſicut te habes ad eam, ſic ſemper ſe à te habere nitatur, vt ſicut tu amas ſemper, ita & ipſa ſemper amet. Vt ſicut ſemper ſeruis nobis quocunque modo; ita nunquam particula diei bonæ nos prætereat, quin in tuo ſeruitio expendatur. Vt ſicut largitas tua nunquam laſſatur in dando; ita nunquam debeamus voluntariè deficere in orando. Sic Anſel. *Et infrà*: Taliter nos debemus ad te habere, & ſemper cruciari, quòd te tantùm non amamus, vt debemus.

Apoc. 19.

*Chriſtus ſuos ut reges coronat.*

Apoc 19. Gloſſa.

Pſal. 102. S. Hieron. *Miſericordia Dei erga nos reſpondentur.*

S. Anſel.

2. *Da mihi animas.*] Animæ pro hominibus ponuntur, Hebraiſmo frequentiſſimo. Petit igitur rex, etſi alioqui flagitioſiſſimus, à victore Abrahamo captiuos tantùm, quos ab Aſſyriorum tyrannide vindicatos reduxerat; E cætera verò bona, quæ ceperat, illi remittit: egregium ſanè boni regis documentum; bona videlicet omnia, eorum hominum quibus imperat, ſaluti ac libertati poſtponere; maximè verò ſubditorum animæ pluris æſtimandæ ſunt, quàm propriæ vtilitatis ratio habenda, bono principi. Præclarus in hanc ſententiam locus eſt apud Iſaiam *cap.* 3. Vbi cùm proponatur extrema calamitas Iudaici populi regum honore, ac protectione deſtituti, de creando rege altercatio deſcribitur; cuius virtutes

*Zelus boni communis in principe.*

tutes & officia ſubjnde graphicè admodum A appinguntur. *Apprehendit* ( ait Iſai. ) *vir fratrem*
Iſai. 3.
*ſuum, domeſticum patris ſui : veſtimentum tibi eſt; Princeps eſto noſter: ruina autem hæc ſub manu tua.* Et reſpondit: *Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neque veſtimentũ, nolite conſtituere me prin-*
S. Hieron.
*cipem populi.* Vbi ſic D. Hier. Significat raritatem hominum, & maximè rerum omnium penuriam, quòd qui cibum, & veſtimentum habuerit; potens, & diues, & inclytus eſſe credatur. Miſeria ( dicent ) noſtra, & calamitas, tuo ſuſtentetur, & protegatur auxilio. Nec dicunt ad eum: Poſſeſſiones tuæ, & diuitiæ, & redditus ſu- B ſtentare nos poterunt, ſed infirmitas iſta ( pro ruina Symmach. & Theodor. infirmitatem: LXX. tranſtulerunt, cibum ) ſiue cibus meus ex tuo ſanabitur, & pendebit arbitrio. Non ſum medicus, pro medico Symmach. Principem. Theodor. ἐπιδεσμεύοντα, qui liget vulnera, & prouideat ſanitati. Sic qui eligitur conſiderans paupertatem, & imbecillitatem ſuam, indignum ſe eſſe delato honore teſtatur, nec poſſe mederi vitiis, & curare languentes, eſurientibus cibum tribuere, veſtire nudos, qui ipſe ſe
*Officium boni principis.*
ſuſtentare vix valeat. Hæc Hieronym. Expende ſeriò verba Prophetæ, & videbis optimi regis deſcriptum officium, qui totus inuigilet, curandis, fouendis, alendis, tutandis, promouendiſ- C que ſubditis, ſuorum verò interim commodorum penè oblitus; ille quidem medicus, pater, ac tutor eſt. Obiter etiam animaduerterim ex hoc loco edoceri prælatos, ac prædicatores, quantam in virtutibus propriis acquirendis curam, & ſtudium collocare debeant, vt cæteris quibuſcum agunt, ex penu ſua diſpenſare poſſint; ſed
S. Hieron.
præſtat audire D. Hieronym. ita in hoc ſenſu di-
*Indigni qui præſunt, aut docent.*
ſertiſſimè verba Prophetæ interpretantem. Electi in principatum, nouerimus menſuram noſtram, & humiliemur ſub potenti manu Dei: quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus dat gratiam. Quanti panem non habentes, & veſtimentum, cùm ipſi eſuriant, & nudi ſint, nec D habeant ſpirituales cibos, neque Chriſti tunicam integram reſeruarint: aliis, & alimonia, & veſtimenta promittunt, & pleni vulneribus medicos eſſe ſe iactant. Nec ſeruant illud Moyſis: *Prouide alium, quem mittas*, Exod. 3. aliúdque
Exod. 3.
mandatum; *Ne quæras Iudex fieri, ne fortè non poſ-*
Eccleſ. 7.
*ſis auferre iniquitates*, Eccleſ. 7. Solus Ieſus omnes languores ſanat, & infirmitates, de quo ſcri-
Pſal. 146.
ptum eſt: *Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum*, Pſalm. 146. Hactenus D. Hieron.
S. Cyril.
Adde quàm prudenter ſe gerat, qui oblatum vltrò regiæ maieſtatis honorem repudiet. Sed quæ hæc (inquit D. Cyrill. Alex.) tergiuerſatio, ac repudiatio? omninò mendicitas. Vides quo pacto, quod olim apud eos in ſummo fuit pretio, præeſſe inquam, quod multis aliquando pecuniis E quæſitum eſt, paucíſque obtigerit, tribuatur
*Abſurdi honores cũ mẽdicitate.*
volentibus. Sed quia in graui inertíque mendicitate res omnium poſitæ ſunt, etiam hæc res fugienda videbitur. Hæc Cyrill. Et quidem optimè. Quorſum enim honores cum mendicitate? quàm ridiculum regnum, in quo rex, aulici, ſubditíque omnes emendicantur? Deinde
*Turpe ſtudiũ propria, & nõ communis vtilitatis.*
indignum eſt præeſſe iis, qui non amore principis, aut honeſtæ gloriæ ſtudio regem eligant; ſed ſuæ tantùm vtilitati ſtudentes de victu, &
S. Cyril.
veſtitu ſunt ſoliciti. Quærunt enim (adiungit S. Cyrill.) panem, vt ſubiiciantur, & pro alimento tenuiſſimo ſe illi in ſeruitutem addicunt. Sic ille.

3. *Cætera tolle tibi.*] Hebr. רכש *rechux*, ſignificat, & facultatem ac ſubſtantiam, & opes, & quicquid homo acquit, à radice רכש *rachax*, acquirere, ſeu fortè potiùs verbum iſtud ab illo nomine deriuatur, vt non rarò euenit apud Hebræos. Vertunt LXX. equitatum, τὴν δὲ ἵππον, vti etiam vertit Chald. Quam lectionem amplexus D. Ambroſ. ad myſticum deinde ſenſum, S. Ambroſ.
vt ſolet, ita egregiè progreditur *lib.* 2. *cap.* 8. Mens plena prudentiæ, iuſtitiæque deuotior eſt erga Dei cultum, & decimas terræ gignentia in fructibus, iuxta altiorem prudentiã in eo ſoluit, vt perfectionem omnium ſenſuum atque operum ſuorum Deo deferat, nihil ſibi arroget, *Deo adſcribẽdã victoria paſſionum.*
quæ ſe regere non poteſt, diuino niſi fauore fulta ſit. Denique vbi ſe viciſſe putat, tentatur atque arguitur. Hoc exprimit, & docet lectio, quia ſemper aduersùm paſſiones corporis mens noſtra tanquam in excubiis debet prætendere. Quid enim eſt, quod ait? Rex (inquit) Sodomorum exiuit obuiam Abrahæ, & dixit: Da mihi homines, equos autem ſume tibi: niſi quòd poſt has mihi luxuriæ victorias, vis quædam libidinis poteſt rationabili menti ſubrepere, vt infundat ei irrationabiles paſſiones? Hæc Ambroſ. Igitur Abraham cum Aſſyriis primò *Vigilandum poſt tentationẽ deuictam.*
decertans, deinde Pentapolitani regis diuitias contemnens perſonam viri iuſti cum vitiis, & concupiſcentiis decertantis, pro virtutis honeſtate, pro amore atque obſequio Dei. Vir autem iuſtus tunc maximè ſolet ab hoſte pertentari, cùm ex parta victoria, deſidia ſimul cum ſtulta quadam fiducia, & ſecuritate animum liberè otiantem adoritur. Ingreditur enim interdum hoſtis, qui vndique excluſus videbatur, ait D. Gregor. *Moral. cap.* 12. An non militia eſt S. Gregor.
vita hominis ſuper terram? *Iob* 7. Quis ergo Iob. 7.
ſecurus agit, vbi bellum perdurat? viciſti nunc; quid ſi paulo pòſt vincaris? Varius enim (aiebar Dauid 2. *Reg.* 11.) euentus eſt belli, & nunc 2. Reg. 11.
hunc, nunc illum conſumit gladius. Optimè *Vana fiducia*
D. Auguſtin. *in Pſalm.* 88. Non de ſe debet Chri- *& ſecuritas*
ſtianus ſperare, ſi vult eſſe firmus, vapore ma- *extra Chriſtum.*
terno Chriſti nutriatur. Non minùs luculen- S. Aug.
ter S. Cyprian. *de habitu virginis*: Non eſt inanis S. Cyprian.
cautio, & vana formido, quæ ad ſalutis viam conſulit.

4. *Leuo manum meam ad Deum excelſum.*] Hebr. חרמתי *harimothi*, leuaui. Chald. leuaui. LXX. ἐκτενῶ, leuabo, ſeu extendam. Noſter interpres, leuo. Cæterùm vnus idémque ſenſus efficitur. Et quidem ſcitum eſt Hebræos, cùm præſenti careant indicatiuo, præteritum, & futurum pro illo vſurpare ſolitos. Leuare manum apud illos ſignum erat iuramenti. Leuo manum meam ad Deum, idem eſt atque iuro per Deum. Sic Deus ipſe iureiurando ſe adſtringens ait Deut. 32. *Leuabo ad cælum manum meam, & di-* Deuter. 32.
*cam: Viuo ego in æternum. Si acuero*, &c. Eodem *Iurantis forma apud Hebræos.*
vtitur modo iurandi *Num.* 14. qui etiam nunc apud aliquas nationes obſeruatur. Iurat igitur Num. 14.
Abraham per Deum excelſum, poſſeſſorem cæli, & terræ; quo facto vir iuſtus, & pietatis ſuæ in Deum verum præbuit teſtimonium, & quàm ſit alienus à turpi cupiditatis vitio, palàm conteſtatur. Vtrunque adnotauit S. Chryſ. hiſce S. Chryſoſt.
verbis. Duo ſimul docere vult, Sodomorum regẽ, & id quod præſtãtius erat iis, quæ offerebãtur ei.

Nam & vitæ honeſtæ formam indicauit, & pietatis doctor ei fieri ſtudet, quaſi docens eum. Illum tibi teſtem adhibeo, quòd nihil tuarum rerum accipiam, illum qui omnium eſt conditor, vt ſcire poſſis omnium Deum, & ne credas eſſe deos ea, quæ ab hominum manibus fabricantur. Ille enim cæli & terræ conditor, ille & nobis in hoc bello victoriæ, & triumphi autor. Hæc Chryſoſtom. Nihil quidem Abrahamo potius fuit, quàm vt verum Deum cæli, & terræ creatorem illis gentibus deprædicaret, quod hîc feciſſe conſtat. Qualis enim quiſque in ſeipſo eſt, talem ſe aliis exhibet. Flagrabat iuſti viri pectus fide, pietate, amoréque Dei ſui; quid mirum ſi foras erumperet ex illo incendio ignis ad gentes, quibus cum agebat in Dei amorem inflammandas? Idcirco aiebat Vates regius Spiritu ſancto plenus: *Eructauit cor meum verbũ bonum*, Pſalm. 44. Quæ verba ſic expendit eleganter D. Bernard. *ſerm.* 67. *in Cant.* Dum verſus ſingulos dico, ſentio ructus, & quidem odoriferos ſuper omnia aromata. Quid de Pauli ructibus loquar; quanta orbem ſuauitate repleuerint? Denique Chriſti bonus odor erat in omni loco. Verba certè ineffabilia etſi non profert vt audiam; offert tamen vt cupiam: & libeat odorari quæ audire non licet. Neſcio enim quo pacto, quo plus latent, plus placent, & auidiùs inhiamus negatis. Hæc Bernard. Cæterùm hæc teſtificatio, vt ita loquar, mentis, & internorum affectuum per linguam, vocémque edita in ſponſa Domini euidentiùs apparet, cùm ait: *Dilectus meus mihi, & ego illi*, Cant. 2. Ad quem locum mira eſt ſuauitas verborum D. Bernard. Carpam dulciores ex citato ſermone fauos colligam. A dilectione (inquit) incipit; de dilecto proſequitur, nihil aliud ſe ſcire indicans, niſi dilectum. Abſentauit ſe ille, illa remanſit nihilominus de eo loquens, qui nunquam abſens eſt ſibi. Ita eſt; in ore retinuit, qui non recedebat à corde, ne quando recedebat. Quod de ore exit, de corde venit. & ex abundantia cordis os loquitur. Secum ipſa locuta, & non cum altero: Dilectus meus mihi, & ego illi. Non plus? pendet oratio, imò non pendet, ſed deficit. Suſpenditur auditor, nec eruditur, ſed erigitur. Neſcimus quid loquitur, quia non ſentimus, quod ſentit. Hac tam dulcem in caſto & ſancto amore animæ erga Deum ſuſpenſionem ipſemet Propheta ſtatim in ipſo titulo Pſalmi probè intellexit, cùm appoſuit: In intellectu Canticum pro dilecto. Sic legit D. Auguſt. Vel vt Vulgata habet: Ad intellectum. Vel, vt S. Hieronym. vertit ex Hebræo: Eruditionis canticum amantiſſimum. Igitur ad intelligendum & meditandum componitur canticum amoris inter Deum, & animam, quid mirum ſi verba deſint, vbi totum negotium eſt in intellectu ad amorem Dei, & animæ ſuſpenſo: Sed audiamus vlteriùs Bernardum. O ſancta anima, quid tuus ille tibi, quid tu illi? Tibi ille, túque viciſſim illi. Sed quid? id ipſum eſt, quod tibi ille, an aliud? an ſecretum tuum tibi? Ita eſt. Affectus locus eſt, non intellectus, & ideo non ad intellectum. Ad quid ergo? ad nihil, niſi quòd mirabiliter delectata, & affecta vehementer ad deſideratos affatus finem illo faciente, nec tacere omnino quiuit, nec tamen quod ſenſit exprimere. Neque enim vt exprimeret, ſic loquuta eſt, ſed ne taceret. Ex abundantia cordis os locutum eſt, ſed non pro abundantia. Habens ſuas voces affectus, per quas ſe etiam, cum nolunt, produnt: timor meticuloſas, dolor gemebundas, amor iucundas. Sic flagrans, ac vehemens amor; præſertim diuinus, cum ſe intra ſe cohibere non valet, non attendit, quo ordine, qua lege, quáve ſerie, vel paucitate verborum ebulliat, dummodo ex hoc nullum ſui ſentiat detrimentum. Interdum nec verba requirit, interdum nec voces omninò vllas, ſolis ad hoc contentus ſuſpiriis. Inde eſt, quòd ſponſa ſancto amore flagrans, idque incredibili modo; ſanè pro captanda quantulacunque euaporatione ardoris, quem patitur, non conſiderat quid, qualiter eloquatur. Sed quicquid in buccam venerit, amore vrgente non enuntiat, ſed eructat. Quidni eructet ſic refecta, & ſic repleta? Dilectus meus mihi, & ego illi. Duorum quidem hoc loco amor mutuus flagrat: ſed in amore ſummo, vnius profectò felicitas, alterius mira dignatio. Neque enim inter pares eſt conſenſio, ſeu complexio hæc. Ac nihilominus ea vis eſt in amore, qualis in morte, vt ſumma imis adæquet. Idcirco enim dicitur: *Fortis vt mors, dilectio*, Cant. 8. Sed adhuc mellifluus doctor progreditur ad honorem incomparabilem explicandum animæ ex iſto Dei amore. Cæterùm quid iſta ex hac prærogatiua amoris glorietur impenſum ſibi, repenſumque viciſſim a ſe; quis ſe liquidò nuſſe præſumat: niſi, qui præcipua puritate mentis, & corporis ſanctitate, in ſemetipſo meruerit tale aliquid experiri? Res eſt in affectibus: nec ratione ad eam pertingitur, ſed conformitate. Hæc omnia D. Bernard. Eructauit cor Abraham Deum, quo plenus erat, cæli & terræ conditorem. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Mirum ſanè mihi videri ſolet, quod dicam. Erat Dei mater in ſuo illo dulci præſepio, in quo verbum Dei hominem factum ſemper virgo pepererat. Suauiſſimè ſuo dilectiſſimo intenta Filio; atque, vt Euangeliſta commemorat, conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo, *Luc.* 2. Habes igitur virginis cor Deo refectum & repletum: quid verò & quando eructauit, attende. Primùm enim poſt hæc loquutam legimus Dei matrem cùm Filium, quem amiſerat, & dolenter quæſierat, inuenit in templo. Ait enim: *Fili quid feciſti nobis ſic? pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* Quibus in verbis, vt ſatis apparet, amorem matris erga Filium, & humilitatem, qua ſibi Ioſephum antepoſuit, præ ſe tulit admirabilem. Itaque mater Dei de corde ſuo poſt Dei ſui partum ante omnia eructauit verbum bonum; ſcilicet amorem Dei, & humilitatem ſui. Poſtea verò in nuptiis, ad quas cum Filio ierat inuitata, vbi defeciſſe vinum accepit, miſericordia commouetur, loquens ad Filium: Vinum non habent, *Ioan.* 2. Eructauit cor virginis hîc miſericordiam erga homines, pias & maternas erga Filium preces. Nec amplius in ſacro Euangelio quicquam loquuta legitur; *Introduxit me Rex in cellaria ſua.* Cant. 1. dixit aliquando beatiſſima Virgo: Audierunt adoleſcentulæ, ſcilicet animæ fideles, exclamant illico: *Exultabimus & lætabimur in te memores vberum tuorum.* Et quidem optimè. Nam vt virgo mater apud S. Bernard. *ſerm.* 83. reſpondet: Sola videor introducta, ſed ſoli non proderit, veſtrum omnium eſt meus omnis profectus: vobis proficio; vobiſcum partibor

*Abraham regibus Deum vnũ prædicat.* — *Cor Deo plenũ eructat Deum per verba oris.* Pſal. 44. S. Bernard. — Cant. 2. S. Bern. — *Dei recordatio, & affectus.* Matth. 12. — S. Auguſt. — S. Hieron. — S. Bern. — *Affectus vocibus etiam ſe produnt.* — Cant. 8. S. Bern. — Luc. 2 — Luc. 2. — *Amorem, humilitatem, & miſericordiam S. Maria eructauit.* — Ioan. 2. — Cant. 5. — S. Bern.

bor. Id ipſum probè intellexerant adoleſcentulæ, A
cùm dicebant: Exultabimus, &c. (vt idem Bern.
S. Bern. Zelus animarum. obſeruat.) ſcientes te plenis ad nos reuerſuram
vberibus. Plenus itaque Deo Abraham, in omnes
quibuſcum agebat, diuinum aſpirabat odorem.
Vti poſtmodum de Aaron, & quolibet Pontifi-
Pſalm. 132. ce, atque doctore cecinit Vates regius Pſal. 132.
*Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron, quod deſcendit in orã veſtimẽti*
S. Bern. *eius*. Expende ordinem cum S. Bernard. *ſerm. 14. in Cantic.* Barba (inquit) capiat ſanè prima, non ſo-
la. refundat & inferioribus membris quod acce-
S. Bern. pit. Sed hoc idem de huiuſmodi vnguento in
virgine Bernardus ipſe dulciter effatur *ſuper ſalu. regin.* hiſce verbis: Oleũm, & oſculum eſt gau- B
Cant. 1. *S. Maria diuina gaudia cum Filio habet, & hominibus communicat.* dium. Oſculetur me oſculo oris ſui, *Cantic.* 1. In-
ternæ ſuauitatis guſtus ac dulcedo eſt, & manna
abſconditum, & theſaurus abſconditus in agro.
Cui comparatum omne dulce, amarum; omne
decorum, fœdum; omne iucundum, triſte; omne
pretioſum, vile, ſordidum omne, quod deſide-
rabile eſt in oculis amatorum mundi fluentis.
Pretioſam margaritam datis omnibus terrena-
rum rerum delectamentis Sancta ſanctarũ com-
parauit, & nobis in Filio ſuo præparauit, & præ-
parat, ſemper interuentu ſuo nobis orantibus
oleum effuſum dulcedinis huius. Hæc Bernard.
S. Hieron. O Domina mundi, tu vnguenti habuiſti fon-
tem; cæteri ſtillas habuerunt. S. Hieronymus *in Pſalm.* 132. C

5. *Leuo manum meam ad Deum*] Iturus Abra-
ham in prælium iurauit, aut vouit, aut vtroque
fortaſſe, iuramento ſcilicet, votóque ſe obſtrin-
xit, nihil ex hoſtium ſpoliis ſe accepturum; vt
*Iuramentum Abrahami citra cupiditatem opum.* palàm demonſtraret ſeruire ſe vni Deo cæli ac
terræ, à quo ſuorum rectè factorum expectaret
remunerationem: & cuius imperio, atque obſe-
quio, non verò vlla, vel gloriæ humanæ, vel opũ,
prædæque cupiditate permotus tam periculo-
ſum illud bellum ſuſcepiſſet. Huius voti, ac iu-
reiurandi, nunc iterum coram Rege Palæſtino
teſtimonium exhibet, leuando in cælum ma-
num ad Deum, cui ſe ſacramento adactum pro-
fitetur. Quaſi dicat: Neſas mihi eſt ó Rex iuſiu-
randum Deo mihi ſactum, vel leuiter violare, D
nec ſi montes mihi offeras auri. Inuiolabile, at-
que ſacroſanctum vbique gentium ſemper exti-
tit iureiurandum: quod vel Ethnicus homo re-
Tullius. ſtatur Marc. Tullius *libro tertio offic.* cuius hæc ſunt
verba. Eſt iuſiurandum affirmatio religioſa: quod
autem affirmatè, quaſi Deo teſte promiſeris, id
tenendum eſt. Nullum enim vinculum ad ad-
ſtringendam fidem iureiurando maiores arctiua
eſſe voluerunt. Id indicant leges in duodecim
tabulis, indicant ſacra, indicant fœdera, quibus
etiam cum hoſte deuincitur fides, indicant no-
tationes, animaduerſionéſve cenſorum, qui nul-
la de re diligentiùs, quàm de iureiurando indi-
carunt. Hæc ille. Pudeat igitur Chriſtianos ho-
mines, qui iurare, & peierare nihil penſi ha- E
bent. Porrò vt vitetur ſummum flagitium pe-
ierandi, ſedulò abſtinendum eſt à iurandi con-
ſuetudine, quæ inolita barathrum fit periurij.
Philo. *Iurandi vitiũ inſanabile.* Hinc optimè Philo *libro de ſpecialibus legis*, ita
ſcribit. Sacra Scriptura intempeſtiuè iurantes
non mediocriter increpat: incorrigibiles enim
ſunt, & inſanabiles: proinde nec à Deo quidem
propitio veniam impetrant. Hæc ille. Ne infe-
ras ſi pœnitentiam agat, & reſipiſcat homo
conſuetudine iurandi inueteratus, non impe-

A trarurum à Deo veniam. Impium hoc eſſet af-
firmare: ſed intellige ſummam difficultatem, &
(vt ita loquar) moralem quandam impoſſibi-
litatem emendationis, quam ſecum affert abu-
ſus iſte iurandi. Quemadmodum vniuerſim, con-
ſuetudo inueterata quolibet modo peccandi dif-
ficultatem ſummam reſipiſcendi ſolet importa-
re. Sed nulli, dum viuit, deſperandum: quan-
quam illud D. Anſelm. conſilium optimum mi-
hi viſum eſt. Sic ait *libro de menſ. cruc.* Sicut ſem-
per Dominus eſt benignus in relaxando; ita nun-
quam debemus defectibus noſtris terreri; quin
ſtatim poſt culpam veniam poſtulemus. Non eſt
enim differenda acquiſitio veniæ; ne diuturnior
receſſus à Deo, difficiliorem reditum operetur.
B Sic Anſelm. Quid verò de periuris? audi vlte- S. Anſelm.
riùs Philonem. Periuros, aut morte multant ho- Philo.
mines, aut verberibus: ſeueriùs, dum pietatem
læſam morte vindicant: remiſſiùs, dum publicè
flagris eos lacerant, quæ pœna ingenuo non vi-
detur morte leuior. Sed à Deo periuris pœnæ
grauiſſimæ infliguntur. Ita Philo. Cauendum
eſt homini Chriſtiano, ne in temerariam iſtam
iurandi conſuetudinem incidat, de qua ſic D. S. Ambroſ.
Ambroſius *ad virg. exhort.* Non iurandum facilè Matth. 5.
(*Matt.* 5.) quia plerunque multi caſus accidunt,
vt non poſſimus implere, quod iurauerimus.
Qui autem non iurat, vtique non peierat: qui *Qui iurat, facilè periurabit.*
autem iurat, aliquando neceſſe eſt incidat in
C periurium, quia omnis homo mendax. Noli iu-
rare, ne incipias peierare. Hæc Ambroſius.
Quàm verò periculoſum ſit temerè iurare, ſa-
tis oſtendit facinus illud impiiſſimum, ac trucu-
lentiſſimum Herodis, qui propter iuſiurandum
decollauit Ioannem Baptiſtam, *Marc.* 6. de quo Marc 6.
ſic idem Ambroſius *libro tertio de virgin.* Propter S. Ambroſ.
iuſiurandum (inquit) ô religionem nouam: to-
lerabiliùs peieraſſet. Vnde non immeritò Do-
minus iubet non eſſe iurandum, *Matth.* 5. Ne ſit
cauſa periurij, ne ſit neceſſitas delinquendi. Ita-
que, ne iuſiurandum violaretur, percutitur in-
nocens. Quid priùs horreſcam, neſcio. Tolera-
bilia periuria, quàm ſacramenta ſunt tyranno-
rum. Hæc Ambroſius. Obiter aduerte non cre-
D dere Ambroſium poſſe vnquam neceſſitatem eſ-
ſe delinquendi; cùm delictum ſit voluntarium,
nihilque ad delinquendum homini inducat vim
ineuitabilem, atque adeò neceſſitatem: ſed loqui
more humano de illis anguſtiis neſarium & ſa-
crilegum adimplendi, aut frangendi iuramen-
tum, in quas ſe impactum ſenſit Herodes: ſed
ſtultus homo, etſi malè iurauerit, benè iuſtéque
iuramentum violaſſet non perimendo ſanctiſſi-
mum & innocentiſſimum virum. Cauſatur im-
pius Rex neceſſitatem? At (quod egregiè ad-
notauit Tertullianus *exhort. ad caſtit.*) nulla ne- Tertul.
ceſſitas excuſatur, quæ poteſt non eſſe neceſſi-
tas. Fuerunt hæretici, qui omnino iurare inter-
dicebant, tanquam impium, & contra Domini
E mandatum: licitum tamen aiebant iurare, &
periurare ne ſecretum prodatur. Aduersùs hanc
dementiam ita inuehitur D. Bernard. *ſerm. 65. in* S. Bern.
*Cantic.* Quid faciemus his maligniſſimis vulpi-
bus, vt capi queant, quæ nocere, quam viuere,
malunt; & ne apparere quidem volunt, ſed
ſerpere? Omnibus vna intentio hæreticis ſem-
per fuit captare gloriam de ſingularitate ſcien-
tiæ; ſola iſta malignior cæteris, verſutiórque
hæreſibus, damnis paſcitur alienis propriæ glo-
riæ negligens. Docta credo, exemplis veterum,
quæ

quæ proditæ euadere non valebat, ſed confe- A
*Vna intentio hæreticorum ſuperbia.* ſtim capiebantur. Cauta eſt nouo maleficij ge-
nere operari myſterium iniquitatis eo licentius,
quo latentius. Denique indixere (vt dicitur)
latebras ſibi, firmauerunt ſibi ſermonem ne-
quam. Iura, periura; ſecretum prodere noli:
enimuero aliàs ne tenuiter quidem iurare vlla-
tenus acquieſcunt, propter illud de Euangelio:
*Hæreſis circa periurium cõfutatur.* Non iurare, neque per cælum, &c. *Matth.* 5. O
ſtulti, & tardi corde, repleti planè phariſaico
ſpiritu, liquantes culicem, & camelum glutien-
tes. Iurare non licet, & peierare licet? O per-
uerſitatem! quod ad cautelam conſultum eſt,
videlicet non iurare: hoc iſti mandati vice tam
contentioſè obſeruant; & quod immobili iure
ſancitum eſt, non peierandum ſcilicet, hoc tam
indifferens pro ſua voluntate diſpenſant. Non, B
inquiunt, ſed ne myſterium publicemus. Cre-
do quòd pandere erubeſcant ſcientes inglorium.
Nam nefanda, & obſcœna dicuntur agere in ſe-
creto, ſiquidem, & vulpium poſteriora fœtent.
Hæc Bernard. Quàm multa hîc reperies hære-
ticorum dedecora. Impudentes ſunt coram Deo,
& hominibus pro libito diuina teſtimonia in-
terpretantur, vt ſuæ tandem inſeruiant libidini.
*Omnis hæreſis deſinit in fœtorē libidinis.* Dictitabant iſti licitum eſſe viros cum mulieri-
bus habitare, & quod noſtri temporis hæretici
actitant alicubi, ſuis in templis poſt ſua myſte-
ria, extinctis lucernis in omnem turpitudinem
debachari. En tenemus vulpeculas: omnis hæ- C
reſis (ſi rectè obſerues) deſinit in fœtorem vul-
Iud. 15. pinum in carnis cœnum, & ſterquilinium. Sed
heus tu hæretice, cauda vulpis ignem geſtat
Sanſonis, gehennale te manet incendium, niſi ad
catholicam fidem poſtliminio teipſum reſtituas.
Cùm lego nouas iſtas, tam varias, tam vanas,
diſtortáſque hæreticorum commentationes, quæ
quotidie ab orco enaſcuntur: contrà verò vnam
& catholicam Romanam fidem, tam æquabi-
lem, tam ſui ſemper ſimilem iam inde ab Apo-
ſtolis vſque ad nos; recordor illius ſententiæ S.
S. Cyril. S. Hier. Cyrilli Hieroſol. *Catech.* 18. multiplex contradi-
ctio: ſed ſimplex veritas. D

6. *Leuo manum meam.*] Leuaui manum meam,
vt Chaldaicè legitur. Nimirum leuaui manus
meas per orationem coram Deo excelſo. Perſe-
cuturus enim Abraham reges Aſſyriorum priùs
ardentem orationem ad Deum effudit, initurus
S. Chryſ. prælium validiſſima (vt vocat S. Chryſoſtomus)
*Oratione Abraham victoriã de regibus reportauit.* orationis armatura ſe, ſuóſque muniuit, atque
inſtruxit. Quare nunc victoriam ſoli Deo ad-
ſcribit, qui ſerui ſui preces exaudiuit. Effundam
(ait Dominus *Zachar.* 12.) ſuper domum Dauid,
Zachar. 12. & ſuper habitatores Ieruſalem ſpiritum gratiæ,
& precum. LXX. legunt ſpiritum gratiæ &
miſericordiæ. Vide quàm mutuò coniungantur
oratio & impetratio: preces noſtræ, ac miſeri- E
cordia Domini: Mirum in modum oblectatur
Dominus noſtris precibus; vnde arbitror pro
titulo in toto pſalterio Dauid præponi Hebr.
ספר תהלים. תהלות *ſepher thehilim*, ſiue *thehiloth*,
quod idem eſt atque liber laudum, precatio-
*Oratio Deo concentũ efficit.* num, cantionum Dauid. Quaſi noſtræ preces
ſuauiſſimum concentum Deo reddant, illiúſque
maieſtatem digniſſimis commendationibus ex-
tollant, maximè, quia occaſionem orando, &
deprecando illi offerimus, miſericordiam ſuam
Pſal. 3. nobis elargiendi. Audi Dauid: *Ego dormiui, & ſoporatus ſũ, & exurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.*
Senſus eſt: Ego, cuius caput tot hoſtes petunt,

A vbi opem à Deo petiuero, committam me quie-
ti, & ſecurus dormiam. Emphaſim habet, *ſuſce- Securitas & voluptas orãtis.*
*pit me*, veluti dormitantem lectus excipit. Et-
enim, qui anxij ſunt, & malis premuntur, ſom-
nos haudquaquam placidos ducunt, nec in le-
cto, licet recumbant, quietem habent. Solus
Deus oranti lectus eſt in quo ille placidè & ſan-
ctè ſoporatus requieſcit. Hanc ſpiritus dulce-
dinem non ſentiunt, niſi qui orationibus (vt
loquitur D. Ambroſius,) ſaginantur. Ipſa etenim S. Ambroſ.
orantis & contemplantis Deum anima, ſic vo-
luptate diuina perfunditur, vt ſibi ipſa gratule-
tur de tantò bono gloriabunda, quòd tam ad-
mirabili dono cum Deo ſuo agens & requieſ-
cens, perfruatur, vt de ſeipſo fatetur Dauid
*Pſalm.* 33. cùm ait: *Benedicam Dominum in omni* Pſal. 33.
B *tempore, ſemper laus eius in ore meo. In Domino lau-
dabitur anima mea.* Priori quidem loco oratio-
nem ſuam, & contemplationem apponit: Deum
enim benedicere, orare, & contemplari eſt.
Deinde perfuſam cæleſti gaudio ſuam ſentiens
animam exclamat: In Domino laudabitur ani-
ma mea. Hebraicè תתהלל *thithhallel*, laudabit ſe,
nimirum in coniugatione Hiſpaël, quæ ſignifi-
cat actionem in ſeipſum. Laudabitur à ſeipſa
anima mea. Non eſt prætereundus huius Pſal-
mi titulus, qui ſic habet: Dauidi cùm immuta-
uit vultum ſuum coram Amimelech; & dimiſit
eum, & abiit. Vbi noſter vertit vultum ſuum.
C Hebraicè טעמו *taghomo*, à radice טעם *tagham*,
guſtare. Vnde nomen טעם *tagham*, ſapor, gu-
ſtus; & per tranſlationem, conſilium, ſenſus,
oſtenſio, aut probatio ad oculum cordis, & diſ-
poſitio rei, ratio, argumentum. Immutauit er-
go Dauid ſenſum ſuum, & oſtenſionem, & con-
ſilium ſuum, quando finxit amentiam, cuius
multa in vultu edidit ſigna 1. *Reg.* 21. Hæc omnia 1. Reg. 21.
optimè à ſapore deriuantur, in quibus animam
ſuam conſueuit captare ſaporis dulcedinem.
Bellè autem congruit Pſalmo precum Daui-
dis; in quo ipſius anima in gratiarum actio-
nem tota effuſa, deinde contemplatione, atque
D amore Dei ſuauiſſimè delinita, ſeipſam laudat,
& extollit, quod tantam ſit felicitatem adepta,
vt guſtet, & videat quàm ſuauis eſt Dominus.
Poſſet igitur verti: Dauidi cùm immutauit gu-
ſtum, aut ſaporem. Qui profectò in oratione, *Rerum terrenarum voluptas amittitur in oratione.*
atque meditatione rerum diuinarum ſolet im-
mutari; cùm nauſeæ faſtidióque ſunt volupta-
tes huius ſeculi; dulcíſque vt eſt, ſic apparet
Dominus, & bona illius dulciora ſuper mel & S. Hieron.
fauum. Et benè ſubnotauit S. Hieronymus *in
titulo huius Pſalm.* 33. totus hic Pſalmus circa pie-
tatem, totus circa inſpectionem diuinam, to-
tus circa compeſcendas ſanctorum tribulatio-
nes commemoratur: quæ quidem omnia in ora-
E tione præſtantur. Sed vt redeamus ad impetra-
tionem, quæ fit in oratione; animaduertendum
eſt, eam nonnunquam differri; nouit enim Do-
minus, quando oporteat exaudire. In quo ar-
gumento multa ſolent ex ſacris literis egregia
proponi, hoc vnum mihi ſatis erit in præſentia
ex Abachub, *capite primo.* Vbi Propheta infirmi, Abachub. 1.
& conquerentis perſonam induens his Domi-
num clamoribus fatigat: *Vſquequo Domine cla-
mabo, & non exaudies, vociferabor ad te, vim patiens,
& non ſaluabis?* Quem locum eleganter hiſce
verbis commentatur D. Hieronymus. Quomo- S. Hieron.
do ſi ægrotus & æſtuans febribus aquam frigi-
dam poſtulet, & dicat ad medicum; Vim patior,
crucior,

crucior, vror, exanimor; vſquoquo medice clamabo, & non exaudies? & reſpondeat ei ſapientiſſimus & clementiſſimus medicus: Scio quo tempore debeam dare quod poſtulas: non miſereor modò, quia miſericordia iſta crudelitas eſt, & voluntas contra te petit. Ita Dominus noſter ſciens clementiæ ſuæ pondera, atque menſuras, interdum non exaudit clamantem, vt eum probet, & magis prouocet ad rogandum, & quaſi igne excoctum, iuſtiorem, & puriorem faciat. Hæc Hieronymus. Nouit autem Abraham quàm ſint inanes, & nihili omnes conatus, atque induſtriæ, viréſque hominis abſque Dei præſidio; quod precibus inſtanter afflagitat. Imò nec vlla eſt in ſanctis potentia, ſi Dei abſit auxilium; in Deo illi fortes omnia poſſunt, quod in Heliſæo ſic obſeruat Procopius 4. *Reg.* 2. Ad imitationem ſui magiſtri nihil dicens, pallio aquam Iordanis percuſſit, pallium ad edendum miraculum ſufficere exiſtimans: aqua verò non cedente, Deum magiſtri ſui inuocat: vbi eſt Deus Eliæ? Sic ille. Ad nominis Dei inuocationem editur miraculum, non ad pallium, noménque Eliæ.

*Quare Deus differt orationis impetrationem.*

Procop.

s. Ambroſ.

7. *Leuo manum meam.* ] Subtiliter D. Ambroſius in hac eleuatione manus ad cælum admirandæ frugalitatis Abrahami teſtimonium exhiberi arbitratur. Spolia cuncta Rex liberè viro iuſto remiſerat; at ille manum ad cælum eleuat, vt ſignificet rerum omnium temporalium deſpicientiam, ac ſubinde totam ſuam ſpem è cælo, Deóque ipſo pendentem. Sed audiamus Ambroſium. Perfectæ mentis eſt, nihil de terrenis, nihil de corporalibus illecebris aſſumere, abſtinere à terrenis. Ideo Abraham dicit: Nihil ſumam ab omnibus tuis. Quaſi contagium declinat intemperantiæ, quaſi labem refugit corporalium ſenſuum, delectationes mundi reiicit, quærens quæ ſupra mundum ſunt, hoc eſt extendere manus ad Dominum. Manus operaria virtus eſt animæ; hanc non ad terrenæ arboris pomum, ſed ad Dominum extendit. Hæc Ambroſius *libro ſecundo de Abraham, capite octauo.* Viden' quàm ſit periculoſum cum pecunia, cum diuitiis agere: vel ipſarum leuem attactum reformidat Abrahamus, quaſi confeſtim laqueos induat, compedibus teneatur; viſco, & pici adhæreat, peſtilenti halitu contabeſcat. Leuanda eſt anima ſurſum, ne capiatur ac fœdetur in his terrenis. Eſt enim (ait S. Ambroſius *de bono mortis, capite quinto*) laqueus in auro, viſcum in argento, nexus in prædio, clauus in amore. Quid in vanum quærimus lucrum, pretioſæ animæ detrimentum? Exiguus tibi eſt totus mundus pro vnius animæ diſpendio, quam dabis commutationem prò anima tua? *Lucæ nono.* Non auro redimitur, imò auro amittitur. Claui ſunt omnes paſſiones, quæ velut veru quodam animam noſtram penetrant, & infigunt corpori, viſceribúſque eius annectunt. Fugiamus ergo hæc mala, & exaltemus animam noſtram ad imaginem, & ſimilitudinem Dei. Sic Ambroſius. Sed quorſum addidit: Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum, poſſeſſorem cæli & terræ. Certè gaudet Dominus hoc titulo, vt prædicetur cæli & terræ conditor, qui (vt hìc aduertit Caietanus) ſuper omnia regnat, & in cælo, & in terra, tanquam in propriis rebus ſuis, hoc enim explicatur per poſſeſſionem cæli & terræ. At poſſeſſorem Deum eſſe mundi, ho-

*Vitanda eſt contagio rerũ terrenarum.*

s. Ambr. *Periculis animæ omnia ſcatent.*

Luc. 9. *Animæ diſpendium incomparabile.*

*Deus rerum habet dominium, homo vſufructum.* Caiet.

A mines verò non dominium, ſed tantummodo vſumfructum habere creaturarum, egregie philoſophatur Philo. Sic enim ait *libro de Cherub.* Seruire Deo maxima eſt gloria, non modò libertate maior, ſed etiam diuitiis, & principatu, omnibúſque rebus, quæ mortales mirantur, pretioſior. Eius autem, qui eſt, potentiam vere ſectatur diuinum illud oraculum Leuitic. 25. *Terram non vendes in perpetuum: mea enim eſt vniuerſa; quoniam aduenæ & peregrini vos eſtis coram me.* Nónne his verbis manifeſtè docet ius poſſeſſionis omnium rerum pertinere ad Deum, vſum

Philo.

Leuit. 25.

B verò ſolùm ad creaturam? Vtendas enim conceſſit Deus creaturas omnibus non poſſidendas. Quam etiam ob cauſam nullum indiuiduum ita perfectum fecit, vt non ad aliquid opus habeat alio; vt per mutua commercia tanquam in modum lyræ, quæ conſtat ex tonis diſſimilibus, in communem conueniunt conſonantiam; dum mutuum dant & accipiunt, atque ita omnia permutantur omnibus, ad vniuerſi mundi complementum. Hæc Philo. Hinc dedocemur arroganter efferri, de abundantia rerum terrenarum, gloriáque populari, & honorum dignitatibus ſuperbire: horum enim omnium dominium penes Deum eſt: nos eorum vſumfructum tantummodo habemus. Deinde non eſt,

*Vnde & quorſum mutua inter homines commercia.*

C quod iure quis, ac meritò aut contra Deum ſuccenſeat, & queratur, aut impenſiùs doleat; ſiquando his mundi rebus, & vita quoque ipſa ſe videt ſpoliari. Sua quidem Deus repetit, quæ ad tempus commendauerat: homo autem non amittit ſua, ſed aliena ſuo Domino reſtituit. Denique optimè animaduertit rerum inter homines penuriam omnino fuiſſe neceſſariam, vt inter eos amicitiæ, & mutua commercia conſtituerentur; ſine quibus humana vita & ſocietas ſtare non poſſet. Addit ergo Philo, quæ ſequuntur: Ex his omnibus liquere ſatis puto nos alienis vti poſſeſſionibus, nec gloriam, nec diuitias, nec honores, nec imperia, nec aliud quidpiam, vel corporis, vel animi proprium,

*Nemo contra Deum cauſã habet ſi bonis omnibus priuetur.*

Philo.

D nec ipſam quidem vitam, quaſi hæc iuris, & dominij noſtri eſſent, poſſidemus, ſed vſumfructum, dum hìc viuimus, habemus ſolum. Hoc ſi cognoſceremus, curaremus profectò tanquam res Dei, præcogitantes morem eſſe Domini recipere ſua, quandocunque ipſi libitum fuerit: ſic autem adempta nobis ferremus leuiùs. Ergo mortales inter ſe collati, indigenæ cenſentur, & rerum quas habent, poſſeſſores, & domini: ſin autem cum Deo conferantur, pro aduenis, & peregrinis, & qui rebus ſibi ad tempus commodatis vtantur, habendi ſunt: etenim vnuſquiſque noſtrûm cùm naſcitur, tanquam in nouam ciuitatem, venit in mundum hunc, cuius ante natiuitatem ius nullum ha-

*Omnis homo in mundo peregrinus.*

E buerat. Poſtquam igitur venit, handdubiè inquilinus eſt, quoad nempe aſſignatum ſibi à Deo vitæ munus, & tempus exegerit. Hactenus Philo.

8. *A filo ſubtegminis vſque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua ſunt, ne dicas: Ego ditaui Abram.* ] Rectè D. Chryſoſtomus proclamat: Magna Patriarchæ in contemnendis diuitiis virtus; nihil (inquit) tam vile, nec tam contemptibile exiſtimatum eſt, quod accipiam. Sic ille. Locutio eſt prouerbialis, ſignificans; nec viliſſimum, nec minimum quid. Explicant enim Hebræi; à filo ſartorum vſque ad corrigiam

S. Chryſoſt. *Mira deſpectio opum in Abraham.*

ꝑam calceamenti. Alij per filium intelligunt vittam capitis, ſiue funiculum pilei, aut galeri; ſensusque eſt, à capite vſque ad pedes, a maximo ad minimum. Impleuit Abraham (inquit

S. Chryſ. Matth. 10. *Modeſtia & humilitas in benefactis.*

S. Chryſoſtomus) illud Domini, quod gratis accepiſtis, gratis date, *Matthæi decimo.* Non enim (ait) ego aliud quid ad belli rem attuli, prætetquam voluntatem, promptitudinem. Victoriam autem, & triumphum, ac cætera operatus eſt Deus ineffabili virtute. Ita Chryſoſtomus. Votum Deo adſcribit, quod benè geſſetat, ſe autem ſeruum inutilem reputat: ſumma hæc fuit triumphorū Abraham, excelſo animo cuncta illa, etſi innumerabilia, etſi pretioſiſſima Pentapolitanæ gentis bona, quæ tulerunt Aſſyrij, contemnere, quorum cupiditate palmam ſuæ gloriæ turpiter admodū decorallet. Opti-

B

S. Ambroſ. *Cupiditas pecuniæ & virtutem, & honorem dedecorat.*

mè igitur D. Ambroſius *libro primo de Abraham. capite tertio.* Quantum illud, quòd de præda victoriæ nihil voluit contingere, nec oblatum ſumere? Minuit enim fructum triumphi mercedis ſuſceptio, & beneficij arrodit gratiam. Plurimum enim refert; vtrùm pecuniæ, an gloriæ dimicaueris. Alter mercenarij loco ducitur, alter dignus habetur conſeruatoris gloria. Hæc Ambroſius. Quapropter vir egregius, terrenorum contemptor bonorum, leuat manum, hoc eſt, vperaturiam ſuæ mentis facultatem ad cælum, vbi vera ſunt, ſumma & æterna bona. Er-

S. Ambr. *Sempiterna bona amanda & quærenda.*

C

go ſignificat (ait D. Ambroſius *libro ſecundo, capite o ſano*) quod virtutem animæ ſuæ ad ſuperiora extendat, vt ex illa intelligibili ſubſtantia theoricæ vitæ uideat altitudinem, ſpectans illa, quæ non videntur, hoc eſt, non terrena, non corporalia non præſentia, ſed incorporalia, æterna, cæleſtia. Sic Ambroſius. *Ne dicas, ego ditaui Abraham.*

Procop.

Duplicem aſſignat Procopius rationem huius ſententiæ. Patriarcha (inquit) reſpuebat quicquam in ſuos vergere vſus ex illa copioſa præda, imitatus illud: Oleum peccatoris non vngat caput meum. Deinde noluit hominem diuitiarum, quæ aderant, reputari autorem, ſed ipſum Deum. Sic ille. Quare non ſuperbiæ faſtu hæc dixit Abraham, ſed vna tantùm diuini Numinis reuerentia ductus, à quo ſolo præmium ſuorum rectè factorum expectabat; ſed

D

S. Chryſ.

hac de re elegantiſſimè diſſerit S. Chryſoſtomus hiſce verbis. Habeo (inquit Abraham) Deum qui innumera mihi ſuppeditet bona, ſupernæ gratiæ immitot: non opus mihi diuitiis tuis, non indigeo humanis facultatibus, contentus ſuo Dei in me beneficentia. Scio illius

*Nonnulla ſæpe pro Deo ac ſua relinquenda.*

largitatem. Paucis, & vilibus ceſſi meo Loth, magnas & ineffabiles promiſſiones aſſecutus ſum, & nunc maiorum diuitiarum negotiatio mihi eſt, & maiorem eius gratiam mihi concilio, quare opes tuas non accipio. Hæc Chryſoſtomus.

E

Etiam tot ſeculis ante Chriſti Euangelium negotiatio erat cum Deo pro illius obſequio minora relinquere, atque propterea maiora elucrari. Quod diſertiſſimis verbis Dominus poſtea pronuntiauit: *Qui reliquerit domum, &c. centuplum accipiet, &c.* Matthæi decimonono.

Matth 19.

Quid verò iſtud centuplum, niſi, quòd Propheta recepit, dicens: *Portio mea Dominus,*

Pſal 118. S. Chryſ.

Pſalmo 118. Vbi meritò exclamat D. Ambroſius *ſermone octauo.* Quid beatius poſſeſſione diuina? quid magnificentius hoſpite cæleſti? Et poſt multa proſequitur: Acceſſit quidem diues ad Dominum, qui portionem Dominum non

A

habebat. Habebat enim multas poſſeſſiones, ſed Dominus non inter multa numeratur; non enim dignatur habere cum ſeculo conſortium.

*Deus ſolus merces hominis iuſti.*

Quæ enim portio iuſtitiæ cum iniquitate? Sic Ambroſius. Scitè admodum S. Chryſoſtomus hanc Abraham pietatem pro Deo ſuo cuncta deſpicientis, atque ipſius Dei Abrahamum ſemper indies amplificantis miſericordiam conſiderans concludit.

S. Chryſ.

*Qui contemnit terrena pro Deo, & terrena recipit.*

Miſericors Dominus, quando nos videt deſpicere præſentia, etiam ipſa largiùs ſuppeditat, reponitque plurima, quibus olim fruemur. Ita Chryſoſtomus. Abraham, vt ſeruus erat, & familiaris Dei ſui; putabat ſua tanta gloria, quam obtinuerat apud Deum valde indignum, quod ab alio. quam à Domino Deo ſuo boni quid acciperet. Nullius (inquit) quàm in Dei mei ære ſum. Nullus infra Deum gloriari poteſt, quòd Abrahamum ditauerit, magnumque fecerit. Ita Iob ſanctiſſimus ſua omnia bona, quæ multa fuerant, & ampliſſima, Deo accepta referebat; imò, & malorum, quæ patiebatur non alium, quàm Deum teſtabitur autorem. *Si bona* (ait) *ſuſcepimus de manu Domini, mala quare non ſuſtineamus?* Iob capite ſecundo: *Dominus dedit, Dominus abſtulit; ſicut Domino placuit, ita factum eſt,* Iob capite primo.

*Tantus homo ſeruorū Dei, ut ab eo ſolo, & bona, & mala ſuſcipiant.*

Iob. 2.
Iob 1.

Nimirum tantus eſt Iob apud Deum, vt ab eo ſolùm, aut bonis, aut malis affici queat: tam vilis, infirmuſque eſt dæmon, vt Iob, nec benefacere, nec nocere poſſit. Itaque pulchrè in illum conuenit, quod. Sapiens ait Eccleſ. vndecimo: *Oculus Dei reſpexit illum in bono; bona & mala; vita & mors; paupertas, & honeſtas à Deo ſunt.* Eſt enim Dominus, vt habetur *Iſaiæ quadrageſimoquinto,* formans lucem, & creans tenebras; faciens pacem, & creans malum: *Ego Dominus faciens omnia hæc.*

Eccleſ. 11.
Iſai. 45.

Hinc eſt, quòd viri iuſti Deo gratias habent, Deum collaudant etiam in pœnis, quas ab ipſius manu infligi nouerunt. vti Iob feciſſe videmus. Vnde (ait D. Gregorius *primo moralium, capite trigeſimo primo.*) Cùm appropinquaret paſſioni Dominus Ieſus, accepto pane gratias egiſſe perhibetur, *Matthæi vigeſimoſexto.* Gratias itaque agit, qui flagella alienæ iniquitatis ſuſcipit. Et qui nihil dignum percuſſione exhibuit, humiliter, in perſecutione benedicit: vt hinc oſtendat, quod vnuſquiſque in flagello culpæ propriæ facere debeat. ſi ipſe æquanimiter flagella culpæ portat alienæ. In ſe etiam credentes edocet, vt in flagellis poſiti benedicere Domino ſciant. Hæc Gregorius.

S. Gregor.
Matth. 26. *Iuſti in pœnis Deum collaudant.*

Hinc etiam eſt, quòd vir ſanctiſſimus in ſuo ſterquilinio vlceribus purulentus, & bonorum & malorum, quæ à Domino ſuſceperat, recordatione armat ſe aduerſùs diabolum ne gloriaretur, quòd aut bonis, aut malis hominem affeciſſet. Sic (ait D. Gregorius *tertio moralium, capite ſeptimo*) vtraque iungenda ſunt, vt vnum ſemper ex altero fulciatur; quatenus & flagelli pœnam memoria temperet doni, & doni lætitiam mordeat ſuſpicio ac formido flagelli. Sanctus ergo vir, vt oppreſſam mentem inter vulnera mulceat, in flagellorum doloribus blandimenta donorum penſat, iuxta illud Eccleſ. vndecimo: *In die bonorum non immemor ſis malorum, & die malorum ne immemor ſis bonorum.* Hæc ille. Huius etiam veritatis locupletiſſimum ſe teſtem exhibuit Dauid. De bonis enim ita canit: *Scitote quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum,* Pſalmo quarto,

S. Gregor.
Eccleſ. 11.
Pſal. 4.

De

De malis autem ita reſpondet Abiſai, Semei capur amputare volenti propter conuicia in regem iniecta: *Dimitte eum, quia Dominus præcepit ei, vt malediceret Dauid.* 2. Reg. 16. quaſi dicat, non me tam abiectum, & nihili reputo, vt putem ab illo, quàm ab ipſo Deo flagellari. Atque (vt adiungit Procopius in hunc ipſum locum) perdurandum: & patientia hominis ita diuina ſuperanda eſt. Sic ille. Imò & totam ſuæ domus calamitatem diuinitùs ea ratione inflictam nouit. Dei namque gubernatione deſtituta, inſtar nauis ſine gubernatore ferebatur. Idem: Ac de bonis quidem omnium eſt illuſtriſſimum teſtimonium illud Chriſti Domini, cùm diabolo conſulenti: *Dic, vt lapides iſti panes fiant*, Matth. 4. non aſſenſit. Atque in primis (vt ait Euthym.) Chriſtus non edidit requiſitum à diabolo, quia nullam inde diabolus relaturus erat vtilitatem. Sed cur panes diabolus non attulit, & obtulit Domino? Eo quòd (reſpondet Idem) ab aduerſario Chriſto panem ſumpturus non erat. Denique conſummata omni tentatione Dominus diabolum procul inde amouit, cùm ſtatim eſſet ab Angelis appoſita menſa panem ſumpturus. Quod à Ruperto ſic adnotatur: Et remoto diabolo à participatione, ſiue præſentia refectionis acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei. ſcilicet Dominus, nec panem à diabolo accepit, nec diaboli ſuaſu panem confecit, nec panem diabolo præſente comedit. Ex quibus docemur panem, vitæ alimenta, & quæcumque bona ſunt non à dæmone, nec ab alio, quàm à Deo ipſo nobis prouenire. Imò, quod emphaſim habet, ſequitur; *Et acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei.* Videlicet ne ipſi quidem Angeli Chriſto panem offerebant, niſi vt miniſtri Dei, qui Filio ſuo homini eſurienti cibum Angelorum ſuorum miniſterio præbuit; Angelos enim ſuos miniſtros ſuos habet.

2. Reg. 6.

Procop.

*Omne bonum non ab alio, quàm à Deo accipimus.*

Matth. 4.

Euthym.

Rupert.

9. *Exceptis his, quæ comederunt iuuenes.*] Non meminit Abraham decimarum, quas quidem exceperat, non modò ab ſpoliis hoſtium, ſed à bonis etiam regis Sodomorum, quæ poſtliminio receperat, eo quòd præſente (vt credere fas eſt) rege ipſo illas ſoluerit Sacerdoti ſummo, ac regi Melchiſedech. Exceptis (inquit) his, quæ comederunt iuuenes: Abraham ſuo conſulit honori, ne putaret, rex Abraham aliquid clam retinere. Rectè D. Ambroſius *libro primo, cap. tertio.* Hoc ſolum (inquit) ſibi ſatis eſſe teſtificatur, quod paſtui præliantium iuuenum profeciſſet. Dicet aliquis cùm ipſe vicerit, quomodo dicit ad regem Sodomorum: Nihil ſumam abs te; cùm præda vtique in poteſtate victoris fuerit? Docet militarem diſciplinam, vt regi ſeruentur omnia. Sanè iis, qui ſecum fuiſſent in adiumentum fortaſſe ſociati, partem emolumenti tribuendam aſſerit, tanquam mercedem laboris. Hæc Ambroſius. Optimè S. Chryſoſtomus, & prudentiam, & vrbanitatem agnoſcit Abrahami, quòd milites remunerandos indicat, & ne regiam maieſtatem videatur deſpicere, ob dationem animi victoria triumphóque inſolentis nonnihil ab eo acceptat. Ne putet (inquit) rex, quòd

S. Ambroſ.
*Milites regi lucrantur.*

S. Chryſ.
*Modeſtia, & vrbanitas erga regem.*



propter contemptum, & deſpectionem, quæ ab eo dabantur, non acciperet, declarans ſuam & in hoc humanitatem, & benè moratam mentem; ait: Non accipiam, exceptis his, quæ comederunt iuuenes, &c. Et portionem virorum Eſchol, &c. Hos permittam accipere portionem aliquam, quoniam ingentis amicitiæ ſpecimen dederunt, quia voluerunt periclitari pro me; dignus eſt enim operarius alimento ſuo, *Luc.* 10. Nihil enim vltra vſum ſuum accipere permittit. Hæc Chryſoſtom. Ita planè, ô ſemper virgo Dei genitrix Maria, poſtulat ratio, vt laborantes reficiantur cibo, ac poſito tandem onere placidam iuxta fontem captent requietem.

Luc. 10
*Quies & refectio poſt laborem.*

Laboraui, ô Domina, ſeruus inter tuos omnes indigniſſimus, ſed totus tamen tuus, in iſto tuo maiorum vigiliarum, & complurium ſudorum opere. Liceat iam nunc per te, ô Mater Dei, vt poſſim ſcribendi & commentandi contentione, prope tuos puritatis, gratiæ, ac vitæ liquores tantulùm quieſcam. Ad hunc enim (ait tuus Bernard. *ſermon. 4. de Aſſumpt.*) fontem ſitibunda properat anima noſtra; ad hunc miſericordiæ cumulum tota ſolicitudine miſeria noſtra recurrit. Permultas in ſectiones totum hoc opus diſſecui; ſic enim fert vſus, vt cum neceſſitate diſtinguendi ac diuidendi, ornatus etiam accedat ſcriptionibus. Curaui tamen ſedulò, vt nulla mihi elaberetur, quam de tuis laudibus, ô Virgo beatiſſima, non inſpergerem. Quid enim afferre poſſem gratum legentibus ſine tua gratia? quid ornatè dicere, ſine tuarum virtutum ornamento? quid ſuaue ingerere auribus, ſine tuo (ô Maria) nomine, quàm ſit omnis etiam Angelicus concentus, dulcior? Quid moroſis hominum ſenſibus ſapidum apponere; ſine tuarum laudum condimento melle, ac fauo? Erunt fortaſſe, quibus hoc diſpliceat vti alienum, importunum, ac violentum; quibus reſpondeo cum S. Bernardo laudes Deiparæ virginis opportunè importunè prædicante: vt (inquit) non deſit fructus deuotionis, patienter audiant de ſuperfluitate cauſantes; nouerint tamen qui me ſugillant, me ex hoc ſumere occaſionem loquendi, quod loqui delectabat. Si verò erraui quòd propriam magis ex hoc excitari deuotionem, quàm ad rem (vt aiunt) ſtuduerim commentari: potens erit pia Virgo hunc meum excuſare errorem, cui hoc meum qualecumque opuſculum deuotiſſimè deſtinaui. Hæc ex S. Bernard. *ad finem homil. ſup. Miſſus eſt.* Precatus ſum te (ô Domina mundi) in ipſo exordio commentationum, cùm vix mari commiſſa, & vela, & verba explicui; vt tam longo atque arduo nauigantem ſalo, ad portum vſque ſalua & incolumi nauicula dirigeres, ac deduceres, ô ſtella maris. Nauigaui tutus in pelago; in portum nunc tandem per te (ô mater miſericordiæ) incolumis ac lætus inuehor. Nunquam à tuo vultu, quem deprecantur omnes diuites plebis: nunquam à tuæ maieſtatis contemplatione oculos animúmque auerti. Dixi de te, quæ potui; non quæ digna eſſent. Quid mirum (inquit S. Petr. Damian. *ſerm. in 1. Matth.*) ſi hæc ineffabilis

*Quieſcendum ad fontem vitæ, ſcilicet S. Mariam.*
S. Bern.

*Totũ hoc opus laudibus S. Mariæ conditum eſt.*

S. Bern.

*S. Maria autorem ad portum adduxit.*

A

Virgo in ſuis laudibus modum humanæ vocis exuperat: cùm & ipſam humani generis naturam excellentium meritorum dignitate tranſcendat. Sed quid dicam (ait S. Hieronymus) pauper ingenio, cùm de te (ô Virgo) quicquid dixero, minus profectò eſt, quàm tua dignitas mereatur? Si matrem vocem gentium, præcellis; ſi formam Dei appellem, digna exiſtis. Talem te, ac tantam Deus fecit, vt ipſe fieret per te, & in te. Sic Hieron. 1. & 2. *ſermon. de Aſſumpt.* Hæc prima, & ſumma ratio incomprehenſibilis maieſtatis virginis Mariæ: eam ſibi Deus ipſe, de qua homo fieret, matrem fecit. Quare iam nunc ſileat, qui dignè haud poteſt eloqui: quis enim (autore D. Anſelm. *lib. de excellent. Virg. cap. 11.*) tam miram matris Dei gratiam oculo mentis aſpiciens non obſtupeſcat, & elinguis fiat?

*S. Hieron incompreh ... ſi i i bom ... b. Maria.*

*S. Anſelm. Stupidos & mutos reddit maieſtas S. Mariæ Dei genitricis.*

# FINIS.

*Laus Deo.*

INDEX.

# INDEX RERVM.

*Secundum numerum Capitum, Sectionum, & eum qui in margine ponitur.*


A

*Abel.*

ABel interpretatur luctus c. 4. s. 2. n. 1. Abel præponitur Caino. c. 4. s. 3. n. 1. quam meritò illi præponatur ibid. Abel virtutis ſymbolum c. 4. s. 3. n. 2. Abel ſeipſum Deo obtulit. c. 4. s. 4. n. 4. Abel virgo & virginum primus. c. 4. s. 4. n. 4. Abel ſe ſe emptoris obtulit. c. 4. s. 4. n. 5. Abelis victima Deo grata. c. 4. s. 5. n. 2. In Abelis victima Deus quieſcit c. 4. s. 5. n. 1. Abelem Deus honorat c. 4. s. 5. n. 3. Abelis ſacrificio quid figuratur. c. 4. s. 5. n. 5. Abel vnde meruit eſſe martyr. ibid. Abel ſacerdotum magiſter. ibid. cur Abel peremptus in campo c. 4. s. 8. n. 4. Abelis innocentia perſecutionis c. 4. s. 8. n. 5. Abel Chriſti pignus ad mortem c. 4. s. 8. n. 5. Abel pignus reſurrectionis c. 4. s. 8. n. 6. cur Abel primus moritur. ibid. Abel primus martyr c. 4. s. 8. n. 7. Abel mitis mites agnos paſcit c. 4. s. 8. n. 8. Abelis mors exaggeratur c. 4. s. 9. n. 3. Abelis ſanguis mutus clamat c. 4. s. 9. n. 4. ſanguinem Chriſti clamat n. 4. Abel mutus, Cain ſurdus oſtenditur. c. 4. s. 10. n. 4.

*Abraham.*

Abram attigit vinum Noe c. 9. s. 12. n. 9. Abram pro Deo in fornacem iniectus. c. 11. s. 12. n. 4. Abram ſemper fidelis, nunquam idololatra c. 12. s. 14. n. 1. explicatur locus Ioſue de Abram ibid. n. 2. Abraham prædicauit fidem veri Dei. ibid. Abrahæ e Chaldæa decurſus. ibid. Abraham philoſophando Deum agnouit. c. 12. s. 14. n. 3. Abram ſemel à patre digreſſus c. 12. s. 1. n. 1.
Abraham corpore & animo egrediens. ibid.
Abrahæ videntis Deum mira [illegible] n. 2.
Abrahæ virtutes philoſophia non aſſequitur. n. 3. Abram obedientiæ magiſter ibid. Abram deuotionis Chriſtianæ magiſter. c. 12. s. 2. n. 1. fidelium & religioſorum radix n. 2. philoſophus & fidei dux ibid. cognouit & dilexit vnum Deum. n. 4. cur Deus illum habuit in deliciis ibid. eius obedientia probata & ſpei plena. n. 5. fide obedijt ibid. Abrahæ vtilis egreſſio. ibid. eius prompta & cæca obedientia c. 12. s. 3. n. 4. obedijt ſenex vt iuuenis c. 12. s. 4. n. 1. opibus & peregrinatione Dei obedientiam teſtabatur. n. 6. Abram & Sarai conuerterunt multos n. 7. Abram impedimenta itineris rumpit c. 12. s. 5. n. 1.
Abrahæ periculoſa peregrinatio. ibid. eius peregrinatio deſcribitur. n. 4. comparatur cum Chriſto. n. 7. terras & gentes Deo ſubiugat. c. 12. s. 7. n. 3. expeditus ad parendum & peregrinandum c. 12. s. 7. n. 1. Abrahæ peregrinatio iugis & infatigabilis c. 12. s. 8. n. 5. vxoris pudicitiam Deo commiſit. n. 6. Abram probro ac dolore affectus. n. 7. in Abraham timor mortis iniuſtus. c. 12. s. 9. n. 3. in Ægypto vna vnum peregit annum. c. 13. s. 1. n. 2. Abrahæ graues diuitiæ Ægyptiæ. n. 3. Abram & Loth non procul diſſiti c. 13. s. 3. n. 5. oculis terram promiſſam complexus eſt. c. 13. s. 4. n. 3. quomodo illi terra promiſſa eſt ibid. Abrahæ proles numeroſa. n. 5. illius vita religioſa & expedita. c. 13. s. 5. n. 4. Abrahæ victoria memorabilis. c. 14. s. 3. n. 1. Abraham vita & moribus peregrinus. ibid. illius victoria miraculoſa. c. 14. s. 4. n. 5. Abraham vicit numero, figura crucis. n. 6. Abram de hoſtibus triumphat. c. 14. s. 5. n. 5. poſt triumphum humilior. ibid. Regibus Deum prædicat. c. 14. s. 10. n. 4. Abrahæ iuramentum. n. 5. oratione vicit reges n. 6. in Abram mira opum deſpicientia n. 8.

*Abyſſus.*

Quid ſit abyſſus. c. 1. s. 2. n. 8. & c. 7. s. 5. n. 4.
*Ben Fernand. in Gen. tom. 1.*

*Abſalon.*

Abſalonis falſa pietas. c. 3. s. 14. n. 8. Abſalonis ſtultitia c. 3. s. 16. n. 8.

*Abſcondere.*

Abſcondere ſe à Deo periculoſum. c. 3. s. 22. n. 3. Abſcondit malè ſe Adam.

*Abundantia.*

Abundantia nocuit Hebræis c. 1. s. 16. n. 5.
Abundantia nocuit Eccleſiæ. ibid.

*Accuſatio.*

Præſtat accuſatio, quàm excuſatio. c. 3. s. 19. n. 3. accuſabunt quot mali [illegible] c. 3. s. 27. n. 6.

*Adam.*

Adam vbi creatus c. 2. s. 6. n. 1. Adam operat otiuſe. n. 4. Adamus nobis [illegible] laborem & dolorem ibid. Adamentis ſuæ excultor n. 6. Adæ contemplatio c. 2. s. 7. n. 1. Adam quaſi rex in paradiſo n. 2. libertatis amator. n. 3. Adam puer. ibid. vt [illegible] in mari n. 4. Adæ naufragium. ibid. Adam recenſentur animalia. c. 2. s. 10. n. 1. propria rebus nomina indidit n. 2. peccauit non ex ignorantia ibid. Dominus animantium. ibid. Deo amorem & gratias debet n. 8. Adæ ſapientia. ibid. expoſcit à Deo mulierem ibid. Adami contemplatio n. 5. compellit animantia. ibid. Dominus animantiú n. 6. Adami ſopor. c. 2. s. 11. n. 1. dormiés diuina intuetur ibid. prophetat ibid. Adæ ecſtaſis. n. 3. dormiens contemplatur. n. 4. Adam in ecſtaſi cum angelis. ibid. Adami dignitas. n. 5. oratione præmunitur. ibid. Adæ amor erga Euam. c. 2. s. 13. n. 7. Adam prophetice locutus. c. 2. s. 4. n. 2. Adam principem & prælatum gerit n. 7. mulieri nomé impoſuit. c. 2. s. 15. n. 1. propheta c. 2. s. 16. n. 1. Adà erga Deum mutus n. 8. Adam, quia ingratus, cecidit. ibid. Adam & Eua pueri non fuerunt. c. 2. s. 17. n. 6. Adam malè audit, Eua malè locuta eſt. c. 3. s. 2. n. 7. Adam vbi ſine vxore ageret. c. 3. s. 4. n. 3. Adam monet mulierem c. 3. s. 7. n. 7. Adam & Eua ſuites c. 3. s. 11. n. 3. Adà non eſt ſeductus, ſed mulier n. 4. Adæ peccatum non Euæ genus hominum perdidit n. 9. Adam & Eua non infideles. c. 3. s. 14. n. 5. Adam nimio erga vxorem amore peccauit. c. 3. s. 15. n. 3. Adam malè amando lapſus. n. 5. Adam & Eua ſimul comederunt. c. 3. s. 16. n. 1. Adam facile mandatú turpiter violat. n. 2. Adam vas timoſum. ibid. Adam & Eua quid experti poſt peccatum. c. 3. s. 17. n. 1. malè armati in aciem. c. 3. s. 19. n. 3. pœnitentiæ amictum induunt n. 4. terrent c. 3. s. 20. n. 3. vt ſerui fugiunt. c. 3. s. 22. n. 1. Adà præ humilitate fugit. n. 7. ſepultus in Hebron c. 3. s. 23. n. 1. Adæ ſtatus infeliciſſimus ibid. Adam decepius & vulneratus. n. 2. Adæ ſumma perturbatio c. 3. s. 24. n. 3. Adæ ſtulta reſponſio c. 3. s. 27. n. 1. Adæ plus nocuit excuſare, quàm comedere n. 3. Adam crudelis in vxorem. ibid. & n. 6. contra Deum loquitur. n. 3. Adam ſe excuſat ob amorem vxoris. n. 3. ambo malè excuſans. c. 3. s. 29. n. 3. Adæ peccatum inexcuſabile. c. 3. s. 37. n. 1. Adæ culpa perſtringitur. n. 2. Adà ſpoliatus honoribus. c. 3. s. 38. n. 6. Adam iam exul Euam nominat. c. 3. s. 39. n. 1. diuinitus Euam vocat n. 2. ironice Euam vocat. n. 3. prophetat reſurrectionem. n. 5. illuditur à Deo. c. 3. s. 4. n. 5. Adæ ſuperbia perſtringitur. n. 5. Adam ſero ſapiens delicti ibid. de Adam apud Deum diſceptatio. n. 6. Adam & Eua velut excommunicati. c. 3. s. 41. n. 1. Adam in exilio Chriſtum deſiderat. n. 2. quandiu fuit in paradiſo. n. 6. pellitur violenter è paradiſo c. 3. s. 41. n. 1. Adam in exemplum Chriſto Domino. c. 3. s. 41. n. 2. in exilio humilis & paradiſum deſiderans. c. 3. s. 41. n. 3. Adæ proſus exitium & mors. n. 4. è regione paradiſi deflet. c. 3. s. 43. n. 1. Adamum Deus non procul amandat. n. 2. Adam & Eua extra paradiſum copulati. c. 4. s. 1. num. 1. Non diſſimulerunt copulam. c. 4. s. 2. num. 5. Adam ritus diuinos peregit & docuit. c. 4. s. 4. num. 1.

Adam num abſtinuerit à coniugio c 4.ſ.2 ſ.n.1. Plures habuit filios c.5 ſ.1 n.3. ab Adam peccatorum ſoboles. n. 4. Adamum Chriſtus reformauit. ibid. Adam & Eua in cælo beati n.5.

*Adamitæ.*

Adamitæ hæretici. c 3.ſ 17 n 1.

*Adoleſcens.iuuenis.*

Adoleſcentiæ naufragio multi pereunt c.7 ſ.4.n 8 adoleſcentis intemperantia. c 8 ſ.8 n 1. adoleſcentia præceps in vitia. c.8.ſ.8.n.6 adoleſcentiæ ætas præciditur. ibid iuuentu ta vitia. c 9 ſ 10 n 3 ab illa in reliquas ætates vitia emanant. n. 4. in vitia præceps n.5. præſtat in iuuentute quam in ſenectute virtutem ſequi. ibid iuuenis ſanctus præfertur ſeni. c.12.ſ 14 n.8. adoleſcens vti cymba in mari.c.12 ſ 4 n.4 iuuenis agat cum ſenibus. ibid. iuuenes appetitu feruntur. c. 13.ſ.3.n. 4. iuuenes ineptí ad regimen c 6.ſ 5 n 6.

*Adulatio.*

Contra adulationem differitur.c.9 ſ 9.n.4 principes execrantur adulantes.c 12 ſ.13 n.4.

*Adulter.adulterium.*

Adulterium par in vxore, & in viro. c 2.ſ 10.n 1. adulterium viri etiam grauius. ibid adulterij grauitas oſtenditur. ibid. adulteri ſtoliditas. ibid. adulteri perſtringuntur c. 2 ſ.14 n 6. contra adulterum Deus inuehitur. c. 12. ſ 9 n 8 adulterium exhorret Ethnicus. n. 9. damnatur.c.2 ſ.1 5 n.4.

*Ægyptus. Ægyptij.*

Ægyptij maleſici c. 1.ſ.2.n.6 Ægypti quota plaga. ibid. apud Ægyptios adulterium exectandum.c.12.ſ 8.n 7. Ægyptiæ auaritiæ c.5 ſ 1.n.5

Ædificia porcorum infamia. c 11 ſ.4 n 5.

Ænergumeni neſciunt quid loquantur.c 3.ſ 10 n 1.

Ætatis incrementi una cum delictis.c.8 ſ 8.n.5.

Æthiopum apud nos pietas c.4.ſ 15.n 8.

*Affectus.*

Affectus animæ pedes. c.13.4 n 4. affectum Deus à nobis exigit c. 10 ſ 1.n.2. affectus etiam ſine effectu punitur. c.12.ſ 10 n 1. affectus pius erga cognatos.c.13 ſ.3.0.2. affectuum voces c 14 ſ 10 n 4.

*Ambitio.*

Ambitio tyrannica.c. 3 ſ.18 n 5.etiam religioſos attingit. ibid. quam ſit periculoſa. ibid. ius omne violat. c. 4.ſ 5. n. 5. ambitio hominum de principatu c 1 ſ 7 n 3. ambitio irrequieta. c. 1. ſ 9.n 6. in Eccleſiaſticis comprimenda c.9 ſ.4 n 2. ambitio & remiſſio in Eccleſiaſticis. c.1 ſ.ſ 4 n 2 ambitio facilè igneſcit c.1 ſ.9.n.1. etiam inextinguibilis in diabolo.c. 14 ſ 1.n. 5 ambitio primæ ſus damnatur. c.14.ſ 3 n 5 ambitio Eccleſiaſtica perſtringitur.c 4.ſ 12 n 4 & c.9 ſ.1.n 3.

Ambulare cum Deo quid ſit.c 5 ſ.2.n.2.

Amicitia falſa c 4 ſ.8 n 4.

*Amor.*

Amor Dei erga nos c.1 ſ 1 n 2. amore Dei cuncta dulceſcunt.c.1.ſ 2.n.12. amor Dei erga hominem. c.1.ſ. 3 n. 2. amor coniugum mutuus c.1.ſ.8.n 3. amor coniugum indiuiduus.c.1 ſ 10 n.1. amor gluten cordium. c.2.ſ.1 n. 7. amoris ingenium ibid. amor Chriſti c. 2 ſ 5 n.7. amor & continentia coniugum c 2 ſ 7 n 3 amor ſimilitudinem exigit.c.2.ſ 10.n.6 amor Deum ſimilem nobis fecit c.ſ ſ 10 n 7. amoris potentia erga Deum. ibid. amor impatiens c 2 ſ.1 2.n 8 amor erga Deũ.ibid.amor inter coniuges commendatur c.2 ſ 1 8.n.3 amoris vis, & color.c.2.ſ 21 n.7 amor patiens, & cæcus c.2.ſ.13.n. 7 amor vitia non videt ibid. amor meretricis.c.2.ſ.16.n. 2. amor amantem necat. n 4 amor morti ſimilis. ibid. amor fortis n.5 amor omnia vincit. ibid amor Dei erga hominẽ. c 3.ſ 2.n.5. in amore vitandum faſtidium. c 1 ſ 4 n.2.amor in coniugio pauperum n.3. amorem Deus exigit.c 3.ſ 8.n.2.amor deſcribitur. ibid.amando Deus vicit.n 3. amor ipſa eſt pulchritudo. ibid. amor turpis quã exitialis. c. 3 ſ.15 n 3 amoris vis potentiſſima c.3.ſ. 5.n 4 amor à ſeipſo,& propter ſeipsũ.ib.ſine amore vita non eſt.ibid.amor debet eſſe ordinatus.n.5. amor Dei. c 3.ſ 30.n.1 amor viris commendatur erga vxores.c.3 ſ 37.n 6. amorẽ coniugũ diabolus ſuſtulit, Deus reddidit.c.3.ſ 36.n 8. amor Dei erga peccatores. c.3.ſ.40.n. 1. amor in Deum qui maximè impẽdendus. c.4 ſ 4 n. 3. amor religioſi in Deum. ibid. amor Dei in hominem.ibid.amor pretioſiſſimum donum. n.4 amor proximi ante Euchariſtiã.c 4 ſ 5 n 5 amoris ſignum in odiũ vertitur. c.4 ſ 8 n 3.amor Dei cum terreno ſimul non eſt.c 4 ſ.17 n 6.amor coniugum vnus.c.5.ſ 1.0.2. amor omnia adæquat, & vnit c. 7. ſ 3 n 3. amanti & obedienti cuncta facilia c.7 ſ 4.n 4 amor Dei rebus omnibus præferendus. c. 8.2 ſ.n 4. amoris ordo exigitur. ib amor in anguſtiis probatur. n.6. amor & timor Dei aduerſus carnis laſciuiam. c.8.ſ 8.n.5. contra amorem turpem exercitatio c.9.ſ 5 n.1. amor Chriſti ſine c.9 ſ.4.n.6. amoris dominium. c.12 ſ 1 n.5 amor impuros chriſtiano indignus. ibid. amor in Deum purè intentus.c.11 ſ 4 n 8 amor ſidelium.c.1 3 ſ.10 n 4 amor difficilia rumpit. c. 13.ſ.4 n. 3 amoris diuini effecta in nobis.c.13 ſ 5 n 7 amor rerum cæleſtium. c.14 ſ.3.n. 1 amoris chriſtiani ſumma. c. 14 ſ.7.n.3. & ſuauitas.c. 14 ſ.3 n 6.Deo habendus.c 14 ſ 3 n 4.

*Angelus.*

Angelos docet Creator c.1 ſ.3 n 1. angelorum creatio.c. 1.ſ.3.n 7 angeli peccarunt irreparabiliter. c.2.ſ.1.n 6. angeli tollunt ſcadala c.3 ſ.3 n.2 angelus pellit Adamum & Euam. c 3.ſ 42 n.5 quãtum angelis debemus. c. 1.ſ.5.n.6.angeli cupiditatem neſciunt ibid per angelos Deus deſcendit. c 1 ſ 8 9 n 4 quomodo cum angelis Deus loquatur. ibid angelorum aſcenſus & deſcenſus.ibid per angelum Deus apparet.c.1 2.ſ.6 n.2.

*Anima.*

Animæ in peccato ſtatus. c 1 ſ 2.n.8. anima mundo inſatiabilis c.1.ſ.2 n 7 animæ excellentia c 2 ſ 1 n 5 anima cur ſpiraculum vitæ. ibid. inter animam & corpus pugna n.7 ea corporis coniunctione dedecoratur ibid. animæ & carnis lis & ſocietas. ibid. quare anima cum carne coniungitur. ibid expoſtulatio contra carnem pro anima.n 8.vna vnius hominis anima. n. 10. perditio animæ irreparabilis ibid. anima quanto in pretio habenda. ibid. animæ quantus in homine ſit contemptus.ibid.animam pluris,quam corpus fecit Creator. c. 2.ſ.3.n. 12. anima Chriſti libera.ibid animæ diſpendiũ. c.2 ſ.8 n 4 animæ iacturam diabolus capetit ibid.animæ lucrum aut damnũ n.5. animæ immortalitas edocetur. c.2.ſ.12.n 2 anima operatur in ſomno. n. 4. ex ſomno conuincitur immortalitas animæ. ibid. animæ rationalis creatio c 2.ſ.14 n 1. anima conſtans iuſti. c. 3 1 6 n.2. anima peccatis deſolla. c 3.ſ 8.n 3.animæ in omnibus tota ratio habenda.c 3 ſ 9 n 5.anima per ſenſus egreditur. c. 3.ſ 15 n. 1 animæ iuſtorum circa æterna. c. 3.ſ. 1 2.n.2. animæ cibus Chriſti. c. 3 ſ.2 1.n.5. anima vt aquila volet. c. 3.ſ.30.n 4 animæ martyrum clamant.c 4.ſ. 10.n 3 animarum ſeductores c. 4 2. 10. n 3 animæ dignitas deturpata c 6.ſ.2.n.1. animæ naufragium ex carne. c.6 ſ 7 n.2. animæ pericula complura.n.10.anima ab impuritatibus emundanda c 8.ſ 1.n. 4 anima tota Dei eſt c 8 ſ 1 n.1 anima dulciter Deo adhæret. ibid Deo anima inhærens. ibid animas Deus amat c 8 ſ.5.n 5. anima pro vita capitur c 9.ſ 3.n 4. anima per ſenſus operatur c. 9 ſ 7 n.1 anima inſtar mulieris.ibid animæ per ſenſus naufragia. ibid. anima bonis terrenis ſatiari nequit. c 13 ſ 3 n.7. anima in amore requieſcit c.13.ſ 1 n.6 animæ periculis omnia ſcatent.c.14 ſ 10 n 7 animæ diſpendium incomparabile.c.14 ſ 10.n 7 animam armans ſpes & amor c 3 ſ.8. n.4.vitalis animæ ſubſtantia c 14 ſ.5.n 6.

*Animantia.*

Animalia hominibus vtilia. c 1.ſ.8 n.1. animantium genera deſcribuntur ibid. documenta. ibid ingenia ibid. animantia non benedicuntur a Deo.n 3. animantibus nomina impoſita. c. 2 ſ. 10 n 6. animantia diſſimilia Adamo.ibid.animantia delentur in diluuio.c.6.ſ 7 n.1. animantium ad arcam concurſus. n. 10 animalia non veſcebantur carnibus in arca n. 12. animantium concordia in arca.c 7 ſ 3.n 4. animãtium terror ab homine c 9 ſ 1.n.8 animalia mactanda,non adoranda n. 6.

Anathema in primæua Eccleſia. c 11 ſ 14 n 6.

Anna mater Iobi c.2.ſ.11 n 6.

Ana Luſitaniæ fluuius.c.2 ſ.5.n.1.

Appetitus hominis in cælum. c. 1.ſ.2 n.2. appetitus inordinati.c. 3.ſ 18 n.1.

Alimentum in triplici ſtatu triplex c.9.ſ 1.n 5.

Apes virginitatis ſymbolum.c.11.ſ.1.n 5.

*Apoſtoli.*

Apoſtoli peccarunt venialiter. c 2.2.14 n 6 dilecti Deo.c. 7 ſ.3 n 2.columbæ dicuntur. c.8 ſ 5 n 8. Apoſtoli poſt aſcenſionem Domini c. 11.ſ.10 n.3 Apoſtolorum prædicatio.ibid.eorum dominatus admirabilis. n.4. domini opum terræ.ibid.reges coronati.ibid.

*Aqua.*

Aquæ ſignificant laborem.c.1 ſ 2 n.12. aqua aëris cælique materia.c.1 ſ 4 n.1 aquæ diuiſio.ibid. aquæ veræ ſupra cælos. ibid. aquarum commoda. c. 1.ſ.5.n 1. aquarum ſumma laus ibid. aquis peccata abluuntur ibid. aquarum commendatio. c 1 ſ 7.n 2. aquarum fœcunditas. ibid. & quarum etiam nunc parturitio. ibid. aquarum prærogatiua propter baptiſmum.c 1.ſ 7.n.7.aquæ dulces a paradiſo. c. 2 ſ. 5.n.2. aquis propter baptiſmum parcitur. c.3.ſ 37.n.4.

Arbor

### Arbor.

Arbores infructuoſæ ſecantur c. 8. ſ. 5. n. 8. arbores ſignificant ſultos. ibid. arborum laus ex cruce ibid. arbor cur prohibita. c. 2. ſ. 14. n. 12. Arbor ſcientiæ cur producta n. 5. 3. arbor vetita gradu eminebat. c. 3. arbor vetita erat ficus. ibid. arbori vetitæ plures in ſpecie ſimiles ibid. arbor vitæ & mortis. c. 3. ſ. 17. n. 1.
Arbitrij libertas. c. 3. ſ. 5. n. 9. arbitrium hominis c. 1. ſ. 3. n. 1. & c. 3. ſ. 2. n. 9.

### Arca.

Quæ forma arcæ Noe. c. 6. ſ. 6. n. 7. arcæ dimenſiones. n. 8. arca ex cedro ibid. qualis in arca fuerit feneſtra. ibid. ianua in arca n. 10. manſiones in arca. ibid. arcæ conſtructio mouebat homines. c. 9. ſ. 7. n. 1. arca Eccleſiam figurabat n. 8. arca religionis & ſalutis ara. n. 9. in arca ordo manſionum pro beſtiis. n. 10. arca caritatis, non timoris. c. 7. ſ. 3. n. 3. in arca Deus conſeruauit Noe & familiam c. 7. ſ. 4. n. 1.
Arcus ſacra ſcriptura. c. 9. ſ. 3. n. 5. arcus Chriſtum ſignificat c. 9. ſ. 3. n. 5.
Artium inuentio ex prouidentia. c. 9. ſ. 5. n. 8.
Aſtrologi perſtringuntur. c. 1. ſ. 9. n. 5. aſcenſus & deſcenſus c. 1. ſ. 9. n. 8. aſcenſio Domini. c. 2. ſ. 1. n. 1.
Atheiſmus. c. 3. ſ. 9. n. 1.

### Auaritia.

Auar. terrei, & iniqui c. 8. ſ. 1. n. 3. auarus theſauriat in cælo. c. 8. ſ. 4. n. 4. auari perſtringuntur. c. 8. ſ. 9. n. 3. & n. 8. auaritiæ curſus c. 2. ſ. 1. n. 8. auaro gratior aurum quam fides. ibid. auari tenacitas. c. 2. ſ. 12. n. 7. auari conſilia de eleemoſynis reſpuunt. c. 8. ſ. 5. n. 6. auaritia perſtringitur. c. 3. ſ. 43. n. 4. auaritiæ malum deſcribitur. c. 4. ſ. 1. n. 3. auarorum crudelitas in pauperes. n. 4. auaritia idolorum ſeruitus c. 7. ſ. 8. n. 1. auaritia in Eccleſiaſticis carpitur c. 1. ſ. 1. 4. n. 2. auaritia in aulicis perniciosa c. 3. 1. ſ. 5. n. 6. auaritia in principum aulis. c. 1. 3. ſ. 5. n. 5. auaritia iuſtitiam oppugnat. ibid.
S. Auguſtinus contra hæreticos c. 1. ſ. 10. n. 2.
S. Auguſtini pulchra ſententia c. 2. ſ. 17. n. 5. eiuſdem zelus c. 3. ſ. 8. n. 1.
Auguſti de veſtium luxu ſententia. c. 3. ſ. 3. 5. n. 4.
Aues cognatæ piſcibus. c. 1. ſ. 7. n. 3. ex aqua prodierunt. ibid. auium genera. ibid. documenta. n. 4. nomen ſortiuntur c. 2. ſ. 10. n. 5.
Aulici virtutem exoſi, laſciuiam ſectantur. c. 12. ſ. 9. n. 2.
Auxilium Dei confirmans c. 1. ſ. 1. n. 4.

### B.

Babylonis turris prodigioſa. c. 11. ſ. 4. n. 3.
Balenæ cur productæ. c. 1. ſ. 7. n. 2.
baptiſmus præfiguratur. c. 1. ſ. 2. n. 10. eius effecta. ibid. in illo ingens mutatio. n. 11. illius figura mare rubeum. ibid. baptizati quam grati Deo. c. 1. ſ. 7. n. 6. baptiſmi effectus admirabiles c. 4. ſ. 11. n. 9. baptiſmus ianua arcæ. c. 6. ſ. 6. n. 10. illius ſanctitas. c. 8. ſ. 5. n. 6.
Baſilicus deſcribitur. c. 3. ſ. 1. n. 1.
Beatitudo innitat. c. 1. ſ. 3. n. 5. beatitudinis magnitudo. c. 1. ſ. 4. n. 3. beatitudinis deſiderium. n. 4. beatitudinis gaudia c. 2. ſ. 4. n. 6.
Bellum inter catholicos & infideles. c. 3. ſ. 14. n. 4.
Belli inſtrumenta quis inuenit. c. 4. ſ. 8. 9. n. 6. bellum quælibet ſuſcipiendum cum chriſtianis. c. 14. ſ. 4. n. 2.
Benedicitur à Deo ſolus dies ſeptimus. c. 2. ſ. 2. n. 1. benedictio Dei auerti non poteſt. c. 9. ſ. 11. n. 2. quid ſit Deum benedicere c. 9. ſ. 1. n. 1. felix per quem Deus benedicitur n. 8. benedictiones Dei ad patriarchas ſolo in Chriſto perfectè complentur. c. 12. ſ. 2. n. 7. benedictio Dei potens. c. 14. ſ. 9. n. 5.
S. Benedicti reuelatio c. 1. ſ. 6. n. 8.
Benefaciens Deum imitatur. c. 3. ſ. 1. n. 7. non vult, qui aliis non benè facit. c. 2. ſ. 2. n. 2. in benefactis modeſtia & humanitas c. 14. ſ. 10. n. 8.
Beneficentia Dei. c. 1. ſ. 1. n. 8. & ſ. 2. n. 5. & c. 3. ſ. 5. n. 9. beneficentia Dei adoranda. c. 3. ſ. 7. n. 2. beneficentia commendatur c. 2. ſ. 1. n. 1.
Beneficia parium iudicium c. 1. ſ. 2. n. 8. beneficiorum Dei iugis & plena memoria c. 4. ſ. 8. n. 4. beneficia Dei priora, quam leges c. 9. ſ. 3. n. 1. beneficiorum Dei iugis recordatio. c. 12. ſ. 2. n. 5. & c. 11. ſ. 15. n. 2. beneficiis Dei compellimur ad opera ardua. c. 12. ſ. 5. n. 2. beneficia Dei noſtris officiis maiora c. 12. ſ. 7. n. 4. beneficia Dei ſolida & vera c. 13. ſ. 4. n. 3. beneficia Dei multum à nobis exigunt ibid. beneficia Dei communia retineamus vt nobis propria. c. 13. ſ. 5. n. 6. beneficium prius à Deo. c. 13. ſ. 4. n. 4.
Beniamin tribus fortiſſima. c. 13. ſ. 2. n. 1.
Beatitudo c. 2. ſ. 1. n. 1.
Bethſabee Vriæ c. 2. ſ. 9. n. 4.
Bigamia cur licea c. 2. ſ. 1. 3. n. 4.
Ben. Fernand. in Gen. tom. 3.
Bonitas Dei in mundi opificio. c. 1. ſ. 2. n. 2. bonitas Dei erga hominem c. 2. ſ. 8. n. 2. bonitas rerum augeſcit numero. c. 1. ſ. 10. n. 6. propter virginitatem n. 7. bonis & malis communia. c. 12. ſ. 5. n. 8. bonorum, & malorum diſcrimen. c. 3. ſ. 7. n. 4. bonorum conſortium malis vtile c. 3. ſ. 10. n. 7. boni multa patiuntur. c. 3. ſ. 28. n. 5. bonis lætitia, malis dolor infixerit. c. 4. ſ. 6. n. 4. bonorum & malorum diſpar ſtudium. c. 4. ſ. 11. n. 9. boni pauci, mali multi. c. 5. ſ. 1. n. 9. propter bonos viuunt mali c. 6. ſ. 7. n. 9. bonorum & malorum diſpar exitus. c. 7. ſ. 4. n. 9. & c. 8. ſ. 5. n. 3. boni & mali in omni ſtatu. c. 9. ſ. 4. n. 3. bonorum caritas. c. 10. ſ. 1. n. 2. vnus bonus præſtat malis innumeris. c. 1. ſ. 1. n. 1. bonus apud Deum inſtar mundi. ibid. bonorum conſuetudo vtilis. c. 13. ſ. 1. n. 1. bonum eſſe inter malos ſumma laus c. 13. ſ. 3. n. 6. bonorum conſuetudo æſtimanda. c. 14. ſ. 3. n. 3. bonorum & malorum diſpar vita & mors. c. 14. ſ. 5. n. 3. certamen inter bonum & malum. c. 4. ſ. 8. n. 4.
Bona temporalia malorum c. 8. ſ. 5. n. 7. pudet mundi bona ambire, vbi de cælo agitur. c. 2. ſ. 4. n. 6. bona temporalia quid ſint. c. 8. ſ. 8. n. 5. bona vitæ comparantur riuo. c. 3. ſ. 13. n. 1. bonis permixta mala. c. 3. ſ. 14. n. 1. bona in cælo plura ſine admixtione mali. c. 3. ſ. 14. n. 2. bonorum celebratione dignum. c. 12. ſ. 11. n. 2. bona huius vitæ vana & ridicula. c. 12. ſ. 3. n. 3. bona mundi deſpicienda. c. 12. ſ. 5. n. 3. ab aliis ad alios tranſuolant. c. 13. ſ. 4. n. 5. ſunt bona, ſed periculoſa. c. 14. ſ. 5. n. 4. deſpicienda propter Deum ibid. dantur ad probationem virtutis ibid. bona ſpiritualia non pariunt inuidiam, nec diſcordias. c. 13. ſ. 2. n. 4.

### C

### Cain.

Cain primogenitus peccatorum. c. 4. ſ. 2. n. 1.
Cain & Abel conteruntur. n. 5. cain turpibus addictus voluptatibus c. 4. ſ. 3. n. 1. quænam obtulit munera c. 4. ſ. 4. n. 1. cain ſignificat iudaica ſacrificia. ibid. caini inuidia & dolor. c. 4. ſ. 6. n. 3. cainum Deus rectè inſtituit. c. 4. ſ. 7. n. 1. caini animum Deus ſtudet tranquillare. c. 4. ſ. 7. n. 7. cain timet primogenitura priuari. ibid. cain veterator & proditor. c. 4. ſ. 8. n. 1. caini obſtinatio in malum. n. 2. dolore parentes afficit. n. 4. caini facinus perſtringitur n. 7. dirus dei perſtrahitur. n. 8. caini reſponſio perſtringitur. c. 4. ſ. 9. n. 5. caini facinus expenditur c. 4. ſ. 10. n. 2. cain maledictus, non Adam. c. 4. ſ. 11. n. 1. cain maledictus, non Dauid. ibid. cur cain grauius, quam Adam, punitus. c. 4. ſ. 11. n. 1. an cain ſe reprobatum nouerit c. 4. ſ. 11. n. 2. caino terra infecunda. c. 4. ſ. 11. n. 3. caini tremor & conſcientia. c. 4. ſ. 12. n. 3. caini tremor doctrina mortalium. c. 4. ſ. 12. n. 4. cainum Deus inuitat ad pœnitentiam, & caritatem. ibid. cain Deum iniuſtitiæ arguit. c. 4. ſ. 13. n. 1. caini deſperatio n. 3. cain quomodo eiectus à Deo. c. 4. ſ. 14. n. 1. timet mori, oc priuerit. ibid. c. 4. ſ. 15. n. 1. mortem exoptat. n. 4. tu exemplum ſeruatur n. 5. erga cainum Dei clementia. ibid. ſeptem admiſit peccata. c. 4. ſ. 16. n. 4. morte ſeptē pœnas exuit. ibid. in ſeptima generatione occiſus. ibid. quod ſignum in illo extiterit n. 5. cain præco iuſtitiæ diuinæ ibid. in pœnam & doctrinam ſeruatus. n. 6. Impœnitens à Deo recedit. c. 4. ſ. 17. n. 1. Dei præſidio deſtitutus ibid. caini mira impudentia. n. 2. cain inſtabilis & irrequietus n. 5. caini ambitio, & cupiditas c. 4. ſ. 18. n. 3. cain primus orbe lato n. 4. primus inuidiam & necem induxit. c. 4. ſ. 18. n. 6. caini felicitas & poſteritas deleta eſt. c. 4. ſ. 19. n. 1. cain à Lamecho perimitur. c. 4. ſ. 20. n. 3. caini infamia ſempiterna c. 4. ſ. 21. n. 5.
Caiphæ falſus zelus. c. 3. ſ. 14. n. 1. caiphas iniquus iudex. c. 11. ſ. 5. n. 6.
Cantica Salomonis de amore ſancto. c. 4. ſ. 19. n. 5.
Cantus laſciui quàm periculoſi. c. 4. ſ. 19. n. 4.
in Cantu quid vitij vitandum 5.
Cantus Eccleſiæ commendatur. ibid. cantus, & hymni Eccleſiaſtici c. 4. ſ. 1. n. 5. & c. 11. ſ. 8. n. 3.
Caput ſerpentis initium peccati c. 3. ſ. 35. n. 3.

### Caritas, Concordia.

Caritas & citra in proximos. c. 1. ſ. 9. n. 6.
Concordia commendatur. c. 1. ſ. 10. n. 6. concordia nihil Deo gratius ibid. caritas facit omnia propria. ibid concordia hominibus debita c. 1. ſ. 13. n. 6. concordia coniugum. ibid. caritati nihil c. 2. ſ. 13. n. 8. concordia coniugum. ibid. caritati nihil arduum. c. 3. ſ. 6. n. 2. caritatis oculo nihil vile. c. 3. ſ. 10. n. 7. caritas chriſtiana commendatur. c. 4. ſ. 9. n. 4. caritas & pax propria chriſtianorum. ibid. ſine caritate nihil alia proſunt ibid. caritas fratrum in cæ o. c. 4. ſ. 14. n. 2. caritas chriſtiana eſt patiens. c. 4. ſ. 16. n. 1. in caritate chriſtiana vnitas c. 5. ſ. 5. n. 8. caritas inter magiſtrum & diſcipulum. c. 7. ſ. 3. n. 3. caritas in vnitate multorum c. 8. ſ. 2. n. 3. ex caritate ſunt omnia. ibidem. caritas inter prælatum & ſubditum. c. 11. ſ. 1.

c. 9.ſ.8.n. 3. caritas mutua commendatur. ibid. caritas cum patientia.c. 8.ſ 5.n.7. caritas eſt vnitas in Eccleſia Chriſti. c.11.ſ 1.n. 4. caritas commendatur in prælatis. ibid.caritas erga inimicos ibid. caritatis penna ſubuehitur anima.ibid concordiæ chriſtianæ deſcriptio. c. 11. ſ.7.n. 3.concordia malorum contra Deum. c.11.ſ 7.n. 2.concordia propria chriſtianorum c.13 ſ 2.n.2. caritas facit ſua bona aliena.c.14 ſ.7 n.3. ſola caritas cum lucro voluptatem habet. ibid. concordiæ chriſtianæ laus.c.6 ſ 6.n.5.concordia inter religioſos. n.6. cõcordiæ laus. c. 3.ſ.33.n.2. caritas erga proximi malum & bonum.c.3.ſ.28.n.4.

*Caro. Corpus. Carnalis.*

Corporis infirmitas. c 1.ſ 2.n.9. corpus hominis Dei manibus efformatum. c 2.ſ. 3. n. 2. corporis Adam quæ fuerit materia.n.3 caro aurum ex ſordibus.ibid.corpus hominis à Deo efficitum ad immortalitatem. ibid. non abiiciendum ad turpitudinem. ibid. corporis materia humilitatem conciliat ibid. caro humana teſtudini ſimilis.n.6.caro tympanũ.ibid. corpus iuſtis ſepulchrum & templum.n.8 corporis humani fabrica. c.2 ſ.12.n.2. caro humana vitio infecta.c.3 ſ.19.n.2 caro Chriſti & virginis Deiparæ mundiſſima ibid.carnales terræ, non cælo ſtudent.c.4.ſ.14.n.3. ſola corpora Chriſti, & virginis glorioſa in cælo viuunt.c.5.ſ.1 n.5.corpus animæ vagina c 6.ſ. 2. n.1.corporis ſtatura expetenda omnibus. c. 6. ſ. 3.n.1. corporum bona non æſtimanda n.2. caro mentẽ deprimit c.7.ſ.4.n.7.corporis ornatus cum ſordibus animæ.c.8 ſ 7.n.3.carnium eſum cur & quando Deus conceſſit. c. 9.ſ.2.n.5. carnibus parcè veſcendũ.n.6.carnes primò comeſtæ de ſacrificiis.ibid.corporis modeſtia ſeruanda.c.9.ſ.6.n.3.carnis inſidias etiam S Paulus timuit.c.11.ſ.8.5.n.3.contra carnis aſſultus vigilandũ & certandum. ibid.corporis labor pharmacum animæ. c.12.ſ.8 n.1. carnis affectiones inclementes.c. 13.ſ.3.n.2 corporis bona fugacia c.14.ſ.5.n 6. corpora defunctorũ adiungi corpori Domini peroptabant c.14. ſ.8 n.6 corporis noſtri victima Deo libanda. ibid. corporis damna non animæ dolemus.c.3 ſ.25.n.1.

Caſtigandi flagitioſi.c.4 ſ.15.n 3. per eadem caſtigamur, per quæ peccamus c 4.ſ.15 n 4. caſtigandi ſunt publicè nocentes. c 9 ſ.4.n.4. caſtigare propria autoritate non licet c.4 ſ.16 n.1.

*Caſtitas, continentia, pudicitia &c.*

Caſtitas paſſiones abſorbet.c.2 ſ.1.n 4.caſtitas in cogitationibus.c.3.ſ.11.n.2.amore Dei ſeruã la caſtitas.ibid. caſtitati nocet ſaturatio.n.3 caſtis duo ſpectacula obiiciuntur. c. 3.ſ. 18. n.5. caſtitatis encomia.ibid.caſtitas ſeruanda.c.3.ſ.19.n.7.caſtitas dicitur gloria. c 3 ſ.28 n. 2.caſtitatis gloria deſcribitur c.3.ſ.31.n.5. continentia reddit expeditos.c.3.ſ.36.n.1.caſtitas orationi neceſſaria.c.4.ſ.1.n.3.continentiũ laus.c 4.ſ 3.n.1. caſtitas cõmendatur.c.4.ſ 4.n 4.caſtitas generoſi animi. c 4.ſ.19. n.1 continentia præfertur matrimonio.n.3 continentia in lege Chriſti. ibid. caſtitas difficilis,ſed poſt Chriſtum ſuauis.c 4.ſ.50.n 2. caſtitatis dignitas poſt Chriſtum. c.4 ſ.22.n.10. caſtitatis encomia. c.6.ſ.1.n.1.caſtitas Deo grata. n. 3. caſtitas prælatorũ ac principum in Luſitania. n. 7. caſtitas floruit poſt Deum è virgine natum. c.6.ſ.4.n. 5. caſtitas præſidium vrbis & orbis.c. c.6.ſ.5.n 4 caſtorum mira fortitudo.n.5.caſtitatis laudes.ibid.in caſtitate mira nobilitas c.6.ſ.6 n.2. caſtitatis odor ſuauiſſimus n.3.fama percelebris. ibid. caſtitas hominum per Chriſtum c.6.ſ 7.n.4.continentia ſeruata eſt in arca n 8.confert ad ſalutem corporis.c 7.ſ 1.n. 4.viget inter afflictiones. n.7. puritas carnis poſt Chriſtum floruit,c.7.ſ.4.n.7. optimum conſeruare puritatẽ ibid.caſtitas à Deo expoſcenda c.8.ſ.1.n.4. caſtitatis laus.c.8.ſ.3.n.3 continentiæ laus ſupra cõiugium. c. 8. ſ.3.n.4.caſtitatem etiam hoſtes venerantur.ibid. caſtitatis pulchritudo. c. 8 ſ 5.n 4 caſtitas intùs in arca viguit.c 8.ſ.6.n.3.caſtitas à Deo per virginem.n.5. caſtitatis ſumma pulchritudo. c.8 ſ.7.n.3. caſtitatis ſpecies, & earum ordo.ibid quæ puritas requiratur in chriſtiano. c. 11 ſ. 13.n.1 caſtitas ad orationem requiritur.c. 12. ſ. 7.n 5. pro pudicitia turpe lucrum. c. 12.ſ. 9.n. 5. quanta debet eſſe puritas prædicatoris. c. 11. ſ. 14 n. 5. Chriſtiani titulus ipſamet puritas.c.7.ſ.4.n.7.

Caſus interdum felix c 7 ſ 4.n.9.

Catholicorum nobilitas.c 3.ſ.7 n.6. catholici Deo fidunt in bellis.c 3.ſ.34 n 4.catholici cum Deo firmiter & ſecuri habitamus c.9.ſ 12.n.8.

Cautela mulieris ſuadetur.c.3.ſ.9.n.1.cauendum à conſiliis diaboli.c.3 ſ.12.n.3.& ſ.30.n.6.

Celeritas Dei in agendo. c. 1.ſ.1 n.1. & in Dei obſequio. c 4 ſ.4.n.1.

S Cæcilia virum conuertit. c 6.ſ 1.n 4.

*Cælum.*

Cælum empyreum c 2 ſ.1.n.1.cælum admirabile ibid famoſum. ibid. liber Dei.ibid. cæli Deum contemplantur. ibid. cælum aſpectu ſuo allicit ibid. cæli ornatus.ib.n.2 cælo priuari.ibid terminus.& deſiderium.ibid.de cælo ſermocinari.c. 1.ſ.2.n.2. cælum patria hominis. ibid. cælum qui ſit terminus ibid. cælum homines contemnunt.ibid.cælum eſt initium & finis.ibid. labores mitigat.n.3.cæli concentus ibid.cælum primò quærendum n 4.cælum deſpicere ibid cælum in capite.ibid. cælum dulce onus.ibid.cæli amor ibid cæli amans terræ dominatur ibid. cæli bona qualia ſint. n. 7. cæli concentus fabuloſus.c. 1.ſ.4.n 2.cæli canunt,cum videntur.ib. cælum appetendum.n.3 cælum ex aquis.n 5.cælũ creatur patteſcens.c 1 ſ.6 n 1.cælũ hominis contuendũ.ibid. cæli pulchritudo ibid. cælum Dei templum. ibid. cæli valuis inſcriptio quæ ibid. cælum hominis præmium. c. 1. ſ. 9 n. 1. cælum ad ſe inuitat hominem.c.2.ſ 1.n.1. cælum nocte ſerena.ibid cælum inſtructum ad cuncedum hominem ibid.cæli prædicantur animas.ibid. cælos animæ prædantur ibid. cæli ruina & reparatio.c.2. ſ.14.n.7 cæli præmiũ homini c.3 ſ 2.n.2.cælũ præ omnibus appetendum. c.4 ſ.7.n. 5. cælũ vim patitur a iuſtis.c.4.ſ.19.n.6.cæli conſpectus peccatorem immutat. c.11.ſ.9.n.3.cæli habitator eſt accola terræ. c.14.ſ.2.n. 3.cæli bona ſola quærenda & amanda.c 14.ſ.10.n.8.

Chami impudentia expenditur. c. 9. ſ. 6.n.1.& ſ.10.n.1. chã in patrem ingratus & impudens. c.9.ſ.8 n.3.cham moribus & autoritate minimus.c.9.ſ.10.n.3 chami poſteritas. c.10.ſ.1.n.3. cham nomen nulli loco inditum. c.11.ſ.21.n.4.

Chanaan genitus eſt poſt diluuium. c.9 ſ.4.n.2 chanaan non irriſit auum. c.9.ſ.10.n.5 chanaan ex quorundam opinione irriſit auum. c. 9.ſ.11.n. 1. chananææ gentis hiſtoria c 9.ſ.4.n.2 chananæorum gent deteſtabilis. c. 9.ſ.18.n.5.chanaan generatio.c 11.ſ.11.n.5.

Cherubim veri ante paradiſum.c.3.ſ.43.n 1.

Cibus, vt medicamentum ſumatur. c. 9.ſ.1.n.6.ciborum qualitas pro neceſſitate.c.9.ſ.1.n.5.

*Chriſtus.*

Chriſtus germen.c.1.ſ.1.n.4.Chriſtus in ſcripturis.ibid.finis creaturarum. ibid. terræ accola.c.1.ſ.2.n.5.Chriſti ſymbolum piſcis n. 12. Chriſtus medicus. c.1.ſ.5.n.3. Chriſtus rarò de inferno,frequenter de cælo agit. n. 4. Chriſtus ſol admirabilior. c.1 ſ.6.n. 2. Chriſtus exẽplũ eſt,& præmium.c.2.ſ.1.n 8.Chriſtus otium ab hominibus expellendum curauit c.2 ſ 2 n.2. Chriſtus in creatione hominis cogitabatur.c.2.ſ.3 n.2.Chriſtus ob ſua beneficia a Iudæis deſpicitur.c.2.ſ 4.n.4.Chriſtus paradiſi fluuius. c. 2.ſ.5.n.5. Chriſtus fons hortorum. ibid. fons ſanctorum.n.6.natus ex virgine. c.2.ſ.11.n.1 pro nobis infirmatus n.7.amans ſecretũ c.2 ſ.13 n 3.Chriſtus & virgo ſine culpa paſſi ſunt.c 2.ſ.14.n.7. Chriſtus nuditatẽ valde doluit.c.2.ſ.17.n.2 Chriſtus medicus & incantator.c.3.ſ.1.n.8. Zelotypus animæ c. 3.ſ.1 n.4. Chriſtus & virgo contra impuritates amuletũ.c.2.ſ.17. n.7 diabolũ laceſſit. c. 3.ſ 2.n.4.Chriſtus hominũ nutrix. c.3.ſ.4.n. 3.Chriſtus ouis mactatur. ibid. Chriſtus crumenã tradidit Iudæ.c 3.ſ.10.n.2.Chriſtus à diabolo tentatus. c.3.ſ.11.n.4. acetũ, non vinum bibit.c.3.ſ.14. n.1.purus & purificans. c.3.ſ.16 n.1. lauat pedes diſcipulorũ ibid.Chriſto non nocuit fel peccati.c.3 ſ 17.n.3. Chriſtus naturã humanam ornauit c. 3 ſ.18.n 3.Chriſtus eſt ipſamet celſitudo. c. 3.ſ.19.n 6. Chriſtus mater erga Thomã.c 3.ſ.21.n.3. Chriſtus ſpiritus oris noſtri c.3.ſ.21 n 5. mãſuetus erga peccatores.c. 3.ſ.23.n.9. in præſepi timorẽ Adamo excutit. c. 3.ſ.24.n. 5. cũ peccatricibus mitis.c. 3.ſ 28.n.2 fœmineo ſexui debitor.ibid. inter Chriſtũ & ſerpẽtem antitheſis.c. 3.ſ.30.n.8.Chriſtus mundities attulit.c.3.ſ.31 n.5.Chriſtus ſemẽ mulieris. c. 3.ſ.34. n. 2. animas requirit.n 3.filius virginis contriuit ſerpentem.c.3 ſ.35.n.1.Chriſtus eſt nauis, & petra n.2.areſecit ficum. c 3.ſ 37.n.3. hoſtes patienter tulit ibid.noſtrã maledictionem aboleuit n.6. pro nobis triſtitiam ſuſcepit.c 3 ſ.38.n.1 dolet vt ſe hominem demonſtret.ibid.Chriſtus Adamũ quærit, & veſtit. c. 3. ſ 40 n 6.dolet mortem hominis c.3.ſ.38.n.6. iacẽtem Adam attollit. c.3.ſ 42.n. 2. gladium paradiſi remouit. c.3.ſ.41.n.4.Chriſtus dæmonum luctus c 4.ſ.2.n.3.miris ad ſe nos vorat.c.4.ſ.12.n.5. docet calcare ſuperbiã. c.4 ſ.18.n 1.inter auos habuit peccatores.n 2.pacẽ terris attulit.c 4.ſ.19.n.6. Chriſto veſtimur & fouemur.n. 7.Chriſtus vitæ lignum.c 4.ſ.50 n.2.matri Ioannẽ pro ſe reliquit.c.4 ſ.21 n.6. quomodo primogenitus virginis c.5.ſ.1.n 4.Chriſtus & virgo in cœlo glorioſi.c.5.ſ 1. n.8.Etiam per Ioannem Matri obedit.& ſeruit.c. 5.ſ 3. n 7.ad paſſionẽ currit.c.6 ſ. 3.n.4.Chriſtus animæ ſolatiũ c.6 ſ. 5.n 1. veri hominis archetypus n.1 & iuuenis & ſenex apparet.n.6.prædicauit in interitu c. 6.ſ.7.n 6. per Noë prædicauit ibid homines tranſmutauit.n.11.armat nos contra carnem. c. 7.ſ. 4. n.7. Chriſtus ſtrõ n

gaudium cœpit. c. 8. ſ. 4. n. 1. humiles quærit humiles. ibid. reſurgens pacem præfert. c. 8. ſ. 5. n. 8. Chriſtus & virgo de cælo ons mutant, n. 9. benedictionibus præuenitur ante paſſionem. c. 9. ſ. 3. n. 2. non ſua, ſed noſtra commoda quæſiuit. c. 11. ſ. 4. n. 2. humilitatis doctor. n. 4. humilis humiles quærit. c. 12. ſ. 6. n. 8. humilitatem docuit in ingreſſu ſuo. c. 11. ſ. 9. n. 1. pro Chriſto relinquenda quæ impediunt. c. 11. ſ. 12. n. 2. ex virgine veram carnem aſſumpſit. c. 12. ſ. 3. n. 2. attulit humilitatem & obedientiam in terras. c. 12. ſ. 4. n. 1. pro Chriſto maledici optandum. c. 12. ſ. 5. n. 2. præeuntem ſequamur. c. 12. ſ. 6. n. 2. attulit contemptum temporalium. c. 12. ſ. 7. n. 2. cæleſtia, non terrena pertractat. c. 13. ſ. 1. n. 4. ſuos in agone iuuat & ſolatur. c. 14. ſ. 5. n. 7. quomodo ſine genealogia. c. 14. ſ. 4. n. 3. in humilitate inſtituit diſcipulos. c. 14. ſ. 9. n. 6. ſuos vt reges coronat. c. 14. ſ. 10. n. 1. extra Chriſtum vana fiducia & ſecuritas n. 3.

Chriſtus crucifixus. c. 2. ſ. 5. n. 5. Chriſtus mortuus figuratur. c. 2. ſ. 12. n. 5. crucifixus videndum ſe præbet martyribus. c. 2. ſ. 17. n. 3. inter hæreticos crucifixus. c. 3. ſ. 8. n. 8. crucifixus obſeruatur Iudæis. c. 3. ſ. 15. n. 6. crucifigitur qua hora peccauit Adam. c. 3. ſ. 21. n. 4. crucifixus nobis refugium. c. 3. ſ. 22. n. 9. crucifixi potentia. c. 3. ſ. 34. n. 2. crucifixi amor erga homines n. 3. Chriſti paſſio recogitanda. ibid. Chriſtus moritur, ſed mortem vincit. c. 3. ſ. 35. n. 4. dolores in morte ſuſcepit. c. 3. ſ. 36. n. 5. occiſus in Abele. c. 4. ſ. 8. n. 6. Chriſti paſſi exemplum. c. 6. ſ. 2. n. 5. crucifixus arca & requies. c. 8. ſ. 3. n. 6. crucifixus pœnas ſuorum fidelium leuat. c. 8. ſ. 8. n. 2. crucifixum ſolatur præuiſio fidelium. ibid. in crucifixo voluptas iuſtorum. c. 12. ſ. 3. n. 1. crucifixus conſtantiam, & obedientiam docet. c. 12. ſ. 4. n. 1. crucifixus. c. 12. ſ. 5. n. 7. de cruce vicit interdum. c. 14. ſ. 4. n. 6. crucifixus Euchariſtiam inſtituit. c. 14. ſ. 6. n. 6. crucifixus, vbi Melchiſedech fuit Rex & Sacerdos. ibid. Chriſtus præit exemplo crucis. c. 12. ſ. 5. n. 5. poſt crucifixum conuolant martyres ad mortem. c. 12. ſ. 9. n. 5. in paſſione deformis nos pulchros reddidit. c. 10. ſ. 1. n. 6. Chriſti nuditas in paſſione. c. 2. ſ. 17. n. 2. Chriſti flagellatio. ibid. Corona ſpinea Chriſti. c. 3. ſ. 42. n. 2. Chriſti vulnera miſericordia affluunt. c. 4. ſ. 13. n. 3. Chriſti compaſſio maior, quàm paſſio. c. 8. ſ. 8. n. 2. Chriſti exceſſus in paſſione. c. 9. ſ. 6. n. 5. dolor acerbiſſimus in paſſione. ibid. flagella grauiſſima n. 6. crucifixi exemplo ſidendum & patiendum. c. 9. ſ. 6. n. 5. crucifixi odor vitæ æternæ. c. 12. ſ. 3. n. 2. mira in Chriſto compaſſio ſuorum fidelium. c. 14. ſ. 5. n. 7.

Chriſti corpus inuolutū linteis. c. 3. ſ. 16. n. 1. Chriſti corpus à caſtis tractandū. c. 4. ſ. 6. n. 1. In Chriſto miſera peccatoribus fiducia. c. 4. ſ. 13. n. 3. Chriſti innocentia. c. 1. ſ. 3. n. 10. Chriſti gratiæ plenitudo. c. 2. ſ. 5. n. 5. Chriſti amor. ibid. Chriſti aſcenſus, & deſcenſus. c. 2. ſ. 9. n. 5. Chriſti amor fortis eſt. c. 2. ſ. 12. n. 7. Chriſti & Eccleſiæ coniunctio. c. 2. ſ. 14. n. 2. Chriſti præſentia verbis. n. 5. Chriſti amor erga matrem virginem. c. 2. ſ. 16. n. 7. Chriſti redemptio non fauet hæreticorum impunitati. c. 3. ſ. 3. n. 1. Chriſti manſuetudo eſt patientia cum Iuda. c. 3. ſ. 10. n. 2. in Chriſto pœnæ dulceſcunt. c. 3. ſ. 13. n. 1. Chriſti puritas. c. 3. ſ. 19. n. 9. Chriſti amor erga homines. c. 3. ſ. 19. n. 6. Chriſti amor erga peccatores. c. 3. ſ. 21. n. 5. Chriſti beneuolentia erga Iudam. c. 3. ſ. 23. n. 9. Chriſti manſuetudo etiam cum iraſcitur. c. 3. ſ. 23. n. 9. Chriſti aduocatus & miſericordia. c. 3. ſ. 24. n. 5. Chriſti ſilentio procacitas Adæ expiatur. c. 3. ſ. 27. n. 3. Chriſti amor vehemens. c. 3. ſ. 29. n. 7. Chriſti amor erga ſuos. c. 3. ſ. 34. n. 3. Chriſti corona ab aliis diuerſa. c. 3. ſ. 35. n. 2. Chriſti iudicium vniuerſale. c. 3. ſ. 35. n. 4. Chriſti ſolatium ex prole iuſtorum. c. 3. ſ. 39. n. 2. Chriſti dolor ex iactura impiorum. ibid. Chriſti gloria ex conuerſione gentium. c. 4. ſ. 16. n. 6. Chriſti clementia cum impiis. c. 4. ſ. 19. n. 6. Chriſti aduentus peropportunus. c. 4. ſ. 21. n. 8. Chriſtus matrem virginem exaudit pro nobis. c. 5. ſ. 2. n. 8. Chriſti obſequium erga virginem matrem. c. 5. ſ. 3. n. 6. Chriſti humilitas & obedientia. n. 7. Chriſti pietas in matrem virginem. ibid. Chriſti amor erga homines. c. 8. ſ. 8. n. 2. Chriſti gratia pura. c. 9. ſ. 5. n. 4. Chriſti manſuetudo. n. 5. Chriſti ſuauitas foris. ibid. Chriſti humilitas ex auis. c. 9. ſ. 7. n. 1. Chriſti merita. c. 9. ſ. 8. n. 6. Chriſtus ſeruitutem, & mortem ſuſtulit. c. 9. ſ. 11. n. 9. Chriſti humilitas. c. 10. ſ. 1. n. 7. infelix, qui à Chriſto recedit. c. 11. ſ. 2. n. 2. Chriſti patientia in cruce. ibid. Chriſti humilitas profundiſſima. c. 11. ſ. 5. n. 7. Chriſti patientia victrix. c. 11. ſ. 8. n. 2. Chriſti humilitas nobis exemplum, illi lucrum. c. 12. ſ. 9. n. 3. Chriſti honor ex virtute fidelium. c. 14. ſ. 2. n. 2. Chriſti regnum æternum. c. 12. ſ. 7. n. 3. Chriſti amor erga homines. c. 3. ſ. 14. n. 3.

*Chriſtiani.*

Chriſtianorum inſignia. c. 1. ſ. 2. n. 10. Chriſtiani piſces. n. 11. Chriſtiani homines vita n. 12. & ſ. 10. n. 6. Chriſtiani reſerant Deo fructus. c. 2. ſ. 6. n. 5. Chriſtiani præſtant Iudæis. c. 4. ſ. 10. n. 3. Chriſtiani ad conuertendum efficacitas. ibid. Chriſtiani lacte nutriuntur. c. 5. ſ. 2. n. 2. Chriſtiani fortitudo contra diabolum. c. 5. ſ. 8. n. 3. Chriſtianus præfertur Iudæo. c. 4. ſ. 12. n. 8. Chriſtiano maior virtus exigitur. c. 6. ſ. 5. n. 6. Chriſtiano tacita non eſt eſſe, &c. c. 9. ſ. 1. n. 5. Chriſtianorum gens glorioſa. c. 5. Chriſtianus populo Iudaico ſucceſſit. n. 7. Chriſtianorum fides & caritas. c. 12. ſ. 7. n. 3. Chriſtianorum gens maſcula & nobilis. c. 11. ſ. 11. n. 7. Chriſtianorum multitudo, & fortitudo. c. 12. ſ. 6. n. 2. Chriſtiani eſt pro malis bona rependere. n. 6. Chriſtiana manſuetudine infideles capiuntur. ibid. Chriſtianus afficitur cum fructu. c. 11. ſ. 8. n. 5. Chriſtiano magis laborandum. ibid. Chriſtianorum patientia. c. 13. ſ. 1. n. 2. Chriſtianorum vindicta. ibid. Chriſtianorum pugna & fuga à vitiis. c. 13. ſ. 5. n. 3. Inter Chriſtianos abundant morbi & miſeriæ. c. 14. ſ. 3. n. 4. Inter Chriſtianos pugna periculoſa. c. 14. ſ. 4. n. 2. Chriſtianorum militia contra infideles. n. 3. Chriſtianorum victoriæ miraculoſæ. n. 5. Chriſtianorum ſacra mors pro fide. n. 5.

Ciuitas malorum. c. 4. ſ. 18. n. 6.

Clerici ceruiſiur amicis. c. 2. ſ. 17. n. 5.

*Cogitatio.*

Cogitationes impuræ & importunæ. c. 3. ſ. 26. n. 8. cogitatio ſalutaris de funditus. c. 5. ſ. 2. n. 2. cogitationes necantur à corde. c. 6. ſ. 4. n. 1. cogitationum tria genera. ibid. cogitationes turpes à dæmone. c. 8. ſ. 5. n. 4.

*Cognitio.*

Cognitio Dei feliciſſima. c. 1. ſ. 1. n. 6. cognitio ſui. c. 2. ſ. 4. n. 5. cognitio propriæ vtilitatis. c. 3. ſ. 17. n. 1. cognitio ſuperioris. c. 3. ſ. 26. n. 4. & ſ. 29. n. 1. & c. 6. ſ. 3. n. 5. cognitio propriæ vitioſitatis. c. 9. ſ. 8. n. 1.

*Columba.*

Columba ex arca dimiſſa non ſiſtit. c. 8. ſ. 3. n. 1. columba typus obedientis. ibid. columba & agnus Chriſtum repræſentant. ibid. columba Spiritum ſanctum ſignificat. c. 8. ſ. 5. n. 6. columba, & ſerpens diſpares. n. 8.

Commiſeratio propria iuſtorum. c. 6. ſ. 6. n. 4. compaſſio iuſtis innata. c. 7. ſ. 4. n. 3. compaſſio vbinam maior eſſe debet. c. 8. ſ. 1. n. 1. compaſſio erga ſubditos. c. 8. ſ. 2. num. 6.

Communia omnibus quæ ſummè neceſſaria. cap. 2. ſ. 2. num. 5.

Communio eſt beneficentia iuſtorum. c. 8. ſ. 3. n. 2.

Concipiendi & pariendi modus idem in omni ſtatu. c. 3. ſ. 36. n. 3.

Concupiſcētia libertatem amat. c. 3. ſ. 7. n. 8. ſi prohibetur, inardeſcit. n. 9. concupiſcentiæ modus fœdi. c. 3. ſ. 18. n. 8. concupiſcentiæ impugnatio. c. 2. ſ. 7. n. 4. concupiſcentiæ bellum arduum, ſed homini perutile. c. 8. ſ. 8. n. 4. concupiſcentia pœna peccati. c. 2. ſ. 17. n. 8.

*Confeſſio ſacramentalis.*

Confeſſio ſacramentalis. c. 2. ſ. 2. n. 12. Confeſſione anima emergit. c. 3. ſ. 9. n. 4. confeſſio vera & ſincera. c. 3. ſ. 13. n. 9. confeſſio ſumma humilitas. c. 3. ſ. 14. n. 6. ſincera & integra. c. 3. ſ. 19. n. 4. confiteri pudet, & peccare non pudet. ibid. confeſſio ſanat & tegit peccata. ibid. poſt confeſſionē non eſt quod peccator erubeſcat. c. 3. ſ. 22. n. 1. confeſſio vſitata ſancto Iobo. n. 3. confeſſio homini difficilis. ibid. inſtituta à Chriſto, & inuiſa hæreticis. ibid. Confeſſionis ſumma laus. n. 4. egregia ſententia D. Auguſtini pro confeſſione. n. 5. hiſtoria admirabilis de confeſſione. ibid. confeſſionem diabolus impugnat. ibid. confeſſio ianua eſt. ibid. pro confeſſione multa congeruntur ex S. Auguſt. n. 6. ad confeſſionē peccator excitatur. c. 3. ſ. 23. n. 4. confitendi ratio optima. n. 5. à confeſſione timor & pudor auertunt. ibid. non confiteri extremum eſt malorum. c. 3. ſ. 24. n. 4. confeſſio inſigne humilitatis teſtimonium. c. 3. ſ. 27. n. 1. cōfeſſio hominis deſcribitur. n. 2. ſacrilegia in confeſſione. ibid. cōfeſſio hominis actus. n. 3. confeſſionis laus eximia. n. 4. ſi Adā confiteretur, non moreretur. ibid. ſi Adā confiteretur, non eiceretur à paradiſo. ibid. ad confeſſionem Deus prouocat. c. 3. ſ. 19. n. 1. cōfeſſio aliqualis Deo fuit grata. ibid. confeſſio neceſſaria peccatori. ibid. confeſſa eſt prima mulier. n. 7. confeſſio commendatur. c. 4. ſ. 9. n. 1. confeſſio homini ſalutaris. c. 4. ſ. 12. n. 3. confeſſio ſelia. c. 4. ſ. 12. n. 2. confeſſio nū aliquando intempeſtiua. n. 4. ad cōfeſſionem inuitamur. n. 5. confeſſio ſalutaris. c. 4. ſ. 15. n. 4. confeſſio pharmacum animarum. c. 4. ſ. 10. n. 4. confeſſio miſericordiam promeretur. c. 8. ſ. 2. n. 3. in confeſſione prius detegenda impuriora. ibid. confeſſio ſummè Deum honorat. n. 1. & 2. confeſſio peccatori glorioſa. ibid. in Lazaro repræſentatur. ibid. non ſanatur qui non vult confiteri. n. 2. confeſſio holocauſtum. c. 8. ſ. 7. n. 4. confeſſionis laudes. ibid. in cōfeſſione aperienda peccata. c. 9. ſ. 1. n. 4. confeſſionem impediēs pudor carpitur. ibid. cur confeſſio iniuncta. ibid. confitens agit triumphum. ibid. confeſſio remedium animæ.

c. 9. ſ. 6. n. 3. confeſſionis miraculum ibid. non confiteri peccata ſuperbiæ & ſtultitiæ pudor efficit. c. 10. ſ. 1. n. 2. vbi confeſſio, ibi ſecuritas. c. 1. ſ. 3. n. 3. confeſſio ad iuſtitiam neceſſaria peccatori. c. 13. ſ. 1. n. 1. inimedicabile malum non confiteri ibid. confeſſio ſacrificium, & via ad vitam c. 14. ſ. 7. n. 7. confeſſio & Euchariſtia duo vbera. c. 3. ſ. 3. n. 7. commendatur. c. 4. ſ. 9. n. 3. confeſſarius pœnitentium ſolatur. c. 5. ſ. 2. n. 8. confeſſarium figurat Noe. c. 8. ſ. 2. n. 4. confeſſarij munus. ibid.

*Coniugium matrimonium.*

Coniugium fit a cœlis. c. 2. ſ. 2. n. 3. coniugij tribulatio. ibid. coniugij fructus. c. 2. ſ. 18. n. 3. coniugium indiſſolubile ibid. coniugium ſine liberis c. 3. ſ. 13. n. 1. coniugij inſtitutio. n. 4. coniugium ſine concordia ſtare nequit. n. 7. coniugij dignitas c. 2. ſ. 11. n. 8. coniugij ſanctitas ibid. coniugium inter præſentes n. 2. & inter abſentes. ibid. coniugij error ibid. eſt milites ibid. debet eſſe liberum. ibid. graue Adamo. c. 2. ſ. 14. n. 1. coniugium quorundam paranymphi conciliabunt c. 2. ſ. 14. n. 3. coniugium primum in quo a cæteris differt ibid. coniugia parentes, non filij conciliant. ibid. coniugium cum Deo aggrediendum. ibid. fons eſt n. 5. à coniugio vitiato quantum damnum. ibid. coniugium inter ſanctos c. 2. ſ. 15. n. 3. harmonicum c. 3. ſ. 4. n. 1. coniugium virtuti non obſtat c. 5. ſ. 2. n. 3. in coniugio mira poteſt eſſe virtus. n. 6. in coniugio dura ſeruitus n. 8. ſeruitus & compedes. c. 8. ſ. 3. n. 4. in coniugio plures incontinentes, quam in cælibatu. n. 5. matrimonij graue onus c. 3. ſ. 32. n. 2. matrimonij vſus ordinatus c. 3. ſ. 38. n. 2. matrimonium laborioſum. c. 4. ſ. 2. n. 1. matrimonio anima perpeditur n. 2. matrimonium inter cognatos infauſtum c. 4. ſ. 18. n. 1. matrimonia cum filiabus Caini. c. 6. ſ. 1. n. 2. matrimonia libidinoſa. n. 4. matrimonium inter iuſtos c. 7. ſ. 3. n. 2. matrimonij difficultates ad quietem animæ c. 8. ſ. 6. n. 5. diuortium perſtringitur. ſ. 2. ſ. 2. n. 3. qua ætate fiebant priores matrimonia. c. 5. ſ. 1. n. 3. propenſio mutua viri ac fœminæ c. 2. ſ. 12. n. 4.

*Coniuges.*

Coniugum indiuidua cohabitatio c. 2. ſ. 9. n. 4. coniugandi docentur ad diuina c. 2. ſ. 12. n. 4. coniugum diſcordiæ. c. 2. ſ. 12. n. 3. mutuus amor. n. 4. mutua patientia ibid. moderatio n. 5. multitudo diſtincta. c. 2. ſ. 13. n. 3. concordia n. 6. & diſcordiæ n. 7. patientia c. 2. ſ. 14. n. 6. 8. felicitas & infelicitas c. 2. ſ. 15. n. 2. neceſſitudo cunctis præferenda c. 2. ſ. 16. n. 1. amor vehemens. ibid. cohabitatio ibid. diſcordiæ n. 2. amor nimius. ibid. contra coniugum inceſtum n. 6. coniugum indiuidua ſocietas. c. 3. ſ. 4. n. 5. coniugatorum tribulatio c. 8. ſ. 3. n. 4. coniuges æquali ſunt conditione c. 12. ſ. 8. n. 2. coniugum amor. c. 2. ſ. 9. n. 5. amor & pax confirmatur opibus. c. 5. ſ. 2. n. 5. mariti præſentia componit vxorem c. 3. ſ. 4. n. 4. vir ab vxore non abſit. c. 2. ſ. 9. n. 4. vir vxorem honoret. c. 2. ſ. 25. n. 3. vir moderetur vxoris lenocinia c. 2. ſ. 17. n. 5. viri imperium amore mitigatur c. 3. ſ. 36. n. 8. vir paternus erga vxorem ibid. viri poteſtas in vxorem. c. 3. ſ. 9. n. 1. vxorius homo. c. 2. ſ. 9. n. 3. viro bona vxor quid confert. n. 4. viro vna tantum licet vxor. c. 2. ſ. 13. n. 3. vir propter mulierem infirmus. c. 2. ſ. 12. n. 2. vxorum pluralitas c. 2. ſ. 16. n. 1. & c. 6. ſ. 1. n. 4. & ſ. 7. n. 8. vxor bona donum Dei eſt c. 3. ſ. 4. n. 1. vxor pudica non pulchra eligatur. c. 1. ſ. 8. n. 5. maritatas etiam dedecet cura ſibi ornatus c. 3. ſ. 37. n. 5. coniugum a Deo extructum connubium. c. 3. ſ. 8. n. 3.

*Conſcientia.*

Conſcientiæ tormentum. c. 3. ſ. 17. n. 6. & ſ. 28. n. 5. conſcientia accuſat. ibid. in bonum & in malum. c. 4. ſ. 7. n. 3. conſcientiæ tormentum. c. 4. ſ. 18. n. 3. conſcientiæ bonæ fructus. c. 4. ſ. 13. n. 4. tormentum. c. 4. ſ. 14. n. 5. teſtimonium. c. 4. ſ. 18. n. 3. conſcientia malè quieta reproborum nocet. c. 6. ſ. 2. n. 6. conſcientia iuſtorum. c. 8. ſ. 3. n. 6. conſcientiæ ſtimulatio c. 13. ſ. 10. n. 1. bonæ & malæ fructus. c. 13. ſ. 4. n. 8. conſilio indigent minores. c. 3. ſ. 36. n. 4.

*Conſolatio.*

Conſolatio peruerſa. c. 3. ſ. 15. n. 2. conſolat omnem diuinarum dulcedo. c. 4. ſ. 22. n. 5. conſolatio diuina propter terrenam negatur. c. 4. ſ. 15. n. 1. quibus datur c. 5. ſ. 3. n. 1. non tribuitur admittentibus mundanam c. 14. ſ. 1. n. 5. conſolatio mundi deſolatio c. 2. ſ. 3. n. 8. diuina ſuperabundat c. 4. ſ. 2. n. 1. datur deſpicienti humanam. c. 12. ſ. 2. n. 2. & c. 9. ſ. 5. n. 5.

Conſtantini pietas c. 9. ſ. 8. n. 1.

*Conſuetudo. conuerſatio. conſortium.*

Conſuetudo improborum. c. 1. ſ. 3. n. 9. & c. 2. ſ. 9. n. 5. bonorum. ibid. conſortium malorum valde nocet. c. 2. ſ. 2. n. 3. conſuetudo cum fœminis periculoſa. c. 3. ſ. 1. n. 2. malorum vitanda c. 3. ſ. 8. n. 2. bonorum n. 3. conſuetudine in peccatis. c. 3. ſ. 7. n. 8. malorum periculoſa. c. 3. ſ. 13. n. 2. vigilantium circa conſuetudinẽ. ibid. conſuetudo bonorum efficax n. 3. conſuetudo ſocietatis c. 1. ſ. 2. conuerſatio Dei cum hominibus. c. 4. ſ. 2. n. 2. conſuetudo cum malis c. 12. ſ. 4. n. 8. fugienda loco & affectu. ibid. & c. 13. ſ. 3. n. 8. & c. 2. ſ. 2. n. 5. & c. 6. ſ. 6. n. 3.

Conſtans a. c. 4. ſ. 2. n. 9. & c. 13. ſ. 2. n. 1. & c. 8. ſ. 4. n. 2.

Contemplatio auocat ab exterioribus. c. 5. ſ. 12. n. 7. contemplantis memoria dulcis. ſ. 11. ſ. 11. n. 2. contemplatio perpetua incarnationis c. 12. ſ. 4. n. 4. contemplantis & agentis munia. c. 13. ſ. 5. n. 6. contemplationis dulcedo. ſ. 8. ſ. 5. n. 2. contemplatio puritatem exigit. n. 5. contemplationis via. c. 2. ſ. 7. n. 1. animum exigit pacatum. c. 8. ſ. 4. n. 1.

Contemptus mundi c. 1. ſ. 2. n. 4.

Contritionis vis admirabilis. c. 3. ſ. 2. n. 3.

Conuentus virorum ac mulierum c. 12. ſ. 5. n. 4.

Conuiuium Deo in nobis apponimus. c. 1. ſ. 8. n. 7. quàm ſint grata conuiuia c. 1. ſ. 4. n. 5.

*Conuerſio.*

Conuerſio peccatorum. c. 1. ſ. 9. n. 4. conuerſionis a vitio difficultas c. 2. ſ. 11. n. 8. conuerſio ad fidem. c. 5. ſ. 13. n. 2. conuerſio peccatoris miraculum grande c. 3. ſ. 5. n. 8. conuerſio S. Pauli. ibid. conuerſio à peccato. c. 4. ſ. 8. n. 3. conuerſio ad fidem. c. 3. ſ. 29. n. 8. ad conuerſionem neceſſaria auris & lingua. c. 8. ſ. 15. n. 4. conuerſio gentium. c. 9. ſ. 15. n. 3. conuerſio ad Deum c. 4. ſ. 2. n. 3. conuerſionis ad Deum tarditas. c. 8. ſ. 5. n. 3. non dilatanda conuerſio. ibid. conuerſio gentium ad Chriſtum. c. 9. ſ. 4. n. 8. conuerſio a peccatis frequentior, quam perfectio in virtutibus. c. 9. ſ. 9. n. 5. conuerſio a deterioribus ad meliora c. 12. ſ. 2. n. 4. conuerſio animæ ad Deum c. 10. ſ. 8. n. 5.

Cor hominis inſcrutabile c. 1. ſ. 2. n. 8. boni & mali officina ibid. & c. 8. ſ. 4. n. 2. cor Deo plenum cunctis. c. 1. ſ. 2. 30. n. 4.

Correptio Dei operandi hic eſt. c. 6. ſ. 2. n. 1. correctio fraterna qui facienda. c. 9. ſ. 9. n. 1. qualiter proximus corripiendus n. 2. correctio quando poteſt omitti. ibid. præſtat corripi, quàm laudari n. 4.

Coruus ingratum repræſentat c. 8. ſ. 2. n. 5. coruus Eliæ ingratitudinem priſtinam exuit. ibid.

Coſta ſubtrahitur ſine dolore Adæ. c. 2. ſ. 11. n. 2. coſta, vnde Eua producta c. 2. ſ. 13. n. 2.

*Creatio. Creator. Creatura.*

Creatio in momento. c. 1. ſ. 1. n. 1. creatio ex nihilo n. 6. creaturæ cur finitæ ibid. creaturæ quo dicuntur decisæ à Deo. ibid. creaturæ ducunt ad creatorem. ibid. creaturarum harmonia. ibid. creator ob ſolem laudandus. c. 1. ſ. 6. n. 2. creatoris omnipotentia c. 1. ſ. 7. n. 1. magnificentia n. 6. creaturis condita ſeruit nihil. c. 2. ſ. 3. n. 2. à creaturis optimè admonemur. c. 13. ſ. 4. n. 3.

Credulitas nimia nocet c. 1. ſ. 8. n. 1.

Crudelitatis vmbra omnis vitanda. c. 9. ſ. 2. n. 3. damnatur. n. 7. hominem dedecet c. 11. ſ. 1. n. 4. crudelis qui non ſubuenit pauperi c. 14. ſ. 7. n. 2.

*Crux.*

Crux lignum vitæ. c. 8. ſ. 4. n. 1. palma dicitur. ibid. aratrum Chriſti. ibid. cruce reuniuntur mortui. ibid. crux ſecuros reddit c. 1. ſ. 8. n. 6. voluptuoſos transuerberat. c. 3. ſ. 3. n. 6. aſylum peccatoribus c. 3. ſ. 28. n. 9. Domini gloria. ibid. crucis dominicæ commendatio c. 3. ſ. 28. n. 3. crux diabolo formidabilis ibid. ante infamis, nunc glorioſa. c. 3. ſ. 30. n. 6. crucis myſterium n. 7. & c. 3. ſ. 31. n. 1. per arcam Noe ſignificatur c. 6. ſ. 6. n. 6. crucis ignominia glorioſa. c. 12. ſ. 9. n. 8. crucem præfigurari oportuit. c. 14. ſ. 4. n. 6.

*Cupiditas.*

Cupiditas latè vagatur c. 1. ſ. 3. n. 3. & c. 14. ſ. 1. n. 5. cupiditas hominum inſatiabilis c. 3. ſ. 5. n. 1. ex cupiditate diuitum naſcitur inopia pauperum. ibid. cupiditas diſcordiarum mater. c. 13. ſ. 2. n. 2. cupiditati nihil ſatis n. 3. cupiditas virtutum, honorem deſiderat c. 14. ſ. 10. n. 8.

Curioſitas primus ſuperbiæ gradus. c. 3. ſ. 1. 12. n. 5.

D

DAmnati nullum bonum appetunt c. 1. ſ. 15. n. 2. damnatis nullus actus bonus eſt c. 4. ſ. 13. n. 4. Danieli inter leones ſecuritas c. 7. ſ. 3. n. 4. eius modeſtia. c. 12. ſ. 9. n. 6.

*Dauid.*

Dauidis felicitas, quandiu virtutem coluit c. 2. ſ. 4. n. 2. tragica infelicitas ibid. Dauid auferri ſibi timet gaudia cæleſtia. c. 3. ſ. 11. n. 8. Dauidis humilitas ibid. Dauid oculis captus eſt c. 3. ſ. 2. n. 3. fugit Abſalonē. c. 3. ſ. 24. n. 4. Dauidis conſcientia delicata c. 3. ſ. 29. n. 2. amor erga populum c. 3. ſ. 7. n. 6. conſtantia. c. 4. ſ. 7. n. 2. patientia. ibid. zelus & pietas c. 12. ſ. 9. n. 5. conſilium admirandum.

c. 14. ſ. 2. n. 5. Dauidi occaſiones patientiæ à Deo dantur. ibid. Dauidis modeſtia c. 14. ſ. 2. n. 1. pietas in Deum n. 2. adoleſcentia. ibid. cur Dauid in omnibus prælijs victor c. 14. ſ. 4. n. 4.

Dauidem Deus docuit artem militandi n. 5.

Dauid Saulem non perimit c. 9. ſ. 2. n. 7.

Debitum ſoluendum. c. 2. ſ. 12. n. 7. & c. 13. ſ. 8. n. 6.

Decimæ & primitiæ c. 14. ſ. 9. n. 7.

Delectatio quàm ſit periculoſa. c. 2. ſ. 3. n. 9. delectationes diuinæ. c. 2. ſ. 9. n. 6.

Delectus habendus circa ordines ſacros, & præfecturas Eccleſiæ c. 3. ſ. 5. n. 2.

## *Deliciæ. delicioſus.*

Deliciæ quàm ſint antiquæ. c. 1. ſ. 7. n. 1. delicijs nihil ſatis eſt c. 1. ſ. 5. n. 6. delicioſi exules à cælo. c. 1. ſ. 7. n. 2. deliciæ ſanguiſugæ c. 2. ſ. 4. n. 6. deliciæ ſunt inflammatio. ibid. deliciarum ſtudium. c. 2. ſ. 8. n. 8. deliciæ nocent. ibid. deliciæ ſpiritus. ibid. Deus ſuis denegat delicias. ibid. delicioſis paſcitur diabolus. c. 3. ſ. 19. n. 5. deliciæ perſtringuntur c. 3. ſ. 48. n. 3. à cælo retrahunt. c. 4. ſ. 18. n. 5. vincula ſunt. c. 6. ſ. 9. n. 1. deliciæ Dei cum terrenis non cohærent c. 7. ſ. 1. n. 1. deliciæ nocent animæ, & corpori n. 4. deliciæ cum ſæuitia coniunctæ. c. 9. ſ. 1. n. 5. deliciæ & ſæuitia Chriſtum occiderunt. ibid. deliciæ tribulationibus permixtæ c. 11. ſ. 3. n. 5. delicioſos manent peracerba tormenta. c. 12. ſ. 9. n. 7. delicioſi ad bellum inepti. c. 14. ſ. 2. n. 2. deliciis regna corruunt. ibid. delicioſus homo pecus ſilens. ibid. contra delicias iuſto certandum. c. 12. ſ. 5. n. 1. ſecuriùs cum pœnis, quàm cum delicijs luctandum. c. 2. ſ. 14. n. 1.

Deſeri à Deo in peccatis. c. 4. ſ. 14. n. 4.

Deſideria in paradiſum. c. 2. ſ. 4. n. 6. deſideria ſancta c. 2. ſ. 11. n. 2. deſiderium veri & boni in homine c. 3. ſ. 42. n. 4.

Deſperans crucifigit Dei miſericordiam c. 4. ſ. 11. n. 3. nulli deſperandum in vita. c. 9. ſ. 7. n. 3. deſperatio malum extremum c. 14. ſ. 2. n. 3. de nullo deſperandum c. 11. ſ. 8. n. 6.

Deſpicere ſeipſum, non alios. c. 3. ſ. 12. n. 5. detractor non audiendus. c. 3. ſ. 6. n. 1.

Detractor ſua vitia nolens videbit. c. 11. ſ. 8. n. 2.

Deuotio ex tugurio palatium conſtruit c. 11. ſ. 5. n. 6. deuotionis dulcedo ignota inexpertis c. 14. ſ. 5. n. 5.

## *Deus.*

Deus æternus & omnipotens c. 1. ſ. 1. n. 1. rerum conditor. n. 6. bonum ſui diffuſiuum. ibid. prius operatur, quàm loquitur. n. 7. Dei primum nomen. n. 8. quare Iudicex dicatur. ibid. Deus Iudex. ibid. ob miſericordiã ſeuerior. ibid. natura miſericors. n. 9. Deo alienũ eſt punire. ibid. Deus nõ ſemper nisi operatur c. 1. ſ. 2. n. 7. Deus quando locutus. c. 1. ſ. 3. n. 1. Deus diuiſor n. 9. Deus incomprehenſibilis c. 1. ſ. 4. n. 3. Deus Iſrael memorabilis. c. 1. ſ. 5. n. 2. Deus manifeſtus per incarnationem. n. 3. Deus rerum creator venerãdus. n. 5. creator laudandus ibid. gubernat & conſeruat vniuerſa. c. 2. ſ. 1. n. 7. Deus ſequies hominis ibid. Dei ſignificatio c. 2. ſ. 2. n. 2. Dei nomen ineffabile quando reuelatum. ibid. Deus homine condito ſe dominum vocat. n. 9. Deus viuendo potiùs, quàm loquendo colitur. ibid. Deus à nobis & per nos vult honorari n. 10. in Deum redundat laus & ignominia noſtra ibid. Deus demittens ſe ad nos ſpem facit aſſurgendi c. 2. ſ. 3. n. 1. cur Deus figulus hominis. n. 3. Deus hortulanus hominis. c. 2. ſ. 4. n. 2. Deus hominem beneficiis deuincit. n. 3. Deus in ſtudiũ hominis ſe viriſus. n. 4. Deus noſtris obſequiis non eget n. 13. opẽ fert nõ audacibus n. 14. præuenit & ſubſequitur c. 2. ſ. 5. n. 2. abhorret otiũ n. 7. hominibus mundum locauit n. 8. rationẽ exigit ibid. citò benefacit c. 2. ſ. 3. n. 2. à Deo non à ſole terra fructificat c. 2. ſ. 5. n. 5. Deo elementa potiùs, quàm homines obediunt. c. 2. ſ. 5. n. 1. Dei opera mirabilia. ibid. Deus hominẽ honorat. c. 2. ſ. 7. n. 1. & c. 2. ſ. 10. n. 2. 21. filiũ donat. n. 3. medicus Adami c. 3. ſ. 8. n. 2. aliis remittit, alios punit n. 7. Deus vnus. c. 3. ſ. 2. n. 3. inuitat hominẽ ad inuidiam n. 5. Deum primo diabolus nominauit. c. 3. ſ. 1. n. 1. Deus timorẽ & amorem docet. n. 2. Deus ſui diffuſiuus c. 3. ſ. 7. n. 1. Deus ſeueritatẽ ſimulat. n. 2. negat petita propter bonũ noſtrum ibid. medicum noſtri agit n. 2. auxiliator ad caſtitatẽ. n. 5. Deo viuendum & parendum. c. 3. ſ. 8. n. 3. Deus non vnus eſſe non poteſt. c. 3. ſ. 1. n. 1. beneficia per creaturas nobis communicat. n. 2. Deus humilis contra ſuperbum n. 3. admirabilior in humilitate, quàm in maieſtate. n. 6. artifex pulcherrimus. c. 3. ſ. 13. n. 5. adorandus vt pulchritudinis artifex. ibid. Deũ latere, & fallere nemo poteſt. n. 9. ſupra omnia diligendus. c. 3. ſ. 15. n. 5. Deum excelſum nemo iminuat c. 3. ſ. 16. n. 4. minatur, ne noceat c. 3. ſ. 19. n. 3. Deus humana figura apparẽs. c. 3. ſ. 20. n. 1. et pater Adamũ quærit. ibid. pater hominum. ibid. vt pater conqueritur de filiis ingratis. n. 2. ſublimitatem ſuam ſtrauit n. 5. forma externa apparuit Adamo. c. 3. ſ. 21. n. 3. miſericorditer caſtigat. ibid. ſupplicium differt. n. 1. minatur, vt non feriat ibid. tunc iraſcitur, cum non punit c. 3. ſ. 22. n. 1. in ſe exprimit ſtatum hominis n. 2. dat ſpatium ad pœnitentiam. n. 4. citò accurrit vt peccantem eleuet. ibid. Deo concinunt innocens, & pœnitens. c. 3. ſ. 22. n. 1. Deus blandè agit cũ peccatore. n. 3. ſ. 23. n. 6. cum Adamo ibid. prius iudicat Adam, vt mitiùs agat cum Eua. n. 7. iuſtum iudicium cum Adamo agit. n. 8. Deũ carne indutum homines carnei amant n. 9. Deus deflet Adæ lapſum. c. 3. ſ. 24. n. 1. Deus plorat, homo ridet. ibid. inuitat, ne fugiamus. n. 5. miſericors caſtigat, iratus parcit. c. 3. ſ. 25. n. 2. hominem fecit, cui benefaceret n. 3. Deo eget homo, non homine Deus. ibid. medicũ agit Adami. c. 3. ſ. 29. n. 2. patrem eiuſdem agit n. 3. ſuper omnia diligendus. c. 3. ſ. 27. n. 5. conatus hoſtium illudit. c. 3. ſ. 33. n. 1. Contra Deum nec vir, nec vxor audiatur c. 3. ſ. 37. n. 2. mitiùs nobiſcum Deus agit, quàm cum Adamo n. 4. patrem agit iratum, & dolentem c. 3. ſ. 42. n. 1. homine perdito nomen Domini renunciat n. 2. iuſtorum nomina celebrat. c. 4. ſ. 2. n. 4. cor à nobis non exigit. c. 4. ſ. 4. n. 2. Deo viliora quidam offerunt n. 3. Deo cor offerendum. ibid. Deus animum potius, quàm munus reſpicit. c. 4. ſ. 5. n. 4. omnibus præferendus c. 4. ſ. 7. n. 5. iudices illuſtrat c. 4. ſ. 9. n. 1. à Deo recedere ſumma infelicitas. c. 4. ſ. 12. n. 5. qualiter ſe Deus gerit in ſupplicio. c. 4. ſ. 13. n. 2. Deus equitans & armatus pro ſuis ſeruis. ibid. Deo qui debet, vade ſoluat. n. 5. alienum Deo punire. c. 4. ſ. 14. n. 1. de Deo nunquam deſperandum n. 3. Deus ſolus amandus, ac deſiderandus c. 4. ſ. 15. n. 2. Deus nobis omne bonum. n. 3. Deus humaniter agit cum improbis. n. 4. iudicium minatur, & differt. n. 6. iuſtus & clemens. c. 4. ſ. 16. n. 2. talis demonſtratur n. 5. Deum nullus effugit c. 4. ſ. 17. n. 1. Deo nihil non apertum & clarum eſt ibid. in ſolo Deo requies & ſecuritas n. 4. Deus & terra non ſimul amantur c. 4. ſ. 17. n. 4. Deus puritatem impuritatem execratur. ibid. deſpectos & humiles elegit. c. 4. ſ. 18. n. 6. duplicia reddit iuſtis. c. 4. ſ. 21. n. 1. pro Deo certandum contra impios. c. 4. ſ. 22. n. 8. Deus in miſericordia iuſtitiam conſeruat c. 5. ſ. 3. n. 1. minatur vt parcat c. 6. ſ. 2. n. 2. in hac vita exorabilis. ibid. iratus non punit peccatorem. n. 4. quos diligit, caſtigat. ibid. de Deo multa dicuntur metaphoricè c. 6. ſ. 4. n. 4. inuitus ac dolens punit. n. 5. requieſcit in viro iuſto c. 6. ſ. 5. n. 1. in Deo iuſti requieſcunt ibid. miſericors prætendit vitam peccatoribus c. 6. ſ. 7. n. 3. non punit bis in idipſum. n. 5. Dei bonitati inoitendum c. 6. ſ. 7. n. 7. Dei oculus & iudicium. c. 7. ſ. 1. n. 1. Deus punit vt melioret. n. 4. præferẽdus omni propinquitati. n. 8. vt pater corripit. c. 7. ſ. 2. n. 2. Dei miſericordia cum punit c. 7. ſ. 1. n. 4. & c. 2. n. 3. tarditat ad puniendum n. 5. Dei mandata cantus & falces dicuntur. c. 7. ſ. 4. n. 2. Deo fidendum in neceſſitatibus. c. 8. ſ. 2. n. 2. Deum recordari & obliuiſci quid eſt. ibid. quid dormire & ſuſcitari ibid. ad Deum in negotiis recurrendum c. 8. ſ. 5. n. 8. Deum adorandum ritu externo natura præſcribit. c. 8. ſ. 7. n. 1. Deus noſtri cultus non eget. ibid. animam offerent exigit. ibid. noſtra opera lætus accipit n. 7. Deus Noë conſolatur promiſſis. c. 8. ſ. 8. n. 1. quomodo ſe habet in glorificando, & condemnando n. 3. Deo debemus & non cadere, & ſurgere n. 4. Deus miſericors erga indignos. n. 7. Deo, nõ ſibi quiſque ſtudeat. c. 9. ſ. 1. n. 3. Deus amore hominem recreat. c. 9. ſ. 2. n. 3. ſuos præuenit, deinde coronat. c. 9. ſ. 3. n. 2. petitiones noſtras præuenit & vincit. ibid. Deus dominium imitauit in patrẽ. c. 9. ſ. 5. n. 3. Deus noſtram operit ignominiã c. 9. ſ. 8. n. 1. Deum placat, qui Deo placet. n. 4. Deus propter nos laudatur, & blaſphematur. c. 9. ſ. 12. n. 1. Deus per nos glorificandus. n. 2. per ſanctos glorificatur. n. 3. Dei memoria perennis n. 4. extra Deum nec requies nec conſolatio c. 11. ſ. 4. n. 3. Deus vti mater plorantes exaudit. c. 11. ſ. 6. n. 2. tardus ad vindictam. c. 11. ſ. 5. n. 2. patiens ad maiorem impœnitẽtis pœnam ibid. Deo extraneum punire. ibid. Dei celeritas ad benefaciendum n. 2. & ſ. 6. n. 2. quomodo dicitur differre ſupplicium c. 11. ſ. 5. n. 2. Dei prouidẽtia vſque ad minima. ibid. & in quæcunque noſtrum. ſ. 6. n. 3. Deus non deſerit ſeruum ibid. Dei præſentia continet in officio. ibid. Dei oculos nihil effugit. ibid. cur Deus malum ſinit ingraueſcere. n. 5. vilem hominem magnificat. n. 7. quanta homini dedit. ibid. pro Deo pugnandum c. 11. ſ. 7. n. 3. Dei iudicantis integritas. c. 12. ſ. 8. n. 1. Dei cauſa contra ingratum præualet. n. 2. Deus par pari refert peccatori in iudicio c. 12. ſ. 9. n. 2. Deus ſuos deducit ad docendum & regendum alios. c. 12. ſ. 10. n. 5. hominũ recordatur c. 12. ſ. 11. n. 2. Deum nemo poteſt effugere c. 12. ſ. 2. n. 1. pro Deo tria maximè relinquenda n. 4. ſeruis ſuis obedit. n. 6. parentibus præferendus. c. 12. ſ. 3. n. 3. ſæpe, qui pro Deo aliquid amittit. n. 5. pro Deo dehoneſtari nõ erubeſcẽdũ. c. 12. ſ. 5. n. 2.

n. 2. Deo placendum etiam cum riſu hominũ. ibid. cum Deo in omnibus & ad omnia agendum. n. 5. cum Deo perſeuerandum. ibid. Deus nobis maiora, quàm Abrahæ promittit. c. 14. s. 6. n. 3. ad amanda cæleſtia nos ducit. ibid. æternam vitam vendit. ibid. cum Deo familiaritas. c. 14. s. 7. n. 3. Dei iugis & pia recordatio. ibid. pro Deo pati glorioſum eſt. c. 14. s. 8. n. 1. dulce eſt. ibid. in Deo toto ſpes & amor ponendus. c. 14. s. 9. n. 4. pro Deo cuncta relinquenda. n. 11. Dei miſerationes venerandæ. c. 13. s. 4. n. 3. pro Deo parua relinquens maxima recipit. n. 4. Deo placere ſtudeas, quàm hominibus. c. 14. s. 1. n. 7. Deus familiarem ſe præbet mundum à tergo relinquentibus. c. 14. s. 1. 5. n. 4. proximas temporalia Deo, quã morti cedere. c. 14. s. 2. n. 4. Deus quomodo peccatores adoritur. n. 7. ad puniendum tardior. ibid. ſuperbos neſcit, humiles nouit. c. 14. s. 3. n. 2. Deus ſequendus abſque impedimentis. c. 14. s. 4. n. 2. Dei honor cum benefacit. n. 5. mira celeritas ad benefaciendum. ibid. Deus corripit in hac vita, vt parcat in altera. c. 14. s. 5. n. 3. largè remunerat relinquentes ſua. n. 5. ſuis nunc dulcedinem, mox beatitudinem rependit. ibid. priùs pro Deo relinquendum, deinde à Deo recipiendum. ibid. Dei occurſus in morte iuſtorum. n. 6. Deo bona omnia adſcribenda. c. 14. s. 7. n. 1. & s. 9. n. 6. Deus miſericordia & iuſtitia erga ſuos vtitur. c. 14. s. 7. n. 3. qui Deum colit ſeipſum honorat. n. 7. ex decimatum ſolutione Dei recordatio. c. 14. s. 9. n. 7. Dei recordatio, & affectus. c. 14. s. 10. n. 4. nemo contra Deum cauſam habet, etiãſi bonis omnibus priuetur. c. 14. s. 10. n. 7. Pro Deo aliquid relinquere, felix negotiatio. n. 8. pro Deo terram contemnens, & terram, & cælum recipit. ibid. non ab alio, quam à Deo bonum omne accipimus. ibid. Dei beneficentia. c. 1. s. 1. n. 6. pietas. c. 1. s. 2. n. 11. in Deo confidendum. c. 1. s. 5. n. 6. Dei prouidentia in ſuos. ibid. Dei magnificentia. n. 8. Deum contemnere pro creatura. c. 1. s. 6. n. 2. Deus parat homini conuiuium. n. 5. Deus ſuam potentiam & miſericordiam per balenas demonſtrat. c. 1. s. 7. n. 2. Dei memoria iugis adſit. c. 1. s. 9. n. 4. Deus nullis eat inſtrumentis ad perniciem. c. 1. s. 7. n. 6. Dei magnificentia erga hominem. c. 1. s. 9. n. 6. Deus homines honorat. c. 1. s. 10. n. 4. Deo gratum peccata dimittere. c. 2. s. 1. n. 5. Dei beneficentia erga hominem. n. 6. Dei amor erga homines. n. 7. Deus noſtra pro ſuis ducit. ibid. Dei propenſio ad benefaciendũ. c. 2. s. 2. n. 3. Dei miſericordia præſto eſt. ibid. Dei ſanctificatio ſupplet operationem. n. 4. quanti Deus hominem faciat. n. 9. Deus hominum amans. c. 2. s. 3. n. 1. Dei mira operatio circa hominem. ibid. Dei flatus carnem decorat. n. 3. Dei iuſtitia & miſericordia erga hominem. c. 2. s. 4. n. 3. Deus fructum à nobis exigit. c. 2. s. 6. n. 5. Deus erga Adamum pater. n. 6. Dei cura erga Adamum. ibid. Deus magnificus erga hominem. n. 8. Dei dominium agnoſcendum. c. 2. s. 7. n. 2. Dei conſilium circa mulierem. c. 2. s. 9. n. 3. Dei præſentia multum confert. n. 6. Deo amor gratæque debitæ ab homine. c. 2. s. 10. n. 8. Dei ſola virtus non naturæ hominem à peccato eleuat. c. 3. s. 21. n. 4. Dei iudicium benignum. c. 3. s. 26. n. 3. Dei amor etiam cum iraſcitur. c. 37. n. 3. Dei punientis benignitas. c. 3. s. 41. n. 3. Dei mandata conſiliarij ſunt & amici veri. c. 4. s. 7. n. 6. Dei vindicta cum miſericordia. c. 11. s. 9. n. 6. Dei pietas præferenda omni amori & iuri. c. 11. s. 1. n. 5. Dei ira mitigata in peccatores. c. 12. s. 1. n. 3. Dei ſeruis omnia cedunt in bonum. c. 13. s. 1. n. 5. Dei hoſtes ablegandi. c. 11. s. 4. n. 4. Dei ſolicitudo pro afflictis. c. 4. s. 10. n. 5. pro diuinis humana contemnere. c. 11. s. 6. n. 1. deorum nouitas, & vanitas. c. 6. s. 25. n. 6. Deus per malos punit malos. c. 1. s. 7. n. 2. circa diuina non dubitandum. c. 3. s. 9. n. 1. Deo nihil abſconditur. c. 3. s. 35. n. 4. magnificentia Dei inſatiabilis. c. 3. s. 18. n. 3.

*Diabolus. Dæmon.*

Diabolus hominem illudit. c. 2. s. 2. n. 1. diaboli in cęlo naturæ. n. 5. & c. 2. s. 16. n. 1. dæmonum vires fractæ. n. 6. diabolus aquas exhorret. n. 5. 1. diabolus vti balena. c. 1. s. 7. n. 2. illuditur à iuſtis. ibid. diabolus virtutem Iobi eleuat. c. 2. s. 8. n. 4. damna Iobi nihil æſtimat. ibid. Chriſtum tentat. n. 5. ſuperat homines. c. 2. s. 11. n. 6. noſtra peruertit conſilia. c. 2. s. 13. n. 9. in ſerpente locutus. c. 3. s. 1. n. 2. cur ſerpente abuſus. n. 4. diaboli dedecus. n. 6. diabolus beatitudinem inuidit homini. c. 3. s. 2. n. 2. cur homines tentet. ibid. inuidit homini incarnationem Verbi. n. 3. diaboli odiũ in Deum. ibid. diabolus primus inſipiens. ibid. Deum non audet negare. ibid. Chriſtum cognouit. n. 4. in Chriſto vindictam de Deo ſumit. ibid. libenter amittit homines modò Chriſtum occidat. ibid. inuidia illius in hominem. ibid. diaboli menſa. n. 5. cruciatur, cum videt communicantes. n. 6. diabolo quæ ſit poteſtas tentandi. ibid. diaboli vis ad tentandum. ibid. diabolus ſola calliditate potẽs. n. 7. facilè vinci poteſt. ibid. cum diabolo ſermocinandum. ibid. diabolus maleſico inſidet ori. ibid. cum diabolo inimicitiæ gerendæ. n. 8. diaboli ſcientiam habent, non caritatem. c. 3. s. 3. n. 1. Chriſtum videntes iudicem timuerunt. ibid. diabolus timorem adimit homini. n. 3. Dei nomen & maieſtatem extenuat. ibid. exaggerando pretium Chriſti decipit. n. 4. legem Dei incomportabilem dicendo. n. 5. mentitus. n. 6. diaboli falſa commiſeratio erga Chriſtum. n. 8. diabolus neminem vincit, niſi ſocordem. c. 3. s. 4. n. 6. vitiorum ſuaſor. ibid. acerrimè virgines perſequitur. n. 7. laudando omnis legem Chriſti decipit. c. 3. s. 7. n. 5. faſtidium à ſuis expellit. n. 7. Dominum tentat. c. 3. s. 9. n. 3. diaboli infirmitas. ibid. mendacium. n. 8. aſtutia. ibid. diabolus in vita timorem aufert, in morte reſtituit. ibid. Deo iniurioſus. c. 3. s. 11. n. 1. diaboli mendacia. c. 3. s. 12. n. 3. iiſdem tentationibus Adam & alios tentat. n. 8. tentatoris fragilitas. c. 3. s. 13. n. 6. callidus, non fortis. ibid. occaſiones quærit. ibid. facilè ſuperatur. ibid. vincitur, ſi volumus. ibid. ſenſum immutat. c. 3. s. 13. n. 1. dæmonum immunditia. c. 3. s. 16. n. 4. dæmon ad ingluuiem incitans peſſimus omnium. n. 5. falſa rebus nomina imponit. c. 3. s. 19. n. 4. diaboli inuidia & odium. c. 3. s. 20. n. 2. in ſerpente maledicitur. n. 6. creaturarum hoſtis. n. 7. in ſerpente crucifixus. ibid. crucifixus triumphatur. n. 8. diabolum facimus regem. ibid. tentator ſibi nocet. c. 3. s. 31. n. 8. diaboli tentamenta. c. 3. s. 32. n. 1. neſcitur hominis vitiis. n. 2. munditia delectatur. n. 3. diaboli odium in hominem. c. 3. s. 33. n. 1. punitur per mulierem. n. 2. diabolo ignominioſum puniri per mulierem. n. 3. diaboli infirmitas. c. 3. s. 33. n. 4. cruciatur humilitate Chriſti. c. 3. s. 34. n. 2. diaboli mundities. Chriſti timent. ibid. infirmi ante Chriſtum. ibid. flammas diabolus ementitur. c. 4. s. 5. n. 2. Abeli mortem fleuit. c. 4. s. 8. n. 6. nouit ex virgine naſciturum Deum. ibid. diaboli odium contra homines. ibid. ex diabolo nouitatis ſtudia. c. 6. s. 5. n. 6. diabolus bonos, non malos oppugnat. c. 7. s. 4. n. 10. dæmones dicuntur beſtiæ. c. 9. s. 2. n. 7. diaboli malitia. c. 9. s. 4. n. 4. diabolus fallit odio vero, & amore falſo. c. 13. s. 5. n. 2. oppugnat delicioſum, & otioſum. c. 13. s. 9. n. 3. incitat, non pellit. c. 13. s. 1. n. 4. diaboli laqueos ponte inueniunt multi. ibid.

Dicere in ſcriptura quid ſit. c. 1. s. 3. n. 1. dictum Ethnicum. c. 9. s. 8. n. 2.

Dies quid ſit. c. 1. s. 3. n. 1. dies ſecundæ operatio. c. 1. s. 5. n. 1. dies ad occaſum vergens. c. 2. s. 21. n. 3. dies in orbe primi erant ſudi. c. 1. s. 1. n. 12.

Dignitates reiicere. c. 1. s. 9. n. 7. & c. 1. s. 4. n. 3.

Diuinam contemplationem interturbant. ibid. dignitatum contemptus. c. 14. s. 1. n. 8.

Diligentia in rebus ſeculi. c. 3. s. 24. n. 2.

*Diluuium.*

Diluuium quo anno indictum fuit. c. 9. s. 1. n. 8. & n. 11. diluuio aliqui ſalui fuerint. c. 6. s. 17. n. 5. diluuio hauſti omnes infernum prolapſi ſunt. ibid. diluuium fuit, quia pœnitentia defuit. c. 7. s. 1. n. 3. quo modo nunc diluuium fuit. c. 7. s. 2. n. 1. vere contigit. ibid. quando acerbiùs homines dolerent. ibid. ingratitudinis pœna. n. 3. quo anno & menſe Noe. ibid. deſcribitur diluuium. n. 4. imbres vnde & quomodo. ibid. diluuio montes ſubmerſi. c. 7. s. 4. n. 1. mundus ablutus & renouatus. ibid. diluuij ſigna in montibus durant. ibid. aquæ quouſque aſcenderunt. ibid. ex diluuio duo bona obuenerunt. n. 2. diluuij tempus explicatur. c. 8. s. 1. n. 1. diluuium explicat ventus. n. 4.

Diſciplinam odiſſe. c. 4. s. 17. n. 3. diſcipulorum Chriſti parſimonia. c. 13. s. 1. n. 6.

*Diſcordia.*

Diſcordiæ alienæ ab hominum genere. c. 2. s. 13. n. 6. diſcordias ſerere. c. 3. s. 3. n. 5. diſcordiæ antecedent Antichriſtum. ibid. vbi diſcordia ibi non exauditur oratio. c. 3. s. 58. n. 1. diſcordiæ prænunciæ iudicij finalis. c. 3. s. 30. n. 2. diſcordia melior aliquando, quàm concordia. c. 3. s. 33. n. 2. martyrium impedit. c. 4. s. 9. n. 3. diſcordes Deo ſunt exoſi. c. 6. s. 3. n. 2. diſcordiæ an homine carnali. c. 13. n. 2. n. 3. illicò amputandæ. n. 7. ne infidelibus ſimus ſcandalo. n. 7. abſurdum eſt Chriſtianos diſcordiis agitari. c. 11. s. 7. n. 1. diſcordia bona inter malos. n. 3. inter Chriſtianos in pœnam ſcelerum. n. 4. diſcordiis iactati ad Deum curramus. ibid. diſcordia inter Chriſtianos viget. n. 5.

Diſperſio bona ex mala congregatione. c. 11. s. 9. n. 6.

Diſſenſio inter animam & corpus. c. 13. s. 3. n. 1.

*Diues. Diuitiæ.*

Diuites auari. c. 1. s. 2. n. 5. diues pauperem opprimens. c. 1. s. 7. n. 5. diues auarus & epulo in tormentis. c. 3. s. 7. n. 2. diues in inferno mirè ſuperbus. c. 3. s. 35. n. 2. timebat pœnarum conſortes. ibid. Lazarum ſuperbiat. c. 4. s. 18. n. 4. diues obliuiſcitur Dei. c. 7. c. 8. n. 2. diuitis crudelitas in Lazarum. c. 1. s. 5. n. 3. diuites alienorum raptores. c. 13. s. 1. n. 3. diuitis inhumanitas. ibid. diues naufragium facit. n. 4. diuites vadò pertranſeũt mare. in ſuo luxu

ſtolidi. ibid. diuitum aures obcæſæ ad cæleſtia. c. 13. ſ. 1. n. 1. ſimul cæl[illegible] non poſſunt diuites. c. 13. ſ. 2. n. 3. diuitũ exitus in ſepulchro ibid. d[illegible] cum ſtultitia ibid. diuitem ſaluari difficile eſt. c. 14. ſ. 2. n. 5. diues cum Lazaro. ibid. verè diues omnium, cui Deus portio eſt. 14. ſ. 5. n. 6. diuitiæ difficile dimittuntur. c. 25. ſ. 1. n. 7. generant ſuperbiã. c. 3. ſ. 13. n. 2. veræ in virtute c. 14. ſ. 5. n. 3. nocent animæ. c. 4. ſ. 12. n. 5. ex rapinis congeſtæ. c. 4. ſ. 18. n. 3. diuitiarum qualis debet eſſe vſus. n. 4. diuitiæ mala generant. c. 7. ſ. 2. n. 2. mentem cæcam & infidelẽ reddunt. ibid. diuitiæ hominũ radices in terra. c. 18. ſ. 7. n. 1. cooperatrices peccati. n. 2. ob malitiam hominũ infames. c. 13. ſ. 1. n. 3. laqueus diaboli. n. 4. non prorogant vitam. c. 13. ſ. 2. n. 3. ipſæmet diſpendium ſunt. n. 7. diuitiarum vilitas ibid. generant vitia & ſupplicia. c. 14. ſ. 2. n. 5. periculoſæ, n. ibid. fugitiuæ. n. 6. puteolis comparatæ. ibid. latronibus comparatæ. ibid.

Diuiſio extrema hominum. c. 8. ſ. 3. n. 8. diuiſio ab improbis n. 9. facienda pacis ergo c. 13. ſ. 3. n. 1. ad pacem aliquando vtilis. ibid. quomodo fieri debet. n. 2. quomodo loter feſtes. n. 3.

Diuortium perſtringitur. c. 9. ſ. 2. n. 3.

Doctorum vita improba. c. 11. ſ. 6. n. 4.

*Dolor.*

Dolor maior ob maiorem felicitatẽ amiſſam. c. 2. ſ. 4. n. 3. voluptatẽ ſubſequitur. c. 3. ſ. 24. n. 4. dolores nobis congeniti. c. 3. ſ. 38. n. 1. doloribus vita exercetur. ibid. vires abſumuntur. ibid. dolor foras prodiens egeritur. c. 4. ſ. 8. n. 1. dolor iuſtus de malis noſtris. c. 4. ſ. 7. n. 2.

Domum propriam relinquere arduum eſt. c. 12. ſ. 2. n. 1. domeſticorum cura habenda. c. 2. ſ. 14. n. 7. domeſtici non tyrannicè tractandi. c. 13. ſ. 3. n. 2.

Dominorum comitas. c. 8. ſ. 4. n. 2. dominus malus. ibid. pius dominus ergà ſeruos laborantes. c. 8. ſ. 5. n. 9. domini famulorum opera grate acceptant. c. 8. ſ. 7. n. 7. dominari dulcẽ eſt. c. 9. ſ. 1. n. 4.

E

EBrietas carpitur. c. 9. ſ. 5. n. 7. ebrietas vitiorum origo. ibid. remouendus à vulgo. c. 9. ſ. 6. n. 1.

*Eccleſia. Templum.*

Eccleſia præferenda regno. c. 1. ſ. 1. n. 10. Eccleſia mari vndanti ſimilis. c. 1. ſ. 5. n. 1. per lunam ſignificata. c. 1. ſ. 6. n. 4. in perſecutionibus. ibid. eccleſiæ perſecutio à tyrannis. c. 1. ſ. 7. n. 2. eccleſia paradiſus. c. 1. ſ. 10. n. 6. eccleſiæ pulchritudo. c. 2. ſ. 2. n. 3. eccleſia de latere Chriſti. c. 2. ſ. 11. n. 1. eccleſiæ figura. n. 3. per arcam Noe ſignificatur. c. 6. ſ. 6. n. 5. & c. 8. ſ. 1. n. 9. n eccleſia pauciores, qui ſanctiores. n. 9. eccleſia & virtus animæ ſemper noua. c. 7. ſ. 3. n. 4. eccleſiæ profuit tribulatio. c. 7. ſ. 4. n. 9. eccleſia quinam præficiendi. c. 9. ſ. 5. n. 2. eccleſiæ latitudo. c. 9. ſ. 12. n. 5. fœcunditas. n. 6. in eccleſiam pure & reuerenter intrandum. c. 9. ſ. 12. n. 7. contra ſacrilegos in eccleſia. ibid. eccleſia catholica non expugnatur. c. 10. ſ. 1. n. 2. eccleſiam principes temere oppugnant. n. 4. eccleſia in pace fœcunda fructibus. c. 11. ſ. 2. n. 4. eccleſiæ Romanæ vnitas, veritas, firmitas. c. 15. ſ. 10. n. 4. in eccleſiis ſedere habe[illegible] irreligioſum. c. 13. ſ. 5. n. 5. eccleſiæ redditus amplifi[illegible] c. 14. ſ. 9. n. 8. templa orationi dicata. c. 18. ſ. 7. n. 5. in templis ſeruandum ſilentium. ibid. templum domus pœnitentiæ. ibid. reuerentia erga templum. n. 5. dedecet ibi lenocinium muliebre. c. 6. ſ. 1. n. 5.

Eccleſiaſticus ordo totus carpitur ob varios errores. c. 9. ſ. 7. n. 5. in Eccleſiaſticis faſtus & luxus. c. 11. ſ. 4. n. 2. eccleſiaſtici homines non ſolum ius propinquitatis deferendi. c. 13. ſ. 14. n. 7. contra eccleſiaſticos qui conſanguineos ſeculares ditant, & amplificant. c. 14. ſ. 6. n. 2. eccleſiaſtici principes in domo Dei. c. 14. ſ. 9. n. 8. cæterum abiuit in templo Salomonis. c. 4. ſ. 14. n. 1.

Ecſtaſes ſanctorum. c. 2. ſ. 1. n. 6. ecſtaſis vnde fiat. ibid. ecſtaſis Dauid. ibid.

Egreſſio quænam perfecta. c. 12. ſ. 2. n. 3.

Electio fiat mature, ac prudenter. c. 3. ſ. 5. n. 3. electio & d[illegible] mala. c. 4. ſ. 7. n. 5. electio inter Mathiam & Matiam. c. 11. ſ. 3. n. 3. electiones apud antiquos, ibid. electionum varietas. ibid.

*Eleemoſyna.*

Eleemoſyna. c. 5. ſ. 4. n. 4. commendatur. c. 1. ſ. 5. n. 8. & c. 2. ſ. 1. n. 7. & c. 1. ſ. 2. n. 5. & c. 2. ſ. 11. n. 8. & c. 11. ſ. 12. n. 1. & c. 12. ſ. 3. n. 4. & c. 13. ſ. 4. n. 4. & c. 14. ſ. 2. n. 6. commendatur in Euchariſtia. c. 14. ſ. 8. n. 6. inſignis eleemoſyna viduæ. c. 11. ſ. 12. n. 5. per eleemoſynam accreſcit ſubſtantia. c. 11. ſ. 12. n. 4. duplex luxum ea illa. c. 8. ſ. 5. n. 8. quæ vis impetrandi in eleemoſyna. c. 11. ſ. 9. n. 5. diuitem pauperi ſub. c. 12. ſ. 5. n. 7. [illegible] ſ. 2. n. 4. & c. 14. ſ. 7. n. 8.

Elementa propter hominem damnantur. c. 4. ſ. 7. n. 4.

Elephas deſcribitur. c. 8. ſ. 10. n. 5.

Elias confertur an Angelus. c. 3. ſ. 3. n. 5.

Eliſæi virtus contra Syros. c. 3. ſ. 25. n. 6.

Emendari ſuppliciis aliorum. c. 4. ſ. 26. n. 3. malo noſtro erudimur. c. 4. ſ. 4. n. 4.

Enoch hominum primus. c. 5. ſ. 8. n. 28.

Enoch in coniugio admirabilis virtus. n. 4. perſeuerantia in virtute. ibid. & n. 4. 1orta laus n. 5. Enoch viuit, & ſuo tempore redibit. n. 5. Enoch & Elias fidei teſtes. ibid. hi crymus imperare ſuam tranſlationem. ibid. Enoch non inuentus quid eſt. n. 6. in Enoch oſtenditur primæuus ſtatus. n. 7. Enoch & Elias quale degant æuum. ibid.

Enos pietas, & doctrina. c. 4. ſ. 22. n. 3.

*Epiſcopus.*

Epiſcopi integrum aulis. c. 1. ſ. 3. n. 8. Epiſcopus quid ſit. n. 10. epiſcopi humanitas. c. 2. ſ. 10. n. 9. epiſcopus inſulat oues. ibid. Dei legatus. ibid. epiſcopi patres. ibid. locus altior ad ſpeculandum. c. 7. ſ. 4. n. 1. humilitas. ibid. epiſcopi non ſecularia, ſed ſpiritualia tractent. n. 9. orna. c. 13. ſ. 8. n. 4. epiſcopum commendat humilitas. c. 14. ſ. 3. n. 4. nobilitat pauperum ſuſtentatio. c. 14. ſ. 6. n. 3.

Equus deſcribitur. c. 2. ſ. 20. n. 5. equi bellatoris deſcriptio. c. 3. ſ. 6. n. 4.

Error Hebræorum de paradiſo. c. 2. ſ. 4. n. 5. error de ſimultanea creatione rerum. ibid. errores varij perſtringuntur. ibid.

Erubeſcentia Adam & Euæ. c. 3. ſ. 18. n. 5.

Et, pro quia apud Hebræos. c. 14. ſ. 7. n. 5.

*Eua.*

Eua præceptum accepit à Deo. c. 2. ſ. 7. & c. 3. ſ. 7. n. 9. caret excuſatione. c. 3. ſ. 1. n. 6. Euæ quæ cognitio rerũ inerat. c. 3. ſ. 1. n. 2. Eua ſine experientia. ibid. doceri à viro debuit. ibid. promiſſis deluſa. ibid. non locuta cum viro. c. 3. ſ. 4. n. 2. receſſit à marito. ibid. ſerpenti ſimilis. n. 8. fugere ſerpentem debuit. c. 3. ſ. 5. n. 1. Euæ ignauia. ibid. loquacitas. c. 3. ſ. 6. n. 2. impatientia & inobedientia. ibid. Eua malè de Deo ſentit & loquitur. ibid. reuerentiam Deo abiicit. n. 3. Euæ inexcuſabilis culpa. n. 5. cur Euam potentius tentauit ſerpens. ibid. cecidit Eua, quia non amauit Deum. c. 3. ſ. 8. n. 2. legem à Deo audiuit. c. 3. ſ. 9. n. 1. malum non ſuſpicabatur. c. 3. ſ. 10. n. 1. nonnihil excuſationis habet. n. 3. quia vidit, periit. c. 3. ſ. 12. n. 2. malo animo vidit arborem. n. 4. Euæ curioſitas & temeritas. n. 5. peccatum multiplex. c. 3. ſ. 14. n. 5. Eua pomum viro obtulit. c. 3. ſ. 25. n. 2. ſeducit virum ad peccandum impulit. ibid. crudelis ſibi, viro, & filiis. ibid. in Eua, & in mundo triplex malum. ibid. Eua ſerpens & diabolus Adami. ibid. nimio amore mariti illum perdidit. n. 3. timuit ſola perire. ibid. periiſſet, ſi Adam non peccaſſet. n. 5. Euam quiſque ſuam Deo præfert. c. 3. ſ. 27. n. 5. Eua ſuperbã ſe fatetur. c. 3. ſ. 29. n. 5. delicatius quam Dauid, ſenſit grauitatem peccati. ibid. Eua in viſcerum modeſtior. n. 6. Euæ inſignis patientia. n. 7. Euæ primus partus maledictus. c. 4. ſ. 2. n. 2. inſignis pietas. n. 3. & patientia. c. 4. ſ. 21. n. 5.

*Euchariſtia.*

Euchariſtia eſca & potus. c. 2. ſ. 1. n. 2. fons gratiæ. c. 2. ſ. 4. n. 8. lignum vitæ. ibid. & c. 4. n. 10. ab hæreticis & Iudæis impugnatur. ibid. de Euchariſtia Patrum teſtimonia. ibid. reſurrectionis effectrix. ibid. vitam communicat. n. 9. 10. Euchariſtia fit ſancta quædam vnicatio. ibid. Euchariſtia duo operatur. ibid. Euchariſtiam timet & odit diabolus. ibid. Euchariſtia eſt viuorum. n. 10. reſurrectionem tribuit. ibid. Euchariſtiam indignè ſumentes puniuntur. ibid. Euchariſtiam tollet Antichriſtus. ibid. Euchariſtia fons. c. 2. ſ. 5. n. 6. Dei menſa. c. 3. ſ. 2. n. 3. fauces reddit. ibid. munit martyres. ibid. diaboli tormentũ ab Euchariſtia. ibid. honor inſignis hominũ ab Euchariſtia. ibid. Euchariſtia & concupiſcentia duo vbera. c. 3. ſ. 4. n. 7. non communicanda indignis. c. 3. ſ. 5. n. 4. Euchariſtiam indignè ſumere. ibid. Euchariſtia vita eſt. c. 3. ſ. 8. n. 4. Euchariſtiam ſumere fructus, eſt aduentus Chriſti. ibid. Euchariſtiæ fides diuina adſtruitur. c. 3. ſ. 10. n. 3. Euchariſtiæ vis amatoria. c. 3. ſ. 15. n. 7. Euchariſtia ſummus Chriſti amor. c. 3. ſ. 10. n. 1. Euchariſtia & confeſſio. c. 3. ſ. 38. n. 4. ſacrilegium contra Euchariſtiam. c. 3. ſ. 41. n. 2. Euchariſtia omnipotentiæ. c. 4. ſ. 2. n. 8. ab Euchariſtia qui arcentur. c. 4. ſ. 14. n. 2. in Euchariſtia Dei magnificentia. c. 4. ſ. 8. n. 2. Euchariſtia ſolator, & viuificat. c. 6. ſ. 5. n. 1. Euchariſtiæ typus apud Noe. c. 8. ſ. 1. n. 6. dulce io. n. 7. in Euchariſtia digni efficimur. c. 9. ſ. 3. n. 5. Euchariſtia armat animã. c. 8. ſ. 5. n. 2. altari Domini ad Euchariſtiam nemo accedat immundus. c. 9. ſ. 6. n. 4. in Euchariſtia Deus habitat inter nos. c. 9. ſ. 2. n. 7. Euchariſtiam indignè ſumentes tradantur diabolo. n. 8. Euchariſtiæ ſuauitas. c. 11. ſ. 2. n. 3. nati Deo vnimur Deo in Euchariſtia. c. 11. ſ. 6. n. 2. quæ bona in Euchariſtia capiamus. ibid. Euchariſtiæ typus fuit panis & vinũ Melchiſedech. c. 14. ſ. 8. n. 2. Euchariſtia ſacrificium gratiarũ actionem. ibid. Euchariſtiæ

chariſtiæ myſteriũ inſcrutabile. ibid. indubitabilis veritas. ibid. Euchariſtiam qui negat, Chriſtũ eſſe Deum negat. ibid. Euchariſtiæ ſacrificium a Chriſto & per ſacerdotem vnum idemque eſt. n. 2. de Euchariſtia vera & clara teſtimonia Rabbinorum. ibid. teſtimonia Patrum ad locum Malachiæ ibid. quam purè tractanda & communicanda Euchariſtia n. 3. Euchariſtia pudor & honor Eccleſiæ ibid. non communicanda indignis. ibid. indigni mortẽ accipiunt in Euchariſtia. ibid. Euchariſtia Iudæ fuit mors ibid. indignè ſumẽtes Chriſtum illudunt. ibid. quanta vitæ innocentia poſt communionem ibid. in Euchariſtia corpus Chriſti à Iudæis crucifixum adoratur à gentibus. n. 4. in honorem corporis Chriſti pompa celeberrima. ibid. Euchariſtia in memoriam redemptionis dominicæ. ibid. honor & gloria dicitur. ibid. ritè confeſſi quid lucrantur in Euchariſtia. ibid. Chriſtus Patri exhibet honorem, & amorem in Euchariſtia. n. 5. Exinanitio Chriſti in Euchariſtia. ibid. fit renouatio paſſionis. ibid. memoria paſſionis ad communionem. ibid. Euchariſtia armat ad mortẽ. ibid. ſummus amor Chriſti erga nos in Euchariſtia ibid. Euchariſtiæ typus fuit ſanguis agni in foribus Hebræorum ibid. mira ſuauitas in Euchariſtia cum memoria paſſionis ibid. Euchariſtiæ encomia & effectus admirabiles. n. 6. reſurrectio noſtræ carnis ab Euchariſtia ibid. mira gloria carnis noſtræ ob Euchariſtiam. ibid. tranſubſtantiatio panis in corpus Chriſti. ibid. concordia fratrum cõmendatur in Euchariſtia. ibid. eleemoſyna commendatur in Euchariſtia. ibid. effectus ſanguinis dominici in Euchariſtia n. 7. teſtamentum regni cæleſtis habemus in ſanguine Chriſti in Euchariſtia. ibid. puſillanimes roborantur ſanguine Chriſti in Euchariſtia. ibid. ſpiritualia gaudia ex ſanguine Domini in Euchariſtia ibid. concordia fraterna cõmendatur in ſanguine Domini. ibid. Euchariſtia confortat & lætificat. ibid. Deus homini, & homo Deo vnitur in Euchariſtia. ibid.

Ezechiæ tranſitus c. 3. s. 9. n. 5.

Excõmunicatio qualis in primæua Eccleſia. c. 11. s. 14. n. 7.

Excuſatio nulla eſt, cum peccamus c. 3. s. 18. n. 3. excuſationes vanæ peccatorum. c. 3. s. 19. n. 4. damnantur c. 3. s. 27. n. 4.

Exequiæ diſſimiles boni & mali c. 4. s. 28. n. 4.

Exercitus Dei diſpoſitio creaturarum c. 2. s. 1. n. 5.

Exercitatio ad ſalutem animæ c. 3. s. 41. n. 2.

Exilium hominis defletur c. 3. s. 52. n. 5.

Exitum latere non poteſt. c. 12. s. 9. n. 3.

*Exemplum.*

Exemplum vitæ efficax. c. 1. s. 1. n. 7. & s. 3. n. 3. & n. 7. exemplum vitioſum. c. 3. s. 16. n. 8. exempla probitatis ſemine. ibid. exempla virtutum apud Chriſtianos. n. 9. exempla ſanctorum excitant, & accuſant. c. 3. s. 28. n. 4. mali exempli efficacitas c. 3. s. 59. n. 2. boni exempli odor. ibid. exempla ſunt qui præſunt n. 3. exempla peccantis plura. c. 4. s. 15. n. 3. exemplo vitæ docent eminentes. c. 4. s. 2. n. 3. boni exempli efficacitas. n. 4. malum exemplum in prælato, & in doctore ibid. exemplum vitæ in Eccleſiaſtico c. 9. s. 4. n. 2. exemplum plurium ad peccandum. c. 11. s. 3. n. 1. exemplum alios ad virtutem inſtruentis. c. 11. s. 1. n. 1. exemplum vitæ in doctore c. 11. s. 5. n. 2. qui præſunt & docent, ſcopi ſunt. ibid. exempla plurium malorum perſuadent c. 12. s. 14. n. 8. efficax principis exemplum. c. 12. s. 3. n. 2. exemplum fidelium. c. 14. s. 3. n. 2.

F

FAcies humana commendatur. c. 2. s. 3. n. 9. facies Dei pro beneuolentia. c. 4. s. 14. n. 4. facies Dei dulcis, etiam cum iraſcitur ibid. facies eſt verbum ſacrificandi. c. 14. s. 8. n. 4.

Fama bona. c. 1. s. 3. n. 3. ex eleemoſynis c. 11. s. 4. n. 5. famæ ambitio inanis. c. 11. s. 4. n. 4. fama improborum fœtet n. 5. fama cui ſuperbe ſtudent, perijt. c. 11. s. 13. n. 4.

Fames in pœnam lætitiæ. c. 3. s. 16. n. 6.

Familiæ infortunia propter peccatum c. 3. s. 15. n. 2. familia malorum ad malum c. 4. s. 18. n. 4. familia, in qua Deus habitat c. 9. s. 8. n. 3.

Famulis herus prouideat. c. 3. s. 20. n. 5. famulorum fidelitas ibid. famuli tantum qui neceſſarij ibid.

Faſtidium de diuinis c. 4. s. 11. n. 4.

Feræ creatæ. c. 2. s. 10. n. 2.

Feſtus dies à Deo præſcribitur. c. 2. s. 2. n. 4. feſta quomodo celebranda n. 5. contra prophanè celebrantes feſta. ibid. feſtum Dei vleiſci ſe de peccatoribus. ibid. feſtum etiam indicitur, vt vacent opifices & ſerui. n. 6. feſta Eccleſiæ ibid. feſtorum numeroſitas in lege Chriſti. ibid.

Ficus maledicitur, quia peccatores cnotexit c. 3. s. 19. n. 4. libidinem deſignat n. 8. peccatum deſignat. ibid. [illegible] deſignat n. 9.

*Fides.*

Fides penetrat. c. 1. s. 6. n. 1. fides mortua. c. 2. s. 5. n. 3. fidei captiuitas illuſtriſſima. c. 3. s. 3. n. 8. fides neceſſaria cõmunicantibus c. 3. s. 5. n. 4. fides ſanguis eſt. c. 3. s. 7. n. 6. viua cum operibus. ibid. obruta ſordibus c. 3. s. 8. n. 3. in fide non oculi, ſed aures aperiuntur c. 3. s. 10. n. 3. fides aures habet non oculos n. 4. præparat ad viſionem Dei ibid. fundamentum eſt aurium Eccleſiæ. ibid. fidei arma vis, & fructum. c. 4. s. 19. n. 9. fides mortua, vbi non eſt timor. c. 6. s. 6. n. 4. fides Chriſtianæ promulgatio. c. 9. s. 4. n. 4. Chriſti fides dulcis & felix c. 9. s. 5. n. 3. fides catholica Romana c. 11. s. 8. n. 3. fides vera patria. s. 1. s. 5. n. 2. fidem etiã venuſtant c. 12. s. 1. n. 3. fides homini difficilior. c. 14. s. 4. n. 2. non eget ratione humana. c. 11. s. 6. n. 2. fides & pax cum omnibus ſeruanda n. 2.

Fiduciam Deus peccatoris præſtat c. 3. s. 23. n. 7.

*Filius. Filia.*

Filiorum pietas in parentes. c. 8. s. 7. n. 4. inſtitutio c. 2. s. 8. n. 3. filius in cuſtodia patris. 2. s. 7. n. 5. vxori audus et merces. c. 3. s. 12. n. 6. filij dicuntur ædificatio. c. 3. s. 13. n. 2. filiarum voluptas. c. 3. s. 36. n. 5. procreatio à Deo. c. 4. s. 3. n. 1. filij honor & ſolatium coniugij. ibid. filiorum ſucceſſio ſymbolum reſurrectionis. ibid. filiorum bona inſtitutio c. 4. s. 18. n. 2. filij ad parentũ ſolatium. ibid. filij grati erga memoriam parentum. ibid. filius non ſemper Deo ac patri ſimiliter carus. n. 5. filiorum pia inſtitutio c. 4. s. 21. n. 6. filius bene inſtitutus ſuſcipitur à Deo. ibid. filiorum optima inſtitutio. c. 5. s. 1. n. 3. filiis carere nonnunquam Dei beneficium eſt c. 5. s. 3. n. 5. quantum filius debet parentibus n. 7. in filiis quis iuſtus & perfectus. c. 6. s. 5. n. 4. filios habere non eſt virtus. n. 5. filiorum ſancta educatio ibid. filius in patrem impudens. c. 9. s. 7. n. 2. filio quid agendum in parentum vitiis. ibid. filius patris irriſor n. 3. filius qui patri nocet, à filiis punitur. n. 4. malus filius mali filij pater. ibid. filiorum pietas. c. 9. s. 8. n. 3. filij grati donantur longa vita. ibid. abiurgatio à parentibus. c. 9. s. 11. n. 4. improbi filij à parente improbo, aut remiſſo n. 5. à parentibus male edocti ibid. in filiis pœna producitur. n. 7. filius patri officioſus, à Deo remuneratur. c. 9. s. 12. n. 2. filius à vitio cuſtodiendus vt pupilla c. 11. s. 13. n. 3. filij parentum radices. c. 12. s. 7. n. 2. filius obedientiæ fructus. ibid. magnum Dei beneficium filios & filias habere. c. 12. s. 11. n. 6. felix, qui filios Chriſto genuit. n. 7. filij non amore, ſed timore regendi. c. 9. s. 8. n. 2.

Finis laborum c. 8. s. 5. n. 12.

Firmamentum quid ſit c. 3. s. 4. n. 8.

Flores Chriſtus & ſancti. c. 8. s. 5. n. 7.

Fluuius paradiſi. c. 2. s. 5. n. 8. fluuij à paradiſo orti. ibid. quinam ſint. n. 3. quid ſignificent. ibid.

Foliis gaudent & fructum non edunt multi. c. 3. s. 29. n. 6. folia ſine fructu maledicta. n. 8.

Fomes peccati materia triumphorum c. 6. s. 7. n. 4. iugum hominum graue. c. 8. s. 8. n. 3. à fomite peccati Chriſtus, & virgo mater immunes ibid.

Fons in paradiſo c. 2. s. 5. n. 2.

Fortitudo iuſtorum. c. 3. s. 7. n. 6. fortes extingui, molles viuere, ſumma pernicies c. 4. s. 14. n. 2. fortitudo Chriſtiana. c. 4. s. 19. n. 6.

S. Franciſci habitus admirabilis c. 4. s. 22. n. 8.

*Frater.*

Frater fratrem ſibi præponi dolet. c. 4. s. 6. n. 8. fratrum concordia rara aut nulla hodie. c. 4. s. 9. n. 3. concordia & caſtitas. c. 4. s. 1. 3. n. 3. amor gratiſſimus. c. 4. s. 1. n. 2. odia fratrum. c. 9. s. 2. n. 9. fratres moribus diſſimiles. c. 9. s. 8. n. 1. fratris in fratrem liberalitas c. 15. s. 3. n. 2. fratrum diſſidia de lucro. ibid. fratricidij grauitas expenditur c. 4. s. 1. n. 2.

Fraudes improborum. c. 3. s. 9. n. 4. fraudolentus Deo execrabilis. c. 3. s. 31. n. 3.

Fugiunt quidam ſeculum, alij & fugant. c. 3. s. 5. n. 1. fuge à Deo in Deum c. 3. s. 22. n. 7. fugere à Deo & vanum, & malum eſt. ibid.

Furtorum tempus c. 3. s. 27. n. 2. furta tandem vendicantur. c. 7. s. 2. n. 2. furtum & fornicatio vberiùs fructificant ad gehennam. c. 13. s. 2. n. 8.

G

GAngis ſladix fluuius. c. 2. s. 5. n. 3.

Generatio, nõ ſteritas, eſt benedictio Dei c. 9. s. 11. n. 5.

Gentiles ſunt cẽtũ diaboli. c. 4. s. 6. n. 3. ex gentibus ſemper aliqui verum Deum adorabant c. 14. s. 8. n. 2.

Gigantum nomenclatura. c. 6. s. 3. n. 1. Gigantes oſtentant animam potentiam. n. 2. gigantum infame genus. ibid. gigantes ex infami libidine nati. ibid.

Gladius verſatilis quid ſignificet. c. 3. s. 43. n. 4. flammeus. quid ſignificet n. 5.

Gloria Dei & ſanctorum ex noſtris miſeriis. c. 14. s. 3. n. 4. [illegible]

inanis gloria de virtute continet iuſtitiam, & ignorantiam c. 14. n. 7. n. 1. inanis gloria ſagitta volans dicitur. ibid. inanem gloriam expellit cognitio ſui. ibid.
S. Gorgonia matronis exemplar. c. c. 2. 15 n. 3.

*Gratia.*

Gratia Dei nulli deeſt c. 2. 8. 7. n. 6. gratia iuſtificans. c. 3 s. 9. n. 5. gratiæ Chriſti ſuperabundantia c. 3. s 6. n. 4. qualis gratia in Adam. c. 3. s. 17. n. 2. gratia Dei fert opem contra carnis pugnam. c. 3. s. 3 3. n. 4. hominem iuuat ne cadat, & à caſu releuat. c. 3. s. 8 n. 4. vis diuinæ gratiæ ad liberandum è tentationibus. c. 13. s. 3. n. 7. gratiæ merces non poſtulanda. c. 8 s. 7. n. 1.
Gratiam imperatoris vetus. c. 7. s. 3. n. 4.

*Gratitudo, gratiarum actio.*

Gratitudo erga Deum. c. 1. s. 1. n. 2. & c. 2. s. 2. n. 4. & c. 8. s. 7. n. 1. & n. 6. & c. 9. s. 23. n. 4. & c. 10. s. 6. n. 4. & c. 12. s. 7. n. 4. & c. 13. s. 5 n. 6. & c. 14. s. 7. n. 6. debetur. c. 2. s. 8 n. 3. debita & vtilis. c. 2. s. 16. n. 8. beneficia conſeruat & auget. c. 4. s. 2. n. 1. auget. n. 5. tam in proſperis quam in aduerſis c. 8. s. 3. n. 2. dulcis eſt Deo cantus. c. 14. s. 9. n. 5. meretur noua beneficia c. 14. s. 5. n. 7. cum humilitate potens ad miracula. c. 14. s. 9. n. 6. debita inter homines. c. 13. s. 7. n. 4.
Grauidatio & partus laborioſi. c. 3. s. 36. n. 1.

## H

*Hebræus.*

HEbræi proni ad idololatriam. c. 1. s. 3. n. 7. Deo occultis querunturc. c. 2. s. 5. n. 2. Hebraiſmus geminati verbi. c. 2. s. 1. n. 7. Hebrææ linguæ peritia vtilis c. 1 s. 7 n. 1. Hebræa linguæ omnium prima. c. 2. s. 10. n. 3. Hebraicè loquebatur Adam c. c. s. 15. n. 3. Hebrææ gentis inſignia. c. 2. s. 16. n. 3. Hebræorum meretricatio. ibid. Hebrææ linguæ peritia neceſſaria. c. 3. s. 12. n. 7. imperitia. c. 3. s. 39. n. 1. peritia. c. 4. s. 5. n. 1. Hebræorum reditus ab exilio. c. 4. s. 13. n. 1. Hebræa nomina Iudæorum valde obſcura. c. 10. s. 2. n. 2. Hebræi per ſeruitute ſpoliarunt Ægyptum. c. 11. s. 10 n. 2. Hebrææ gentis ſplendor. c. 12. s. 9. n. 3. Hebraiſmus frequens, vbi Deus ponitur. c. 13. s. 3. n. 6. Hebræi per puluerem ſignificari. c. 13. s. 4. n. 5. Hebræis latiorem terram Deus promiſit, quam tradidit. c. 13. s. 3. n. 8. vnde Hebræorum appellatio. c. 14. s. 3. n. 2. Hebræi inuidi male fingunt Melchiſedech fuiſſe Sem. c. 14. s. 6. n. 1.
Hebron quænam ciuitas c. 13 s. 5. n. 4.

*Hæreſis hæreticus.*

Hæreſes natæ cum ſerpente. c. 3 s. 5. n. 5. hæreſis monſtrum, in quo plura capita, & caput nullum. c. 3. s 8. n. 1. hæreſis citee petitum confutatur c. 14. s. 10 n. 5. omnis hæreſis deſinit in fœtorem libidinis. ibid. hæretici ſuum commendant libidinem. c. 1. s. 10. n. 6. hæreticorum ſpurcitia. ibid. hæretici contra continentiam. n. 3. hæreticorum ſtoliditas c. 2. s. 4. n. 7. hæretici nil cum cælo habent. n. 10. hæretici antichriſti. ibid. exuto timore inſaniunt. c. 3. s. 3. n. 3. iudicium, & reſurrectionem negant. ibid. ſemper in peius ruunt. n. 4. in atheiſmum tandem labuntur. ibid. pro carnis turpitudine pugnant. c. 3. s. 5. n. 5. cum hæreticis non agendum. ibid. & c. 7. n. 6. hæreticorum doctrina impia. ibid. hæreticis ingenium muliebre, vel puerile ineſt. c. 3 s. 7. n. 1. hæreticorum inſania. n. 6. imbecillitas. ibid. falſa myſteria o 7 hæretici legem Dei deprauent. c. 3. s. 8. n. 1. hæretici prædones. ibid. hæreticorum infamis rapacitas. ibid. hæretici ſcripturas mutilant c. 3. s 9 n 3. diabolo credunt, non Deo. c. 3 s. 10. n. 5. hæreticorum ſumma ſtultitia. c. 3. s. 12. n. 6. hæretici humilitatem oderunt. c. 3. s. 17. n. 2. hæreticorum infamis turpitudo. c. 3 s. 3 n. 1. hæretici libidinum mancipia. c. 4. s. 8. n. 5. putredo Eccleſiæ. c. 4. s. 7. n. 7. qualis conſcientia hæreticorum. n. 4. s. 12. n. 2. libido. c. 4. s. 19. n. 8. hæretici contra omnem pietatem inſaniunt. c. 4. s. 68. n. 7. hæreticorum luxuries execranda. c. 6. s. 1. n. 4. hypocriſis. c. 6. s. 9. n. 5. libido & reprobatio. c. 6. s 7. n. 9. fraudes & ſordes. c. 8. s. 1. n. 3. hæretici confeſſionem tollunt c. 8. s. 7. n. 4. hæretici ſol in meridie occidit. c. 9 s. 4. n. 2. hæretici inquieti à patre inquieto diabolo. c. 9. s. 12. n. 8. hæreticorum inſtabilitas prodeſt Eccleſiæ. ib. leuitas & impuritas. c. 11. s. 6. n. 6. contra hæreticos ſtrum & catholicum bellum. c. 12. s 7 n. 5. hæretici fugiendi, & ablegandi. c. 13. s. 13. n. 5. deſtinati incendiis c. 13. s. 7. n. 2. hæreticorum figmenta ridicula. c. 14. s 6 n. 1. magiſtri ridiculi, & turpes. c. 14. s 8 n. 4. cum hæretico ne loquendum quidem. c. 14. s. 9 n. 1. hæreticorum vna intentio ſuperbia c. 14. s. 10. n. 5. quàm offendat & vtitur Deum hæreſis. c. 14 s. 9 n. 1.
Heli ſocordia in filios ſceleſtos c. 9 s 9. n. 3.
Herbæ etiam noxiæ, ſunt productæ c. 1. s 5. n. 7. herbæ peccatores, arbo es iuſti ſtabunt iuſtos n. 8.
Herodis de ſceleſtibus iudicium. c. 2. s. 8 n. 5.
*Ben. Fernand. in Gen. tom. 3.*

*Hypocriſis.*

Hypocriſis à ſerpente docetur c. 3. s. 19 n. 8. vitanda religioſis n. 9. in confeſſione. ibid. hypocrita ſuperbus & fraudulentus n. 8. diſſimillimus Deo. ibid. non culit vitiates, ſed vitia colorat ibid. hypocritarum punitio, ibid. hypocrita impendens erga Deum. n. 9. hypocritarum hamus. n. 8.
Hiſpanorum potentia Eccleſiam Chriſtianam tutatur. c. 14. s. 1. n. 2.
Holocauſtum quid ſit. c 8 s 7. n. 5.

*Homo.*

Homo ſibi vindictam Dei parit. c. 1. s. 2. n. 9. hominum tria genera. c. 2. s. 2. n. 3. homines cælum decorant. n. 5. hominem quanti Deus facit. n. 7. homines vocem Dei reſpuunt. c. 2. s. 9. n. 2. hominis excellentia. n. 7. hominum vita miſera. n. 10. natiuitas miſera. ibid. ſucceſſio. c. 2. s. 4. n. 4. conditio multiplex in fide. n. 5. homines in cælum euecti. ibid. hominis malitia abutentis creaturis. c. 2. s. 7 n. 1. homo de ſua ſalute non curat. n. 5. hominis ignauia erga Deum n. 6. ſupra pecudes eminentia. c. 2. s. 8. n. 1. homo creatur poſtremus. c. 2. s 9. n. 1. rex animantium. ibid. ad conuiuium inducitur à Creatore. ibid. in palæſtram inducitur. ibid. hominis præmium cælum. ibid. homo cælum cælo pulchrius n. 6. huius creaturarum, & mirocoſmus. ibid. augur creaturarum. ibid. cauſa mundi. ibid. hominem animantia reuerentur. ibid in creatione hominis ſolus Deus operatur. ibid. apparatus Dei. n. 3. homo quantum debet creatori. ibid. homini laborandum eſt. ibid. homo imago Dei. n. 4. hominis nobilitas. n. 5. homo alter in terris Deus. n. 7. cur homines hominibus ſubditi. n. 8 hominis imperium ſuper animantia. c. 2. s. 9. n. 7. homini detur imperium terræ. c. 2 s. 10. n. 5. homine condito perfecta eſt mundi bonitas. n. 7. homo ſummæ, & compendium mundi. c. 2. s. 9. n. 5. in homine requieſcit Deus. ibid. hominis protinus infirmitas. n. 6. homo diuitiæ Dei. n. 7. hominis creatio ſpectaculum fuit cæleſtibus. c. 2. s. 5. n. 6. homo creatur vt princeps, & dominus. n. 2. effictus ad imaginem Chriſti. ibid. homo quale animal. n. 5. hominem Deus ſibi imaginem propoſuit creaturis. n. 6. homo lyra, & cithara Dei. ibidem. hominem dedecent vitia. n. 11. homo non laudetur à creaptore. n. 12. hominis laus intus in anima. ibi. ex virtute. ib. homo ante mortem non laudandus. ibid. cur Deus hominem poſuit in paradiſo mox expellendum. c. 2. s. 4. n. 3. homo ingratus Deo. n. 4. peccando obedientiæ bonum agnouit. n. 12. obediens & gratus Deo. ibid. natus ad operandum. c. 2 s. 6 n. 4. in pecudem mutatus. c. 2. s. 7. n. 8. procliuis ad malum. c. 2 s. 8. n. 2. hominis ſtudium circa bona temporalia. n. 3. hominis de diuinis obliuio. ibid. homo rerum tenax. c. c. s. 21 n 8. homini libido ing... c. s. 17. n. 7 homo terreſtris angelus. c. 3 s. 8. n. 1. hominum ignorant. n. 1. homines armantur contre diabolum. ibid. homo à diuinæ gratia honoratus. n. 6. hominis infirmitas in tentationibus. n 6 hominem tentari cur Deus permittit n. 8 homo ouis, & drachma. c. 3. s. 4. n. 5. homo ſine Deo & cum Deo c. 3 s. 9. n. 6. firmus, & infirmus. ibid. homo fragilis à matre eſt. c. 3. s. 12. n. 3. homini profanum nihil graue, niſi lex Dei eſt. c. 3 s. 7 n. 4. quanti Deus hominem fecit. c. 3. s. 10. n. 6 homo propriis occultat. c. 3. s. e n. 3. hominis ruina in melius reparata. c. 3. 30. n. 3. homini, non diabolo, pœnitentiæ locus eſt. n. 1 homo ad cæleſtia inuitatur. c. 3. s. 31. n. ... inter hominem & ſerpentem c. 3. s. 33. n. 1. ... terra labor. c. 3. s. 37. n. 5. propter hominem ... c. 3. s. 38. dicitur. n. 6. homo ex terræ maledicta ... c. 3. s. 41. n. e ſudoribus humiliatur. n. 4. Dei ... dolemus. c. 3. n. 3. homines nati & enutriti in carcere ... 45. n. 1. Deum co... c. 4 2. n. 3. homo ad fletum inuitatus ... c. 4 s. 12. lat oportet c. 4 s 4. n. c homines ... c. 4. s. 5. n. 1. homo n. 4 hominis procliuitas in pecc... 4. n. 3 homines alioſi ferunt ab hominibus pellitur. ... libidinum mancipia. n. 2. errare improbant. c. 4. n. 1 ... Deiparæ obliti. ibid homo diuina faſtidientes. n. 6 De... c 4 s. 17. n. 1. homines in bonum & in malum ... c. 4. s. 18 n. 1. homo Hebraicè ... memorat ... nam. 1. hominis illuſtre nomen. ... homo agnoſcat. c. 5 s. 2. n. 2. homines viles ... c. 5. s. e. n. 4. homines effœminati ac ... inſtar pecudum viuentes. c. 6. s 3 n 2. turpes. c. 6. s. 1 ... facilis. c. 6. s. 4. n. 2. hominum in malum homo in lapſu ... terræ addicti c. 6. s 7. n 4. homines ſtudium ... n. 3. homo poteſt non videre poſſet. c. 7. s. 4. n. 7. homines quinam dicantur mulieres ... s. 1. n. 2. homini vtile eſt adulare Deum. c. 8. s. 5. homines ſtudium ad peccandum. c 8. s 8. n 5. propter homines terræ bonum & malum. n. 2. homo amore ducitur, pecus timore. c. 9. s. 1. n. 2. homo a natura prælatus

 beſtiis

beſtiis, nō hominibus n. 2. homo ſe agnoſcēs humiliatur. n. 2. homini ſubdita ſunt animalia ex duplici cauſa. c. 9. s. 1. n. 4. hominis fragilitatem Deus reſpicit. c. 9. s. 2. n. 1. homini plura Deus concedit, vt pauca exigat ibid. homini ſe medicum Deus præbet. n. 2. homini crudelitas interdicta ib. hominis vita non vilis vt pecudum. ibid. hominē qui perimit, beſtia eſt. n. 7. hominis per Chriſtū eleuatio. n. 8. hominum tyrannica imperia. c. 9. s. 3. n. 1. homo à Deo honoratur. n. 1. hominum poſt diluuium mira cōſenſio. c. 11. s. 1. n. 3. malè homines ſuo, nō Dei ſtudēt honori. c. 11. s. 4. n. 1. homuncio ludus vilis & ſuperbus. c. 11. s. 6. n. 7. homo nil habet vnde ſuperbiat. ibid. hominis inter animantes excellentia. ibid. hominum pertinacia contra Deum. c. 11. s. 8. n. 1. hominum propagatio, & habitatio terræ. c. 11. s. 9. n. 6. hominum inhumanitas erga hoſpites. c. 11. s. 5. n. 6. hominis induſtria cum ſpe & fiducia in Deū. c. 12. s. 8. n. 6. inter homines vnde, & quorſum commercia. c. 14. s. 10. n. 7. omnis homo in mundo peregrinus ibid.

Humani generis euerſio. c. 6. s. 4. n. 6. humanarum rerum leuitas. c. 11. s. 5. n. 4. hominem producendi quatuor modi. c. 2. s. 12. n. 1.

*Homicidium.*

Homicida Deum neſcit. c. 4. s. 6. n. 3. homicidium damnatur. c. 4. s. 10. n. 1. reprobationis ſignum. ibid. graue toti naturæ c. 4. s. 12. n. 2. puniendum. ibid. homicidæ arcentur à cælo. c. 4. s. 14. n. 1. citò moriuntur. c. 4. s. 10. n. 3. homicida ſibi grauiùs, quàm alteri, nocet. n. 5. homicida pœnitentiam homini præcidit c. 4. s. 16. n. 2. homicidium Deus deteſtatur. c. 9. s. 2. n. 5. lex contra homicidā n. 6. homicida beſtia eſt. n. 7. Deum non effugit. n. 9. vnde homicidio grauior deformitas. ibid. homicida execrabilis. c. 13. s. 2. n. 9. homicidij tres cauſæ communiores. c. 14. s. 4. n. 2.

Honoris appetitus vehementiſſimus. c. 1. s. 10. n. 4. honorem contemnere ſtatum eſt. ibid. honor velut vmbra ſequitur. c. 12. s. 4. n. 4. honor debetur Deo, non homini. n. 5. honore inuicem præuenientes. c. 13. s. 1. n. 9. inter honores modeſtia & humilitas. c. 14. s. 9. n. 6. ad honorem ignobilis euectus periclitatur. ibid. honores abſurdi cum mendicitate. c. 14. s. 10. n. 2.

Hoſpitalitatis officium fidele & ſanctum. c. 13. s. 1. n. 6. hoſpitalitas commendatur. c. 14. s. 7. n. 2. vſitata antiquis. n. 4. hoſpites perquirendi. n. 2.

*Humiliatio. humilitas.*

Humiliatio vtilis peccatori. c. 3. s. 22. n. 7. pignus honoris. n. 8. gloriam parit. c. 12. s. 8. n. 1. humilitas vana. c. 1. s. 4. n. 5. humilitas gratum Deo facit c. 1. s. 16. n. 4. cuſtos caſtitatis. c. 3. s. 19. n. 7. Deo gratiſſima. c. 3. s. 20. n. 6. altitudo humilitatis. c. 7. s. 2. n. 3. humilitas in mundo honoratur. c. 7. s. 1. n. 5. in humilitate ſummus honor. c. 9. s. 11. n. 8. humilitatis via tuta c. 11. s. 4. n. 3. perfecta humilitas. c. 11. s. 6. n. 9. humilitatis anguſta via. c. 11. s. 9. n. 3. de humilitate creſcitur. n. 3. humilitas via regia in cælum. c. 12. s. 6. n. 3. prius in humilitate ſe exerceat, qui ad ſublimiora aſcendet. c. 12. s. 7. n. 5. humilitas à Deo honorata. c. 3. s. 11. n. 5. humilitas rara c. 3. s. 13. n. 9. venit è cælo. c. 3. s. 14. n. 5. humilitatem Deus homo docuit. c. 3. s. 11. n. 5. humilitas Chriſti admirabilis n. 6. humilitas Chriſti & Deo & nobis vtilis. c. 3. s. 14. n. 5. oſtenditur c. 4. s. 6. n. 2. humilitas fundamentum ſanctitatis. c. 3. s. 12. n. 4. humilitas Dauid. c. 11. s. 4. n. 3. humilitatem gentium Deus reſpexit. c. 3. s. 14. n. 8. humilitas Centurionis. c. 3. s. 14. n. 6. humilitas in ſanctis neceſſaria. c. 3. s. 16. n. 1. humilis in Deum c. 3. ... tur. c. 3. s. 11. n. 5. humiles ob puritatem Deo grati. s. 26. n. 4. humilis ſaluatur, ſuperbus reprobatur. c. 3. ... humiles valde conſpicui. c. 3. s. 16. n. 3. in terra glorioſi. ... 3. s. 22. n. 8. humilis iracundia non mouetur. c. 3. s. 26. n. ... humili alta, & lata eſt porta cæli. c. 11. s. 9. n. 3. humilis h... ilia veuatur c. 13. s. 3. n. 3.

I

IAphet poſteritas. c. ... 12. num. 5. de Iaphet nati gentiles ibid

Iaphetani coluerunt inſu... c. 10. s. 1. n. 2.

*Idololatria.*

Idololatria diſparuit. c. 1. s. 2. n. 12. idololatræ vitia adorabant. c. 3. s. 3. n. 8. idololatriæ ſerpens inuentor. c. 3. s. 11. n. 2. idololatria crimen principale. ibid. quantum creuerit. n. 2. idololatræ velut viui cadaueribus alligati. ibid. idololatræ coluerunt turpes homines & turpitudines. ibid. idololatræ coluerunt res naturales. ib. idololatria per cantū inducta. c. 9. s. 10. n. 4. per turrim Babel ſignificata. c. 11. s. 6. n. 6. infideles nefando vitio infames. c. 13. s. 4. n. 5.

*Ieiunium.*

Ieiunia obſeruanda. c. 3. s. 3. n. 8. corpori & animæ prodeſt ieiunium. c. 3. s. 16. n. 6. ieiunij laudes. ibid. corpori reſurrectionem parat. n. 7. ieiunij perfectio deſcribitur ibid. ieiunium Chriſtianum contra vitia. ibid. reddit, hominem Deo parem. c. 3. s. 27. n. 7. quadrageſimale inſtitutum ab Apoſtolis. c. 9. s. 2. n. 5. à Chriſtianis exigitur. c. 9. s. 2. n. 1. reddit corpus & animum habilem. ibid. commendatur. c. 14. s. 5. n. 2.

*Ieſus.*

Ieſu nomen explicatio eſt nominis Iehouah. c. 2. s. 2. n. 10. Ieſus puer vbera matris virginis ſugens. c. 2. s. 2. n. 6. Ieſus in præſepio. c. 2. s. 7. n. 8. Ieſus panis hominum. ibid. Ieſum Nazaræum primò diabolus appellauit. c. 3. s. 3. n. 1. Ieſus faſciculus. c. 3. s. 20. n. 3. puer illacrymans. c. 3. s. 24. n. 1. infans Adamum imitat. c. 1. s. 43. n. 2. Ieſu infantia amabilis. c. 4. s. 14. n. 5. nomen vbique diffuſum. c. 4. s. 22. n. 6. Ieſus puer in matris virginis gremio. c. 5. s. 2. n. 2. Ieſu nominis ſuauitas. c. 11. s. 9. n. 1. Ieſu comite dulcis peregrinatio. c. 12. s. 3. n. 5. Ieſu domini fuga in Ægyptum. c. 12. s. 8. n. 6. Ieſu nomen & crux triumphat de diabolo. c. 13. s. 4. n. 6. Ieſus princeps & ductor exercitus. ibid. Ieſu principatum Moyſes ceſſit. ibid. in nomine Ieſu & Cruce vita eſt & victoria. c. 14. s. 4. n. 4. Ieſu nomen theſaurus gratiarum. n. 6.

S. Ignatij fundatoris Ieſu eſtaſis memorabilis. c. 1. s. 11. n. 6. de eodem S. Ignatio. c. 4. s. 22. n. 6. In S. Ignatio nomen & ſanguis Ieſu ibid.

Ignorantia craſſa damnatur. c. 3. s. 6. n. 5.

Imitatio Deo eſt perfectorum. c. 5. s. 2. n. 6.

Immortalitas quænam foret. c. 3. s. 17. n. 1.

Impœnitentes irritat Dei iuſtitiam. c. 4. s. 11. n. 1.

Impatientia execrabilis. c. 4. s. 10. n. 1.

Imperium moderatum. c. 2. s. 7. n. 6.

Imperare glorioſum eſt. c. 1. s. 9. n. 7. periculoſum. ibid. Imperium voluntatis. c. 1. s. 3. n. 2. Imperantium graue pondus. c. 11. s. 6. n. 2. quatuor mundi imperia. c. 14. s. 1. n. 3.

*Impius Improbus.*

Impietas à fratricidio auſpicata. c. 4. s. 9. n. 3. impij carnifices ſui & ſimilium. c. 4. s. 3. n. 2. non curant de anima, n. 1. ſed tantum de corporis iactura. c. 4. s. 15. n. 1. impiorum gloria & memoria perit. c. 4. s. 17. n. 5. impius Deum, & cæleſtia neſcit. c. 4. s. 18. n. 6. impij circa terrena ingenioſi. c. 4. s. 19. n. 7. impiorum memoria deletur. c. 4. s. 20. n. 6. improbi ructant cœnum, non cælum. c. 9. s. 1. n. 6. impius amat tenebras. c. 10. s. 2. n. 5. impiorum circuitus infeliciſſimus. c. 11. s. 4. n. 2. cum impiis non agendum. c. 12. s. 5. n. 4. impij nec numero, nec memoria digni. c. 13. s. 4. n. 5. impius à beſtia non differt. c. 14. s. 2. n. 1. cum impiis conſuetudo pernicioſa c. 14. s. 2. n. 8. improborum perit memoria. c. 14. s. 3. n. 2.

Impudentia cum libidine. c. 6. s. 4. n. 2. impudentes carpuntur c. 9. s. 7. n. 3.

*Incarnatio Verbi.*

Incarnatio verbi primò à Deo intenta. c. 1. s. 1. n. 4. medicina mundi, c. 1. s. 2. n. 3. renouatio mundi ibid. præfigurata. n. 9. admirabilis. c. 1. s. 4. n. 3. prædicitur. c. 1. s. 5. n. 6. incarnationis myſterium. c. 2. s. 3. n. 4. præfiguratur. c. 3. s. 10. n. 5. non de iuſtitia, ſed de congruo merita. c. 3. s. 16. n. 6. cur dilata eſt. c. 3. s. 29. n. 5. futura innuitur. c. 3. s. 41. n. 4. incarnatio verbi ob peccatum Adæ. c. 3. s. 40. n. 6. in incarnatione caritas Dei. c. 5. s. 3. n. 2. prædicitur incarnatio verbi. c. 9. s. 11. n. 6. per incarnationem verbi dæmon ſuperbus iacuit c. 11. s. 4. n. 2. incarnationem præſciuit Dauid. c. 11. s. 10. n. 3.

Inconſtantia mundi. c. 1. s. 6. n. 4. in virtute. c. 3. s. 2. n. 2. inconſtantes, & fortitudo in bono. c. 13. s. 2. n. 5.

Indignatio primum mulieris malum. c. 3. s. 14. n. 5.

Induſtria noſtra cum Dei ope. c. 7. s. 4. n. 5.

*Infernus.*

Infernus vbinam ſit. c. 3. s. 5. n. 4. in inferno accreſcit pœna ex conſortio damnatorum. c. 3. s. 15. n. 4. inferni timor vtilis. c. 3. s. 17. n. 5. inferni timor & amor cæli. ibid. infernum teſtantur ignei montes. ibid. in inferno impiorum riſus punietur. c. 3. s. 22. n. 3.

Ingluuies corpori & animæ exitialis. c. 3. s. 16. n. 5. ingluuies Hebræorum ibid grauat, & ſordeſcit. c. 9. s. 1. n. 1. Iudæorum ingluuies c. 9. s. 1. n. 6.

*Ingratitudo.*

Ingratitudo erga Deum. c. 1. s. 1. n. 8. & c. 1. s. 5. n. 8. & s. 6. n. 5. & s. 7. n. 6. & s. 8. n. 3. & c. 2. s. 3. n. 4. ingratitudo Iudæorum. c. 1. s. 4. n. 4. ingratitudo deteſtabilis. n. 5. ingratus ſeuerè punitur. ibid. ingratitudo erga Deum. c. 2. s. 5. n. 7. pernicioſa. c. 2. s. 16. n. 8. Iudæorum ingratitudo. c. 3. s. 5. n. 6. ruſtica. c. 3. s. 7. n. 2. ingratitudo barbara regis Ioas. n. 3. ingratitudo grauiter & properè punitur. ibid. ingratum ingrati occidunt. ib. erga Deū ingratitudo. c. 6. s. 1. n. 1. ingrati homines Deo magnifico c. 7. s. 2. n. 3. ingrati Deo quinam in Eccleſiaſticus. c. 8. s. 2. n. 5. Iudæorum ingratitudo. ibidem. ingratus, & ſecurus Deo inuiſi. c. 8. s. 3. n. 2.

n. 3 n. 2. ingratus homo erga Deum c. 9 ſ. 3. n. 6.

*Inimicitia.*

Inimicitiæ bonæ & viles quænam ſunt. c. 3. ſ. 33. n. 1. ab inimico pulchrum eſt doceri. c. 11. ſ. 6 n. 1. inimici, ſine hoſtes, leniùs vocabantur peregrini. c. 14. ſ. 4. n. 2. de hoſtibus inſidiis licet victoriam ſumere ibid.

*Iniuria.*

Iniuriæ patienter ferendæ. c. 3. ſ. 29 n. 6 iniurias proximorum Deus vleiſcetur. c. 4 ſ. 14 n. 2. iniuriarum, quæ iuſtæ ſunt, vltor Deus c. 4. ſ. 20 n. 6. iniuriæ remittendæ ad exemplum Chriſti Domini. c. 9 ſ. 2 n. 9. iniuriæ ferendæ, ſed non quærendæ c. 9 ſ. 10. n. 1. de iniuriis dolere puerorum eſt. c. 14. ſ. 3. n. 3.

*Iniuſtitia.*

Iniuſtitia nocet iniuſtis. c. 3. ſ. 7. n. 1 iuſtis non nocet. ibid. iniuſtitia in iudiciis. c. 6 ſ. 4. n. 3. iniuſtitia eſt, aliud nobis, aliud velle aliis. c. 9. ſ. 6. n. 3.

*Innocentia.*

Innocentiæ ſtatus pingitur c. 3 ſ. 17. n. 2. in ſtatu innocentiæ grauidatio foret non moleſta c. 3. ſ. 36. n. 1. innocentiam mundus odit. c. 4. ſ. 8. n. 5. innocentium puerorum martyrum triumphus. c. 4 ſ. 16. n. 8. in ſtatu innocentiæ poſſent homines peccare & damnari. c. 3. ſ. 17. n. 2. quæ tunc deformitas non eſſet. c. 3. ſ. 36. n. 3.

*Inobedientia.*

Quænam iuſta pœna, inobedientiæ. c. 1. ſ. 17. n. 8. inobedientia hominem minorauit. c. 3 ſ. 1. n. 1. inobedientia damnatur exemplo matris c. 3. ſ. 6 n. 3 inobediens exaggerat præceptum. c. 3. ſ. 7 n. 4 inobedientia ſatanæ propria. c. 3 ſ. 10 n. 6 inobedientes infidelis c. 3. ſ. 11. n. 3 inobediens captiuus mortis. c. 3. ſ. 26 n. 6. inobedientia exitialis. n. 5 inobediens angitur curis. c. 3 ſ. 19 n. 4. inobedientia Adami præſtitit intentus c. 1 ſ. 38 n. 6.

Inſtabilitas impiorum c. 4 ſ. 12 n. 1.

Inſtituto Dei armauit ſenſus contra delectationem. c. 2. ſ. 3. n. 9. inſulæ in ſcriptura. c. 10. ſ. 1. n. 2. Interceſſio impetrans c. 9. ſ. 9 n. 2.

*Inuidia.*

Inuidia hominum. c. 1. ſ. 9 n. 6 inuidia diaboli c. 3. ſ. 8 n. 8. inuidentia lenium inducit. c. 3 ſ. 7 n. 2 ſimilis infernos c 3 ſ. 30. n. 2. inuidorum carnificina. c. 4 ſ. 4 n. 4. malorum ſeminarium c. 4 ſ. 7. n. 1. interminabilis, ibid. diabolũ parit c 4 ſ. 8 n. 7 inuidia aſcenſus a cælo. c. 4. ſ. 14. n. 2. inuidus ſemper auarus. ibid. ſtultitia Deum orat. c. 12. ſ. 3 n. 2 propter inuidos patria laborat. ibid. inuidiæ quanta ſit malignitas. ib inuidia diſcordiarum origo. c. 13. ſ. 3 n. 4 inuidia ex bono ſui æqualis. c. 5 ſ. 4 n. 3. de fratris felicitate c. 14. ſ. 7. n. 3. ma grau homine, quam in diabolo ibid.

Ioab pietas, & mors c 4 ſ. 10 n 3. & ſ. 12 n. 2.

S. Ioannis Baptiſtæ vita & doctrina. c 4. ſ. 3 n. 3.

*S. Ioannes Apoſtolus.*

S Ioannes ſtans ante crucem Ieſu Domini c. 7 ſ. 30 n. 8 alter Ieſus. c. 4 ſ. 21. n 7 matri Dei gratiſſimus. ib. amor ac deliciæ mundi. ib. incomparabilibus donis ditatus. ibid. Ioannis & Mariæ diuina metamorphoſis. ibid. Ioannes cũ virgine Dei matre viuebat. ib. Ioannis admirãdæ encomia. ib. requieſcit ſupra pectus Domini Ieſu. c. 6 ſ. 5. n. 1. virgo fuit. n. 5. virgo ſupra pectus Domini. c 7 ſ. 3. n. 2. Ioãnes Deiparæ alter Ieſus. c 9 ſ 1. n. 5 Ioannẽ Chriſtus Dominus cæteris non præfecit, quia iuniorẽ c 9 ſ. 10. n. 3 Ioannẽ Chriſtus cæteris prætulit, cum matrem ſuam illi tradidit. ibid. Ioannis humilitas. c. 14 ſ. 9. n 6.

Ioas rex. c. 1. ſ. 3. n. 10.

*Iob.*

Iobi vxor blaſphemas c. 3 ſ 2 n. 2 Iobi mũditia c 3. ſ 12 n. 2. cõſtantia aduerſus mulierẽ. c 3 ſ 15. n 4 Iob morbo gallico exulceratus. c 3 ſ. 38. n. 1. expeditus contra diabolum c. 3 ſ 19 n 2 Iobi patientia & remuneratio c 4. ſ. 21 n. 3. Iobi iuſtitia inter naufragia c. 8 ſ 4 n. 2.

à Iocis & luſibus fugiendum. c. 11 ſ. 13. n 4.

*Ionas.*

Ionæ grata conſuetudo. c 2 ſ 9 n 6. Ionas baptiſmũ Chriſti appetit c. 3 ſ 19 n. 6 Ionæ prophetia non irrita fuit. c. 3 ſ 26 n 7. Ionas Deum fugiens comprehenditur c 4. ſ. 17. n 2 non in locum certum fugiebat ibid. Ionas fugiens priora virtutis ſtudia exercet c 11 ſ. 12. n 3.

Iordanis ortus, & curſus c. 2 3 ſ 3 n 5 ortus, & nomen c. 14 ſ 3. n 1.

Ioſaphat regis victoria. c. 2. ſ. 16 n 4.

S Ioſeph virgo ſemper extitit. c. 6. ſ 7. n. 8 & c. 9. ſ. 6 n. 4. cum Deipara virgine fugit in Ægyptum. c. 12. ſ. 5 n 5.

Ioſue a Moſis inſtitutus c. 2. ſ 9 n. 6.

*Ira.*

quænam Ira damnetur. c 4. ſ. 7 n. 1. iræ deformitas c. 4 ſ. 8. n. 2 ſubiectus eſſe debet ibid quam ſit exitialis. ibid iratis in fratrem nõ reſpicit Deus munera. c 4. ſ. 9 n. 4 ira & iuſtitia Dei gladius. c. 6. ſ. 1. n. 7 iracundi abiecta infirmitas. c 9. ſ. 2 n 9 20 ira vinci propter leuia. ibid. iræ furor ich benedic c 9 ſ 9 n. 2. iracundiæ tempeſtas à ratione

Ben F. 19. ad in Gen. ſer 2.

tranquillatur. c. 13 ſ 2 n. 6 ira propria & aliena fugienda. n. 9 ira mentem obſcurat.

*Iris.*

Iridis ſignificatio ex inſtituto diuino. c 9. ſ. 3 n 3. iride ſignificatur iudicium. n 4. iride ſignificatur Eccleſia. n 5. iris ſignificat virginem Deiparam. ibid. iride temperatur tempeſtas. n. 6.

*Iudas.*

Iudæ marſupiũ Dominus tradidit. c. 1. ſ 7 n. 6. Iudæ cõſortiũ nocuit Apoſtolis. c. 1. ſ 8 n. 3 Iudas proditor Chriſti Domini. c. 3 ſ 2. n. 4. Iudas eſt, qui allicit ad libidinẽ. n. 8. Iodæ falſa miſericordia. c. 3. ſ. 24. n. 2 Iudæ proditoris mors. c. 4. ſ 8. n. 2. Iudas abreptus à diabolo, c. 6. ſ. 2. n 6.

*Iudæi.*

Iudæi beneficia Dei auerſãtur. c. 2. ſ. 2. n. 3. Chriſtũ tentarũt. ib. Iudæorũ ſuperſtitio circa Dei nomẽ. n 9. Iudæorũ omnis religio in verbis. n. 10. Iudæi fructũ ex ſcriptura nõ capiunt. c. 3. ſ 19 n. 6. malè tecti contra veritatẽ. ib. ſubuerſi propter Chriſti necẽ ib. a Deo ad ficum confugiũt. n. 8. Iudæorũ ſtulta ſchiſmo. c 3. ſ. 26. n 2. Iudæi Chriſto deſtituti perierũt. c. 4. ſ 9. n 2. deſertores Dei. c. 4. ſ. 12. n. 5 ſigno per orbem notati, vt Cain c 4. ſ. 16. n 6. Iudæos torquet dignitas Eccleſiæ Chriſti. ib Iudæorũ cæcitas n. 7. Iudæi diſperſi propter bonũ Eccleſiæ. ib à facie Dei repulſi c. 4. ſ 17. n. 4 inuidẽt Chriſtianis, ib. idololatriã edocuerũt. c. 8 ſ 2. n. 4 Iudæus meſſia priuatus. n. 5. Iudæorũ euerſio & diſperſio c. 11. ſ 7 n. 2. Iudæi exules vidẽt Chriſtũ in mundo adoratũ. ib. qui Chriſtũ irriſerũt eriſui ſunt gẽtibus c. 1 ſ. 9. n. 1. Iudæorũ ignominia ib Iudæi propter impietatẽ in Chriſtũ diſperſi. c. 12. ſ. 10 n. 1 cũ Iudæis agere arduũ eſt n. 6. Iudæi per orbẽ diſperſi. c. 13. ſ. 4. n 5. Iudæorũ irreparabile excidiũ propter mortẽ Chriſti Domini. c. 13. ſ 5 n. 2. Iudæi Chriſto virtutem exprobrant c. 14. ſ. 3. n. 5. Iudæorum odium in virtutem. ibid. Iudæorum iactura c. 1. ſ. 2. n. 4.

*Iudicare, iudicium, iudex.*

Iudicare temerè de aliis. c 8 ſ. 8. n. 5. nõ iudicandũ temerè nec indicta cauſa. c 8 ſ. 8 n. 1 iudicãs alios priùs ſe iudicet c 14 ſ 1 n 7 iudicat bene iuſtus, malè impius de bonis & malis mũdi. c. 14 ſ. 5. n 3 Iudiciũ Dei c 1 ſ. 1. n. 8. & ſ 3 n. 6. emendũ c. 3 ſ 9 n 2 in iudicio noda fiet omnia c. 3. ſ 19 n. 9. in die iudicij peccata ritè confeſſa ſint reuelãda. c. 3. ſ. 22 n 4 iudiciũ Dei terribile. c. 3. ſ. 2 n. 3. & n. 5. iudiciũ Dei cõtra ſerpentẽ. c. 3 ſ. 30. n. 5. ab humano diuerſũ c. 4 ſ. 3. n 2. iudiciũ Dei æquiſſimũ, cũ punit c 4 ſ. 13 n 1. iudiciũ Dei tremendũ. c 6. ſ. 2 n 6. iudiciũ finale neſcit miſericordiã c. 8 ſ 5 n. 5. iudicij diuini memoria libidinem cõpeſcit. c. 12. ſ 9 n. 6. iudicio Dei vnus aſſumitur alter relinquitur. c. 11. ſ. 8 n. 3 iudicij finalis recordatio. c. 14 ſ. 1 n 7 iudicia quomodò exercenda c. 2 ſ. 10 n 4 in portis habebantur c. 2. ſ. 15 n. 8. iudiciũ prauum a corde prauo. c. 3 ſ. 30. n. 7. inquiſitio ante damnationẽ c. 3. ſ 28 n. 2. iudicium peruerſum impiorum. c 4 ſ. 15 n 4 iudicium & miſericordia exerceãtur c 6. ſ 2. n. 5. iudicia humana pro Deo deſpicienda. c. 6. ſ. 5 n. 2. in iudicio criminoſo qualis forma ſeruanda. c. 7. ſ 4. n. 3 iudiciũ in cauſa propria c. 1 ſ. 2. ſ. 8. n. 2 in iudicio manifeſtatio ſcelerũ ibid. Iudices quinam conſtituãtur. c. 2. ſ 10 n 4 iudices Chriſtiani inſtructus. c. 3. ſ. 23 n 8 iudicũ nimius rigor c. 3. ſ 26. n. 4. iudicibus patientiã & iuſtitiã Deus cõmendat. c. 4 ſ. 15 n 6 iudex nec amore, nec odio ducatur c 11 ſ 5 n. 5. cerrò & nõ temere iudicet. c. 11. ſ. 6 n. 5 iudicis oculus debet eſſe purus. c. 14 ſ. 1 n. 7 iudex torquet dãnat & abſoluit cõtra iuſtitiã. ib. procedendũ non temerè, ſed maturè. c. 3. ſ 13. n. 1.

Iudith fortitudo. c. 2 ſ 1 n. 3 pulchritudo c. 3 ſ. 13. n 5 Iudith Holopher. proſternit ib caſtus receſſus. c 9 ſ 3. n. 4.

Iurandi forma apud Hebræos. c. 14 ſ 10. n. 4. iurandi vitium inſanabile. n. 5. qui iurat, facile periurabit. ibid.

*Iuſtitia. Iuſtus.*

Iuſtitia quã ſit vtilis. c. 1. ſ. 5. n. 4. cęteras importat virtutes. ib. iuſtitia originalis. c. 1 ſ. 17. n. 2. quæ iuſtitia hominis ad Deũ. c 3 ſ. 13 n. 3. iuſtitiæ virtus deſcribitur. c. 3 ſ. 3 n 4 vbi iuſtitia, ib pax. c. 14. ſ. 6. n. 3. iuſtorũ calamitates. c. 1 ſ. 20. n. 1. iuſti cælo intenti. c 2. ſ 6. n. 5 Iuſti fortitudo per Chriſtũ c. 2 ſ. 9. n 5. iuſti a peccando retardãtur. c. 2. ſ. 2. n. 4 ſũs ligna vitæ. c. 2. ſ 20 n 3 1. iuſti animus paradiſus. c 2 ſ. 5 n. 4. iuſti amictus apud Deũ. c. 2. ſ 17. n 5. iuſtorũ laus ex cæcis tentatione n 7. iuſtus eſt iudex ſenſuum. c. 3 ſ. 22. n. 2. iuſti nec metuunt nec fallere ſciũt. c. 3. ſ. 13. n. 7 iuſtorũ crudelitas. ib iuſti timentur à malis. c. 3. ſ. 35 n. 6 iuſti vt Deũ prædicẽt, ſe humiliãt c. 3. ſ. 19. n. 9. iuſti probãtur vt aurũ c. 3. ſ. 34. n. 1. cũ ſerpẽte luctantur. c. 3 ſ 35 n. 4. vẽſtes mũdo. c 4. ſ 9. n. 2. iactura grãdis de morte iuſtorũ. ib. iuſtorũ mors præſaga calamitatũ. n. 2. iuſti poſt mortẽ Deo viuũt. c. 4 ſ 10. n. 3. mortui viuũt & mundo ib appetũt hic puniri ve viuãt in æternũ. c. 4. ſ. 13 n 2. iuſtorũ doctrina neceſſaria. c. 4. ſ 14 n. 3. iuſti viuunt, impij ſẽper mortui. n. 5. iuſtorũ & iniuſtorũ circa hanc vitã diſparitas. c. 4. ſ. 18. n. 5. iuſti cũ Deo mira vanitas c 4 ſ. 20 n. 6 iuſtorum vel poſt hyemem c. 4. ſ. 21.

c.4.ſ.21.n.2. iuſtorū deſideria ſatiantur. ib. iuſtus vt palma viuit, & moritur. n.3. iuſtorū ærūnæ, & perſecutiones. c.4.ſ.22.n.1. iuſti afflicti cælo inhiant. c.4.ſ.28.n. 10. quàm iuſtos Deus faciat. c.5.ſ.1.n.1. iuſti verè prudēs. ib. in cælū nauigat. ib. iuſtorū finis felicitas. c.5.ſ.8.n.1. iuſtorū remuneratio etiā in hac vita. n.7. iuſtorum præſentia velis improbis. n.8. iuſti ſeceſſum amant. n.9. iuſtus Deo oſtēſus dignus. c.5.ſ.3.n.4. iuſtorū caſus grauior. c.6.ſ.1.n.2. iuſti ſcopus eſt placere Deo c.6.ſ.5.n.2. iuſtorū præſētia mūdo ſalutaris. c.6.ſ.6.n.5. iuſtus benè iuſtorum familiā. c.7.ſ.1.n.1. iuſtorū ab improbis ſeparatio. c.7.ſ.4.n.4. iuſtis prodeſt pœna improborum. n.5. iuſtus remiſſior, quàm ſeuerior. ib. iuſtorū ad cælū iter inter ignē & aquā. c.8.ſ.1.n.5. à iuſtis plus Deus exigit. c.8.ſ.3.n.2. iuſtus paſſionum domitor. c.9.ſ.1.n.4. iuſti lapſus exſurgunt. c.9.ſ.9.n.6. iuſtus Deo grata victima. c.11.ſ.1.n.2. iuſti amantes quietē. c.11.ſ.2.n.4. iuſti ſecretum quæſita & facta. ibid. iuſtorū dona valde pretioſa. n.5. iuſtorū dulcia [illegible]. n.5. iuſti amant neſciri, & abſcondi. c.11.ſ.3.n.4. iuſtorū poſt tribulationes felicitas. c.11.ſ.5.n.4. iuſti honorāt, inſtruūt, & ſolātur orbē. c.21.ſ.21.n.1. iuſtorū fama celebris & iucunda. n.2. iuſtorū memoria ſuauis. ibid. iuſti ex lapſu velociùs curſum. c.11.ſ.12.n.3. in lapſibus iuſtorū ſignū virtutis. ib. iuſtorū à profanis ſegregatio. c.12.ſ.13.n.4. iuſtorū ſeceſſus cū Deo. ibid. iuſto nihil in terra proprium, ſed ad cæleſtia procurrendū. c.12.ſ.6.n.1. iuſtus mundo vtilis. c.12.ſ.4.n.6. remediū mundi. ib. iuſtū mutator iniuſti. c.12.ſ.7.n.4. iuſtos viri diſſimiles oppugnāt iniuſti. ib. iuſtorū vita ex iucundis & iniucundis contexta. n.5. iuſtis Deus magni facit. n.6. iuſtorum fortitudo in Deo. c.12. ſ.8.n.3. pœnitentia in aduerſis. n.3. iuſti patiētia exercētur. n.4. iuſtus luminare Dei. ib. iuſti virtus in aduerſis ſplēdeſcit. ib. iuſti tentationibus oppugnātur. c.13.ſ.1.n.2. iuſtorum modeſtia & humilitas inter opes. n.8. iuſtos nulli vult eſſe onerofos. c.13.ſ.3.n.2. honori & exiſtimationi aliorum ſtudet. ib. virtutes ſuas occultat. n.3. irradiat inter improbos. n.4. à iuſto ſeparari certum eſt exitiū. c.14.ſ.2.n.8. iuſtorum fama & nomen celebratur. c.14.ſ.3.n.2. cur iuſti affligantur, octo cauſæ. n.4. iuſti gaudium internum, pauor improbi. c.14.ſ.5.n.3. iuſti præſentia valet vt Deus exaudiat noſtras preces. c.14.ſ.7.n.4. iuſti in pœnis Deum laudant. c.14.ſ.10.n.8.


## L

*Labor. Laborare.*


LAbores aquis ſignificati. c.1.ſ.4.n.6. laborādū pro præmio cæleſti. c.2.ſ.1.n.8. labor quieti anteponendus. ib. laborandum pro æterna vita. c.3.ſ.8.n.2. & c.3.ſ.38. n.5. labor vtilis homini. c.3.ſ.38.n.4. labores malorum vani. c.4.ſ.1.n.4. labor iuſtorū fructuoſus. ib ſuauis. n. 5. labores impiorū. ib dulcis labor ad Deū currentis c. 4.ſ.1.n.6. per labores ad Deum iuſti currunt. c.4.ſ.16.n.8 laborum pro Deo fructus. c.8.ſ.1.n.5. laborādum poſt quietem. c.8.ſ.4.n.3. laborandum pro Deo. c.8.ſ.5.n.1. laborans pro Deo honorificè remuneratur. c.12.ſ.6.n. 1. laborantem Deus ſolatur. n.2. laborum prouentus. c. 12.ſ.8.n.1. labores & miſeriæ ſemper & vbique. n.3. laborandum & ambolandum in hac vita. c.13.ſ.5.n.3. labor communis omni creaturæ. c.14.ſ.1.n.6. laboribus conſtrata via Chriſti, & iuſtorum. c.14.ſ.8.n.9.

Lacrymarum duo genera. c.4.ſ.4.n.6. lacrymæ ſaulum Deo gratæ. c.4.ſ.4.n.5. lacrymarum laus. c.4.ſ.30.n.1. lacrymarum vis in pœnitentia. c.4.ſ.10.n.6.

Læſus lædentem conueniat. c.9.ſ.9.n.4.

Lætitia hominum falſa. c.4.ſ.2.n.5. lætitia vera cum virtute coniuncta. c.4.ſ.5.n.5.

Lamech grauius, quā Cain, punitur. c.4.ſ.20.n.4. Lamech factum ſuum exaggerat. ibid. Lamecho profuit confeſſio. ibid. Lamech pœnitentia & ſalus. n.6. homicidium, & libido. c.4.ſ.20.n.1. grauius, quàm Cain deliquit. c. 4.ſ.16.n.2.

Lamiæ deceptrices animarum. c.6.ſ.5.n.5.

contra Latrones. c.13.ſ.2. n.8. alij occulti, alij publici. ibid.

Latro in cruce timuit Deum. c.3.ſ.8.n.3. fiduciam in Domino docuit. c.3.ſ.9.n.3. Latronis in cruce impetratio. c.9.ſ.3.n.1. feſtina conuerſio. c.14.ſ.2.n.7.

Latus Chriſti crucifixi. c.2.ſ.4.n.5. latus Chriſti arca Dei. ib lancea percuſſum. c.4.ſ.43.n.4. apertū. c.6.ſ.6.nu.10.

Laudatio Dei propria iuſtorum nota inter labores. c.14.ſ. 7.n.6. laudare Deum nec diabolus, nec illius miniſtri norunt. ibid. propter laudes Deo exhibitas fiunt miracula. n.7. laudatio Dei ſacrificium & iter ad ad vitam. ib. laudis humanæ ſtudium inane. c.11.ſ.4.n. 4.

Lazarus mendicus. c.4.ſ.4.n.4.

Leuitarum culpa & pœna. c.3.ſ.6.n.3.

Leo deſcribitur. n.2. c.10.n.5. (30.n.4.

Leones in templis. c.3.ſ.27.n.2. à diabolo honorati. c.3.ſ.


*Lex.*


Lex Moyſis contra otium Hebræorum. c.2.ſ.8.n.2. continetur in lege Adami. c.4.ſ.8.n. 7. lex Dei facilis & ſuauis. c.5.ſ.7.n.4. ſuauis. ib. lex amoris & timoris. ibid. legem Dei difficilem cauſantur improbi. ibid. legem Dei aſperiorem iuſti ſallunt. ibid. lex Chriſtiana cogitatus prauos intercedit. c.5.ſ.4.n.6 facilis & ſuauis. c.5.ſ.5.n. 5. rigorem Moſaicæ attemperauit. ibid. lex Chriſti ſuauis. c.5.ſ.16.n.4 grauis non eſt. c.5.ſ.7.n.4. legis Chriſtianæ perfectio. c.5.ſ.12. nu.1. in lege gratiæ perfectio ſupra legem Moyſis. c.7.ſ.1.n.8. lex abrogata de non comedendo ſanguine & ſuffocato. c.9.ſ.2. n.1. lex Dei ſemper ante oculos ſit. c.9.ſ.3.n.6 lex Chriſti, non Moyſis, mundum obtinuit. c.9.ſ.7.n.9. lex Dei arx & ſcut. c. 12.ſ.4.n.1.

Liber principatus quis ſit. c.1.ſ.9.n.7.


*Libertas.*


Libertas hominis ad operandum. c.2.ſ.7.n.6. libertas humani arbitrij. c.3.ſ.2.n.7. libertas arbitrij neceſſitate n. 3.ſ.10.n.1. libertas arbitrij conſtituitur. c.4.ſ.7.n.7. ad bonum & malum. n.8. libertas peccandi carcer eſt. c.6. ſ.7.n.10. libertas arbitrij aſtruitur. c.7.ſ.1.n.2. cum propenſione ad malum. c.8.ſ.8.n.3.


*Libido. Luxuria, &c.*


Libidinū paludes. c.1.ſ.5.n.4. libidinoſi perſtringuntur. c. 1.ſ.8. luxuriæ noxiæ miſeriæ. c.2.ſ.1.n.4. libido iuſtis permoleſta. c.2.ſ.17.n.7. libidinoſi mutatio. c.3.ſ.7.n. 7. libido quo difficilior, eò grauior peccatoribus ſit. libidinis immunditiæ fructus pudor. c.3.ſ.9.n.1. initio contra libidinem obſiſtendum. c.3.ſ.12.n.4. libidine nihil abiectius. c.3.ſ.18.n.1. libido vindicatiſſima homine rationis compote. ibid. tyrānica nu.2. ad infernum late patens aditus. ibid. libidinoſi excipiuntur cum tripudio in inferno. ibid. cum libidine plura ſimul inſunt vitia. ibid. libidinoſi ſepulchrum. ib. libidinoſus dulce pabulum diabolo. ibid. libidinoſi domiſſi poſt peccatum. c.5.ſ.19. n.1. libidinoſi tunc cæci videbunt in tormentis. n.5. libidinoſæ animæ ſtatus abiectiſſimus. ib. libido ſigillum vitiorum omnium. nom.7. libidine nihil dedecoroſius. ib. libido inobedientiæ primæ pœna & ſignum. ibid. maxime damnatur poſt Chriſti natiuitatem. n.9. libidinoſus ad cæleſtia cæcus. c.5.ſ.31.n.4. libidinis ſcelus dolendum. ibid. libidinoſus ad omnia bona cæcus. ibid. libidinis mala recēſentur. n.7. luxurioſos manēt pœnæ. n.8. libido inſatiabilis. c.6.ſ.5.n.2. libidinis impetus, & augmentū. c.6.ſ.10.n.1. ardor exitialis. n.2. libido indigna homine. c.6.ſ.1.n.3. libido prodigioſa hominē. c.6.ſ.1.n.1. libidinum fugacitas. c.6.ſ.1.n.3. libidinoſus reſiſtit Spiritui ſancto. c.6.ſ.2.n.5. libido in Eccleſiaſticis damnatur. ib. incontinentia magnatū puniendi. c.6. ſ.1.n.7. in libidine tenebræ ac ſordes. c.6.ſ.4.n.2. luxuria pondus animæ. ib. peſtis exitialis. n.5. libidinē pauci nō ſentiunt. ibid. libido neſanda. n.6. captiuitas miſerrima. c.6.ſ.6. n.2. fornicarij raro conuertuntur. ibid. luxuria memoriam Dei tollit. c.7.ſ.1. n.4. impuritas in gehennam, pudicos in cælum fert. c.7.ſ.4.n.6. libidinum aſſultibus reſiſtendū. n.7. libido turpis & tenax. c.8.ſ.3. n.3. quæ libidinem accendunt. ibi libidinis quinam acres. ibi. ab aſſultu libidinis fugiendum. n.5. libidinoſi rarò conuertuntur. c.8.ſ.5.n.4. ſæpe in prius ruunt. ib. libido vincitur per Dei gratiam. c.9.ſ.7.n.1. turpia facta non narranda. n.6. lonum ſordes tegemus. c.11.ſ.1. n.6. luxurioſi flagitia ſua iactantes. c.11.ſ.5.n.8. libido inexplebilis. c.11.ſ.8.n.4. impuritas Chriſtianum dedecet. c.12.ſ.4.n.5. libido effrænata potentium. c.12.ſ.9. n.5. ignis omnia comburens. num.5. contra libidinoſus vindicta Dei memorabilis. n.2. libidinoſi affligantur diuinitus vt reſipiſcant. n.6. libidinoſus à Deo flagellatur. n.7. libido vſu nō reſtinguitur, ſed accenditur. n.9. carnales in fæcibus ſepulti. c.13.ſ.5.n.2. non erunt de cælo. c.14.ſ.2.n.3. libido equo ſimilis. c.14.ſ.5.n.6. quāta impuritas in verbis. c.11.ſ.10.nu.6. multitudo laborat impuritate. c.11.ſ.13.n.1. turpitudinis præludia. c.5.ſ.1. n.5. in cogitatu & in actu. c.5.ſ.1.n.3 & 4.

Licet ſua cuique tueri. c.1.ſ.10.n.4.

Ligna duo, ſcientiæ, & vitæ. c.2.ſ.4.n.17.

Ligni vitæ poma virtutem admirabilem habebant. ibid. lignum ſcientiæ cur dicatur. c.2.ſ.7.n.13.


*Lingua.*


Lingua ſerpentis gelum. c.3.ſ.2.nu.7. lingua mulieris inſtrumentum diaboli. ibi. lingua tertia valde pernicioſa. c.3.ſ.3.n.3. non loquendum aſperè cum reis. c.3.ſ.26.n. 1. linguæ impuræ ſupplicium memorabile. c.3.ſ.38.n.5. linguarum diuiſio quo anno facta fuit. c.11.ſ.1.n.1. linguarum varietas rurſum Babylonicam diſſecit. c.11.ſ. 9.n.5. linguarum varietas à Deo & quomodo facta. n. 6. lingua prima eſt Hebræa. c.11.ſ.10.n.1. ſeptuaginta idiomata primo fuiſſe orta. ib. in lingua morbus humanus. n.6. linguæ vitio nec perfecti carent. c.14.ſ.3.nu.3. linguæ impuræ homo non cenſetur inter homines. c. 14.ſ.9.n.5. linguæ benè loquentis benedictio. ib. loquacitas impura. ibid. impuritas in verbis. c.11.ſ.10.n.6.

Lis de peccatore apud Deum. c.6.ſ.8.n.6. lis Dei cum peccatore. ibid. lis inter fratres de hæreditate. c.13.ſ.2.n.7. lites ignominiam pariunt. n.9.

Locus obſcuriſſimus euoluitur. c.4.ſ.17.n.3.

Loth prudentia in electione. c.13.ſ.4. num.4. Lothi excuſatur

ſatur electio c.13.s.3.n.3. Lothi modeſtia.nu.6. captiuitas ad demonſtrandam virtutem Abrahæ c.14 s 3.n.4.

Lucrum ſolum eſt in vita æterna. c 4.s 18.n.4.

Qui ſua lucra, non Chriſti quærunt.c.9.s.5.n.2.

Luna deſcribitur.c.1.s.6.n.4.

*Luſitani.*

Luſitanorum nauigatio.c.1.s. 5. nn.2.Luſitani ad bella pro Chriſto nati.c.3 s.34.n.4. Luſitanorum ſtupēda nauigatio.c.11.s.2 n.1.& c.12.s.7.n.3.Luſitania maior, quā terra promiſſionis.c.13.s.5.n.1. Luſitanorū regnum & dominiū.ibid.Luſitanorum militia pro Chriſti fide.c.14.s 4.n. 3.victoriæ miraculoſæ.ibid.Luſitani ſolùm contra hoſtes Chriſti pugnant.ibid.

Lutherus apoſtata.c.3.s.3.n.3.Mahometis aſſecla.c.3.s.7.n. 5.carnis mancipium.ibid.

Lux commendatur. c.1.s.3.n.2.& n.3.& 5.Lux prima quæ fuerit.n.4.lucis ſignificata.n.5.

M

MAchabæorum matris admiranda dicta & facta. c.11. s.11 n.6.

Magdalene fletus.c.1.s.4.n.6.ad pedes Domini.c.3.s.26.n 6.

à Magis Dominus voluit adorari.c.11.s.5.n.5.

Magiſter amandus & timendus.c.12.s.4.n.7.magiſtratuum conninentia.c.9.s 9.n.3.Mahometis impoſtura, & impuritas c.3.s.7.n.5.maledici nocent ſibi.c.8.s.5.n.7.

*Malus, Malitia.*

Malorum impetus ad peccandum.c.2.s.1.n.4.malorum inlita leuia.c.3.s.1.n. 5.contra malos quomodo agendum, c.3.s 2.nu.2.malitia peccandi eſt ratio c.3.s.7 nu.9 mali ſunt tolerandi.c. 3.s.13.n.2 malus exulat, iuſto ciuitas virtus eſt.c.3.s.42.n. 1.mali bonorū virtutem oderūt.c.4. s.6.n.4.mali ſepulchris, boni moribus glorioſi.c.4.s.16.n. 8.malorum memoria infamis.c.5 s.1.n.1. mali ita ſunt, ac ſi non ſint.c 6.s.5 n.3.deteriores fiunt ex melioribus. c.6.s 2.n.6.mali bonis permixti.c.6.s 7.n. 10. à malorum conſortio fugiendum, c.8.s.2.n.4.malus bonū refugit.n. 5.malus malum amat & ſociat.ibid. malorū conſuetudo fugienda.c.8.s.3.n.6. malorū extremum quod ſit.c.9.s.4. n.2.mali à bonis tolerandi.n.3 mali Deum iudicem nolunt.c.11.s.6.n.3.malorū nomina vt indigna reticentur. c.11.s.1t.n.4 malorum conſuetudo periculoſa.c.11.s.13. n 3.malus miſericordiā Dei, bonus iuſtitiā efferr.c.14.s. 2 n.8.malus vrbi & orbi perniciosus. c.13.s.4.n.2.de malis alienis non lætandum.c.14.s.7. n. 3. malorum gloria & memoria perit.c.11.s.11.n.3.malis benè vtitur Deus c.2.s.4.n.13.malū & bonū tempore ſuccreſcit.c.3.s.4.n. 6.mala ſub ſpecie boni decipiunt.c.3.s.14.n.2.

Malus malos facere ſtudet.c.3.s.15.n 2 malitia in diabolo perſtringitur.n 3.s.31.n. 3. mala finiuntur fine mundi. c. 3.s 32.n. 1.malorum deſcriptio.n 2. mali cū ſimilibus ſecuti viuunt.c.4.s.17.n 2.mali virtutem oderūt, voluptatem amant.ibid.tolerantur, ex quibus naſcentur boni. c. 4.s 18.n.1.malorum memoria perit, bonorum viuit. c.4. s.19 n.1.mali malorum carnifices.c.14.s. 1. n 4. à nobis eſt malum.c.4.s 7.n.1.

Mambre quid ſit.c.4 s.7.n.1.

*Mandatum, Præceptum.*

Mandatum Dei leue & facile. c.2.s.4.n 11.& c.2.s.7.n.2.& c.3.s.37.n.2.& c.9.s 3.nu. 1. præcepta dulcia relinquenti mundum.c.12.s.3 n.3.præcepti diuini ratio.c.2.s.7.nu.2. qualitas n.3.

*Manſuetudo.*

Manſuetudo columbina.c.3.s.10.nu.2.iudicibus commendatur.c.4.s.15.n.6.manſuetudo commendatur c.8.s.1.n. 3.à Deo remunerata c.13.s 4 n.2.

Manus hominis vitioſa ſanatur.c.3.s.41.n.4.

de Margaritis non abiiciendis locus exponitur. c.3. s.5.n.2.

*S.Maria virgo Dei mater.*

S.Maria principium, & ſapientia.c.1.s.1.n.5.abacus Dei ibi. rutris Dauid.ibid admirabilis.ibid. ſcientia ſcientiarum. ibid.ducit in portum.ibi.mundum refecit.n.7. qualis erga peccatores.n 9.cælum. cælo diuinius.c.1 3.1 n. 3.cælū exornat.n.5.aſſumpta in cælos. ibi.qualis ab Spiritu ſancto.n 12 eius miſericordia.c 1.s.6.n.6.eius lacrymæ.c. 1.s. 4.n.6.Maria arbor, ſancti flores.c.1.s.5 n.7. eius fructus deitatis gloria ibid ab Spiritu ſancto roboratur.ibid. ſtupor & prodigiū c.1 s.6 n.3 per lunā ſignificatur.n.4. eius conſenſus voluntarius in matrem Dei.c.1.s.7.n.7.partus incomparabilis.ibi.miſericordia c.1.s.8.n.1.fortis & pulchra.c.1.s 9 n.5.eius virginitas libera c.1 s.10.nu.2.pulchritudo corporis & animæ. c. 2.s 1.n.3.interceſſio potentiſſima.ibi.nomen admirabile.ib famulandi ſtudium. c.2 s.2.n.6.S.Maria nouus mūdus n.12.in S.Maria opera ſex dierum conſiderātur.ibid.eius puritas & excellentia. c 2.s.3.n 4.dicitur à Filio Anima, & vnica n.11.paradiſus. c 2.s.4 n.6.eius vbera commendantur.ibid. lignum vitæ dicitur n.11.centrum ibid.eius obedientia.n.11.turbatio. n.14.S.Maria imitanda ibi.eius commendatio. c.2.s.5.n. 6.vterus virgineus.c.2.s.6 n.2.eius cōmendatio.ibi vtroque paradiſo excellētior.ib.S.Mariam cuncta reſpiciunt. ibi.eius deliciæ cum filio.n.7.vocatur paradiſus.ib.S.Mariæ fructus Ieſus, ibid.virginitas perpetua c.2.s 7.nu.8.ſignificatur S.Maria in Eua.c.2.s.8.n.6.vitam attulit. n.7. eius gratia redundat in homines.ibi.S.Mariæ typus Eua. c.2.s.9.n.5.Maria adiutorium Chriſto. ibid.Maria & Filius ſimiles.ibi corpore & anima glorioſa.ibid. qualis erga homines.ibi.Maria & Crux Chriſti.ibid.mater hominū.ibi.electa à Deo.c.2.s.10.n.7.filio perſimilis. ib in vno throno cū Filio ſedet.n.8.Mariæ vita ecſtatica c 2.s.11. n.7.ſpecies inditæ fuerunt S.Mariæ.ibid.eius gaudium in annunciatione.ibid Maria ſtans iuxta crucem ibi.Mariæ dolor incomparabilis. ibid.Maria in canticis celebratur. ibi ædificium Dei c.2.s.13.n.4. Mariæ ſymbola in rebus creatis.ibi.Maria exemplar virtutum.n. 5.à ſeculis expetita.ibi.eius dignitas.ibi.gratiæ infinitæ.ibi.donū & opus Dei.c.2.s. 13.n.9.Mariæ nomen ex nomine Dei.c.2.s.15. n.4.plenitudo gratiarum ex Filio.ib. cur parcè loquantur Euangeliſtæ de B.Maria.ibid. cur relicta poſt aſcenſionem Filij.c.2.s.16.n 7.aſſumpta à Filio in cœlū.ib. fæmineos erratus ſuſtulit.c.3.s.1.n.9 cum Angelo fatur.c.3. s.2.n.9.Mariæ vbera.c.3.s 3.n.7.cōmendatur pietas erga virg.Mar.ibi.mater fideliū ibid.eius ſilentiū.c. 3.s.4 n.1. tota in filium intenta.ibid.oppoſita Euæ.nu 8.ab Angelo ſalutatur.ibid.cur turbata eſt. c.3.s.5. n.1. Mariæ timor decentiſſimus.ibi.cura virginitatis.ibid.Euæ texit errata. c.3 s.6.n.6.eius timor in annūciatione.ibi.Mariæ inſedit maieſtas Dei:ibid.Maria ſtans iuxta crucem Ieſu.ib. Mariæ & Euæ Antitheſis.ibi.eius cōſtantia.ibid.S.Maria donum Dei.c.3.s.7.n.1.nutrit Eccleſiam.n.5. vitam gratis, & facilè impertit c.3.s.8.n.4.timet ſalutata ab angelo. c. 3.s.9.n.1.inuentrix vitæ.c.3.s.10.n.3.Mariæ ornamenta. n.4.potētia ib.humilitas miraculoſa.c.3.s.11.n.6.in S.Maria quieſcendū.n.10.erga illam affectus piiſſimus.ib.Mariæ vis ad nihil non peruincendū ibi. hominibus ſalutaris.ib.eius ſpecies mūdo ſalutaris c.3 s.12.n.5.ſolicita erga filiū.ibi.Mariæ oculi ſalutares.ib. conſuetudo potentiſſima c.3.s.13.n. 3 præſentia mitis affecit donis Baptiſtam.ibi.quantū ſuis conferat.ib ſoluit errata Euæ.c.3.s. 13.n.10 Mariæ qualis turbatio.ibi affectus in virginitatē.ibid.ſumma humilitas.c. 3.s.14.n.6.verbū à Patre hauſit.c.3.s.15 n.7.puteus Bethlehem.ibid. ſibi & nobis Deū peperit.ibi.ad Euchariſtiam inuitat.ibid.S Mariæ lacrymæ cū ſanguine filij mixtæ.ibid.S.Maria Dei menſa.ibid. omnium virtutum exemplar.c.3.s.16.n 9.Mariæ dicitur, ne timeas.c.3.s.17 n 7 Maria gratia ipſa eſt ibid.lactans filium.c. 3.s.18.n.1. operum Dei opus perfectiſſimum.ib. eius beneficia in ſibi fideles. ibid. Maria nos honorat & protegit.c.3.s.19.n.9. infantem Ieſum fouet in ſinu. c.3. s.20 n.3.Mariæ caritas erga filium. ibid. In S. Maria requieſcit Deus ab homine repulſus c.3.s. 21.nu.2 Maria ſpiraculum hominis.n.5.ſolicita pro Chriſtianis.ibi. perfugiū hominū.c.3.s.22.n.9.eius miſericordia ſuauiſsima. ibid.Deum nobis proprium reddidit ibid Mariæ Deus filius obediuit.c.3.s 23.nu.9. eius interceſsio efficax. c.3.s. 25.nu 4.non damnatur qui B.Mariam piè colit.ibid.eius obedientia incomparabilis.c.3.s.26.n.6 Merita circa incarnationē.ib.merita ſuper omnes iuſtos ib.ſolatur Adamū & Euam.c 3.s.27.n.7. dat cibum vitæ. ibid viri querimonias ſopiuit.ibi.erratum Euæ expiauit.ibid. mulierū vitia occultat.c 3.s.28.n.2 pro Eua fuit electa. c.3.s.19. n.9.cooperatrix vitæ.c 3.s 30 n.8. ante Mariam diſparēt motus primo primi.c.3.s.22.n.3.formidabilis diabolo.ib. de diabolo triumphat.c.3.s.33.n.3 eius pretium admirabile.ibid.ſuſtinuit iniurias Iudæorum.c.3.s 34 n.4.cōtra B.Mariam hæretici.c.3.s.35.n.1. contriuit ſerpentem n. 7.eius ſanctitas. ibid. B. Maria ſolus Deus maior. ibid. eius gratia in omnes redundat. ibidem. eius conceptus & partus miraculorum apex.c.3.s.36.n 3. virgo & mater Dei.n.5.nubes leuis n.6.illa benedicta, & propter illam benedicimur c 3 s.37.n.6. in illa ſummus honor & ſumma humilitas. c.3.s. 38. num. 5. nos propter illam benedicti.num.7 vitæ mater.c.3 s.39.n 6.per Euā prænunciatur.ibid.Deum & nos veſtiuit.c.3 s.40 n.4.nouus paradiſus c.3.s 41.n.5. per illam homo reſtituitur. ibid. templum Dei & domus hominum.ibid.eius exilium, & aſſumptio c.3.s 42.n.5.reducit exules ad Deum.c.3.s.43. nn.2.eius perpetua virginitas.c.4.s. 1.num. 3. illam eſſe Dei matrem cognouit Ioſeph. ibid.Maria felicitas Euæ. c.4 s.2.n.1.ſola culpam originalem non contraxit.nu.2. virgineus conceptus & partus n.5.naſci de Maria virgine ſummus Dei honor.ibid. eius dolor & patientia. c.4. s.3.n.4. Mariam Dei matrem præſciuerunt Adam, Eua & Abel.c.4.s.4.nu.5.Patres deſiderabant. ibid. per illam Deus noſtra mala aboleuit.ibid. illam vnice Deus reſpicit.c.4.s 5.n.5.in illa Deus requieſcit.Ibid.eius humilitas & maieſtas.c.4 s.6.nu.2 in ea multiplex nobis bonum.c. 4.s 7.num.8. ſine peccato originali concepta. c. 4. s.8. n.6.eius patientia & aſſumptio.num.8. regina coronata. ibi.immunis ab originali culpa.c.4.s.9 n.6.eius gratia & caritas.ibi.quid eſt in eius ore vitta coccinea.c 4.s.10.n. 4 dulcis fidelibus c.4.s.11 nu.5. immunis ab omni culpa. c.4.s.12.n.1.ducit nos ad Deum.n.6 nunquā non lucida ib

Bern.F man.l.in Gen.on 1.

ibid. pro nobis Deum ſol[illegible] c. 4. ſ. 3. n. 5. reconciliatrix cum Deo c. 4. ſ. 10. n. 4. illius gratias commendantur. c. 4. ſ. 5. n. 6 contra illam blaſphemiæ Iudæorũ c. 4. ſ. 16. n. 6. eius dolor iuxta crucem filij. ibid. Maria myſterium [illegible] c. 4. ſ. 17. n. 7. humilitatem ſuam non prædicat, ſed [illegible] c. 4. ſ. 18. n. 6. vellet comparatur. c. 4. ſ. 19. n. 7. dux exercet c. 4. ſ. 18. n. 6. [illegible] virginum. c. 4. ſ. 20. n. 2. Maria in paſſione & reſurrectione Filij. c. 4. ſ. 21. n. 5. eius virginitas & humilitas. c. 4. ſ. 22. n. 10 propter illam Deus ſuæ pepercit. c. 5. ſ. 1. n. 5. eius perſeuerantia in bono c. 5. ſ. 2. n. 4. prædeſtinatos fouet, reprobos non curat. ibid. eius excellentia deſcribitur c. 6. ſ. 1. n. 4. puritas incomparabilis c. 6. ſ. 2. n. 3. Dei tabernaculum. c. 6. ſ. 3. n. 4. ſtupendum miraculum. ibid. à Deo in matrem electa c. 6. ſ. 4. n. 3. puritatem communicat ibid. virginitas qua Deo placuit. c. 6. ſ. 5. n. 2. inuenit gratiam ibid. veræ mulieris archetypus. n. 3. flos virgineus. c. 6. ſ. 6. n. 2. odor ex virginitate. n. 5. per arcam Noe ſignificata. n. 6. Mariæ & Ioſeph caſtiſſima cohabitatio. c. 6. ſ. 7. n. 2. Dei arca. n. 12. arca bonis & malis ibid. eius humilitas ſuauiter olens. c. 7. ſ. 1. n. 4. humilitas Deo gratiſſima, ibid. humilis & ſublimis. c. 7. ſ. 2. n. 3. abyſſus incomprehenſibilis n. 4. expers reatus originalis c. 7. ſ. 3. n. 5. in ea ſimul pax & bellum ibid. ſanctitas incomparabilis c. 7. ſ. 4. n. 10 dolor in paſſione c. 8. ſ. 1. n. [illegible] requies, mons. n. 6. eius commiſeratio erga homines. c. 8. ſ. 2. n. 6. ſumma cerata mulierum. ibid. ad illam confugiendum. c. 8. ſ. 3. n. 8. exercuit opera miſericordiæ cum filio. c. 8. ſ. 4. n. 5. doloribus exercita. n. 7. eius potens interceſſio c. 8. ſ. 5. n. 8. pulchrum nobis Deum reddidit. ibid. puritas admirabilis c. 8. ſ. 6. n. 5. domina rerum. ibid. dignitas eius incomparabilis. c. 8. ſ. 7. n. 2. ab eius virtutibus odor ſuauiſſimus. n. 6. amore tranſfixa. c. 8. ſ. 8. n. 5. eius laudatio. n. 6. Maria & Ioannes comites. c. 9. ſ. 1. n. 4. patris & amoris mater. c. 9. ſ. 2. n. 8. à nobis ſalutanda ibid. mundo ſalutaris c. 9. ſ. 3. n. 5. per illam Deus exoratur ibid. eius encomia. c. 9. ſ. 4. n. 2. compaſſio & impetratio. c. 9. ſ. 5. n. 4. virgo & mater. n. 4. inſignis pietas erga ſuos fideles. c. 9. ſ. 6. n. 5. tabernaculum Dei. n. 6. oculorum eius pulchritudo. c. 9. ſ. 7. n. 1. ſuum genus illuſtrauit ibid. exempta a lege peccati originalis. c. 9. ſ. 8. n. 1. hominum perfugium. n. 6. immunis ab omni reatu ſemper extitit ingratus. c. 9. ſ. 9. n. 6. matrem ſuam Deus honorat, & ab omnibus honorari iubet ibid. illam etiam inuiti hæretici laudant. c. 9. ſ. 10. n. 3. eius humilitas incomparabilis. c. 9. ſ. 11. n. 8. ancillam ſe exhibuit Eliſabeth. ibid. Mariæ honor ex humilitate. ibid. Maria poſt Chriſtum optimũ Dei opus. c. 9. ſ. 12. n. 4. illam celebrant etiam hoſtes Dei. ibid. eius humilitas admiranda. ibid. ſola Maria digne Deum laudat ibid. ſummum eſt Dei præconium. ibid. mater miſericordiæ n. 8. non colere pie Dei matrem, ſignum eſt reprobationis. ibid. terrenos honores non habuit in vita c. 10. ſ. 1. n. 3. dicitur ſanctificatio. ibid. eius verba mel & ſauus c. 10. ſ. 2. n. 5. expetebat incarnationem verbi. n. 7. exaltata a Deo. ibid. Mariæ interpellatio. ibid. eius vita ante aſſumptionem. c. 11. ſ. 1. n. 3. amores Dei & creaturarum Maria ibid. eius pulchritudo. c. 11. ſ. 3. n. 5. ſuas virtutes & gratias occultat c. 11. ſ. 4. n. 3. eius verecundum ſilentium. ibid. eam ſalutat angelus. c. 11. ſ. 5. n. 2. Dei habet leuis n. 7. in ea Deus homo triumphat. ibid. Deus magnitudinem ſuam in ea oſtendat ibid. eius fides c. 11. ſ. 6. n. 3. humilitate promeruit vt eſſet mater Dei. n. 9. ad eius verba honorem fugit. Chriſtiani c. 11. ſ. 7. n. 8. nutrix fidelium. ibid. pietas in virginem ſignum eſt prædeſtinationis. c. 11. ſ. 8. n. 6. eius humilitas [illegible] c. 11. ſ. 9. n. 3. [illegible] n. 4. à contemplatione ad operationem currit. c. 11. ſ. [illegible] n. 5. generis humani decus. c. 11. ſ. 11. n. 7. arca Moyſis ibid. Maria roſa, Eua ſpina. ibid. eius dolor iuxta crucem Filij. c. 11. ſ. 12. n. 6. interemptrix hæreticorum. c. 12. ſ. 1. n. 5. [illegible] à Filio cumulata gaudiis. c. 12. ſ. 14. n. 7. Deum pro nobis exorat c. 12. ſ. 2. n. 4. eius fides & humilitas c. 12. ſ. 3. n. 3. virga cuius flos Chriſtus c. 12. ſ. 3. n. 2. humilis & ſublimis. n. 4. eligens contemni honoratur. n. 5. eam prædicant etiam Mahometani. n. 7. velut monialis virgo c. 12. ſ. 4. n. 4. cui Dominus eam appellat mulierem. n. 4. eius vita peregrinãtis. c. 12. ſ. 5. n. 5. sequitur Dei hominum n. 7. mit [illegible] fouet ſocietatem Ieſu. ibid. quid eſt Deo lucrata eſt. c. 12. ſ. 6. n. 1. Deo gratias habet. c. 12. ſ. 7. n. 4. mater ſalutis & miſericordiæ. c. 12. ſ. 8. n. 7. eius duplicata pulchritudo. c. 12. ſ. 9. n. 2. eius admirabiles gratiæ n. 4. magnificentia erga homines. ibid. aſſumptio in cælum. c. 13. ſ. 1. n. 2. eam ſibi Deus eſſinxit ib. ea pluris fit, quam totus mundus. ibid. aſſumptam in cælum quæ pompa comitetur ibid. eius internæ diuitiæ. c. 13. ſ. 5. n. 7. dolor & patientia n. 9. officina virtutum n. 9. infinita perfugia. ibid. eius electio feliciſſima. c. 13. ſ. 3. ſ. n. 3. in virginitatem amor. ibid. virgo mater. ibid. eius hæreditas filius Deus. ibid. ſuas occultabat virtutes. ibid. eam contuentur ſancti & peccatores n. 4. benedicta terra a Deo. c. 13. ſ. 4. n. 5. per eam vita venit. ibid. ſignũ reprobationis alienari à virgine ibid. iuſtorũ firmamentum. ibid. pro nobis orat. c. 13. ſ. 5. n. 3. [illegible] amoris diuini. ibid. reuelatrix myſteriorũ ibid. fons miſericordiæ. c. 14. ſ. 1. n. 7. pietas in virginem ſignum prædeſtinationis [illegible] fideles. ibid. de plenitudine eius omnes accepimus ibid. eius paſſio in paſſione filij. c. 14. ſ. 2. n. 9. eius innumera miracula c. 14. ſ. 3. n. 4. ab ea ſuſpenſi ſunt omnes ſancti. ibid. vel ſola eius recordatio miræ virtutis eſt. ibid. Mariæ nomen auditum cõmouet Deum ad miſericordiam. c. 14. ſ. 4. n. 6 eius impetratio certiſſima. ibid. [illegible] miſericordiam cõmunicat æternis. ibid. Maria remedium Euæ. ibid. Maria vallis regia c. 14. ſ. 5. n. 8. certo & præſto adeſt ſuis fidelibus. ibid. inter Mariam & ſeruum peccator plenus ſpei. c. 14. ſ. 6. n. 6. Maria eſt opus diuinæ miſericordiæ c. 14. ſ. 7. n. 2. eam illuſtrandam accepit tota Trinitas n. 5. ſub vmbra illius cõſidendum ibid. ab illa petitur panis, & vinum. c. 14. ſ. 8. n. 7. illi poſt Deum debemus Euchariſtiam. ibid. iuxta crucem ſanguinem filij excipiebat ibid. imitãda a ſacerdote c. 14. ſ. 9. n. 2. noſtra pietas apud illam, & gratia illius apud Deũ valet n. 8. eructauit amorem, humilitatem & miſericordiam. c. 14. ſ. 10. n. 4. diuina gaudia cum filio habet, & hominibus com[illegible] ibid. ad Mariam vitæ fontem quieſcendum n. 9. Mariæ laudibus totum hoc opus conditum eſt. ibid. virgo mater auctorem ad partum adduxit ibid. homini eſt incomprehenſibilis. ibid. ſtupidos & mutos reddit maieſtas virginis Deiparæ. ibid. eius pulchritudo. c. 4. ſ. 13. n. 6.

Maria fluuij, lacus, inſulæ c. 1. ſ. 5. n. 2. maris tempeſtas & ſerenitas. ibid. mare quàm admirabile ibid. mare rubrum trauſierunt Hebræi. ibid. mare Chriſtum agnouit n. 3. Dei potentiam demonſtrat. c. 1. ſ. 7. n. 2.

*Martyr. Martyrium.*

Martyres Chriſtum etiã ſuum continentes animantur c. 2. ſ. 17. n. 3. martyres gloria Dei. c. 3. ſ. 6. n. 4. martyrum a[illegible] [illegible] felicitas c. 3. ſ. 7. n. 1. martyrum virtus & pietas. c. 4. ſ. 7. n. 6. martyres quotidie in occulto. c. 4. ſ. 21. n. 2. martyrum exceſſus. c. 9. ſ. 6. n. 6. martyr ſanguinem ſanguini reddit c. 12. ſ. 6. n. 2. in martyrum Dei gratia. ibid. martyrum coronæ a Deo contextæ ibid. martyres Chriſti quotidie. c. 13. ſ. 1. n. 2.

Matrum dolor & amor. c. 4. ſ. 14. n. 1.

Mater optimè filium inſtituens. c. 9. ſ. 8. n. 3.

Mathuſalem longæuitas c. 5. ſ. 3. n. 1. eiuſdem exequiæ. c. 7. ſ. 1. n. 5.

Medicus ſummus, & medicina ſumma morbum ſummum demonſtrat c. 3. ſ. 14. n. 1.

In medio, quid ſignificet. c. 2. ſ. 4. n. 15.

Mel è ſacrificiis ablegatum c. 1. ſ. 3. n. 2. melius fauì, prædicatio, & oratio. ibid.

*Melchiſedech.*

Locus Pauli de Melchiſedech non conuenit Sem c. 14. ſ. 6. n. 2. Melchiſedech Chananæus fuit dynaſta ibid. excepit quidam Abrahamum c. 14. ſ. 7. n. 3 eius ſacrificium panis & vini n. 3 de ceteris dicuntur ſacerdotalia. n. 5. ſacrificauit panem & vinum, & illi apparuit Abrahamum. n. 6. præfigurarunt ſacerdotium & ſacrificium Chriſti c. 14. ſ. 8. n. 1. verus fuit Dei ſacerdos. c. 14. ſ. 9. n. 1.

Membra cur ſint pudenda. c. 2. ſ. 17. n. 6. & 8.

Mentis imperium c. 1. ſ. 9. n. 5. mentem Deus intuetur n. 6.

Mentiri primum peccatum n. c. 4. ſ. 16. n. 1.

Meretricium præmium c. 1. ſ. 16. n. 3. meretricum infamia. c. 3. ſ. 35. n. 6. mercenariis citò perſoluendum. c. 8. ſ. 4. n. 1.

Merita ex laboribus. c. 2. ſ. 6. n. 5. meritorum lucra n. 6. merito Chriſti fortiores ſumus contra diabolum. c. 3. ſ. 11. n. 8.

Merendi tempus eſt hæc vita. c. 3. ſ. 30. n. 8.

Merita & bona noſtra ſunt Dei depoſita c. 14. ſ. 7. n. 5. Meſſiæ iuſtitia & fides. c. 14. ſ. 1. n. 2.

*Miles.*

Milites regis vngues c. 3. ſ. 19. n. 5. milites Chriſtiani. c. 3. ſ. 14. n. 4. militia Chriſtiana contra vitia. c. 4. ſ. 21. n. 4. milites Chriſti intrepidi & expediti c. 7. ſ. 1. n. 8. militum victorum inſolentia. c. 14. ſ. 2. n. 7. milites regi [illegible] c. 14. ſ. 10. n. 9.

Miraculo gentilis conuertitur. c. 14. ſ. 7. n. 6. miraculorum vana expectatio. c. 3. ſ. 17. n. 9.

*Miſericordia.*

Miſericordia Dei c. 1. ſ. 1. n. 8. & ſ. 2. n. 10. [illegible] cum miſericordia. c. 1. ſ. 1. n. 9. & ſ. 3. n. 4. & n. 6. & c. 2. ſ. 1. n. 6. miſericordia prælatorũ c. 4. ſ. 4. n. 7. miſericordiæ in[illegible] hominis ad conuerſionem Deus præmittit c. 3. ſ. 12. n. 4. miſericordia Dei ſummè laudanda c. 3. ſ. 26. n. 7. miſericordia Dei multiplex. c. 3. ſ. 33. n. 3. erga pauperes c. 4. ſ. 7. n. 1. miſericordia ante iudicium. c. 6. ſ. 1. n. 1. miſericordiæ opera commendantur c. 8. ſ. 4. n. 1. miſericordia non perit. c. 8. ſ. 1. n. 5. in diluuio. ibid. mundũ conuertit. n. 6. miſericordiæ humanæ laus n. 8. miſericordiæ [illegible] exemplum. c. 8. ſ. 8. n. 6. miſericordia in pauperes Dei vindictam auertit. c. 12. ſ. 9. n. 5. miſericordia danti prodeſt. c. 13. ſ. 1. n. 2. miſericordiæ diuinæ reſpondendum c. 14. ſ. 10. n. 8.

Mira Dei miſericordia erga nos c. 9. ſ. 3. n. 6. miſericordia in proximos c. 14. ſ. 4. n. 4. Dei erga Niniuitas c. 5. ſ. 3. n. 2.

Moleſtia & humilitas mens, quæ præſunt. c. 1. ſ. 9. n. 8. [illegible] d. [illegible]

beſtiam docemur ex coniunctione corporis c.2.8 3. n.7. modeſtia, & humilitas. c 3 s.6 n.2. modus præſcribitur in ſebus eis s.7 n 2.in ſentiendo.c.3 s.34. n 7. modeſtia ſenſuum externorum. c 9 s 7. n 1 oculorum. ibid.maior modeſtia in Ægyptiis, quàm in Chriſtianis.c.1 s.1.9.n 3.
Monachus qui mulieres neſciebat.c.2 s.13.n 4.
Monialium clauſura c.6.s.6 n 8.
S. Monica mater S. Auguſt. c.3.s 7.n 4.
Mores aliorum quomodo ſunt obſeruandi.c.8.s.8.n.5.

*Mors.*

Mortis recordatio c.1.3 2 n.6.mors n 12 mors lucrum c.2. a 3.n.12.mortis meditatio.c. 2 s 3. n. 8. mors vnde accidit homini c.2 s.8 n.1 mors iuſta per peccatum.n.2 inobedientiæ pœna. ibid.mortis imago prima.c 2.s.11. n. 3. mortales nos eſſe nouerimus c.3 s 8 n 1. mors quotidiana.ibid in morte fidendum miſericordiæ diuinæ. c 3.s 9. n. 3.mortis recordatio continet in officio. n 4. mors humiliat ibid.de morte Iob tenerè loquitur n 5.mortis recordatione perturbationes ſedantur.ib.mortis recordatio firmam reddit animam.ibid. mortis menſa apposita. c.3. s.10. n.1. morte triplex malum peccatori ſubeundum. c. 3.s.22. n 2.moribundos tentas acriùs hoſtis. c. 3.s. 35.n. 4. mors plena periculis n.5.mortis pœna cum miſericordia.c.3.s. 38.n.6. morte peccare deſiſtimus n 7. mortis hora incerta. ibid. mors non intra, ſed extra paradiſum adeſt c 3 s 41.n.8.mors peccata reprimit.n. 3 homini ſalutaris eſt.ibid. ærumnarum terminus. n 4. mors iuſtorum, & malorum diſpar.c.4.s 15.n.4. & s.16.n.8. morte immatura cur aliqui rapiuntur. c.6.s.16 n. 3. mori prodeſt malis ibid. morte quieſcunt mala opera. c 5 s 3 n 3. mors infelix malorum. c. 6. s.2. n.3. mors inter delicias infelix.c. 6 s.6.n.3 mori vtile obſtinatis.c.7 s.4.n.8 mors infelix in iuuentute ibid. diſpar bonorum & malorum. c 8 s.1 n.5 mors iuſtorum expetenda. c. 11 s.5.n.4. felicium infelix.ibid potentium humiliatio in morte.c 11.s. 81 n 3. mortis recordatio perutilis c.6 s.2. n.5.
Mortificatio cupiditatum. c.1.s 3. n. 8. neceſſaria. c.3 s.38. n 2. continua.c.3.s 42 n.5. religioſorum. c.4 s. 22. n. 2. iuſtorum.c.7.s.4 n 2.mortificantium ſe conſtantia. c. 3 s. 8 6 n 6 mortificatio paſſionũ c.6 s.7.n.10 &c.14. s.5 n.6.
Motus primò primi non ſunt peccata. c. 3.s.7. n 5. motus vocabula de Deo metaphoricè dicuntur. c. 11. s.5 n. 1. motus cœlorum. c. 1.s.6 n 5.

*Moyſes.*

Moyſes operando Deus c.1.s. 1.n. 7. cæli concentu delinitus.c.1.s 2 n.5.Moyſis vxor irridetur.c.2.s. 16.n.6.Moyſis manſuetudo.ibid in vxorem amor. ibid. ſumma laus ibid. propter humilitatem Deus afficitur regum.c.3.s.16. n.4.humiliatus vt eleuetur. c.3.s 22.n. 8. impetitur gladio angeli. c 4 s.1 n. 3. Moyſis continentia poſt munus propheticum.ibid.virtute Deus dicitur.c 4 s 3 n.3. Moyſis modeſtia in honore.c 4.s.6 n. 3. Moyſes Dei gloriam quærebat.ibid.honorem fratri defert n.2. oblatum recuſat honorem. ibid.Moyſen mori nemo vidit c.4.s 8. n. 5. calceis non vtebatur c 4 s 17.n 6 Moyſis dolor in morte c.7.s 2 n 3 honorum contemptor.c.9.s 5.n. 2. Moyſis vita inculpabilis n 6 Moyſis oratio efficax. c.4 s. 9. n. 2. Moyſes in dignitate fidelis. c.14.s.4.n.1.

*Mulier.*

Mulieris prærogatiua cum viro eadem c.3 s.10 n. 1.2. mulier præceptum acceperit c 2 s.7 n.6 mulier nimis compta.c 2.s.8.n.3. mulieris ingenium. c 2 s. 9. n. 1. vbi fuit mulier creata.ibid.cum viro comparatur ibid. mulierem Deus commendat.n 2. mulier Dei beneficium. ibid. adiutorium viri.ibid. peperit redemptionem. n. 3. mulieris conditio ibid. à viro qualiter tractanda. ibid. non pareas oculis.n.4.qualis abſente viro.ibid.virum excuſa. ibid. virum expectans.c 2 s.12. n. 6. mulier propter virum. c 2. s.12.n.2 periculoſa viro n.5.cur è latere viri ibid. mulieris ſubiectio.ibid qualiter tractanda. ibid. ſine viro infirma.n.6 cum viro firma.ibid mulieris ad leniendum vis. ibid. domum perficit. c 2 s.13. n. 1 domus dicitur. n. 5. domi procuret ibid. mulierem viro Deus tradit. n. 6. à viro tractanda n. 8. mulieris inſtitutio. n.9 viro portus. ibid. eius corpus à viro.c. 2.s 14 n 1. mulieris ſit natio prima ſemel extitit. ibid mulieris cognitio vbi formata eſt n 3 mulier virum veneratur c 2 s 15 n.1 mulier ſecundus homo.n 3.à mala grande malum. ibid. mulieris ambitioſus apparatus c s 17 n 5.cur ædes dicatur ibid. muliebre munus. ibid. mulier diuinæ iuſtitiæ ſatelles. c.2.s.25.n.2 mulierum blanditiæ c 3 s 1.n 8 mulierum fraudes ibid malitia mulieris ibid mulierum pietas maior, quam virorũ n.9 mulier faciliùs decipitur, & decipit. c.3 s 2.n. 1.mulierculæ diaboli internunciæ.n 8. mulier incauta & imprudens c. 3 s 4 n 1 mulierũ garrulitas.ibid. mulier bona deſcribitur.ibid. qualis erga maritum n. 2. cur foras excurrat. ib. mulieris coniugatæ inſtructio. ib. mulieris ſilentium.ibid mulier nutrix.n. 3 mulier periculoſiùs labitur n. c.mulieris verecundia in confeſſione n. 5. ob ea ſe ad colloquendum cum beſtia. n. 7. mulierum leuitas perſtringitur, ibid a muliere ſtrages malorũ. c 3. s 6 n.5.mulier mentitur in Deum c. 3 s 7. n u 1. nunquam Deum mentitur. ibid ſerpentem auſcultare deberet nu. 2. mendax & ingrata. ibid. mendax quæritur de viro. n 4. mulieris proclinitas in peccatũ n 7.ſuperbia.c.3 s 9.n 4. mulier diuinitatis ſpe inflatur c.3 s 11 n 1 mulierum curioſitas n.7 mulieres adminiſtræ ſcelerũ ibid mulier decipiendo viro aptiſſima. nu. 9. mulieres arma hæreticorũ. ibid. mulieris vis ad permouendum virum ibid virtute, quàm decore præſtat.c.3 s.13 n 5. non irritanda ad malum.n 6 pulchritudine capitur ibid. mulieris qui mores eſſe debent n.10 loquacitas .ibid. appetitu ducitur. ibid. ſciendi cupida. ibid. pulchritudinem pomi noxiam non putat.c.3 s 14.n.1. iudex eſſe vult inter Dei, ac ſerpentis dicta n.3 Deo poſthabito credit ſerpenti.ibid. inſipienter ſciens.ibid. mulieris naufragium. n 4 à muliere grauiſſima tentatio.c.3.s.15.n.4.mulieris arma amor ib mulier quo mollior, eo fortior contra virũ c 3 s.17.c 2. amanda & honoranda a marito.c. 3.s. a 8.n.1 .moderate tamen ab. humiliatur in coniu. n.2. mulieres plures in cælo, quàm viri.ibid.mulier culpam excuſat. c.3 s.29 n.2. vindicatur a calumniis n.6 eius in virũ amor. n.7. excuſatur mulier, non vir. ibid.de diabolo triumphat.c.3.s.33. n.2. & nu.3. mulier fugat, vir laceſſit hoſtem c 3 s 37 n 6. vlciſcitur ſe de diabolo per pœnitẽtiã. ibid.a muliere virtus, & victoria.ibid.mulieres habitu lugubri Euã lugeant, & expiant. c.3.s.36.n.1.mulier Chriſto mortem pepetit. ibid, ſubiecta viro n.6.mulieris grauis ſed vtilis ſubiectio n.7. ſilentium indicitur.ibid.eius ſubiectio cap.ſtatur.ns 8 eius amor erga virum.ibid mulieris caritas erga vir & filij. ibid. eius vis ad vincendũ virum ca 3.s.37. n 2. mulieres viro ſyrenæ ibid mulierẽ latere & neſcire decet.c 3.s 39. n. 1. mulier veſtit virum, quẽ nudauit.c 3.s 40 n 4 honorãda à viro.n. 5. curet de viro.c 3.s.42. nu. mulieris nuptæ ac matris ærumnæ c 4.ſ.2.n 1.mulierũ adulteria prima c 4. s.10.n.1. mulierum ornatus pennæ ad malum.ibi mulieris vis ad flectendum virũ.c 6.s.1.n.4.mulieris frangit vires. ibid.mulieris in virum dominatus.ibid. mulierũ conſuetudo fugienda. c 4.s 2 n. 3. mulieres admirantur pulchra c 6 ſ 3.n 1 mulier periculoſa & fragilis.c.6. s.4. nu. 5.virũ iuſtum ad ardua comitatur.c 8 2 1 4 nec in coniugio famulatum ſuum exemit. ibid. in mulieribus mira conſtantia.c.12 s.8 n.2. quæ eligenda in vxorẽ. n.5. mulierum ſtudium commendi.ibid.latere debet mulier, ne ſit ſcandalo.ibid. in abſcondito tuta eſt,c. 12.1.9 n 4.

*Mundus.*

Mundus habuit initiũ c.1.s.2.n 1.mundi chorus.n 4 mutationes.ibid mũdus inſtar nauis.ibid.palæſtra Chriſti ibid. mundus propter Chriſtum & matrem eius Virginẽ. n. 5. liber Dei.n.6.ante Chriſti aduentum. c.2. s.2 n.6 à Deo conditus n.7. eius bona inania. ibid. falſa. ibid. inſania falſa ibid.mundi ornatus a Deo ibid munus mare.n.1 2. in benefaciendo tardus c. 1.2.3.n 2.verè creatus eſt. c. 1.s. 3.n 8.mundani homines.c.1 s.6. n 4. mundus palatium & conuiuiũ c.1 s 9.n.1 palæſtra. ibid.mundi contemptus c.2 s 6.n 8.fallacia.c.3 s.8 n.2. abiectio & ſenitas c. 3. 2. 32.n.1.mundi bona relinquere, & mala pati glorioſũ eſt. c 4.s.11 n.5 mundi bona perperam diligimus c.4. s.14 n 3 mũdus homine minor & vilior. c 4 s.18 n.1 mundi gloria periculoſa.c 6.s. n. 1 mundi vitioſi egregia deſcriptio c 6.s 4 n 3 ſtatus corruptiſſimus c 6.s.6.n.1 calamitates mundi trahunt ad Deum.n 4.eius ſtatus in diluuio.c 6 s.7 n. 5.mundum vti puerum Deus erudit c. 7 3. 4.n 8 eius ſtatus poſt diluuium c 9 s.4.n. 3 mundi contemptus c.14.s 3.n.2 mundi negotia impediunt animam. c.14 s 4 n 4.rerum in mundo Deus habet dominium, homo vſuſfructum c.14 s.10 n.7.
Munificentia digna principe.c.1 3.s.5.n 2.
Myſteria Dei non temere euulganda.c.9 s 5.n.1.

N

NAbuchodonoſor.c.6 2 3.n.3.
Natiuitas Domini dulciſſima.c.3.s 43.n.1. porò ſanctèque celebranda.c 4.s 19 n.3.
Naturæ vis in deſtructionem.c.7 s 2 n.5.
Naufragium commune.c.1.6.s.n.12.naufragiũ generis humani.c.3 s.19 n 9 naufragium Adami depingitur. c. 3. s.13 n.1 nauigantium cupiditas.c.11.s.2 n 1.
Neceſſitas peccandi voluntaria. c. 3 s. 11 n.7. neceſſitas origo latrociniũ.c.4.s.18.n.4.neceſſitatis, non voluptatis, ratio habenda c.6 s 6 n 8.
Negligentia hominum.c.2.s.13.n.9 malorum cauſa c 3.s. 26 n 8.
Nemrod ſuperbia contra Deum.c.10.s.1. nu 3. tyrannis, & idololatria.ibid.contra Deum inſurgit.nu.4, eiuſdem ſuperbia.c.11.s.4.n.1.
Neophytus ordinatus efferetur in ſuperbia.cap.3.s.5 n 3.
Nilus Aegypti fluuius.c 2 s.5 n.3.

*Niniue. Niniuita.*

Niniue magiſtra pœnitentiæ.c.3.s.16.n 7 Niniues commutatio.

ſatio. ibid. in Niniuitis elucet miſericordia Dei ibid. Niniuitarum prudentia & pœnitentia. c. 3. ſ. 17. num. 6 eorum pœnitentia c. 4. ſ. 22. n. 9 pietas in parentem. c. 16. ſ. 1. n. 1.
Nobilitas ad malum, & bonum proficit. c. 4. c. 18 n. 6. nobilitas vera in virtute eſt c. 6. ſ. 5. n. 3.
Nocet ſibi grauius, qui nocet aliis c. 3. ſ. 34. n. 2.
Noctes primæ erant coſcigæ c. 2. ſ. 2. n. 12.

*Noë.*

A Noe multa hominibus commoda c. 5. ſ. 9. n. 3 Noe nomen erat prædicatio. ibid. an Noe plures, quam tres, habuerit filios. n. 5 Noe mira caſtitas. n. 6. amor erga parentes. ibid. tam inter malos innocentia. c. 6. ſ. 5. n. 1. Noe Deo gratus. n. 2. eius admirabilis genealogia n. 3. perfectio inter malos. n. 6. Noe à commercio impiorum ſe proripit. c. 6. ſ. 6. n. 4. pater ſanctioris mundi. ibid. eius fides & iuſtitia. ibid. ſancti mores deſcribuntur. n. 5. obedientia & fortitudo. c. 6. ſ. 7. n. 2. caſtitas inſignis. c. 7. ſ. 2. c. n. 1 obedientia commendatur. n. 5 quo puncto diei ingreſſus eſt arcam. c. 7. ſ. 3. n. 3. reparator humanæ dignitatis. n. 4. Noe ſecurum Deus reddidit. c. 7. ſ. 3. n. 3. eius conſtantia commendatur. c. 8. ſ. 1. n. 1. Noe bonum egit patrem familias c. 8. ſ. 2. n. 1. ſine obedientia nec intrat nec exit ex arca. c. 8. ſ. 6. nu. 1. egreſſus ex arca in coniugium. n. 3. quandiu in arca moratus. ibid. eius gratitudo erga Deum. c. 8. ſ. 7. n. 3. amor in Deum. n. 7. Noe felicior in prole, quam Adam c. 9. ſ. 1. n. 1. pius virtus donatur à Deo. n. 2. Noe poſt diluuium filios non generat c. 9. ſ. 4. num. 1. eius mira continentia. ibid. eius agricultura c. 9. ſ. 5. n. 1. eius ebrietas excuſatur. n. 6. vbi nam dormiuit Noe. c. 9. ſ. 6. n. 1. figura fuit Chriſti crucifixi. n. 5 eius poſt diluuium continentia. c. 9. ſ. 12. n. 9. vita poſt diluuium c. c. 1. ſ. 8. n. 9.
Nomen indeos, & vindicta c. 1. ſ. 1. n. 9. nominum commutatio. c. 2. ſ. 10. n. 2. nomine proprio compellare ſignum amoris. c. 3. ſ. 23. n. 7 nomen proprium odio reticetur ibid. vnde nomen primæ mulieris c. 3. ſ. 39. n. 1. nomen Iehouah nunquam hominibus tributum c. 4. ſ. 1. n. 1.
Nuditas priorum parentum. c. 2. ſ. 17. n. 1. nuditas quæ inuerecunda. n. 6. nuditas impudens inobedientiæ pœna. ibid. nuditas Adami qualis ante & poſt peccatum. c. 3. ſ. 23. n. 1.
Nuptiæ honorantur à Chriſto Domino. c. 3. ſ. 14. n. 3. nuptias celebrandi mos caſtralis. n. 4. nuptiæ à diabolo vitiantur. ibid.
Nurus multum debent ſocerus, & ſocribus. c. 11. ſ. 3 1. n. 6. nurus pulchre admonentur. ibid.

O

*Obedientia.*

OBedientia prompta c. 2. ſ. 1 n. 2. infatigabilis. ibid. obedientia Chriſti. n. 3. obedientia Deus exigit c. 2. ſ. 4. n. 12. obedientia decens hominem. ibid. obedientia fundamentum incarnationis Chriſti ibid. vtilis homini. ibid. obedientia & fides debita Deo. n. 13. obedientia cæca. ibid. obedientia illuſtrat hominem ibid. obedientia cum timore filiali ibid hominem Deo coniungit. c. 2. ſ. 6. n. 6. obediat qui ſeparabit. c. 2. ſ. 7. n. 3. obedientia homini anchora. n. 4 obedientiæ laus ibid. debita Deo n. 5 diſcimus obedire Deo ibid obediens à perfecta c. 3. c. 3 n. 8. obediens captiuus, ſed rex coronatus. ibid. obedientia cæca, ſed expedita c. 3. ſ. 4. n. 1 obedientia ad exemplum Chriſti. ibid. obedientiam deſignat Aaronis vectio. ibid. obedientiæ pulchritudo. n. 2. obedienti nihil difficile. n. 3. obedientia fidelium. n. 4 præparat ad gloriam c. 3. ſ. 21. n. 4. obedientia cæca religioſorum. n. 5. cæca in Daniele. ibid. obedientiam cæcam Lazarus exprimit. ibid. obedientia cuſtos religioſorum. ibid. obedientiam Deus exigit ab Adamo n. 6. obedientia palmam præfert. ibid cæca obedientia. c. 3. ſ. 14 n. 4 fructuoſa. ibid. obediens tranquille viuit c. 3. ſ. 27 n. 7 obedientia commendatur c. 3. ſ. 16 n. 3 obedientia vera libertas. n. 6. obedientia Angelorum c. 4. ſ. 1 n. 2. obedientia cuſtos caſtitatis ibid. pacem conciliat. c. 3. ſ. 36. n. 8. obedientia duplex c. 4. ſ. 3. n. 2. obedientiæ laus. c. 4. ſ. 8. n. 9. obedientia ad ſapientiam confert. c. 3. ſ. 8. n. 1. obediens ſuum iudicium deponit. c. 5. ſ. 3. n. 7 obediens bona omnia conſequitur c. 7. ſ. 1. n. 5. obediendum Deo etiam cum periculo. c. 8. ſ. 4. n. 1 obedientia Chriſti in cruce. c. 8. ſ. 6 nu. 1. obedientia ſine termino ibid. cæteris præfertur virtutibus ibid. quanti Dominus obedientiam fecit. ibid. obedientia commendatur. n. 2. obedientia victrix ibid obediens carnē ſibi habet ſubditam. ibid. obedientia neſcit iudicare ibid. obedientia hilaris. ibid fortis, humilis, perſeuerās. ibid præmiis honoratur c. 9. ſ. 4 n. 1. hominum perunſtis n. 3 prompta c. 9. ſ. 14. n. 1. virtutum difficillima c. 14. ſ. 4. n. 4. holocauſtũ eſt ibid. obedientiæ victoria. ibid. noſtra obedientia breuis, Chriſti autem diuturna. ibid. obediētia ſigillatim probata. c. 8. ſ. 8. c. n. c. videt, ſed nō deſcenit. ibid. cæca, ſed Deo freta. n. 6. operatrix mirabilium. ibid. cæca & prompta. c. 13. ſ. 4. n. 1. reformauit hominem. ibid.
obedientiæ firmitas. ibid. obediens perfectus nutum explorat, vocem non expectat iubentis. n. 2. perfecta obedientia, quæ ardua ibid. obedientia pendens ab ore iubentis. num. 3. obedientiæ ſupponenda efficaciter ceruix. c. 12. ſ. 5 n. 4. obedientiæ vis ad impetrandum à Deo. c. 12. ſ. 6 n. 3. obedientia mater felicitatis. n. 6. obedientia prompta Deo. c. 12. ſ. 7. n. 4 & ſ. 8. n. 2 obedientiæ certum præmium c. 14. ſ. 9 n. 13. ſine obedientia nec militia, nec religio conſiſtit. c. 14. ſ. 5 num. 2. obedientiæ cæca deſtinatur victoria. ibid velox executio ibid. hilaris obediētia. n. 2. quæ vitiant obedientiam. ibid. elegans deſcriptio obedientiæ. c. 8. ſ. 6. n. 2.
Obeſſe, & non prodeſſe, ambo damnantur. c. 8. ſ. 5 n. 1.
Obliuio vitæ æternæ c. 1. ſ. 3. n. 12.
Obſtetrices Ægyptiæ c. 2 a 13. n. 1.
Obſtinatio ad malum. c. 3. ſ. 7 n. 9. obſtinatus ad peccandum nec miraculis retardatur c. 3. ſ. 7. n. 10. obſtinatio, cum abeſt mortis timor. c. 3. ſ. 9. n. 4 obſtinatus Dei verbũ reſpuit. c. 4. ſ. 8. n. 3. obſtinata mens Deo vocāti non annuit. c. 8. ſ. 5. n. 3. obſtinatio immedicabilis. c. 1. ſ. 8 n. 3.

*Occaſio.*

Occaſione, & caſu peccare. c. 3. ſ. 4. n. 4. occaſiones vitiorū periculoſæ. c. 3. ſ. 7. n. 8. occaſio peccati fugienda. c. 3. ſ. 12. n. 5 occaſionibus vitia deteguntur c. 3. ſ. 16. n. 2. ex occaſione peccati incarnatio, aut redemptio Chriſti. c. 3. ſ. 5. n. 3. occaſio mala à nobis. c. 4. ſ. 7. n. 7. fugienda occaſio. c. 13. ſ. 1. n. 1. occaſio virtutis opportunitas in hoſtem. cap. 13. ſ. 2. n. 6.
Occidere ſeipſum nemini licet. c. 9. ſ. c. n. 5.

*Oculus.*

Oculi hominum ſanati per incarnationem Verbi. ca. 1. ſ. 5. n. 3. oculos Dei regit amor. c. 2. ſ. 3. nu. 7. oculorum incauta libertas c. 3. ſ. 2. n. 1. oculi laſciui ſimiles rapacibus auibus. n. 2. oculos ſequitur cor ibid. oculorum cuſtodia neceſſaria. ibid. oculi præ ceteris obſeruandi, ibidem per oculos maximè impugnamur. num 3. oculi ſicientes laſciui. num 4. in oculis mulieris ſeruatio viri numer. 5 oculi ſæpè fallūtur c. 3. ſ. 13. nu. 2. iudicio diriguntur oculi. n. 2. oculi obſeruandi contra pulchritudinem. n. 3. oculi priorum parentum clauſi & aperti. c. 3. ſ. 17 n. 2. oculi Dei & hominum diſsimiles. c. 4. ſ. 3. n. 2. oculi ad malum patrandum aperti. c. 3. ſ. 17. n. 1. oculus impurus nunciat animum impurum c. 10 ſ. 1. num. 2. contra oculos Dei nullum operimentum. c. 3. ſ. 19 n. 3.
Odium exitiale. c. 3. ſ. 30. n. 2. qui odit proximum, Deo inuiſus. c. 9. ſ. 2. n. 7.
Odia & arma ſacrilega poſt Chriſtum. n. 8. odium malorum bonis vtile c. 1. ſ. 10. n. 2.
Odor quietis quis ſit? c. 8. ſ. 7. n. 5.
Offerat ſe totum quiſque Deo. c. 8. ſ. 7 n. 2. & n. 6. offerentis animus exigitur. n. 5.
Oliua viridis in diluuio. c. 8. ſ. 5. n. 5.
Oliſipo Luſitaniæ c. 2. ſ. 5. n. 2.
Omnipotentia Dei in minimis. c. 1. ſ. 2. n. 6.

*Opera.*

Opus, quàm vox potentius. c. ſ. ſ. 1. n. 7.
Opera Chriſtianum ornant ibid. opera noſtra requiruntur c. 2. ſ. 3. n. 1 opera noſtra vana. n. 6. opera virtutis. n. 7. ſpontanea Deo ſunt gratiſſima c. 1. ſ. 7 n. 6. operatio bona benedictio c. 2. ſ. 2. n. 1. opera ea virtute ad gloriam. c. 2. ſ. 4 n. 2 operari & cuſtodire quid ſit. c. 2. ſ. 6. n. 5. opera cuiuſque familiæ n. 5. operatio virtutum. n. 6. operandum Chriſtiano eſt. n. 7. opera virtutis commendantur. c. 3. ſ. 8. n. 2. opera iuſtorum ſuo ſe fulgore produnt. c. 4. ſ. 8. n. 5. operatio cum oratione. c. 5. ſ. 2. n. 3. operatio ad familiaritatem Dei ducit. n. 6. bonorum operum demonſtratio ibid opus efficacius, quàm ſermo. c. 1. ſ. 1. n. 3 operantibus Deus ſua bona confert c. c. 3. ſ. 5. n. 5.
Oppreſſio paruulorum. c. 13. ſ. 5. n. 3.

*Oratio.*

Orationem noſtram Deus exigit. c. 2. ſ. 10. n. 5. oratio Chriſti. ibid. oratio prænia miſericordia n. 4. oratio continua. ibid. plena ſpei. ibid. cum probitate vitæ ibid. orationis armatura c. 2. ſ. 11. n. 5 oratio munit ad coniugiū ibid. armat Eccleſiam c. 3. ſ. 5. n. 6. lac fidelium. ibid. orationis mira vis. c. 3. ſ. 4. n. 3. oratio in cælum aſcendit ibid orationi ſe Deus inclinat ibid. non orare, ſignum eſt reprobationis c. 3. ſ. 15. n. 4. oratio cū humilitate c. 3. ſ. 27. n. 1. oratio in templo qualis eſſe debeat n. 2. orationis qualitas c. 4. ſ. 7. 8 orandi ſtudium continuum. c. 4. ſ. 20. n. 5 orant adhuc in cælo ſancti. ibid. orationes iaculatoriæ. ibid orandum iugiter. ibid. orans ſemper exauditur ibid. in oratione mentis alienatio c. 5. ſ. 6. ſ. n. 5. oratio valde neceſſaria. ibid potens & iugis. c. 6. ſ. 2. n. 2. in oratione inſtandum Domino. c. 6. ſ. 6. n. 7 oratio & lacrymæ ſacerdotis arma. ibid. oratio neceſſaria ad regendum. c. 6. ſ. 7. n. 1. oratio fiat à tota familia c. 7. ſ. 1. n. 7. oratio ſimul multis potentiſſima ibid. oratio cum ieiunio & caſtitate

c. 8.

c 8 s 6. n. 5. orationis odor ſuauis. c. 8. s. 7. n. 6. ne oret pro populo iubetur Ieremiæ. c. 9. s. 6. n. 2. oratio iuſti grata Deo ibid. orantium ſtatus duplex. c. 5 s. 5. 6. n. 2. orare qui neſcit, infelix eſt c. 11. s 10. n. 2. ab oratione pendent virtutes. ibid. oratio illuſtrauit Abrahamum. c. 12. s. 14. n. 8. orare ſanctius, quàm prophetare. c. 12 s 6 n 5. oratio cū Deo familiaritas. ibid. orationis deſcriptio & laus ibid. orationis nobilis locus. n. 6. oratio conducit ad conſeruandam Dei gratiam. c. 12. s. 7. n. 3. oratio iugis valde neceſſaria. n. 5. non orare triſtius eſt, quàm mori. ibid. oratio vita hominis. ibid. orationem Deus præſcribit, vt orātibus donet. ibid. oratio deliciæ, & delectatio in Deo. c. 12 s. 8. n. 3. orationis vis ad impetrandum ibid. oratione roboratur & creſcit virtus. ibid. oratio armat ad tentationem. ibid. oratio ægrotæ animæ pharmacum ibid. orandum, vt ſecundùm vires teneremur. ibid. oratio plena fide & ſpe. c. 12. s 9. n 4. orationis efficacia. ibid. orationis fructus. c. 13. s. 8. n 2. orationi & pietati locus quærendus. n 7. orandus Deus in motu iracundiæ ne vincamur. c. 13. s. 2. n. 6. oratio ad Deum ſecretiſſima. c. 13. s. 4. n. 1. oratio in matutino tempore expedita. ibid. præparat ad diei negotia. ibid. contra deſides, qui mane non orant. ibid. oratio dulcis in nocte ibid. oratio amat otium, & receſſum. c. 13. s. 5. n. 5. orationi vbique locus eſt. ibid. oramus religioſius in Eccleſijs ibid. orantis piùs habitus in Eccleſia ibid. orat pro ſe & pro ſuis pater familiâs n. 7. oratio eſt militia iuſtorum. c. 14 s 4. n. 5. orationes ſanctorum valent apud Deū n. 6. orationis cum ieiunio impetratio. c. 14 s. 5 n. 2. in orante puritas. c. 14 s. 9 n. 3. oratio concentum Dei efficit. c 14 s. 10. n. 6. orantis ſecuritas & voluptas. ibid. in oratione amittitur voluptas terrenarum rerum ibid. quare Deus orationis impetrationem differt. ibid.

Ordo in creatione mundi. c. 2. s. 1. n. 4. ordines ſacri. c. 2. s. 6. n. 4. ordo ab homine ſeruandus c 4 s. 7 n. 5.

Originalis labes turpior, quàm actualis. c 5 s 1 a. n 1.

Ornatus cæli gratiſſimus. c. 2. s. 1. n. 1. ornatus corporis feretrum animæ c. 3. s. 19. n. 2. ornatus & fucus perſtringitur c. 6 s 5 n 2. ornandi ars à diabolo tradita. ibid.

Orphani contra homicidam patris. c. 4 s. 10. n. 2.

*Otium.*

Otium damnatur c. 8. s 9 n. 3. otium abhorret natura. c. 2. s. 2. n. 1. otium nouerca virtutum, mater vitiorum n 2. otioſum dedecet alienis frui bonis. ibid. otium nocet ſeruis. n. 6. otium vitandum. c. 2 s 6 n. 4. otium & ſecuritas periculoſa c 9 s. 2. n 8. otium procul ab domo prudentis. c. 13. s. 4 n 7. otium vitiorum origo. ibid. otium marat & nutrit delicias. c. 13 s 3 n. 7.

Ozias rex. c. 2. s. 3. n. 10.

P

PAnnis Deus inuolutus infans. c. 3. s 40 n 4.

Papa ductor atque ſalutis. c. 9. s. 5. n. 3. vnitas fidelium cum Papa. c. 8 s. 1. n. 3.

*Paradiſus.*

Paradiſus terreſtris quando creatus. c. 2 s. 4. n. 1. ad orientē ſitus ibid. adhuc ſupereſt. ibid. in eo morantur Elias, & Enoch. ibid. eius nemus. n. 2. eius dominium penes Deum. n. 3. paradiſus cæleſtis deſcribitur. n. 6. paradiſus terreſtris nunc ignotus. c. 2. s. 5. n. 1. à paradiſo expelluntur primi parentes. c. 3. s. 41. n. 2. terreſtris cæleſtem ſignificat. c 3. s 41 n. 4.

Parſimonia & ieiunium commendatur. c. 14 s 5. n. 8.

*Parentes.*

Parentum amor in filios. c. 2. s. 13. n. 7. parentum priorum primæua felicitas. c. 2 s. 37. n. 1. parentes mortui viuunt in filiis c. 3. s 39. n. 5. parentum erga filios qualis eſſe debet affectus c 4 s. 2. n 4. parentum dolorem Deus vlciſcitur c 4 s. 10 n 4. parentum felicitas ex bonis filiis. c 6. s. 5. n. 4. parentum voluptas ex filiis. cap 7. s 3 n 3. parentes qui non diligendi. c. 8. s. 2 n 3. parentibus & fratribus honos habendus c. 9 s 8 n. 1. parentum dolor in morte filij. c. 11. s. 11. n. 5. parentum vigilantia erga filios. c. 11. s. 13. n 3. parentum cura. c. 4. s. 14 n. 3. de uxlex c. 4. s 18. n. 2. eorum vitia in filios. ibid. dolor s. 21 n. 5.

Paſſio Domini grata c. 3 s 6 n. 2. Iudæis ſcandalum. c. 3. s. 31. n. 2. in ea modus & fructus. c 3 s. 39 n. 2. prædicāda. c. 4. s. 10 n. 4. in cælo explicatur. c. 8 s. 1. n. 1. paſſio & glorificatio Chriſti c. 8 s. 1 n 6. paſſio Chriſti torcular. c. 9 s. 6. n. 6. viget nos. c. 9 s. 10. n. 1. paſſionē Chriſti male viuendo exhonoramus ibid. ſecretiora in paſſione Domini meditanda c 8. s. 1. n. 1. parentes mali Cainum præcurrit c. 4. s. 3. n. 2.

Paſſio peccati mentem & ſenſum adimit. c. 3. s. 2 n. 4. paſſionū diuiſum c 8 s 1 n 4. paſſione perturbatus non eſt increpandus c. 9 s 9. n 1. paſſionum confuſio. c. 10 s. 1 n. 4.

Patrus laborioſi. c 3. s. 36. n. 4. quales in ſtatu innocentiæ. ibid.

*Patientia. Pati.*

Patientia Dei inuitat ad pœnitentiam. c. 1. s 1 n. 9. patientia Chriſti Domini c. 4 s 8. n. 8. patiēt. à Dei imitatur. c 6. s. 6. n 4. mira Dei patientia erga peccatores c. 7. s 1. n. 3. cum hominum impudentia. n. 4. patientia ad exemplum cæli ac ſyderum. c. 1. s. 6. n. 5. patientia Eccleſiæ. c. 2. s. 5 n. 8. patiens de diabolo triumphat c 3. s. 2. n. 7. patientiæ pulchritudo. c. 3 s. 6 n. 2. patientia contra ingratos. c. 3. s. 30 n. 2. patientiæ laus c. 5 s 29. n. 6. patientia electorum opera c. 3. s. 34. n. 3 patientia ad exemplum Chriſti. n. 5. patientiæ fructus copioſus. c. 4. s. 21. n. 2. remuneratio in bonis vitæ. ibid. patientia mala prælatorum & principum c. 6. s. 6. n. 1. patientia in detractionibus. c. 1 s. 5. 2. n. 6. per patientiam iuſti perficiuntur. s 1. s. 6. n. 6. per patientiam conſeruatur concordia. c 1 s. 3. 7 n. 7. patiens vincit. ibid. patientiam Deus protegit. c. 12. s. 9. n. 7. patientiæ præmium c. 13 s 1. n 8. patientiæ perfectio. c. 13 s. 2. n 9. patientia ſcuta ſunt arma ſanctorum ibid. patientia iuſtorum c. 14. s. 5 n. 3. pati cum Deo ſeruum, huic glorioſiſſimum eſt c 3. s 19 n. 4. pati in hac vita præ ſtat, quàm in altera. c 4. s 22 n. 1. patiuntur iuſti cum Chriſto n. 2. nihil pati ſignum malum eſt. ibid patientiæ Chriſtianæ documentum c. 4. s. 3. n. 4. pati cum bonis. c. 1. s 4. n 6. patientia Dauidis. c. 4. s. 8 n. 8 patientia donatur dulcedine Dei. c. 12. s. 6. n. 2. pati pro Chriſto. c. 14 s. 7. n. 3.

*Pater.*

Pater cæcus in filij vitiis c 9 s 7 n. 2. pater erga filium prodigum ibid. pater erga filium n 4. vitia filij tegit. c. 9. s. 8. n 6. patrem Deum vocantes veri filij Dei eſſe iubemur. c 9 s. 10. n. 2. patrum remiſſio perdit filios. c 9 s 1 n. 36 pater cum filiis ſeriò agat. n. 2. pater filium amans caſtigat. n. 3. remiſſus pater ſibi, & filio nocet, n 4. patres in filiis puniuntur. n. 5. pater infamis, qui malum habet filiū. n 6. patres educent ab vitiis ibid pater in filio peracerbè punitur. ibid. pater & filius conſortes culpæ, ac pœnæ. n. 7 patris exemplum filiis ad virtutem. c. 1 s 9. 3 n. 1. patrum cura circa filias. c. 11. s. 11. n. 6. præſtat patrem quàm dominum eſſe. c. 9. s. 8. n. 3.

S. Paula. c. 11. s. 2. n. 5.

*S. Paulus.*

S. Paulus Timotheo miſericordiam imprecatur. c. 2. s. 14. n 7 8. Pauli tentatio impura. c. 3. s. 37 n 7. Paulus tentatur, ne inſolēſcat c 3. s. 1 3 n 8. ſole ipſo velocior ac liberior c 3 s. 16 n 8. humiliatur & eleuatur. c. 3 s 23 n 8. Pauli inſignis humilitas. c 3 s 29. n. 3. Paulus tentatur. c. 3 s 33. n 5. Pauli humilitas & honor c 7 s. 1 n. 5. Paulus geſtit inter tentationes. c 8 s. 4 n. 10. Pauli caritas erga Iudæos c 1 1. s. 14. n 7. Paulus ſanctius peregrinatur, quàm Abraham c. 1 2 s 2. n. 2. Paulus in carcere. c. 14. s. 7. n. 6. Paulus Samoſatenus. c. 3. n. 3.

Pauo deſcribitur. c. 2. s. 10. n. 7.

*Paupertas. Pauper.*

Pauperum cupiditas ſubnotatur c. 1 s. 5. n. 1. pauper dormit, diues vigilat c. 2. s. 8. n. 8. qui pauperi ſtipem negat, à Deo ſibi timeat c 4. s 5. n. 4. pauperes Deo grati. c. 7. s. 2. n. 5. paupertas Deo dicata. ib. pauperibus Dominus prouidet. c. 8. s. 4 n. 3. pauperum oblationes. c. 8. s. 7. n 8. pauperum ſubſtantia laboribus comparata. c. 1 9. s. 1 n. 4. paupertas in religione eſt origo caritatis mutuæ c 13 s 2 n. 2. paupertas conciliat animos, diuitiæ ſeparant c 13 s. 3 n 1. pauper mendicus propter bonum diuitis. c. 13 s. 4 n 4. paupertas ſpiritus, mira felicitas. c. 14. s. 5. n. 5. verè pauper, qui appetit. ibid.

*Pax.*

Paci omnia poſthabenda. c. 1 2 s. 8. n. 1. pax Chriſtiana cunctis præferenda. c. 5 s. 5 4 n 4. pax propria Chriſtiano, diſcordia aliena. c. 14. s. 2. n 5.

*Peccator.*

Peccatorem nihil excuſat. c. 1. s 2. n. 9. peccantium vilitas. c. 1. s. 2. n. 6. peccator ad vomitum rediens. c. 3. s. 5. n. 2. peccantium impudentia contra Deum. c. 3. s. 6 n. 5. peccator ſecundus punitur grauiùs, quàm primus. c. 3 s 10. n 9. peccans excuſatione caret. c. 3. s. 1 a n. 7. peccatore nihil timidius. c. 3 s. 15. n. 6. peccator non à Deo, ſed à ſuo peccato punitur c. 3 s. 17 n 4. peccator ſibi parat interitum. ibid. peccator cū inferno colludit. n 5. peccatoris pretioſitas. ibid. peccator communis hoſtis naturæ. c. 3. s. 18. n. 2. nudatus Dei præſidio. ibid. ſibi ipſe ſordidum ſpectaculum n 3. mente ebrius c. 3 s. 19. n 1. cæcat à Deo n. 5. peccatores alienis ætatis ſuæ excuſant n. 7. peccator inconſtans c 3. s 21. n. 2. frigore torpeſcit. n. 3. ſerò ſe cognoſcit, & verecundatur. n 4. inſipiens putat ſe occultari à Deo. c 3. s 22. n. 1. turbatus ioſtar dementis. ibid ne à Deo, ſed ad Deum fugiat. ibid. peccatoris inſenſibilitas. c 3 s. 22. n 2. neſciens Deum neſcitur à Deo, c. 3 s 23 n. 3. ſe demergit in chaos ibid perditus inuenitur ſe ibid. peccator nuſquam eſt n. 4 irrequietus. ibid eius ſtatus miſerrimus n 2. eius inſenſibilitas c. 3 s. 24. n. 2 peccato-



rem,

rem Deus deſtruit. n. 4. peccator non dolet culpam, ſed pœnam. c. 3. s. 25. n. 2. peccantium ſtupor. n. 2. fruſtra ſe abſcondit n. 4. eius ſtupor ſummum malum ibid. peccatorum ſtulta religio. c. 3. s. 26. n. 5. peccatoris cæcitas n. 8. peccator impudens in Deum. c. 4. s. 7. n. 4. peccator ad Chriſti vulnera, & matris vbera confugiat. c. 4. s. 7. n. 4. peccatores verè mortui. c. 4. s. 10. n. 3. contra peccatores totus inſurgit orbis. c. 4. s. 11. n. 2. peccantes vitio infectatur c. 4. s. 12. n. 4. peccatores lucem fugiunt c. 4. s. 14. n. 5. Dei miſericordiam imploret. ibi. peccat grauius, qui Deum nouit & peccat. c. 4. s. 17. n. 3. peccatorem Deus reuocat. n. 7. peccator cito conuerſus c. 8. s. 5. n. 4. à Deo exaudiatur c. 8. s. 8. n. 6. peccatoris ſecuritas conuellitur. n. 7. qui peccat ante nos, iniuriam nobis facit. c. 9. s. 9. n. 2. peccator iniuriam Deo facit, ſi patrem eum dicat c. 9. s. 10. n. 2. peccantium multitudo & ſocietas. c. 11. s. 3. n. 1. peccatores nihil ſolidum conſtruunt. num. 4. peccatores magis emunctinſernum ibi peccantium laborioſa vita. ibid. peccatoris mira infelicitas. ibid. peccantium concordia ad malum c. 11. s. 7. n. 3. peccatores delectantur & gloriantur in flagitiis. c. 11. s. 8. n. 3. peccatori vtile eſt, ſi vel immatura morte ſubtrahatur. n. 5. peccator nō imitetur bona ſtudia pietatis c. 11. s. 12. n. 3. peccantium inſtabilitas. ibid. peccator venundatus in nundinis. c. 1. s. 23. n. 1. peccator rerum omnium hoſtis n. 5. peccatori omnis creatura aduerſatur. c. 14. s. 5. n. 3. peccator deſes ad orandum, & operandum. c. 14. s. 7. n. 2. peccator ſuâ culpa perit. c. 4. s. 13. n. 4.

*Peccatum. Peccare.*

Peccandi conſuetudo. c. 1. s. 1. n. 9. ad peccandum honoris proclinitat. c. 2. s. 4. n. 14. peccatum primum cur tantum nouerit c. 2. s. 7. n. 4. peccati & pœnæ impetus. c. 2. s. 8. n. 2. peccati Adami nulla excuſa . . . n. 3. cur puniatur grauiter n. 6. peccatum maiorum grauius. n. 7. peccatum exitiale. c. 3. s. 15. n. 2. & s. 17. n. 1. peccandi genus duplex. c. 3. s. 6. n. 5. peccatum pernicies animæ. c. 3. s. 7. n. 1. peccata venialia deducunt ad lethalia c. 3. s. 14. n. 4. peccata Deum auertunt. c. 3. s. 16. n. 12. peccatum primò dulce, deinde amarum. c. 3. s. 17. n. 3. peccatum dulce, virtus triſtis. ibid. peccatum occæcat. ibid. vmbra eſt. ibid. peccati ſumma amaritudo. ibid. peccatum fœneratur eſt. ibid. miſeria multiplex. n. 4. peccati fructus ſupplicia. ibid. peccatum magis timendum, quàm pœna c. 3. s. 19. n. 4. neceſſariò vindicandum. c. 3. s. 21. n. 2. nec inferni incendiis abſumitur. n. 3. caligo eſt ibid. peccatum publicum facilius curatur, quàm ſecretum. c. 3. s. 23. n. 6. cauſa malorum eſt. c. 3. s. 24. n. 5. turpat & turbat omnia. c. 3. s. 25. n. 1. peccato humē rationis occæcatur n. 4. peccatū gehēna deterius. c. 3. s. 26. n. 2. peccati grauitatem ſtultus non expendit. n. 2. prudens peccatum expendit, & fugit ibid. peccati exitus infelix. n. 8. peccare in templo c. 3. s. 27. n. 1. propter neminem peccandum eſt. n. 6. peccatum inexcuſabile. c. 3. s. 28. n. 3. à peccato nemo liber præter Chriſtum, & matrē virginem. c. 3. s. 35. n. 5. peccatum regnat in conſcientia n. 6. peccati pernicies. c. 3. s. 37. n. 4. qui primus peccat, grauius peccat. ibid. peccata carius opera n. 6. peccati perſeuerantia Deum irritat. c. 4. s. 6. n. 4. peccatum in cogitatione, & in opere c. 4. s. 7. n. 3. peccatum ſanitatē mētis vitioſæ. n. 4. peccatum pœnam accerſit ibid. peccati falſa dulcedo. c. 4. s. 8. n. 3. peccati fructus honorum cupiditas c. 4. s. 18. n. 1. peccatum omnia conſumit. c. 5. s. 1. n. 1. poſt peccatum ſtatus infelix. c. 5. s. 9. n. 4. peccato dolor aduexus ibid. publica delicta puniantur in Eccleſia. c. 6. s. 2. n. 7. peccare ſumma eſt ignominia. c. 6. s. 4. n. 4. peccatum tenebras menti offundit. ibid. peccati grauitas Deum commouentit n. 4. à peccando retrahunt pudor & timor c. 6. s. 6. n. 1. peccantium turpitudo & infamia. ibid. peccatum mundi peſtis. c. 8. s. 8. n. 2. in maius augeſcit c. 9. s. 2. n. 6. peccata quid caueſet & curet c. 9. s. 6. n. 1. de peccato glorians cōſummata iniquitas. n. 2. & 3. peccata publica premenda. c. 9. s. 9. n. 3. in peccatum non relabendū n. 5. peccata noſtra nobis Deus proponet. c. 11. s. 8. n. 1. peccandi initium vitandum n. 3. in peccatis perſeuerantia ibid. finis peccati gehenna ibid. peccatum oculos eruit. n. 4. præſtat in peccato mori quàm ad peccatum viuere c. 5. inueterata peccandi conſuetudo n. 6. peccatum ſemper in peius creſcit. c. 1. s. 12. n. 3. peccatum, & illius occaſio vitanda. c. 12. s. 4. n. 6. peccati falſa dulcedo c. 13. s. 1. n. 1. peccamus omnibus membris c. 14. s. 5. n. 3. in peccata procliuitas. c. 14. s. 8. n. 6. peccati in peius incrementum c. 4. s. 7. n. 6.

Præcipitatio in peccata. c. 3. s. 14. n. 4.

Peccatum in maius augeſcit. c. 9. s. 2. n. 6.

Pecunia hominis pœna eſt c. 13. s. 1. n. 3.

Pedes Chriſti. c. 1. s. 2. n. 9.

Pelles verè datæ parentibus primis c. 3. s. 40. n. 1. pellibus induti, vt humilientur. n. 3. ex pellibus Adæ docemur ibid. pellibus mortalitas innuitur. n. 4.

Pentapolitana planicies c. 13. s. 3. n. 2.

Pentecoſte. c. 1. s. 2. n. 12. pentecoſte ſit renouatio animæ. c. 2. s. 3. n. 12.

Peregrinantis vita laborioſa. c. 12. s. 3. n. 3. peregrini voluntarii in cælum. c. 12. s. 8. n. 3.

Perizomata quæ ſint c. 3. s. 32. n. 18.

Perſequutiones Eccleſiæ. c. 2. s. 2. n. 12.

Perſecutio iuſtis vtilis. c. 1. s. 7. n. 2.

Perſeuerantia bonorum operum c. 2. s. 1. n. 4. perſeuerantia in bono c. 5. s. 2. n. 4. in bono finali. ibid. in bono c. 8. s. 6. n. 1. perſeuerantiæ exemplum in Chriſto crucifixo. c. 9. s. 1. n. 2. perſeuerantia in peccatis. c. 11. s. 8. n. 3.

Peſtis tempore mores mutandi, non loca. c. 6. s. 17. n. 6.

*S. Petrus.*

Petrus Chriſtum negauit. c. 1. s. 3. n. 9. Petri exemplum humilitatis c. 2. s. 14. n. 6. contra Petrum falſa & vana dogmata. c. 3. s. 8. n. 2. Petrus malè Chriſto conſilium dat. c. 3. s. 10. n. 6. labitur & flet. c. 3. s. 13. n. 4. frigore peccati obriguit. c. 3. s. 21. n. 3. Petri caſus, & reſurrectio c. 7. s. 4. n. 9. Petrus è caſu ſanctior ſurrexit. c. 9. s. 9. n. 6.

S. Petrus Damianus epiſcopatum renunciauit. c. 10. s. 1. n. 7.

Pharaonis crudelitas c. 2. s. 13. n. 1. Pharao maſculos perimit, fœminas ſeruat. c. 3. s. 39. n. 4. Pharaonis libido, & tyrannis. c. 12. s. 9. n. 3.

Phariſæi ſuperbia. c. 3. s. 57. n. 2.

Philoſophi malè de mundo diſſerunt. c. 1. s. 1. n. 1.

Phinee zelus pro Domino. c. 6. s. 2. n. 7.

*Pietas.*

Pietas erga B. Mariam. c. 2. s. 7. n. 2. vide etiam vbi de Domina agitur pietas deeſt in communicando. c. 3. s. 5. n. 4. piorum ſtudia in cæleſtia. c. 9. s. 19. n. 7. pietas nunquam non Deo ſuauis. c. 8. s. 7. n. 5. pietas in patriam. c. 12. s. 1. n. 1. pietas nequit extorqueri a iuſtis c. 12. c. 8. n. 3. vir pius qui ſe patientem & alios eſſicit patientes. c. 13. s. 2. n. 5.

Piſcium genera deſcribuntur. c. 1. s. 1. n. 1. piſces nobis documento ſunt n. 2. piſcium mutua tyrannis. ibid.

*Pœna.*

Pœnarum tres cauſæ. c. 3. s. 1. n. 9. pœna peccato prodeſt c. 3. s. 17. n. 4. pœna viri ex muliere. c. 3. s. 17. n. 3. plagis non emollitus, ſummum malum c. 4. s. 13. n. 2. pœnæ damnatorum c. 6. s. 5. n. 2. pœna improborum medicina. c. 14. s. 2. n. 9. pœna animarum cultura. ibid. non gaudendum in aliorum pœnis. c. 14. s. 1. n. 5.

*Pœnitentia. Pœnitens.*

Pœnitentis tranſmutatio. c. 2. s. 4. n. 5. pœnitentia ſemper opportuna. c. 3. s. 9. n. 3. Pœnitētia lata. c. 3. s. 10. n. 3. pœnitentiam non agere ſtultitia eſt. ibid. pœnitentia imago reſurrectionis c. 3. s. 30. n. 2. pœnitentia ante mortem c. 3. s. 35. n. 6. pœnitentiam cum Adam edocemur. c. 3. s. 45. n. 3. pœnitentia reatus indicitur. c. 4. s. 7. n. 9. pœnitentia ſalutaris. c. 4. s. 8. n. 3. eius efficacitas. c. 4. s. 11. n. 1. pœnitentiæ tranſmutationes c. 4. s. 15. n. 2. poſt pœnitentiam Deus & crimen & nomen criminis obliuiſcitur. ibid. ad pœnitentiam mali tolerantur. c. 4. s. 16. n. 5. ad pœnitētiam expectantur multi futuri. n. 9. pœnitentem occidere graue eſt. c. 4. s. 20. n. 1. pœnitentis vna & luctus. c. 5. s. 3. n. 2. pœnitentiæ commendatio. ibid. pœnitentia apud Deū litem componit. ibid. ſolatur Deum & hominem. ibid. cum emendatione vitæ. ibid. encomia pœnitentiæ. n. 4. pœnitentis gemitus ouem Dei indicat. pœnitentem ſimul Dei efficit ibid. pœnitentiam non agens. n. 5. pœnitentia ſeſcelium remedium. c. 7. s. 4. n. 7. pœnitentiam differentibus minatur Deus c. 8. s. 5. n. 3. pœnitentibus datur Dei conſolatio c. 9. s. 5. n. 5. pœnitentis vitia Deus tegit & ornat. c. 9. s. 8. n. 6. pœnitentem Deus multis afficit fauoribus. ibid. pœnitentiæ honor. c. 9. s. 9. n. 5. pœnitens per conuerſionem intendam æquiparatur innocenti. c. 11. s. 6. n. 5. pœnitentium dedecora Deus obliuiſcitur. c. 11. s. 12. n. 4. circa pœnitentes minùs agendum c. 11. s. 14. n. 7. pœnitentiæ fructus. c. 13. s. 1. n. 1. honor pœnitentiæ ibid. pœnitens requieſcit. c. 6. s. 5. n. 1. pœnitentia non offerenda. c. 14. s. 2. n. 7.

Polygamia prima in orbe c. 4. s. 19. n. 1.

Poſſeſſio necedat ad dominium. s. 13. s. 3. n. 2.

Poteſtas cum ſeruitia c. 1. s. 8. n. 2. potentia oſtenditur in benefaciendo. c. 3. s. 57. n. 1. potentiores pauperibus aures ſurdas præbent c. 11. s. 1. n. 6. potentiorum pœna propter ſublimitas. c. 14. s. 1. n. 3.

*Prædeſtinatio.*

Prædeſtinatorū nomina c. 2. s. 2. n. 2. prædeſtinatio & reprobatio c. 1. s. 3. n. 8. ſolicitudo de prædeſtinatione. c. 1. s. 7. n. 1. quis de ſua prædeſtinatione ſecurus ibid. prædeſtinatorum ſeries. c. 2. s. 9. n. 1. prædeſtinati cum diabolo pugnante c. 5. s. 34. n. 1. prædeſtinati & infirmi & fortes ibid. prædeſtinatorum ſignum, & reproborum. ibid. prædeſtinationis ſignum dimittere honorem c. 10. s. 1. n. 7. humilitas quoque. ibid. prædeſtinati ſoli apud Deum numerum faciunt. c. 13. s. 4. n. 5. prædeſtinati affliguntur in hoc ſeculo. c. 14. s. 1. n. 1.

*Prædicatio. Prædicator.*

Prædi

Prædicatio verbi Dei terram exornat.c.1.s.2.n.7. prædicatores euangelici.c.2.s.2 n.12. prædicatio æſtimanda.c.2.s.3.n.2. prædicat in inſtar eleemoſynæ c.2.s.3.n.7. prædicationis efficacitas c.2.s.9.n.6. prædicator incantat, & mortuos excitat cap.3.s.3.n.8. prædicatio Apoſtolorum.c.3.s.9.n.10. prædicatores contra ſerpentem.cap.3.s.10.n.2. prædicatio libera c.2.s.14.n.8. prædicatorem dedecet turpiloquium c.2.s.28.n.2. prædicatorum ſtatus glorioſus c.3.s.31.n.2. prædicator fletum excitans. c.4.s.19.n.2. prædicator egregius vnde naſcitur. c.5.s.5. n.1. prædicator fructificans.c.8.s.5.n.8. prædicator Deum glorificans. c.9.s.12.n.2. prædicatio Apoſtolorum in omnem terram.c.11.s.2.n.1. Iſaias dolet, quòd non prædicarit c.11.s.10.n.6. prædicator ſe recognoſcens dolebit. ibid. prædicator bellum cit.c.11.s.14.n.3. parcè & opportunè dicat ibid. Chriſti præco n.4. ad ſurdos clamat. ibid. angelis ſuperior. ibid. vita emineat ibid. abſtineat a iocis, & phaleris ibid. orer antequam dicat n.5. quæ præſtari debent à prædicatore n.6. prædicatoris meritum & ſolatium ibid. munus eius arguere & ferire. ibid. prædicatio conferens cum Euchariſtia n.5. prædicatorum encomia n.8. prædicatio in templis c.12.s.7.n.5. prædicatoris viſa pura c.13.s.1.n.6.

Prægnantis ærumnæ.c.3.s.2.n.5.

*Prælatus.*

Prælatorum vilitas iocc.1.s.4.n.4. ſomnus c.2.s.11.n.8. prælato inuigilandum.ibid prælati & ſubditi exemplum.c.2.s.14.n.6. vigilet cap.3.s.4.n.4. prælato non demandatur contemplatio ibid. prælati abſentia nocet.ibid. prælatos oportet eſſe oculatos.cap.3.s.10.n.2. prælatis ſolicitudo potior, quam contemplatio cap.3.s.10.n.8. prælatus audiendus.c.3.s.14.n.3. prælatorum exemplum.c.3.s.16.n.8. prælati grauius peccant.cap.3.s.23.n.8. viuent oues. ibid. eorum manſuetudo. ibid. prælatus ſibimet timens. c.3.s.26.n.4. prælatos manet ſeuerius iudicium. c.3.s.28.n.1. prælatorum vitia occultanda. c.3.s.29.n.6. prælatus corrigat & foueat c.3.s.40.n.2. prælatus innocentia excellat c.4.s.3.n.3. prælatorum vitia tegenda.c.4.s.8.n.5. prælatorum iuſtitia.cap.6.s.1.n.7. prælati gratia feras tranſmutat.c.6.s.7.n.11. in prælato virtutis præſtantia. c.7.s.2.n.6. qui præeſt aliis, omnibus virtute.n.5. prælatus vt officio ſic Deum repræſentet n.6. prælati humanitas & caritas.cap.7.s.8.n.5. prælatus bonus cum malis ſubditis. n.5. prælati ſunt area Dei.cap.8.s.1.n.5. prælatus caritate connectit.c.8.s.5.n.8. prælati lenitas in ſubditos. c.8.s.7.n.7. prælati nimia ſeueritas carpitur. ibid. prælatorum humilitas.c.9.s.6.n.2. prælatorum maieſtas cur licita. ibid. prælati ob vanitatem cæci c.9.s.8.n.2. prælatorum vitia non imitanda, ſed tegenda. ibid. prælatus ſine caritate dignitatem renunciet c.11.s.1.n.4. prælatus errans propter delicta ſubditorum s.2.n.3. prælati mali doctrina mala n.4. prælatus conſtans inter leues ſubditos.ibid. prælati patientia in verborum iniuriis. n.6. prælato cæco nihil infelicius.c.11.s.6.n.4. prælato malo nihil peius. ibid. prælati vox eſt vox Dei. c.14.s.1.n.4. prælati ad patientiam ducat. c.14.s.1.n.3. contra prælatos non murmurandum n.4. prælati ſunt colendi.ibid. indigni qui perſunt, aut docent c.14.s.10.n.2. vigilantia maxima in prælatis c.1.s.8.n.3.

Præmia libertatem requirunt c.3.s.2.n.9.

Præmium efficit leuem laborem c.3.s.30.n.1. præmio excitatur deuotio.c.12.s.3.n.4. præmium valde excitat. c.12.s.6.n.1.

Præmia Dei magnifica c.13.s.4.n.4.

Præſepe Bethlehem c.1.s.7.n.2.

Primatum ambire nocet c.13.s.5.n.1.

Primogenitorum ignominia c.5.s.1.n.4. non per primogenitos ſæpe hominum contrata c.5.s.3.n.5.

*Princeps.*

Principum vita & conſuetudo periculoſa c.3.s.38.n.5. principum maiorum ſæuitia.c.4.s.8.n.1. principes moribus efferati c.7.s.3.n.4. principum leuitas belluina. cap.7.s.4.n.1. principes iniuſti.c.9.s.6.n.3. principatus in mundo turpiſſimi c.11.s.10.n.3. principis amor in ſubditos.c.12.s.5.n.1. principes ſuæ voluptatis miniſtros honorant.c.12.s.8.9.n.5. non ſit eodum principibus c.13.s.4.n.1. principis boni officium c.14.s.10.n.2. principatus caſus timendus. c.2.s.9.n.8.

Principium temporis.c.1.s.1.n.1. principium Dei verbum n.3. principium conſurgentis humani c.2.s.35.n.6.

Proceſſiones indicuntur.c.1.s.9.n.4.

Prodigus conuertitur c.1.s.4.n.5.

Promiſſio Dei. c.8.s.8.n.1. eadem paſcis ſpe.c.8.s.5.n.2. promiſſis non recedendum a virtute c.1.s.3.n.6.

Prouidentia Dei circa animantia c.3.s.10.n.5.

Prouidentia Dei c.8.s.10.n.7. & c.13.s.1.n.5.

Proſperitas pernicioſa.c.3.s.25.n.2.

Prudentia mundi ſerpens.c.3.s.1.n.5.

Pſalmi Dauid c.4.s.10.n.5. eorum encomia ibid.

Publicani manes cæleſtia non curantes c.4.s.3.n.3.

*Pudor.*

Pudor timori adiungendus.c.3.s.3.n.4. pudore abſorto vitia irruunt ibid. pudoris iactura.c.3.s.4.n.2. pudorem Deus inuenit Adamo.c.3.s.23.n.8. pudor in Adam maior, quàm in Eua ibid. pudor præuius confeſſioni.c.3.s.52.n.1. pudor laudabilis in confeſſione c.3.s.23.n.5. pudor de peccato commendatur.c.4.s.7.n.6. pudoris iactura parens flagitiorum.c.8.s.1.n.1. pudore affici inter impudentes. ibid. pudoris iactura ducis in omne ſcelus.c.11.s.8.n.4. pudor contra peccatum munit.ibid.

*Puer. Pueritia.*

Puerorum ſtultitia cap.2.s.8.n.3. puerilis ſtultitia peccantium. ibid. puer in vtrumque flexibilis.cap.9.s.10.n.4. in pueritia virtus amplectenda n.5. pueri à parentibus edocendi c.9.s.11.n.1. à pueris benè inſtitutis grande Reſp. capit emolumentum ibid. pueri inſtituendi & corrigendi n.2. puer blaſphemus, & tractus in gehennam. n.3. pueri non ad libitum viuendum. n.4. pueri occiduntur, ne fiant deteriores n.5. pueri egent pædagogo. c.12.s.4.n.4. pupilli maximè curandi.ibid.

*Pulchritudo.*

Pulchritudo non eſt ex terra.c.2.s.3.n.4. pulchritudo admirabilis c.2.s.1.n.3. pulchritudo ſanitas, paſtuſque oculorum cap.3.s.23.n. pulchritudo deſcribitur ibid. periculoſa oculis.ibid. fulgurat. ibid. triumphat. ibid. pulchra facies non contuenda. c.5. pulchra mulier ſibi etiam periculoſa.n.6. pulchritudo vera animæ. ibi. pernicioſa, ib. virtute carens ib. pulchritudo fœminæ pudicitia.ibid. pulchritudo mulieris exitialis.c.6.s.1.num.3. nihil æſtimanda. ibi. pulchritudo natiua non eget ornatu.c.9.s.15.n.2. pulchritudo fœminæ periculoſa c.12.s.8.n.4. pulchritudinis fructus turpis. n.5. pulchritudo periculoſa. ibid. diſſimulanda & occultanda c.13.s.9.n.1. omnibus periculoſa ib. pulchritudo animæ quærenda, non corporis. n.2. pulchritudinis laudator punitur.n.8. pulchra valde periculoſa c.13.s.3.n.3.

Puſillanimes diabolo grati.c.3.s.7.n.4.

Q

IN Quadrageſima quid maximè præſtandum. cap.9.s.1.num.5.

Quies creatoris quæ ſit c.2.s.1.n.5. quietem animæ tollunt negotia & curæ c.8.s.3.n.6. quies interdum inordinata. c.8.s.5.n.2. quies & refectio poſt laborem. c.14.s.10.n.9.

R

RAbbini exploduntur c.2.s.13.n.2.

Rector bonus improbis exoſus. c.4.s.6.n.4.

*Redemptor.*

Redemptoris titulus illuſtrior, quàm creatoris. c.4.s.4.n.5. redemptoris multiplex miſericordia ibid. redemptori neceſſaria innocentia.c.4.s.5.n.1. redemptus cur Deus non Angelus.c.4.s.13.n.4. redemptionem ſoli Deo debet homo. ibid. redimere, quàm creare, laborioſius.c.5.s.29.n.7.

*Reges. Rego.*

Regum infelicitas.c.2.s.2.n.7. regum aulæ c.2.s.3.n.2. reges non ſupra Eccleſiam. n.10. regum temeritas. ibid. regendi munus à paſtoribus addiſcitur c.1.s.8.c.2. regendi homines difficultas ibid. regum fallax iudicium. c.3.s.3.n.2. regimen in manſuetudine.c.3.s.26.n.4. reges à Chriſto ſubiugati c.3.s.35.n.3. rex nouus omnia perdit. c.2.6.s.5.n.6. regimen mite ad exemplum Noe. c.6.s.7.n.18. regendum exemplo & verbo. ibid. regum honor obedire Pontifici Romano c.7.s.3.n.4. regiminis forma egregia. n.5. regimen aliorum non committendum iuueni.c.9.s.10.n.3. regimen temperandum amore & rigore. c.9.s.11.n.2. regendi forma optima.c.9.s.3.n.4. regentium oculi ſuper ſubditos c.11.s.16.n.4. à regum aulis ablegandi qui ad libidinem, & vanitatem inſtigant.c.2.s.9.n.5. reges grauiter puniuntur.c.12.s.9.n.7. regis intemperantia terminum neſcit.ibi. qui regis cupiditati ſauet, punitur.n.8. regum viuendi licentia n.9. regibus dignum non vincere, ſed paſcere. c.13.s.2.n.6. regendi iuſtitia indicitur. c.13.s.4.n.3. præeſt paucos reges potentiſſimos, quàm plures principes dominari.c.14.s.1.n.2. regum ambitio effrænis & cæca. ibi. reges inuidia commouentur n.3. & reges ad laborem nati n.3. regum Ethnicorum bella. n.4. regis & principum mors regno exitialis n.8. regibus veritas exoſa. c.14.s.2.n.2. regum culpa, & pœna cum populi exitio coniungitur. n.7. rex merita ſuorum perſoluat c.14.s.5.n.7. reges exhibeant ſe patres ibid. in regnorum non habenda ratio carnalis cognationis.c.14.s.6.n.3. rex debet eſſe iuſtus n.5. regis virtus exemplum eſt legis. ibid. regis amor erga ſubditos.ibid. regis prauitas regni ſtrages eſt ibid. erga regem modeſtia & vrbanitas. c.14.s.10.n.9.


apud

apud reges plus gratia, quàm virtus valet. c. 3. ſ. 13. n. 2.

*Regnum.*

Regnum cœli facile comparatur. c. 3. ſ. 3. n. 6. vnum in cœlo regnum appetendum c. 4. ſ. 18. n. 5. regnum primum reprobi habuerunt. c. 10. ſ. 1. n. 7. & c. 15. ſ. 3. n. 1. ad regnum eligitur laboribus dignatus. c. 14. ſ. 2. n. 1.
Regio prima poſt diluuium habitata c. 11. ſ. 2. n. 3.
Ratio ſine deſidia habeatur c. 8. ſ. 4. n. 3.

*Religio.*

à Religione iuuenis reductus. c. 3. ſ. 13. n. 2. religio ſecura, etſi a ſecularibus irriſa. c. 6. ſ. 7. num. 10. religioni apta ætas prima. c. 8. ſ. 5. n. 1. in religionem relicto ſeculo confugiendum. ibid. à religione expellendus qui ſcandalo eſt. c. 9. ſ. 4. n. 2. religio plena Dei miraculis. c. 9. ſ. 12. n. 3. in religione vita ſecura & pura c. 10. ſ. 1. n. 2. in religione ſtudium perfectionis. ibid. fugiendum ad religionem. c. 11. ſ. 4. n. 2. qui vnicatem ſalus in religione c. 11. ſ. 7. n. 6. religionis pace interna nihil felicius. ibid. religio ſedes gratiæ. c. 12. ſ. 2. n. 2. religione facilis in cælum tranſitus. c. 13. ſ. 1. num. 7. religio mundo ornatior. ibid. religioſæ familiæ commendatio. c. 6. ſ. 6. num. 6. religioſæ vitæ perfectio deſcribitur c. 7. ſ. 3. n. 8. in arcam religionis ſe recipiunt iuuenes. c. 8. ſ. 4. n. 2. religioſæ vitæ virtus c. 11. ſ. 3. n. 2. laudatio eiuſdem c. 13. ſ. 4. n. 4. eiuſdem felicitas. ibid. religioſam vitam malè illudunt ſeculares. cap. 12. ſ. 5. num. 2.

*Religioſus.*

Religioſorum vita c. 1. ſ. 9. n. 9. concordia. c. 2. ſ. 10. n. 6. religioſi ponte tranſeunt ſeculum. c. 2. ſ. 4. n. 11. cruce militant. ibid. ſoli Deo vacant. c. 2. ſ. 10. n. 7. religioſos dedecet nimia vitæ ſolicitudo. c. 3. ſ. 9. n. 5. religioſi Chriſto & virginiſunt gratiſſimi. c. 3. ſ. 21. n. 5. religioſorum duæ cohortes. c. 3. ſ. 31. n. 2. religioſi cibum animus præſtans. ibid. religioſorum concordia. c. 4. ſ. 18. n. 4. laus c. 4. ſ. 22. n. 3. religioſi Chriſto mortui, ac ſepulti c. 6. ſ. 6. n. 7. pro ſecularibus orant. ibid. eorum generoſitas. c. 6. ſ. 7. n. 9. perfectio ſupra Noe c. 7. ſ. 3. n. 8. religioſos irrident laici cap. 8. ſ. 4. n. 2. à religioſo Chriſtus prætexendus maſſ. c. 8. ſ. 5. n. 1. eorũ dignitas. c. 8. ſ. 6. n. 4. religioſum dedecet excurſio è clauſtro c. 11. ſ. 2. n. 4. religioſorum dulcis vnitas. cap. 12. ſ. 7. n. 6. religioſis indignæ verborum iniuriæ n. 7. religioſi maximè inter fideles eminent. c. 12. ſ. 8. n. 3. religioſus dicitur martyr c. 12. ſ. 6. n. 4. religioſi ponte tranſeunt mare. c. 13. ſ. 1. n. 4. religioſis ſponte cælum pateſcit, quod ſeculares rapiunt. n. 7. religioſi ne ſe immiſceant negotiis ſecularibus c. 13. ſ. 2. n. 4. religioſus Deum pro omnibus relictis accipit. c. 13. ſ. 4. n. 4. religioſorum abnegatio. c. 13. ſ. 5. n. 4. religioſus totum Dei gratiæ debet. ibid. ab oneribus liber. ibid. ob omnibus tutus. ibid.
Renouatio morum c. 3. ſ. 1. n. 7.
Reprehendi non debet contriſtatus c. 4. ſ. 15. n. 4.
Reproborum vtilitas & multitudo c. 1. ſ. 2. n. 6. reproborum nota. c. 3. ſ. 14. n. 2. reprobationis nota non compati. cap. 8. ſ. 2. n. 6. reprobi dimittuntur ad æternum ſupplicium. c. 9. ſ. 3. n. 7. reprobi dominantur in hac vita c. 14. ſ. 1. n. 1.
Requies poſt laborem c. 2. ſ. 1. n. 8. requies ſancta Deo gratior quam operatio. c. 2. ſ. 8. n. 5.
Reſponſio mitis ad iniurias verborum. c. 1. ſ. 5. n. 6.
Reſurrectio figuratur. c. 1. ſ. 8. n. 6. & num. 12. reſurrectionis ſymbolum. c. 2. ſ. 3. n. 4. reſurrectio futura corporum. n. 8. & c. 2. ſ. 11. n. 2. probatur. ſ. 19. n. 5. eius ſpes homini datus c. 3. ſ. 41. n. 4. reſurrectio corporum c. 9. ſ. 2. n. 7. eius figura c. 4. ſ. 21. n. 4.
Reuerentia exhibenda maioribus c. 14. ſ. 3. n. 3.
Riſo vir ſanctus parentatur c. 2. ſ. 14. n. 6.
Roma concidit. c. 6. ſ. 2. n. 12. Romani excindunt Hieruſalem. c. 3. ſ. 19. n. 6. Romæ auaritia c. 15. ſ. 1. num. 5. Romani imperii decus & dedecus. c. 14. ſ. 1. n. 3.

S.

SAbbatum in dominicam diem mutatur. c. 2. ſ. 2. n. 4.

*Sacerdos, Sacerdotium.*

Sacerdotum dignitas c. 1. ſ. 3. n. 9. ſacerdotum à laicis diſtinctio. ibid. ſacerdotes montes piæ ſx. c. 2. ſ. 1. n. 2. à ſacerdotio arcendus neophytus c. 3. ſ. 5. n. 3. ſacerdos malè recipit pœnitentes. ibidem ſacerdos grauius peccat. c. 3. ſ. 6. n. 3. quanta puritas eſſe debet ſacerdotibus. c. 4. ſ. 7. n. 8. ſacerdotis oratio pro populo c. 4. ſ. 9. n. 2. ſacerdotis Chriſtiani excellentia. ibid. ſacerdos ab impuro affectu liber. cap. 4. ſ. 12. n. 6. ſacerdotis lingua vitis c. 8. ſ. 2. n. 3. ſolus ſacerdos miniſter eſt confeſſionis. ibid. ſacerdotes ſuus venerandi. ibid. ſacerdotis continentia c. 8. ſ. 6. n. 4. ſacerdotis Chriſtiani dignitas. ibid. in ſacerdote deteſtabilis inhoneſtas c. 9. ſ. 6. n. 4. ſacerdotes Dei matrem virginem imitantur. ibid. ſacerdos a laicis ſeparatur. c. 9. ſ. 2. n. 4. caſti eligendi in ſacerdotes. ibid. ſacerdos vitioſus eſt occultandus, non irridendus. n. 5. ſacerdotum honorandum Chriſtus docet. ibid. ſacerdotis contemptus vindex. ibid. ſacerdotis etiam vmbram S. Paolus reuerebatur. ibi. ſacerdos pluſquã homo eſt c. 1. ſ. 6. n. 6. ſacerdos auguſtior, quam rex. ib. ſacerdotis virtus opes Eccleſiæ c. 12. ſ. 2. nu. 7. ſacerdotis virtus poſſeſſio Chriſti. ib. ſacerdotis lucrum eſt ex damno ſeculi. ibid. ad ſacerdotium non nobilitate, ſed vitæ merito ſunt eligendi c. 14. ſ. 6. n. 3. ſacerdotes Chriſti non ſunt vantati c. 14. ſ. 6. n. 3. mira ſacerdotis dignitas ca. 14. ſ. 9. n. 5. ſacerdotis innocentia ibid. exemplum. ibid. virtus potens. ibid. ſacerdotis dignitas in lege veteri. n. 3. ſacerdotio pietatem Phinees Deus donauit. ibid. inexplicabilis dignitas ſacerdotis in lege Chriſti. ibid. puritas animæ in ſacerdote. ibi. ſacerdotes facies Eccleſiæ ib. in ſacerdote puritas ſumma. ib. ſacerdotis impuri manus amputandæ. ibi. ſacerdotis pectus & brachiu. n. 4. ſacerdos ſapiens eſſe debet. ibid. ſacerdotium abiectum ob ignominiam aut prauitatem ſacerdotis ibid. ſtudium & vita ſacerdotis. ibid. a ſacerdote bonum aut malum orbis. ibid. vt officio, ſic exemplo emineat ſacerdos. ibid. quanta ſanctitas exigitur a ſacerdotibus Chriſti n. 5. lingua ſacerdotis pura & ſancta. ibid. ſacerdotibus primitias & decimas Deus ſeparauit. n. 7. ſacerdotum regia dignitas. ibid. ſacerdotis ne veſtis quidem malè tractanda a regibus. n. 8. ſacerdotalium veſtium myſterium. c. 8. ſ. 6. n. 4. puritas ſacerdotis. c. 13. ſ. 13. n. 2.
Sacramenta Eccleſiæ. c. 3. ſ. 5. n. 6. nõ temerè communicãda. c. 3. ſ. 5. n. 3. arcendi à ſacris improbi c. 3. ſ. 5. n. 2. purè ſacrificanti gaudium ſpiritus adeſt c. 4. ſ. 5. n. 2. ſacrificium gratiarum c. 12. ſ. 6. n. 4.
Salem duplex ciuitas c. 14. ſ. 6. n. 6.
Salem eſt Hieruſalem. ibid.
Salomonis ruina. c. 2. ſ. 16. n. 2. Salomon ſe filium regis, non regem nominat. c. 4. ſ. 18. n. 2. Salomonis ſapientia. c. 3. ſ. 17. n. 2. incerta ſalus. c. 6. ſ. 4. n. 3.

*Salus.*

Salus operum finis. c. 1. ſ. 2. n. 2. ſalus animæ non exponenda. c. 3. ſ. 1. n. 7. ſalus hominis digniſſima Deo. c. 3. ſ. 10. n. 5. ſaluti propriæ quiſque ſtudeat. c. 4. ſ. 15. n. 3. in ſalutem animæ ſocordia c. 12. ſ. 6. n. 6.
Samaritanæ ſtulta religio. c. 3. ſ. 26. n. 2. eius conuerſio. cap. 12. ſ. 6. n. 5.
Samuel deflet Saulem c. 4. ſ. 20. n. 6.

*Sanguis.*

Sanguis Chriſti virtus c. 3. ſ. 6. n. 4.
Sanguine Chriſti eleuamur in cælum c. 7. ſ. 4. n. 10. ſanguis Chriſti clamat. c. 4. ſ. 10. n. 3. rigat mundum c. 4. ſ. 22. n. 4. ſanguis Chriſti thefauris. ibid. pretium ineſtimabile. ibi. ſanguis Zachariæ occiſi c. 3. ſ. 7. n. 3. ſanguis primus effuſus fratris a fratre. c. 4. ſ. 9. n. 5. ſanguine martyrum Eccleſia creſcit. c. 4. ſ. 21. n. 5. ſanguinis eſus an interdictus, & conceſſus. c. 9. ſ. 2. n. 9. ſanguis hominis Deo pretioſus. n. 6.

*Sancti.*

Sanctorum decertatio c. 3. ſ. 33. n. 5.
Sancti viri leuioribus culpis notari c. 3. ſ. 14. n. 7. ſunt luminaria in mundo. c. 3. ſ. 18. n. 4. ſancti vnus & multi cenſentur. c. 6. ſ. 6. n. 9. ſanctus vis cor Dei. c. 8. ſ. 8. n. 2. ſanctorum reliquiæ, & imagines. c. 4. ſ. 10. n. 3. ſanctus quiſque Dei miraculum. c. 9. ſ. 12. n. 3. mundum ſanctificat. cap. 13. ſ. 5. n. 7.
Sanſoni interdicitur vinum. c. 3. ſ. 8. nu. 2. Sanſon in Dalilæ coniugio molleſcit. c. 3. ſ. 12. n. 6. victus a muliere. cap. 3. ſ. 11. n. 9.

*Sapiens.*

Sapientes veri c. 3. ſ. 10. n. 4. ſapientia cum eloquentia. cap. 9. ſ. 10. n. 8. ſapiens vocatus Deus inſipientis c. 4. ſ. 17. nu. 3. quantum vrbi & orbi ſapiens conferat ibid. ſapiens in cælum reſpicit. cap. 5. ſ. 1. n. 2. vbique ciuis eſt. cap. 12. ſ. 2. num. 7.

*Sarai.*

Sarai filia Aran fratris Abram c. 11. ſ. 4. n. 5. Sarai & Ieſcha eadem ibid. Saræ pulchritudo admirabilis c. 11. ſ. 8. nu. 5. Saræ modeſtia cum pulchritudine ibid. Saræ amor in maritum & in pudorem n. 6. Saræ pudicitia in Ægypto intacta c. 12. ſ. 9. n. 5. Sara impoſ... in Ægypto n. 10.
Saturitas hordeum fax. c. 2. ſ. 3. n. 5. nocet animæ & corpori. c. 3. ſ. 13. n. 4. intellectui inimica. c. 7. ſ. 2. n. 3.

*Saul.*

Saulis immaturatio. c. 3. ſ. 5. n. 3. falſus zelus. c. 4. ſ. 14. nu. 2. falſa pœnitentia. c. 3. ſ. 15. n. 1. Saul de honore, non de anima ſolicitus. c. 4. ſ. 15. n. 1. Saul malè occidit amalec. c. 4. ſ. 16. num. 2. propriis ſtudet commodis ibid. Saulis pulchritudo corporis. c. 4. ſ. 3. n. 1. Saulis mors. c. 14. ſ. 9. n. 8.

*Scandalum.*

Scandalum præbentes damnantur c. 2. ſ. 6. n. 2. ſcandalum à prioribus c. 2. ſ. 8. n. 6. ſcandalum proximis non præbendum c. 3. ſ. 8. n. 7. ſcandalis mundus ſcatet. cap. 3. ſ. 10. n. 1. & c. 3. ſ. 29. n. 2. contra ſcandala remedius orbis abundat

dat ibi. ſcandalum ſcire & alere ib ſcandalum ne præbeant vir ac mulier. ibid. ſcandala quomodò neceſſaria. c. 3. 3 38. nu 2. ſcandalum peſtis eſt. c. 4 ſ. 9 n 6. ſcandali definitio. ibid. ſcandalum præbere graue eſt. c 9 ſ. 6. n. 2. ſcandalum bonorum ex felicitate malorum. c. 5 ſ. 8. 5. n. 3. præſtat mori, quam ſcandalo eſſe. c. 24. ſ. 8. n 5.

*Scientia.*

Scientia minus neceſſaria, quàm virtus. c. 1. ſ 1. n 7 ſcientia & virtus. c. 2 ſ. 3 n. 5 ſcientia priorum parentum non erat experimentalis. c 1. ſ. 4 n 12. ſcientia experimentalis poſt peccatum aduenit. ibid ſcire quid oporteat c. 3. ſ. 7 n 8. ſciendi multiplex genus. ibid. ſcire nocuit homini. ibid. ſcientia peccatum reddit inexcuſabile. c. 3. ſ. 6 n. 9. ſcientiam rerum promittit ſerpens c 3 ſ. 1 n. 7 ſcientiam calliditatis in hominibus Deus execratur. c. 3 ſ. 13. n. 7. ſcientia Adami. c. 3. ſ. 17. nu 2. ſcientia vtilis ad virtutem. c. 1. ſ. 14. n. 8.

Scripturę verba non omnia habent myſterium. c. 10 ſ. 3. 8. 2. nec omnia myſterium ſignificant. c. 24 ſ 6. nu. 4 eius fides. c. 1. ſ. 7. n. 10.

Scytale deſcribitur. 3 ſ. 1. n. 2.

in Secreto nihil mali patrandum c 4. ſ 18. nu 3.

Seculares iuſtitiam iuſtitiarum deri lent. c. 3 ſ. 5 n. 5 ſecularium iuſtitias. c. 6. ſ. 7. n 9 ſecuritas timenda & falſa c. 3. ſ 9. 6. 1

Seductio quę in viro, & quę in fœmina fuerit. c 3. ſ 89 n. 4.

de Sem nati Iudæi c. 9. ſ. 12. n 5. in poſteris Sem tria Deus habet tabernacula n 7.

*Senex.*

Senectutis commendatio. c. 1. ſ 2. n. 9.

Senis reuerentia exhibenda. c. 8 3 ſ. 3. n. 4.

Senex prudentiſſimus. c. 1. ſ. 3 num. 2 ſenex ad mortem ſe præparet. c 2 ſ. 1 n 8. ſenex non iuuenis, apius regimini. c 6 5 5 n. 6 ſenis & pontificis autoritas. c. 9. ſ. 5. 0 6. in ſene morum ſuauitas c. 1 ſ. 8. 4 n. 4.

Sennacherib occiditur a filijs c 9 ſ. 7 n 4. ſermo peſtilens. c. 8. ſ. 5 n. 7.

Senſus perſtrepunt. c. 3 1. 12. n 2. libertis 37 n. 1.

Sepulchrum Chriſti Domini figuratur. c 2. ſ. 2. n. 6 ſepulchrum patens eſt, qui tentat ad peccandum. c. 3 2. 2. n. 8.

*Serpens.*

Serpens verus fuit qui tentauit. c. 3. ſ. 1. n. 1. ſerpens virginea facie fabuloſus. c. 3. ſ 1. n. 2 intràne an extra paradiſum fuerit ſerpens nu. 3 ſerpentis vtilitas Euam debuit auertere. n. 6. ſerpentis calliditas veteratoria. ib. ſerpentis & columbæ conſortium. ib. ſerpentis dolus & vis ad nocendū. n 7 ſerpens incantari renuit. ib. ſerpentis calliditati vnus inſuper à diabolo addita o 9 ſerpens vincit, qui non audit. c. 3. ſ 2. n 7 ſerpentes qui mulierem deceperunt n. 8. ſerpens vertit in dubiū verba Dei. c. 3 ſ. 3. n. 3 ſerpens ad rebellandū Deo inuitat Euam. n. 5. falsò condolet mulieris vicem. n 8. eius inſtiotia. c. 3. ſ. 9 n. 1. ſerpens ad diuinitatem inuitat c. 3. ſ. 11. n. 2. Dei maieſtatem imminuit n. 2. Deum ſe eſſe fingit ibi ſerpens, & in eo diabolus damnatur c. 3 ſ. 30 n 5. ſerpentis eadem ſemper natura & ſtatus. 6. ſerpentis motu erudimur. c. 3. 2. 3 8. 0 1 ſerpens prodidit peccantes. c. 3. 5 19 0 4.

*Seruus. Seruitus.*

Seruorū mores pendent ex dominis. c. 2. ſ. 2 n. 10 ſeruorū & principū eadem natura. c 2. ſ. 20. n 9. ſeruitus duplex. c. 3. ſ. 36. n. 6. ſeruum Dei vocari ſummus honor eſt c. 3. ſ 41 n. 5. ſerui quales eſſe debent erga dominos. c 8 ſ 4. n. 1. ſeruis dāda vacatio ab opere. n. 3. ſeruitus infamis & glorioſa c. 9. ſ 12. n. 8. ſeruitus prima ex peccato. n. 9 ſeruitus peccati ſymbolum ib. ſeruitus nata eſt ex occaſione vini. ibid. ſeruorum nequitia diſcordias excitat inter dominos c 12. ſ. 2 n. 5 ſeruorū ſontes & ingenia illiberalis, & rixoſa. ib. præſtat pia ſeruitus, quā mala libertas. c. 14 ſ. 3 n 3 mira fidelitas ſeruorū in dominum. c 14 ſ. 4. n. 1. nihil ſuauius & glorioſius, quàm dici ſeruus Dei. c. 14. ſ. 7. n. 6. ſeruorū Dei honor eximius. c. 14. ſ. 12. n. 8.

*Seth.*

Seth fundamentum iuſtorum c. 4 ſ. 2 1. n. 6. eius virtus admirabilis. ibid. fuit optimè inſtitutus à patre Adam. c. 5. ſ. 1. nu. 3. cur ſolus ad imaginem Adæ genitus dicatur. n. 4 Seth filij dicuntur angeli & filij Dei. c. 6. ſ. 1. n. 2.

Sichem deſcriptio. c. 18 ſ. 5. n 6.

Silentium cum patientia. c. 3. ſ 8. n. 7.

Silentium honeſtum c. 1 1. ſ 4. n. 5.

Similitudo Dei per peccatum non tollitur, ſed obſcuratur c. 3. ſ 13 n. 8.

Simplicitas priorum parentum. c. 3. ſ. 10. n. 2. ſimplicitatem Deus amat. c. 3. ſ 13 n. 7.

Siſera voluptuoſum deſignat. c. 3. ſ. 5 n 6.

Soceri beneuolentia. c. 2. ſ. 13 n. 10.

Socratis dictum egregium. c. 2. 1. 16. n. 2.

Socordia valde pernicioſa. c 3 ſ 14. n 4.

Sodomitarum impudentia. c. 1 3. ſ. 3. n 6. eorum vitiū toti naturæ iniurioſum & execrabile. ib. vigebat ante Chriſti aduentum. c. 8 2 5. 0. 5. eorum plura vitia. n 7.

Solis creatio. c. 1 ſ. 6 n. 2. ſolem adorant gentes. ibid. ſol à Deo vindice obſcurabitur. ibi. ſol non ſolus educit fructus. n. 3 ſol contra idololatras. ibid. ſol Creatorem demonſtrat. ibid.

Solitudo, & otium ſanctum. c. 3 ſ 6 n. 5. ſomnus. c. 2. ſ 31. num 5.

Sopor Chriſti & Adæ. c. 2. ſ. 12. n. 4. ſopor Chriſti fuit caritatis. ibid.

Sother virgo & martyr. c. 2. ſ 17. n 2.

*Spes.*

Spes & timor c. 1. 2. 2. n. 9. ſpes beatitudinis. c. 1. ſ. 4. n 6 ſpes & deſideria cruciant c. 2 ſ 11 n. 6. ſpes incerta, & certum malum. c. 3 ſ. 7. n. 7 ſpes longioris vitæ vana c. 3. ſ. 19 n. 8. ſpes peccatori eſt, dum viuit. c. 3 ſ. 24 n. 3 ſpes iuſtos confirmat. c. 12. ſ. 8. n. 1.

Sæpe ob ſpem vanam in Deo plures peccant. c. 4 ſ. 13. n. 5. ſpes in Deo firma c. 4. ſ 22 n. 7 ſpes ornamentum hominis ibid. ſpes reſurrectionis ſolatur iuſtos. c. 5. ſ. 2. n. 7 ſpes & timor ad virtutem cor ducunt. ibid.

Spinæ maledictionis quænam ſunt. c. 3. ſ. 38 n. 2 ſpinæ malæ cogitationes. n. 4.

*Spiritus.*

Spiritus ſanctus mundū ſcripſit. c. 1 ſ. 1. n. 6 idem in mundi creatione. c. 1. ſ. 2. nn. 10. ſuper aquas. ibid pugnat & triumphat. n. 12 inter ſpiritum & carnem pugna c. 3. ſ. 33 n. 4 Spiritus ſanctus libidines compeſcit c. 8. ſ. 1 n. 4. congregat linguas c. 11 ſ 10 n 1.

Spiritualium rerum figuræ c 1 2 2 n 8.

Spuriorum dedecora c. 12 ſ. 4 n. 5.

Statua Babylonis. c. 1. ſ 9 n 4.

Status tres in Eccleſia. c. 3 ſ 36. n 5. ſtatus prælatorum & doctorum. c. 4 ſ 3. n. 1. tutior eligendus ibid.

Status quatuor in Eccleſia. c. 2. 6. 5. n. 6.

S. Stephanus. c. 14 ſ. 5. n. 7. eius caritas. ibid.

*Subditus.*

Erga ſubditos ſolicitudo. c. 8. 1. 8. n. 1. ſubditus aliquando prælati arguet vitia. c. 9 1 7 n 2. ſubditorum cæcitas, & ſuperbia. c 9 ſ. 8 n 2 ſubditus humiliter arguat. ibi. ſubditi ducem cæcum ſequuntur ad ruinam. c. 11. ſ 3. num. 2. propter malos ſubditos prælati cæcutiunt. cap. 11. ſ. 6. num. 4 propter bonos ſubditos prælati benè regunt. ibid.

*Superbus. Superbia.*

Superbia & inuidia hominum. c. 1 ſ. 9. num 6 ſuperbia in principe, & in prælato. c 2 ſ. 14 n 7 ſuperbus diabolo traditur c. 3 5 5 n 3 ſuperbia fugienda. c. 3. ſ. 5 1. num. 3. ſuperbia malorum angelorum. ibid. in errores inducit. n 4 primum eſt & commune malum. num. 5. morbus mentis. n 7. ſuperbus facilè corruit. c. 3 ſ 12 nu. 4 Deus ſuperbis reſiſtit. ibid. ſuperbi humiliantur ibid cadunt in vitia ibid. ſuperbia Deo ſummè iniurioſa. c 3. ſ. 14 n. 4 ſuperbus timet. c 3. ſ. 15 n. 6. ſuperbia caſu ſanatur c. 3 a 18 n 2 ſuperbi longe ſunt à diuina gratia. n. 3 ſunt inconſtantes & fragiles. ibi. facilè dolent. ib. ſuperborum immunditia n 4 eorum humiliatio. c. 3. ſ 19 n. 7. ſuperbia in luxuriam labitur. ibid. turpiter punitur. ibid. ſuperbi dicuntur alieni. c. 3. ſ 26. n 1 ſuperbia confunditur, & non confitetur. c. 3. ſ 27. n 1. ſuperbia in templo exitialis. ibi. mentem euacuat n 2 exitialis eſt. c. 3 ſ 19. n 1. cum luxuria ſimul c 3 ſ. 31 n 8 ſuperbia de cœlo in terram repulſa c 4 ſ. 12. n. 10. ſuperbi dicuntur cadentes c 8 ſ. 3. n. 3. ruunt in luxuriem. c. 6 ſ. 4. n. 2. ſuperbia in iis qui regunt. c. 9. ſ 1 0. 2. ſuperbia arbor putrida & alta c. 10. ſ. 1 n. 7. ſuperbi ſunt montes diaboli. c. 11. ſ 4. n 5. ſuperbus contra Deum inſurgit. ibid. humiliatur à Deo. ibid ſtultus eſt, pro quo nullus intercedit. ibid. vitiorum & eorum mater eſt ſuperbia. c. 11 ſ. 6. n. 7. damnabilior in homine, quàm in angelo ibi. dedecet hominem n. 8. cum odio Dei coniuncta. n. 9. ſuperborum ſolitudo. c 11. ſ. 8 n. 4. ſuperbia coniuncta cum impœnitentia. ibid. contra ſuperbiam tota Trinitas depugnat. c. 11 ſ 9 n. 2. ſuperborum inanitas & abiectio. nu 4. eorum vanitates diſſipantur. ibid. pœna cum ignominia illorum nu. 5 ſuperbia inſtar fumi. ibid. ſuperbus bona omnia perdit. ibid. ſuperbo graue ſupplicium infertur. ibid. ſuperbus reſpicit humiliatus. ibi ſuperborum pœna perdurans & moriens. n. 6. ſuperbia punitur per diuiſionem linguarum. c. 11. ſ. 10 n. 1. ſuperborum nomina ædificiis euaneſcunt. c. 11. ſ. 11. n. 3 ſuperbi vicinitas pernicioſa. c 13. ſ. 1. n. 1. ſuperbus exemplo & doctrina nocet. ibid. ſuperbire alienum eſt ab hominis miſeria. c. 14. ſ. 7. 0. 1.

*Supplicium.*

Supplicium cur differtur. c. 1. ſ 4. n 6 ſupplicia proſunt. c. 3 5 3. n. 2. ſupplicū patris dulce. c. 3 ſ 20 n 2 ſupplicium alieni non terret c 4. ſ. 20. n. 5 ſupplicium malorū c. 6. ſ. 7 0 9 ſupplicio Dei animæ abluuntur. c. 8. ſ. 5 n 6 ſupplicium

pliciuum ex amore. ibi. ſupplicium noſtrum à nobis eſt. c. 9. ſ. 10. 4.
Surditas hominum. c. 1. ſ. 3. n. 1.
Suſanna. c. 2. ſ. 9. n. 4. timet Deum offendere. c. 3. ſ. 9. n. 2. eius pudicitia. ibid.
Suſpicatur malum qui malus eſt. c. 3. ſ. 13. n. 7. ſuſpicio amicitiæ venenum. c. 1. ſ. 19. n. 10.
Suſpiria amoris quænam fructuoſa. c. 4. ſ. 18. n. 4.
Syderum virtutes. c. 1. ſ. 6. n. 5.
Synagoga ficus ſterilis. c. 2. ſ. 6. n. 5. valde anguſta ad Eccleſiam Chriſti. c. 13. ſ. 5. n. 1.

T

TAgi oſtia. c. 8. ſ. 5. n. 2.
Tarditas hominum in obſequio Dei. c. 1. ſ. 2. n. 1.
Temeritas in peccando. c. 2. ſ. 4. n. 14.
Temperantia præſcribitur. c. 1. ſ. n. 6.
Temperantia in edendo. c. 9. ſ. 1. n. 6.
Tempeſtates animæ. c. 1. ſ. 6. n. 5.
Temporibus primis nec vita delicata, nec ſeruitus fuit. c. 9. ſ. 11. n. 9.
Teſtamenta duo vbera Chriſti. c. 3. ſ. 3. n. 7. figurantur. c. 8. ſ. 8. n. 7.

*Tentatio.*

Tentari poſſe laudabile eſt. c. 3. ſ. 2. n. 8. tentationis initio inuigilandum eſt. c. . . . in religioſis mutandi ſtatum. c. 3. ſ. 7. n. 7. tentationis progreſſus. c. 3. ſ. 22. n. 5. tentatio iuſtis glorioſa. c. 3. ſ. 33. n. 5. gloriandū ſit quod tententur à diabolo. c. 7. ſ. 4. n. 9. tentari vtile eſt iuſtis. c. 7. ſ. 4. n. 10. tentatis adeſt diuina conſolatio. ib. tentatio grauis à tyrannis. c. 9. ſ. 3. n. 2. quorum permittitur à Deo tentatio. c. 12. ſ. 8. n. 3. tentatione humiliati miſericordiam Dei promerentur. c. 12. ſ. 9. n. 5.

*Terra.*

Terra cur poſt cælum condita. c. 1. ſ. 2. n. 4. terra ſub pedibus. ibid. terra cæli ornatum auget. n. 5. terra inanis & vacua quid ſignificet. n. 6. terræ ſolitudo & deformitas. ibid. cur primò terra deformis. ibid. terra in vſus hominum. n. 7. terræ amor indignus homine. ibid. terræ bona adſcribēda Deo. ibid. terra incompoſita. ibid. terra naufraga. n. 8. terræ anguſtia. c. 1. ſ. 4. n. 5. terra de hominibus bene merita. c. 1. ſ. 5. n. 4. terræ fructus deſcribitur. ibid. terræ fructificatio. n. 5. terræ ornatus cum cæleſti deuertas. ibid. terra prius, quam cælum ornata. n. 6. terra Chriſto venturo adornatur. ibid. terra cælo antepoſita in incarnatione verbi. ibid. terra pariterit animantia. c. 2. ſ. 8. n. 1. terræ maledictio. c. 3. ſ. 17. n. 5. terra vindictam de Cain expoſcit. c. 4. ſ. 10. n. 2. terræ amatores inſaniunt. c. 4. ſ. 12. n. 5. terra mortuorum requies, non viuorum. c. 4. ſ. 17. n. 4. terra ſeptimo quoque anno quieſcebat à cultura. c. 8. ſ. 4. n. 3. terra habitata, & exculta poſt diluuium. c. 9. ſ. 4. n. 3. terra promiſſionis puros requirebat incolas. c. 11. ſ. 13. n. 1. terræ bonitas & malitia eſt in habitatoribus. c. 13. ſ. 9. n. 7. terra promiſſionis valde anguſta. c. 13. ſ. 5. n. 1. terra à viro iuſto habitata. n. 2. terrena diuinis præferunt ſtulti. c. 2. ſ. 1. n. 7. qui terrena deſiderat, pecus eſt. c. 12. ſ. 7. n. 2. terrenarum rerum contagio vitanda eſt. c. 14. ſ. 10. n. 7.
Thare quo anno genuit Abram. c. 11. ſ. 12. n. 1. primus idololatra fuit, & vidit filium ſuum morientem. n. 6. Thare & Nachor in idololatria perierunt. c. 11. ſ. 14. n. 8.
Tharſis ſignificat mare. c. 10. ſ. 2. n. 12.
Themiſtoclis dictum egregium. c. 1. ſ. 5. 8. n. 8.
Thomas frigore infidelitatis obriguit. c. 3. ſ. 12. n. 3.

*Timor. Timere.*

Timor vtilis. c. 2. ſ. 4. n. 14. timor virginum. ibid. timore potius reguntur homines. c. 3. ſ. 3. n. 2. timoris efficacitas. ibid. timor cuſtos animæ. n. 4. timor prædeſtinationis indicium. ibid. mulierum honeſtarum comes. ibid. timore pueri imbuendi. ibid. timendum ſed cū amore. c. 3. ſ. 3. n. 2. timor Dei felicem in vita & in morte reddit. n. 3. timoris quanta ſit virtus. ibid. timor ad ſalutem valde vtilis. c. 3. ſ. 9. n. 2. timorem diabolus nititur adulere. n. 3. timor in virginibus commendatur. c. 3. ſ. 13. n. 1. comitatur peccantem. c. 3. ſ. 25. n. 5. timiditatē Deus minatur. n. 6. timor Dei ad caritatem parat. c. 3. ſ. 10. n. 3. timoris Dei ſumma perfectio. ibid. timoris Dei ancora. n. 4. vbi timor Dei, remedium eſt. ibid. timor Dei neceſſarius. c. 3. ſ. 28. n. 5. commendatur. c. 3. ſ. 14. n. 4. peccantē comitatur. ibid. timet ſapiens, & iuſtus. c. 4. ſ. 13. n. 5. non timet ſtultus. ibid. timor vanus decepit iuſtum. c. 7. ſ. 4. n. 4. timore agendum cum rebellibus. c. 9. ſ. 5. n. 3.
Tranſlatio ad meliorem ſtatum. c. 3. ſ. 2. n. 9. tranſlatio à Deo aut à Diabolo. n. 6.

*Tribulatio.*

Tribulatio fructuoſa. c. 1. ſ. 7. n. 18. tribulantur iuſti & iniuſti, ſed grandi diſcrimine. c. 3. ſ. 4. n. 6. tribulationes reuocant ad Deū. c. 4. ſ. 12. n. 6. tribulationis effectus multiplex. c. 4. ſ. 22. n. 1. tribulatio iuncta cum peccatis. c. 5. ſ. 3. n. 3. tribulatio pro Deo in mundo. c. 6. ſ. 6. n. 2. tribulatio iuſtis proficit. c. 7. ſ. 4. n. 9. tribulationes perutiles iuſtis. c. 8. ſ. 1. n. 6. tribulatio vtilis animæ. c. 8. ſ. 3. n. 6. & c. 11. ſ. 10. n. 3. bonos eleuat, malos deprimit. ibid. quorſum eueniat, neſcitur. n. 3. item ad cæleſtia inflāmat. c. 12. ſ. 6. n. 2. tribulatione erudimur. c. 13. ſ. 9. n. 10. tribulatio cedit iuſtis in bonum. n. 17. perutilis. c. 14. ſ. 2. n. 6. deſideriū cæleſtiū bonorum accendit. ib. tribulationis pro Deo fructus. ibid. tribulatio erudit & purificat iuſtos. c. 14. ſ. 5. n. 3. alacritas in tribulationibus. c. 14. ſ. 7. n. 3.
S. Trinitatis nomina. c. 1. ſ. 1. n. 7.
S. Trinitatis myſterium inſinuatur. c. 1. ſ. 9. n. 8. eiuſdem collocutio. c. 3. ſ. 40. n. 5.
Turris Libani quænam ſit. c. 3. ſ. 32. n. 3.
Tyrannis potentiorum. c. 1. ſ. 7. n. 8.
Tyrannus non diu durat. c. 3. ſ. 30. n. 8.

V

VAcatio interdum vtilis. c. 8. ſ. 3. n. 5.
Vanitas, & pondus rerum. c. 1. ſ. 1. n. 2.
Vapor roridus dicitur fons. c. 2. ſ. 2. n. 12.
Venatura commendatur. c. 2. ſ. 8. n. 2.
Venator veteratoris ſymbolum. c. 3. ſ. 13. n. 2. venatores carpuntur ob crudelitatem. c. 10. ſ. 3. n. 4.
Venia ſumus indigniores, quā Adā. c. 3. ſ. 22. n. 2. veniales culpæ difficilè cognoſcuntur, & vitantur. c. 3. ſ. 26. n. 8.

*Verbum diuinum.*

Verbum Dei moliſur mundum. c. 1. ſ. 1. n. 4. gubernat. ibid. inuitat ad æternitatem. c. 1. ſ. 4. n. 4. an vt homo apparuerit in creatione hominis. c. 2. ſ. 3. n. 2. egit cum Adamo. c. 3. ſ. 20. n. 5. verbum diuinum apparere ſolitum antiquis. ibid. præludebat ad incarnationem futuram. ibid. fieri homo geſtit. c. 3. ſ. 40. n. 6. pro homine pati ſtuduit. c. 6. ſ. 4. n. 5. Abrahæ fuit magiſter. c. 12. ſ. 1. n. 3.

*Verbum.*

Verbo Dei reſiſtentes. c. 3. ſ. 1. n. 7. punientes. n. 8. verbum Dei non audire graue malum eſt. c. 3. ſ. 20. n. 4. verbum Dei animam ægram viſitat. c. 2. ſ. 8. n. 4. inter Iudæos & hereticos crux figitur. c. 14. ſ. 9. n. 1. verborum inanitas. c. 1. ſ. 8. n. 7. verba detractionum, & libidinū. c. 11. ſ. 1. n. 6.

*Verecundia.*

Verecundia ex peccato. c. 2. ſ. 3. n. 7. aliquando confuſio ſalutaris. c. 3. ſ. 16. n. 2. verecundia non ineſt brutis. c. 2. ſ. 27. n. 5. verecundiam Deus pœnitentiæ præſtruit. c. 3. ſ. 21. n. 1. verecundia peccati medicina. c. 9. ſ. 6. n. 2. verecundia per peccatum. c. 3. ſ. 19. n. 9.
Veritas Chriſti columba. c. 3. ſ. 8. n. 7.
Veritas amabilis, & honorabilis. c. 12. ſ. 8. n. 7. hominibus odioſa. c. 11. ſ. 13. n. 4.

*Veſtis. Veſtitus.*

Veſtitus pudoris amiſſi ſymbolum. c. 2. ſ. 27. n. 1. veſtium vſus neceſſarius. n. 2. veſtium genus laſciuum. n. 3. veſtitus mollis quis ſit. n. 3. veſtium damnatur luxus. n. 4. veſtium luxus fœminis perniccioſus. ibid. idem omnibus nocet. ibid. damnatur in vitiis. n. 5. veſtis teſtimonium proditionis. n. 8. veſti ſumus coram Deo nudi. ibid. veſtitus teſtimonium culpæ originalis. ibid. veſtiendi nimia ſolicitudo. c. 3. ſ. 19. n. 8. veſtium ſolicitudo à Deo abſtrahit. ibid. veſtes arma diaboli. ibid. pro veſtibus fulgores quidam erant Adæ & Euæ. ibid. veſtitus indecens animæ. n. 9. veſtes damnatorum inſignia. c. 3. ſ. 40. n. 3. non veſtium, ſed morum elegantiam Deus requirit. c. 4. ſ. 19. n. 3.
Vetitum ardentius appetitur. c. 3. ſ. 7. n. 7.
Victimæ de cælo inflammantur. c. 4. ſ. 5. n. 2.
Victoriam palmæ manent certantem pro Deo contra vitia. c. 13. ſ. 5. n. 3. victoria paſſionum Deo adſcribenda. c. 14. ſ. 10. n. 3.
Victoriæ non ſine Dei præſidio cōparantur. n. 14. ſ. 3. n. 5.
Videre, & non frui tormentum eſt. c. 3. ſ. 3. n. 6. viſio incauta mulierum. c. 1. ſ. 12. n. 3.
Viduarum caſtitas à curante docetur. c. 7. ſ. 1. n. 4. viduis difficilis continentia. c. 8. ſ. 3. n. 5. viduæ paupereculæ munus. c. 8. ſ. 7. n. 2.
Vigilandum omnibus. c. 2. ſ. 6. n. 5. in tentationibus. c. 3. ſ. 8. n. 6. vigilantia commendatur. c. 3. ſ. 36. n. 8. vigilantia Paſtoris animarum. c. 1. ſ. 13. n. 5. poſt tentationem denictam vigilandum. c. 14. ſ. 10. n. 5.
Vinci, quàm vincere, interdum præſtat. c. 18. ſ. 8. n. 2.
In Vindicta Dei lætandum. c. 4. ſ. 20. n. 6.
Vindicta diuina tandem ſeruit. c. 9. ſ. 4. n. 2. de diabolo, non de homine ſumenda. c. 3. ſ. 2. n. 8.

*Vinea. Vinum.*

Vineæ plantatio per Noe. c. 9. ſ. 5. n. 2.
Vinea Chriſti Eccleſia. ibid. vinea cuiuſque anima. n. 5. vinea religioſa familia. ibid.
Vini bonitas, & malitia. c. 9. ſ. 5. n. 4. vinum parcè bibendum. ibid. non vinum, ſed abuſus vini damnatur. ibid. vinum in ſanguinem Chriſti conſecratur. ibid.
Vino ſignificatur deuotio. ibid. vini potentia. c. 9. ſ. 5. n. 7. vinū virtutibus nocet. c. 9. ſ. 6. n. 1. vinū primò apparuit
com

Google

cum ignominia.ibid.
Vinum inſidioſum & pernicioſum.c.3.6.ſ.3.n.1.
Vipera decepit Euam.c.3.s.1.n.2.
Viperæ progenies Iudæi.ibid.

*Vir.*

Vir præſtat mulieri.c.2.s.6.n.3.vir ſine muliere non poteſt eſſe c.2.s.9.n.1.vir indiguus cõiugio.n.5.vir & fœmina in vnoquoque.c.2.s.11.n.7.vir deceptũ ſe queritur in muliere.c.1.s.14.n.1.viri nocentiores,quam fœminæ.c.3.s.5.n.8.vir faciliùs peccat.c.3.s.4.n.5.viri de mulieribus queruntur.c.3.s.27.n.7.vir grauiùs deliquit,quam mulier.c.3.s.29.n.4.vir eſt,qui virtutem colit c.6.s.5.n.2.

*Virginitas Virgo.*

Virginitas prędicãda.c.1.s.10.n.2.Chriſto amabilis.ibid.virginitas & pudicitia propria legis Chriſtianę.n.3.virgines Deo gratiſſimæ.c.1.s.10.n.3.virgines humilẽ ſuæ naturæ conditionem nouerint.c.2.s.3.n.4.virgines cautæ.c.2.s.4.n.14.virgines ſanctæ à tyrannis trahebantur nudæ.c.2.s.17.n.2.virginibus cõmendatur ſecretũ.c.3.s.1.n.3.virgines ſuperbiã ſanctã habeãt.ibid.virginibus vitanda confabulatio mulierum.ibid.virginũ inſtitutio.ibid.earũ cũ Chriſto familiaritas.n.4.virgines cælũ ſuſpiciãt.ib.virgines theſaurus abſcõditus.ib.virginũ dignitas.c.3.s.4.n.6.decus.n.8.virginum cœnobia.c.3.s.7.n.5.virgines humilitatẽ ſectentur.c.3.s.14.n.6.virginibus ieiuniũ neceſſariũ.c.3.s.16.n.6.virginalis conceptio.c.3.s.30.n.4.virginũ ſacratũ decus.c.3.s.35.n.6.virginitatis excellẽtia.ibid.virgines à maledictione immunes.c.3.s.36.n.2.virginum ſacratũ felicitas ib.earũ commendatio.ibid.virginũ felicitas.n.4.virginitas poſt inobedientiã amiſſa.c.4.s.1.n.1.virginitatis encomia.ibi.virginũ ſors felicior.c.4.s.4.n.4.virginalis conceptio.c.4.s.17.n.7.virginũ ſanctarũ martyria.c.4.s.10.n.2.virginitatis ſumma laus.c.6.s.5.n.2.virginitas in lege gratiæ prefertur.c.7.s.3.n.2.virginibus neceſſaria opera miſericordię.c.8.s.4.n.1.virginitatis excellẽtia.c.8.s.6.n.5.virgo Deo hoſtia offertur.c.8.s.7.n.3.virgines nobiles Deo dicatæ.n.4.virginum martyrũ laus.ibi virginitas optimus ornatus.n.3.virginũ multitudo in Eccleſia Chriſti.c.11.s.11.n.7.virgines Chriſti cũ maritatis non agãt.c.11.s.13.n.4.virginitatis decor incõparabilis.c.13.s.3.n.3.

*Virtus.*

Virtus quid ſit.c.1.s.2.n.4.virtutũ ſimilitudo in homine.c.1.s.9.n.5.virtutibus anima picta.ib.virtutũ ornatus.c.2.s.1.n.3.virtutes quatuor per fluuios ſignificatę.c.2.s.5.n.4.virtus voluntaria.c.2.s.7.n.6.virtus immatura.c.3.s.5.n.3.virtutis doctrina impiis eſt peregrina & moleſta.n.6.at eadem aliis grata ibid.virtutis doctrinæ contraria eſt vita delicioſa.ibid.virtutũ ſimplex decor Deo gratiſſimus.c.3.s.3.n.8.virtus pulchra & glorioſa.c.3.s.14.n.2.virtutis ſplẽdor.c.3.s.31.n.5.in virtute multiplex bellũ.c.3.s.33.n.2.in virtutibus augmentũ.c.3.s.38.n.2.in virtutis ſtudio difficultas.c.3.s.42.n.5.virtus in deliciis occiditur.c.4.s.8.n.5.virtus non diu permanet ibi virtus occaſio mortis Abeli.n.6.virtutis ſolius neceſſarium ſtudiũ.c.4.s.14.n.3.virtus maſcula.c.4.s.19.n.1.in virtute proficiendũ.c.5.s.2.n.2.in ſola virtute feſtum agitur.ibid.virtus matura expetitur ad regimen.c.6.s.5.n.6.virtus Dei in periculis adiuuat.c.6.s.6.n.7.virtus rara & pulchra inter malos.c.7.s.1.n.1.virtus iuſti beſtias domat.c.7.s.3.n.4.virtus amãs quietis mũdum effugit.c.8.s.3.n.2.inter labores eminet.c.7.s.4.n.2.virtus efficax patris familias.c.9.s.4.n.4.in virtutibus ſtudiũ infatigabile.c.9.s.5.n.1.virtutes proprias iactare.c.11.s.4.n.4.virtutes occultandæ n.5.virtutis mira potentia.c.11.s.6.n.4.virtutes fides,ſpes,caritas,clamant.c.12.s.3.n.1.virtus cum honoribus & opibus.c.12.s.3.n.4.ſola virtus comes eſt defunctorum.ibid.in virtutis ſtudio ſemper de nouo laborandum.c.12.s.7.n.5.argumentum in virtutibus.c.12.s.8.n.2.virtutis vis ad permouendos animos.c.14.s.3.n.3.virtutem mali honorant,ſed refugiunt.ibid.virtus propter ſeipſam expetitur.n.6.virtus rectæ rationis filia.ib virtus non lucro,aut timore,ſed ſola ſpecie mouet ib.de virtute ſola ratio iudicat.ib.ad virtutem vel aſpirare tantum laus eſt.ibid.inter virtutes palma incerta.n.7.virtus ſummus honor.ibid.virtus eſt res ſerotina.ibid.in ſenibus matura.ibid.eius excellentia.i virtus præſtat numero in exercitu.c.14.s.4.n.1.virtus glorioſa.c.14.s.5.n.7.per ardua itur ad virtutem.c.11.s.12.n.1.

Virtus prolifica in animantibus.c.1.s.10.n.2.
Virtutis deſertores.c.6.s.3.n.2.
Viſitatores quales eſſe oporteat c.1.s.6.n.4.

*Vita.*

Vitæ miſeriæ.c.1.s.3.n.12.vitæ amor.ibi.vita priuata vita beata.c.1.s.9.n.7.vita hominis palæſtra.c.2.s.7.n.1.vita cum æternitate comparatur.c.2.s.8.n.4.vita impiorũ deſcribitur.c.3.s.5.n.6.vita ſordibus plena.c.3.s.16.n.5.vitã bona bonã promeretur mortẽ.c.3.s.35.n.5.vita propter Euam ęrumnoſa.c.3.s.39.n.4.vita longæua in vindictã.c.4.s.15.n.4.vita dãnatorum in pœnis.n.5.vita nõ in terra,ſed in cælo amãda c.4.s.16.n.8.vita malorũ laborioſa & infructuoſa.c.4.s.17.n.4.vitæ huius mala & alterius bona c.4.s.21.n.1.vita ærumnoſa & incõſolabilis.c.5.s.3.n.1.vita breuis & plena periculis.c.6.s.2.n.6.vita prorogatur ad pœnitẽtiam.n.8.vitæ breuitas.c.6.s.7.n.4.vitæ contemplantis requies.c.8.s.3.n.2.vitæ contemplans,& agẽs.tibi.vita in melius cõmutanda.c.9.s.9.n.5.illa ſola vita eſt,quæ pro Deo offertur.c.11.s.12.n.4.vita cara iuſtis,vt laborent.c.11.s.1.n.2.vita militia eſt;ergo certandum.c.12.s.3.n.3.vita hominis Deo refertur,& offertur.c.9.s.3.n.3.

*Vitium.*

à Vitiis nemo immunis c.2.s.14.n.6.vitia vbi oriantur,ſopienda.c.3.s.4.n.6.vitia addiſcuntur.ibi.vitia inolita difficilè abolentur.ibi.initio cauendum à vitiis.c.3.s.7.n.8.vitia proximorum excuſanda.c.3.s.10.n.7.vitiũ imbecille ac turpe.c.3.s.14.n.2.vitia proximorum quomodo tractãda.c.3.s.10.n.8.vitium ab exiguo profectũ initio c.3.s.14.n.4.aliena vitia publicare.c.3.s.19.n.7.vitia fœmineum quid habent.c.4.s.19.n.1.vitiorum progreſſus per minima.c.4.s.20.n.1.vitiorũ opportuna medicatio.c.4.s.22.n.8.vitiorum multiplicatio diluuiũ promeruit.c.6.s.1.n.1.vitiorum eluuies.c.6.s.4.n.1.vitiorũ peſtis omnia corrumpens.c.6.s.6.n.3.vitiis obſiſtendum,ne ſerpant.ibi.vitiũ cum perturbationibus coniungitur.c.8.s.3.n.2.vitium inuoluntarium non culpatur.c.9.s.5.n.6.vitium voluntariũ,& inuoluntarium.ibi.vitium decipit pretio,ſpecie,& illecebra.n.7.ad vitia noſtra cæci,ad aliena lyncei.c.9.s.7.n.5.vitia aliorum malus iactat ad ſui ſolatium ib.vitium nõ corporis,ſed animi eſt.ibi.vitium iuſti ab improbo iactatur.ib.vitia noſtra ſcrutemur,non aliena.n.6.vitia aliena non virtutes celebramus.ibi.vitia aliena,nõ noſtra videmus.c.9.s.8.n.1.vitia ſacerdotum & prælatorum non euulgãda.n.4.vitia proximorũ non euulganda.n.6.de noſtris vitiis mutuò monendi.c.9.s.9.n.1.vitia ſacerdotum,& religioſorũ ſeculares venantur.c.9.s.10.n.1.ex vnius vitio malè totum ordinem infamat ſtultus.ibid.vitia aliena venatur improbus,vt ſoletur ſua.c.11.s.2.n.6.de vitio in vitiũ prolapſio.c.11.s.8.n.3.à vitiis nemo mundus c.14.s.5.n.3.

Vlyſſis & ſyrenum fabula.c.3.s.37.n.1.
Vnitas ſentiendi & volendi.c.11.s.7.n.5.vnitas malorum diſſoluitur.c.11.s.10.n.1.
Vocatio Dei ſpem & animos facit peccatori.c.3.s.23.n.4.

*Voluntas.*

Voluntas humana c.1.s.1.n.9.volũtas cauſa peccati.c.3.s.12.n.6.& 7.volũtati proprię obluctandũ.c.3.s.26.n.5.volũtas propria malorũ fons.ibi.volũtas ruinæ noſtræ cauſa c.3.s.31.n.6.volũtas pia & grata erga Deũ.c.8.s.7.n.2.obſtinata in peccato voluntas.c.11.s.8.n.3.voluntas nocet,nõ pulchritudo.c.12.s.9.n.5.

*Voluptas.*

Voluptas immatura.c.1.s.3.n.1.voluptas animã terrę affigit.c.2.s.3.n.7.voluptates carneæ inſidiãtur.c.3.s.13.n.2.voluptas diuina guſtari debet.ib voluptas terrena diabolica.c.3.s.16.n.5.pernicioſa.ib.voluptatis falſa dulcedo,ſed vera,& ſũma amaritudo.c.3.s.19.n.1.voluptas carnis vana & cæca.n.5.voluptates folia ficus ib voluptatibus ebrius & ſopitus.c.3.s.24.n.2.voluptas vt ſerpẽs,omninò mala.c.3.s.30.n.3.voluptas beſtialis.ib.fugiẽda vt ſerpẽs.i.tyrãnica.n.4.tãtũ in morte expuitur.i.vẽtre ſerpẽtis ſignificatur c.3.s.31.n.3.faſcinat mẽtẽ.n.4.abiectiſſima.n.5.irrequieta n.6 impudẽs & importuna.ib Deũ neſcit.n.7.pericula n.7.inſidioſa.c.3.s.33.n.4.interminata,cæca,& fallax.n.5.voluptati reſiſtere beneficũ Dei eſt.ib.voluptas fœminã ſeducit c.3.s.36.n.5.voluptates ſine cruce nõ vincũtur.c.3.s.37.n.2.voluptas nocet animę & corpori.c.3.s.39.n.4.voluptuoſus à dęmone poſſidetur.ib.voluptas & virtus de homine certãnt.c.4.s.3.n.2.voluptas diuina non coniungitur cũ terrena.c.4.s.5.n.4.voluptas fœda & inanis c.6.s.1.n.2.voluptas carnis cum ſapientia non cohæret.c.7.s.1.n.1.in omne malum impellit.ib.voluptas & interitus cõiunguntur.n.4.voluptas capitis venenum ib.difficillimè vincitur.c.8.s.3.n.5.nulli ſecura.c.9.s.5.n.6.peſtis animarum.c.9.s.7.n.1.voluptuoſus contra cæleſtia pręliatur.c.10.s.1.n.5.voluptatũ infima & impura ſubſtructio.c.11.s.6.n.6.voluptatis illecebra pericoloſa.c.12.s.3.n.3.voluptatum abdicatio præuia martyrio c.12.s.9.n.5.voluptates deſinunt in dolores.n.6.voluptatis dedecora & miſerię deteguntur.ibid.voluptatum cum ſenſibus pugna c.14.s.2.n.3.

Vox Dei,quam fugit Adam,non fuit articulata.c.3.s.20.n.3.
Vr Chaldæorum vrbs,non fornax.c.11.s.12.n.6.
Vrbs prima quando & à quo ædificata.c.4.s.18.n.5.
Vſus rei,non res damnatur.c.2.s.8.n.1.
Vtilitatis propriæ & non cõmunis turpe ſtudium.c.14.s.10.n.3.

Z

*Zelotypia.*

ZElotypiæ furor exitialis.c.2.s.16.n.4.zelotypi infelicitas.ibid.zelotypiæ figmenta.ibid.zelotypia ſtrages.ibid.zelotypia infernus dicitur.ibid.zelotypa mulier.n.5.

*Zelus.*

Zelus animarũ.c.1.s.3.n.10.& c.12.s.5.n.7.cõmẽdatur c.14.s.7.n.2.& c.14.s.10.n.4.ſignũ eſt amoris erga Deũ.c.3.s.4.n.4.neceſſarius eſt c.4.s.10.n.3.in S.Auguſtin.c.9.s.10.n.1.prefertur contẽplationi.c.11.s.10.n.5.qui illum non habet fruſtra natus eſt.n.6.zelus Dei in religioſis.c.2.s.16.n.5.zelus martyrum.ib.zelus pro Dei honore.c.3.s.4.n.1.zelus iuſtitiæ.c.4.s.9.n.6.commendatur regibus.c.4.s.12.n.2.zelo iuſtitiæ tantùm licet punire.c.4.s.16.n.1.zelus iuſtitiæ in viris iuſtis c.7.s.4.n.3.zelus Dei & iuſtitię in prçlatis.c.9.s.9.n.3.zelus iuſtorũ pro Deo.c.13.s.3.n.6.zelus boni communis in principe.c.14.s.10.n.2.

*INDICIS FINIS.*

99 972959

Digitized by Google